GALENI LIBRORVM QVINTA CLASSIS

EAM MEDICINÆ PARTEM, quæ ad Pharmaciam ſpectat, exponens, ſimplicium medicamētorum, ſubſtitutorum, purgantium, antidotorum, componendorum tam per locos quàm per genera medicamentorum, ponderum deniq; ac menſurarum doctrinam comprehendit:

QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE, *quàm pluribus ſanè caſtigationibus, ex variorum codicum Græcorum lectione, illuſtrata.*

Locis nunc primum in margine ſignatis, quos Galenus paſſim ex Hippocrate citat.

Librorum numerus proximo folio continetur.

Τὸ φαρμακευτικόν.

VENETIIS APVD IVNTAS M D LXV.

QVINTÆ CLASSIS LIBRI.

GALENI
DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBRI VNDECIM

Theodorico Gerardo Gaudano interprete.

Denuo Ab Auguſtino Gadaldino multis in locis emendati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Oſtendit Quibus rationibus explorandę ſint Simplicium Medicamentorum Facultates, propoſitis exemplis Aquæ & Aceti.

Quid dicatur Medicamentum, & quid Facultas: Et Quomodo hæc quidem, actu: illa verò, potentia exiſtat. CAP. I.

C QVantum conferāt ſimplicium medicamentorum exactè facultates co-
gnoſcere, tum ad variorum cōpoſitionem, tum ad inuentorum oppor
tunum vſum, non habeo nunc oſtendere. Nam id partim in opere de
Medicamentorum cōpoſitione, partim in curandi Methodo monſtra
bitur. Verùm quod deinceps ad temperamētorum ſequitur tractatio-
nem, id in præſentia dicetur: vbi videlicet prius vocabulorum, quibus
in hoc vtemur libro, ſignificata definierimus. Medicamentum, omne
id dicimus, quod naturā nōſtram alterare poteſt: ſicut, puto, Nutrimen
tum, quicquid ſubſtantiam augere: refertur enim vtrunq; ad aliquid.
Porrò Medicamentum Simplex & ipſum per oppoſitionem ad com-
poſitum nuncupatum eſt: Eſt aūt id, quod ſecundum naturam ſuam ſyncerum eſt. At Facultas,
cauſa quædā eſt effectrix. Ea q; partim actu ſiue energia eſt, partim in futuro tempore: Actu qui-
dem, vt calefaciendi in igne, refrigerandi in glacie: In futuro aūt, vt calefaciendi in pyrethro, & ca-
ſtoreo, & ſimilibus: refrigerādi in alterco, mādragora, et id genus alijs. Sanè quandam eſſe faculta
tem in purgatorijs quidem medicinis purgatoriam, vomitorijs vomitoriā, ſternutatorijs ſternu-
tatoriam, bechicis {hoc eſt quę tuſſim vel ſedāt vel ciēt,} bechicā, & in vnoquoq; alio opere per-
D agendo, quæ denominetur ab eo quod ipſa efficit, ferè nō eſt qui ambigat. At quæ ſit huius Facul
tatis Eſſentia, quidam certè non poſſe cognoſci exiſtimarunt: quales ſunt Sceptici philoſophi, &
qui inter medicos vocati ſunt Empirici. Sed & qui noſci poſſe arbitrātur, inter ſeſe diſſidēt. Qui-
dam enim ad magnitudines & figuras & poſituras corpuſculorum ac meatuum {quos ὄγκους &
πόρους appellitant} referunt: Alij ad caliditatem, frigiditatē, humiditatē, ac ſiccitatem: pro ſua vi-
delicet vtriq; prima elementorum conſtitutione. Quare & nos, quia in libro de Elemētis ſecun-
dum Hippocratem ex calido, frigido, ſicco, & humido, cùm aliorum oīum corpora, tum animan-
tium, conſtare oſtendimus, has effectricium facultatū eſſentias, tum in alijs omnibus, tum in medi-
camentis, ſtatuemus. Sic autem & in tertio de Temperamētis demonſtratū eſt. Ac qui volet quę
nunc dicenda ſunt aſſequi, in eo tractatu ſe prius exerceat oportet: quippe cùm illic quæ vniuer-
ſim de medicamentis nouiſſe conueniat, expoſita ſint. Nec hic toto vtiq; in genere quicq; noui di
cemus: verum quæ illic generatim ſunt ſcripta, ea hic ſpeciatim elaborabimus.

Quo Pacto Quanq; iudicare Facultatem oporteat. CAP. 2.

IN primis quidem ac maxime ſumendum eſt iudicandæ facultatis experimentum ab ea re, ad quam dicitur. Siquidem non protinus, ſi hominem refrigeret cicuta, & ſturnum refrigerabit: aut ſi ſturnum nutriat, nutriet & hominem. Eadem ratione neq; ſi hoīem purget veratrum, conti

* ἡμῶν i. noſtrā, eſt in antiquis, licet non habeatur ī impreſſis.

nuo purgabit & coturnices: neq; etiam si hos nutrire valeat, consequēs statim est, vt & homines. E

Proximum est, vt quod ex accidenti est, distinguatur ab eo quod primario ac per se. Nā aqua frigida calorem quandoq; reuocat, cutem refrigerando, contrahendo q;, ac cōdensando: ad id enim, caloris consequit reuocatio, velut in tertio de Temperamentis ostendimus. Rursum "calida quoque ipsa sępenumero refrigerat, excalfacientem nimirum humorē digerendo. Nam si his ad amussim distinctis ad inquirēdæ facultatis explorationem accesseris, haud facilè, mea quidem sententia, falli queas. Cæterum à nullo alio desumi iudicium, q̄ ab eo ad quod dicitur, id quidē perfacile est: non videlicet an insecta animalia oleum interimat, neque an pingue, aut lentum, aut leue sit considerantes, cùm an calfacere, aut frigefacere, aut humectare, aut siccare corpus humanum valeat, inquiritur: Eundem in modum neq; an colore sit rubro rosa, neque an albo cerussa: siquidem necessarium non est, quicquid rubrum sit, esse calidum, neq; quicquid album, esse frigidum: sed an admota corporibus nostris primario ac per se excalfaciant, ac non interueniente quopiam, neque ex accidente: Ac si ita quidem, facultate esse calida: vt si refrigerēt, frigida. Nam "per deos immortales, vnde nam dicere possumus, an calidum sit facultate album piper, granum cnidiū, cnicus, calx, & veratrum album? aut vnde q frigidus sit samius aster, terra selinusia, cerussa, nix, & lac? omnia enim ea coloris sunt candidi, viribus verò vel maximè pugnant. Sunt ergo nix & calx colore F simillima, viribus autem pugnantissima: sed pugnantiam sensus dijudicat. Siquidem niuem applicatam protinus ac primo statim occursu frigidam percipimus: et quoad tāgatur, magis semper magis q; frigefacere sentimus: videmus porrò ipsam neque durare, neq; seruari posse, si vel leuis calor occupet. At calx neque primo occursu refrigerare percipitur: & vsq; dum applicata manet, perspicuo magis ac magis excalfacit. Ex quo constat ex eo q semper vnum idē q; efficiat, quoad nos contingit medicamen, propriam eius iudicandam esse facultatem.

A.l.1.f.3.d.2. c.6.fol.61.g.

A.l.1.f.2.d.2.c. 1.fol.30.g

Quo pacto Discernatur Quod ex Accidente quid faciat, ab eo Quod propria Facultate. CAP. 3.

ETenim quod ab initio ad finem vsq; dum applicatum est, magis semper calfacit, id non ex accidente, sed ex sua natura est tale: Sic etiam quod à principio ad finem vsq; refrigerat, ex sua facultate est frigidum, non ex accidēte. At sanè si nihil moratus, atque ex posteriore, ac post ablationem facultatem eius expendere voles, sæpenumero falleris. Ac forte nō nunq; aquam frigidam, non frigidam modo, sed & calidam, possidere facultatem dices: vbi videlicet frigefacere perpetuo dum nos cōtigerit apparebit, frigidā: vbi vero sępenumero calorē reuocabit, calidam. Quare hæc indiscriminata relinquenda non sunt. Danda q; "insuper opera, vt quodcunq; medicamentum in iudicium vocare velis (id quod in libris de temperaturis monuimus) omnis sit expers alienæ tum G frigiditatis, tum caliditatis: ne videlicet natiuā eius facultatem adscititia qualitas adulteret. Ad hęc (quæ & ipsa præcepimus) nutrimentum à medicamento distinguito, atq; ea vtraq; ad aliquid dici memento: tum circa eandem sępe substātiam consistere, velut & id quod monstrauimus: Nec secius q quædam tota substantia in sese mutuo & agant & patiantur: quædam vero vna duntaxat, aut duabus qualitatibus: Super hęc, alia itidem esse tenuia siue tenuium partiū {Gręci λεπτομερῆ vocant:} alia crassa siue crassarum partium {παχυμερῆ Græci nominãt:} tenuia quidem, quæ facile in tenues comminui partes possint: crassa, quæ contra. Atq;, vt semel dicam, omnium meminisse distinctionum oportet, quas in tertio de Temperamentis posuimus, vt secundum illas medicamentorum omnium speciei facultas explorari valeat.

A.l.2.t.1.c.2. fol.92.c

De Aquæ Facultate. CAP. 4.

ESto sanè prima nobis in cōtemplationem proposita Aqua: q nimirū ea & cōmunissima hominibus oībus sit, tum sanis, tum ægrotis: & ad vitā maximè necessaria. Primum q; eucrato siue temperato corpori applicator ipsa neq; frigida insigniter neq; calida: Deinde ijs qui natura sunt intēperati: Tertio ijs, q affectu aliquo tenenť. Nam hoc pacto exactè in oībus propriam eius facultatē perpenderis. Igitur tēperato admota plusculo tēpore ipsum oīno refrigerabit: Intēperato vero, citius quidē refrigerabit id quod frigidius natura fuerit, tardius verò quod calidius: Semper aūt oīa refrigerabit, etiamsi non multis deinceps diebus, sed vel vna quis hora, aut pluribus ea vtatur: nec.n. talis in vllo ipsorum calorē reuocare poterit. Nā quæ summè frigida est, si quadratæ ac iuuenili corporis naturæ pauculo tempore adhibeatur, caloris molietur reuocationē: sin aliter vtaris, semper refrigerabit. Quin ēt si ijs quoq;, qui simplici laborãt morbo, siue calido tēperatura siue frigido, eiusmodi admoueatur aqua, hos etiā manifestò refrigerabit: nam simplex sit affectio oportet (quēadmodum vtiq; in tertio de Temperamentis definitum est) quò videlicet quę adhibetur, ex sua natura refrigeret, non ex accidente quopiā: quippe cùm frequenter, vbi compositus fuerit affectus, aliud primario medicamentum efficiat, aliud ex accidente: velut in phlegmone, est enim ea affectio calidæ copiosæ q; fluxionis soboles. At quæ modicè excalfaciunt pharmaca, cùm superfluitatem euacuant, protinus, opinor, & quod affectum est, frigidius efficiunt: Verùm cum simplex vna q; fuerit affectio, quod ex accidente fit, in ea prouenire non potest. Ergo si hac ratione expendas, aqua potabilis vndequaq; videbitur frigida. Non est tamen eadem aliarū aquarum sponte natarū, quę sulfur, bitumen, aut nitrum, qualitatibus suis referunt, facultas. Siquidē earum omnino nulla, vbi alienę tum caliditatis tum frigiditatis expers adhibita fuerit, frigefacere conspicitur.

H

A citur. Quinimmo nec marinam ipsam, prius q̄ adscititium frigus summum acceperit, admodū refrigerare apparet. Nam si quis in potabili aqua totum diem innatet, vt ēt non admodum sit frigida, sed velut ex Sole tepens, necessario tñ refrigerabitur: at mare complures iuuenū interdum innoxie pertulere nō per diem modo totam, sed ēt adiūcta nocte. Ex quo liquet aquam potabilem certe & dulcem, secundū naturam suam semper esse frigidam: mare vero non ęque. Quod si non semper in sermone adijciam, potabilem, sed dicam simpliciter, quantū ex se est, aquam esse frigidam, haud calumniari oportebit, tanq̄ insufficienter & indistincte locutum. Nā quę exacte ac syncere aqua est, omnis alterius substantiæ mistione vacans, ea ex necessitate ex sua facultate est frigida: Si qua vero per bituminosa, sulfurosa, nitrosa, aut aluminosa loca distillans, substantiæ eius aliquid absterserit, secumq; traxerit, mista iam ea est, non autem exacte aqua: Velut si ipse quoq; volueris aut salem, aut alumen, aut aliud id genus affatim aquæ miscere potabili: sicut sane sæpenumero facimus in marinæ inopia, quando muriam facere volumus, tūc enim salem aquæ indimus. Ac tantum ipsa facultate iam dissidet, vt si aqua dulcis, videlicet quæ neq; insigniter aut calida, aut frigida sit, sed velut †ex Sole tepida,⊱ erisipelati perfundatur, noxam oino nullam hominis corpori sit allatura: at si marinam aquam, aut muriam, aut id genus aquam mistam, bituminosam vi- † τὸ καλούμενον ἀληθερές.
B delicet aut sulfurosam admoueas, vsq; adeo hoiem offenderis, vt partē ipsam sis adusturus. Aqua igitur ipsa ex sese frigida est facultate. Porro si extraneum calorem adeptā corpori humano perfundas, putabis forsan simplex quoddam & naturale adhibitum medicamen: at ea quodam vtiq; modo composita est, aut igneæ essentiæ partem aliquam nacta, aut certe omnino ipsam qualitatē. Vt enim, si salem illi miscueris, ex confesso fuerit composita: sic multo magis, si igneam aut essentiam aut qualitatem adieceris, compositam quodāmodo et nunc effeceris. Est porro etiam aqua limosa quadantenus composita, velut est aqua Nili, quę in Ægypto est: sed ea per fictilia vasa percolata plane pura efficitur. Oportet autem non semel, sed bis, & ter percolare, quādo ne sic quidem forsan ad amussim puram queas efficere: verum quando, qui aquæ infertur limus, omnem effugerit sensum, satis tunc est vt queas dicere tales, vt ad vsus, puras & synceras esse aquas.

Quo pacto Iudicemus Aquam Puram. CAP. 5.

IVdicantur aūt hę tribus sensibus, nempe gustu, visu, & odoratu. Gustu pura est, si nullam offerat qualitatem, sed ad vnguem qualitatis expers appareat: Visu, cū syncera fuerit, ac plane perlucida. Sic nec odoratu vllam prę se ferre qualitatē debet: vt sunt quædam extremę prauitatis, quę aut aciditatem, aut acrimoniā, aut salsedinē, aut putredinē, aut aliud indicibile aliquod vitium prae
C ferunt. Igitur aqua quę absq; his est omnibus, vt ad naturam certe, ne ipsa quidem ad amussim syncera fuerit, sicut nec aliud vllum ex quatuor elemētis sensibilibus, sed vt ad sensum & vsum syncera est. Talis ergo, vt est dictum, secundū suam naturā frigida ēt est: quippe si valde excalfactam nō modo aquam, sed vel mandragoram, vel altercum, vel cicutam, vel meconium admoueris, non solum excalfeceris, sed etiam vsseris corpus humanum. Omnia itaq; quæ examinanda venient medicamina, omnis extraneæ valentisq; tum caliditatis tum frigiditatis aliena sunto, nedum aqua.

Demonstratio, Qua ostenditur Aquam frigefacere Ex cerati, quod ex ea conficitur, effectu. CAP. 6.

POrro q aqua omnis dulcis perspicuo frigefaciat, hinc quoq; didiceris. Ceratum humidum si ex aqua frigida subactum accurateq; madefactum calido alicui affectui imponas, protinus ipsum frigefacies. Oportet autem quā plurimū admiscere ipsius aquæ, mistioq; hoc maxime modo optime perficitur. Ceram quantum fieri maxime potest purissimā oleo liquantes humidum facere ceratum oportet: deinde refrigeratum, ac rasum, in mortario manibus subigere, aquam affundendo frigidam, quantum nimirum ceratum accipere valet, ac non dum aqua circūfluat. Id refrigerat & eos qui in febre vruntur, si hypochondrijs superponatur: & omnem phlegmonem, similiter herpetes quoq;, & carbunculos, tum erysipelata, & phygethla, ac breuiter omnes morbos ca
D lidos. Ergo si non aquam dulcem, sed marinam aut muriam illi admiscens in vno prædictorum quouis vti volueris, non paruam omnino differentiam conspicies: quippe cum id medicamentum adeo nullā propositarum affectionum amplius refrigerabit, vt insuper accedat potius. Adeo multa est diuersitas inter potabiles aquas & muriam marinamq; aquam. Æque aūt ac muria marinaq; aqua, sulfurosæ aquę, & bituminosæ, & nitrosæ, & quæ chalcanthum, & mysi, & chalcithim, vel aliquod simpliciter ex natura calidis medicamentis gustu referunt, inimicæ sunt omnes calidis corporum nostrorum affectibus. Ex quo claret has omnes facultatibus esse calidas, solam vero aquam potabilem frigidam.

Quod Aqua Potabilis Humida sit. CAP. 7.

CÆterum q hæc quoq; propositarum omnium aquarum sola sit humida, plane ex eadem disces methodo. Nā vlcera quæ supra modum squallida siccaq; sunt, si hac irriges, statim admodum humida flaccidaq; reddes, cum aliæ aquæ vniuersæ vlcera deliccēt. Tum piscatorum vlcera adeo videntur sicca, ac si forent salita: contra eorum, qui in balneis versantur, humida apparent ac flaccida. Quin si imbutum linamentum vlceribus imponere libeat, humida quidem a potabili, sicca vero a muria marinaq;, reddi comperies. Aquæ quin etiam aluminosæ, quales sunt in Italia vocatæ Albulæ, cum alijs vlceribus idoneæ sunt: tum vero quæcunque fluxionibus tentantur, ca

perfacile deficcant. Sic nec cæterarum aquarum vlla humectare poteſt, φ videlicet non ſint exacte E aqua, ſed miſta & adulterata, accepto nimirum aut alumine, aut chalcite, aut ſale, aut id genus aliquo. Quocirca earum non nullæ vlcera quoque exaſperant, nempe quæ acres admodum ſunt & mordaces. Quin etiam ſitienti dulcis aqua leniens remedium eſt: cętere vero acerbiorem etiam ſitim relinquunt. Tum aqua inter cutem laborantibus aduerſiſſimum eſt & poculum, et lauacrum, aqua dulcis: ſalſæ vero, ac nitroſæ, & ſulfuroſæ, bituminoſæq; omnes ſane perutiles. Imitari autem potes ſicut marinam, ſic aliarum quamlibet, ſubſtantia videlicet admiſta, quæ in quaq; vincere cõſpicitur: nam ſulfure in aquam dulcem indito ſulfuroſam effeceris: alumine aluminoſam: ac eodẽ modo aliarum vnamquanque.

Quod Aqua Aduentitium calorem nacta, ſemper quidem Humectet, Non aũt ſemper Calfaciat: Verum In ipſo quidem perfuſionis tempore calfacere, Poſtea vero frigefacere conſueuit. CAP. 8.

HÆc ergo propria aquæ natura humida eſt & frigida. Aduentitium aũt calorẽ adepta excalfacit quidem & humectat, quibus eſt ad mota: verũ haud ſimiliter ambo preſtare ſimul poteſt. Summe nanq; humectat ſeu tepida ſit, ſeu temperata, ſeu ẽt calidior: ſumme aũt non calfacit, niſi que extreme ferueat. Quod dico, in temperata primũ exploremus natura. Igitur ſi huic aquã afferas temperate calidã, eaq; vel laues vel itidem perfundas partem aliquam, in ipſo quidem perfuſionis tempore calidiorẽ ſimul & humidiorem ſe ipſa efficies: φ ſi deinde quieſces, nec corpus F frigidæ vſu poſtea contrahes conſtipabis ac denſabis, paulo poſt ſe ipſo frigidius fieri conſpicies, quippe cum corpus rarefactum, tranſpirante immoderatius calore natiuo, frigidius efficiatur. Nõ tamen ſicut frigidius poſtea calidæ vſus corpus deſtituit, ita & ſiccius: quanq; profecto videri id poſſit, tum ob ſpiramentorum raritatem, tum ob corporis mollitiem, tum ob ſubſtantiæ fuſionẽ: pluſculum ſiquidem in his affectibus euaporetur neceſſe eſt: atqui vapor humor eſt extenuatus. Verum non ita habet rei veritas. Nam mollities, quam calidæ aquæ lotionibus acquirunt corpora, ſolius humiditatis proprium ac inſeparabile ſignum eſt, in animantis videlicet corpore: velut in opere de Temperamentis eſt demonſtratum. Sane vlceratarum partium caro, id ipſum perſpicuo oſtendit, vt quæ in iſtis ex aqua calida perfuſionibus flaccida atque algę ritu fluida efficitur: quanquam ſane corpus illiuſmodi affectionibus inanitur, vt minus tunc in ſeſe habeat humoris, quam antea. Videriq; venia digni poſſunt, qui per calidas lotiones, atque aquæ moderate calidę perfuſiones ſiccari corpus exiſtimãt: nam ſimilis horum eſt error, atque illorum qui credunt ſenes adoleſcentibus eſſe humidiores. Pluribus nanq; ſenes excrementis redundant, ſed genuinæ (quæ πεφυκότα μόρια nuncupãt) organiceq; partes adoleſcentibus magis ſunt humidę: vt id quoq; in G ſecundo de Temperamentis monſtrauimus. Perinde ſe res habet in perfuſionibus, ac lauacris, omniq; adeo ex aqua calida irrigatione. Siquidem humores qui in vaſis aliiſq; inanibus ſpatiis ſunt, exhauriũtur omnes: at ipſa vaſorum corpora, & vniuerſum genus carnoſum ſe ipſo fit humidius. Atq; hanc ſolam facultatem nunq; aqua dulcis deponit. Neque enim cum feruens corpora exurit, quæ vſta ſunt redduntur ſicca, vti quæ ab igne ſunt aſſa: rurſum nec cum ſummam adepta frigiditatem per diem totum, aut etiam longiori tempore, parti cuipiam perfunditur, eam ſicciorem efficit, tametſi rugoſa atq; admodum exilis relinquitur. Verum hæc eueniunt, φ qui in vaſis aliiſq; ſpatiis eſt humor, exhauſtus fit: at partes genuinæ ſolidæq; nulla ſua parte ſicciores euadũt. Huiusq; ſemper meminiſſe oportet: Tum toto ſermone perpetuo obſeruandum ex euidenter apparentibus colligendam cuiuſque medicamenti facultatem: Ac ſemper, ad quod quid dicitur calidum, frigidum, humidum, aut ſiccum, ad id eſſe æſtimandum.

* *In impreſſis cod. græ. legitur duntaxat τὸ ὕδωρ id eſt aqua: in pluribus tamẽ manuſcriptis additur τὸ γλυκὺ δηλονότι i. dulcis ſcilicet*

Si a Rebus Externis de Medicinarum Facultate colligi quid oporteat, ex Ignis cum illis commercio Faciendum eſſe Iudicium. CAP. 9.

POrro ſiquis velit ex ſupabundanti a rebus externis ꝓbationes ducere, ne id quidẽ prohibeo: verum, animũ diligenter aduertat, conſulo. Nam {admodum lubrica res eſt, ac} multos obtinet paralogiſmos i. fallendi modos. Sed hos in conſequẽtibus ediſſerã. Cæterum quod ſolũ quis H ab externis rebus ſumpſerit, vt id quod iudicium ſubit medicamentũ, aut excalfacere, aut refrigerare ꝓbet, id in ignis cõmercio cõtactuq; conſpicit. Neq;.n. vſq; adeo abſurdũ eſt, quod facile in ignẽ vertit, id calidũ facultate putare. Memoria enim, opinor, tenemus oĩa huius vocis Facultate ſignificata, q̃ in tertio de Temperamẽtis diffiniuimus.† Vnũ igit ex iis erat & id, quod ex propria eius, quod dicit, materia, tale eſt facultate: ſiqd.n. facile in ignem vertitur, id facultate eſt ignis, non actu ſcilicet: Nam hoc quod eſt facultate, ex aduerſo ei diuiditur quod eſt actu: alterũ vero quod eſt per ſe, ei quod eſt ex accidente. Hanc ergo iudicii rationem conſiderare ac diſtinguere conuenit.

† *Clariora videtur eẽ verba tertii de tẽperamentis ca. 1. cl. 1. pag. 21. f. Præterea q̃cunque fientiũ cõtinẽtes materiæ ſũt, nec refert an conuenientes, an proprias dicas etc. quo ĩ loco γινομένων i. fientiũ habetur, quod hic λεγομένου i. eius quod dicitur. cõſidera.*

Quot & Quæ Prædefiniri oporteat, Vt liceat ex alicuius affectione quæ ad Ignem eſt, Quo pacto aduerſum nos id ipſum afficiatur, colligere. CAP. 10.

AT quibus conſilium eſt tuto a rebus extraneis ad corpora tranſire animalium, videre primũ debent, an tenuis ſit eſſentiæ, an craſſæ, quod explorandum venit. Secundo an ſibi continuum denſum'que ac ſolidum, an interuallis interceptum ac rarum. Quocirca his immorandum prolixius eſt: videtur enim id quoddam eſſe principium, ac velut elementum multam conſiderationem poſtulans.

Quod

A *Quòd quæ Subtiliorum sunt partium, Promptius propriam exerant actionem, Quàm quæ Crassiorum, Tametsi Eandem cum illis Facultatem obtineant.* *CAP.* 11.

A.l.2. t.1. c.4. fol.94.h

IGitur eorum, quæ in confesso est facultate esse calida, nullum omnino apparet nos excalfacere, prius quàm in tenuia sit comminutum. Nam si quis piper solidum cuti inspergat, nullam planè caliditatem percipiat: eadem ratione si quis vel linguæ imponat, aut deglutiat, aut alio pacto vtatur integro, haud quaquàm diligenter trito, & cribrato, ac non adeo cõminuto, vt pollinem tenuitate referat. Nã quod pollinis instar tenue cuti inspergitur, excalfacit, ac maxime si affricueris: præterea quod linguæ admotum fuerit, aut in ventrem deuoratum: At quod solidũ integrumq; imponitur, nec cutem calfacit, & linguæ ventriq; exiguum dũtaxat caliditatis sensum mouet. Itaq; cùm tenuium esse partium dicantur quæ facile in tenues partes comminuũtur, crassarum vero partium quę contra: tum dura viscosaq; ægre, ac difficulter, aut omnino in tenues comminui non possint: fragilia verò, & quæ citra viscositatem mollia sunt, prompte in tenues soluantur: hinc constare arbitror multa esse facultate calida, ac facile accendi, verũ nos haud facile excalfacere. Nam ignis, vt qui omniũ est tenuissimus, simulq; calidissimus, & in profundum facile penetrat, & comminuit, extenuatq;, & vincit, atq; in suam deniq; naturã cõuertit, vndequaq; scilicet simile reddens, atque B exuperans id quod contingit: At nostra caliditas supra quàm quòd crassę sit essentiæ, & halituosa, insuper infirma est, vt nõ facile mutet quod contingit. Ostensum est aũt in tertio de Temperaturis (quo sine, quæ hic dicuntur, assequi est impossibile) nullũ eorũ, quæ nos excalfacere apparent, perinde vt ignẽ posse calfacere, verum vt materiã accendi facilem: siquidem mutationis principium à nostra caliditate accipientia, vt calami aridi ab igne, nos cõtra recalfaciunt, & velutpartes fiunt quædã caloris natiui, sicut illi ignis: nam quod prius erat calamus, id nunc fit ignis, vt mutantis ipsum ignis essentiam totã adaugeat. Monstrauimus aũt quædam, vbi vel leuem fuerint mutationẽ extrinsecus adepta, secundum naturã deinde suã ad plurimã mutationẽ procedere. Quamobrẽ mirandũ non est, si quædã medicamẽta primę quidẽ mutationis principiũ à nostro calore nacta, inde iam pergant eum quoq;, qui mutabat superare. Nam cũ corporis cuiusq; proprietas alia habilis sit ad suscipiendum calorem, alia inhabilis, fit vt paria principia non sequatur par incrementum.

{ *Quòd Pharmaca, quæ Paruam sortita sunt Molem corpoream, Magis agant, Quàm quæ Magnam* }

QVin etiam quòd corpus admodum exile facilius alteratur mutaturq; ab eo, cui admotum est: quod autem grandius est, non nisi temporis spatio, ac vix tandem etiam sensibilem alterationem sustinet: id cùm non modo à physicis naturã scrutantibus sit demonstratum, C sed cuiuis etiam homini rei ipsius experientia notum: satis magnum adfert testimonium ijs, quæ modo dicebamus. Quippe si piperis particulæ à nobis accipere debent mutationem: eoq; accipiant facilius, quò fuerint minutiores: mirandum non est, si eas tanto citius excalfacere experiamur, quanto accuratius in minimas fuerint comminutæ.

Medicamenta Parem etiam sortita tum Facultatem, tum Consistentiam, Quanto Rarioribus applicentur corporibus, Tanto Ocyus actionem suam exercere. *CAP.* 12.

QVin etiam quòd extima cutis superficies callosa sit duraq; & frigida, tum quod sub ea est, quanto profundius subeas, tanto sit calidius, nemo ambigit. Huic sanè rationi si duo etiam principia in alijs à nobis tractationibus demonstrata adiecero, ita deniq; vniuersum possis colligere. Alterum quidem ad demonstrationem principiorum, siue lẽmatum, siue axiomatum, siue propositionum, siue vtcunq; nũcupare libebit, in cõmentarijs de Temperamentis demõstratum est, Cutem videlicet oẽm in primo statim ortu sibi esse continuam: at temporis spatio perforari, ac plurima nancisci spiramenta ritu cribrorũ. Alterũ vtilium ad ratiocinationem propositionum est, Corpus vniuersum expirabile esse ac inspirabile, vt inquit Hippocrates. Fusius autem de hac dictum est in libro de Vsu pulsuum, vbi demonstrauimus arterias, vbi se dilatantes vndiquaD que, & per omnes meatus attrahunt, nõ aerem modo halitumq; attrahere: sed, quicquid etiã trahi facile, ac tenue sit, ad spiritalis essentiæ impetum expedite consequi. Quibus sic se habentibus multæ venæ arteriæq; aperiuntur in cutis meatus & in ipsius superficiem internam: ac in meatuum perforationes haud pauca peruenire venarum arteriarumq; oscula existimandum est, nihiloq; secius ad extimam superficiem, ita vt ipsæ osculis ibi finiãt: Tum quicquid piperis ad exactissimum redactum fuerit pollinem, simul cum ambiente aere ab arterijs attrahi, ipsumq; protinus à calore natiuo transmutari, idq; tum ob paruitatem, tum ob ingenitam vt à calore alteretur aptitudinem: siquidem haud aliud illi erat facultate esse calido, quàm facile posse incalescere. Quòd si semel id illi initit, mirum nõ est per omne corpus tempore perlatum, ipsum recalfacere: ac proinde primũ maximeq; ab id genus medicamentis incalescere partes, quas primũ contigerint: deinde quę his sunt proximæ & continentes: ac sic deinceps tertio, quartòque loco, pro situs videlicet vicinitate cum ijs quæ primo incaluerant, incalescere. Hæc scientifica constant demonstratione, non tamen ijs satis credibili, qui in primis non fuerint exercitati. Oportet enim in ijs quæ de Elementis sunt ratiocinationibus esse versatum, atq; in commentarijs de Temperamentis, & Vsu pulsuum, & ante hæc omnia in demonstrãdi methodis peritum. Sanè paucis datum est oĩa percurrere. Verum his quidem suffecerit (mea sententia) in euidẽtibus duntaxat versari, paucis attactis communibus

rationibus ſiue epilogiſmis. Itaq; cauſam, quamobrem non excalfaciunt corpora humana ea quę E
craſſa adhibentur, etiam ſi natura ſint calida, ijs duntaxat qui rationem aſſequi valeant, dictam eſſe
reputent: ſibiq; ſatis eſſe perſuadeant, quod euidenter ſenſibus apparet. Apparet autem euidenter
craſſorum omnium nullum prius, ꝗ ad vnguem comminuatur extenueturq;, neq; ipſum à corpo
re noſtro quicquam perpeti, neq; rurſum in nos poſſe agere. Nec enim ſolum in pipere, napy, can
chry, cæteriſq; omnibus quæ nos excalfaciunt, ita ſe res habet, ſed æquè item in facultate frigidis.
Nam ſi quis radicis mandragorę corticem in magnas partes confractam cuti imponat, aut illinat,
†aut deglutiat, ⁊ planè nihil efficiet: at ſi admodũ ſit cõminuta, refrigerare poteſt. Sic ẽt papaueris
ſemen, & cicutæ, tametſi hoc ſit omnium refrigerantium valentiſſimum, tñ antequam exactè cõ-
minuatur, cuti noſtræ impoſitum planè eſt imbecillum. Ne te ergo magna teneat admiratio, ꝙ ca
lami aridi, piliq;, tametſi accendi promptiſſimi ſunt, non tamen nos contactu excalfaciãt: quippe
qui planè à noſtro calore mutari nequeant, vt ſic recalfaciant, ꝙ videlicet pollinis ritu cõminui nõ
valeant: quandoquidem calamus Indicus, quem & aromaticum ideſt odoratum appellitant, cùm
tundi, cribrari, ac planè magis, quàm qui apud nos naſcitur, cõminui valeat, clarè nos excalfacere
conſpicitur, ſicut vno ore omnes qui ætate nobis maiores ſunt medici, confitentur.

† Eſt quidẽ in antiquis codi. græcis ἢ καταπίοι i. aut deglutiat, ĩ impreſſis tamen & ĩ tralatione ueteri uerba hæc non habẽtur.

Quòd Corpora Rariora Citius ab Igne Accenduntur, quàm quæ ſunt ſpiſſiora. CAP. 13. F

PORrò *conſiderãdum eſt (quemadmodum propoſui) non ſolum craſſarum ſit partium an te- A.l.2.t.1.c.3. fol.92.g
nuium, explorãdorum medicaminum ſubſtãtia, verum etiã rara ne, an ſpiſſa, denſa ue. Vo-
co ſanè rarum, cuius partes ſpatijs inanibus intercepta ſunt, intelligentibus videlicet nobis, ac ſem
per recordantibus, quo pacto dicatur ſpatium inane ab ijs, qui vnitam eſſe dicunt ſubſtantiam,
non quemadmodum Epicuro & Aſclepiadi eſt viſum: immo aere plenum eſt in raris corpori-
bus ſpatium inane. Vbi ergo eiuſmodi ſpatijs multis corpus fuerit diſtinctum, facilius ꝗ ſpiſſum
accenditur, etiam ſi ꝙ ad caliditatis frigiditatiſq; attinet temperiem, ſimiliter illi ſit affectum. Nam
qui in ijs ſpatijs continetur aer, cùm ſit ad patiendum promptiſſimus, primo ſtatim ignis occurſu
accenditur atq; inflãmatur: vnà verò ſecum corpus vniuerſum accendit, vnamquãq; eius partem
nimirum vndequaq; occupans. Ergo, ſi parua corpora, cingente ea circunquaq; flãma, promptè
accenduntur (nã id clare conſpicimus) non ſine ratione corpus rarum celeriter accenditur, vtpote
cùm profundas eius partes omnes flamma contingat. Sic itaq; calamos aridos ignis celeriter exu-
rit, tametſi minus ſint alia ſubſtantia calidi, idq; ob meatuum multitudinem, quos aer quidẽ prius
occupabat: vbi vero ignis contigit, flamma depaſcitur: Aer enim accenſus, flamma eſt, terra vero
carbo. Porrò ꝙ aeris plenos meatus multos aridus calamus obtineat, ſummum argumentum eſt G
ipſius leuitas: nã ſiccum natura corpus leue eſſe alioqui nequeat, niſi inanitate ſit præditum. Eun
dem in modum pumex, & ſpongia ſicca, atq; omnia adeo quæcunque fiſtuloſa ſunt, multumq; va
cui obtinent, pondere ſunt leuia. Sic ſanè & calamus non eo duntaxat ꝙ ſiccus eſt, ſed ꝙ plurimi
aeris eſt particeps, promptè accenditur: at à noſtro corpore ægrè proinde calfieri poteſt, quòd eſ-
ſentiæ ſit craſſæ. Quãdo igitur medicamenti cuiuſpiam ex ignis commercio temperiem colligen
tes, ſcrutari ſtatuimus, an aduerſum nos eodem modo ſe gerat, ſubſtantiæ eius reſpicienda conſti-
tutio eſt. Nam ſi tenuis quidem ſit, ſed continua, eandem & in nos naturam oſtendet, quam prius
in ignem: ſin autem rara ſit & craſſa, fieri poteſt vt ab igne quidem perfacile alteretur, non tamen
à calore noſtro, ac proinde nec nos recalfaciat.

Aquam Tenuium eſſe Partium, Nec Vnquam nos Ex ſua natura Excalfacere. CAP. 14.

POſteaquam igitur hæc eũ in modum definita ſunt, rurſum ad ſermonem de aqua redeamus.
Nam ꝙ tenuis ſit eſſentia, argumento eſt, ꝙ promptiſſime per pilos & veſtimenta perfluat:
nam propter humiditatem mollitiemq;, quæ nihil habeat adiunctum viſcoſitatis, diuiſiles partes
obtinet, & quæ facile in minimas poſſint diſtrahi. Talis cùm ſit, tamen neq; nos ex ſua natura cal-
facit, neque proprium eſt ignis nutrimentum, immo omnino contra aduerſatur, & diſſidet, atque H
extinguit, vt quæ illi ſit aduerſiſſima: nec mirum eſt, ſi cum igne natura tum calidiſſimo, tum ſic-
ciſſimo, pugnet aqua, quæ frigida eſt & humida. Coniectura quidem igitur & ex ignis ſumenda
commercio, quo pacto quodq; medicamẽtum in calore frigoreq; ſe habeat: non tamen protinus
exiſtimãdum tale & ad nos videri, niſi tenuium ſit partium, & ſpiſſum. Sic oleũ tametſi facile in-
flammam vertitur, non tamen admodum celeriter nos excalfacit, nimirum lenta craſſaq; ſubſtan-
tia ſua tenaciter ijs inhærens quæ primum contigit: proindeq; lõgiſſime omnibus perdurat qui-
bus fuerit illitum, ſcilicet nec ab ambiente facile aut extenuari aut digeri potens, nec intrò in cor-
pus promptè trãſumi: Aqua verò econtrario & celerrime in halitum ſoluitur, atque expeditè di-
geritur. Proinde etiam ſi in idem vas coniectã aquam oleum'que decoquas, prior tamẽ aqua dige
ritur, & abſumitur. Sic item ſi lithargyro, aut ceruſſa, aut id genus aliquo cum aqua diligẽter com-
miſto, ſimul ambo decoquere voles, priorem digeri aquam experiere.

*πλοκάμων.

*σασιάζει.

Non Simpliciter Quod citius ab Igne Accenditur, Id ad nos quoq; Apparere Calidius. CAP. 15.

NOn ergo ſimpliciter quod citius accenditur, protinus ad nos apparet calidius. Siquidem
antè oſtenſum eſt, vt calefacientium †aliud ſimpliciter erat calidum, vt ignis: aliud exuperã-
tia calidum, velut qui in nobis eſt calor: Sic eorum quæ facultate ſunt calida, aliud eſſe eiuſmo-
di,

†ἐνεργείᾳ i. actu, additur in atiquis cod.

A di, vt ad id quod primo & absolutè est calidum: aliud verò vt ad id, quod per exuperantiam dicit. Quam ob rem non absolutè ab ea, quæ aduersus ignem est, in iudicium venientiũ medicaminum dispositione, ad nos transire expedit, sed adiecta limitatione proposita.

Non Quod citius à Frigore Congelascit, Eo quod tardius, Absolutè Frigidius existimare licere, sed Inter ea quæ parem sortita sunt consistentiam. CAP. 16.

A.l.2. t.1. c.3. fol.92.g. EAdem″ hæc limitatio itidem necessaria est, qñ ex eo ꝙ quid facile conglaciatur, frigidum esse colligimus. Nam in ijs quæ eandem habent aut tenuitatem aut crassitudinem consistentiæ, quod ocyus à frigore congelatur, temperamẽti est frigidioris. Nam si alterum sit tenuius, puta exẽpli causa, vinum: alterum crassius, vt oleum: non est necesse aut citius, aut magis, concrescere quod est frigidius. Verum, si quanto alterum est frigidius, tãto alterum quoq; crassius sit, similiter ambo concrescent. Cæterum magis concretum videatur, ipsa videlicet cõsistentię duritia quod fuerit essentiæ crassioris. Nam rationabile est, reor, similiter congelatorum quod crassioris fuerit essentiæ, itidem fieri durius. At si vel alterũ plus sit frigidius ꝙ reliquum essentiæ crassioris: aut contra minus frigidius quidem alterum, sed alterum crassioris essentię: haud etiam pari tempore hæc congelascere est possibile: verùm quod plus est frigidius ꝙ alterum essentiæ crassioris, minori temporis B spatio: quod verò minus est frigidius ꝙ reliquum essentiæ crassioris, maiori. Sic magis minusq; vtrumuis ipsorum videri durum, id pro excessus portione euenire est necesse.

Quo Differat Congelatio à Refrigeratione. CAP. 17.

HÆc ergo memorię mandare oportet: tum ꝙ non idem sint congelari & refrigerari, †& ꝙ il lud maxime à refrigeratione proueniat. Nam refrigerari est frigidam accipere qualitatem: at congelari est durescere præ frigore. Ergo quæcunq; corpora tenuis sunt essentię, cùm facile perpetiantur, promptè tum incalescunt, tum refrigerantur: at non æquè promptè congelant, vt aer, & ignis. Nam hic planè non congelatur: ille autem, nempe aer, non perinde vt vitrum, vt pix, vt cera, resina, bitumen: tametsi bitumen sit vel calidissimum, verum essentiæ eius crassities ac terrenitas, ad congelationis celeritatem adiuuat: ac si tetigeris, calidum etiamnum, planè tamen congelatum reperias: sicut (puto) & plumbum & stannum non aliter concreta sunt etiamnum feruentia. « Sic aquam Hippocrates, quę celeriter & incalesceret & refrigeraretur, semper esse leuissimam retulit: nam quanto tenuior fuerit, tanto pati promptior est: atqui quæ tenuior est, minimum habet limi terrestris. Non ergo absolutè, nec temere ex materiæ passionibus ad ignem, conijcere eius ad nos facultatem oportet, verùm adiũctis limitationibus suprapositis. Quare nec ęquè securũ hoc C iudicium, ac id quo ad nos ipsos quid examinamus: at qui hoc etiam vlterius transeunt, planè in multis errorum periculis versantur. Quanꝙ id faciunt medicorum complures, alij omne quod viscosum est, calidum asserẽtes: †alij, quicquid adstringit: nõ nulli, quicquid est dulce: quidam verò, ẽt quod austerum acerbum'ue est: sunt aũt, qui singulis illorũ contraria defendant. Sed qui in istis errores comitantur postea narrabo. Nunc aũt præsentem sermonem cõsilium est absoluere: nempe vt siquis ex ignis cõmercio materiam iudicare volet, non absolutè neq; citra limitationem id faciendum: neq; perinde ad ignem & hominem habere, quicquid iudicatur, putandum. Nam aqua igni aduersissima est, vt quæ facultatem sortita est frigidam & humidam: muria verò, marina, bituminosaq; & sulfurosa aqua, non ęquè, quippe cum id genus oẽs ab aqua ad calidius recesserint. Verum de sponte natis aquis (Græci αὐτοφυῆ vocant) vel hęc sufficiant. Siquidem vbi medicaminũ vniuscuiusq;, quorum qualitates accipere aquam ostẽsum est, sermonem singillatim tractabimus, si nunc aut obscurius quippiam aut imperfectius sit dictum, id tunc adijcietur.

† tametsi.

† Ex antiquis græcis. Alij quicquid adstringit, frigidum: non nulli quicquid e[st dul]ce, calidũ: quid[am] vero austerum vel acerbũ e[sse] frigidum. A[n]tiqua tam[en] tralatio habet vt noster interpres.

{ De Aceto. }

SEd ad reliqua nunc liquidorum medicaminum transibimus: Inter quæ vel maxima est controuersia de aceto, alijs frigidum, alijs contrà calidum adstruentibus: non nullis calorem quidem D quendam illi concedentibus, sed quendam ẽt auferentibus, velut qui acetũ vinum esse mortuũ asserunt. Nã hi propriam vini caliditatẽ perdidisse quidem, verũ putredinosam assumpsisse aliã quandam contendunt. Atq; ego sanè non multum abest, quin illorũ laudem sententiam, in eamq; prõptè accedã, †proq; hac assertione atq; opinione pericula omnia subeam, siquam″ machinam aut artem inuenire queam, sicut in lacte contrariarum partium separationis, ita hic quoq;. Nunc autẽ, ꝙ lac vniuersum non sit homœomeres & similare, neq; vndequaq; sibi idem, clare monstrat eius scissio, excogitata videlicet multis hominibus ratiõe, qua partes caseosæ à serosis separari possint. Atqui neq; tale quid repertum in aceto est: neq; manifesto demonstrare possis, ꝙ quantum eius est tenue, atq; humidum exactè, refrigeret: quod verò ẽm fæcis substantiam in eo defẽrtur, velut in vinis, calefaciat: nam ea solum ratione apertè quis probauerit ex contrarijs ipsum partibus consistere, sicut lac. Sanè in omnibus liquoribus, quos exprimẽdis fructibus conficiunt, crassum defẽrtur quippiam, quod & temporis spatio subsidit: fæx vocatur in vino, in oleo autem amurca. Sed et in oĩbus alijs †inest, quod illis proportione respondet, tametsi proprium nomẽ sortitũ non sit, quod velut fæx est in illis. Et fortasse & in aceto est eiusmodi quippiam, & forsan ipsum est quod caloris est particeps: quod verò frigoris, id quod tenue est. Fortasis verò & in ipso tenui exiguum quiddam defẽrtur in multa quantitate dispersum alterius naturę, ꝙ ipsum sit totum: nam quod maiori parte

A.l.2. t.1. c.1. fol 91.e

† καὶ συν... δύνευσα... τὴν ἀπο... σιντε καὶ ...ξαν.

* ἐμφέρεται

†humiditati-bus expre[ssis] additur in [tra]latione ve[teri]

parte frigidius sit quàm calidius, liquido ijs apparere arbitror, qui vere facultatem eius expenderint. E

Perperam multos Cauterij Instar Acetum pronunciasse Calidum. CAP. 18.

AC miror, qua ratione ducti quidam vsque adeo calidum esse acetum pronunciarint, vt cauterio ipsum assimilarint: Nam hac, inquiunt, ratione sanguinis eruptiones (αἱμορῥαγίας Græci vocant) reprimit. Primum enim tanta caliditas sensum nostrum nō fugeret. Deinde ad illorum calidorum imaginē omnino vtique crustam efficeret, calidis medicinis similiter. Nam id plane cōspicimus, vbi per ea sanguinem sistere statutum est, crustam relinqui haud exiguam: siquidem, nisi crustam effeceris, sanguinem haud represseris, nam ea velut operculum fit corporibus sanguinē profundentibus. Proinde sane etiam cauteria plane candentia illis applicare consueuimus, compertum nimirum habentes, quæ non sunt eiusmodi, præterquam quod nihil proficiant, insuper lædere, ac sanguinis profluuium iritare. Nec sane ignis ex sua ratione, aut quod calfaciat, ipsum sistere potest: verum idcirco, quia cùm vrat quæ contigerit, quod ex vstione reliquum est, operculum subiectis partibus relinquat, id quod Græcis appellari consueuit ἐσχάρα, {Latini autē crustā vocant.} At acetum haud perinde vt crustam facientia medicamenta, sed potius vt adstringentia & refrigerantia, citra crustam sanguinis fluores cohibet: itaque hac quidem ratione non excalfacere {extreme,} sed refrigerare putetur. Præstat tamen, vt & supra monuimus, à talibus coniecturis recedere, vtpote quæ iudiciū ad sensum haud referant, neque ex prope positis aut vicinis, sed è longinquo & longis lemmatis siue sumptionibus, rationem colligant. Aperiam autem copiosius illarum absurditatem in libris sequentibus. F A. l. 1. f. 4. c. 24. fol. 83 g

Qua Methodo Cognoscere liceat, An Calidum sit Acetum. CAP. 19.

NOs autem secundum methodum siue rationem ab initio positam, vim eius experiemur, primum in ijs quibus inculpata constat sanitas, mox in intemperatis, deinde & in ægrotātibus. Itaque spongiam aut lanam aceto madentem cuiuis sani corporis parti superponemus: deinde, vt ante est positum, protinus rogabimus, idiotas scilicet, atque ex plebe aliquem (nam illorū in istiusmodi incorruptum est iudicium, quia nulli videlicet dogmati seruiliter sunt addicti) nunquid calorē, an frigus, percipiant. Id verò satis constat, quod illud nec summe frigidum, nec calidū admouebimus: nam et de hoc supra verba fecimus. Sane si tale fuerit, quod applicatur acetum, potissimum si non admodum inueteratum, neque extreme acre, manifestum principio frigus percipiēt: itidem & post vnam, duas, tres'ue horas: postea verò, post sublationem scilicet, sensim nascentis in parte caloris phantasiam ac opinionem habebunt. Porrò si vehementer acre acetum extiterit, & hoc etiam refrigerari se principio dicent: celeriter tamen recurrentem calorem sentient, non autem longo post tempore, velut in recentiore ac nō valde acri aceto. Ex quibus constat omnino frigidum quidem esse acetum, sed quendam etiam obtinere calorem, qui acrimoniæ ratione per aliquod accidēs spatio temporis mediocriter corpora excalfaciat, tametsi id non vbique, sed in quibusdam dūtaxat, possit efficere. Nam laxis ac doloris expertibus tumoribus, neque protinus, neque postea, caloris sensum aceti vsus commouet: mordicatio tamen in illis quædam percipitur, ob quam sæpenumero ijs qui intemperante* vtuntur, tenuis quidam recurrit rubor. Itaque neque primario, neque proprio temperamento excalfacere videri possit, sed acrimoniæ morsu iritare. Porrò quandoquidem à sanis corporibus ad affectus semel delapsi sumus, suggeramus, quæ in calidissimis & frigidissimis affectibus efficere queat. Ergo siquis ab illita thapsia vratur, ardor aceto restringitur: Id quod, cui libitū est, experientia discere licet, velut nos profecto fecimus in nobis ipsis, quò accurate medicamenti potentiam experiremur. Illitis enim multis in locis tibijs, vbi post quatuor quinque'ue horas accēdi et inflammari cœpissent, huic quidem parti acetum, illi aquam inspersimus: alij vero oleum, alij rosaceum inunximus: & alijs atque alijs alia atque alia, quæ aut acrimoniam hebetare, aut calorem refrigerare creduntur: sed eorum omnium acetum compertum est efficacissimum. Quocirca manifestum est non eo, quod acrimoniam, ac mordacitatem obtundat, sicut oleum & rosaceum, † (nam id præstare hæc possunt) sed quia refrigeret, tale esse. Quippe, si excitatas à thapsia phlegmonas aliter sanare non liceat, nisi aut refrigerando, aut morsum siue acrimoniam obtundendo: nec alterū præstare valeat acetum: consequitur vtique necessario per reliquam vim sanasse. Alias porrò reliquas calidas passiones oēs, phlegmonas puta, herpetes, phygethla, erysipelata, carbunculos, aliàs plus, aliàs minus, refrigerare consueuit. Quapropter nisi vehementia illi atque asperitas facultatis molesta inesset, haud alio sane vtendum ad refrigerandum foret. G H

* *prurigo.*

† *Al. ex antiquis cod. græc. nam acetū has (hoc est acrimoniā & mordacitatē) efficere solet. Vetus itē interps, quoniā de proprietate ipsius aceti est, vt faciat accidere mordicationē etc. & ita omnino legēdum videtur.*

Quibus Rationibus sint Vsi Tum ij qui Summe Calidum, Tum ij qui Summe Frigidum esse Acetum pronunciarunt. CAP. 20.

TAmetsi quidam reperiantur, qui maximum id caliditatis eius argumentum constituunt. Non enim, inquiunt, neque acre, neque mordax, neque asperum, neque erodens foret, nisi affatim illi inesset caliditas. Nam sicut frigidi proprium est contrahere ac refrigerare, ita calidi secare atque diuidere: id quod in primis efficere acetum valet, quippe quod secet atque erodat non modo animantiū corpora, sed & grumos, callos, lapides, fictile, æs, ferrum, plumbum, ac tantum non velut ignis cuncta peruadat ac penetret, nec vlla possit substantia penetrationis eius vehementiam aut sustinere, aut illi reluctari ac resistere: Nā subtile haud secus esse atque ignē, nō leui testimonio illi tactū esse: quin

A quin & gustantibus ita videri, & per subtilissima vestimenta promptius aqua perfluere, omniaq; exedere, vti paulo supra diximus. Et quid nam, obsecro, aliud ipsum his verbis q̃ ignem pronunciant? Non aliter q̃ qui frigore grumos ipsum soluere contendunt, premendo videlicet, densando, ac vndequaq; stringendo, ac siquis digitis amplectens compresserit. Nam hi rursum adeo excedunt, vt & niue frigidius ipsum adstruant. Sed vtrorũq; castigãda immoderatio est. Neq; enim vt frigidum sit, iam niue frigidius: neq; vt calidum, omnium calidissimum pronunciãdum est: siquidem, nisi iuxta medium foret, ac longe ab extremorũ vtroq; dissitum, non tanta incidisset de facultate eius controuersia. Nam de cicutę aut mandragorę viribus nemo ambigit, neq; de nasturtij & canchryos: verum illa omnibus medicis in confesso est facultate esse frigida, hæc vero calida: Eundem in modum altercum & meconium frigida, piper & napy calida. Ad hæc innumera sunt alia, quæ facultate aut esse calida, aut frigida, vno ore medici omnes fatentur.

Quòd Acetum Neutrum esse dicimus, Vt ad summe calida, et summe frigida, Quia Vtriusq; extremorum est Particeps. CAP. 21.

A.l.2.t.1.c.4. fol.95.g. CÆterum acetũ, sicut vtiq; & rosaceũ, neq; esse summe calidũ, neq; rursum summe frigidũ, vel ex ipsa dubitatione satis cõstat: neutrũ vero quodam modo, vtrũq; horum sit necesse est. Si
B quidẽ cũ neutra tripliciter dicãtur, vti diuisit Herophilus, partim amborũ extremorũ participatione, partim neutrius, partim nunc illius nũc huius, oĩno & hæc aut aliquo significatorũ, aut aliquibus, ex neutrorũ natura fuerint. Mihi sane magis videñt vtriusq; extremorum participatione: & q̃ nunc sensibiliter calfacere videanĩ, nunc rursum refrigerare. Sic ergo neutra dici possint acetum & rosaceũ. Quòd siquis ea neutra ostendere coneĩ, quia neutrũ extremorũ participent, ne illi quidẽ ẽt forte probabiles quædam rõnes deerunt, sed non erunt demonstratoriæ ac scientificæ. Id me exacte compertum habere confido, & maxime de aceto. Nam q̃ suæ vtrisq; sint rõnes probabiles, tum ijs qui frigidissimũ demonstrant, tum ijs qui calidissimum, non paruum indicium est ipsum vtriusq; esse particeps: admodum tñ difficile est rationi, contrariorum participationem cõcedere, cum non liceat substantiam eius aut soluere, aut scindere, velut in lacte facimus, & alijs cõpluribus, quæ omnia sermonis progressus aperiet. Proinde euidentius magisq; periculo vocãs principium optamus assequi. Porrò vt mihi quidẽ videtur, indagandum illud principium est ex naturæ tũ tenuitate, tum crassitie, de qua dictum quidem supra est: verũ nunc quoq; copiosius de illa differere expedit, quandoquidem & Plato de principijs longum haberi sermonem oportere prodidit.

Quo pacto Aerem dicamus Tenuium esse Partium, & Nec Omnem Ignem esse Tenuium
C *partium, Nec Quicquid Tenuium est partium, esse Ignem.* CAP. 22.

IGitur nemo aerẽ nõ dicit esse leptomere i. tenuiũ partiũ, q̃ videlicet in tenues facile partes cõminuaĩ, quodq; p corpora dẽsissima expedite penetret: aut si ex alia re quapiã leptomereæ i. tenuitatis partiũ, vocabulũ illi attribuãt, clarè nos doceãt. Nec.n. ex corpusculis exilibus tenuibusq;, vt alterius sectæ principes asserũt, & nos quoq; aerẽ constitui fatebimur: nã cõtinuus est, totusq; vnus, nihil vsquã in se vacui cõtinens. Porrò in eiusmodi corporis natura tenuitas partiũ intelligiĩ ex sola in tenuia diuisionis celeritate. Verũ si ea rõne aer est tenuiũ partiũ, haud oĩs ignis tenuiũ erit partium: quippe cũ æs, ferrũ, lapis, lignũ, atq; adeo quicquid in carbonẽ verti põt, sit ignis, non tñ q̃ antea tenuiorũ partiũ: flãmæ tñ, cum aliud sint ignis genus, re vera tenuiũ partiũ sunt. Quocirca non oĩs ignis est tenuiũ partium, neq; quicquid tenuiũ partium, protinus & ignis fuerit: siquidẽ et pruna ignis quidẽ est, sed nõ tenuium partiũ: et aer tenuium partiũ, verum non ignis. Quid ergo tã in promptu habẽt hasce propositiones vtrasq; tũ medici tum philosophi paulo minus oẽs, Omnem ignẽ esse tenuium partiũ, & quicquid tenuium partiũ sit, esse igneum? Nã si acrius quis attẽderit, animumq; diligenter aduertat, haudquaq; dixerit prunã aere tenuiorũ esse partiũ. Memoria nãq; repetamus ambientis nos aeris puritatẽ ac partiũ tenuitatem in vehementi frigore & boreali con-
D stitutione: ipsamq; cum ferro componamus ignito: manifesto enim ex illius modi exemplis cognoscemus frigidum quid esse, quod sit exacte tenuium partium: & calidum, quod sit crassarum.

Non Omne quod Mordax est, Tenuium partium esse, aut Calidum. CAP. 23.

QVocirca haud cõcedendũ arbitror quibusdã, qui acetũ ex eo, qđ mordax sit, tenuiũ partium et calidũ esse colligunt: nec.n. quicquid tenuiũ partiũ fuerit, id et calidum est: forte vero nec quicquid mordax fuerit, & tenuiũ partium. Verũ in præsens id illis detur, tametsi adferre liceret niuem, boreã, aquam frigidã, non oculis dũtaxat, sed & vlceribus, & raris corporibus oĩbus, « mordaces, vti Hippocrates inquit, ‖ Vlceribus frigidum mordax. Verum ẽt siquis et illud, vt dixi, [illegible] concedat, quicquid mordax fuerit, esse tenuiũ partium, nõ statim & calidum concesserit. Itaq; nec ora. 9. acetum proinde q̃ mordax sit, calidum fuerit, sed tenuium partiũ, vti aer borealis, non tñ calidum.

Quomodo Acetum Obscure Videatur Calfacere. CAP. 24.

VNde nam igitur quibusdã obscuræ cuiusdam caliditatis sensus oboritur? Fortassis, vt ante dixi, ex contrarijs facultatibus compositum est, perinde vt lac. Forte verò caloris ipsius reuocatione. Possit etiam, cum asperum molestumq; habeat transitum, dolorem inde ciere, atque eum in locum calidam elicere fluxionem, siquidem id palàm est partibus dolentibus quippiam influere. Verum multum influere nequeat, quandoquidem acetum frigidum est, & proinde id quod ac-

currit,repellens. At quod plane tenue est,id medicamēti ansas effugiens, prẹterlabitur,atq; in par- E
te figitur,haud etiam retrorsum,sicut id quod crassum est,repulsum. Sane ad vnguem tenuis qui-
dam efflorescere rubor in partibus ab aceto iritatis conspicitur. Forte vero alia causa est,quæ com
prehēdi nequeat.Nā ob id ipsum procul ordiendā facultatum explorationē prohibuimus, quia in
naturalia incidere problemata necesse est,eaq; non leuibus ambiguitatibus perplexa.Nobis igitur
haud statutū est,sicut ijs qui naturam rerum scrutantur,oēs omnium rerum causas exquirere,verũ
medicaminũ facultates cognoscere,quo & illis dextre vti,& boni compositorum euadere artifices
possimus.Nam ꝙ sit impossibile aut probe ipsum medicamentum cōponere, aut eo quod ab alio
compositum est,idonee vti,antequā simpliciũ medicaminum facultates pernoueris,abunde in libris
tum de Curandi ratione, tum de Medicaminũ compositione conscriptis ostenditur. Cũ ergo is
nobis in hac tractatione propositus sit scopus, vbi primum quod ab illis vtile est inuenerimus, a
physicis problematis recedendũ est,quæ innumeris dubitationibus sunt intricata: quippe,cum in
qua in vniuersum temperatura,aciditas,dulcedo,{lentities,}amaritudo,salsedo,austeritas,acrimo
nia,& aliarum qualitatum singulæ prouenire sunt natæ,physici viri scrutari nituntur,hẹsitationes
tum plurimæ,tum maximæ, in oratione existere assolent.Has ego non secus vitandas censeo, quā
quædam præcipitia,cum præsertim ad manum sit via regia,qua medicamenta iudicare liceat. Pri- F
mumq;,quod paulo ante prẹcepi,perpendendũ,nullam in ambiguo esse facultatē eorũ medicamē
torum,q̃ vehemēter aut excalfaciũt,aut frigefaciũt: verũ de quibus ambigitur, neutra sint, necesse
esse: Deinde pleraq;,vt ad sensum simplicia,ex pugnātibus constare facultatibus: non.n.solũ lac,
sed ēt sulfurosæ,bituminosæ,nitrosæ, & quæcunq; eius sunt generis sponte prouenientiũ aquarũ,
ex pugnantiũ facultatũ mistura nascunt̄: siquidem aqua ex sua natura frigida est & humida: bitu-
men aũt,sulfur,misy,chalcitis,& eius generis alia,calida. Meminisse vero ēt oportet calidorũ haud
puca,crassæ esse essentiæ: nec pauciora frigidorũ, tenuis: ac ẽm hẹc principia tuto de medicaminũ
viribus pronũciare. Sat igitur fuerit,tenuium partiũ,refrigeratorium,exiccatoriumq;,acetum di-
xisse,omissis super illis rationibus nimis physicis, {quæq; magis ad naturam rerũ scrutantes atti-
nent:}nam ex illorum scientia,quo pacto alijs medicamentis misceri ipsum liceat,cognoueris.

Veteres medicos Perperam Indefinitam reliquisse Facultatis eiusdem generis Medicamentorum Qualitatem. CAP. 25.

QVocirca non possum eos non culpare,qui de viribus eius prolixa quædam nugant̄ & gar-
riunt: magis etiam,paulo minus medicos oēs,quibus curæ non fuit simplicium oīum medi
camentorũ in maioris minorisq; ratione vires discernere: sed satis eis fuit, hæc quidem, G
verbi causa,calfacere dixisse,illa vero refrigerare: tum hæc humectare, ista exiccare.Nec enim abso
lute sic nouisse expedit,sed quatenus psyllium refrigeret,quatenus solanum,aut scandix,aut ceruf
sa,aut portulaca, aut lactuca: Tum quatenus excalfaciat casia, quatenus cinnamomum, aut amo-
mum,aut cardamomum,aut maiorana. Sic & in humectantibus & exiccātibus facultate pharma-
cis: Non enim vtile est generale solum nouisse,verum quid primum recesserit a symmetro et me-
dio contrariorum facultatibus: Deinde quid illi proximum, tum tertium,quartum, quintumq;,si
fieri potest, recessum siue ordinem,planis limitibus discernentē definire oportet.Quandoquidem
in tali facultatum notitia tum artificialis simplicium vsus constitutus est,tum a ratione proficiscēs
ac methodo compositio.Facitq; præter hæc,vt quæ composita iam sunt,rite vsui accōmodare pos
sis. Sane id quidem difficultatis atq; laboris plenissimum est, multamq; poscens tum diligētiam,
tum vsum. Ab experiētia vero auspicari in id genus oībus necesse est, velut iam propositum est:
tum tuto ac diligenter colligere,ab ambiguis quæstionibus cauendo.Eoq; mirari quispiam possit
eos qui talia exquirunt,cum illos implicantes sese quæstionibus scriptisq; animaduertat,quemad-
modum consueuit Herodotus.

* Cod.græci antiqui habent sandyx.

Perperam Superioris seculi Homines a Compositis medicamentis orsos, Eorum quæ in illa ingrederentur Simplicium pharmacorum Iudicasse facultates. CAP. 26. H

SIquidem ab omni vetustissima compositorũ medicaminum historia orsi,ad expendenda quæ
in illis sunt simplicia transeunt. Ac qm̄ his,exempli causa, calfacientibus medicamentis admi-
stum inuenitur acetum, proinde & ipsum esse calidum cōtendunt.Neq; enim an recte admistum
fuerit,constare potest prius,q̃ eius seorsum vim totam perspexeris.Neq; si id detur, etiam nota est
componendorum medicaminum ratio,per quam iudicantes inueniemus, qua ratione multis ex-
calfacientibus medicamentis vnum admistum sit frigidum: aut certe refrigerantibus, quod calfa-
ciat. Porro,vbi etiā latentes affectus memorant,ad quos congruere videantur,ac deinde dogmati-
cis opinionibus paralogismos connectunt,ex quærendis quærenda,ex obscuris obscura, inuicem
colligentes,tum profecto vel maxime alijs suas produnt ineptias ac nugas.

Quod & Empiricis Contradicendi præbeant occasionem, Qui Citra iudicium ac discrimen & simpliciter Compositis omnibus facultatibus Fidem habent. CAP. 27.

NAm omitto,ꝙ Empiricis etiam reprehensionis locum ipsi exhibent, ex quo prompte com-
positis facultatibus omnibus fidem habeant: tanquā fieri non posset, vt pars magna earum
errore non vacaret,perperāq; esset composita.Dicent enim arbitror, sicut sane dicunt, frustra nos
primas

A primas effectrices q; cuiusq; medicaminis facultates exquirere, cùm ab experientia inuenta iam antea sit tum compositorum, tum simpliciũ medicamentorũ, innumera multitudo, quibus & ipsi fidẽ habent, qui frustra primas facultates exquirunt. Quippe si particulares eorũ vsus omnes comperti sint, eos q; vnanimiter omnes prædicent: cęterũ de causis ob quas agunt, non dũ conueniãt: liquet non ex primarum facultatũ notitia medicamentorum tum compositionem, tum vsum, esse inuenta: sed ea composuisse experientiã, at rationem ad probabilitatem vsq; duntaxat procedere.

Hæc atq; eiusmodi alia multa, qui experiẽtiam profitentur medici, ritè in illos dicere videbuntur, qui omnibus quomodocunq; conscriptis pharmacis fidem habere non verẽtur, causas tñ interim titulis virium ac promissis eorũ aptare nituntur. At ego nec illud quoq; { in illos } addere grauabor, Herodotum alias sectas omnes prauas reputare præter eam, quæ spiritibus omnia tribuit, {πνευματικὴν Græci vocant: } Metrodorum omnes pręter Asclepiadeam: & Zenonẽ pręterq̃ quæ ab Herophilo inuenta est: & Hermogenem pręter eam quę Erasistratũ autorẽ habet: & aliũ atq; alium oẽs damnantem extra suam: De compositis tantũ medicamentis citra probationẽ atq; experimentũ scriptis omnibus fidem tribuere, siue à sectæ suæ hominibus sint scripta, siue diuersæ, siue etiã à quopiam ex plebe. Quin verò etiã causas subinde reddere conãtur probabiles B medicamentorum pessima ratione compositorũ, & (quod hoc est mirabilius) etiam si nullum eorum quę laudant, fecerint periculum, sed alijs duntaxat credant. Quemadmodum cùm quidã nuper mirificas multas q; podagrici medicamenti laudes iactasset: atq; eo etiamnum loquente forte fortuna aduenisset podagricus quidam, qui tam mediocriter laborabat, vt incedere etiam posset: nos q; iussissemus, in illo primũ pręberet experimentum: ille acquiescens pedi pharmacum apposuit. At vir ille noctem totam insomnem egit: ac postero die tantum abest vt cõmodè sicut antea incederet, vt ne gestari quidem posset. Adeo citra vllam explorationem ac temere tum alijs quidem fidem habent, tum alios alij scientes ac sponte fallere gaudent. Porrò etiam si omnes medicamentorum quę memorant, compositiones probè essent comparatæ, veruntamen speculationis eorũ vsum ex ijs quæ factitant euertunt. Aiunt enim ad pręparanda medicamenta cõposita, ea q; ritè vtenda, simplicium facultates inspici ac considerari: in q; eorum testimonium tantum nõ omnes veterum citant, Erasistratum, Herophilum, Philotimum, Dioclem, Praxagoram, & ipsum ẽt Hippocratem. Porrò vbi ad exploranda ea accedunt, ita nobiscum agunt, ac si omnes perspectas iam haberemus facultates compositas. Atqui inquiet, opinor, ad eos quispiam: Quo pacto non frustra simplicium quæratis facultates, si omnes compositorum iam noscitis? nam si quorum gratia simplicium facultates inquiritis, eas omnes iam nouistis, superuacaneũ est illas exquirere. Cęterũ si vel hoc quoq; quis illis cõcedat, saltem id quod & supra positũ est nescio quo pacto qs perferat, cùm pugnantia cum rebus euidenter apparentibus, prolixis rationibus adstruere conantur.

Al. τούτου idest huius.

C

Sensus Haud contemnendos esse, Tanquam ad explorandas Simplicium medicaminum Facultates sint Insufficientes. CAP. 28

SIquidem in quendam etiam iam incidi tantæ stupiditatis hominem, vt contemnendos esse sensus existimaret. Quem cùm rogasset quis, num ipsi piper album videretur calidum, ita q;, vt par erat, annuisset: rursum q; alter percontaretur vnde id sciret, ac ille responderet tale apparere: meritò ab ijs qui pręsentes erant derisus est, qui quod diceret nõ intelligeret. Ipsum enim hoc apparere, fidẽ haberi ab illo sensui indicabat, quem paulo antè tanquam fallacem contempserat. Nam per deos, vnde ignem scimus calidum? aut quo syllogismo docti, aut qua demonstratione persuasi? tum vnde glaciem frigidam esse didicimus, nisi ex sensu? Ac postea reperiantur, qui ipso sensu neglecto physicis problematis libros impleant. At non illo ex genere est, quam ob causam acetum terram fermentet: licet enim nobis dicere q; nos lateat, sicut talium problematum plę raque. Si verò quis promptè dicat, quia aut calidum sit aut frigidum (vtrunq; enim dicunt) in am- D biguas obscuras q; rationes se ipsum conijciet.

Vtrum in Oxycrati potu Acetum admistum sit duntaxat Vt aquam deducat, An etiam Vt ipsum quoque refrigeret. CAP. 29.

MEcum certe probè actũ putem, si quæ sensui apparentibus vicina sunt, atque in propinquo posita, exactè inuenire possim, discernẽs in eis ac separãs quod ex se est, ab eo, quod ex accidẽte ꝓuenit: Velut exẽpli gratia qm̃ ęstiuo tpe oxycrati potu qdã planè refrigerant, atq; expertes sitis permanẽt: sed nõ dũ constat, an id aceti gratia eueniat: pauculũ siquidẽ eius copiosę aquę mistum, non calidũ, sed q̃ fieri potest maximè frigidũ ebibunt. Nã dixerit forte quispiam, quia tardiusculè permeet aqua, & plurimũ temporis moretur in hypochõdrijs nec deorsum concedens, nec in corpus se diffundens, idcirco illi acetum misceri tanq̃ in omnem partem ferendæ futurum vehiculum: Sic etiam si cum vino bibatur aqua, sitim efficacius extingui, q̃ si sola, vino s. ipsam ad distributionem promouente: Itaq; refrigerationem, sitis q; sedationem ab aqua prouenire, vt quæ frigidæ naturæ sit & humidæ: cæterũ adminiculo esse, ac velut alas illi ad omnes corporis partes permeandas addere tum vinum, tum acetũ, quę ipsa nequaquã frigida sunt & humida: siquidem præstare, sic sola exhiberi potius, q; cum aqua, qñ ea facile præ tenuitate in corpus distribuãtur, & ab hypochondrijs recedant. Porrò qm̃ semel in hunc sermonẽ deuenimus, nihil obstat quò minus

nus

nus omnem exacte perficiamus. Nam q fieri possit, vt & aquam acetum deducat, nec tamen ipsummet refrigeret: & non deducat solum, sed etiam refrigeret: certo certius est: Verum vtrum cum veritate coniunctum sit, id considerationem postulat. Distingui autem id possit tantummodo, sicui exhibeas acetum & vinum, vtrunq; seorsum & per se. Apparet enim à vino homini semper sitim increscere, ab aceto verò epoto interim quidem augeri, interim vero sedari. E

Quæ sit Sitis Causa. CAP. 30.

QVippe cùm & Sitis duplici ratione prouenire soleat, partim humoris inopia, partim caloris copia. Quamobrem mirũ videri non debet, si priorem quidem sanare nequeat, alteram possit: siquidem humectare nequit, at refrigerat non instrenuè. Quapropter neq; à sicca dispositione prouenientem sitim, neq; à calida & sicca vnq̃ sanare queat epotum acetum: at si qñ in vnum coeant humiditas atq; caliditas, eiusce quidẽ sitis optima medela acetũ est. Rara sanè eiusmodi affectio est, in aquæ inter cutẽ affusionibus {παρεγχύσεις Greci vocant} nõnunquã prouenies, cõgesta nimirũ in ventre salsi humoris copia: tum ẽt si quibus pituita salsa ventri illita inhæserit. At q aliter siti premuntur, puta in febribus ardentibus, & alijs omnibus exurentibus febribus, qui q; æstate laborant, ac in graui æstu, cõposita ijs est affectio, ex caliditate videlicet & siccitate: quare nõ iniuria cõposita illis medela est acetũ, vt quod strenuè refrigeret, & quouis expeditè pmeet: & aqua, q̃ supra q̃ q refrigeret, oĩum sit vel humidissima, nihil est enim aqua humidius. F

Medicamentum Quod in Iudicium venit, Non mistum, sed simplex esse oportere. CAP. 31.

QVemadmodum ergo haud satis secura est procul à sensu ducta de explorando medicamento ratiocinatio, ita nec ipsius alteri cuipiã permisti usus. Siquidem ipsum per se solũ quod iudicandum venit, expendere oportet tum in sanis corporibus, ijs q; temperatis & intemperatis, tum in morbo alicui obnoxijs: In temperatis quidem, velut suprà positum est: In intemperatis, sicut dixit Hippocrates, Naturis picrocholis, hoc est, quæ amaræ bilis succo abũdant, vtilissimum esse acetum: qui vero temperaturam sortiti fuerint melancholicam, aduersissimũ. Porrò in morbo aliquo affectis, si simplex fuerit, in simplici exploretur affectu: Sin mistum alicui, necesse est quod commiscetur, temperatura sit medium, sicut in aqua & cerato simplici superius declaratum est. Rationabile quippe arbitror, q nulli diuersi temperamenti sit mistũ, sed quàm fieri queat medio coniunctum, ipsum eorum, quæ perficiuntur, causam existere. Nam simplici cerato quod neq; calfaciebat, neq; refrigerabat, aqua admista frigida refrigerauit, quippe quæ temperiẽ habebat frigidam. Quòd si excalfacientium quippiam eiusmodi cerato cõmiscuisses, profectò calidum id medicamentum euasisset: quemadmodum in affectibus compluribus sæpenumero euphorbium aut castorium temperauimus. Sic si acetum simplici ad amussim cerato cõmisceas, cerato ipso longe frigidius medicamen effeceris: tanq̃ nimirum, quod admistũ est, sit frigidũ. Erit q; tibi id remedium vel optimũ ad erysipelata, phlegmonas, herpetes, carbunculos. Si autem quod mistum est, tanq̃ simplex expendas (nam id etiam moliũtur) longè maximè hallucinaberis. Nam vlcerũ glutinatorium non acetum, sed oxycratum, dicendum est, aliam multo naturam ab aceto obtinens. Siquidem quemadmodũ carnem producere in vlceribus nequit ærugo, sed ceratũ exiguum quiddã habens æruginis: ad eundem modũ neq; acetũ conglutinat, sed aqua aceti pauxillũ accipiens. Ipsum verò p se ac syncerum acetũ vlcera quæ glutinationem desiderant, mirũ in modum exasperat, vtpote partiũ tenuitate erodens, ac dolorẽ excitans. Quamobrem haud meritò, nec conuenienter talia dictitant, nec melius item faciunt, cùm ignotis ignota connectunt. G

Quòd neq; Adstrictoria omnia conglutinent, neq; Conglutinatoria item omnia adstringant. CAP. 32.

QVippe, cùm nihil seorsum de glutinandis, aut carne implendis, aut cicatrice obducendis vlceribus, demonstrarint, ex inductione tñ colligunt, adstringentia omnia dicẽtes vlcerũ esse cõglutinatoria. Oportet aũt nõ ex inductione, sed p demonstrationẽ in genere talia accipere, quemadmodum nos facturi sumus in curandi rationis cõmentarijs. Immo absolute quiduis tale dictum, non modo indemonstratum est, sed etiã falsum. Neq; enim chalcitis, neq; galla, neque malorum punicorum putamina, neq; omphacium, neq; alumen, multo q; minus æs vstũ, neque æris squama, neq; misy, vlcera glutinare possunt: alia q; innumera sunt inter adstringẽtia, quæ glutinare nequeant. Porrò siquis non hoc, sed glutinatoria omnia adstringentia dixerit, proferẽtur & hic quoq; non pauca quę citra adstrictionẽ conglutinent. Neutra igitur vera oratio est, si simpliciter atq; indiscrete efferatur, neq; cùm dicunt adstringentia omnia vlceris glutinatoria: neq; cùm aiunt, quæcunq; glutinantur, adstringentium beneficio glutinari. Porrò multo sanè ẽt magis tum absurda, tum falsa ac præter sensum asserunt, cũ mordacia, acria, amara, salsa, ad hæc q̃ mollissimas iucundissimas q; sortita sunt qualitates, adstringere dictitãt: tanq̃ ad sensoriũ gustus non pertineat, quod adstringit, sed ex illorum impositione atq; arbitrio debeat accipi. Malum enim granatum, & malum, verbi causa, & mespilum, & pyrorum quędã genera, & myrta, & sorba, vinum q; tum amynæum, tum marsum, euidenter nos adstringunt: At triticum, & zea, & milium, Herodotum forsan adstringebant, aliorum autem omnium neminem. Sexcentos enim qñq; super his sum percõtatus, & in primis super amylo: nam & ipsum adstringere ait Herodotus, sicut & piper: quod nec ipsum vllum omnino aliorum hominũ, qui syncere & incorrupte qualitates H

expendunt,

A expendunt, adstringit. At Herodotus cuncta confundere non est veritus, ait'que, & quæ acerrima sunt facultate, & quæ summe rodunt, & quæ mollissima sunt ac mitissima, omnia adstringere: tanquam in hoc, vt quosdam sensu defraudet, victoriam statueret. Verum nõ ita se res habet, cum ea vel maxima futura sit prauitatis dictorum eius probatio.

Quod non omnia adstringentia refrigerent. CAP. 33.

QVin vero & Asclepiades Metrodorus, tanquam illum etiam superare contenderet afferendis de sensu mendaciis, cum alia quædam, tum resinam & bitumen calfacere nos denegat, atque adstringentia omnia refrigerare dictitat: cum, si nihil aliud, saltem chalcitis, chalcanthos, & misy, quæ valenter adstringunt, tantam assecuta sint caliditatem, vt nos etiam exurãt. Nihil est ergo mirandum, si prolixa quædam nugentur, seipsos'que nõ nulli fallant, cum de manifesto apparentibus verum fateri non audent. * Al. Asclepiadeus

Perperam Herodotum ac Dioscoridem, quæcunque aut profluuiis, aut dysenteriis mederentur, adstringentia censuisse. CAP. 34.

ITtaque ex eis quidam, puta Herodotus & Dioscorides, medicamenta quædã ex eo, quod diarrhœis aut dysenteriis medentur, adstringere ea colligunt: quanquam ne minimũ quidem habeant adstrictionis, immo prorsum contra rarefacientia nimirum sint & laxantia: cum alioqui
B quæ adstringunt, corpora contrahant, condensent, constipent, atque cõstringant. Nam semel sensibus pro nihilo habitis atque contemptis, euerterunt confuderunt'que omnia, quæ plane sensu dignoscere est, hæc praua ratione asserentes. Nam adeps caprinus omnibus, quæ aut gustu aut facultate sunt adstringentia, aduersissimus est, velut etiam farina triticea, & amylum, & innumera eorum, quæ vim habent tum emplasticam, hoc est illinendi, tum mitigatoriam, atque acrimonias hebetandi, ea'que ratione iis, qui acria mordacia'que per aluum excernunt, auxiliantur. Sanè esto & oleum ex adstringentium numero, quoniam sepius iis, qui grauiter mordicabantur, infusum profuit. Esto vero etiam & cera, & adeps suillus, tum gallinaceus, & anserinus, chondri tragi'que succus. Nam hæc quoque infundimus, & ceratum quandoque iis, qui vehementer mordicãtur, sicuti & adipem caprinum. Verum efficacius auxilium affert caprinus, quia scilicet facilius & cõcrescit, & intestinis inungitur, plurimo'que tempore inhæret. Porrò siue ob crassitiem, siue aliã ob causam celeriter concrescat, non est opus in præsentia inquirere, re ipsa euidenter apparente. Verum, quemadmodum, quòd ocyssime concrescat, atque intestinorum morsus obtũdat, ex rei euidentia credibilius est, sic sanè etiam, quòd nulla insit aut frigiditas, aut adstrictio. Atque hi qui
C dem ex obscuris ratiocinantur de apparentibus, immo autem, si verum fatendum est, seipsos potius decipiunt. At nos tanto decet magis ad sensum accedere, tanto'que diligentius perpetuo illi attendere, quanto plura in eo peccent sophistæ omnes, falsa que de eo asserant. Rursum ergo, vbi prius memorauerimus, quæ idiotas non fugiunt, ipsis'que haud ignota erant, cum non dum contendendi libidine in sensus peruenissent contemptum, postea autem per superuacaneam sapientiam amiserunt, ad id, quod continuum orationi est, transibimus.

De propriis sensus cuiusque sensoriis. CAP. 35.

VNaqueque sensilium natura priuatim subiecta est, tactui quidem caliditas ac frigiditas, durities & mollities: albedo vero, nigredo, flauedo, rubor, atque, vt summatim dicam, vniuersum colorum genus, visui: amaritas, dulcedo, austeritas, acerbitas, aciditas, salsedo, acrimonia, gustui: plane'que demens videatur, siquis gustu colores iudicare tentet, aut sapores visu: eodem modo de tactu cognoscendum est, reliquis'que sensibus, si quidem tactu iudicandæ sunt differentiæ tangibiles, auditu audibiles, odoratu odorabiles. Quæ cum sic sese habeant, audiamus, quæso, Platonem gustabiles differentias exponentem. Haud tamen animus ipsius physiologiæ attendendus est. Nec enim nunc tempestiue eius meminero, neq; in hoc viri testimonium cito, sed tan
D tum vt ostendam, qua de re quodq; nomen efferre Grecis mos est. Ausculta ergo differentem Pla
« tonem. Tenduntur à lingua venulæ ad cor, saporũ nunciæ, in quas si qua ita inciderint, vt humi
« dam mollem q; carnis partem penetrantia, terrestri sua natura liquefacta, venulas contrahant atq;
« desiccent, siquidem asperiora sint, acerba: si minus aspera, austera nuncupãtur. Cæterum, quæ eas
« abstergunt, totam'que linguam abluunt, si quidem id supra modum efficiant, simul'que aliquid
« absumant, vt de natura aliquid colliquent (qualis est nitrorum facultas), amara omnia appellan-
« tur. At, quæ nitri virtute inferiora sunt, ac moderata vtuntur abstersione, salsa citra asperam ama-
« ritudinem, & grata nobis magis apparent. Quæ vero, vbi oris caliditati applicata, ab eo'que mol
« lita & feruefacta, ipsum vicissim recalfaciũt, atq; accendunt, prę q; leuitate ad capitis feruntur sen
« sus, ac quæq; obuia incidunt, talia omnia has ob vires acria nuncupata sunt. Eadem vero ista in-
« terdum à putredine attenuata, & angustas ingredientia venas, partes inibi tam terrenas, quam
« quodam modo aerias, mutuo incursu mouent, ac misceri compellunt, commistas vero circumla-
« bi alias, & alias ingredi, ingressu q; suo penetratas concauas circuntensas'que efficere, eas'que hu-
« more circũfuso concauo, interim terreno, interim puro vascula aeris ex aqua concaua rotunda q;
« effici: ac, quę ex puro constant, perlucida sunt, & vocantur ampullæ: quę vero ex terrestri agitato
« elato q;, ebullitio fermẽtatio q; nuncupantur. Harum affectionum causa acidum cognominatur.

Omnibus

Omnibus uero, quæ de istis dicuntur, affectio contraria ab occasione nascitur cõtraria. Porrò, ubi E » ingredientium constitutio in humidis familiaris linguæ habitui existit, quæ exasperata quidem » fuerint, lenit: quæ vero præter naturam aut coierint, constiterint'que, aut fusa laxa'que fuerint, » partim contrahit, partim laxat, omnia'que quàm maxime ad naturæ statũ reducit: quicquid eius- » modi est, iucũdum, suaue'que, & cognatum est omnibus, violentarum'que passionum remediũ, » ac medela, nominatur'que dulce. His verbis Plato, quæ nos vocare solemus austera, quæ acerba, » quæ salsa, & nitrosa, quæ amara, quæ acria, quæ acida, quæ dulcia, exposuit. Id videlicet, quod à nobis στύφον siue adstringens dicitur, ipse austerum nuncupans: nam sic à vetustioribus Græcis appellari solet. Non tamen omnia in vnum confundit, sicut ij faciunt, qui & piper adstringere dictitant, cum ex acrium sit natura, & acetum, quod ex acidis est, nec sanè etiam veriti dulcissimorum quædam adstringentium numero adscribere. Ex quo fit, cum omnia confundant, ut protinus nec facultates inuenire omnino ualeant. Omnis enim inuentionis demonstrationis'q; principia sunt, quę sensui, atque intellectui euidentia sunt. At isti hæc ambo perturbant: atque omnes in unum confundunt cum sensuum actus, & passiones, tum multo etiam magis intellectus, ac rationis, nimirum haudquaquam in speculatione logica uersati. Itaque operæpretium est nugacem illorum loquacitatem omnibus modis effugere, ne quid nobis quoq; affricetur uitij ex tam pro- F lixa illorum, futili'que nugacitate. Porrò haud leue negocium est dedocere, ac trãsmutare eos, qui ab illis usque adeo peruersi sunt, ut & sensum contemnant, & nequaquam in speculatione logica se exercuerint, plane'que rudes sint rationum, quas de natura philosophi considerant. Omnino enim saltem uel id didicissent, quæ in illis sunt ambiguitates, fugiendas esse, caute'que obseruandas: tum sensibus magis super simplicium medicaminum facultatibus, quàm rationibus haud satis integris, committendum esse iudicium.

De propriis linguæ sensoriis. CAP. 36.

VErum tales dedocere, ac uelut transformare est impossibile. At aliorum tamen gratia, nimirum quos conatus noster iuuare poterit, resumẽda est, diligenter'que definienda tota de propriis linguæ sensoriis oratio. Nuncupatur igitur tum à Theophrasto, tum ab Aristotele, tum à Mnesitheo medico gustandi facultas, græce χυμὸς (nos saporem dicimus) secunda syllaba ab μ litera incipiente: at ex humido, sicco'que consistentia, eorũ uidelicet, quæ à calore concocta sunt, χυλὸς (nos succum dicere possumus) à litera λ secũda incipiẽte syllaba. Tametsi ab ætate illis maioribus non modo Atheniensibus, sed & Ionibus utrunq; per μ literam scribi consueuerit. Siquidem & apud Platonem, & apud Hippocratẽ, ueteres'que comicos sic scriptũ reperitur. Vocetur G autem in præsenti quidẽ sermone, clarioris doctrinæ gratia, gustatoria facultas, siue qualitas, siue utcunq; cuique appellare libet, per literam μ, χυμὸς (nos saporẽ nominabimus.) Humor autem incrassatus tum in animantibus, tum in plantis, χυλὸς, secũda syllaba à litera λ incipiente (nos, ut diximus, succum uertemus. Sciendum "ergo sapores, qui tum in unoquoque animali, ac planta, A.li.2.t.1.c.3. tum in terra inueniuntur, plurimos esse, nec facile specierum numero comprehensibiles: cęterũ fol.93.f differentias gustabiles aliis octo visas, aliis numero septem, non nullis autem & his quoq; pauciores. At Plato in Timęo in suprapposita dictione primum duos sapores memorat eiusdem speciei, sed in ratione maioris, ac minoris differentes: eorum alterum austerum, alterum acerbum nominat. Fuerit autem austerus, quem στύφοντα (adstringentem voco) nuncupamus: porrò acerbus huius intentione prouenit, velut & ipse Plato significauit. Atq; hos sanè pro vna specie numerabimus. Altera est eorum, quæ illis opposita sunt, nitrosorum videlicet, salsorum, & amarorum. Et in his quoque amarus ex nitrosi prouenit intentione: salsus vero aut nitroso imbecillior, aut adstrictionis quoque assumens aliquid. Deinde à Platone acris expositus est, mox acidus, postremo dulcis. At à Theophrasto additus est vnctuosus, siue pinguis, à Platone quidem in sermone de propriis linguæ sensoriis præteritus, verum paulo ante plantarum succis adscriptus, vbi vino- H sum ab oleoso & melleo discernebat. Porrò in illo sermone tribus nunc memoratis quartum adiecit succi genus, vna appellatione comprehensum, ὀπὸν nominans. Vbi autem ad gustus sensoria transiit, protinus dulcem memorauit (nihil enim retulerit, dulce, an melleum dicas, velut nec pingue, an oleosum) omisit autem pinguem, vt qui ad gustum nihil attineret.

Qua differat adstringens ab austero, & acerbo, reliqui'que inter se sapores. CAP. 37.

QValis autem eorum sit vnusquisque, exponere quidem exacte est impossibile, quandoquidem nec aliam vllam sensoriam passionem: verum ei, qui eodem sensu communicauerit, licet suggerere. Ergo, si quis aut cydonia, aut mala, aut mespila, aut myrta gustauerit, procul dubio cognoscet alium nobis ab his in lingua moueri sensum, alium ab adstringentibus corporibus. Nam, quæ adstringunt, introrsum pellere contactam nostri partem ex omni parte apparent, id q; æquabiliter, velut ęqualiter pellentia, ac stipãtia, cõtrahentia'que. At austera in profundum etiã subire videntur, atq; asperũ quendam, inęquabilem'que mouere sensum, tanq̃ resiccantia, & humorem omnem corporũ sensilium depascentia. Ex quo fit, vt alia sit passionũ proprietas, quę'q; haud facile, lucide'q; explicari possit, tum ab adstringentibus nos corporibus, tum ab austeris saporibus. Sed quiuis tñ, qui homo est, facile, quod dico, comprehenderit. Porrò, quãdo,

quod

A quod linguæ nostræ admotum fuerit corpus, valde desiccat, cōtrahit, & in multam profunditatem vsque illam exasperat, sicut pyra syluestria immatura, & corna, eiusmodi omne acerbum appellatur, ab austeris intentione duntaxat diuersum. At quod nos adstringens vocitamus, haud temere à Theophrasto dictum reperias. Videtur autem idem significare quod austerum, aut certe commune esse genus tum huius, tum etiam acerbi. Quæcunque verò linguam dum contingunt, non contrahunt, neq; constipant, velut adstringentia, immo contra planè agere apparent, nempe detergentia & abluentia, etiam si adstringentium quippiam adiunctum sit, hæc omnia salsa cognominamus. At quæ his etiam magis detergunt, adeo vt etiam molestie exasperent, amara nominantur. Porrò quæ mordicant roduntq;, idq; cum valida quadam caliditate, acria vocantur: sin hæc absit, acida: cæterum hæc fermentandi quoq; vim obtinent. At quę velut inungunt atq; implent, ac in statum suum restituunt exasperatas ac veluti erosas linguæ particulas, hæc si cum voluptate manifesta contingant, dulcia: sin hac sine, pinguia vocitantur. Atq; hoc quidem pacto, quātum in me fuit, res explicatu longe difficillimas verbis exponere sum annisus. Miror autem, qui tam prompte omnia adstringentia nominent, siue acria sint, siue amara, siue dulcia, siue pinguia, siue acida: cum iam olim rebus ipsis imposita sint nomina, atq; affectuum sensibilium non exiguā in
B nobis differentia sit. Pręstitisset fortassis, si quidem naturales scrutari rationes voluerunt, apparentia non euertere, nec appellationes confundere: verùm inquirere cuius temperamenti, aut dispositionis, aut corporis constitutionis, aut quomodocunque nominare velint, soboles sit adstrictio, cuius salsedo, amaritas, aciditas, acrimonia, dulcedo, pinguitudo: quæ Plato, Aristoteles, ac Theophrastus conati sunt definire. Clarum quippe est, si ex calido frigido humido siccoq; coeuntibus omnia sunt mista, etiam dictarum quanque qualitatum ex horum constare mistura. Itaque si, quēadmodum dictorum saporum quisque proueniat, exponere conarentur, lubens equidem auscultarem, gratiamq; haberem non exiguam: At si neque hoc efficiant, immo insuper sensorias omnes differentias in vnum confundant, vt parum absit quin corpora omnia adstringentia nuncupent, sanè nec audire ipse velim: illosq; obsecrarem, vt inanem contentionem relinquant.

Non ad Totam rerum Naturam Iudicandas Medicamentorum Facultates, sicut naturales Philosophi faciunt, sed ad Nostram Naturam. CAP. 38.

AT nos equidem in consequentibus ostendere conabimur, cuius nam temperamēti saporum quisq; sit soboles. In pręsenti autem discipulos ad experientiā accessuros assuescere velim, vt
C id solum quod ad artem est vtile, prius seligant, vbi iudicare velint, quo pacto vnumquodq; nos medicamentorum afficiat. Quippe non quale ex se sit, & ad totam naturam, consideramus. Nam hoc pacto neq; acetum, neq; marinam aquam, nos exiccare posse, aut sicca esse facultate, dici manifestum est: siquidem vtrunq; illorum actu est humidum. Verùm si nos exiccare appareāt, sicca dicentur, ad nos videlicet, & nostrā naturam, quod perinde est atq; siccatoria esse. Quin etiam & calida, & frigida, & humida eodem dicentur modo, vbi nos scilicet calfaciant, refrigerent, atque humectent: eaq; ad nos, non ad totam substantiam, nec ex se. Atqui si huius dūtaxat meminerimus, certissima omnium erit iudicatrix sola experientia: quam qui relinquunt, atq; aliunde ratiocinantur, non solum falsa pro veris ducunt, sed etiam tractationis vtilitatem subuertunt. Proinde nobis propositum non est, quale ex sua natura quodq; sit medicamentum exquirere, verum quid in nobis efficere possit. Atq; hic primi libri finis esto. At in secūdo deinceps oleo ac rosaceo exemplorum vice in sermone positis, prauas et inibi ratiocinandi vias monstrabimus: quibus cùm medicorum complures vtantur, in primis quidem se ipsos decipiunt, secumq; alios multos in errorē pertrahunt. Porrò vbi id erit absolutum, ad tertium commentariorum transiens quæstiones logicas, quæ vniuersam de simplicibus medicamentis enarrationem antecedūt, explicare conabor:
D Vt videlicet in quarto ipsas iam facultates omnium definire liceat: quas protinus à principio fuissem aggressus, nisi plena paralogismis atq; erroribus omnium prope iuniorum medicorū essent volumina: quos prius extergere, atq; ex animis discentium delere oportet, ne quid veritati obsistat. Nam vt Hippocrates inquit, sic etiam ait Plato: "Non solum impura corpora quantò plus 2. Aph. 10 Ex. ord. 12. c
" nutrias, tantò magis lædas: verum etiam impuris animis si nutrientes sermones offeras, non modo nihil prosis, verum etiam magnopere obfueris. Itaq; his de caulis, tum etiam quia amicorum plerisq; visum est, vt iuniorum medicorum argueremus paralogismos, non tantum in congressibus, quos quotidie cum illis habemus, sed etiam hisce commētarijs, necesse mihi fuit diutius prioribus istis duobus immorari: Quò videlicet in tertio purum animi auditorem nactus, quiq; veras assequi rationes possit, tum ea exponam, quæ de huius speculationis principijs nouisse oportet: tum deinceps omnes medicamenti cuiusq; facultates enarrem.
Id autem fiet in vniuersum, vt reor, libris vndecim, ea fermè magnitudine constantibus, cuius est hic, qui est omnium primus. Qui cum conuenientem nunc nactus sit modum, finem per hanc dictionem accipiat.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Exponit Vnde Errandi occasionem Veteres medici sumpserint: Prauasq; ipsorum Ratiocinationes Confutat: ac Olei & Rosacei exemplo veram docet rationem Facultatis Medicamentorum Iudicandæ.

Quòd Sophistæ, qui Fidem Sensibus abrogant, Demonstrationis Principia Incertiora, quàm quæ demonstrantur, efficiant. CAP. I.

ROlixa nobis vt sit de simplicium medicaminum facultatibus oratio, limites suos excedentes sophistæ efficiunt. Nam cùm procul principia ducant, sensum'que pro nihilo habeant, sese'que in illa conijciant, quæ philosophis etiam ambigua sunt, simul cum ijs quæ ipsi ignorant, & ea quæ aperte cognoscuntur, subuertũt. Eaq; pleriq; eorum faciunt non modo naturalis speculationis, sed etiam logicarum methodorum imperitia: quibus vtaĩ necesse est, quisquis demonstrare quid aggrediĩ. Itaq; cùm nesciant tum ea quæ bene à physicis viris sunt inuenta, tum ẽt ea de quibus non iniuria illi dubitarunt, vtrisq; tñ contraria asserere sæpenumero audẽt. Sed, Deum immortalẽ, age obsecro, si nũc ego sic orsus dicere, ꝙ cum quatuor sint elementa, aer, terra, aqua, & ignis, nulli tamen cõgenita sit albedo ac splendidus color extra splendorem & ignem: ac deinde citato Empedoclis ac non nullorum physicorum aliorũ testimonio, splendida corpora oĩa plurimũ in se ignis habere dicã, haud curãs aut niuem, aut cerussam, aut glaciem, aut alia innumera tum splẽdidissima, tum frigidissima inspicere: ac mox illa suggerente quopiam, procedentem à sensu confutationem tergiuersatus ad rationem accedi iubeam: ac per eam de rerum natura considerandum, haud quaquam sensibus ratione carentibus vniuersum committendum censeam: nunquid mentem habentibus insanire non videar, haud intelligens vnde rationis desumpsissem initium? Nam mea quidem sentẽtia ex sensu & per sensum omnia id genus cognosci didicimus axiomata, nempe Solem esse splendidũ, flammas subflauas, carbones plerosq; flauos. Ergo si à sensibus recedẽdum est, nulla suppetet demonstratio neq; nobis eorum quæ modo diximus, neq; Empedocli cùm ait, F G

Vndiq; splendentem Solem, calidumq; videre.

Quæ si vera sunt, perspicuum est multo ante illa fidem habẽdam sensibus. Immo, inquiunt, mortales cùm simus, à sensibus auspicemur necesse est: verùm illis haudquaquam perpetuo immorandum, sed ad partem diuiniorem accedendum, nempe rationem: Nam sensum & animantibus rationis expertibus inesse, rationem solam hominibus esse cum dijs cõmunem. Atq; hîc in lõgum orationem extendunt. Quin etiam ex illis quidam & Anaxagoram in testimonium euocãt, qui niuem pronũciarit non esse albam. Hic, inquiunt, vir physicus supra sensum est, atq; eius contemnit phãtasmata: ad rationem ire pergit, eaq; duce rerum naturam scrutatur. At, si me quod in mẽtem venit fari oportet, qui liber sim scilicet, & in tota adeo vita veritatem coluerim, ad insaniæ extremum & vltrà, peruenisse illos arbitror, qui talia nugantur. Nam si quę per sensus euidenter apparent, euertant, vnde sumant demonstrationum principia, non habebunt. Sin autem ab ijs tanquam à fide dignis exordiantur, quo iure ijsdem postea diffident? Nam demonstrationum principia certiora sunt q̃ ea quæ per illa demonstrãtur: quippe cum ista aliunde fidem mutuentur: demonstrationum vero principia non solum ipsa per sese, verum etiam ad quærendorum inuentionem quibus credatur, idonea sint. H

Quod abunde Sufficiat Iudicandis Medicamentorum Facultatibus, quæ Per sensum accipitur Experientia, Iunctis duntaxat paucis epilogismis, siue rationibus communibus. Et quo pacto Rationem Experientiæ subscribere oporteat. CAP. 2.

EQuidem optarim nullas non res clarè sub sensus nostros cadere, nec quicq̃ esse quod illos fugeret: hoc enim pacto nihil dubium, nihil ambiguum aut anceps vsquam foret. Verùm qm̃ illos quædam effugiunt, rationem illis superinducere conandum est, sic tamẽ, vt non procul, vt illi factitant, nec infinita colligamus. Verùm ante omnia nominum significata diligẽter definiamus, nequis postea per æquiuocationem falli possit: Deinde quod ex se quid agit, ab eo, quod per accidens, separetur. De quibus ambobus suprà accuratè disseruimus: significataq; eorum, quæ facultate aut calida, aut frigida, aut sicca, aut humida, aut quiduis aliud esse dicunĩ, discreuimus. Tum quo pacto propriam cuiusq; medicamenti facultatem ab ijs, quæ ex accidenti sunt, segregans inuenire quis possit, vniuersim quidem in tertio de temperamentis expositum est, atque in hoc tractatu

particulatim

A particulatim enarrabimus, ceu in primo iam libro etiam fecimus in aqua & aceto, & hic rursus in oleo & rosaceo facturi sumus, indicantes prius, quantum delinquant medicorum non nulli, qui longè demonstrationum ducunt principia. Nam quid oportuit olei aut rosæ respexisse colorem, quando rebus ipsis variè vti liceat, nec in sanis solum corporibus, sed & ægrotantibus? quippe cum ipsas per se rosas, aut succum earum expressum, corpori tum sano, tum simplici affecto morbo, vt supra diximus, liceat imponere: atq; oleo dulci miscentes, corporibus aut valenter refrigeratis, aut excalfactis, applicare, siue affricando, siue perfundendo, ac irrigando: tum in corpus quoq; assumere, idq; aut superne per os, aut inferne per sedem: ac sic tādem, quid ad vnumquemq; vsum proueniat, inspicere. Nam hoc sanè nomine medicamentorum omnium vires contemplamur, vt sit quo vti oporteat, hypochondrijs aut capite ardore afflictis, aut refrigeratis, aut exulceratis, aut phlegmone occupatis, aut id genus aliud perpessis, tum ipsis, tū alijs omnibus corporis partibus. Ergo cùm tam perspicua simul ac compendiosa adsit via ad ea quæ inquirimus, etiam'ne colores æstimabimus, aut odores, aut consistentias, aut formàs medicamenti cuiusq;? perinde factitantes, atq; ij qui ex imagine aut ficta aut picta cognoscere quempiam volunt, cum ipsum aspicere non denegetur, quem agnoscere cupiunt. *ἰδέας.

B *Quòd Neq; à Colore, neq; ab Odore, neq; à Consistentia, aut Conglaciatione, neq; à Duritate, neq; à Leuitate Ratiocinari de Medicinarum Facultate oporteat.* CAP. 3.

ATque hac vtiq; parte non leuiter peccare mihi videntur: multo etiam magis cum inconclusa atq; indemonstrata nugātur demonstrandi rationis planè imperiti. Nā donemus ignem aut flauum, aut rubrum esse, vtcunq; voluerint: nec enim refert: quid ergo id facit ad hoc, vt oē rubrum sit calidū? Nam oēm ignem, verbi causa, rubere dicēdū est: at omne rubrum ignem dicere, ridiculum est: multoq; etiā plus, si omne rubrum calidum quis dixerit. Nā si principio assumptū esset in oratione omne calidū esse rubrū, licuisset fortassis mutua axiomatis conuersione rubrum omne calidum concludere: licet non obscurè & illic peccetur. Nā quæ mutuo conuertuntur (hoc est ἀντιςρέφοντες), non quæ simpliciter cōuertunt (id est ἀναςρέφοντες) orationes, verè de se mutuò dicuntur. Veruntamen propinquus is fuerit paralogismus. Atqui qm̄ nec illud orationis initio assumptum erat, nempe oē calidum esse rubrum, haud licet mutua conuersione omne rubrum calidū esse colligere. Tribus ergo modis in sermone peccant, qui aiunt rosas tēperatura calidas, q sint rubræ. Primum, q non demonstrata hac propositione, omnis ignis rubet, conuertere ex hac aliam, videlicet omne rubrum est ignis, tanq̄ veram, conātur. Secundò, q nesciunt propositiones C quæ mutuò cum veris conuertuntur, non autem quæ simpliciter conuertuntur, esse veras. Tertiò, quòd etiam si mutuo conuerterentur, non tamen omne quod colore sit rubro, calidum esse, ex mutua illa conuersione sequatur, sed aliud huiusmodi axioma, rubrum omne esse ignem. Porrò q talia in rem præsentem non modo sint inutilia, sed etiam palàm falsa, cuiuis notum est. Debemus enim non an omne rubrum sit ignis, sed q omne rubrum calidū sit, ostendere. Nā si quicquid rubet, ignis fuerit, erit nimirum & rosa nobis ignis. Cęterum logicas methodos ignorantes, opinor, medici primum in hoc maxime peccāt, q proprijs finibus excedāt, nimirum cū sufficiens sit experientia, iunctis saltem paucis quibusdā epilogismis, medicaminum vires exquirere. Deinde tam fœde in rationibus hallucinantur, q̄ pueri modo speculationem logicam ingressi. Eisdem erroribus tenentur, qui ex odoribus medicaminum facultates conijciunt. Nec.n. quicquid bene redolet, calidum est (quod quidam dictitant, haud intelligētes quo pacto inaudire oporteat quæ ab Aristotele & Theophrasto super hac re sunt prodita, ea quę nos in quarto harum cōmentationum definiemus) neq; quicquid calidum est, bene olet. Quin ēt neq; si quid graue olens est, calidum etiam fuerit: neq; si calidum, ēt graue olens. Sic nec, siquis quicquid grauiter oleat, frigidum dicat: nec, si quicquid frigidum sit, grauiter olere, verum dixerit. Siquidem calidorum innu D mera sunt, partim bene olentia, partim grauiter olentia, partim neutra: similiter quoq; frigidorū. Quanq̄ quid calida dico ac frigida? cum debeā dicere calfacientia nos, ac refrigerantia, quæ vtiq; ēt inquirimus. Nec .n. quod absolutè calidū est, aut quod ad hoc expenditur, nunc cōsiderare ꝓpositum est, sed quod corpus humanum excalfaciat: nec sanè etiā quod absolutè frigidū, sed quod hominem refrigeret. Denuo ergo hic hallucinantur in homonymia haud distinctis nominū significatis: tanq̄ siquis de cane terrestri differens ad marinum se oratione transferat, existimans vt animantis vtriusq; nomen, ita & naturam quoque ipsorum vnā esse. At nobis demonstratū aperte est in commentarijs de temperaturis (quos & hācce antecedere tractationē protinus initio cō monefecimus) aliud esse facultate calidum, aliud actu: & huius quod actu videlicet calidum est, aliud absolutè dici calidum, aliud per exuperantiam, aliud ad symmetrum sui generis vel suę speciei, aliud ad quiduis obuium collatum. Quin & hominem non absolutè calidum, vt ignem, sed exuperantia calidum diximus, siquidem maiorem in eo calidi portionem inesse, q̄ frigidi. Ergo & quæcunq; ad hunc dicuntur calida potestate, illum excalfacere dicuntur: facileq; de illis initur iudicium, & per experientiā expenditur, paucis indigens (vt supra cōmonui) epilogismis. Quos cū sophistę excedant, & tempus adolescentulorū frustra terunt, & sophismatis cauillisq; homines seducentes eorū soluendorū imperitos, falsis eos dogmatis opinionibusq; implent. Debebant.n.

A.l.2.t.1.c.4. fol.94.e

A.l.2.t.1.c.2. fol.92.c

neq; colores memorare, neq; odores, immo neq; cõsistentiam, neq; leuitatem, aut asperitatem, aut E eius generis quodcunq;. Nam quid refert, oleũ an lentum sit, aut leue, aut splendẽs, aut liquidum, aut pallidum, aut pingue, aut lubricum, ægreq; corporibus illitum exiccari possit? quippe cum ex nullo omnium eiusmodi colligere possis ipsum esse facultate aut calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum. Siquidem ex genere splendẽtium leuiumq; & lentorum partim sunt, quæ planè nos calfaciant, partim quæ refrigerent, tum alia quæ exiccent, alia item quę humectent: Et eorum omnium quæ accidunt non oleo solum sed alijs omnibus, nullum est reperire, quod solidum perpetuumq; sit, vt in eo generalem constituere propositionem liceat.

Quòd Sophistæ Rationibus haud vsi sint scientificis Ad ea Lemmata, siue sumptiones, Ex quibus perperam de medicinarum facultatibus colligunt, Sed aut Inductionibus, aut Exemplis. CAP. 4.

NAm omitto, ꝙ nec scientificis in omnibus id genus sint vsi rationibus sophistę ad inuenienda lemmata, sed ex inductione: &, quod omnium pessimũ est, ꝙ nec quæ sit inductionis natura, vnquam inspexerint. Quòd siquis eos in id prouocet, neque sequi audent: & si de demonstratione quis quid agat, increpant. Immo, quod etiam deterius est, nõ ex inductione solum ratiocinari assueuerunt, sed non nunq; etiã ab exemplis, tanquã rhetores. Nam qui frigidum esse oleum asserit, proinde ꝙ lentum sit vt pituita, is per exemplum concludit, par robur præbens demonstrationis, atq; is qui ipsum calidum contendit, quia lentum sit vt viscum. Nec secus is qui calidum dicit, qm̃ facile in flammam vertatur vti bitumen, atq; is qui frigidum probat, ꝙ facile cogatur ac cõcrescat vt aqua. Nam differt, ex exemplo aut exemplis quid suadeas, an ex inductione. Siquidem qui ex exemplis fidem facit, vnum aut duo generis eiusdem adfert, aut certè planè paucula, plerisq; scilicet preteritis: Qui vero ex inductione, omnia comprehendere nititur, quæ per experientiam sunt cognita: nec quicq; præterire quoad eius fieri potest, quod apertum vulgò ac perspicuum sit, studet, sed quod occultum est & paucis comprehensum. Quamobrem violenta est, & vehemẽter persuadet, quæ ab omnibus quæ experientia sunt cognita, ducitur inductio: solisq; ijs arrogantia perspici potest, qui in demonstratorijs methodis sunt exercitati. Quare nos de ea copiosius in Demonstrationis libris disseruimus, ac fortè etiam seorsum de ea librum componemus. F

De Oleo aduersus Archidamum. CAP. 5.

PAlàm autem fiet nihilo secius & nũc quoq; inductionis natura, multoq; magis & exempli. Nam omnia in summa percurrere statutum est, quæ de olei facultate à medicis sunt prodita, eaq; probabiliter quidem ꝙ ita videretur, at non verè: Ac primum illud quod à Diocle in Archidamo scriptum est, ꝙ Archidamus durescere vtiq; cutem ijs qui oleo fricarentur existimarit: quapropter etiam siccam frictionem prætulit. Oleum enim accendi atq; exurere cùm à frictione incalesceret, putabat: ac propterea admodum humorem exhaurire atq; siccare, non secus atq; ea assorum quæ vngi solent, nam & ipsa magis durescere, q̃ si citra oleum assaueris. Prestat autem totam adscribere dictionem Dioclis. Habet autem ea hunc in modum. At cum oleo fricare non perinde probabat. Primum enim inæqualem fieri eiusmodi frictionem putabat, ꝙ manus laberẽtur scilicet, nec æquè carnem apprehendere propter pinguitudinem possent. Præterea durescere atque aduri cutem in illis magis qui sic fricarentur existimabat, q̃ qui sicca vterentur frictione: Oleum quippe accendi & vrere à frictione incalescens, quemadmodum in assis, quę vncta sunt, magis q̃ non vncta, vbi oleo accenso incalescunt, et valde exiccantur, indurescuntq;: Similiter quę in oleo coquuntur fragilia friabiliaq; effici eandem ob causam. Ad hęc, quemadmodum ligna, & coria, et alia complura quæ ex oleo fricantur, oleum intrò imbibunt, ita putabat & corpora. Quod cum fieret, multa quæ solita essent cum spiritu effluere, ac foras prorumpere, tunc concludi arbitrabatur, ceu cum cribris, linteis, lana, omnibusq; adeo per quæ percolari quid assolet, perfunditur, ac inungitur, non æquè liquores fluere per ea valent: Porrò vbi ea excretio intercepta est, quædam intrò recurrere, quædam aceruata inuicem'que implicita meatus opplere, retenta scilicet ab oleo, quòd H visco quid simile habeat: sicut in alijs omnibus apparet, quod pingue est, pulueres ac festucas, omniaq; eiusmodi consectari: Denique vbi obstructi iam meatus fuerint, perpetuò ac sensim omnia deterius perfici esse necesse, quàm in ijs quæ pro consueto geruntur naturæ modo. Putauit quoque oleo inesse aliquam mordacitatem, cuius vi oculi illachrymarent, & guttur in tussim cieretur (quod κέρχνειν vocant) tum aluus raderetur, excrementaq; redderentur sanguinolenta eo bibito: Proinde qui citra frictionem vngerentur, nihil affligi: infirmiorem enim esse mordicationem, q̃ quæ sensum aliquem mouere posset: At si per frictionem carnem subintret, mordicationem moliri maligniorem, velut multa medicamentorum: vbi enim illinuntur, minus valent: at compressa intro'que subeuntia, magis agunt: sicut sanè si vrticis, & alijs multis sensim quempiam contingas, nihil læseris: sin ferias aut premas, vtiq; offenderis. Hæc ergo sunt quæ Diocles in Archidamo prodidit, quorum simul tum probabilitatem, tum prauitatem, conspicere est. Siquidem, quòd quicquid in oleo coquitur, propriam amittat humidatem, ac friabile fragileq; celeriter reddatur, cum alioqui nihil in aqua tale perpetiatur, ipsa nos docuit experientia. Quamobrem hac vtiq; parte nihil Archidamus mentitus est. Debebat tamen, sicut Aristoteles, & Theophrastus, alijq; nõ pauci philosophi, eiusmodi problemata in physicis quæstionibus & proponunt & soluunt, ipse quoq;

A quoq; (si quidem omnium rerum quæ fiunt, causas scrutari voluit) perinde vt illi, vti proponere, sic quoque soluere. At cũ id minus facere appareat, in hoc vel maxime mihi delinquere videtur. Nam quod apparet euidenter, id semper primum ponendũ est: ac deinde, sicui libeat, causam eius inspicere debet, physica problemata hunc in modum componẽs: Cur oleum quę in ipso coquũtur, sicca & friabilia & fragilia efficiat: aqua vero humida & mollia: aut, Quãobrẽ in oleo cocta siccescãt: at quæ aliter in eo madidata sunt, magis propriam seruẽt humiditatem, q̃ si omnino nõ essent madidata. Qua ratione scillæ & vrticæ morsus sanet: qua de causa his medeat̃, cum ipsum oculos mordicet. Quî fiat, vt reliquũ corpus vniuersum non mordicet, sed oculos duntaxat. Quare guttur exasperet, vlcera vero leniat. Quo pacto ventrem subducat. Quo modo lassitudines sanet. Quamobrẽ inunctos tueatur à frigore. Quare animalia insecta interficiat. Cur lora & coria emolliat: at quæ in ipso coquũtur, duriora omnia efficiat. Atq; hoc vnum est problematũ genus ad physicum duntaxat attinẽs. Alterum verò, quod commune quoq; eorum est, qui artem quãuis exercent, est tale: Quã ob causam carnes piscesq; assantes coci oleo prius illinant. Quid sit, q̃ athletas oleo fricent gymnastæ. Quid etiam, q̃ pueros pędotribę. Nam cuiusq; talium problematum ab experiẽtia profectã causam assignare liceat, Cocis nimirũ responsuris, propterea se pisces

B ac carnes oblinere, q̃ siccæ adustæq; extimæ eorum reddantur partes, si citra pinguedinem assentur: Athletas verò se ex oleo fricare dicturis Gymnastis, tum q̃ quę ante inerãt lassitudines ipsum exoluat, & quæ futuræ sunt mitiget: tum q̃ frictionem ęqualem & mitem planè efficiat, corpusq; ad motus futuros præparet. Eas ob res ipsi quoq; Pædotribæ pueros se & ante & post exercitia inungere dicent. Cur autem oleum lassitudini medeatur, haud etiam nouit nec gymnastes, nec pædotriba, nec medicus experientia curans: nec tñ quia id nesciant, ab euidenter apparentibus recedent. Siquidem tametsi ignorant, quamobrem veratrum album sursum purget, nigrum deorsum detrahat: neque compertum habent, quare cnicus pituitam ducat, atram vero bilem epithymum: tñ medicamentis ad ea vtuntur, ad quæ vtenda docuit experiẽtia: & eos quibus est opus curant, & euidenter apparentibus fidem habent, eosq; qui contraria rationi adstruunt, derident.

Quòd præterquam quòd Pugnantia de Olei facultate Archidamus afferat, Insuper Impropriis Vtatur Exemplis. *CAP. 6.*

AT Archidamus supra q̃ q̃ in multis, quæ perspicuò apparẽt contemnit, insuper & hac quoque parte taxandus mihi iure videtur, q̃ dicat meliorem esse frictionem siccam, q̃ quæ cum oleo adhibetur, quia corpus durius & siccius iis, qui vnguntur, efficiatur: mollius autem iis, qui fri

C cãtur sicci. Dicit porrò nihilo secius & in illa ipsa dictione, paulum progressus, ligna, pelles, aliaq; quæ ex oleo fricantur, ipsum in profundũ trãsmittere: idq; maximum esse testimonium, q̃ in corporibus nostris intrò subiens meatus oblinat, ac humidorũ prohibeat effluxus. Atq; ego qdem quomodo hæc consonent, nescio. Si.n. humorum effluxus prohibet oleum, haudquaq; siccum dicendum foret: ac proinde frustra id tanq; desiccans in frictionibus repudiat. Falli præterea in hoc mihi videtur, q̃ similiter affici putet tum ea quæ in illo coquuntur, tum eos q fricãtur. Nec.n. eadẽ agere dixerim oleum calidum, frigidum, tẽperatum, tepidũ, aut feruẽs, sicut nec aquam ipsam. Apparet.n. & ipsam, si frigida applicetur, condensare, constipare, contrahere, constringereq;, & repercutere: sicut si extremè feruida, adurere: at, si temperata adhibeatur & moderate calida, laxare, rarefacere, fundere, digerere: porrò si nec insigniter calida, nec frigida admoueat̃, sed velut quæ fontana dicitur, tunc propositorum nihil efficiet, verùm propriam suam facultatem exeret. Sic siquis oleum expendere volet, ab omni prius liberum alieno tum calore tum frigore ipsum efficiat, atq; ita demum ad explorandum accedat: quippe quod summè frigidum fuerit, non ex sua duntaxat facultate, sed ex alienæ qualitatis excessu non nihil in cõtactis operabit̃: ita quoq; quod magnopere calidum: at si vtroq; ipsum liberans sic demum examinare voles, hoc duntaxat pacto propriam

D olei vim inueneris. Quapropter cũ quis ex more oleo fricatur, sicut gymnastici omnes, in solo fricatur oleo, quod nimirum absq; omni sit aliena qualitate: at si admodũ excalfacto, aut summè vtatur refrigerato, iam compositam ædi actionem necesse est, nempe ex propria olei facultate, & aliena qualitate. Sæpe verò propriam cuiusq; medicamenti facultatem obscurari necesse est, vbi valẽtem aliunde qualitatem acciuerit. Itaque quî simile fuerit herbas in oleo feruente coquere, ac exercitantium corpora fricare? maximè liquidẽ, vti supra ostendimus, extrinsecus ductas probationes fugere oportet, cum liceat nimirum propriam cuique adhibere experiẽtiam. Quòd si quando tñ id quispiã facere volet, certe similia comparare conabitur, sicut in coriis faciebat & loris: nec enim quispiam oleo in igne præcalfacto, neque in niue refrigerato, sed obuio quoq; accepto corium ac lora confricat. Ita puto & pędotribæ factitant, obuio oleo pueros fricantes, neutiquam aut in igne excalfacto, aut in niue refrigerato. Alioqui sanè & nos non raro caput ardore grauatũ olei admodum frigidi perfusione refrigerauimus. Porrò si salis nihil oleo sit inditum, tanto magis refrigerabit. Sin etiam omotribes, hoc est crudum fuerit, multo profecto etiam amplius.

Quomodo Frigidum Paremus Oleum. *CAP. 7.*

POrrò præparare illud solemus non aliter atque aquam, nempe prius excalfacientes, ac deinde aqua mergentes summè frigida. At si etiam fons in ipsum cum strepitu decidat, vasculo nimi

rum, cui inest oleum, antè diligenter occluso magis quoq; ac magis ita reddetur frigidum. Multū E item frigefeceris, si præcalfactum in puteum ita demittas, vt aquā contingat: quan ꝗ quod aquam non dum tangit, frigidum item euaserit, sed minus. Atq; hoc pacto præparando frigidum reddimus oleum: cōtrario aūt modo, calidum. Quo sane modo ēt vtimur in refrigeratis corporibus, in alueum olei calidi demittentes, quibus pars quæpiam obstupuit, aut tremuli sunt, aut conuulsione aut palpitatione tentant, aut motu sensu've priuant, aut ēt ægrè sentire possunt, aut eiusmodi quippiam perpessos. Ergo siqs ex vniuerso vsu de medicaminū facultate pronunciet, putabit, nūnqd excalfacere & refrigerare, tum exiccare, & humectare nos oleū queat, velut Dioclis Archidamus, siquidē pugnantias non animaduertat. Nam cū exiccari & fragilia effici quæ in oleo coquuntur dicit, exiccantem & digerentem eius facultatem ostendit: At vbi intrò in coria subire, porosq; nostros oblinire, ac naturales humorum effluxus prohibere, rursum sane maxime contrariam eius facultatem demonstrat tum digerentibus, tum exiccantibus: atque in istis vel adhuc quæ apparent proferens, de illis non rectè ratiocinatur. At vbi de mordicatione agitur, nō ea omnia commemorat. Nam ꝙ oculos mordicet, ꝙ guttur exasperet, siue ad tussim prouocet, ꝙ ventrem radat, atq; secessus sanguinolentos efficiat, abūde magna testimonia sunt mordacem illi inesse facultatem. At ꝙ vlcera dolore liberet: & vētris mordicationes, aut irrigatum, aut infusum, omnino sanet: quiq; F morsu irritantur, mitiget: cū & ipsa non parua sint contrariȩ ipsius facultatis indicia: planè omissa sunt. Ceterum si vtrisq; propositis quis ratiocinari volet, duorum alterū eueniet: Aut.n.id faciet vt Empiricus, dicetq; se in collatione ad aliquid cuiusq; medicamenti facultatem per experiētiam cognoscere, ipsius autem per se propriam ignorare naturam: Aut vt Rationalis, cōtrarias inesse medicamento facultates, & mordicantē & lenientem: ac deinde ingenti tenebit anxietate causam dicturus, cur interim altera earum agat sensibiliter, interim altera reliqua aut perdita sit, aut non clarè appareat. Quarum omnium dubitationum solutiones, siquidem vt physica proponantur problemata, sane ꝗ difficiles sunt: sin vt ad vsum referantur artis, multam requirunt experientiā, epilogismos autem non ita multos, sed exactos ac definitos. Nam primum, an omne oleum oculis mordax sit, nec'ne, experientia incunctanter definire præstat, haudquaq; ex tempore in vtrāq; partem rhetorum more disserere: tum an omne æquè guttur exasperet, aut ventrem subducat, aut radat, vt non nunquā cruentas moueat excretiones: an oleorum hoc quidem hæc faciat, illud vero non: & aliud magis, aliud minus. Olei differentias nunc dico non eas (vt quispiā suspicaretur) quæ sunt heterogeneas siue alterius generis, sicut cicini, rhaphanini, caryini, balanini, ac similium: nam & horum vires medicus noscat oportet, sed in præsentia eas memorare nō expedit. Satis est G enim, mea quidem sententia, principio proprijssimum, & quod maximè ab omnibus hominibus vocatur oleum, considerasse: quando & ipse fructus ex quo fit oleum, solus ex omnibus oliua nūcupetur, et arbor olea (græce vtrunque ἐλαία vocatur, & ipsum oleum ἔλαιον) ipsumq; simpliciter ac primario oleum dicitur, at reliqua omnia per translationem & abusum.

*quod. — *quamuis. — *Al. dentium prurigine.

De Differentijs Propriè vocati Olei. CAP. 8.

HVius sanè quod propriè oleum appellitāt, de quo omnis in præsenti sermo habetur, plures dico esse differentias. Secundum ætatem quidem, cùm aut recens est, & velut mustum, aut ætate vigente, aut vetus. Secundum præparandi modum, cùm aut simplex solumq; & impermistum fuerit, aut cum sale præparatum. Secundum fructus ipsius diuersitatem, cùm is aut immaturus, aut maturus extiterit. Secundum inductam arte alteratione, cùm aut quomodo ab initio prȩparatum fuit, ita seruatur, aut cādidum efficitur. Scriptum verò est de albificatione eius & ab alijs non paucis, & nos quoque in sequentibus trademus. Horum omnium oleorum facultates ipse equidem experiri studui: quid autem in quoque fieri deprehenderim, postea exponam. At nunc absoluere statui primum, quod erat in manibus. Perperam enim mihi videntur medicorum plerique tum experiri medicamenta, tum de viribus eorum ratiocinari. H

Quomodo Cuiusq; Medicamenti Facultatem experiri oporteat. CAP. 9.

QVippe cum Experiri solum oporteat, quæ impermista sunt, & ab omni extranea qualitate aliena: eaq; primum in optima corporis constitutione, deinde in intemperatis, demum in morbis simplicibus: sicut in libro hunc antecedente, & in tertio de Temperamentis definitum est: Ratiocinari vero, id quod ex accidente est, semper ab eo quod per se est, distinguētem.

Quòd Non solum in Explorandis Medicamentis medici Hallucinentur, Sed etiam in Opinionibus, quas habent de Affectibus. CAP. 10.

AT non nulli medicorum non in istis modo hallucinātur, verum etiam in opinionibus, quas habent de affectibus. Nam oleum quòd lassitudinibus remedio sit, omnes propemodum fatentur: cæterum quis affectus sit lassitudo, non consentiunt. Hic enim articulorum esse ait siccitatem, ex motionibus desiccatorum. Alter &, musculorum, adijcit. Alius porrò contrà quàm hi, humiditatem multam, & tensionem, & caliditatem, fluxione nimirum partibus vehementer agitatis affusa. Alius non humorum multitudinem, sed qualitatem solam causatur, prouenire inquiens in motionibus immoderatis pinguedinis carnisq; teneræ colliquationes quasdam, quarumpars foras transpiret, pars vero retineatur in corpore: & hoc, cum acre mordaxq; sit, affectionem effi-

cere

A cere veluti vlcerosam. Itaq; etiam si in hoc conueniatur, quod lassitudines sanet oleum, attamen ob ancipitem atq; ambiguum corporis affectum, nihil queat certi de olei facultate colligi. Atq; id sane non tantum in lassitudine vsu venit, verum etiam vbi doloris causa, aut mordicationis, aut phlegmones gratia, bibendum oleum exhibemus, aut per sedem infundimus, aut itidem perfundimus. Siquidem vlceribus phlegmone affectis nō solum, sed & cum aqua moderate calida, perfundimus: vt in lassitudinibus cum lauacro aquæ dulcis. Sed nec quæ sit in phlegmone affectio, cōsentiunt. Porro vbi per sedem ipsum ingerimus, aut bibendum offerimus, ne tunc quidem cognoscimus euidenter, cui nam corpori ipsum applicemus, an pituitæ, an bilis, an aliorum aliquorū recrementorum pleno. Constat enim non perinde hominem affecturum, vbi pituitæ viscosæ intestinum omne simul cum ventre plenum offendet, atq; vbi biliosis excrementis refertum, aut alijs quibusdam acribus humoribus, aut stercore multo, aut horum quidem nullo, sed incidat in ventrem intestinaq; vndiquaq; pura, aut præterquam quod pura, etiam exasperata reperiat.

Quòd Vt quis probè de Olei facultate Ratiocinetur, Debeat etiam Affectionem hominis Aestimare, & De ipso oleo Quale sit præfinire. CAP. 11.

B ITaq; neglige̅ter admodum & segniter de his omnibus medicorum pleriq; ratiocinantur, haud indicantes, nec quo pacto affecto homini oleum exhibeant, nec quale nam ipsum. Ac mox tamen dicunt, alij mordicare & radere prorsum partes corporis internas: alij vero etiam si præfuerit mordicatio, & hanc lenire. Nec enim parum interest, an inijciatur in ventrem pituita scatentem oleum expers salis (Græci ἄναλον vocant) & quod re vera oleum est: an quod plurimum accepit salis, in ventrem purum. Vtrunque enim aluum subducit, diuersis tamen facultatibus. Nempe illud quod sale vacabat, in pituitoso ventre per lubricitatem: simili modo cum maluis, blitis, moris: Quod vero salem habet, in puro per acrimoniam, perinde vt muria, & marina aqua. Et sane hoc quidem radet, alterum non radet. Ergo nec absolute oleum quoduis interna omnino radere diximus, aut deiectiones moliri cruētas, neq; mordicationes lenire: verum id cui sal est inditus, in puro ventre radere: cui autem non, in pituitoso non radere.

Quòd Salsuginosa & Acria ex accidente quādoq; Morsui medeantur, nempe Secum quod mordicat educētia. Dulcia verò & Epicerastica contrà, Morsum etiam aliquando ex accidente exasperant, nimirum Cùm vnà corrumpantur, & foueant alantq; cacochymiam. CAP. 12.

NOn nunquam vero mordicationes ex accidente quod salsuginosum est, sanauerit, velut & melicratum, salsugo, serum lactis. Educūt enim secum hæc nō nunquam succum mordicationem fa- C cientem, ac mordacitatis redduntur medela, perinde vt cætera omnia quæ abluunt & abstergunt. Sed non statim vbi immissa sunt hoc genus medicamēta, morsum sanant, quin potius tunc etiam exasperant: siquidem euacuationis, haud epicraseos i. te̅perationis seu mistionis, ratione sanationem moliūtur. Quippe ceratū ex rosaceo & adipe aut pinguedine infusum sæpenumero morsibus cōtinuo succurit, idq; te̅perationis ratione: sed & oleū ipsum solum, sed dulcissimum, id frequenter prestitit: sicut certe etiā adeps hirci, aut succus condri, aut ceratum ex oleo dulci. Nos aūt sæpenumero quibus ex frigore interna dolore torquebantur, ingesto oleo calido dolore liberauimus: ac si maius esse frigus conijciebamus, addidimus & anethum, oleum excalfacientes: si vero adhuc etiam maius, rutam quoq; & bitumen. Eiusmodi igitur auxilia omnia quod frigori medeantur, dolores mitigant, non propterea quod lædentem humorem attemperent aut educant. At in

A.l 1.f. 4. c. 30. fol. 83 h idem vniuersa confusa sunt à "plerisq; medicorum, qui nec norunt dolorem ab intemperantia natum, ab eo, qui ex cacochymia oritur, distinguere: nec quod medicamentorum, quę doloris gratia inijciuntur, alia excalfaciendo partem refrigeratam sanant, alia humorem mordicantem euacuando, alia temperādo. Sed & subinde mistæ existunt affectiones, ex intemperie videlicet, & mordicatione: In quibus nos cōsueuimus anethinū, aut rutæ oleum, infundere anserino in eo liquato adipe:

D is si non adsit, saltem gallinaceo: si nec is quoq;, vel aliorum aliquo: quod si horum nullus ad manum fuerit, ceram miscemus mordacitatis expertem, voco aūt sic eam quæ lota est: aut certe oleū ipsum quod effectum est candidum, infundimus, nam id ceræ mordacitatis experti proportionale est.

Temeraria itaq; pronūciatio est atq; indefinita tum eorum, qui oleum omne omni te̅pore mordicans adstruunt, tum eorum qui leniens: nam quod salem accepit, mordax est: quod autem eo caret & dulce est, quod quidem ex se est, lenire potest: nam videri possit & ipsum quandoq; pro affectibus quibus applicatur, haud etiam esse eiusmodi. Vnumquodq; enim temperantiū medicame̅torum (Gręci ἐπικεράννυντα, siue ἐπικεραςικά, nuncupant) vbi valentius eualit humoribus mordicantibus, morsum eorum retundit: verum si aut valentioribus facultatibus, aut multis, paucū mistum fuerit, vnà & ipsum corrumpitur, alitq; cacochymiā. Quamobrem protinus euacuandi sunt, qui ab ijs quæ temperandi naturam habent, irritantur, vtpote qui multa nec facile mobili corruptione sint repleti.

De Lacte. {Rebus fere omnibus Multas ac diuersas inesse Facultates, Exuperantem tamen Facultatem cognosci posse ab eo, qui Id quod est per se Ab eo, quod est per accidens, rectè distinxerit.} CAP. 13.

SIc sane Lac frequenter simulatq; sumptum fuerit, alijs acescit, alijs in nidorem vertitur prius, quam probè concoctum corruptionem temperet. In quibus vtique primum maxima cacochymiæ

*muria.

pars euacuari debet, atq; inde ſumendus chondrus, & ptiſana, & lac, & alia quæ vbi probè fuerint coćta, conferunt ad euchymian, hoc eſt ſucci in corpore bonitatem. Non tamen, quod ad hoc attinet, omnia exiſtimare oportet aut deteriores, aut contrarias, in ſeſe obtinere facultates: neque in ſermone ſcientem, eorum, quæ eueniunt, partem alteram omittere: id quod fecit Archidamus in oleo. Siquidem memorabat oculos ab eo mordicari, guttur ad tuſſim excitari, & vẽtrem radi: cæterum ꝙ ſtomachum ſæpe cùm valenter morderetur, oleum protinus dulciſſimum epotũ ſanauit, & iniećtum totius ventris mordicationes leniit: & à thapſia, vrtica, & ſcilla excitatas inũćtum ſedauit: eorũ mentionẽ non fecit. Ego verò non ambigo, neq; fidem nõ habeo iis, qui aiunt rebus propemodum omnibus multas ac diuerſas ineſſe facultates: quin oſtenſurum me id ipſum polliceor in libro ſequenti: Attamen non proinde adſtruo eam quæ in quoque exuperat, non poſſe cognoſci: verùm ſi, quod ex accidente eſt, ab eo quod per ſeſe, diſtinxeris, omnia clarè cognoſces. Contemplator enim vtrũq; in exemplis, propoſitis videlicet exempli cauſa duobus hominibus, quibus ſimiliter os ventris mordicetur, & qui pariter aut ſuccum ptiſanæ, aut chondrum, aut panẽ lotum ſumpſerint: deinde alteri mordicationẽ reſtinćtam, alteri verò inaućtam ponito: Obſecro, nunqd ſuccus ptiſanæ, aut chondrus, aut panis ex ſe mordax eſt, per accidens autem in altero hominum morſum non modo nõ inauxit, ſed mitigauit: an quod ex ſe qdem erat mitigauit, per accidens verò in altero iritauit? Ego ſanè ex ſua natura epiceraſticum eſſe dico ſuccum ptiſanæ, & chondrum, & panẽ, & per Iouẽ lac quoq;: cæterũ in altero homine morſum auxiſſe, ꝙ properaſſet à corruptione ſuperari. Atq; ea vtiq; eſt (certo ſcio) veterum omniũ ſententia, ſed & recentiorum optimi quiq; ita ſapiũt. Verùm, ſiquis fuerit quem ego neſciã (nec enim quicq̃ eſt, quod non audeant iuniorũ medicorum qdam) qui contendat ex ſua natura corruptiones augere chondrum, panẽ, aut ptiſanam, cæterũ in quibuſdam ex accidente nimirũ mitigare, is, inquã, qui talia iaćtabit, nullã aſſertionis ſuæ demonſtrationem afferre poterit. At nos dicimus, ꝙ ſi ptiſana foret cacochymos mali've ſucci, haud vnq̃ mordicationem mitigaret. Atqui cõſpicitur freqũter tum ſupernè ſumpta, tum per ſedẽ iniećta, mitigare: Ex quo patet per ſuam quidem naturã boni eſſe ſucci, verum interdũ vnà cum iis ſuccis qui mordicationes excitant, corrũpi, & ipſum augere ſymptoma. E F

Quomodo Diſcernendum ſit, à Cacochymis'ne Mordicatio ſanata ſit, An ab Epiceraſticis, hoc eſt Temperantibus. CAP. 14.

FOrtè igitur nos roget quiſpiam, an vllum vnquam cacochymorum mordicationem curauerit? Equidem id non rarò faćtum cognoui: verùm ea dico non temperando, verùm id quod mordicabat educendo, mordicationes ſanaſſe. Ac proinde & ſtatim, & vſq; dum euacuentur, hominem mordicare, & inſuper euacuata aſperum relinquere ſenſum in partibus aliud medicamen requirentem. Quod non faciunt quæ boni ſunt ſucci & dulcis (Græci εὔχυμα & γλυκύχυμα nominant) etenim & protinus mitigant, & præter q̃ ꝙ euacuationem non faciunt, ẽt ſenſum aſperũ nullum inducunt: quin potius ipſa cõtra ſenſuum medentur aſperitati. Itaq; chondrum, lac, ptiſanam in eiuſmodi affećtibus & edenda præbemus, & per ſedem iniicimus, vbi videlicet melle, aut quopiam eiuſmodi, quod infeſtabat, exterſerimus: quo tẽpore opportunus eſt & adeps, & ceratum dulce, & oleum dulce. Porrò & in præſenti & in ſequẽti deinceps ſermone omnia me dulcia dicere exiſtimato, tum ea quæ ſalem non ſunt experta, tum ea quæ ſunt elota. Quatuor itaq; indiciis cum poſſis quod per ſe lenit diſtinguere ab eo quod per accidens, facilè cuiuſque talium medicamẽtorum facultatem inuenies. Primum indicium eſt, an ſtatim mitiget, an non. Secundum, an ſimul cum lædentibus euacuetur, an non. Tertium, an aſperitatem quandam in corporibus relinquat, an nõ. Et quartum, an ita affećtis vtile & commodũ videatur, nec'ne. Nam, cùm nec protinus mordicationem ſanat, verùm maiore cũ vehementia excernitur: neq; intus manendo medetur, & moleſtam corporibus aſperitatem relinquit, quam, ſi denuo offeratur, exaſperat: argumentum eſt rodentis ac mordicantis eſſe naturæ, cæterum ex accidente quandoque morſus ſanare. At quod & continuo mitigat, & nullam excretionem prouocat: ſed nec exaſperat dum intus manet, immo exaſperatorum medela exiſtit: ipſum quidem natura bonum eſt, verùm interdum à cacochymia, quæ ipſum alterat corrumpitq;, mordax efficitur. Atque hæc ita à me dićta ſunt, vt ſimul vtriuſq; medicamentorum generis & tempus, & vtendi modum, ſimulq; facultatis inueniendæ, rationem docuerit oratio: demonſtraueritq; & ptiſanæ ſuccum, & chondrum, & tragum, & lac, & panẽ elotum, ex genere eſſe euchymorum: quin & pinguedinem, et adipem, & oleum dulce, & ceram dulcem, ex mitigãtium eſſe natura. Fuerit autem cera dulcis, quæ & natura eſt talis (nam quædam guſtantibus amaræ ſunt) & quæ præterquam quòd eſt talis, in aqua bona elota eſt. G H

De Ratione Abluendi & Candida faciendi Medicamenta. CAP. 15.

LAuanda porrò eſt non tatũmodo cera, ſed & pix, & reſina, & oleum, & quicquid aliud aquæ non miſcetur. Primumq; modicè concalfaćtum, mox in vas lati oris, ac magnum, cuiq; inſit aquæ copia puriſſimæ ſimul & omnis qualitatis maximè expertis, infundito: nã in ea, quicquid ſit id quod abluitur, acrimoniam ſuam exuit. Deinde contérito, tundito, frangito, manibus'que impenſe ſubigito, vt vnaquæque videlicet abluendi medicaminis particula aquam poſſit cõtingere. Deniq; effuſa priore aqua, rurſum quod lauatur excalfaciens, in aliã aquam æquè ſyncerã iniicito:

Rurſumq;

A Rursumq; diutissime contundito, donec qualitatem suam in aquam deponat: id aũt gustanti datˊ cognoscere: Mox verò & tertio, & quarto, & sæpius deinceps idem faciendum, donec aqua nullã etiam ex abluto medicamento qualitatem recipiat. Atq; hunc in modum omnia quæ excalfieri et fundi sustinent, lauabis. At, si qua sint lapidosa & dura, velut cadmia, & æris squama, & æs vstũ, ea exacte in tenuia comminuentem, plurimum in aqua terere fontali purissimaq; oportet, subinde priore effusa, quoad nihil in aqua innatet, maneatq; aqua prorsum à contriti medicaminis qualitate immunis. Nam quãdiu aut qualitatis eius quippiam in gustu appareat, aut aliquid innatet, tandiu terendum atque effundendum est: nam, si hoc pacto quiduis eorũ q̃ lauari possunt, abluas, mordacitatis expers euadet. Et sanè oleum non tantum mordacitatem exuit, sed etiam candidius interea efficitur. Oportet verò ipsum nõ perinde vehementer verberare vt picem, aut ceram, aut resinam, ne videlicet adeo aquæ misceatur, vt ægre postea separari possit, sed ita, vt vbi quiescere paulisper siueris, facile possis innatans detrahere. Sunt & alij modi, quibus oleum efficere possis candidum, quos scriptos inuenies apud eos qui præparationum libros conscripsere, & qui de materia prodidere, vt & apud Dioscoridem in primo. Verum pleriq; eorum consumentes quod in oleo aqueum ac rufum est, reliquum candidum efficiunt: At hic abluendo, veluti ipsum abster-
B gendo ac detergendo, candidum efficit.

Quòd Non colligatur Oleum ex eo, quòd Tußim cieat, proinde esse Mordax: Neq; enim omne Quod tußim ciet, Mordax est: Neq; solum Quod mordax est, Tußim mouet, Sed & quæ Pinguia sunt. CAP. 16.

DE medicaminum, quæ lauari candidaq; effici solẽt, dispositione, rursus ẽt dicẽt. Nũc ad propositum reuertor. Oleum quod nõ sit omphacinum vocatũ, hoc est crudum (id.n. adstringit) neq; cum sale præparatum, neq; recens, ac velut etiamnum feruens, ad hæc omnia accurate lotum, id neq; epotum, neq; infusum, mordicationem exercebit. Quòd si guttur ad tussis impetum prouocet, non idcircò mordax dicendum erit. Nam quicquid mordax est & acre, ad tussim impetum prouocat: non tñ quicquid impetum ad tussim prouocat, mordax est & acre. Hoc enim duntaxat pacto mordax esse oleum conuiceris, si quicquid ad tussim impetum mouet, mordax esse cõfessum fuerit. Occurrit itaq; denuo hic error non leuis, sed perniciosus in conclusi cõuersione cõmissus. Confessum enim est omne mordax impetum ad tussim mouere, & confessum est, oleum omne ad tussim mouere impetum: verùm his suppositis non conficitur oleum esse mordax, neq; si categoricas, neq; si hypotheticas efficiamus propositiones: ꝙ scilicet ex duabus vniuersalibus af-
C firmatiuis nihil concludi in secunda figura possit, neque conclusio ex necessitate sit vera. Fient autem in syllogismo categorico duę propositiones istæ: Omne mordax ad tussim impetum ciet: sed &, Omne oleum ad tussim impetum ciet: quibus confessis nihil concludi poterit. Hypotheticam verò propositionem, quam Chrysippus ἀξίωμα συνημμένον nuncupat, veram accipere non licet, neq; à sensu, neq; ex sensu, neq; ex consequentia rationali. A sensu enim, aut per sensum aut ex sensu, aut vtcunq; nominare placebit, id genus ἀξιώματα desumpta sunt, nempè, Omne mordax ad tussim impetum ciet: &, Siquid mordax est, itidem & ad tussim impetum ciet: & non, Si oẽ mordax ad tussim ciet impetum, protinus quicquid ad tussim ciet impetum, mordax erit. Neq; omnino ad hoc, Si quid mordax est, hoc & ad tussim impetum ciet, sequitur in vniuersum istud, Siquid ad tussim impetum ciet, ipsum & mordax esse: sed id quidem, Si non ciet ad tussim impetũ, haudquaq; mordax esse, id inquam verum est, quippè cum mutuo conuertantur. Non tñ si quid ad tussim impetum ciet, continuo & mordax est: simpliciter enim hoc conuertitur, & non mutuo. Demonstratum aũt in methodis logicis est, quæ ex mutuo veris conuertuntur orationes, ipsas quoq; veras esse: at quæ simpliciter conuertuntur, non perpetuo esse veras: Illas quidem ἀντιστρέφοντας vocant, has verò ἀναστρέφοντας. Igitur si non ex necessitate verum est, Si quid ad tussim impetum
D mouet, idem statim mordax esse, neq; sanè oleum proinde ꝙ ad tussim impetum moueat, mordax esse concludi poterit. Hoc enim duntaxat pacto, nempè si in confesso esset, Omne quod ad tussim impetum moueat, itidem mordax esse, verè talem confici conclusionem inueniretur, Si ad tussim impetum mouet oleum, vtiq; & mordax est: quò videlicet ad hanc sequatur orationem, facta tali assumptione, Atqui ad tussim mouet impetum oleũ: sequitur ergo iuxta primam orationẽ indemonstratam conclusio, Mordax igitur oleum est. Verùm enimuero non hoc pacto colligendũ illis fuerat, ꝙ si quid mordax esset, continuo et ad tussim moueret: sed ꝙ sola mordacia ad tussim impetum prouocant: ita enim concluderetur, quicquid ad tussim moueret impetũ, esse mordax. At hoc ipsum, Sola videlicet mordacia ad tussim impetũ ciere videri, & alienè à sensu dicitur, quippe cùm & pinguia mouere ad tussim impetum appareant: & quod quæritur, proptè assumptum est neq; ex sensu neq; ex demonstratione. Præterea hominum id est ignorantium, quænam sit ad tussim impetum mouendi affectio, quam fortassis ipsis exponere præstiterit.

Quomodo & Per quæ ad Tußim Impetum cieri contingat. CAP. 17.

COntingit autem ad tussim impetum cieri inæqualitate quadam in gutture præter naturam proueniente: quippe cùm spiritus per puram leueq; semper ferri viã consuetus, si qñ in eminentia quædam impingat, quassationem quandam ac velut inæqualem concussionem in guttu-

re efficit, atq; ita ad tussim animal prouocat. Nam vt alias quoq; multas natura hominibus salutis E
gratia ingen. tas indidit passiones, ad eundem modum & sternutationem, & tussim: Sternutatio-
nem quidem, vti ea quæ in naribus infesta molestaq; sunt, propelleret: Tussim verò, vt quę in gut
ture. Porrò duplex ea affectio est, aut resiccata exasperata'ue, quæ in arteria est membrana: aut
inęquali in ea corpore delato, siue id liquidum sit, siue solidum. Hinc seu panis micula, aut alterius
cuiuspiam edulij, nobis inuitis in spiritus meatum decidat, tussire adigimur: seu bibētibus affatim,
ipsius potus quippiam eò influat, similiter iritamur, atq; ad tussim compellimur. Percolatur enim
perpetuo per asperam arteriam in pulmonem ipsius potus tam exile quippiam, vt protinus ab in-
strumentis raptum perfacile quocunq; distribuatur, nec tn̄ vspiam aceruatim in spiritus semita cō-
sistat, neq; animal ad tussim iritet: At vbi vel id ipsum plusculum, vel aliud quodpiam seu liquidū,
seu solidum corpus, in aspera defertur arteria, iam inde tussire necesse est, donec à spiritus vehemē
tia quod molestat propulsatum ejciatur. Proportionale quippiam huic accidit, vbi in membranā
ipsam arteriæ exasperatam spiritus impingit, nisi qp hæc affectio alia à iam dicta est. Nunc enim ab
arteriæ membrana aufertur abraditurq; quippiam: intus verò adhæret aliquid, in priore affectu.
Porrò vtriq; communis est spiritalis viæ inęqualitas. De quibus fusius in causis symptomatū dis-
seruimus. Cæterum in præsentia cognouisse sufficit, qp mordacia gutturis exasperatione: oleosa F
verò & pinguia illitu, inæqualitatem & ad tussim impetum efficiant. Quicquid enim extra natu-
ram in arteriæ incidit tunicam, tenaciterq; illi inhæret, tum organis ipsis, & qui per ea defertur spi-
ritui, insolens est, tum animanti quoq; molestum. Nec id nunc dico, quin pleraq; ex oleis qualitate
mordicantia sint. Nam & quæ admistum habent salem, & prorsus recentia sunt, ea omnino mor-
dacia quoq; sunt, nō propria sua essentia, sed quoniam omnibus plantarum succis geminum insit
excrementum (quod abunde indicauit Theophrastus, & nos postea commonstrabimus) alterum
crassius ac velut terrestrius, alterum tenuius & velut aquosius. Sanè & oleo ambo hæc insunt, ad
concoctionem & discretionem tempus postulantia. Porrò tempore quidem, alterum residet, alte
rū verò consumitur: Ac primum quidem, quod videlicet & terrestre est & crassum, subsidit, amur
ca nūcupatum: alterum verò tenuius ac velut aquosius, quodammodo et ipsum compositum est,
ex aerea scilicet essentia, & tenui serosa.

Quot Modis Aqueum & tenue Excrementum ab Oleo Separari queat. CAP. 18.

CÆterum serosum istud rufi coloris est, à crasso illo terrestriq; subsidēte scilicet qualitate abster
sa. At oleum ipsum tum minime mordax, tum candidum sua natura existit. Quapropter vbi
tenue hoc excrementum separatum fuerit, candidius etiam dulciusq; efficitur. Separat verò mul G
tis modis. Aut enim in Sole feruente lati oris vasculo olei pleno deposito, conchis in altum subla-
tis, subinde id cū strepitu desuper conturbant. Aut calidos vasculis oleum continentibus cineres
subijciunt, solarem qz fieri possit maximè calorem imitati: maiorem enim idcirco vitant, qp ipsum
in qualitate trāsmutet, prompteq; nidorem excitet. Aut nucleos oliuarum, aut frumentū circuncir
ca apponunt. Aut medicamenta quædam vasis ipsis inijciunt. In summa, quod aqueum est, exigūt
atq; consumunt, reliquum aūt seruant. Itaq; si tam dulce candidumq; acceptū oleum, cuiq; nec ab
initio sal inditus est, ipsum insuper, vt ante positum est, laues, id tibi medicamentorum omniū mi-
nimè mordax erit. Ac nos quidem persæpe oleum eiusmodi bibendum non nullis exhibuimus,
nosq; ipsi experimenti gratia sumpsimus, prorsumq; nullam intestinis mordacitatem attulit, gut-
turiq; minime ad tussim impetū commouit: cumq; oculis esset infusum, sensum mouit exiguum,
ipsa potius nouitate, atq; insolentia, qz acrimonia molestū. Atq; eiusmodi sanè oleum, ad vnguem
oleum existens, cuncta tum humectat, tū emollit, vbi nec summe (vt monuimus) frigidū, nec cali-
dum applicet. Porrò cui iniectus sal est, non nulla quoq; inest necessario mordacitas. Verū mirer
sanè, siquis tm̄ indat salis, vt oleosam pinguemq; substantiam exuperet: vtq; Archidamū f. referat,
qui ait cutem aduri ijs qui in oleo fricant: qn̄quidem & id sæpenumero factum vidi, cùm aliorum H
non nullorū gratia, tum podagrę & arthritidis: Fricant. n. partes affectas trito in pauculo oleo sale
multo, idq; per intermissiones, haudquaq; in paroxysmis, tum vt superfluum oē exiccēt atq; discu
tiant, tum vt partibus infirmis bonā comparent habitudinem ac robur. Atq; in hoc quidē sal exu-
perat, in oleo verò superatur. Potiusq; eorum quæ in oleo rigata sunt, facienda comparatio est, qz
quæ in eo decocta, vtpotè qui hominē feruenti nequaq; oleo decocturi sumus, verū temperato vn
cturi. Præstat. n. (id quod aliquoties supra monuimus) ipsum rei euentum sensu perceptilē et exa
cte manifestum inspicere: neq; enim sanè extrinsecus quæsitis opus exemplis est, in rebus nimirū,
quæ tam clare cognosci possunt. Quin si qn̄ forte obscurum sit quod quæritur, adeo vt ex alijs sibi
fidē poscat, neq; illic sane remotissima dissimillimaq;, propinquis præteritis, accersenda sunt quæ-
rendæ facultatis testimonia. Sanè euidens luceq; clarius omnibus hominibus est, qp frictio ex oleo
magis qz sicca lassitudinem aufert, corporaq; emollit, cohibens occludens'que quicquid è nobis fo
ras effluere est natū, haudquaq; digerens & exiccans. Id ipsum & Diocles confessus est, vt qui obli
nere poros oleum dixerit, quæq; effluunt cohibere, tum coria emollire. Quòd si rerum euidentia
illi nō sufficiebat, ac proinde extrinsecus adducere coniecturas potius illi visum est, ea quę in oleo
frigido rigantur, memorare, non quæ in feruenti decoquuntur, afferre debebat.

Quòd

A *Quòd Perperam Archidamus Inæqualem ex Oleo Frictionem asseruit.* CAP. 19.

QVemadmodum in talibus, rerum transgressus est euidẽtiam, ita illic quoq; dum ait inæqualem esse ex oleo frictionem, manibus videlicet lubricè labentibus. Nam contrarium oẽs manifesto percipimus, nimirum cum quæ ex oleo fit frictio, æqualis existat: inæqualis verò sicca. Cutem enim in frictionibus siccis manus coadducunt, ac velut duplant, violenterq; ac præter naturam complicant: dein vbi non amplius prior velut duplatio labẽtes sequi manus potest, ipsa quidem recurrit, atq; ad continuum reuellitur: manus verò semel ac vno impetu in alterã cutis partem transeunt, inferiorem transgressæ duplationis partem. Ac proinde inæqualem, duram, laboriosam talem sentimus frictionem: Duram quidem, qm̃ cutis violenter & tenditur, & concutitur: Eisdem de causis & laboriosam: Porrò inæqualem, qñquidem non in oẽs cutis partes fricantes incidunt manus, verum infernam duplationis partem perpetuo transiliũt: id quod fit tum ob naturales cutis asperitates, idq; potissimum in natu grandioribus: tum ꝙ laxa est cùm alijs propè omnibus cutis, tum gracilibus maximè & senibus. Quippe si læuis ęquabiliter tota, & tensa exactè cutis foret, haud facile plicari posset, nec inæquales in se manuũ efficere decursus: verũ facile, reor, antorsum percurrerẽt, à primis ad reliqua promptè delabentes, nimirum cum nullam secum cutis
B partem ducerent. Atqui cum laxa sit et aspera, externo quopiam medicamento indiget, quod et rugas eius impleat, & fricantibus manibus lubricitatem præbeat: quas ad res oleo nihil aptius inuenias. Mirerisq; profectò Archidamũ, qui nec rei sit reueritus euidẽtiam, nec quæ eius sit causa inuenerit, sed in vtrisq; pronunciarit cõtraria: quippe cũ inæqualis sicca appareat frictio, æqualis verò quæ administratur cum oleo: nec minime ea testimonio suo adstruit ratio, quę causam exponit.

Redarguit Prauam Medicamentorum facultates Inueniendi Rationem. CAP. 20.

VErum de Archidamo & Diocle satis in præsentia. Volo.n. (qñquidem semel aggressus sum prauam facultatis inueniendæ viam ostendere, oleo pro exẽplo vsus) oẽm celerrimè orationem absoluere. Igit̃ cum veteres philosophi calidũ esse oleum asseuerant, nõ paruo (vt putãt) argumento, ꝙ celeriter s. in flammam vertat̃, contradicentes quidam id illi accidere aiunt, qm̃ tenue est, & aereum: cæterum frigiditatem eius inde adeo monstrari, ꝙ hyeme ocyssime concrescat: nec enim vino solũ acetoq;, sed ẽt aqua ipsa, promptius à frigore deuinci. Ad ea rursus obijciẽtes alij, ꝙ aereum quidẽ sit non negãt, id'que ex leuitate perspicuo apparere dicunt: non tñ frigidum esse fatẽtur: quippe cum aer omnis sit natura calidus, vti generatio quoq; eius indicio est, nimirum cũ extenuata solutaq; calore aqua aer efficiatur. Constat'que iam inde maximã eos ingredi q̃stionem
C clarissimis philosophis dubitatam. Siquidem Aristoteles, quiq; eum sectãtur, calidum esse aera existimant, at Stoici frigidum. Porrò ad celerem olei congelationem, quod visum est illis qui frigidũ ipsum asserunt, hi qui calidum contra contendunt, non tam valide concrescere vt aquam, cõtra opponunt: neq; enim congelationem in eo esse aiunt, si quis rectè expendat, sed velut consistentiam et incrassationẽ: hocq; fieri aiũt, quia crassum est et viscosum, nõ quia frigidũ. Itaq; rursum vtrinq; in ambiguum oratio perducitur: illis quidem ex eo, ꝙ celerius à frigore vincatur oleum, q̃ aqua: his verò ex eo, ꝙ aqua oleo plus congeletur, contraria adstruentibus. Ad hoc itaq;, ꝙ de his addubitent, neq; ꝙ aereũ sit, omnibus confessum est. Etenim leuitas quidem, inquiunt, huius indicium foret: at crassities non paruam adfert coniecturam ipsum esse terreum. Porrò quidam ambo componentes, aereum simul & terrosum constituũt. Sunt qui hos deridentes, id quod cũ primis oleo inest, nẽpe humiditatẽ, adimere perfectè ipsos oratione dicãt. Ad hæc nõ nulli ex eo, ꝙ viscosum sit, frigidũ esse contendunt, alij verò calidum, nõ nulli siccum, postremo quidam etiam humidum: Etenim nisi contractæ compactæq; partes eius forent, & inuicẽ exactè adhęrerent, viscosum haud fore: atqui illos oẽs frigiditatis esse effectus: nã fundere, extenuare, soluere, partes à se inuicem separare, eam verò esse calidi naturam. At alij contra viscosum nihil fieri pronunciant citra calidi vi-
D ctoriam, veluti in succorum omnium patet decoctione, tum eorum qui ex herbis exprimuntur, tũ qui ex fructibus: quippe qui cum aquei principio sint, ac consistentia tenui liquida'que, vbi decocti fuerint, crassi viscoli'que euadant. Quin & ex particularibus vtriq; exemplis contraria probabiliter adstruunt, Alij viscum, mel, picem liquidam, resinam, & alia id genus, quæ in professo & viscosa sunt & calida, proponentes: Alij cicutæ, psyllij, atriplicis, bliti'que succum memorãtes: et ad hæc veluti colophonem quendam orationi pituitam proferentes, liquido enim ipsis ea & viscosa esse & frigida videtur. Quin & ex eo ꝙ quibus venæ sectione sanguis detrahitur, oleũ instillatũ fluidum reddat sanguinem, vtrosq; contraria adstruere videre est. Alij.n. tanq; calore fundens, alij vero tanq; frigore lubricitatem prębens, non secus ac glaciẽ fluxibilitatẽ ipsum facere asserunt. Atq; inde aliò versi, de lubricorũ oĩum natura disceptant, ad extremam vsq; garrulitatem orationẽ promouentes. Condemnantes aũt horum errorem, vt aiunt, alij, pinguitudinem proponunt, q̃ proxime ad olei naturam accedit, & euidenter deprehendi potest cuius sit temperamenti: quippe quę in nobismet ipsis consistat, nec fallere nos queat. Nam in sanis, inquiunt, & bene curatis corporibus multa prouenit pinguitudo, quæ ne insanus quidem frigida dixerit: talia.n. fieri robusta natura, quam oẽs naturales philosophi calidã esse rem confitent̃. Sed his ediuerso quidam in frigidis temperaturis pinguitudinem prouenire aiunt, velut fœminę indicant, qui'que ociosam vitam trãsigunt.

* φιλολογίας est impressũ. [illegible] in antiquis. Vide etiam hac eadem pagi. 8
* ἄλλης.

sigunt. Iam verò & inter gentes vbi frigus quidem superat, pingues: vbi verò calor, graciles, pro- E
uenire homines asserunt: proferuntq; exempla, Celtas, Thraces, Bithinos, Ponticos, Galatas, sicut frigidæ regionis incolas ita quoq; in vniuersum pingues: Arabes verò, Libyos, Ægyptios, Æthiopes, quiq; terram inhabitant calidam, graciles & aridos omnes. Non nulli verò citra particularia exempla vniuersali inter sese ratione contendunt, partim pinguem in nobis succũ prouenire non posse, nisi probè à natura cibi conficiantur, asserentes: partim in cibis quidem contineri confitentes, à nostro tamen calore consumi, velut à flamma oleum: qui vbi infirmior est redditus, in corpore aceruari. Sunt qui animantia quoq; in medium afferãt, vt quę natura frigidiora sunt, pinguiora omnia reperiantur, vt vrsi, oues, sues: quæ calidiora, itidem & licciora, graciliiraq;, & pinguitudine vacãtia, vt leones, pardales, canes. Præterea inde adeo, ꝙ madefactæ oleo apes, muscæ, vespæ, formicæq; intereant, alij quidem calidum, alij frigidum comprobare ipsum tentant: ac rursum alij humidum, atq; alij siccum. Etenim cũ iam dictæ animantes exangues sint, ac proinde frigidæ, quidam eas celeriter refrigerari aiunt, atq; ita mori: quidam contra, dum excalfiunt, haud posse in contrarium mutationem perferre: Quin & ꝙ immoderatè exiccantur, alij, quippe, cùm natura iam antea exiccata sint, immoderationis ratione offendi: alij verò ꝙ humectentur, idq; naturæ contrarietate. Atq; ꝙ in insectis animantibus cõtraria inuicem colligant, mirũ fortassis videri non debet: F
sed ꝙ ex ijs quæ nobismet ipsis accidunt, in vtranq; partem disserunt, id verò admiratione dignum est. Quippe alij plus, alij minus, sudare nos inquiunt, si quis in balneo vngatur. Nec tñ hi qui plus asserunt, de facultate eius vniuersali inter sese conueniunt, neq; hi qui minus: Verũ ex ijs qui plus nos sudare asserunt, quidam calori acceptum referunt, quidam verò viscositati: priores quidem calidum sudores prouocare natum dicentes, viscosum vero alteri: quippe venandi & aceruandi eorum quæ hactenus celeriter defluebant, proindeq; sensum fallebant, facultatem obtinens, manifestam ita sudorum copiam efficere. Porrò qui minus sudare volũt eos, qui aut in balneis, aut exercitijs vnguntur, alij quidem illinendi facultatem, alij vero refrigerandi vim, illi attribuunt. Quin etiam ex apparentibus alij resiccare, alij humectare ipsum dicunt: humectare quidem, quotquot plus sudare inunctos censent: resiccare vero, alij. Quinimo & ꝙ à frigore tueat̃ inunctos, alij quidem crassitudine viscositateq;, instar vestimenti aut munimẽti, frigus arcere: alij verò per calorem naturalem contacta concalfacere referunt. Porrò etiã ex eo, ꝙ quæ in libris atramento conscripta sunt, nihil vitiet aut deleat, haud aliter q̃ arena cinisq;, cum reliqua liquida oĩa deleant, quidam siccam & velut exuccam eius naturam adstruunt: quidam verò partium crassiorum, ac minus elaboratarum. Sic et ꝙ alijs nõ commisceat̃, hoc alij quidem leuitati, partiumq; tenuitati: alij verò cras- G
situdini viscositatiq; adscribunt, cùm succis sui similibus misceatur, vt maluæ decocto. Eadẽ asserunt & de hoc, ꝙ terra nõ probe oleo irrigetur, tametsi alijs liquoribus madescat, vt vino, aqua, aceto. Ac non nulli quidẽ hic essentiæ causantur siccitatem: alij tenuitatem: sunt, qui crassitudinem. Etenim qui tenuitatem pro causa afferunt, intactos transire meatus aiunt: at, qui crassitudinẽ, omnino ne ingredi quidem illos asserunt. Neutros verò arguere queas, cùm vtraq; de causa quædam ne propinquis commisceantur, prohiberi possint: siquidem physicorum non nullis meatuum cõmoderatio, mistionis esse causa videtur. Atq; ego nunc sanè illa, in summa tantum relatis solis ratiocinationum occasionibus, commemoro. Quòd si quis singillatim vnumquodq; extẽdere velit, atq; hinc inde in vtrãq; partem disserere, nõ vnum ille volumen, sed ẽt complura, meo iudicio explebit. Licet enim vel iam nunc prospicere, † q̃ non longus solum orationis hic euasurus sit error, (nec enim tolerari posset) verum ꝙ summam etiam interim attinget physiologiam, sic vt dijudicari non nunq; nequiret. Porrò si cui ẽt constaret omnino inutilem esse medicis, longe etiam magis eam rationum viam, arbitror, effugeret. Nõ enim absolutè an calidum, frigidũ, humidum, siccũ ve vnumquodq; medicamentorum sit, inquirimus: neq; an formicas, apes, vespas, aut aliud animaliũ humectare valeat, aut resiccare, calfacere, aut frigefacere: sed quomodo ad corpus se habeat huma- H
num. Cùm liceat igitur in hominibus ipsis experimentum capere, non rectè ad alia vertuntur.

> *† quòd non longus solum sit talis orationũ error, (hoc.n. tolerari posset) verum ẽt ad summam quoq; physiologiam ascẽdat: interim vero etiam diiudicatu sit difficilis.*

Quæ sit Recta Experiundæ Olei Facultatis Ratio. CAP. 21.

AT recta experiũdi ratio, in primis quidem ea est, quæ in corporibus habetur temperatis: deinde ea, quæ in intemperatis: mox, vt sæpenumero antea monuimus, quæ in calidis, frigidis, humidis, ac siccis morbis. Vbi animũ aduertere iussimus, vt quod per sese quid ageret, ab eo quod ex accidenti, distingueretur. Id quod futurum est primùm quidem, si q̃ fieri potest simplicibus affectibus admoueas: Deinde si, an protinus ab initio quod sensu possit percipi, suam vim exerat, cõsideres, an post temporis aliquantum, aut deniq; vbi ablatum fuerit, velut aqua frigida, quæ caloris efficit repercussum: Ad hæc alienæ qualitatis misturæ expers vt sit, dãda quam maxime opera est. Quomodo ergo oleum quis tale efficiat, supra positum est: verum quomodo simplici morbo applicari queat, nunc dicemus, id modo prius commemorantes, ꝙ in morborũ differentijs ostensum est, Corpora quædam ad calidius versa videri citra aut cacochymiam aut plenitudinem, visceris ve inflammationem, velut in ingentibus exustionibus euenire assolet: Quædam verò ad frigidius, vt in vocatis iam passim consueto nomine perfrictionibus (ψυγμοὺς Græci vocant.) In talibus vtiq; affectionibus si oleum adhibeas, manifesto comperies, refrigerare nos an calfacere sit natum.

> ** reuocationẽ.*

Sed

A Sed illud tamen constet, vt omni prorsum aliena vacet qualitate vehementi: id enim perpetuo in omni medicamento memoria tenere oportet. Atq; hæc quidem summa est rationis. At opus ipsum, quod perficitur, experientia commonstrat. Nam qui ardore tenentur, tantum abest vt à calore liberētur, vt etiam [a] †magis exæstuent, ⟩et procedente tempore calidiores euadant. At algentibus, ex olei inunctione perspicua nulla aut noxa, aut vtilitas affertur. Ex quo liquet, vt calfacere sit natum, certè non admodum id posse nec euidenter, sicuti resina, pix, bitumen. Inaudienda est nūc pix non sicca: itidem nec resina, nec bitumen siccum: nec enim ipsis inūgi quis possit: neq; item quæ Sol liquarit, quippe hæc nec simplicia, nec sponte nata sunt medicamenta: verum resina, quę Græce αὐτόῤῥυτος à spontaneo fluxu dicitur, quam in Laconia & Cilicia optimam prouenire nouimus: aut terebinthina, aut lentiscina, quæ liquida etiamnum ac recens sit: aut ex pinea, quę in fictilibus supernè olei ritu innatat: pix autem liquida, aut potius quod oleosum in ea supernè fluitat, quod vtiq; πίσσανθον hoc est picis florem, nuncupant, est enim re vera tanquam picis flos: sic bitumē adhuc liquidum, quod ex [b] Medeia importatur: omnia enim hęc pinguia sunt, plurimūq; oleosæ naturæ possident. Veluti myrrha stacte, & picinum, iuniperinum, cedrinum, laurinumq; oleum, et alia eiusmodi clarissime refrigeratos recalfaciunt, exęstuantes vero summe excruciāt. Atque hæc quidem vtrisque excalfacere confessum est: at oleum neutris admodum, neque refrigeratos scilicet excalfacere, nec excalfactos offendere. Non tamē obscure ijs qui ex ardore febricitāt, [c] fi

B que hæc quidem vtrisque excalfacere confessum est: at oleum neutris admodum, neque refrigeratos scilicet excalfacere, nec excalfactos offendere. Non tamē obscure ijs qui ex ardore febricitāt, [c] fistidij cuiusdam causa est, caloremq; augere apparet, quemadmodū in exquisitis erysipelatis, quippe quæ biliosæ sunt fluxiones: manifestò enim in his calorem adauget, etiamsi applicetur vel frigidissimum. Etenim in ardoribus si salis sit expers, & alioqui etiam candidum, non nullum sane solatium, si modo frigidum perfundatur, affert: In erysipelatis autem, quātumuis sit frigidum, nihil iuuerit. Cæterum lædere omnes quę ex pura bile sunt fluxiones, vel maximè est natum: at quę ex sanguine illi permisto constant, has quidem minus, nō tamen vulgariter. Porrò istis etiam minus, sed tamen perspicuò, affligit inflammationes etiamnum feruētes. Ex quibus omnibus coniecturam ducenti visum est tandem calorem parem eis, quibus applicatur, accendere. Apparet enim corporibus mediocriter calidis admotum moderatè illa excalfacere: quæ vero valide, validum accendere calorem.

Quòd Oleum ex Eorum sit numero, Quæ ex Aequo nos Excalfaciunt. CAP. 22.

DIctum est igitur in tertio de Temperamentis, venitq; nunc iterum dicendum, ꝙ vnūquodq; medicamentorum quæ corpori applicantur, quę quidem calida esse facultatibus diximus, ca-

C loris sui principium à nobis accipiens partim similiter nos recalfacit, partim valentius. Atq; ex ijs quæ nos æqualiter recalfaciunt, oleum mihi esse visum est, particulares eius vires inspicienti: comperi enim perpetuo calorem efficere tepidum in ijs, quæ mediocriter essent calida, feruētem in feruentibus. Proindeq; mihi est visum neq; cōuulsiones, neq; tremores, neq; sensum tum difficilem, tum deperditum, magnopere aut iuuare, aut lædere: quippe iuuare nequibat, cùm valenter excalfacere non posset: nec lædere item valebat, cùm omnino non refrigeraret: At vbi adscititium cōparasset calorem vehementem, multum prodesse: nempè vbi in alueolos olei calidi, in quo radices quædam aut herbæ excalfaciendi facultate pollentes incoctæ erant, ita affectos demisissemus. Vndè merito velut materia quædam cæterorum fuerit medicaminum: nam si frigida illi commisceas, frigidum efficietur quod mistum erit: sin calida, calidum. Quod enim ex media tēperie est, vtrisq; summis inseruit, vtpote quod si calido commisceatur, id quod ex ambobus mistum erit, frigidum efficere non valeat, nempè cum ipsum non sit frigidum: neq; si frigido, calidum, quippe cū ipsum non sit calidum. Itaq; non immerito alij calfacere ipsum aiunt, alij vero negant. Calfacere enim videatur, cum ad parem calfacienti corpori calorem peruenit, hac enim ratione recalfacere rursum potest: ꝙ verò quam acceperat augere caliditatem non potest, haudquaquam calfacere videatur,

D quippè cùm non quam acceperit, seruare, sed augere, calefacientis sit opus.

Quæ'nam sint Principia Tantæ de Medicamentorum facultatibus Ambiguitatis. CAP. 23.

EIusmodi porrò ambiguitatum tria sunt principia, Quòd non distinxerint genera eorum quæ nos excalfacere dicuntur, & quòd homonymijs siue æquiuocationibus vtantur confusè, & quòd nihil relinquant medium. Itaque calfacere nos dicuntur, & quæ energia siue actu sunt calida, vt ignis: & quæ potestate. Tum quæ potestate sunt calida, partim alimenta sunt, partim medicamenta, partim tegumenta. Porrò calidum quoque ipsum, & quod actu tale est, ita nominare consueuimus: & quod potestate, velut subinde antè monuimus. Sed & calidum actu est & quod simpliciter est calidum, vt ignis: & quod per exuperantiam, vt animal: & quod ad sui generis symmetrum comparatur: & quod ad quiduis obuium. At quod potestate dicitur, primum quidem distinguitur contra id quod est ex accidenti: deinde totidem habet significationum differentias, quot actu calidum. Etenim cùm sit velut apta quædam materia ei quod est actu calidum, partim ad ea quę absolutè calida nuncupantur, partim ad ea quæ per excellentiam quandam, tum ad quiddam sui generis, aut speciei, denique & ad obuium quiduis collatum, propria vtique fuerit materia. Quocirca cùm ea consideremus calida, quæ referuntur ad hominem, vt alia prorsum omittantur, æquū existimamus. In istis ergo omnibus peccare solent, qui de medicaminum viribus

A † Quāuis in aliquibus græ. codicib' legat [illegible] [illegible] magis [illegible] stuātes, in multis tamen aliis legitur [illegible] [illegible] tiores [illegible] & [illegible] [illegible]

B ᵇ Al. Nicomedia.

C ᶜ ἄσσης.

bus considerant: & præterea ꝙ mediocritates tum in naturalibus nostris temperaturis (vt in ope E de Temperaturis ostendimus) tum in medicamentis expendendis prætereant. Siquidem tanq̃ necessario id cuius perpenditur facultas, medicamentum, aut calidum, aut frigidū, aut humidum, aut siccum esse debeat, ita verba ipsi faciunt: ac si non fieri posset, vt in calfacientium nos ac refrigerantium medio quiddam consistat, atq; aliud rursus inter exiccantia & humectātia. Adeo inuenire est quosdam stupidos, vt ne vbi audierint quidem veritatem, assequi possint. Itaq; quosdam etiā noui, qui contra contendere adstruereq; conarentur nihil temperamento esse medium.

Quòd Compluribus nos modis Calfacere Oleum appareat, nempe Vt Alimentum, Vt Medicamentum, ut Tegumentum: Et quòd Excalfacientium nos ac Refrigerantium, Medium quodammodo obtineat. CAP. 24.

VErùm hos in libris de Temperamentis iustis confutauimus rationibus, nihilo secius idem in sequentibus facturi. Huic autem libro finem iam imponere studens, ad oleum reuertor. Accidit enim illi, vt fortassis tanquam alimentum nos excalfaciat, vbi scilicet intrò in corpus assumitur: probatis enim quibusdam tum medicis, tum philosophis, sicut ex cibis, ita ex oleo corpori fieri appositionem visum est. Accidit verò illi, vt tanquam medicamē medium sit nos calfacientiū & refrigerantium: tum etiam velut tegmen nos excalfaciat: naturæq; eius vel maxime propria esse imago videtur eiusmodi. Nam quemadmodum vestimenta à nobis ipsis excalfacta, rursum nos recalfacere consueuerunt, ita & oleum. Sed quemadmodum illa excalfaciēte corpore calidiora nō euadunt, ita quoq; nec oleum. Rectè autem perpendas rem totam, non ad præsens modo, sed & ad futura omnia vtilem, si aeris nos ambientis memineris: Qui interim eo qui in nobis est calore vsqueadeo redditur frigidior, vt munimētis quibusdam aduersus eum tegminibusq; sit opus: Interdum verò vsqueadeo rursum calidior euadit, vt ferre nequeas, fugiasq; sub tectum aliquod vel vmbram: Est autem etiam qñ tanta est moderatione præditus, vt neq; tepefacientia, neq; refrigerātia exposcas, sed citra omnem molestiam sensumq; in eo verseris. Tertiam hanc temperiem, quam modo dicebam, symmetrā moderatamq; voco, atq; aliarum mediam esse statuo: ac corpus nostrū neq; excalfacere, neq; refrigerare: cum aliarum duarum altera nos excalfaciat, altera verò refrigeret. Similemq; esse dico mediæ aeris nos ambientis temperaturæ, tum qui à vestimentis, tum qui ab oleo prouenit, calorem. Porrò si ne sic quidem etiam clarum euasit quod indicare volo, at illo saltem modo apertius opinor intelliges. Duos mihi animo intelligito homines corpore similiter temperatos, mutuo sese contingentes vel pectore & ventre solo, vel manibus & cruribus. Quòd si eandem duobus istis hominibus nactus sit temperiem aer illos ambiens, vt in tribus his corpori- G bus par insit calor, neuter ab altero tunc excalfieri dici queat: nam quæ similia vndiquaq; corpora sunt, à sese mutuo nullam accipiunt mutationem. At si frigidus sit ambiens, mutuo se calfacere hi homines dicentur, tametsi haudquaquam excalfaciant, sed frigus modo arceant. Vulgo itaq; assueti abuti vocibus, id quod frigus arcet, excalfacere aiunt: haud sanè rectè. Atqui permittendum ipsis est, vt prout velint appellent: cæterum per calfaciendi verbum in vtraque dictione idem significari, id verò neutiquam concedendum: haud enim idem est, an ex se quid cuipiam calorem præbeat, an frigus prohibeat. Quibus sic se habentibus, quæcunq; foris nobis iniecta eandem corpori caliditatem obtinent, siue à sese ipsis, siue ab alijs, siue à nobismet ipsis, eam nacta fuerint, exacta loquendi ratione neq; calfacere neq; refrigerare dicendum: at, sicui abuti libeat, non repugnandū, modo in dictione significationum differentiam commemoret: siquidem alio quodam modo calfacere nos dicitur aer calidus, atq; alio modo qui sit moderatus. Respondet autem proportione aeri calidiori pyrethrum, napy, piper: moderato aūt pinguitudo, & oleum: actu enim aeres sunt calidi, potentia verò medicinæ. Aera enim calidum haud ipsi efficimus, sed qm̄ in eo versando talem ipsum experimur, ita nuncupamus: At medicamenta, sicuti in tertio de Temperamentis demonstratum est, principium excalfactionis à nobis accipientia, partim æquè nos recalfacere sunt nata, H partim plus, partim minus. Ex genere autem eorum quæ æquè nos recalfaciunt, oleum est: Cui eidem quoq; à viscositate, ac ꝙ difficulter item defluat, tum ꝙ meatus infarciat obstruatq;, duplici ratione vt augere caliditatem videatur euenit, tum inde adeo ꝙ instar vestimenti aut munimēti illinatur: tum ꝙ meatus infarciat, prohibeatq; foras effluere magnam vaporosi intus caloris partē. Eadem ratione nec vt resiccentur corpora nostra permittit, nisi sanè applicetur calidum, idq; plusculo tempore. Has itaq; vires eius cum homines omnes experientia compertas habeant, quos largius sudare volunt, siue à balneo, siue balnei expertes, ijs non protinus ab initio oleum admouēt: Verum in ijs qui morbo laborarunt, vbi sudare inceperint, tum excalfactum, perfundūt: In ijs verò qui etiamnum laborant, vbi abunde iam satis sudarint: Porrò in sanis, siquidem ex longo itinere, aut exercitatione, alio'ue quouis pacto, corpus ipsis exhaustum est, eis inungi & ante sudorem permittunt: Verùm qui non concoxerint, aut corpus habent plenum, quod πληθωρικὸν vocant, his neq; in balneo inungi concedunt.

Quòd Medium sit Oleum Inter Humectantia nos & Exiccantia. CAP. 25.

ATque hîc quoque mihi videtur oleum esse medium inter humectantia nos & resiccantia, velut inter excalfacientia & refrigerantia medium consistere supra demonstrauimus: humectat

A humectat enim aqua, exiccat verò tum laurinum, tum cedrinum oleum. At quod simpliciter sic admouetur, citra vllam videlicet ex arte conciliatam à nobis aut caliditatem aut frigiditatem (huius enim vsq; meminisse oportet) talem seruat nostram temperiem, qualem scilicet accepit, q; fieri possit maxime vaporosas omnes corporis expirationes prohibēs. Porrò si plusculum membra frices oleo, calorem ex frictione adscititium comparabis. Atq; hac interim ratione lassos non parum iuuabis, partim q in minutos corporis meatus pingue ingrediatur, & quę indurata sunt emolliat: partim q humiditatem acrem ac subtilem, quæ in lassitudine ex colliquatione proueniens sub cute latebat, per halitum caliditate digerat. Conspiciuntur enim exercētibus tum foras effluere sudores, tum intus in ventrem non pauca defluere excrementa, quæ velut liquamina sunt. Ex hisce autem colligendum est complura toto in corpore eiusmodi relinqui, quæ euacuationem deposcant: quippe duplex in lassitudinibus affectio nascitur, sicut alibi ostendimus. Nam similares quidem animantis partes resiccantur, humectantur verò vacua spatiola nō vtili & naturali humore (nam sic foret plethora, siue repletio) sed tenui & acri mordaciq;: proindeq; remedijs indigent duplicibus, tum ijs quæ siccitatem corporis irrigent, tum ijs quę humorem acrem euacuent. Itaque ad hęc aptissima sunt dulcium aquarum lauacra, nimirum quæ humiditate sua instrumentorum corrigāt
B siccitatem, & caliditate tenuem atque acrem humorem digerant. At si corporibus inhærere posset aqua, nec facilè deflueret, ipsa quidem per se sufficeret. Atqui cùm ea quæ foris circunfunditur, facile defluat: & quæ in poros ingressa corporis, nullam habens ansam prompte effluat: in hoc sanè ipsum vtiliter miscetur oleum: maximeq; iuuat, si ex vtroq; quis diutius fricetur, id quod veteres Græci χυτλοῦσθαι nominabant: cui oppositum imposuerunt vocabulum ξηραλειφεῖν, quod est sicca vti frictione. Est sanè & hoc quoq; quodammodo lassitudinem sanare potens, sed multum relinquitur ab eo, quod χυτλοῦσθαι nuncupant. Nam vt reliqua taceam, vbi cum oleo aqua cōtunditur teriturq;, haud facile solubili mistione coit, vt quibus ita corporibus inūgatur oleum, necesse sit & plusculum inhærere aquam. Quare hic item velut materia est quædam oleum humectātium exiccantiumq;, sicut ante ostensum est excalfacientium & refrigerantium. Quippe quod si exiccanti commisceas, totum effeceris exiccans: sin humectanti, & ipsum humectans reddideris: sępè que quod ex ambobus constat, maiorem adipiscitur humectādi facultatem, q; id quod primario est humectās: quod in aqua accidit. Nam ea primario madefacit: verùm cum haud ita diu inhæreat, nec actionem obtineat diutinam, leuiter vtiq; prodest. Cum ergo illic velut vinculum fiat oleum, cogatq; plurimum, quibus auxilio eius opus est, inhærere, longè omnium optimum redditur reme-
C dium exiccatis squallidisq; corporibus. Sed si exiccans oleo medicamen commisceas, puta chalcitin, pyrethrum, gallam, struthion, siccans erit quod ex vtroq; commistum fuerit. Itaq;, cùm omnibus quę sibi commiscent, subseruiat oleum, rectà rōne velut omnium existit materia: tametsi vtiq; necessario propriam eorum actionem retundit quidem ac minuit, non tamen vtilitatem: imo est vbi eam quoq; adaugeat. Haud est.n.idem (quod fortè quis autumet) actionem augere cuiuspiā, & vtilitatem: quippe cùm actio secundum propriam cuiusq; facultatē, vtilitas vero non nunq; ex accidenti agat. Differemus autem postea vberius de vtilitate quę per accidens euenit: et nūc quoque hactenus de ea dicetur, quatenus in præsenti est commodum. Quippe contusa cū oleo aqua, quod Hydrelæum vocant, magis auxilio est lassitudinibus, q; si esset sola: non quidem q suæ vires intendantur, sed q quibus opus est, diutius inhæreat.

Quod Materiæ Rationem obtinet, in Mistis Mediam tenere Temperiem debere, Alioquin enim futurum, Vt mistorum sibi Aduersetur actioni. CAP. 26.

QVòd autem, nisi mediam habeat temperiem id, quod ea, quę primario quibus opus est auxiliantur, velut deuinciet, sæpenumero ipsorum repugnabit actionibus, ex ipsa rerum natura generatim addiscere liceat, speciatim autem ex medicamentorum historia. Generatim
D quidem, quoniam id quod miscetur, si in contrarium retrahat, admisti sibi facultatem medicamenti vincere interim poterit, & in aliam planè speciem, quod ex ambobus miscetur, transferre. Siquidem quod materię rationem in mistura præstabit, nullam insignem neq; speciē, neque facultatem exerat oportet. In particularibus verò experiūdis hoc maxime pacto addisces, nō debere id quod materiæ rationem obtinebit, aut excalfacere, aut frigefacere, aut humectare, aut resiccare, si primū quidem in memoriam reuoces quæ supra de resina, & pice liquida, myrrha, bitumine, tum cedrino, & laurino, cæterisq; quæ excalfaciunt, commemorauimus. Hæc enim omnia in aqua trita ad modum olei calfaciunt magis, quàm refrigerant: desiccant plus, quàm humectant: quam ob rem lassitudinis sensus nō admodum soluere valent: Haud enim eandē cum aqua vim obtinent, quò s. auxilio magis sint, q; aduersentur: Neq; mediā inter extrema naturam sortita sunt, vt videlicet tanquam materia quædam inseruiant primario agenti: desiccant enim & excalfaciunt potius, nō humectant ac refrigerant, velut aqua. Si vero excalfacientium admodum resiccantiumq; cuipiam aquam commisceas, non modo nihil eorum quæ agere nata est, fieri videbis, sed prorsum obscuratam, tanq; omnino admista non esset. Siquidem chalcitis, sandarache, misy, cæteraq;, quæ nos vehementer tū excalfaciunt, tum resiccant, validas etiamnum suas vires etiam aquæ permista obtinent. Omnino ergo constat mediam obtinere temperaturam debere, quod vtrisq; extremis tanq materia

ria inseruiet: quę in ordinē oleum si statuas, nihil vtiq; peccaueris, quippe cū oīa singillatim opera E tibi cōsentiant. Et accusabis prolixitatis nō nos vtiq;, sed qui recta via pręterita prauā prolixamq; sectant: quorū sane causa hunc nos sermonē extēdere sumus coacti. Ipsa.n. veritas celerrimā inuētionem obtinet, vt q̄ ab euidenter apparētibus exoriat. Haudquaquā tñ eo vsq; orationē prolongaui, quousq; licuerat, oīa, quæ praue ab ipsis prodita erant, scripturum, causasq; errorū edocturū pollicito. Sane causas dixisse necesse fortassis fuerit, nempe quo, qui ex ipsis proueniunt, paralogismos in tota particulariū medicamētorum iudicandi rōne cauere posis, veramq; doctrinā cum maiori scientia percipere. Crescit.n. nobis de rebus fides, vbi non solū ipsam veritatē cognorimus, sed etiam paralogismorum omnium causas edidicerimus: quod sane in sequentibus efficiemus.

De Rosacco. CAP. 27.

NVnc aūt vbi pauca de rosaceo ad ea, q̄ ab initio sunt dicta adiecerimus, orationem hoc in loco sistemus. Igit dictum est, q neq; odoribus, neq; coloribus, neq; alijs oīno accidentiū, animū adhibere in expendendis facultatibus rōnabile sit, sed ijs quæ perspicuo apparent tum in sanis corporibus tum in ægris. Ostensum ēt est, oleum vbi salis expers purumq; ad vnguē fuerit, ex media esse materia. Conficiendum itaq; rosaceum, quod exactum simul ac simplex, req; vera rosaceū erit, ex hoc videlicet oleo: dādaq; opa, ne quid in se medicaminosius cōtineat: vti apparare solent vnguētarij, quo videlicet tū magis duret, tū odoratius euadat, oleū videlicet prius, q̄ rosas inijciant, odoramētis pręcondientes. Ac pstiterit fortassis ipsis ēt nominibus ea distinguere, quod veteres fecisse constat. Oleū etenim rosaceum nominare adsolent, quod absq; odoramentis pparatum est: cui aūt & horū aliquid inditum fuerit non id ēt oleū, sed μύρον i. vnguentū, cognomināt. Itaq; cū oleum velut materia quędā sit excalfacientiū refrigerantiumq; medicaminū, ex media videlicet tēperatura, constetq; ex oleo & rosarū succo rosaceū, est vtiq; & ipsum talis tēperaturę, qualis est rosarū succus. Sane vero facillimū fuerit, non modo rosarū succi per se, sed oleo quoq; rosaceo cōfecto, in sanis pariter atq; ægrotis (vt iam frequēter monuimus) virium eius periculū facere. Experieris ergo eos, qui adustione tentant, ab eo refrigerari, protinusq; vtilitatē aliquam percipere: qui vero refrigerati sunt, oēs euidēter lædi: vti facile ex vtroq; intelligas, vires eius refrigerare magis q̄ excalfacere. Non tñ valida a rosaceo apparet tibi refrigeratio, sed quæ proxima videat tēperiei mediæ. Voco aūt id genus medicamenta, lucidioris doctrinæ gratia, ex prima natura ordineq; refrigerantiū: sicut rursum quę paululum a media temperie ad calidiorē declinarūt, ex primo recessu & ordine excalfacientium. Atq; hæc quidem in præsentiarū de rosaceo nouisse oportet. G Necesse enim erit & in sequēti libro ipsius medicamēti meminisse, et q̄ reliqua sunt, dictis adijcere.

Al. ἀποστάσεως i. recessu seu gradu & ita etiam frequenter inferius.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

Quæstiones logicas de Actione Medicamentorum Simplicium absoluit, Quæ quasi Elementa sunt Totius tractationis De ipsorum Facultate.

Quæ Causa Prolixitatis horum librorum, Quid prioribus actum sit, Quid hoc agendum. CAP. I.

H

QVod equidem nihil, nisi quod vtile curandis morbis foret, hoc tractatu describere decreuerim, primo potissimumq; deos huius rei testes habeo: deinde & amicos meos, qui me, tum vt hoc opus aggrederer, tum vt quæ ab alijs perperam de medicamentorum facultatibus sunt prodita, quoad liceat commemorarem, assidue hortari non destiterunt. At si quis erit, qui orationis nimia grauet prolixitate, non id mihi iure imputauerit, sed ijs medicis, qui probabilia quidem at non vera scripserunt. Nā & ego nunc quidem ēt magnopere vereor, ne [a] †quia nimis paucis illos cōfutauimus, ⸥sophismata quędam cōuersantes cū illis adolescentulos [b] †a recta opinione deijciat: ⸥qñquidem si in dialecticis methodis exercitati, aut captionum soluendarum periti, ad libros legendos accederent, [c] †tum sane & ab ijs qui falsis demonstrationibus vtuntur, magis sibi cauerent: & nos qui veritatem compēdio tradimus, rectius intelligerent. ⸥ Qm̄ vero vel ipsorum medicorum pleriq; nequaquam in istis sunt exercitati: tum inter illos quoque nō nulli reperiuntur ingenio natura tardiusculo: hi nisi nostris suppetijs, qui sophismata arguimus, iuuentur, non ęgre, persuasi in sophistarum sententiā perducentur. Itaq; quod ad istos attinet, deesse huic etiam operi quippiam videatur. Verum enimuero quando

A † διὰ τὸ τάχος τῆς πρὸς αὐτοὺς ἀντιλογίας.
B † παρακρούονται.
C † *Clarius fere ad verbum. non vtique eos laterēt nec qui in demonstrationibus aliquid paralogizat, nec nos cōpendiose veritatem ipsam edocentes.*

A quando ad omnes mihi orationem accommodare non licet, cum tanta sit eorum qui hæc legent, non modo naturarum, sed etiam ætatis & habituum diuersitas, quod vtique visum est fore maximę parti vtilissimum orationis genus, id superioribus duobus cōmentarijs secuti sumus. In quorum priore quidem de aquæ acetiq; viribus contemplati sumus. In secundo maximam partem de oleo peregimus, pauculis postea de rosaceo adiectis. At in hoc tertio libro eiusmodi vtemur oratione, qualem ab initio protinus habere instituueramus, idq; definitis primum vocis cuiusq; significatis. Deinde tractatus huius velut elementa tradituri, mox velut ad syllabas accedemus: ex quibus operis finis, ad quem contendimus, prompte sequetur.

Quot Modis dicatur Calidum, Humidum, Frigidum, Siccum. CAP. 2.

CÆterum vocum definitio nihil accuratius edocebit, q̄ quæ in tertio de Temperamentis, simulq; in primo commētariorum istorum sunt prodita: repetam tamen eam nihilo secius & in præsentia. Corporum vnumquodq; aut calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum, & dicitur & apparet, interim quidem ex sua natura, interim autē aduentitia qualitate adsumpta. Consueuimus autem quod ex sua natura est, primario, & secundum se, & per se potentia tale & esse & videri dicere: quod vero adscititiam acquisierit qualitatem, ex accidēti quopiam esse videriq; eius-
B modi. Porro eorum quæ propria sua natura aut calida, aut frigida, aut sicca, aut humida dicuntur, quædam actu seu energia talia existunt, alia potentia: differente quidem hoc potentiæ modo, quē nunc diximus, ab eo quem paulo ante dicebamus: illic enim ex aduerso diuidebatur ei, quod ex accidenti dicitur: hic vero ei quod actu. Sed & eorum quæ actu dicuntur, aliud quidem absolute est calidum, frigidum, siccum, aut humidum, velut elementa: aliud excessu, vt homo, equus, bos, canis, & vniuersa animalia: aliud ad symmetrū seu generis sui, seu speciei, vt verbi causa, leo cum homine comparatus, homo autem ætate florens cum puero: aliud ad quiduis obuium, vt Dion ad Theonem. Quin & corpora, quę potentia talia aut talia dicuntur, vnumquodq; vt ad id, quod est actu relatum, dici necessario monuimus: Id quidem, quod facile accēditur, ad id quod actu est absolute calidum: hoc vero, quod alia calfacit, ad id quod per exuperantiam: sic quod hominem calfacit, esse vt ad hominem potentia calidum: quod verò boue, aut equum, vt ad bouem & equum: similiter hoc huic, verbi causa, homini, illud verò illi calidum, frigidum, siccum, aut humidum est, illius vnius naturæ comparatum.

Ad Quid, & Quæ Nominum distinxisse Significata conduxerit. CAP. 3.

EX hac nominum [a]discrētione & ad assequendam [b]iudicij cognitionem {non parum} sumus
C adiuti. Siquidem si ad hominem quid dicatur calidum, a cęteris omnibus animalibus recedendum, & in ipso duntaxat homine periculum sumendum explorandumq; cēsuimus: Si verò quid ad equum bouem, ceruum, aut aliorum animalium quoduis in ipso rursum periculum faciēdum erit. Interim verò & illos quoq; castigauimus, qui ex consistentia, colore, odore, sapore, grauitate, leuitateq; cuiusq; medicamenti, existentem in singulis facultatem inuenire tentarunt. Atque hæc vtiq; rectè nominum [c] distinctiōni consentanea videntur. At quæ velut elementa huius esse speculationis proposuimus, in primarum consistere qualitatum cognitione ostendimus. Quas quidem in libro de elementis secundum Hippocratem, humiditatem, siccitatem, caliditatem, frigiditatemq; esse demonstrauimus: propterq; harū quoq; inuentionem assequebamur ex significatis nominum recte distinguendis. Etenim cùm medicamentum ab alimento discerneremus, q medicamentum in qualitate alteraret, alimentum verò substātiæ corporis adsimilaretur, rectè hinc ad alterantium nos qualitatum inuentionem perducti sumus.

Quòd, cum Duplicia sint genere Quæ alterant, Alia specifica, Alia minime, In Specificorum genere consistant Medicamentorum Facultates. CAP. 4.

POrrò, cùm duplices sint in genere alterationes, aliç specificæ, quę proprię sanè & primariò di-
D cuntur alterationes: aliç verò quę contendunt & contrahunt corporis nostri particulas, quas vtiq; potius per abusionem q̄ proprie nominantes alterationes vocant, in primo genere medicamentorum contineri facultates diximus. Nec enim quicq̄ ex specie in speciem mutari queat citra excalfactionem, refrigerationem, humectationem, & resiccationem. Dico autem ex specie in speciem, velut cùm ex pane, ptisana, lente, sanguis, pituita, bilis tum flaua tum atra: atq; ex his iterum adeps, os, neruus, caro, arteria, vena, atq; adeo cæterarum animātis partium vnaquæq; gignitur. At si secando nos quippiam, velut vitrū & ensis: aut contundendo, vt lapis & plūbum: aut segregata coarctando, vt vinculum, quadātenus partes alteret: ea haud pharmaca fuerint, quippe cum eiusmodi alteratione nullæ rerum oīum ex propria recedant natura. Etenim siue minutim panē frangas concidasq;, siue minutim concisum colligas in vnū, non tñ propriā ideo formā exuet: neque caro ex pane fiet per contusionē, neq; os, exempli gratia, per coarctationē: Verùm dū in vētre venisq; concoquitur, in sanguinem pituitamq; abit: atque inde ex istis in os, carnē, & alias corporis partes, tota sua substantia alteratur, veteremq; naturā exuit, in aliam transiens speciem. Nec tamen ab alio quopiam, q̄ calore, frigore, humiditate, siccitateq; eas, quæ fiunt in aliā essentiæ speciē, alterationes mutationesq;, singuli affectus corporis accipiunt, vt demonstratum est. Atque hac ratione primas & elementarias specificas qualitates quatuor esse diximus, humiditatem, sicci-

* διαίρεσις i. diuisio.

A * Al. διακρίσεως i. diuisione.

B * κρίσεως i. iudicij, est in impressis, sed κράσεως i. temperamenti, est in antiquis. & ita etiam uetus interpres.

C * διακρίσει.

tatem,caliditatem,& frigiditatem: quærimusq́3, quã harũ medicamentum vnũquodq́3 in mistura E pollentẽ possideat. Atq́3 ꝑtinus in hoc primũ pleriq́3 eas inquirentiũ lapsi videntur, ꝙ videlicet pollentẽ absolute tanq̃ naturales qdam philosophi considerarent. Præterea cõplures quoq́3 eorũ decipi videntur, ꝙ sine certa methodo Aristotelis Theophrastiq́3 libros perlegant.

Quòd Solis Philosophis conuenit de Calido, Frigido, Humido, & Sicco, vt ad totam Naturam distinguere, Medicis verò vt ad Homines. CAP. 5.

* Tametsi. SIquidem permagni refert, an totius naturæ respectu, an hominum duntaxat, de calido, frigido, humido, siccoq́3 definiamus. Nam totius naturæ respectu bifariam horum vnumquodq́3 dicitur, partim absolute, partim per exuperantiam: absolute quidẽ vnumquodq́3 elementorum: homo vero, equus, & bos per exuperantiam. Iam autem cùm ad aliquid respiciendo exploratio fiat, illud modò cõsiderandum erit, quod nam sit illud ad quod dicitur. Nos verò {medici} non id quærimus, an in aqua marina humidi simpliciter plus sit q̃ sicci (id enim clare cõspicimus) sed si ad hominem conferendo: neq́3 tñ rursum ad hũc simpliciter, ac si leonem illi compares: quippe cùm sic homine humidior marina fuerit. Quo nam igitur pacto scrutabimur, an sicca sit facultate marina? quo nam alio, obsecro, q̃ an corpus humanum in æqualitate quadam resiccare valeat? Itaq́3 in hoc vnum modo cæteris relictis intendendum. Atqui contra faciũt medicorum pleriq́3: F nam ad quiduis potius respiciunt q̃ ad hoc. Quomodo ergo ad hominem conuersi reliquis prætermissis, qua nam in hoc agendi facultate polleat marina, cognoscemus? an videlicet corpori applicantes, sicq́3 eius periculũ sumentes lauando in marina, rigando, fouendoq́3: tum subinde lanã, aut spongiam, marina madentem partibus applicando: ad hæc emplastris ceratisq́3 miscendo: atque in his omnibus ab eo, quod ex accidenti quandoq́3 euenit, id quod à propria medicamenti vi proficiscitur, distinguendo? Nam in hoc omnis inuẽtionis summa consistit, quam vix quisq̃ illorum attingit: sed eos philosophorum verba decipiũt haud potentes homonymiam percipere.

Quòd per Exuperantiam dici, Bifariam apud Philosophos accipiatur, Nempe vbi aut Mole quid exuperat, aut Qualitate. CAP. 6.

NAm non solum, vt modo diximus, aliud simpliciter, aliud per exuperãtiam, ab ipsis dicitur: simpliciter.n. ignis calidus est, per exuperantiam homo. Verum quod per exuperantiam dicitur, bifariam quoq́3 dici autumant, Partim secũdum substantię molẽ, velut & nos quoq́3 in Temperamentorũ cõmentarijs diuisimus: vt si cados duos aquæ summè feruentis vni cado aquæ maximè algẽtis ꝑmiscueris: Partim verò secundũ qualitatũ effectum. Atq́3 hoc quod ad dogma cõsequitur, ita dicunt, non ex ijs quæ euidenter apparẽt, {sed per syllogismum} accipientes. Nã sup G ponentes frigidũ omne contrahere constipareq́3, & substantiã reddere immobilẽ, aut ęgrè mobilẽ: calidum verò rarefacere, fundere, coquere, mouere: rationabiliter in plantis omnibus vincere calidum pronunciant, siquidem haud aliter neq́3 nutrimenti ex terra digestionem prolixissimam, neq́3 alterationem eiusdem, neq́3 concoctionem, quin nec incrementũ prorsum plantarum, neq́3 germinationẽ, neq́3 fructuum generationẽ perfici posse, nisi calidũ superaret: atq́3 ita rursum inter plantas, alias calidiores, alias frigidiores constituunt. Ex eadem ista hypothesi pendet ea ratio, qua rosas esse calidas contenderunt: siquidem in illis, si in alijs vllis plantis, plurimum vincit caliditas. Ex altera rursum hypothesi depẽdet quod de oleo & adipe adstruũt. Nam, quòd ocyssimè inflãmentur, idcirco calida esse ea facultate iudicant. Et alio rursum modo quæcunq́3 dulcia sunt, calida esse dicunt, siquidem ꝙ familiarissima sint, simillimaq́3 naturis nostris, quæ calida sunt, ideo & ipsa quoq́3 calida esse volunt. Atq́3 philosophis quidem, vtpute qui de tota natura scrutantur, rectè talia & quæruntur & dicuntur: At medicis, quibus alius est scopus propositus, haud perinde rectè, quippe cùm in rosarum effectibus calidum non vincat: neq́3 sanè quoduis aliud plantæ genus, eo ꝙ plantæ est, calidũ dici debet, q̃m nos haud ita calidum quærimus, sed vt ad hominem: siquidem si, quia in actionibus superat caliditas, propterea calidũ quid dices, planta vnaquæq́3 ca- H lida erit, multoq́3 magis animalia omnia. Dicant igitur, si lubet, papauer, mandragoram, cicutam, salamandram esse calida: verùm nemo id dicit, sed velut vno ore omnes esse frigida pronunciant. Atqui animal est salamandra, quod & nutritur & crescit, & mouetur, quæ sane calido in mistura vincente prouenire asserunt. Quid ergo in istis quidem ad hominem respiciunt, in alijs verò ad totam naturam, aut primarum qualitatum actiones? At ego non salamãdram modò aut cicutam vt ad hominem frigida esse dici oportere censeo, sed alia omnia ad eundem modum iudicãda. Siquidem cicuta sturnos non modo non refrigerat & enecat, vti nos, sed & alit quoque, & nimirum

** Al. aut. etiam calfacit. Quicquid enim substantiam alit calidã, calorẽ eius quadantenus ẽt auget ẽt tuetur. Atqui corporis sturnorum calida est substantia, non modo quà animalia sunt, sed etiam quà sanguine prædita. Sanè subinde in alijs tractatibus demonstratum à nobis est familiaritates quasdã pugnãtiasq́3 qualitatum oĩbus rebus inesse: ac quod familiare est, expeditè assimilari: quod verò contrarium ad internecionem ducere tum animantia, tum plantas: Præterea familiaritates illas à totius substantiæ proprietate oriri: id quod sæpenumero à me & dictum est & ostensum. At isti cùm ęgrè id capere possint, segniter & falsè de complurium medicaminum viribus pronunciant. Vna.n. duntaxat illorum examinandorum regula est, nempe ea quæ ad hominem fit exploratio, id

A id quod secũdum accidens, ab eo quod est per se, semper distinguendo. Cui siquis animum intendat, is nec acetũ, nec rosaceum, calidum vnq̃ dixerit: quippe cum vtrunq; nos primario & per se refrigeret: acetum quidem validè, leuiter autẽ rosaceum. Porrò quid nam hoc sit leuiter, ego exponam: vnà enim cum eo tota medij temperamenti medicamentorum omnium ratio conspicietur, cuius & in præcedente libro mentionem fecimus, vbi de oleo disserebatur.

Quomodo Iudicanda sint Quæ ex Media sunt Temperie, Nempe si mediæ temperaturæ similem ipsa temperaturam obtineant. CAP. 7.

SI quippiam est ex applicatis nobis seu corporibus seu medicamentis, quod actu sic calidum sit vt nos, aut ex contactu similiter calidum euadat, id ex media est tẽperie, cum nobis nimirũ collatum: siquidem secundum se queat per exuperantiam dici calidũ, velut & nos quoq;. At si quid non dũ adeo calidũ est vt nos, neq; admodũ tale redditur, id temperie humana frigidius est, quantuncũq; in eo caliditas exuperet: etenim admotũ, calorem q in nobis præerat, auferet detrahetq;. Quippe si datis duabus aquis calidis, quarũ altera plus, altera minus caleat, misceas minus calentẽ magis calenti, huius certè caliditatẽ exolueris. Sic si in caliditatem rosacei, quæ tepida est vt ad temperiem humanã, caliditatem indideris humanam, prorsum ab hac quid detrahes, & refrigerabis.

B *Quòd sæpenumero pro Corporis nostri dispositione, Quod per se Calidum erat, Refrigerare est visum: Quodq; per se erat Frigidum, Excalfacere.* CAP. 8.

NOn ergo mirari oportet, si quicquam eorum quæ propriè & per se sunt calida, cum calidiore commistum, frigidius efficere ipsum queat. Ea est enim communis alterabilium corporum omnium natura, vti in se † & agant, & patiantur admota: quodq; minus est calidum à magis calido calidius euadit: quod vero magis calidum, à minus calido contrà afficitur. Nam id vel ex ipso tactu clarissimè discas: etenim eadem subinde illi tum calida, tum frigida esse videntur: calidiori quidem facto, frigida: frigidiori verò, calida. Proposuit autem mihi dudum quispiam, quãobrem in balneis frigidum meiamus, foris verò calidum, haud intelligens in balneis vrinam quidem perinde ac foris tepidam esse, verùm nos non æquè extrinseca corporis superficie, & dum lauamur & antè affectos esse. Nam in balneo ipso calidior ea nobis est quàm vrina, extrà autem frigidior: quare & vrina non ab re illi calida extra balneum apparet, in balneo autem frigida: quod enim minus q̃ ipsa calidum sentitur, velut refrigerans habet: quod autem magis calidum, tãquam excalfaciens. Liceat verò tibi, periculi faciundi causa, postq̃ abunde lauãdo incalueris, pelui aquæ modicè tepidæ intrò iussu tuo allata, in eam manum aut pedem immittere: apparebit enim aqua C non tepida, sed admodum frigida: At si protinus balneum ingressus, aquam peluis tetigeris, minus videbitur frigida: perpetuo enim quanto plus fueris præcalfactus, tanto apparebit frigidior.

† *mutuo.*

Nec mirum videri debet, si putealium aquarum pleræq;, quæ videlicet fontes profundos admodum habeant, contactæ hyeme videantur tepidæ. At si à balneo manibus contingas calidis, multóq; magis si etiamnum in lauacro consistens, haud profectò apparebit tepida. Itaq; tactum calidi frigidiq; dignoscendi normam ponentes, ac eius dispositioni iudicium omne tribuentes, meritò sanè crebro fallimur, vt qui quod haud ex se est frigidum, id frigidum esse dicamus: quod verò calidum ex se non est, id esse calidum pronunciemus. Hinc fit, vt dum lauamur, frigidam esse vrinam credamus: contraq; frigore rigẽtes aquam è puteis haustam calidam existimemus. At si affectionum in quibus eramus dum vtranque contingeremus, obliuiscamur: ac solius eius, qui in nobis factus est sensus, meminerimus: periculum est, ne forte aquam aliquando absolutè dicamus calidam, vrinam verò absolutè frigidam. Atqui neutra absolutè aut calida aut frigida est, sed vt ad nos: nec vt ad nos rursum absolute, verum hoc videlicet pacto affectos. Absolute autem vtraque, qualis ad nos est, dici possit, ad mediam eandemq; optimam nostri temperiem collata: vt si ad hominem absolutè expendatur, omnino sanè ad temperatum & eucratum expendi oporteat. Sanè D & hæc quoque peccata omnia à nominum definitiõne dependent, quam paulo minus omnes habent contemptui. Etenim cùm calidum & frigidum partim absolutè dicatur, partim per exuperantiam, partim vt ad symmetrum sui generis comparatum, partim vt ad quiduis obuium collatum, iure optimo in homonymijs identidem fallimur, nescij quidem quo nam horum modorũ quid calidum iudicemus, ad alterum tamen transeuntes. Verùm sexcenties iam dictum est, diceturq;, quod in quarto & vltimo eorum quæ modo recensuimus significatorum, de medicamentorum viribus considerare oporteat.

* διαρίσει

Quòd Experientia Cognoscere iudicareq; Medicaminum Facultates oporteat. CAP. 9.

NOn enim an absolutè vnumquodque calidum sit, vt ignis, nam id omnino etiam foret impossibile: aut an per exuperantiam, vt sanguis, considerare propositum est: neque an vt ad symmetrum sui generis aut speciei dicatur calidum, vt leo in animantibus, & quod florentis ætatis est in quauis specie ad ætate prouectum: sed an ad hominem sit calidum, frigidum, humidum, aut siccum medicamẽtorum vnumquodq;, id verò inquirere statutũ est. Neque rursum ad hunc, tanq̃ id quod ad aliquid aliud comparatur, sed si facultate, hoc est si admotum ipsi, eam partem quam tetigerit reddat aut calidiorẽ, aut frigidiorem, aut humidiorem, aut sicciorem. Itaq; in experientia, & iudicandi & dignoscendi consistet ratio. Licet reperiantur medicorum plerique, qui

experientia poſthabita, an rubra ſit roſa, an bene olens, conſiderant, negligentes vbi caput ipſis E exæſtuat, coronis ex roſa contextis, capitiq; impoſitis, aut ſucco eius, aut oleo roſaceo, ſic vel ipſa experientia id quod res eſt diſcere. Nam ſi excalfiant, magis etiam calida fuerit: ſin refrigerentur, frigida, quod perinde eſt atq; refrigerandæ humanæ naturæ facultate pollere: Nam id perpetuò memoria tenere oportet, quod tametſi ſexcenties dicere nō grauatus ſim, tamen multi ne ſic quidem id capiunt: atq; ignoſcendum ſanè illis eſt, vt quos ſophiſtę prolixis ſuis nugis peruerterunt. Et profectò experientiæ quidem ratio tam facilis eſt, cùm in roſarū, tum in cæterorū medicamentorum oīum facultate. Nam roſis aut coronari liceat, aut eis cōtritis hominis æſtuantis os ventriculi illinere, aut ſuccum earum expreſſum ebibere, aut oleo aquæ've miſtis aliquā corporis partem confricare. Sed quid hæc multis cōmemoro, cùm nō nulli miſtum opobalſamo roſarum ſuccum ſub Canis ardoribus refrigerij cauſa corporibus inungant, vſu videlicet ipſo docti, cùm hoc fecerint, abunde refrigerare? At Herodotus medicus præ eximia videlicet ſapientia, ne miſtum quidem aceto roſaceum, quod propriè Oxyrhodinon vocant, refrigerare nos conceſſerit. Poſtea memor illo ſe vti in principijs morborum phreniticorum: nec ignorans quantam ſibi contradicentium turbam inde cieret (quippe omnibus propè medicis cōfeſſum eſt, adeo vt vel Theſſali ſequaces, hominis impudentiſſimi, negare non audeant repellendum refrigerādumq; in principijs eſſe F potius, ꝙ calfaciendum aut laxandum) non refrigerare ipſum inquit, ſed aſtringere. Atqui difficile ſanè illi neutiquam fuiſſet, ſiquando æſtu nimio affligebatur (nam & homo erat, eiſdem obnoxius paſſionibus, quibus & nos) caput oxyrhodino perfundere, ſic'que experientia medicamenti effectum cognoſcere. Immo facilius puto fuerat refrigeratum eo vti, caput perfundendo, auribus'que inſtillando, ac naribus infundendo, totamq; adeo frontem perfricando, quemadmodum amaricino, irino, cęterisq; eius generis vnguentis calidis vti aſſueuimus, cùm nō mediocriter quidem ſecūdum eum calfaciat oxyrhodinon, ex duobus calidiſſimis ſcilicet confectū medicamentis.

Cęterum ſi Herodotus eo vti auſus non eſt, ęquum arbitror, vt qui nunc viuunt, eius in ſeſe periculum faciant, vbi aut algent, aut æſtu laborāt, velut nos ſępe in nobiſmet ipſis experti ſumus, aliorumq; complurium æſtuantium caput perfudimus. Præſtat enim ipſos prius in ſeſe quæ proferūt expertos, ita deniq; ea nobis conſulere, ac literis poſteritati prodere.

De Roſis, & Quod ex eis conficitur, Roſaceo: tum Chamæmelo, & Lini ſemine. CAP. 10.

VErum enimuero tametſi contradicere nemini ſtatueram, tamen neſcio, quo pacto huc illorū me impudētia adegerit. Rurſum itaq; redeo ad id quod ab initio propoſueram, nempe experientia iudicandas medicamentorum potentias: idq; tum in ijs, qui inculpata ſanitate fruuntur, G illis vtendo: tū in ijs, qui quoad fieri licet, quàm maxime ſimplicibus tenentur ægritudinibus, aut calidis aut frigidis, aut humidis aut ſiccis. Ita enim ſi iudicaueris, oleum neq; calidum, neq; frigidum, vt ad hominem temperatum, inuenies: roſaceum verò aliquatenus iam eo frigidius, non autem vehemēter frigidum: verum vt ego nominare conſueui, in primo †ordine ſeu limite‡ refrigerantium. Nam vt aqua, verbi cauſa, alia ad vnguem temperata eſt: alia aut calidior aut frigidior, non adeo tamen vt poſſis extremè frigidam aut calidam dicere: ita in medicamentis quoq; oleum quidem ex media exiſtit temperie: at roſarum ſuccus ex frigidiore quidem, ſed non ita multo, verum caloris eſt, vt diximus, tepidi. Eiuſdem cum illo ordinis eſt, quod ad calorē tepidum attinet, Linoſpermon quod vocant: verum eſſentiæ ſuæ craſſitudine non paruo diſcrimine ab illius natura recedit, cum roſarum ſuccus exquiſite tenuis ſit eſſentiæ: cui rei indicio eſt, ꝙ celerrimè areſcat, nec quicquam obtineat viſcoſitatis, tum cæterorū vnguentorum odores exoluat. Neq; enim alia re efficere id videtur, ꝙ ꝙ odoratus meatus opplere præoccupet: nam cùm tranſire ac penetrare illa cūctantur, antè ipſe præoccupat, atq; illos implet. Eſt" & Chamæmelum tenuitate quidem roſæ perſimile, calore verò ad olei vires magis accedens homini tum familiares, tum temperatas. Quapropter laſſitudini, vt ſiquid aliud, cū primis confert, doloresq; mitigat: præterea tenſa remittit & laxat: quæq; mediocriter dura ſunt emollit, quæ'que conſtipata rarefacit. Ad hęc febres quæ citra viſceris alicuius inflammationem infeſtant, ſoluit: ac præſertim quæ ex humoribus bilioſis, aut cutis denſitate proueniunt. Qua de re & ab Ægyptiorum ſapientiſſimis Soli conſecratum eſt, febrium'que omnium putatur remedium. Verùm hac quidem in re à veritate aberrant. Solas enim quas dixi febres ſanare poteſt, eas'que percoctas: licet ſanè pulchre etiam reliquas omnes adiuuet, quæ melancholicæ ſunt, aut pituitoſæ, aut ex viſceris inflammatione prognatæ. Nam & harum remedium chamæmelum eſt vel ſtrenuiſſimum, vbi concoctis adhibetur ſcilicet: quapropter & hypochondrijs, vt ſiquid aliud, gratum exiſtit. Quin & tale quoque eſſe lini ſemen vetus ſermo prædicat. Nam & ipſum quoq; re vera quæ circa hypochondria ſunt viſceribus gratum eſt, minus tamen chamæmelo: quippe cùm & minus calidum ſit, vt eſt dictum, & præterea eſſentiæ craſſæ. Verùm roſa illis nequaquam his in rebus propinqua eſt: tametſi quod ad caloris tepiditatem & eſſentiæ tenuitatem attinet, perquam ſanè & ipſa inflammationibus in hypochondrijs conſiſtentibus vtilis eſſe poſſit, niſi adſtrictio (quę vnà quoque illi ineſt) multifariā læderet: quæ maxime ijs obeſt, in quibus chamæmelum præcellit, nempe condenſata corpora rarefaciens, indurata molliens, tenſa relaxans: nam ijs omnibus inimica adſtrictio eſt. Attamen ad aſcenſus

augumentaq;

†ἀποστάσεως τε καὶ τάξεως.

A.l.2.t.1.c.1. fol.91.h

A augmētaq; inflāmmationum, ac potiſſimū earum quę in exterioribus mēbris extant,chamęmelo roſaceum præfertur: quippe cum hæ tepida caliditate cum leui adſtrictione indigeant. In principio enim quæ refrigerant atq; adſtringunt: Per incrementa verò tepida, & mediocriter conſtringentia: At in vigoribus inflammationum quæcunq; tum moderatè calfacere laxareq;: Per declinationes autem,quę tum calfacere,tum valenter diſcutere valēt,magis competunt. Ac de iſtis omnibus fuſius in libris de medendi Methodo tractabimus. Nunc ad propoſitum conuertor.

Quòd Pro diuerſis corporum Affectibus Aliàs aliter agere ſunt nata Tum quæ Mediæ temperaturæ Medicamenta ſunt, Tum quæ paulum In alterutram partem declinant. *CAP.* 11.

A.l.2.t. 1.c.4. fol.95.g

ETenim quæ mediæ ſunt temperaturæ, & quæ vtramuis in partem leuiter declinant medicamenta,interim calfacere videbuntur,rurſumq; refrigerare: interim verò neq; excalfacere,neque refrigerare,ſed ſicuti corpora acceperūt,ita ea ſeruare. Nec id illis ab re accidit: ſiquidem aqua tepida & vrina in balneis quidem frigidæ, algentibus verò calidæ nobis apparent. Cùm ergo ex eo ꝙ affecta corpora varijs ſubinde modis diſponātur,ipſum quod afficit, variè quoq; agere contingat,liquet ex hoc non roſam,non oleum,non chamæmelum, nō lini ſemen, ſed neq; anethum, neq; farinam aut fœnigræci.aut triticeam,neq; alia ſexcenta,quæ partim ad amuſſim mediam tem

B periem ſortiuntur, partim paulum ab ea recedunt, eandem vbiq; æditura eſſe actionem: quando nec ſani eandem omnes temperaturam obtinemus,nec eiſdem morbis affligimur ægroti. Iam roſaceum mediam inter oleum & roſarum ſuccum temperiem poſſidens (illo enim minus eſt calidum,hoc autem magis) refrigerat quidem exuſtos,id'que caliditatis ſuæ tepore: algētes verò paulum etiam calfacit,ꝙ videlicet is quoq; effectus caloris ſit tepidi: quemadmodum balneæ rigentes quidem excalfaciunt,æſtuantes verò frigefaciunt.

Quòd ex Aequo & Quod curatur,& Quod curat A medio diſsidere debeat,idq; Vtroq; in contraria recedente. *CAP.* 12.

QVocirca ſi aut refrigerantibus medicamentis, aut excalfaciētibus,roſaceum indideris,ſicut nec magnopere obfueris,ita nec admodum profueris: nam caliditas tepida nec eſt ſufficiēs quæ refrigerata ſunt lædere,nec eadem curare potens. Etenim quicquid curari debet,tāquam quod ab immoderatione ſeu ametria ad commoderationem ſeu ſymmetriam reducitur, nō id quod bene temperatum ſit requirit, verùm id quod contrariam habeat intemperaturam. Siquidem, ſi aquam frigidam temperatam efficere ſtudes, temperatam ei miſceri non oportet, ſic enim tepidum euadet, quod ex vtriſque commiſtum erit: ſed feruens petenda eſt, ea'que frigidæ

C miſcenda: hactenus'que moderata calidior eſſe debet ea qua frigidam temperare voles, quatenus videlicet & frigida ipſa ſymmetram frigiditate exuperat. Nam ſicut quę leuiter tantum ſymmetra frigidior eſt,ab ea quæ multo eſt calidior, mediam non recipiet temperiem: ſic nec quæ longè frigidior,ab ea quæ paulo calidior. Verùm ſi quod curationem poſtulat,multo eſt frigidius, neceſſe eſt,quod ipſum curabit, multo quoque calidius exiſtat: ſin paulo frigidius, paulo etiam quod curabit, calidius erit. Vt autem vno verbo exprimam, tāto abeſſe à medio quod medebitur, quanto ipſum cui medela adhibebitur, oportet, nimirum cùm in contrariū vtriuſq; vergat exceſſus. Nam quod eandem in partem cum corpore curando, id'que æquo tēperamento receſſit, id quidem idoneum non eſt quod alterationem vllam inuehat: quare affectum neq; lædet, neq; iuuabit: Quod autem minus aut plus receſſit, alterabit quidem omnino affectum: ſed quod plus diſtat, protinus etiam nocebit: at quod minus eſt,iuuabit qdem,non tñ perſanabit. Ergo ſi affectio qdem frigida ſit, at calor medicamenti tepidus, omnino neceſſe eſt affectum iuuet quidem , verū haudquaq; ad naturalem ſymmetriam reducere poterit: quare nec perſanabit. Rurſum ſi affectio quidē ſit parua,nempe vt à ſymmetra naturæ caliditate ad tepiditatem declinet,ſit'que medicamen frigidū,omnino refrigerari affectū,lędi'que à frigore neceſſe erit. Eodem quoq; modo ſi calidior ſit modera- ** φαρμάκου i.*

D ta temperatura affectus, à ſimilibus ipſius medicamentis in eodē ſtatu ſeruabitur: lædetur autem *medicamento,* à calidioribus: porrò iuuabitur qdem ab ijs quæ ſe ſunt minus calida,non tamen penitus perſana- *eſt in antiquis.* bit. Sanè & hic quoq; rurſum homonymia in totā extenſa vitā, crebro'que nos fallens occurrit. Etenim quod ſymmetro temperamento eſt præditū,id ſubinde calidū appellamus, ſicut balneum quod eſt eiuſmodi,ac poculū: tum id quod ab hoc non multū etiam deficit: ad hæc quoq; & quicquid calidius eſt. At ſi exquiſita nominū vteremur appellatione,quod ſymmetrū eſt,non calidum ſed eucratum hoc eſt temperatū,nūcuparemus: Quod aūt ab huius excederet modo, ſi ad calidius quidem immoderatione ſua accederet,tum plus,tū minus calidū: ſin ad frigidius, plus minus'que frigidū. Sic opinor in medicamentis, ſi exqſitè loqueremur,quiddā vocaremus eucratum exquiſite,& mediū,velut oleū: Siquid autē eo eſſet calidius,calidum,vt fœnumgræcū: ſin frigidius,frigidum, vt roſam. Cæterū huiuſmodi noīum abuſus cauſa extitit, ꝙ non omnia corpora ab id genus medicamentis refrigerentur, quale eſt videlicet roſaceū. Nam cū alia peræque illi frigida ſint, alia ēt frigidiora,illa quidē prorſum ne alterat quidē,hæc verò ēt calfacit: ſane'que abſurdū videri poſſit, ſi cū quid excalfacere fateamur, tamen frigidū vocitemus,ac ſiquis aquā putealem, quæ hyeme manibus refrigeratis tepida videtur,frigidam appellitet. His ergo occaſionibus perturbatus nominum vſus,rerum quoq; vnà perturbat notitiam. Similiter verò & de ſicco & humido,confuſis

ipsorum nõibus rerum quoq; notitia confusa est. Ac tametsi exile videatur nominum significa- E ta probè distinguere, attamen maximum habere momentum & facultatem ad rerũ cognitionem deprehenditur. Sed de humido & sicco paulo pòst dicetur, vbi videlicet omnem de calido & frigido sermonem perfecerimus. Nam non multũ etiam de eius distinctionibus reliquũ esse videtur, vbi videlicet iã semel apparuit nihil miri esse, ab eodem medicamento corpora diuersa, alia quidẽ excalfieri, alia verò refrigerari, alia autẽ neutrũ omnino perpeti. Etenim in eo quod ad aliqd, facillimum est ad particularia accedentẽ dicere, ꝙ eiusmodi corpori admotum rosaceum, in qua ipsum temperie nactum est, in ea seruare potest: alteri verò illiusmodi applicatũ, excalfacere: alij autem, refrigerare: At in vniuersum de facultate eius pronunciare, id verò difficile est, nisi nomina distinguas, atq; de ijs conuenias. Fuerit autem tum distinctio, tũ conuentio talis. Quandoquidem corpora humana tum ijs quas ab ortu nacta sunt temperaturis, tum ijs quas ex ętate postea acquirũt, tum ijs quæ ex vitæ consuetudine adueniunt, plurimũ inter se differunt, ab eisdẽ ea medicamentis variè alterentur necesse est. Quippe si iuuenem natura calidum, ex vitæ instituto artificiũ exercentem, vetulæ mulierculæ eidemq; natura frigidæ compares, non minus illum excellere comperies, ꝙ si validè calfacientium medicamentorum quippiam cum refrigerantibus componas.

Quòd Generales Medicamentorum Facultates, Ad mediam referentes temperiem, Expendere oporteat. CAP. 13. F

MEdium ergo horum mihi quempiam intelligas, qui & natura sit eucratus hoc est temperatus, & moribus ac consuetudine conuenienti hanc tueatur eucrasiã. Dein tres hosce tanq; temperaturæ scopos animo cõmendes, ac circunspicias, quod in genere calidum est, & frigidum, & siccum, & humidum, cuius ex ipsis, temperiei respectu, tale appellare sit melius: non'ne ad temperatissimam, quæ vnica est, pariterq; reliquarũ media, an ad immoderatas & intemperatas, atq; indefinitas, ac propemodum numero infinitas? Sanè mihi ne conferẽda quidem distinctio videtur, neq; vlla prope consideratione indigere, sed homini vel paulum etiam ingenij habenti perspicuum esse, corpus omnibus numeris absolutum, & decorum, simplexq;, & vnum velut regulam quandam & scopum proponendum, ac ad ipsum alia omnia dirigenda esse. Esto ergo nobis corpus hoc, medicamentorũ facultatis regula: quod'que similem illius temperiei caliditatẽ accendit, vocetur temperatum, etiamsi vel maximè excalfacere senem refrigeratum videatur: Quod verò calfacit aut refrigerat corpus eiusmodi, illud quidem calidum, hoc verò vocetur frigidũ. Esto autem, quò hæc dilucidius tradantur, ipsorum excessuum ordo, ad frigidum quidem primus, cuius esse dicas rosaceum†: secundus, cuius sit ipsa rosa: post hunc tertius, & quartus, quoad sermone ad G frigidissima peruenerimus, nempe cicutam, succum papaueris, mandragoram, hyoscyamum.

†Al.& ipsa rosa: secundus, rei q; succus.

Rursum ad calidum, anethum quidem, & fœnũgræcum, primus: Secundus verò deinceps, quicunque videatur secundus, tertius'que, & quartus, donec ad exurẽtia peruentum sit. Ad eundem modũ in medicamentis humectantibus ac siccantibus rursus à symmetro exorsi, ordines deinceps ad summa vsq; constituamus, nã huius notitiæ ad medẽdi methodũ nõ paruus est vsus: immo nisi quis hoc pacto definiat, officiet magis legẽtibus ꝙ proderit. Siquidem medici, qui nunc quidẽ simplicium medicamentorũ vires exponunt, præter alia multa quę delinquunt, hoc maxime noxium est cernere, nempe ꝙ in calidis, verbi gratia, anethum, & fœnumgræcum, & misy, & calcem, indifferenter numerent: in frigidis rosaceum, mandragoram, & cicutam: tanq; scilicet propinquũ sit aut calci fœnumgræcum, aut cicutæ rosaceum, ac non multis mediantium medicamentorũ ordinibus disiuncta. Verùm nos pro viribus rem tam immensam tam'que operosam in ordinẽ redigere tẽtemus, exponamus'que quæ viribus propinqua sunt, quę'que longè dissita. Atq; id quidem efficiamus, non probabiles sermones, sed certam ac definitã experientiam pro iudice sumentes, velut & id quoq; superius sæpenumero admonuimus. Enimuero eiusmodi iudicium vt tutissimum quidem erit, ita prolixum quoq;, ac plenum laboris, dum propositi finem consequamur: H eos tamen qui hæc relegere volent, hoc vnicum ac solum efformare atq; artificiosos reddere poterit, ac velut oculum quo veritatem agnoscãt, præbere. Ergo quæ adhuc reliqua sunt ad totã velut elementarem constitutionem, postquam ea hoc libro confecerimus, In quarto de saporũ viribus differemus: quandoquidem & hoc quoq; ita visum amicis est: In quinto autẽ de omnibus in genere simplicium medicaminũ secundis quidem ac compositis facultatibus: Atq; ita ad particularia in ijs, qui dehinc sequentur, libris transibimus.

Quòd quæ sensu Simplicia videntur Medicamina, persæpe Compositas obtineant vires, Immo verò etiam non nunquam Contrarias. CAP. 14.

REliquum autem est id, cuius subinde iam antè necessario mentionem quidem fecimus, verũ absolutè non dum exposuimus. Est autem istud, nempe omnia propemodum medicamenta, licet sensu simplicia appareant, natura tamen esse composita: quin & subinde quoq; aduersissimas in sese continere facultates, nempe excernendi & sistendi, incrassandi & extenuandi, rarefaciendi & condensandi, illinendi atq; abstergendi, contrahendi & laxandi, cæterasq; oppositiones vniuersas: vt in sequenti hunc libro patebit. At mirum hoc videri minimè debet in id genus facultatibus, cùm vni & eidem medicamento vim calfaciendi & refrigerandi inesse appareat, aut

exiccandi

A exiccandi & humectandi, aut tenuium partium & crassarum: quippe nisi primæ efficacissimęq; virtutes hoc pacto complicarentur, haud sane quæ ex illis sequuntur, similiter complicatæ forent. Quin si nos ipsi rhu succum, verbi gratia, melli cõmisceamus, quod ex ambobus mistis confectũ est, non modo adstringendi, sed etiam abstergendi, possidere facultatem concedemus: nec cohibẽdi solum ventris, sed & euacuandi. At in lacte duas contineri facultates, nempe excernendi, ac vẽtrem sistendi, haud itidem cõcedimus, tametsi id perfacile in serum ac caseum segregetur, confessum'que sit omnibus, illud quidem ventrem subducere, hunc verò eundem cohibere.

Quòd & Brassica Duas, easq; Contrarias, in sese facultates obtineat. CAP. 15.

Al.1. tr.c.1. fol.91.h QVòd verò & brassica duas, easq; contrarias, in sese facultates obtineat, neq; id quidẽ etiã facile concedimus. Nam si succum eius expressum aut solũ, aut cũ melle, hauserimus, purgare ipsum cernimus: attamen qm̃ quod reliquum est, edere nequeamus, adstrictoriũ esse diffidimus: Sed si totã ipsam concoquas, primamq; eius aquam, in quam succum deposuit, effundas, iterumq; eã alteri aquæ puræ injcias, rursumq; concocta effundas, succum quidem purgare offendes, brassicam verò ipsam vẽtrem adstringere: multoq; magis si non bis duntaxat, sed ter aut quater aquam effuderis, nam quantò exquisitius in aquã succum suũ deposuerit, tanto & illi B quidem maiorem purgandi vim adijciet, & reliquam suã substantiam, quæ velut oleris ipsius caro est, restringentẽ efficiet. Eadem est ratio in beta, atq; adeo in omnibus fermè, quibus sapor aut Ibidem. acris, aut nitrosus, aut salsus inest. Quippe & lenticula ipsa, tametsi satis magnã adstringendi potentiam gustu referat, tñ eiusmodi quid sortita est: nã & huius decoctũ, ventris soluendi vim obtinet. Verum hic succus etiã, si degustes, perspicuam misturam repræsentat, tãquam si nitroso austerum quid cõmisceas. Sed & conchularũ maris, cæterorumq; ferè ostreorum succus planè tum salsus est, tũ ventrem soluendi vim obtinet, quãuis eorũ caro ventrem reprimat. Verùm quod dico deprehendes, si ea quoq;, quo modo brassicam censuimus, pręparare non graueris. Nã & gallorũ veterum ius ventrem ducit, tametsi caro eundem sistere potest. In æris autẽ squama sicut duplex qualitas, ita gemina quoque facultas inest, nam & adstringit & mordicat: quare adstrictione quidem siccatas vlceratarũ carniũ cicatrice obducit, mordicatione verò præhumidas colliquat. Quòd si intrò in corpus sumatur, purgat quidem ventrem, verùm non cohibet: vincitur enim ea adstringendi facultas ab acri purgatoria'que potentia, Tanq̃ si rhu succum scammoneæ commisceas, nã quod ex ambobus mistum erit, soluet ventrem, haud sistet, licet gustu austeritas exuperet. Sic autem non pauca purgantium medicamentorum cum carne mali cydonij exhibita, gustu quidem C fallunt, at effectu solo quid valeant cõmonstrant. Dantur verò quædã cũ palmulæ carne, alia aũt cũ myrtis, alia cũ mastiche chia, aut alio quopiã eorũ quæ tũ grata sunt stomacho, tũ adstringunt, quò scilicet gustũ fallant, simul'que stomachũ minus euertant. Verùm tametsi ea quæ gustu percipitur qualitate, purgantia ab adstringentibus vincantur, alia tamen facultate ipsa vincunt: persæpe enim lingua à materiæ victa est copia, cæterum actio pro facultatis viribus ac robore perficitur. Itaq; cum substantia exigua quidem, sed validis prædita viribus, mista alteri substantiæ plurimæ, eidem'que imbecillæ, in corpus intrò péruenit, gustum quidem fallit, attamen effectum q̃ illa efficaciorẽ exhibet. Sanè permultos huius rei admiratio detinet, rem'que rationis expertẽ absurdam'que existimant, si corpus quodpiã adstringens purgare queat, velut aloe, & æris squama, atq; æs vstum: nam contrariũ potius oportebat, nempe ventrem reprimere, haudquaquã ciere. Cæterum q̃ malũ, verbi causa, cui indita est scãmonea, adstringens purget, nemo miratur: tametsi hinc orsis facilius erat & in aloe mistã inesse facultatem colligere. Ac si quod ex ea purgat, ab eo quod non purgat, segregari posset, sicuti in lacte facimus & brassica alijs'que permultis, non etiã admiratione afficeret: quanquã id sanè quodammodo præstari queat. Nam si aloe accuratè lauetur, aut debiliter aut planè nihil ventrẽ subducit. Idem vsu venit æris squamæ, ęri'que vsto: quippe q̃ nos D diligenter elota obscurã modò purgandi vim retinuisse sumus experti. Quinimmo ipsius quoq; qualitatis medicaminosus sapor primo statim gustu facultatis mistionẽ demonstrat. Nam si vnica semper qualitas vnicuiq; gustu adstringentium medicaminũ inesset, haud sanè inter ipsa alia cibi apta, alia medicaminosa forent, sed tantũ in plus ac minus adstringendo differrent. At nõ ita se res habet. Nam hæc quidem adstrictio mitis ac suauis apparet, alia ingrata, & medicamentosa: velut pyri quidem, mali, & mali punici, suauis: squamæ verò æris, & aloes, ingrata, atq; medicamentosa, tametsi malo cydoneo ęris squama minus adstringat. Quam ob rem nec adstrictionis vehementia eã qualitatis absurditatem inuehit: quando innumera propè alia eorũ quæ edendo sunt, aloe, æris squama, & ipso etiã ęre vsto, plus adstringant. Atq; in hisce vtriq; substantiæ mistura clarè perspicitur. At in alijs etiam si non appareat, tamen eã ratione colligere oportet, ac non putare aliud in aloe adstrictionem moliri, aliud in malo: vnum enim in omnibus efficere pro sua natura non adstrictionem modo, sed & aliarum qualitatum vnamquamq;, rationi consentaneum est. Cæterum quia nullum omnino ab alijs qualitatibus syncerũ reperitur, idcirco diuersi effectus ab alijs atque alijs adstringentium ædi conspiciuntur. Nam alius est effectus mespili, alius æris, alius aloes, alius mororum, exẽpli gratia, aut gallæ, aut corticis mali granati, aut aluminis, aut rhu: præstitisset'que forsitan, qui de adstringentium medicaminum viribus pronunciare sunt ausi, in genere de ipsa

potius adstrictione, haudquaquã de adstringentibus dixisse. Nam quod adstringit, non adstringit modo, sed & præter adstrictionem acre est, aut pingue, aut dulce, aut amarum, aut salsum, aut acidum: at adstrictio vnum id solum perpetuo est quod est, vti & salsitas, & dulcor, & aliarum qualitatum vna quælibet. Quòd si vt adstrictio vna, ita adstringens vnum esset, sanè vnum quoque perenniter eius esset opus. Verum cum præter adstrictionem insuper alias qualitates recipiat nõ paucas, semper quidem omnibus illis aget, sed euidentius alias per aliam, nempe vincentem: idq; vt ad corporis scilicet, cui admotum est, affectionem: quippe cum & lac, & lens, et brassica, horum interim citare aluum, illorum verò sistere cernantur. Et causam quidem quamobrem non perpetuò euidenter agat in corpore vnoquoq; vnica duntaxat qualitas, visq; medicamenti, eam quidẽ iam mox in sequenti sermone edisseram: In præsentia verò id quod res habet, commemorare solummodo proposui, ne quis plerisq; medicamentis contrarias tum qualitates, tũ facultates inesse diffidat. Sed & id quoq; multam considerationem & distinctiones non paucas requirit, tametsi omnibus perfacile videatur, cõtrarias inuicem & qualitates & facultates inuenire. Ergo citra cõtrouersiam omnes propemodum adstringens contrarium ei, quod purgat, esse statuunt. Verũ neque illud huic contrarium est, quod nos procedente sermone declarabimus. At in præsentia ex superabundanti illud quoq; monstrauimus, etiam si ea quis esse contraria ponat, nihil inde sequi absurdum: cum fieri possit, vt in vnam substantiam conueniant vel maximè contrariæ tum qualitates, tum facultates: quippe cùm supra ostenderimus, in succis aliud esse quod grauissimũ est, aliud quod leuissimum, aliud tertium toti succo permistum. Nec miri quicquam est, si & in rosæ succo aliud quidem est grauissimum, amurcæ & fæci proportionale: aliud leuissimum, & ipsum proportione respondens floribus in quoq; succo supernatãtibus: aliud tertium, quale est quod in musto feruet: ad hæc quartum, ipsum videlicet purissimũ ac syncerissimum, cuius hæc tria excremẽta existunt. Euenit aũt alios quidem succos & acescere, & corruptos putrescere: sola verò oleũ, mel, & vinum, in longum temporis spatium perdurant. Itaq; neq; per ebullitionem, neque per secretionem, in alijs succis †has excrementorum differentias inuenire perspicuo licet: verum protinus ab initio coctione quadam illis est opus, aut saltem alicuius perdurantis succi mistura: Nã sic rosæ succum melli miscentes, aut oleo incoquentes, aut totas ei immergentes, reponimus. Cæterum q & in his quoq; probabile sit quatuor illa inesse genera, proprium ipsius succi videlicet, & tria excrementa, intellectu clarum est, ac potissimum quia qualitas earum nõ simplex est, immo adstrictionem quoq; quandam obtinere, si rosam dentibus mandere voles, videtur. Habet autem & dulcedinem, & amaritudinem, quasiq; mordicationem quãdam leuem. Verum satis erat, etiãsi horum nihil gustantibus deprehendi posset, tamen ex eo q non extremè adstringat, aliorum quoq; saporum misturam intelligere. Etenim si solus sit austerus, summus itidẽ fuerit: at si non summus, sequitur q neq; etiam solus. Quã enim proposui adstrictionis generationem, eam si solã citra alias inesse cogites, summa hæc sit necesse est: quo modo si sola corpori cuipiã caliditas summè inesset, id ignis vtiq; foret: Nam contrariorum misturæ, summitates ipsas frangunt.

† hanc excrementorũ ideã.

A.l. 2.t. 1. c. 1. fol. 91. c

Quam ob rem Lingua, Tangentibus ipsam Dissimilaribus corporibus, ac per diuersas eius partes simul agentibus, Non quam in omnes illa partes inferunt, percipit affectionem, Sed ea, ex parte primo affecta in totam ipsius diffunditur substantiam. CAP. 16.

ATque in similaribus quidem corporibus calor, frigiditas, siccitas, humiditas, particulares differentias efficiunt: in dissimilaribus verò, acrimoniæ, aciditates, austeritates, acerbitates, dulcedines, amaritates, salsitates, aquositates, & vnctuositates. Itaque vnaqueq; similariũ in ipsis partium nõ multas, sed vnam qualitatẽ obtinet: quòd vero totum est dissimilare, complures. Nam si mille, exempli gratia, hoc in cyatho huius succi corpora cõtineantur similaria, fieri potest, vt centum adstringant, sexaginta mordicent, sexcenta sint dulcia, ducẽta amara, quadraginta salsa, sic'que mutua mistione omnia temperata, vt partem nullam accipere sit quãtumuis paruam, quæ non sit omniũ particeps, vt in linguę contactu omnes quidẽ agant, diuersa tamen vnaqueque eius parte, nempe cui ipsam appropinquare contigerit: ipsa verò affectio, ex eo quod primo affectum est, in totã eam diffundatur: veluti si in frigore ingenti digitum in aquam gelidam repente immittas, tota interim manu horrebis, sæpenumero verò & corpore toto. Nam velox est ex eo, quod primo affectũ est in corporibus sensilibus, in totũ animal diffusio, vt videlicet cũ calfacto vnà cõcalescat: refrigerato, simul refrigescat: siccato, pariter siccescat: humectato, cohumescat: atq; adeo frequenter etiam contraria vno tempore perpetiatur. Quò autẽ id facilius quod dicitur intelligas, alteri etiam exẽplo adhibere animũ prẽstiterit. Vidisti opinor qñq; coniecto in aquam quietam lapidẽ, ex hoc quidem moueri aquam incipientem, in orbem autem motum extendentem, tanq̃ cẽtrum sit id quod percussit. Cum ergo vno tempore in diuersas placidæ tranquillæq; aquæ partes duo lapides coniecti duos effecerint circulos, qui per sese inuicem ferantur, contrarios conspicies in quauis aquæ particula motus. Quæ res viris etiam naturæ studiosis dubitationem non paruam attulit, num alię partes ab vtroque motuum, an eædem ab vtroque, mouerentur: nam quòd circulus circulum non sistat, nec vltra prorsumq; ferri prohibeat, id manifestissime cernitur. Id ipsum item fieri mihi intellige, cum eodem tempore pedes quidem in calidam, manus verò in frigidam indideris:

A indideris: in totum enim corpus vtriusq; affectionis motus peruadit, subcontrarijq; inuicem oc-
currunt: referatq; forsan nihil, et si contraria non incedant semita, sed vnus ab vno, alter ab altero
pede, proficiscatur. Tunc enim nec nihil pati corpus, nec ab altero duntaxat dicere queas: nam &
manifesto patitur, & ab ambobus patitur, incalescens, ac frigescẽs. Quod vtiq; & in febribus lypi-
rijs & hepialis euenire autumo, extra q̃ q; in illis non extrinsecus, sed ex ipso corpore, caliditatis fri
giditatisq; affectus exoritur. Quod si quis dicta assequi nequeat, certè ex eo quod iam dicetur, fa-
cillime periculum facere possit: etenim non longè ab ijs quæ inquirimus abest, sed ex linguæ affe-
ctuum numero existit. Nam si parem absinthij portionem melli exquisitè commistam, linguæ im
ponas, γλυκύπικρον (quemadmodum poetæ amorẽ cognominant) hoc est ex amaro dulce, quod
ex ambobus mistum fuerit, videbitur: nimirum cũ haud alio tempore mellis saporem lingua sen-
tiat, alio verò absynthij, neq; alterum solum, verùm perpetuo ex vtrisq; insolentem quandam mi-
stionem permistam. Tale quid euenit cũ in vnum succum coierint austera & nitrosa facultas, siue
id natura miscuerit, siue à medico fuerit compositum. Nam eodem tempore lingua vtriusq; succi
qualitatem percipit: ac si percipit, nimirum & afficitur, idq; pro familiaribus illorum viribus. Ne
cesse'que est quanq; aliarum corporis partium similiter affici, etiam si qualitates ipsas nõ sentiat:
B neq; enim in patiendo aut non patiendo, ab alijs linguam differre putandum, verùm eo q; ipsam
nihil familiarium affectuum ob exquisitam sentiendi facultatem latere possit. Quòd si ad id non
nihil faciat ipsius raritas: quippè succi facilius in profundum penetrantes, atque in molliculas par
tes actionem exerentes, tum validam quidem affectionem, tum verò sensum eius imprimunt eui-
dentiorẽ: veruntamen maior vis in sensu accurato potius q̃ in affectionis robore consistit: cũ affe
ctionis robur nihilo secius & in exulceratis partibus fiat, sed quia exacta sentiendi vi carent, idcir-
co succorum qualitates non percipiunt. Liceat verò cùm in illis, tum etiam ante illas, non dum vi-
delicet cute exulcerata, mistam ex contrarijs facultatibus actionem simul in corpore fieri, collige-
re. Etenim si parti inflammatæ solani succũ imponas, densari eam constipari'que & cohiberi tran
spiratus conspicies. Itaq; si plusculo id ipsum tempore facias, non rubram seruabis particulam, sed
aut liuidam aut atram efficies: id quod assidue in erysipelatis à medicis plerisq; fieri videre est: nã
& ea tempore dura atra'que, immodice refrigerando efficiunt. Quòd si ergo nõ solanũ, sed anthe
mida hoc est chamæmelum, parti inflammatæ imposueris, eam prorsum cõtra affici videbis: quip
pè quæ rara, fusa, mollis, laxa'que euadet, {cũ non dũ cutis exulcerata fuerit:} multũ'que illius su-
perfluitatis, quę sub ipsa continet̃, trãspirabit: nec liuida amplius atra've erit, etiam si vel plurimis
C deinceps diebus chamæmelo vtaris. Fundere enim hoc ac digerere per halitum potest, haud quaq̃
contrahere, condensare've, aut transpiratus prohibere. Quòd ergo solano, chamæmelũ contrariũ
sit, illinc liquet: quòd vero etiam si vtranq; commisceas, euidenter tñ vtriusq; vires perspicias, ego
sanè expertus edisseram: quanq; te quoq; malim ipsa re experiunda euentũ cognoscere, q̃ narran-
ti mihi fidẽ habere: id quod, scio, efficiet quisquis veritatis amore tenetur. Oportet verò vt in re
iam patenti orationem absoluere. Si enim simul impositis solano & anthemide, neq; ita densa, du
ra, tensa, liuida'que reddat̃, atq; si solo vsus solano esses: neq; adeo rara, mollis, laxa, rubens'que, ac si
chamæmelo solo vsus fores, sed dictorum mediam accipere affectionem particula cõspiciatur: cõ-
sentaneum est vtrunq; medicamentum secundũ suam operatum esse facultatem. Nam si neutrum
quicquam egisset, sed quieuisset vtrunq;, quam ab initio affectionem particula habebat, eam haud
dubie seruasset, non secus ac si omnino nihil impositum foret: Sin aũt alterum quidem eorũ ope-
ratum fuisset, alterum verò penitus deuictum, non mediam affectionem, sed extremarum alteram,
perpessa particula esset. At si vtrunq; agit, ea'que contraria facultatibus fuere, contraria vtiq; eodẽ
tempore corpus perpessum est: nec enim partitis inter se agendi viribus operabantur, tanquam si
vtrisq; exempli causa totum diem impositis, sex horis prioribus medicamentorum alterum, reli-
D quis verò sex alterum suo vicissim munere fungeretur: nugax enim hęc est hypothesis, nec solum
demonstratione, sed probabilitate quoq; omni destituta. Quanq; profectò nec ita quidem fundi
contrahi'que subiectam contingit substantiam, velut in ijs qui in balneis lauant̃, postea'que ingre
diuntur frigidam: sed potius ita, vt si lauanti frigidam aquam adspergas: sic enim nõ diuersis tem
poribus, sed eodem contraria perpetietur. Igitur quemadmodum in medicamentis compositis
mirum non est, si contrarij simul affectus corporibus infligantur, ita neq; in simplicibus, cũ & ipsa
sensu quidem omni atq; cognitione simplicia appareant, verùm natura sint composita. Quin etiã
quemadmodum in ijs, quæ nos componimus ac cõmiscemus, interim, si ita visum est, plus adstrin
gentis succi indimus: interim plus dulcis, aut amari, aut salsi, aut acris, aut alterius cuiuspiam cõtra
riorum: non nunq̃ verò vtrosq; partibus paribus: Ita quoq; naturam in arboribus, fruticibus, ani-
malibus, & in ipsa quoq; terra, contrarios temperare succos paribus aut portionibus, aut viribus,
alienum non est: potest etiam qñq; alterum vincentem efficere. Itaque actiones eorum in mistu-
ris paribus similes euadẽt, in imparibus aũt diuersæ. Ne quis ergo putet (quod & supra monui-
mus) nihil referre, adstringẽtẽ succũ dicas, an adstrictionẽ: nã adstrictio vna res simplex intelligit̃,
adstringens verò duplex: sicut & calfaciẽs partim simplex & summũ, vt ignis: partim per exupe-
rantiam caloris, vt sanguis. Sic adstringens quoque aliud summum est, vt exempli causa, alumen,
& me-

& melanteria, siue atramentum sutorium, & galla, & rhus: Aliud quia adstrictionis cuiusdam est E particeps, velut pyrum, vinum, malum, rosa: nam minimum omnino est in rosa quod adstringit, multis numeris eo, quod non est eiusmodi, superante. Quapropter non ab re exigui quoq; adstrictionis effectus sunt, tanti scilicet, dum à relaxandi facultate quæ rosæ inest, corporum illi admotorum robur non exoluatur. Itaq; mirandum non est medelam esse eam inflammationum, ac potissimum dum increscunt adhuc atq; augentur, plusq; etiam dum incipiunt.

Quòd Rosaceum, vtpote olei rosæq; mediam ad vnguem naturam obtinens, Inflammationum optimum In augmento Remedium sit. CAP. 17.

ROsaceũ verò (vtpote cuius natura olei rosæq; in medio est) in inflammationum augmentis optimum est remediũ. At oleum commodũ est, vbi inflãmationes maximè vigent: id quod experimenta docẽt: causam autẽ nos in tractationibus de medẽdi ratione exponemus. Porrò rosaceum, vt quod in medio eorũ ex quibus confectum est consistit, vtiq; et in medio tẽpore vtilitatẽ ostendit. Nam per initia repellere cõprimereq; influxus oportet: in vigore aũt ita per halitum digerere, vt morsus absit: at in incremẽtis repellere simul ac digerere. Id quod siquis nudũ, citraq; iã dictas ratiocinationes audiat, fortassis fidem non habebit: nunc aũt mirer, siquis adeo sit stupidus, vt rationi non dũ acquiescat. Etenim indicationes in inflãmationũ incrementis contrarias esse ne F cesse est: nã semel vnoq; impetu ab adstringẽtibus contrahentibusq; substantiam ad laxantia fundentiaq; trãsire planè absurdũ est: Sicuti sanè ęquum est in intermedio principij statusq; spatio, dũ videlicet morbi adhuc increscunt, nec planè repellere sicut in principijs, nec itidẽ digerere sicut in vigoribus: sed perinde vt morbi cõditio media est inter contraria, ita medicinã quoq; mediam esse oportet, q̃ videlicet nõ vt in principijs adstringat, nec vt in vigoribus, digerat. Atqui mediũ oẽ ex cõtrarijs mistũ est, ijs'que totis p tota tẽperatis, aut per exiguas particulas sensum effugientes eorũ, quibus apponunt. Porrò, hoc an illo modo rosaceũ mistũ esse velis, mea quidẽ certè nihil refert: nã vtroq; modo propositum demonstrari potest. Satis aũt certò scio, si ratiocinationes oẽs, tũ quas Theophrastus memoriæ prodidit, tum quas nos toto hoc tractatu complectimur, multum animo versaueris, te secundum mistionis modum reperturum. Quin & in profundum penetrare, & corpora arentia magis q̃ oleum humectare, rosaceum potest: arbitror'que subinde rosaceo te prędẽ̃sas coriaceas tunicas teri vidisse: quoniam neq; oleum, neq; hydrelæum, quod ex aqua & oleo mistis constat, eam probè mollire ac madefacere possit, quia videlicet crassiorum sunt partium, q̃ vt penitus imbibi ac penetrare queant: rosaceo verò præter cætera quæ potest, paucula quædã inest adstrictio, haud parum huic rei conferens. Nam quæ magnopere austera acerba'que sunt, primo sta G tim contactu superficiem condensantia, humorem ingredi imbibi'que prohibent: at quæ paulum quidem adstringunt, cæterum plurimum in se continent essentiæ tum tenuis, tum tepidę, tm̃ abest vt præ adstrictione ingredi altius corpora admota prohibeantur, vt ẽt ab ea, magis s. impellente, iuuentur. Quæ aũt penitus tenuia calida'que sunt, magis digerunt discutiunt'que humores ex corporibus quibus admouentur, q̃ alios ipsa apponant. Porrò quę frigida sunt & crassioris essentię, omnino nullum introducere humorem queunt. In quibus verò humiditas inest tenuis pariter & tepida, hæc per essentiæ quidem tenuitatem & tepiditatem promptè mobilia, corporum quæ contingunt, meatus subire nihil prohibet. Quòd verò non admodum calfaciunt, ex eo liquet, ꝙ existentem in illis humiditatem non digerant. Si verò præter q̃ ꝙ sint eiusmodi, insuper exiguã adstrictionem possideant, quę tenues particulas meatum iam ingressas in profundum propellere valeat, ipsam'que extrinsecus superficiem quadantenus constringere ac condensare, ea inter omnia humectantia efficacissimè humectant. Adstrictionis enim {maioris} natura est, vt meatus occludere præoccupans, vicinam'que substantiã ad se contrahens, constipans'que, ijs quę humectare valent, impedimento existat. At quæ adeo infirma est, vt in rosaceo, quæ vincatur ipsa potius q̃ vincat, tenues calidas'que rosacei particulas præuertere quidẽ nequit, sed vbi illæ altius penetrauerint, H in ipsam iam tum superficiem agere incipit, pro viribus constipando, contrahendo, ac condensando. Ex quo necessario sequitur, vt quæ ingredi meatus anteuerterint exigua corpuscula, intrò propellantur, ac meatibus præclusis foras regredi inhibeantur.

Quòd quæ Frigiditate interimunt, Deleterijs, ex Mutationis celeritate vti corrumpant, euenit: ac proinde Alienam requirant Caliditatem, quæ velut manu in totum deducat corpus. CAP. 18.

SAnè ad opera eiusmodi non mediocriter confert innata corporibus nostris caliditas, quippè quæ intro ad sese attrahat, & comminuẽdo extenuet. Hinc est ꝙ & quę natura frigida sunt medicamenta, nempe quæ deleteria nuncupantur, vtputa cicuta, papauer, hyoscyami semen, mandragora, & quæ eius sunt generis, citius magis'que in calidis naturis vim suam exerant: Cuius & tu, tametsi vnũ ex ambiguorum difficilium'que problematũ numero habitũ id fuerit, haud difficulter, modo nõ segniter ijs quæ dicimus aduerteris animum, solutionem inueneris. Etenim cum sit impossibile vt talia interficiãt, nisi prius cor refrigerent, sanè intrò cõminuta extenuata'que ingrediantur necesse est: Id quod ex sua natura præstare nequeunt: quippe quę crassarum sunt partiũ, nec facile moueri possunt: nec vt minutim concidant, prorsum'que ferãtur, ex sua natura obtinẽt: verum adscititiã caliditatẽ requirunt, quę in minuta secet, extenuet, atq; cõminuat, quæ'que velut manu

A manu ducat,atq; in ſubtiles partium omnium meatus deducat.Itaq; ſi qñ ea abſit,cunctantur tar-
dantq; in maioribus meatibus hærentia,& venis atq; arterijs velut innatantia: ac temporis ſpatio
interim per longos errores ac multas iactationes ab humoribus quæ in eis ſunt, viciſſim non ni-
hil perpetiuntur.Oſtenſum eſt enim iam ſæpenumero,in ſeſe mutuo qualitates omnes quadántenus agere: nam & lapis ab aſſiduo aquæ ſtillicidio excauatur: gladiusq; ceram ſecando hebetatur.
Monſtratum etiam eſt actiones à ſolidis animantium partibus perfici: quare cum hę nõdum a re-
frigerantibus medicamentis refrixerint, animans ſuperſit neceſſe eſt.Porrò refrigerari nequeunt
prius, q̃ illa in proprios iſtarum meatus ſubierint: atqui ex ſua id natura craſſioribus frigidis'que
medicamentis datum non eſt,niſi ſuccurrat quod velut deducat.Deducit porrò,vt cauſa primaria,
arteriarum attractio, oſtendimus enim ipſas inter dilatandum vicinum omne attrahere: vt ſecun-
daria verò & materialis,eſſentiæ tenuitas: quam cùm ex natura ſua non obtineant frigidiora craſ-
ſiorumq; partium medicamenta,ijs vtiq; opus habent quæ præbeant. Corpora itaq; quæcunque
temperaturæ ſunt frigidioris, ea arteriarum tractum imbecilliorem poſſident (id quod etiam de-
monſtratum eſt) atque in minutas particulas medicamentorum ſubſtantiam redigere nequeunt.
Proinde medicamentum et ipſum cunctando tardandoq; temporis ſpatio aliquid perpetiatur par
B eſt.Itaq; interim accidit vt concoquatur, velut lactucæ ſuccus: nam & is tempore concoquitur: at
ſi integer ad cor pergere properaret, non ſecus atq; cicuta hominem interficeret.Euenit autem id
ipſum alijs quoq; omnibus admodum refrigerãtibus ſuccis: nam niſi celeriter interimere poſſint,
ſanè ex hoc omnino nullius effectus redduntur. At quæ aut eroſione aut putredine enecant,ijs vt
tempore inualeſcant accidit: ſiquidem temporis ſpatio putreſcunt omnia, idq; magis in humido
calidoq; loco. Merito ergo fit, vt quæ frigore ſuo noxam inferunt, ijs actionis celeritas ad perni-
ciem proficiat: quippè quæ alioqui ſpatio excalfacta,vim per quam agebant, deperdant: At qui-
bus actio conſiſtit in putredine,ijs tempus actionem adauget, qm̃ ſ.& putredinem. Nec enim ani
mal vllum interire poteſt, quin cor ab agendi munere ceſſet: fieri porrò vt ceſſet nequit citra maxi
mam intemperiem,ſiquidem non ſimpliciter q̃ par eſt aut calidius, aut frigidius, moueri deſinet:
eodem modo, ſi modice ſiccum aut humidum euadat.Minus enim ſuo fungetur ob hanc quidem
intemperies munere: cæterum motu non vacabit prius q̃ immenſam aut caliditatem,aut frigidita
tem,aut reliquarum qualitatum aliquam acceperit. Porrò medicamentis quę frigore occidũt,vbi
ad cor pergere cunctantur, ſimile quid accidit, quod lignis humidis viridibus frequenter euenit.
Hæc ſiquidem ſi multa aceruatim in ignem conijciantur, eũ celerrimè extinguunt: ſin vndiquaq;
C in orbe compoſita prius ſiccentur,ac incaleſcant, & deinde ſenſim inijciantur, tantum abeſt vt ex-
A.l.2.t.1.c.2. fol.92.f tinguant,vt etiam alimento illi efficiantur. "Sic hominem quidem cicuta necat tum ob meatuum
amplitudinem,caloriſq; multitudinem,tum ob attractionis arteriarum robur validum etiamnum
ad cor pertingens: Sturnos verò ob cauſas contrarias haud enecat, vtputa cũ & retineatur & cun
ctetur,ac ſeſe temporis tractu concoqui præparariq; à corde tanq̃ à foco incaleſcens ſinat,nõ ſecus
ac ligna extrinſecus. Quare nec id quidem mirum dubiumq; relinquitur,ſed eſt quale lactucis ac-
cidit, quippe quæ moderato eſu hominẽ nutriant: At ſi quiſpiam expreſſum earum ſuccum largi
ter hauſerit,nõ ſecus profectò morietur,q̃ qui aut cicutam,aut papauer ſumpſerit. Sicuti ergo la-
ctuca ſi cor refrigerauerit,interimit: ſin concoquatur, alimentum animali efficitur: Ad eundẽ,ar-
bitror,modum cicuta hominem quidem celeritate diſtributionis interficit, ſturnos verò tarditate
ipſa nutrit. Si verò exiguum quiddam ſumat,mortẽ homini nequaq̃ inferet. Id quod anus Athe-
nienſis experimento docuit, cuius apud oẽs percelebris memoria eſt.Etenim ea à minima cicutæ
portione auſpicata,nullo detrimento ad permagnam progreſſa eſt copiam: principio enim paucũ
exiguitate ipſa deuictum eſt, at conſuetudo naturale reddidit. Nec enim nũc locus eſt, vt cur plu
rimum poſſit cõſuetudo,curq; velut altera ac adſcititia natura ſit,vti à veteribus proditum eſt, cau
D ſam reddam: nam ita maius euaderet operis acceſſorium,q̃ ipſum opus: vt omittam quod ſepara-
tim de hoc tractauimus: Verùm connectendus eſt perficiendusq; præſens ſermo.

Quòd Medicamentorum quæ Frigiditate ſua interimunt, Nullum prorſus Genere Lethale ſit, ac deleterium, ſed ſola Quantitate. CAP. 19.

EOrum ergo medicaminum quæ frigore interimunt,nullum genere lethale eſt, ſed ſola quãti-
tate: At in erodentibus,putrefaciẽtibus, atq; excalfacientibus haud ita ſe res habet: ſed de his
paulo poſt dicetur. Quæcunq; autem frigiditate occidunt, ea exigua quantitate ſumpta mortem
non adferent,non magis q̃ ſi copioſæ flammæ pauxillum aquæ inſtilles,aut lignum inijcias humi
dum ac viride.Quemadmodum itaq; niſi calorem habeant abundantem, qui tum comminuat, tũ
ad cor vſq; perducat, interficere non poterunt: ſic ſi quod comminuit ac deducit, multo valentius
fuerit,prorſum deuincet,mutabit'que,ac alimento vt ſibi ſit medicamentum,efficiet.

Quod Medicamenta quæ natura ſunt Frigida, Iure à Veteribus Poteſtate frigida appellentur. CAP. 20.

QVam ob rem eius quoque nunc protinus meminiſſe oportet,veteres medicamenta natura
frigida,poteſtate dixiſſe frigida: nam ea quoq; quadántenus refrigerãdi potentiam à nobis
accipiunt, ſicut excalfaciendi calida. Quòd ſi alio modo illa, alio verò iſta, nihil vtique
refert: generale enim idem commune'que vtriſque eſt,nempè alterationis principium ex paſſuro
corpore

corpore in acturum medicamentum procedens. Nam quæ potestate quidem sunt calida, alterantur eo duntaxat, quod incalescāt à nobis: at quæ natura frigida, tum quod comminuantur, tum quod adscititiū accipiant motum. Cùm itaq; ipsis tanquam frigidis agere absque corporis patientis auxilio non licet, iure potestate frigida dicuntur: nam vt actu nos refrigerent, non prorsum ex sese obtinēt, verum à nobis prius perpetiantur vt refrigerent oportet: etenim in minuta conteri, & aduentitium motum accipere, affectus sunt medicaminum. Attamē sicui libeat ea actu frigida nominare, haud equidem repugnem, modo omnis in verbo dissensio sit, res aūt vtrisq; confessa: siquidem (quod paulo supra monuimus) id genus omnia calidum corpus quo agere possint postulāt. Eapropter meconium hoc est succus papaueris, & cicuta, si vino mista bibantur, ocyus necant, licet non quouis temperata modo. Si enim ipsa paucissima plurimo vino misceātur, prorsum deuinci possint: si verò pauculo multa, deducuntur quidem ad cor, vinci autem nequeunt. Siquis verò papaveris succum, quantus interficere potest, hauserit, ac etiamnum tū superstit, recta ratione & hunc quoq; sanabit largè epotum vinum vetus, magisq; etiam si generosum fuerit, nam id quoq; magis calefacit. Quòd verò cor non dum admodum refrixerit, liquet, quādquidem adhuc homo viuit. Tum autē digestionis in corpus tarditate quadantenus mutatum iam à corpore esse medicamentum, sicuti lignum viride vbi proximè ignem aliquandiu iacuerit, nec id quidem obscurum est. Calidū itaq; id temporis vinum ebibitum præsentissimum est remedium: nosq; etiam quendā extremè iam refrigeratum vini lesbij potione seruauimus. Potestq; idem falernum, surrentinum, ariusium, tmolites austerum: ac quotquot calida simul exquisite vinosa fuerint vina, eundem cum lesbio præstare valent effectum. In summa quod tenui perlucidaq; substantia est, colore vermiculo aut flauo, odore gratum, quodq; dum temperatur, plurimam aquam exposcit, id tum admodum excalfacere est natum, tum facile vndiq; per corpus vniuersum deferri. Tale ergo natura vinum, ætate vetus, meracius temperatum, eos etiā qui refrigerati iam sunt persanat, nec solum à papaueris succo, aut alio quopiam refrigerātium medicaminum, verum etiam qui in morbis aut ex stomachi, aut ex cordis affectu, syncopam patiuntur. At quod cum refrigerantibus medicamentis, quò celeriorem mortē afferant bibitur, id nec multum est, nec generosum, sed quod comminuere ea, ac distributionis sui impetu in cor perducere modò valeat. Atq; de his quidem hæc sufficiant.

De Actione Medicamentorum, quæ Putrefactione & Erosione nos necant. CAP. 21.

QVoniam autem de ijs etiam medicamētis, quæ erosione ac putredine interimere sunt nata, dicturum me, quod tempore perniciosiora reddantur, et ipso genere naturam nostram corrumpere possint, non vt refrigerantia duntaxat multitudine, sum pollicitus, tempus nūc est promissis satisfacere. Coniuncta est enim quadantenus quæ de his habetur oratio, ijs quæ de medicamentis potestate calidis dicuntur: verisimile siquidem est pleraq; eorum etiam actu esse calida, sed iccircò nos fugere, quoniam aut ipsi plurimum habeamus caloris, aut crassa eorum essentia sit.

Redigamus enim eadem rursum in memoriam, nempè quod in balneo frigida videatur vrina: itidemq; memoria repetamus, quod cum in solium calidum descendere non valeremus, aliud prius minus calidum ingressi, nullo negocio quod antea intolerandum videbatur, postea pertulerimus. Quin & aqua fontium tempore hyberno quibus manus algent, tepida apparet, cùm alijs minimè videatur eiusmodi. In summa enim (id quod antea quoq; diximus) pro suo vnumquodq; affectu corpora admota sentire consueuit. Sic ergo si manum habens frigidam, eam in tritici aceruum immiseris, luculenter calorem percipies: sin calidam, nequaquam. At si stercori columbino accumulato, potissimum syluestrium columbarum, manū inseras, etiam si calidam, manifestam tamen senties caliditatem. Sic misy, sory, chalcitis, ærugo, calx, aliaq; id genus innumera, si illis aceruatis manum altius inijcias, protinus videbuntur esse calida. Cæterum si bolum ex eis vnam acceperis, cuius extrinseca superficies ab ambiente extrinsecus aere sit refrigerata, merito nullum percipies calorem, quippe qui refrigeratas tantum eius partes contingas, idq; antequam in minutas redactæ sint. Ad eundem modum hyeme sæpenumero tum putealis, tum magis fontalis, calida tangētibus est visa: verùm siquis calfactis prius manibus contigerit, frigida videbitur. Memorariq; sanè possint alia id genus infinita, quibus facile adduci quiuis possit, vt credat medicamēta potestate vt ad nos calida, alteri animantium generi actu esse calida.

Quòd rectè quæ Erodendo Putrefaciendoq; interimunt Medicamenta, Genere, non qualitate Deleteria sunt dicta: Et quòd Quanto in corpore morantur diutius, Tanto & magis agere sunt nata. CAP. 22.

ATque hæc quidem obiter dicta sunto. Cæterum quæ nos contactu, aut per putredinem, aut per erosionem, interficiunt (nam de his habebatur oratio) ea recta quidem ratione humanæ naturæ deleteria toto genere existimata sunt, non vt frigefacientia, duntaxat quantitate: Hæc enim interdum vincuntur, & nutrimentum animali redduntur: putrefacientia autem etiam si quantitate minima sumantur, omnino tamen corrumpunt, quia videlicet quæ putredini obnoxia sunt, calore humiditateq; putrescere solent: atqui calidus humidusq; sanguis est. Itaque putrescere nunquam cessare possunt, simulq; vicissim putrefacere, quę σηπεδονώδη à putrefactione vocantur medicamina. Proinde longo etiam post tempore à quo sumpta sunt, non nulla interimunt, potissimum quæ crassa terrenaq; essentia sunt. Hæc enim corporibus nostris inhærentia insi-

A insidentiaq; dein temporis spatio putrescentia, erodunt corrumpunt'que vicinas corporis partes.

Qua causa Putrefacientia Medicamina, Licet genere Lethalia sint, Non tamen Perpetuo occidant. CAP. 23.

AT quę tenuiora sunt, ēt excerni interim cū excrementis possint. Fereq; accidit, vt duas ob causas istas qñq; medicamenta putredine erosione'ue necantia non interficiant: Vnā videlicet, quā modo admodum dicere desii, nempè cū vnà cum excrementis excernunt prius, q̃ iniuria corpus afficiant: Alteram, si cui accipiēti bona faueat fortuna, videlicet aut cibis, aut quæ alioqui conferunt, vtenti: aut medicū qui curando præsit, nacto: nā, vbi grauis ab ijs noxa illata est, malū neq; victus ratione, neq; generosiorum medicaminū, mediciq; auxiliantis ope, sisti potest. Quod si prorsum exile sit deleterium, nihil repugnat, quò minus illud quoq; nihil perficiat, propterea ꝙ cū recrementis excerni possit, aut idonea victus ratione superari: Vtputa si cantharidis sit centesima drachmæ particula: nam id prius q̃ noxam animali inferat, vnà cum vrinis excernatur. Sanè cantharides vrinam cientibus medicinis miscentur, sicut pleraq; alia lethalia alexipharmacis, hoc est amuletis. Atq; id genus medicamēta composita si aptè mixta fuerint, omnino efficacissima sunt, quoniam admodum quod ex cantharide conficitur, vrinæ mouendæ accommodum est. Feruntur B enim alioqui sponte sua cantharides per vrinam ad vesicam, atq; sic rodendo eam exulcerant: verum vbi paucum ex illis, multis miscetur bonis atq; vtilibus, illa quidem velut manu ducunt, rodere tñ nequeunt. Opus est enim vt quicquid agat, etiam si sit valentissimum, aliquantam tñ & magnitudinem habeat: Qñ nimirū & ignis ipse si prorsum minimus sit, præter q̃ ꝙ non vret, ne calfaciet quidem: quippe cùm & centesima scintillæ portiuncula sensu nobis sit imperceptibilis. Ex quibus patet, quæcunq; frigiditate interimunt, si paucula sumantur, nutrire corpus posse, velut lactucæ succum: at quæ putrefaciendo erodendoq; ea nunquam nutrire, ne si præ paruitate quidem innoxie corpus permeent: genere nanq; talia humanæ aduersantur naturæ.

Quod in Medicamentis, Dissimilaris substantiæ sit mistura: Ac proinde Vbi fine suo purgantia frustrantur, Interim quidem extreme Lædimur, Interim uero Nequaquam. CAP. 24.

A.l.2. t.1. c.1. fol.91.e QVemadmodum autem in saporibus ante monuimus, nullum propè eorū alienę esse qualitatis expertem, verum siue in arboribus, siue in herbis, siue in fructibus, mistos semper alterius generis esse saporibus: Ita in medicamentis intelligere oportet, multas diuersi generis mistas esse substantias: id quod inuenias, si consideres granum cnidium hoc à cnico differre, ꝙ plurimum habeat caliditatis. Nam similitudinem vtriusq; substantiæ tactu visuq; cognoscere liceat: C præterq; ea tertium est, ꝙ ambo pituitam detrahant: ostensum est siquidem nobis in commentarijs de naturalibus facultatibus, ꝙ qualitatum, quæ in substantijs sunt, proprietatibus attractiones perficiantur. Attamen grano cnidio multum permistum caloris est, qua re à cnico distat. Idcirco purgantium medicamentorum, vbi forte purgatione frustrantur, quædam extra q̃ ꝙ noxam corpori nullam afferunt, etiam alimentum homini præbent: alia verò in corruptionem, ac tanq̃ in venenum vertuntur. Prorsum enim medicamentum purgans vel cum vno saltem humorum, qui in corpore sunt nostro, similitudinem obtinet, nō autem perpetuo permista est vis aliqua venenosa: quam ob rem nec perpetuo, licet non purget, iniuria afficiet, verùm concoctionē accipiet, talemq; producet humorem, qualem trahere natum erat.

Quam ob rem, Cum qualitatum proprietate Attractiones perficiantur, Purgantia medicamenta perpetuò Humores attrahant Familiares, Nec tamen Vnquam à Familiaribus attrahantur. CAP. 25.

NOn autem me fugit, qui in naturalium facultatum commentarijs exercitatus ante nō sit, hasce ratiocinationes nō satis consequi posse. Demonstratū.n. ibi est pleraq; perfici attractiones qualitatum familiaritate: proinde quanq; singillatim animantis particulam familiare sibi nu- D trimentum attrahere. Ad quam sententiam seu dogma sequitur medicamenta purgantia esse quidem detrahendis humoribus familiaria, verum quæ attrahūt, quodammodo esse efficaciora valentioraq;, sicuti magnes lapis ferro: quippe qui ad ferri naturā accedat, in'que ferri metallis reperiat, ei'que magnopere specie psimilis sit: verū fortior est quodam mō, vt attrahere sit aptior, q̃ attrahi. Quin nec cnicū quoq; à pituitæ natura alienū esse diffidendū est, vti colore suo præ se fert: sed tñ calore ipso q̃ pituita valentior est, vt trahere q̃ trahi magis par sit. Ad eundē modum granū cnidiū siqñ forte à corpore nostro vincatur (id quod assidue cnico vsuuenit, rarius aūt grano cnidio, nimi-
A. l. 2. t. 2. c. 150. fol. 117. e rum ob robur) vice purgationis alimētum efficit: velut veratrū semp coturnicibus. Volo autē (qñquidem in hunc sermonem descendimus) logici cuiuspiā meminisse theorematis, quod & in commentarijs de demonstratione monstrauimus, cæterum in rē præsentem haud inutilis. Est autē theorema eiusmodi. Demonstrationum aliæ, ꝙ ex necessitate hoc illi insit, concludunt: aliæ, ꝙ inesse possibile est. Harum ipsarum quædam in id quod ex necessitate inest recidunt. qñ videlicet ex necessarijs consequuntur principijs, velut in hoc ipso quod modo monstrauimus. Siquidem in grano cnidio & cnico pituitosum inesse succum euidenter monstrare non est: tamen posse esse, ac probabile verisimile'que esse, ratione colligitur. Sed quia attractiones substantiarum fieri similitudine ostēdimus (demonstratū.n. subinde est, in purgationibus attractionē esse corū q̃ purgantibus medi-

medicamentis similia sunt, haud verò omnium simul succorum alterationem) similitudinē inesse E
quandam vtrisq; substantijs, & eius videlicet quod purgat, & eius quod purgatur, necesse est. Por
rò cùm quod purgatur, pituita est, quod trahit, pituitosum sit oportet. Pituitosum autē esse opor-
tere quod trahit diximus, non autem planè pituitam: etenim similitudinem inesse substantijs dixi
mus, non identitatem: contrarium enim cernimus. Nam neque ferrum attrahit ferrum, neq; caro
carnem, sed lapis sideritis ferrum, caro sanguinem. Differunt enim, mea quidem sententia, idem &
simile: quippe pituitæ pituita eadem est, & cnicum cnico, similis autem pituitæ cnicus, non tamen
idem. Neq; enim quæcunq; edulia aut biliosa aut pituitosa dicimus, perinde tanq; bilem aut pitui-
tam continerent sic nuncupamus. Huius enim opinionis absurditatem deteximus cùm in natura-
lium facultatum commentarijs, tum multis alibi locis.

Quòd in Purgantibus medicinis Duplex insit Similitudo, Nempè quædam Actu, & quædam Potentia. CAP. 26.

QVapropter prętereunda sunt omnia huiusmodi. Illud verò rursus repetendū est, q purgan
tium medicaminum quædam iam etiā possident idoneam ad attractionem similitudinem:
quædam non perfectè quidem eam obtinent, verum in animantis corpore accipiunt, nō
secus atq; vrentia medicamenta, quæ caustica Græci vocant. Itaq; duplex quoq; in his similitudo F
est, vna actu, altera potentia, velut & in alijs oībus. Quin & permistæ sunt similibus in vnoquoq;
succis alij dissimiles, q partim quidē medicaminosi sunt, partim non. Quare vbi purgationē haud
assequunt, quædā purgantiū malū corporibus nostris inferūt, quædam verò alimentum exhibent.

De Superpurgationibus, quas Ὑπερκαθάρσεις Græci vocant. CAP. 27.

POrrò qm̄ semel sermonem de purgantibus medicamentis attigimus, præstiterit fortassis non
nihil quoq; dicere de nimijs purgationibus, quas ὑπερκαθάρσεις Græci vocant, quasi super-
purgationes dicas. Euenire igitur eæ solent, cū purgans medicamen vsqueadeo inualuit, vt in va
sorū ad ventrem pertinentium osculis mordicationem apertionemq; multā relinquat: assidueq;
iritans conuellensq; corpora, quæ in vasis sunt vires dissoluat. Nam, quod in ventre euenire con-
spicimus, vbi vires eius in extremam inciderunt infirmitatem, idem in venis accidere putandum.
Quid porrò est quod in ventre euenit? vomitus totius eius quod deglutijt, vbi videlicet superio-
res eius partes debilitas occupauit: intestinorum verò læuitas, vbi inferiores. Ostensum est autem
& de hisce latius in tractatu de vacuandorum causis. Huiusmodi affectum existere in venis existi-
mandum est in superpurgationibus. Cum autem per initia modica etiamnū sit & apertio & imbe
cillitas, tum quod & tenuissimum est minimeq; naturæ familiare, excernitur: "sed vbi vtraq; adau- G A.l. 1. f.4. c.6. fol.75.c
cta est, iam tum etiam crassa, & quæ naturæ familiarissima sunt, euacuantur: Quam ob rē flaua bi-
lis primo, pituita secundo loco, tertio loco atra bilis, post hæc postremus omnium in superpurga-
tionibus effunditur sanguis, vtpote qui naturæ succus sit familiarissimus. Ante hunc verò primus
de Natu.hum. cō. 2. t. 31. 1ª. 31.g quidem qui tenuissimus, postremus qui crassissimus. Disseruit autem & Hippocrates in ‖ libro
qui de Natura humana inscribitur, de ordine qui in istis euacuandis seruari solet. Ac nunc quoq;
ne quid huic sermoni desit, dicendum est. Etenim, si quod pituitam ducat, medicamentum exhi-
beas, prima quidem in superpurgationibus flaua, mox atra, tertio loco sanguis eijcitur. At si, quod
flauam bilem detrahat, pituita consequetur, tertia atra, quartus demum reddetur sanguis. Quin &
si atram bilem purgare sit natum, eam quidem primam euacuabit, post quam flauam, deinde pitui
tam, omniumq; postremus sequetur sanguis, tanq; ex inanimis iam vasculis effluens, vt quæ sum-
ma iam debilitas occupet, quæq; ad extremā osculorum apertionem peruenerint. Ex quibus ma
nifestum est postremū in superpurgationibus vacuari humorem, qui idem & familiarissimus est:
aliorum autem vnumquemq;, prout aut crassus est, aut tenuis.

Qua causa in Superpurgationibus Humores, minime purganti medicamento familiares, itidem euacuentur. CAP. 28. H

CÆterum "causæ, quamobrem omnino & qui alieni sunt à purgante medicamento succi vnà A.l.1. f.4. c. 7. fol.75.f
excernantur, in hisce tribus consistunt, vasculorum scilicet imbecillitate, osculorum laxitate,
& purgantis mordicatione. Cùm enim vascula non amplius in sese continere succos possunt, &
oscula eorum reclusa fuerint, nec iritare medicamentum desinat, possitq; non amplius familiarem
trahere succū, necesse omnino est reliquos quoq; quo diximus ordine excerni. Satis enim erat vni
ca mordicatio, quæ organa ad excretionem excitare posset: multo ergo magis id fiet, vbi & aper-
tio, & imbecillitas vasorum coierit. Fit autem, vt supra diximus, apertio ob medicamenti poten-
tiam: ob quam videlicet mordicatio itē prouenit: Vasorum autem imbecillitas tum ob ingentē
* In antiquis cod. legit μύξασθαι.i. sugerentur. defatigationem, quam scilicet, dum à purgante medicamento mordicārentur, ac veluti emulgeren
tur, acquisierant: tū ob intemperantiam, quæ in superpurgationibus occupat. Quemcunq; enim
humorum penitus euacuaueris, intemperantiam consequatur necesse est. Itaque q à purgante &
alieni quoq; vacuētur succi, eas habeto causas: q vero supradicto ordine, vacuandorum
humorum tum tenuitas, tum crassitudo in causa est: & ad hęc prout
magis & minus animantium constitutioni succus
quilibet familiaris est.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

De Tenuibus & Crassis Partibus, Saporumq; & Odorum essentia, & facultate, Quæ in Medicamentis simplicibus cernuntur.

Quid Tractatum fuerit, Quid reliquum sit Tractandum. Item de Differentia Sensus Linguæ, & Cæterarum partium. CAP. I.

VO pacto igitur dicatur frigidum, calidum, humidum, siccum'que facultate
B medicamentum: tum qua ratione id explorare oporteat: suprà definitũ est. Porrò, quoniam non nulla emollientia dicuntur, relaxantia, rarefacientia, cõdensantia, emplastica, ac digerentia, multa'que his similia alia, pręstiterit et de his disserere: vnà vero cum istis, aut etiam ante ea, de saporum omniũ & essentia, & facultate, de qua & in fine primi horum commentariorum verba fecimus, qñ s. Platonis ex Timæo dictionem adscripsimus. Verum ibi quidem gratia passionum sensibilium, quas lingua in quoq; eorum perpeti est nata: at hic de essentia & facultate sermo habebitur: qñquidem & aliæ animantis partes similiter vt lingua perpetiuntur, sed passionum sensum non exacte percipiunt. At lingua præterq; q perpetiat, sensus etiam perfectionem possidens, earum omnium naturas dignoscere potest. Nec enim hoc dicendum est, calidum, frigidum, humidum, siccumq; linguam calfacere, frigefacere, siccare, aut humectare posse, aliarum vero quamuis non posse: immo vti hanc, ita & alias omnes singula afficiũt & alterant, tantu'm diuersitate in ipsis existente pro minoris maiorisq; ratione, haudquaq; in ipso, vt sic dicam, affici aut non affici. Quippe, q lingua non secus atq; alia quæuis animantis partium calidum, frigidum, siccũ, humidumq; dignoscere corpus valeat, cuiuis clarum est: amaritatem ve-
C ro, dulcedinem, salsitatem, aciditatem, austeritatem, acerbitatem, acrimoniam, hæc sola discernere creditur: tametsi passionum similitudinem inuenire est cum in alijs partibus omnibus, tum maxime in vlceratis. Nam cutis duritas densitasq; excludit, resistit, prohibetq;, quò minus foris incidentium facultates intrò in carnem ipsam penetrent.

Quo'nam modo Frigidum Corporibus nostris Mordax appareat: et Qua differat ab ijs quæ caliditate mordicant, Nempe quòd Continuum diuellat, cuius rei causas adducit: At Calidum, quòd Substantiæ continuitatem Erodat. CAP. 2.

SIc enim & illud ab Hippocrate dictum est, ‖ Vlceribus frigidum mordax: tametsi cuti priusq; vlceraretur, mordax nequaquam esset. Est vero & oculis, & naribus, & ori, externis partibus animalis, frigidum mordax: nec minus internis, ventri, & intestinis: vt difficile sit non nunquam discernere, an à frigore quis, an ab humorum mordicetur acrimonia. Eueniunt autem hæc non ab re. Siquidem, cùm frigidum quæcunque contingit, eorum & contrahat substantiã & condenset constringatq;, primum tenues tum excernantur humiditates necesse est, sicut ex oculis lachryma, ex naribus muccus: postea vero etiam mordax appareat, licet alia ratione quàm in calido. Nec enim erodendo, quod continuum est, sed diuellendo, molestum ac mordax est frigidũ. Quare nec
D duris corporibus tale apparet. Nam dum mollia contrahuntur comprimunturq;, humidum exprimi contingit, simulq; partes diuelli: humidum quidem, sicut in spongia à manibus nostris contracta compressaq;: diuelli aũt, sicut in ijs quæ distrahuntur, diuelluntur q; siue à nostris manibus, siue aliunde. Tale quid rara molliaq; corpora à frigido perpetiantur necesse est, raritate frigus promptè intrò recipiente, multoq; etiam promptius partibus in ea mollibus, quę in profundo sunt, à frigore concrescentibus. Frigidum itaq; spiramenta cuncta in raris corporibus subiens, qualia sunt vlcerata omnia, oculiq;, & nares, ac os, venterq;, omnes refrigerandorum corporum partes circunquaque amplectitur, & quodammodo multis circunquaq; ansis eas contrahens atque condensans à continuis auellit. Quæ dum patiuntur, multa fieri spatia inania necesse est, non tantum quia tenues exprimantur humiditates, verum etiam quia substantia mollis in arctum contrahatur. Atqui spatium inane in sibi continuis corporibus, seruata etiamnum continuitate, fieri non potest. Ergo si fieri id constet, clarum est illam deperdi, ac corpus continuũ distrahi, ex quo molesta mordaxq; sensus exoritur affectio. Tametsi non eadem vtrisque qualitas est, tum ijs quæ frigore mordicant, tum ijs quæ calore: sed in illis protinus et contractionis condensationis'que sensus percipitur, in his dissolutionis & fusionis. Quin nec par est vtriusq; affectus celeritas, verum in refrigerãtibus quodammodo tardior & cunctantior est mordacitas, at in excalfacientibus celerrime penetrat.

5. Aph. 20. Ex. ord. 39. a

trat. Qñ igitur abunde definitum est tum ipsa rerum natura, tum ẽt qui in nobis fit sensu: clareq; E
expositum est, quo pacto calidum, quoq; frigidum, mordax appareat: colligere quemq; apud sese
nunc oportet vel anteꝗ̃ à nobis id audiat, mordicantium medicaminũ alia calida facultate, alia fri-
gida necessario esse. A nobis autẽ distinctiones eorum exactè addiscere licebit, vbi prius cõmone-
fecerimus poculum & balneum, cum temperata sunt, calida à nobis dici non nunꝗ̃ appellationis
abusu, qñquidem eucrata siue temperata dici debebant ac symmetra potius, ꝗ̃ calida. Ergo quę sic
calida sunt, grata amica'que sunt: funditur enim quod in corporibus nostris cõstiterat, atq; concre
* Aτ.rationabiliter. tũ fuerat: quo maxime affectu voluptas animantibus constat: At si moram etiam trahant, sensim
quoq; & ipsa molesta euadunt: ad tantam enim fusionis immoderationem sic recidunt, vt substan
tiam nostrã etiam digerant, dissoluant, atq; dispergant. Verum nec sic quidem mordicatione infe-
stant, sed animi afferunt deliquium, viresq; deijciunt, vt mors quoꝗ; tandem sequatur. At, quę his
magis sunt calida, secant, distrahunt, diuiduntq; substantiam: quare necessario mordacia vidẽtur,
velut aqua feruens, ac ipse ignis. Eundem in modum frigida quæ contrahunt, non dum tñ con-
tacti corporis continuitatem diuellunt, frigida duntaxat sunt, haud ẽt mordacia. At quæ supra ꝗ̃
ꝙ contrahunt, ẽt conuellunt, ea vtiq; omnia violenta condensatione vtuntur, quo circa & morda-
cia apparent. Igitur subiectam materiam contrahere & condensare frigidi semper proprium est: F
fundere aũt atꝗ; liquare calidi: vtriusq; vero immoderatius aucti, cõmunis est mordicatio. Etenim
quæ summe frigida calidaq; fuerint, præter oẽs alias, quas modo memorabam, raras mollesq; par-
tes, cutem etiam nostram inuadunt. Memini me qñq; per niuem iter fecisse tam altã et copiosam,
vt nulla terræ pars nuda conspiceretur: aer exactissime purus erat, spirabat'que à niue quidã ven-
tus adeo frigidus, vt non oculos modo, & nares, & totam adeo faciem mordicaret, verum ẽt siquis
forte manum protulisset, similiter illã afficeret. At quæ à summa frigiditate, aut caliditate absunt,
cutem non mordicant: Frigida quidem, quoniam continuitatem eius ob duritiem distrahere ne-
queant, nec in profundum subire præ superficiei densitate valeant: Calida autem, tum ꝙ non ero-
dant, sed duntaxat fundant, tum ꝙ interdum meatus promptè penetrent. Plurimum autem ad id
genus passiones facit essentiæ medicamentorum vel tenuitas, vel crassitudo. Siquidẽ frigida quæ
tenuium partium sunt, cum magis in profundum transeant, vehementius etiam proinde mordi-
cant: Calida vero quæ crassarum sunt partium, quoniam plus vlcerant, violentius idcirco etiam af
fligũt. Tenuiorum itaq; partium aer est, crassiorum terra, medium eorum tenet aqua. Sed aer ac-
census, fit flamma: terra autem, pruna: at aqua vehementem sanè caliditatem accipit, sed nec flam-
ma, nec pruna propter innatam humiditatem efficitur. Siquidem flamma & pruna ignis sunt ge- G
nera: ignis autem omnis calidus est et siccus: at aqua sicca vt sit, fieri nequit, proindeq; ipsius ignis
exacte qualitatem sicut aer & terra non accipit. Nullum est itaq; æquè calidũ pharmacum, vt aut
flamma, aut pruna, aut feruens aqua: immo vt sit vel calidissimum, omnino tamen plurimum ab
illis vincitur. Procedit autem ad vstionem vsq; medicamentorum caliditas, vbi videlicet in crassa
consistit essentia: Quæ vero subtilium partiũ sunt calida, non nunꝗ̃ omnino non mordicant, sed
calfaciunt duntaxat. Est autem vbi & mordicent, non tamen vrant.

Quæ Vocemus Tenuium Partium, & Quæ Crassarum. CAP. 3.

SEd quid "tenuium partium, quid've crassarũ esse intelligamus, commemorare oportet. Nem- A.l.2.t.1.c 4. fol.94.g
pè quæ celeriter in tenuia soluuntur, tenuiũ appellantur partium: at quæ id perpeti nequeũt,
crassarum. Quòd ergo ea soluantur, calor qui est in animantis corpore, cui vnũquodq; applicari
contingit, in causa est: quòd autẽ in tenues crassas'ue partes cõminuantur, id à sua ipsorũ natura
obtinent. Quocirca refrigerantium medicaminum ea quæ crassarum sunt partium, mordicare ne
queunt, vtpote quæ extimam cutis superficiẽ penetrare non valeant: At quæ tenuiũ sunt partiũ,
& perfacile penetrare possunt, & in profundum subeuntia molles animantis partes mordicant.
Mordicant etiã magis quæ cum tenuium sint partium, insuper inæquabilem obtinent temperiẽ. H
Sed supra demonstratum est inæquabilia esse propemodum omnia: quippe aut impossibile est,
aut perdifficile vllam inuenire substantiam, quæ ad amussim similariũ sit partium. Vinum nãq;
diximus vnum quidem habere in se recrementum crassarum partium, vnde, dum temporis spa-
tio secernitur, fertur'que deorsum, fæx consistit: aliud vero secundũ, quod florẽ nuncupant, quod
dum vinum feruet supernatat, sed postea ad fæces subsidit: tertium, aqueũ, quod toti vino permi-
stũ est, hoc primario potissimũ'que feruet: quartũ pręter hęc est ipsum re vera vinũ. Ostensum ve
ro etiã est, ꝙ tũ in oleo, tum in lacte, tum in alijs omnibus succis, eadem sit recrementorum natura,
multo'que magis in totis plãtis, metallicisq; omnibus. Quæ memoria tenentes nunc tẽpestiuũ est
de medicamentis omnibus considerare. Ac primũ omnium cauendũ est, ne nobis quoque, quod
plerisque omnibus qui talia scrutantur, accidat. Nam quasi omnia similarium forent partium, ita
differunt, nec concedunt neque vinũ, neque oleum, neque reliquorũ vllum, ex diuersis facultate
partibus consistere: immo multò magis mirantur, si de aceto audeamus dicere, ipsum ingenitam
vini caliditatem perdidisse, cæterum ex putredine aliã adeptum: cuius sane sententiæ est tum Ari-
stoteles, tũ Theophrastus. Nã vinosæ vini partes, dũ ipsum in acetũ transit, refrigerãtur: at aqueũ
recrementũ putrescens adscititiã caliditatẽ obtinet, velut cætera omnia quę putrescunt: fitq; acetũ
quiddam

A quiddam ex contrariæ facultatis partibus compositum, partim refrigerantibus, partim calidis, sicuti vstorum lignorum omnes cineres. Etenim in illis aliquid velut fomes quidam igneus (ἐμπύρευμα græci vocant) per exiguas partes dispersum est, quod & valde calidum est: reliquum omne tum terreum est, tum frigidum. Iccirco cùm cinis aqua maceratur, ac per quædam corpora modicè rara colatur, fit vt calidæ acresq; partes vnà ferantur: reliquum quod est, non amplius calidum est, nempe quod igneas suas particulas in aquam deposuerit. Vocant eam aquam hoïes græce κονίαν, {latinè lixiuium:} idq; proportione quadam aquæ marinæ & muriæ, dispositionis generationis & facultatis ergò respondet: Illa enim ex aqua saleq; constant: at aqua quæ cinerem abluit, tum ex ipsa, tum ex partibus quas secum rapuit, composita, hoc pacto effecit noïatam κονίαν id est lixiuiũ: quod nisi antea scias ex aqua ac fuliginosis cineris partibus effectum, forsitan simplex & incõpositũ esse corpus existimes. Eiusmodi quiddã in aceto nobis euenit. Nam cũ nequeamus sensu cernere ipsius generationem, rationi diffidimus. Cæterũ si nihil aliud, saltẽ cõsiderantes omphacis cum eo differentiã, æquũ esse credere sciemus, ꝙ non acidus modo, sed & acris quidã alius ei permistus sit sapor. Quamobrẽ perfectè omphacis succus refrigerat: hinc est ꝙ summè ardoribus prosit, siue ori ventris impositũ, siue totis hypochondrijs, siue cuilibet alij quod refrigerare libeat. Secus vero "habet acetum: nec enim ad vnguem vnũ est, neq; tm̃ acidum, sed et acris alius quidam ei sapor permistus est. Itaq; quod tm̃ est acidum, quicquid id fuerit, planè frigidum est, siue pyrũ, siue malũ, siue acinus vuæ, siue rubi, siue ipsius mori, siue rhœas fructus, {hoc est mala punica,} siue quiuis alius tum fructus, tum succus, tum planta, vt oxylapathum, & oxalis, quam eandẽ oxyda quoq; nominant. Quippe si gustanti vehemens atq; manifesta illi inesse aciditas appareat, nec quicq; præ se ferat acrimoniæ, omnino hunc succum refrigerantem reperies: quin confidenter vtitor, siue ad ardores vti consilium est hypochõdrijs imposito, siue ad erysipelas, siue ad alium affectũ calidum. Similiter quoq; frigidos morbos ab eo oẽs palàm lædi cõperies Porrò vbi mista tibi qualitas appareat cũ acrimonia, conijciendum est caliditatem quoq; inesse: Sin iuncta sit astrictio, aliud est frigiditatis genus: nam acida frigiditas tenuium est partium, at adstringens crassarum.

A.l.2.t.1.c.3. fol.94.c B

Quomodo Exerceri oporteat in Agnoscenda cuiusq; Saporis Facultate. CAP. 4.

SEd horum paulo pòst probationes afferemus in mediũ. At quod prius consilium dari oportet ijs, qui talia absque sophistica arrogantia, immo vnius veritatis gratia scrutantur, id nunc tempestiuum est expromere, Nempe ꝙ non sola ratione exerceri per eas methodos logicas, ad quas nunquam hortari desino, quasq; in cõmentarijs de Demonstratione tradidi, sed etiam gustã C di exercere sensum in saporibus oporteat: principioq; in ijs exquirendis solicitos esse, quæ vnam quampiam habeant qualitatem manifestissimam: Vt si acrimoniam cogitatione complecti clarè velis, id in allio, cępis, & quæ ipsis similia sunt, efficies, assiduè gustando, plurimum'que dentibus mandendo, tum ita longo vsu passionis existentis sensum memoriæ diligenter mandando atq; infigendo: Sin adstrictionem, in galla, rhu, & similibus: Si vero amaritatem, nitri fellisq; gustu: Si autem dulcedinem, gustu siræi & mellis: Ad "hæc siue ἄποιον, hoc est quod qualitatis sit expers: siue qualitate, quod ad gustum attineat, medium voles comprehendere: aquam gustare iubeo, & hanc vbi gustaueris diligenter memoriæ commendare, eam'que potissimum, quæ nullam dictarum præferat qualitatum, neq; dulcedinem, neq; amaritatem, neq; acrimoniam, neq; aciditatem: præter hæc quæ neq; supra modum sit aut calida, aut frigida. Nam hinc exorsus promptius & ad aliorum obscurorum omnium saporum agnitionem peruenies, & ad eorum quos ego quidem dulces, alij verò quidã aqueos appellitant: qualis vtiq; est calamorũ viridiũ, et graminis {agrostem Græci vocant:} ad hæc tritici, hordei, zeæ, aliorum'que multorum, quæ Theophrastus recenset: inquirens an plures sint ponendæ dulcium saporũ species, an vero in maioris tantùm ac minoris inter se differre ratione existimandi sint. Sed de his alibi definiam.

A.l.2.t.1.c.3. fol.93.f

D *Quòd Pharmacorum Emplastica vocata, cùm Media sint in caliditate ac frigiditate, Terrestria quoq; esse, ac Sine mordicatione siccare oporteat.* CAP. 5.

POrrò si qualem præbet sensum aqua planè omnis qualitatis vacua, talem in re sicca inuenias, ea nimirum extra omnem est insignem tum caliditatem, tum frigiditatem, mediã quoad fieri queat, constitutionem obtinens, aut certè paulum ad frigidius declinans. At si talis cum sit in caloris frigoris'que differentia, insuper consistentiam nacta sit siccam, terrestris sit, ac citra morsum desiccet, necesse est. Appellitant eius generis medicamenta omnia medici Emplastica: velut pleraq; quæ exactè lota sunt, amylum, pompholyx, cerussa, calx, cadmea, terra Cretensis, Cimolia, chondrus, Samius aster, & fullonum terra, ex emplasticis sunt pharmacis. Sunt verò ex eis non nulla non terrena solum, sed aquea natura. Quin etiam quędam non parum in se aeris continent, omnia quidem glutinosa, ac proinde emplastica.

Quòd Duplex est Emplasticorum Natura. Nam partim Terrena sunt exactè & sicca, partim planè Viscosa & lenta, sed mista aqua terraq;, atque vtplurimum etiam aere. Communiter vero omnia mordicatione vacant. CAP. 6.

DVplex siquidem est emplasticorum medicaminum natura, altera exactè terrea & sicca, altera viscosa quidem omnino, sed ex aqua & terra, & plerunque etiam aere mista, sicut oleũ

dulce. Dictum autem retro est, quid dulce vocitem. Ergo hoc ex aerosa, terrea, aqueaq; essentia E temperatum est. At oui albumen ex ijsdem quodammodo, sed magis tamen terrenum oleo est. Quin & quod lactis est caseosum, emplasticum quoq; est, & suillus adeps. Nam tauri sane & hirci pinguedo acrimoniam & multam & igneam possidet: Bouis aũt capræq; minus qdem, iam vero quodã modo & horum adeps acris est: nam talium animantiũ pinguedo ob crassitiẽ adeps appellatur: est.n. non calidior tm̃, sed & magis terrena suum pinguedine. Anseris autẽ & gallinacei calidior est pinguedo, & siccior q̃ suum: quin & subtiliorum partium, & minimũ terrestris, sicut & auium oĩum: q̃nquidem & corporis ipsarum substãtia non parum habet aeris. Sed de his alibi tractabitur. Quęcunq; ergo pinguedines non dũ vllam nactæ sunt acrimoniam, emplasticam & illinendi poros facultatem obtinent, eamq; tanto efficaciorem, quanto sicciores, magisq; terrenæ fuerint. Huiusmodi est cera elota, deponit siqdem & ipsa quam habebat à melle acrimoniã. Satis verò constat, hæc à me non dicta esse de cera quæ natura sua amara est, qualis est pontica: ex absynthio nanq; ea amaritudinem obtinet: ac si vel sexcenties eam laueris, prorsum tamen omnẽ amaritatem haud elueris. Fugienda verò etiam illa cera est, quæ ex acri & thymoso melle cõficitur, cum planè ab omni mordacitate alienũ præparare voles medicamentum. Quocirca ad lauandum idonea est, quæ ex melle facta est tum aquosiore, tum minimè mordaci. F

Quòd Adstringentia Medicamenta Acidaq;, Licet Vtraq; qualitate sint frigida, Inde tamen diuersa sunt, quòd Astringentia terrena sint crassæq; essentiæ, Acida vero tenuis. CAP. 7.

ATque emplastica quidem medicamenta eiusmodi sunt: sed ad acida adstringentiaq; reuertor. Adstringentia certè terrena sunt & crassa corporis consistentia, qualitate verò frigida: Acida autem tenuitate pollent corporis, sed perinde vt adstringentia refrigerant. Vtriq; gemina probatio est, nempe ex sensu quæ ab inductione est: & ex ratione, quæ ex substantia eorum colligitur. Prior autem probatio ea dicetur quæ vulgo quidem est appertior, cæterum ad scientificam demonstrationẽ minus habet virium. Arborum "fructus quotquot nobis vbi maturuerint, dulces apparent, nuper enati, acerbi sicciq; sunt consistentia, † pro sui nimirũ parentis }-quisq; natura (ceu quodam ait loco Theophrastus) oliuæ, vuæ, mala, mala punica, mora, palmulæ, pyra: at progressu temporis humidiores redduntur, acquiruntque ad acerbitatem aciditatem: quam sensim exuentes, postea dum maturescunt ac perficiuntur, dulces euadunt. Sunt qui non in arboribus, sed postea cum decerpti conditiq; aliquandiu fuerint, dulcedinem accipiunt. Alij sunt, qui non interueniente aciditate, sed palàm ab acerbitate in dulcedinem transeunt, sicut oliuæ. Quin q̃ calido maturescũt coquunturq; omnes, clarum est. Tum q̃ id ipsum duplex sit, alterũ proprium, & G cuiq; ingenitum: alterum externũ, à Sole videlicet, sed tamen naturæ ipsorum conueniens ac familiare: si quidem meminimus quę nobis perpetuo proposita sunt elementa: & ipsum vtiq; clarè cognorimus. Porrò si, cùm initio acerbi essent, tempore maturescentes dulcescunt, sequitur ex calore ipsis prouenire dulcedinem, acerbitatem "vero aciditatemq; constitisse ex frigore. Quoniam autem principio lignosi cũ sint (vt & Teophrastus dixit) sicci quoq; sunt, simulq; acerbi, verum affluentis postea humoris copia acidos efficiat, palàm est saporem acerbum magis esse terrenum, acidum autem magis humidum. Itaq; & Plato rectè definijt dicens, Quæcunq; partes eiusmodi » in succis deferuntur terrestres, eæ liquefactæ contrahunt atque exiccant humidas linguæ sensibi- » les partes: ac si exasperant, acerbæ, sin minus id faciant, austerę apparent. Rectè autem & nos pręter » hæc dicemus frigidum esse temperie saporem eiusmodi. Nam si terrenus fuisset duntaxat, emplasticus, non acerbus foret. Iamq; oratio quodammodo ad essentiam ipsam transgressa saporum, demonstrationem attingit scientificã. Quippe si ab acerbo sapore manifestè linguã contrahi, siccari, asperariq; contingit: ostensumq; superioribus libris est, ab vnico frigido contrahi, cõstringi, densariq; corpora: liquet planè frigidum esse saporẽ acerbum. Quoniam porrò inęquabiliter desiccat (id est enim, quod exasperat) fuerit sanè oĩno ẽt terrenus. Siquidem aqueum corpus omnia H æquabiliter penetrat atq; peruadit, eiq; inseparabile est, etiamsi diuulsum sit, vt rursum vniatur: at terreno corpori quod in saporibus dẽfertur, iam antea inest diuulsio, simulq; vt nunquam deinceps facile coeat. Quin si eius recorderis, quod vtriusq; singulatim passionis est propriũ, ijsdẽ ipsum subscribet ac testificabitur. Velox siquidẽ acidorũ saporum trãsitus in sentientibus partibus fieri conspicitur, acerborũ aũt tardus: tum acida quidem in alto magis agere apparẽt, in superficie aũt acerba. Hæc itaq; oĩa crassarum esse partiũ acerba indicãt, acida verò tenuium. Multum ergo inter se hæc conueniunt, tum ea quæ à rerum dicta sunt essentia, tum ea quæ per inductionẽ eorũ quę sensu sunt inuenta. Porrò nihilo deterius fuerit, mentionẽ rursum de nominũ vsu facientes, hæc quoq; adijcere, nẽpe q̃ vtraq; adstringere dicatur, tum quæ acerba sunt, tum quæ austera: sed in maioris minorisq; ratione inter se differãt: Tum q̃ multæ insint medicamentis qualitates, non diuersæ tm̃, sed & pugnantes, atq; interim etiam omnino subcontrariæ: Id quod retro satis ostensum est, cęterum ab eo nunc rursus ordiri necesse est. Nam si gustãti tibi idem adstringens & mordax appareat, id missum facias medicamentũ, iubeo, atq; illud quæras, quod absq; mordacitate adstringat. Ac si neq; acidũ appareat, neque dulce, neque amarũ, sed q̃ fieri maximè possit vnã possideat qualitatẽ à mistione alienã, nẽpe adstrictionem, ita denique experiẽtia examinabis, quomodo sæpenumero

† pro generantis arboris.

A l.2.t.1.c.3. fol.93.g

A.l.2.t.1.c.3. fol.93.a

A sæpenumero faciendũ ante proposui. Sin adstringit simul ac mordicat, aut aliam quãuis qualitatem seu facultatẽ adstrictioni iunctã habeat, frustra est ac supuacaneum, vbi adstrictionis actionẽ explorare consilium est, ad experimentum tale ducere pharmacum: incertũ est enim, num ob adstrictionem, an ob aliã quãpiam admistarum illi qualitatum, an ob vtrasq; sic in corpore sibi applicato egerit. Etenim chalcitis, misy, chalcanthos, sori, æris squama, cum simul adstringãt & mordicent, secundum vtrasq; qualitates in quouis admotorum corporum actionem exerunt: nec tñ docere nos apertè queunt, an ab adstrictione vrendi vim habeant, an ab acrimonia. Mittere itaq; illa præstiterit, & multa deinceps alia gustare, synceram seorsum adstrictionem intuẽtem, ac quo ad fieri possit per sese existẽtem: ac vbi tandem talem quãpiam reppereris, ita deniq; medicamentum iudicare ijs methodis, quas supra à me frequenter audiuisti: Vtpote, si gustãti tibi balaustium, aut galla, aut cytinus, aut hypocystis, aut solanũ, aut glaucium, aut acacia, aut succus rhu, aut id genus aliud, exactè quidem esse appareat adstringens, nec vllã manifestã habens aliã qualitatem, in hoc iam expendere ac diligenter explorare adstrictionis actionẽ oportet. Porrò exploratio ipsa fieri (vt sæpe diximus) debet tum in optima corporum cõstitutione ad vnguem sanorum, tum in simplicibus affectibus, seu calidis, seu frigidis, seu humidis, seu siccis. Nã si corpus sanum manifestò re-

B frigerare cernatur, & calidis prosit affectibus, & euidentem quoque laboranti ipsi frigidam afferat qualitatem, audendum erit de adstrictione, ꝙ refrigeret, pronunciare: Sin contrà appareat, sanaq; ab eo corpora incalescant, & calidi affectus exasperentur, frigidiq; iuuentur, non refrigerare, sed excalfacere medicamentum eiusmodi putandum est. Eodem modo de acribus, sumendũ experimentum in cæpis, allio, pipere, pyrethro, zinzibere, struthio, elenio, calce. Etenim quemadmodum qui solani succũ piperi miscuit, neutrum satis explorare potest: sic nec quæ à natura sunt mista. Eundem in modum contemplãdum de acida qualitate, de amara, de dulci censeo, vehementes nimirum, & quæ quantum licet solæ sint, in explorationem ducendo, & experientia vires eorum scrutando. Quippe quiduis te, quod modo sit aut acerbum, aut austerum, aut amarum, in experimentum ducere, tanquam in eo acerbitatis, austeritatis, vel amaritatis facturum periculum, planè absurdum arbitror. Nam si vnã duntaxat qualitatem possideat, idem erit medicamenti ipsius & qualitatis experimentum: sin multas, ex omnibus nimirum mistã medicaminum actionem ędet: quare vnius adhuc eius, quæ in iudicium veniebat, actio obscura & incerta permanet. Itaq; si, vt prius dictum est, iudicare oporteat, non rectè senserunt qui nihil prorsum pronunciari posse de saporum facultatibus, existimarunt, quiq; aliter iudicium ineundum cẽsent: siquidem & de ipsis ali

C quid afferi potest, nec iudicium aliter quàm nunc est dictum iniri conuenit. Sanè si id modò dixissent, planè opus non esse saporum consideratione, cum vires medicamentorum expendimus (nã absque his medicaminum vires experientia inuenire licet) laude illos potius, ꝙ vituperatione, dignos putarem: Verum vbi tanꝙ de re, necessaria quidem illa sed incomprehẽsibili, differunt, bis reprehendẽdos iudico, tum ꝙ rem non necessariã habeant, pro necessaria, tum ꝙ consequi eam se posse desperant. Nam facultatis medicamenti cuiusuis iudicium abunde citra saporum dignotionem sola reperitur experientia, eum in modum habita, quem sexcenties iã antea posui. Atq; ego sanè nunc, non quasi aliter inueniri quod inuestigatur non posset, ad sermonem de saporibus descendi, sed partim propter eam, quæ ad principia est, sequelam, vt videlicet ostenderem omnia ad elementorum rationes consequi, nec quicꝙ vsquam inueniri pugnans: partim verò etiã vt illos coarguerem, qui adstringentia omnia excalfacere contendunt. Quinimmo fuerit etiã non nullus eius ad præsens negocium vsus. Sed hæc postea monstrare conabor. At nunc ad rem propositã reuertor: & hortor qui veritatis sunt amatores, vt ipsimet adstringentia omnia degustent, vti nos fecimus: ac vbi inuenerint aliquo in corpore perfectam adstrictionem, quoad liceat, ab aliarum qualitatum mistione alienã, tum deniq; experientia expendere tentent, frigidum sit, an calidum,

D humidum, an siccum, corpus eiusmodi. Sed hoc quisquis sapiet, seorsum ipse faciet. Ego verò vt aliquid de mea afferã pronunciemq; experientia, fortassis necessarium fuerit, atq; in hoc quidem libro in genere, membratim aũt in cõmentarijs sequentibus. Fuerit aũt generalis de omnibus sermo eiusmodi. Corpus omne adstringẽs, ab alijs, quod sensu animaduerti posset, qualitatibus syncerum, perpetuò comperi experiendo, refrigerare. Quin etiã non nulla ex ijs quę qualitatibus mista erant, nempe quæ modice dulcia, aut amara, aut acria, apertè quoq; refrigerãtia repperi, scilicet

A.l. 1. t. 1. c. 3. fol. 93. a cum in eis adstringendi refrigerandiq; facultas ita vincerent, vt alias obscurarẽt. Eadẽ ratione acida vniuersa, tũ ea quæ simpliciter acida essent, sicut oxalida, & oxylapathũ: tum mistis quoq; alijs qualitatibus quædã siue dulcibus, siue acribus, siue amaris: nihilo secius refrigerãtia expertus sum, qualia sunt mala punica, mala, pruna, vuæ, mora, ficus, cerasia, ipsumq; adeo acetũ: Sed huic, vt suprà dictum est, permista est quædã acrimonia: fructibus autem ijs quos ὀπώρας Gręci vocãt, dulcedines quædã & acerbitates: quibusdã verò etiã amaritates quædã obscuræ ac leues. Tum item quæ adstringunt pariter, atq; acida sunt, ea omnia quoq; manifestò refrigerare experientia cognoui. Sola verò dulcia omnia pro dulcedinis modo protinus ẽt calorem continẽt: quocirca eorum quæ admodũ dulcia sunt, nullũ omnino est frigidũ. Fuerint tñ quædã modicè dulcia, itidem frigida, scilicet qñ plurima corporis ipsius substãtia aquea extiterit, sed non adeo tñ frigida, vt id quod

valde acerbum est, aut acidum, sed sicut alicubi retro diximus de illis, quæ tepidum calorem possident. Porro "amara omnia calida sunt, vt bilis, nitrum, vina valde vetusta, ac numerosa seminũ copia. Nam & semen rutæ, potissimum syluestris, & tordili, & spondyli, melanthijq; & lupini, magisq; agrestes: orobi, & inter hos potius agrestes, quiq; à securi pelecinus nuncupatus est, reperitur autem in tritico: amygdalæ quædam, quę ob id ipsum amaræ vocitantur: cucumerum quædã semina, & semen mali medici, & ad hæc infinita alia, amara apparent gustantibus. E A.l.2.t.1.c.3. fol.93.a

Quòd Per Acerbi saporis exolutionem Nascatur Austerus sapor, Acidus, Dulcis, ac Pinguis. Soluitur autem Acerbus sapor, cùm frigidus sit & terrenus, aut excalfactione, aut humectatione, aut simul vtraq;. CAP. 8.

SEd infrà copiosius de amaris agemus. Nunc rursum resumpto de astringentibus atque acidis sermone, conuenientem ei finem imponamus. Ergo austerum ꝙ sit acerbum exolutum, sensum ad memoriam reuocare oportet. At quę sit eius generatio, nunc dicam. Quandoquidem corpus acerbum terreum est ac frigidum, tripliciter necessariò exoluitur, aut incalescens, aut humescens, aut vtrũq; simul perpetiens. Itaq; si calescat dũtaxat, id nec humidius est nec mollius: sed durum manens solã acquiret dulcedinẽ, velut robusteæ glandes, ac potissimũ quæ vocant castaneæ. Sin tm̃ humescat, siquidem ea crassarum sit partiũ & aquea humiditas, austerũ euadet: cuiusq;.n. F saporis vires aquea retundit ac hebetat humiditas. Si verò tenuiũ partiũ & aerea sit, acescet: ostensum nanq; est, frigidum subtile acidã efficere qualitatem. At si pariter & humescat & calefiat, humiditate qdem aquea in dulcedinem, aerea verò transibit in pinguedinem. Perspicuũ "ergo hinc iam euasit, quo pacto fructus principio acerbi cùm sint, processu tẽporis quidã planè dulcescant, quidam acescant, non nulli fiant austeri, aliqui ẽt acerbi permaneant, tum quidam etiam pingues reddantur. Et sanè secundum propositarum qualitatum misturas variam sortiuntur mutationẽ. Acerbus ad extremum perseuerat fructus ilicis, arbuti, fagi, corni: siquidem frigidus siccusq;, qualis erat ab initio, permanet, tantummodo mole increscens, nulla preterea magna accedente alteratione: nam & arbores ipsæ tum densissimæ sunt, tum siccissimæ, ac frigidissimæ. Acerbus simul & dulcis, myrti fructus est, & pyri agrestis, ac roboris. Magis tñ dulcis ꝙ̃ acerbus, fructus castaneę quem nominant. Tm̃ austerus, vitis amineæ tum fructus, tum vinũ, ac quotquot his similia sunt. Austerus vnaq; dulcis, fructus palmæ: Et inter vina surrentinum, sabinum, albanũ, vt vocant, & quæ eius sunt generis: Solummodo dulce, theræum, & scybeliticum, & syræum, & alia quæcunq; cũ istis cõueniunt. Pinguis exactè, tum fructus, tum succus oleæ, tum etiam alij omnes ex quibus oleum conficitur, sicut ricini, raphanidis, & ipsa sesama, nucesq;, & amygdala. Nam id genus oĩa G vetustate prorsum efficiuntur pinguia, quippe in quibus aquea quidẽ excremẽtitiaq; humiditas digeritur, propria verò à calore natiuo elaboratur atq; exactè concoquitur. A.ibidem g

Quòd Amara ab Immodico nascantur Calore, & immodicè sint calida: Dulcia verò omnia calida sint Miti Caliditate, quæq; non supra modum nostram exuperet caliditatem. CAP. 9.

* ἐν τῇ μεταβολῇ.

QVicunq; ergo fructus oleosi sunt solummodo, edẽdo ij sunt & dulces: quibus verò alterãscentibus amaror quidam aduenit, ij edi nõ possunt. Quippe amarũ omne esui ineptũ est: taleq; efficitur à caloris excessu, sicuti postea docebimus. Verùm "dulce omne calidũ est, nec immodicè calorem nostrũ exuperat: immo sicut aqua calida, cuius contactus voluptati est, maximè vbi frixerimus, hactenus videlicet nos excalfaciens, dum concretas frigore in nobis particulas fundat, non tñ soluat, aut secet, distrahat've continuum: ea, inquam, vt summa afficit voluptate, ac vtilissima est: sic omne edulium dulce, calidum sanè omnino est, sed non tm̃ calore excedit, vt is lędat, ac molestus sit: sed inter limites se cõtinet fundentis, leuigantis, ac mollientis. Rursum mihi hic memoria repete quæ sæpe antè dixi, quædam esse quæ vel vna vel duabus in sese qualitatibus & agunt & patiuntur: quædã verò quæ totis substãtijs suis, quorũ in numero & medicamenta non pauca dixi, & nutrimenta vniuersa. Horum duplex esse genus apparet, prout significauit H & Theophrastus. Nã quædã sunt pinguia, velut pinguedo: quædã dulcia magis minus've, velut fructus oẽs quibus vescimur, & animalium carnes, tum herbæ item multæ, ac radices, floresq;, & germina. Nam tametsi sunt inter ea quædã acerba, sicut pyra syluestria, & corna, omnino tñ dulcedine participãt, nisi summè sint acerba, velut galla, rhus: verùm ob hæc iam pro medicamentis ijs magis ꝙ̃ pro cibis vtimur. Apparent enim, quæ citta laborant mulieres, quiq; impleti sunt, & quibus exolutus est stomachus, ea appetere degustare: Alioqui si esuriãt, contrà respuunt potius tũ acerba, tum acida: expetunt aũt ac sumunt quæ dulcia sunt & pinguia, hisq; expleri desiderant. A.l.2.t. 1. c.3. fol.93.a

Quòd Pinguia, atq; adeo Quæcunq; nutriunt, ex Dulcium sunt genere. CAP. 10.

SAnè verò fortassis & pingue ipsum dulce est, & quicquid "nutrit, ex genere est dulcium. Euenit autem id illis non ab re, sed secundum ipsam quantum fieri potest nutrimenti substãtiam: quippe nutritio est euacuati repletio. Atqui quod euacuatum est familiare erat: quamobrem & quod nutrit, familiare sit necesse est. Porrò si familiare, necessario iucundũ amicũq; fuerit, protinus etiã vt ad id quod nutritur, moderatè calidũ. Sed in hoc non parua est maioris minorisq; ratio, qñ nimirum nec ad cibos accedimus planè secundum naturã affecti. Solum enim corpus eorum qui cibum desiderãt, inanitum sit oportet, si exacti futuri sint familiaris ipsorũ qualitatis cognitores. A.ibidem. fol. 94.a

Nam

A Nam si præter id calidiores ꝗ conueniat, aut frigidiores euaserint, seu toto corpore, seu pertinentibus ad linguam ac ventrem locis, non solum quæ nutriant, verum etiam quæ refrigerent aut excalfaciant, postulabunt. Proinde sane cibi quoq; illis alias alij videntur iucundiores. Nam cum duplex sit genere iucundum, alterum quod impleat id quod euacuatum est, cuiusmodi est nutrimẽtum: alterum quod medeatur ei quod alteratum est, id quod iam medicamentum est: euenit vtiq; cibis, vbi non modo vacuatis exhibentur corporibus, sed etiam qualitate aliqua mutatis, vt duobus nominibus delectent, vt cibi scilicet, & vt medicinæ. Sed vt medicamenta quidem, refrigerando quædam, & excalfaciendo, & exiccando, & humectando, ex ratione iuuabunt & proderunt: Vt nutrimenta vero sola ea, quæ cognata sunt, & familiaria totis nutriendorum substantijs. Protinus vero istis adest, vt moderate scilicet sint ad ea, quæ nutriuntur, calida. Quamobrem nec eduliorum, nec medicamentorum, vna est animantibus omnibus species: siquidem pro sua vnaquæque familiari substantia simul & affectione tum delectantur, tum iuuantur ab vtrisq;. Sed si hæc sic habent, id quod in cibis minus erit dulce, minus quoque erit calidum: quod dulcius tanto nimirum erit calidius, quãto videlicet dulcius. Sin ad immodicum recidat calorem, nec eiusmodi dulce erit, sed iam amarum apparebit, velut mel vetustum atq; decoctum, itidemq; aliorum dulcium B vnumquodque.

Quòd Amara Dulciaq; partim Adscititio Calore fiant, partim Proprio & ingenito. CAP. 11.

Etenim vt à moderato calore bifariã cuiq; corpori dulcedo prouenit: partim enim sunt proprio & insito calore dulcia, partim vero ascititio: ad eundem modum amara. Alia enim sunt quæ suapte natura immoderate excalfaciunt per eas, quæ tẽporis spatio eueniũt, mutationes: alijs autem id accidit ab acquisititio calore accensis. At de amaris post dicetur. Cæterum dulcia calore proximè accedunt ad ea quibus apparent dulcia. Fiunt autem talia (vt dictum est) bifariã: quædã proprio calore, vt mel: quædam adscititio, vt sunt omnia quæ ab igne præparantur, ac proinde dũ calida sunt, suauiora ijs, quibus renutritione est opus, apparent. Porro mustum non suo modo, sed & acquisititio calore dulce esse videtur. Multum enim ceu ardoris {Græci ἐμπύρευμα vocãt,} vt Aristoteles & Theophrastus censuere, ex solari calore tum acinis, tum alijs inest fructibus: à quo id quod illis aqueum, ac velut etiamnum semicoctum reliquum est, ad concoctionem ducitur, cõficiturq;, ac transmutanti simile redditur. Nam ex quibuscunq; pomis si succum exprimas, eum protinus non secus atque mustum feruere deprehendes: tanto tamen feruoris discrimine, quanta erit vnius fructus ab alio in calore diuersitas. Sed vbi iam quod aquosum ac semicoctum erat, trãsmutatum fuerit atq; confectum, et is qui feruorem concitabat calor euanuerit, iam tum deniq; quę C propriæ sunt succorum proprietates, syncerae conspiciuntur. Itaq; tunc quæ propria vinorum natura sit agnoscimus. Qua in re animum diligenter aduerte, vt austera sensim austeritatem deponant. Semper enim, quæ inueterantur vina, dulcedinem quandam & acredinem adsciscunt: quæ verò prius inerat illis adstrictio, eam tempore abijciunt. Est autem in quibusdam vinis, postquã efferbuerint, dulcedo quædam syncera, suauis, & propria ipsius succi naturæ, non qualis antè erat, mista scilicet ex proprio, atq; eo, qui circa semicoctum aquosumq; excremẽtum erat, feruore. Igitur si confessum est vina omnia vetustate fieri calidiora: austera verò primum quidem tempore dulcedinem quandã atq; acrimoniam deposita adstrictione acquirere: ac deinde increscente acrimonia sensim dulcedinem deponere: ac subinde rursum maiori tempore acria admodum euadere, assidueq; amarescere: ac denique, vbi crassescunt, penitus fieri amara: sanè constat dulce acerbo esse calidius, ac dulci amarum. Atqui si verum est dulcedinem à moderatione prouenire caloris, patet acerbitatem à frigido vincente perfici.

Quod & Acidi Succi ex Frigore proueniant. CAP. 12.

D Porrò ꝙ & aciditas à frigore procreetur, & antea ostendimus. Veruntamen, quandoquidẽ in præsenti disputatione de naturali vinorum, quæ temporis spatio fiat, alteratione docuimus, *μεταβολῆ non nihil quoq; & de non naturali dicamus. Itaq; vt vinum acerbum, tempore dulcius primum, mox acrius amariusq; efficitur, denique planè etiam amarum redditur: ad eundem modum quod velut rigorem perpessum est, acidius protinus redditur, ac si prorsum refrigeretur, penitus acescit. Itemq; quod in fructuum collectione vindemiaq; per assiduam pluuiam aliena humiditate impletum fuerit, quodq; alio quouis modo hũmiditatẽ acceperit, leui occasione ea omnia prompte acescunt. *ὕδατος. Contrà euenit ijs quæ igni admouentur. Nam & protinus statim, & tẽporis progressu postea semper dulciora euadunt. Quòd si multo etiam tempore durauerint, & ipsa nihilo minus ꝗ cætera amarescunt: videturq; id sibi quodammodo secundùm naturalem consentaneum esse rationem. Nam si omphax acida est, vua verò dulcis: ac fructibus omnibus maturatio à solari prouenit calore: planũ est imperfectius & frigidius esse, quod acidum: perfectius verò & calidius, quod dulce fuerit. Cùm ergo vinum perfrictione rursum acescat, manifestum est, in eum illud humorẽ conuerti, ex quo prouenerat. Diuersis tamen hactenus viribus omphacis succus acetumq; constant, Quòd aceto accedat ex putrido calore acrimonia quędã: proinde Aristoteles rectè dixit acetum proprio quidem vini calore esse frigidum, adscititio calidum: At omphacis succus calorẽ adscititium non habet, ac proinde neq; acrimoniã. Accedit verò & in substãtiæ tenuitate diuersitas.

Siquidem omphacis succo acetum tenuius est: cui rei & sensus adstipulatur: excellit enim quæ ab E
aceto infligitur frigiditas, eam quæ ab omphacis succo, vehementia & mistione. Imbecillior enim
est quæ ab omphace fit refrigeratio, cum etiam alienæ in se caliditatis ne minimum quidem conti-
neat: At quæ ab aceto proficiscitur, tanto est validior, quanto & tenuior: inest verò illi & acrimo-
nia quædam excalfaciens, quæ tamen satis non sit ad superandam ab aciditate prouenientem frigi
ditatem, verum quæ ad transitus celeritatem subseruiat. Nam quanto calidum frigido facilius pe-
netrat, tanto acris succus aptior est, qui sensibilium corporum meatus transeat, quàm acidus. Itaq;
ille velut præcedens viam sternit: hic verò haud longè insequitur: quo tempore sensus perficitur
mistus, & qui ægrè exponi queat, vtpote qui nec planè frigidum esse acetum denunciet, quippe
cum in eo ignea quædam percipiatur acrimonia: nec planè calidum, nam perpetuò, quæ ex præ-
cedente fit acrimonia calfactionem frigus ab insequente aciditate occupans obscurat, protinusq;
extinguit: quo fit vt maior multo ex frigore percipiatur sensus, ꝗ ex calore. Porrò si plurimo mel
li aceti paulum admisceas, statim & calorem & frigus manifestè percipies. Nam si paulum mellis
aceto permisceas, magis frigidum quod fuerit mistum, ꝗ calidum videbitur: sin multo melli pau-
xillum misceas aceti, plus calfacere ꝗ refrigerare conspicietur: & si pari mole vtraq; miscueris, ace
tum tñ etiã viribus superare comperies. Quòd si, vt est dictum, plus sit multo mellis ꝗ aceti, ęqua- F
lia rursum frigus ac calorem in ea mistura cõspicies: multis enim numeris acetum plus ab ijs, quæ
moderatè sunt calida, ad frigiditatem recessit, ꝗ mel ad caliditatem. Proinde & suprà demonstra-
uimus fieri non posse, vt vehemens coeat cum dulcedine caliditas: vetusq; illud verbum pulchre
dictum est, Vera inter sese omnia consentanea esse, ac conuenire. Etenim ad hypochondria arden
tia præstãtior est succus omphacis quàm ipsum acetum, ꝙ nec violentam ac ferientem habeat fri-
giditatem, nec eam mordaci admistã caliditati. Debent enim, qui sic laborant, sine violentia miti-
gari, vt est dictum, nec foris vllam adsciscere mordacem caliditatem aut acrimoniam. Atque hæc
quidem iam curandi attingunt methodum, quę multis in locis huic tractationi cõmunis est: qua-
re ijs denuo relictis ad propositum reuertamur. Itaq; omphacis succus nõ acidus modò est, sed &
acerbus. Nam, vt suprà propositum est, omnes propè arborum fructus ortus sui principio, testi-
monio etiam Theophrasti, gustantibus acerbi sunt: dein vbi humore implentur, accedit quidem
aciditas, decedit verò acerbitas. Haud tamẽ & quod accedit, & quod amittitur, par est in fructibus
omnibus, neq; si speciem, neq; si genus respicias. Etenim inter omphacas alię plus acerbitatis, aliæ
aciditatis obtinent: sunt & quæ pari portione ambas sortitæ sint: omnes tamen ad refrigerandos
ardores non ab re conueniunt, quippe cum non solum quod acidum est, frigidum sit, sed & quod G
acerbum, velut & antè à nobis dictum est. Recedit sanè & hic rursum oratio ad curandi metho-
dum: quare & rursum ad propositum illam reuocemus. Porrò propositum, vt reor, ab initio in
hoc libro fuerat de saporibus omnibus differere: ac nũc quidem ferè de omnibus verba fecimus,
interim tamen orationis affinitate & alia attingere coacti. Nec enim de acerbo modò & austero,
& acido iam diximus, sed & persępe de dulci, & amaro, & acri: reliqua tamen, quò tota oratio per-
fecta euadat, adijcienda etiam sunt. Atq; in adstringentibus haud ita multum etiam reliquum est,
quod non ex iam dictis clarum euadat.

Vnde Arbitrati sint quidam à Calore Acidum prouenire saporem: Nempe ex eo quòd Vina nequaquam fortia, Vere Aestateq; mutentur. CAP. 13.

AT in acidis deesse fortassis etiamnum videatur, quod eximios quosdam medicos fefellit. Nã
eo ꝙ vina inualida vere atq; ęstate alterentur atq; acescant, hyeme verò suas seruent qualita-
tes, hinc adeo quibusdam à calore aciditatem nasci visum est. Quorum auget opinionem & quod
vehemẽtius motum est vinum, & quod longius in nauigijs aduectum: talia enim omnia cum in-
firma fuerint, celerrimè acescunt. Quin etiam quidam qui de re rustica scripsere, dolia in ædibus
ad Aquilonem expositis defodienda censent: tãquam frigus scilicet qualitatem eorum seruet, mu H
tet autem caliditas. Sanè verum & id sępenumero ipsa experientia comprobatũ constat: acescunt
enim vina quædam promptè, vbi in meridianis & Soli expositis locis reposita fuerint. Videorq;
dictorum hinc iam orsus solutionem. Etenim ꝙ non omnia caliditate acescant, sed quæ initio tã-
tum frigidiora sunt, nec id veteri alicui accidat, id nobis ad veritatem viam inueniet.

Qua de causa ab Externo calore Vinum natura Frigidum infirmumq; Arguatur. Quia s. Res quælibet in propria natura proprio seruatur calore, ab extrinseca verò immoderatione corrumpitur. CAP. 14.

QVippe causam sermo scrutabitur, propter quam vinum natura frigidum atque inualidum
ab extrinseco arguatur calore. Quanquam per verbum, arguatur, iam dictum omnes prius
dictæ ambiguitates dissoluantur. Persimile enim quid vinis accidit, quæ natura frigidio
ra aquosioraq; sunt, quale flammis exiguis & imbecillis: quippe si eas ad Solem feruidum expo-
nas, aut prorsus obscurari, aut deniq; etiam extingui, conspicies. Sic quoque si ardentem lucernã
aut iuxta flãmam vehementem magnam'que deponas, aut ad Solem feruidum exponas, marcesce
re vtique ac dissipari protinus videbis: quin etiam si validum ventum facias infirmæ paruæ'que
flãmæ, citius eam extinxeris, ꝗ inauxeris: Natura enim infirma validũ neq; motum, neq; calorem
sustinet,

A sustinet, verum ab ijs dissipatur potius quàm augetur. Quanquam ex industria multis in locis vina & commouent & transportãt, sicuti sanè & in Solem efferunt, atque excalfaciunt, vt etiam quędam insuauia fiant, fumi contrahentia qualitatem. Apud nos sanè in Asia in tecta ædium æstate omne propè in lagenas transfusum imponũt, postea in ædita cubicula, sub quibus infernè multa flamma luceat, transportant. In summa autem ad meridiem Solemq; cellas obuertunt, in quibus & citius ea maturescãt, & potui idonea euadãt: nam quod multo tempore alijs, hoc ijs quæ sic excalfacta sunt, breuissimo aduenit. Porrò nihil mirum est, qui de colendis agris memoriæ prodiderunt, ob eam quam de sua regione habebant, experientiam, audacius atq; inconsideratius de vinis omnibus definiuisse. At Theophrastus atq; Aristoteles experientiam etiam vlteriorem nacti, & in perscrutandis naturæ rationibus exercitatiores, ac diligentius omnia distinguentes, cùm multa huiusmodi, tum verò de vinis nos docuerunt, quòd simile illis atque corporibus nostris accidat. An nõ enim et ipsa quoq; prout aut robusta sunt, aut infirma, ab ijsdem tum iuuari, tum lędi cõspicimus? Etenim vt exercitia valida, & Sol, calida atq; robusta corpora etiam validiora efficiunt: prosternunt autem & digerunt refrigerantq; quæ non sunt eiuscemodi: sic vina natura calida motus velut ventilans, Sol excalfaciens, flammæq; iuxta ardentes, celerius concoquunt. Quæ vero frigidio-
B ra sunt & dilutiora, eorum arguunt omnia id genus imbecillitatem, celeriusq; perpeti cogunt, quę alioqui post passura essent: Quippe cum ita cõparatum sit, vt res quęlibet in propria seruetur natura calore proprio: corrumpatur aũt ab immoderatione extrinseca, nẽpe caloris alieni aut frigoris abundantia. Atq; quod ab vtroque efficitur, vnum est, non tñ vnus generationis modus: quare non æquè idiotis omnibus facilis cognitu est hæc corruptionis ratio. Etenim vbi quid rerum calidarum à frigore deuictum est, ne vulgo quidem ignotum est: At vbi à circũsistente foris calore validiore digestum ac dissipatum est, eos sanè qui circa naturã exercitati non sunt, latet, ignorantes caliditatem mediocrem omnibus esse vtilem, immoderatam verò non minus frigiditate noxiam.

Quòd in Saporibus Aciditas proueniat, Calore ipsos quidem incipiente concoquere, non autem perfectam mutationem atq; alterationem afferre potente. *CAP.* 15.

CÆterum in genere hoc nosse pulchrum est, quòd aciditas in saporibus nasci potissimũ videtur, dum à calido quidem mutatur, vt tamẽ non superet: id quod ex acidis ructibus vel maximè conijcias. Nam haudquaquam, vbi nulla prorsum facta in ventre est ciborum alteratio, prouenire solent: quemadmodum nec vbi optimè concocti: sed tantum vbi semicocti, vt ita dixerim, fuerint. Voco autem semicoctos, qui à ventriculi calore alterationem perpessi, non etiam perfectè ab
C eo superati fuerint. Sic lac, ptisanæ succus, & quæcunq; eius sunt generis, tẽpore æstiuo citius acescunt quàm hyeme: postulantque ædes frigidas, vt in ijs reposita plusculo tempore perdurent. Ex quibus omnibus patet, quòd à calore mutãte quidem, non tamen prorsum vincente, aciditatis generetur qualitas: atq; ob id plerisq; inest fructibus priusquàm maturuerint: idq; etiam ijs, quæ ab initio de saporibus acidis diximus, cõsentaneum videtur. Etenim si simile quid illis vsuuenit, quod borealibus constitutionibus accidit, vt tenuis scilicet essentiæ sint, simulq; frigidi, nasci eos haud sine calore satis constat, sicut nec illum ipsum aerem. Proinde quoq; quæ summè nos refrigerant ac interimunt, veluti cicuta, papaueris succus, hyoscyamus, mãdragora, minimè omniũ acida sunt: quippe licet frigidi sint sapores acidi omnes, haud tamen eousq; refrigerant, vt interficiant: non enim subtilis forent essentiæ, si extremè essent frigidi. Itaque non modò iam quòd frigidus sit sapor acidus, sed & quatenus, iam apparuit. Exploranda porrò eius natura est in oxylapatho & oxalide, quam etiam oxyda nuncupant: est autem hæc olus syluestre: in istis enim maximè mihi syncerus est visus ac simplex, nullius particeps acerbitatis, vt solent arborum fructus: perspicuò enim hi cũ acerbitate quadam admistam habent aciditatem, sicut cum acrimonia acetum. Itaq; quod propriè in saporibus appellatur acidum, à sola lingua percipi potest, sicut & acre: cæterum quod vtrique com-
D mune est, nempe mordacitas, etiam à tactu sentitur: Vtraq; verò lingua agnoscere nata est: nam quæ communia sunt, sicut & reliqua corpora sensilia: quæ verò propria, tanquam gustus organũ, percipit: Id'que mihi videtur illi eximium ac peculiare esse iuxta totarum substãtiarum tum proprietatem, tum (vt ita dicam) alienitatem. Dictum autẽ demõstratum'que sępenumero est, nec secius alias quoque repetam, quid sit secundum totas substantias agere, aut pati: immo verò & hactenus eius nunc meminero, quod in rem præsentem satis sit, hinc sumpto initio. Ex quatuor elementis, particulatim corporibus omnibus constant generationes impares mistura ac diuersæ. Siquidem quædam ignis quàm aliorum elementorum in se plus continent, quædam aquæ: sicut alia, si fors ita tulit, terræ, non nulla aeris. Ex eiusmodi itaque imparitate proprietates corporum particularium sunt perfectæ: ex elementis quidem, plantarum: ex his autem, animalium, sicut in libris de Elementis demonstratum est. Porrò transeunt quædam quidem protinus in sese mutuo, non nulla verò mediãtibus alijs: velut terra in triticum, hordeum, & alia id genus: rursum horum vnumquodq; in carnem humanam: cum tamen ipsa terra caro vt fiat, sit impossibile, eã videlicet, quæ in medio est, mutationem transiliendo. Attamen eorum quæ in sese mutuo transeunt, quædam promptã celerem'que, quædam diuturnam alterationem obtinent: At quæ similitudinibus propinqua sunt, celerem: quæ verò remotiora, tardiorem. Oportebat itaq;, meo quidem iudicio,

innasci animantibus organum, quod naturæ similitudines ac dissimilitudines discernendi pote- E state polleret: quod agnoscens rerum naturas, familiaria quidem eligeret, aliena verò refugeret. Eiusmodi ergo lingua est, quæ exuberanti sensu non calida modo, frigidaq; humida, atq; sicca, sed etiam quæ familiaria, quæq; non familiaria sunt, agnoscit: In hãc enim duntaxat particulam cõm plures inseruntur nerui, cum aliæ omnes aut vnius tantum, aut duorum sint participes, nec ita ma gnorum tñ. Porrò cum quædã naturæ nostrę magis sint familiaria, quædam minus: ac partim in hac temperamenti coniugatione, partim in illa: necessariò plures gustus qualitates extiterunt. Cęterũ oĩum, quæ nutriũt, cõmunis dulcedo est: nã quicqd nutrit, aut plus, aut minus est dulce. His verò quæ non nutriunt, cõmune est id quod per negationem dulcis aut priuationem sic dicitur, velut non dulce, & indulce. Particulares aũt differentiæ cõplures meritò euaserunt: quia id quod cuiq; rerum familiare est, vnum est, nẽpe quia & natura eius familiaris vna: aliena verò plurima, partim plus, partim minus, à substantia eius dissidentia. Quæ itaq; summè acida sunt, acerba, aut amara, aut simpliciter aliam quãuis qualitatem præter dulcem sortita sunt, ea oĩa nutrire nequeũt: sicut quæ solum dulcia sunt, omnia nutriũt. Inter ea autem quæ mista sunt, quotquot dulcia simul & acerba sunt, & crassioris sunt essentiæ, & temperaturæ frigidæ, velut paulo antè ostendimus. Quotquot verò acida simul ac dulcia, tenuiora quidem sunt, q̃ acerba, sed & ipsa tñ refrigerant. F Quin etiam amara quidem calida sunt, sed acria his etiam calidiora. Nutriunt ergo hæc omnia, si iunctam habeant dulcedinem: cæterum per se dictorum nullum, vt nutriat, satis est. Porrò dupli ci ratione mista esse assolent, nempe vt dissimilaria sint, & diuersas habeant qualitates in diuersis partibus: aut simplicia & similaria, sed quæ in mutua eorum quæ multum dissident, alteratione consistant. Neq; enim mel extemplo fit amarum, sed aut multa coctione aut vetustate amaritudinem induit: nec id tamẽ illi nisi pedetentim accidit. Neq; quotquot ex fructibus dulces ex amaris euadunt, sicut quidã cucumeres & melopepones, & ipsi repente semelq; ab initio qualitatem abijciunt: nam ijs omnibus quæ à natura mutantur, sensim fiunt mutationes, potissimum vbi in multum, dissidentes aut planè contrarias qualitates alteratio trãsitusq; perficitur. Sicut ergo quod est summè dulce, aptum esui est: quod verò "sincerè amarum, esui ineptum: sic quę in medio sunt eorum, nutriunt quidem etiam, verum minus q̃ dulce. Eadem ratio est in alijs qualitatibus: nam nutrire, præter dulcem, nullæ omnino possunt. At elementa multo sanè etiam minus nutriunt, nullamq; gustui qualitatem offerunt: proinde & terra, et aqua (sunt enim ambo gustui insipida) minimè nutrire idonea sunt, sicut nec aer, nec ignis. Itaq; pro horum interim admistione, dulcium sæpe qualitas exoluitur, aquea ferè essentia in pumilium {ἐπίγεια Gręci vocãt} fructibus superan G te (nam triticum, hordeum, fabæ, cicer, & quæ eius sunt generis, cum propter humiditatem principio qualitatum propè expertia sint, temporis successu maturata ac siccata dulciora euadunt) terrestri verò & sicca in paleis, fœno, gramine, & arundinibus siccis, & lignis. Quorum tamen quædam priusquam aruerint, dulcia nobis sunt, nutrimentumq; interdum corpori exhibent, velut palmæ cerebrum, sic enim nominant summam eius particulam: & gramen: & molles maluarum radices, maximè quæ in Ægypto proueniunt: ad hæc plerarunq; arborum germina. Siquidẽ quod nutrit, à similitudine, quæ illi est ad id, quod nutritur, dulce apparet: dissimilitudine verò non dulce. Porrò multæ cum sint dissimilitudines, multas proinde necesse est qualitates esse non dulces, quas verbis quidem efferri est impossibile: attamen memoriam earũ mouere suggereréque quodam modo licet, cum omnes homines certissime norint alium fieri in lingua sensum atq; affectũ ab acerbis, alium ab acidis, & alium à salsis, aliumque ab amaris.

*Aliter, sex.

A.l.2.t.1.c.3. fol.93 h

Quæ de Causa quæ Igni admouentur, Alia suauiora, Alia insuauiora efficiantur. Et quæ de Causa Edulia quædam Cùm per sese edi non possint, Suauitatem tamen ijs præbeant, quæ per ipsa præparantur. CAP. 16.

ITaq; "quemadmodum edulia, quæcunq; nutriendorum naturę simillima sunt, ea & dulcedinẽ H summam præ se ferunt, nec vllam præparationem postulant: sic quæ temperaturam nacta sunt remotiorem, alia condimentis, alia coctione, alia vtroq; indigent. Nec verò mirum est, cum condimentorum nullũ edendo sit, ad suauitatem tñ ijs conferre, quæ per ipsa præparantur: quippe cùm fieri possit, vt immoderatis duobus coeuntibus, id quod ex ambobus mistum sit, commoderatum euadat, ac proinde quoq; dulce appareat, cũ immoderata minimè sint talia. Postea verò q̃ & per elixationem, & per assationem, & omnino per calidũ quiddam, præparatio fit ciborum, nihil etiã absurdum est aut ambiguum, quæ prius non erant suauia, tunc fieri suauissima: apparet enim calidi natura, qbus admota fuerit, ea celeriter alterare, atq; in aliam speciem mutare. Quocirca nec id quoq; dubium est quędam suauiora, quædam vero insuauiora, effici igni applicata: tum quædam tẽpore minimo, quædam plurimo coqui debere. Etenim quæ nutriendorum corporũ temperaturis simillima sunt, ea vel citra coctionem aut pręparationem iã dulcia apparent: quæ verò dissimilia sunt, omnia insuauia sunt antequam pręparentur. Porrò quæ nimis quàm calida sunt, frigido corrigi debent: quæ verò multũ frigida, calidorum mistura ciborum, & igni: ad eundem modum humiditate, quæ terrea sunt & sicca: siccitate, quæ plus q̃ conueniat aquea sunt & humida. Siccitates ergo, humidorum admistio: humiditates verò, siccorum mistura ignisque emendant.

A.l.2.t.1.c.1. fol.91.e

Maximam

A Maximã rei dictę fidẽ affert, quæ in ore fit mutatio. Nã qui plusculum sustinuerunt ieiunium, ijs saliua salsa redditur: qui verò plurimum, non salsa modò, sed & amara: sic ẽt corpus vniuersum bilio sum habitum contrahit: Ac si perinde vt lingua sensu polleret, salsedinẽ quoq; quę in ipso est, atq; amaritudinem perfacile, reor, perciperet: ad hæc ẽt ipsam dulcedinem quę naturali inest sanguini. At nunc vbi vase quopiã aut rupto, aut aperto affatim calidus sanguis in linguam effunditur, dulcissimus apparet, vtiq; si fm naturam, vt dictum est, habuerit: nã morbidus, amarus aut salsus est, aliam'ue eius generis qualitatem præ se fert: At qui in toto est corpore, nos fugit, non aliter q; aut bilis, aut pituita. Quanq̃ et bilis quidem flaua vel minima quapiam parte linguã contingens, perpetuò amara appareat: atra verò, acida. Porrò vbi pituita linguam attingit, partim quidem dulcis, partim acida, partim salsa, sæpe est manifestò visa: cùm & ipsa in toto animali incognita sit.

Qua de Causa Mel a caliditate Validiorem amaritudinem contrahat, Lac Vero frequenter etiam Dulcius efficiatur, Cum tamen Vtraque gustui sint dulcia. CAP. 17.

NIhil mirum igitur neq; cur rerum omnium dulcissimum Mel succum generet amarissimũ: neq; cur id maximè ætate florentibus, & calidis natura, et febrientibus accidat. Nam vt foris, cum plusculum igni admouetur, amarum efficitur, ad eundem modum & in animantium corpo-B ribus, vbi syncerum validum q; nactum calorem fuerit, biliosum succum procreat. At in temperaturis frigidioribus, siue propter ætatem, siue propter naturam corporis, siue etiam ob morbum, facile in bonum & moderatum sanguinem conuertitur. Quippe, cum neq; nimiũ in ijs corporibus aut excalfiat, aut alteretur: verùm ei quod modicè coctum fuerit, simile quiddam perpetiatur: planè illis adsimilatur, prorsum q; seruat dulcedinem. Et quid obsecro miri, si à valentiore animãlis calore, aut longiore coctione veterem mel dulcedinem exuat, cum etiã citra hæc per suum ipsius calorem spatio temporis amarum euadat? Nam in mutationis duntaxat celeritate, haudquaquã q; aliã perpetiatur passionem ab alia causa, differentia consistit: quippe & passio est eadem, & causa quæ mutat: passio quidem amaritudo, causa verò caliditas immodica. Porrò immodicum, quod ad alterationem ducit, duplex est: aut enim in admoti consistit robore, aut in temporis diuturnitate: alterum ex nobis & igni, alterum ex se ipso mel accipit. Et merito sanè tempore maiore id fit ex ipso, siquidem quod mutat, imbecillius est. Ergo quod à minore causa longiori fit tempore, quid mirũ est à maiore in breuiori perfici? Cæterum Lac etsi gustu sit dulce, tñ ex sese nunq; amarum efficitur: vincitur enim in eo a frigore magis caliditas, q; ipsa vincat: proinde etiam repositum acescit. Ex tribus enim substantijs qualitate diffidentibus (velut suprà quoq; dictum est) constat: prima C quidẽ crassa, ex qua caseus conficitur: altera pinguis, ex qua butyrum: et tertia aquea, quod serum nuncupamus. Verum ex hisce pinguis quidem vel maximè temperata est: crassa verò paulum ab ea declinat: at excrementum illud serosum, & frigidum & humidum est. Quare lac vniuersum à modicę caliditatis corpore longo interuallo relinquitur: quapropter ex se acescit potius q̃ amarescit. Ac si gustari posset, vbi in ventre & per venas concoctum est, ipso etiam melle dulcius inueniretur: nam, quod foris & ex sese mel obtinet, id dum coquitur, lac accipit: & cum admodum ingẽs in animante calor extiterit, tantam acquirit lac dulcedinem, quantam mel deperdit. Recta q; id ratione euenit. Etenim quod summè dulce est, ac proinde etiam nihil apponi ad eius dulcedinẽ potest, id vt in consequentem verti pergat qualitatem necesse est: at cui quid deest, id per concoctionem acquirit. Proinde sanè lac vbi cruditatem in ventre perpetitur, duplicem suscipit alterationẽ: In frigidiore nanque ventre acescit: in calidiore nidorosum amarum q; efficitur. Non tamen mel coquendo vnquam aciditatem admittit, quippe cum calidius sit, quã vt vbi non superetur acescat.

Itaque vtraque linguam mordicant, tum quod acidum est, tum quod amarum: non tamen id tãquam proprium linguæ sensus possidet: quippe si in aliam quamuis carnem cute spoliatam ipsa inieceris, & illam sane etiam mordebit. Ex quo constat, mordacitatem à tactu proprie, nõ à gustu D sentiri. Quin & quæ acria appellantur, velut pyrethrum, allium, cæpa, non linguam modo mordicant, sed & omnem reliquam nostram carnem. Communis'que est mordicatio tribus istis saporibus, acido, amaro, acri: Verum acido quidem, vt frigido simul & subtili, nam & id sæpe monstratum est: amaro vero & acri, vt calidis.

Quòd Sapores Acres omnium sint Calidißimi. CAP. 18.

A.l. 2. t. 1. c. 3. fol. 93. g

QVòd itaq; sapor amarus calidus sit, modo ostendimus. At de acri vocato, principiò ne demonstratione quidem est opus: præuenit enim sensus euidentia, rationis fidem. Quare nec quisquã de ipso addubitauit: immo & Plato de eo tãq; omnium calidissimo pronunciat, tum Aristoteles quoq;, & Theophrastus. Atq; adeo nec veterum, nec recentiorũ medicorũ quisq̃ est qui secus sentiat, quippe cum excalfactio ex essentiæ eius sit ratione. Itaq; si vel ex plebe quempiam roges, quid vocet edulium acre, dixerit sanè, puto, quod fortiter, dum gustatur, excalfacit, velut piper, pyrethrũ, nasturcium, allium, cæpa, & id genus omnia: videtur q; id adeo saporũ genus, cũ appellatione careret propria, communi per excellentiã vsum. Nã cum & sapor amarus, et sapor acidus, ambo etiã acres sint, in quocunq; tamen corpore vehementem comperimus acrimoniã, tametsi neq; amarum sit neq; acidum, acre appellare consueuimus: Quanq̃ multa in specie sint corpora

pora eiusmodi, alia enim edi possunt, alia esui sunt inepta. Ea igitur quæ idonea sunt esui, dulcem E quandam, saltem obscuram admistam habeāt qualitatem necesse est: proinde multis ipsorum pro opsonio vtimur, multis verò vt condimentis tātum: at vt cibo, ipsorum omnino nullo, id'que ob virium vehementiā. Porrò eorum, quæ non eduntur, alia mortifera sunt, alia simpliciter medicamenta: omnia saltem cuti nostræ imposita vlcus celeriter moliuntur. Quin & horum quoq; non nulla qualitatem quādam amarā præferunt, quemadmodum esculentorum quædā dulcem: non tamen vocātur amara, q̄nquidem hæc in eis leuis est & infirma, valida aūt vis acrimoniæ. Sūt et quę ne gustare quidem audeas, cuiusmodi est vel thapsia, vel cātharides, vel aliquod aliud eorum quæ erosione aut putrefactione interimunt: sed & horum gustum esse acrem ex ijs conijcere licet, quæ in toto agunt corpore. Multa verò etiā ipso statim odore aliena sunt, plane'que pugnātiam cum homine indicant, velut & hæc ipsa quæ nunc dicta sunt, & cicutæ, papaueris, mandragoræ, & hyoscyami succus. Quin et nuper quoque herbā quādam conspeximus, quā Centurio quidam ex barbarica circa Ægyptum regione comportauerat, odore adeo graui, adeoq; inamœno, vt ne gustare quidem auderem, sed lethalem esse conijcerem: Vtebatur aūt ad vrgentes articulorū dolores: atq; ipsis ēt laborātibus refrigerandi pollere facultate est visa. Est aūt colore subflauo, odore tam graui, q̄ cicuta, nisi q leuem quandā instar aromatum odoris adferat gratiam. Nomen herbę ex qua succus hic exprimitur, Lycopersium esse dicebat. Verùm de facultatibus deleterijs rursus tractabitur. F

Scire autem oportet acres sapores omnes (nam de istis agebatur) summè esse calidos, ac deinceps post illos esse amaros, deinde verò dulces. Cum verò in omnibus ampla sit latitudo, is qui magis aut acris, aut amarus, aut dulcis est, magis quoq; est calidus: qui verò minus, tātum amittit caloris, quātum abest ab exacta gustus qualitate. Terminus autem seu finis saporis amari est abstergere: acris verò vrere: at dulcis nutrire: vbi videlicet in sua quisque natura absolutus fuerit, hoc est, vbi quoad fieri possit, minimè alienis permisti sint qualitatibus: Velut amarus prorsum quidē est calidus, verùm qui modò admodum ex dulci mutatione natus est, & minus amarus est, & minus calidus: at qui iam diu mutatus est, summè amarus est, & proximè ad acrem pertingit, vt nō abstergat solum, sed etiā exedat & mordicet: velut aristolochia quidem, iris, & panax, id modò possunt, nempe vlcera abstergere, atq; expurgare. At vitis agrestis, quæ Græce staphis agria dicitur, nihilo ab istis amaritudine vincitur, nisi vel ipsa quoq; vincat, est enim iam etiam acris, id'que valde: tū multum quoque calida, vt non sordem vlceribus auferat modò, sed & ipsam quoq; carnem colliquare possit. Porrò quod in vlceribus nati sunt præstare amari sapores, id ipsum in corpus assumpti efficere valent. Abstergunt enim, expurgātq;, et quæ in venis est, crassitiem incidunt. Quam ob rem G menses mouent, educendo'que ex pectore pulmoneq; puri auxiliātur: & in summa, siue crassa in eis pituita, siue pus, siue aliud quippiam contineatur eiusmodi, expurgant: ea'que ratione & comitiali morbo competunt, quicunque certè naturam non habent deleteriam: illi enim toto genere præter naturam sunt. Sed & ijs qui sanguinem spuunt, noxij sunt: quippe cùm isti adstringentia & viscosa, non incidentia diuidentiá'que, exposcant. Atq; hæc quidem iam quadantenus curandi attingunt methodum.

Quà Differant Amarus Acrisq; sapor. Quòd s. Amarus præterquàm quòd calidus sit, etiam est siccus: at Acris, vtique qui non exactus est, vberem quandam humiditatem obtinet. CAP. 19.

POstea verò q̄ de saporibus amaris definiuimus: diximus'que q incidendi vim habeāt & extenuādi, tum abstergendi, ac nimirum ēt calfaciendi, hactenus tn̄, vt non vrant: rursum ad acres orationem vertamus. Ac primum exactè ipsos calidos dicimus, deinde exedentes, vrentes, crustā molientes, ac deniq; etiā colliquantes, eosq; oēs vel cuti impositos esse huiusmodi: Sin intrò in corpus sumātur, siquidem tota substātia animāti cuipiā summè aduersentur, putrefacientes omnes deleteriosq;, eius generis animātium: Sin caloris duntaxat immoderatione, si crassæ sint essentiæ terreæq;, interiora exulcerādi pollere facultate: sin tenuis, vrinā mouendi, sudores'que ciendi vim H habere: in summa aūt, incidendi, & digerendi per halitum: ex quo genere quidam tum expuitionibus ex thorace, tum mensium motibus auxiliantur. Cæterum q̄n sit, quo modo, & qua methodo vtendum, non est præsentis tractationis exponere: de omnibus siquidem eiusmodi in curandi methodo differetur. Quare de acrium saporum natura plura scribere supersedebo: sat.n. fuerit distinctiones adijcere exactiores, quibus ab amaris differunt. Nec "enim sola caliditate vehemēti ab illis diuersi esse consueuerunt, sed q amari oēs non modò calidam habeant facultatem, sed et siccā, cineri (vti eos quis optime compareт) adsimiles. Acres aūt, quicunq; vtiq; amari non sunt, multā interim humiditatem admistā habent, proindeq; corporum eiusmodi non pauca à nobis esitātur. Porrò q nō calidus modò, sed & siccus est omnis sapor amarus, in primis nos maxime'que discreta docet experientia, de qua sæpenumero verba suprà fecimus: Iis verò qui præter experientiā per rationem etiā scrutātur, similiter accidit. Admodum itaq; excalfactis dulcibus, siue id ab igne, siue à calore ingenito, amarorum corporum constare generationem indicauimus: quę protinus consistentia quoque sicciore apparent: Tum verò q̄m absumat̄ semper ac defluat ab eis humor in vapore à calore solutus, necesse est reliquū terrenius sicciusq; effici: quippe cùm dulce præterquàm q calidum

A.l.2.t.1.c.3. fol.93.a

A calidum sit, siue plus, siue minus, necessario sane & humidum plus minus'ue existat. Si autem corporis nostri naturæ maxime est simile, ipsa vero sit temperate tum calida, tum humida, id quod ex dulci superassato prouenit, perinde vt calx cinisq; calidum siccumq; necessario efficitur: proinde abstergere quoque, comminuere, secare crassos viscosos que humores, sicut cinis & nitrum, est natum. Nec enim aerea est, neque tenuis, neq; aquea eorum consistentia, sed, vt paulo ante dictum est, terrena, exacte à calore elaborata ac velut superassata ipsorum essentia. In comparatione ergo adstringentium quidem, non parum ijs tenuiora sunt medicamenta amara, vt ad acria vero, crassiora: quam ob rem neq; facile crassos viscososq; humores pertranseunt, velut ea quæ sunt tenuiore essentia: nec incidere, perinde vt crassiora, nequeunt. In medio aũt vtriusq; excessus sint oportet, q̃ incisura sunt, nempe vt neq; prompte penetrent perinde vt flamma: neque dum cunctãtur tardãtq; dissecare non possint. Verùm de istis in sequenti libro, qui ex ordine est quintus, tractabit. Nunc autem tãtum nouisse suffecerit, ꝙ qualitas omnis amara calidis simul siccisq; substantijs accidit, & præter hæc tenuibus & terrenis. Inaudiendum est autem totum quod dicitur coniunctim, haudquaque vtrunque separatim legendum: nam sic, pugnare cũ terreno videatur tenue. Verùm non simpliciter tenue, sed vt in terrena consistentia tale esse amarum assero, velut calx, & cinis, & quicquid B exacte perassatum fuerit, cinisq; redditum: forte autem verius adsimiles fuligini, ac ipsius flammæ fauillæ, quippe quæ gustantibus apparet amara. Ergo crassum & terrenum est corpus, ferrum, ac lapis: fauilla autem & cinis tenue. Ignita itaque ferrum, lapisq; calce cinere que sunt crassiora, multo'que magis q̃ fauilla: ad hæc quoq; & calidiora. Sed ferro lapidi'que ignito, ea quæ per erosionem interimunt medicamenta, similia sunt: quæ à corporis nimirũ calore huc perducuntur: velut chalcitis, mysi, sori: ad hæc arsenicum, hydrargyros, lithargyros, et alia innumera. Crassarum enim sunt partium id genus omnia, ac potestate calida: ac proinde temporis spatio accensa per eam, quę est in animãte mutationem, non aliter q̃ lapis ferrum'que ignitũ ventrem tum exulcerant, tũ exurunt, cùm scilicet in corpus distribui prę grauitate haud possint. Istis autem subtiliora sunt, tametsi & ipsa terrenæ sunt consistentiæ, calx, cantharis, lepus marinus: quorum quædam vsq; ad iecoris pertingunt regionem: quædam verò vsq; ad vesicã & pectus, in tãto interim itineris spatio igneã acquirentia naturam. Porrò aristolochia & iris his etiam subtiliores sunt: quippe quæ tum humidæ essentiæ, tum aeriæ, plus q̃ illa obtinent: quod hinc constat, ꝙ neq; adeo sint sicca dura'que, neque adeo grauia, quapropter & deleterium effugére genus. Sanè vero & cantharis, parce interim sumpta, quibus'que oporteat admista, præterq̃ ꝙ vesicã nihil offendat, etiã renes expurgat: immo C & quæ efficaciora conficiuntur ad vrinas mouendas medicamenta, non nihil habent cantharidis. Sed de hisce aliàs habebitur sermo.

Quòd Sapor Amarus insit Corporibus temperie Siccis: &, Si planè amarus sit, esculentus non sit. CAP. 20.

A.l.2.t.1.c.3. fol.93.g

AT amarus sapor ꝙ siccis temperie corporibus insit, hinc colligere licet, ꝙ & minime omniũ amara putrescãt: minime'que vermes alia'que non nulla animalcula, qualia in radicibus herbis'que ac fructibus putrescẽtibus prouenire solent, procreent, maxime nãq; videmus in humidis nasci corporibus vermes, ac putrilaginem. At quæ exacte amara sunt (voco autem ita, quæ nulla sensu notabili alia participãt qualitate) omnibus propè animãtibus, nedum hominibus, esui inepta sunt: quippe cùm animal omne plus minus que sit humidũ: amara autem, sicca, haud aliter q̃ cinis & puluis. Itaq; neque cinerem, neque puluerem, neq; fauillã, neque calcem aial, vllũ edit, neque eorum quæ planè amara sunt quicquã. Absynthium enim non solum amarum est, sed & adstringit: marina verò aqua salsa potius est, quã amara, plurimum in se habens aquæ potabilis: id quod & ab Aristotele olim satis est demonstratum. At aqua quæ est in lacu Palæstinæ in caua Syria, quem alij quidem mare vocãt mortuum, alij stagnum bituminosum, gustãtibus non salsa modo, D sed & amara est. Salem verò etiam habet ex sese natum, perinde amarum. Primo'que statim aspectu vnà cum vniuerso mari tum cãdidior, tũ crassior apparet, meræ salsugini seu muriæ, similis: in quã si salem inijcias, ne liquari quidem etiã possit, plurimum enim eius in se habet: ac siquis in eã se mergat, continuo sale tenuissimo velut conspersus vndique emergere cõspicitur. Quapropter etiã aqua illa q̃ cetera marina grauior est, id'que tãto pondere, quãto fluuiali marina. Itaque ne si te ipsum quidem dimittere velis in profundum, deferri deorsum possis: ita attollit eleuat que aqua: non sane quia natura leuis sit, quod quidã veterum sophistarum prodidit, sed vt censuit Aristoteles, propter grauitatem instar luti quę leuiora sunt gestãs. Proinde si hominem ligatis manibus pedibus'que in stagni illius aquã conieceris, deorsum haud feret. Quin verò, sicut naues in mari onera plura q̃ in fluuijs citra submersionẽ portare valent, eundẽ in modum in stagno mortuo multo plura q̃ in mari: tãto enim est quæ in illo est aqua, marina grauior, quãto marina lacustri aut fluuiali: inest enim ei salis substãtia, quæ terrea grauis'que est. Ipsi que tibi marinã, si lubet, efficere licet, sale in aqua fluuiali colliquato, cognoscere'que quãto grauior reddatur aqua eiusmodi, quàm sit dulcis. Quin & modum iã inuenerunt, moderatam ad saliendum conficiendi salsuginem, si ouum in ea videatur natare: nam vbi etiamnum sidit, ac non dum super salsuginis superficiem innatat, aquosa magis est & dulcis: grauiter verò salsa est, vbi tanta est salis copia indita, vt amplius liquari

ri qui postea adijcitur nequeat. Quam aquam si pendere non grauaberis, omnium aquarum com E
peries grauissimam. Itaq; ego quinetiam inanem esse diuitis cuiusdam ambitionem ostendi, qui tantam in Italiam maris mortui aquam deuexit, quæ cisternam implere posset: nam id ipsum ego expedite præstiti, sale plurimo in aquam potabilem coniecto. Longe etiam grauiorem eiusmodi effeceris aquam, si quam plurimum salis liquatum sub Canis exortum, vbi potissimum æstus iam fuerit valentissimus, torreri siueris, haud aliter quam in stagno bituminoso: sic enim hæc aqua perinde vt illa grauis efficietur: ac si ligatum hominem, aut aliud animal, in ipsam coieceris, instar nauis super aquam feretur. Quin vero et amarior protinus quoq; eiusmodi erit aqua, si decoquere ipsam in igne lubeat: nam quicquid salsum plusculum excalfeceris, amarum tibi euadet. Sic & ipsius bituminosi lacus aqua in caua calidaq; regione contenta, dum Sole torretur, amara efficitur: proindeq; æstate quam hyeme amarior est. Ac siquid eius haustum in vase cauo regioneq; aprica (quemadmodum nos efecimus) æstiuo tempore deponas, continuo amarior sese reddita videbitur. Verum hæc omnia ijs quæ paulo superius de amari generatione diximus, abunde subscribunt. Cæterum cuius gratia oratio ad bituminosum digressa est stagnum, id nondum omne expositum est. Nullum enim in eo neq; animal, neq; planta inesse conspicitur: immo cum duo in eum fluuij confluant longe maximi, pisciumq; copia scatentes, maxime qui prope Ierichontem fluit, quem Iordanem nominant, nul- F
lus omnino piscium fluuiorum ostia excedit: ac si captos quis in lacum inijciat, celeriter mori conspicit: adeo est omnibus tum hominibus, tum plantis, inimicum quod exacte amarum est, & quod squallidum pariter & siccum est, atq; natura velut fuliginem ab exassatione referens. Quanquam ne illius quidem stagni aqua exacte amara sit: quippe cum nec ipse sal: vocant autem eum Sodomenum, a circumiacentibus stagnum montibus, quos Sodoma appellitant: multique ipsum accolæ ad omnia, ad quæ nos alio vtimur sale, accommodant. Vis eius non modo plus quam cuiusuis alterius salis exiccatoria est, sed & extenuare nata, quia s. plus quam alius exassatus est. †Omni enim sali obscura quædam adstringendi vis inest, qua eas quæ condiuntur carnes constringit, densatq; potissimum vbi durus & minime fragilis extiterit. Talis est exactissimus quidem fossilis fere omnis: Minus autem illo marinus: Tum, qui multis in locis aquis leuiter salsis arescentibus prouenit, tertium locum obtinet, abstergere magis quam adstringere contrahereq; potens: Proximas his vires habet Sodomiticus, æque atq; marinus durus: cæterum ob admistam amaritudinem, facultatem valentius abstergentem ac digerentem quam marinus possidet. Sic & nitrum ipsum, & ipsius spuma, & quod composita appellatione vocatur aphronitrum, cæteris magis extergere possunt, nempe quia minime adstringunt, & exacte sunt amara. G

†Codi græci multum ab hac tralatione variant, hic autem interpres veterem tralationem imitatus est.

Quod Sapor Salsus calidus sit & terrestris, Eaq; ratione quadantenus sapori Amaro similis. *CAP. 21.*

A. l. 2. t. 1. c. 3. fol. 93. a

ETenim propinquus est sapor salsus amaro: quippe terreni ambo sunt, & calidi: non obscura tamen diuersitate dissidet, quod videlicet amarus a calore arido plus sit extenuatus & elaboratus. Sic in genere salis, qui durior est & densior terrestriorq;, qualis fere est vniuersus fossilis, minus calidus est, subtiliumq; minus partium: qui vero rumpi facilis laxusq;, tenuior simul & calidior est: in quo genere est & qui subamarus est, mediam quodammodo naturam inter salem durum & aphronitrum obtinens. Sane & inter aphronitra quædam sunt duræ crassæq; essentiæ, quæq; nec facile liquari in aqua queant. Verum de prauis non est in hoc loco nobis sermo, sed de ijs quæ iuxta nominis rationem essentiam habent spumosam, qualis vtiq; est & ipsa nitri spuma. Est enim ea omnium modo dictorum tenuissima, velut & asiæ petræ flos: multum enim & hic quoq; tenuis est, sed aphronitro minus calidus. Quare vtiq; carnium excrescentiam minore cruciatu colliquat: mordicat autem eas nitri [a] spuma: mordicat vero et aphronitrum: nec secius quoq; et ipsum nitrum, tametsi illis sit minus calidum. Verum supra monuimus, essentiam crassam plus erodere, vbi nimirum calorem quendam nacta fuerit. Nulla enim eius pars sine cruciatu celeriterq; transit, sicut eius quæ subtilis est: verum retenta & immorans ac tardans, plusculoq; tempore vni corporis nostri particulæ inhærens, haud immerito molesta redditur, instar pali carni infixi. H

A * Al. flos.

B † εἴρηται τὰ εἰκότα.

C † In cod. græcis impressis legitur καίτοι τό γε πικρὸν οὐδέποτ' ἦν εὐῶδες, οὐδ' ὡς φάρμακον ἡδύ i. tametsi amarum nunquam odoratum est, neq; vt medicamen nobis suaue. Cod. autem antiquissimus habet, καίτοι τό γε πικρὸν οὐδέποτ' ἦν, οὐδ' ὡς φάρμακον ἡμῖν ἡδύ, i. tametsi amarum nunquam sane nec vt medicamentum est nobis suaue Vetus autem tralatio ita habet. verumtamen res amari saporis non cadit ex casu delectabili in aliquam hora nec secundum viam medicinæ, nec secundum viam cibi.

Quod Odorata omnia Calida. *CAP. 22.*

CÆterum, vbi de saporibus omnibus, [b] † quæ conuenire visa sunt, exposuimus }, reliquum fuerit de vaporibus disserere: quippe cum huius sensibilium generis gratia, odoris sensum natura crearit. Sane pleriq; similiter saporibus nos afficiunt. Siquidem acida omnia, & ante ista ipsum adeo acetum similiter odoratum gustumq; mouet: tum acria quoq;, velut allia, cæpe, & ipsa non minus quam gustum, odoratum quoq; offendunt, mordicantq;. Sic in alijs singulatim similis propemodum est odoris sensus sensui gustus. Itaq; quorundam corporum, etiam non gustantes, qualitatem cognoscimus, veluti fimi: proinde omnino ne gustare quidem aggredimur, quia s. admodum fides habeatur odoratui. Quin etiam si qua boni odoris edulia, putrilagine corrupta, odore nos suo offendunt, protinus ea abijcimus haud gustare dignati. Fereq; in omnibus mutuo consentiunt odoratus & gustus: attamen in odore suauissimis, velut rosa, plurimum differunt dissidentq;: tamen enim abest vt gustantibus suauia sint, vt amaritudinem non paucam præ se ferant, [c] † tametsi amarum nunquam odoratum est, neq; vt medicamen nobis suaue, neq; vt cibus. } Quænam igitur huius sit dissonantiæ causa, licet Theophrastus quæsiuerit, tamen præstiterit & quæ nos de ea cognoscimus exponere.

Amari

A Amari saporis generationem ex dulcibus à calore extenuatis prouenire iam clare docuimus: apparuitq; calidiora simul & tenuiora temperie esse amara, quàm dulcia. Sed & odoris sensus in ipsis cerebri est ventriculis, velut & id quoq; alibi à nobis demonstratum est: et odorabilium vaporosa est substantia. Ea enim quæ à corporibus defluunt, ambienti permista, ac deinde per narium inspirationem in cerebrum delata, sensum mouent. Recta ergo ratione, "quæcunq; †odorata, eadem} & calida sunt, quippe cùm vaporũ copia à calore proueniat: non tamen protinus, quicquid odoratũ est, suaue esse colligitur: siquidẽ non omne id spiritui in cerebri ventriculis contento familiare est. Etenim quemadmodum qui linguæ obueniunt sapores, ij qui familiarissimi, ijdẽ & dulces erant: qui verò non familiares, cõplures habebant differentias: Ita odores qui familiares sunt cerebri spiritui, ijdem & grati sunt & suaues: qui verò non familiares, multis differentijs à sese mutuo dissident: cęterum non omnibus imposita sunt nomina, perinde vt saporibus. Dicimus enim quippiã acidum acremq; habere odorem, sed austerum, acerbum, salsum, aut amarum haud etiam dicimus. Verum in hasce duas appellationes odorabilium pleraq; reducimus, beneolentia & graueolentia appellantes: beneolentia quidem proportione quadam ad ea quæ linguæ sunt dulcia: graueolentia verò ad ea quæ non dulcia: vno enim nomine totum hoc in saporibus genus appellari nequit.

A.l.2. t.1. c.4. fol.94.c

† Al. vaporosa, omnino.

B Videtur autem à corporibus non odoratis aut omnino paucum defluere, aut quod pro mole sua sit immoderatum, sicut in ijs quæ exacte tum salsa tum acerba sunt. Exacte autem cùm tale aut tale quid dicimus, syncerum, & quantum fieri possit, alterius qualitatis expers dicimus. Siquidẽ crassa vtrisq; essentia est, & ad hoc acerborum etiã frigida: quare verisimile est, quod ab ijs defluit, paucũ esse & crassum, & mole sua terreum, ac proinde per inspirationem in cerebrum non incidere.

Quòd Neq; ex Odore, neq; ex Colore certò quid Definiri de Medicaminum temperie possit. CAP. 23.

ITaq; haud tutum est ex odore de sensibilium temperatura conijcere perinde vt ex gustu. Nam quæ odore carent, crassam quidem essentiam obtinent: cæterum quæ sit eorum in calore frigoreq; natura, id verò non dum constat. At quæ odorata sunt, tenuia vtiq; sunt quadantenus & calida: verùm eius tenuitatis caliditatisq; quantitas haud etiã indicatur. Porrò maxima potissimaq; causa, quamobrem in odoratis nihil euidens de temperatura indicari queat, inæqualitas est substãtiæ: de qua sæpenumero verba mihi iam habita sunt, vbi demonstrabam corpora pleraq; dissimilari esse subsistentia. Ac nunc quoq; etiam claritatis gratia vnum exemplum proponã, nempe Rosam, quæ non ea modo ratione dissimilaris est, qua pars quidem eius continet, pars verò cõtinetur (continens quidem durum & terreum, quod continetur succus est humidus) immo & succi ipsius
C tria sunt excrementa, quemadmodum suprà necessarium esse demonstratum est, vnum terreum, quale est in vinis fæx: alterum aereum, quod ipsum quoq; vini flori proportione respondet: tertium aqueum, quod in omnibus bullitionem efficere corruptionemq; diximus, vbi nimirum neque deuictum, neq; planè alteratum ebullitionis tẽpore fuerit. Sanè huius excremẽti gratia quidam succos non nisi coctos reponunt, alij in Sole feruenti præsiccatos: nam terrei aerij que gratia non admodum corrumpendos metuunt, cùm ea & separari videant, ægreq; corruptibilem sortita substantiam, quandoquidem temperamentum nacta sunt siccum. Sed de istis suprà abũde disserui mus. Cæterũ in Rosæ natura aliud gustantibus acerbum est, quod terreum vt sit & crassum frigidumq;, necesse est: aliud verò amarum, quod tenue est & calidum: & tertium in ijs aqueum, necessario quidem frigidum, sed in tenuitatis crassitudinis'que oppositione quadantenus summorum medium: cuius mistura neq; ipsum illud acerbum, neq; ipsum amarũ, summè est tale, quale dicitur, qualitates enim omnes exoluit aquei admistio. Ipsum itaq; hoc aqueum elaboratum, extenuatũq;, atq; excalfactum quodammodo videtur, ac proinde facile in vaporem solui, & hac ratione rosa tum odorata esse, tum celerrimè resiccari. Atq; hæc omnia de eo ex gustu conijcias: at per odorem haud "æquè: quippe cum non æquè omnes eius partes euaporent, nec perinde sensum moueãt. In
D gustu autem omnes similiter gustabilium corporum particulæ in linguam incidunt, sensum'que mouent pro sua natura singulæ. Quare certum tutumq;, vt diximus, non est, de tota medicamentorum facultate ex odore conijcere: nã ea sola agnosci possunt quæ modo posuimus. Multo minus ex coloribus de medicinarum virtutibus colligere quid valeas: quippe cum in singulis coloribus calida, frigida, humida, siccaq; reperias, quemadmodum in primis huius operis commentarijs ostendimus. In quoq; tamen singulatim genere aut seminis, aut radicis, aut succi, ex colore indicationem quandam liceat sumere: vtpote cæpa, scilla, vinum, quanto fuerint albidiora, tanto & minus sunt calida: quæ vero subflaua fulua'que, calidiora. Idem vsuuenit tritico, milio, ochris, phaselis, ciceri, ireos radici asphodeli'que, alijs'que compluribus: in quoq; enim genere in vniuersum fulua, flaua, rubra'que omnia albis sunt calidiora. Itaq; etsi hinc quoq; de medicamentorũ viribus coniectura fieri queat, tamen sermoni adijciatur, optimum sanè esse (vt & dictum & ostensum sæpenumero est) per experientiam discretam facultates inuenire, in hac enim falli non possis: quanquam prius quàm experientia virtutem agnoscas, gustus pleraque indicet, pauculum etiam (vt dictum est) approbante ipso odore.

A.l.2. t.1. c.3. fol.93.e

Galeni

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM LIBRI

De Reliquis agit Principijs earum Facultatum, Quæ post primas calfaciendi, refrigerandi, humectandi, & siccandi, Medicamentis insunt, & ex operibus quæ ædunt in corpus, denominantur.

Recapitulatio Prædictorum, Quæ veluti Suppositiones ad dicenda erunt. CAP. I.

Vintum librum de simplicium medicamẽtorum facultatibus orsurus, ea primum repetam, quę suprà demonstrata in rem præsentem censent accommoda, sumpto ab elementis principio, aqua videlicet, igne, aere, ac terra: quæ nõ F nulli à qualitatibus denominantes, humidum, calidum, siccum, et frigidũ esse aiunt. Sunt ergo qualitates hæ, humiditas, siccitas, caliditas, frigiditas. "Quæ A.l.2. t. 1. c.4. vero ab illis denominant corpora, ea sunt tum cõia oium elementa, tũ ea quæ fol.94 f per harum excellentiã aut humida, aut sicca, aut calida, aut frigida nũcupant: tum ea quæ ad conueniens siue symmetrum generis eiusdem aut speciei cõferunt: quęq; ad quiduis obuium. Sanè de horum differentia frequẽter tractauimus. Nec minus diximus, quatenus differat nutrimentum à medicamento: & ꝙ nutrimẽtum vincitur ac superatur ab eo quod nutritur: medicamentum autem contra, ipsum enim vincit atq; superat corpus, cuius fuerit medicamentum, quippe cum vtriusq; referat ad aliquid notio. Ostensum pręterea est medicamentum alterare natum esse aut vna quapiam qualitate, nempe aut calfaciendo, aut refrigerãdo, aut humectando, aut siccando, aut dictorum coniugatione quapiam: aut tota sua substantia, sicuti cõplura deleteriorum seu lethalium medicamentorum, nec pauca alexiteriorũ seu amuletorum, tũ purgantia omnia, ac pleraq; eorum quæ epispastica hoc est attrahentia nuncupant. Sed de istis q̃ reliqua sunt, infrà adijciam. Quæ verò vna duabus'ue qualitatibus in vniuersum corpus nostrum agunt, ea hoc in libro exponam, rursum hic sumpta hypothesi superius demonstrata, ꝙ "simpliciũ G A.l.2.t. 1. c. 1. medicaminum pleraq; dissimilarium sint partium, req; vera composita, cæterum appellant simplicia, ꝙ cuiusmodi sunt, talia natura sint, nec quicq̃ ex nostra industria assumpserint: quin etiam ꝙ q̃dam crassarum sint partium, & terrena suis substantijs, quędam tenuia & aerea, alia verò aquea, et dictorum media. Hæc cũ sint superioribus libris demonstrata, hypotheses mihi sunto ad ea, quæ nunc dicenda veniunt. His ergo propositis ordienda iam oratio est. fol.91.e

*ὑποκειμένων

De Vsu Medicamentorum. CAP. 2.

VSus est frequenter hominibus medicamentorum ob id ipsum tantummodo, vt aut refrigerent, aut humectent, aut calfaciant, aut siccent, aut per coniugationem horum quid agãt. Interim verò, "vt quod supra modum laxatum est contendant atq; contrahãt, aut quod intensum est A.l. 2. t.2. c.4. laxent: aut quod condensatum est rarefaciant, aut rarum condensent: aut durum emolliant, aut im fol.94 f modicam molliciem ad duritatem reuocẽt: aut plenum euacuent, aut vacuum impleãt: aut generis eius aliud quid agant. Nam quisquis perfrixerit, non medicus tm̃, sed quiuis etiã ex plebe ab ipsa rei natura ductus calfaciens medicamen inuenire desiderat: aut ardenti febre æstuãs, quod refrigeret. Sic priuatus quispiã si vlcus habeat nimis molle ac humidum, id medicum desiccare iubet: aut si siccum & exuccum, humectare. Quin etiam cùm siccitatem pariter atq; caliditatem toto cor- H pore percipiunt, ceu & qui æstuãt, siue vsti sunt, & qui defatigati sunt, lauari expetunt, frigidamq; bibunt, tum quicquid refrigerare simul & humectare potest, studiose exquirunt: votiq; sępe compotes fiunt. Atq; ipsa natura duce eorum remedia plerique idiotarum inueniũt: at phlegmones, scirrhi, œdematis, erysipelatis, putredinis, herpetis, gangrænæ, nullus ex illis sibi remedium peruestigandum sumit, tanquã vnumquodq; eorum maius iã sit quã pro captu hominis plebei, ac scientiam requirat venerabiliorem. Eam scientiam nuncupant Medicinam, & qui eam exercet, Medicum. Atque hucusque & ipsi procedunt, vt sciant vlcus cauum carne impleri, sordidum purgari debere, æquabile cicatrice induci: non tamen norunt quid carne impleat, quid purget, quid cicatrice inducat. Sic sanè etiã si musculum habeãt durum aut tensum laxum'ue, ꝙ duro quidem mollientibus sit opus, tenso autem laxãtibus, laxo verò contendentibus, id satis perspiciunt: non tñ compertum habent medicamentum, quod aut emolliat, aut laxet, aut contendat, sed ea inuenire opus est medici. Siquidem inuenias ex plebe quosdam, qui non secus atq; medici medicamentorũ pollent inuentione, sed hactenus, dum calida modo ac frigida humida ac sicca perquiruntur: verum in ijs quæ modo dicebamus, prorsum rudes reperias. Tametsi, ceu ante monuimus, haud omniũ tum calfacientium, tum refrigerantium, tum humectantium, atque exiccantium, æque facilis est

ãtq;

A atque expedita inuentio. Quippe quod napy pyrethrumque excalfaciunt, & portulaca solanumque refrigerant, tum aqua & oleum humectant, & acetum & marina aqua deliccant, penè omnibus nō medicis duntaxat, sed & idiotis confessum est: At rosaceum an'ne calfacere, an refrigerare dicendum, similiter acetum, oleum, & eius generis non pauca, ingenti controuersia iactata sunt. Verum de talium facultate in quatuor ante hunc libris disputauimus, In primo ac secūdo sophistarum redarguentes epicheremata, (seu in vtranque partem ratiocinationes:) monstrantesque veram methodū, cuius quis ductu medicamentorum facultates inueniat. In tertio missis sophistis oēs ab initio logicas exposuimus quæstiones, quibus maxime insistas, quibusque, vt sic dicam, artificiose efformatus idoneus sis ac sufficiens, qui medicamentorum omnium facultates inuestiges. In quarto de proprijs linguæ sensorijs disserui, quos sapores appellitant, id indicans, quo pacto hinc orsus primas inuenias tum qualitates, tum facultates. Attigi porrò ēt in extremo libro qualitates odoratus, docens quantum itidem & hinc iuuari queas ad primarum inuentionem facultatum. At in hoc quinto libro aliud mihi propositum est facultatum genus expromere, quas vocare potes secundas ac tertias post primas & omnium communes. Siquidem cum particulatim vnumquodque non pari modo ex illis temperatum sit, aliud, puto, ex ijs laxatorium euasit, aliud intensorium: aliud emol B liens, aut indurans: aut rarefaciens, aut condensans. Tum ex operibus quæ ædere nata sunt, facultates in se habere dicta sunt rarefaciendi, condensandi: emolliendi, indurandi: illinendi, extergendi: attrahendi, repellendi: ad hæc laxandi, contendendi: ora reserandi, ac contrahendi: incrassandi, extenuandi: dolores sedandi, ac ciendi, illas ἀνωδύνους, has ὀδυνηρὰς nominant: concoquendi, puris mouendi: digerendi per halitum, sudoris prouocādi: soporis conciliandi, stuporis accersendi: animū alienandi, (ecstaticas nuncupant:) putrefaciendi, vrēdi, erodēdi, crustam faciendi: fundendi, densandi: succum prauum procreandi, attemperandi: purgandi, sistendi: exasperandi, leniēdi: infarciendi, farctu liberandi. Accum vlterius ēt procedunt, ac propè particulatim opera appellāt, vrinas ciendi, vomitus proritandi, subducēdi ventris ac lubricandi, per nares & os purgādi (quas ἐῤῥίνους & apophlegmaticas vocant,) menses mouendi, aut comprimendi: similiter lactis ac seminis tum generandi & extinguendi, tum prouocandi & reprimendi: Magisque etiam cum à iecore hepaticas, à liene splenicas, ab auribus oticas, ab oculis ophthalmicas, à dentibus odonticas, à coxa ischyadicas, à renibus nephriticas, à pedibus podagricas, ab articulis arthriticas, à costis pleuriticas, à tussi bechicas, & à calculis comminuendis λίθων θρυπτικὰς facultates vocitant, ad particulares perueniunt. Pari modo quædam dicta est à procreāda in vlceribus carne facultas sarcotica, ab C inducenda cicatrice epulotica, à glutinando colletica, à purgatione cathartica, ab excrescentia carnis detrahenda cathæretica: fereque numerari nequeant oēs particulatim facultates, si ab vnoquoque singulatim eorum quę perficiuntur, deflexa illis imponere nomina aggrediamur. Sed prȩclarius sane ac methodo dignius est, si missam facientes orationem tum prolixam, tum confusam, commodis speciebus compositās medicamentorum facultates compendio definiamus, non puris mouendi, aut mitigandi, aut doloris sedandi, aut per halitum digerendi, aut laxandi, in triticeȩ farinæ cataplasmate facultatem inesse dictitantes, sed modicè tum humidam, tum calidam: superius nanque dictum est, in quo significato eiusmodi dictionem efferamus: Similiter non vrinas, aut mēses prouocans, aut bechicum esse medicamen: aut pleuriticis, aut peripneumonicis, aut purulentis (quos ἐμπύους vocant) congruere: aut morbis comitialibus, & spasmis, & palpitationibus, & tremoribus, & ruptionibus, & spasmatibus prodesse: neque carne implere, aut purgare sinuosa vlcera: aut lateris, iecoris, lienis've dolores sedare: neque chœradas discutere, aut ex ossibus carnes educere: ad eūdem modum neque genituræ profluuio congruere, aut in vteri fomenta vtiliter misceri emollientē & reserantem: quin nec quod neuos & ephelides detergeat, & inueteratum capitis dolorem sanet, aut fœtum corrumpat detrahatque: Sed sufficit hactenus dixisse calidam, hactenus siccam, & eatenus te D nuium partium illis obuenisse temperiem: sic'que tum omnia quę nunc memorata sunt, tum longe item plura indicasse: quin alio quoque modo de ea dixisse sat est amaram esse, sed non extremè, immo ita vt dulcedo quædam admista appareat. At primus doctrinæ modus empiricorum proprius est: secundus virum potissimum rationalē decet: atque hunc mihi nūc exponere statutum est.

*Al. consuetas.

De Pus mouentibus, atque Emollientibus Medicamentis. CAP. 3.

CÆterū vniuersa ea quæ quatuor superioribus libris sunt dicta, propria sunt ipsius de medicamentis speculationis, nisi si qn̄ per affinitatem curandi methodum sermo attigit: At in quo nunc versamur, ad illam magis pertinet: quapropter sæpe consilium mihi fuit, omnino intactum præterire. Verùm, qn̄quidem visum est præexercendos esse eos qui assequi deberent curandi rationis intentiones: & plerique ex amicis, potissimum'que ij, quorum in gratiam hunc tractatum cōscribere sum aggressus, ita me facere censuerunt: idcircò sermonem hunc hoc in libro absoluam, sumpto exordio ab emollientibus, & pus mouentibus, Cùm vtraque sint calida humida'que, diuerso tamen vtraque modo: hæc enim ceu simillimum corpori in pus mouendo calorem producentia, absque vlla existentis in eo humiditatis aut consumptione, aut adiectione: illa verò ceu maiorem quàm pro natura accendentia, ac nō nihil quoque humiditatis cōtrahentia. Porrò perspicua est nota'que omnibus pus mouentium notio: siquidem Suppuratio in pus est mutatio.

Tribus

Tribus modis dicitur Molle & Durum, partim ut Extreme tale, partim ut Per excellentiam, partim ut Ad symmetrum generis eiusdem, aut speciei, aut quiduis obuium. CAP. 4. E

SEd de emollientibus medicamentis, ipsaq; adeo emollitione, non perinde simpliciter loqui licet, quia videlicet nec de duro molliq; corpore. Siquidem partim absolutè durũ dicitur, vt terra: partim per excessum, vt vnguis, calcar, cornu: partim ad symmetrum sui generis aut speciei, vt hoc animal, puta elephas, aut hic homo, puta Hercules: partim ad quiduis obuiũ collatũ, vt Diogenes ad Aristotelem. Pari modo dicitur molle, aut vt summè eiusmodi, aut per excessum, aut ad symmetron sui generis aut speciei, aut ad quiduis obuium. Quòd verò tripliciter quoq; id genus omnia dicere liceat, partim vt à mistura aliena, summasq; habentia qualitates à quibus nũcupata sunt, partim vt ad symmetron sui generis aut speciei, partim ad quiduis obuium collata: & q nihil retulerit, illo an hoc modo dixeris: frequenter mihi ostensum est. Omissis itaq; cæteris significatis, de mollibus durisq;, vt ad optime comparatum hominem, contemplemur: quem sane regulã ac mensuram statuimus omnium quæ eum in modum dicuntur: nec tñ ad illius partem quamcunq;, puta os, adipem'ue, sed quæ temperie media est, nempè cutem, maximeq; eã quæ in manibus est, vbi perfecta est tangendi potentia. In vnum autem redit, si quod per excessum ad totam substãtiam dicitur, sic molle durumq; appellites, qñquidem medium quoddam est tactus noster: vti & Aristoteli visum est, et Plato quoq; sensisse videtur, cùm ait, Dura quidem, quibus caro nostra cedit: mollia verò, quæ cedunt carni. Nam cutem hominis eo ipso in libro, Timęo s. genere esse carnẽ ostendit. Quin & Aristoteles cùm ait molle esse quod in se cedit, durum quod non cedit, idem quod Plato, sensisse videtur, & maximè q ad tactum ea iudicanda censet, tanq̃ ad medium. Quod verò in comparatione ad quiduis obuium durum est ac molle, id in eo q magis minusq; cedat, aut non cedat, iudicari videtur. Quin & ipsam cutem nostram aut musculum aut partem aliam quamlibet cùm induratam dicimus, cum naturali eius statu aduentitium affectum conferentes ita nominamus. Sanè corporum hoc pacto affectorum ad statum naturalem reditus emollitio est. F

Quot Modis fiunt Dura? Nempe aut Resiccatione, aut Concretione, aut nimia Impletione, aut harum Coniugatione quapiam. CAP. 5.

POrrò cùm variè quidq; durius efficiatur, nempe aut siccescens, aut concrescens, aut nimia repletione adeo vt vehementer distendatur, aut coniugatione quapiam, sequitur vt & propria suaq; cuiq; emolliendi sit ratio. Itaq; de omnibus deinceps distinguamus, interim illud prius commonefacientes, nominum verborumq; copiam plerunq; non esse indecoram, sed potius eius contrarium esse illiberale, quando scilicet non est necesse de illis distinguere. Nam ita & Plato prodidit. Et nobis in præsens necessitas incũbit de duri significatis definire, principio rursum ab ijs desumpto, quæ modò dicere desiimus. Nam quod in se cedit, molle est, siquidẽ corpus simplex fuerit: siquidem quod ex pluribus constat aut sese contingentibus, sicut tritici aceruus: aut inuicẽ implicatis, vt lana et pili: simul et cedere potest, nec tñ esse molle. Contra in ijs quę summè plena sunt, velut vtres vesicæq;, neutrum latus in se cedit, nec tñ quod continetur durũ est: sicut nec quod continet vbi impletum est, durius se ipso euasit, aut aduentitium alium affectum est adeptũ, nisi q nũc tensum est, quod hactenus fuerat laxum. Quam ob rem ego id renitens, {Gręce ἀντίτυπον} non durum appello, qñ nimirum accuratius loqui propono: permitto tñ qui velit durum appellare: quin & ipse persępe sic nuncupo. Sed illud tamen moneo, nõ vnam esse induratorum naturam, neque vnam medelam: nam quod à siccitate induratum est, humectari postulat: quod verò à congelatione, excalfieri: quod autem à repletione, inaniri: qđ deniq; à siccitate simul concretione'que, humectari simul ac concalescere: quod verò à congelatione pariter & impletione, pariter quoque & calfieri & euacuari. Siccantur itaq; corpora citra congelationem, tum in validis exercitijs, tum in Sole feruenti, tum in inedia ingenti, tum in febre ardenti, & medicamentis quæ ita siccant vt nõ refrigerent quoque: Congelantur à vehementi duntaxat frigore: Sicut sanè & implentur à largi tantum humoris affluxu: At siccantur simul & congelanť, coeuntibus quæ simul conuenire possunt causis, vt si quis supra modum laboret in frigore: Sic quoq; replentur simul & congelantur ab influxu frigido, aut partis refrigeratione. Frigoris rursus ipsius causa triplex est: Vna à foris incidentibus, puta aere, aqua, medicamento, quod sæpe factitant in erysipelatis: Altera est propria patientis particulæ temperies: Tertia ab influente in ipsam humore prouenit: nam is sæpenumero se ipso calidior effectus est, aut putrescens, aut contactu calidarum naturâ partium alterascens: cùm interim quod partibus natura frigidioribus affricuit frigus, plurimo perduret tempore. Atque tot quidem modis corpora tum indurantur, tum molliunť. At medicamen emolliens {Græci vocant μαλακτικὸν} non de omnibus his modis efferre videntur, sed peculiariter de ijs, quę congelatione indurruerunt, magis'que etiam si in eis contentus sit humor præter naturam, velut in scirrhosis. Quippe si à siccitate induruerit, humectare potius, non mollire id præcipiunt, sicut impleta euacuare, non emollire. Sed de nominibus neq; contendere honestum est, neq; curiosum esse est necesse: verùm rerum insistere diuersitatibus præstat: in quibus siquid peccatur, ingens ægrotis damnum malum'que prouenit. Itaq; quod resiccatum est, humectãtia poscit remedia, de quibus suprà abundè disserui. At quod à frigore congelatum est, excalfacientia postulat: quę nec ipsa obscura G A.l.2.t.1.c.3. fol.92.h H

A scura sunt. At quod impletum est, aut refrigerantia requirit, aut excalfacientia, aut quæ propriè
vocantur siccantia: vniuersa siquidem hæc humorē superfluū euacuāt, sed sua ac peculiari quodq;
ratione: Frigida quidem duobus modis, nempe repellentia, simulq; cum calore multam educen-
tia humiditatem, sicut Aristoteles docuit: Quæ verò excalfaciunt, dum contentum in calescenti-
bus corporibus humorem in vapores dissoluunt: Quæ autem desiccant, velut quæ vocantur dia-
phoretica, hoc est per halitum digerentia, & ipsa duplici ratione, aut humores ebibētia, cùm poris
quibusdam insunt, aut totam alterantia partem. Verum quando tempestiuus cuiusq; sit vsus, nō
est præsentis negocij definire, sed ad curandi attinet methodum. Quæ verò à frigore pariter &
siccitate induruere, ea excalfacere pariter & madefacere expedit, non sicut pus mouentia calore &
humiditate secundum naturam attemperatis, sed tanto esse medicamen expedit calidius, quanto
exuperauit frigiditas: tantoq; humidius, quanto & vicit siccitas: In quibus mēsuram finire ad cu-
randi itidē methodum pertinet. Sufficiat autem hic medicamentorum speciei formulam quandā
exponere, idq; pauculis exemplis. Igitur oleum & aqua calida humectant simul & excalfaciunt.
Quòd si ambo in vnum misceantur, multò magis tum excalfaciet tum humectabit quod ex am-
bobus erit mistum, sicut aquæ potabilis *bálnea cum oleo copioso éxhibita. Idē efficit eduliorum * lauacra.
B qualitas, si similiter habeat. Itaq; ingentis famis, quam βούλιμον nominant, illiusmodi sunt reme- * Non est in
dia: Est enim ea affectio frigiditas iuncta siccitati, & sanatio eius per cōtraria perficitur. Enim- græco. et intel
uero cataplasma quod ex farina triticea conficitur, in temperatis naturis pus mouens, nec quicq; ligēdum est de
naturalis partium humiditatis aufert, quod quidem relatu sit dignum, multoq; magis nec appo- lauacro non de
nit: sicut nec calorem intendere potest, nec hebetare, sed tantum in substantia ipsa augere. Cæte- potu. vt appa-
rum non idē est, qualitatem intēdere, & augere substantiam. Sed hæc paulo post accuratius osten- ret etiā ex in-
dam. Attamen id genus medicamenta humida calidaq; dicimus, non ceu calidiora humidioraq; terpr antiquo.
q; nostra sit substantia, sed ceu similem habentia nobis temperiem, quæ calida & humida est iuxta
veterum sermonem, velut in libris de Temperamentis ostendimus. Nec tamen sic aquam humi-
dam aut *gálbanum calidum dicimus: sed illam tanq; quæ carnē nostram riget, hoc tanq; quod cal * Vetus interpres legit ignis.
faciat. Nam, tametsi aqua calida euacuare partes quæ per humorum influxum contumuerunt va
leat, similares tamen saltem omnino humectat, sicut in primo libro à me monstratum est.

De Medicamentis Pus mouentibus. CAP. 6.

MEdicamenta itaq; quæ pus mouent, eo q; perinde vt aqua calida excalfaciant, superfluum in
spatijs vacuis contētum humorem per halitum digerunt: sicut in libello de Inequali intem
C perie monstrauimus. Ipsis tamen similaribus corporibus secundum naturam affectis, humidita-
tis nihil neque adijciunt, neque adimunt, quod quidem manifestum sit, & sentiri queat: quippe,
cùm temperaturam possideant æqualem, earum substantiam tueri potius quàm alterare possunt.
Nam in suppurationibus humiditas quidem alteratur, item'que siqua sit caro contusa: cætera ve-
rò quę secundum naturam habent, substātiam suam seruant. Etenim cum tres in animalium cor
pore fiant alterationes: Vna planè secundum naturam est, cum videlicet in ventre cibus coqui-
tur, aut in visceribus & vasis qui inibi generatur succus, vnde rursum pars vnaquæque nutriatur:
Altera contrà planè præter naturam, nempe in putrescentibus omnibus: atque hę quodammo-
do inuicem sibi contrariæ sunt: Tertia ex vtraque mista & media est, partim quidquam obtinens
primæ ac secundum naturam, partim huius contrariæ quæ est præter naturam. Siquidem altera-
tioni secundum naturam duo hæc insunt, vt & ex familiari animantis materia fiat alteratio, & ab
ingenito calore planè superetur: Ei verò quæ præter naturam est, & ab aliena caliditate mutatio
prouenit, & ad nihil vtile: At media earum, quæ scilicet suppurationes comitatur, ab ingenito
quidem fit calore, sed non planè vincente: neq; enim ex materia peragitur quæ prorsum benigna
sit, neque tamen ex omnino aliena. Itaque quemadmodum alterationes secundum naturam, quę
D ab innato proueniunt calore, à simili extrinsecus iuuantur, pari modo & quæ in mouendo pure
conspicitur. Nam nihil æquè concoctioni ventris conferre nouimus, atque corpus humanum il-
lum contingens. Proinde quidam puellos noctu admouentes per quietem, longè euidētissimum
adiumentum sentiunt: confert siquidem amplius, magisq; multo familiaris est eo calore qui a fo-
mentis paratur. Eiusdē gratia vtilitatis quidam paruos catellos per quietem ventri imponunt, co
piam coquentis cibos caliditatis adaugentes, non qualitatem. Tale esse debet quod ad mouen-
dum pus adhibebitur medicamentum, qualis est in naturis temperatis calor natiuus. At si iusto ca
lidior natura fuerit, in eo corpore, quod pus mouebit medicamen, calidius sit oportet: tanto nimi
rum temperato calidius, quāto & natura eius temperatam in caliditate exuperat. Itaq; clarum iam
illud est ex curandi methodo, cuiusq; singulatim hominis suum ac proprium esse puris mouendi
medicamentum. Nec minus illud constat, quod sępenumero iam demonstratum horum compro
batur testimonio, Omnes medicamētorum facultates vt ad optime temperatum hominem explo
randas. Siquidem nulla constitui ars possit, nisi prius velut regula ac scopo generi materiæ, in qua
id versatur constituto, ad illum iam particularia omnia dirigātur. Rursum ergo proposito tanq;
scopo quodam in hoc sermone, optimè temperato homine, eius respectu aliud esse dicimus medi
camentum pus mouens, quàm quod indurata emollit: esseq; eorum temperaturas, quas superius

esse posuimus, Eius quidem, quod naturæ in mouendo pure auxilio est, commoderatam & similem ei corpori cui admouet: ac proinde quod natura nostra humida sit & calida, humida calidaq; medicamenta eiusmodi frequenter appellari: Eius vero quod indurata emollit, temperata natura multo calidiorem, non tamen iam valde calidam. E

De Ortu Scirrhi. CAP. 7.

ORitur autem induratorum affectio ex fluxione viscosa & crassa, paruis particulæ poris siue meatibus impacta: digesta vero per halitum quæ in ea parte est tenui humiditate, ac deinde quod reliquum est refrigerato ac velut congelato, vocata sequitur scirrhosis. Ac proinde frigidum pathos aiunt, & per calfacientia curari: Porro, quoniam cum frigiditate humiditas redundat superflua, idcirco etiam compositam eius esse medelam, ob refrigerationem scilicet excalfacientia poscente affectu, ob alienam vero & superuacaneam humiditatem, euacuantia. Vnde fit vt eorum quæ scirrhi in morem indurata sunt, nullum curari valeat neq; a valide exiccantibus, neq; a fortiter excalfacientibus, neq; ab ijs quæ vtraq; hæc præstare possunt. Nã quę valide excalfaciunt, hærens ac contentum in particula humidum violenter digerentia atq; elicientia, reliquum omne desiccant, & incurabile constituunt: Quæ vero fortiter desiccant, etiamsi non excalfaciant, tamen ipsa non per medium, euacuando scilicet quod subtile est, sed ex professo ac ex natura sua ad summam duritiem infixam particulæ fluxionem adigunt. Sola igitur ea quæ calfaciunt, sed non admodum, vnaq; exiccant non magnopere, eiusmodi sanare affectus possunt: vocanturq; ea medicamenta gręce Μαλακτικὰ {latine emollientia nomino,} eodem tempore vtrũq; agentia, nempe quod congelatum est fundentia, & sensim per halitum digerentia. A.l.2.t.1.c.3. fol.92.h F

Emollientia Medicamenta in hoc a Pus mouentibus differunt, quod Emollientia calidiora sunt, & moderate desiccant humiditatem in partibus: Pus autem mouentia hum ano similem calorem obtinent, & quæ in eis est humiditatem seruant. CAP. 8.

QVapropter calida sunt id genus medicamenta, nec admodum sicca: atq; a pus mouentibus eo dissidentia, quod calidiora sint & scciora. Illa enim cognatam ac simillimã corporibus nostris caliditatem possident: emollientia vero licet validiorem habeant, non tantã tamen, vt attractionis violentia reliquum desiccent. Præterea ea quæ pus mouent, humorem qui præfuit in partibus induratis, seruant: emolliẽtia vero paulum quiddam eius absumunt. Proinde quamuis innumera sint calfacientia simul atque exiccantia medicamenta, sola tamen ea quę conuenientem ac symmetrũ calorem possident, vnaq; illi respondentem sortita sunt siccitatem, mollire quæ scirrhi instar indurata sunt possunt: quale est bdellium, styrax, galbanum, ammoniacũ thymiama, medulla tum ceruina tum vitulina, adeps caprinus & taurinus, & quę eius sunt generis. Nam nũc consilium non est omnem expromere materiam, sed solum de id genus facultatibus omnibus generalem constituere doctrinam. Pręstat nanq; in genere de pus mouentibus atque emollientibus cognoscere, quod illa æqualem accendunt calorem ei, qui est in homine secundum naturam: quę vero emolliunt, multo maiorem. Quocirca illa quidem quantitate potius quam qualitate caloris agere sunt nata: at quæ indurata emolliunt, qualitate potius. Itaq; si in parte, quę suppuratione indiget, assidue impositas seruare manus, aut aliam quamuis partem possibile foret, celerrime sic suppuratio procederet. Pari quoq; modo si medicamentum hominis temperaturæ sit quam simillimum, ocyssime concoquet quod in pus verti debet: vt est non nunquam caro, nimirum vbi cõtusa fuerit, interdum vero humor qui phlegmonem produxit. G

Quod Pus mouentia etiam, Emplastica esse conueniat. CAP. 9.

QVin etiam quod emplasticum esse debeat eius generis medicamentum, vt exacte suppuratorium sit, & ipsum liquido mihi apparere videtur. Nam si substantiam innati caloris augere, non intendere qualitatem ipsam, conueniat, poros corporis obstructos esse necessum est, quo videlicet halituosos transpiratus includant. Siquidem ea cataplasmata quæ aut detergentia, aut validius excalfacientia, halitus difflari permittunt, exiccant quidem, sed pus non mouent. Talis est hordeacea, cicerum, fœnigręci, fabaceaq; farina, amplius etiam ærina, eruina, panici, lupinorum, milij, omniumque adeo exiccãtium: quippe cum tum per ea quæ detergunt, etiãsi non admodum excalfaciãt, sed quia obstructione liberant, reserãtque meatus, vna quoq; calor particulæ euolet, vt naturalis haudquaquam seruetur commoderatio: tum ab admodum excalfacientibus huius etiã non parum vacuetur, & qui reliquus est incalescat: ex quo fit vt natiui caloris substãtia diminuatur, sed qualitas intẽdatur: Quorum neutrum fieri expedit: verum halituosum et calidum spiritum contineri quãplurimum, & ad vnguem caliditate symmetrum: quippe cum hic in pueris copiosissimus, omnes actiones naturales adaugeat. Sed sunt quos id fugit: & cum hoc quod ignorent, Hippocratem insuper accusare non verentur, quod dixerit, || Crescentia plurimum habere caloris innati. Sed nos dicta eius haud perperã capere oportet: ac cognoscere innatum dixisse calorẽ, quem in quoq; animãtium & natiuum spiritum nominamus, de quo & Aristoteles scriptum reliquit. Verum nihil prohibet, sanguineã substantiã simulque aeream vna cũ spiritu calidũ inaudire innatum. Ac Stoici quidem hunc ipsum spiritum animę esse substãtiam autumãt. Nos sane de animæ substãtia non admodum pronunciare quippiam audemus, & ad pręsens superuacaneum arbitramur: H

*Al. calor. *ἔργα i. opera. 1a. Aph. 14. Ex. ord. 7. a. Et de Nat. hum. cõ. 2. t. 13. 7a. 180. a *Al. seminalẽ.

A arbitramur: quanq̃ nos iam antè spiritum innatum, etiam si non sit animæ essentia, saltem primũ eius esse instrumentum in cõmentarijs de Hippocratis Platonis q́ʒ placitis demonstrauimus. Et certè dicimus eum spiritum in omnibus animantis contineri partibus, sed non vndiquaqʒ esse sui similem, veluti nec sanguinẽ, esse necesse: Tum in spatijs inanibus nõ paruam eius inesse substantiam, immo potius velut materiam quandam, leuiculam etiamnum mutationẽ exposcentẽ ad innati spiritus qualitatibus suis absoluti generationem, nihilo secius tñ iam tum etiam admodũ ad naturalia opera conducentem. Porrò autem vnum ex naturalibus operibus est ea, quæ in pus fit conuersio: nam & illic quædam perficitur coctio: cum autem quidquam coquere consilium est, quã plurimum, meo iudicio, spiritum seruari intus oportet. Atqui digeritur tum ab [a] euaporantibus ac detergentibus, qualis est hordeacea fabacea q́ʒ farina: tum à resiccantibus, qualis est panici, lupinorũ, milij: tum ab excalfacientibus, qualis est fœnigræci: quin multo etiam magis ab ijs quæ simul & excalfacere & resiccare possunt, puta lolio, eruo, cicere, ochris. Igitur omniũ ad puris generationem aptissimum est, Ex ijs vtiqʒ quæ perfundũtur, aqua tẽperata: aut cui additum oleum est, quod hydrelæum Græci vocant: Ex ijs verò quæ irrigãtur, oleum tẽperatum: [b] † At ex ijs quæ ex hydrelæo illinũtur, farina triticea, & panis ipse: sed is modicè coctus sit oportet. Nam qui plurimum

B coctus est, quodãmodo siccior est, aptus q́ʒ phlegmonis quæ ægrius concoctionem admittunt: qui verò minus, ijs quæ admodũ calidæ sunt, atq́ʒ, vt sic dixerim, feruent, congruit. Tum cui plus additũ olei fuerit, pertinacius coctioni aduersantibus conuenit: cui minus, feruentibus magis cõpetit. Et sanè quod ex pane cõficitur cataplasma, difficulter coctioni cedentibus phlegmonis idoneum est, siquidem pani tũ sal tum fermentum admistum est: quod verò ex triticea farina preparatũ est, calidioribus vtilius est. Et ipsius etiam triticeæ farinæ q̃ pura est, tum panis quoque qui purus est, puri mouendo competentior est, nimirũ cum furfur minus sit calidũ, & magis desiccet: farina autem pura, quæ q́ʒ alere est nata, humida est & calida: qualia certè ad pus producendũ conferre ostendimus. Itaqʒ medicamenta q̃ phlegmone tẽtatis imponũtur [c] partibus, si calida sint & humida, ad pus mouendũ conducunt, vti adeps suillus, & vitulinus. Nam tauri & capræ acriores esse ostẽdimus: quaobrẽ phlegmonis tũ frigidoribus, tum durioribus magis cõgruũt. At suillus & vitulinus, ijs q̃ propriè phlegmonę appellãtur, familiarissimus est. Est & adeps gallinaceorũ familiarissimus, magis q́ʒ etiam anserũ, quodammodo tñ ad digerendũ potentior: est enim substantia sua tenuior, sicut & bubulus & caprarum crassior, & terrenus magis. Quin & agrestium animalium omnium acrior est adeps simul q́ʒ siccior multo q̃ domesticorum, maxime q́ʒ pardalis

C & leonis: quare horum nullus omnino puri mouẽdo idoneus est, sed, vt dixi, suillus & vitulinus.

Porrò pus mouent & pix, & resina, nẽpe oleo quopiam aut rosaceo subactę. Sed & hîc ad feruẽtes phlegmonas ex rosaceo eas liquare oportet: ad frigidiores verò ex calfacientiũ quopiam, puta cicino, raphanino, veteri, & sicyonio. Quòd siquando sola vtaris cera, alijs ad manum nullis ad pus mouendum, & ipsam in excalfacientium quopiam dissoluere oportebit: quippe cũ ipsa per se minus sit calida q̃ vt pus mouere possit: siquidem illinendi certè vim obtinet. Solis itaqʒ feruentibus phlegmonis apta est, ex calidorum oleorum quopiam liquata. Verum quemadmodum hæc symmetria ac mediocritate inferior est, vt ad medias temperie phlegmonas, hominum q́ʒ & partium naturas, sic paulum quiddã excedunt resina & pix. Quapropter hæc omnia simul mista moderatè pus mouent. Sed hæc iam ad tractatum de medicamentorũ compositione attinent: quem vt aliquatenus attingeremus, speculationis ipsius nos sequela adegit. Rursum ergo ad propositũ reuertor: est autem propositũ definire, quæ sit in genere pus mouentium natura. Dictum verò est, ꝙ modicè humectantem & excalfacientem esse eam oporteat: quod alijs verbis est, vt neqʒ excellat, neqʒ inferior sit temperatura corporis ipsam immutantis, sed quoad fieri possit simillima. Cæterum, ꝙ medicamentum puri mouendo idoneum tale sit facultate: & actu, siue energia fiat

D eiusmodi, dum corpori nostro admotum est: sæpenumero iam antè dictum est: sed nunc nihilo secius id repetimus, quandoquidem vtrobiqʒ eius meminisse oportet. Atqʒ eiusmodi est pus mouentis medicamenti temperies. Porrò corporis ipsius constitutio emplastica est: qua maximè pollent quæ lenta & viscosa sunt, velut adeps porcinus, butyrum, thus, & quod ex farina triticea conficitur cataplasma: quippe quæ moderatè tum calida tum humida lentáque sunt, ac proinde puri mouendo idonea. Chondrus tñ farina triticea siccior est, quanq́ʒ nihilo minus lentus sit, nisi fortè etiã amplius: vnde fit vt in medijs tẽperatura phlegmonis puri mouendo ineptior, in humidioribus etiam triticea farina præstantior sit. Verũ & hæc iam præsentis commentationis limites excedunt. Itaq́ʒ denuo ad medicamẽta duritates emollientia reuertor, hactenus & hic curãdi methodum attingens, quantũ dicendorũ claritati conducat. Scirrhũ vocant tumorẽ præter naturam, doloris vacuũ, sed durum. Sunt aũt inter eos quidã, qui vbi plurimũ increuerint, simulatqʒ indurati fuerint, non modo dolore carent, verũ etiam sensum exiguum, aut etiam nullum habent reliquum. Porrò nascuntur ex humore crasso & frigido, quales sunt in animalium corporibus dũtaxat duo, bilis videlicet atra, & superexiccata pituita. Proinde tumores scirrhosi omnino aut pituitosæ sunt substantiæ, aut atrabilariæ, aut ex vtraq́ʒ misti. Sed de agnitione eorum non est nunc tẽpestiuum disserere, verum de medicamentis emolliẽtibus illud vt nunc dicam opportunum est,

A* In grę.cod. habetur tanti ῥυπτόντων i. detergentibus, & ita in antiqua tralatiõe.

B † At ex cataplasmatib⁹ tũ farina triticea ex hydrelæo, tum panis ipse. sed id modice coctũ sit, oportet. Nam quod etc. intelligẽdo semper de cataplasmate. ut et in ueteri iterprete.

C* Al. vlcerib⁹

Nempe ꝙ propriè vocantur emollientia, quæ medentur ſcirrhoſis tumoribus ex pituita reſiccata E craſſa'que prognatis: conſueuerunt autem ij potiſſimum in muſculorum capitibus, & qui ex eis prodeunt tendonibus, conſiſtere. At quę ab atrabilario ſucco indurantur, cancroſa ſunt omnia, & ab emollientibus medicinis aſperantur: ſed his quo pacto proſpicere oporteat, in Commentarijs methodi curandi docebimus. Quæ verò à lento craſſo q; humore congelato indurata ſunt, calida poſcunt ſicca q; medicamenta, ſed non tamẽ quæ valida ſunt ac violenta: ſed ſufficit interim vt ſecundi aut tertij ſint ordinis excalfacientium, primi exiccantium. Porrò cũ non exigua ſit in corporibus ſic induratis maioris minoris q; latitudo, neceſſe vtiꝗ; eſt & medicamentorũ illis medentium non paruam eſſe latitudinem. Siquidem adeps caprinus, & gallinarum, quæ ſic indurata fuere, iuuarunt. Verum illi quidem imbecilliores ſunt, & moderatas duritates emolliunt. Valentior gallinarum gallorum q; adipe anſerinus eſt, caprarum verò hircinus, validior quoq; & taurinus, ſed minus tamen ꝙ̃ hircinus. Quin etiam medulla ceruina modicè emollit, & poſt eã vitulina: quippe cùm id genus omnia medicamenta calida ſint, & mediocriter ſicca, multo q; magis excalfacere q̃ exiccare nata. Vnde ſiquis fortè ea quandoq; calida dicat & humida, nõ repugnandũ: nam paulum abſunt ab ijs quę neꝗ; humectant neq; deſiccãt. Eodem ex genere ſunt, quanꝗ; validiora, ammoniacum thymiama, & ſtyrax, & galbanum, & bdellium ſcythicũ. Sed ad emolliendũ F præſtantiora ex ijs ſunt quæ recentia ſunt, ſiquidem inueterata validius ꝙ̃ oportet deſiccant. Id ipſum vſuuenit in medulla & adipe, quippe quæ & ipſa vetuſtate ſe ipſis tum acriora, tum ſicciora euadunt. Quin & oleũ quoq; ſicyonium ex hoc eſt genere: nec in poſtremis id, quod inueteratũ eſt: et ea quę pręparantur, vt ſuſinum. Sed de compoſitis hic dicere ſtatutum non eſt. Porrò radix althęæ, & cucumeris agreſtis, nõ nullæ ꝙ̃ aliæ plantæ, partim in oleo, partim in aqua decoctę, emollientium medicamentorum facultatem induunt: ſicut maluæ agreſtis folia, tum cruda tum cocta: Atq; hoc ſimplex medicamentum eſt, ſicut porcinus adeps vetuſtatem paſſus: ſed ſalis nihil oportet adijcere, ſicut nec alijs quę emolliunt, valde enim deſiccat ſal. Porrò quæcũq; alia emollire poſſunt, ſeu ſimplicia ſeu compoſita ſint medicamenta (alibi enim ea recenſebimus) calida ſunt ex ſecundo & interdum ex tertio ordine, leuiter verò ſicca: ſed & his ſanè illinendi vis {emplaſticam vocant} inſit neceſſe eſt, non aliter ꝙ̃ ijs, quæ pus mouent. Sed quãto maiore euacuandi facultate pollere debent, tanto vtiq; minus etiam meatus illitu obſtruere.

Quòd Medicamenta Indurantia Humido Frigido q; ſint Temperamento. CAP. 10.

SAnè emollientium facultas medicamentorum abunde iam expoſita eſt: proinde deinceps de indurantibus verba faciam. Frigida itaq; hæc ſint oportet & humida, velut ſemperuiuũ, por G tulaca, pſyllium, lenticula paluſtris, ſolanum: aut hoc quidem certè non eſt temperamento humido, ſed medium obſolutè humectantis & exiccantis, ex pugnantibus facultatibus compoſitũ, exiccante videlicet & humectante, nimirum cum & duplicem in ſe habeat ſubſtantiam, terrenam & aqueam. Sed iam non eſt mihi cõſilium ad particularem materiam ſermonẽ deducere, verum generales dũtaxat breuiter facultates definire. Sanè ſiquid ſimul & refrigeret & deſiccet, & ipſum profectò omnino indurabit: ſed non eſt ex ijs quę propriè indurant, ſiquidem congelatione potius ꝙ̃ euacuatione durum efficitur corpus, prout ſuprà poſuimus. At ſiqd ſit quod proinde quia natiuum humorem non retinet, induratum eſt, id ſiccũ potius q̃ durum appellabimus: conſtat q; eius ſanatio rigatione et humectatione, non emollitione: ſicut certè & tenſio curatur laxatione, et laxatio tenſione.

De Tendentibus Laxantibus q; Medicamentis. CAP. 11.

|| lib. de Liquidorũ vſu à principio.

SEd hæc vt ſe habeant liquido conſpiciuntur, cùm in cute, quemadmodum & ab Hippocrate dictum eſt, || Cutis durę mollificatio, tenſæ laxatio: tum etiam frequenter in articulis. Igitur laxatio prouenit humectatis immodicè quæ circa eos ſunt ligamentis pariter & tendonibus: tenſio vero non etiam ſimpliciter, ſed aut pluſculum exiccatis, aut refrigeratis, aut phlegmone affectis, H aut ſcirrho. Atꝗ; ita quidem in articulis: In cute vero non tẽtum ita, ſed muſculis quoq; qui ei ſubiecti ſunt quoquo modo in tumorem ſublatis, nam & præ carnis ſæpe copia quibuſdam tenditur: quòd vero & in phlegmonis id ipſum illi accidat, ſuprà poſitum eſt. Quamobrem non ſimpliciter vna eſt ſpecies laxantium remediorum, vtpote cùm alia humectãdo, alia calfaciendo, alia vero emolliendo, *quædam euacuando, non nulla tumores præter naturam purgãdo, alia etiam per coniugationem horum quampiam agentia, laxare aſſolent. At Theſſalus, fere q; ſequaces eius vniuerſi, ſicut in alijs multis, ita & in his apellationes ſimul cum rebus confundunt, quicquid obuium eſt, citra vllam examinationem conſcribentes. Quamobrem, vbi quæ in manibus ſunt abſoluerimus, neceſſe nobis forſan fuerit aliquando in eos ſtylum conuertere: In præſenti autem quod dicta continuo ſequitur, perſequamur, rurſum ſumpto principio ab ijs medicamentis quæ vocantur emplaſtica, quia ſæpe iam ante & de ijs diximus. Breuiter ergo Emplaſticum medicamentum eſt, quod tenaciter corporis poris ſiue meatibus illitum inhæret. Porrò abundè dictum eſt nobis de pororũ, quos nos ſtatuimus, natura, in libris de Temperamentis. Demonſtratum autem eſt & in libro hunc præcedente, mordacitate vacare omnino debere medicamentum emplaſticum: nam ſiqua illi inerit mordacitas, hęrere in poris non poterit, ſed omnino facile excernetur,

*Interpres forte legit καθαίροντα, cum tamen oẽs græci cod. quos viderim, habeant καθαιροῦντα i. detrahendo, vt ĩpſe alibi vertit: vel deſtruẽdo, vt antiqu⁹.

A cernetur, aut partium aliquam liquando, aut certè humorem aliquem ex alto attrahendo. Sed & illud satis constet, terrenæ consistentiæ et viscosum esse oportere emplasticum.

*Græci cod & vetus tralatio habet, aut.

Quòd Poros purgantium Medicaminum Vnumquodq; calidum sit, & tenuium partium: Nam amara omnia & nitrosa sunt. CAP. 12.

SEd de istis suprà abunde dictum est. Quod verò illi contrarium est, dici queat poros repurgans, & infarctu liberans: sicut & ipsum emplasticum non modo emplasticum dicitur, sed & ἐμφρακτικόν, quasi dicas infarcies. Fuerit autem id sicut effectu contrarium, ita & corporis natura neq; viscosum, neq; mordacitatis expers, sed nitrosum & subtile. Nã in ratione maioris ac minoris inter se differunt, substantię genere minimè diuersa, tum emplastica ab ijs quæ sordem nutriũt, tũ poros repurgãtia ab extergentibus. Nam quæ in superficie sordem auferũt, siue in cute, siue in vlceribus, ea extergentia siue rhyptica nominantur. Quæ vero poros etiam expurgant, ea subtiliorum his partium sunt, et emplasticis cõtraria: proinde pororũ ecphractica & eccathartica, quasi expurgantia & farctu liberantia dicas, appellantur: sunt autem hæc tum nitrosa, tũ amara. Atq; cuti extimæ imposita solam nitrosam qualitatem possideant exactam est opus ad ea peragenda, quæ dicta sunt: At intrò in corpus assumpta, etiamsi adiuncta sit quędam adstrictio, possint tamẽ B sic quoq; magnos purgare abstergere q; meatus, cuiusmodi sunt in vasis. Nam foris meatuũ exiguitas prius ab adstrictione occlusa, q̃ probè queat expurgari, non etiam inde in altum abstergentem substantiam recipit, nec expurgatur: At quæ circa ventrem sunt partes omnes, quæ q; in iocinore, liene, alijs q; omnibus visceribus, cùm maximos in se meatus habeant, maius accipiunt commodum ex vasorum corroboratione, q̃ propter osculorum exiguitatem lędãtur. Proin intus absynthium repurgare potest, foris non potest: quippe quod compositum est, vt suprà dixi, ex amara acerba q; facultate. Quamobrem eius generis medicamenta particulatim vt persequar, nõ est necesse. Quæcũq; enim reppereris nitrosa & amara, ea ad purgandos meatus omnes valere noueris. At cutis vniuersæ ac vlcerum sordes non hæc tãtum, sed viribus minora auferre possunt, qualia sunt dulcia quæ tenuium sunt partium, puta mel: & ex cerealibus seminibus quædam, vt eruũ, fabæ, hordeum, lupini: Quanquam in ipsis fabacea hordeacea q; farina tãtum extergit, non etiam meatus farctu liberat: erui autem & lupinorum potissimum si amara fuerint, suprà q̃ ꝙ extergũt, non nihil quoq; meatus purgare valent. Simile quiddam amygdalis accidit: nã & horum ipsorũ ea quæ amara sunt, & detergunt, & meatus expurgant: quę verò edendo sunt, detergunt quidem, non tamen infarctu liberant. Quin & vrticæ semẽ, non secus atq; eruum amigdala q; amara, meatus purgat. C Ex eodem genere scilicet sunt scilla, & iris, et quęcunq; alia vincẽtem in se qualitatem amaram possident. Siquidem nitrum ipsum per se, & aphronitrum, {& spuma nitri,} & seriphõ, & abrotonum, & id genus reliqua, cum cibo potu q; assumpta eandem vim obtinent. Protinus enim his inest vt crassos lentos q; humores extenuãdi vim obtineãt, sicut emplasticis oĩbus crassos leptos q; corporis succos reddendi. Quamobrem lentis ac pituitosis thoracis pulmonis q; humoribus aut puri, & incidendis, & extenuandis, & educendis, aptiora inuenire alia præ istis medicamenta nequeas. Iisdem istis & iocinoris obstructiones expurges, & modicas etiam lienis: nam quæ maiores sunt, vehementiora desiderant, nempe capparis corticem, radices tamaricis, scolopendrion, & scillam, & eam quæ id ipsum nomine repræsentat, asplenos appellata. Sed tamen istis vtendum in quoque viscerum est, ad iecur, ipsis per sese duntaxat: ad lienem verò, mistis aceto, aut ei incoctis: ad thoracem pulmonem q;, melicrato, ptisanę, oxymeliti, aut dulcium vinorum cuipiam. Sed hæc ad curandi pertinent methodum: proinde in præsens rationibus ea confirmare omitto. Nam & in illo opere, & in alio quod de Componendis medicamentis inscribetur, eas explicabo.

Quòd Vrinam Cientia ex Acrium genere sint, ac proinde calida & sicca: Tum quòd D *Sanguinem serosum segregent, crassum vero cogant.* CAP. 13.

POrrò quæ necesse est vt dictis adijciam, ea duntaxat expromam, Nempe cùm plurimam mouere vrinam annitimur, non admodum dictis vtendum pharmacis, sed quæ acriora sunt, & magis excalfaciunt: dictum siquidem supra est, acre omne esse calidum. Eius generis sunt semen apij, petroselini, fœniculi, dauci, agrioselini, smyrnij, & sanè ipsum quoq; seseli, & ammi, & phu, & meon, & asaron, & acoron: à quibus sanguis non extenuatur duntaxat, sed & funditur ac secernitur, nõ secus atque lac quod coagulatur seroso videlicet & tenui seorsum segregato, crasso verò in sese coeunte. Siquidem quò facillimè ad se attrahant renes, quod in sanguine aqueum tenue q; ac serosum est, vtraq; hæc conferunt, nempe totius sanguinis primum fusio, deinde segregatio: quorum neutrũ absq; valido calore peragi queat. Quamobrem puris ex thorace expuitioni ea omnia aduersa sunt: quippe cum natura eorum sit tum excalfactoria exiccatoria q;, tum etiam coactoria, & secretoria. Cogitur quidẽ in sese quod crassum est: excernitur verò ac secernitur in ipso coactu, quod in sanguine serosum ac tenue dèfertur: atque hoc ad sese trahere renes anteuertunt: quod verò coactum est atque exiccatum, haud etiam facile expuitur. Proinde vt modo dixi, incidendi vim habeat eiusmodi medicamentum oportet, sed non tamẽ insigniter calidã, ne videlicet valide desiccet: ac eiusdẽ profecto commoditatis gratia cũ sorbitionibus potionibus q; humectantibus

ἐμφέρεται.

exhiberi postulat: At quæ renes expurgant, & ipsa quidem incidentia sunt, verum larga humidi- E
tate non indigent. Porrò quæ callosas siue tophaceas consistentias incidere sunt idonea, & ipsa
vtiq; admodum incidunt, sed minimum caloris possident: Quandoquidem caliditas porum exic-
cando contrahit, non incidit neque diuidit: at quæ minus sunt calida, cum hoc quòd incidere va-
leant, meliora quoq; sunt, velut radices regiorum asparagorum, & rubi, & betonica, & polium, tū
ochra, & vitrum vstum, & ex scilla confectum acetum, & quæ sunt eius generis. At Thessalus in-
sulsissimus atq; imperitissimus, sicut pleraque alia artis cōtumelijs ac probris immerito afficit: ita
& hæc quoque discerpere contendit, nullum esse medicamentum censens, quod propriè sit aut
hepaticum, aut nephriticum, aut pleuriticum.

Quod Rarefacientium Temperies moderatæ sit caliditatis & siccitatis, consistentiæ verò tenuium partium: Anastomoticorum aūt calidior, mordax, atq; acris, ac crassarum partiū: Porrò Condensantiū adstringēs & aquea potius: Stipātium verò, crassarum partium, & frigida. CAP. 14.

SEd illius peccata alijs libris detexi. In præsenti autem libro reliquas simplicium medicamen-
torum facultates edisseram, exordio rursus ab aperientibus ac rarefacientibus {illa anastomo-
tica, hæc aræotica nominant} desumpto. Videntur enim & hæc quodam sanè modo iam dictis
esse vicina, nempe quæ extergere, incidere, obstructiones tollere, diuidere q; diximus: quanquam F
non vndiquaque esse similia. Sanè & horum ante omnia distinguenda notio est, ac sic inquirēda
substantia. Quę cutis meatus reserant, Rarefaciētia dicimus: quę verò vasorum oscula, Aperien
tia. Quin & illis contrariorum, siquod poros contrahit, Cōdensans appellitant: siquod autē oscu
lum occludit, haud etiam proprio designant nomine, sed generalioribus quibusdā, et Contrahens
occludens, constringens, atq; obstruens nominant. Porrò vtriusq; natura sic habet: rarefaciētium
quidem tum modicè calida est, tum minimè desiccans, tum tenuium partium: aperientium verò,
tum crassarum partium, tum acris ac mordax. His porrò contrariorum, condensantium quidem
frigida sanè, sed non terrena, neq; aerea, sed potius aquea: eorum autem quæ apertiones siue ana-
stomoses occludūt, crassarum partium, & frigida. Exempla horum sunt, Rarefacientis quidē na-
turæ chamæmelum, & althea, & quod ex ipsis præparatur oleum, nec minus quod ex agrestibus
conficitur cucumeribus: quin & vetus, & cicinum, & raphaninum oleū ex eadem sunt nota: Ape
rientis verò facultatis, quæcunque omnia acria sunt simul q; terrena, cyclaminus, allia, cæpe, fel tau
rinum, vnguentorum q; omnium subsidentiæ quæ simul crassarum sunt partium & calida, cuius-
modi est irinum, & amaracinum, quæ vtique & occæcatas aperiunt hæmorrhoidas. Porrò, quæ
vteri os à phlegmone, aut scirrho, aut aridate occlusum, aperire dicuntur, ex accidenti, non autem G
primario & per se eiusmodi habere facultatem censentur, velut nec ea quæ labiorum à phlegmo-
ne occlusorum, aut genarum, aut nariū, aut gutturis, aut præputij, aut sedis, aut alterius eiusmodi
osculi instrumenti, phlegmonem sanant, atq; occlusionem corrigunt: ea nanque phlegmonē sol
uere dici possint, haudquaquam aperiētia siue anastomotica. Peccat sanè in istis Dioscorides, nō
nunq̄ aperientis inquiens facultatis medicamentū quod laxat, aut emollit, aut humectat, aut phleg
monem soluit. Atque rarefacientium & aperientium eiusmodi sunt essentiæ: At eorum q̄ ipsis
contraria sunt, Cōdensantium quidem, aquę est frigidę, semperuiui, portulacæ, tribuli viridis, psyl
lij, herbæ quam muris aurem vocitant, lenticulæ palustris, & vt semel dicam, quæcunque refrige-
rant, sed non adstringunt. Proinde & mandragora, cicuta, altercum, papauer, ipsas nunc dico her-
bas, siquis modice vtatur, condensandi vim obtinent: sin liberalius, nō modo condensandi, sed &
obstupefaciendi: si vero etiā plurimum, nō tantum obstupefaciendi, sed & enecandi. At eorum,
quæ aperientibus aduersantur, substātia cùm sit crassarum partiū & frigida, adstringentiū est om-
nium, quę quidē admistā non habent acrimoniā. Quorum sanè materiæ abunde multa posuimus
in quarto huius exēpla, in quo & essentiam eiusmodi medicaminum terrenam frigidam q; expo-
suimus. Mirum ergo videri non debet, si sola contrahere occludere q; possit aperta præter natu- H
ram vasorum oscula: soli enim huic, quæcunq; requirunt ea quę cōtrahi debent, oīa adsunt: Nimi
rum quæ consistentiæ crassitudine foris incumbat, nec paruos meatus penetrare possit: tum fri-
giditate sua intrò premat, atque vndiquaque in sese cōtacta vicina q; corpora cogat ac contrahat:
ac proinde quòd desiccet (eiusmodi enim esse ostensum est, quicquid adstringit,) humorem depa
scatur, & partem roboret. Itaque si hæc omnia conueniant, osculum claudetur, ceu à manibus fo-
ris, ipsis nimirum adstringentis substantiæ partibus contractū. Ea verò medicamēta quæ frigida
quidem sunt aut æquè, aut amplius, sed substantiā sortita sunt aqueam, ea inquam, debiliter & con
trahunt, & constringunt, nimirum propter mollitiem: quippe quicquid valenter tum cōstipare,
tum constringere debet, robur quoddā renitens & durum habeat oportet: quo cū careant medica
menta naturę magis aqueę, tenues quidem poros in vnoquoq; corpore contrahunt atq; conden-
sant, cæterum instrumentum vndiquaq; totum constringere nequeunt. Quamobrē merito talia
cōdensantia quidē sunt {gręcè πυκνωτικὰ} nō tñ obstruentia {gręcè στεγνωτικὰ dicta.} Intelli
gas nūc velim obstruentia siue stegnotica me dicere corpora, quæ sensibiles excretiones cohibēt:
corpus enim stegnoticū, quod στέγει siue claudit ac cōtinet in se, nec quicq̄ quod sensu queat per-
cipi, ex sese emittit, gręce στεγνὸν nuncupatur. Atq; hæc eiusmodi sunt tū tēperaturę, tū facultatis.

At

A At rarefacientia prorſum quidem calfaciunt: nec enim aliter diffundere & laxare poſſent ſubſtantiam: ad quod conſequitur, vt & pori dilatentur. Debent autem non admodum eſſe calida tempe rie, ſiquidem ea iam acria ſunt, & inhorrere faciunt: neq; item exiccatoria, nam & hæc ſenſilia corpora colliquant, doloremq; in ipſis excitant.

Quòd Eſcharotica craſſæ ſint conſiſtentiæ, ac vehementer cauſtica adeo, vt corpus ſenſibiliter colliquent. Ac Septica, quæ non dicuntur propriè cauſtica, & ipſa colliquant, non tamen ita valenter. Ad hæc conſiſtētia ſunt tenui, ac proinde latentem moliuntur colliquatione. CAP. 15.

ITaq; quæ citra moleſtiam excalfaciunt, ea ſola omnium ſunt rarefacientia. Si verò non modò calida fuerint, ſed etiam conſiſtentia craſſa: ſiquidem vehementia ſint, & cauſtica hoc eſt vrentia: & ignis inſtar corpus colliquant, & ſæpe eſcharas hoc eſt cruſtas, ritu cauterij efficiunt. Porrò ſi debilius quàm vt vrere poſſint calfaciant, anaſtomoticam ſiue aperiendi vim obtinent. Itaq; medicamen omne anaſtomoticum eſſentiæ quidem terreæ ſimulq; igneæ eſt, hactenus tamen excalfaciens, vt non dum vrat. Si porrò cauſticum ſit, non tamen vehementer præterea eſſentiæ tenuioris, id planè ab omni aberit mordacitate: aut cum exiguo tum dolore tum morſu carnoſas partes
B eliquabit. Nam quod non confertim alterat, vti quæ vehementer ſunt calida: quodq; non ægrè penetrat, ſicut quæ craſſæ ſunt eſſentiæ: latentem ea actionem obtinent. Siquidē alterationes quæ ſubitę confertęq; ſunt, mutationes maximè ſenſibiles ſunt: tum penetrationes, quę violentę ſunt. Quippe quod in craſſa eſſentia cauſticum eſt, id cuicunque inhęſerit parti, ſtipitis ritu infixum excruciat: verùm hoc quidem eſcharoticum eſt, perinde vt cauſtica. Cæterum de quibus nunc agi-
A.l. 2. t. 1. c. 4. fol. 95. f tur, cruſtam non faciunt, & vocantur ſeptica hoc eſt putrefacientia, haud quidem appellatione propria, nam quæ verè ſunt Septica, humectant ſimul & calfaciunt: veruntamen ſymptomatis ſimilitudo, vt ſic appellemus, efficit, vtpotè cum ab vtriſque nullo doloris ſenſu fiat corruptio. Multis enim modis corrumpi quid poteſt. Siquidem quę nimio plus refrigerata ſunt, aut excalfacta, tum exiccata, aut humectata, ea omnia corrumpuntur: cæterum non quicquid corrumpitur, σήπεσθαι hoc eſt putreſcere dicimus, ſed quibus id cum fœtore accidit. Sed de nominibus non admodum eſſe ſolicitum oportet: verum nouiſſe expedit ea medicamina, quæ Septa & Septica nuncupantur, vt ſunt auripigmentum { ἀρσενικὸν Græci vocant } ſandaraca, chryſocolla, dryopteris, pityocampe, aconitum, omnia tum eliquare, tum colliquare, ac potiſſimum carnem tenellam, idq; abſque dolore. Sed ſunt inter ea quædam quę propriè vocant Cathæretica hoc eſt detracto-
C ria, eiſq; vtuntur ad inducendam vlceribus excreſcentibus cicatricem. Sunt tñ et ipſa eiuſdem genere facultatis, ſeptices ſcilicet: verum tantulo imbecillioris, quòd extimam modò ſuperficiem, quam contigerint, detrahant, nō tamen in altum ſubire valeant: velut Aſiæ petræ flos. Quanquam nec talia ipſius re vera facultatis cicatricem inducentis, quam vocant ἐπουλωτικὴν, ſunt. Siquidem quæ huius ſunt facultatis, non detrahere, neq; liquare carnem ſunt nata, verùm indurare & deſiccare: cuiuſmodi ſunt alumen, galla omphacitis vocata, æs combuſtum, præſertim lotū: nam quod lotum non eſt, quiddam obtinet cathęreticum, velut et ęris ſquama: quod autem lotum eſt, omnium medicaminum cicatricem inducentium longè præſtantiſſimum eſt, quippe, quod probè cicatricem inducit, modicè adſtringat oportet, atq; deſiccet. Quapropter ſpinæ Ægyptiæ fructus, & mali granati putamina ſicca, & eius generis vniuerſa cicatrici inducendæ ſunt medicamina.

Quòd Cicatricem inducentia Medicamenta adſtrictoria eſſe & deſiccatoria conueniat: Quæ verò Vlcerum caua implent, mediocriter extergentia, & morſu uacantia. CAP. 16.

CÆterum confuſa eſt apud pleroſq; medicorum non ſolum appellatio, verum etiam omnium id genus medicaminum facultatis cognitio. Siquidem quæ carnem detrahere ac colliquare ſunt nata, ea non nunquam nominant epulotica, hoc eſt cicatricem inducentia, ſcilicet quòd ho-
D rum ſępe vſu vlcera ad cicatricem perueniant: ſed id neque primario, neque peculiari ipſorum facultate, neq; in omni vſu ſequitur. Siquidem ad exactum pulueris lęuorem redacta id genus medicamenta per ſpecilli cuſpidem carnem leuiter contingentia ad cicatricem vlcera perducunt: At ſi paulo largius vtare, mordicant colliquant'que carnem, & vlcus cauum efficiunt, contrà quàm in ijs quæ re vera ſunt epulotica: ſiquidem niſi ſatis magnam eorum quantitatem imponas, nihil proficies. Id enim eſt in planis vlceribus ad cicatricem ducendis conſilium, vt caro alteretur, fiatque cutis: id quod perficitur per ea, quę illam contrahere, conſtringere, conſtipare, denſare, pręterea ſiccare, & calli inſtar indurare valeant: quippe cùm cutis velut in callum durata caro ſit. Quę igitur medicamenta ſic agere poſſunt, primariò propriè'que dicuntur epulotica, ſiue ad cicatricem perducentia: cætera verò, nempe cathæretica hoc eſt detractoria, ſecundariò, & per accidens: ſicut & ea quæ abſq; adſtrictione deſiccandi vim habent mordacitatis expertem. Nam & hæc quoq; ex accidente cicatricem inducunt: cuiuſmodi vtique medicamentum eſt myrrha, & lithargyrus, & combuſta oſtreum & diphriges: quandoquidem & ipſa ſæpenumero cicatricem inducunt ſicca illita. Cęterum ſcire oportet, vbi tum in his libris tum alijs omnibus hanc vocem, ſępenumero, adijcio, id me velle ſignificare, quòd aliquando promiſſa fruſtrentur, propterea quòd nec primario nec ſua facultate efficiant. Porrò epulotica medicamenta vlcus omne planum claudere cicatrice valent: ſicut

mediocriter citra q; morſum abſtergentia cauitates implere. Cęterum de hoc genus medicamen E
torum facultate fuſius dicetur in cõmentarijs de Ratione curãdi, cum quo multis locis magna eſt huius libri affinitas,ceu etiam ab initio pręfatus ſum. Proinde ſuſpẽſo de iſtis ſermone,ad alterum genus facultatum, nempe attrahentium & repercutientium, ſiue repellentiũ, tranſeundũ cenſeo.

Quòd Attrahentium Eſſentia & calida ſit, & tenuium partium: Repercutientium verò & frigida, & craſſarum. CAP. 17.

IGitur Attrahentes ſunt,quæ ex alto vehementius extrahunt: Repercutientes verò, quæ in al tum occurrentes ſibi ſuccos repellunt. At eſſentia illis quidem calida eſt, & tenuium partium: A.l.2.t.1.c.4. fol.95.c
his verò frigida,et craſſarum. Attrahit enim perpetuò calidum,repellit verò frigidũ: verum quod cum caliditate coniunctam habet partium tenuitatem, trahit vehementius: quod verò cum frigiditate partium craſſitudinẽ,veluti adſtringens,id violentius propellit. Itaq; ex actionis vehementia nomen vtriq; impoſitum eſt. Atq; adſtringẽtium quidem nota eſt eſſentia. Attrahẽtium autem alia ſponte nata eſt: alia verò ex putrefactione aceſcente generationem ſortita: Sponte nata, vt dictamni eſſentia,& propoleos,& thapſiæ,& ſagapeni,& ſuccorũ cyrenaici & medici, & ſi qua his ſimilis extiterit: Ex putrefactione, qualis eſt fermenti, & pſorici quod vocant. Quòd ſi fimis quoq; ex putrefactione generatio conſtat, vtiq; omnes attrahendi facultate pollebunt. Sed non F
parua illis ineſt diuerſitas. Nam columbinus admodum attrahit: ex æquo autem vtrinque ab hoc receſſerunt, ad calidius quidem anſerinus, ad frigidius verò gallinaceus: hoc etiam magis vincuntur humanus & ſuillus. At canum ſtercus ſimile eſt medicamentis extergentibus, maximè ſi veſcantur oſſibus. Crocodilorum autem terreſtrium ſtercus magis etiam id perficit atque abſoluit.

Sed & aliud eſt attrahentium genus medicamentorum, quod qualitatis familiaritate attrahit: id quod aliud eſt nihil,quàm totius eſſentiæ ſimilitudine: ceu,quæ nutriuntur,familiaria nutrimenta attrahunt. Talium medicamentorum ſunt purgantia omnia, & non nulla alexiteriorum ſiue amuletorum. Cæterùm calida vt ſint id genus omnia neceſſe eſt. Nam inter ea, quę eſſentijs ſimilia ſunt, quod calidius eſt, id potentius attrahit, vtpotè quod ſimilitudini auxiliarium adiunxerit calorem: ſiquidem cùm ipſum duabus cauſis attrahat, ſuperabit id quod vna duntaxat trahit. Porrò nihil refert ἐπισπαστικὴν, aut ἑλκτικὴν, aut ἑλκυστικὴν δύναμιν dicas,{latinè attrahẽtem ſiue attractoriam facultatem.}

Alexiteriarum & Alexipharmacarum Facultatum, Quædam alterando quod mortiferum eſt, iuuant, Quædam euacuando. Et alterantium, Aliæ una aut duabus qualitatibus agunt, Aliæ tota eſſentia. Similiter euacuantium, Quædam ſubſtantiæ ſimilitudine euacuant, Quædam caliditate ſubtenuium partium. G CAP. 18.

VErum quandoquidem de iſtis abundè dictum eſt, tranſeamus ad facultates quas vocant alexiterias,& alexipharmacas. Eſt autem harum natura duplex. Siquidem quædam alterant: quædam verò euacuant ex corpore patiente ſeu venenum corrumpens, ſeu deleterium medicamen. Alterant igitur aut vna qualitate,aut duarum coniugatione,aut deniq; tota ſubſtantia: Euacuant totius ſubſtantiæ ſimilitudine, & caliditate ſubtilium partium. Quatuor itaq; ſunt vniuerſæ differentię proficiſcẽtis ab illis vtilitatis,duæ alterãtes, & duæ vacuãtes. Atq; ea ſanè quæ qualitatis contrarietate auxilio eſt, manifeſta eſt. Nam ſi frigidum ſit medicamen deleterium, aut venenum animantis, ab excalfacientibus petendum remedium: ſin calidũ,à refrigerãtibus: Si verò humidum,ab exiccantibus: ſin ſiccum, ab humectantibus: Sic etiam ſi humidum ſit & frigidum, ab exiccantibus & excalfacientibus: ſin calidum & ſiccum,ab humectantibus & refrigerantibus: & in reliquis duabus coniugationibus ex proportione. Sed nec obſcura eſt alteratio quæ fit per totius ſubſtantiæ facultatem,vtiq; ijs qui memoria tenent quæ demonſtrata ſunt in commentarijs de Naturalibus facultatibus,& in illis quæ inſcribuntur de Temperamentis. Siquidem facultates quæ deleteria medicamina alterant, naturam habent mediam inter corpora perpetientia, & medi H
camenta ipſa lædentia: vt videlicet eadem ſit proportio corporis ad facultatem alexiteriam, quæ illius ad deleteriam: & rurſum deleterij ad alexiterium,quę alexiterij ad corpus. Ea propter propemodum omnia quæ deleterijs aduerſantur, ſi largius ſumpta fuerint, grauiter animantis corpus oblædunt. Quamobrem ea moderatione quãtitatis omnes id genus facultates exhibere oportet, vt neque copia nimia corpus offendant,neque exiguitate ſua à deleterijs vincantur. Sed hoc iam attinet ad curandi methodum. Nunc autem quæ reliqua ſunt perſequamur. Omne deleterium venenum aforis impoſitis medicamentis euacuatur, nẽpe aut caliditate attractionẽ molientibus, aut totius ſubſtantiæ ſimilitudine. Sed & hìc quoad fieri poterit, maximè medium natura alexiterium ſit oportet,corporis videlicet quod curatur, & veneni lædentis: nam ſi aduerſiſſimum foret corpori,in ipſum ageret potius,ceu deleterium,haud euacuaret venenũ. Etenim,vt claritatis gratia ſummam repetamus, ſcire oportet deleterias facultates vniuerſas temperatura eſſe aduerſiſſimas corporibus,quæ ab ipſis læduntur. Itaq; ſi à ſimilibus tẽperie medicamentis euacuentur,erũt & hæc corporũ naturis contraria. Sanè & ſunt quadantenus contraria, non tñ adeo vt interimãt, ſed ambigant potius, in medio ſita eorum quæ apertè corpus animantis lædunt, & quæ iuuant. Porrò nihil intererit deleterias facultates, an phthartícas, an phthoropœas, an alio quouis modo

appellare

A appellare voles: similiter nec an alexiterias, an alexipharmacas. Attamen si qui ea, quæ venenatarũ bestiarum ictus aut venena sanant, alexiteria nominare velint: quæ verò medentur deleterijs, alexipharmaca, ceu quidam censuere: disceptandum cum istis ac pugnandum de nominibus non est: Nec enim ex istis comparatur curandi morbos peritia, sed ex rerum ipsarum cognitione.

Quod Anodynorum, hoc est dolorem sedantium, et Paregoricorum, hoc est lenientium, Quædam re vera sunt eiusmodi, velut Calida cum partium tenuitate: Alia vero nomine duntaxat, veluti Narcotica, hoc est stupefacientia, qualia sunt refrigerantia omnia. CAP. 19.

PORrò quandoquidem & de his, quod ad præsens conueniat, satis iam expositum est, transeundum deinceps est ad sermonem de facultatibus anodynis hoc est dolorem sedantibus, & paregoricis aut prayntícis id est lenientibus aut mitigantibus, aut vtcunq; nuncupare libebit. Facultas igitur Anodyna, alia re vera est: alia tantum dicitur, tãquam si quisquam hominem mortuum dicat anodynon, quia dolore vacet. Cæterum facultas re vera Anodyna, est eorum quæ primo ordine excalfaciunt, si vtiq; in essentia tenui contineatur: At facultas eorum, quæ dicuntur, frigidorũ est, quæ absoluto vtentia frigore partem obstupefaciunt: est autem Stupor paulo minus q̃ insensibilitas, sensus'ue priuatio. Porrò quæ affectum sanando, dolorem sedant, nec ea meritò anodyna

A.l.1.f.4.c.30. fol.83.h B dici possunt: nam id commune est omnium quæ curãt. Itaq; "quæ re vera sunt anodyna, partium sint tenuium, & calidiora q̃ quæ symmetra sunt, necesse est, vt scilicet euacuent, ac digerant, tum rarefaciant, extenuent, concoquant, & æquabile reddant, quicquid in partibus dolore vexatis, aut humorum acrium, aut lentorum, aut crassorum, aut multorum, tenuibus spiramentis infarctorum: aut etiam vaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus, exitum commodum non inuenictis: inhæsit atq; inclusum est. Itaq; nihil prorsum adstrictionis habeant oportet, ne si pars quidem aut etiam affectus exposcant. Ex quibus liquet, q interdum affectionem non iuuabunt, sed dolorem tantummodo mitigabunt, quando videlicet re vera dicentur anodyna: Interdum vero etiam affectum ipsum adiuuabunt, & facultatem habebunt duplicem, nempè anodynam, & sanantem. Sed de talibus copiosius agetur in curãdi voluminibus. At in præsenti hoc dixisse sufficiat, nempe q horum Anodynorum propriè nũcupatorum medicamentorum quædam, vt est ante dictum, primi sunt ordinis excalfacientium, quæ sanè propriè sunt anodyna, ceu oleum anethinum: quædam verò similiter vt corpus nostrum, velut pus mouentia nuncupata, de quorum materia suprà dissertum est. Sed de ipsorum vsu in libris de curandi ratione definietur. At "ea quæ Καταφορὰν id est

A.Ibidẽ.&.l.2. c.4.fo.95.g soporem, epota moliuntur, ac proinde anodina, & ὑπνωτικὰ hoc est somnum conciliantia, à plerisq;

C appellantur, temperiem sortiuntur vel summè aduersam ijs quæ re vera sunt anodyna. Refrigerant siquidem omnia corpus, & sensum eousq; obstupefaciunt, vt si paulo liberalius ebibantur, mortem afferant. Cæterum ad vsum propositum optima sunt quæ desiccant: nã quæ frigida cùm sint, humiditatis item copiam obtinent, ceu cicuta, ea potui non sunt vtilia: Talis est mandragora, excepto cortice eius sicco: & altercum, præter semen: sed tamen & in his candidũ semen atro præstat. At sunt quæ tota essentia nobis cõtraria sunt: proinde si vel minimum eorum assumptũ fuerit, omnino lędat necesse est, Ceu dryopteris, & pityocampe, & thapsia, & solanum manicum, & hydrargyros, & fungorum non nulli, præterea saliua & fel venenatorum animalium: Nam talia omnia genere sunt deleteria, non quantitate: ac proinde nihil eorum in alexiterias antidotos inditur, veluti papaueris succus, & myrrha, & styrax, & crocus. Siquidem hæc si largius bibantur, quædam dementant, quædam mortem inferunt: verùm conuenienti quadam mensura alijs admista, adiuuant. Porrò quæcunq; inter ea mentem lædunt, continuò etiam pleraq; caput degrauant, vaporum prauorum congerie ipsum implentia. Sed & quædam os ventriculi tentant atq; affligunt, vt et inde caput per consensum lædatur. Communiter verò vniuersa duobus modis cerebrum affligunt lędunt'q;, aut cum tota substantia sunt contraria, aut cum vna duabus'ue qualitatibus temperaturam immutant.

D

Duobus Modis dicitur Cathartica hoc est purgans, Facultas, Aut enim quocunq; modo expurgans corporis recrementa: Aut quia vim attractoriam familiarium succorum obtinet. CAP. 20.

CÆterum quoniam de his sufficienter dictum iam est, quod quidem ad præsentia faciat, tempestiuum nunc est, resumptis dictorum capitibus, ea adijcere quæ sermoni reliqua esse videantur. Nam in veritate quidem nihil est reliquum, nimirum cum secundæ iam facultates omnes sint expositæ, quales sint genere scilicet: nec paucæ speciatim superius explanatæ, ceu exempla, vnde quis orsus, quorum'que auxilio reliquas ipse queas assequi. Verum nihilo sese res deterius habebit, si claritatis gratia breuibus iterum capitibus ea fuero complexus. Primum enim facultatem omnes purgatoriam in ore habent: Non tamen omnes perinde intelligunt, quòd vocabulum duo significat, alterum commune omnium quæ quouis modo animalis excrementa expurgant: alterum verò quod per excellentiam de ijs tantummodo dicitur, quæ aut per vomitum, aut per vẽtris deiectionem, purgent: Neq; q eiusdem est generis tum ea quæ fit per nares, tum ea quę per os fit purgatio. Vocant autem ea medicamenta, quæ naribus {quas Græci ῥῖνας nominant} capitis purgandi gratia infunduntur, Errhina: At quæ in ore colluuntur, aut dentibus mandũtur, omnia vna nomenclatura comprehendentes Apophlegmatizonta nuncupãt: ac eorũ facultates,

Apo-

apophlegmaticas appellant. Eiusdem cum istis sunt generis, quæ vuluæ admota expurgāt. Quęcunq; siquidem purgare memoraui, ea trahendi vim possident, alia vnum quempiam succum, alia duos, aut etiam plures: & id illis inter sese commune est. Nam quæ crassis lentis q; humoribus extenuandis aut vrinam ciere possunt, aut ex pectore pulmone q; eiiciendis excreationibus auxiliari, purgāt sanè & ea quidem quodammodo, verùm antedictis non similiter nuncupantur: sed alia vocantur vretica, alia bechica, alia menses mouentia, hac re à superioribus diuersa, quod non habeant vim familiarium succorum attractricem, vt illa. Quam ob rem et in hisce sermo aliam distinctionē postulat, nempè huiusmodi. Quæ in pessis, aut fomentis, aut quouis modo simili, vuluę admouētur, ea duplici ratione agere consueuerunt. Nam alia calfaciendo duntaxat prouocant: alia facultatibus atractoriis & purgatoriis, quas vocāt, quas demonstrauimus trahendorum familiaritate vacuationes peragere. At quæ hoc nomine bibuntur, vt sanguinē extenuent, & meatus obstructione liberent aperiant q;, ea trahendi facultate vacuationem non perficiunt. Atq; priora quidem cū pu-gantibus eiusdem sunt generis: Secunda verò cum iis quę lac & sanguinem generant: de quibus paulo infra verba faciemus, vbi prius de bechicis dissertum à nobis fuerit: quandoquidem & hæc bifariam nominata sunt, partim quia tussim prouocent, partim quia sedent. Atqui contrariæ horum facultates sunt: alia enim extenuandi naturam habent, alia incrassandi. Atq; extenuandi quidem facultas, in calidis & tenuium partium substantiis sita est: incrassandi verò, in frigidis & crassarum partium essentiis inest. Atq; hic sermo hoc in loco finem habeat. Conuenit aūt transire ad id quod paulo ante distulimus. Est enim societas & similitudo quædam tum operum tum facultatum in iis quę prouocant sedant q; menses, lac, et semen. Sed & affinia illis quodammodo vicina q; sunt, quæ vrinas mouent, & bechica. Proinde de quolibet seorsum differendum est.

*Al. semen.

E F

Quòd Lac generantium, aut Semen prouocantium Facultas moderatè sit calida & humida: Alimentorum verò in totius essentiæ consistat similitudine. CAP. 21.

LActis & seminis effectrices facultates sunt partim in medicamentis tantum, partim in alimentis: In medicamentis, cùm succos pituitosos excalfacientes in sanguinem vertimus: In alimētis autem secūdum substantiæ totius similitudinem: vbi videlicet boni sunt succi, & moderatè humida, ac tepidè calida, ceu ipsum lac. Siquidē sanguis caloris est particeps animali mediocris: plus quàm verò mediocris, flaua bilis: sicut pituita, frigiditatis. In medio autem pituitæ & sanguinis est lac, vtiq; quod ad calorem attinet: non tamen ęquè ab vtroq; abest, sed longius abest à pituita, propius accedit ad sanguinem. Cum ergo minus quàm expediat ad vbera lac venit, velis autem copiose prouenire, ipsum contemplator sanguinem. Aut enim paucior est quàm conueniat, aut deterior. Itaq; qui paucior est, vniuersam victus rationem exposcit humectantem et excalfacientem: qui autem deterior est, siquidem biliosus fuerit, primum purgationem desiderat, mox victum quē modo dicebamus: sin pituitosus, medicamenta requirit excalfacientia aut primo aut secundo ordine, non tamen desiccantia. Verum inter ea potiora sunt, quæ non tantum sunt medicamenta, sed & nutrimenta, velut eruca, fœniculum, anethum. Dico autem ipsas herbas etiamnum virentes & humidas: nam siccæ, plus quàm oporteat & excalfaciunt & desiccant. Huius generis est & smyrnium, apium, sion, polium, ea q; virentia, prius quàm siccentur: quippe cùm ea quæ desiccant, humorem sanguinis depascentia, ipsum crassiorem simul pauciorem q; efficiāt: tum, si natura quoq; sint calida, iusto etiam calidiorem: sin frigida, frigidiorem: debet enim esse modice calidus, ac neutiquam crassus, vt lac generet. Quocirca quæ sunt illiusmodi, extinguunt magis lac, quā procreāt: At quę sic vt dictum est calfaciunt, nullam q; insignem adiunctam habent siccitatē, lactis procreatricem habere facultatem merito dicta sunt. Verum eo numero sunt perquàm exigua. Nec enim profecto facile inuētu est, quod propositam in temperie sortitum sit mediocritatem: cæterum infinita sunt vt ita quispiam dicat, & multitudine incomprehensa, quæ lac lædant. Etenim quæcūq; plus quàm expediat calefaciunt, quæ q; desiccant aut refrigerāt, partim qualitatem ipsius sanguinis vitiantia, partim ipsum minorem reddentia, lac prouenire prohibent.

G H

Quòd Menses mouentium Medicaminum Facultas calidior est, & modice desiccat: Alimentorum uerò est secundum totius substantiæ similitudinem. CAP. 22.

POrrò dictis adsimilem vim obtinent, quæcunque prouocare aut sedare menses possunt: vtrorunque enim communis materia est, nempe sanguis in venis contentus. Itaque vbi hic fluxilis fuerit, & quantitate contemperatus, vtique abundantem suppeditat copiam. Communes quin etiam vberibus vtero'que venæ sunt non exiles: at, quæ'nam eæ sint, alibi dictum est. Itaque vbi ad alterutram partium sanguis defertur, altera siccescit. † Proinde quibus menses mediocriter ferūtur, iis lac in mammillis non colligitur: quibus verò hoc large suppetit, iis planè menses supprimuntur. Itaq; mirandum non est, si tum victus, tum medicamenta similia sint, nempe & ea quæ generant, sedant q; in menses singulos ex vtero purgationem: & ea quæ lactis in vberibus generationem procurant, ac supprimunt. Quanquam hactenus differant, quòd & calidioribus & magis incidentibus purgatio menstrua non nunquam indigeat: quippe cùm ea in parte sitæ venæ magis aperiri debeant, quàm quæ tendunt in mammas: & sanguinem fluxilem magis requirāt, nimirum cum vterus ad delationem eius nihil conferat. Mittuntur enim in venas quæ illi committuntur, haud

† Al. Proīde q̄bus mēses ferūtur, iis lac ī mā millis mediocriter colligit̄.

A haud attrahuntur menses. At sanguis in vbera non tantum mittitur, sed & trahitur: ac proinde leuiore subsidio medicaminum opus habet, cùm non abundè in mammas confluit. Et medicinæ quæ iuuant vt sanguis in mammillas eat, deficientes atque imperfectas purgationes etiam adiuuant. Sin autem multum oblæsæ sint, aut planè retentæ, nulla ex eiusmodi eas sanare potest: verùm sabina, & meum, & iris, & calamintha, & pulegium, tum dictamnum, asaron, costus, cassia, cinnamomum, amomum, aristolochia, bunium, & eius generis reliqua, absolutas vteri purgationum retentiones sanant: nam talia quoque vrinam promouent. Sed ab ipsis vreticis vocatis medicamentis hoc solo differunt, quòd non vehementer desiccent. Siquidem excalfactio tribus generibus medicaminum communis est, puta quæ lacti procreando succurrunt, quæ'que mensibus ciendis, & vrinæ conueniunt. Differunt tamen caloris mensura: tum etiam quòd quędam desiccant, quædam non. Siquidem quæ non desiccant, & modicè excalfaciunt, lacti generando vtilia sunt: Quæ verò plus excalfaciunt, non tamen valenter desiccant, mensibus eliciendis sunt congrua. Verùm & vtraque hæc vrinas prouocant: & ad hæc cum primis ea, quæ calefaciunt & desiccant. Et propter hoc ea peculiariter dicuntur vretica siue vrinam mouentia, non quia sola moueant vrinas, sed quia solas, & non etiam menses aut lac. Nam præter alia & reddenB dis ex pectore pulmone'que excreationibus incommoda sunt desiccantia: poscunt enim & ipsa incidi quidem, at non siccari, ceu & renum vesicæ'que calculi. Verùm de talibus medicamentis suprà disserui.

Quòd quæ Semen Prouocant, Quorundam vt medicamentorum quidem, Facultas est flatuosa & calida: Aliorum verò vt ciborum, flatuosa quidem etiam, sed tota substantia familiaris. CAP. 23.

VT lac, ita & semen quædam generare dicuntur, & quæ his sunt contraria, extinguere: tum quædam prouocare, & ipsis contraria supprimere: Ac generare quidem, quæ procreant quod antea non erat: extinguere verò, quæ corrumpunt: Prouocare autem, quæ quod in alto delitescebat, in apertum proferunt: & his contraria, quæ supprimunt. Igitur semen generant cibi quidem qui bene nutriunt, et flatuosi sunt, totis'que substantijs familiares: medicamenta verò flatuosa & calida: Extinguunt autem desiccantia & refrigerantia omnia, & quæ totis substantijs sunt contraria. Porrò prouocant quæcunque calida sunt & flatuosa absque desiccatione: supprimunt verò contraria. Etenim cum seminis substantia ex bona superfluitate generationem sortiatur, sit'que etiam eflatuosa, bene nutriant & flatuosa sint necesse est, quæcunque semen aut procreare, C aut prouocare possunt. Itaque bulbi, cicer, fabæ, polypodes, conus, edulia dicuntur multi seminis, & sunt: at scincus & satyrion medicamenta sunt: porrò simul cibi ac medicamina multi seminis sunt lini semen & eruca. Cęterum quę refrigerare sunt nata tum edulia, tum medicamina, semen cogentia, incrassantia, & stabile reddentia, vim habent ipsum supprimentem, non autem corrumpentem, nempè lactuca, blitum, atriplex, cucurbita, mora, melopepones, cucumeres seu pepones, seu non pepones, hoc est maturi, seu non. Porrò quæ resiccant, prorsum ne esse quidem semen permittunt, etiam si calida sint natura, velut ruta. Si autem non calfaciunt, multo minus, vt nymphæa: atque hæc sanè rationabile est substantię proprietate contrariè affecta esse semini. Eandem proportionem tum esculentorum, tum medicamentorum est, inuenire in lacte & mensibus. Porrò alio modo sub idem genus cadunt, quæ respirantium instrumentorum reijciendis excreationibus auxiliantur, quæ'que vrinam ciere possunt: hęc enim omnia extenuandi facultatem obtinent, vti contraria incrassandi. Sed de victu extenuante priuatim conscriptum est, nihilo secius in eodem volumine indicatis quæ incrassant. Verum extenuantia & incrassantia medicamenta ex libris, qui deinceps sequentur, seligito: in extenuantibus quidem scopum habens caliditatem iunctam partium tenuitati, in incrassantibus verò cōtraria. Ostensum enim est in superioribus libris, D quòd propria quædam sit medicamentorum essentiæ tenuis natura, non solis excalfacientibus coniuncta. Eádem ratione & incrassantium natura non solis inest refrigerantibus. Cæterum vt in talibus facultatibus proportio quædam inest, eundem in modum quærendum est in omnibus, etiam si nomen non sit impositum. Vocantur enim quædam Oxydercicæ facultates, quæ oculos, vbi nullum illis insit sensibile pathema, malè tamen munere suo fungentes, corrigunt & in integrum restituunt. Ac nimirum & in auribus, & in naribus, & per quemque aliorum sensuum singulatim proportione talis quædam sit facultas, necesse est: nec tamen facultas nominata est ab acumine auditus oxycoos, sicut nec in olfactu, nec in gustu, nec in tactu, cum tamen in rebus ipsis sensilibus ex proportione insit. Porrò si quis similitudinem plus etiam extendat, per quanque nostri particulam, talem existere medicamentorum facultatem necesse est, à qua videlicet melior reddatur partis ipsius actio: vt verbi causa, ventris actio. Siquidem talem eius imbecillitatem inuenire est sæpenumero, qualis est in oculis Amblyopia hoc est hebetudo visus, cum ij nec phlegmone teneantur, nec influxu torqueantur, nec vlcerati sint, nec aliud quiduis mali perpessi. Et sanè in medicamentis, quæ affectum ventris eiusmodi emendant, Peptica siue concoquentia nuncupantur, appellationis quidem figura nihil proportionale habentia oxydercicis, cæterum opere ipso & facultate similia.

De

De Facultatibus à Partibus Corporis cognominatis. CAP. 24. E

PORrò, quoniam & quasdam appellatas à corporis partibus facultates esse diximus, nihilo fuerit deterius & de his differere. Nec enim (quod quispiam forsan existimet) omnibus partis affectibus congruunt: nec ita vni, vt alij nihil prosint: sed quoniã frequentissimè aut maximè agant ea in parte, à qua nomen sunt mutuatę: Ophthalmicæ quidem, quandoquidem maximè ac plurimùm ad oculos ipsas vsurpamus, velut colliriũ διὰ ῥόδων, & aliud διὰ πομφόλυγος, & cygnũ appellatum, & lybianum, & alia omnia: quibus vti quidẽ liceat & ad aures affectas, aut os, aut nares, præterea pudendum, & anum: verùm non ita frequenter, nec tanto cum fructu. Rursum autem alias nuncupamus hepaticas, alias splenicas, pleuriticas q;, & stomachicas: nimirum cùm & ipsas ea in parte quam nomine designant, sæpissime simul ac potissimè prodesse conspiciamus. Porrò quæ sit profectus & adiumenti causa, in opere de curãdi ratione explicabimus, in quo cætera quoque omnia de medicamentorum vsu exponentur. Itaq; nihil etiam hic hærendum atq; immorandum est, nisi q́ vocabulorum non nihil declarãdus est vsus: quem cùm alij non nulli recentiorum medicorum, tum præsertim qui vocantur Methodici, inaniter innouarunt atq; induxerunt.

De Inani Nominum Vsurpatione, quam medici recentiores & inter eos maximè Methodici induxerunt. CAP. 25. F

NAm q́ Stalticas quasdam facultates, hoc est sistentes seu supprimentes, & constringentes, & contrahentes, & repellentes, aut alias id genus proferant, id nequaquam absurdũ est, nec obscurum. At cùm metasyncriticas tum materias tum facultates nominant, nec apertum est quod dicunt, nec verum: nec etiam sectæ congruens eorum, qui se fugitare profitentur, quæ à dogmaticis opinionibus {hypolepseis vocant} proficiscitur, indicationem. Sufficere nanq; aiunt sibi apparentes communitates. Atqui excedentibus corporis meatibus ex statu naturali in statum præter naturam, in proprietate excedendi existere quædam pathe, ea dogmatica hypolepsis est. Sequitur verò ad hanc, quasdam esse facultates, eiusmodi παθῶν metasyncriticas, videlicet †quæ commutẽt meatuum alienam à natura confusionem: } nam sic vsurpant nomina Thessali sequaces: atque ad ea quæ diutina fluxione vexantur, facultates eiusce modi adhibent, cum nec monstrarint meatuum alterationes in talibus prouenire affectibus: neq; q́ hęc medicamenta transmutare {nam ita verto τὸ μετασυγκρίνειν} vitiatum meatuum statum possunt, demonstrare valeant. Nam, per Deos immortales, cur obsecro napy, thapsia, pyrethrum, capparis radix, & absolutè quæcunque vrere possunt, si diutius corpori inhæreant, meatuum statum commutant? Nam q́ partes quę tentantur assidua fluxione, ab hoc genus medicamentis iuuentur, perspicuò videtur: at quam ob rem iuuẽtur, G naturalis speculationis problema est. Ac nos quidem dicimus earum frigidam simul atq; humidam esse temperiem, ac proinde poscere medicamenta, quæ simul & excalfaciãt & desiccent. Atq; alij aliam causam proferent, pro opinione nimirum, quã conceperunt de corporis elementis. Nec tamen vsurpari conuenit metasyncriseos vocabulum à quoquam alterius sectæ, præterquàm eorum qui animantium corpora & existimant & appellitant syncrimata seu confusiones ex corpusculis insecabilibus, minimis q;, & partitionis expertibus, ac similaribus: quanquam nec istis omnibus, sed ijs duntaxat, qui, vti Thessalus in Canone, meatuum alterationi id genus morbos ascribunt. Non enim quà methodicus est Thessalus id dicit (siquidem vbi tanquam methodicus differit, illic ab obscurorum recedit indicatione) sed quà dogmaticus, scilicet ab ijsdem quę Asclepiades ponit, elementis exorsus, cæterum haud vbique sequens. Sed nunc tempus non est super talibus prolixius differere: nam quædam curandi Methodo magis sunt propria, quædam verò in opere de Themisonis & Thessali secta exactius expromentur. Tempestiuum itaque nunc est, contractis huius libri velis quiescere, si modo duo illi præterea capita adiecero, Alterum superius dilatum, nempe de facultatibus contrarijs: Alterum ad insequentem sermonem necessarium, definiturus scilicet cuiusque tum excalfacientium, tum refrigerantium, tum exiccantium, atq; humectantium H medicamentorum ordinem.

†ἀλλοιοῦντας δηλονότι τὴν παρὰ φύσιν τῆς συγκρίσεως ἡμῶν ποροποιίαν.

Quo pacto Contrarias Iudicare Facultates oporteat. CAP. 26.

IGitur contrarias iudicare facultates ex operibus oportet, sicut toto hoc libro sæpenumero ostẽdimus, dicentes quasdam facultates emplasticas & his contrarias extergentes, tum farctu liberantes & infarcientes, præterea emollientes & indurantes, ac laxantes & contendentes: nam adstringentes, aut acres, aut amaras, aut acidas, aut dulces, non facultates medicamentorum, sed gustus esse qualitates monstrauimus. Itaque in his aut prorsum quærenda non est contrarietas, aut non vt in facultatibus quærenda. Scopus autem in istis duplex est, nempè earum actiones, & temperaturæ. Actiones quidem, in densando, & rarefaciendo: aut quippiam ex alto extrahendo, aut repellendo: incrassando materias, aut extenuando: aut infarciendo meatus, aut farctu liberando. Tẽperaturæ verò in calido, frigido, humido, & sicco. De quibus omnibus abunde in quarto libro determinatum est, monstrantibus nobis, q́ adstringens, terrestre sit & frigidũ: acidũ verò, subtile frigidum: amarum autem, terrestre subtile: quod vero est absq; vlla insigni qualitate, frigidum aqueum. Sic acre, igneum ostendimus: salsum verò, terrestre calidum, nõ dum tamen igneũ: similiter dulce, calidum, sed non dum vrens: Quæ verò oleosa sunt, omnia aquea sunt & aeria.

Secuta

A Secuta sanè sunt temperaturas eorum et opera. Nam adstringens contrahere, constringere, densare, repellere, & incrassare, & ante hæc omnia refrigerare, exiccare q; natum est: Acidum verò incidere, extenuare, diuidere, farctu q; liberare, perpurgare {διακαθαίρειν Greci vocant} citra excalfactionem: Acre verò similiter vt acidum agere, quod ad extenuationem perpurgationem q; attinet: cæterum hoc differt, quod acidum refrigeret, acre verò excalfaciat: ad hæc quod illud repercutiat, hoc attrahat & digerat. Sic amarū quoq; meatus perpurgat, abstergit, extenuat, incidit humorum crassitiem absq; manifesta excalfactione: Frigidum verò aqueum incrassat, cogit, contrahit, constringit, obstupefacit, atq; extinguit. Porrò acre extenuat, perpurgat, digerit, perrūpit, attrahit, & escharā siue crustam efficit. At salsum contrahit, constringit, condiendo seruat, desiccat citra apertam aut A.l.2.t.1.c.3. fol.94.g. caliditatem aut frigiditatem." Dulce verò concoquit, laxat, rarefacit. Oleosum deniq; humectat, emollit, laxat. Facilius itaq; iam erit ex modò dictis ponderantem sapores, inuenire qui temperamento, qui q; operibus sint contrarij.

De Limitatione ac finitione Ordinis cuiusq; Excalfacientium, Frigefacientium, Humectantium, & Desiccantium. CAP. 27.

B PORrò congruens iam tempus est, definitis temperamentorum & facultatum, quæ in medicamentis sunt, ordinibus hunc librum absoluere. Igitur symmetrum medicamentum, et quod sit similis temperamenti cum eo cui admouetur, cum neq; calefaciat, neq; frigefaciat, neq; desiccet, neq; humectet, id nec calidum, nec frigidum, nec siccum, nec humidum appellare cōuenit: Quod verò aut calidius, aut humidius, aut frigidius, aut siccius est, à vincente seu excedente cognominatur facultate. Porrò per vnumquemq; excessum quatuor posuisse ordines, quod ad vsum spectat, sufficit, Calidum quidem nominantes primi ordinis, quod nos excalfacit, non tamen euidenter, verùm vt opus sit insuper aliqua demonstratione rationali: sic frigidum, humidum, & siccū, quod demonstrationem † requirat etiam, non dum actionem valentem neq; euidentem adeptum. Quę verò manifestè aut calfacere, aut frigefacere, aut humectare, aut desiccare possunt, ea secundi esse ordinis dicentur. At quæ iam vehementer quidem, non tamen summè, tertij. Quæ autem adeo excalfacere possunt, vt escharam moliantur & vrant, quarti: sic quoq; quæ vehementius refrigerant, adeo vt extinguant, & ipsa quarti sunt ordinis. Cæterum nullum inuenire est, quod quarto ordine desiccet, quod non etiam vrat: nam quod summè desiccat, omnino id etiam deurit. Attamen tertij ordinis exiccantium esse quippiam queat, quod non vrat, ceu omnia quæ vehementer adstrin- C gunt, ex quibus est omphacion, rhus, alumen, balaustium, galla omphacitis. In his autē ipsis quædam vicina iam sunt adurentibus, vt squama æris, & æs vstum, quasi inter tertium quartum q; ordinem dubiè hæreant. In medio tertij est ęs vstum, si lotum sit. In principio tertij hypocystis. Sic autem & in secundo & quarto differentias constituere licet triplices: nec enim perinde ūrit cauterium, & napy, licet ambo quarti sint ordinis. De his sanè omnibus in sequentibus libris per singula seorsum medicamenta determinabitur.

† Ad liter in antiqui, 'ogicam.

* in cod. græcis tam manuscriptis quàm impressis est ξηραίνει i. siccat & ita in tralatione veteri.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Effectricibus Qualitatibus singulorum Medicamentorum, quæ plantæ, aut ipsarum D partes existunt: Quorum historia ad nonum vsque librum continetur.

Quid Agendum Reliquis Libris simplicium medicamentorum: et Qui Authores rectè, qui perperam, de ipsis tractarint.

DE simplicium medicaminū forma pariter & facultate scribere nobis aggressis, primis duobus libris ante omnia prauos modos ratiocinationū, quibus recentiorū medicorum pleriq; vsi grauissimè hallucinanī, indicare est visum. In tertio velut elementa quædā totius doctrinæ tradidimus. Deinde verò in quarto de saporū natura disquisiuimus, studio inueniendorū oīum, q̄ ex illis ad facultatū cōducere cognitionē possent: disseruimus aūt in extremo ipsius libri de qualitatibus medicamentorū quę ad odoratū attinent. Porrò in quinto ad reliquū facultatum genus transgressi, quod quidem ab ipsis operibus, q̄ peragere natæ sunt, denominaī, & illic quoq; cuiusq; substantiā ostendimus. Et sanè vniuersalis sermo de simplicium medicamentorum facultate vniuersus iam finem sortitus videtur. Tempus verò

verò est ad sermones particulares, seu speciales, seu vtcunq; nominare cuiq; visum erit, transire. Et E
sanè hi priuatim in vnoquoq; medicamine peragentur, ceu protinus in initio fecimus, in primo quidem horum commentariorum de aqua et aceto cõtẽplati: in secundo verò de oleo et rosaceo: Nisi q illic velut in exemplis sermonem transegimus aduersus eos, qui non rectè de illorũ facultate quid protulissent: hic aũt breuibus de vnoquoque dissseram, non amplius curans, siquis malè de quouis eorum quippiã pronunciarit, id tm̃ scripturus, quod mihi videbitur verissimum, omissa aduersus illos qui quid peccarunt, concertatione. Porrò q non modo obscura futura est oratio ijs, qui superiora ignorant, verùm demonstrationis destituta quoq; fide, vel me tacente clarũ arbitror. Sed tn & in memoriam reduxisse forsan præstiterit, primum quidem q in natura temperatissima faciendum est medicaminum facultatis periculum, deinde in intemperata, postea deinceps in morbis simplicibus. At si quis ex gustus qualitatibus indicatorie coniectari velit de eorum facultate, in quarto monstrauimus quæ nam sit in his methodus. Si quis ergo aut negligenter lectis superioribus, aut planè non lectis, statim ad hunc librum pergat, festinans quã primum medicaminum facultatis peritus effici, haud certã eorum habebit notitiam. Cæterum qm̃ medicamenta omnia partim sunt partes aĩalium, aut plantarum, aut fructuum, aut horũ liquores {quos ὀπτοὺς Greci vocant} aut succi: partim verò ex metallis sumuntur: melius mihi visum est de plãtis ante omnia disserere, tum q numerosissimum illarum est genus, tum q virium robore præcellentissimum: inde F
de metallicis tractare, atq; hinc ad animalium partes transire. Quin etiam eo illas ordine perscribere decreui, qui in elementis visitur, eas plantarum primo loco collocans, quarum appellationes initium sui sortita sunt elementum α, secundo verò loco quæ à β incipiunt, & sic tertio, quarto, quinto q; loco, atq; ita deinceps, pro literarum videlicet ordine. Nam & Pamphilus eum in modũ tractatum de herbis composuit. Verum is ad fabulas versus aniles est, simul q; præstigiaturas quasdã deliras ęgyptias, iunctis non nullis incantationibus, quas cum herbas colligunt admurmurant. Et sanè vtitur ad periapta id est quæ suspenduntur, & manganeias non solum curiosas & à medicina alienas, sed etiam falsas vniuersas. At non neq; horum quippiam, neque nugaces istorum narrabimus trãsformationes: nec enim vel paruis admodum pueris vtiles tales esse fabulas existimamus, nedum ijs qui medicinę operam obire properant. Et profectò protinus in Aphorismorum initio

1ª. Apho. 1. Ex. ord. 2. b

ab Hippocrate dictum mihi videtur, ‖ Vita breuis, ars verò longa. vt tempus non in inutilia impẽderemus, verùm quàm maximo studio festinaremus viam incedere compendiosissimam, nempe per ea quæ sunt in arte vtilissima. Pleraq; verò ista herbarum nomina aut Ægyptiaca, aut Babylonia, quæ q; non nulli {aut} priuatim, {aut} notæ gratia illis imposuerunt, hic adscribere mihi G
visum est superuacuum. Nam præstat, si quis hæc volet curiosius persequi, seorsum & per se apud illos legere qui transtulere: nam ita & libros illos inscribunt, vt qui eos non composuerint, velut Xenocrates Aphrodisiensis fecit, vir cùm in alijs supra modum curiosus, tum à præstigiatura non alienus. At Pamphilus, is scilicet qui libros de herbis composuit, planè ex ijs quæ vel ipse scribit, præ se fert grãmaticum, indicat q; se nec conspexisse herbas de quibus conscribit, nec vires earum expertum, sed ijs qui ante ipsum scripsere, fidem habuisse citra vllam explorationem. Sic sanè libros expleuit, annexo ad quãque herbam nominum aceruo: deinde etiam exponens, siqua ex homine ferebatur transformatio: tum epodas, seu incantationes, & libationes, atque thymiamata, quæ in colligendis illis adhibebantur, adscribens, nec non & alias eiusmodi præstigiaturas nugaces. At Anazarbensis Dioscorides quinque libris materiam omnem vtilem absoluit, non herbarum tantum, sed & arborum, & fructuum, & succorum, & liquorum: memorans insuper & metallica omnia, & partes animalium. Et mihi vtiq; videtur omnium perfectissimè tractatum de materia medicamentorum confecisse. Nam licet à maioribus eo, plurima de illis benè scripta extent,

† Legit' in antiquis græcis co. πλὴν εἰ τὰ νίγρου τις ἐπαινοίη τοῦ ἀσκληπιαδείου i. nisi quis Nigri asclepiadei opa prędicet.

tamen à nemine omnium æque de omnibus, † nisi siquis Tanitrum prædicet Asclepiadis: } nam & huic cætera bene dicta esse probantur extra ratiocinationes quas super causis affert. Atque hæc H
nimirum perlegere debet quisquis peritus medicamentorum materię euadere studet: ad hęc quoque quæ scripta reliquit Heraclides Tarentinus, & Crateuas, & Manteas. Verùm illi non similiter scripserunt, nec in vnum collegerunt omnia, ceu Dioscorides, qui de Materia quinque libris fecit titulum: verùm seorsum, verbi causa, de Præparatione aut probatione medicamentorum scripserunt, vt Heraclides Tarentinus: seorsum vero de Purgãtibus, aut propotismis, aut clysmis, vt fecit Manteas: separatim de Facile parabilibus remedijs, vti Apollonius: aut de iis quæ secundum locos, vt Manteas. Porrò plerunque medicamentorum vsum veteres in curãdi tractatibus prodiderunt, vt & iuniorum medicorum propè omnes. Nam & ab Hippocrate dicta sunt multa, & ab Euriphonte, & Dieuche, & Diocle, & Plistonico, & Praxagora, & Herophilo. Nec est veterum medicorum quisquam, qui non aliquid plus minus'ue arti contulerit ad medicamentorum scientiam, id'que citra præstigiaturam aut mendacium, quæ postea inuexit Andreas. Itaque cui ocium suppetit legendis vtiliter de medicamentis scriptis libris, multos quidem habet, vt est dictum, antiquorum, sed nec paucos iuniorum, adusque Pamphilum & Archigenem. Quin & Rufus Ephesius cùm multa medicamenta in curandi libris conscripserit, tũ de herbis versibus hexametris

A metris quatuor libros composuit. Nec metus est defecturos libros vtiles, etiamsi in tota vita quis aliud nihil q̃ de medicamentis legere volet. Verùm abstinendum ab Andrea est, alijs'que similiter mendacibus: multo'q; etiam magis fugiẽdus Pamphilus, qui ne per somnium quidem herbas vidit, quarum aggreditur figuras perscribere. Nã id genus hominum (quo modo assimilauit eos Heraclides Tarentinus) simillimum est præconibus, qui formam ac notas fugitiui mancipij, licet ipsi non viderint vnquam, præconio tñ publicant: notas enim ab alijs qui norunt accipiunt, & ceu cãtilenam eas proferunt: vt si forte is, quem præconio indicãt, prope adsisteret, agnoscere tamen non possent. Equidem non possem non accusare et illos quoque, qui primi herbarum formas scriptis docere sunt conati, cum melius existimẽ ab ipso preceptore oculis discere, ac non assimilari ijs, qui ex libris prodeunt gubernatores: nã sic & verior & manifestior esset doctrina, non herbarum modò & fruticum arborum'q;, sed & aliorum oĩum medicaminum. Verum enimuero si omnino libris est opus, quis adeo miser est, vt præteritis scriptis Dioscoridis, Nigri, Heraclidis, Crateuæ, & aliorum innumerorum, qui in arte ipsa consenuerunt, libros grammaticos, scribentis incãtationes, transformationes, & decanorum dęmoniorum'q; herbas sacras perferat? Nam q͏ hominibus istis præstigiatoribus vnicum fuerit studium, vt vulgus imperitum talia scribentes in sui admirationẽ

B verterent, vel ex ipsis Pãphili libris discere liceat, qui primã inter herbas conscripsit Abrotonon omnibus nobis cognitã: ac deinde Agnon siue Viticem, et ipsam admodum notã: inde Agrostin herbã, nec vulgo ignotã: mox Anchusam, quã nec ipsam quispiã ignorat: sicut nec Adiãton, quę illi deinceps scripta legitur: atq; in his vtiq; nihil, quod quidem sciã, superuacuũ scribit. Verũ postea herbæ meminit noĩe, vt ait, Aeti, hoc est Aquilæ, de qua fatetur Græcorũ nulli quicq̃ esse proditum, verum scriptã se repperisse in libello quopiã ex ijs qui inscribuntur Mercurio Ægyptio, cõtinente trigintasex sacras horoscoporum herbas. Quas clarum est esse oẽs nugas meras, atq; autoris ipsius figmẽta, similia Ophionicis Conchlacis: Nec enim prorsum quispiã extitit Conchlax: ad risum enim fictum nomen est, sicut pleraq; alia in libro eius conscripta: nec trigintasex herbæ illæ vltra nomen ipsum quicq; sunt, nec vlla ipsis res subiacet. Verùm Pãphilo, sicut & plerisq; alijs, ocium fortassis supererat inutiles fabulas libris intexere: At nos nunc quoq; tempus nos perdidisse arbitramur, qui prolixius eorum meminimus. Itaq; quæ vtilia sunt iam nunc ordiamur.

ABROTONON.

Al. 2. t. 2. c. 6. fol. 106. c

ABrotoni herbæ nec speciem formã've scribere post tot tãtos'q; viros oportet, nec particulares actiones, ceu illi factitarunt: quas si non definitè distincte'q;, saltem clare significarunt: ve

C rùm & nos quoq; eas copiosius exponemus in opere de componendis pharmacis, simul'q; de paratu facilibus: interim verò etiam in curandi methodi libris, nimirum vbi exposcet vsus. Verum quod ab initio propositum fuit, nempe vniuersales duntaxat medicamentorum omnium facultates inspicere, id quidem & in alijs cõsentaneum est, & nunc sane ẽt faciendum: Dicendũ'q; Abrotonon esse calidum & siccum facultate, in tertio ordine siue recessu post symmetra situm. Porrò q͏ eiusmodi ordo vt ad temperatam naturam expenditur, sæpe ante diximus. Sed & inueniemus tẽperiẽ eius non minimè quidẽ & ex gustu ducta cõiectura, vtpote cũ sit admodũ amarũ. Porrò saporẽ eiusmodi, cum terrenæ sit essentiæ, à largo calore extenuatum ostendimus: ita vt non instrenuè excalfaciat pariter & desiccet. Quinimmo & cũ distincta illa experientia, de qua suprà frequenter dictum est, diligenter explorassemus, ex eadem temperie medicamen hoc comperimus. Nam siue comam cum floribus (nã reliqua eius palea inutilis est) contusam vlceri puro illinas, mordax & iritans videbitur: siue eo in oleo macerato caput voles aut ventrem perfundere, admodum calfacere reperies. Quin &, si qui per circuitum rigoribus corripiuntur, eos ante inuasionem hoc voles confricare, minus vtiq; rigore concutientur: immo & sensus quidem protinus vbi admotum fuerit, ipsum calfacere percipit. Porrò q͏ lumbricos interimat, par est, nimirum cum sit amarum, ac

D proinde vel antequã experiaris manifestum, si quidem memoria teneas quæ in horum commentariorum quarto de amari saporis natura prodidimus. Scies que protinus, q͏ & digerendi & incidendi quãdam vim habeat. Sed & q͏ magis quã Absynthio id ipsi necessario insit, in promptu erit colligere, primum quidem ex gustu (paucissimæ siquidem acerbitatis particeps abrotonon est, non paucæ verò absynthium) deinde ex eo q͏ inimicum quidem sit stomacho abrotonon, velut ẽt Seriphon: gratum verò et amicum absynthium. Siquidem de istis suprà ostensum est, q͏ amarum ipsum per se omnifariam infensum sit stomacho: austerum verò, aut acerbum, aut in summa adstringens, stomacho amicum. Porrò vbi qualitates hæ inuicem permistæ fuerint, quæ vehementior fuerit, ea vtiq; vicerit. Atq; hęc satis est in hoc tractatu nouisse. Monstrabitur autem in libris de ratione curandi, quo pacto quis optimè medicamento eiusmodi vti possit. Ac proinde quærendum haud etiam est, quam ob rem cum malo cydonio cocto illitum, aut pane, oculorum sanet phlegmonas: neq; quid cum farina hordeacea tritum ac coctum digerat phymata: neutrum siquidem horum, nec aliorum quiduis, huic proposito nobis tractatui proprium est: Sed qui empiricam profitentur doctrinam, ij in paratu facilibus medicamentis ea conscribunt: At qui ex ratione artem tractare volunt, ijs opus est methodo curandi: nam alioqui damnum magis quã vtilitatem ex tali consequantur narratione. Sanè Hippocrati, qui in Aphorismis scripsit, : Dolores oculorum

• historia. 6. Aph. 31. Ex. ord. 49 c

lorum

lorum soluit meri potio, aut lauacrum, aut fomentatio, aut sanguinis missio, aut purgatio: nec adie E cit, quos'nam dolores vini potio, quos lauacrum, quos fomentum, quos sanguinis missio, & quos purgatio: ignoscendum forsan quis arbitretur, tribus, vt arbitror, de causis. Siquidem aphoristicã faciebat doctrinam, in qua propter breuitatem & compẽdium pleraq; ita dici cõcessum est. Et oĩa quæ dolores soluunt enumerauit, tametsi non definijt, ad quem dolorem quod'nã ex illis congrueret. Tum multis in locis aliorum librorum occasiones nobis præstitit, distinctiones in ijs quæ hoc pacto dicuntur inueniendi. At qui neq; in alijs libris de talibus scripsere distinctionibus, aut in enarratorio, et prolixo tractatu aphoristice tñ ac breuiter scribunt, aut insuper etiam ex multis vnũ tñ indicant, ij plus nos lædunt q̃ iuuant. Nam cùm sint multæ in ophthalmijs differentiæ, atque vna duntaxat ex eis prædictum poscat cataplasmata, aliæ verò omnes ab eo lædantur: si quis id ad oẽs sine discrimine adhibeat: multo plus lædet, q̃ iuuabit. Ad hunc itaq; modum non tantum de Abrotono, sed de alijs quoq; omnibus scribendum nobis est, eas quidẽ facultates quæ sunt in calefaciendo, frigefaciendo, humectãdo, siccandoq;, ijs quas sæpenumero memorauimus methodis, reperientibus: quę verò secundum totius substantię proprietatem perficiuntur, sola experientia. Et de his ostensum est q deleteriæ sint, & deleteriarum alexiteriæ & purgatoriæ. Nam has ex ratione inuenire est impossibile, pręterq; q in quibusdam suspicionem duntaxat probabilem inuenire li- F ceat, neq;.n. in omnibus, sicut hoc in superioribus monstratum fuit. At de facultatibus quę hoc pacto inueniuntur, separatim postea differemus, vbi videlicet prius singulatim per quodq; medicamentum de ijs quæ calefaciendo, frigefaciendo, humectando, siccandoq; agunt: tum de ijs quæ ad has consequuntur: narrationẽ absoluero. Porrò vbi vnum modo adiecero, finem faciã de Abrotono dicendi, nempè q summe suspiciendus ille Pamphilus, etiamsi hanc primam herbarum recensuit, ac forsan vt nullam deinceps aliam, tñ hanc saltem oculis suis conspicari voluerit: attamen vel maxime hallucinatur, existimans hanc herbam à Romanis appellari Sãtonicum. Differt enim ab abrotono santonicum, velut etiam Dioscorides exactissime scripsit in tertio de materia, & omnes id norunt tum medici tum rhodopolæ. Nam abrotoni duę sunt species, altera quam marem, altera quam fœminam nuncupant: quod ipsum definitum est tum apud Dioscoridem, tum apud ipsum Pamphilum, aliosq; innumeros. At aliud est ab eo Absynthium: cuius rursum tres statuendæ sunt species: quarum vnam eodem cum genere ipso nomine appellitant, cuiusmodi potissimũ est Ponticum: alterum, Sãtonicum: tertium, Seriphum. Si verò aliud placet appellare absynthium, aliud verò seriphum, aliud autem santonicum, nihil interest, quod ad pręsens certe attinet: nec enim nomen diiudicari venimus, sed studium nobis est ipsis de rebus. Porrò quoniã hæc tum specie seu for- G ma, tum gustu, tum facultatibus inter sese diuersa sunt, non obscurè vno, si ita lubet, omnia nomine nuncupes, vel ũm exactè vires eorum edoceas. Ac nos sanè sufficienter ipsas formas à Dioscoride explicatas esse, alijsq; non paucis, iam diximus: itaq; denuo eadem scribenda non sunt, quæ maioribus rectè sunt prodita. At si quid illi in facultatibus omisere indistinctum, cuius profecto gratia ad hanc narrationem venimus, ea nos adijcere tẽtabimus. Absynthium quidem dictis minus est calidum, nempè plurimam obtinens adstrictionem. Quod cùm sit, & minus quoq; tenuium q̃ illa partium, & vtiq; minori etiam quã illa ad eundem modum extenuandi facultate, attamen non minus desiccatorium est. At cæterorum Santonicum quidem à Sãtonia regione in qua nascitur, nomen sortitum proximam habet facultatem, seripho paulo imbecillius in excalfaciendo & extenuando desiccandoq;. Porrò ipsum Seriphon abrotono minus est calidum, verum calidius absynthio: stomacho impendio inimicum, nempè cum amaritate salsedinem quandam præ se ferens: sed & quandam, licet minimam, adstrictionem obtinet. Sic & abrotonon & santonicum admodum infesta sunt stomacho. Solum autem inter ea Absynthium, & maximè Ponticum, gratum est stomacho, quia plurimam adstrictionem continet. Abrotonum vero vstum, calidum siccũq; facultate est, magis etiã quã cucurbita sicca vsta, & anethi radix. Illa enim vlceribus humidis simul H & citra phlegmonem callo induratis conueniunt: ac proinde maximè vlceribus, quæ in pudẽdorum præputijs fiunt competere videtur. At cinis abrotoni vlceribus omnibus mordax est: ac idcirco cũ oleo tenui, cicino scilicet, aut raphanino, aut sicyonio, aut veteri, & maximè sabino, ad Alopecias accommodatur. Tum Barbam segnius tardiusq; enascẽtem cum aliquo dictorum oleorum elicit, sed nec minus illis lentiscino maceratum. Quippe pro eo q tenuium est partium, rarefaciẽdi vim obtinet, & mordax est, & calidum: quas vtique maximè eius facultates nouisse oportet, nec quicq̃ etiam particulare in hoc tractatu requirere.

[Margin: * diexodico.]

[Margin: * διέξοδον est in antiquis.]

Agnos, Vitex.

Agnos, "aut Lygos, hoc est Vitex, plãta illa fruticosa, † calidus quidem est & siccus tertio ordine, verũ multùm tenuis substantiæ, tum gustu acris simul & adstringens, ⅃ ipsas quidem vitices ad medicinã habet inutiles: cęterum folia semenq; calida sicca'que facultate sunt, substãtia verò tenui. Nã & vtentibus ita apparet, & gustãtibus acre simul & subadstringẽs percipitur tum folium, tum flos, tum fructus. Edendo tñ etiã fructus est: veruntamen perspicuo calfacit, & simul capiti dolorem parit. At si frigatur (nã & sic editur cum tragematis) minus caput tentat. Porrò flatus ventris discutit & cũ non frictus, & multo magis cũ frictus fuerit. Cohibet porrò impetus in venerẽ, tum

[Margin: A. ibidẽ. c]

[Margin: † In codi. quodam gręco antiquissimo, & in tralatione veteri, verba hæc non habent, iudico autẽ esse glossema, epitomẽ verborũ Galeni ptinẽs.]

A tum frictionis expers, tum etiam ipsam expertus. Folia item flores'que ipsius fruticis id ipsum præstare possunt: itaque non tm̄ esa pota q̃3 ad castitatem conferre creduntur, verum etiam substrata. Hinc est q̓ Athenis in Thesmophorijs, hoc est sacris Cereris, mulieres totũ sibi fruticem substernunt. Hinc illi quoque nomē inditum agni, hoc est casti. Ex quibus omnibus manifestum est, siquidem memoria teneamus quæ superioribus commentarijs sunt dicta, agnum calfacere, simul q̃3 exiccare, tum omnium maxime flatus discutere. Porrò q̓ tenuium sit partium, facultas eius indició est. Nam q̓ caput tentat, non magis à multitudine vaporum ab eo prognatorum, q̃ à caliditate eius ac subtilitate partium, fieri rationabile est. Nam si flatuosum spiritum procreare posset, sane & ventrem inflaret, & venerem stimularet, perinde vt eruca: verum cùm non tantùm non excitare, immo etiam reprimere queat, fuerit profectò secũdum rutæ maxime facultatem tum in excalfaciendo, tum in resiccando. Non tamen illi par est, nam vtroq; paulo est inferior: siquidē ruta tum magis est excalfactoria, tũ magis desiccatoria. Differt etiã qualitatis simul ac facultatis mistione. Nam agni semen ac germina modicam ferunt adstrictionē: at ruta vbi aruerit, exacte amara est & acris: vbi verò humida, subamara. Non tñ austeritas aut acerbitas illi inest: aut sicui videatur inesse, ea vtiq; omnino obscura, scio, videbitur, nec par ei quę est in agno. Quocirca et ad iecur,
B & lienem indurata, & obstructa, agni semen potius q̃ ruta cõpetit. Sed hæc ad curãdi iam methodum pertinent: quam qdē vt oĩno nõ attingam de medicamentorum pronuncians facultatibus, fieri nõ potest: verùm celeriter his omissis ad rē propositã reflectere, viri est vtiq; temperati. Magis q̃3 etiam id in sequentibus medicamentis efficere conabor: hoc est, vbi ex quibusdã paucis cuidentibus vniuersalem facultatem collegero, particulares postea actiones omittam. Nam presens id nouisse sufficit, q̓ Agnus calidus est & siccus facultate, idq̃3, non mediocriter, sed tertio excessu: tum admodum tenuium partium. Hæc qui norit, ac postea methodum curandi didicerit, ipsemet inueniet, quo pacto menses hinc cieat: quo pacto partes induratas digerat: quo pacto lassitudinē soluens, seu acopum, & excalfactorium ex eo vnguentum præparetur.

* τεκμήριον.

* *Hic colligi potest errorē esse quòd in primo de facul. Alimē ca. de Agno. & lib. 2. de cõpon. med. secũdum locos pag. 36. f. dicatur refrigerare.*

Agrostis Gramen.

A. ibidē. c. 306. & 707.

{ Graminis " Radix modicè frigida est, & sicca, mordacitatem quandam exiguã, & partium tenuitatem obtinens. At Herba ipsa primo quidem excessu refrigerat, in humiditate verò & siccitate moderata. Porrò Semen alibi quidem imbecillum est, in Parnaso verò desiccatorium, & tenuiũ partium, & subacerbum. } Gramen esculentam habet radicem, vbi mollis fuerit, dulcem quidē instar aquæ, sed acre quiddam exiguum & subacerbum obtinentem. Hæc herba planè aquea gu-
C stantibus est. Ex quibus apertum est radicem modicè esse tum frigidam, tum siccam, ac proinde cruenta vlcera glutinare. At ipsa herba illita non vehementer refrigerat, in medio constituta humiditatis & siccitatis. Porrò mordacitas & tenuitas quæ radici inest, exigua est quidem, sed interdum tamen lapide frangeres assolet, siquis eam decoctam ebibat. At semen alterius quidem imbecillum est: eius verò quæ in Parnaso nascitur, vrinam ciet, & fluxus vẽtris & stomachi resiccat: vis enim eius est exiccatoria, tenuium partium, & subacerba.

Nõ sunt in antiquissimo codice græco, nec in tralatiõe veteri, sed videntur esse summa quædam verborũ Galeni sequẽtium.

Anchusa.

A. l. 2. t. 2. c. 19. fol. 100. g

{ Anchusæ " quadruplex species est. Quarũ Onoclea quidem radicē habet admodum refrigerantem & desiccantē, tum adstringentem & subamaram, tum quæ sufficiat extenuãdis & extergendis humoribus biliosis, corporibus q̃; condensandis. Cæterùm folia habet imbecilliora quidē radice, adstringũt tñ & ipsa, & desiccãt. Porrò Lycopsos cognominata refrigerat & desiccat, magis q̃3 eius radix, q̃ onoclea adstringit. At Onochelos calidior est, & magis medicata, nã plusculum habet & gustu ipso protinus acrimoniæ. Hac verò etiam calidior est reliqua & parua, quæ & amarior, & magis etiam medicata est. } Anchusæ nõ omnes easdem vires obtinent. Nam Onoclea quam vocant, radicem habet simul adstringentem & subamarã, corporibus condensandis & mo-
D dicè extenuãdis idoneã, tum abstergendis quoq; & abluendis biliosis & salsis succis. Dictum enim suprà est, q̓ qualitas acerba mista amaritudini ea prestare queat. Sic sanè aurigini & lienosis & renum affectibus est vtilis. Sed & refrigerare idonea est: & sanè cum polẽta illita iuuat erysipelata. Et abstergit nõ modo epota, sed & foris imposita: proinde vitiligines & lepras sanat cũ aceto. Ac Radicis qdē hęc opera sunt, & operũ facultates quas diximus. At Folia ipsius herbę radice quidē sunt imbecilliora, non tñ aliena sunt à resiccatione, & adstrictione. Itaq; et profluuium sanant pota cum vino. Et quæ Lycopsos nominatur, eodē modo erysipelatis congruit: & radicem habet, q̄ onoclea, magis adstringentem. At Onocheli & Alcibiadię cognominatę vis magis est medicata. Nam & gustu protinus maiorem habet acrimoniã: & eos, qui à viperis morsi sunt, admodum iuuat tum illita, tum suspensa, tum esa. Reliqua verò, nempe quarta, quæ parua est, & ferè nomine caret ex illis sola, alcibiadiæ quidem persimilis est, verùm & amarior, & magis medicaminosa: ac proinde ad latos lumbricos idonea, oxybaphi mensura cum hyssopo & nasturtio epota.

Non sunt ĩ antiquissimo codi græco, nec in tralat. veteri.

† Et hoc in loco ĩ Aldino codice græco hãt hęc verba. Agaricũ cõpositũ ẽ ex subã aerea & terrea, à caliditate tenuata: facultatẽ ẽt hẽt digerendi, calefaciendi, crassitudinẽ incidendi, & obstructiões iecoris liberandi.

Agarici Radix.

A. ibidē. c. 77. fol. 107.

† Agarici Radix, " hoc est q̃ trunco innascitur, primo quidē gustu dulcis quodã modo, sed paulo pòst subamara apparet, & acrimoniæ quadã speciē tẽporis spatio inducit, euiculæ q̃3 adstrictionis. Est & consistẽtia laxa. Ex quibus oĩbus manifestũ est, siquidem q̃ in superioribus cõmentarijs dicta

Quãquã nec ĩ cod. antiq. nec in tralatiõe veteri legantur.

cta sunt, meminerimus, quod medicamentum hoc compositum est ex substantia aeria & terrea à cali- E
ditate extenuata: porrò minimum habet essentiæ aqueæ. Hac ratione & digerendi vim, habet &
crassitudinem incidendi, tum infarctus viscerum expurgandi. Proinde regio morbo laborantes
sanat, eos vtiq; qui sic ab infarctu iecoris laborant. Iuuat & morbo comitiali obnoxios eadē facul-
tate: tum rigores per circuitum recurrentes ex crassis aut viscosis humoribus natos sanat. Iuuat &
morsos à bestijs frigore lædētibus, aut compunctos, tum foris in affecta parte impositum, tum in-
trò in corpus sumptum pondere drachmæ vnius cum vino diluto. Est & purgatorium.

Ageratum.

Ageratum facultatem digerendi habet, & leuiter quadantenus phlegmone liberandi.

Adiantum.

Adiantum "in caliditate quidē & frigiditate symmetrū est, verùm desiccat, & extenuat, & dige- A.ibidē.c.100. fol.110.c.d
rit. Etenim caput ex alopecia glabrum capillis côuestit, & strumas & abscessus digerit, lapides q;
frangit epotū, & viscosorum crassorum q; è pectore pulmone q; excreationibus non mediocriter
confert, & vētris profluuium sistit: non tñ vllam manifestam caliditatē affert, sicut nec frigiditatē.
Verùm posuerit ipsum quispiam secūdum hanc oppositionem & temperiem in ordine medio.

Aeizoon Semperuiuum. F

Aeizoon "vtrunq; tum maius, tum minus, desiccat quidem leuiter, quādoquidem & mediocri- A.ibidē.c.607.
ter adstringit, omnis alterius vehementis qualitatis expers. Quare in eo plus cæteris abundat essen
tia aquea: cęterùm nō mediocriter refrigerat. Est enim ex tertio ordine, & recessu refrigerātium.
Hinc etiam ad erysipelata, & herpetes, & phlegmonas à fluxione natas accommodatur.

Aegilops Auena.

Ægilops digerendi vim possidet, id quod ex gustu patet: leuiter enim est acris. Verum & ex
eo liquet, quod phlegmonas induratas & ægilopas sanat.

Aera Lolium.

Lolium desiccat & calfacit efficaciter, vt propinqua sit acribus, magis q; iris: sed nō est perinde
vt illa tenuium partium, verum multum in hoc deficit. Secundum hoc ponat ipsam quispiam in
principio tertij ordinis excalfacientium, extremo verò secundi exiccantium.

Aegyrus Populus Nigra.

Ægyri Flores calidi quidē sunt in primo recessu à tēperatis: at in differētia, q habet in siccādo
& humectādo, paulū qddā ad siccius deflexerūt: sed & subtiliorū potius q crassiorū sunt partiū.
Et Folia quoq; ipsius quodāmodo floribus similia sunt, nisi quod ad oīa imbecilliora, minus q; effica G
cia. Sed et Resina eius, floribus similem facultatem obtinet, atq; etiam calidiorem. Porrò Semē tū
resina, tum floribus, & subtiliorum est partium, & exiccantius, non tamen admodum calidius.

In impressis legitur τρίτης i. tertio. in manuscriptis quos uiderim, πρώτης i. primo.

Acacia.

Acacia "& †plāta ipsa acerba est, et fructus, & succus: Qui lotus qdē & imbecillior, et minus mor A.l.2.t.2.c.3. fol.99.b
dax redditur, vtpote acrimoniā quādā in lauatione deponēs. Porrò si parti alicui sanę illinat, pro-
tinus eā & sicciorē & cōtractā efficiet, nullū qdē caloris sensum inuehēs, sed nec frigoris admodū
valentē. Vnde cōstat medicamē id esse frigidū & terrosum, immista quadā ēt essentia aquea. Et sa-
nè cōiectura est nō esse similare, verū quaīdā in sese dispsas habere partes tenues & calidas, q in ip
sa ablutione segregent. Esto q; & hoc tertij ordinis exiccantiū, & secūdi refrigerantiū, vbi qdē elo
tum fuerit, illotū verò primi.

† Al. folia ipsa acerba sunt.

Acalephe Vrtica.

Vrtica. Et "huius herbæ tum fructus, tum folia (nā hęc potissimū sunt vsui) admodū digerētis A.ibid.c.714.
sunt facultatis, adeo vt & phymata et parotidas sanent. Sed & quiddā flatuosum obtinent, quo &
venerē extimulāt, & maximè vbi cū musto semen bibitur. Porrò quod nō vehementer calfaciat, sed
multū tenuiū sit partium, testimonio est crassorū viscosorum q; humorum ex pectore pulmone q;
eductio, tū quod partes quas contigerit pruriant. Porrò flatuosum eius, cuius esse particeps dicta est, H
dum concoquitur, nascitur: nō enim actu flatuosa est, sed facultate. Vētrem autem modicè subdu-
cit ipsa duntaxat abstersione, ac veluti titillatione, non purgatione. Et gangrænosa, & cācrosa, &
in totū quæ exiccari citra mordicationem postulant, ea conuenienter sanat, nimirum cū subtilium
partium sit, & temperaturæ siccæ: non tamen tantum habens caliditatis, vt iam mordicet.

Acanthos Spina Vulgaris.

Acanthos. Alij quidem Melamphillum nominant, alij verò Pęderota. Folia quidē mediocri-
ter digerentem facultatem obtinēt: Ac Radix exiccatoria est, & leuiter incisoria, & tenuiū partiū.

Acanthion.

Acanthiū. Radix huius & folia facultatis sunt tenuiū partiū, & excalfactoriæ, vt & ijs q côuel-
luntur auxilientur.

Acantha Leuce Spina Alba.

Acātha "Leuce. Hāc qdā Leucacanthon noīant. Radix eius desiccatoria est, & modicè adstrin A.l.2.t.2.c.80. fol.108.d
gens. Quamobrē & cœliacos & dysentericos iuuat, & sanguinis reiectiones cohibet, œdemata q;
illitu contrahit: ac dentes dolentes iuuat, si decocto eius colluant. Semen tenuiū partiū et calidę fa
cultatis est. Itaq; potui dari ijs, qui côuellunt conuenit.

* stomachicos.

Acantha Aegyptia.

Spina Ægyptia. "Quidā Arabicam vocāt. Similis autem est spinæ albæ nostrati, verum facul- A.ibid.c.615.
tate

A tate validius adſtringente pariter & deſiccante. Itaque profluuium muliebre Radix eius iuuat,& alia, quibus auxilio eſt, quæ apud nos naſcitur ſpina: ſed efficacius tamen omnia adiuuat tum radix, tum fructus. Hic vero & columellæ prodeſt, & ijs quæ in ſede inflata ſunt: tum vlcera ad cicatricem ducit,mediocrem habens & non moleſtam adſtrictionem.

Acorum.

A. l.2.t.2.c.45. fol.102.d Acorum. Huius vtimur radice,quæ guſtu acri eſt,& modice amaro, odore q; non iniucundo. Itaque conſtat facultatis calidæ eſſe,& conſiſtentiæ tenuium partium. Huic conſentaneum eſt,vt vrinam moueat,& lienes induratos iuuet: tum ceratoidis craſſitiem detergeat ſimul atque extenu et, ſed ad hoc melior eſt ipſius ſuccus. Omnino vero ſiccificum eſſe clarum eſt. Et ſane ordinis eſto tertij in vtroque, in calfaciendo ſcilicet & deſiccando.

Aconitum, ſiue Pardalianches.

A. ibidē.c.360. & 676. Aconitum,"ſiue Pardalianches. Hoc ſepticę & deleterię facultatis eſt. Itaque in cibo potu q; fugiendum. Attamen ad putrefaciendum †quędam extra os & ſedem aptum eſt. Herbæ autem Radix ad hæc eſt vtilis.

† Cod. impreſſi habēt. τινὰ τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἢ καθέδραν. Manuſcripti & Aetius τινὰ τῶν ἐν τοῖς τοῦ σώματος ἢ καθέδραν. quaſdā externis corporis partibus & circa ſedē. Paulus. Extrinſecus quidē in carnibus quæ putrefieri debēt ipſo utēdum eſt.

Aconitum, ſeu Lycoctonum.

B Aconitum ſeu,Licoctonum. Eſt & hoc ſimilis alteri facultatis,ſed peculiariter lupos interficit, ſicut illud pardos.

Acte Sambucus. Et Ebulus.

A.ibidē.c.611. Acte,"tum magna illa & arborea,tum herbacea,quā & Chamęacten Gręci vocāt{Latini hanc Ebulum,illam Sambucū}vtraq; potētiā habet tū deſiccandi,tū conglutinādi,modice q; digerēdi.

Alimum.

Alimum. Hæc planta frutex eſt, plurimo in Cilicia præcipue prouentu: vbi & Germina eius recentia eſitant,& reponunt quoq; in poſterum futura vſui. Semen pariter & Lac planta ipſa generat, eſt q; guſtus ſalſi, & ſubadſtringētis. Ex quibus omnibus palam eſt ipſam eſſe diſſimilarē. Maior aūt pars ſubſtātiæ eius calida eſt temperate,cum humiditate inconfecta,& leuiter flatuoſa.

Aloe.

A ibidē.c.64. Aloe. Hæc "herba non admodum apud nos prouenit. Et quæ naſcitur in magna Syria,aquoſior eſt,& facultatis imbecillioris: attamen vſq; adeo deſiccare poteſt,vt vulnera glutinet. At in regionibus calidioribus,qualis eſt Cœloſyria,& Arabia,multo eſt melior. Optima aūt indica, cuius liquor eſt id,quod ad nos importatur cognominatū Aloe,Medicamentū ad plurimas res propter C exiccationē mordicationis expertē vtile. Eſt aūt non ſimplicis naturæ, ſed,vt teſtatur guſtus, adſtringit ſimul & amara eſt: adſtringit quidem modice,ſed fortiter amara eſt. Subducit & vētrem, vtputa ex numero medicamentorū, quæ Græci ab excernēdo ſtercore vocāt Εκκοπρωτικά. Itaq; ex dictis patet (ſiquidem memoria tenemus quæ in quarto libro ſunt demonſtrata) q̄ tertij ſit ordinis exiccantium: calfacientium aūt aut primi intēſi, aut ſecundi remiſſi. Sed & ipſius facultatis miſturā atteſtanť particularia eius opera. Nam & gratū ſtomacho medicamē eſt, vt ſi quid aliud: & ſinus glutinat. Sanat & vlcera quæ ægre ad cicatricē duci poſſunt, & maxime quæ in ano ſunt & pudēdo. Iuuat & eorū phlegmonas aqua ſubacta, & vulnera eundē ad modum glutinat. Congruit ſimiliter vtenti & ad phlegmonas in ore, ac naribus,& oculis. In ſumma,repellere & digerere ſimul poteſt,cum hoc vt paulū extergeat,quantū videlicet vlceribus puris non ſit moleſtum.

Alyſſon.

A.l.2.t.2.c.26. fol.101.c Alyſſon. Nuncupata "eſt hęc herba Alyſſon,quod mirifice iuuet morſos a cane rabido. Sed & rabiēti quoq; data ſola ſepe in totum ſanauit: atq; hoc ex totius ſubſtantiæ ſimilitudine efficit. Dictū q; prius eſt talem facultatē ex ſola percipi experiētia,et plane nulla cōſtare methodo. Quod ſi quis ad multa experiatur, cognoſcet facultatem habere mediocriter ſiccificam, & digerētem,cum D hoc vt abſterſorium non nihil etiam obtineat. Hac ratione & vitiliginem & ephelin expurgat.

Alſine Auricula Muris.

A.l.2.t.2. c. 18. fol.100.f Alſine,aut Myoſota. Similem "hæc facultatem Helxinæ obtinet,nempe refrigerantem & humectātem: Eſt enim eſſentiæ aqueę,frigidę: quare & citra adſtrictionem refrigerat. Quocirca ad feruentes phlegmonas & mediocria eryſipelata competit.

Amaracon Maiorana.

A.bidē. c. 466. Amaracon "excalfacit non inſtrenue, non valde autem deſiccat, ſed in caliditate quidem tertij eſt ordinis,in ſiccitate vero ſecundi.

Ambroſia.

Ambroſia illita vim habet adſtringentem,ac repellentem.

Ami.

A.ibidē.c.60. Ami. Herbæ "quam vocāt Ami,Semen maxime eſt vtile. Facultatis eſt excalfactoriæ, & deſiccatoriæ,tenuium q; partium. Sed & guſtu ſubamarum eſt,& acre.Et clarum eſt, quod & digerat, & vrinam moueat. Fuerit autem in calfaciendo reſiccando q; ex ordine tertio intenſo.

Amarantum.

Amarantum facultātis eſt incidentis & extenuantis. Coma igitur eius menſes cum vino pota

 educit.

educit. Sed & grumos sanguinis liquare creditur, non solum in ventre, sed & in vesica: sed tūc po E tius cum mulso bibenda. Et omnes simpliciter fluxiones pota desiccat, stomacho infesta.

Amorge Amurca.

Amurca "terrestris est substantiæ, calidæ, non tamen tm̄ possidet caliditatis vt palàm mordicet. Quòd si coquatur quoq;, multo etiam magis crassarum partiū & sicca redditur. Et fuerit sanè ex secundo ordine excalfacientium, & siccātium intenso quodā modo magis. Sic et vlcera corporum temperatura siccorum curat: quæ verò in alijs omnibus sunt, exasperat. Siquidem contendit perinde vt resina, & pix sicca, & bitumen: Quæ & ipsa in corporibus admodum duris, quæ vulnus habent aut sinum, glutinatoria sunt: alia verò omnia contendunt atq; irritant. A.ibi.c.277.

Ampeloprason.

"Ampeloprason. Si inter alliū & prason hoc est porrū, mediū quiddam concipias, facultatem ampeloprasi inueneris. Est enim agreste, vt sic dicā, porrū: quàobrem & acrius eo & siccius est, sicut agrestia omnia reliqua hortēsibus, ac proinde stomacho q̄ illud nocētius. Sed & crassos & lentos humores potētius incidit: valētius q; infarcta organa obstructiōe liberat. Hac quoq; rōne vrinas, & mēstrua sępe ꝓuocauit, vbi à crassis et lētis retinebant̄ humoribus. Adeo vero est calidū, vt illitū cataplasmatis mō, exulceret. Dictū ē aūt retro, ꝙ q̄ eū ī modū sūt calida, extremi sint ordinis. F A.ibi.c.540.

Ampelos Agria Vitis Agrestis.

Vitis Agrestis Racemi extergēdi vim hn̄t, vt epheleis, & neuos, & id genus omnia in extima cute existentia curare possint. Sed & adstrictionem quandā extrema germina {ἀκρέμονας Græci vocant} obtinent, quæ & sale condiri assolent.

Ampelos Hemeros Vitis Satiua & culta.

Vitis "Cultæ adsimilis facultas est agresti, sed ad omnia imbecillior. A.ibi.c.715.

Ampelos Leuce Vitis Alba.

Ampeli "Leuces, quam & Bryoniam & Psilothrum vocāt, prima quidem Germina ab oībus pro more edi vere solent, vtpote edulium stomacho propter adstrictionem acceptum. Sed & subamarā & modicè acrē adstrictionē possident: quare & vrinā modicè ciēt. At Radix & abstergētem, & desiccantē, et tenuiū partium vim habet, et moderatè calidam. Quamobrē & lienes indura tos liquat tū epota, tum foris cū ficubus imposita: & psoram & lepram sanat. Porrò Fructus eius, racemi speciem præferens, ijs qui coria depsant, est vtilis. A.ibi.c.262.

Ampelos Melæna Vitis Nigra.

Vitis "nigra. Vocatur autem hæc propriè Bryonia: supradictæ tamen ad omnia similis, nisi G quòd imbecillior. A.ibi.c.263.

Amygdala.

Amygdala, "quę quidē palàm Amara sunt, omnino extenuandi vim possidēt, quod & qualitas ipsa indicat, & experientia cōprobat. Ac de amara quidem qualitate in quarto horū cōmentariorum proditum est. Cæterū duo experiētiæ exēpla proponi satis est, vnde vim eorū possis discere. Siquidem ephelin expurgāt, et excreationibus ex pectore pulmone q; crassorum lentorum q; humorum impendio conferunt. Porrò hęc ostensa sunt genere quidē attenuantis, specie verò extergentis esse facultatis. Quin & ꝙ per accidens facultatē item habeant ab obstructione liberandi, & ipsum suprà demonstratum est. Sed & experientia monstrat. Nā in iecore crassorū viscosorum q; humorū in extremis vasis impactorū obstructiones, abūdè expurgant expediunt q;. Quin & laterū dolores ab huiusmodi causa natos, & lienis, & coli, & renum sanant. Porrò & ipsa Arbor tota similē sortita vim est. Nā huius Radices coctę atq; illitæ epheleis purgant. Quotquot verò sunt amygdala Dulcia, & ipsa leuiculā amaritudinē possidēt, quę tn̄ dulcedīe superāte occultat̄: cęterū id tēporis spatio clarum fit. Demonstratū autem retro est qualitatē dulcem moderatè esse calidā. A.l.2.t.2.c.57. fol.104 g

Ammoniacum. H

Ammoniacum, "opos siue liquor est ferulę cuiusdā. Hoc habet emolliendi facultatē intensam, adeo vt & articulorū tophos dissoluat, & lienes induratos sanet, & chœradas per halitū digerat. A.l.2.t.2.c.8. fol.99.f.g

Amomum.

Amomum "Acoro similem facultatem obtinet, nisi quòd acorū siccius sit, maiore autem quadantenus concoquendi facultate amomum. A.ibi.c.51.fol. 103.e

Anagallis.

Anagallis "vtraq;, tum ea quæ cœruleum habet florem, tum ea quæ purpureum, admodum extergentis sunt facultatis. Habent verò non nihil etiam caloris, & quandam trahendi facultatem, adeo vt & infixa corpori extrahant. Succus earū ex naribus purgat eadē de causa. In summa autē desiccandi vim habent citra mordicationē. Quamobrē & vulnera glutinant, & putrida adiuuant. A.ibi.c.32.

Anagyrus.

Anagyrus frutex est grauiter olens, acris, & digerentis, excalfaciētis q; facultatis. Sed Folia etiānum virentia, cùm propter humiditatis admistionem minus sint acria, idcirco tumētia reprimūt: at resiccata incidentis sunt exiccantis q; valenter facultatis. Similem ferè facultatem habet Radicis eius cortex. Semen autem magis subtilium est partium. Sed & vomitum prouocat.

Androsæmum.

A *Androsæmum.*

Androsęmum planta fruticosa, natura duplex: Vnum enim Ascyron & Ascyroeides nūcupatum est, species hyperici: Alterum vero à quibusdam Dionysias appellat. Est aūt Fructus eorū purgatorius: Foliorum verò facultas modicè extergēs & desiccans, vt & ambusta curare credantur. Cęterùm in vino austero decocta vinum ipsum vulnerum grādium glutinatorium efficiūt.

Androsace.

Androsace, amara & acris herba. Potest autem resiccata ebibita q; tum ipsa, tum fructus eius, magnopere vrinam prouocare: & nimirum etiam digerere, & desiccare.

Andrachne Portulaca.

A.ibidē.c.534. Andrachne *frigida & aquea temperie est, paucæ particeps austeritatis. Proinde fluxiones repellit, & maximè biliosas & calidas: cum eo q̃ eas mutet, & in qualitate alteret magnopere refrigerans. Et fuerit sanè in refrigerandi quidem facultate tertij excessus à temperatis ac medijs, in humectandi verò secundi. Hac ratione & æstuantes, vt si quid aliud, adiuuat tum ventris osculo imposita, tum totis hypochondrijs, maximè in febribus hecticis. Præterea dentium stuporem sanat, nempe quæ ab acidorū succorū contactu asperè exiccata fuerant leniens atq; replens, vtpote cùm B viscosam habeat humiditatem. Similiter vero & Succus eius. Itaq; nō foris modò impositus, sed epotus quoq; refrigerat. Hoc sanè & toti Herbæ comesæ accidit. Quoniam aūt subastringit, vtiliter dysentericis editur, & muliebri profluuio, & sanguinis reiectionibus. Sed ad hęc quidem multo est, quàm herba, succus ipsius efficacior.

Anemone.

A.ibi.c.655. Anemonæ *oēs, acres, & extrāhendi, & attrahēdi, & ora vasorū reserādi, facultatē obtinēt. Itaq; Radix cōmāsa pituitā euocat. Et Succus ex naribus purgat, & oculorū cicatrices extenuat. Insup sordida vlcerū anemonæ expurgāt, & lepras detrahunt, menses q; appositæ eliciūt, & lac trahunt. *Al. extergendi.

Anethum.

A.ibi.c.69. Anethum *adeo excalfacit, vt habendū sit aut secundi ordinis intensi, aut tertij remissi: exiccantium verò ordinis est secūdi incipientis, aut primi finientis. Itaq; meritò in oleo decoctū digerit, dolorem sedat, somnum conciliat, & crudos & incoctos tumores concoquit. Fit enim ex eo oleū, cuius propinqua sit temperies pus mouentibus, & cōcoquentibus vocatis medicamētis, nisi quatenus paulo illis tum calidius, tū subtilius est, ac proinde digerens. Vstū aūt tertij ordinis tū excalfacientium, tū desiccātiū fit. Et proinde vlceribus nimis humidis mollibus q; inspersum prodest, C potissimum ijs quę in pudendis consistunt: at quæ in præputio sunt inueterata, ea probè cicatrice includit. Cęterùm Viride adhuc & sicculentū humidius est scilicet, & minus calidū. Itaq; magis concoquit, & somnū conciliat magis, q̃ siccum, sed minus digerit. Idcirco mihi videntur veteres coronis ex eo plexis vti solere in symposijs.

Anthillis.

A.ibi.c.744. Anthillis *duplex est, sed vtraq; modicè desiccat, vt & vlcera glutinet. Cæterùm altera, ea scilicet quæ chamæpityi adsimilis est, quadantenus subtiliorum est partium q̃ altera, adeo vt & comitialibus competat. Quin & ipsa magis q̃ altera extergere potest.

Anthemis, aut Chamæmelum.

A.ibidē.c.118. fol.112.b Anthemis, aut Chamæmelum. Dictum *quidem in tertio libro copiosius est de hac herba: dicetur q; nunc summatim, q̃ calfacit & desiccat in primo ordine. Est & tenuium partium, ac proinde digerendi, laxandi, & rarefaciendi vim obtinet.

Anisum.

A.l.2.t.2.c.1. fol.98.f Anisi *Semen maximè vtile est, acre & subamarum, vt propè ad vrentium accedat caliditatem. Est aūt in siccādo tertij ordinis, sicut & in calfaciendo. Proinde & vrinā ciet, & digerit, & inflationes ventris reprimit.

Antirrhinum.

D Antirhinum aut Anarhinum fructum habet vituli naribus simile, ad sanationes inutile. Ipsum autem adsimilis est cum bubonio facultatis, sed multò minoris. Itaq; ex illo de hoc conijcito.

Aparine.

Aparine, quidam Philanthropon, alij Omphacocarpum cognomināt, modicè extergit, & desiccat, habet q; non nihil subtilium partium.

Apios Pyrus.

A.ibi.c.542. Pyri *Folia pariter ac Turiones austera sūt: Fructus dulcedinis etiā qddā obtinet aqueę. Ex qbus clara quoq; tēperies est, inęqualis s̄m partes: nam pars vna terrea est, alia aquea, †cęterū vtraq; frigida: tum alia tēperata. Proinde esu pyra stomacho grata sūt, & sitim ꝓhibēt. Illita aūt desiccāt, & modicè refrigerāt. Nā ego ijs illitis vulnus glutinasse me memini, cū aliud ad manū esset nihil.

†Græce καὶ καθ' ἑκάτερον τὸ μέντοι ψυχρὸν, τὸ δ' εὔκρατον, i. & secūdum vtrāq;, altera qdē frigida, altera vero temperata. Antiqua trala. Sed si tu vis dicere per alium modū, dices q̃ qdā illarū sunt frigidæ, & quędā sūt ęqualis cōplexionis. Videtur.n.legisse καὶ καθ' ἕτερον τρόπον

Achrades Pyra Syluestria.

Achrades vocatæ, magis quàm pyra reliqua, adstringunt, & desiccant. Et proinde sanè maiora vulnera glutinant, fluxus'que repellunt.

Apocynum, aut Cynocrambe.

Apocynum, aut Cynocrambe. Vocant autem quidam eam Cynomorum, quandoquidem canes celerrimè interimit, sicut Lycoctonon lupos. Est autem hominibus venenum, herba mul-

tum grauiter olens. Proinde omnino calida est non instrenuè, non tamen proportione desiccat. E
Itaq; illita admodum digerentis est facultatis.

Argemone.

Argemone. Et huius herbæ facultas abstersoria est, & digerens.

Arisarum.

Arisarum multo minus est Aro. Radicem habet oliuæ magnitudine, sed multo est ipsa acrius.

Aristolochia.

Aristolochię "Radix multo est ad medicationes vtilissima, amara & subacris. Sed ex illis oīum subtilissima est Rotūda, & ad oīa efficacior. Aliarū verò duarū quæ Clematitis appellaē, fragrantior est: itaq; ea ad vnguēta vtunē vnguētarij: sed ad sanationes infirmior. At Lōga minus quidē tenuitatis partiū obtinet q̄ rotunda, sed nec ipsa inefficax est, verùm abstergendi atq; excalfaciēdi potentiā possidet, minus quidem q̄ rotunda abstergens ac digerens, sed non minus calfaciens, immo forsan plus quoq;. Itaq; in quibus vsus est modicę abstersionis, commodior est longa, puta in vlceribus carne explēdis, & fomentationibus vteri: At in quibus crassum humorem validius extenuare oportet, illic vsus est rotundæ. Proinde dolores ab infarctu aut crassitie crudorum spirituum natos magis curat rotūda, & spicula extrahit, et putredines sanat, & sordida vlcera repurgat, F dentes & gingiuas candidas efficit. Auxilio est & asthmaticis, singultientibus, comitialibus, podagricis, si cum aqua bibatur. Tum ruptis & cōuulsis, vt si quod aliud medicamētum, idoneū est. A.l.2.t.2.c.49. fol.101.b.c

Arceuthus Iuniperus.

Iuniperus "calida & sicca vtrinq; tertij ordinis. At Fructus similiter quidem calidus est, sed nō similiter siccat, verùm in hoc primi fuerit ordinis. A.ibi.c.759.

Arctium Lappa Minor.

Arctium illud, quod thapso verbasco est simile, radice tenera, candida, dulci, caule oblongo & molli, semine cymino simili, facultatis est admodum tenuium partium, & ob id exiccantis extergētis que, tamen modicè. Quamobrem Radix ac Semen eius cocta cum vino quadātenus dolores dentium mitigant. Porrò ambusta, & chymethla idest perniones, non horum modò decoctū perfusum, sed & caules teneriores sanare possunt. *Arctium aliud, Lappa maior, Bardana.* Alterum verò Arctium, quod Prosopitida, & Prosopion i. personatium, vocant, cuius q; folia cucurbitę simillima sunt, nisi quatenus tum maiora tum duriora, digerit simul & desiccat, sed & adstringit non nihil. Quamobrem folia eius veteribus vlceribus mederi possunt.

Arnoglossum Plantago. G

Arnoglossum." Mistæ & hoc est temperaturæ: habet enim quiddam aqueum frigidum: habet verò & austerum quiddā, id quod terreum est, siccum frigidum. Itaq; refrigerat simul & desiccat, & in vtroq; secundi excessus à medijs est. Porrò medicamenta, quæ cum hoc q̄ refrigerant, vnà etiam adstringunt, ea & ad vlcera rebellia omnia, & ad fluxiones, & putredines cōueniunt, ac proinde & ad dysenterias. Nam & sanguinis profluuia sistunt, & siquid aduratur refrigerāt. Tum sinus quoq; glutināt, & alia vlcera recētia simul & vetera. In oībus ferè id genus medicamentis primas tenet, aut certè nulli secundum est, Arnoglossum, id q; temperaturæ symmetria & conuenientia. Nam siccitatem obtinet morsus expertem, & frigiditatem, quę nō dum obstupefaciat. Et Fructus & Radix similis sunt facultatis, nisi q̄ tum siccioris, tum minus frigidæ. Sed fructus quidem subtiliorum est partium, radices autem crassiorum partium. Et ipsa herbę Folia exiccata subtiliorum sunt partium & minus frigidæ facultatis, nempe difflato ex eis ac digesto excremento aqueo. A.ibi.c.429.

Hac ratione & radicibus vtuntur ad dentium dolores tum mandentes, tum collutionibus incoquentes. Preterea ad iocinoris & renum obstructiones non has tantùm adhibent, sed folia quoq;, & multo magis fructus. Hæc enim omnia quandam in se abstergendi facultatem obtinēt: quam & in herba viridi inesse satis conijci potest, verùm ab humiditatis copia deuinci. H

Arum.

Aron. Terrena "& ipsum essentia constat, calida. Proinde extergendi vim possidet, verùm nō valentem, sicut Dracontium. Est itaq; in exiccando & excalfaciendo primi ordinis. Radices eius maximè sunt vtiles: siquidem comesæ crassitiem humorum mediocriter incidunt, adeo vt & excreationibus ex pectore idoneæ sint: sed magis tamen aptum est Dracontium. A.ibi.c.432.

Artemisia.

Artemisia." Duplex quidē est herba Artemisia, sed vtraq; excalfacit, & modicè desiccat: & sint, quod ad calfactionem attinet, excessus secundi: quod verò ad resiccationem, aut primi intensi, aut secundi incipientis. Sunt autem & modicè tenuium partium. Itaq; ad renum calculos mediocriter commodæ sunt, & ad fomentationes vteri. A.ibi.c.85.

Asarum.

Asaron. Huius "herbæ Radices vtiles sunt, facultate similes radicibus acori, intensiores tamē. Itaq; ex ijs quæ de illis prodita sunt, hic facienda coniectura. A.l.2.t.2.c.4. fol.99.c.

Asclepias.

Asclepias. In tertio Dioscorides de hac herba cōscripsit: At nos eius non dū periculū fecimus.

Aspalathos.

A *Aspalathos.*

A.ibi.c.106. Aspalathus "gustu quidem acris simul & adstringens est: facultate verò ex dissimilaribus constat, nempe partibus suis acribus excalfaciens, partibus verò alijs, austeris scilicet, refrigerās. Itaq; vtriusq; ratione desiccat & refrigerat: Et proinde ad putredines & fluxiones est vtilis.

Asparagus.

A.ibi.c.603. Asparagus "Petręus, aut Myacanthinus abstergendi vim habet, id q; citra manifestam aut caliditatem aut frigiditatem. Hinc renes ac iecur infarctu liberat, & maxime herbæ ipsius radices & semen. Quin & dentium dolores sanat siccitatis nomine citra calefactionem, quam vel maximè dentes requirunt. Porrò Athenienses per ph dicunt Aspharagus.

Asplenum.

A.ibi.c.630. Asplenum "tenuium quidem partium, non tamen calida est herba. Hac vtique ratione & lapides frangit, & lienes liquat.

Astragalos.

Astragalos fruticellus est exiguus, Radices habēs adstrictorias. Quamobrem ēt ex numero est non instrenuè exiccantium. Nā vlcera vetera ad cicatricē ducit, & aluum fluxu tentatam sistit, si-B quis in vino decoctam radicem bibat. Plurimus huius fruticis prouentus est in Pheneo Arcadiæ.

Aster Atticus.

A.ibi.c.537. Aster "Atticus. Alij Bubonium vocant, non ob id tantùm, ꝙ illitū, sed etiam ꝙ suspensum, bubones sanare creditur: habet quiddam etiam digerēs: habet verò nō minimè & refrigerans quiddam ac reprimens, vt mistæ sit potentiæ, vti rosa: verùm id non adstringit.

Astaphis Vua.

A.ibi.c.716. Astaphis, "Culta quidem, concoquendi, adstringendi, & leuiter digerendi facultatem possidet. At Agrestis vehemēter acrē obtinet, adeo vt ex capite purget {quod ἀποφλεγματίζειν Græci dicunt} abstergat q; valenter. Itaq; ad psoram accomoda est. Sed & vrendi vim habet.

Asphodelus.

A.ibi.c.73.d Asphodelus ". Et huius Radix vtilis est, sicut Ari, Asari, & Dracōtij, nempe extergētis & digerentis facultatis. Vstæ autem Cinis calidior, & exiccantior, subtilior q;, ac digerere potentior efficitur: Ac proinde & alopecias sanat.

Atractylis.

A.ibi.c.159. Atractylis, aut Cnicus agrestis. Hæc planta ex spinarum est genere. Facultatem habet desic-C candi, & modicè digerendi. *calidam.

Atraphaxys Atriplex.

A.ibi.c.149. Atriplex "humida & frigida tēperie est, humida quidem secundi ordinis à medijs, frigida verò primi: quam vtiq; tepidam esse caliditatem posuimus, cuiusmodi rosis inest: nō tamen adstrictionis est particeps, sed aquea est, & minimū terrena, queadmodū malua. Quin & ventrē celeriter permeat, vt illa, ob lubricitatem. Porrò paululum omnino eius est, quod digerendi obtinet potentiā.

Hortenses aūt atriplex & malua, ꝙ agrestes, tū humidiores sunt, tū frigidiores. Proinde phlegmonis & phygethlis incipientibus, gliscentibusq;, & emollibus etiamnū, ac velut feruētibus hortenses: vigentibus aūt, & declinantibus, ac indurescentibus commodiores sunt agrestes. Semen eius abstergendi vim habet. Itaq; ad auriginem ex pituitæ infarctu prognatam vtilis est. *Al'Iecoris.

Aphace.

Aphace vim habet adstringēdi, sicut & ipsa lenticula {φάκον Græci vocāt.} Sed & simil'r vt lēticulæ edi solet, cæterùm ægrius q̄ illæ concoquitur. Valētius aūt desiccat, & moderati caloris est.

Absynthium.

A.l.2.t.2.c.2. fol.98.g Absynthium "adstrictoriam, & amaram, & acrem simul qualitates possidet: excalfaciēs pariter D & extergens, & roborans, & desiccans. Proinde biliosos vētris humores per egestionem infernā propellit, ac per vrinas euacuat. Magis autē quod in venis est biliosum, per vrinas expurgat. Ob hæc contentam in ventre pituitam nihil adiuuat sumptum: sic sanè si in thorace aut pulmone cōtineatur: nam adstringens in eo facultas, ꝙ amara, valentior est. Porrò ꝙ insit quoq; acrimonia, idcirco maiori portione calidum est ꝙ frigidum. At si opus est vniuersaliter comprehēsam eius temperiem secundum primas circunscribere facultates (etsi anomœomeres & dissimilare sit) calidum ipsum dixerim primi excessus, siccū tertij. Succus autē eius longè ꝙ herba ipsa calidior est.

BALANOS MYREPSICA GLANS VNGVENTARIA

A. ibidē. c. 79. fol.108.c Balanus "myrepsica, hoc est Glans vnguentaria, adfert ex Barbarica regione. Vtunt vnguentarij carnis eius succo, qui facultate calidus est. Reliquiæ aūt, vnde expressus est succus, terrestres scilicet & duræ, vincētem habent qualitatem amaram. Sed & admista est quædam adstrictio. Proinde extergentem simul & incidentem, contrahentem'que, & stipantem effectum possident.

Itaq; ad ionthos, lētes, ephelin, & pruritū, deinde & ad psoram, & leprā conueniunt. Verū enim uero & lienes liquāt iecurq; indurescentia. Quòd siquis carnem eius drachmę pondere cum melicrato bibat, medicamen experietur vomitorium. Sæpe etiam per infernam aluū largiter subducit.

Itaq; cùm hoc medicamento vtimur ad viscerum expurgationem, & maximè iocinoris lienisq;,

ex oxycrato ipſum exhibere cõſueuimus. Gaudet vero vel maxime alioqui aceto ad actiones extrinſecas. Adeo enim efficax efficitur, vt & pſoras, & lepras extergeat: & multò etiam magis quę his ſunt minora, lentes, vitiliginem, ionthos, ephelin, exanthemata, achoras: tum vlceroſa, & quę craſſi ſunt ſucci omnia. Sed & cicatricibus decorem affert. Porrò, ꝙ cùm illinenda eſt lieni, præſtet admiſtam eſſe farinarũ quampiam exiccantium, cuiuſmodi eſt erui ac lolij farina, id iam potius ad cõponendorum medicaminum tractationẽ, haudquaq; ad præſens inſtitutum pertinet: ſed & in paratu facilibus ipſum dicetur. Verùm in præſens ſufficit abſtergentẽ & incidentẽ cum adſtrictione quapiam propoſiti medicaminis dixiſſe facultatẽ, ac ſic ad aliud tranſgredi. Cortex tñ eius admodum adſtringit. Itaq; & hunc quoq; poſſis, vbi validæ vſus eſt adſtrictionis, accommodare. [E]

Balſamum.

Balſamum "deſiccat & excalfacit ſecundo exceſſu. Eſt autem & tenuium partium, adeo vt odoratum ſit. Sed Liquor eius ſubtiliorum etiam partium eſt quàm ipſa planta, non tamen adeo calidus, vt quidam exiſtimãt, tenuitate partium falſi. Porrò Fructus eius perſimilis genere facultatis eſt, cæterum longè in ſubtilitate partium inferior. [A.l.2.t.2.c.81. fol.108.e]

Balauſtium.

Balauſtium "flos eſt agreſtis punicę, ſicut domeſticarum Cytinus. Valenter guſtum adſtringit. Et ſanè deſiccantis & refrigerãtis facultatis eſt, & nimirum etiam craſſę eſſentię, ſi quidem memores ſumus eorum quę in quarto horum commentariorum ſunt prodita: vbi oſtẽdimus omnẽ adſtringens, terreſtre eſſe frigidũ. Aliarum autem qualitatum nullius præ ſe fert indicium. Proinde ipſum quis cenſeat ſtrenuè & exiccare & refrigerare. Siquidem non perperam in quarto horum voluminum terreis frigidis corporibus adſtringentem ineſſe qualitatem demõſtratum eſt. Sanè vero & euentus ipſe comprobat. Nam ſi intertriginibus et alijs vlceribus ipſum illinas, celerrimè illa videbis cicatricem contrahere. Hoc ſanè nomine & ad ſanguinem reijcientes, & ad dyſenteriam, tum ad ventris vteri q; profluuia, non eſt quiſpiam medicorum, qui curandi tractatus cõſcripſere, qui hoc non vtatur medicamento. [F] [A.ibidẽ.c 109. fol. 110. h]

Batus Rubus.

Rubi "Folia, germina, flos, fructus, & radix qualitate adſtringente participãt, ea q; nõ obſcura. Sed hoc inter ſe differunt, ꝙ folia ac præcipue mollia & recens nata plurimum in ſe habeant ſubſtantiæ aqueę, paucum verò adſtrictionis: eadem ratione & germina. Itaq; ſi mandãtur, aphthas & alia oris vlcera ſanant. Quin & alia vulnera glutinare valent: eſt enim eorum temperies & ex terrea frigida eſſentia, & aquea tepida. At Fructus, ſi quidem maturus fuerit, non parum habet ſucci calidi temperati, qui dulcis eſt, vti mõſtrauimus: Itaq; ob hoc & ob modicam adſtrictionem eſui non inſuauis eſt. At immaturus à frigida ſubſtantia terrea vincitur, ac proinde acerbus eſt & valde exiccatorius. Et ſanè vterq; ſiccatus recõditur validius q̃ recens deſiccans. Sed & Flos eandem vim fructui immaturo poſſidet. Vtraq; ad dyſenterias, & ventris profluuium, & atonias i. imbecillitates, & ſanguinis expuitionem idonea remedia. Porrò Radix prẹter adſtrictionem, nõ paucam habet ſubſtantiam in ſeſe tenuem, per quam & lapides renum comminuit. [A.ibi. c. 572.] [G]

Batrachium.

Batrachium quatuor habet ſpeciatim differẽtias. Omnia verò vehementer acrem qualitatem poſſident, adeo vt cum dolore exulcerent. Hac ratione, ſi moderatè vtare, pſoras & lepras excoriant, & vngues diuellunt: tum leproſis ſtigmata digerunt, & acrochordonas & myrmecias detrahunt. Quin & alopecias iuuant pauco tempore admota: nam ſi diutius inhæreant, non excoriatur ſolum ipſa cutis, ſed & in cruſtam vritur. Atq; hæc omnia caulis & foliorum ſunt opera, ſi imponas virentia. Porrò Radix arefacta ſternutationẽ prouocat, ſimiliter alijs omnibus, quę valẽter deſiccant. Sed & dentes dolentes iuuat, vt & frangat eos, valenti ſcilicet exiccatione. Et vt ſemel dicam, calida & ſicca valde eſt tum radix, tum vniuerſa adeo herba. [H]

Bdellium.

Bdellium, "quod Scythicum nominant, quod ſanè & atrius eſt, & reſinoſum magis, emolliẽtis admodum & efficacis virtutis eſt. At alterum, nempe Arabicum, quod dilucidius eſt, magis deſiccat quàm emollientia. Igitur recens & humidum eſt, & contuſum facile molleſcit, ad omnia ad quæ ſcythicum, idoneum: At quod antiquius eſt, & admodum guſtu amarum, & acre, & ſiccum, ab eorum, quæ indurata molliunt, mediocritate excidit. Vtuntur autem quidam illis, & potiſſimum arabico, & ad bronchocelas, & hydrocelas, ſaliua matutina ieiuna'que ſubigentes, vt emplaſtri conſiſtentiam accipiat. Porrò arabicum & calculos renum in potu ſumptum frangere apparet: tum vrinas ciere, & crudorum flatuum diſcurſus: præterea laterum dolores & rupturas perſanare. [A.ibi.c.112.]

Bechium Tuſſilago.

Bechium inde adeo ſic nuncupatũ eſt, ꝙ bechas hoc eſt tuſſes, & orthopnœas, iuuare ſit creditũ, ſiquis folia arida aut radicem in prunis vrens aſcendentem inde fuliginem inſpiratu attrahat. Eſt autem modicè acris, vt ſine moleſtia noxa'ue omnes thoracis abſceſſus credita ſit rumpere. Sanè Folia virentia partes cruda phlegmone obſeſſas illitu extrinſecus adiuuant, nempe ob aqueæ humiditatis

A humiditatis admistionem, qua omnia viridia tenera q; participant, alia plus, alia minus: nam sicca bechij folia acriora sunt, quàm vt phlegmonis conueniant.

Blitum.

A.ibi.c.636. Blitũ " olus est esculentũ, humidę frigidę q; temperaturę, in secũdo maximè excessu à tẽperatis.

Bulbus Satiuus.

A.ibi.c.85. Bulbus" Esculentus quidem frigidiorẽ & crassiorem lentũ q; succũ procreat. Nã & coctu difficilis est, & flatuosus, & venerem prouocans. Attamen illitus ob amaritatem simul & adstrictionẽ abstergit simul & glutinat, & nimirum etiam exiccat. Est enim ostensum amaritudinem in extergentibus esse substantijs, adstrictionem verò in glutinantibus. At siccitas vtranq; consequitur.

Bulbus Vomitorius.

Bulbus Vomitorius multò est calidioris temperaturæ, quàm superior.

Bubonium.

Buboniũ, aut After Atticus, nuncupatum est ita, quia creditũ est bubonas sanare tũ illitũ, tum inguini adalligatum. Est aũt mediocriter digerentis facultatis, quia videlicet & modicè calidum est: nec vehementer, nec ita desiccat, vt contendat, maximè cum etiamnũ molle ac recens fuerit.

B *Buglossum.*

A.ibi.c.418. Buglossum " humidæ calidæ q; temperiei est. Itaq; vinis iniectũ lætitiæ ac hilaritatis causa esse creditũ est. Sed & ijs qui ob supremi gutturis {pharynga Græci vocãt} asperitatem tussiunt, coctũ in melicrato cõuenit. *Bunium.*

Bunium, alij Arcticũm, adeo excalfacit, vt & vrinã moueat, & menses prouocet. Sed & Pseudobunium adsimilis illi caliditatis est. *Al. Arction.

Buphthalmum.

A.ibi.c.97. Buphthalmum " sic appellatum est à floribus, qui figura quidem boum oculis videantur adsimiles, colore autem anthemidis floribus simillimi sunt, sed multo tum maiores, tũ acriores. Proinde & vehementius digerunt, adeo vt & duritias sanent cerato misti.

Brathy Sabina.

A.l.2.t.2.c.5. fol.99.d Sabina ' ex numero est fortiter exiccantium, id q; secundum tres qualitates quas in gustu prę se fert, similiter ut cupressus, nisi q; ea & acrior ẽ, & vt sic dixerim, magis aromatica, {seu odoratior.} Igitur huius quã modò dixi qualitatis est particeps, nempè acrimoniæ cõsistentis in tẽperamento calido, præterea amaritudinis & adstrictionis obscurioris q̃ in cupresso: quantum.n. ipsa cupressum superat in acrimonia, tm̃ ab ipso superatur in adstrictione. Quo manifestũ est q; omnino calidior est cupresso, & ob id ẽt potentius digerit. Itaq; glutinare nequit vulnera ob siccitatis & caliditatis robur: nam illi tm̃ vtriusq; inest, vt ẽt contendat, & inflammationẽ afferat: At putredinibus similiter ut cupressus accõmodari potest, maximè vbi rebelliores fuerint & diuturniores: nã hæc citra noxam vim medicamenti perferunt. Quin & quæ atra sunt reddita, & admodum sordida, ea cũ mellẽ expurgat. Carbunculos item soluit. Porrò partiũ tenuitate menses quoq; prouocat, vt siquid aliud: & sanguinẽ per vrinas mouet. Fœtum ẽt viuentem interficit, & mortuũ educit. Esto aũt hoc medicamen tertij ordinis tum excalfacientiũ, tum desiccantiũ, ex numero eorũ quæ vel maximè tenuium sunt partium. Et hoc vtique nomine vnguentis inditur, & maximè gleucino, & in multas antidotos inijcitur. Quidam verò etiam cinnamomi vice duplũ eius subijciunt. Est enim extenuandi & digerendi facultatis, si epotum fuerit.

C

Bretanica.

Bretanicæ herbę Folia adstringentia sunt, & vulnerum glutinatoria, similia agrestiũ lapathorũ folijs, nisi quatenus acriora sunt, magis q; hirta. Sed & expressus ex illis Succus perinde natus est adstringere: itaque coctum quidam reponũt tanquam inter stomatica medicamẽta efficacissimũ. D Videtur enim sanare iam etiam putrescentia.

Bromus.

Bromus vnum est ex leguminibus: verùm vt medicamentum, similem hordeo vim obtinet. Nam illitum desiccat & digerit mediocriter, & sine morsu. Temperiem autem habet paulo frigidiorem. Non nihil etiam adstrictionis obtinet, vt ventris profluuia iuuet.

Bryon Thalattion Alga.

Bryon Thalattiõ compositum est ex terrena & aquea essentia, vtraq; frigida. Siquidem & gustum adstringit: & calidis quibusuis illitum, ea euidenter refrigerat & adiuuat.

Bryon aut Splanchnon Muscus.

A.ibid.c.711. Bryon, " quidã verò Splanchnon. Inuenitur aũt in quercubus, & piceis, & populis albis. Vim habet adstringentem inualidã. Nec.n. multũ est frigidũ, sed proximè fermè medijs, quia videlicet & digerendi & molliendi facultatis est particeps, maximè quod in cedrinis lignis reperitur.

GALLIVM

A.ibid.c.115. 327. GAllium " inde adeo nomen sortitum est suum, q; lac coagulet. Adsimile autem est Aparinæ, facultatem obtinẽs exiccatoriam & subacrem. Flos eius sanguinis profluuijs competere videtur, & combustis mederi. Est autem boni odoris, & coloris lutei.

Gentiana.

Gentiana. E

Gẽtiana."Huius herbę Radix multum est efficax,cùm opus est extenuatione,purgatione,abstersione,obstructionis liberatione. Nec mirum si hæc possit,cùm impense sit amara. A.ibi.c.281.

Gigarta Acinorum Vuæ Nuclei.

Acinorũ Vuæ Nuclei ex secundo ordine sunt exiccãtium,refrigerantium verò primo. Substãtia eorũ crassarum partiũ est et terrena: cui gustus indicio est,nimirũ cũ acerbi appareant. Quin & experiẽtia comprobat. Nã omnibus ventris cũ profluuio iunctis affectibus impendiò conferunt.

Gingidium.

Gingidium,sicut gustu amaritatem & adstrictionem præfert, sic temperie quoq; ipsa caliditatẽ & frigiditatem. Secundum vtranq; verò qualitatem desiccatorium est. Sed enim stomacho amicum est,vtpotè non paruam obtinens adstrictionem. Quamobrem non admodũ conspicuam caliditatem possidet: secundo autem recessu desiccat.

Glaucium.

Glaucium "adstringit cum quadam insuauitate. Tum adeo manifeste refrigerat, vt solum sępe erysipelata,vtiq; si valentia non fuerint,curare possit. Mistura eius cõposita est ex aquea terrea q; substantia, vtraq; sanè frigida,verùm non summè,sed ceu aqua fontana. A.ibi.c.470. F

Glaux.

Glaux Herba. Et ipsa lactis generandi vim obtinere videtur. Quòd si sit,calida quodammodo humida q; temperamento fuerit.

Glichon Pulegium.

Pulegium". Et hęc herba, quandoquidem acris & subamara est, valde tum excalfacit,tum extenuat. Porrò quòd excalfaciat, abundè magnum est testimonium, quòd illita rubrificat: & siquis diutius toleret,exulcerat quoq;. Quòd verò extenuet,satis indicat, cùm humida crassa & lenta ex thorace & pulmone excreatu facilia faciat,menses q; moueat. A.ibi.c.461. *τεκμήριον.

Glœos Strigmenta Balneorum.

Glœos modice emolliendi vim obtinet.

Glycyrhiza Dulcis Radix.

Glycyrhiza". Huius fruticis radicum Succus in primis vtilis est,similiter vt eius radices,dulcis simul q; leuiter adstringẽs. Proinde asperitates lenire potest, nec modo in arteria,verũ etiam vesica scabra, id q; temperaturæ mediocritate. Quocirca fuerit sanè natura eius familiaris nostræ temperaturæ: nam tale monstratum est esse dulce: sed cum adstrictio quędam adiuncta sit,vniuersum eius temperamentum quantum ex caliditate & adstrictione est,tepidę potissimum caliditatis fuerit,quàm proximè accedẽs ad symmetrum siue temperatum. Porrò q̃m temperie quoq; est humidum id quod modice est dulce, iure sanè etiam siti congruens medicamentum est, nimirum modicè humidum, simul & humana natura frigidius. Refert Dioscorides Radicem siccam ad læuorẽ redactam,pterygiorum seu vnguium oculorum idoneum esse illitu remedium. A.ibi.c.457. G

Glycysida Pæonia.

Glycysida,"quam Pentorobon & Pæoniam nuncupant,Radicem habet læuiter adstringẽtem cum quadam dulcedine: ac si plusculum dentibus mandas, acrimoniam item quampiam subamaram subesse percipies. Proinde menses ciet ex melicrato amygdali pota quantitate: sanè tundere eam necesse est,ac ita cribratam inspergere. Expurgat porrò etiam iecur obstructum, & renes: sed hęc efficere nata est,qua acris & subamara est: Qua verò quiddam etiam adstrictorium obtinet, in ventre prouenientes fluxiones sistere potest: cæterùm eam tunc in austerorum vinorum quopiã decoctam potare conuenit. Est porrò omnino resiccatoria. Eapropter haud desperauerim eam (quod merito creditum est) ex collo pueris suspẽsam comitialem morbum sanare. Equidem vidi puellum quandoq; octo totis mẽsibus morbo comitiali liberũ, ex quo hãc radicẽ gestauit: ac postea forte fortuna cũ,quod à collo suspẽsum erat, decidisset,protinus denuo cõuulsione correptũ: rursus q; suspẽso in locum illius alio,inculpatè postea egisse. Porrò visum est mihi satius esse rursum id collo detrahere,certioris experiẽtię gratia. Id cũ fecissem,ac puer iterũ esset cõuulsus,magnã recẽtis radicis partem ex collo eius suspendimus: ac deinceps prorsum sanus effectus est puer,nec postea conuulsus est. Rationabile itaq; erat aut partes quaspiam à radice defluẽtes, ac deinde per inspirationem attractas,affectos ita locos curare: aut aerem à radice assidue mutari & alterari. Nã hoc pacto Succus Cyrenaicus columellam phlegmone affectã iuuat: & Melãthium frictũ palam catarrhos & coryzas desiccat, siquis id in calidum linteum rarum liget, assidue q; calorẽ ex eo per inspirationẽ in nares attrahat. Quin etiã si cõpluribus linis,& maxime marinæ purpuræ,collo viperæ iniectis, illis viperam præfoces, ea q; postea cuiuspiam collo obuincias,mirificè profuerit tũ paristhmijs,tum omnibus ijs quę in collo expullulant. Sanè de talibus priuatim aliq̃n forte conscribam. Ac nunc pæoniæ cognoscendum temperamẽtum est tum exiccatorium,tum subtilium esse partium,haud tamen insigniter calidum,sed aut symmetrum,aut pauxillo calidius. A.ibi.c.561. H

Gnaphalium.

Gnaphalium inde adeo nominatum est, quòd folijs eius mollibus pro tomento vtantur. Sunt autem

A autem candida,& modice adstringunt. Ac proinde quidam id exhibent ex austerorum vinorum quopiam dysentericis.

Gongilis Rapum.

Gongilidis Semen venerem excitat, vtpote spiritũ flatuosum procreans. Sic & Radix coctu difficilis est,inflat q́;,& semen generat.

DAMASONIVM SEV ALISMA

A.l.2.c.2.c.244 fol.127.a Damasoniũ,"aut Alisma. De hac herba in tertio libro tradit Dioscorides,ꝙ Radix eius epota dysenterias sanet,& aluum sistat,atq; œdemata mitiget. Sed nos ea quidem experti non sumus: Quòd autem constitutos in renibus calculos aqua in qua decocta fuerit,pota comminuat, id certe experti sumus. Ex quo liquet ꝙ abstersoriam quandam facultatem obtinet.

Daucus Staphylinus.

A.ibi.c.287. {Daucus,"quem quidam etiam Staphylinum nuncupant,agrestis quidem domestico minus est esui idoneus,cęterum in omnibus vehementior: at domesticus esui aptior,sed imbecillior. Acre,& calefaciendi facultatem obtinet,ac proinde etiã extenuandi. Certe Radix præter iam com-
B prehensa flatuosum quiddam obtinet ac venereum. Semen autem domestici quidem & ipsum quandam ad venerem ciendi potentiam possidet. Agrestis verò planè flatu caret, quod ἄφυσον vocant: ac proinde vrinam menses q́; ciet.}

Dauci Semen.

A.ibidem. Dauci"herbę Semen excalfaciendi vehementer facultatem habet, adeo vt inter prima efficax sit tum vrinæ mouendæ medicamen,tum mensibus prouocandis. Multũ etiam digerere per hali tum foris impositum valet. Ipsa verò Herba similem quidem vim obtinet,tamẽ semine infirmiorem,nimirum ob aqueæ humiditatis misturam,quanquam vtiq; & ipsa calida sit temperie.

Daphne Arbor Laurus.

A.c.218.&444 Lauri"arboris & Folia & Fructus desiccant & calfaciunt vehemẽter, plus q́; etiam fructus quã folia. At Radicis cortex minus quidem acris est & calidus,plus tamen amarus,habet q́; etiam adstrictionis non nihil. Quamobrem & calculos confringit, & iecori prodest. Bibitur ex vino fragrante trium obolorum pondere.

Daphne Herba, & Chamædaphne.

Daphnes herbæ,quam & Daphnen Alexandrinam appellitant,temperatura euidenter est ca-
C lida: & gustantibus,acris simul est & subamara: Potaq́;, tum vrinas,tum menses prolicit. Porrò Camædaphnes Germina tenera edi quoq; assolent. Est autem persimilis viribus Daphnæ Alexandrinæ,sicut sanè & quod Daphnoides nuncupant.

Dictamnum.

A.ibid.c.461. Dictamnum"tenuiore essentia constat q̃ Pulegium,cætera illi simile. At quod vocant Pseudodictamnum,ad omnia imbecillius dictamno est.

Dipsacos.

Dipsaci spinæ Radix ex secundo ordine exiccatoria est, habet q́; non nihil & abstersorium.

Dorycnium.

Dorycnium temperamento papaueri simile est,& mandragoræ,ac cæteris,quę parẽ habent refrigerandi potẽtiam: excellit & frigiditate aquea admodũ efficaci. Quamobrem pauculum quidem,soporem conciliat,plusculum verò sumptum interimit.

Dracontium Dracunculus.

A.ibi.c.432. Dracontium"quiddam Aro persimile obtinet tum folijs,tũ radice,cæterum illo tum acrius est, tum amarius: ac proinde calfactorium magis,& tenuioribus partibus. Habet etiã leuiculã quan-
D dam adstrictionem,quæ quandoquidem cum comprehensis duabus qualitatibus acri s.& amara coniuncta est,medicamentum factum est,vt quę maximè,efficax. Nam Radix viscera omnia expurgat,crassos potissimum & lentos succos extenuans: optimumq́; remedium est contumacium vlcerũ,{quę κακοήθη nũcupãt.} Expurgat quoq; exterget q́; profectò strenue tũ alia,quę extersionem desiderant,tum vitiliginem cum aceto. Tum Folia item,vtpote similem facultatẽ habentia,vlceribus vulneribus q́; recens inflictis accõmoda sunt: & quanto minus fuerint sicca,tãto magis conglutinant. Nam quę sicciora sunt,viribus sunt acrioribus,q̃ vt vulneribus cõueniãt. Creditum quoq; est caseum humidum,si illis foris tectus reponatur,ob temperaturæ illorũ siccitatem à putredine conseruari. Fructus valentior est non folijs tantum,sed & radice. Itaq; & cancros & polypodas eliquare creditus est. Succus quoq; eius † vitia oculorum} expurgat. *Dioscorides dicit succũ radicis. †τοῖν ὀφθαλμοῖς, i. quæ sunt in oculis. Dios. nubeculas albugines & caligines.

Dryopteris Filicula.

A.c.419 Dryopteris" gustu mistam qualitatem pręfert,dulcem,acrem,subamaram: in radice verò item acerbam. Facultatem habet septicam: Proinde etiam pilis glabram cutem efficit.

Drys Quercus, siue Robur.

A.ibid.c.179. fol.1,0 g Quercus"Partes omnes adstringentis qualitatis participes sunt: Sed plus tamen habet quę in trũci cortice Membrana subest: tum quæ sub glandis ipsius caliculo,ea videlicet quę fructus carnem

nem couestit. Quam ob rem ad profluuium muliebre, et sanguinis expuitiones, tum dysenterias, E
& diuturnos ventris fluxus, commodam esse credunt. Maximè verò ea vtunt decocta. Valẽtius
tñ astringũt Fagus & Ilex, seu quis eas species esse Roboris velit, seu toto genere diuersas. Quin
& Folia harum plantarum tenella illita non instrenuè desiccare valent: minus autem quæ sunt alterius roboris, nimirum quanto minus sortita sunt adstrictionis. Siquidem ego quandoq; glutinasse me vulnus memini securi inflictum, cùm nullum adesset ad manũ medicamen præter ipsius quercus folia. Triui ea in læui petra, & vulnus omnem q; vicinum locum contexi. Eandem folijs vim habet & Fructus roboris: eo q; medici non nulli ad incipiẽtes & crescentes vtũtur phlegmonas, nam quæ iam vehementes sunt, adstringentia respuunt. Sed talia ad curãdi potius rationem q̃ præsentem tractatum attinent. Cæterum in præsentia nouisse, q̃ eatenus adstringentem, quatenus dictum est, facultatem quercus obtineat, sufficit: ac proinde desiccandi, atq; adstringendi: excalfaciendi autem paulo infra media, in genere s. eorum, quæ (vt sic dicam) tepida sunt.

EBISCVS ALTHAEA.

EBiscus, siue Althea. "Est autem Malua agrestis, facultate digerendi, laxandi, ἀφλεγμαντος* hoc est phlegmone leuandi, mitigandi, concoquendi difficiles coctu phlegmonas. Radix porrò eius & semẽ cætera quidẽ pari folijs viridibus modo agũt, verùm tenuiorũ partium, magis q; exic F catoriã, ad hæc magis extersoriã, facultatem ostendunt, vt & vitiligines detergant, et semen renum calculos confringat. At radicis Decoctum ad dysenteriam, diarrhœam hoc est alui profluuium, & sanguinis reiectionem, aptum est, nempe cùm adstringentem quandam facultatem possideat. A. l.2. t.2. c. 72. fol.107.b. Et c. 194. fol.121.f

*Al. phymata.

Ebenus.

Ebenus "ex ijs lignis est, q̃ trita cũ aqua in succũ soluunt, sicuti nõ nulli lapides. Vis ei inest excalfaciẽdi, extergẽdi, & tenuium partiũ. Quã ob rẽ quæ pupillas offuscãt, extergere credit. Miscet alijs remedijs ocularibus, quę ad vlcera antiqua, fluxiones, & bullas siue pustulas, accomoda sunt. A.ibi.c.226.fo. 124.g

Elæa Olea.

*θάλλοι.

Oliuæ "Rami quãtũ habẽt adstrictionis, tãtæ & frigiditatis participes sunt. Fructus verò, si qdẽ ad vnguẽ maturuit, moderatè calidus est: sin immaturus est, magis tum adstringit, tum refrigerat. A.ibi.c.524.

Elæon Oleum.

Oleum "quod ex oliuis cõficitur, quod sanè proprijssimo nomine oleum appellamus, cuiusmodi sit temperaturæ, superioribus libris definitum est. Quippe humectatoriũ esse & moderatè calidum ostẽdimus. Eiusmodi est, quod est dulcissimum: fitq; potissimum ex oliuis quas Græci δρυπετεῖς vocant, {nos druppas}. Cæterum quod Omotribes & omphacinũ nuncupant, id quan G tum in se habet adstrictionis, tm̃ etiam illi inest frigiditatis. Porrò oleum vetus, quod quidem ex dulci inueterato efficitur, & calidius est, & ad discutiendum potentius: Quod verò ex crudo, id dũ reliquum quippiam seruauerit adstrictionis, mistæ permanet facultatis: vbi verò illam prorsum abiecerit, reliquo fit simile. Quin etiam quicunq; in præparando ramos inijciunt, ij & ipsi omphacino simile oleum efficiunt. Cæterum rogandum non est, quo pacto sit præparatum, sed gustandum est potius: ac, si præferat adstrictionis quippiam, eatenus ẽt frigidum esse existimandũ, ceu illud quod ab Iberia portatur, quod Spanum id est Hispanicum nominant. Quòd si nequaquã gustantibus adstringere appareat, sed ad amussim videatur dulce, id modice esse calidum putandum. Porrò si tenue quoq; cernatur (tale est quod purum est, quod q; intuenti translucidum videtur) ac modicum eius latissime per cutem extensum sibi maneat continuum, celeriter q; à cute combibatur, id vtiq; pro optimo ducẽdum, ac olei virtute q̃ maximè pollere, quale est Sabinum. Porrò q̃ oleum Lotũ minimè omnium mordacitatem continet, supra etiam dictũ est. Cæterùm quo potissimum modo id probissimè laues, in sequenti tradam opere, quod inscribetur de Medicaminum cõpositione: vbi & de sicyonio, & siquod eius generis pręterea oleum est, agetur: Nunc sermo mihi est de simplicibus, adijciam q; & de alijs olei speciebus. Vocatur enim quoddam Cicinum oleum, H in Ægypto maxime proueniens ex fructu ricini: Tum Raphaninum, sesaminum, amygdalinum, caryinum: ad hæc sinapinum, lentiscinum, laurinum, melãthinum, terebinthinum, mastichinum, myrtinum, balaninum, hyoscyaminum: nec pauca præter hæc ex fructibus expressa omnia, cæterum tm̃ inter sese discrepantia, quantum et fructus ipsi à se inuicem dissident. Est enim Cicinum tum tenuiorum partium, tum ad discutiendum potentius, q̃ simillimũ oleo ex oliua vetusto. Quã ob rem siquando in medicamenti compositione cicinum oleum adscriptum fuerit, si ipsum non adsit, communi vtendum oleo, maxime si fuerit sabinum. Raphaninum autem cætera huic simile est, sed calidius tñ, at hoc etiam calidius Sinapinum. Huic simile est quod ex Melanthio, hoc est gith, conficitur. Pugnant cum istis Myrtinum & Sesaminum, tum q̃ adstringant, tum q̃ crassarũ sint partium. Mistæ facultatis est Lentiscinum, & Terebinthinum, & Mastichinũ: non enim tm̃ emolliunt, sed & adstringunt. Amygdalinum porrò amaritatem exuperantẽ possidet, cæterũ cuiusdam etiam adstrictionis est particeps: non tñ Caryinum, sed id vel maxime simplicis est digerẽdi facultatis. Calidius eo est ac magis digerens Laurinum, & hoc ẽt magis Cedrinum. Proximũ ei est, quod ex nigra pice conficit Dadinũ, minus quidem laurino calidum, verùm valẽtius desiccans. Hyoscyaminum verò mistæ facultatis est, emolliendi videlicet, & refrigerandi. Oleũ porrò

* Forte loco amygdalini olei caryinum, rursusq; pro caryino amygdalinũ legẽdũ est. Nullã.n. astrictionẽ amygdalis attribuit Gal. cap̃. de amygdalis. Nucib⁹ aũt q̃dã iesse ait adstrictionẽ cap̃.đ caryis seu nucib⁹.

Cicinum

A cieinum ventrem ſubducit. Hoc verò magis, quod fit ex Gnidio grano, tanto nimirum, quanto * Al. Cnicinũ.
granum potentiorem purgandi vim obtinet, q̃ cicis id eſt ricinus. Iã quod ex Agreſti oliua oleũ * Al. Cnicus.
exprimitur, non ſimplicem temperaturam obtinet, ſed extergit, ſimul q́ꝫ aſtringit. Squallidiſſimum id eſt ex omni olei genere: & poſt, Iſtricũ quoqꝫ: deinceps poſt illa eſt Hiſpanum. Pinguiſſimum eſt Lybicũ, & Cilicium: ſimul autem pingue & tenue Sabinũ. In medio comprehenſorum omnium ſunt, tum id quod per Cyclades inſulas naſcitur: tum quod per Grçciam, Aſiam q́ꝫ. Porrò oleum pingue ęſtimatͥ iudicatur q́ꝫ viſcoſitate: tenue verò, ſi perluceat, ſi purum ſit, ſi plurimum à minima eius portione inungatur, ſi facile à cute combibatur. Ex dictis cognoſcere iam liceat & de alijs olei generibus, quæ ęquiuocè ipſis dicunt̃ vnguentis, puta roſaceo, melino, liliaceo: et quęcunqꝫ id genus floribus, fructibus, germinibus, folijs in oleo maceratis, cõficiuntur. Horũ quodqꝫ, vbi vnà cum aromatibus præparantur, vnguẽtum efficitur. De his copioſius dicetur in opere de Componendis medicamentis. Porrò vbi quod in præſentia vtile eſt expoſuero, deſinam. Pro cuiuſqꝫ iniectorũ natura oleum variari contingit. Ex ijs ergo, quæ in toto hoc opere de quoqꝫ iniiciẽdorum vniuerſaliter diſces, ſingillatim quoqꝫ confectum ex ijſdem oleum cognoſcere dabitur.

Elatine.

B Elatine modice tum refrigerat, tum adſtringit.

Elaphoboſcus.

A. ibi. c. 55. Elaphoboſcus ″ facultatis eſt excalfactoriæ, & tenuium partium, ac proinde exiccatoriæ ſecundo maximè exceſſuum ordine.

Elenium Enula Campana.

A. ibi. c. 235. Elenij ″ herbæ Radix maximè eſt vtilis, nõ primo ſtatim occurſu excalfaciens: ac proinde dicenda eſt non calida & ſicca exactè ceu piper tum atrum, tum candidum, ſed cum recrementitio humore. Quapropter eligmatis, quæ faciunt ad educendos ex pectore pulmone q́ꝫ craſſos lentos q́ꝫ humores, idoneè commiſcetur. Rubrificant illa quoqꝫ partes frigidis ac diuturnis vexatas affectibus, cuiuſmodi ſunt non nullæ coxarum paſſiones, iſchiadas vocant, & exiguè aſſiduæ qꝫ articulorum * Al. hemicraniæ.
quorundam præ humiditate procidentiæ ac luxationes.

Eleliſphacos Saluia.

Eleliſphacos euidenter excalfacit, ac leuiter ſubadſtringit.

Elleborus Veratrum.

A. ibi. c. 237. fol. 125. d Elleborus ″ vterqꝫ tũ albus, tũ niger, extergẽtis eſt & excalfaciẽtis facultatis. Quã ob rem ad alphos, lichenas, pſoras, lepras q́ꝫ, accõmodi ſunt. Quin ẽt niger ſi in fiſtulã callo induratã immiſſus fuerit duobus tribus'ue diebus, callũ detrahit. Dẽtibus prodeſt cùm aceto colluẽtibus. Sũto autẽ in tertio ordine excalfacientium & deſiccantiũ. Porrò niger guſtu calidior eſt, cãdidus ſubamarus.

C

Elxine.

A. l. 2. t. 2. c. 18. fol. 100. f Elxine. Alij ″ Perdicium nominant, alij parthenium, alij ſideritin, ſunt qui heracleam appellitent. Cæterum vis ei ineſt abſtergendi & leuiter conſtringendi cũ humiditate ſubfrigida. Quam ob rẽ phlegmonas oẽs in initio & augmẽto ſanat vſqꝫ ad ſtatũ {ἀκμὴν Græci vocant,} & maximè ſi calidæ fuerint. Quin etiam incipientibus phygethlis cataplaſmatis ritu illinitur. Tum ẽt ad aurium dolores phlegmonoſos Succus eius cũ roſaceo mediocriter profuerit. Gargarizandũ item non nulli exhibent ad pariſthmia. Sunt verò etiam ex medicis quidam, qui ijs qui diutina tuſſi vexantur, illam exhibuerint. Certè euidens extergendi experimentum præbet & in vaſis vitreis.

Elxine.

Elxine, quæ & Ciſſampelos nuncupatur, digerendi facultatem obtinet.

Elymus, Meline, Panicum.

A. ibi. c. 288. Elymus. Vocatur ″ autem & Meline. Panicum ex leguminum genere eſt, milio ſpecie ſimile, facultate certè pauci nutrimenti, & exiccatoria. Siſtit quoque non nihil ventris fluxus, ceu ipſum etiam milium. Si verò foris illinatur, exiccat atqꝫ refrigerat. *Al. ςύφει i. adſtringit.

D

Empetron.

Empetron ad ſolas purgationes eſſe videtur commodum, bilem ac pituitam educens. Guſtu ſalſum eſt: proinde ad alia quoqꝫ vtaris licet, ad quę pollere oſtendimus ſubſtantiam ſalſam. Nominatur item Praſoeides.

Epithymum.

A. ibi. c. 225. a Epithymum ″ thymi facultatẽ habet, ad omnia efficacius. Exiccat & excalfacit in tertio gradu.

Epimedium.

Epimedij vis eſt moderatè refrigeratoria cũ aquea humiditate: quare nullã habet inſignẽ qualitatem. Vberibus illitum ea recta ſeruare poteſt. Aiunt verò, ſi potu hauriatur, ſterilitatem parere.

Epimelis.

Epimelis. Acerba hæc planta eſt, vt q́ꝫ dixerit quiſpiam, pomus ſylueſtris. Vocatur autem ab Italiæ ruſticis Vnedon. Ingens eius in Calabria prouentus. Fructus eius acerbus quidem eſt, nihilo minus tamen ſtomacho ingratus, & capitis mouens dolores. Admiſta ſiquidem ei eſt aliena quæpiam qualitas.

Erebinthus Cicer. E

Cicer" legumen est flatuosum,copiosi nutrimenti,aluo mouendę habile,ciendæ vrinę idoneũ, A.ibi.c.128.fo. 114.c
lacti & semini generando aptũ: prolicit verò et menses. Porrò quod vocãt Criũ,hoc est arietinũ,
cæteris efficacius vrinam prouocat. Decoctũ eius calculos renũ confringit. Reliquũ autẽ cicerũ
genus (vocãt aũt Orobiæũ) eãdẽ vi pollet,puta attrahendi,digerendi,incidendi,extergendi. Sunt
enim calidi,& modicè*sicci: participes itẽ sunt amaritatis: Cuius vi lienẽ,& iecur,& renes expurgant,psoras q; {& lepras,}& lichenes extergunt,tũ abscessus post aures prouenietes{παρωτιδας
Græci vocãt,}& testes induratos discutiunt. Tum ẽt vlcera,quę cacoethe vocant,cũ melle sanant.

* Quanq̃ Aldinus co. grecus, ac manuscripti etiã, quotquot vidimus, & tralatio vetus, & Oribasi⁹ legũt, humidi.

Erebinthus Agrestis.

Erebinthus agrestis ad omnia efficacior domestico est,hoc est tum calidior,tum siccior,quanto
& acrior & amarior.

Erice.

Erice digerendi per halitum facultatem obtinet. Flore eius potissimum ac Folijs vtendum.

Erpyllus Serpyllum.

Serpyllum "vsqueadeo excalfacit,vt & menses,& vrinas moueat. Gustu multum est acre. A.ibi.c.507.

Erysimum.

Erysimi Semẽ sicut gustu nasturtio apparet simile,ita facultate igneũ est, & excalfactoriũ. Por F
rò vbi in eligmate vti ex vsu est, præstat aqua maceratũ refrigerare, aut linteolo inuolutũ & crusta
pistoria circũlitũ torrere. Vtile est cũ eligmatis ad promouẽdas crassorũ lẽtorũ q; pectoris pulmonis q; humorũ expuitiones.Quin & parotides induratas,& duritias antiquas vberũ & testiculorũ
iuuat. Refert Dioscorides, φ cũ aqua & melle cataplasti in morem illitum occultis prosit cancris.

* φῶξαι.
* ὀπτῆσαι.

Erythrodanum Rubia Passiua.

Erythrodanum. "Est autem tinctorum Rubia radix acerba gustu,& subamara. Itaq; quæcũq; A.ibi.c.573.
agere dicta sunt superiore libro,vbi in vnum eiusmodi coiuerint facultates,ea omnia in hac radice
luculenter conspicies.Quippe cum & lienem et iecur expurget: & vrinas crassas multas q;,ac non
nunquam etiam sanguinolentas vacuet. Quin & menses ciet: & mediocriter quæ extersionẽ postulant extergit,proinde vitiligines albas cum aceto illita iuuat. Sũt qui eam ischiadicis, hoc est coxendicum doloribus afflictis,& resolutis,in potu cum melicrato exhibeant.

Eupatorium.

Eupatorium "herba ipsa tenuium partium, incidendi extergẽdi q; facultatem citra manifestam A.ibi.c.239.fo. 126.b.c
caliditatem obtinet. Quocirca obstructiones iecoris expurgat. Inest itidem ei & adstrictio quædam,per quam robur visceri addit. G

Euphorbium.

Euphorbium "causticæ siue vrentis facultatis est,& tenuium partium alijs succis similiter. A.ibi.c.232.

Ephemerum.

Ephemerũ,nõ illud lethale ac deleteriũ,quod & Colchicũ nominãt,sed alterũ,quod et Irin agrestẽ cognominãt,folia & caulẽ lilio similẽ obtinet: radicẽ oblongã, nõ rotundã ceu colchicũ, digiti
potissimũ crassitudine,adstringẽtẽ, & boni suauis q; odoris. Ex quibus palàm fit facultatis tẽperaturæ q; esse mistæ,nempe repellentis,& halitu euaporãtis. Testificantur opera,quæ particulatim
ædit. Siquidẽ non inefficaciter radix eius in dentiũ doloribus colluitur. Tũ phymatum augmento & statui Folia congruunt: oportet autem ea in vino decocta prius,q̃ pus moueas,illinere.

Echinus Herba.

Echini herbæ Fructus acerbus est,ac proinde repellentis & exiccatoriæ facultatis. Vtuntur eo
ad oculorum fluxiones & ad aures.

ZEIA

Zeia" vniuersa sua facultate quodammodo in medio est tritici et hordei.Itaq; ex illis cognoscatur. A.ibi.c.323.

Zingiber. H

Zingiberis "Radix vtilis est,vtiq; quã ex Barbaria ad nos cõuehunt. Excalfacit valẽter, sed nõ A.ibi.c.735.
primo statim occursu velut piper: vnde sanè & minus esse subtiliũ partium q̃ piper existimandũ,
siquidem in tenues solueretur partes, & celerrimè actu vt illud fieret calidũ. Apparet.n.illaborata
& crassior adhuc quædã ei inesse substantia,nec ea sicca & terrestris,sed humida potius atq; aquea.
Quo fit vt facile perforetur,cum s.recremẽtitia insit humiditas: neq;.n.quicq̃ eorum, quæ aut planè sicca sunt aut humida, sed elaboratam & familiarem continent humiditatem, tale aliquid patitur. Idem vsu venit piperi longo. Atq; hinc est φ diutius perseuerat,quę proficiscitur à zingibere
aut pipere longo caliditas, quã quæ ab albo aut nigro. Nam sicut ab aridis calamis flamma simul
celerrimè accenditur,& vndequaq; dispergitur,eundem in modum quæ à siccis potestate medicamentis æditur caliditas: at quæ prodit ab humidioribus,ceu ligna sunt viridia,& tardius accendit,
& durat diutius. Ex quo fit vt vtriusq; medicamẽti diuersus sit vsus. Siquidem vbi totum corpus
celeriter excalfacere consilium est,ea tunc exhibenda sunt, quæ & celerrimè à caloris nostri contactu incalescant,et promptissimè vndequaque ferantur. Verum vbi partem quamuis refrigeratam
recalfacere studemus, contrà agendum, nimirum, quæ tarde calescentia plurimo tempore perdurent,ea præbendo. Cæterum licet zingiber & piper longum hac ratione à nigro pipere differãt,
non

A non magna tñ est differẽtia: at nasturtiũ, napy, thapsia, & agrestiũ colũbarũ stercus maiori tp̃e pfe- cte accedunt, & plurimo tp̃e pdurãt.

Zythus.

A.c.271. Zythus 'acrior est nõ paulo hordeo, & succi praui, vtpote qui ex putredine proueniat: est & flatuosus: tum partim acris est & calidus: partim verò plurimum frigidus, aqueus, acidus.

Zyme Fermentum.

A. ibid.c. 278. fol. 130.g Fermentum 'tenuium est partium, & mediocriter calidum. Proinde sanè sine molestia ac mordacitate quæ in profundo sunt tum extrahit, tum digerit. Cæterùm ex contrariis & ipsum facultatibus temperatum est, sicut alia multa. Particeps nanq; est aciditatis cuiusdam frigidæ, & caliditatis putredinosæ, †cui accedit & ea, quę ex salis est & farinæ natura.

† Al. Ex græcis codic. & ... Clar... ... accedit & ea, q ex sale & farina prouenit, & ... natura est.

HEDIOSMOS MENTA

A.ibi c.487. HEdiosmos.' Alii verò Minthen odoratam nuncupant. Est enim & alia quędam Minthe nõ odorata, quam Calaminthen vocant. Vtraq; gustu acri, & facultate calida est, ex tertio ordine excalfacientiũ. Infirmior tñ est menta odorata q̃ calamintha: & minus excalfacit. Vt.n. in vniuersum dicam, hęc ceu syluestris quędam est, illa ceu domestica. Quam ob rem sanè ob eam, quæ ex cultu accedit humiditatem, mediocriter item ad venerem excitat: Id quod omnibus commune B est quæ humiditatem semicoctam & flatuosam continent. Ob talem ipsius herbæ temperaturam in abscessibus ea quidem cum polenta mista vtuntur: Id quod in calamintha facere nequeas, propterea q valentius tum excalfaciat, tum deficcet, q̃ id genus poscant. Habet vero etiam quiddam amarum in se & acerbum: illo quidem lumbricos interficit: acerbitate vero si cum oxycrato bibatur, recentes sanguinis reiectiones reprimit. Substantię est, vt si qua alia herba, tenuium partium.

Hedysarum.

Hedysarum, aut Pelecinus. Huius fruticis Semen colore ruffum est, vtrinq; anceps, vti secures. Amarum & subacerbum apparet. Quam ob rem potum gratum est stomacho, & viscerum obstructiones expurgat. Idem prębstant totius fruticis germina.

Hemerocalles.

Hemerocalles radicẽ habet lilii radici similẽ, nõ figura tm̃, sed & viribus. Prodest nõ secus atq; illa, igni ambustis: Quippe q̃ leuiter digerentem facultatẽ habeat, & cũ hoc non nihil repellentis.

Hæmionitis.

Hemionitis simul & adstrictionem & amaritudinem possidet. Quam ob rem cum aceto pota lienosis auxilio est.

Herigeron.

C Herigeron facultatem mistam obtinet, simul refrigeratoriam, & modice digerentem.

Heryngium.

Heryngium caliditate aut parum, aut nihil, quod temperatum est, superat. Cęterum non paruã habet siccitatem leptomere, idest in tenui essentia consistentem.

THALIETRVM

THalietrum folia habet coriandro similia, caulem crassitudine rutę. Vis ei inest exiccatoria citra morsum. Itaq; vlcera inueterata ad cicatricem perducit.

Thapsia.

A.ibi.c. 304.& 300. Thapsia 'acrem habet ac valenter excalfacientẽ facultatẽ cũ humiditate coniunctã. Quã ob rẽ ex alto violenter extrahit, & quod extraxit digerit. Verũ plusculum ad ea efficienda tẽpus postulat, vt quę larga humiditate excrementitia impleta est: cuius vitio ẽt fit, vt celeriter corrumpatur.

Thermus Lupinus.

A.ibi.c.440. Lupinus 'edi potest coctus, multis ante diebus p macerationem amaritudine in aqua deposita. Fitq; tunc nutrimentũ succi crassi. Cęterum hic, vt medicamentum quidem, ex genere est emplasticorum. At vbi natiua etiamdum manet amaritas, extergendi digerendi q; vim obtinet. Interfi D cit lumbricos tum illitus, tum addito melle linctus, tum ex posca epotus. Quin & Decoctum eius lumbricos eiicere potest: tum etiã foris itidem perfusum vitiligines, achoras, pustulas {exãthemata Grę ci vocant,} psoras, gangrænas, vlcera maligna quę cacoethe vocant, iuuat, partim extergendo, partim citra mordacitatem digerendo siccando q;. Expurgat iecur et lienem cum ruta & pipere suauitatis gratia assumptum. Elicit menses ac fœtum cum myrrha & melle impositum. Porrò lupinorũ Farina sine mordicatione digerit. Nec enim liuida tm̃, sed & chœradas et phymata dura curat: sed tunc in aceto, aut oxymelite, aut posca coquatur oportet, id q; pro laborantium temperamento, & affectus diuersitate, quod ex vsu est, eligendo. Sed non est præsentis instituti talia distinguere. Digerit item quæ liuida sunt. Et quæcunque modò diximus præstare posse decoctum, eadem omnia efficit & farina. Sunt verò etiam qui eam ischiadicis cataplasmatis modo illinunt.

Thermos Agrios Lupinus Agrestis.

Lupinus Agrestis amarior est, & ad omnia valẽtior domestico, eiusdẽ generis cũ ipso facultatis.

Thlaspi.

A.ibi.c.502. Thlaspi 'Semẽ. Habet & ipsum facultatẽ acrẽ, adeo vt internos abscessus potũ dirumpat. Mẽses ciet, & fœtum necat. Per sedẽ infusum sanguinolenta euacuãs ischiadibus prodest. Est.n. alioqui tum supernè tum infernè biliosorum humorum euacuatorium, oxybaphi mensura epotum.

Thridax

Tridax Lactuca. E

Lactuca "humidum est frigidum q; olus, non tamen extremè (siquidem edendo non foret) verũ maximè secũdum aquæ, vt sic dicam, fontanę frigiditatem. Proinde ad calidas phlegmonas accõmodum est, & ad parua & leuia erysipelata: non tamen maioribus satisfacere idonea est. Est etiam edulium siti aduersum. At Semẽ potu, geniturę profluuiũ cohibet: quam ob rem etiam ijs qui libidinosis somnijs vexantur, datur: Sic & Agrestis lactucę semen, cuius colligitur succus, argemas & caligines expurgans, tum ad adustiones cum lacte mulierum inungi solitus. A.ibi.c.441

Thymum.

Thymũ "incidit & calfacit vehementer. Ob id & vrinã, & mẽses prouocat, fœtum euellit, viscera potũ expurgat, educẽdis ex thorace & pulmone cõfert. Itaq; in excalfaciendo exiccãdo q; in tertio ordine statuendum est. A.ibi.c. 328.& 704.

IDAEA RADIX

IDæa Radix gustu admodũ acerba est: ac si opere periculũ facias, eandẽ vim pfert: Nimirũ sanguinis profluuia, alui fluxus, dysenterias, profluuiũ mulierũ, & q̃cunq; eius sunt generis tũ pota, tum foris imposita curans.

Ixos Viscum.

Viscũ "ex plurima aerea & aquea calida, paucissima terrena substãtia cõstat. Nam acrimonia in eo amaritudinẽ excellit. Itaq; ẽt effectus substãtiæ respõdent. Siquidẽ valẽter ex alto humores extrahit, nec eos tm̃ tenues, sed & crassiores, eos q; diffundit ac digerit. Est aũt ex eorum genere q̃ nõ protinus admota excalfaciunt, sed quæ tempus requirunt, velut thapsia: sed & suprà hoc commonuimus inesse calidis facultate medicamentis, vbi largum continent humorem recrementitium. A.ibi.c.217. F

Ios Viola.

Violæ "Folia aqueam & subfrigidam substantiam superãtem possident. Proinde tum per se, tũ cum polenta illita calidas phlegmonas mitigant. Imponuntur & ori ventriculi ęstuanti, et oculis. A.ibi.c.715.

Hippuris Cauda Equina.

Hippuris "adstringentẽ cũ amaritudine qualitatẽ possidet: ac pinde valẽter, simul q; citra mordacitatẽ, exiccantẽ. Itaq; vulnera vel maxima illita cõglutinat, etiãsi præfectos esse neruos cõtigerit: pterea vocatas enteroceelas glutinat. Ad hæc ad sanguinis reiectionẽ, ad profluuiũ muliebre potissimũ rubrũ, ad dysenterias, & reliquos vẽtris fluxus, strenuũ ac generosum est remediũ herba ipsa aut ex aqua, aut ex vino epota. Sũt qui de ea scriptũ reliquerunt, q non nunq̃ ẽt vesicæ ac tenuium intestinorũ vulnera sanauit. Eius vero Succus prodest ẽt profluuio sanguinis prorũpẽti ex naribus, tum fluxibilibus in ventre passionibus ex austerorum vinorum quopiam potus, ac si febre teneantur, ex aqua. A. l. 2. t. 2. c. 202. fo. 122. c

Hippomarathrum. G

Hippomarathrum. Vnà cum fœniculo & de ipso differemus.

Isatis.

Isatis "Domestica quidẽ, qua vtunt̃ tinctores, facultatis est valenter exiccãtis, non dum tñ mordentis: est.n. simul amara atq; adstringens. Proinde magna vulnera corporum durorũ glutinat, etiamsi in capitibus musculorum fuerint: & sanguinis profluuio laborantibus partibus vtiliter illinit. Tumores œdematodes mirifice digerit simul ac reprimit: et aduersus omnia vlcera maligna & cacoethe mirabiliter resistit, etiã si putrescãt, etiã si exedant̃ ac erodant̃. Quòd si qñ q̃ pro laborãtis natura valentior appareat, folijs eius tritis miscere oportebit aut panẽ, aut hordeaceã farinã, aut triticeam, aut polentam, pro vincente nimirũ in vnoquoq; affectu. At Isatis Syluestris manifestè iam acre quiddã tum gustu, tũ actione præfert. Proinde q̃ domestica valentius desiccans, valẽtius humidis ẽt putredinibus obsistit: Ad cætera vero iã cõprehensa deterior: immoderatius enim iam mordaciter q; desiccat: talia autẽ iritantur hoc pacto, & phlegmone grauari incipiunt. Cæterum ob facultatis robur lienosis quoq; vtilis fuerit, cum altera non dum prodesse possit. A.ibi.c.509.

Isopyron, aut Phasiolon.

Isopyrum aut Phasiolum semen habet amarum & subacerbum. Extergit itaq; & incidit humores crassos cum hoc vt corpora contrahat & constringat. Quam ob rem excreationibus pectoris conducit, & iecur expurgat: & sanguinem spuentibus non est aduersum, immo etiam iuuare creditur: Nam propter temperaturæ mistionem contrarijs etiam congruere videtur. H

Itea Salix.

Salicis "Folijs ad crueti vulneris glutinationẽ vti possis. Verũ floribus eius maximè propè oẽs vtunt̃ medici ad exiccantis emplastri præparationẽ: est.n. vis eorũ ita desiccatoria*, vt morsu abstineat: habet verò etiã quandã adstrictionem. Sunt verò ẽt, qui succũ ex eã expressum, medicamen seruent mordacitatis expers, & exiccatorium, ad multas res vtile. Haud.n. inuenias quid ad plures res vtilius medicamẽto citra mordacitatẽ exiccãte, quod paulũ ẽt adstringat: sicut in opere de medicamentorũ cõpositione exactius docebimus. Porrò arboris Cortex similẽ facultatẽ obtinet tũ floribus, tũ folijs, nisi q tẽperaturę sit ficcioris, velut oẽs cortices. Sed hũc quidã cõburũt, eius q; Cinere vtuntur ad ea omnia quæ valẽter desiccare oportet. Nam clauos quos vocant, callos {Græci τύλους vocãt,} myrmecias tollũt, aceto acri ipsum macerãtes. Non nulli aũt dũ floret salix, corticẽ eius incidũt, & succũ quendã colligunt, vtuntur q; ad ea q̃ pupillas offuscant, extergente videlicet simul q; tenuium partium medicamine. Vti vero illo ad multa quis possit, siquidem talis fuerit. A.ibi.c.319.

* *Aliter eis.*

Galeni

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER SEPTIMVS

Quòd Hi Libri haud negligenter legendi: Ac de Quatuor Gradibus Simplicium medicamentorum.

Eptimum de simplicium medicaminum facultatibus commentarium scripturus necessariũ duxi præfari, solis ijs apertum ac clarũ fore, qui in superioribus libris non velut aliud agentes, aut obiter, fuerint versati: alios vero potius perperam inauditurus, quæ eorum quæ in eo dicenda sunt, aliquid percepturos existimo: tum sese falsuros: & nos forsan, tanquam nõ rectè quędam scripserimus, calumniaturos, atque cõuicijs laceraturos. Itaq; qui sanioris mentis sunt, monitis, scio, auscultabunt: ac si qua illis cura est præsentis huius speculationis, ab initio totum opus perlegent: at qui præ curiositate potius quàm

B discendi studio huc accesserunt, monita nostra contemnent. Enimuero mirum fortasse videri nõ debet, si inuenti sunt, qui mysteriorum libros à mysterijs alieni legere non sunt reueriti: verum illos sui Authores non scripserant prophanis: Nec ego, mehercules, ijs qui in principijs non sunt exercitati. Exponẽtur hoc in libro, & eo qui hunc subsequitur, reliquarum plantarum primę facultates eo doctrinę ordine, qui in literis à quibus incipiunt visitur. Antecedẽte itaq; libro vsq; ad ι progressi sumus. Hic autem principium sumemus à κ, id modo pręmonentes etiã, quòd ad antè demonstrata principia totum referemus. Siquidem hinc omnis membratim medicamentorum in agẽdo prouenit diuersitas, quòd hactenus eorum vnumquodq; aut calidum est aut frigidum, aut siccum aut humidum, aut tenuium partium aut crassarum. Cæterum quatenus in comprehensorũ vnoquoque processum sit, iuxta exactissimã veritatem, explicatu certè est impossibile. Sed nos id tamen claris limitibus circunscribere sumus conati, qui quidem ad artis vsum sufficerent, Vnum esse medicamentorum genus monstrantes, quod ad similem corporibus nostris temperaturã pertingeret, cùm à calore qui in ipsis est, mutationis alterationis q; acciperet principiũ: Alterũ, quod calidius quàm nos efficeretur: Cuius quatuor constituendos esse ordines visum est, Primum, qui sen

C su obscurus sit, adeo vt ratione sit opus, quę verum deprehendat: Alterum ab eo secundum, quodammodo iam sensu clarum: Tertium deinde alium, qui valenter quidem excalfaciat, sed nõ dum vrat: Quem sequitur quartus, & postremus iam adurẽs. Sic quoq; refrigerantium, Primum quidem eorum, quæ rationis subsidio indigent, vt refrigerare demonstrentur: Secũdum eorum, quæ sensibiliter refrigerant: Tertium eorum, quæ valenter: Quartum eorum, quæ extinguunt, ac mortem inducunt. Proportione istorum & de humectantibus, ac siccantibus.

Calamintha Nepita

..l.2.t.2.c.154. ›i.118.a Calamintha "essentia est tenuiũ partiũ, & calida sicca q; tẽperie, ex tertio quodãmodo ordinẽ vtraque qualitate. Horum manifesta sunt indicia, partim gustu apparentia, partim experientia cognita. Gustu siquidem acris & calida palam est, ac paulum omnino subamari obtinet. Periclitantibus autẽ & corpori admouentibus extrinsecus imposita, primum quidem valde excalfacit & mordicat, cutem q; exugit, postremò etiam vlcus efficit: In corpus autẽ intrò assumpta tum ipsa per sese sicca, tum ẽt ex melicrato, perspicuò calfacit, & sudores ciet, omne q; copus tum digerit, tum exiccat. Ea ratione ducti quidam ipsam contra corporis cõcussiones rigores q; per circuitũ repetentes adhibuerunt, foris quidem oleo incoctam toti corpori inungentes cum frictione non

D segni: intrò vero assumentes sicuti est dictum. Quin etiam & coxendicibus eam quidam in ægritudinibus ischiadicis tanquam strenuum remedium illinunt: Trahit enim, quæ in profundo hærent, ad extimam superficiem, totum q; adeo articulũ excalfacit, cutem q; non obscurè adurit. Mẽses quoq; tum epota, tum apposita, admodum efficaciter prouocat. Bonum ẽt elephanticorum remedium, non eo tantum quòd strenuè tenues humores digerat, verum etiam quia extenuet & incidat valenter crassos, qui talem morbum procreant. Sic & cicatricibus atris candorẽ reddit, & sugillata digerit: sed ad talia in vino concoquentes, emplastri modo ipsam imponere, & virentem magis quàm arẽtem, præstat, quippe arefacta vehementior redditur, & ad vrendum promptior. Porrò talis cum sit, ad venenatarum bestiarum morsus assumitur, velut etiã cauteria, & quæcunq; medicamẽta calida sunt & acria, tenuium q; partium, quæ q; facile exalto ad sese circumiacentem omnẽ humiditatem possunt attrahere. Cæterùm quæ illi inest amaritas, planè exigua est, verum ad quædã ita efficaciter agit, vt quę valentissima est, nimirum cum coniuncta sit vehementi calori cũ essentia tenuium partiũ. Quare et ascaridas & lũbricos succus eius aut infusus, aut epotus enecat: Eadẽ ratiõe auriũ vermes: † aut si alicubi in corporis parte sinuosa aut implicata, quę putredine tentet, talis prouenerit affectus. Sic & cõcepus seu pota, seu admota, interimit & eijcit. Igitur incidẽdi quidem ei vis adest propter calorẽ eius, tenuitatem partium, & amaritudinem: abstergendi vero propter vnicã

† Al. ex antiq. cod. græ. & tralat. veteri. aut si cubi ...

Quinta Classis. GGGGG amaritudinem

amaritudinem. Itaq; asthmaticis ob omnia antedicta prodest: Ictericis verò, siue regio morbo la- E
borantibus, potissimum ob amaritudinem, sicut alia ferè omnia amara, vtpote abstergẽtia & ex-
purgantia in iecinore prouenientes obstructiones. Ad omnia iam dicta efficacior est Montana.

Calamus Aromaticus, seu Odoratus.

Calamus "Odoratus leuiculam quandam adstrictionem, ac minimam acrimoniã possidet. Ma A.ibi.c.157.e
xima ex parte essentia eius terrena est & aerea, in caliditatis frigiditatis q; coniugatione tempera-
ta. Quamobrem moderatè vrinam mouet: & facultatibus quæ iecori stomacho q; imponuntur,
misceri potest: tum in fomenta quoq; vteri, quæ phlegmones gratia, aut irritandis mensibus, assu-
muntur, vtiliter admiscetur. Ponatur itaq; habeatur q; secundi ordinis eorum quæ excalfaciũt &
desiccant, valentius tamen desiccant quàm excalfaciunt. Inest quoq; ei quædam partium tenuitas, ve-
lut alijs omnibus odoratis, siue aromatibus: cæterum illorum compluribus tenuium partium plu-
rimum, calamo verò non multum adest.

Calamus Phragmites Canna.

Calami Phragmitis Radicem cum bulbis aculeos & stipites ex alto extrahere quidam scripse-
re, ceu trahendi quædã vis ei inesset. Nos tamen eius rei periculum non fecimus. Verùm quantũ
gustu liceat coniicere, abstergẽtem facultatem possidet non paucam, minime q; acrem. Quin etiã F
Folia ipsa abstergentis sunt facultatis. Cortex verò eius combustus admodum tenuium partium,
& digerentis facultatis efficitur, adiũctum habens abstersorium quiddam, vt exiccet & excalfaciat
tertio quodammodo ordine, plus tamen desiccet quàm excalfaciat. Vitandus est eius Flos, quem An-
thelen vocant. Nam si in aures incidat, adeo tenaciter adhærens affigitur, vt auelli non possit, au-
ditum q; vitiat: quamobrem sæpissimè exurdat.

Cancanus Cacalia.

Cãcani "Radix facultatẽ hẽt mordacitatis expertẽ, & modice exiccantẽ: essentiã crassarũ partiũ, A.ibidẽ. c.382.
& emplasticam. Quapropter macerata vino, sicut Tragacãtha, & lincta arteriæ asperitates sanat.
Nec minus si quis eã cõmandat, Succus eius defluẽs prodest arteriæ similr̃ vt Glycyrhizæ succus.

Canabis.

Canabis "Semen flatus extinguit: adeo q; desiccat, vt si plusculũ edatur geniturã exiccet. Sũt A.bidẽ. c. 170.
qui viridem succum exprimentes ad aurium dolores ab obstructione, opinor, natos eo vtantur. fol.120.b

Capnios Fumus.

Capnios, "alij Capnos, acris simul & amaræ qualitatis est particeps: nec tñ planè expers est acer A.ibidẽ.c.275.
bæ. Quamobrem vrinam biliosam multã q; prouocat: sanat q; iocinoris obstructiones & debili- G
tates. Succus eius oculorum aciem acuit, non paulum trahens lachrymarum, velut ipse fumus: nã
hinc ei appellatio indita. Plebeius quidam ea vti solebat ad stomachũ roborãdũ, vna q; ventrem
lubricandum. Siquidem herbam primum desiccatam cõdebat: porrò cùm vti volebat subductio-
nis quidem gratia, melicrato inspergebat: roborandi verò stomachi causa, vino nimirum diluto.

Capparis.

Capparis "Radicis cortex vincẽtem habet qualitatem amarã, proximam acrem, deinde acerbã. A.l.2.t.2.c.138.
Ex quo liquet quòd diuersis pugnantibus q; cõstet facultatibus: quippe abstergere, perpurgare, inci- fol.115.d
dere potest amaritudine: excalfacere, incidere, digerere acrimonia: porrò contrahere, densare, con
stringere acerbitate. Itaq; lienes induratos, si quid aliud, hoc medicamentum iuuare valet, tum fo-
ris idoneis illinendis remedijs admistum, tum intro in corpus assumptum, siue decoctum in aceto
aut oxymelite & id genus, siue aridum cõtusum illis quæ permistum: quippe cùm apertè crassos len
tos q; humores hoc pacto sumptum euacuet, nec eos tantum per vrinas, sed & per ventrem: sæpe
etiam sanguinolentos defert, vnde & lienes adiuti sunt, & coxarum dolores. Quin etiam menses
promouet: et ex capite purgat detrahit q;, {quod ἀποφλεγματίζειν vocãt}: auxiliat q; ruptis atq;
conuulsis. Cæterum cui'nam ipsum potioni in quoq; affectuũ misceri conueniat, non est præsen H
tis instituti persequi, sed aut eius, vbi de componendis agitur medicamentis, aut vbi curandi tradi-
tur methodus. Porrò Radicis eius cortex vlceribus malignis cataplasmatis modo impositus non
malum est remedium, vt qui illa extergere valeat, nec segniter desiccare. Præterea dẽtium labores
prædictarum qualitatum ratione adiuuat, interim cum aceto coctus, interim cum vino, sæpe etiã
solus dentibus mansus ac morsus. Sed non pertinet ad præsens negocium, quãdo quodq; horum
tempestiuum sit, definire: nec.n.id nũc propositum est, sed ex quoq; particularium eius operum,
virium eius quandam sumere indicationem, sermonem ad principia ab initio proposita reducen-
do. Ex dictis ergo clarum est incidendi quandam ei facultatem inesse, item q; extergendi, digerẽ-
di, contrahendi. Vitiligines siquidem cum aceto detrahit, & chœradas, & duros tumores digerit
idoneis ad ea medicamẽtis mistus. Radicis cortici, Fructus proportione viriũ respõdet, nisi quòd ad
omnia sit imbecillior. Immo & Folia & Caules eius similem vim obtinent. Memini q; me folijs
quandoq; paucis diebus duritiem, chœradis naturã referentem discussisse. Sed admiscemus scili-
cet illis quippiam, quod eorũ virium obtundat vehemẽtiam. Nec mirum est quòd Succus auriũ ver
mes amaritate occidat sua. Porrò capparis quæ in admodũ feruẽtibus regionibus prouenit, vt quã
fert Arabia, multo est nostrate acrior, adeo vt plurimum etiam habeat facultatis adurentis.

Cardamum.

A *Cardamum Nasturtium.*

A.ibid.c.502. Nasturtij "Semen adurentis seu causticæ facultatis particeps est, velut Napy. Proinde coxendicis & capitis dolores, atq; adeo quodcunq; aliud rubrificationem postulat, eo excalfaciũt, sicut napy. Miscetur quoq; remedijs quæ exhibentur asthmaticis, tanq; valenter crassos succos incidere valeat, velut & napy: nam omnia ei simile est. Porrò & Herba arefacta similem semini vim possidet: Humida verò adhuc ac viridis propter aqueę humiditatis admistionem multo, semine inferior est, adeo q; tunc mordacitas eius moderata est, vt cum pane ea vti liceat ceu opsonio.

Cardamomum.

A. ibidē.c.156. Cardamomum "est & ipsum sanè facultatis admodum calidæ, non tamen vsq; adeo vt Nasturtium: sed quanto suauius magis q; fragrãs est nasturtio, tanto et imbecillior ei calida facultas inest: †nec enim vlcerare idoneum est vel ipsum per se illitum. Porrò adiũctum habet quiddam etiam amaritudinis, qua lumbricos interficit, & cum aceto valenter psoras detergit.

† Oribasius & Aetius legunt affirmatiue. veruntamen vlcerare idoneũ est.

Caron.

A.l.2.t.2.c.137. fol.115.d Cari "Semen calfacit, & exiccat tertio quodammodo ordine, moderatè acrem qualitatem possidens. Itaq; & flatus extinguit, & vrinas ciet non semen tantùm, sed & planta.

B *Casia.*

A.ibidē c.151. fol.117.f Casia exiccat "& excalfacit tertio quodammodo ordine: sed & tenuium admodum partiũ est: gustu verò plurimum habet acrimoniæ, leuiter quoque non nihil adstringens. Quamobrem ob hæc omnia incidit, simul q; digerit quæ in corpore sunt recrementa, & ad hæc robur etiam instrumentis addit. Idoneum verò etiam suppressis mensibus, cùm videlicet ob copiam simul & crassitudinem excrementorum, quod sufficiat, euacuari nequit.

Carya Nuces.

A.ibidē.c.494. Carya." Arbor tum in folijs, tũ in germinibus, adstrictionem quandã possidet, cæterùm euidẽtem plurimam q; in nucis putamine recẽti pariter et sicco: proinde eo tinctores quoq; vti solent. At nos eius expressi succo, similiter vt mororum & ruborum, in melle decocto, vice stomatici medicaminis vtimur: & ad omnia reliqua adhibemus, ad quę modò dicti succi conuenire censentur.

Porrò ipsius nucis Id quod edendo est, oleosum est, & tenue: itaq; ẽt facilè exprimit: & quo diutius recõditum fuerit, magis tale efficit. Quamobrem oleũ ex eo inueterato exprimere liceat: tũc aũt admodum ẽt fit per halitum euaporatorium. Itaq; quidam eo gãgrenas, & carbũculos, & ęgilopas sanant. Ac non nulli ad neurotrota, hoc est neruorum vulnera, vtunt. Cæterùm si recẽs sit, C adstringentis non nihil qualitatis etiam obtinet. At quod imperfectum est etiam dũ, ac non dum siccum, veluti reliqui fructus omnes qui virides sunt, plenũ est semicoctæ humiditatis. Nucleus tamen eius vbi inaruit, ac vstus sit, tenuiũ partium & exiccatoriũ est medicamentum, morsus expers. Est & aliud genus nucum minorũ, quæ nimirum Ponticæ nuncupãtur, plus habens essentiæ terrestris ac frigidæ: itaq; etiã gustanti austerior tum cortex, tum planta, tum fructus apparet: cætera magnæ nuci similes sunt, quæ à quibusdã vocatur græcè καρύον βασιλικὸν, Latinè Iuglãs. Appellatur autem parua hæc nux à multis λεπτοκάρυον Græcè, Latinè Auellana.

λέπος i. putamen.

Caucalis.

Caucalis. Quidam Daucum Syluestrem nuncupant: est enim ei adsimilis gustu simul ac viribus. Excalfacit enim vt ille, & desiccat. Tum vrinam ciet, & sale ad repositionem conditur.

Carpesium.

A.l.2.t.2.c.134. fol.115.a Carpesiũ "simile est vocato Phu, hoc est valerianę, nõ gustu tãtùm, sed & facultate, sed plus habet tenuitatis: Proinde magis eo ẽt viscerum obstructiones extergit, & vrinã mouet, renes q; calculis degrauatos expurgat. Non tñ eatenus tenuium est partiũ, vt liceat loco cinnamomi, si nõ ad manum sit, vsurpare, sicuti faciebat Quintus. Præstantius est Ponticum carpesium Laertio, non D tñ vel ipsum cinnamomi viribus vicinũ est, immo non paruo deterius optima casia. Nũcupatur vtrunq; à mõtibus quibusdã Pãphyliæ in quibus nascit. Ingens q; eius prouentus est †in Syria.

† Al. Sidæ, q̃ est vrbs Pãphyliæ.

Cenchrum Milium.

A.ibid.c.288. Milium "primo ordine refrigerat, exiccat verò tertio exoluto, aut certè secundo intenso: paululum ẽt habet tenuitatis partiũ. Ex hac tũ consistentia, tũ tẽperatura, esu quidẽ planè inter oĩa frumentaria edulia minimum confert nutrimenti. Sed & ventrem desiccat. Porrò foris impositũ in sacculis idoneũ est fomentũ ijs, quę citra morsum exiccari postulant. Et cataplasmatis modo illitũ exiccare potest: attamen admodum friabile est, proinde difficilis est eius in cataplasmatis vsus.

Cedrus.

A.ibidē.c.160. fol. 119.b Cedrus "specie Duplex est, altera fruticosa iuniperis adsimilis, altera arbor nõ exigua. Vtraq; est calidę siccæ q; temperaturæ tertij quodãmodo ordinis secundum vtrãq;. Ceterùm Cedrea (vocatur ita cedri oleum) quartum ẽt ordinem videtur attingere, admodũ calida, simul & tenuium partium. Mollem itaq; carnem promptè citra q; dolorẽ putrefacit, sicut alia omnia, quæ cùm eiusdẽ sint in calfaciendo ordinis, adiunctam ẽt habent substantiæ tenuitatem: at in duris, plusculo tempore, & vix, effectũ potest consequi. Porrò talia oĩa medicamenta Septica vocantur, & Septa: sed inter sese maioris minoris q; ratione dissident. Est aũt in hoc genere medicamentorũ ex primo &

infirmissimo ordine cedrea: pleraq; enim eorum admodum sunt efficacia. Talia itaq; & mortuo- E
rum corporum carnes corrumpunt: At cedrea exiccat, simul q; à corruptiooe tuetur corpora de-
mortua, vtpote humiditates eorũ superfluas depascẽs, cæterũ solida corpora haud attingẽs. At in
viuentibus calor ipse qui in corporibus est, cedreę vires adaugens, causa efficit, vt teneræ ab ea car
*ascaridas. nes deurantur. Nec mirum uideri debet, si, cùm tanta polleat potẽtia, lẽdes, pediculos, & tineas,
*Al. auribus. et in corporibus natos vermes, interficere valeat: tum fœtum viuentem quidẽ apposita interimat,
†ἀτόκιον. mortuum autem eijciat: sicut sanè etiam in coitu semen, pudẽdo circũlita. Proinde † partui aduer
sum} est medicamentum, si sic vtaris, nulli secundũ. Alia q; multa eiusmodi particulatim efficit.
Itaq; argumentum est ipsum valenter excalfacere, sicut vbi dẽtium foraminibus instillatur: siqui-
dem dolores eorũ mitigat, sed & ipsos cõfringit. Extenuat quoq; oculorũ cicatrices, & visus hebe
tudini ab humorũ crassitudine ortæ medetur. Porrò quod eius est pinguissimum, & ad vnguem
oleosum, quod suspẽsis supra eam, dum coquitur, lanis excipitur ac colligitur, tota cedrea tenuius
quidem est, sed minus acre, quanq; non minus excalfaciens. Eãdem quippe rationem habet ad id,
quod reliquum est cedreæ, crassius illud videlicet, quam oleum ad amurcã: proinde illud, vtpote
Non est in antiquis. crassius, mordax est, & {maiore} aperiẽdi facultate præditũ. Itaq; vlcera iritat, phlegmonen q; il-
lis excitat. Porrò oleosa illa cedrea adeo clementibus est viribus, vt etiam plebei experientia docti, F
vulnera ouibus occasione tondendi à forfice facta, illa illita sanent, sicut etiam pice humida. Vtun
tur autem ea & ad ouium scabiem, & ricinos {Greci κρότωνας vocant.} Porrò Cedrides (nã ita
fructum cedri nuncupant) moderatiores vires obtinent, adeo vt comedi quoq; possint. Attamen
si liberalius ijs vtare, capiti dolorem inferent, ardorem q; ac morsum in ventre percipies.

Centaurium Maius.

Centaurij "Magni Radix sicut gustu contrarias qualitates, ita in vsu cõtrarios effectus præstat. A. ibi. c. 158. fo. 118. f
Gustu itaq; acris simul adstringens q; apparet cum leuicula dulcedine. At in actionibus acrimo-
nia quidem caliditatis opera ostentat, menses prouocans, & fœtum mortuum euellens, viuum q;
corrumpẽs atq; eijciens: Adstrictio verò opera crassæ terrenę q; frigiditatis, cùm vlcera glutinet,
& sanguinem reijcientibus prosit: exhibentur autem eius drachmæ duæ, febrientibus quidem
cum aqua, febri verò liberis cum vino. Porrò secundum omnium simul qualitatum actionem, ru
ptis conuulsis, dispnϾæ siue spirandi difficultati, tum inueteratæ tussi, cõuenit. Nec enim talibus
euacuare solùm, quod præter naturam est, oportet, sed partem quoq; euacuatam roborare ac con-
firmare. Vacuationi itaq; accommoda est acrimonia, vtiq; cùm nõ sola sit ac pura, sed aut dulcedi
ni iuncta, aut certè non prorsum amaritudini: siquidem vehementiam tunc atq; violentiam mi- G
sta illi temperata quadam substantia, cuiusmodi est dulcis, non obtinebit. Porrò ad ea, quæ euacua
ta sunt, roboranda contrahenda q; adstrictione est opus. Eadem, quæ radix, & Succus ipsius effi-
cit. Vtuntur q; eo quidam vice Lycij.

Centaurium Minus.

Centaurij "Minoris Radix planè inefficax est, sed caules eius extremi, & potius Folia q̃ illis in- A. ibi. c. 158.
hęrent, & Flores, vtilissima sunt. Vincit in eis qualitas amara, paululũ habẽs & adstrictionis, atq;
ob eiusmodi temperamentum admodum exiccatorium est medicamen, expers mordacitatis. Por
rò q; omnia talia vtilissima sint, suprà commonui, & nunc nihilo secius tamen nos repetere tempe
*Vulnera. stiuum est, omnes eius particulatim actiones memorantes. Vlcera itaq; magna Herbæ ipsius re-
centis illitu glutinantur: & vetusta, quæ q; ægrè ad cicatricem perduci queunt, cicatrice eodẽ mo-
do vtentibus includũtur: Arefacta verò glutinatorijs & desiccatorijs miscetur facultatibus, ijs vi-
delicet quæ sinus & fistulas sanare sunt natę, veteres'que duritias emollire, tum vlcerum maligna
& cacoethe sanare. Miscetur etiam ijs quæ rheumaticis affectibus medentur: in quibus ea medica
mina præstãtissima sunt, quæ vehementer desiccãtia cum quadam adstrictione nullã habent mor-
dacitatem. Decoctum herbæ quidam ischiadicis infundũt, ceu biliosa & crassa ducens: nam & ta H
lia purgat: quanq; cùm adeo vehementer operabitur, vt cruenta euacuet, tũc plus proderit. Suc-
cus porrò eius, cùm adsimilis sit facultatis, hoc est exiccatoriæ & abstersoriæ, & cętera iam compre-
hensa pulchrè præstare potest: & cum melle oculis illinitur: menses'que, & fœtum, appositus euo
cat. Sunt qui ipsum bibendum præbeant & ijs, quibus nerui affecti sunt, vt qui euacuet, et desiccet
innoxie quæ impleta sunt: Quippe cum iocinoris quoque obstructiones optimè expediat: bo-
num'que sit lieni indurato remedium foris impositum, nec secius siquis bibere velit.

Cerasus.

Cerasus arbor fructum fert nõ paris adstrictionis in omnibus particulatim plantis participem.
Nam & in harum, sicut ẽt in malorum granatorũ, & malorum; quibusdam austera qualitas, qui-
busdam verò dulcis, non nullis autem acida exuperat. Quin ẽt ipsorum dulcium ea, quæ nõ dum
cocta sunt ac matura, quædam admodũ sunt acerba, quædam similiter moris acida. Sed in moris
immaturis acida qualitas acerbã exuperat, in cerasiis non semp. Ergo q̃ dulciora sunt, magis quę
in intestinis sunt, subducũt, sed minus grata stomacho sunt: contra austera. Acida pituitosis excre
mẽtosis q; stomachis sunt apta: siquidẽ austeris magis desiccãt, et nõ nihil ẽt incidũt. Porrò ipsius
arboris Gũmi cõem quidem oĩbus viscosis, & mordacitatis expertibus medicaminibus, facultatẽ
obtinet,

A obtinet, quę & ad arterias exasperatas accõmoda est: Propria aũt, siquidẽ quod quidã scribunt verum est, quòd cum vino bibitum calculis vexatos adiuuat. Nam sic illi tenuium partium inesset facultas quædam.

Ceratonia.

Ceratonia exiccãtis est & adstringentis facultatis, sicut & fructus eius, quæ Ceratia vocant, nõ nihil etiam dulcedinis continens. Accidit autem istis quiddam simile cerasiis. Nam si humida sumas, magis ventrem subducunt: sicca verò magis sistunt: vtpote cùm humiditatem expirent, & quod essentiæ est crassioris, tantùm reliquum habeant.

Cestrum Betonica Psychrotrophum.

Cestrum, aut Psychrotrophũ, Romanè verò Betonica, vim habet incidendi, vt gustus indicat. Amariuscula enim est & subacris ipsa herba: id quod ostendit & particulatim ædita actio. Nam consistẽtes in renibus calculos rumpit: & pulmonem, pectus, & iecur expurgat abstergit'q;: menses quoq; ciet, & comitialibus prodest: tum rupta conuulsa'que curat: & omnibus bestiarum morsibus, vlceri illita, auxiliatur. Postremò acidũ ructantibus {ὀξυρεγμιῶντας Græci vocãt} & ischiadicis bibita auxilio est. *AP. Psychotrophon.

Cecis Galla.

A.ibi.c.308. B Galla "quæ Omphacitis nuncupatur, admodum acerbum est medicamẽ, pleraq; sui parte essentiæ terrenæ & frigidæ, per quam desiccat & repercutit fluxiones: ad hæc constringit contrahit'q; partes laxas ac languidas: omnibus'q; fluxionũ affectibus strenue resistit. Esto verò tertij in desiccando, secundi autem in refrigerãdo, ordinis. Altera autem galla, flaua illa & magna laxa'que, & ipsa desiccat quidẽ, sed tanto minus, quanto minus acerbæ qualitatis est particeps. Cocta itaq; per se, ac deinde trita, cataplasma est non instrenuum sedis phlegmonarum, ac procidentiarũ. Porrò coquenda est, si modica opus sit adstrictione, in aqua: sin vehementiore, in vino: ac si augere insuper adstrictionẽ sit opus, vino vtare ẽt austeriore. Hanc rustici nostrates Οἰνοκηκίδα, quasi vinigallam dicas, nominant. Deniq; gallæ Combustæ sanguinis reprimendi facultatem acquirunt, ac nimirum etiam calorem & acrimoniam ex vstione assumunt: sunt'que ijs quæ ignem expertę non fuerint, tum subtiliorum partium, tum maiore desiccandi potestate. Cæterùm, cùm ad sanguinis suppressionẽ præparare eas voles, carbonibus impositas, dum vndequaque candeant, aceto aut vino extinguere oportebit.

Cera.

A.ibi.c.194. & 462. Cera "quodammodo medium tenet calfacientium, refrigerantium, humectantium, & desiccan C tium. Habet verò quiddam etiam crassarum partium, atq; emplasticum: quãobrẽ non modo exiccare, sed & per accidens humectare videri fortassis poterit, perspirationes videlicet prohibens. Quamobrem aliorum medicamentorum tũ excalfacientiũ, tum refrigerantiũ, materia est: Ipsa aũt per se ex genere fuerit debiliter cõcoquentiũ: nec tñ intrò in corpus assumptorum, sed foris impositorum. Habet enim paulum quiddam digerentis calidæ'q; potentiæ, quæ plurima melli inerat.

Cici Ricinus.

Ricini Fructus quemadmodum purgat detergit ac digerit, sic quoq; Folium, sed vndequaque debilius. Oleum quod ex semine conficitur, tum calidius est, tum tenuiorum partium, q̃ est oleũ commune, ac proinde {potentius} quoq; digerit.

Cinnamomum.

A.ibi.c.124. Cinnamomũ "summè tenuiũ est partiũ, nõ summè tñ calidũ, sed ex tertio quodãmodo ordine. Nihil aũt æquè desiccat eorũ q̃ pari sunt excalfaciendi facultate, propter tenuitatẽ scilicet essentię. At Cinnamomis est velut imbecillũ cinnamomũ: nõ nulli ipsam Pseudocinnamomũ nũcupant.

Circea.

Circeæ herbæ Radicem scribit Dioscorides ex vino dulci potã secundas purgare: est enim bo D ni odoris, & calfactoria. Semen aũt eius in sorbitione exhibitum ad lactis generationẽ conducit.

Cisthus.

A.l.1.t.2.c.111. of.111.a.b Cisthus, "aut Cistharus, frutex est gustu adstringens, oĩbus'que particulatim operibus. Porrò Folia, et parua Germina trita adeo desiccant adstringunt'q;, vt vulnera glutinare valeant. At Flores magis sunt efficaces, adeo vt cum vino poti dysenterias, vẽtris imbecillitates, fluxus'que ac humiditates sanẽt. Cataplasmatis ritu illita vlcerum putredinosa iuuant: Est enim facultas eorum non instrenue desiccans, fere'que secundi excessus à temperatis absoluti. Adeo verò frutex hic frigidus est, vt tepidi caloris sit particeps. Porrò Hypocisthis, quam vocant, multo est magis adstrictoria q̃ folia, admodum efficax remedium ad omnes fluxionum affectus, puta sanguinis reiectiones, profluuia muliebria, cœliacos, dysentericos'q; affectus. Quin si quam partem roborare consilium sit, quæ videlicet plusculo humore exoluta fuerit, robur ac firmitatem illi non segniter addit. Sic sanè stomachicis epithematis, hepaticis'que, commiscetur: & ex viperis cõfectis antidotis inditur, nimirum quo corpora confirmet ac roboret.

Cisthus.

A.ibi.c.411. Cisthus "aut Ladanũ. In calidioribus regionibus hic Cisthus ,pueniẽs, tametsi haud alius sit genere q̃ qui apud nos nascitur, eximiũ tñ à regione ac peculiarẽ digerentẽ'que caliditatẽ nactus est:

atq; vtroq; à nostrate differt, tum quia frigiditatem deposuit, tum quia calorem assumpsit. Itaq; cę E tera quidē huius cisthi, illis quæ in nostrate visuntur, similia sunt. Verùm Ladanum quod vocāt, ex eo prouenit, medicamentum primo excessu iam quodammodo completè calidum, vt videlicet & secundum attingat, habens etiam adstrictionis paululum: Ad hæc substātia tenuium partium, ac proinde emolliēs siue malacticum, pariter q; moderate digerēs, ac videlicet ēt συμπεπτικὸν hoc est concoquens. Itaq; mirandum non est, si peculiariter ad vteri vitia conueniat, qn̄quidem ad dicta paulum quiddam adstrictionis obtinet. Quocirca diffluentes capillos retinet: nam quicquid ad radices eorum praui humoris sederit, id omne absumit: tum meatus quibus infixi sunt, cōstringit contrahit q; adstrictione. Cæterum alopecias, & ophthalmias siue lippitudines, sanare non potest, vtpote grauiores vires, q̄ quę ladano insunt, poscētes: quippe proueniunt ista ex prauis succis lentis crassis q;, quos secantia ac digerentia medicamēta potissimum euocant atq; euacuant. Cęterum tenuium partium sint facultatis oportet, & minime adstringentis, non tamen vsqueadeo tenuium partium, & desiccatoriæ, vt nimio plus desiccēt, vna q; cum collectis inibi succis præter naturam, naturalem quoq; humiditatem incrementa pilis suppeditantē absumant. Nam sic non tantùm alopecia liberabunt, sed & caluitiem afferent. Sed hæc ad curandi rationem pertinent.

*Arbitror legēdū esse ophieses, qn̄quidem de pilorū affectib⁹ sermo ipsi ē. Quī & Auicen. cap. de Ladano videť habuisse hanc lectionem. Adde qđ ophtalmia cā nō exposcit curationem.

Cissos Hedera. F

Hedera "ex contrarijs composita est facultatibus. Habet enim quiddā adstringentis substantię, quam terrenam & frigidam esse ostendimus: habet q; etiam nō nihil acris, quam calidam esse vel gustus comprobat: nec deest tertia, aqueam nanq; substantiam quandam tepidam obtinet certè, si viridis sit. Siquidē dum arescit, hæc prima exhalet necesse est: manet q; quæ terrea & frigida adstringēs q;, & ea quæ calida & acris. Viridis autem, Folijs eius in vino decoctis, vlcera grādia conglutinat: quæ'que maligna sunt, ad sanitatem reducit: tum igne factas exulcerationes cicatrice includit. Porrò cum aceto decocta folia lienosis prosunt. Flores autem quodammodo validiores sunt, vt ad leuorem redacti cum cerato ambustis conueniāt. Pręterea Succus medicamentum est errhinon, {hoc est, in nares fusum, capiti purgando idoneum:} tum vetustas aurium fluxiones sanat: ad hæc vlcera vetera tum in auribus, tū in naribus. Porrò si acrior appareat, aut rosaceo aut dulci oleo miscetur. Lachryma eius pediculos interimit, pilis nudat, vsqueadeo calidæ potestatis, vt obscure adurat: est enim velut aqueus quidam liquor, sicut aliæ omnes lachrymæ.

A.l.2.t.2.c.169. fol.119.g.h

*Al. vulnera.

Clinopodium.

Clinopodium excalfaciendi vim obtinet, sed non dum adurendi: est verò etiam essentia subtilium partium. Ponat q; ipsum quispiam in tertio ordine tum excalfacientium, tum resiccantium. G

Clematis.

Clematidis Folia acrem & adurentem siue causticam facultatē obtinent, adeo vt & lepras excorient. Fuerit itaq; in quarti ordinis excalfacientiū initio. Vocatur autem Clematis & Daphnoides, quod quidam Myrsinoides, alij Polygonoides appellitant. Cæterùm id nequaquam exulceratorium est aut acre, sicut quod ante dictum est: immo profluuijs ac dysenterijs cum vino potum prodest, dentium q; dolores mansum mitigat, tum vteri quoq; doloribus in pesso admotum vsui est: tm̄ abest vt perinde vrat aut vlceret, ceu illud superius. Sed summè nobis suspiciendus Pamphilus ille sicuti in reliquis nugatur de ijs, quæ nunq̄ vidit, literis ea mandās, sic hæc ambo in vnū confudit. At Dioscorides vtriusq; in quarto meminit, & eius quæ simpliciter vocatur Clematoides, id'que in fine libri: & alterius, sed in principio. Quamobrem non est necesse, vt ego rursum notis suis vtrunq; depingam, sicut nec in alijs feci.

Cnicus.

Cnici "Semine dūtaxat ad purgationes vtimur. Tertij est ordinis excalfaciētium, si quis foris eo vti volet. A.ibi.c.159.

Coccus Cnidius Granum Gnidium.

Granum Gnidium & ipsum quoq; purgat: sed acris est adurentis'que facultatis. H

Coccos Baphicos Granum Tinctorium.

Granum "Tinctorium adstringentem simul q; amaram qualitatem possidet. Vtraq; sine morsu desiccat. Proinde ad ingentia vulnera congruit, & ad neruorum vulnerationes. Sed tūc ipsum quidam cum aceto terunt, alij cum oxymelite. A.ibi.c.718.

Coccymelea Prunus.

*Al. Coccomelea.

Pruni "Fructus ventrem subducit, recens quidem plus, aridus minus. Cæterum haud scio, cur Dioscorides pruna damascena siccata ventrem sistere dicat, cum & ipsa palàm etiam subducant, minus tamen q̄ quæ importantur ex Iberia: siquidem damascena magis adstringunt: at quæ Iberia fert, dulciora sunt. Quin & ipsæ Arbores fructibus proportione respondent. Minus enim adstringunt quæ in Iberia nascūtur, magis verò quæ Damasci. Cæterum vt in summa dicam, quorum in folijs aut germinibus adstrictio quædam inesse apparet manifesta, ijs decoctis phlegmonę in columella aut tonsillis existentes idoneè colluuntur. Porrò Agrestium Fructus euidenter adstrictorius est, ventrem'que sistit. Nominatur autem hæc planta in Asia Prumnum. Gummi autem arboris, sunt, qui dicant cum vino potum lapides confringere: cum aceto, puerorum sanare lichenas. Ac si id præstat, clarum est incidentem tenuium'que partium illi facultatem inesse. A.ibi.c.532.

Colla

A

Colla Gluten.

A.ibi.c.202. Gluten,* quod ad libros præparant ex similagine & garo, emplasticæ concoctoriç'que facultatis est, quibuscunq; ipsum partibus illinas.

* Ant. codices legũt γύρεως i pollinẽ. & ita vet⁹ interpres, Oribasius, Aetius, & Paulus.

Colocynthe Cucurbita.

A.ibidẽ.c.175. fol.120.c Cucurbita" humidæ frigidæ'q; temperaturæ est, vtraq; qualitate secundi ordinis. Quocirca ramentorum eius Succus ad auriũ dolores cum phlegmone iunctos cum rosaceo vtilis est. Sic tota quoq; illita calidas phlegmonas mediocriter refrigerat. In esu aũt humida est, & sitim propellẽs.

Colocynthis.

A.ibi.c.117. Colocynthis" gustu amara est. Sed quæ illi amaritudinis dum potatur adsunt opera, ea euidenter efficere nequit ob purgatoriam facultatẽ, quã validã in sese cõtinet: nimirum cũ ijs, q̃ purgat, antè & ipsa per aluum excerni præuertens. Viridis ipsius Succus intritus ischiadibus prodest.

Comarus Arbutus.

Arbutus arbor ipsa qualitate acerba vnà cum fructu est. Eum Memecylum nuncupãt. Est autem hic & insensus stomacho, & capiti dolorem commouens.

Commi Gummi.

A.ibi.c.310. B Gummi" lachryma est cõgelata concreta'q; in truncis arborum ipsam producentium: velut resina quoq; in multis visitur, quæ resinam proferre possunt. Est autem exiccatoriæ emplasticç'que potentiæ. Propterea'que asperitatibus medetur.

Conia Lixiuium.

A ibidẽ.c.188. fol.121.c Lixiuium," quòd velut ablutio est cineris, sic nominatur. Porrò omnium maximè tum abstersorium tum exiccatorium illud est, quod ex cinere ficus & tithymallorum efficitur: ferè'que septicæ seu putrefacientis est facultatis: quæ cuiusmodi sit, in quinto volumine exposui.

Conyza.

Coniza & Maior, & Minor, adsimilis sunt tũ tẽperaturę tũ facultatis, gustu amarę & acres apparẽtes. Excalfaciunt'q; admodum luculẽter, siue quis folia cũ teneris ramulis (est enim fruticosa plãta) parti cuipiam illinat: siue vbi in oleo coxerit, eo vtatur, siquidẽ cõcussiones siue rigores per circuitum redeuntes tale sanare oleum videtur. Flores quoq; eorum adsimilis sunt facultatis. Itaque quidam & ipsos cũ folijs tritos in vino bibẽdos exhibẽt ad mẽses fortiter ducendos, eijciendũ'que fœtum. Est & Tertiũ conyzæ genus in locis humidioribus proueniens, vtrisq; illis tum grauеolentius, tum imbecillius. Sed primæ memoratæ tertij sunt ordinis in excalfaciẽdo exiccando'que.

C

Coriannon seu Corion Coriandrum.

A.l.2.t.2.c.139. fol.115.h Coriannon," siue Corion, aut vtcunq; vocare lubet. Vetustiores Greci Coriannon noĩabant: at recentiores medici omnes Corion appellitãt, sicut & Dioscorides, refrigeratoriam esse herbam ipsam dictitans, sed perperam. Siquidem ex contrarijs facultatibus cõstat & composita est, plurimum habens essentiæ amaræ, quam ostendimus esse tenuium partium, & terrenam calidã: nec parum ẽtaqueæ humiditatis obtinet, quæ tepentis est facultatis: his adiũctum est quoq; adstrictionis pauxillum. Ex quibus omnibus varie quidem agit ea, quæ scribit Dioscorides, sed non tantum ex refrigeratione. Cęterum ego cuiusq; particulatim actionis causam enarrabo, tametsi propositum fuerat mihi meã vnius duntaxat hoc in libro sententiam expromere. Sed forte nihil obstabit, immo, si verum fatendum est, † proderit non nihil superiores methodos, quæ in paucis medicamentis sunt dictæ, hic repetere. Primùm ergo non Dioscorides tantum, sed & alij complures medicorum, indeterminatè de morbis pronunciãt: sicut sanè hac quoq; tempestate non paucos inuenias
A. l. 2. t. 1. c. 1. fol.92.a medicos vel insignes, pręter alia, hac in re turpissime hallucinãtes. Interdem" enim atra, liuida, frigida'q; reddita parte, quę erysipelas habuit, nec amplius refrigerantia poscente pharmaca, ceu antea, sed ea quæ infixum parti præter naturam humorem eliciant, hi refrigerare perseuerant: interD dum autem ad digerentia transeunt, ea'que erysipelas sanare dicũt. Et sanè etiam scribũt incipientibus quidem etiamnum, atque gliscentibus, crescentibus'ue erysipelatis alia medicamenta, declinantibus vero ac flaccescentibus alia. Sed ita res non habet. Neque enim erysipelas etiam vocari debet, postea quàm inflammatio eius, & feruor, ac biliosum illud abierint: † neque quæ facultate sunt frigida, neque quæ illa sanant, remedio esse putandum. Sed velut si vel in initio protinus aut percussis, aut alia de causa quauis, tumor in parte quapiam aut liuidus, aut nigerextiterit, cum esse frigidum affectum existimabis, & quæ digerant excalfaciant'que, poscere: Ad eundem, opinor, modum, si calida affectio in frigidam reciderit, negligenda quidem prior est, sed secunda alio appellanda nomine: aut si displicet nominis mutatio, saltem, sicut quidam alia scribunt principij, alia declinationis remedia, haud sanè cẽsendũ frigida esse declinationis remedia. Concedendum sanè est, si cui ita placet, vt talis affectio etiam erysipelas vocetur: sed eam etiam calidam dicere vbi iam refrigerata est, id verò neutiquam concedendum. Itaque ne, quod tunc ei auxilio est, refrigeratorium esse credamus, sicut Dioscorides Coriandrum, quòd cum pane aut polenta, vt ipse inquit, erysipelas curet illitum. Nam quod ad vnguem est erysipelas, quod vtique inflammatum est & flauum, haud vnquam sanare queat cum pane Coriandrum, sed illud quod iam refrigeratum est. Proinde nos superioribus voluminibus, cùm determinata ac definita experientia, cuiusque

† Al. ex antiqs Grę. ea quæ in hunc modũ in paucis medicamẽtis dicũtur, iuuabũt aliqd, ac rememorabũt superiores methodos.

† Al. neq; quæ has affectiões sanãt, facultate frigida esse putandum est.

medicaminis facultatem explorandum cenſuimus, q̃ maximè fieri poſſet ſimpliciſſimum eligi affe- E
ctum conſuluimus. At plerique medici, neque quòd vel plurimi morborum protinus ab initio cõpoſiti inuadant, norunt: neque quòd alius affectus ſit eryſipelas exactum: alius verò is qui vocatur ab omnibus nobis vſitatè, vt à veteribus quoque, phlegmone: alij autem inter hos medij plurimi, partim vt ſic dicam, eryſipelata phlegmonode, partim phlegmonæ eryſipelatodeis: ac inuenias non nunquam vbi neutrum vincat, ſed ad vnguem paria ſint: quin etiã non nunquam œdematodes eſſe eryſipelas conſpicitur, ſicut aliud ſcirrhodes: vt compoſitorum morborum non paruus accrucetur numerus. De quibus copioſius cùm alibi diſſeruimus, tum in curãdi rationis voluminibus. Dicetur autem & nunc, quoad ſaltem eorum meminiſſe neceſſe eſt, quòd exactum eryſipelas haud vnquam ab antedicto cataplaſmate curari poſſit. Voco autem exactum, cùm à biliosa fluxione pars impleta fuerit. Porrò quòd longè à refrigeratione abſit Coriandrum, vel ex ijs quę ipſe ſcripſit Dioſcorides, diſcere liceat. Nam chœradas ſiue ſtrumas cum eregmo ſiue lomẽto, inquit, diſcutit. Porrò quòd nullum refrigerantium medicamentorum idoneum ſit diſcutiendis chœradibus, vel ipſum Dioſcoridem non dubitaturum arbitror, quippe qui ſexcenta ſcripſerit medicamenta chœradas ſanare potentia, quæ omnia tum temperie calida tum actionibus digerentia eſſe confeſſus eſt.

Coronopus. F

Coronopodis "Radix cœliacis prodeſſe creditur manducata. A.ibi.c.560.

Coſtus.

Coſtus "leuiculam planè amaram, plurimam autem acrem et calidam, in ſe qualitatem ſimul & facultatem continet, adeo vt etiam exulceret. Vnde ex oleo corpus eorum quibus per circuitum rigor inuadit, ante acceſſionem illo confricant: ſic verò etiã in reſolutis, & iſchiadicis: atque in ſumma in quibus excalfacere partem quãuis, aut ex alto in ſuperficiem extrahere quippiam eſt opus, ad coſtum confugitur. Eadem de cauſa vrinas menſesque prouocat: & ad rupta, conuulſa, ac laterũ dolores congruit. Porrò ob amaritatem quæ illi ineſt, lumbricos latos necat. Ob eãdem & ad contractas velut ex Sole maculas {ἐφήλεις Græci vocant} cum aqua aut melle vſurpãt. Ineſt item flatuoſa quædam illi temperiei humiditas, per quam & venerem excitat cum vino mulſo. Aibi.c.161.fol. 119.b.c

Cotyledon Vmbilicus Veneris.

Cotyledon facultatis miſtæ eſt, nẽpe humidæ ſubfrigidæ, & cuiuſdam obſcurè ſubadſtringẽtis, & cum ea leuiter amarę. Vnde refrigerat, repercutit, abſtergit, & diſcutit. Itaque phlegmonas eryſipelatodeis, & eryſipelata phlegmonode, curat: & maximè ſtomachi ardore æſtuantis admodũ vtile eſt epiplaſma. Putantur Folia cum radice manducata calculos confringere, & vrinam mouere. G

Crania Cornus.

Corni "arboris Fructus admodũ acerbus eſt, eſui aptus. Itaque mirũ videri nõ debet ipſum valẽter ventrẽ reſtringere, ſicut & meſpila. Folia quoque & Germina guſtu acerba ſunt, valẽterque deſiccãt. Itaque maxima vulnera glutinare poſſunt, potiſſimum durorũ corporũ: At paruis vulneribus & mollioribus corporibus potius contraria ſunt: nam nimiũ ea contẽdunt, ac plus ſatis deſiccãt. A.ibi.c.315.

Crambe Braſſica.

Braſſica "Eſculenta deſiccãdi vim habet tum eſa, tũ foris impoſita, nõ tñ etiam admodũ acrem. Alioqui & vlcera glutinat, & maligna vlcera ſanat, præterea phlegmonas iã induratas ac ægrè ſolubiles, & id genus quoque eryſipelata. Eadẽ facultate epinyctidas & herpetes ſanat. Habet quiddam etiam in ſe abſterſorium, quo lepras curat. Porrò Semẽ eius potũ lumbricos interficit, maximè braſſicæ Ægyptiæ, quanto ſcilicet temperatura ſiccior eſt. Sanè amaræ qualitatis particeps ſemen eſt, ſicut videlicet omnia alia medicamenta quæ ad lumbricos idonea ſunt. Secundum eandẽ facultatem ephelidas, & lentes, & quæcunque modicam abſterſionem poſtulãt, adiuuat. Porrò caules braſſicæ cõbuſti Cineres efficiunt admodum deſiccãtes, vt videlicet iam & cauſticam ſiue adurentem vim participent. Hac ratione ei veterem adipem comiſcentes, ad inueteratos laterum dolorę, & ſi quid eius fuerit generis, adhibent: nam valenter digerens pharmacum efficitur. A.l.2.t.2.c.139. fol.115.f H

Crambe Agria Braſſica Agreſtis.

Braſſica "Agreſtis quodãmodo calidior ſiccior q̃ domeſtica eſt, ceu alia ꝓpemodum oĩa agreſtia ſui generis domeſticis ſecundũ vtrãque hanc facultatem valentiora ſunt. Quamobrẽ neque intra corpus citra noxã ſumitur, vt quæ longius ab humana receſſerit tẽperatura. Eadem de cauſa & guſtantibus amarior eſt q̃ domeſtica: quanquam domeſtica quoque acrimonię non nihil & ſubamaritudinis contineat: ſed vtrãque habet agreſtis validam: quare & extergit & digerit q̃ domeſtica valẽtius. A.ibidem.

Crambe Thalattia Braſſica Marina.

Braſſica "Marina ſupra q̃ quòd ventrem deijciat, vtpotè ſubſalſa & ſubamara guſtu, fuerit ſanè & ad externos corporis vſus, & ad omnia ea, ad quæ tales qualitates accommodantur, idonea. A.ibidem.

Cratæogonos.

Cratæogoni herbæ Fructus & acris guſtanti eſt, & † vtenti frigidus, } ſimilis milio.

Crethmon.

Crethmon guſtantibus ſalſum quodammodo eſt cum paucula amaritate: quamobrem vis eius eſt exiccatoria & abſterſoria. Vtraque tamen imbecillior ei eſt quàm in amaris.

† σφοδρῶς χρωμένοις, eſt in impreſsis cod. i. vtenti vehementer. vt uertit uetus iterpres. Scio equidẽ apud Paulũ i aliquibus codi. legi ψυχρὸς i. frigidus. vt noſter interps trãſtulit: antiquiſsimi tamẽ libri habent σφοδρῶς: intelligendum q; eſt, quòd vehemẽter ſit acris, quẽadmodum et Dioſcorides dixit. In Oribaſio legitur καρπὸς δριμύς ἐστι καὶ σφοδρὸς, i. fructus acris eſt & uehemens.

Crithe

A *Crithe Hordeum.*

A.ibi.c.530. Hordeum primi est ordinis in exiccando & refrigerando: habet etiam pauxillũ abstersionis. Paulo etiam plus desiccat quàm farina fabacea, cui nõ insint cortices: Cætera verò similia sunt foris vtentibus: in cibo autem hoc fabis præstat, quod flatuosam naturam exuat: fabis, quantũcunque coxeris, flatuosa natura remanet, sunt enim crassioris essentiæ q̃ hordeum: quamobrem eo plus etiã alunt. Porrò quoniam vtrunque paulum modò à medio recessit, multo sunt vsui: nam talia medicamenta multis alijs miscentur ceu materiæ quædam. Itaque etiam cera & oleum non paucis medicamentis coniunguntur. Alphiton verò, hoc est Polenta, multo plus hordeo desiccat.

Crimnon.

Crimnon. Quod crassarum partium est tum in tritici, tum in zeæ farina, ita appellari consueuit. Plus nutrit quàm polenta, sed ægrius concoquitur. Porrò Sorbitio quam ex eo conficiunt, Poltos nuncupatur, eaque si ex zea conficiatur, leniter ventrem sistit, ac magis si frigatur.

Crinos Lilium.

A.ibi.c.436. Lilij Flos temperaturam mistã obtinet, partim ex essentia tenuiũ partiũ ac terrena, ex qua vtique habet vt gustu sit amara: partim ex aquea, eaque temperata. Itaque ẽt quod ex eo conficitur Oleũ ac B vnguentum, citra morsum digerendi simul que emolliẽdi facultatem obtinet: vnde fit vt vteri duritiebus sit aptissimũ. Porrò Radix Foliaque per se trita desiccant & abstergunt, & digerunt moderatè: proinde quoque ambustis cõpetunt: siquidẽ hæc quoque moderatè desiccantẽ extergentẽque facultatẽ postulãt. Radicẽ ergo tostã, ac deinde cũ rosaceo contritã ambustis, quoad obducatur cicatrix, imponunt: quippe cum alioqui & aliorum vlcerum omnium bonũ sit inducendæ cicatrici remediũ. Quin etiã vteros emollit, mensesque prouocat. Folia verò præcoquentes, & ipsa ad obductã vsque cicatricem imponunt, non in ambustionibus dũtaxat, sed alijs quoque vlceribus. Sed & sunt qui aceto ea condientes ad vulnera suo tpe vtantur. Plus tñ inest abstergentis facultatis in radice q̃ in folijs, quanq̃ tñ nec in ea ipsa multũ insit, sicut prædiximus: nã primi ordinis abstergentiũ est medicaminum. Itaque cũ aut vitiligines, aut psoram, aut leprã, aut achoras, aut aliquid id genus, extergere volumus, commiscemus illi aliquid aliorum medicaminum validius extergentiũ, cuiusmodi est & mel. Cæterũ si id moderatè illi ac conuenienter admisceatur, & ad neruorũ diuisiones competit, & ad alia vniuersa quę valẽter exiccari postulant absque morsu. Reposuimus verò ẽt nõnunquam & foliorũ Succũ cũ aceto & melle coctũ: succus quinque partibus plus vtroque erat. Eratque insigne medicamen ad omnia ea, quæ valẽter exiccari postulãt absque morsu, ceu vulnera oĩa ingẽ C tia, & maximè q̃ in capitibus musculorũ eueniunt: tũ ad ea vlcera quæ nimis mollia sunt, & diuturna, atque ęgre ad cicatricẽ perducuntur. Sed hæc iam ad medicamentorũ cõponendorũ institutũ attinent, à quo q̃tum licet, abstinere in præsentia adnitor: cæterũ rerum ipsarum natura sæpenumero vt attingam adigit: celeriter verò relinquenda sunt, atque ad propositum reuertendum.

Crocodilium.

Crocodilij Semen acre est, atque odoratũ, vrinam mensesque ciens. Itaque facultatem habuerit calidam, digerentem, & exiccantem. Succus tũ caulis, tum seminis, vt quę similis sint facultatis, nephriticos adiuuat. Radix pectoris excreationibus valenter conducit, minus quidẽ q̃ semen acris, non tamen minus amara. Trahit verò etiam per nares sanguinem.

Crocus.

A.l. 2. t. 2. ca. 126. fo. 113. f.g Crocus paulum ẽt adstringens quid obtinet, quod terreum frigidum ostendimus: sed superat in eo calfaciens & qualitas, & facultas: vt tota eius essentia secundi sit ordinis excalfacientium, & primi exiccantium. Proinde concoquendi quoque vim quandã obtinet, adiuuãte s. in hoc & paucula illa adstrictionẽ. Quippe quibus medicamentis, cùm non admodum excalfaciant, paucula adest adstrictio, ea parem facultatem habent essentijs emplasticis vocatis: quas cum iunctas esse D caliditati non vehementi contigerit, pepticas hoc est concoquentes, esse ostendimus.

Crommyon Cæpa.

A.ibi.c.119. Cæpa ex quarto est ordine excalfacientium: essentia eius potius crassarũ est partium: Vnde ẽt hemorrhoidas aperit tum apposita, tũ cum aceto inuncta. In Sole alphos abstergit: tum alopecijs attrita pilos alcyonio citius restituit. Porrò si Succũ eius exprimas, quod reliquũ est, admodũ terreæ substãtię est, eiusque calidę: at succus aqueę aereęque caliditatis. Hic igitur ijs qui suffusi sunt, aut aciem oculorũ obtusam pre crassitudine humorũ obtinent, inũctus prodest. Ex huius tẽperatura tota cępa flatuosa est manducata. Itaque quæ temperatura sunt sicciore, minus flatuum generant.

Cyamos Faba.

A.ibid. c. 240. fol. 126.d Faba in vtroque medij temperamenti proximè est in exiccando & refrigerando. Caro eius paulum quoque abstergẽtis facultatis continet, sicut Putamen nõ nihil adstringẽtis. Idcirco medicorum nõ nulli totã fabam cũ oxycrato decoctam dysentericis, cœliacis, vomẽtibus {quos ἐμετικοὺς nominant,} exhibuerunt. Porrò vt eduliũ, flatulẽta est, ac coctu difficilis, si quid aliud: excreationibus ex thorace & pulmone idonea: Vt medicamentum verò foris imposita, desiccat innoxiè. In podagricis ea sæpenumero vsi sumus ex aqua decocta, & ita adipi suillo admista. Ad neruorũ tũ contusiones, tum vlcerationes, farinã eius ex oxymelite imposuimus. Ad eos quos ex ictu iam phlegmone

phlegmone occupauerat,cum polenta. Sed & testium & vberum aptum est cataplasma: nam hę E partes cùm phlegmone tenētur,moderatè refrigerari amant, maximè cùm vbera ex lacte in ipsis concreto phlegmonen patiantur. Quin lac quoq; ab eo cataplasmate extinguitur: Sicut puerorū pubes farina fabacea illita plurimo tempore glabra seu impubis permanet.

Cyclaminos Rapum siue Tuber terræ.

Cyclaminus" varias vires possidet. Nam & abstergit,& incidit,& ora venarum aperit,& attrahit,& digerit. Clarum id est ex particularibus operibus: Nam Succus eius hæmorrhoidas reserat, violēter q; ad secessum ꝓuocat in crocyde siue floccis appositus. Sic ēt facultatibus,phymata,strumas,alias q; oēs durities digerentibus,commiscetur: ac suffusis cum melle illitus competit,ad hæc quoq; per nares expurgat. Adeo vehemens eius facultas est, vt abdomine illito ventrem subducat,& fœtus interimat: nam & alioqui validum interimendo conceptui medicamen est, in pesso appositus. Tota autem Radix succo imbecillior est, quanq̄ & ipsa vehemens sit. Nam & menses siue epota,siue apposita euocat: & aurigini prodest,non modò ipsum viscus expurgās, sed ēt q̄ in toto corpore bilis fuerit,eam per sudorem eijciens. Proinde sanè post potionem,sudoris adiuuanda omnino prouocatio est. Modus eius bibendi est drachmarum trium, siue cum melicrato, siue cum passo. Cutem detergit cum in alijs,tum ꝙ alopecias,ephelidas,omnia q; exāthemata siue ef- F florescentias,curet. Lienem quoq; induratum iuuat emplastri modo illita tum recens, tum arida. Sunt qui radicem siccam asthmaticis seu anhelantibus exhibeāt. Porrò Altera cyclaminus, quā quidam Cyssanthemon nominant,propterea ꝙ cysso hoc est hederæ, flore sit assimilis, Radicem quidem inutilem habet,sed Fructum admodum efficacem. Nā hic cū vino albo pluribus diebus duobus cyathis potus lienes sanat, vrinas mouens,ac ventrem subducens: secundas quoq; eijcit, & asthmaticis prodest. Qualitas eius gustanti acris est,& sublenta.

A.l.2.t.2.c.271. fol.129 d

Cyminum Cuminum.

Cymini" Semine maximè vtimur,quemadmodum anisi,ligustici,cari, petroselini. Est verò & facultatis excalfacientis,sicut illorum vnumquodq;,tum vrinam mouētis & flatum extinguentis, ex tertio ordine excalfacientium.

A.l.2.t.2. c. 136.b

Cynosbatus Sentis Canis.

Cynosbatus. Huius fruticis Fructus nō segniter adstrictorius est,Folia verò mediocriter. Itaq; particularis eius vsus haud ignotus est. Cauendū ab eo quod in fructu eius,lanæ speciem habet, ceu arteriam vitians.

Cyparissus Cupressus.

Cupressi" Folia,Germina,Pilulæ recentes & molles magna vulnera cōglutināt in duris corporibus. Ex quo clarum est ꝙ resiccādi vim habeat absq; insigni acrimonia,aut caliditate, sicut certè G & gustus testificatur: apparet enim in ea leuis quidē acrimonia, sed plurima amaritudo, multo q́; etiam plus acerbitatis in tota planta. Tanta ei inest acrimonia caliditas q;,quanta satis sit deducendæ in altum acerbitati,ac nullam tamen mordicationem aut caliditatem in corporibus efficiat. Proinde in alto latentes in flaccidis putrescentibus q́; affectibus humiditates,innoxiè tuto q; depascitur atq; absumit: cū quæ excalfaciunt simul desiccant q;,eas quidē quę contentæ sunt,absumāt, cæterū acrimonia & caliditate alias attrahant. Sic & enterocelicos iuuat: siquidē exiccat,robur q́; addit corporis partibus præ humiditate laxis: vtpotè cū adstrictio in altum subeat deducente ipsa caliditate, quæ admista est,eum seruante modum, vt deducere quidem valeat,non tamen mordicare queat. Quidam ea vtuntur ad carbunculos,& herpetes, polentæ miscentes,tanquā absumat citra excalfactionem,eos morbos facientem humiditatem. Sunt qui & ad erysipelata vtantur,admista nimirum polenta cum aqua aut oxycrato aquoso.

A.ibi.fo.117.a

Cyperus Iuncus Quadratus.

Cyperi" Radices maximè vsui sunt,excalfacientes pariter & exiccantes absq; mordacitate. Itaq; vlceribus,quæ præ nimia humiditate cicatricem difficulter admittunt,mirificè prosunt: habēt.n. quiddam ēt adstringens. Quapropter vlceri item oris conueniunt. Quin & incidēdi vim quāpiā H illis inesse testificandum,qua & calculo vexatis congruunt,& vrinam menses q́; prouocant.

A.ibi.c.591.

Cypros.

Cyprus. Huius arboris Folia sūma q́; germina ī vsum veniūt,& facultatis, & qualitatis mistę: Habēt.n. qddā digerēs cū aquea substantia modicè calida: habēt q; ēt adstrictoriū qddā ex terrena substantia frigida. Itaq; eorū Decocto qdā ambusta fouēt. Vtunt verò ēt aduersus igneas phlegmonas & carbunculos: nā absq; molestia & morsu desiccant. Quin etiā sponte prouenıētibus in ore vlceribus,ac maximè q̄ aphthode sunt,& ipsis ēt puerorū aphthis,cōmansa accommoda sunt.

Cytisus.

Cytisi Folia digerendi facultatem obtinent aqueæ temperatæ mistam,sicut & Maluæ.

A.ibi.c.14.

Coneion Cicuta.

Cicuta " ꝙ extremè refrigerantis sit facultatis,omnes norunt.

A.ibid.c.661.

Conos.

Coni" Fructus,quem quidam Cocalon nuncupant,& Strobilon,viridis totus,habet cum humiditate

A.ibid.c.180. fol.151.a

A miditate amaritudinem quampiam & acrimoniam. Proinde purulentis, & quibuscunque adeo, quæ in thorace & pulmone sunt, facile extussire & expuere expedit, accõmodus est. Porrò Fructus ex eo esculentus, nutrimentum est coctu difficile, & validum. At vt medicamen asperitati leniendæ cõgruit, cùm videlicet in aqua maceratus omnem in ea acrimoniam reliquerit: nam reliquum omne minime mordax, maxime q; emplasticũ redditur, in medio calidæ & frigidę qualitatis consistens, ex aquea & terrea mistum substantia, minimum participans aereæ.

LAGOPVS

LAgopus facultatis est desiccantis, adeo vt fluxus alui probè exiccet.

Lathyris.

A.ibi.c.473. Lathyris." Sunt qui dicant & hanc esse Tithymalli speciem, tum quod similiter illis succũ habeat, tum quod eodem modo purget, tota q; illis facultate assimilis sit, nisi quod semen gustantibus videatur dulce: Quod sanè etiam purgatoriam vim maximè possidet.

Lampsane.

Lampsane esa quidem succos prauos procreat: cæterum illita abstergendi non nullam digerẽdi q; facultatem possidet.

B *Lapathum.*

A. ibidẽ. c.53. Lapathum" moderatè digerentem sortitum facultatem est, at Oxylapathum mistam: nã cũ eo quod digerit, nõ nihil quoq; repercutit. Semen eorum manifestam quoq; quandã adstrictionem obtinet, vt & dysenterias, & diarrhœas siue profluuia, sanet, & maximè oxylapathi. Porrò Hippolapathũ, quod in totũ in paludibus prouenit, easdẽ dictis facultates obtinet, sed imbecilliores.

Lemonium.

Lemonij Fructum, vtpotè austerũ, exhibẽt cum vino cœliacis, & dysentericis, hæmoptoicis q; siue sanguinem spuentibus. Iuuat & profluuium muliebre. Satis est oxybaphi mensura.

Lechen.

Lechen, qui in petris nascitur, est velut muscus quidã, sed rectè ex plantarũ censeri genere põt. Porrò ita nominatus videtur, quod lechenas curet. Extergentem habet ac modicè refrigerantẽ facultatem, vtranq; verò resiccantem. Atq; abstergentem quidem atq; exiccãtem à petra obtinet: refrigerantẽ verò ab humore aqueo, nascitur enim in humidis & roridis saxis. Porrò quod ex talibus componitur, aduersum esse phlegmonæ (quod aphlegmanton vocant) nihil mirum est. Cęterũ an hæmorrhagias sistat, vt refert Dioscorides, id verò neutiquam dicere queam.

C *Leontopetalon.*

Leõtopetali Radice maxime vtimur: q̃ digerẽdi facultatẽ, & exiccãdi, excalfaciendi q; in tertio ordine possidet. *Lepidium.*

A.ibi.c.657. Lepidium" ex quarto est ordine excalfacientium, simile Nasturtio tum odore, tum gustu, tũ viribus: sed minus eo desiccat.

Leucas.

Leucas acrẽ possidet qualitatẽ exuperantẽ, tẽperaturam vero calidã siccã q; in tertio quodãmodo ordine. *Leucacanthon.*

Leucacanthon, quidam autem Polygonaton, alij Ischiada nũcupãt. Huius amara Radix est: ac proinde incidit, & exiccat in tertio ordine: in calfaciendo autem ex primo est ordine.

Leucoion.

Leucoij Frutex vniuersus extergentẽ facultatem possidet, ac tenuiũ partium: plus tñ flores, & inter hos, qui sunt sicciores, magis ẽt q̃ virides: adeo vt & oculorũ cicatrices crassas extenuẽt. Tũ menses quoq; decoctum eorũ mouet: & secũdas, fætus q; emortuos elicit: ac si bibatur, abortũ facit. Est ergo id medicamentũ, vt si quod aliud, amarũ. Ac si quis viriũ eius vehemẽtiã multa aqua D admista retundat ac mitiget, aut certe id genus aliquo, habebit & ad phlegmonen nõ malũ medicamen. Sic & Decoctum eius, si non merũ fuerit, vteri phlegmonas itidẽ perfusum sanat, potissimũ q̃ diutino tpe ad scirrhi modũ induruere. Sic & cum cerato vlcera ægrè ad cicatricẽ peruenietia curat. Sunt verò ẽt qui cũ melle & ad aphthas adhibeant. Semen, cũ eiusdẽ facultatis sit, aptissimum est duarũ drachmarum mensura potum: tũ mensibus ciendis appositũ cum melle conuenire creditur, fœtus q; viuentes interficere, ac mortuos eijcere. Radices similis quoq; facultatis, nisi quatenus crassiorum sunt partium, & magis terrenæ, cũ aceto lienes induratos sanant. Non nulli verò & phlegmonas (in articulis) induratas ijs curant.

Leuce Populus Alba.

Leuce arbor mistæ quodãmodo temperaturę est ex aquea tepida, & terrena extenuata essentia: Quamobrem & abstergentis facultatis est particeps.

Libanotus Thus.

A.ibi.c.525. Thus" excalfacit ordine secundo, desiccat primo, habet quoq; subadstringens pusillum: sed minimum manifesta adstrictio est candido. Cortex eius euidenter adstringit: proinde sanè strenuè quoque desiccat, adeo vt ex secundo sit ordine completo desiccantium. Est autẽ crassiorum partium quàm ipsum thus, & minime particeps acrimoniæ. Ob has ergo tũ facultates, tũ qualitates, multus

multus eſt eius vſus apud medicos in hæmoptoicis, ſtomachicis, cœliacis, ac dyſentericis, non tantùm ijs, quæ extrinſecus applicantur, ipſum admiſcentes, ſed & ijs quæ intrò in corpus ſumūtur. E

*θαλλὸς depravate legitur in codici. impreſsis. legendū eſt.n. αἰθαλος, vt antiq. cod. & Oribaſius habēt, i. fuligo vel fauilla. Antiquus interpres habet, fumus.

Ramus eius tum ſiccioris, tum calidioris eſt facultatis quàm ipſum thus, adeo vt ad tertium vſq; exceſſum perueniat. Habet verò etiam abſterſorium quiddam. Itaq; eo nomine & expurgare & implere quæ in oculis conſiſtunt vlcera videtur, velut & qui ex myrrha, & qui è ſtyrace.

Libanotides.

Libanotides Tres ſunt, vna ſterilis, duæ fructum ferētes: omnes verò eiuſdem facultatis, emollientis, & digerentis. Succus tum radicis, tum herbæ, miſtus melli obtuſam oculorum aciem ab humorum craſſitudine emendat. Porrò eius libanotidis, quæ ad coronas eſt vtilis, quam Romani Roſmarinum nuncupant, decoctum regio morbo laborantes potum adiuuat. Omnes enim libanotides abſtergentis & incidentis facultatis participes ſunt.

Lignys Fuligo.

Fuligo" omnis exiccatoria eſt, ac proinde terreſtris eſt eſſentiæ, habens quaſdā ēt ignis qui materiam combuſſit, reliquias: ſed id puſillum eſt. Porrò tota natura terrena eſt, tenuium partium. A.l.2.t.2.c.242 fol.126.g Sed quæ ſpeciatim in ea differentiæ ſunt, eæ pro vſta materia eueniunt, ex acriore & calidiore, tali ēt prouenīente fuligine, ex dulciore ſimili quoq; & hinc fuligine proueniēte. Primum.n. thuris fuligine vtūtur in ocularias medicinas miſta, eas videlicet quæ ad oculos etiamnū phlegmone tentatos accōmodātur, atq; etiānū fluxione vexatos, & vlcera habētes: nā & illa expurgat, & carne implet. F Ad hæc vſurpant quoque eā ad facultates quas vocant calliblepharas. Præterea terebinthinæ myrrhęq; fuligo moleſtia caret, non aliter quàm thuris: ſed ſtyracis quodammodo valētior eſt: magis ēt picis liquidæ: qua ēt magis cedri. Porrò acrioribus vtuntur ad vitia palpebrarū vocata ptila, & eroſos oculorum angulos humidos q; citra phlegmonen. At mollioribus mitioribus q; tum ad hæc, tum ad ea, ad quæ competere paulò ſuperius diximus thuris fuliginem.

Libyſticum.

Libyſtici Radix & Semen ex genere excalfacientium ſunt, adeo vt & menſes cieant, & vrinas prouocent, flatus q; extinguant.

Linoſpermon Lini Semen.

Lini" Semē eſum flatuoſum ē, ēt ſi frigat: adeo ſanè recremētitia humiditate plenū ē. Eſt verò ēt in primo ordine quodāmodo calidū, ac humiditatis & ſiccitatis quodāmodo in medio eſt ſitum. A.ibi.c.598.

Linozoſtis Mercurialis.

Linozoſtide vtuntur oēs ad vētris purgationes dūtaxat. Verum enimuero, ſi quis eius facere periculum volet in cataplaſmate, ſanè admodum eam eſſe digerentis experietur facultatis. G

Lonchitis.

Lonchitidis," eius videlicet quæ ſemen habet triāgulare, cuſpidis figura, Radix potiſſimū quodāmodo ſimilis eſt radici Dauci: Proinde vrinam ciet. Porrò eius, quæ Scolopēdriæ ſimilia habet folia, ea ad glutināda vulnera idonea ſunt viridia, ſed ſicca cū aceto bibita lienes induratos ſanant. A.ibi.c.336.

Lycion.

Lycion," ſiue Pyxacāthon, arbor ſpinoſa, ex qua Lycium, quod vocāt, cōficitur, id videlicet medicamentum liquidum, quo ad ſugillata vtuntur, & ſedis oris q; phlegmonas, vlcerationes q;, tum herpetas, putredines, & vlcera cōtumacia, & aures pure fluentes, & intertrigines, ac paronychias. A.ibi.c.390.a

Eſt aūt facultatis exiccatoriæ, compoſitum ex diuerſi generis ſubſtantijs, {quas ἑτερογενῆς Greci vocāt,} altera quidem tenuium partium, digerente atq; calida: altera terreſtri frigida, ex qua ad ſtrictionem obtinet. Porrò hæc qualitas puſilla medicamento ineſt: digerit verò & deſiccat nō parum, nempe in ſecundo ordine: in calore autē medijs & ſymmetris proximū eſt. Proinde ad varia hoc vtuntur medicamine, vt abſtergente quidem †ad putredines, & cacoethe vlcera:} vt contrahente verò, cœliacis, dyſentericis, ac muliebri profluuio adhibentes. Lycium hoc, in Lycia & Cappadocia plurimum prouenit. Sed Indicum ad omnia valentius eſt. H

†Al. qn̄ id aſſumūt tāquā ex purgās, quæ pupillā obtenebrāt.

Lyſimachios.

Lyſimachios ſupantē habet qualitatē adſtrictoriā, per quā & vulnera glutinat, erūpētē q; ex naribus ſanguinē emplaſtri mō illita reprimit. Quin & reliquas ſanguinis eruptiōes ſiſtere pōt tū ipſa, tū ſuccus eius multo magis. Pota dyſenterias, ſanguinis reiectiōes, ac muliebre profluuiū ſanat.

Lychnis.

Lychnidos Coronariæ Semē calidum eſt ſecūdo quodammodo ordine, aut iam etiā tertio: ſiccum ſanè eodem modo.

Lotos Herba.

Lotus Domeſtica, quā quidā Triphyllon, hoc eſt trifoliū, nominant, vt mediocriter abſtergēdi vim poſſidet, ſic ēt exiccādi. In caliditatis frigiditatis q; coniugatione media quodāmodo eſt, & tēperata. Lotus aūt Agreſtis plurima in Libya prouenit. Semē eius ſecundi eſt ordinis excalfaciētium, habet q; non nihil abſterſorium. Porrò Ægyptiæ loti Semen etiam in panes fingitur.

Lotos Arbor.

Lotus" arbor non ita multę adſtrictoriæ qualitatis eſt particeps, ſed & tenuium partium eſt, A.ibi.c.513.
&

A & exiccatoria. Itaq; lignorũ eius assulę derasæ muliebri accõmodãtur profluuio,& dysenterijs,& cœliacis affectibus. Decoquũtur verò interim in aqua,interim in vino, nimirũ prout vsus popo- scerit: nec infunduntur tm̃,sed & bibũtur. Quin etiã q̃ pilos defluentes cohibeat,nõ mediocre si- gnum est ipsum adstringẽtis esse cuiusdã,similiter mediocriter desiccantis, facultatis. Dictũ qppe est & in sermone de Ladano eiusmodi esse facultatis oportere,qđ fluẽtes capillos esset cohibiturũ.

MACER

A.ibi.c.448. MAcer" Cortex est,qui ex India conuehitur,gustu multum acerbo,cũ leuicula quadã acrimo- nia odorata,iucundum sanè redolens,vt pleraq; aromata siue odorata,quæ ex India cõue- huntur. Videtur itaq; & ipse ex mista constare essentia,pleraq; terrena frigida, paucula verò cali- da,& tenuium partium. Quamobrem valenter desiccat,adstringit q;. Proinde cœliacis & dysen- tericis miscetur facultatibus,in tertio exiccãtium consistens ordine: in caloris frigoris q; differen- tia neutrum insigniter efficiens.

Malabathrum.

A.ibi.c.253. Malabathri" Folium Spicę nardi similem facultatem obtinet.

Malache Malua.

A.ibi.c.194. B Malua," Agrestis quidem,digerentis paululũ & emollientis leuiter est facultatis: Hortensis ve rò quãto plus habet aqueæ humiditatis,tãto facultate imbecillior est. Fructus eius tanto validior est,quanto & siccior. Porrò huius generis est & ea,quæ Dendromalache nuncupatur,sed effica- cissima comprehensarum in digerendo. Appellatur etiam Althęa.

Mandragora.

A.ibi.c.357.h Mandragora" vincentem habet facultatem refrigeratoriam,adeo vt tertij sit ordinis refrigerã- tium. Veruntamen non nihil etiam caloris inest,& in pomis humiditatis.Proinde soporẽ ea cõ- ciliandi vim habent. Radicis cortex cùm sit valentissimus,non tãtùm refrigerat, sed & desiccat: reliquum quod intus est,imbecillum est.

Marathrum Fœniculum.

A.ibid.c.274. Fœniculũ "tã valẽter excalfacit,vt ex tertio ordine excalfacientiũ censeri promereatur: desiccat verò nõ ęquè,sed ipsum quispiã in hoc primi esse ordinis posuerit. Proinde lac ꝓcreat: quod, si admodũ desiccaret,nõ sanè efficeret: suffusis eadẽ rõne auxiliatur: vrinas mẽses q; ciet. Porrò est & alterũ Fœniculũ Agreste,quod præ magnitudine Hippomarathrũ nuncupãt: cuius Radix ac Semẽ amplius q̃ domestici,desiccandi vim obtinet: quocirca vẽtrem quoq; eo nomine sistere vr̃: C nec sanè manifesta illis inesse videtur adstrictio. Huius nõ radix modo,sed & multo magis semen Cachryi assimile est: potest q; & calculos frangere,& auriginosos sanare,mẽses q; & vrinas moue- re: non tñ lac congerere, sicut illud superius. Aliud est Hippomarathrum, cuius semẽ rotũdũ est & acre,simile semini coriandri,facultate quidem hippomarathro simile,sed debilius.

Mastiche.

A.ibi.c.453. Mastiche" Candida quidem,& Chia consueto more cognominata,quodammodo ex cõtrarijs cõposita facultatibus est,adstringẽte videlicet & emolliẽte. Proinde stomachi,ventris, intestino- rum,iecoris q; inflammationibus competit,vtputa secundo ordine excalfaciens & desiccans. Ni- gra verò,q̃ Ægyptia cognominatur,tum magis desiccat, tũ minus adstringit: quamobrẽ aptior quodã modo est ad ea, q̃ validiorẽ digestionẽ per halitum exposcunt. Hac ratione & furunculis bonum est remedium. Porrò Oleum vnguentum q; mastichinum ex Chia cõficitur, nõ admo- dum sanè ex Ægyptia. Cæterùm similis est & ipsum Mastichæ facultatis.

Melanthium Nigella.

A.ibi.c.516. Melanthium" excalfacit atq; desiccat tertio ordine. Videtur etiam tenuium esse partiũ: Hoc enim nomine catarrhos sanat calidũ in lintheo admotũ,atq; assiduò olfactũ. Quin etiã si intro in D corpus sumatur,vel maximè flatus extinguit. Vñ constat essentiæ ipsum esse subtiliũ, partium,& ad vnguẽ à caliditate elaboratæ: propterea sanè ẽt amarum est.Ostensum verò in quarto horum voluminum est,q̃ cùm ad extremam tenuitatem atq; elaborationẽ terrena ꝑtingit substãtia,ama- ra proueniat qualitas. Itaq; mirum non est,si lumbricos interimat nõ esum modò, sed etiam foris ventri impositum: siquidem & id præstare posse saporem amarum monstratum est. Nec sanè ẽt mirandũ,si lepras,clauos,myrmecias eijciat,ei præsertim qui in superioribus libris comprehenso- rum haud est immemor. Sic verò etiam orthopnœã iuuat: & menses prouocat, qui vtiq; ob cras- sitiem aut viscositatem humorũ retenti fuerint. In summa vero,vbi sectione,exterisione, desicca- tione,excalfactione est opus,præstantissimum id remedium est.

Melilotum.

A.ibi.c.445. Melilotum" mistę facultatis est: habet enim quiddam adstringens: sed & digerit & cõcoquit: copiosior enim in eo est substantia calida,quàm frigida.

Mel.

A.ibi.c.489. Mel" desiccat & excalfacit ordine secundo. Est autem simplicis,quoad fieri potest, tum faculta- tis tum temperamenti, extergentis, vt nobis appellare mos est, medicamentorum speciei exi- stens. Porrò coctum minus acre abstersorium q; redditur. Itaque ad sinuosorũ vlcerum glutina- tiones

tiones eo vtuntur. Cęterum si quod mel Amarum est, ceu Sardoum, clarũ est & ipsum mistę esse E facultatis: tanquam si nostrum quispiam ei absynthium admiscuisset. Sed & Sacchar, vt vocant, quod ex India atq; fœlici Arabia cõuehitur, †in calamis, vt aiũt, cõcrescit, ⊢ & ipsum mellis est species, minus certè nostrate dulcius, sed adsimiles ei vires obtinens, quod ad abstergendum, desiccãdum, & digerendum attinet. Porrò quatenus nec inimicũ stomacho est, ceu nostràs, nec sitim afferens, eatenus ab illo substantia differt.

† περιπήγνυται μὲν, ὥσπερ ἅλατι, καλάμοις, idest concrescit quidẽ, ut aiunt, circa calamos.

Melissophyllon Citrago.

Melissophyllum Marrubio simile est facultate, sed plurimũ ab eo vincitur. Quamobrẽ nec vtitur eo quispiam: superuacaneum siquidem foret præsente marrubio, cuius tantus est vbique terrarum prouentus, velle vti melissophyllo. Cæterum, si cui fortè ad manum quãdoq; marrubium non fuerit, illo vti liceat, modò non exciderit, quanto ab hoc exuperetur.

Mespilum.

Mespilum,″ alij Tricoccum nominant, quòd tria intus in vniuersum gerat grana, quorũ vnũquodq; arboris est semen, ceu ea quæ in malis inueniũtur, ipsius mali: & vinacei, ipsius vitis: & ficus, minuta illa grana, quas Cenchramidas Græci vocãt. Arboris huius Fructus admodũ acerbus est, vix q; edi potest, ventrem strenuè coercens. Quin & in Germinibus & Folijs acerba hæc F qualitas non pauca reperitur. A.l.2.t.2.ca. 742.

Medion Trifolium Odoratum.

Medij Radicem contrà atq; fructum ipsum temperatam esse cõtigit: Nã illa quidẽ austera est, & fluxiones cohibet cũ alias, tum verò etiam profluuium muliebre quod vocãt. At Semen tantũ abest vt tale quid efficiat, vt etiam menses cieat, nimirum tenuiũ partium, & incidendi facultatis.

Mecon Papauer.

Papauer″ alterum Rhœas nũcupatũ est, q; s. celeriter flos eius defluat: alterum Domesticũ, qñquidem colitur. Quin & Aliæ duæ præter has sunt species syluestris papaueris, alterũ velut insidentẽ calicẽ sustinẽs: alterum longiorem q̃ illud calicem obtinens, totum autẽ procerius ac squallidius. Ab hoc succus defluit: atq; hinc est quod hanc speciem quidã Rhœada nominent. Porrò omniũ facultas refrigeratoria est. Cęterũ satiui Semẽ, quod & Thylacite cognominãt, mediocriter somnum cõciliat, visu candidum: proinde pani ipsum inspergunt, ac melle maceratum edũt. A.ibi.c.563.

At eius quod primo loco recensuimus, cuius florẽ celeriter decidere posuimus, validius Semen refrigerat: itaq; nequaq̃ eo quis innoxiè solo vti possit, sicut satiuo siue domestico, melli admiscẽs. Admodũ verò si ita sumptũ sit, somnũ conciliat. Cęterum pusillum eius inspergunt ijs, quæ G ex melle conficiuntur, bellarijs, atq; itrijs, panibus q;. Porrò tertio loco dicti Semen atrũ, ẽt medicamentosum est, admodum refrigerans. At, quod quarto loco positum est, omniũ est medicatissimum tum in semine, tum in caliculis, tum in folijs, tum in succo. Validè enim refrigerat, ad stuporem vsq; & mortem perducens. Sed medici, quò probè eo vtantur, medicamentis miscentes, frigiditatis vehementiã retundunt. Est enim ex quarto & vltimo refrigerantiũ ordine. Porrò quo pacto maximè ex methodo mistionem facere oporteat, non est præsentis tractationis proprium, sed eius quæ de Componendis medicamentis agit, quæ post hoc opus à nobis exponetur.

Mecon Ceratitis Papauer Cornutum.

Papauer Cornutũ, nominatũ qdẽ sic est à fructu leuẽ inuersionẽ habẽte, velut & fœnũgrecũ, vt bouis cornu esse videat simile. Vocatur porrò à qbusdã Paraliũ, qñquidẽ vt plurimũ iuxta mare nascit. Vim habet incidẽdi, & abstergẽdi. Itaq; Radix herbę in aqua decocta ad dimidiũ, hepaticos affectus adiuuat. Porrò Folia & flores sordida admodum & cõtumacia vlcera iuuant: sed ea reijcere oportet vlceribus iam expurgatis: adeo enim abstergere valent, vt & puræ quoq; carnis non nihil eliquent. Hoc virium robore non sordem duntaxat, sed & crustam vlceribus detrahit.

Mecon Heraclea Papauer Herculeum. H

Papauer Herculeum. Vocatur verò & Aphrodes, hoc est spumosum, eo quòd totum candidũ est & spumosum, exile. Semen habet pituitam expurgans.

Melea Malus.

Malus″ nõ omnis eiusdem naturæ est, velut nec eiusdem fructus. Quippe quędã mala dulcia sunt, quædã austera, nõ nulla acerba, non nulla acida, alia extremè exoluta & aquea. Et sanè in istis aqueũ exuperat, vt tẽperies eorũ sit tũ humidior, tũ frigidior: in acerbis aũt terrenũ frigidũ: in austeris vero tũ istud, tum †aqueum frigidum: sicut in dulcibus aqueũ temperatũ. Sic quoq; succi, cortices, folia q; arborum inter sese dissidẽt. Itaq; si austeriora sint atq; acidiora, vulnera illis glutinare possis, tum in phlegmonarum principio influxionẽ repercutere, ac stomachum ventrem q; exolutum ac languidum roborare: at aquosioribus mediocres phlegmonas incipiẽtes & gliscentes remittere. Sed hæc iam ad curandi rationem attinent: proinde ea citius ẽt relinquenda. Porrò q; plurima pomis omnibus recrementitia frigida q; insit humiditas, vel hinc liqueat, q; eorum omnium nullus omnino succus durare, ac vetustatem ferre possit, verũ acescant corrumpanturq; vniuersi. Solus, n. cydoniorum & struthiorũ (vtpote quę propter vincentẽ adstrictionẽ minus cæteris sunt humida) succus coctus cum melle durare potest: tametsi ipse per se non ita durare queat. A.ibi.c.561.

† Orib. cod. addit, dulce: i acidis. Vide supra li.4.ca.8.

Melea.

A *Melea Persice Malus Persica.*

A.ibi.c.564. Melea″Persice. Hęc vulgo nūc ab omnibus vocatur Persice tantùm,illo videlicet omisso Melea. Ipsa igitur arbor in germinibus & folijs vincētem habet amaram qualitatem. Proinde Folia eius trita & super vmbilicum imposita lumbricos necant. Alioqui sanè etiam digerens medicamen est. Fructus eius,nempe esculentum hoc persicum,humidior est & frigidior temperie.

Melea Armenice Malus Armenica.

A.ibi.c.143. Melea″Armenice. Huius vetus nomen deficit: vocant enim oēs tū fructum tū arborem Præcocion. Fructus humidior frigidiorq́ʒ est,vtrunqʒ secundo quodammodo excessu perpessus.

Melea Medice Malus Medica.

A.l.2.t.2.c.116. fol.111.g. Melea″Medice. Huius Fructus non amplius malum medicum,sed ab omnibus Citriū nūcupari adsolet. In Semine quidem vincentem habens qualitatem acidam & siccā, vt ipsum tertij sit ordinis resiccantium refrigerantium q́ʒ: In Cortice verò itidem desiccātem temperiē est sortitus, non parum tamen habentem acrimoniæ: proinde desiccat hic secundo excessu, non tamen frigidus est,sed aut temperatus,aut paulo infrà. Porrò Caro eius pariter crassi succi est,& pituitosa frigida q́ʒ: nam & ipsa editur sicut & cortex. Semen omne edi ineptum est, tum humidum illud &
B acidum,de quo primùm disserui.Et Nucleus qui in illo inuenitur, id quod re uera semen est, hic amarus est,& digerendi videlicet siccandi q́ʒ facultatem obtinens, secundo quodammodo ordine à temperatis recedens. Folia verò deniqʒ exiccandi ac digerendi vim obtinent.

Meum.

A.ibi.c.454. Meum.″Huius Radices perutiles sunt,calidæ tertio ordine,siccæ secundo. Proinde vrinā mēses q́ʒ ciere volentes hoc vtuntur pharmaco. Sed si plusculum sumatur,capiti dolorem mouet,vtpote cùm plusculum sit calidum ꝙ siccum: quippe cum humiditatē crudiusculam etiamnum & flatuosam caliditas,quæ in ipso est,ad caput deferat,atqʒ ita ipsum afficiat lędat q́ʒ.

Milax Trachea,hoc est aspera.

Milax Trachea clauiculis plena est: variè nāqʒ arboribus circūuoluitur sursum deorsum. Folia leuiter acria gustantibus sunt,& alioqui vtentibus calida.

Milax Lea, hoc est leuis.

Milax Lea quodammodo iam dictæ similes vires obtinet.

Morea Morus.

A.ibi.c.491. Mori″ Fructus maturus quidem ventrem subducit: immaturus verò vbi aruerit, admodū re-
C stringit. Itaqʒ ad dysenterias accommodus est,& affectiones cœliacas,& quascunqʒ alias fluētes. Contūditur autē,ac obsonijs commiscetur,velut Rhoi fructus: aut si cui ita videatur, ex aqua aut vino bibat. Porrò ꝙ maturorum Succus ad stomatica medicamenta sit vtilis,propter eam videlicet,quæ inest illi adstrictionem, neminem latet.Præterea ad alia complura particularia,quę mediocrem poscunt adstrictionem,cōpetit. At immatura mora præter acerbitatem, & aciditatē sortita sunt. Et tota adeo arbor in omnibus suis partibus mistam aliquā vim obtinere videtur ex restringente & purgante compositam: Attamē in Radicis cortice purgatoria cùm quadam amaritudine exuperat,adeo vt & latum lumbricum interficiat: † In alijs autem partibus restringēs vincit: In Folijs tamen & Germinibus quodammodo media vtrisqʒ temperies est. † ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις μορίοις idest in immaturis aūt moris. habet cod. Oribasii.

Myagros.

Myagri Semē pingue est: nam si tundatᷓ,oleosum quid effundit,quod emplasticā vim obtinet.

Mycetes Fungus.

A.ibi.c.168. Fungus″frigida humida q́ʒ admodū planta est: quāobrem ēt,pximè ad deleteriā & enecantē facultatē accedit. Et sanè inter eos sunt qui interficiant, potissimū qui ex natura mistā habent qualitatem putredinosam. *Myle.*

D Myles Radix paruo bulbo similis est facultatis,cōtrahentis. Nam cum farina ærina,hoc est lolij,apposita apertam vuluam sanare scribit Dioscorides.

Myos Ωtis Auricula Muris.

Myos Ωtis,qdā verò Myos ωta,desiccat secūdo ordine: cęterū nullā euidētē caliditatē possidet.

Myrice Tamarix.

A.ibi.c.684. Myrice″abstergentis est ac incidentis facultatis absqʒ perspicua desiccatione : habet verò etiam adstrictionem non nullam. Has ob qualitates facultates q́ʒ admodū prodest lieni indurato decocta cū aceto,aut vino: siue radice, siue folijs,siue extremis ramulis decoctis. Sanat porrò dentium dolores. Cæterùm Fructus & Cortex nō paucā sortita sunt adstrictionē, adeo vt gallæ omphacitidi proxima sint: nisi ꝙ acerbitas euidens est in galla: sed myricæ fructui temperatura inest inęqualis: immista est enim naturæ eius multa vis abstergendi,atqʒ partium tenuitas,quod sanè gallę non accidit.Attamen vbi galla forte ad manū non erit,eo vti liceat ad omnia, ad quæ illa vtimur: ad eadem & cortice. Porrò myricæ combustæ Cinis admodū desiccatoriæ facultatis est, plurimā habens abstergendi & incidendi facultatem,pauxillam adstringendi.

Myriophyllon.

Myriophyllon vsqʒ eò desiccatoriæ facultatis est,vt vulnera glutinet.

Myrrhis. E

Myrrhis, quidam Myrrhan nominant, Radicem habet odoris iucundi, & dulcem, quę q̃ mẽses moueat, tum ea quæ thoracem ac pulmonem degrauant, expurgantem. Itaq; ex secundo ordine fuerit excalfacientium, adiuncta quadam partium tenuitate.

Myrrhine Myrtus.

Myrtus." Ex contrarijs substantijs hæc planta constat: vincit tamen in ea frigidum terrenum. Habet verò etiam quiddam tenuium partium calidum. Itaque valenter desiccat. Porrò tum Folia, tum germina, tum fructus, tum succus, non parum inter se in adstrictione dissident. Porrò quod ramis & trunco adnascitur tuberosum, quam quidam Myrtada nũcupant, quanto dictis sic cius est, tanto & desiccat & adstringit vehementius. Quidam id reponunt tundẽtes, postea vino subigẽtes, ac in pastillos formantes. Folia item arida viridibus plus desiccant: miscetur enim virentibus humiditas quædam. Porrò Succus non tantùm ex virentibus folijs exprimitur, sed & fructu. Constipandi vim hæc omnia habent tum foris imposita, tum intrò sumpta in corpus, q̃ scilicet non dum vllam deleteriam aut purgatoriam substantiam habeant admistam. A.l.2.t.2.c 446 fol.145.c

Moly.

Moly." Hoc quidam vocant Peganon Agrion, hoc est, rutam syluestrem. Non nulli Harmolã, F A.ibi.c.330. Syri Besasan: sicut Cappadoces Moly, quia radicem habeat nigram, & florem lacteũ. Vis eius tenuium partium est, & calida tertio ordine. Vnde & crassos & viscosos humores dissecat, ac digerit, & vrinam mouet.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER OCTAVVS

Qualitates tantùm Effectrices Simplicium medicamentorum hisce libris tractari: Ac quid ex ijs, quæ antè tractata sunt, in memoriam reducendum.

Vantum itaq; reliquum est facultatis † secundũ naturã, ꝧ id hoc libro dicet: nec id quidem omne, sed tm̃ effectriciũ qualitatũ actiones. Nã totius substantię plãtarũ opera postea per se exponã. Cõmonefactis itaq; lectoribus de ijs G quæ suprà tractauimus, nẽpe q̃ cuiusq; simplicis facultatis in maioris minorisq; ratione discriminationẽ quatuor ordinibus notauimus: quod q̃ perspicuis limitibus cuiusq; ordinis latitudinẽ circũscripsimus: tũ q̃ inueniendarũ facultatũ rõnẽ quandã ac viã docuimus, horumq; omniũ demõstrationes cõfecimus, ac scopos posuimus, & cuiusq; facultatis iudicãdi normas tũ peculiares, tũ cões: sic iã reliqua adijciemus, hortantes, si quis sit qui in superioribus versatus non sit, vt aut hæc omnino relinquat, aut si amãs laboris est, ab initio prius totum opus perlegat. Siquidem prius q̃ in illis exercitatus fuerit, obscura omnia & demonstrationis expertia videbuntur dicenda.

†κατὰ φύσιν. ed forte κατὰ φυτὰ, id est, in plantis.

NARDV STACHIS SPICA NARDI

NArdi" Spica excalfacit excessu primo, desiccat secundo iam cõpleto. Cõposita est ex adstringente sufficienter substantia, & acri calida non multa, & quadam leuiter subamara. Ex his con..ans facultatibus Radix & ad iecur, & ad stomachum, rationabiliter conuenit, tum pota, tum extrinsecus imposita. Vrinam ciet, morsus stomachi sanat, in ventre ac intestinis cõsistentes fluxiones desiccat, ad hæc & eas quæ in capite & thorace. Valentior est vocata Indica, quæ nigrior est quàm Syriaca uocata. A.ibi.c.640. H

Nardus Celtica, hoc est Gallica.

Nardus" Gallica iam dictis similis quadãtenus in genere facultatis est, cęterùm ad omnia imbecillior, præterq̃ ad prouocandam vrinam. Siquidem calidior illis est, sed minus adstringit. A.ibidem.

Nardus Orea, hoc est Montana.

Nardus Montana, quę & Thylacitis, & Pyritis nũcupatur, plurimà in Cilicia nascitur, sed prædictis debilior.

Narthex Ferula.

Ferulæ Semẽ excalfacit & attenuat. Cæterùm id quod intus inest, dum adhuc viridis est, quod medullã vocãt, adstringentẽ qualitatẽ participat: Cuius nomine sanguinem spuentibus & cœliacis conuenit.

Napy.

Napy calfacit & desiccat ordine quarto.

Narcissus.

Narcissi" Radix vsq; adeo exiccãdi facultate pollet, vt & maxima vulnera cõglutinet vel ad incisiones vsq;, quæ circa tendones accidunt. Habet verò quiddam abstersorium & attractorium. A.ibi.c.503.

Neuras Poterium.

Neuras, quidam Poterium vocant. Desiccandi absq; morsu facultatẽ possidet, adeo vt & ner-

A uos incisos glutinare credatur. Radices eius potissimum eiusmodi vim obtinent. Quin & Decoctum earum quidam exhibent ijs, quibus affecti sunt nerui.

Nerium, aut Rhododaphne.

A. ibidē c. 522. Nerium, aut Rhododaphne, notus oĩbus frutex, Foris quidē illitus digerēdi vim obtinet. Porrò si intro in corpus assumatur, perniciosus ac venenosus nō tantum hominibus, sed plerisq; etiā pecudibus est. *Nymphea.*

A ibid. c. 508. Nympheæ tum Radix, tum Semen, desiccandi vim habet citra morsum. Itaq; ventris profluuia cohibet: semen q; siue per insomnia, siue alio pacto immodice profluens, retinet. Iuuat porrò etiam dysentericos. Cæterum Nymphea, quę candidam habet radicem, potentioris est facultatis, vt & muliebri medeatur profluuio. Verum & hæc, & ea quoque, quę atram habet radicem, ex vino nigro austero bibitur. Porrò non nullam habent quoq; & abstergendi potentiam. Itaq; & alphos sanant & alopecias: cæterùm ad alphos, macerantur aqua: ad alopecias, pice liquida. Sed ad hæc aptior est ea, cuius radix nigra est: sicut ad alia, cuius alba.

XANTHIVM

B XAnthium, vocatur etiam Phasganium. Fructus digerendi vim obtinet.

Xyris.

Xyris, quidā Xyrida, tenuiū partiū, attractoriæ, digerēdi, ac nimirū ēt desiccandi est facultatis cū radix, tum multo ēt amplius fructus: Qui quidem & vrinā ciet, & lienes induratos sanare potest.

Xiphion Gladiolus.

Xiphij Radix, & maxime altera illa, quę superior est, attrahentē, digerentē, & desiccantē scilicet ēt facultatem possidet. OE SOREVS

..l.2.t.1.c.315. ...133.f SOrbus arbor, cuius Fructus gręce Oα vocantur, & à plerisq; Oυα cum υ, hoc est sorba, nominantur, adstringentem obtinet qualitatem, sed multo imbecilliorem q̃ mespilus. Proinde sanè etiam esui iucunda est, minus q; q̃ Mespilus ventrem constringens.

Oenos Vinum.

Vinum ex secundo est ordine excalfacientium: sed quod admodum Vetus est, ex tertio: sicut Mustum quod vocant, ex primo. Caliditati eius proportione respondet siccitas.

Olynthi Grossi.

Grossi acrem & digerentem vim possident propter succum totius arboris communem, qui illis inest. Cocti itaq; duros tumores discutiunt, crudi verò myrmecias & thymos ejciunt.

C *Olostium.*

Olostium desiccandi vim habet cum adstrictione: Quamobrē ipsum ad rupta potui exhibēt.

Olyra.

Olyra mediam tritici & hordei naturam possidet tam vt nutrimentum, quàm vt medicamentum. Ex illis igitur de istis colligito.

Onagron.

Onagron aut Onothera, aut Onothyris. Huius Radix arefacta vinosum qddā redolet. Sed & facultatis vini est maximè. *Onosma.*

Onosma, vel Osmas, vel Phlonitis, vel Ononis, ex acri & amara cōstat substātia. Proinde quoque creditur fœtus necare & ejcere, folijs eius in vino potis.

Onobrychis.

Onobrychis rarefaciendi digerēdi q; vim obtinet. Proinde Folia eius virentis etiamnum, illita ad morem cataplasmatis, phymata digerunt: arefactæ verò, si cum vino bibantur, strangurias sanant. Quin etiam sudores elicit cum oleo inuncta.

Ononis.

D Ononis Radicem habet tertio quadātenus ordine excalfacientem. Cortex eius maximè est vtilis, habens quippiam & absterforium & incisorium. Itaq; non tantùm vrinas prouocat, sed & lapides confringit. Eadem facultate & crustas cito detrahit. Vtuntur porrò ea quoque & ad dentium dolores, collui videlicet eam in oxycrato coctam præcipientes.

Oxos Acetum.

ibidē c.74. Acetū in primo horū cōmentariorum mistæ esse substantiæ, nempe frigidæ pariter & calidæ, eius q; vtriusq; tenuiū partiū, demonstratū est: Cęterū calidā frigida exuperat. Porro magnam desiccādi facultatē obtinet, adeo vt sit tertij ordinis desiccantium iā cōpleti, vtiq; cū validum exuterit

Oxyacanthos.

l.2.t.2.c.11. ..100.a.b Oxyacanthus. Hæc arbor vt Pyro syluestri similem habet speciem, ita & vires nō dissimiles. Quin & ipsi Fructus, pyri quidem syluestris, absolutè acerbus est: cæterum qui oxyacanthes, & tenuium est partium, & paulum quiddā incisiuum obtinet. Porro arboris huius fructus, pyri syluestris fructui similis nō est, verùm myrtis, scilicet rubēs & rarus. Habet vero & nucleos. Porrò non esus tantum, sed & bibitus, affectus oēs fluxionum {quos ῥοώδεις Græci vocant} cohibet.

Opus, siue Succus.

Opus, siue Succus, Cyrenaicus quidē oēs & caliditate & tenuitate exuperat, ac proinde etiam

omnium maximè per halitũ digerit: quanquam sanè & reliqui admodum calidi sunt & spirituosi: siquidem plurima eorum pars essentiæ aeriæ est & igneæ. Porrò complures habentur succi. Quauis nanque radice incisa aut caule, quod ex vulnere crassum ac lętum effluit, succus est: cæterùm specialius, & velut per excellentiã quandam, Cyrenaicum ita nuncupant, & Medicum, & Syriacum. E

Origanus.

Origanus," Heracleotica quidem efficacior est Onitide: sed agrestis, quam quidã Panaces heraclium, alij Conylen cognominant, valentior vtraque est. Omnes verò incidendi, extenuandi, exiccandi, calfaciendi que facultatem possident: hæc que tertio excessu obtinent. Porrò ea, quã Tragoriganum appellitant, assumpsit etiam adstrictionis quippiam. A.l.2.t.1.c.526.

Orobos Erunm.

Orobus" desiccat quidem excessu secundo intenso, calfacit verò primo. Porrò quatenus amaritatis est particeps, eatenus incidit, extergit, atque obstructiones expedit. Cęterùm si sumatur copiosè, sanguinem per vrinas euocat. A.ibi.c.342.

Orobanche Eruangina.

Orobanche siccæ frigidæque temperaturæ est in primo ordine.

Oryza. F

Oryza" habet adstrictiorium quippiam: Quare mediocriter ventrem sistit.' A.ibi.c.567.

Orchis Tésticulus Canis.

Orchis." Nũcupat & herba hæc Cynos orchis. Radici eius bulbosæ ac geminę vis inest humida & calida: ac gustãtibus dulciuscula est. Cęterùm Maior radix multã vr haberc humiditatẽ excremẽtitiã, & flatuosam: quapropter epota venerẽ excitat. Altera verò, Minor videlicet, econtra, nimirũ admodũ elaborata: vt sit eius tẽperamentũ ad calidius & siccius vergẽs. Itaque hęc radix tm abest vt ad coitũ stimulet, vt ẽt planè contrà cohibeat ac reprimat. Eduntur bulborũ more, tostæ. A.bidẽ. c. 707.

Orchis, seu Serapias.

†quàm prior, s. orchis. Orchis, quẽ & Serapiada nũcupãt, sicciorẽ facultatẽ obtinet, †q̃ vt primi ordinis haberi mereatur: ‡ quocirca nec perinde ad venerẽ accõmodus est. Oedemata illitus discutit, vlcera sordida expurgat, herpetes sanat. Siccatus multo amplius desiccat. Nã & putrescentia contumacia que vlcera sanitati restituit: quippe cùm & subadstringens sit: ac proinde etiam vẽtrem ex vino potus sistit.

Osiris.

*Al. coremata. Osiridi herbæ, ex qua fiunt & cacõremata, amara inest qualitas, & obstructiones expediendi facultas. Quare & in iocinore consistentes adiuuat obstructiones. G

PANCRATION

PAncratium. Radix huius, scillæ similem gustũ & facultatẽ refert. Quare ea quidã pro scilla, si ea non adsit, vtuntur: efficit enim omnia in genere quidem similiter, sed longè imbecillius.

Paliurus.

Paliuri Folia & Radix adeo non obscurã habẽt adstringẽdi facultatẽ, vt & ventrẽ fluentẽ cohibeant: adeoque digerunt, vt et Phymata curent, q̃ quidẽ non admodũ phlegmonode sunt et calida. Fructus porrò tãtã obtinet incidẽdi vim, vt & calculos vesicę cõminuat, & thoracis pulmonis que excretionibus auxilietur. *Papyrus.*

Papyrus" ipsa quidem per se in vsum medicinalem haud ingreditur. At macerata aut vsta vtilis efficitur. Igit oxycrato vino'ue Macerata recentia vlcera glutinat, maximè in circulũ circũposita: verùm hic quidẽ est ceu materia, quę medicamina sanantia accipiat. At Vbi vsta fuerit, medicamen est exiccatorium, velut & chartæ combustæ cinis, nisi quatenus infirmior est papyri cinis. A.l. 2. t. 2. fol. 120.c. 173.c

Panax Heracleum.

Panaces" Heracleum. Ex hoc fit vocatus Opopanax, radicibus eius & caulibus scilicet excisis. Porrò Opopanax ipse longè est ad plurimos vsus aptissimus, vtpote excalfaciẽs, emolliẽs, & digerens: ponatque ipsum quispiã in calfaciendo tertij ordinis, in desiccãdo vero secundi. Cortex radicis exiccatorium simul & excalfactorium est medicamentũ, sed minus q̃ succus: quin & non nullã habet abstergendi facultatem. Quare eo quoque vtimur & ad nuda ossium, & ad vlcera maligna & contumacia. Sufficienter.n. talia carnem procreant, scilicet abstergẽdo simul ac desiccando, nec ita magnopere calfaciendo: quæ omnia ad carnem generandam necessaria sunt, velut in libris de curandi ratione ostendimus. Fructus calidus & ipse est, ac mensibus mouendis medicamen accommodũ. Cęterũ, nescio quo pacto nunc oẽs ex more non Panaces, sed Panaca herbã hanc vocitẽt. A.ibidẽ. c.521 H

Panaces Asclepeum.

Panaces Asclepeum minus est calidum suprà dicto panace: Quamobrem floribus ejus & fructu melli mistis, ad vlcera, phymata, & phagedænas vtuntur.

Panax Cheroneum.

Panaces Cheroneum & ipsum similem prædicto facultatem possidet.

Paronychia.

Paronychia ab affectu nominata est: sanat enim paronychias: vt & refert Dioscorides, fauos quoque. Vis eius est tenuium partium, & exiccatoria, morsu vacans. Talia enim sint oportet, quæ paronychias

A paronychias sanant. Porrò satis constat tale esse idoneum ad digerendos affectus omnes, qui digeri postulant. Talia enim sunt, quæ, cum ex tertio sint ordine excalfacientium & desiccãtium, velut & hoc, essentiæ insuper subtilis sunt.

Pentaphyllum.

A. ibidẽ.c.545. Pentaphylli Radix desiccat vehementer, minimùm verò acris est. Quare multo est vsui: velut alia quoq; omnia, quę cùm sint tenuium partium, citra morsum desiccant. Est enim hæc radix desiccatoria ex tertio ordine, minimum habens euidentis caliditatis.

Peplos.

A.ibid.c.103. Peplos: quidam verò Mecona Aphrode. Et hic fruticulus Succum habet similem tithymallis, cum in alijs, tum quia purgat ceu illi.

Peplium.

A.ibidẽ.c.104. Peplium. Et hic quoq; fruticulus succum obtinet sicut tithymalli: nascitur q; plerunq; ad mare, Radicem habens inutilem, vt & peplos: Succum verò validum, nec ipsum admodum vtilem: sed Semen vtile est & flatuósum, similiter vt semen pepli purgans.

Peperi Piper.

A.ibidẽ.c.549. B Piperis Radix vires costo similes potissimùm obtinet. Porrò Fructus nuper quidem admodum germinantis, longũ piper est: quare etiã maturo humidius est. Humiditatis eius indiciũ est, q̃ facile repositum perforetur, ac non protinus mordicet, sed pòst paulo incipiat, verùm plusculum duret. Porrò Fructus qui velut omphax est, piper albũ est: nigro quidẽ acrius. Nã illud iã quasi superassatum est, & superexiccatum. Verùm vtrunq; valenter tum excalfacit, tum desiccat.

*Al. πυρῶδες i. igneũ. & ita Diosco. & Paulus. Quin et Aetius ex Hippo. dicit eẽ discussorium flatus.

Persea.

A.ibidẽ.c.22. Perseæ Folia adstringentem vim modicè participant, adeo vt queant etiam nõ nunquam vtiliter sanguinis eruptione affectis partibus imponi.

Periclymenos Volucrum Maius.

Periclymeni vtilis est tum Fructus, tum Folia, adeo vehementer incidẽtis pariter & excalfacientis facultatis, vt si plusculum bibantur, vrinã sanguinolentam efficiant, principio quidem vrinam duntaxat mouentia. Porrò foris cum oleo illita excalfaciunt. Iuuant & lienosos & difficulter spirantes. Competens potionis mensura est drachmę vnius cum vino. Porrò desiccat quoq; Semẽ: & quidam aiunt, si copiosius bibatur, sterilitatem omnimodam bibẽtibus afferre. Sed & sunt qui certum dierum numerum ad talem potionem præfiniunt, vt & Dioscorides, qui septem & triginta tradi eos refert. Hic etiam vrinam cruentam reddi à sexto die memorat.

C

Peristereon.

Peristereon. Appellata est inde adeo, q̃ in ea peristeræ hoc est columbæ, versentur. Vim habet hactenus desiccantem, vt vulnera conglutinet.

Petasites.

Petasites ex tertio est ordine desiccantium. Quamobrem ad cacoethe & phagedænica vlcera ea vtuntur.

Petroselinum.

A.ibi.c.552. Petroselini Semen maximè vsui est, cùm tota etiam herba vnà cum radice similem sed imbecilliorem facultatem sortiatur. Est autem vt gustu acre cum amaritudine, sic & in operibus calidum, vnà cum incidendi effectu. Hinc menses & vrinas affatim prouocat. Est & aphyson, hoc est, flatus extinguit. Fuerit itaq; & ipsum tertij ordinis tum excalfacientium, tum desiccãtium. Porrò Cilices, id modò Petroselinon appellant, quod natũ est in Amano: sed id Smyrnium potius fuerit, quàm petroselinum: non tamen ita multum à petroselini viribus abest.

Peucedanum.

A.l 2.t.2.c.86. fol. 109.d D Peucedani Radice quidem maximè, sed tñ etiam Succo & Liquore vtimur. Sunt autem omnia hęc eiusdem speciei facultatis: sed valentior succus, admodum excalfaciens & digerens. Quare affectibus omnibus circa neruos consistẽtibus cõuenire creditur: tum morbis in pulmone thoraceq; ex crassitudine & viscositate humorum prouenientibus. Atq; intrò quidẽ in corpus sumptus, sed tñ etiam olfactu prodest. Porrò q̃ incidat & extenuet, sæpe etiam dẽtium perforatorum dolores cauitati impositus protinus sedauit: quia videlicet tenuium est partiũ, & excalfactorius. Quin etiam lienes induratos iuuat nempe incidendo, digerendo, atq; extenuando crassos humores. Sed & Radice ad hęc vti liceat: quę et squamas celerrimè ab ossibus separat, quia videlicet validè desiccat, minus tamen q̃ succus excalfaciens. Et vlceribus contumacibus remedium est optimum arida illita: ipsa enim expurgat, carnem inducit, & ad cicatricem perducit, Excalfaciens quidem ordine secundo iam completo, desiccans verò tertio iam incipiente.

Peganon Ruta.

A.ibi.c.330. Ruta Agrestis ex quarto est ordine excalfacientiũ & siccãtium: Domestica verò ex tertio. Est aũt non solum gustu acri, sed & amaro. Ex quo sanè ẽt digerere atq; incidere crassos lentos q; humores potest. Ob eã vim & vrinas mouet. Quin & tenuium est partiũ, flatus q; extinguit. Quare ad inflationes competit, ac veneris appetitũ cohibet; digeritq;, atq; exiccat sanè strenuè: est enim

eorum ex numero medicamentorum quæ valenter desiccant. Porrò quod superius Moly & Be E
sasan nominari diximus,& ipsum vtiq; fuerit Ruta syluestris.

Pissa Pix.

Pix," Sicca quidem desiccat et excalfacit secundo à mediocribus siue symmetris excessu: ac plus desiccare potest quàm excalfacere. Humida verò ecõtra, plus videlicet calfacit quàm desiccat: habet q; nõ nullam partium tenuitatẽ, qua & asthmaticos & purulentos adiuuat. Satis est autẽ cyathi linxisse mensurã melli mistę. Sed & abstergendi quandã vim habet, atq; cõcoquendi digerendi q;: veluti & in gustu subamarum quiddam & acre. Sic leprosos vngues eximũt mistę cum cera, lichenas q; detergunt. Concoquunt item duros & inconcoctos tumores oẽs cataplasmatis inditæ. Ad ea oĩa humida valẽtior est. Arida verò pix tametsi ad hæc quidem deterior est, glutinãdis tñ vulneribus magis cõgruit. Ex his itaq; clarum est humidæ pici calidam humiditatem affatim esse admistam. A.l.2. t.2.c. 539.

Pisselæum.

Pisselæum ex humida pice efficitur, genere quidem illi simile, sed essentiæ tenuiorũ partium.

Pistacium.

Pistacium." In Syria vbertim hæc planta nascitur. Fructus eius quodammodo tenuioris essen tiæ est, subamarum quiddam & odoratum habẽs. Obstructiones itaq; liberat, sed maxime iecoris, F veruntamen etiam thoracis, pulmonis q;. A.ibi.c.269.

Pityides.

Pityides. Nominatur ita fructus πιτύων idest picearũ. At quidam per abusum similiter quoq; *pini fructum nuncupãt. Mistam vim obtinent, vtpote adstringentes, & acrimoniam quandam cum amaritate possidentes: Quamobrem thoracis pulmonis q; expuitionibus conferunt.

* πεύκης.

Pitys Picea.

Piceæ "Cortex vincentem habet facultatem adstrictoriam vsqueadeo, vt & intertrigines bellissimè illitus sanet, & ventrem potus sistat. Sed & ambusta cicatrice includit. Porrò Tedæ Cortex illi adsimilis est, sed viribus tamẽ moderatioribus. In Folijs arboris vtriusq;, vt quę multo sunt cor tice humidiora, vis inest vlcerum glutinatoria. In Cono, quanq̃ his similis sit, validior tamẽ facul tas est tum in cortice, tum in folijs, adeo vt dictorum nihil probè efficere queat, verum molestam quampiam habeat mordacitatẽ. Porrò Fuligo quæ ex dictis colligitur, †ad pilos superciliorum accommoda est: itemq; ad angulos oculorum erosos, lippientes, ac lachrymantes. A.ibidẽ. c.280.

* πεύκης.

† πρὸς τὰ ψιλὰ βλέφαρα, i. ad depilatas palpebras.

Pityusa.

Pityusa. Et hanc quidam speciem putant esse Tithymalli, quòd succum habeat vt illæ, quod q; si- G militer illis purget, cætera q; omnia viribus illis sit adsimilis.

Platanus.

Platanus "humidioris frigidioris q; essentiæ est non ita multo q̃ symmetra. Proinde Folia viri dia trita & il lita, non obscurè phlegmonas nascentes adiuuant. Cortex aũt & Pilulæ magis desic cantem vim obtinent, vt ille quidem in aceto coctus ad dentium adhibeatur dolores: pilulæ vero cum adipe ad vlcera ambusta. Sunt autem qui Cortice combusto medicamẽ desiccatorium & abstersorium efficiunt, vt cum aqua lepras sanet: per sese autem illitum, ob humorem nimium vlcera vetera & sordida. Vitandus est Puluis folijs arboris insidens: alioqui si spiritu attrahatur, arteriam offendit, valẽter desiccans & exasperans: vocem q; lædit, sicut sanè etiam visum & auditum, si in oculos aut aures inciderit. A.l.2.t.2.c.209. fol.123.a

Polygonon Seminalis.

Polygonon "vti adstrictionem quandam obtinet, ita sanè vincit in eo aqueum frigidum: vt vi delicet secundi sit ordinis medicaminum refrigerantium, aut etiam quodammodo in initio tertij. A.ibi.c.725.

Proinde sanè, quibus stomachus æstu feruet, foris frigidum illitum podest, velut etiam erysipelata & calidas phlegmonas iuuat. Porrò tale cùm sit, & fluxiones repercutit, & hac ratione vide- H tur esse exiccatorium. Quare cùm herpetum, tum vlcerum, tum aliorum, bonum est remedium, tum etiam efficacissimum in inflammatis & fluxione tentatis partibus. Est & cruentorum vulne rum glutinatorium. Sed & aurium vlceribus prodest: ac, si vel plurimum insit puris, hoc tñ etiam desiccat. Easdẽ ob facultates sistit profluuium muliebre, ac dysenteriam, & sanguinis eiectiones, & vndecunq; aliunde immoderatius quippiam feratur. Refert Dioscorides, quòd & vrinam prouocet exhibitum stillicidio & stranguria affectis: non tamen exactè dispositionẽ discriminat, in qua ipsum dari expediat. Porrò mas ad omnia dicta quàm femina validioris est effectus.

Polygalon.

Polygalon modicè austera Folia obtinet. Videntur autem, si bibantur, lac generare. Itaq; superauerit in eo calidum ac humidum.

Polygonatum.

Polygonatum mistam habet tum facultatem, tum qualitatem: habet enim adstrictionis pariter & acrimoniæ quippiam, nec non fastidiosam quandam amaritatẽ explicatu difficilem. Quocirca nec admodum est vsui, sed tãtùm quòd Radicem eius quidam vulneribus illinunt. Sunt etiam, qui neuos in facie illo detergant.

Polemonium

A *Polemonium.*

Polemonium,quidam, Philatærium: quidam, veluti Cappadoces, Chilicdynamon: tenuium partium est, & desiccandi vim obtinet. Quamobrem quidam Radicem eius cum vino ad ischiadicos,dysenteriam,lienem q; induratum,potui exhibent.

Polium.

A.ibi.c.537. Polium amarũ est gustantibus,& modicè acre. Obstructione itaq; liberat viscera omnia: vrinam q; & menses ciet. Ac viride etiamnũ magna vulnera glutinat, & maximè species eius fruticosa: aridum cùm fuerit,rebellia vlcera sanat illitum: & magis hoc præstat,quod minus est.

Polium Minus.

Polium Minus. Quo etiam vtimur ad antidotos, nã & acrius et amarius est hoc q̃ maius,adeo vt ex tertio sit ordine desiccantium,ex secundo autem completo excalfacientium.

Polycnemon.

Polycnemon desiccat & excalfacit secundo excessu. Itaq; & ipsum vulnera glutinat.

Potamogeton.

A.ibi.c.552. Potamogeton adstringit & refrigerat sis Polygono,sed essentia eius crassior q̃ polygoni est.

B *Polypodium.*

A.ibi.c.555. Polypodium dulcem simul & austeram habet vincentem qualitatem: vt facultatis sit admodũ quidem desiccantis,citra morsum tamen.

Prasium Marrubium.

A.ibi.c.553. Prasium, sicut gustu amarum est, ita siquis vtatur, conuenientem huic sapori actionem possidet,iecur ac lienem obstructione liberans,& thoracem pulmonem'que expurgans,ac menses pro mouens. Sed & illitum detergit ac digerit. Ponat q; ipsum quispiam in caliditate quidem secundi ordinis iam completi,in siccitate tertij medij aut completi. Succo eius ad aciei oculorum claritatem vtuntur cum melle. Quin etiam & per nares auriginem purgãt: & ad aurium dolores inueteratos adhibent,vtiq; in quibus obstructionem disiicere,meatum q; ipsum & ramos meningum seu membranarum expurgare, est vsus.

Propolis.

A.ibi.c.461. Propolis extergentis non ita valentis est facultatis, cæterùm admodum valenter attrahentis: est.n.essentia tenuium partiũ. Porrò excalfacit ordine secundo cõpleto,aut certè tertio incipiẽte.

Ptarmice.

C Ptarmices Flores quidem ciendę sternutationis vim obtinent: vnde & herbę nomen obuenit. Totus autem Frutex si contundatur viridis,sugillata,& reliquas ecchymoses digerit: est enim tẽperies eius calida & sicca,viridis etiamnum ordine secundo,siccatæ tertio.

Ptelea Vlmus.

A.ibidẽ.c.71. Vlmi Folijs quandoq; recens vulnus glutinauimus,confidentes adstringentem pariter & abstergẽtem inesse illis facultatem. Cortex amplius etiam subamarus est & adstrictorius. Itaq; cum aceto & lepram sanat. Porrò viridis etiamnum ac recens, si vulneribus vinculi vice circũligetur, ea glutinare potest. Radices eandem vim obtinent: nam & decocto earum quidam perfundunt fracturas, quæ topho siue callo inducto opus habent.

Pteris Filix. Thelypteris Fœmina Filix.

A.ibi.c.610. Filix Radicem habet maximè vtilẽ: latum.n.lumbricũ interficit,siquis eam quatuor drachmis in melicrato ebibat. Ad eundem modum partum viuum quidem necare, mortuum autẽ eijcere, mirum nõ est. Est enim amara,paulum habens adstrictionis. Quãobrem vlceribus imposita vim habet valenter desiccandi: non tñ mordax est. Similem ei vim habet Thelypteris nominata.

Pycnocomum.

D Pycnocomi Radix,fructus,folia,omnia digerendi attrahendi q; habent facultatem,vtpote quę & gustu sunt acria. Folia itaq; phymata, & furunculos discutiunt. Fructus valentior est: & hæc quidẽ efficere potest mistus alicui digerentium cataplasmatum,cuiusmodi est quod ex hordeacea farina cõficitur. Palos,et alia id genus infixa ad extimam cutem elicit. Porrò Radix ad supradicta quidem deterior est & infirmior,cæterùm bilem flauam purgat.

Pyrethron.

A.ibi.c.547. Pyrethri Radice potissimè vtimur,causticam vrentem'ue facultatem obtinẽte,qua vtiq; etiam dentium refrigeratorum dolores mitigat. Et ad rigores ante periodum cum oleo cõfricatur. Ad hæc stupidos quoq;,{quos ναρκώδεις vocant},& resolutos adiuuat.

Pyros Triticum.

A.ibi.c.245. Triticum, vt alimentum quidem,quam habeat naturam,non est huius instituti exponere: Vt medicamentum verò foris impositum primi est ordinis excalfaciẽtium: nõn tñ nec resiccare, nec humectare manifestò potest: habet verò etiã quiddã lentoris,obstruentis q; naturę. Porrò quod ex eo conficit Amylum,eo tum frigidius est, tum siccius. Quod verò ex pane fit cataplasma,vim habet magis digerentem,q; quod ex tritico: nimirum cùm & salem & fermentum panis adiuncta habeat: quippe cùm fermentum vim habeat attrahendi digerendi q; ea,quæ in alto resident.

RHAMNVS E

Rhamnus desiccat & digerit excessu secundo: refrigerat in primo completo, aut secundo incipiente. Proinde herpetes sanat, & erysipelata nō magnopere calida. Cæterùm ad hæc teneris vtendum est folijs.

Raphanis Radicula.

Raphanis excalfacit quidem excessu tertio, desiccat verò secūdo. Agrestis autem in vtroq; efficacior est. Quin & Semen ipsum planta efficacius est. Facultas ei inest digerendi. Itaq; ad sugillata, & alia id genus liuida ob talem facultatem accommoda existunt.

Rheum Rha.

Rheum, "quidam id Rha nuncupāt, mistam habet tum temperaturam, tum facultatem: habet enim quiddam terrestre frigidum, ceu indicio est adstrictio: & adiuncta est quædam caliditas, siquidem si plusculum mandatur, subacre conspicitur. Quin etiam aereæ cuiusdam substātiæ subtilis est particeps: quod indicat tum laxitas, tum leuitas: nō minime vero & opera. Ob id enim licet adstringens, non tantùm conuulsis, sed & ruptis, & orthopnœæ prodest. Sic quoq; liuentia & lichenas sanat illitum cū aceto. Porrò q adstrictionis opera haud instrenua sunt, hinc discere liceat, q sanguinem expuentibus, cœliacis, & dysentericis conferat. Nec enim reluctatur terrestri frigido tenue aereum: immo eò q deducat, & in altum perducat, valentioris effectus causa existit. A.l.2.t.2.c.578 F

Rhetinæ Resinæ.

Resinę "omnes desiccant & excalfaciunt. Cæterùm inter se discrepant, q plus ac minus habeāt in gustu quidem acrimoniæ, in facultate verò caliditatis: Tum q aliæ plus, alię minus, fortitę sunt partium tenuitatis: Præterea q nō nullæ adstrictionis sunt participes, aliæ nequaq;. Primas meruit oīum non iniuria Lentiscina: eā vocant Mastichen. Nam prætereā q paucula ei adest adstrictio, adeo vt stomachi ventris q; & iecoris imbecillitatibus & phlegmonis conueniat, insuper illi inest mordacitate vacās desiccatio. Minimum.n. acris est, & maximè tenuiū partium. Inter alias præfertur Terebinthina, manifestam quidem non similiter atq; mastiche adstrictionem possidēs, cæterùm adiunctam habens amaritudinem quandam, per quam magis etiam q̄ mastiche digerit. Ob eandem qualitatem inest & abstersio, tanta quidem, vt & psoras sanet. Quin etiam quæ in profundo resident, cæteris resinis magis attrahit, nimirum cùm illis maiorem habeat partium tenuitatem. Attamen Pinea, & hac etiam magis Strobilina, acriores quidem ea sunt, sed non magis tamen digerunt neq; attrahunt. Mediæ inter has sunt Picea & Abietina acriores quidem q̄ terebinthina, minus tamen q̄ aut pinea, aut strobilina. Habet porrò etiam emolliens quiddam Terebinthina. Secundum locum habet in emolliendo Lentiscina: sicut & Cyparissina acris. A.ibi.c.242. G

Rhodos Rosa.

Rosarum "facultas superioribus libris pluribus verbis exposita est, nempe q ex aquea substantia calida mista duabus alijs qualitatibus, adstringenti videlicet et amarę, composita sit. Quin etiā, cuius sit naturæ vtraq;, amara scilicet & adstringens, in horum commentariorum quarto declarauimus. Flos earum magis etiam ipsis rosis adstringit: ac proinde sanè etiam exiccatorius est. A.ibid.c.568.

Rhodia Rhiza Rhadix Rhodia.

Rhodia Radix, ea videlicet quæ in Macedonia nascitur, tenuium partium, & digerētis est facultatis. In calefaciendo verò secundi ordinis censenda est, aut certè tertij incipientis.

Rhododaphne.

Rhododaphne "tota sua essentia venenum est, nec tantùm homini, sed plerisq; pecoribus. At temperie sanè tertij est ordinis excalfacientium, incipientis vtiq;, primi autem desiccantium. A.ibi.c.522.

Rhœa Malum Granatum siue Punicum.

Malum Granatū omne adstringentem qualitatem obtinet, non tn̄ in oībus ea exuperat. Sunt enim inter ea quædam acida, quædam plus dulcia q̄ austera. Et sanè quę ab vnoquoq; eorum procedit vtilitas, secundū vincentē eueniat qualitatem necesse est. Dictum aūt in quarto horum commentariorum est super dulci sapore, austero, et acido. Itaq; ex illis de malorum punicorū differētia liceat colligere. Porrò Acini succo ipsorum tū adstringētiores, tū exiccātiores sunt: his ēt magis Putamina, vocant aūt Sidia. Adsimilē illis vim habent Cytini, sic enim eorum appellant flores. H

Rhus.

Rhus "fruticosa planta adstringit, & desiccat. Nam & coriarij ad desiccandū & adstringendum coria planta vtuntur: ac proinde Βυρσοδέψικη {Græcè, Latinè excoriaria} appellata est. Porrò medicis in vsu sunt in primis Fructus eius & Succus multum austerę qualitatis. Cōsentaneus est vsus particularis ipsi gustus sensui. Fuerit itaq; & hoc medicamen ex tertio ordine exiccantium, ex secundo verò refrigerantium. A.ibidē.c.63.

Rhypos Sordes.

Sordes à gymnasiorum statuis, in quibus largum oleum inhæret, digerendi emolliendi q; vim obtinet: In palæstris autem, quantum accepit pulueris, tm̄ etiam diuersa est: hanc sordem Πάτον Græci vocant. Prior cruda phymata digerit. Secūda optimū est phlegmones māmillarum remedium. Siquidem feruorem earum veluti igneū extinguit: & quod affluit, repellit: deniq; & quod

continetur

A cōtinetur, halitu digerit: constat enim ex puluere, oleo, sorde humana, & sudore. Ac puluis qdem emplasticā vim habet, & refrigeratoriā, repercussoriā q3: oleū verò emollit: porrò sudor & sordes digerētia sunt. Ceterū quæ à statuis corraditur cum puluerē non habeat, & ab ære æruginē quandam sumpserit, non iniuria acrior est. Porrò huius mentionem modo fecimus, quod plurimū in se ipso sit oleosæ substantiæ, quæ ex planta orginem sortitur. Sed & vbi de ijs, quæ ab animalibus proueniunt, verba faciemus, eius tum quoq3 meminisse erit propter sudorem.

SAGAPENVM

A.ibi.c.619. Sagapenum "liquor est calidus & tenuiū partiū, sicut & alij liquores Sed. & abstersionē quādam possidet, qua oculorū cicatrices expurgat atq3 extenuat. Quin & suffusionibus & hebetudinibus oculorū, quę ob humorū proueniūt crassitiē, non malū est medicamentū. At ipsa Plāta ex qua prouenit, ferulæ assimilis, imbecilla & inutilis est. Sanè ipsa primū sagapenū appellat: at liquor eius abusiue hoc nomen obtinet: ceu alia quoque multa ex nominis defectu per abusum nuncupamus. Perfectius nanq3 foret ipsum cognominare non sagapenum, sed sagapeni succum.

* ὀπὸς modo liquor, modo succus, ab hoc interpte vertitur, sitq & χυλὸς: cū tn̄ clarū sit ὀπὸν & χυλὸν inter se differre, tū ex plerisq3 Galeni locis, tū præsertim ex capite de Peucedano, & ex capite de Ficu.

Sampsycon Maiurana.

A.ibidē.c.466. Sampsycon "tenuiū partiū, & digerentis est facultatis: desiccat enim & excalfacit ordine tertio.

B *Saprotes Xylωn Caries Lignorum.*

A.ibi.c.617. Caries "Lignorum, & maxime quæ participāt adstrictionis simul & abstersionis, velut vlmus, expurgat impletque vlcera humida.

Sarcocolla.

A.ibi.c.592. Sarcocolla "lachryma est arboris persicæ. Mistam vim habet ex emplastica quadam substantia, & paucula amara. Itaq3 citra morsum desiccat, ac proinde glutinare vulnera valet.

Satyrium.

A.ibi.c.706. Satyrium, "aut Triphyllum, humidum & calidum temperatura est: quamobrem gustu quoq3 apparet dulce. Attamen recrementitiam & flatuosam humiditatem possidet. Quocirca ad venerem incitat. Hæc verò & herbæ ipsius Radix prestare potest. Porrò vt quidam aiunt, ex vino nigro austero potum sanat opisthotonon.

Selinon Apium.

A.ibidē.c.55. Selinum "vsqueadeo calidum est, vt & vrinas & mēses cieat. Flatus quoq3 discutit, & magis semen q̄ herba ipsa. Sed & Oreoselini & Hipposelini similis vis est: verum hipposelinon imbecillius est, oreoselinon valentius.

C *Seris Cichorium.*

A.ibi.c.229. Seris "olus est subamarum, & magis quod agreste est, quod ob id ipsum Picrida hoc est amarā, quidam nuncupant: quidam verò Cichorium appellant. Est autem ea siccæ frigidæ q3 temperaturæ, vtrunq3 primo excessu. Porrò domestica magis etiam q̄ agrestis refrigerat: sed & humiditatis multæ admistio siccitatem extinguit. Verum vtraq3 adstringētis qualitatis est particeps, velut & Chondrila: nam & ipsa est sereos species.

Seriphum.

Seriphū. Dictū sanè de hoc est & in sexto libro in sermōe de absynthio: est enim absynthio tū specie, tum gustu simile. Attamen discrepat, Gustu quidem, quādoquidem non æquè vt illud adstringat, plus q3 excalfaciat, amaritatem q3 quandā cū salsedine resipiat: Facultate verò tum q stomacho infestū sit, magis q3 absynthio lumbricos necet, siue foris impositum, siue intro in corpus assumptum. Et sanè calfacere ipsum in secundo ordine intenso censendum est, exiccare in tertio.

Seseli.

A. ibidē.c.626. Seseli." Et Radix quidem, sed & Fructus vsqueadeo excalfacit, vt admodum vrinam mouere queat. Sed & tenuium est partium, vt & comitiali morbo & orthopnœis competat.

D *Sesamon.*

A.ibi.c.642. Sesamon "nō parum in se cōtinet viscosum & pingue: quare emplasticū est & emolliēs, ac modice calidum. Eiusdē facultatis est, qđ ex eo conficitur Oleū. Et herbæ quoq3 Decoctū similem vim obtinet.

Sesamoides Magnum.

Sesamoides Magnum, quod & Anticyricos Helleboros appellatū est, ꝑpterea videlicet quia Semen eius vt helleborus purgat, hoc & reliqua facultate helleboro simile est. Nam et in abstergendo, excalfaciendo, desiccandoque, similem illi vim obtinet.

Sesamoides Album.

Sesamoidis Albi Semen non nullam item acrem qualitatem cōtinet: sed multum amarum est. Excalfacit itaq3, rumpit, & extergit.

Sideritis.

Sideritis habet quidem etiam abstergendi quandam facultatem, sed plurima eius pars humida est, & mediocriter frigida: paucula verò inest adstrictio. Quare phlegmonen sedat, & glutinat. Quidam etiam vocant Achilleam Sideritim, quæ propositæ quidem, q ad iam dicta attinet, viribs est non dissimilibus, cæte rum adstrictione exuperat. Quare ad sanguinis eruptiones, dysenteias, & muliebre profluuium congruit.

Sicyos Edodimos Cucumis Eſculentus. E

Cucumis "Eſculentus, pepō quidem hoc eſt maturus, tenuioris eſſentię eſt: qui immaturus eſt, craſſioris. Sed & abſtergendi & incidendi facultas eis ineſt: Quare & vrinam mouent: & corpus ſplendidum reddunt, ac magis quoq; ſiquis ſemine arefacto contuſo q; atq; cribrato vice pulueris abſterſorij ſiue ῥύμματος vtatur. Superat in eis humida frigida ꝙ temperies, non tñ magnopere, ſed quaſi in ſecūdo cēſetur ordine. Attamen ſiquis aut Semen, aut radicē arefaciat, haud etiam humidę fuerit naturæ, ſed iam deſiccātis, id q; in primo quodammodo ordine, aut etiam ſecundo, ſed incipiente. Eſt & in iſtis maior abſtergendi facultas, ꝙ in fructus ipſius carne.

A.l.2.t.2 c.29. fol.109.f

Sicyos Agrios Cucumis Agreſtis.

Cucumeris "Agreſtis tum fructus ipſius Succus, quem vocant Elaterium, tum non minimè radicis & foliorum ad medicationes perutilis eſt. Elaterium itaq; menſes ciet: & fœtum interimit appoſitum, ceu alia omnia amara & ſubtilium partium, maximè ſi quam habeant caliditatem, velut nimirum elaterium: ſummè ſiquidē amarum eſt, leuiter calidum: vt ex ſecūdo ſit ordine excalfacientium: Porrò tale protinus quoq; digerendi vim poſſidet. Sic igitur eo angina laborantes inūgunt quidā cum melle aut oleo vetere. Bonum item eſt regio morbo affectis fuſum cum lacte in nares. Sed & dolores capitis ſanat hoc vſu. Atq; elaterium quidē eiuſmodi eſt: At Radicis Succus, vt & foliorum, licet elaterio ſimilem vim habeat, imbecilliorem tñ. Sed & ipſa Radix adſimilem facultatem poſſidet: abſtergit nanq;, digerit, atq; emollit. Porrò Cortex ea potētius deſiccat. F

A.ibi.c.176. fol.110 c

Silphium Laſerpicium.

Silphij "liquor calidiſſimus eſt: verum enimuero & Folia, & caulis, & radix ſat ſtrenuè excalfaciunt. Sed oīa flatulentæ magis eſſentiæ ſunt, ac proinde coctu difficilia: foris tñ impoſita corpori, efficaciora: & oīum potiſſimum liquor, admodum trahentem facultatem poſſidens. Attamen & excreſcentias amoliendi, & liquandi vim quandam, propter propoſitam temperiem obtinet.

A.l.2.t.2.c.52. fol.103.g

* Al. Sinon.

Siſon.

Siſon calidus & ſubamarus guſtu eſt: Quare & vrinam mouet, & concoquit, menſes q; prouocat, omnes q; viſcerum obſtructiones diſſicit.

Sion.

Sion, "quantum guſtu quoquomodo odoratum eſt, tantum etiā excalfacientis facultatis eſt particeps. Sed & digerit, & vrinam mouet, & calculos renum frangit, & menſes euocat.

A.ibidē.c.556.

Siſaron.

Siſari "Radix cocta ſtomacho grata eſt, & vrinam mouet, ſecundo ordine excalfaciēs, adiectam habens amaritatem quandam cum leuicula adſtrictione. G

A. ibid.c. 632.

Siſymbrium.

Siſymbrium "tenuium partium, digerentis, excalfacientis, & reſiccantis facultatis eſt, & temperaturę in tertio ordine. Sed & Semē eius tenuium partium eſt, & calidum: Quocirca ipſum quidam cum vino exhibent ſingultientibus, & tormina patientibus.

A.ibi.c.507.

Siſymbrium dictum Cardamine.

Siſymbrium, quod quidam Cardaminen vocant, qñquidem Cardamomo ſimile quiddā guſtu præfert: cū Siccū eſt, tertij eſt ordinis excalfacientiū & deſiccantiū: cū Humidū & viride, ſecundi.

Scandix.

Scandix ex agreſtium olerum genere eſt, ſubacre & amarum, adeo vt in ſiccando et excalfaciendo ſit ſecundi ordinis intenſi {aut tertij incipientis.} Vrinam valenter ciet, & viſcera obſtructione liberat, ex dictis qualitatibus conſtans.

Scilla.

Scilla "admodum incidentem facultatem obtinet, nō tamen admodum calidam. Sed ſecūdum hoc eam quiſpiam ſecundi ordinis cenſeat excalfacientium. Præſtat autem aut aſſam, aut elixam ſumere: ſic enim virium eius vehementia exoluitur. H

A.ibi.c.597.

Scolymos.

Scolymi Radix copioſam vrinā graueolētem elicit, ſiquis eā in vino coctam bibat: Ac proinde graueolentiam ſanat tum alarum, tum totius corporis. Atq; hoc ſanè, medicamento ex tota ineſt eſſentia, nimirum cùm ſuccus ſit purgatorius. At quæ ſecundū qualitates ęditur actio, calidum in ſecundo ordine completo, aut tertio incipiente, medicamen indicat, ſiccum verò in ſecundo.

Scordium.

Scordium. " Ex varijs id tum ſaporibus tum facultatibus conſtat: nā & amarum quid obtinet, & acerbum, & acre: & maximè ſcorodo hoc eſt allio, adſimilis eius eſt acrimonia: vnde ſanè, mea ſententia, nomenclaturam ſortitum eſt. Expurgat igitur ſimul q; excalfacit viſcera: tum menſes vrinam q; prouocat. Pręterea conuulſa rupta q;, & laterum dolores ab obſtructione & frigore natos ſanat epotum. Deniq; viride quidem illitum magna vulnera conglutinat: ſed ſordida perpurgat, & contumacia ad cicatricem perducit, illitum aridum.

A.ibidē. c.622.

Scorodon Allium.

Allium "deſiccat & excalfacit quarto exceſſu. Porrò Ophioſcorodon agreſte allium eſt, dome ſtico

A.l.2. t.2. c. 72.fo.106.h

A stico valentius, ceu reliqua agrestia omnia.

Scorodoprasson.

Scorodoprasson sicut gustu & odore mediam scorodi hoc est allij, & prassi id est porri, qualitatem possidet, ita & viribus.

Scorpioides.

Scorpioides excalfacit ordine tertio, desiccat secundo.

Smilax.

A. ibi c. 148. Smilax* aut Cactus arbor est venenosæ facultatis.

Smyrna Myrrha.

A. ibid. c. 468. Myrrha* secundi ordinis est tum excalfacientium, tum desiccãtium. Itaq; capitum vulneribus illita glutinare ea potest. Inest & amaritas non pauca, per quam fœtum & lumbricos tum enecat, tum ejicit. Adest hinc ei & abstergendi potẽtia. Sic igitur ocularibus miscetur facultatibus, vtiq; quæ ad vlcera & crassas cicatrices præparantur. Eadem de causa inditur & medicamentis, quæ ad tussim veterem & asthma siue anhelationem, exhibentur. Non tamẽ arteriam exasperat sicut abstergentium non nulla: verum adeo moderatam obtinet abstersionem, vt non nulli eam arteria-
B cis, quæ vocãt, medicamentis commisceant, tanquam sufficienter excalfaciens & desiccans medicamen: scilicet abstersionem proficiscentem ab amaritudine nihil verentes.

Smyrna Boice Myrrha Bœotia. *ΑΓ. Βοιωτικὴ

Smyrna Boice vim habet excalfaciendi, fundendi, emolliendi.

Smyrnium.

A. ibidẽ c. 55. Smyrniũ* quidẽ Hipposelinũ agreste cognominãt. Ex eodẽ genere & ipsum cũ apio est, & petroselino. Fuerit q; apio quidẽ validius, imbecillius petroselino. Mẽses itaq; & vrinas mouet, calidũ siccũ q; tertio ordine. Cilices Petroselinũ nominãt, quod in Amano nascit. Est sane & ipsum smyrniũ, verũ minus acre petroselino, smyrnio q;. Proinde sanè vlceribus imponi põt, qa videlicet sine molestia deficcet. Sed & digerere q̃ indurata sunt põt. Reliqua vis eius apio & petroselino similis est. Quocirca & Semine eius vtimur ad menses, vrinas, & asthmata siue anhelationes.

Sonchus.

Sonchus vbi adoleuerit, ex spinosis plãtis est. Cæterum viridis etiamnũ & tener estur perinde vt cetera agrestia olera. Tẽperamẽtum eius quodãmodo mistũ est: cõstat enim ex aquea terrea q; essentia, vtraq; leuiter frigida. Nam & adstrictionis cuiusdam est particeps: & siue cataplasmatis
C in morem illinatur, siue edatur, manifesto refrigerat. Postea verò q̃ planè resiccatus fuerit, terrestre eius temperamentum redditur, modicam habens caliditatem.

Sparganium.

Sparganium & ipsum desiccantis est facultatis.

Spartum Genista.

Sparti, quo & vites alligant, tũ Fructus, tũ virgarũ Succus, non instrenue trahẽtis est facultatis.

Staphilinus Pastinaca.

A. ibid. c. 287. Staphilinus* satiuus imbecillior, agrestis ad omnia potentior est. Vrinas menses q; prouocat cũ Herba quidem tota, tum maximè semen ac radix. Habet porrò ẽt abstersorium in se quippiã. Quãobrẽ vlcerũ phagedænica quidã Folijs eius viridibus cum melle, quo pura reddant, illinunt.

Stachys.

Stachys, frutex ille Marrubio similis, gustu acri & amaro, tertij est ordinis excalfacientiũ. Quãobrem rationabiliter non menses solum prouocat: sed & abortum affert, & secundas ejicit.

Stœbe.

Stœbes Fructus & Folia maximo sunt vsui, adstringendi vim habentia mordacitatis expertẽ.
D Sed & deficcãt euidenter in tertio ferè ordine incipiẽte: Quãobrẽ Decoctum eorum dysentericis injcitur, & auribus pure fluẽtibus: tũ vulnera magna cõglutinat. Euidẽtius hæc præstat cũ vino atro austero: valenter. n. desiccat oẽs prꝑter naturã humiditates. Preterea Folia viridia si illinanť, vim habent erumpentis sanguinis supprimẽdi. Deniq; & oculorũ ex ictu suffusiones illita iuuãt.

Stœchas.

A. ibi. c. 594. Stœchadis gustu quidẽ qualitas amara est, & mediocriter subadstringẽs: cęterũ temperies cõposita, nempe ex terrena essentia frigida exigua, vnde sane adstringit: & extenuata altera terrena copiosiore, à qua vtiq; amara est. Ob vtrorunq; vero conuenientiã & coitũ, obstructione liberare, extenuare, extergere, roborare q; tum viscera omnia, tum totum corpus, est nata. Supra nanq; ostensum est, q̃ quæ ex eiusmodi essentijs constant medicamina, dictos effectus reddere possint.

Stratiotes.

Stratiotes Aquaticus quidem, humida & frigida facultate est: Terrestris verò non nihil habet adstrictionis: Proinde sanè & vulnera glutinare potest, & vlceribus esse vtilis. Sunt qui eo & ad sanguinis eruptiones vtantur, & ad fistulas.

Struthion.

A. ibid. c. 133. fol. 114. b Struthij* Radice potissimum vtimur, vtpote gustu acri, & calida sicca q; tẽperamento, ex quarto

to quodammodo ordine. Sed & abstergit & iritat: Proinde quoq; sternutationẽ prouocat, ceu E cætera omnia quę calida sunt temperie,& gustu acria.

Styrax.

Styrax" excalfacit,emollit,concoquit. Quamobrem tussibus,catarrhis,pituitæ destillationibus raucedinibus q;{quas κορύζας & βράγχους vocant,}prodest. Tum menses seu potum seu admotum prolicit. Combusti eius Fuligo,thuris fuligini quodammodo est similis. A.ibi.c.423.

Syca Ficus.

Ficus" Aridæ vim habent excalfaciendi ordine primo ẽt completo,aut secundo incipiente. Habent verò & partium tenuitatem quandam. Ex istis duobus idoneę sunt,quę tubercula dura cõcoquant: statim verò ẽt ea digerunt. Atque ipsæ per se illitæ eiusmodi vim obtinẽt. Sed & Decoctum earum eiusdem vtiq; naturæ est. Verũ vbi magis concoquere consilium est, miscẽda est farina triticea: vbi verò plus digerere,hordeacea: panis horũ in medio. Sed hæc magis sunt ꝓpria tractatus de medicamentorũ cõpositione, & rõnis curandi: verũ in pręsentia hæc de ischadibus i. caricis,nouisse sufficiat. Porrò scire oportet,ꝙ quæ pinguiores sunt, magis possunt cõcoquere: quę verò gustu acriores,magis tum extergere,tum digerere. Cæterum Quod ex ijs plurimum in aqua coctis efficitur, simile est melli non solum cõsistentia, sed & facultate. Porrò Ficus Virides F comesæ propter admistam humiditatem,facultatis sunt imbecillioris: subducunt tñ aluũ vtræque tum humidæ,tum siccæ. Porrò Ficus Caprifici acris & digerentis facultatis sunt. Sic ẽt domesticarũ Grossi,{græci vocant ὀλύνθους:} inest enim illis non nihil etiam succi ex ficu arbore. A.l.2.t.2.c.276 fol.129.h

Syce Ficus Arbor.

Ficus" Arbor calidæ tenuium q; partium temperaturæ est,ceu indicant tum liquor eius,tum foliorum succus. Valenter enim eorum vterq; calidus est. Itaq; non mordicat tantùm,aut vehemẽter abstergit,sed & vlcerat: & ora vasorum reserat: & verrucas,quas myrmecias vocant,eijcit: sed & purgare potest. Porrò Ficus Agrestis,quam Erineum {græcè,latinè caprificum,} nominãt, tum Opos,tũ succus,ad oĩa q̃ satiuæ valentior est. Sed & Cradæ i. rami earum adeo sunt calidi, tenuium q; partium,vt carnes bubulas duras,si coquendis adijciantur,friabiles ac teneras efficiant. A.ibidem.

Symphytum Petræum.

Symphyton Petræum ex contrarijs constat viribus. Habet enim secandi vim quampiam, qua collectum in thorace pulmone q; pus expurgare potest: habet q; etiam quandã cõtrahendi vim, qua eiectionibus sanguinis auxiliatur: & tertia ad eas inest humiditas quædam nõ immodicè calida,per quam gustantibus dulce apparet,& odoratu iucundum. Mansum sitim extinguit,& arterię asperitates sanat. Porrò secundum omnium dictarum virium mistionem simul digerere abundè potest,simul q; corpora contrahere cõstringereq;: proinde enterocœlijs imponitur: & ad G conuulsa & rupta cum oxymelite bibitur. Porrò qui ipsum in vino Decoctum ad dysenteriã exhibent & muliebre profluuiũ rubrũ,vtuntur tanquam desiccante & cõtrahente: Qui verò ad nephritim,tanq̃ expurgante & incidente. A.ibi.c.534.

Symphytum Magnum.

Symphyton Alterum,puta magnum,similem dicto vim habet: non tamen gustantibus dulce est,aut odorantibus odoratum,sed his sanè à modo scripto diuersum est. Cæterum, quatenus viscositatem quandã & mordacitatem obtinet, Scillæ simile est. Vtitor q; ad omnia,ad quę iã dicto.

Sphondylion.

Sphondylij" Fructus acris & secãtis est facultatis. Itaq; ad asthma, & comitialem morbũ, aptũ est medicamen. Prodest & aurigini. Et Radix,nimirum adsimilis facultatis,ad eadẽ accõmodať. Sed & insuper fistularum callos tollit: cęterùm imponere eam oportet circumrasam. Porrò floris etiam Succus ad diuturniora aurium vlcera conueniens reponitur. A.ibi.c.645.

Schinos Lentiscus.

Schinos." Frutex hic ex aquea essentia leuiter calida viribus,& terrena frigida nõ multa,cõpositus est,ob quã moderate adstringit. Desiccat igitur secũdo ordine cõpleto, aut tertio incipiẽte: H in caliditatis & frigiditatis differẽtia quodãmõ ẽ medius & symmetrus. Similẽ oĩbus suis partibus adstrictionẽ obtinet in radicibus,ramis,extremis turionibus,germinibus,ac folijs: ꝑterea fructu,& cortice: ac si Succũ ex folijs eius viridibus exprimas,similis hic ordinis est,moderatè adstringens. Itaq; bibitur & per se,& cum alijs medicamẽtis,q̃ dysenterias & alui affectus sanant. Quin & ad sanguinis expuitiones,sanguinis q; ex vtero eruptiones, tum sedis uuluæ q; procidentias, idoneus est,vtpotè ad hypocystida non nihil propè accedens. A.ibi.c.445.& 453. *Al. Cœliacos

Schinu Anthos Schini Flos.

Schinu Anthos modicè calfacit, modicè q; etiam adstringit,nec planè à tenuitatis natura alienus est. Quocircà his de causis vrinam mouet,menses q; ciet adhibitum siue in fomentationem, siue in potionẽ. Prodest & iecoris,& stomachi,ac ventris phlegmonis. Magis eo adstringit Radix. Quod verò Florem vocãt,calidius est. Porrò in omnibus suis partibus,in alijs magis,in alijs minus,gustãtibus apparet adstrictio: Proinde medicinis quæ hæmoptoicis siue sanguinem reijcientibus,exhibentur,commiscetur.

Schœnos.

A *Schœnos Lea Iuncus Læuis, Oxyschœnos, Holoschœnos.*

Schœnos Lea, quędam Oxyschœnos, alia Oligóschœnos nuncupať. Gracilior durior q; oxyschœnos, crassior laxior q; oligóschœnos. Fructus oligóschœni somnum affert. At oxyschœni duę sunt species: Altera sterilis, cuius quidem in medicina nullus vsus est: Altera verò fructum fert: conciliat verò & huius fructus somnum, sed minus q̃ oligóschœni, q̃q̃ tamen hoc caput tentet. Vterq; si fructus cum vino bibatur, ventris fluxus desiccat, & muliebre profluuim rubrum sistit. Ex quibus clarum est, ꝙ composita eorum temperies est, ex terrena videlicet essentia leuiter frigida, & aquea leuiter calida: vt & inferna desiccare possint, & sensim frigidos ad caput vapores submittere, quibus somnolentos efficiant. *Al. holoschœnos.

TERMINTHOS TEREBINTHVS

A.ibi.c.303. Terebinthi" tum Cortex, tum folia, tum fructus, adstrictorium quiddam obtinet. Sed & secundo ordine excalfaciunt. Itaq; ꝙ etiam desiccent manifestum est, recentes quidem etiamnum humidi q; modicè: sicci verò ordine secundo. Cęterum Fructus aridus propinquus est etiã tertio ordini desiccantium: est enim adeo calidus, vt mandentibus protinus eius caliditas percipiatur. Itaq; etiam vrinam prouocat, & lienibus prodest.

B *Teutlon Beta.*

A.ibi.c.636. Beta" nitrosæ cuiusdam facultatis particeps est, qua tum digerit, tum extergit, & per nares purgat. Cæterùm cocta nitrositatem oẽm ac acrimoniam exuit, fit ꝙ facultatis aphlegmantę hoc est phlegmonis aduersæ, leuiter digerentis. Porrò ad detergendum digerendum q; validior est beta Alba: nam Nigra adiunctum habet adstrictionis quippiam, & magis in radice q̃ alijs partibus.

Teucrium.

Teucrium incidendi & tenuium partiũ facultatis est: Quare lienes sanat. Ponat q; ipsum quispiam in tertio exiccantium, secundo verò calfacientium ordine.

Tephra Cinis.

A.l.1.t.1.c.188 fol.121.c Cinis." Combustorum †lignorum} reliquiæ sic nuncupantur, cõpositæ ex contrarijs tũ qualitatibus, tum substantijs. Habet enim in se partim terrenum, partim velut æthalodes idest fauillosum, siue lygniodes idest fuliginosum, siue quomodocunque quis appellare volet. Atq; hæ sanè partes sunt tenuiũ partiũ, & quę maceratis aqua cineribus & percolata vnà asportãtur atq; abeũt: quod verò reliquum est, terreum est & infirmum & morsu vacãs in lixiuiũ calida facultate deposita. Sed nõ omnis Cinis eàdem temperatura præditus est, sed pro combustæ materiæ diuersitate variatur. At nescio, quo pacto Dioscorides oẽs cineres adstringendi habere vim prodiderit, cũ Ficulneus eiusmodi omnis qualitatis sit expers, vtpotè cũ et ipsa arbor nulla sua parte acerbã qualitatẽ præferat, ceu quercus, ilex, arbutus, fagus, lentiscus, hedera, & hoc genus alia, verũ plena succo valido tota sit, ea q; acri & calido. Ergo ex Acerbis vtiq; lignis factus Cinis non parum adstringit: memini q; me qñq;, cũ aliud ad manum non esset medicamen, ꝑ hunc sanguinis suppressisse eruptionem. Verũ nullus vnquam ad tale vti ficulneo audeat: siquidẽ hic acrimoniæ multũ adurentis q; facultatis obtinet, mistę abstersioni: Et vtroq; differt ab eo, qui ex Quercinis lignis cõficitur, tum ꝙ in eo fuligineũ multo est acrius, tum ꝙ in illis terrenũ quodãmodo subadstringens est, in hac abstergens, veluti in cinere tithymallorũ. Est & Calx cineris quędam species, cęterùm essentiæ, tenuiorũ partiũ, q̃ qui ex lignis fit: nimirũ quanto lapides exactius torreri, vt cinis fiant, postulant. Sed tñ multum & ipsa reliquũ in se habet velut naturę igneæ, quod vocãt ἐμπύρευμα. Proinde Elota medicamen est citra morsum desiccans, magis q; si bis ter've lauetur. Cæterum si marina aqua abluta sit, admodum digerit. Dicetur porrò de ea, vbi de metallicis sermo habebiť. †In quodam antiquo cod.. vox nõ reperitur.

C

Telephium.

Telephium exiccandi & detergendi facultate est, non tñ insigniter calida: verùm in hoc forsan quispiam ipsum primi esse ordinis censeat. Desiccat tñ secundo ordine intẽso, aut certè principio tertij. Proinde ad putrida vlcera conuenit, & vitiliginem vtranq; sanat cum aceto.

D

Telis Fœnumgræcum.

A.ibi.c.246. Fœnumgręcum" calidum est secundi ordinis, siccum primi. Proinde feruentes phlegmonas iritat acerbat q;: quæ verò minus sunt calidæ, & magis duræ, eas digerendo curat.

Tithymalli.

A.ibi.c.411. Tithymalli oẽs vincentem habent acrem calidã q; facultatem: inest verò ipsis & amaritas. Validissimus itaq; eorũ est Liquor: secundum locũ tenent Fructus & Folia. Sed & Radix dictarũ facultatũ particeps est, sed non ex æquo. Sanè ipsa cũ aceto decocta dolores sanat dẽtium, maximè q illis erosis ꝓueniunt: At liquores, vt qui valentiorẽ vim habeãt, in foramina quidẽ ipsa dentiũ induntur: cæterũ si aliam corporis partem contigerint, cõtinuò adurunt, vlcerãt q;: proinde foris illis cera circũlinitur: quippe cũ ex quarto sint excalfacientium ordine, quẽ esse aduretium posuimus. Sic pilos quoq; Succus inunctus tollit: porrò cũ vehemẽtior sit, oleo misceť: & si id idẽtidẽ ac sæpe fiat, tandem prorsum pilorum radices adustæ corrumpenť, corpus q; depile reddeť. Eadẽ facultate verrucas, quas acrochordonas nominant, & myrmecias, & pterygia siue oculorum vngues, & thymos auferũt: detergẽt q; lichenas & psoras, quia s. & abstergẽdi facultas inest propter amaritudinem. *Al. foris.

amaritudinem. Pręterea vlcerum phagedænica, anthracode, & gangrænode, quia valenter tum E
excalfaciunt, tum detergunt, si in tpe & moderatè vtare, iuuare aliqñ poterunt. Verum enimuero
& fistularũ callos eadẽ facultate eximunt. Cęterũ hęc omnia genere quidẽ similiter, imbecillius
tñ & folia & fructus pręstare possunt. Quibus sanè & ad pisces in aqua stagnali capiẽdos vti asso
lent. Celerrimè nanq; ab illis in vertiginem acti, ac semimortui redditi, ad aquæ superficiem ferun
tur. Porrò cũ Septem sint eorũ genera, valentissimus est quẽ Characian nominant, quẽ vtiq; ẽt
quidã marem cognominant: & Fœmina nuncupata Myrsinites: & Qui in petris nascitur ad mo
dũ arboris: deinceps Qui phlomo adsimilis est: & Cyparissias: deinde Paralius siue marinus: de-
niq; Helioscopius. Proportione verò cõprehẽsę illorũ facultatis & Cinis & Lixiuiũ ex ipsis erit.

Tragacantha.

Tragacãtha similẽ Gũmi vim obtinet emplasticã qdã, & quæ acrimoniam hebetat. Et sanè si- A.ibi.c.220.
militer vt illud desiccat.

Tragion.

Tragij Folia, fructus, lachryma q;, trahẽtis digerẽtis q; sunt facultatis. Est verò & tenuiũ partiũ,
& facultate in principio tertij iã quoquo mõ ordinis calida. Stipites & hęrẽtia corporibus extra-
hit, lapides frangit, mẽses mouet drachmę põdere potũ. Porrò in Creta sola nascitur, Lẽtisco ad-
simile. Cęterũ Alterũ tragiũ hoc minus, cuius folia Scolopendrio similia sunt, visitur quidẽ mul F
tis in locis: sed non parum habet facultatis adstringentis, vt & ad fluxionum affectus conueniat.

Tragoriganum.

De Tragorigano in sermone de Origano suprà est dictum.

Tribolos.

Tribolus ex humida essentia modicè frigida, & sicca nõ mediocriter, & ipsa frigida, componi- A. ibi. c. 329.
tur. In terrestri tñ superat terreum frigidũ, quod adstringens ostẽdimus: in aquatico verò aqueũ.
Proinde ambo, & cõtra phlegmonarũ generationes, & omnino contra oẽs influxus, congruũt.
Porrò terrestris ipsius Fructus, cum tenuium sit partium, potus lapides in renibus comminuit.

Tripolium.

Tripolij Radix gustanti acris est, & facultate calida in tertio excessu.

Triphyllum.

Triphyllum, quidam Asphaltion, quidã Oxyphyllon, nõ nulli Minyanthes, sunt & q Cniciũ
vocitent. Prima quidem tria, ab accidẽtibus frutici: reliqua duo nomina, haud scio vnde. Vis plã-
tæ est calida & sicca vt bituminis, cui odore est similis, vtrinq; tertio ordine. Proinde pota laterũ
dolores ab obstructione natos iuuat, & vrinam menses q; prouocat. G

Trichomanes.

Trichomanes eadem præstat, quę Adiantum.

Trychnon Solanum.

Trychnon quidã præposito s, Strychnum vocant. Esculentũ quidem, quod in hortis nascit, A. ibi. c. 369. & 646.
notum est omnibus: vtuntur q; ad omnia ea, q refrigerari adstringi q; postulant. Põt. n. hæc duo
ordine secũdo. Cęterorũ non esculentorũ vnum quidem nuncupaẗ Halicacabum, fructum ha-
bens rufum, acino vuæ tum figura tum magnitudine adsimilẽ, quo & ad coronas vtunẗ: alterum
verò fruticosum, à conciliando somno Hypnoticum: & tertium, quòd insaniã afferat, Manicum
appellitant. Halicacabũ igitur in foliorũ facultate hortensi solano simile est, fructũ habens ciẽdæ
vrinæ idoneum: proinde cõpluribus facultatibus cõpositis, quę ad iecur, ad vesicã, & renes accõ-
modanẗ, adiungiẗ. Solani verò Hypnotici, cortex radicis, si cum vino bibatur, somnum accersit
drachmæ põdere sumptus. Sed & cætera quoq; papaueris succo persimilis est, nisi q hactenus im
becillior est, q ipse tertij habeatur ordinis refrigerantium, cũ hic positus sit in quarto. Huius sola-
ni Semen vrinã ciendi potestatem habet. Cæterũ si plus duodecim corymbis hauseris, dementiã
quoq; adsciscet. Porrò quod reliquũ est ex propositis solanis, ad medicationes, quæ intrò in cor- H
pus adhibentur, inutile est. Nã si quatuor eius drachmæ offerantur, mortẽ inferent: si pauciores,
insaniã: vna certè innoxiè sumitur, cęterũ nec ipsa vtile quid obtinet. Verũ si foris corpori empla
stri modo illinaẗ, vlcera cacoethe, & nomode siue pascẽtia, curat. Sed ad talia radicis cortex pręfer
tur, desiccans secundo ordine iã completo, & tertio incipiente: refrigerans secundo incipiente.

HYACINTHVS

Hyacinthi Radix bulbosa est, ordinis primi in desiccãdo: secũdi verò cõpleti, aut certè tertij A. l. 2. t. 1. ca. 3 fol. 101. g
incipientis, in refrigerãdo. Itaq; pueros diutissimè seruare ĩpuberes vino illita crediẗ. Fru
ctus leuiter extergit & adstringit. Quamobrẽ & ipse regio morbo laborãtibus exhibetur in vino,
Ordine quidẽ tertio quadãtenus desiccans, cæterũ in medio consistens caliditatis ac frigiditatis.

Hydnon Tuber Terræ.

Hydna oĩbus nota sunt. Substantiã habẽt vincentẽ terrestrẽ qdẽ cõsistentia, sed tñ cũ paucula A. ibi. c. 611.
qdã partiũ tenuitate mistã.

Hydropeperi.

Hydropeperi à locis in quibus nascitur, & à similitudine quę illi cũ pipere in gustu est, nomen A. ibi. c. 551.
sortitum est: cęterùm non vsqueadeo calidum est q piper. Et sanè Herba ipsa etiamnum viridis
vnà cũ fructu cataplasmatis in modum imposita, sugillata & tumores induratos digerit.

Hyoscyamus.

A *Hyoſcyamus Altercum.*

A.ibi.c.348. Hyoſcyamus.ª cui ſemen atrum eſt,inſaniam ac ſoporem affert: Sed is, cui ſemen mediocriter flauum eſt,propinquam ei facultatem poſſidet. Verũ vtrique fugiendi ſunt vt inutiles & venenoſi, ſeu deleterij. Cæterùm cuius ſemen ac flos candidus eſt,ad ſanationes vel maximè idoneus eſt, ex tertio quodammodo ordine refrigerantium. Porrò Flos eius quidem, cui ſemen eſt nigrum, mediocriter purpureus eſt: eius verò,cui eſt ſubflauum,leuiter mali colorem refert.

Hypericum.

A.ibi.c.354. Hypericumª calfacit & deſiccat,eſſentia tenuiũ partium,adeo vt & menſes & vrinas prouocet: ſed ad hæc totus ſumendus eſt Fructus, non tantùm ſemen. Porrò cũ Folijs illitus viridis ad cicatricẽ ducit cùm alia,tum etiam ambuſta. Cæterum ſi ſicca contuſa inſpergas, ſanabis & mollia nimis,humidaque, & putredinoſa vlcerum. Sunt & qui iſchiadicis bibendum exhibeant.

Hypecoon.

Hypecoon refrigerandi vim habet,ex tertio ordine refrigerantium, vt parũ abſit à papauere.

Hypogloſſon.

Hypogloſſon inde adeo nuncupata eſt,quod ſummis corymbis velut ligulæ quædam exeũt. Ce-B terùm Radix & Succus fruticis emolliendi vim poſſident.

Hyſſopum.

A.ibi.c.356. Hyſſopumª deſiccat & excalfacit ordine tertio: ſed & tenuium eſt partium.

PHACI LENTES

A.ibi.c.438. Lentesª valenter adſtringunt: medium tenent caliditatis & frigiditatis: deſiccant ſanè in ſecundo ordine. Ipſum itaque earum corpus deſiccat,& ſiſtit ventrem: cæterùm Decoctũ prouocat. Proinde etiam prior aqua abijcitur,vbi retentionis cauſa adhibentur.

Phacos Lenticula Paluſtris.

A.ibi.c.450. Lenticulaª Paluſtris humidæ frigidæque tẽperaturę eſt, vtrinque ex ſecundo quodãmodo ordine.

Phaleris.

Phaleridis herbæ tum Succus, tum ſemẽ,tum folia potari vtiliter creduntur ad veſicæ dolores, ceu in ſeſe habeant quiddam tenuium partium,& calidum.

Phalangites.

Phalangites,ſic appellata eſt,quod morſis à phalangijs auxilietur. Eſt autem facultatis tenuium partium,deſiccantis: Quamobrem & tormina patientibus ſuccurrit.

C *Phlomus Verbaſcum.*

A.ibi.c.98. Phlomos.ª Quidã per p literã & ſcribunt,& proferunt. Quædam folijs alba eſt, quędam verò nigra. Et albę quidem mas eſt,cuius folia anguſtiora: fœmina,cuius maiora. Et pręter has eſt alia Phlomos,Agria cognominata: flores habet aureos & luteos,ſiue melizontas. Sed & alia præter has eſt,quam propriè Phlomida nominant,& Thryallida. Priorum itaque duarum Radix acerba guſtu eſt,& fluxionis affectibus prodeſt: ſed & ad dentium dolorem eam quidam colluunt. Sanè Folia digerendi vim habent: ſic & aliarum folia,& maximè eius,quę aurei coloris flores obtinet, qua etiam capillos flauos reddunt. Oium enim folia deſiccãdi & mediocriter detergẽdi vim poſſidẽt.

Phœnix Palma.

Ibid. c.87.& .j. Phœnixª arbor adſtrictorię facultatis omnibus ſui partibus eſt particeps. Igitur ramorũ Succus auſterus eſt ex aquea ſubſtãtia tepida,& terrea frigida,cõſtans. Similis naturę eſt Encephalos, quẽ vocant,hoc eſt cerebrũ ſiue medulla,eſui aptus. At Fructus eius,& maximè dulcis,nõ paucã obtinet caliditatem. Cęterùm,cũ edendo ſit,multo eſt vſui,non tantùm foris impoſitus, vbi quid roborare & deſiccare,contrahere,ſtipare,denſareque conſilium eſt: ſed & tanquam cibus ſumptus & ſimul cũ alijs,& per ſe. Porrò quod Elaten vocant,nempe tenerum illud palmę germen,eandem D cum cerebro eius facultatem poſſidet. Quod verò velut Tegumentum eius eſt, adſtringentẽ & ipſum qualitatem habet,verũ plus quam dicta omnia exiccat: vtpote quod & eſſentię conſiſtentia illis ſiccius eſt,& minimũ habet humiditatis. Itaque iure vtũtur illo ad vlcerũ putreſcentia: miſcẽtque medicamentis articulos plus iuſto laxatos contrahentibus: ad hęc facultatibus hepaticis & ſtomachicis,ſeu intrò ſumantur,ſeu foris admoueantur. Sed & Radix plantę deſiccatoriæ citra morſum facultatis eſt,adiunctum habens & ipſa adſtrictionis quippiam.

Phorbion.

Phorbij Semine ad leucomata hoc eſt albugines,cum melle applicãt. Sed & ſpicula extrahere creditur. Porrò & ipſa Herba idem pręſtare videtur. Ex quibus conſtat quod tenuium partium,& attrahendi detergendique potentiam obtinet.

Phu.

A.ibi.c.255. Phu.ª Odorata quodam modo eſt huius herbę Radix, nardo viribus ſimilis: ſed tamen ad pleraque infirmior. Vrinas mouet plus quam aut Indica,aut Syriaca nardus,perinde vt Gallica.

Phycos Alga.

Phycos humens etiamnum & virens ex mari exemptus deſiccat & refrigerat ordine ſecundo: habet enim quiddam modicè acerbum.

Phyllitis. E

Phyllitis,cũ qualitatis sit acerbæ,non ab re diarrhœas siue profluuia,& dysenterias,pota iuuat.

Phyllon Malabathru Folium Malabathri.

Folium" Malabathri Nardo similem vim possidet. A.ibi c.253.

CALBANE GALBANVM

GAlbanũ succus est plantæ ferulaceæ, molliẽdi & digerẽdi vi. Fuerit q; sanè ex tertio ordine excalfacientiũ incipiente,aut secundo completo: in desiccando verò,ex secundo incipiente. A.l.2. t. 2. ca. 130, fol.114. e

Chamædrys.

Chamædrys" vincẽtẽ habet qualitatem amarã: est & quodãmodo acris. Quocirca merito lienes colliquat,& vrinas ac mẽses prouocat,crassitudinẽ humorum incidit,& viscerum obstructiones expurgat. Ponat q; eã quispiam in tertio ordine excalfacientium & desiccantium: plus tamẽ desiccat,quàm calefacit. *Camæcissos.*

Chamæcissi" Flos, cum sit admodum amarus,iecur obstructione liberat. Datur q; ex coxendice laborantibus. *Chamælea.*

Chamælea" vincentem habet qualitatem amaram. Quamobrem admodum sordida vlcera, & quæ maximas habent crustas,cum melle perpurgare potest. A.ibi.c.456. F

Chamæleuce.

Chamæleuce calidæ facultatis est tertio quodammodo ordine,siccæ primo.

Chamæleon.

Chamæleontis" Radix,Nigri quidem,lethale quiddã obtinet. Quamobrẽ foris vtiq; vsus eius ad psoras adhibetur,& lichenas,& vitiligines,& in summa quæ detersionem postulant: preterea digerentibus & emollientibus pharmacis commiscetur: & phagedenica vlcera sanat illita.Est.n. sicca tertio ordine,calfacit verò secundo ordine absoluto. Porrò Albi chamęleõtis radix ad latos lumbricos potui datur cũ vino austero mensura oxybaphi. Exhibent sanè etiã aqua inter cutem laborantibus adsimilem habentem temperiem ipsius nigri radici,nisi quatenus amarior q̃ illa est. A.ibid.c. 197. &.455.

Chamæpitys.

Chamæpitys" gustu quidẽ amarum saporem validiorẽ acri obtinet, effectu verò expurgat abstergit q; viscera plus,q̃ calfacit. Proinde auriginosis,& omnino quibus facilè iecur obstruit,bonũ est remediũ.Quin & menses ducit tũ pota,tum apposita cũ melle. Sed & vrinæ mouendę medicamen est. Sunt aũt ẽt,qui eã exhibent decoctã in melicrato ijs,qui coxẽdicis doloribus torquẽtur. Herba porrò ipsa viridis vulnera magna conglutinat,& vlcera putrescentia sanat: præterea vberum durities discutit. Est enim in siccando ordinis tertij,in calfaciendo verò secundi. A.l.2.t.2.c.131 fol.114.f G

Chamæsyce.

Chamæsyce abstergendi simul & acrẽ vim possidet. Itaq; acrochordonas,& myrmecias,Caules eius teneriores in modum cataplasmatis admoti,qui q; ex eis profluit liquor, auferunt. Cum melle verò crassas oculorum cicatrices detergunt. Sed & hebetudines visus à crassitie natas adiuuant,sicut sanè & suffusionum principia.

Chelidonium.

Chelidoniũ" extergentis admodum & calidæ facultatis est. Sed & Succus eius ad acuendũ visum cõmodus est,vtiq; in quibus crassum quiddã in pupilla colligitur,digestione atq; discussione indigẽs. Vsi sunt Radice eius quidã ad auriginem ab obstructione iecoris proficiscentẽ, in vino eam albo potui exhibentes cũ aniso. Similiter mãsa confert dentium doloribus. Porrò Chelidoniũ Minus cũ acrius sit maiore,celeriter illitũ cutẽ exulcerat,vngues q; scabros eijcit. Succus eius per nares purgat,vt pote admodũ acer. Itaq; hæc herba quarti quodã modo ordinis fuerit calfacientium incipientis: Maius aũt chelidoniũ tertij est ordinis absoluti iam, id q; tum in calfaciẽdo, tum in siccando. *Chondrila.* A.ibi.c.195. H

Chondrila. Et hanc quidam Serin nominãt. Est enim eiusdem ferè cum illa facultatis: nisi q; gustu amariuscula est,ac proinde facultate siccantiore.

Chondrus.

Chondrus est sanè nutrimentũ optimum,sicuti & triticũ. Sed huius instituti non est de nutrimento distinguere. Verũ vt medicamẽ emplasticæ facultatis est,tẽperie tritico similis, plus tñ illo viscosus: quare sanè ẽt illo plus nutrit. Est q; ceu materia quædã idonea excipiendis aceto,marina aqua,muria, & id genus alijs valenter desiccantibus: proinde quidã ex genere admodũ exiccantium esse & hoc semen autumarunt. Cæterũ Chondrus ex numero est potius concoquentiũ, vt & triticum,quę minimè profectò desiccant. At ob exiccantium medicaminum admistionem, cũ quod ex illis compositum est,exiccatorium sit,medicorum complures in errorem inducti sunt,vt falsò putarent desiccationem chondro acceptam ferendam,ijs,quę admista erant,pręteritus.

Chrysocome.

Chrysocome,vocat & Chrysites. Radix vincẽtes habet acrẽ simul & adstringentẽ qualitates: quare non admodũ multi vsus est. Vsui tñ est decocta in melicrato in peripneumonijs,& morbis hepaticis siue iecorarijs. Sed & menstruæ purgationis prouocandæ vim quandam obtinet.

Pseudodictamnum.

A PSEVDODICTAMNVM

PSeudodictamnum imbecillis dictamni vim habet.

Psyllium.

A.ibi.c.533. Psyllium Semen habet admodum vtile, ex secundo refrigerantium ordine: in desiccando verò & humectando medium quodammodo est & symmetrum.

OCIMON

A.ibi.c.10. OCimum ex secundo est ordine calfacientium: habet autem recrementitiam humiditatem. Proinde nec commodum est quod in corpus sumatur: Cęterum foris illitum, ad digerendũ & concoquendum idoneum est.

Ocimoides.

Ocimoides. Quidam Philitærium cognominant. Radix inutilis est. At Semẽ tenuium partium, & desiccantis citra mordicationem facultatis est.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER NONVS

ARGVENTVM LIBRI

Agit de Terrarum ac Metallicorum Facultate.

Replicantur quæ de Adstringentibus, & Combustis Medicamentis Quarto libro demonstrata sunt.

Votquot plantarũ partes sunt, & fructus, & succi, atq; liquores, suprà dicta sunt omnia. Nunc autem de reliquis medicamentis, quę metallorũ genere censent, quæq; ipsius terræ species sunt, differere propositum est: post quæ deinceps nõ nihil tractabitur de partibus animalium, vtiq; quibus ceu medicamẽtis ad curationes vtimur. Cęterũ præstare mihi videtur, cõiter de il-
C lis omnibus prę fari, quò videlicet tũ clarius intelligi possint, tũ quę dicenda sunt, distinctè ceu in articulos inaudiantur. Nã si quis in omnibus sequatur scriptores siue medicamentorũ, siue materiarum, siue illorũ præparandorũ, in multis profectò turpissimè hallucinabitur, & ea quę prę finitè ac determinatè à me posita sunt, perperã accipiet. Cæterùm cùm duo sint capita cõis orationis iam proponendæ: Alterũ est, an spontè nascentium medicaminũ quæ combusta sunt, calidiora arbitrari oporteat, an frigidiora: Alterũ de medicamẽtis adstringentibus, quorum in genere esse suprà ostensum est tum austera, tũ acerba. Itaq; sup his quidẽ in quarto horum commentariorum verba fecimus: sed & modò cõ memorare satius fuerit Medicamentis adstringentibus & facultatem & qualitatem inesse cũ acribus pugnantissimã. Adstringunt enim acacia, balaustiũ, hypocystis, cytini, galla, rheon, rhus, omphacium, mespila, corna, malicorium, myrta. Acria verò sunt euphorbium, allium, cæpa, porrum, napy, piper, gingiberi, smyrnium, origanum, pulegium, calamenthe, & thymus. Reuocandum itaq; in memoriam dũtaxat, qualem cuiusq; dictorum percipimus sensum, & protinus sequetur qualitatis eorum diuersitas, quam in quarto libro exposui vnà cum alijs omnibus gustus differẽtijs. Sanè contrahunt constipant q; atq; condensant substantiam nostrã adstringentia: ac proin-
D de in quamuis corporis nostri partem extrinsecus imposita, continuò illam rugosam & contractam efficiunt, contrà quàm acria, quæ imposita cuti perspicuò eam excalfaciunt, atq; in molem attollunt, rubente colore: ac si diutius immorentur, etiam vlcerant. Hęc itaq; euidenter apparent tum incidere, tum excalfacere, tum etiam à vicinis partibus ad sese sanguinẽ attrahere: at adstringentia refrigerando, contrahendo, constringendo q;, in illis etiam contentum repellere. Facultas itaq; aduersissima est adstringentibus cũ acribus: nec quæ in gustu apparet qualitas, simile quippiam obtinet. Quid ergo non nullis in mentem venerit, vt piper, allium, atq; adeo acria omnia, adstringere dicerent, sanè cogitatione assequi nequeo. Nam si vt hæc adstringere dictitant, ita rhun, balaustium, omphacium, mespilum, & quotquot eius sunt generis, acria cognominarent, diuersa ac commutata in nominibus consuetudine, ignaros profectò illos vocum, & earum significatuum, non tamen gustandi aut olfaciendi carere iudicio, dicerem. Nunc verò cùm res duas & olfactu, & gustu, & effectibus suis, contrariam inter sese naturam ostentantes, vna appellatione nũcupent, admiranda profectò hominum aut stupiditas est, aut dementia, aut simul vtraque: perinde enim faciunt atque illi, qui & ignis & niuis eundem esse sensum aiunt. Atque adeo in quendam quondam incidi, qui præ tam aliena atque absurda vsurpandorum vocabulorum consuetudine, diceret nihil prohibere, quò minus diceretur nix eandem igni habere tum qualitatem,

tum

tum facultatem: quia videlicet & hæc qnq; visa sit pedes diutius per eam ambulantium adussisse. E
Sane non paruo tpe opus est, vt illis hominibus sordem animi expurges. At quibus non in tam profunda ignorantiæ caligine degere contigit, ac quartum horum commentariorũ perlegerint, ijs quæ iam dicta sunt, memoriæ causa repetita sufficiunt, quo distincte nomina de quaq; propriarum rerum ita inaudiant, quemadmodũ Latinis efferre Græcis q; mos est. Transibo vero ad secundum scemma siue speculationem, haud etiã de nomine & significato eius habendum, verum de rei natura. Nam pleriq; existimant combusta omnia se ipsis effici frigidiora: alij econtra, combustorum omnium augeri caliditatem existimant: vtriq; sane errãtes. Conspiciũtur enim liquido quædam calidiora reddita & ad gustũ, & ad tactum, & ad eam quæ in vsu cernitur facultatem: velut supra dicebam de acribus & adstringentibus. Quædam contra ab vstione minus apparent calida: id q; clare discernimus tum tactu, tum vsu. Dico aũt vsum, ceu ante dixi, cum cuti imposita alia calidiorem rubentiorem q; partem efficiunt, alia exanguem & frigidam: & alia molem attollunt, alia contrahunt. Igitur Acria multũ caloris amittunt vsta: at quæ eiusmodi non sunt, assumunt. Sane combustorum omnium nullum plane est frigidum: relinquitur enim in illis velut ἐμπύρευμα hoc est ignitio quædam, nam ita vocabat Aristoteles. Atq; id est quod per ablutiones detergitur, ex combustorum substãtia subtilissimum: quod vbi cũ aqua abierit, quod vsti reliquũ F est, substantia terrena est: siquidem humidum oẽ combustio absumit, reliquum aũt terrenum est vnà cũ empyreumate ab Aristotele vocato. Hoc ergo vbi per lotionem ablatum ac semotum fuerit, aqua, in qua medicamẽ ablutum est, calidam adsciuit facultatẽ, eam q; tenuium partium: quod reliquũ vero est, terreum simul & frigidũ est, desiccare citra mordacitatem potens. De his quidẽ & supra diximus: cæterum nihilo deterius est in memoriam nunc ea reuocasse, vt repetita illorũ memoria, simul quæ dicenda sunt, exactius quis assequatur.

De terrae differentiis

CVm duæ sint res, quæ terræ vocabulo significãtur, necessarium duxi prius eas distinguere, vt clariora sint quæ diceda veniũt. Altera sane omnibus Grecis {pariter Latinis} maxime cõiuncta est. Siquidẽ vbi triticum, hordeũ, aut aliud quodpiã seminũ, quę cerealia nuncupantur, seminãt, mediocriter humidã esse terrã oportere aiunt: At vbi vites, ficus, oleas, aut aliã quis arborẽ plantãt, fugiendã præcipiunt tum eã, quæ vliginis plane expers sit & arida, tum quę humida sit & lutosa: nam Lutum vocãt terram humido maceratã. Tũ qui de colẽdis agris seu georgica cõscribũt, in regionum differentijs atram terrã, argillosam, arenosam q;, discriminantes efferunt: sed & pinguem terrã vocant, ex qua lutum fit viscosum ac lentum: alterã vero cõtrã q; hanc dispositã, G quæ lutum efficiat pinguitudinis expers & friabile, vt sic dicam. Atq; hoc est vnum terræ vocabuli significatũ, omnibus vsitatum. Alterum est solis philosophis vsurpatum, cũ aiunt elementa corporum esse terrã, aquam, aerem, & ignem. Corpus nanq; extreme siccum ac frigidum terram nuncupant. Secundum hos ergo nullum compositorum corporum terra censetur elementaris: aiunt tñ ea plurimum habere terræ, puta adamantem, & saxa: & quãto corpore fuerint duriore, tãto magis ea dicunt esse terrea, contrà q; agricolæ. Haud enim quo durior sit corporũ consistentia, eo plus terreã esse dictitant, verum lapides & petras plane ad agriculturã esse ineptissima cõtendunt. Cæterũ eam esse terram dicunt exactissimã, quę q; longissime recessit à saxi consistẽtia: quippe cum & argillosam & arenosam ad pleraq; damnent inutilem. Secundũ itaque significatũ qd à philosophis celebratur, tribus finientur generibus terræ differentię. Siquidem Vnum eius genus lapis est, Alterum corpus metallicum, Tertium vero terra quę colitur: facta apud eos differẽtia de metallicis corporibus, quę fundi possunt, velut ære, stanno, plumbo, hęc.n. quidam aiũt non terræ, sed aquæ, plus continere. Attamen cęteri homines oẽs eam dũtaxat terram nominant, quæ humido macerata lutum efficitur: De qua vtique & ego nũc statui differentias exponere, id modò prefatus, q; proposita sectio corporum terrenorum in lapides, metallica, & terram quę colitur, H absque corporibus quæ proprie physica seu naturalia nominantur, dicta est. Nam si ea accedant, tum ligna omnia, & fructuum partes complures, velut ẽt animalium, essentia esse terrena dicenẽ: fructuum quidem partes, vt nuclei oliuarũ, & vinacei vuarum, putamina nucum, & conorum, & eius generis multa alia: animalium vero ossa, cornua, dentes. Verũ de plantarum partibus, quæ terrenæ vtique sunt & durę, partim iam suprà dictum est, partim ẽt nũc dicetur: At de ijs quę animantium sunt, infrà tractabitur, vbi prius terræ species absoluero: licet.n. ea tibi aut differentias, aut species, aut ẽt appellare genera. Dico aũt hæc, lapides, metallica corpora, terram in lutum solubilem. Ac primum omniũ dicam ab Latinis nuncupatę terræ differentias, quæ commune hoc habet, vt addita aqua continuò soluatur, & fiat lutum. Nam quod à philosophis sic appellatur, nõ habet omnibus commune, sed illis tantum consuetum ac celebratum significatum.

De differentiis nominatae passim terrae

TErram vsitate Latinis vocari dixi, quæ iniecta aqua statim soluitur, & fit lutum. Huiusmodi ergo est, quam homines ad culturam elaborant, differentias habens quasdam sane secũdum propriã rationem, dũ pinguis est & viscosa, quæ vtique omnino & atra colore est: alia vero friabilior, & pinguitudinis expers, quam vocant argillam, quę sane quodammodo candidior est. Atq;

hæ

A hæ contrarijssimæ sunt differentiæ. Aliæ harum in medio sunt, alteri atq; alteri magis accenden-
tes: atq; adeo quędam etiam quæ ex æquo ad vnguem in medio, pari interuallo ab vtraq; distant.
At aliæ sunt terræ differentiæ ex diuersi generis corporũ natæ cõmistione: qua ratione lapidosæ
& arenosæ habentur. Atq; admistam talium substantiã segregant largę aquę effusione ac macera-
tione, dum totum humidũ efficiatur: cũ.n.id effectum est, id quod defertur atq; inest lapidosum *Al. lutum.
A.l.2.t.2.c.411 fol.139.b atq; arenosum, id omne subsidit, & terra exacta supernatat. Tale" quiddã & in Lemnia terra visit,
quã cognominãt quidã Milton lemniã, id est rubricã lemniam: & alij quidam Sphragida lemniã,
hoc est sigillum lemnium, ob impressum videlicet illi sigillum Dianę sacrũ. Siquidem hãc terram
sacerdos cum patrio quodã honore sumens, haud mactatis animalibus, sed tritico atq; hordeo pia-
mẽti gratia terræ redditis, in vrbem cõportat. Quã deinde aqua maceratã, atq; in lutum redactam,
vbi valenter conturbauit, paulum q; inde quiescere siuit, aquã quę supnatat, primũ aufert: & mox
quod sub ea est pingue terræ tollit, at reliquum duntaxat quod ad imũ subsedit, lapidosum scilicet
& arenosum relinquit vt inutile ac superuacaneum. Porrò lutum illud pingue vsq; eò desiccat, dũ
mollis cerę consistentiam accipiat: huius q; exiguis acceptis particulis, sacrũ Dianę signum impri
mit: ac postea rursum in vmbra siccandũ reponit, donec omnẽ planè humiditatẽ mittat, fiat q; il-
B lud medicis omnibus cognitũ medicamẽ Lẽnia sphragis siue sigillũ: sic enim quiddã illã cogno-
minãt ob impressam illi sphragida hoc est sigillum: ceu etiã non nulli ob colorem, lemniã milton
siue rubricam appellitãt. Eundem ergo quem rubrica colorem obtinet, verũ ab ea differt, ꝙ con-
tactu non contaminet atq; illa: & secũdum collem in Lemno, qui totus colore fuluo est, & in quo
neq; arbor, neq; saxũ, neq; plãta nascitur, tñ huiusmodi terra visitur. Porrò Tres eius signant dif-
ferentiæ, Vna quã posuimus terræ sacræ, quã alij nemini præter vnã sacerdotẽ contingere fas est:
Altera verò eius quæ re vera miltos est, siue rubrica: vtuntur aũt ea potissimũ fabri: Demũ tertia
eius quæ extergit, qua vtuntur qui lintea & vestes lauant, quibus vtiq; collibitum est. Cæterũ cũ
& apud Dioscoridem & alios quosdam scriptũ legissem, Lemniæ terræ hircinum misceri sangui-
nem, atq; ex luto quod ea mistione conficiebatur, sacerdotẽ lemnias quas vocant sphragidas tum
conformare, tum consignare, cupiebam profectò & ipse mistionis modum inspicere atq; symme-
triam. Itaq; quemadmodum in Cyprum nauigauerã vidẽdorum, quæ in ea sunt, metallorum gra
tia, & in Cœlen idest cauã, Syriã Palestinæ partẽ profectus fueram, bituminis & aliorũ quorũdam
inspiciendorum causa, ita nec in Lemnũ enauigare piguit, vt quantũ sanguinis terrę admisceret,
conspicerẽ. Nã cum iterum ex Asia Romã pedestri peterem itinere per Thraciã & Macedoniã,
C prius à Troade Alexãdria in Lemnũ adnauigaui, nactus illic nauẽ quæ ad Thessalonicã cursum
destinabat. Conueniebam aũt cum nauclero, vt in cursu Lemno appelleret. Et sanè ille præstitit,
sed nõ ad eam ciuitatem ad quam oportebat. Antea.n. nescieueram duas esse in insula ciuitates, sed
credebam, vt Samus, Chius, Cos, Andrus, Tenus, & oẽs adeo quæ in Ægeo sunt mari, vnã dun-
taxat ciuitatẽ habent toti insulę cognominẽ, ita & Lemnum nominis sui vnam habere ciuitatem.
Porrò vt ex naui descẽderam, intellexi ciuitati nomen esse Myrinę: nec in regione ciuitatis illius
aut Philoctetis templum esse, aut sacrum Neptuni collem, sed in altera quę vocaretur Hephestias:
nec ciuitatem eam Myrinæ esse propinquam. Cum q; me Nauclerus expectare nõ posset, distuli,
vt cũ Roma in Asiã redirem, tum Hephestiada viserem: id quod feci prout speraueram & propo
sueram. Nam vbi ex Italia in Macedoniã traiecissem, eam q; penè totam pedestri itinere pertran-
siissem: peruenissem q; Philippos, quæ ciuitas est finitima Thraciæ: inde ad mare descendi quod
proximũ aberat centũ viginti stadijs: primumq; Thason transmisi, distantem plus minus ducen-
tis stadijs, atq; illinc in Lemnũ septingentis, ac rursum fermè septingentis in Alexandriam Troa-
da traieci. Ac proinde sanè ex industria tum de nauigatione, tum de stadijs adscripsi, vt si quẽ ea-
dem, quæ me, caperet Hephestiada visendi cupiditas, cognito eius situ sic nauigationem institue-
D ret. In tota nanq; insula Lemno orientem spectat Hephestias, occidentem verò Myrina. Et quod
à poeta dictum de Vulcano est, qui græce dicitur Hephestus, Decidit in Lemnum. propter collis
naturam occasionem sumpsisse fabulę crediderim: apparet.n. combusto simillimus tũ colore ipso,
tum ẽt quia nihil in eo nascitur. In hũc itaq; collẽ sacerdos, quo tempore ego ad insulã accesserã,
egressa, certo quodã tritici hordei q; numero in terrã cõiecto, alijs q; quibusdã pro religione patria
perpetratis, plaustrũ totũ terra impleuit. Atq; vbi in vrbẽ cõuexisset, quo dixi modo, illas fama ho
minũ adeo celebratas Lẽnias sphragidas pręparabat. Visum ergo mihi erat percõtari, nunqd vnq̃
antea hircinũ aut caprinũ sanguinem huic misceri solitũ memoriæ proditũ accepisset. Quo audi-
to oẽs in risum soluti sunt, nec ij sanè quiuis ex vulgo, sed viri oppido q̃ eruditi cũ in alijs, tũ præ-
cipuè in vniuersa patrię historia. Quin & à quodã librum accepi quondam ab incolarum quopiã
cõscriptum, qui oẽm Lemniæ terrę vsum edocebat. Quamobrem nec me quoq; piguit huius me-
dicamenti periculũ facere, acceptis fragidum viginti millibus. Sed & is, à quo librũ dono accepi,
inter principes habitus ad multa hoc vtebatur medicamine. Siquidẽ ad vulnera tũ vetera, tum ci-
catrici inducendę cõtumacia: ad hæc ad morsus viperæ, atque adeo oẽs ferarũ morsus: nec nõ ad-
uersus medicamenta lethalia: nõ antè modò exhibere, sed & post sphragide vti cõsueuerat. Adde
bat porrò sese periculũ fecisse medicamenti, quod quia fructũ iuniperi accipit Διὰ τῶν ἀρκευθίδων

nuncupatur,cui vtiq; indebatur & terra Lemnia: vomitum q; ciere aiebat, si quis cùm etiamnum E in ventre lethale venenum hæreret,alexiterium siue amuletum ebibisset. Et sanè nos quoq; huius fecimus periculum in lepore marino,& cantharidibus,cùm sese tale quippiam accepisse homines suspicarentur: verùm hausto,quod lemniã sphragida habebat,medicamento, protinus omne euomuerunt,nec postea vllum illis accidit symptoma eorum,quæ ad leporem & cantharides comitari cõsueuerunt,tametsi coniũcta esset perniciosorum medicaminũ exhibitio. Cæterum an ad alia mortifera medicamenta, hæc inquã quæ vocant deleteria, eandẽ vim habeat medicamẽtum quod ex fructu iuniperi & terra Lemnia conficitur, mihi vtiq; ignotũ est. At ille ab Hephestiade profectò asserebat adeo,vt & rabiẽtis canis morsum eã sanare diceret in vino diluto epotam: vlceri autẽ ex aceto impense acri impositam. Sed & aliarum ferarum ictus ex aceto sanare referebat,extrinsecus folijs insuper impositis, quæ putredini resistere didicimus. In primis verò pdicabat Scordiũ, deinde Centaurium exile,inde Marrubiũ. Porrò si qñ nos sanè ad vlcera cacoethe & putrida terram lemniam adhibuimus, magnificè profuit. Vsus autẽ est pro prauitatis vlceris magnitudine. Quippe id quod grauiter olet,impendio q; laxum molle q; est,ac sordidum,sustinet vt vel per acerrimum acetum lẽnia terra in lutosam soluatur consistentiam, aliorum more pastillorum, quorum alius alio vtitur: dico autem Polyidæ,& Prãsionis,& Andronis,& qui nunc dictus est,quem Be- F tinum vocant. Siquidem hi omnes valenter desiccantes prosunt vlceribus contumacibus, soluti interim quidem in vino dulci,interim sapa,interim œnomelite, non nunq; etiam alborum vinorum quopiam aut fuluorum aut flauorum,prout nimirũ vsus postulat: nã de talibus alibi definietur. Similiter verò qñq; soluũtur aut ex aceto,aut vino,aut aqua, aut oxymelite , aut oxycrato, aut melicrato. Porrò Lemnia terra ex aliquo comprehensorum soluta medicamẽ fit idoneum tum recentibus glutinandis vulneribus: tum medendis inueteratis,ęgre ad cicatricem veniẽtibus,et contumacibus. Similiter autem & alia quæuis terra pharmacodes siue medicamẽtosa. Necesse enim erit distinguere,sicuti suprà, ab elementari terra, in qua & lapides comprehendebantur, eam quæ in lutum soluitur: sic nunc ab ea,quæ colitur,medicamentosam. Nihilo enim deterius erit ita eam cognominasse,qua ad curationes vtimur: tametsi eius quoq; quæ colitur,si qua pinguis est, commoda est ad curationem earum omnium partium, quæ desiccari poscũt. Vnde sanè ea & Alexandriæ & per Ægyptum vtuntur multi sua vtiq; spõte ac iudicio, multi verò etiam moniti somnijs.

* Pasionis.

Vidi enim Alexandrię quosdã "aqua inter cutem laborãtes ac lienosos Ægyptiæ terræ luto vtentes,multos qui sibi suras,femora,cubitos,brachia,tergũ,latera,pectus q; inungerent,ac perspicuò iuuarẽtur. Eundem in modum & veteres phlegmonas,& laxa œdemata adiuuat lutum hoc. No- G ui siquidem quosdam,qui ex immodica per hæmorrhoidas euacuatione turgentes effecti ac tumidi,nõ obscurè fuere adiuti. Sed & quidam diutinos fixos q; parte quapiam dolores perpessi,luto hoc planè persanati sunt: desiccãdi nanq; vim terra quæuis possidet. Quoniam verò corpus eius natura siccum est,& quando prorsum igneę substãtię mistionis est expers,ita desiccat, vt minimè sit mordax,ad quod tamen etiam proficit si lauetur.

A.l.2. t. 2. ca. 412. fol.140. b

{ De terrae lotione }

CÆterùm lauatur terra oĩs ad eũdem modũ, quo propositũ est de Lemnia. Primum quidem maceratur aqua,quæ nullã habet medicamẽtosę qualitatis suspicionẽ. At vbi lutũ cõsederit, effundit quę innatat aqua: deinde quod post ipsam erat, segregat à lapidosis atq; arenosis quæ ad imum resederunt. Ac si exercitatum habeas gustandi sensum,ipse iudex eris accuratus,quã oporteat terrã lauare,quam non. Nam quædã lauari non desiderant,quædam etiam bis ter q; elui exposcunt. Ac lemniam quidem paratam accipis semel à sacerdote lotam, quæ iterum ablui nõ exigit.

{ De terra samia }

AT" Samiam ne lauari quidem opus est. Vtimur autem altera eius specie magis,quã Samium Astera cognominant,ad sanguinis expuitiones vndecunq; natas,velut etiã Lemnio sigillo. H Eãdem vi iuuant sanguinis ex vtero profluuia,& vocatum fluxum muliebrem. Quin & prosunt exulcerationibus dysentericis,anteq̃ putrescentia euadant vlcera: Nomas id genus affectus appellare medicis mos est, ab eo quòd putredo depascat,et ad vicinas partes serpat, {quod gręce dicitur νέμεσθαι.} vnà cum primum vitiata & ipsas corrũpẽs. Tametsi etiã in istis qñq; sum vsus Lemnia, & palàm profuit tũ per sedẽ infusa,tũ epota: vtiq; antea,quod facere solemus, vlceribus melicrato meraciore prius ablutis, posterius verò muria. Injciebatur ergo per succũ arnoglossæ: bibebatũ verò ex oxycrato aquoso. Sed nec paulo quopiam efficacioribus videtũ esse viribus Lemnia terra q̃ Samia: quare nec ea, quæ iã phlegmone tentari cœperint,vim eius perferunt, sed clarè irritantur. atq; exasperantur,potissimum si vir sit habitus molliori { quem malacosarcõ Gręci vocãt. } At à Samia adeo non exasperatur vlla sic affectarum partium,vt etiam mitigentur, maximè quæ humidiores sunt & laxiores,velut vbera,testes, adenes. Idoneè autem vtaris terra eiusmodi,si vbi ad læuorem redegeris per aquam , tantum admisceas olei rosati boni , quod mistione sua medicamentum à reficcatione prohibeat. Sed et cõmodum vtile q; est,vbi sic pręparatum fuerit,ad alias quoque phlegmonas calidas, & bubonas incipientes, & fluxiones podagricas , & summatim vbi refrigerare statutum est mediocriter cum mitigatione ac lenitione : vt euidenter appareat vim

A. ibidẽ.c.41.

Samiæ

A Samię mediocriter esse refrigeratoriam. Quin & magis quodammodo aerea est eius essentia collata ad Lemniam: cuius argumentum est & leuitas. His itaq; notis et omnem aliam terram medicaminosam æstimato. Dico autem notas consistentiæ tum leuitatem tum grauitatem, præterea q; in gustu asperitatem ac leuitatem, ad hæc tenacitatem, & abstergendi potentiam. Tenax enim & viscosus est Samius aster, cùm & Lemnia sphragis eiusmodi paululum quiddam habeat. Abstersoriam quoq; facultatem moderatam obtinẽt et Selinusia terra, & Chia: quamobrẽ mulieres quędam ad faciem ijs vtuntur. Ostensum autẽ est in tertio libro de ratione curandi, quicquid leuiter absterget, producendæ vlcerum carni esse idoneum. Id autẽ si etiam deficcet, cicatrici inducendæ habile est. Porrò omnium ex his aptissima sunt & ad vlcera quæ in summa cute consistunt, & ad ambusta, illa quæ cùm citra morsum exiccant, tum neque manifestò excalfaciunt, neq; refrigerãt. Quocirca terra Selinusia, & terra Chia pulcherrima sunt ad ambusta vlcerũ remedia. Exposcunt enim ea moderatissimè extergentia medicamina absq; insigni aut calfactione, aut refrigeratione: quod vtiq; inest tũ Selinusiæ, tũ Chiæ, tum Samiæ terræ. Dictum est autem q & huius species est Aster quẽ vocant, reliqua terra hoc præstãs, q viscosum quiddam ac tenax obtineat. Quocirca q cùm ad alia vlcera, tum ad ambusta pertinet, alijs terris quæ tenacitatem non habent, conferendus

B non est. Siquidem substantiam tenacitas magis reddit emplasticam, q̃ vt sinat abstergere: scilicet vbi nulla vtiq; alia adsit acrimonia viscoso tenaci q; corpori: vt in visco cernere est. Attamẽ Chia & Selinusia terra inferiores sunt Samia ad phlegmonas, in mãmillis, testibus, atq; inguinibus incipientes: tametsi vbi inopia est aliorum quæ summè prosunt, nec ipsæ planè ineptę sunt & incommodæ. Porrò Cimolia cum mistæ sit facultatis, partim refrigerat, partim etiam digerit, sed leuiter. Proinde dum lauatur, hanc facultatem deponit atq; exuit: absq; ablutione verò secundũ vtrasque agit facultates, ceu alia quoque cõpositorum medicamentorũ plurima, digerẽtia pariter & repercutientia. Porrò vtrãque facultatem facile indicat, dum illi miscentur humores naturę contrariæ. Nam si mista sit repercutientibus, refrigerantibus q;, lutum quod ex ipsa & illis conficitur, refrigerans repercutiens q; efficit: sin digerentibus, & ipsum digerens. Sic ambustis cõuenit. Atq; idiotę quidam protinus aceto maceratã illinunt. Sed in tali vsu non impẽse acre sit acetum oportet: ac si tale sit, aquam miscere pręstat. Et illud mihi semper memoria teneto, ceu cõmune omnis terræ leuis. Omnes enim ambusta iuuant, continuò illitæ ex aceto, aut oxycrato, nimirum bullas existere prohibentes. Cęterum contemplandum insuper est, corporis curandi quæ sit natura siue habitudo, dura'ne an mollis: Id in vniuersum præ oculis habendo corpora mollia valentium me-

C dicaminum vim haud posse perferre, dura verò posse. Sed hæc huius instituti non sunt, verum copiosius exponentur tum in tractatu de Cõponendis pharmacis, tũ in libris de Facile parabilibus. Præsens autem narratio à principio id studuit, vt generales inueniret facultates. Quibus animum intendens quispiam cõplura habiturus est ad particularis vsus copiam, vtique si vtẽdi eorum viã ac rationem insuper adiũxerit atque edidicerit. Quare immorãdum nõ est. Verum quod antea dictum est, nunc in memoriam reuocare oportet, nempe terrã ipsam expertem mistionis substantiæ generis alterius, vim habere citra morsum deficcãdi. Atqui cum nullũ reperire corpus queas mistionis ad vnguem expers, inspicienda item est eorum quæ illi accidunt commistio, id q; secundum leuitatis & grauitatis differentias, eas q; quæ in gustu visunt. Nam si qua eluceat adstrictio, tantum assumpsit frigiditatis, quantum habet & adstrictionis. Sin etiam acrimonia quædã appareat, tantum inesse scito caliditatis, quãtum & acrimoniæ. Similiter in leui & graui videndũ: cum leuitas illi inde proueniat, q larga & copiosa in tota eius temperie aerea insit substantia: grauitas verò quanto maior sit, tanto itidẽ syncerior terra existat. Terræ proprium est, q igni admota nõ fundatur aut liquescat: id quod accidit plumbo, stanno, argento, & auro. Itaque cum terram audis {ab argento} noiari Argyriten, vel {ab auro} Chrysiten, vel {à ferro} Sideriten (nã ita nuncu-

D pant quidã illas quæ ex metallis sumuntur) haud putes per totũ terræ immistum esse argẽtum, aurum, aut ferrum: sed contingere, coniunctas q; esse paruis terræ particulis immistas particulas paruas: in Chrysite quidem quæ ab auro dicitur, auri: in Argirite, quæ ab argẽto, argẽti: in Siderite, quæ à ferro, ferri: eas q; ab igne in fornacibus fusas coire adinuicem. Eundẽ in modũ quæ vitrum continet terra, arenosa est: in arena enim potissimũ eiusmodi substantiæ frustula reperiũtur sæpenumero parua. Et qui earũ rerũ periti sunt, cõspectis arenis talibus haud difficulter cognoscunt, quantum ex eis colligi queat vitri. Sed & auri quoque frustula exigua frequenter non paruo numero in quibusdã inueniuntur arenis. Verum nõ ex quauis arena, qui negocio huic sunt dediti, aurum vitrum q; extrahunt: sed eas eligunt arenas, quæ quã minimo impẽdio plurimũ cõgerũt. Siquidem post multos sumptus, quos in fornacibus instruendis facere necesse est, si paulũ modò colligeretur substãtiæ, damnosum id ipsis esset. Itaque cum in plurimis arenis auri vitri q; frustula parua contineãtur, qui talia callent, nõ ad quasuis accedunt. Ad eundem modum neque æs, aut argentum, aut ferrũ, aut stãnũ, plumbũ've ex quauis terra colligunt. Nec tñ vbi dictorũ quodque ab admista terra separauerint, quę reliqua est, alijs terris est similis, quas passim sic ab omnibus nũcupari proposui, quę cõmunem habent notam, q irrigatæ facilè soluantur in lutum: nã terræ quæ in metallis est, reliquiæ lapideæ fiunt, †nec macerari rigari'ue possunt. Dico autem rigari, per totã

A. ibi. c. 416.

†AP. ἄτηκτον idest nec liquari possunt.

ſubſtantiam humectari: madeſcere verò, extima tãtùm ſuperficie madefieri, haud etiam in altum E
penetrãte humore {illud τέγγεσθαι, hoc βρέχεσθαι, Græci appellitant.} Sic fit Cadmia, quã vocãt,
lapidea, nec ipſa rigari potis. Sed de talibus corporibus infrà diſſeretur. Nunc rurſum ad medica
minoſam terram reuertor, quæ proinde ꝙ aqua irrigata facilè in lutum ſoluitur, terra appellatur:
quia verò ea vtimur velut alijs medicamentis, idcirco non iniuria græcè Pharmacis idest medica-
minoſa, ſola vocatur: nẽpe quia aut ſola eſt eiuſmodi, aut euidentiorẽ ꝗ aliæ, vim medicaminoſam
poſſidet: Id quod ſanè verum eſt. Nominatur autem Ampelites, non ꝙ vitem in ea ſerere prꝗſtet,
ſed ꝙ viti circumlita interimat naſcentes in ea vermes, quos ſcnipas apud nos vinitores cognomi
nant. Naſcuntur porrò hi ineunte vere, cùm germinare vites, turgere q̃; earum pars vnde germẽ
exit (quem oculum nominant) incipiunt. Hos igitur oculos ſcnipes depaſcentes, non leuem viti
noxã afferunt: ac proinde oculorum iſtorum radices, qui hæc ſapiunt, inungunt ac illinunt. Hac
itaque ratione Ampelites & Pharmacites id genus terra appellata eſt, vel ex eo ꝙ ſcnipas perdat,
quantum habeat facultatis medicaminoſæ indicans. Sed & à reliqua terra, qua ad curationes vti-
mur, multùm diuerſa eſt, quippe quæ proximè ad lapideam perueniat: quamobrem miſceri eam
in medicaminum ſcriptionibus comperies, vbi exiccare atque digerere quid opus eſt. Nec enim
mordacitatis expers eſt, nec moderata, nec mitigandi vim obtinet, velut Chia, Samia, & Selinuſia. F

Atq; de Cimolia quidem dictum eſt, ꝙ illis paulo ſit valentior, veruntamen etiã morſus expers,
maximè ſi elota ſit. Cretica verò terra iſtis quodammodo aſſimilis eſt: verum admodum imbe- A.ibi.c.417.
cilla eſt, multum habens ſubſtantiæ aereæ. Ineſt tamen ei vis extergẽdi: quamobrem ea homines
vaſis argẽteis ſordidis ſplendorem recuperant. Itaque & hæc tibi vſui fuerit ad ea omnia, ad quæ
alias ſine morſu extergentes idoneas eſſe poſuimus. Harum omnium Lemnia valentiſſimas vi-
res obtinet: ſiquidem & adſtrictio ei quædam ineſt. Porrò Eretrienſis hac etiam valẽtiorem poſ
ſidet, hactenus tñ, vt non dum mordicet. Quòd ſi lauetur, valde moderata efficitur, non ſecùs atq;
ſupradictꝗ. Expedit verò hanc terram non ſemel, ſed bis ter'que lauare, vt & Cimoliam. Quin &
vrunt eam quidam, quò videlicet eſſentiæ reddant ſubtilioris & acrioris, vt & ad digerendi poten
tiam tranſeat. Cæterùm ſi vſta lauetur, tunc depoſita in aquam acrimonia ſubtilitatem quidem,
quam ex toſtione acquiſiuerat, retinens, deſiccantior conſtituitur. Quocirca cùm vſtionem non
experta, communi ratione terræ cuiuslibet, vlceribus ſit accommoda, magis certè iam cõgruit &
ad ea, quæ carnem ſibi reſtitui ægrè patiuntur: & ad ea, quæ ad cicatricem difficulter perueniunt,
ſi poſtquam combuſta fuerit, abluatur. Porrò cùm Duæ eius ſpecies ſint, ea quæ colore eſt cineri-
cio, illi quæ admodum albida eſt, præfertur. Eſt & alia terra dicta Pnigites, tota quidem facultate G
Cimoliæ aſſimilis, cæterùm colore diuerſa. Eſt enim atra, perinde vt Ampelites. Porrò viſcoſita-
tem & tenacitatem non minorem q̃ Samia terra obtinet, immo non nunꝗ etiam maiorẽ. Cꝗte-
rùm durãte hac immani & graui peſte, allata ad me & alia quædã terra eſt ex Armenia ea, q̃ Cap- A.l.1.t.1.c.413
padociæ finitima eſt, ſiccantior, colore pallido. Lapidem, qui donarat, non terrã, appellabat: prom fol.140.b
ptiſſime'que in lꝗuorem ſoluitur, ceu etiam calx: ſic enim videlicet nuncupo petram combuſtam.
Verùm vti nec in illa arenoſum quippiã apparet, ita nec in Armenia. Nam poſteaquàm in mor-
tario piſtillo comminuta eſt, adeo eſt lꝗuis, nec plus eſt lapidea, q̃ aut calx aut Samius aſter: tamet-
ſi non æquè vt aſter leuis eſt. Itaque illo etiam magis conſpiſſata eſt minus q̃; aeria: quamobrem
opinionem ac phantaſiã præbet ijs, qui negligentius intuentur, quaſi lapis eſſet. Cæterùm, quod
ad præſentia attinet, nihil intereſt, lapidem an terram vocites, ſi id modò teneamus, ꝙ ſummè de-
ſiccat. Siquidem ad dyſenterias, & ventris profluuia, tum ſanguinis expuitiones, & catarrhos, ad
hæc ad putreſcentia oris vlcera, in primis competit. Quin & eos magnificè iuuat, quibus ex capi-
te in thoracem fluxio decũbit: quamobrem illis, quibus ex tali occaſione aſſiduò difficilis eſt anhe
litus, validè prodeſt. Sed & eos qui phthoe laborant, adiuuat: vlcus enim eorum deſiccat, vt haud
etiam tuſſiant, niſi in victu peccetur non leuiter, aut ambiens derepente ad intemperiem recidat. H
Ac mihi videtur, ꝙ, ſicut in fiſtulis ſæpe conſpeximus, non in alijs partibus duntaxat, ſed in ipſo
etiam ano, vt citra collyrij immiſſionem, quod ſordem & callum auferret, ipſo duntaxat deſiccan-
te medicamine contraherentur ac clauderentur, ita quoq; in pulmonis eueniat vlcere. Siquidem
& ipſum ab exiccantibus, iuuari medicamentis perinde conſpicitur, vtiq; cùm mediocre eſt, non
admodum magnum. Itaq; viſi ſunt quidam eorum qui talia habebant, prorſum eſſe liberati. Ac
quidã, qui Roma in Libyam talem ob cauſam profecti ſunt, planè ſe ſanos eſſe credidere: & ſanè
vſque ad annos aliquot inculpatè tranſigebant: poſtea verò cùm nõ pari degerent cura et cautio
ne, reditus morbi apparuit. Hos ergo, vt dixi, Bolus armenia euidenter adiuuit: Quin & eos qui
Romæ agunt, qui aſſiduò difficultate ſpirandi diſcruciantur, magis etiam. Porrò in magna hac
peſte, cuius eadem facies fuit, atque eius quꝗ Thucydidis memoria graſſabatur, quotquot hoc me-
dicamen bibere, celeriter curati ſunt. At quibus non profuit, omnes interiere, ſcilicet cùm nec
alio quouis iuuarentur. Vnde colligitur quòd ijs duntaxat non fuerit auxilio, qui planè erãt incu
rabiles. Cæterùm bibitur ex vino albo, conſiſtentia tenui modicè diluto, ſi aut planè febri careat,
aut leuiter ea teneatur: ſin grauius febriat, admodum aqueo. Non tamen calore vehementes ſunt
febres peſtilentiales. Porrò de vlceribus reſiccari poſtulantibus quid attinet dicere, quantam vim
habeat

A habeat bolus hæc armenica? Liberum est autem vtcunq; appellare velis, siue lapidem, vt is qui mihi donauit: siue terram, vt ego, quandoquidem humidis rigari patitur.

Ex lapidibus

EX sponte natis corporibus sunt & lapides, hoc diuersi à nuncupata vulgo terra, ꝙ rigari non sustinent. Vires habent partim ẜm totius substantiæ proprietatem, partim secundum qualitates effectrices. Porrò vt hæc inter se differant, superius docui. Nunc autem sermo nobis esto de illis quæ secundum effectrices agunt qualitates: in quibus sanè est & vtendi ratio ac methodus. Si quidem, vt ostendimus, facultates quæ proprietatis totius substantiæ ratione insunt, à methodo ac rationæ alienæ sunt & per solam noscuntur experientiam. Nam cur hic lapis tacto vulnere, vnde sanguis prorumpit, cursum eius reprimat ac sistat, haud nouimus: At cur lapis quem vocant Hæmatiten, in oculares facultates indatur, haud latet: nam id rationis inuentum est. Si enim in cote oculari eum teras cum aqua, donec mellis crassitiẽ accipiat, adstringẽtem facultatem si gustare volueris, percipies. Atqui didicisti ꝙ phlegmonas etiãnum gliscentes, potissimũ quę contingunt in partibus neruosis, restringentibus medicamentis repercutere oporteat: at vbi haud etiam sanguis in partem affluit, adstringentibus medicinis, quę digerant adiungere, & sensim ad ipsa sola transi-
B re. Atq; de huiusmodi quidem facultatibus in lapidibus differemus, vbi ea prius in memoriam reuocarimus, de quibus fuse locuti sumus in libro contra eos conscripto, qui insultãt ijs, qui voce soloecismum committunt. Nam horum quidam λίθον {quæ vox lapidem Grecis significat} masculino genere efferri non sinunt: verũ si dicas, ἔμβαλλον τὸν λίθον ἐπὶ τὸν κύνα, non aliter vociferant, ꝗ̃ si ipsis in caput lapis esset coniectus: velut etiam siqs dixerit τὸν δρῦν {quercũ sonat.} exclamãt tanꝗ̃ fuste percussi. Itaq; siquis eorum suasu consueta medicis nomina mutare in animum inducat, dicens τὴν λίθον, τὴν αἱματίτην, & τὴν πυρίτην, & τὴν γαλακτίτην, & τὴν σχιστὴν, vt curiosus sanè & stolidus damnabitur: nimirum cum veteres ex more oẽs masculinè efferãt eorum differentias, αἱματίτην, πυρίτην, γαλακτίτην, μελιτίτην, γαγάτην, σχιστόν, φρύγιον, ἀράβιον, μεμφίτην. Ecõtrario verò τὴν πέτραν fœmininè pronunciãt, non τὸν πέτρον masculinè. Nã ἀσίαν πέτραν, nõ ἄσιον πέτρον noĩant λίθον ἄσιον hoc est lapidem asium, ceu ẽt asiæ petræ florem. Porrò ex petra cõbusta calcẽ fieri dicunt. Attamen Heraclides Tarentinus, & alij non nulli non ex quouis lapide calcẽ fieri volunt, sed ex sola petra, nuncupãtes ita per excellentiam solum, qui sit lapidũ durissimus. Equidem ego vel ex industria & studio consueui mutatis inuicem nominibus vtroq; modo talia efferre, de quibus inutiliter non nulli rixantur, id re ipsa commonstrans, nihil offendi enarrationis cla-
C ritatem, vtrouis modo quis dixerit. Cæterùm mirãdum non est, qui ignorant enarrationis secundum naturam, aut vnam solam habendam virtutem, ipsam scilicet perspicuitatem ac claritatẽ, aut certè omnium aliarum primam atq; optimam, si ad tantas vertantur nugas. Itaq; de ijs lapidibus primum differam, qui mortarij aut cotis attritu in liquorem succum'ue soluuntur.

Ciseris Pumex.

Cæterũ si Pumex inter lapides recẽseri potest, & ipse eiusdem est facultatis, quod certè ad abstersionẽ attinet, velut ẽt figulina testa, ac multo magis ea quæ fornacium est. Sed Smiris acrimoniæ quiddã obtinet: Proinde causticis et desiccãtibus facultatibus à qbusdã miscet̃, eis q; quę curãt gingiuas laxas, ac mollitie fluidas. Pumex aũt si cõburatur, haud erit inferior eosdem ad vsus Smire.

De Lapidibus, Qui in Spongijs reperiuntur.

Al.2.t.2.c. 396. fol.139.d Lapides "qui reperiunt̃ in Spongijs, frãgendi vim obtinent, nõ tñ ita validam vt lapides in vesica comminuant: & qui id scriptum reliquerũt, mentiti sunt. Verùm qui in renibus cõsistunt, rũpunt, velut qui ex Cappadocia conuehuntur, quos in Argæõ nasci aiunt. Soluunt̃ autẽ hi in succum colore lacteum: ex quo liquet, ꝙ extenuandi vim obtinent absq; vt insigniter excalfaciant. "Al. Argalo

Ostracites, & Geodes, & Cotis Naxiæ ramentum.

D Porrò Ostraciten vocatum lapidem prædicare quosdam audio quasi desiccandi valenter facultatem obtineat, temperatam ex adstrictione & acrimonia: Velut Geodẽ nomine, pupillas expurgare, et vberum testium q; phlegmonas sanare, ex aqua videlicet inunctum. Attamen Cotis Naxię ramentum mammas virginibus suo tempore prohibet tumescere, & puerorum testes, tanquã videlicet particeps facultatis refrigeratoriæ.

Ophites, & Vitrum.

A.ibi.c.406.f Sed "Ophites quem vocãt, lapis, vstus extergẽdi confringendi q; vim possidet, Ceu etiam Vitrum. Admodum enim ipsum ex vino albo ac tenui epotũ lapides vesicæ conterit atq; cõfringit. Verum ipsum in lapidibus quispiam fortè non numeret.

Iaspis Viridis, & Lapis Omphacites, & Hieracites, & Indicus.

A.ibidẽ.c.408. Proprietatem "non nulli lapidibus quibusdam testimonio suo adscribũt, qualem re uera habet Iaspis virens, nẽpe stomachũ adhæsu, ventris q; os adiuuans. Ac nõ nulli quoq; ipsum anulis inserunt, scalpunt q; in eo dracone radios habẽtẽ: velut Rex Nechepsos memorię prodidit in quarto & decimo libro. Sanè huius ego quoq; lapidis abũdè feci periculum. Torquẽ enim ex huiusmodi lapillis confectũ à collo suspendi, ita vt lapides os ventris cõtingerent. Apparebant autẽ nihilo secius prodesse, etiãsi sculpturã nõ haberẽt, quã scripsit Nechepsos. Porrò lapidem Omphãtiten *Al. Ophiten.

vir fide dignus re vera iuuare morsos à vipera suspensum retulit. Sed eiusmodi facultates extra E vsum sunt methodo constantem: Velut etiam cum Hieracites & Indicus profluentem ex hęmorrhoidibus sistunt sanguinem.

Sapphyrus.

Sed & Sapphyrus ictos à scorpio epotus iuuare creditur.

Aphroselinus.

Et Aphroselinus quem vocant, comitiali morbo vexatos: non tamē nos experti sumus. Sunt verò & alij lapides nō nulli, qui aduersus quędam suspēduntur. Cęterùm quidā, characteres quosdam & literas inscriptas habent: sicut qui hæmorrhoidibus cōgruit Hieracites, cuius nos fecimus periculum. Sed non est nunc tempus de illis disserere, qui sola experientia fidem habent, ac nō rationali quadam methodo in vsum veniunt: aliud de his tempus erit & locus. Nunc autem ad id quod ab initio nobis toto opere propositum fuit, reuertor.

Thyites Dioscoridis.

Omnium dictorum lapidū valentissimam vim habet Is qui ex Æthiopia affertur, quadantenus subuiridis, vt Iaspis quem vocant. Soluitur hic lapis in succum colore lacteum, gustu verò mordacem: Ac proinde illum nemo ocularibus miscet facultatibus, nec fluxiones repercutientibus, neq; F vlcera sanantibus: sed tantùm ad purgandū, & abstergendum quę pupillā offuscant absq; phlegmone, ex quibus sunt cicatrices recentes, quas attenuare potest. Sed & oculorum vngues (Græci pterygia vocant,) vtiq; si non admodum duri fuerint, exterget.

Iudaicus.

Est" & Alius lapis viribus valentioribus in Palæstina Syria proueniens, colore candido, specie concinna, lineas habēs ceu torno ductas: appellitāt eum à loco in quo nasci consueuit, Iudaicum: A.l.2.t.2. ca 394.fo.139.c.d Vtuntur q; ad vesicę lapides, in cote soluentes, & ex aquæ calidæ tribus cyathis potui præbentes. Sane in quibus nos experti sumus, proficit nihil, quod ad lapides vesicæ pertinet: verùm ad eos qui in renibus hærent, efficax est.

Pyrites.

Vnus eorum qui validā facultatē possident, est & Pyrites quē vocant, quo vtimur digerēti emplastro admisto: adijcitur ei & schistos. Ab hoc medicamine & pus sępenumero, & cōsistētia grumosa in spatijs intermedijs musculorū nata, per halitum digesta sunt. Cęterum lapides oēs vbi in vsum vocantur, admodū vehementer contusi, atq; ad lęuorē redacti sint oportet, similiter atq; ea quæ in ophthalmicas facultates admiscentur. Etenim nisi pollinis instar cōminuantur, adeo vt in G profundum corporum, quibus applicant, subeāt, assimiles manēt istis marinis & fluuiatilibus arenis, quæ & ipsę cōmunem oīum lapidum vim possident. Siquidē exiccant tumentē ab aqua inter cutem carnē, videlicet laborante in eis excalfactis decumbente. Non tñ ad aliud quippiam eis vtimur tanq̃ prædictis, puta ad ophthalmicas, & sistentes tum sanguinē tum muliebre profluuium facultates: pręterea ad glutinãda vlcera, cicatrice claudēda, carne implēda. Nam qui ex eis acres nō sunt, ad hæc oīa sunt vtiles: velut & acres, quorū posterius mentionē faciā, ad detergendū abstergendum q;, tum detrahendum, extenuandū, digerendū, valenter q; siccandum, & colliquandum.

Phrygius.

Huius" facultatis habetur & Phrygius quem vocāt. Sed eo semper vtor, combusto quidem ad A.ibidē.c.405. vlcera putrida, id q; aut ipso per se, aut ex aceto, aut œnomelite, aut oxycrato: ad oculos verò medicamentum siccum efficiens: quod multi nunc acceptum à me obtinent. Miscentur ei & alia quępiam. Dicetur autem de ipso in opere de Componēdis pharmacis. Nunc satis est de generali eius facultate explicuisse: Validè enim desiccat, habēs quiddam adstrictionis simul & mordicationis. Dictum verò superius est ea esse omnia optima medicamina, plurimi'que vsus, quę mistas in sese hasce duas facultates habent, nempe repercutientem, & digerentem. H

Ageratus.

Est aūt lapis" Ageratus quē vocant, quo vtuntur coriarij, facultatis mistæ, adstringētis scilicet, A.ibi.c.409. & digerentis. Sed de sola adstringente considerandum. Iuuat quidem euidēter columellas phlegmone grauatas: non tamen apertam gustu adstrictionem præferre aut acrimoniam conspicitur.

Asius.

Est & Alius lapis in Asso proueniēs, quē ob id ipsum Asion cognominant, nō durus vt petrę. Siquidē color illi est pariter q; consistentia ceu tophi, friabilis & laxus. Innascit ei quiddā farinę tenuissimę simillimū, qualis in molarū parietibus adhęrere visit. Appellitāt hoc medicamentū Petrę Asię Florē. Est verò & subtiliū partiū, vt sine morsu nimis molles carnes ac fluidas eliquet. Petra verò in qua nascit, tametsi vim habeat illi similē, actionis tñ vehementia inferior est. Hoc enim ea potior est flos, non tantùm q̃ magis colliquet ac digerat, & velut sale condita seruet, sed & quia hæc præstet absq; vehemēti mordicatione. Habet & salsedinē quandā in gustu hic asiæ petræ flos: vt coniectura sit illū nasci ex eo, q̃ ros quidā ex mari in petram residens, postea à Sole desiccetur.

Gagates, & Thracius.

Est & Alius lapis colore atro, qui vbi igni admotus fuerit, persimilē bitumini odorē exhibet: quem

A quem Dioſcorides, nõ nulli q; alij in Lycia inueniri prodiderunt ad fluuium noĩe Gagaten: vnde & ipſi lapidi nomenclaturam inditam dicunt. Ego tñ eum fluuium non vidi, tametſi parua naui cula totius Lyciæ littora legerim, quò videlicet quæ in ea ſunt inſpicerem. Cruſtaceos verò lapides nigros, & qui in ignẽ additi exilem flãmam ædẽrent, cõplures ex Cœle Syria aſportaui, natos in colle, Mortuum mare quod vocãt, circundante, quà orientẽ ſpectat, vbi & Bitumẽ eſt: erat que lapidum odor ſimilis bitumini. Vtebar q; eis ad inflationes in genu diuturnas, & ægrè curabiles, miſtis videlicet facultatibus quæ ad hoc ſymptoma probatæ fuerant: planè q; viſus ſum mihi euidentiorem earum facultatẽ reddidiſſe. Miſcui verò ipſum & Barbaro quã vocant: & palàm medi camentum effectũ eſt exiccãtius, adeo vt & ſinus contraheret, nedum cruenta vulnera glutinaret, ad quę cõpetere maximè creditur. Eſt & Alius lapis, cuius meminit Nicander hunc in modum,

Si lapis vratur candenti Thracius igne, &
Poſt madefiat aqua, flagrabit totus: at idem
Mox oleo affuſo penitus reſtinguitur. Adfert
Thracius hunc ad nos paſtor de flumine, nomen
Cui Pontus.

B Verùm nullus eius in medicina vſus eſt: neq; Nicãder præter graueolentiam, quæ ſuffitu feras fugat, quicquam ei adſcripſit.

Magnites, quæ & Heraclea Magnes.

A.ibi.c.463. Ex "lapidibus vnus eſt & Magnites, & Heraclea quã vocant, adſimilẽ Hæmatiti vim obtinẽs.

Arabius.

Attamen Arabius quẽ nominant, lapis elephãti ſimilis, deſiccãtis abſtergentis q; facultatis eſt.

Alabaſtrites.

Et Alabaſtrites, vocatus Vnguis, in medicinæ vſum ingreditur combuſtus. Quidam eum bibendum dant ſtomachicis.

Smiris.

Sed & vocata Smiris q multam abſtergentem habeat facultatem, clarum eſt vel ex eo, q dactylioglyphi hoc eſt qui anulos exculpunt, eum in vſum illo vtãtur. Quin etiam q dentes puros efficiat, experti ſumus.

Hæmatites, Galactites, & Melitites.

A.l.2.t.2.c.236. fol.125.c Porrò "talium quoq; vnus eſt Hæmatites quem vocant, à coloris ſimilitudine id appellationis C ſortitus: Sicut & Galactites, quando & ipſe in ſuccum ſolutus, lacti ſimilis conſpicitur. Huic aũt colori adſimilem ſuccum efficiens, Melitites à mellis ſimilitudine, quod guſtu repræſentat, nũcupatus eſt. Porrò oſtenſum in quarto horum commentariorum eſt, q ſuccus omnis dulcis à tempe rato calore talis eueniat, adſtringens verò à frigore. Habebit ergo lapis Hęmatites tantum frigiditatis, quantũ habet adſtrictionis: Melitites verò calorem temperatum: mediã autem vtriſq; tẽperiem Galactites. Meritò itaq; auſi ſunt medici ocularibus facultatibus lapidem miſcere Hęma titen. Ac ſolo eo vti poſſis palpebris exaſperatis: ſi quidẽ cùm phlegmone aſperæ ſint redditæ, ex ouo ipſum diluens: ac ſi magis, etiam per decoctum fœnigræci: Sin vero citra phlegmonen, ex aqua. Incipito vero ſemper à modicè humido, per ſpecillum infundens: vbi autem q vires eius ſe rat conſpexeris, magis ac magis craſſum efficies: ac tandem adeo craſſum facies, vt ſpecilli cuſpide inungas ſecundum ſubiectionem aut euerſionem palpebræ. Hic idem lapis ſimiliter in cote contritus ſanguinis expuitioni competit, omnibus q; vlceribus. Porrò ſiccus ſi ad tantũ redactus fue rit læuorem, vt pollinem tenuitate ęquet, reprimit excreſcentia. Atque eo nullus ſolo atq; per ſeſe vtitur. Ego vero ad ea, quæ dixi, vſus ſum, facultate eius ex guſtus qualitate cõperta, cùm mox experientia periclitari vellem, nũquid rectè conieciſſem. Et ipſa quidem oculorum vlcera ſolus per D ſe cicatrice includit, vt paulo antè comprehenſum eſt attritus, cæterùm aut affuſus, aut inunctus: nam & id experientia exploratum habeo.

Schiſtos, Ac Multi alij Lapides.

Huic lapidi perſimilem vim obtinet, verùm infirmiorem, is qui vocatur Schiſtus: ac poſt eum Galactites. At Melitites caliditatis etiã non nihil, vt dixi, adiũxit. Vt itaq; vnuſquiſq; leuiter ac ſen ſim ab Hęmatitis facultate recedit, ita ad oculos in vſum ducit: eſt tñ mitior. Porrò mitiora remedia partibus etiãnum phlegmone afflictis ſemper gratiora ſunt atq; iucundiora: cæterum liberis iam phlegmone partibus, infirmiora q̃ quæ perſanare valeant. Porrò cùm lapidibus oĩbus com mune ſit vt deſiccent: quotquot ex ijs in ſuccũ ſoluti, aut alioqui ad læuorẽ triti, nullam euidentẽ qualitatem in guſtu obtinent, hos putandũ eſt eſſe tũ infirmiſſimos, tũ mitiſſimos, tũ minimè mor daces. At qui manifeſtã guſtui qualitatẽ offerũt, hi pro qualitatis proportione potentiã poſſidẽt: ac ſi quidẽ adſtringant, ad cõprimendum, conſtringendum, ſpiſſandum, & contrahẽdum: ſi verò mordicent, ad excalfaciendum, digerendum, & liquandum: medij eorum ſunt, qui abſtergent citra adſtrictionem aut mordicationẽ. Igitur Hęmatites, Schiſtos, Galactites, ac Melitites, in ſuccũ ſoluunt, quo poſui modo, ad cotẽ aut mortariũ attriti, cùm ſint & alij lapides in ſuccũ ſolubiles, vt qui in Ægypto naſcitur, quo vtuntur ad ſplendorem linteis conciliandum. Eſt autem omnium

dictorum minimè qualitatis particeps,nec adstrictionem,nec morsum,nec abstersionem prę se fe E
rens. Quocirca hoc ipsum duntaxat lapidi huic inest,quod deliccet videlicet. Proinde cerato eum mi
scentes, ad cicatricem vlceribus inducẽdam in mollibus corporibus vsurpant. Sed & ocularibus
miscetur facultatibus perinde vt modo dicti: at quanto est maiore emolliendi vi quàm prædicti,quod nul
lam videlicet effectricem qualitatem habeat, tanto etiam moderatior est, magisq; dolorem leuat.
Hunc lapidem quidam Moroxum,non nulli Leucographida nuncupant.

METALLICA MEDICAMENTA

Metallica medicamẽta appellare medicis mos est,quorum generatio in metallis est,siue spon
tanea, siue per fornacem facta. Et ad hæc tertio loco sunt quæ rursum homines ex his ipsis
præparant quouis modo, velut cerussam, psorycum, sandyca, phycum. Deinceps itaq; de singu-
lis dicetur ea serie literarum,qua quodq; nomen incipit. Verùm illud primum de oĩbus illis dice
mus cõmuni præfatione,qualẽ de lapidibus paulo ante habuimus, & his ẽt superius de terra medi
caminosa. Nã vti illis id inter sese oĩbus cõmune est, vt desiccent,ita metallicis quoq; medicamen
tis oĩbus: est enim essentia eorum terrea, secundũ elementaris videlicet terræ significatum nũc lo-
quẽdo. Sed quẽadmodum à nobis ex terra figulina,dolia,& fictilia,ollæq;,& alia eiusmodi, paran
tur,per ignem qui torrendo humiditatẽ absumit, durata: eundẽ in modũ in terra,caliditate diuti- F
na mistã ex terra & aqua, non nunquam etiam aere, substantiã vniente tẽperatẽq;, ac postea desiccan-
te,metallicorũ medicamentorum proueniunt consistẽtię. Porrò locorũ in quibus hæc proueniũt,
natura,prout plus minus q; est frigida, alia plus alia minus congelat ac cogit. Quẽadmodum itaq;
in terræ differẽtijs plurima inest essentia terræ elemẽtaris,paulum verò aeris: ita in metallicis mul-
tum immistũ est igneæ substantiæ. In medio eorum sunt lapides. Proinde pleraq; metallicorũ me
dicamentorũ alia semel aut bis,alia verò frequẽtius lota, idonea sunt ad desiccantes sine morsu fa-
cultates. Atq; hę sunt cõmunes rõnes quas de his oĩbus pręscire oporteat. Deinceps vero dicent
quæ cuiq; singulatim sunt propriæ,id q; iuxta literarum, à quibus appellationes incipiũt,ordinem.

Hales Sales.

Sal "Partim ex mari prouenit, in salinis videlicet,quas Græci vocãt halas,cuius & inter marina A.l.2.t.2.c.616.
medicamenta mentionẽ facturi sumus: Partim ex terra effoditur {Gręci ὀρυκτὸς ἅλας nominãt}
cõmuni metallicorum genere comprehensus. Vtriq; vis adsimilis est,siue fossilis sit,siue ex mari
oriundus. De quibus & suprà verba fecimus libro quarto,eo loco, vbi salsum ac salsuginosum sa-
porem ab amaro distinximus. Ac nunc quoq; dicetur,quod Aphronitri quidem amarus est & abster
gens: Salis vero tanto in abstergendo inferior est, quãtum accessit adstrictionis: est enim ex dua- G
bus qualitatibus mistus,abstergente videlicet, & adstringente. Porrò quod magnopere vterq; desic-
cet,suprà monstratum est. Cæterùm vtriusq; in medio est Nitri sapor.

Armeniacum.

Armeniacum "vim hẽt extergẽtẽ cũ leuicula acrimonia, & leuissima adstrictione. Itaq; tale cũ A.ibi.c.618.
sit,ocularibus miscetur facultatibus. Et ipso per sese quoq; ad pollinis læuorẽ redacto,vtunt sicco
ad pilorũ in palpebris incrementũ: nẽpe vbi prę humorũ acrimonia partim excidũt, partim verò
nec crescunt,nec alunt. Siquidẽ depastis his acrimonijs,in bonũ naturę habitũ pars reducitur: cu-
ius cũ alia sunt munera, tũ ẽt producẽdi,incremẽtum pbendi,ac roborandi,q in palpebris sunt pi-
li: Quippe cùm prima & ex professo,quędã sint medicamentorũ opera: quædã vero mediante na
tura, quæ animantiũ corpus dispensat, æduntur, velut quæ in ipsis calliblephara nuncupant. Ipsa
enim partes oblęsas mediocriter desiccãt,pilos corrũpentẽ humiditatẽ absũmẽdo: quę vbi abolita
est,tum natura ad proprias redit actiones,nimirum sublatis, quæ hactenus impedimẽto fuerant.

Arrhenicum Auripigmentum.

* Ar. Arsenice seu Arsenicon.

Arrhenice,"siue Arrhenicũ (vtroq;.n.modo appellitãt) facultatis est causticę siue vrentis, id q; A.ibidẽ.c.49.
tam cõbustum,quàm vstionis expers. Cæterũ id constat vstione reddi tenuiorũ partiũ. Vtunt porrò H
eo ceu adurente ad denudandã pilis partẽ quãuis: verũ si diutius inhæreat, nec cuti ẽt ipsi parcet.

Aphrolitrum.

† Aphronitrũ à spuma nitri differt. Nitri enĩ spuma &c.

* Aphronitrũ.

†nitri. †nitro.

†Aphrolitrũ "ab Aphonitro differt. Litri enim aphros hoc est spuma, medicamẽtum est exic- A.ibidẽ.c.84.
catorium,aspectu triticeæ farinę similis: etenim alba est,nõ vt asię petræ flos, cinericea: Aphõni-
trum vero farinę speciẽ nõ habet: neq; solutũ est, sed congelatum et coactũ: quo qui in balneis sor
des exterunt,quotidie vtuntur: ea detergendi facultate,vt non modo sordes extergeat,sed ẽt pru-
ritum sanet,nempe digerendis quæ ipsum excitant saniebus. Non abs re itaq; medici ex eo mul-
ta digerentium medicaminum præparant. At spuma†litri eiusdem quidem cum†litro tum natu-
ræ,tum facultatis est,cæterum essentiæ tenuioris. Dictum tñ paulo antè est,Nitrum in medio con
sistentem habere facultatem aphronitri & salis. Aphronitro enim sola inest vis extergendi, sali ve
ro etiam adstringendi multo magis,ac extergendi.

Gypsus Gypsum.

Gypsum "& ipsum ad cõmunem omnium terrenorum lapidosorum q; corporum facultatem, A.l. 2. t. 2. c. 284.fol.131.d
qua desiccare dicta sunt,insuper hoc adiũctum habet,quod est facultatis emplasticæ. Vnitur enim ip-
sa ad sese, & cogitur,lapidescit q; macerata. Quamobrem siccis medicamentis, quæ ad sanguinis
accommodantur

A accommodantur eruptionem, vtiliter commiscetur: nam ipsa per sese lapidosa fit coacta ac cõgelata. Proinde rigare diluere q; illã excogitaui tenui albo q; oui liquore, quod ad ophthalmias vtile est, admisto quod in farina triticea est pollinis tenuissimi, qui in parietibus molarũ residet. Excipere verò, quod sic maceratũ est, tenellis leporis pilis, aut qui perinde sunt molles, expedit.

Gypsum Κεκαυμένον hoc est Deustum.

Gypsum Combustũ non æquè emplasticã vim habet, cæterum tenuiorum est partium, & valẽtius desiccat. Quin & repercussorium est, maxime si maceretur oxycrato.

Diphriges.

Diphriges mistã habet tum qualitatem, tum facultatem: habet.n.in sese quiddã & mediocriter adstringens, & mediocriter acre. Quamobrẽ vlcerum rebellium optimũ medicamen est. Cõuexi aũt & huius medicamẽti vim ingẽtẽ ex ijs, q ĩ Cypro sunt Soli, vbi metallũ ab vrbe abest quasi triginta stadijs. Proiectũ.n.erat in medio spatio ædium, quæ antè metallum extructæ erant, & vici q ei subiacet. Cæterũ Præfectus ac Procurator metalli, id quod post cadmiam reperiretur, esse dicebat inutile: itaq; abijci non secus atq; vstorum in foco lignorum cinerem. Verum hoc mihi multo vtilissimũ factum est medicamentũ, tum ad putrescentia oris vlcera, siue per se, siue cum melle B cui detracta sit spuma: tum ad anginam, videlicet vbi iam per adstringentium medicaminum auxilium constitit quod influebat. Præterea columellam vbi præsecuissem, ipso solo & statim, & vsque ad cicatricem, sum vsus: ac frequenter exactè occlusam effecit cicatricem tũ huius particulæ, tum omnium adeo exulceratarum: sic in vlceribus omnibus pudendorum, atq; ani. Vsus autẽ similis est vt in oris vlceribus: siquidem eæ partes eisdem ferè medicamentis gaudent, nimirum calidæ similiter ac humidæ. Verũ hæc oratio iam tractatum de componendis medicamentis attingit. Ea itaq; omissa, ad id quod propositum est pergamus, vniuersalem medicamẽti cuiusq; facultatẽ exponẽtes, sicut sanè diphrigis diximus. Adijciã verò huic, qui de illo habetur, sermoni rem nõ modò de Diphrige scitu vtilem, sed & de Lemnia sphragide, & põpholyge, & opobalsamo, & lycio Indico. Nã etiãnũ adolescens didici hæc ita p̃parare, vt à veris natiuis q; nihil differre viderẽtur: nã q me docebat ingẽti mercede, homo curiosissimus erat, nõ in his tm̃, sed & alijs similibus. Itaq; in Lemnũ, in Cyprũ, in Palæstinã Syriã, eo studio nauigaui, vt medicamẽtorũ istorũ cuiusq; vim magnam, quæ in oẽm vitam meam satis foret, reponerem. Sed & lyciũ Indicũ nuper asportatum in Phœnicen cum aloe Indica id temporis commodum accipere contigit, cum à Palęstina iter reflecterem: cùm persuasum haberẽ, eo ipso, q; à camelis cum tota sarcina aduectum esset, pro-C culdubio esse Indicum: quod q; adulteratum haud nosci ab ijs qui portassent posset, propterea q; materia, ex qua id præparatur atq; adulteratur, illis in locis haud nasceretur. Porrò satius visum ẽ mihi, quibus rationibus ea adulterantur, haudquaq̃ adscribere, vtpote cùm homines scelerati ĩ lucro ponant talia posse discere. Nec enim necessarium est cum verorum ac germanorum notis ac indicijs adulterandorum nosse compositiones, cũ nihil ad ea discernenda conferãt: immo optẽ, si fieri posset, quæ à maioribus me perperam conficiendorum medicaminum proditę sunt compositiones, omnes prorsum delere atq; extirpare.

Theion Sulfur.

A. ibidẽ.c.612. Sulfur" omne trahendi vim possidet, est q; temperamenti calidi, atq; essentiæ tenuis, adeo vt ad multa venenatorum animalium resistat. Siquidem ego aduersus Turturem marinũ, & Draconẽ, sæpenumero eo sum vsus: & cùm id piscatores quosdam docuissem, reuerso post aliquantum tẽporis magnificè medicamentum hoc commendarũt. Vsus eius est, vt & siccũ ictui inspergatur, & cum saliua mistum: nam cùm & hoc excogitassem, ab experiẽtia cõprobari repperi. Sed & vrina maceratum idem effecturum excogitaui. Docebã enim piscatores medicamenta maxime parabilia: dixi q; pulchrè illos & cum oleo veteri, & melle, & resina terebinthina vsuros. Et sanè ho D rum omnium experientia iudicium præstitit. Quin & psoras, & lichenas, & lepras, non rarò hoc medicamento cum resina terebinthina sanaui. Extergit enim omnes id genus affectus, atque in profundũ nõ repellit: cùm alia multa medicamenta, quę illos curant, mistam habeant potentiam, nempe vt digerant pariter & repercutiant.

Ios Aerugo.

A.ibi.c.739. Aerugo" gustantibus acrem qualitatem offert, digerens, detrahens, & liquans non tenerã modò sed & duram carnem. Porrò suprà dictum est non nullos eius generis medicamenta, Epulotica hoc est quæ cicatricem inducãt, appellare, cùm ijs in tenuissimũ pollinem tritis per specilli cuspidem cõtigerint vlcera excrescentia, ac postridie contracta reperiant: tametsi illos haud lateat, si paulò plus impositum foret, sese vlcus non contractum sed erosum inuenturos: Siquidem colliquat & digerit carnem: cũ medicamenta epulotica contrahant, constipent, constringant, & calli in morem illã indurent. Quin & gustum mordicat ærugo, nõ tm̃ ipsa vlcera. Quòd si pauculum eius, cerato nõ pauco admisceas, id quod ex ambobus mistum est, citra morsum exterget. Dictũ verò suprà est de talium medicamentorum natura: tum vt sese quidam fallant, ex talibus compositionibus aut sarcoticam aut epuloticam facultatem medicamentis adscribentes, quibus minimè oportet, vtpote cùm ipsa id præstare nequeant, verùm ea, quæ ex ipsis composita sunt.

Cadmia.

Cadmia. E

Cadmia fit, vbi in fornacibus æs paratur, nempe tota terra ex qua ęs generatur, in fornacibus in altum egerente velut fuliginem quampiam, aut fauillam, vtcunq; appellare libuerit. At si non terram, sed lapidem, nuncupare velis, ex quo in fornacibus secernendo partim fit æs, partim cadmia, partim diphriges, nihil sanè retulerit. Sed & in argenteis metallis efficitur simili secretione siue generatione, aut quomodocunque vocare voles. Quin & ex Pyrite lapide in fornacibus vsto fit cadmia. Cæterũ absq; fornace in Cypro cadmia inuenitur: ac iure quispiam illam lapidem nũcupet. Itaq; in Solis paucissimum ẽt reliquũ erat cadmiæ, quæ in fornacibus prouenit, quo tpe ego in insula peregrinabar. Verum lapides, qui in montibus & riuis reperiebantur, à metallis Præfecto acceptos, in Asiam Italiam q; portaui ad amicos: à quibus summam inibam gratiam, q se vel maximũ munus accepisse dicerent, & quæ alia omni cadmia multo esset pręstãtior. Et talem certè meritò quis lapidosam vocet cadmiã. At eius quę cõbusta est, aliam Botryitin, aliam Placitin medici nuncupant: Botryitin quidẽ, quæ in æditioribus domorũ, in quibus fornaces extructæ sunt, partibus colligitur: Placitin verò, quę in inferioribus. Ac liquet sanè botryitin partium esse tenuiorũ, crassiorum verò placitin, vtranq; aũt vi deliccãdi, ceu alia metallica omnia, & lapidosa terrena q;. Porrò præter desiccandi facultatem mediocriter item extergit. Attamẽ quę in fornacibus colligitur, igneę facultatis aliquid habeat necesse est. Meritò itaq; lauantes eã, medicamentũ efficiunt mediocriter tum desiccans, tum extergens absq; mordicatione, vtile ad vlcera carnis impletionẽ poscentia, & in oculis, & in toto corpore. Porrò vlcera magnopere humida aut putrescẽtia in corporibus impendio mollibus, qualia sunt eunuchorum, puerorum, ac mulierum, eiusmodi cadmia adiuuat: at in durioribus & contentioribus, quæ valentius desiccant requiruntur. Itaque illud semper memoria tenendũ sermonẽ ad temperatam & mediam excessuum naturã in ijs, quæ ita simpliciter efferuntur, referendũ: puta cũ dicimus medicamentũ aut vlcera carnẽ implere, aut cicatricẽ claudere, aut aliud quiduis eius generis præstare: ad quam vtiq; & nos respiciẽtes, desiccatoriam leuiter q; abstersoriam cadmiæ inesse facultatem dicimus. In caliditatis aũt & frigiditatis differentia, temperata quodammodo existit cadmia, nempe neutrum insigniter efficiens. F A.l.2.t.2.c.165. fol.119.c

Cinnabari.

Cinnabari" modicè acrem facultatem obtinet. Habet verò & astrictionis quippiam. A.ibi.c.627.

Ciseris Pumex.

Pumicẽ si inter metallica recenseas, calũniabuntur, quibus animus prurit accusandi libidine: & si inter lapides ponas, lapidem esse negabũt: ac multo minus terrã esse concedent: nec marinorũ haberi quodpiã volent. Atqui alicubi tñ de illo dicendum est: quippe qui in sarcotica indatur medicamenta, & ea quæ dentes extergunt, partim vstionem non expertus, partim ẽt vstus, qñ videlicet, alijs omnibus cõbustis similiter, substantiæ efficitur tenuioris. Cęterũ vstione quiddã acquirit acrimoniæ, quam rursum lotione exuit. Videri aũt poterit splendorem dẽtibus conciliare nõ tm̃ facultate, sed ẽt asperitate: velut ẽt si smirin, aut testam, aut hoc genus quippiã tritũ admoueas, quæ certe & ipsa splendorem afferunt: forte vtroq;, tum quia detergendi habeãt facultatem, tum quia asperitatem. Eundem in modum Cornua deusta dentes splendidos efficiunt. G

Conia Lixiuium ex Cinere.

Lixiuiũ. Abluto cinere fit lixiuiũ. Cinerẽ aũt, vstorum corporũ reliquias Latini nuncupant, siue natura sint lapidea, siue arborũ animalium've particulæ. Fit ergo lixiuiũ pro eius, quod eluitur, natura: eius, quidẽ quod empyreuma siue igneam naturã, habet acerrimã, ipsum quoq; acerrimum est: eius, quod tale non est, ẽt moderatius. Quare & septicis vocatis facultatibus cõmiscetur, vtpote causticã caliditatem possidens, sed propter substantiæ tenuitatem citra dolorem adurens.

Cyanos Cæruleus.

Cyanos, siue masculino, siue fœminino genere, pronũciare velis. Hoc medicamẽ acri facultate est tũ detrahendi (quã καθαιρετικὴν vocãt) tũ digerẽdi, potẽtiore q̃ Cinnabari. Inest quoq; ei non nulla adstrictio. H

Lepis id est Squama, Aeris, & Ferri, & Stomomatis,

Squama" alia est Æris, medicamẽ multo vtilissimũ: alia Ferri & Stomomatis. Quidã verò nominant & Helitin lepida siue squamã. Oẽs sanè vehementer desiccant. At inter sese diuersę sunt, tum q alia magis, alia minus, exiccat: tum q alia crassioris, alia tenuioris, sit essentiæ: quod q; plus minus've adstrictionis sint participes. Helitis certè principem in desiccando locũ obtinet: nã & subtilissimæ omnium substantię est: nimirũ quæ & æruginis nõ nihil assumpserit. Maiorẽ obtinet adstrictionẽ Squama Ferri, & hac ẽt maiorem Stomomatis: quamobrem ad cõtumacia vlcera meliores sunt, q̃ squama æris. Detrahit & liquat carnem potentius Squama æris, & hac ẽt valẽtius helitis. Oẽs aũt squamæ non instrenuè mordaces sunt. Ex quo clarum est, q essentię ipsarũ consistentia nõ admodum tenuis est, sed potius crassa. Siquidem inter quæ eandem vim obtinẽt, minus est mordax quod est tenuius: ceu superioribus libris ostendimus. A.ibi.c.231.

Lithargyros.

Lithargyrus" desiccat quidem, velut alia omnia metallica, lapidea, terrena q; medicamenta, verùm omnium id efficit moderatissimè. Et secũdum alias tum qualitates, tum facultates, quodammodo A.ibi.c.49.

A modo in medio est,neq; manifesto excalfaciens,neq; refrigerans. Modica tn̄ adstringẽdi abstergẽdi q; facultas ei inest: quamobrẽ inferior est & sarcoticis medicamẽtis,quę mediocriter extergentia ostẽdimus,& cõtrahentibus atq; adstringentibus. Cæterùm ad intertrigines femorum vtilis medela est: qñquidẽ vtriusq; iam dictæ facultatis leuiter est particeps. Iure itaq; medij ordinis in metallicis habebitur. Proinde ea frequenter vtimur ceu materia,ijs miscẽtes,quæ valentẽ facultatẽ obtinent siue mordicantẽ,siue adstringentẽ,vel aliud quid faciẽtem: sicut in liquescentibus ad pleraq; medicamenta ceram adhibemus tanquam materiam, quia s.& ipsa quodammodo mediũ tenet eorum quę valentem facultatem possident.

Nitrum.

A.l.1.t.1.c.84. fol.108.h. Nitrum[a] dictũ est suprà in medio esse aphronitri & salis virium. Cęterũ vstũ ,ppius ad aphronitrũ accedit,vtpotè ex vstione tenuius redditum. Desiccat itaq; ac digerit: & si intrò in corpus sumatur,secat & extenuat crassos lentos q; succos potentius multo, q̃ sal. Aphronitrũ verò,nisi grauis vrgeat necessitas,deuorandũ non est,nimirum inimicũ stomacho: qñquidem plus ẽt litro incidit. Sanè ad fungos suffocantes rusticus quidã vti eo assolet: & semp profuisse probatum est. Cæterũ nitro vsto simul & non vsto,& multò etiam magis eius spuma, in talibus vti consueuimus.

B *Melanteria.*

A.ibi.c.47. Melanteria[a] ex medicamentis est multùm adstringentibus,cum hoc q omnia propemodũ adstringentia tenuitate partium exuperet.

Melan Graphicon Atramentum Scriptorium.

A.ibid.c.689. Atramentum[a] quo scribimus,admodum & ipsum desiccat aqua solutum. Vlcera autem igni ambusta protinus illitum iuuat: at si acetum quoq; habeat,multò magis.

Misy.

A.ibi.c.47. Misy.[a] In metallo Cypri,cuius modò mentionem feci,in mõtibus Solorũ,domus erat ingens, cuius ad parietem dextrum,sed ad nos vtiq; qui ingrediebamur,sinistrũ, descensus erat in ipsum metallum: in quo quasdam conspexi in longissimum porrectas veluti zonas alias super alias,numero tres: infima erat ipsius soreos,super quam erat altera chalciteos, suprema misyos. Cęterũ id temporis Pręfectus metalli his commonstratis,sicut,inquit, nunc aduenis in cadmiæ fornacariæ inopia,ita horum trium admirandas has vides diuitias. Itaque ego ingenti eius accepto pondere,primum quidem in Asiam,deinde Romã attuli,& vsque modò habui,elapsis iam annis plus minus triginta. Et forte quadam absolutum fuit hoc opus adusque octauũ librũ antè annos viginti,nec adiectus fuit nonus, partim q lapides quosdam non dum conspexissem: partim ob alia negocia,quę mihi interea temporis obuenere. Nunc autem cum nonum hũc librum cęteris addere pararem,interea forte fortuna mihi accidit res spectatu longè pulcherrima,ac si quispiam eo studio ac industria magno cũ artificio effecisset. Nam cũ misy opus haberẽ ad medicamen quodpiam pręparandum,bolum eius accepi,quãtũ ferè plena manu teneas, qualem sanè consistentiã misy non admodum solet habere: cũ in parua frustula diuidatur. Miratus itaq; insolitam eius cõdensationẽ,bolo fracto extimum quidem misy circumquaq; repperi, eius quod intus erat, velut efflorescentiam. Porrò sub eo,inter chalcitin videlicet & misy,quiddam erat medium vergens ex chalcite ad misy,ex dimidio iam commutatum: principio enim bolus fuerat chalciteos, cæterùm quod in alto erat, perfecta erat chalcitis,nullam dum alterationem experta. Hoc igitur vbi vidissem,cogitatione repetens & in metallo ita super chalcitin nasci ipsum misy,vt ærugo super æs,in mentem subijt inspicere,quod seruabatur adhuc apud me reliquum ipsius soreos,nunquid & ipsum vllam accepisset mutationem in chalcitin : & quędam certe apparuit suspicio, vt videretur & ipsum fortè longo tempore mutationẽ in chalcitin posse accipere. Itaq; mirũ non est, tria hęc medicamina eiusdem genere facultatis esse, Sori dico,& Chalcitin,& Misy,tenuitate partium & D crassitudine inter se diuersa. Crassissimũ enim est inter ipsa sori,tenuissimum misy, mediã vtriusque facultatem habet chalcitis. Adurũt vniuersa hęc tria,& escharas quas vocãt efficiunt: attamẽ etiãsi vrant,nõ nihil quoq; adstringunt. Cęterũ misy admotum corporibus duris minus chalcite mordicat,tametsi ea non minus sit calidum: verùm id habet beneficio tenuitatis partiũ. Porrò cũ vtraq; hęc in decoctionibus fundantur,& magis chalcitis q̃ misy,sori tñ non liquescit,nimirum q lapidosius sit ac vehemẽtius compactũ: sicut rursum misy,quia à cõgenito calore elaboratius est, ac proinde siccius chalcite,idcirco meritò quoque ægrius liquescit.

Molibdæna Plumbago.

A. ibid. c.460. Molibdęna[a] similẽ Lithargyro vim possidet,tm̃ à media temperie ad frigidius paulũ quid recedens: sed nec abstergẽtis facultatis est particeps. Vtraque aũt hęc medicamina liquari possũt, ac non vt lapides,& cadmia,& arena,liquationem respuunt: sed celerrimè liquãtur,vbi oleo additum non nihil aceti est: liquãtur tñ ẽt admista aqua,sed diutissima coctione. Porrò ceu in Cypro Cadmiam,quæ in montibus & riuis nascitur, accipiebam, quæ & ipsa lapidis,vt dixi, species est: ad eundem modum Molibdænam multam cũ alijs proiectam lapidibus conspexi in via, quę ad Ergasteria ducit à Pergamo. Vocatur aũt Ergasteria pagus quidam,in quo & metalla sunt,inter Cyzicum & Pergamum,quadringentis & quadraginta stadijs distans à Pergamo.

Molibdos Plumbum. E

Plumbum" facultatis est refrigeratoriæ. Siquidem non modo multam habet substātiam humidam à frigore congelatam coactam q; sed & aeream, paucam autem terream. Igitur quòd plurimum habet essentiæ humidæ à frigore coactæ, indicium tibi esto, quòd vbi admotum est igni, celeriter fundatur fluat q;. Quòd vero & aereç sit particeps, hoc habeto signum. Omnium quę nouimus, vnicum plumbum tum mole ipsa, tum pondere augetur, si condatur in ædibus subterraneis aerem habentibus turbidum, ita vt quæcunque illic ponantur, celeriter situm colligāt. Tum etiam plumbea statuarum vincula, quibus earum pedes anectuntur, sępenumero creuisse visum est, & quædam adeo intumuisse, vt ex lapidibus dependerent crystalli modo verrucæ. Atque hæ probabiles quidem sunt humiditatis eius frigiditatis q; notæ, prius quàm experiaris. Cæterū sciētificæ & certę per experientiam cognoscūtur. Præparato igitur mortario, simul q; pistillo, vtrisq; ex plumbo, infunde quemlibet liquorem, ita q; terito, vt & pistillus, & plumbeum mortarium succum quendam reddat: id quod ex vtroque constabit, multò erit frigidius, quàm liquor ipse fuerat. Licet autem & aquam, & vinum tenue aqueum, & oleum inijcere, aut quiduis eiusmodi. At si etiam plus efficere succum voles refrigeratorium, oleum omphacinum sit, aut rosaceum, aut melinum, aut myrtinum. Porrò si succo qui proueniet vti voles, optimum habebis remedium & ad F phlegmonas in sede cum vlcere aut rugis, & ad eas quæ in pudendis, testibus'que, & vberibus cōsistunt: similiter aduersus cæteras omnes fluxiones incipientes, quæ aut in inguina, aut in pedes, aut in alium quemuis articulum, decumbūt. Sed & vlceribus rebellibus vtile est: nam ad cancrosa, eo vtens virtutem medicamenti mirabere. Quòd si celeriter multum succi plumbei voles colligere, conare in Sole terere, aut quocunq; certè modo aere excalfacto. Multo autem vtilissimū habebis medicamentum, si adfuso refrigerantium succorum quopiam teras, ceu semperuiui, cotyledonis, intybi, lactucæ, chondriles, psyllij, omphacis, portulacæ. Porrò si qua horum non facilè in succū soluuntur, velut portulaca, misceto illis aliorum succorum quempiam, velut omphacis: qui & ipse per sese prędicto mortario inditus, medicamentum efficit refrigeratorium longè pulcherrimum. Quin & in laminam diductum plumbum ipsum per sese, athletarum sese exercitantium lumbis insternitur, vb. Veneris somnijs vexātur scilicet: nimirum haud obscurè eos refrigerans. Sed & bractea tenuis ex plumbo facta probè ganglio illigata planè ipsum dissipat. Illigabit autē probè quisquis ab Hippocrate didicerit ‖ in ipsam noxam potius firmandū, quàm hinc vel inde. Mirum ergo non est, si Plumbum Crematum, ac rursus ablutum, refrigerātis efficiatur facultatis, cùm ante lotionē mistæ fuerit. Et hoc ipsum medicamē, nempè plumbum combustum, bonū G est ad vlcera rebellia. Vbi verò lotum fuerit multo optimum medicamen est & ad vlcerum impletionem, & ad eadem cicatrice obducenda. Cōuenit & Chironeis quę vocant vlceribus, & cancrosis, & putredinosis omnibus, tum ipsum per sese, tum medicaminum ad cicatricem perducentium quibusdam commistum, quale est quod ex Cadmia conficitur. Cæterum soluēdum est principio, si copiosa sit sanies, quotidie: si minus, tertio aut quarto quoq; die. Verùm foris spongiam imponito aquę frigidę: quę si deficcetur, rursum mergatur. Sed hæc fusius q̄ pro instituto diximus, plusculum sermonis affinitate prouecti. At tempus iam est sequentia deinceps persequi.

A. l. 2. t. 2. c. 11. fol. 100. b

de Fracturis com. 3. t. 63. 7". 150. f

Ostracon Testa.

Testa" desiccandi vim possidet, atq; abstergendi, maximè quę ex fornacibus est, q; videlicet tosta sit. Quocirca emplastrus, quam vocāt Hephestiada, ex hac præparata videlicet, optimū est medicamen inducendæ cicatrici.

A. ibi. c. 709.

Pompholyx, & Spodium.

Pompholyx" fit & in ęris fornace, velut & Cadmia: fit q; & dum in fornacibus cadmia vritur, vt in Cypro. Cùm enim Præfectus ad æris fornacem instructas res non haberet, præcepit ex ipsa Cadmia præparari, pręsentibus atque inspectantibus nobis, Pompholyga, videlicet minutis cadmię fragmentis in ignem cōiectis, qui ante ęrarium iacebat follē. Camera q̄dā erat incurua, nusquam pertusa, sed integra, quæ egestam ab vsta cadmia fauillam excipiebat: quam vbi collegissent, habebant pompholyga. At quod reflectens in pauimentum recidebat, Spodos est quā vocant: quæ plurima vbi ęs in fornacibus vritur, colligi assolet. Quidam eam Spodium neutro genere pronunciant: Cui videtur similem habere facultatem, quod vocant Antispodium. At ego illo vsus sum nunquam, cùm largè mihi semper pompholyx suppeteret. Nec enim quisq; vbi hęc adsit, spodio vti velit, nedum antispodio. Est autem Pompholyx medicamentum propè omniū quę citra morsum desiccant, si elota fuerit, pręstantissimum: Quamobrem ad vlcera cancrósa idonea est, & ad alia omnia maligna. Itaq; inditur collyrijs quæ ad oculorum imponuntur fluxiones, quę q; bullas siue pustulas in eis natas aut vlcera curant. Pręterea ad pudendorum ac sedis vlcera optimum est medicamen, nimirum sine morsu, vt dixi, desiccans. Sed nō est huius negocij, in istis diutius immorari.

A. ibi. c. 695. H

* Al. scirrhosa.

Sandarace.

Sandarace" vrentis est facultatis, ceu Arsenicum quod vocant. Meritò itaq; eam digerētibus facultatibus commiscent, atq; extergentibus.

A. ibi. c. 48.

Sandix.

A *Sandix.*

Sandix qua sit facultate prædita, in sermone de Psimythio explicabitur.

Scoria.

A.ibid. c.231. Scoria" omnis resiccatoriũ medicamen est, potissimum aũt Ferri. Siquidem ad lęuorē redigēs ipsam in aceto quã acerrimo, postea q̃ decoquēs, ad aures, quæ longo iã tpe pure fluxerũt, ea vtor pro medicamento maximè exiccatorio, adeo vt mirentur qui præparantem me vident, & ante rei periculum fidem non habeant aures tale posse ferre medicamē. Porrò Argenti scoriam propriè helcysma appellãt. Verũ emplastris quibusdam, quippe quę resiccatorię facultatis sit cõmiscetur.

Stimmi.

Stimmi. Ad facultatem desiccantē adiunctã habet hoc medicamen adstrictionē. Quãobrem & ocularibus medicinis commiscetur, & illis scilicet, quæ conformantur in collyria quę vocant: & siccis, quæ vtiq; sicca collyria cognominant.

Stypteria Schiste, & Strongyle, & Hygra. Alumen Fissile, Rotundum, & Humidum.

A.ibi.c.61. Stypteria." Huius medicamenti nomen ab adstrictione deductũ est: nã adest illi vehemẽtissima. Cęterũ cũ sit crassarũ partiũ, tenuiorũ quodãmodo partiũ est, q̃ vocatur Schiste, hoc est fissi-

B lis. Proxima est Strongyle, & Astragalote. Admodũ aũt crassarum partiũ est tũ Liquida, tũ Placites, & Plinthites appellata. *Titanos Calx.*

A.ibi.fol.117.a Calx," Viua quidem {quę Ἄσβεστος Gręcè dicitur} vehemēter vrit, adeo vt crustas efficiat: Extincta verò protinus ẽt crustam molitur & ipsa: at post diem vnũ aut alterũ minus vrit, minus q̃ inducere crustã potest: at verò temporis progressu prorsum nec crustam quidem gignere queat, tametsi etiãnũ calfaciat, carnem q̃ liquet. Porrò si Lauetur in aqua, suã mordacitatem exuit, efficit q̃ nũcupatã Gręcè Κονίαν idest lixiuiũ. At ipsa absq; morsu resiccat: ac si bis ter q̃, aut amplius, abluta fuerit, planè mordacitatis expers constituitur, ac strenuè absq; mordacitate exiccat.

Hydrargyros.

A.l.1.t.1.c.46. fol.102.c Hydrargyrus nõ est ex spõte nascẽtibus medicamentis, sed ex ijs q̃ pręparantur, velut psimythium, ęrugo, psoricũ, lithargyros. Nullũ aũt eius feci piculũ, neq; ꝙ interimat si deuoretur, neq; vbi foris admota sit. *Phycos.*

Phycos cuius'nam sit facultatis, vbi de Psimythio agetur, exponam.

Chalcanthos Atramentum Sutorium.

A.ibi.c.47.f.g. Et c.167.folio.191.f Chalcãthos." Fortè fortuna & chalcãthũ in chalcitin trãsire conspexi. Asportaui.n.ex Cypro C & huius medicamenti ingentem copiã. Extimum eius omne post annos plus minus viginti chalcitis effectũ est, intima eius parte chalcãthi speciem seruãte. Quamobrē & vsq; in hũc diem quod sic mutatur asseruo, obseruãs dum ad imum vsq; voluētibus annis ꝓcedat mutatio, ceu chalcitidis quoq; in misy: vt est antè positum. Cæterũ mirari subit de hoc medicamẽto, quo pacto vehemētissimæ adstrictioni admista est caliditas non instrenua. Cõstat ergo ꝙ omnium maximè condire seruare q̃ carnes humidas potest, nimirũ caliditate humiditatē absumens, atq; adstrictione substantiam contrahens atq; constipans: hoc.n.opere nõ nihil ẽt humiditatis ipsius exprimit. Constringit verò, desiccat, atq; contrahit in sese totius substãtiam carnis. Porrò quo tpe in Cypro diuersabar, hunc in modum medicamentum hoc colligi conspexi. Domus erat magna quidem, sed humilis, ingressui in metallum obiecta. Ad parietem autē domus sinistrum, qui erat ingredientibus dexter, effossus erat specus in continentem collem, ea latitudine, vt tres sese viri in eo contingerent: tãta verò altitudine, vt viro summè ꝓcero recto liceret incedere. Specus hic decliuis quidē erat, non tamen pręceps ac præruptus. Porrò ad finem eius quasi in stadium porrecti, lacus erat aquæ viridis & crassæ tepidę plenus. At in toto descensu calor similis qualis in primis balneorũ ædibus percipitur: quas, ꝙ in eis corpora præmolliri soleãt, Promalacteria appellare consueuerũt.

D Aqua verò quotidie guttatim ex pertuso colle destillans, quatuor & viginti horis totius diei ac noctis colligi assolet ad amphoras Romanas quasi octo. Eam vincti quidam in piscinas quasdã quadratas fictiles, in domo ad ingressum posita sitas efferebãt, in q̃bus paucis diebus concrescebat fiebat q̃ chalcãthus. Mihi verò vbi ad terminũ effossi specus descēdissem, vbi videlicet tepida hęc viridis q̃ aqua colligitur, aeris odor visus est suffocãs, & toleratu difficilis, chalcitin æruginē q̃ redolēs. Et aqua quoq; gustu præferebat qualitatē eiusmodi. Eapropter & nudi, & cũ summa festinatione amphoras vincti exportabãt, nec longiorem illic morã perferre poterant, sed celeriter recurrebant. Accensi aũt erant mediocribus in specu interuallis lychni, qui nec ipsi lõgo tēpore durabant, sed celerrimè extinguebantur. Hunc ergo specum pedetentim excauatum multis annis ab ijs tunc didici. Hæc enim, inquiebant, aqua viridis, quam vides ex colle in lacũ manantem, sensim se ipsa minor effici assolet. At vbi, propè adest vt desinat, rursum vincti, quod cõtinens est ipsius collis, perfodere pergunt. Euenit q̃ aliquãdo olim, vt subitò, quicquid perfossum esset, cõcideret, oēs q̃ ad vnum occideret, ac totã viam corrumperet. Id vbi fit, alio foramini fodiendo eousque insistũt, quoad rursum aqua illis adsit. Hæc habui quæ tibi de Chalcãtho exponenda censerem, & sanè fortasse non necessaria, cæterũ m quę scire præstaret, quàm ignorare. Memineris autem, ꝙ ad sinistram manũ ingrediētibus cõspectum nobis dixerim metallũ Soreos, chalciteos, & misyos:

vt

vt ex ijs cōijcere liceat aquā pluuiā totius collis terrā illā colluere atq; abluere: ex qua sponte quidē fiebat Sori, misy, & chalcitis: & per fornaces Æs, cadmia, pompholyx, spodium, & diphryges. E

Chalcitis.

Chalcitis. Dictum de ea est in sermone de Misy: Nunc autem tantū dixisse sufficiat, quod mistas habeat adstringentem acrem q; facultates. Cæterum vincit acris, vt quæ adeo est vehemens, vt carnem vrat, vocatam q; escharam efficiat. Vstum hoc medicamen minus quidem mordicat, cæterū non minus desiccat: sed & adstrictionis non parum amittit. Itaq; vndequaq; melior est chalcitis vsta q̄ quæ non vsta est, nempe partibus tunc quidem tenuioribus, ceu alia omnia combusta, verùm haud assumpta acrimonia, velut in alijs multis accidit. Didicisti porrò, quod Vsta omnia si lauentur, moderatiora reddantur, minus q; mordacia. A.ibid.c. 47. &.167.

Chalcos Cecaumenos Aes Vstum.

Aes vstū habet & acrimoniā quandā: sed & adstrictionis est particeps. Proinde si Lauetur pulcherrimū est medicamē inducendæ vlceribus cicatrici: Quanquā id ipsum prçstare & antequā lauetur possit, potissimum in carne duriore: alioqui in molliore commodius est quod ablutum est. A.l 2.t.2.c.131 fol. 114.

Chalcu Anthos Flos Aeris.

Flos Æris facultatis est tenuiorū partiū q̄ aut Æs vstū, aut Squama. Meritò itaque ex eo factis collyrijs extergunt auferunt q; palpebrarum magnas asperitates, quas vocant sycoses. F A.ibi.[illegible]

Chrysocolla.

Chrysocolla. Et hoc medicamentum ex ijs est, quæ carnem liquant: non tamē valenter mordicat, quanquā sit facultate admodū digerente desiccante q;. Igitur quidam id modò quod in metallis inuenitur ita nominant: Alij verò id quod in æreo mortario pistillo q; æreo ex pueri vrina præparatur: id quod quidam inter æruginum differentias numerant. Satius verò est ipsum præparare tēpore æstiuo, aut certè aere prorsum calido vrinā in mortario terentes. Præstat aūt æs, ex quo mortarium pistillum q; conficias, rubrum sit: nam quo æs mollius fuerit, eo plus circūagēdo pistillo deteritur. Hoc medicamentum aptissimum est vlceribus contumacibus, tum per se, tum alijs mistum, vt in opere de componendis medicamentis referetur. Nūc autem id nouisse sat est, quod quanto plus q̄ Chrysocolla metallica desiccat, minus q; mordicat, tanto etiam ipsam excellit tenuitate partium. Ipsam tamen chrysocollam illam si vras, multo tenuiorem efficies. A.c.353.

Psimythium Cerussa.

Psimythiū. Et hoc medicamē testimoniū p̄bet modò dictæ facultati. Nā si ex acri aceto soluatur, gustu tn̄ neq; acre erit, neq; mordax, neq; digerens, sed emplasticum & refrigeratorium: facultatis æruginì dissimillimæ, tametsi & illa conficiatur aceto æs dissoluēte. Porrò cerussa Adusta in Sandyca quam vocant, transit, medicamentum se ipso tenuius, nōdum tn̄ excalfaciens. Phycos autem seruata cerussæ frigiditate tenuitatem partium assumpsit, vt per eam in profundum altū q; corporum, quibus admouetur, vis eius penetrare valeat. G A.l.2.t.2.c.117 fol.111.a

Psoricum.

Psoricū. Cōficit hoc medicamē dupla chalcite admista lithargyro: an tn̄ vtrisq; aceto acerrimo solutis, sic q; in ollā nouā cōiectis, quā fimo æstate media diebus quadraginta obrutā sepelies. Hoc medicamē desiccatoriū ē magis, simul q; minus mordax chalcite, ac nimirū ptibus ēt tenuioribus. A ibi.c.262. &.273.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER DECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Facultate Simplicium Medicamentorum, quæ Ex Animalibus sumuntur.

Aduersus Xenocratem, & cæteros, qui, Quæ mortalibus damno, & dedecori sunt, Scriptis prodidere.

Ihil eorū, quæ nūc dicenda veniūt, magnopere iuuare poterit eos, qui ea quç principio huius tractatiōis, primis videlicet qnq; libris, tradita sūt, ignorāt: imo quædā fortassis noxæ occasio erūt illi, qui, cùm scriptis hic medicamentis vti volet, rationē tamē ac methodū non habeat. Tanquā itaq; illa didiceris, ita tecū verba faciā repetita totius tractatus summa. Ostēsum est medicamenta, q̄ effectricibus nominatis qualitatibus agūt, nēpe caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, harū mistiōe effici acerba, austera, salsa, salsuginosa, amara, acria, dulcia: Præterea extergentia, repercutiētia, attrahētia, emolliētia, vrētia, septica, crustica: Ad hçc secundū alias actiones magis speciales sarcotica, synulotica, glutinatoria tū fistularū tū vlcerum, aut carnis excrescentiā detrahentia. Ostēsum quoq; est, quo pacto

A cto vniuersalis facultas experientia vnica demonstratoriè inueniatur, nec ea vulgari & quauis,
sed quæ cum dictis adhibeatur limitationibus: Cæterũ inuenta semel facultate vniuersali, nulla
insuper experientia opus esse ad particulares actiones, nisi ad confirmationem eorum quæ ratio
repperit. Sic ergo nũc quoque iudicium faciamus propositæ materiæ, quæ est ea, quæ ab animã-
tibus accipitur. In tribus enim libris, qui insequuntur quintũ, nempè sexto, septimo, & octauo, ma
teriam ad plantas attinentem exposuimus, non sanè omnem quæ vniuerso terrarum orbe repe-
riatur, sed quantum nobis experiri eius datum est. In superiore verò, qui est totius operis nonus,
eam quæ versatur in terrosis ac lapidosis corporibus, enarrauimus. Reliquum porrò nunc est, vt
eã quæ ab animalibus sumitur materiã, persequamur. Deinde restant quæ in mari, paludibus, aut
omnino in aqua nascuntur, quæ quidem neque plantæ, neque terra, neque lapis, neque animal,
sunt. Ea planè paucissima sunt, & vltimo loco scribenda, postquam videlicet quę ad animantium
corpora pertinent, absoluero. In quibus is doctrinæ ordo seruabitur, qui in nomenclaturarum
primis visitur literis. Porrò sicut in plantarum materia etiam de succis, qui ex ipsis fiunt, dísserui,
ita nunc quoque non solùm edocebo solidarum in animalibus partium facultatem, sed eorũ quo-
que quę in ipsis continentur, puta pituitę, bilis, sanguinis, vrinæ, stercoris, & similium. Igitur in
B ijs quæ superius sunt dicta, haud ita multa particularia eorum, quæ in materijs conscripta sunt à
medicis, ignota mihi fuere: verùm operam dedi, vt ipse per experiẽtiam facultates eorum cogno-
scerem. Quòd si quid ignorabam, planè nec de illo quicquam conscripsi, haud credendũ alijs cen-
sens ne de vno quidem eiusmodi, quòd certum habeam non nullos multa mentiri. At in pręsenti
materia non ita se res habet. Ingenue siquidem fateor complura esse tum partium, tum liquorum,
in animantium corporibus comprehensorum, quorum nullius eiusmodi feci periculum, cuius-
modi quidam scriptum reliquerunt. Siquidem quædam eorum abominanda detestanda q; sunt,
quædam etiam legibus vetita: de quibus haud scio, quo pacto scribere licuit Xenocrati, homini
non olim nato, sed proauorum nostrorum seculo, cum Imperium Romanum hominibus vesci
vetuisset. Atq; ille sanè, tanquam ipsemet fuerit expertus, magna profectò fiducia scribit, quos
nam affectus curare valeat comesum cerebrum, aut carnes, aut iecur humanum : quos autem ca-
pitis, suræ, & digitorum ossa, partim vsta, partim vstionem non experta: quæ denique & sanguis.
Sed hæc sanè tametsi contra leges sunt, non tamen sunt fœda atque abominanda: At potio sudo
ris, aut vrinæ, aut mensium mulieris, abominanda detestanda q; est: atque horum in primis ster-
cus: quod tamen scribit Xenocrates, si oris ac gutturis partibus inungatur, & in ventrem deuore
C tur, quid præstare valeat. Scripsit etiam de aurium sordibus deuorandis. At ego ne has quidem
vnquam deuorare sustineam, ne si in totum quidem morbo deinceps liber degerem. Atque his
etiam magis abominandum puto stercus. Est que probrum grauius homini modesto audire κο-
προφάγον hoc est stercoriuorum, quàm fellatorem aut cinædum. Et inter fellatores magis execra
mur qui phœnicissant, quàm qui lesbiantur: Cui non dissimile mihi videtur perpeti, qui menses
bibere sustinet. Itaque horum nemo periculum facere non auersabitur hominum certè secundũ
naturam habentium: neque insuper eorum, quę tametsi modestiora videantur, tamen etiam fœ-
da sunt, nempè partem aliquam corporis stercore inungi perpeti, ob affectum scilicet si quem pa
tiatur: Aut humano semine, id quod γόνον hoc est genituram, appellare solet Xenocrates: sum-
maq; diligentia distinguit, quę nam ipsa genitura sola illita iuuare queat, quę verò vbi ex sinu mu
lieris post coitum viri effluxerit. Nam ingẽs sit medicamentorum penuria oportet, vbi quis quò
chimethla siue perniones curet, viri semen conquirere cogitur, quod in mulieris congressu intus
non remansit, verùm effluxit, atq; effusum est. Atque pleraq; sanè eiusmodi materiæ species est
in ijs, quæ de vtilitate ab animalibus percipienda ab illo sunt conscripta. Siquidem non quã vim
habeat epota vrina, aut deuoratum illitum ve oris partibus stercus duntaxat hominis, enarrat, ve-
D rùm etiam aliorum cuiusque animalium, atque alia etiam non pauca rarorum & paratu diffici-
lium, puta cum Elephanti aut equi Niloi meminit. Nam bestiam seu feram regiam, quam vocant
Basiliscon, ne videre quidem vnquã contigit: & si vera sunt quæ de illa referuntur, periculosum
etiam est vel propè accedere ad hoc animal. Non dissimilia ijs quæ à Xenocrate scripta sunt, &
ab alijs prodita sunt de animalibus: ex quibus & ipse Xenocrates pleraq; excripsit. Nam vnde
illi tantarum talium q; rerum experiundarum fuisset copia? Sanè Rex quondam noster Atta-
lus cum ambitiosissime talia ad experientiam conquireret, tamen pauciora scribere conspicitur.
Porrò quidam Ateurissi eandem tractationem commendans, enarrandam mihi tradidit: cæte-
rum iudicio meo nec illa quidem etiam ita ab illo conscripta est, vt omnia ipse fuerit intuitus, ocu-
lis q; suis pręsens conspexerit. Proinde nec ego basiliscorum, aut elephantorum, aut equorum
Niloorum, neque alterius cuiusquam, cuius ipse periculum non fecerim, meminero. Porrò
φίλτρων, ἀγωγίμων, ὀνειροπομπῶν, & μισηθρον vocatorum (ex industria enim ipsa illorum no-
mina recensui) planè nec si abundè illa forem expertus, mentionem facere in animum induce-
rem, sicuti nec lethalium medicamentorum, aut vt ipsi vocant, παθοποιῶν. Nam illa sanè ridicula
sunt, constringere ac vincire aduersarios, vt in iudicio nihil possint eloqui, aut grauidę aborsum
afferre, aut vt ne vnquam deinceps concipiat efficere, & quæcunque eius sunt generis. Sanè ho-
rum

rum pleraq; vel antequam facias periculum, scire licet esse impossibilia: quædam verò possibilia, E cæterum vitæ mortalium noxia. Itaq; ego, per deos, admiror, qua cogitatione, quo've consilio, ad ea scribenda quidam accesserint. Nam quæ viuẽtibus dedecori atq; ignominiæ sunt prodita, quo pacto sibi post mortem gloriæ fore sperarunt? Itaq; si regia potestate prędıti in hominibus morti condemnatis illa experirentur, nihil graue committerent. At vbi totam vitam degũt priuati, atq; eiusmodi potestatis expertes ad ea scribenda accedũt, duorum alterũ necesse est: Aut enim si experti non sunt, ea conscribũt quæ ipsi ignorant: Aut si experti sunt, hominum omnium sunt vel impijssimi, qui experiundi gratia hominibus innoxijs perniciosa medicamenta exhibent, ac non nunquam etiam honestis ac probis viris. Nam quidam medicis duobus ad vnguentariorũ officinam conspectis, attulit ad eos mel, venditurus scilicet. Illi vbi gustassent, de pretio disceptãt. At hic tanquã illi parũ offerrent, properè subducit sese: verũ medicorum neuter seruatus est. Itaq; non minus qui scribunt, q̃ qui talia perpetrant, immo magis etiam, odio digni sunt: quanto s. minor iniuria ac scelus est, quod solus facias, q̃ quod cũ multis. Deinde cum eo, qui perpetrauit, moritur & malorum theorematũ experientia: at eorũ, qui scriptis prodidere, immortalis est malitia arma prauis hominibus suppeditans. Iam igitur nos dicamus de ijs rebus, quæ humano generi sunt vtiles, vtiq; quarum fecimus periculum. F

De hvmidis qvae svnt in animalibvs

Haema Sangvis

SAnguis. Intelligẽdũ videlicet est animalis secũdũ naturã habẽtis: nã is re vera sanguis est. At melãcholicus, aut picrocholus, aut pituitosus, aut serosus, aut putridus, sanguis est mistus, ex sanguine s. vero, & ichore, sanie've illi permista. Tum ipsius quoq; sanguinis naturalis in quoq; aiali alius liquidior, alius siccior: hic magis, ille minus calidus: nam frigidus sanguis nullus est.

Sanguis Suillus.

Sanguis Suillus humidus est, & minus calidus, humano maximè temperie similis: siquidẽ & carnes suum humanis sunt similes. Comperti enim sunt hospites & coqui complures, qui humanas carnes pro suillis venderent: tametsi, qui eas edissent, nullum omnino discrimẽ percipere potuerint. Quin & ipse narrantes audiui viros fide dignos sese in diuersorio publico ius elitasse delicatum cum carnibus suauissimis: cæterum, cùm iam penè saturi essent, inuenisse digiti partẽ anteriorem, quæ videlicet ad vnguem est: quo perculsi, ac metuentes eos, qui agebant in diuersorio, ne se quoque vorarent, ceu ei rei assueti, protinus quidem illinc exiere, ac vomitu redditis quæ ederant, ita iter denuò ingressi sunt. Sed & in ipso facinore homines mactantes deprehensos nõ G ita multo pòst referebant. Itaq; iure quispiã existimet suillum sanguinẽ humano esse simillimũ: ex tali enim sanguine tum prima constat generatio, tum postea nutritio carnibus. Itaq; quisquis sanguinem humanum morbo alicui vtilem esse ait, in suillo primum id comprobet: ac si non eãdem, saltem similem, actionem ostendat. Nam etsi aliquatenus inferior sit humano sanguine, saltem assimile quippiam efficiet: quo cognito, ab humano pleniorem fore vtilitatem sperabimus. Nam si ne paulum quidem promissis respondeat, nõ erit cur in humano experiri oporteat: quippe similia efficere posse similia experti sumus. Nam columbæ sanguinem Pergameni nostri, atq; adeo per totam ferè Asiam qui capitis ossa confracta perforant, in crassum cerebri inuolucrum effundere assolent. Postea quidã cũ haberet palũbum, nec esset ad manum columba, vsus est palumbi sanguine, & tñ seruatus est homo ille. Et alius turturẽ eũdẽ ad vsum applicãs nihil hominẽ læsit. Siquidem similibus ad eosdem vti affectus, vbi quæ antea exptus sis non adsunt, vnum est ex confessis, & experientia comprobatis. Et humanæ vitæ pleraq; hunc in modum peraguntur.

A.l.2.t.2.c.601 fol.163.f

Hæma Peristeras Sanguis Columbæ.

Porrò qm̃ exempli vice mentionẽ feci sanguinis columbini, nihilo deterius fuerit iam ipsum sermoni proponere. Siquidem eo ad hyposphagmata in oculis consistẽtia quidam vtuntur, proti H nus videlicet sumentes qui ex animante mactata effluit. Nam calidũ in hyposphagmata affundũt venis ad alarum exortus incisis, quò videlicet ad multos vsus idem animal sufficiat. Alter, pullorũ tenerorum extractis pennis (sunt autem hæ molles, & fistulas humore plenas obtinent) eum ipsum humorem exprimebat, oculis instillãs. At alijs medicis cõtrouersia fuit, pulli ne sanguinem an columbæ adultæ, meningi affundere oporteret: & an maris, an fœminæ. Ego verò sexcentos noui eorum, quibus Romę perforata fuere capitis ossa, nec quicq̃ ab vsu rosacei citra columbæ sanguinem, offensos. Verũ id calidum sit æquè atq; columbæ sanguis, necesse est: ac fortassis ipsa tm̃ caliditatis in contactu moderatione est vtilis, haudquaq̃ eximia & incognita facultate. Adest illi quoq; bona facultatis temperatura. Sed quid hoc? Nam & hæc rosaceo inest, præterq̃ q; leuiter adstringat. Itaq; melius inuenire nihil possis in capite perforato, q̃ vt rosaceo probo vtare. Indicaui autem suprà, quo pacto oporteat rosaceũ, de quo queri nõ liceat, præparare. Sed & collyria sunt plurima, quę medeantur hyposphagmatis, & maxime quod plurimam recipit myrrham, quale est quod à Damocrate compositum est, quod vocant Diasmyrnon. Secundo sunt quæ habent multum thuris. Post quæ sunt quę ex croco constant. Quin & fœnigræci succus sanguine columbino in hoc vtiq; præstat. Quid ergo moramur aut columbos, aut palumbos, aut turtures,

A.lib.2.t.2.c. 292.a

A.ibi.c.602. fol.163.g

cum

A cum omnium medicamentorum paratu facillimũ habeamus fœnumgræcum, tum memorata collyria in promptu seruemus. "Ad eũdum modum nec noctuæ sanguine ad difficulter spirãtes egebimus: quanquam sunt qui non sanguinem bibendum exhibeant, sed ipsam iubeant coctam, edere ex simplici iure. Ac sanguinem quidẽ alij aquę, alij vino, instillantes exhibẽt. Et fuit etiam quidam qui immodicè hunc sanguinem apud mulierem assiduè difficulter spirantem extolleret, & cùm rogarem, qualem ab eo sciret curatam spirandi difficultatem, ne id quidem nouerat ꝙ plures essent. Et sanè in muliere quidem est vsus, verùm profuit nihil.

Hæma Nycteridos Sanguis Vespertilionis.

A.ibidem.f Sicut "nec Sanguis Vespertilionis: quem scribunt quidam, si virginum vberibus illinatur, plurimo ea tpe ab extuberatione tueri. Est autẽ & ipsum falsum, veluti & ꝙ enasci sub alis pilos prohibeat: Id quod rectè Xenocrates tanꝗ mendacium calũniatus est. Verùm ipse censet post illius vsum aut chalcanthon inspergendum, aut semen cicutæ. Ait q; vbi hoc factum erit, aut prorsum pilos non prodituros, aut certè lanuginosos: ceu leue atq; exile medicamentum adderet cicutæ semen, ac nõ per sese sufficiat strenuè refrigerare partes quibus fuerit impositum. Alij verò & puerorum pudendis sanguinẽ vespertilionis illinunt, credentes ita diutissimè eas partes à pube seruari B posse immunes. Atqui non oportebat putare diutissimè, verùm perpetuò fore tales: velut existimant & alas. Ergo ex refrigeratione partis vehemẽti eiusmodi quippiam posse contingere nõ est à ratione alienum. Non tñ adeo frigidę facultatis est vespertilionis sanguis: nam in totum nullus sanguis frigidus est. Sunt enim non pauci qui pro alimẽto habent saguinem leporis, gallinarum, & caprarũ: verùm leporis & gallinarum complures etiam eorũ qui vrbes incolunt: at agrestes ventres suos caprarum sanguine vnà cum adipe implent, vti Homerus ait solitos sponsos Penelopes. Sed nunc nõ est nobis sermo de ijs, quæ ciborũ loco sumuntur, sed quę adhibẽtur vt medicamenta. Sed quædã sunt, vti suprà posui, alimenta simul & medicamenta: quorum hic facienda mẽtio est quatenus medicamenta, non quatenus alimenta. Etenim qui aqua inter cutem laborantibus Sanguinem Caprarum cũ melle exhibuerunt, eũ vt medicamen, non vt alimentũ, obtulere: tum qui ad dysenteriam tosto eo, & ad ventris fluxum, sunt vsi. Videtur q; mihi quispiam crassam eius essentiã & terreã cũ caliditate exiccatoriam esse suspicatus, ad hũc vsum perductus. Porrò Galli Gallinæ q; sanguinem cum ab ipsis ad meningum hęmorrhagiam scriptum inuenissem, nec magnum quippiam effecturum speraui, nec ausus sum experiri. Simul enim metuebã, ne curiosus & stolidus viderer, si tantis tam q; probatis remedijs semel prætermissis, confiderẽ sanguinem C gallinaceum illis plus posse præstare: Simul verò cùm eiusmodi sanguinis eruptio admodum sit periculosa, non est mihi visum fore honestum, si ad ea quæ inexplorata essent, trãsissem: siquidem periculosa est eiusmodi experientia, & quæ solis Regibus in homines noxios meritò vsurpatur.

Desperabam vero ẽt de sanguine Agnorũ, quẽ quidã comitiali morbo mederi potũ scripserunt. Itaq; nec hunc quidem etiã experimẽto iudicare sum ausus. Quòd si quis experiri volet, certò scio dãnabit qui talia scripserunt. Siquidem quæcunq; potu iuuant epilepticos, ea facultatis sunt incidẽtis: at sanguis agninus omnium minimè talis est. Porrò quod de Hœdorũ sanguine prodidit Xenocrates, cùm existimassem non esse impossibile, ratus ob aceti mistionem posse aliquid efficere, persuasi cuidam in agro degenti, ac rei rusticæ quidem studioso, cæterùm primis disciplinis erudito: retulit q; se eo in duobus sanguinem expuentibus vsum, non nullã vtilitatem expertum. Cęterùm illorum neuter, ex ijs, quę mihi narrabat, neq; ex arteria, neque ex larynge aut pulmone, expuisse visus est. Xenocrates igitur in primo libro de percipienda ab animantibus vtilitate, vbi de hœdis disserit, scribit in hæc verba. « Ad hæmoptoicos hoc est sanguinem spuentes, admodum « vtile. Oportet autem {hœdorum sanguini} non dum concreto mensura semicotylę tantundem « admiscere aceti acris, id q; feruefactum trifariã partiri, & in singulos dies singulas partes exorbenD das præbere. Itaq; liceat tibi fortè fortuna in agro deprehenso, vbi reliquorum fuerit inopia, hoc vti, cùm citra periculum id experiri possis. Vrsorum verò Sanguis si abscessibus calidus imponatur, fieri potest vt concoquat. Adijciam verò etiam Caprinum, Hircinũ, Taurinum. Licet q; tibi, si voles, prætermissis decem millibus medicaminum paratu promptorum, quibus concoquũtur abscessus, vrsos, tauros, ac hircos mactare, quolibet scilicet vsu: nec enim quispiam semel imposito in partem affectã medicamento promissum eius exiget, nec etiam si refrixerit vt iam cogatur.

Sanguis Viridium Ranarum.

A.ibidem.f Porrò "cùm assereret quidã sanguinẽ Viridiũ Ranarũ, paruarum scilicet, quas quidã Brexãtes nuncupãt, si euulsis ex palpebris pilis inungeretur, vt in posterum ne recresceret, prohibiturũ, falsum id cõperi facto periculo. Postea verò scriptum à quibusdã repperi illud ipsum, sicut ẽt Crotonum, quos potius veteres appellitant Cynoraistas. Verùm nec hic facto periculo promissa p̄stitit.

Sanguis Crocodili, & Reliquorum.

A.ibidem.h Cęterùm "an Crocodili Terrestris Sanguis visum acuat, ne id quidẽ experiri volui, cùm haberẽ probata aciei exacuẽdæ medicamina, {quæ Græci vocãt ὀξυδερκῆ.} Neq; an Admissariorũ Equorum sanguis crustam moliatur, & septicus sit: neq; an Murium Domesticorum sanguis verrucas, {quas vocãt ἀκροχορδόνας,} decidere faciat. Nam aliorũ fuit mihi magna semper copia & ad hoc

pathema,& quod ægrius illo medicabile est, nempe ad vocatam myrmeciam. Et cauebam ne præ E stigiaturæ opinionem meritò referrem, cum iam etiam improbi quidam medici ex diuinãdi quapiam arte,non ex speculatione medica,me in morbis solere prædicere calumniarentur.

Gala Lac.

Lac. Bifariam hoc vtimur,partim vt cibo,partim vt medicamento. Sed quid valeat vt cibus, in curãdi Methodo alibi q́3 expositum est: At facultatem eius ceu medicamẽti,eam nunc explicabimus. Ac primum illud cõmonebo, quod paulo antè de sanguine, ꝙ non de morbido lacte, sed de naturali cuiusq́3 animãtis, ea quæ dicẽda sunt intelligere oporteat. Igitur lac sanissimum,velut etiam sanguis,purum syncerũ q́3 est,nec amaritudinis,nec acrimoniæ,aut aciditatis, aut salsedinis, aut fœtoris particeps: sed vt dixerit quispiam, bono odore præditum, aut odoris expers, aut certè exiguum odorem bonum referẽs. Clarum etiam est id esse debere gustu suaue, pauculam habens dulcedinem, sicut & sanguis integræ sanitatis, ex quo & lacti constat generatio. Tale lac ad acres & mordaces fluxiones est vtilissimum, non abluens tãtummodo eas à partibus affictis (est enim id illi cum aqua commune) sed & corpora illinens,vt non in nuda cadat quod defluit. Nec in hoc duntaxat aquæ præstat, verum etiam quia colluit, vtpote extergentem in sese humiditatem continens,quã vocant Serum,id quod colluit,diluit q́3 corpora: reliquo autem quod crassum pingueq́3 F est circũlinitur,non aliter ꝗ̃ pinguedo,adeps,atq; oui albumẽ,& ceratũ ex eloto oleo cera q́3 confectum: Nã & hæc ab acribus ichoribus seu saniebus natas mordicationes mitigãt,eo ꝙ corporibus circũliniantur,ipsa naturę minimè mordacis. Porrò cùm lac oĩum facillimè alteretur,prętertim si ambiens fuerit calidũ, multũ à dicta facultate amittit, nisi protinus quis ab vberibus effuso calido etiãnum vtat. Maximè igitur Mulieris bene habitę,& bonam victus rationẽ seruãtis lacte vtendũ,nam id humano corpori est familiarissimũ: deinde aliorum animalium,quæ quidem ab humana natura non longissimè absunt: id quod scies ex carnium odore, nam fastidiosus est & iniucundus eorum quæ multùm diuersam habent temperiem,ceu canis,lupi,leonis, pardalis,vulpis, hyænæ,vrsi,& similium: non iniucundus autem est eorum quæ nõ porrò absunt,vt suis,capræ,equę, bouis,ouis,asini. Quocirca ẽt cuncti homines docti experientia Caprino,Ouillo,Bubulo, Asinino q́3 vtuntur lacte et caseos ex eis conficiunt,excepto asinino. Nam id planè tenue est,& plenum humoris serosi,velut bubulum crassum: cæterum consistentia medium caprinum est: at suis crudũ aqueũ q́3 lac obtinet. Porrò Lac omne ex tribus constat essentijs,caseosa,serosa,pingui: Hanc plurimam habere conspicitur bubulum,ex quo conficitur et id, quod Butyrũ nominant, cõcoquentis & laxantis facultatis: Quamobrem maximè illo vtuntur ad parotidas & bubones. G

Serum Lactis.

At Serum,vt dictum est,extergendi potentiam possidet: adhibetur q́3 subducendi vẽtris gratia,ac per clysteres iniicitur,extergẽs & abluens sine mordacitate intestinorũ acrimoniã. Præterea si quis vlcera,quæ sanie infestantur acri,vice aquæ sero colluat,optimè sanè fecerit. Preterea quęcũq́3 medicamẽta digerere solent ecchymomata & atra,ea pręstat sero ꝗ̃ aqua diluere. Sic ẽt eo vtimur ad sugillata & hyposphagmata,peculiaribus ad hæc medicamentis cõmiscentes. At Caseosum illud & crassum ipsius lactis magis illitũ adhęret,& eo nomine acrimoniã retundit {magis.} Porrò vbi aliã quãpiam desiccantem facultatem habuerit adiunctam,optimũ est remediũ dysenteriæ, & oĩum ventris acrium fluxionum. Eam accipit à lapidibus, qui prædecocto ipsi iniiciuntur igniti. Porrò eos esse oportet quos vocant κάχληκας. Et lac eousq́3 decoqui debet,dum pleraq; serosi in eo humoris absumpta pars fuerit. At nos iniectis ferreis in ipsum cylindris candentibus, eãdem, aut etiam meliorem facultatem efficimus: nam ferrum adstringẽtis quoꝗ; (vt est dictum) facultatis est particeps. Ac proinde cylindros ego cõplures effeci huius gratia,ad fines verũ propendentes,quo videlicet quis manubrio ignitum ferrum facile igni eximat: & sicut cauteriorum, ita horum manubria pannis inuoluo. Porrò Lac totum ad acres oculorũ fluxiones tũ per se, tum H cum mollium collyriorũ quopiã, est vtile: præterea ad hypopia, & hyposphagmata. Quin etiam palpebris extrinsecus,vbi qui ophthalmia laborant,somno sese dabunt,impositum simul cum rosaceo & ouo, phlegmonas eorũ concoquet: Sed hoc esto lac mulieris recens ex mãmillis expressum. Infundimus ipsum & vtero vlcerato tum per sese,tum ijs medicamẽtis commiscẽtes,quibus misceri potest,vtiq́3 citra morsum curantibus: & vbi in sede vlcera mitigamus præ saniei acrimonia dolentia,aut phlegmonas,aut stolidas perpetientia. Sic & ad vlcera pudendorum vtimur, & ad oĩa,quę leniri postulant siue ob phlegmonen, siue ob morsum,siue ob malignitatem. Ea propter & cancrosis applicatur vlceribus, medicamentis anodynis commistum,qualia sunt quæ constant ex pompholyge. Et quid attinet cõmemorare, ꝙ ore contẽtum & collutũ gargarizatum q́3 vel maximè phlegmonas eius mitigat? Sed & tonsillas, & columellam, & antiadas phlegmone affectas,admodum mitigat, & proinde ẽt synanchen siue anginam. Atq́3,vt semel dicam,medicamentum est leniẽs {Greci vocãt παρηγορικὸν,} totã quidem substãtiam habens mordacitatis expertem, sed multo magis vbi concoctione moderata potissima pars serosi humoris absumpta est. Sic mihi videtur etiã medici ad venena quæ erosione interimunt,lac dari suadere,velut sunt lepus marinus,& cantharis. Sed & sunt qui exhibent ijs, qui aconitum & thapsiam sumpserit. Sed hęc

ex rõne

A.l.2.t.2.c.434 fol.142.d.c

A.ibidem.

A.l.2.t.2.c.144 fol.116.b
A ex ratione fecerũt. Alia verò palàm mẽtiti ſunt, vt de Lacte ″canino, ꝙ in palpebris pilos renaſci
prohibeat,ſi prioribus euulſis ei loco foret illitum, vnde pilorum radices extractæ eſſent. Ad eun
dem modum qui ſcripſerunt, ꝙ celerem pilorum in pudendis exortum reprimat, ſi quidem foret
ante pubertatem illitum: qui q́ꝫ ꝙ fœtus emortuos eijceret potum, verum non protulere. Sed &
alia quædam præſtigiaturis contaminata, tum de horum, tum de aliorum quorundam animalium
lacte conſcribunt, quę me ab initio dicturum negaui, etiamſi experientia didiciſſem vera dixiſſe.

Caſeus.

A.l. 2. t. 2. ca. 123.fol.113.a
Caſeus. Sermoni ″qui habet de Lacte, annectẽdũ eſt de Caſeo, propterea ꝙ ſit lac coagulatum.
Nõ tamẽ vniuerſa lactis eſſentia in caſeos cogitur, ſed quod craſſum eſt duntaxat, ſcilicet tenui ſe-
roſo ſecreto ac ſeparato. Porrò dictũ eſt habere lac in ſe naturam quandã pinguem & veluti oleo
ſam, eam q́ꝫ plurimam eſſe poſui in bubulo: ac vbi à reliquo lacte ſeiunctum fuerit, ſolum′que per
ſe conſtiterit id pingue, Butyrum appellari: at, vbi cum toto lacte coagulatũ fuerit, ſeroſo dunta-
xat humore per coagulationem ſeparato, pinguem caſeum effici. Fiunt′que hoc pacto caſei bubu
li quidam adeo pingues, vt ex ijs effluat quiddam ad ſpeciem olei. Porrò tum hi tum reliqui oẽs,
temporis ſpatio acriores tibi apparebunt, ſiue guſtes, ſiue olfacias. Itaqꝫ cum mihi olim caſeus alla-
B tus eſſet bubulus, quem ex odore acrem eſſe conijciebam, abieci: & iam à famulis abſumptum pu-
tabam: cæterum illi talia ſeruare ſoliti, longo poſt tempore ex promptuario proferẽtes, quid′nam
de illo fieri iuberem, rogant. Cum igitur edendo non eſſet propter acrimoniam, ludicrum nobis
problema extitit, proponentibus, cui rei quis illum vtiliter poſſet accõmodare. Interea cum ad me
Arthriticus quiſpiam in curru cõuectus eſſet, tophos {quos Græci πώρυς nuncupãt,} in articulis
habẽs, ſubijt mihi crure ſuillo ſalſo quod erat intus, decocto, caſeũ eo decocto macerare, ac probè
in mortario ſubigẽdo vnitũ tophis imponere. Et ſanè arthriticus ab hoc medicamine magnificè
adiutus eſt: nã rupta ſponte ſua cute, abſqꝫ inciſione videlicet, effluxere quotidie citra dolorẽ to-
phorum particulę. Vbi aũt totus, qui apud me erat, caſeus fuiſſet abſumptus, talẽ ſibi alium compa
rans arthriticus in poſterum ſeruauit: & poſtea rurſum vſus eſt inueterato, atqꝫ vbi tunc quoqꝫ idẽ
percepit cõmodũ, ſæpius deinceps vti perſeuerabat: & quoſdam amicorũ ſimiliter affectorũ do-
cuit. Atqꝫ id quidẽ nos excogitauimus: cæterũ comprobauit atqꝫ confirmauit experiẽtia. Porrò
recentem, qui inueterato contrarij eſt temperamenti, quãdoqꝫ homini in agro degenti, moderatæ
magnitudinis vulnus habẽti impoſui, antea videlicet ad lęuorẽ tritũ. Extrinſecus autem illi impo-
nebã folia lapathi. Poſſint verò etiã, ſi hæc nõ adſint, folia ſuperponi vitis, aut platani, aut betę, aut
C lactucæ. At ipſe quidẽ caſeus vulnus glutinauit, †erat q́ꝫ etiãnum mollis. Alius verò, qui vocatur
& in patria mea Pergamo, & per ſuperiacentẽ Aſiã Oxygalactinus, magnũ ruſtici vulnus conglu
tinauit impoſitus. Nam recens coagulatus ac mollis repercutiendi vim obtinet, nimirum leuiter
refrigerans. At oxygalactinus præter hæc digerendi inſuper leuem quandam vim poſſidet.

†Cod. græ. hẽt ἀπλῶς τις ὤν i. ſimplex ſ. exiſtens. & ita vetus trala. Interpres vr̃ legiſſe ἀπαλός, ideſt tener.

Butyrum.

A.l.2.t.2.c.110 fol.110.h. Et 111.d
Butyrus, ″aut Butyrum, vtcũqꝫ nominare voles, ſiue maſculino, ſiue neutro genere, fit quidẽ, vt
ſuprà dictum eſt, ex eo quod in lacte pinguiſſimum eſt. Miror autem, quo pacto Dioſcorides ex
ouillo & caprino confici referat: Ego nanqꝫ ex bubulo hoc medicamentum fieri noui, ac proinde
nuncupatum eſſe butyrum exiſtimo. Facultatis eſt concoquẽtis, paulum habens etiam digerẽdi
potentiæ, in medijs nimirum corporibus ſecundum duritiem ac mollitiem. Nam id ſemper me-
moria tenere oportet, quicquid ſimpliciter ac ſine addito aut limitatione aliqua profertur, de me-
dijs tẽperatura corporibus intelligi. Nã corporum planè durorum tumores præter naturam hoc
nequit medicamẽ digerere: at quæ in mollibus ſunt phlegmonę, eas & cõcoquit & digerit perfa-
cilè: Nã parotidas, & bubonas, & oris phlegmonas, alias q́ꝫ partes cõplures, prorſum illo ſolo cu-
rauimus, nimirum puerilibus corporibus ac muliebribus perpetientibus. Sed et gingiuis puero-
D rum dentientium aſſidue illitum, nihilo imbecillius melle gingiuas extenuat, per quas exitus eſt
dẽtibus. Et alios omnes in ore affectus phlegmonoſos, poſtea ꝙ̃ fluxio reſtiterit, digerit pariter &
concoquit. Proinde cataplaſmatis inditur quæ extrinſecus imponuntur parotidibus, hypochon-
drijs, & bubonibus. Sed & in ventrẽ deuoratum, & ex eo diſtributum, magnificè confert expui-
tionibus ex pulmone, id q́ꝫ in pleuriticis & peripneumonicis affectibus, cum hoc ꝙ eos etiam con
coquat. Atqꝫ ſi ſolũ lingatur, magis quidem cõcoquit, verùm minus educit: ſin cũ melle & amyg
dalis amaris, plus educit, ſed minus concoquit.

Pytia Coagulum.

ibid.c.115.f
Coagulum ″omne acris ac digerentis potentię eſt, ac nimirũ etiam exiccatorię: nam neceſſariò
id ſuperiora comitatur. Ac Leporis quidem Coagulum comitialem morbũ, ſi cũ aceto ebibatur,
præterea profluuium muliebre, ſanare proditum eſt: Sed & lac in ventre coagulatum diſſoluere:
quod certè & nos experti ſumus, nõ ſolum in leporino, ſed etiam in aliorum animalium omnium
coagulo: attamen leporinum omnium eſt præſtantiſſimum. Sed & ſanguinem in ventre concre
tum ſimili modo epotum diſſoluit, ac efficacius quidem cæteris, verum non ſolum, quod quibuſ-
dam ſcriptum legitur, ſed & hoc commune eſt omni coagulo. Quidam autem ſanguinis ex thora
ce reiectiones leporinum coagulũ epotũ ſupprimere prodiderunt: cæterum nec aliũ quenquã eo

vſum noui, nec ipſe ſum auſus acri vti remedio ad affectum adſtrictionem poſcētem. Porrò Coagulum Equinum ad dyſentericos & cœliacos peculiariter accommodari ſcripſerunt non nulli. E

Coagulum Phocæ.

At Phocæ Coagulum eximiè aptum eſſe quidam prædicant, tanquam vires obtineat caſtorij. Verum quæcunque proditum eſt quodq; coagulum ſecundum eſſentiæ ſuæ præſtare proprietatem, non eſt nunc tempus exponere.

Chole Fel.

Hic "ſuccus omnium, quæ in quoq; ſunt animalium, calidiſſimus eſſe demõſtratus eſt. Itaque ſicuti ſanguinem & carnes diſſimiliter temperata obtinēt animalia, eadem ratione & fel. Quocirca calidiſſimorum fel, aliorum quoque animalium fel excellere neceſſe eſt: & quæ illis minus ſunt calida, proportione & hunc humorem illis ineſſe calidum, quanto ſcilicet & in alijs ſunt inferiora. Didiciſti enim quatuor eſſe vniuerſos in vnoquoq; animali ſanguineo humores, ſanguinem pituitam, & bilem tum flauam, tum atram. Didiciſti porrò ex more non tātum medicis, ſed & Latinis omnibus bilem flauam abſolute efferri bilem, tanquam ſubauditurìs, qui audiunt, coloris cognominationem: Atram verò nō ſimpliciter nuncupari bilem, ſed cum addito, nempe hoc toto, atram bilem. Sed & quod flauam bilem non nunq; pallidā cognominant, noſti: & quod in veſica iecoris interdum pallidam, interdum flauam, in conſectionibus animalium, ipſam conſpicimus. Audiſti porrò flauam tanto eſſe pallida calidiorem, quanto & craſſiorem: nam ſeroſo recremento flauæ bili commiſſo pallidam conſtitui contingit: ſicut & flauam pluſculum excalfactam conſiſtentia reddi craſſam, colore autem flauam. Quin & in animalibus apparet flaua quidem ijs quæ magis ſunt calida: quæ vero minus, pallida. Et vbi calida animalia aut fame aut ſiti torquentur, ad atrum colorem vergit, interim illum habens æruginoſum, interim cœruleum, interim iſatidis qui quidē magis eſt colore braſſicæ fuſcus. Itaq; & tu bilis colori diligenter intendito, cum medicamentum præparabis cui admiſcenda eſt bilis. Miſcent autem cycliſcis vocatis & trochiſcis, qualis eſt Andronis, & Polyidæ, & Paſionis, et Bitinus, qui tauri recipiunt bilem: nam vbi ea medicamenta pręparant quæ ſunt vtilia ad oculos, hyænæ, galli, perdicis, & aliorum quorundam animalium, bilem adhibet. Porrò Taurorum Bilis calidior eſt & ſiccior q; Boum caſtratorum: nam caſtratum animal ſemper ſimile redditur fœminæ, & ijs quæ ſunt ætatis minoris. Itaque ſicut hęc humore ſuperant adulta & perfecta, vincuntur q; ab iiſdem caliditate: ad eundem modum bos caſtratus à tauris. Et quorundam ego taurorum bilem vidi cœruleam, flaua nimirum ſuperaſſata: quam ſanè in præparandum iniici medicamentum vetui, ſumpto illius loco alterius tauri bile mediocriter flaua. Nam ille vinculis violenter tractus, ſupra modum fuerat defatigatus: itaque eo labore cum excanduiſſet, clarum eſt temperaturam eius fuiſſe calidiorem: probabile'que eſt ſic violenter pertractum tum ſitijſſe, tum etiam eſuriuiſſe. Atque, vt ſummatim dicam, velut vrina à modica potione modice pallere, & ſitim famem'que & multum laborem perpeſſis flaua eſſe conſpicitur: impletis verò atque inebriatis albida: ita & bilis colores variat, ad flauius quidem per exercitia, inediam, & ſitim: ad candidius verò in contrarijs. Scito ergo ſi præparando medicamini bilem impenſe flauam iniicias, calidius te id effecturum: ſi pallidam, mediocriter calidum: ſin exolutam & aqueam, tanto imbecillius temperie conuenienti, quanto & bilis ad candidius fuerit verſa. Sic qui occluſas hæmorrhoidas taurino felle aperiunt, ijs interdum imbecillū, interdum verò ſupra quàm conueniebat, acre apparuit. Quanquam non nulla quoq; diuerſitas exiſtit pro corpore cui adhibetur, prout ſ. promptiore ſenſu aut hebetiore fuerit: tum perfacile patiens, aut difficulter. Verum in ipſa bile non parua viſitur, vt dixi, varietas: nam idem homo à pallida minus, à flaua bile plus, mordicatur. Liquet itaque vel ex eo quod hæmorrhoidas aperit, q̄ ſit hic humor acris: ſed & illis ipſis qui vtuntur, mordicare percipitur. Ac proinde cauemus, ne ad alium morbum aut ſymptoma bilem flauam vſurpemus ſolam ac per ſe: nam propoſiti cycliſci pauculum bilis accipiunt. Ac quæ ad oculorum acutiem componuntur medicamenta, partim hyænæ, partim perdicis, partim galli, partim alterius cuiuſpiam bilem accipientia, admiſtum habent tum mel, tum fœniculi ſuccum, tum opobalſamum. Porrò animalium quorundam ſingulariter bilis à medicis extollitur, tanq; aciem exacuat oculorum, & ſuffuſionum initia digerat, velut piſcis quem vocant Callyonymon, hyænę, & ſcorpij marini, tum galli, & perdicis. At Suilla adeo omnium imbecillima eſt, vt ne vlceribus quidem toleratu ſit grauis: & apparet omnium bilium maximè aquea, exceptis ſylueſtribus ſuibus, & ijs qui degunt in montibus: nam vt horum caro & calidior & ſiccior eſt, ita & bilis. Porrò domeſticorum ſuum bile vtuntur quidam ad vlcera aurium, medicamento vtique non reprobo: & tu quoq; vbi cōpoſitorum nihil adfuerit, vtitor: ſunt enim innumera. Sed & pro affectus magnitudine alia etiam atq; alia alterius animalis bilis poteſt congruere. Nam vbi vlcus diuturnum fuerit, multam q; ſaniem pus q; contineat, etiam ſicciorem bilem perferet, puta ouium, quæ paulo eſt acrior ſuilla: hac etiam magis caprarum: cui adſimilis quodammodo eſt vrſorum, & boum. At taurorum his valentior eſt, inferior tamen bile hygnarum: & hæc quoque inferior bile callionymi, & ſcorpij marini, & marinæ teſtudinis. Porrò Hirci agreſtis bilem ſcripſere quidam prodeſſe luſcioſis. ſiue nyctalope vexatis. Cæterum Volatilium animalium biles omnes tum acriores

A. lib. 2. t. 2. ca. 25c. fol. 127. g

F G H

*Capræ.

A acriores sunt, tum ficciores q̃ quadrupedum: & inter ipsas quoq; volucres Gallinarum & Perdicum biles ad medicinę vsum probatiores habentur. Miluorum vero & Aquilarũ impēdio acres sunt, sed & erodunt: quamobrem colore visuntur æruginco, ac non nunq̃ atro. His itaq; earum cognitis differentijs: atq; affectibus, qui plus, qui q; minus deliccari postulant, cognitis: si vnam modo quampiam opere fueris expertus, inde ad alias transire poteris per methodum, vt semper, quę affectui commoda sit, adhibeatur. Nam cũ velut in coniectura sita sit cuiusque facultatis vehemētia, à definito quopiam principio ad materiam inexploratam transire oportet, ac à prius explorato excessus qui in illis consistunt discere. Sed & notas quasdam luculentas ego exposui tum a bilis colore, tum ab animalium temperie. *Accipitrum.

Hidros Sudor.

A.ibi.c.648. Sudor.* Vnus & hic est humorum in animātis corpore prouenientium, & eādem habens materiam quam vrina, & eundem generationis modum. Siquidem vtriq; ex bibito humore constat generatio, excalfacto simul in corpore, & biliosæ non nihil substantiæ adepto: verum sudor plus est elaboratus, vtpote qui ad cutem vsque permeatis omnibus, quæ intersunt, partibus peruenit.

Attamen sudores inter sese & vrinas differre necesse est, tum pro animalium temperaturis, quæ B & natura & per ætates non parum à sese inuicem sunt diuersæ, & pro præcedente victus ratione. Clarum autem est, etiam si aliquando in sermone omissum fuerit, pro tempore anni, & præsenti constitutione, preterea pro regionibus, diuersitatem effici in animantium corporibus non paruā. Nam compendij gratia vno capite complecti eiusmodi omnia soleo, nempe pro cingentis nos aeris temperie ea mutari dicens: etenim diuersitatem regionum, quæ est in caliditate & frigiditate, hic comprehendit, vt tempus anni, & præsentem preteritam q; cōstitutionem. Cum ergo sermo fuerit de vrinis, aut sudoribus, aut bilibus, aut sanguine, aut pinguedine, aut adipe, aut quopiam in corpore nato, diuidentibus videlicet nobis eas, quæ in animalibus visuntur, differentias, de sanis corporibus sermo intelligendus est, mediam proprię ipsorum temperaturæ constitutionē habentibus. Sic ergo q & sudor salsæ & salsuginosæ vocatæ qualitatis est particeps, gustus testimonio probatur: nam sæpenumero nolentibus in os defluens dictam qualitatem indicat. Sæpe verò etiam non obscuram præfert amaritudinem. Attamē & color eius naturam designat: nam sicut vrina naturalis modicè est pallida, sic & sudor. Verũ id facile cognosces in ijs q lauantur, cũ absq; oleo strigili radunt: nam sudor in cauo strigilis colligitur, colorē quem dixi simul & gustum præferens, ac euidenter salsedinem habens, sed obscurè amaritudinem. Verum de vrina plus etiam q̃ C conueniat medici scripserunt, propterea nimirum q largè ea in oībus hominibus tum priuatim, tum publice, quotidie colligatur. At de sudoribus aut nihil, aut quæ curiosa sint potius, & præstigiaturæ obnoxia: & insuper scripserunt alij superuacanea, quę per aliam fieri possent materiā medicam. Porrò sudor etiam in palęstris exercentium miscetur sordibus, hoc est pato, quem quidam curiose Atticam sectantes linguam, Conisalon vocant: confert q; non nihil tenuibus sordibus vt tumores præter naturam p halitum digerāt. Nam illæ plus repercutiunt, minus autem digerunt: at post adiunctum exercentium sudorem acquirunt multum facultatis digerentis. Ergo in phlegmonas vberum solæ hæ sordes impositæ efficaciori sunt remedio. Sin ficciores videbuntur, cyprinum superungito: & si valde etiam siccæ, cyprino item subigito. Præstat autem nō siccas, sed molles accipere. Porrò si non adsit cyprinum, rosaceum bonum miscuisse sufficit. Hoc medicamentũ admodum est vtile ijs quibus à partu restinguere lac consilium est, eo nomine q in mām is coaguletur in morem casei. Hinc orso, ad alios affectus similes vti licebit. Atq; ego sanè ad bubonem eo vsus, celeriter disparuisse tumorem conspexi.

Vrina.

Dictum quidē est de tota eius natura in sermone de sudore: Dicetur q; & nunc, q quanta est in D animalibus bilis diuersitas, tanta item sit in vrinis. Atq; omnes quidem facultate sunt calidæ, sed plus tamen animalium calidiorum: minus autem frigidiorum.

Vrina Humana.

A.ibi.c.716. At* Vrina Hominis omnium propè aliarum vrinarum est imbecillima, exceptis porcis domesticis, quibus execti sunt testes. Nam illorum similis est totius corporis temperatura, temperiei hominum, & vrina similiter debilis. Verũ montanorum Aprorum valida est, vt etiam ex odore apparet, qui vtiq; acerrimus est. Sed & in alijs animalibus ex odore vim eius conijcere liceat: nā vrinas illas degustare planè est abominandum, cum ne pueri quidem vrinā vir quidam honestus vita pariter ac moribus ebibere sustinuerit, cum pestiferè ægrotaret in Syria: vbi, cum multi vrinam puerorum simul & virorum hausissent, sese hinc seruatos credebāt. Ceterũ vrina Hominum, vt si quid aliud, extergēdi vim obtinet: quod cùm alij multi satis indicant, tum maxime fullones, q sordida vestium ea expurgāt atq; extergunt. Hanc eius vim cum & medici conspexissent, psoras & lepras ea detergunt: perfundũt q; vlcera tum multa humiditate, tum sordibus & impuritate scatentia, ac multo magis vbi putridum quiddam obtinent. Sed & pudendis, vbi sic afficiuntur, vrinam infundunt, & auribus pure fluentibus. Quin & achoras, & furfures ea curant, capita identidem perfundentes. At nos hæc facere odimus potius, cum ad manum sint quæ illis conducant

alia medicamina: At vlcera digitorum, pedis maximè, quę ex illisione atq; offensione essent inflicta, sæpenumero, vbi nimirum phlegmone carerēt, & ipse curaui, ea q; in seruis & hominibus rusticis, quos iter ingredi absq; medicis erat necesse: Siquidem linamento {μῶτον Græci vocāt,} vlceri imposito, ac insuper linteo circūuoluto ac ligato, quoties meiendi incesseret cupiditas, in digitum ferri vrinā præcepi, nec antè soluere q̃ bene esset curatus. Nam & si quē alium ruri sine medico agentem, vrinam vlceribus perfundentem audissem, non vetui, vbi scilicet in partibus thorace interioribus vsque ad imos pedes vlcus constitisset: siquidem vlcera aut capitis, aut faciei, vrina perfundi sinere auersabar. Attamen Medicamētum quod ex Vrina pueri cōficitur, quod quidā vocant Chrysocollan, quia eo ad auri glutinationem vtuntur, ad vlcera difficilia sanatu optimum esse assero. Fit autem id fiura gphiali, confecto mortario ex ęre rubro, habente pistillū eiusdem materiæ, in quod meiente puero pistillum circūages identidem, vt non tantùm à mortario quid deradat, sed etiam à sese non nihil deterat: id quod pluribus deinceps diebus peragitur, donec vrina crassitudinem assequatur mellis. Faciendum verò id in Sole: nam facilius in aere eiusmodi ab ære quid deteritur: aut si Sol absit, calidas esse ædes saltem conuenit. Hoc medicamento misto ijs, quę curandis vlceribus rebellibus sunt idonea, vtimur, vt dixi, ceu optimo: nihil enim habet abominandum, perinde vt vrina capiti alteri've parti infusa. Nam quid commemorem Vrinę potum? F Scripsere tamen medicorum quidam de subsidente in vrina crasso illo videlicet & albo, dicentes id mederi erysipelatis. Sanè ea erysipelata, quæ ignea etiānum sunt, & re vera erysipelata, calidorū & acrium medicamentorum omnino nullum iuuare potest: quę verò per refrigerantia refrixere, tum hoc, tum alia multa medicamina digerētia, adiuuare valent. Atq; hoc quidem vti licebit, vbi non in facie, aut propè, erysipelas constiterit, verū in artuū quopiā, aut dorso, aut vētre. At Vrinā pueri orthopnęæ gratia ebibere necessariū nō est, cū sint & alia medicamina quę huic medeantur affectui. Quin cū bibisset quidā, affectu liberatus nō est: vt non eximiū quid præter alia possideat.

Sielon Saliua.

Sielon, "siue Sialon, siue Ptyelon appellare libet, nihil interest. Verùm id sciēdum est, vim eius esse differentem tum in animalium speciebus, tum in eorum vnoquoq; sano & ægroto, ieiuno & sitibundo, aut cibo potu q; sumpto. Etenim vt vrina & bilis, sic etiam saliua sumpto quidem cibo imbecilla est: valida & acris eorum qui ingenti aut inedia: aut siti premuntur: in medio vtriusque est eorum qui probè concoxere quidem, non dum tamen cibū potum've hausere. Hac ergo saliua nutrices pueris lichenas curant, paruum videlicet digitum rigātes, ac deinde cutem affectā confricātes: id q; faciunt subinde, tanto scilicet interuallo, dum saliuę vires in lichene perdurēt, ac non G dum sint extinctæ. Sed & triticum mandentes rustici non pauci furunculis imponunt, nam celeriter eos & digerit, & concoquit: cùm si macerarent aqua, nō æquè prodesset. Ex quo liquet saliuam iuuādi robur adferre. Atq; corporibus mollibus, aut puerorum, panem non triticum imponunt ore commāsum. Porrò omnia sic commansa digerunt & sugillata, cętera q; ecchymomata, maximè vbi panis simul cum pauco radiculæ fuerit commansus. Porrò tota substantia vel maximè aduersa est Saliua bestijs hominem interficientibus, ceu alicubi etiam Nicander poeta refert. Pollicitus autem mihi quidam incantationem sese ostensurum, quæ scorpios interficeret, vbi illā semel dixisset, in scorpium expuit: inde rursum eam obmurmurans, iterum scorpium conspuit: ac vbi tertiò dixisset, atq; expuisset, mortuus est scorpius. At postea ego absq; incantatione à sola saliua occisum vidi scorpium, id q; celeriter à saliua esurientium, aut sitientium: tardè autem ab illis qui cibo potu q; fuerant impleti: in alijs autem, proportione.

A.ibid.599. Et 613.

De Iis Quæ in Corpore proueniunt.

Nascuntur "in corpore cùm alia pręter naturam, quorum non est satis honestum meminisse: tū etiam Lapis in vesica: de quo scripsere quidā q̄ lapides vesicæ cōminuat. Atque hoc quidem falsum est experientia iudicatum: cæterùm an renum lapides frangat, omnino experti non sumus, H cùm suppeterent alia ad hoc symptoma probata medicamina. De Pure autem & id genus dicere supersedeo, id illis concedens qui his in rebus mirifici sunt, scilicet quibusdam cum pręstigijs. Cęterùm Stercus, vnum est inter ea, quę in corpore proueniunt secundum naturam affecto animali, veluti & aurium sordes. De vtroq; itaq; deinceps disseram.

A.l.2.t.2.c.395 fol.139.d

Copros Stercus.

Copros, "siue Copron, siue Apopatema appellari velis, perinde est. Scito autē hanc substantiā vim habere vel maximè digerentem. Verùm stercus Humanum ob fœtorem abominādum est: At Bubulum, caprinum, crocodilorum terrestriū, & canum vbi ossibus duntaxat vescuntur, neq; grauiter olet, & multa experiētia non tantùm nobis, sed & alijs medicis me natu maioribus, comprobatum est. Siquidem Asclepiades, cui cognomentum erat Pharmaceon, & alia omnia medicamenta collegit, vt multos impleret libros: & stercore ad multos sæpe affectus vtitur, nō modò medicamentis quæ foris imponuntur commiscens, sed ijs quoq; quæ intrò in os sumuntur.

A.ibi.c.606.

Stercus Caninum.

Sanè "ego memini me admirandam tum Humani tum Canini stercoris expertum facultatem. Sed prius disseram de Canino, quo vti assiduè consueuit præceptorum nostrorū quidā, sola ossa

A.ibidem.

cani

A cani edēda exhibens duobus continuo diebus, ex quibus durū, candidum, ac minimè fœtens stercus proueniebat. Hoc igitur acceptū deliccabat, vt cū postea vsus esset, facile ad læuorem posset redigi. Vtebatur eo ad anginam, & dysenteriam, & summè inueterata vlcera: Ad anginam quidē, ijs admiscens quę alioqui huic affectui congruebāt: Ad dysenteriam, lacti illi immiscens, cui decocto calculos vocatos κάχληκας, ignitos inijci antè posuimus: aut, vt ego postea ob parabilitatē ad ferrum confugi, id candens lacti probè decocto inijciens. Vocant aūt medici non nulli lac eiusmodi, nescio quo pacto, Schistum: verum oportebat non hoc sic appellare, sed in quo segregamus ac scindimus {quod χίζειν græce dicitur} serum à caseo. Cæterum medicus ille stercus Caninū aridum tritū lacti, in quo extincti erant calculi marini, clam inijciebat, & id solū generosissimos quosq; discipulos docebat. In his ergo duobus multum expertus sum stercus Caninum ceu medicamētum mirabile, sicut & in vlceribus extreme malignis. Miscui ergo & ad illa paulum quiddam stercoris canini medicamētis probatis, & manifesto se ipso valentius redditum est medicamen. Et si quando digerere aut desiccare quid opus esset, illis etiam medicamentis admiscui.

Stercus Humanum.

Cæterum Humani Stercoris hoc habeo experimētum. Assidue quidā à phlegmonis ad guttur existentibus vexabat, adeo vehementer, vt suffocationis subiret periculū: & sanè ob hoc periculum sanguinem mittere cogebatur. In hunc cū forte quis incidisset, pollicitus est se prebiturum medicamēti experimentū: & se vocari, si quando rursus aliqua in parte gutturis emicuisset phlegmone, ante sanguinis missionē præcepit. Itaq; vocatus, medicamēto illito statim hominē curauit. Vt aūt iterum profecit, non in ipso tm̄, sed & in alijs qui similiter erant affecti, rogabat is, qui assiduo suffocari periclitabatur, data mercede, vt sese medicamentum illud doceret: erat enim ille & locuples, & in pecunię sumptu liberalis. Porrò vbi conuentū esset de pretio is, qui vendebat, Hoc medicamentū, inquit, per antipatheian quandā vtilitatē obtinet: esse aūt eam antipatheian, vt qui curatur, nesciat, vnde cōficiatur. Iussit itaq; alium daret, qui pro ipso disceret, qui sibi fidelissimus esse videretur, qui q; iureiurando reciperet sese nulli eius facturū copiam, priusquā ipse qui dedisset, foret defunctus. Itaq; à morte eius qui indicarat, non tm̄ ille suum hoiem, sed & alios sanabat: et mihi ne petenti quidē medicamenti exēplum volens ac lubens obtulit. Erat aūt Stercus Pueri siccum cū melle attico ad læuorē tritū. Victitabat autē puer, cuius stercus accepturus erat, vti ipse qui medicamētum dederat, ostendit, lupinis, illis videlicet qui ex more edi solent, cum pane bene cocto in clibano, modicum salem & fermentum habente. Præbebat autem bibendum vinum vetus: atq; hæc omnia mediocri in quantitate, vt perfectè ea puer posset concoquere. Itaq; cum primo die eo victu esset vsus, postero tamen die nō dum stercus capiebat, sed in eo quoq; die rursum eodem alebat victu, ac tertio demum sumebat: ac postea arefacto vtebatur similiter, vt stercore canino, vt ante dictum est. Dicebat autem illum, qui docuerat, fugitantem alios cibos ob fœtorem, prætulisse lupinos: sese verò, experimenti gratia, carnes gallinaceas aut perdicū ex aqua aut tenui iure bene coctas persæpe exhibuisse, & medicamentum nihilo minus operatum. Atq; ego sanè hæc tibi de canino humano que stercore narrare possum.

Stercus Lupinum.

At Lupinum Stercus quidam colicis potandum dabat, non tantū in ipsis paroxysmis, sed etiā in interuallis, si quidem phlegmone vacarent. Quorum ego quosdam vidi nō amplius inuadi: & qui erant inuasi, nō amplius id grauiter passos, sed nec post paucum temporis. Accipiebat autem ille albidius potius stercus, quale vbi ossa ederint solent excernere. Verum illud etiam in eo mirabar, q vel suspensum euidenter aliquoties iuuisset. Itaque hic stercus capiebat, quod non decidisset in terram: Id quod non erat inuentu difficile: ea enim est luporum natura, quæ canū, vt suspenso altero posteriorum crurum & meiant & cacent in eminenti quopiam ex terra. Itaq; in spinis sępe D estate stercus lupinum reperitur, & fruticibus, vepribus, herbis q; procerioribus. Inuenitur porrò in stercore illorum & non nihil ossium deuorati animalis: quod vt effugit commansionem, ita & concoctionē: quod & ipsum contūdens ac conterens, bibendum præbuit colicis: ac si homo esset puritatis amans, miscebat & salis quippiam, aut piperis, aut quippiam eiusmodi. Vt plurimum autem ex vino albo consistentiæ tenuis bibendum præbebat: interim vero etiam ex aqua. Hoc ergo stercoris quod patientis ilibus { λαγῶνας Græci vocant } applicandum esset, præcepit suspendi ex vinculo confecto ex lana, sed non qualibet: verum multo præstabat eam esse ouis à lupo laniatæ, vnde, quod ad hūc vsum accōmodaretur, esset cōficiendum. Quòd si talis nō adesset lana, ex pelle ceruina & lorum quod cingeret ilia, & in quo stercus contineretur, parari præcipiebat. At nos ollulam ad magnitudinem maximæ fabæ confecimus, quam experiundi gratia indito stercore quibusdam suspendimus, nec potuimus nō mirari, cùm plurimos ipsorum videremus adiutos. Cęterum ad ollulam duas ceu aures affiximus, per quas lorum transmitti posset. Sed hoc quidem obiter dictum esto, siquis inuenietur qui sic suspēsis fidem habere dignabitur. Dico autem sic, nā substantia est quæ suspenditur, non voces barbarę, vt quidam facere præstigiatorū assolent: quando & alias expertus sum substantias, quæ in alijs affectibus similiter operarentur. Sed de his non est nunc dicendi tempus. Ad propositum itaq; reuertamur.

Stercus Caprinum. E

Nam "humanum,caninum,lupinum'q; stercus recẽsui,alia verò non dum: quorum etiã maior est q̃ dictorum numerus: & quædã assiduo habẽtur in vsu, quædã rariore. Omnium creberrimè vtimur Caprino stercore {Græci Σπυράθους propriè nominãt,} digerẽtis et acris facultatis: adeo vt & induratis scirrhorum in modum tumoribus congruat, nec tãtum lienis, ad quos creberrimè medici non pauci huiusmodi stercora applicant,sed etiam aliarum partium. Siquidẽ ego eo vsus sum ad genu, tumorem habens inueteratum & ægrè solubilem, iusso fieri cataplasmate ex farina hordeacea per oxycratum,indito videlicet hoc stercore: & mirum est, q̃ homo ille fuerit adiutus. Erat aũt rusticus in quo id factum est. Et iam etiam alius rusticus, cùm sic vsus esset non tantùm in genu,sed etiam alijs in partibus ad tumores similes,perinde adiutus est.Nam acrius est medicamentum q̃ vt mulieres vrbanas,aut pueros, aut omnino qui tenera sunt carne, sanare possit. Sed de particulari oĩum medicamentorum vsu in opere de componendis illis tractabitur. Quin & ad aquã inter cutẽ,& ad splenicos variè caprino stercore vtimur. Sed & Vstũ tenuioris quidem essentiæ,verùm haud manifestò reddit acrius. Quamobrem sanè ad alopecias congruit,& oĩa adeo, quæ extergentia medicamenta desiderãt, vt lepras,psoras,lichenas, & hoc genus alia. Miscetur digerentibus cataplasmatis, qualia sunt quæ accommodantur ad parotidas & bubonas diuturniores: est enim vis eius tum vsti,tum non vsti,abstersoria, & digerens,nec etiam paruam habet digerendi potentiam. Nam medicus quispiam ex ijs, qui in agris & vicis medicinam exercent, vtebatur eo ex aceto ad viperarum morsus, & multo sanè etiam magis aliarum bestiarum: ac profectò ex ijs cõplures seruauit. Et hic ipse quoq; medicus ad auriginem potãdas ipsas spyrathos ex vino præbuit, & ad profluuium muliebre cũ thure apposuit. Quæ oĩa sanè optimus medicus ignorare non debet: cæterùm potiora eligere potissimùm ad vrbanos et honoratos,alicuius'q; existimationis viros: in quibus equidem ego tali nunq̃ sum vsus medicamine,cùm multo meliorum suppeteret copia. Attamen existit nõ nunq̃ talium vsus,aut in itinere,aut in venatione,aut rusticatione,cùm scilicet meliorũ nihil adfuerit, aut homo rusticus perinde fuerit carnis duræ ac asino similis.Nam eiusmodi multos in agris reperias dignos,qui bibãt spyrathos. Porrò quod & suprà monui de vrinis,& bile,& saliua,id nunc memoria repete, nẽpe vniuersalem & communem facultatem eandem oĩbus inesse, verùm pro animalium temperaturis variam.Nam eorum, quæ sicciore sunt tẽperatura, & stercus exiccantius est: sicut & calidiorum magis etiam excalfactoriũ. Verùm nullum omnino stercus refrigerat,sicut nec vllum humectat. Sed & pro natura eorũ quæ edunt, multa item fuerit diuersitas. Proinde in hominibus potius q̃ alijs animalibus maior est: quandoquidem hoc animal diuersissimis maximè'q; varijs cibis vtitur.Nam quid simile habent,qui alliũ ac cæpas comedunt, & qui cucurbitam, verbi causa? at caprarum spyrathi pro pastu vario non nihil item habuerint differentiæ,non tamen tantum,quantum stercus humanum. F G

A.ibidem.e

Stercus Bubulum.

Similiter "Stercus Bubulum exiguã habet differentiam: Est q; & ipsum facultatis exiccatoriæ: verum attractoriam etiam obtinet, vt monstrat,dum apum vesparum'q; morsus iuuat. Atq; hæc vt à proprietate substantiæ totius iuuentur,fieri potest. Cæterùm medicus quidam medicamentorum peritus,in Mysia quæ in Hellesponto est,aqua inter cutẽ laborantes bubulo stercore oblinens,in Solem exponebat. Atq; hic ipse imposuit et partibus rusticorum phlegmone obsessis humidum illud verè collectum, cùm herbam boues pascuntur. Manifestum autem est hoc esse alio moderatioribus multo viribus: dico autem aliud, cùm paleis vescuntur: nam hoc medium est inter id quod modò diximus, & quod prouenit ab erui pastu. Liquet ergo, quẽadmodum id quod ex pascuo herbaceo prouenit, ad phlegmonas accõmodatur, sic istud aqua infestatis esse idoneũ. A.ibidem.a

Scire tamen oportet, omnia id genus medicamẽta duris agrestium hominum corporibus aptari,nempe fossoribus & messoribus,& qui opus obeunt tam validum: In quibus vtiq; Mysius ille medicus & ad chœradas adhibebat,& ad tumores omnes scirrhosos, ex aceto in cataplasmatis formam compositum illinens. H

Stercus Ouillum.

Sed "& Hic ipse medicus Ouium vtebatur Stercore ad acrochordonas, & myrmecias, & thymos,& furunculos duros quos clauos nominant, aceto videlicet diluens. Quin & vlcerum ambusta ad cicatricem illo ducebat,nempe stercus hoc cerato rosaceo cõmiscens. Sed & per stercus Caprinum combustum similiter curabat: cæterùm pauculum eius multis numeris maiori cerati moli admiscebat. Et in totum,studium id illi erat vnicum,omnia curare per ea,quæ ex agris facillimè parantur: inter quæ sunt & herbæ,& frutices,& arborum flagra,& germina,& folia mollia, & fructus,& cortices: Super quibus copiosius dicetur in facile parabilibus. A.ibidem.e

Stercus Columbinum.

Porrò "Stercore Colũbarum Nomadũ (nam sic eas quidam cognominant, à domesticis videlicet distinguentes) tanq̃ medicamento excalfaciente & ipse ad multa frequenter admodum vtor, Nempe cum semine nasturtij contusum cribratum'que siccum vice napyos ad ea,quæ rubrificari debent,adhibens. Manifestum autem est, quòd inueterata omnia dico in talibus affectibus,quales A.ibidem.e

A les sunt coxendix, hemicrania, scotomata, vertigines, & cephalęa: & in lateribus, scapulis, ceruice, lumbis, dolores inueterati: & ad hæc nephritides, & affectus cœliaci, & podagricæ arthritides quæ videlicet in articulis eorum non dũ constiterint tophi siue pori. Atq; hoc stercus planè fœtidũ nõ est, maxime arefactum. Quocirca & in vrbibus eo varie vtimur, aliàs alijs miscẽtes medicamentis.

Stercus Gallinaceum.

A.ibidem.g Porrò cum conspexissem illum in Mysia medicũ Gallinaceo vtentẽ Stercore in eis, qui ab esu fungorũ suffocabãtur: Et ipse quoq; sum vsus in quibusdã vrbẽ inhabitãtibus, qui & ipsi fungos esitarant, ipsum videlicet ad læuorem cõtritum tribus quatuor've oxycrati aut oxymelitis inspergens cyathis: & palàm adiuti sunt, idq; celeriter. Nã qui prefocabantur, paulo post vomebant pituitosum humorem omnino crassissimum, & exinde planè liberati sunt symptomate. Est aũt hoc stercus columbino minus calidum. Cæterũ Mysius ille medicus dabat ẽt bibendum stercus gallinaceum ijs, qui diutino coli dolore fuissent vexati, ex œnomelite: quòd si hoc non aderat, ex aceto, aut vino aqua diluto. Porrò memoria tenere oportet communẽ de omnibus animantibus rationem, nempe tum in ijs quę in corporibus ipsorum continẽtur tam humida q̃ solida, tũ in ipsis partibus, plurimam esse diuersitatem montanorũ quę vocant, & eorum quę in pratis, paludibus, B lacubus, & ædibus versantur. Semper.n. quę exercentur, ijs quæ non exercentur, sunt sicciora: & quæ cibis vtuntur calidioribus siccioribus q;, ijs quę humidis frigidis q;. Nã in colũbis (quandoquidem creber nobis earum stercoris est vsus) multo semper inferius ac imbecillius expertus sum earum stercus quę in domibus degebant, q̃ earum quæ in montibus, quas Nomadas nuncupant. Tum gallinarum quoq; inueni multo ẽt imbecillius earum quę conclusę seruãtur, & furfuribus aluntur: non paulo autem valentius earum quę in agris, atrijs, aut foris pascuntur.

Stercus Anserum, & Ciconiarum.

A.ibidem.d Cæterum Stercus Anserinum prę nimia acrimonia inutile est. Colligo etiam ita esse & Accipitrum, & Aquilarũ. Verũ fugienda est materia omnis eiusmodi, quæ difficulter comparari potest. Qua occasione complures validissimas vires talibus materijs testimonio adscribunt suo, ceu non facile redarguendi: Velut qui Ciconiarum stercus comitiali morbo mederi scriptitant. Verũ quanquã hoc multis alijs quæ scribunt, longè sit parabilius, curiosum tamen est (vt taceam falsum esse) quod de illo est proditũ: Nam quidam ijs, qui talia memorant, credulus, epoto hoc stercore nihil adiutus est. Nam & antequam experiare, promissorum prauitatem ac falsitatẽ ipsi qui talia scribunt, detegunt: nam cum multis modis difficulter homines spirent, neq; quod omnibus cõ- C ferant adscribunt, neq; quod his aut huic. Tametsi sunt inter eos, qui talia scriptitant, qui nõ simpliciter dyspnœæ hoc est difficilis spirationis, sed ortopnœæ, talia esse remedia dicunt, nempe ciconiæ stercus, noctuæ sanguinem, vrinam humanam, & alia his absurdiora: haud scientes quod pituitosus viscosus q; succus bronchia obstruẽs pulmonis, huius affectus sit causa, & quod in eo euacuando con sistat medela, & quod euacuatur dum per tussim excreatur, & quod id fieri nequeat absque crebro epoto medicamento acriore. At hi adeo sunt nugaces, aut præstigiatores, aut quo illos digno appellem nomine nescio, vt dicãt absurdorum istorum poculorum vnumquodq; epotum à dyspnœa liberare: quod fieri nõ posset, ne si vel specillum fas esset alicui in pulmonem demittere, quo infixum humorẽ tolleret semel duntaxat demisso. Præstabat itaq; illis dixisse, nõ si epotus sit hic sanguis, aut vrina, sanare dyspnœam, sed si potetur: Rectius q; etiam quod non semper & omnino sanabit, ne si vel assiduo potetur: sed quod multos sanauit, multos verò adiuuit quidẽ, sed morbo prorsum non liberauit. Sed hos iam mittamus, & quod deinceps est, ad id pergamus. Cuiusq; enim stercoris acrimoniam & digerendi vim possidentis, prout aliud alio plus minus've eius sortitum est facultatis, ita particulares in ipsis proueniunt differentiæ: ac proinde aliud hoc pathema potius, aliud illud magis curare valet.

D

Stercus Murium.

A.ibidem.e Sic enim Murium Stercus alopecias curare proditum est: Et inuentus est quidã medicus, qui ad hoc pathema vtebatur composito medicamento ex murium stercore confecto. Et alius quidã glandem puero familiaribus rogantibus vt apponeret, præcepit vt ex stercore conficeretur murium. Quo dicto oẽs, qui audierãt, in risum soluti sunt, quod cum tot essent, quę apposita sedi ad excretionem excitarent intestinum, ille omnibus preteritis ad murium confugisset stercus. Nam re vera pudendum est alia etiã experiri velle, cum oẽs ceu curiosum & præstigiatorem condemnent eum qui talia aut faciat, aut dicat. Itaq; de murium stercore hæc quoq; sufficiunt.

Stercus Crocodilorum Terrestrium, & Sturnorum.

.l 2.t.2.c.212 pl.123.g Cęterum Terrestrium Crocodilorũ, horum inquam exiguorum, & humi serpẽtium, Stercus pretiosum effecere mulieres deliciosæ: quibus non est satis, quòd alia sint medicamenta tã multa, quibus faciei cutis & tensa & splendens efficitur, quin etiam adiungant stercus crocodilorũ. Simile illi fit & Sturnorum Stercus, cùm solam oryzam ederint. Clarum itaq; est quòd abstergẽdi desiccandi q; facultatem, vtranq; moderatam, habent stercora eiusmodi, & multo moderatiorem & hebetiorem stercus sturnorum. At stercus crocodilorum, sicut à facie ephelen tollit, ita & vitiliginem, & lichenas.

Rhypos,

Rhypos hoc est Sordes, Hominum, & Ouium. E

Sordes nascitur non tm̃ per totam corporis cutem, sed & in auribus: sed ob paucitatem paratu difficilis est. Proinde de illa nihil scribunt, nisi ꝙ paronychijs congruat sordes auriũ: quam sanè ẽt solam per se licet accipere. Nã quæ in tota cute prouenit, & in balneis & in palæstris deraditur, conferens non nihil & ipsa pato quem vocant: de quo suprà disserui. Sed & generatio, eius naturam indicat. Nam si sordes est crassum illud ac terrestre, quod reliquum est eorũ, quæ per latentẽ transpirationem euacuantur, sequitur vt desiccandi vim habeat cũ non nulla caliditate iunctam.

Ea tñ sordes quæ lanis Ouium inhæret & adnascitur, ex qua Oesypon quod vocant, conficitur, concoquendi vim habet similem butyro: paulum verò ẽt digerentis facultatis obtinens.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER VNDECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Adduntur, Quæ superiori libro de Medicamentis ex Animalibus deerant, Ac quæ ex Mari, & Salsis Aquis proueniunt.

Quæ Animalia Carne aut Sanguine careant, vel prædita sint.

PLeræq; animantiũ partes communes inter se omniũ sunt: nulla tñ est æquè communis vt caro. Hanc enim habet omne animal sanguine quidem prędi tum, vt homo, & oẽs quadrupedes, tum aues, serpentes, lacerti quos sauros vocant, testudines, & quæ sunt eius generis. Sanguine carentia, tum ostrea omnia, tum nõ pauca genera eorũ quæ in aquis degũt, sicut & nõ nulla quæ in terris. Et quod ex animantibus maximè editur, caro est: nam & viscerum plurima moles ex carnibus ipsis inhærentibus constat. Verum nõ nulli medicorum carnem viscerum Parenchyma vocandam censent, propterea ꝙ ex venis effusus sanguis circum vasa omnia concrescat, vt ipsi arbitrantur: sed eam quæ visitur in musculis, solam carnis appellatione dignantur. Verum de nominibus, vt semper monemus, cõtendendum non est: sed exercenda potius rerum scientia: Cuius nos quoq; studio vsq; dediti, quęcunq; tum de proprijs cuiusq; animantis partibus, tum de cõibus cognouimus, ea q; partim experientia, partim ratione docti, omnia deinceps exponemus, orsi à Carne propriè dicta. A.l. 2. t. 2. c. 145. fol. 116. b. G

Caro { Viperæ. }

Non oẽs animalium carnes hominem nutriunt, sed quorundam ẽt lethales sunt, nõ secus atq; venena quæ vocant deleteria. Tum inter eas carnes quæ hominem nutriunt, quędam hoc ipsum tm̃ sunt, nempe nutrimentũ: quædam verò suprà q̃ ꝙ nutriunt, habent & facultatem ceu medicamenti, qñquidem desiccando, humectando, excalfaciendo, ac refrigerando, corpus alterant. Nam Viperarũ carnes palã videre est excalfacientes & desiccantes, vbi condiuntur ceu anguillæ, nempè oleo, sale, anetho, porro, & aqua, seruato nimirum mõ. Quòd aũt totum corpus per cutim euacuent, discere tibi liceat vel ex ijs, quæ ego iuuenis etiãnum in Asia nostra sum expertus: q̃ singulatim deinceps narrabo. Homo quidam morbo, quem Elephanta cognominant, laborans aliquousq; cũ sodalibus conuersabatur, donec ex ipsius consuetudine conuersatione q; quidam nostrum morbi inficerentur contagione: & ille iam odoratu grauis, ac fœdus redderetur aspectu. Constructo igitur illi tugurio proximè vicum in iugo collis pp fontem, illic hominem collocãt, tm̃ illi quotidie ciborum ferentes, quod vitæ sustinendæ satis foret. Cæterũ ad canis exortũ, cùm fortè messoribus haud procul inde metentibus vinum esset allatũ in fictili sanè q̃ fragrans, is qdẽ qui attulerat, deposito illo ꝑpe messores, abijt. Verũ vbi eius bibendi aduenisset tp̃s, sublato fictili adolescens, vt pro more impleto cratere, competente aqua vinum temperaret, in cratera vinum effundit, & vnà excidit vipera mortua. Qua re attoniti messores, veriti ne quod, si ebibissent, inde sibi malum eueniret, suam quidem sitim aquæ potione sedare maluerunt. Cæterũ cùm illinc discederent, præ humanitate videlicet ac misericordia homini illi elephanti obnoxio vinum largiũtur, rati expedire illi potius mori, q̃ viuere in ea miseria. At ille vbi bibisset, admirandum in modũ sanitati restitutus est. Nam tuberosum illud oẽ cutis totius non aliter q̃ animalium, à testis mollitie nuncupatorũ malacostracon, tegmẽ decidit: quod aũt reliquum erat, molle admodũ apparuit, instar cutis cancrorum & locustarum { carabos Gręci vocant, } vbi extima testa fuerit detracta. A. ibid. c. 142. f. & c. 608. H

Alterũ quoq; eiusmodi nõ dissimili casu in Mysia Asiæ, nõ ꝑcul ab vrbe nostra accidit. Vir qdam Elephanto laborans profectus est ad aquarũ calidarum sponte nascẽtium vsum, sperãs inde non nihil se commodi adepturum. Erat illi scortum mancipium, iuuecula sanè formosa, complu-

A ribus amatoribus ambita. Ille istius fidei tũ nõ nulla alia ad rẽ domesticã spectãtia, tũ penit ipsum, crediderat. Profectis igitur illis, in ædibus, quibus vicinus erat locus squallidus, & viperarum plenus, forte fortuna ex illis vna in vrceũ vini incidit negligẽtius positum, extinctaq; est. Ac scortũ quidẽ in lucro id reputãs quod forte euenisset, hero id vini ꝓpinat, atq; ille ebibit. Ceterũ exinde ad eũ modũ, quo ille qui degebat in tugurio, persanatus est. Porrò tertiũ quoq; annectã, quod ex nostra profectũ est imitatione. Cũ qdã hoc morbo ægrotaret, animo magis, q̃ vulgus, philosophico, & contẽptore mortis, oppidò q̃ grauiter ferebat: satius q; dicebat mortẽ semel perpeti, q̃ vitã viuere tã miserabilẽ. Itaq; illi quę superioribus duobus accidissent indico. Erat aũt ipse auguriorũ peritus, & amico vtebatur mirifice hãc disciplinã tractãte. Itaq; vbi ad auguriũ cũ illo consedisset, persuasus est, vt quæ per experientiã essent cognita, ipse imitaretur: atq; epoto vino, quod sic erat veneno infectũ, leprosus factus est: ac postea leprã eius nos cõsuetis remedijs sanauimus. Quartus præterea viuas capere viperas arte instituit. Sed illius morbi tantũ erãt in illo principia. Itaque cura studiũ q; nobis fuit, vt illũ q̃ celerrimè sanitati redderemus. Quocirca misso sanguine, atra q; bile medicamẽto detracta, viperis quas capiebat vti iussimus, præparatis in olla anguillarũ in modum. Atq; hic ita sanatus est, euaporato per cutẽ affectu. Postremo & alius vir quidã opulentus,
B nõ nostràs ille quidem, sed ex media Thracia, Pergamũ aduenit, admonitus somnio. Vbi iubente Deo per insomniũ, vt quotidie medicamentum biberet, quod confectũ est ex viperis, foris q; corpus inungeret, nõ multos post dies morbus in leprã abijt: rursum q; & hoc pathos, quibus Deus pręcipiebat, medicamẽtis curatum est. Sanè Viperarũ Caro adeo ingentem obtinet desiccandi facultatẽ, vt quidam, qui eam edẽre, vehemẽtissima cruciati sint siti: ac ꝓinde illas, Dipsadas cognominant. Sunt aũt qui dicant demorsos à viperis satiari non posse potãdo, sed dirumpi citius, q̃ siti liberari. Quocirca eos qui Romę viperas venantur, quos Marsos nuncupant, percontatus sum, ecquid haberent signi quo genus vtrunque viperarũ discernerent. At illi prorsum negabãt vllum esse genus viperarum dipsadum, verum eas quæ iuxta mare atq; in locis degunt salsedinẽ multam habentibus, carnem obtinere salsam: ac proinde in Libya talium ingentem esse prouentum, in Italia verò propter regionis humiditatem non inueniri. Atq; hęc quidem narrantes audiui Marsos: non tamen certo dicere queam, an in totum verum dixerint, an partim etiam falsum. Nam quasdam esse viperas in ijs, quas memorabãt, regionibus, quibus salsa sit caro, vel maximè mihi videtur esse probabile: scio enim cũ cibis animalium mutari carnes: non tñ nullum esse genus viperarum dipsadum pronunciare valeam. Cæterum tutissimum est cauere, ne in eiusmodi
C regionibus viperas venemur seu ad esum, seu ad medicamenti pręparationem, quale est & hoc præclarum quod medici propè oẽs Theriacam appellitant. Porrò qm̃ ex more, cùm Artiscos Theriacos, quos vocant, præparamus, non tm̃ caput sed & caudam earum abijcimus, subijt mihi frequenter rationabile fortassis esse, caput quidem totũ abijci ob venenũ, quod ore continent, verũ à ratione alienum esse, adimere & caudam. Nec enim dicere liceat ꝙ id faciẽdum sit ob recremẽta nutrimẽti tum liquida, tum sicca. Nam interfectis atq; excoriatis apertis q; exempta interanea omnia abijcimus, vt sola sit carnium substantia reliqua vnà cum arterijs venis q; per ipsas innatis, quarum minima moles est vt ad totam carnem, ac ne apparens quidem, nisi quis multum diligenter intentis oculis cõsideret. Atq; Artiscos, quos & Theriacos vocant, hunc in modum præparamus. Purgatas illas in aqua lixamus, quoad exactè nobis videantur coctæ. Indimus autem ab initio statim aquæ anethum, & post coctionem spinas à carne separamus: mox pani ad læuorem trito carnem commiscemus. Verum non quemlibet panem citra delectum accipimus, sed q̃ fieri possit purissimum simul & probè in clibano coctum, & salis simul q; fermenti quod satis sit habẽtẽ. Eum aũt antea desiccamus in ædibus siccis, minimeq; humectis, donec adeo siccus efficiatur, vt in mortario contundi possit. Non tñ tundentes miscemus, verum aqua in qua decoctæ fuerant vi
D peræ, maceramus: & carnem ipsam prius q̃ commisceatur pani, in mortario coquorum eatenus conterimus, donec exactè reddatur lęuis. Postea paruos artiscos fingentes, atq; in ædibus calidis siccis q; desiccantes, deinde quoq; in talibus repositos seruamus. Hos ergo ineunte æstate conficimus: quo potissimũ tempore optima est viperarũ caro. Porrò vtimur eis postea contusis denuo & cribratis, & rursus ad læuorem redactis, salis non nihil adijcientes ad suauitatẽ præparati: cuius etiã aliquid ipsi theriacæ inijcimus. Cęterũ eodẽ quoq; tpe ex Viperis assatis Salem conficimus, viuis illis in ollam nouam iniectis vna cum ijs medicamentis, quę illis & substerni & apponi assolent: quę omnia nunc commemorare non est pręsentis negocij. Nam inuenientur fortassis etiam qui me non iniuria reprehendent ob monstratam hoc in loco Artiscorum præparationem, tanq̃ alieno tpe expositam. Verum hæc posteaq̃ dicta nunc sunt, seruentur tñ ac maneant, ẽt si non admodum videantur huic instituto propria. At quæ sequuntur, conuenienti dicantur modo: Cõueniens aũt est, generalis facultatis meminisse, Carnem Viperinam dicendo exiccatoriam, & valẽter digerentem, mediocriter verò excalfacientem. Properat aũt, vt videtur, vis eius ad cutem, per eam videlicet quæ in corpore sunt recremẽta exigẽs. Quibus ergo affatim est malus succus in corpore, ijs ingens prouenit pediculorum numerus: & à cute ceu squama abscedit ac decidit extima cutis, (quam Græci vocant ἐπιδερμίδα,) ad quã sistuntur ac retinentur crassi terrosi q; humores

ad

ad cutem protrusi, à quibus quidem psoræ, lepræ & elephantes nascuntur. Et hæc quidem habui E quæ de viperarum carne dicenda putarem. Rursum ergo sermonem repetā. Calidiorum natura animalium carnes non solum nos alunt, sed etiam calfaciunt, frigidiorum autem refrigerant: sic etiam sicciorum carnes desiccant, humidiorum humectant. Memoria itaq; repete, quemadmodum didicisti in libris de Temperamentis, q; vbi conieceris animal quoduis temperatura esse siccius, velut exēpli gratia suē syluestrē domestico, huius & carnē cognoscas eē magis exiccatoriā, & secundū alias temperaturarum differentias similiter: puta sue sicciorem ouem, & hac capram, qua bouem, quo deniq; leonem: Sic in caliditate leo calidior est cane, canis tauro, taurus boue exe cto. Itaq; proportione, qua cętera animalia in temperatura excedunt, & carnes quoque eorū differunt atque exuperant. Proinde vbi consilium fuerit corpus exiccare, sicciorum temperie anima lium carnem exhibeto: calfacere autem volens, calidiorum: & frigidiorum, si coneris refrigerare: deniq; si humidius reddere, humidiorum. Nec parua existit carnium differentia, cùm quasdam sale condimus. Nam prorsum diuersæ atq; alię euadunt, adeo vt sæpenumero animalis temperatura humidissimi caro salita longè euaserit exiccatior, quàm ea, quę natura fuerat sicca. Porrò inter eas, quæ salitæ nō sunt, siccior est, q̄ assa est, q̄ q̄ in aqua elixa. Scripserunt aūt & aliorū aialium carnes quidam prodesse tum comesas, tū in partes affectas impositas, Vt Erinacei" terrestris desic F A.ibi.c.145.fo. 116.f catam, si bibenda prębeatur elephanto obnoxijs, cachectis hoc est qui mali sunt habitus, tum conuulsionem sæpenumero patientibus, nephriticis q;, & ijs qui laborant aqua inter cutem quā anasarca vocant. Ac si ea efficere potest, facultatem habuerit valenter simul digerētem desiccantē q;.

Sicut & caro Mustelæ {Græci Galen vocant,} arefacta, quæ vtiq; comitiali morbo afflictos iuuat epota. Sed & salitorum Hælurorum carnem ad læuorem contritam palos & spicula educere aiunt, impositam videlicet, tanquam trahendi vim habeat. Porrò Murolorum {quos Myacas Græci vocant} carnem vlceribus à mordente cane inflictis competere. Ego verò nullam insignē inuenio facultatem, quam requirant id genus vlcera, tanquam ea, quæ à rabido cane mordente sunt illata. At Cochlearū caro prius in mortario contusa, ac postea ad læuorem redacta, omniū valentissimè desiccat partes superfluo humore grauatas, adeo vt & hydericis conueniat. Ipse autem Humor solus per se citra carnem (vocatur autem is à vulgo cochliu myxa hoc est mucus limacis,) thuri mistus, aut aloæ, aut myrrhę, aut horum quibusdam, aut omnibus, quoad accipiat cæ rati crassitiem, medicamentum fit tenax, desiccat q; † purulentos mucos} aurium. Sed & fronti im positum inhæret, oculorum fluxiones resiccans. Quidam etiam ad palos eximendos vtuntur totis vnà cum testis ad læuorem tritis: sed & quidam ad sistendos menses. Equidem ego aliquan- G do in agro carnes ipsas solas in vulnus cum nerui vulneratione & contusione factum tritas imposui, ipsum q; vulnus pulchrè glutinatum est, & neruus phlegmonen haud perpessus: erat autem homo durus & agrestis: miscui tamen illis contritis pollinem farinę acceptum à pariete molæ proximo. Scripsere autem maiores me non nulli medici ad eiusmodi vsum miscendum thus, aut myrrham, vel vtraque. Verum horum habebam tum neutrum, vt qui tunc ab vrbe abessem in agro. Possis autem & resinæ frictæ contritæ admiscere, si adsit, quippiam. Porrò vbi multum muci cochlearum accipere voles seorsum, stylo carnem earum pungito. Sed nō ante multos dies venatas esse expedit, alioqui enim tempore desiccantur: nam recentes plurimum habent viscosę illius humiditatis, quam stylo compunctæ effundunt. Humiditas hæc pilorum in palpebris prę ter naturam gluten est.

† Al. muccosos tumores.

Pimele, & Stear Pinguedo, & Adeps.

Pinguedo, & Adeps." Et hæc quoq; communissimæ sunt inter animalium partes. Nam quæcunque bene nutriuntur, ea omnia aut pinguedinem, aut adipem obtinent: quæ verò macilenta sunt, male q; nutriuntur, sæpe omnino ne habere quidem, sæpe verò pauculum id q; siccum, vt ægrè vti possis, apparent. Porrò Differt à pinguedine adeps, q; crassior sit: ac propterea animan- H tibus totam naturam terrosiorem habentibus adeps prouenit, velut humidioribus pinguedo. Proinde Pinguedo celeriter in ignem posita liquescit: nec facilè, vbi liquata fuerit, rursum cōcrescit ac cogitur: At Adeps nec facilè funditur liquescit've: & fusus celerrimè coit ac conglaciatur, multo q; apparet pinguedine durior. Sus enim bene habitus pastus q; multam habet pinguedinem, ob naturalem temperamenti humiditatē. At Boues & Capræ, & quęcunq; {id genus} cornigera ob siccitatem adipem plurimum generant. At tu si voles, oleosam & pinguem in animalibus substantiam omnem, adipem appellato, vt pleriq; medici: sed & pinguedinem appellare totum hoc genus licet: Non tamen licet citra mendacium adipem caprinum humidiorem esse dicere, quàm suum: nam hic omnium fermè aliorum est humidissimus, ac proinde actione sua vicinam oleo vim possidens, quanquam oleo magis tum emolliat, tum concoquat: ac proinde cata plasmatis quæ ad phlegmonas accommodantur, commisceri solet. Qui verò mordicationes perpetiuntur aut in recto intestino, aut in colo, ijs potius caprinū adipem quàm suillum inijcimus: non q; acrimonias plus obtundat (nam ex natura sua suillus obtundit magis, ac proinde miscetur medicamentis vlcera curantibus, cuiusmodi est quod vocant Parygrum) sed quòd caprinus ob crassitiem citius concrescat, suillus autem instar olei defluat: proinde ipsum potius dysentericis

A.l.2.t.2.c.70. fol.106.g

&

A & tinesmosis iniicimus, quando morsum eorum mitigare consilium est. Porrò ob tenuitatem es-
sentię non nulla acrimonias magis retundunt, vbi nimirum in alto mordicatorum corporum quid
molestum est hæserit. Nam quod crassiorum est partium minus, magis autem quod subtiliarum, to
ta corpora penetrat, & omnibus ipsum saniebus mordicātibus permiscetur. Hac ratione Adeps
Anserinus, quæ in alto corpore mordicāt, magis obtundit: sed & suillo calidior est. Horū tamen
in medio est Gallinaceorum adeps ac Gallinarum. Porrò calidior semper ac siccior est Masculo
rū animaliū: & horū ipsorum exectorum minus tum calidus, tum siccus: quippe Mas castratus
eiusdem semper generis fœminæ assimilatur. Hoc autem sermonis caput cōmune est, cuius me-
minisse oportet, Pro animalium temperatura semper existere differentias eius, quæ in illis est pin
guedinis, aut adipis, aut quocunque modo appellare libebit totum hoc genus corporis in animā-
tibus oleosi & pinguis. Igitur cum Sus omnibus propè quadrupedibus animalibus in caliditate
ac siccitate inferior sit, proinde pinguedinem quoque minus habet calidam, magis q; humidam.
Omnis igitur pinguedinis facultas est humectatoria & excalfactoria humanorum corporū, hu
ius enim meminisse perpetuo oportet in principiis huius operis dicti: at Differentiæ quæ sunt
cuiusque singulatim, in maioris minoris q; ratione sunt. Nam pinguedo Suis, vt ad nos quidem,
B largius humectare potest, sed non æque excalfacere, sicuti neque oleum: verum pinguedinis suū
talis est caliditas, qualis spectatur in nobis. Porrò Taurorum Adeps suillo multo calidior est &
siccior, rursum id memoria repetentibus nobis marem fœmina esse tum calidiorem, tum siccio-
rem: marem autem castratum adsimilari fœminę, velut quicquid iuuenilis est ętatis. Et inter iuue
nilia fœmina mare humidior est, & minus calida. Sic & Adeps Vitulinus taurino minus tum ca
lidus est, tum siccus: & Hœdorum quàm caprarum: sed & Caprarum minus quàm hircorum:
& rursum Taurorum minus quàm leonum: Nam horum adeps omnium propè quadrupe-
dum adipe potentius digerit, nam & caliditate exuperat, & partium tenuitate. Itaq; si ipsum me-
dicamentis ad vlcera & phlegmonas conuenientibus commisceas, non modo nihil adiuueris, ve
rum etiam læseris, nimirum addita maiori, quàm conueniat, acrimonia: Inueteratis tamen tumo-
ribus atque scirrhi in morem induratis, tum neruorum curuaturis, {ἀγκύλας Græci vocant:} &
in summa quæcunq; scirrhosa sunt, iis aptissimus est: in quibus sanè minimè apparet efficax suil-
lus. Taurinus autem ab vtroque ex æquo distat: vt quanto calidior siccior q; suillo est, tanto su-
peretur à leonino. Itaque tanquam in medio consistens, meritò vtrique medicamentorum misce
tur generi, & ei scilicet quod scirrhosis medetur, & ei quod phlegmonas cōcoquit, cuiusmodi est *Al. suppurat.
C tetrapharmacum quod vocant, ex cæra, resina, pice, & adipe constans. Nam siue in hoc taurinum,
siue vitulinum, siue hircinum, siue caprinum, siue suillum indideris, semper puri mouendo aptū
& concoctorium medicamen effeceris. Sed suillus si addatur, in pueris, & fœminis, & vt breuiter
dicam, omnibus, quibus caro est mollior, competit. Sin taurinum adieceris, fossoribus & messori
bus, & omnibus carnem duram habentibus, siue ob naturalem temperiem, siue ex ratione ac for-
ma vitæ, cōueniens effeceris. Cæterum Adeps omnis dum inueterascit, se ipso & calidior, & te-
nuiorum partium efficitur, ac proinde quoq; valentius digerens. Verum id omnibus inuetera-
scentibus accidit, quæ quidem non putrescere anticipent. Nam vinum, mel, acetum, frumentum,
butyrum, œsypus: oleum omne siue lentiscinum, siue cicinum, siue raphaninum, siue ipsum quod
ex oliuis conficitur: vetustate & calidiora & tenuioris essentiæ efficiuntur: ac proinde gustanti-
bus apparent acriora, & ad induratos ægre q; solubiles affectus adhibentibus potentius digeren-
tia. Atque ego sanè gustantibus acriora videri dixi: at quidam, quibus studium est nominum si-
gnificatus corrumpere, non acria sed adstringentia vocant id genus omnia, adusq; piper: tanquā
intersit nihil, adstringens an acre dixeris. Et si denuo illos roges de galla, myrto, mespilis, mali pu-
nici putaminibus quæ sidia vocant, rhoo, & omphacio, & hæc dicunt adstringere: tametsi aduer-
D sissimum ex illis sensum percipiamus ei, qui à pipere, pyrethro, napy, euphorbio, cæpa, allio, adar-
ce percipitur. Igitur si quemadmodum adstrictionis vocabulum de vtroq; affectu, quem gustu
percipimus, cōmuniter efferunt, sic ipsos quoq; affectus vnam habere naturā existimant, quiduis
aliud potius habēdi, quàm homines, vt qui soli proprios sensus obtineāt. At si omphaca, rhoon,
gallam, balaustiū, hypocystida, contrahere constringere q; nostram fateantur substantiam: secer-
nere verò, mordicare, ac penetrare, piper, napy, pyrethrum: impropriè adstringentia nuncupant
quæ mordicant & excalfaciunt, cęterum in cognoscendis ipsis medicamentis non peccant. Ve-
rum si oportet coniectantem dicere, in vocabulis an in rebus hallucinentur, equidem in vocabu-
lis potius falsos viros illos dixerim, & maximè quibus Greca lingua insueta est: Qualis est Dio-
scorides Anazarbensis, qui profectò multa bene dixit eorum, quæ de materia medica memoriæ
prodidit, cæterum significata græcanicarum vocum non satis pernouit. Hic ergo cum ait magis
esse adstrictorium adipem caprinum suillo, si quidem acriorem significare velit per magis adstri-
ctorium, accipimus sermonem ceu verum: at si illud, talem habentem qualitatē & facultatē, qua-
lem rhus, rheon, hypocystis, balaustium, haud verum esse sermonem dicemus. Porrò, quoniam
Viperarum Adipem, vbi radicitus pilos sub alis euulseris, prohibere illos recrescere illitum refe-
runt, visum est mihi eius facere periculum esse satius: at vbi prout iubent fecissem, mentitos com-
peri,

*πυὸς est in impressis i. [illegible] in manuscriptis πυρὸς i. [illegible] & ita vertit & Interpres.

peri,ſicut etiam quòd initia ſuffuſionum ſanet. Verùm Vrſorum adipem alopecias curare verè E
eſt proditum: cum tamen probatiora habeamus ad eum affectum remedia. Porrò cùm dicāt tamen Vulpinum adipem dolores aurium ſanare,neque dicant quos aurium dolores, ceu non noſcentibus ipſos diſtinguere attendendum non eſt. Alij Piſcium adipem laudant,tanquam ad ſuffuſiones,aut quemcunq; alium affectum nominare velint,congruat. Alij non ſimpliciter Piſciū dicunt,ſed addunt fluuiatilium: alij vero potius marinorum: quo videlicet aliquid plus ſcire videantur quam vulgus.

Myelos Medulla.

Medulla″vim habet indurata & ſcirrhoſa corpora emolliendi,ſiue muſculis, ſiue tendonibus, A.ibi.c.485.
ſiue ligamentis id accidat,ſiue etiam viſceribus. Optimam ſemper expertus ſum Ceruinam, deinde Iuniorum Boum,quos vitulos etiam nominant,ac proinde medullam eorū Vitulinam appellitant. At Hircorum & Taurorum tum acrior eſt,tum ſiccior.Itaque durities ſcirrhoſas diſſoluere nequit,ſi qua etiam memoria manet eorum,quæ in quinto libro de his ſunt prodita. Ex vitulina igitur & ceruina medulla peſſi componuntur vteros emollientes.Et extrinſecus vteris medicamenta imponuntur,quę ex medulla pręparantur,vim habentia emolliendi. Accipitur autē non ſolùm medulla ex Oſſibus,quę ſanè re uera eſt medulla,ſed & ex Spina,quā & ipſam medul- F
lam nominant,ſpinalem videlicet,quę tum durior tum ſiccior eſt, quàm alia: illa enim mollior eſt & pinguior: ac proinde ego ſpinalem ſeorſum per ſeſe abſq; illa repono. Sed ea mihi vtriuſq; cura eſt,ne aut putreſcant,aut ſitum colligant. Itaq; in hyeme primum eas capio,velut & adipē: deinde in ædibus ſiccis atq; editis, planè humoris expertibus,cū folijs lauri ſiccis repono: nam quæ recentia ſunt & humida,multum etiā qualitatis ſuæ illis impartiunt,vt acriores fiant medullæ. At ſi quando ambiente calido & auſtrino medullas aut adipem voles reponere, paratū ſit in hoc cubiculum neq; calidum,qualia ferè ſunt quę meridiem ſpectant, putreſcunt enim in talibus : nec humo proximum,atque humidum,nam in talibus ſitum contrahunt: ſed ſupernū atq; excelſum, & ad Aquilonem obuerſum,paruas habens apertas feneſtras,vt tam noctu quàm interdiu ab Arcto ſpirantes ventos accipiat.

Caput Mænidum.

Capitibus Mænidū ſale inueteratarū Vſtis,ad ſedis fiſſuras vtebatur quidam: & is ipſe ad colu mellam diu induratam. Videtur ergo vis illarum eſſe deſiccatoria,non admodū acris : nā id aduſtorum quæpiam obtinent,ſicut omnia communiter deſiccationem.

Caput Leporum G

Alius Caput totum Leporis Comburens vtebatur ad alopecias cum adipe vrſino.

Caput Saurarum idest Lacertarum.

Porrò Sauræ caput contritum quidam palos & ſpicula extrahere memoriæ reliquerunt, tum myrmecias,acrochordonas,& clauos.

Cerebrum Leporis.

Cerebrum″Leporis attritum & eſum vtile eſſe didicimus pueris dentientibus,capite videlicet A.ibi.c.387.
toto elixo,vt fieri ſolet. Non tamen eximia vis eius eſt,ſed ſimilis melli & butyro,& alijs, quæ ad
*Al. tremorē. dentientes pueros conueniunt. Quidam etiam aduerſus metum vtiliter edi cerebrum hoc prodidere.

Cornua Cerui & Capræ.

Cornibus″Cerui & Capræ Vſtis maxime vtuntur: vt & nos ſæpe vſi ſumus, tum ad candorē A.l.1. t. 2. c
dentium,tum ad contrahendas mollitie fluidas gingiuas. Ceterum Ceruinum maxime commē 178. fol.120.
datur ab ijs,qui talia ſcribunt. Quòd ſi ab vſtione Lauetur,dyſenteriam & ſanguinis excreationē, præterea cœliacos affectus, ſanat: & aurigini vtile eſſe dicunt. Porrò duo exhiberi cochlearia ad omnia iſta præcipiunt. Miſcuerunt autem ipſum non nulli,vt dictum eſt vſtum & elotum, col- H
lyrijs etiam deſiccantibus oculorum fluxiones.Eſt enim ſcilicet omnium talium vis exiccatoria, velut & antè dictum eſt.

Pulmo Agninus, & Porcinus, & Vulpinus.

Pulmo Agninus, pariter & Porcinus,intertrigines à calciamentis curare creditur. At Vulpinus ſi bibatur reſiccatus,aſthmaticos iuuat.

Iecur Canis Rabidi.

Iecur Canis rabiētis,ſi Aſſum edatur,remedium exiſtere ijs,qui ab ipſo fuerint morſi,quibuſdam eſt proditum: Ac ſcio certè quoſdā qui ſumpſere,manſiſſe ſuperſtites, verùm nō illo duntaxat vſos: ſiquidem alia præterea remedia,quorum fecimus periculum,in rabiētibus tunc adhibuimus. Audiui verò quoſdam,cùm illi ſoli fidem habuiſſent,poſtea mortuos.

Iecur Caprinum, & Hircinum.

Porrò Caprinum Iecur quidam Aſſantes,ſaniem q; effluentē excipientes,inungunt nyctalopa A. ibid. c. 2.
affectos. Vaporem etiam eius dum lixatur,oculis apertis excipiendum præcipiunt. Quin & Aſ- fol.124.c
ſum ſi edatur,& ad eoſdem affectus accōmodari aiunt: & eos, qui comitiali morbo ſunt obnoxij, arguere,conuulſionem q; illis accerſere. Idem poteſt Hircinum.

Iecur

A *Iecur Lacertæ.*

a. ibid. c. 659. Iecur[a] autem Lacertæ erosis impositū dentibus, eos dolore liberare non nulli scriptū reliquere.

Venter Mergi.

Ventrem Mergi quidam commendāt tanquam medicamen cōcoquens, & pepticum: id q; siue protinus lixum, siue arefactum comedas. At nos id experti vanam esse promissionem comperimus: sicut sanè etiam quod de interna Tunica Gallinarum memoriæ est proditum. Aiūt enim quidam, si ea arefacta bibatur, iuuare stomachicos.

Iecur Lupinum.

Iecur Lupinum sæpenumero in medicamentum indidi hepaticum, quod ex eupatorio conficitur: nec tamē, quod mentione dignum sit, amplius præstare comperi, ad illud videlicet cōparans quod sine ipso componitur.

Castorium.

A. li. 2. t. 2. cap. 122. g Testiculos Castoris[b] nūcupant Castorium, medicamentū & celebre, & multi vsus, adeo vt Archigenes de castorij vsu totum conscripserit librum. Atq; ille sanè particulares eius facultates exposuit: nos verò velut in aliis medicamentis fecimus, ita & in hoc quoq; generalem modò facultatem dicemus. Quam si præ oculis habeas, ipse per te particulares inuenire possis. Itaq; q excalfaciat, manifestum est. Nam si voles ipsum ad vnguem læuigatum oleo maceratum parti cuipiam infricare, euidēter illam incalescere percipies. Porrò calefacientia omnia vbi contactæ substantiæ quippiam digerunt, continuò etiam illam desiccant, nisi si quid natura fuerit humidum, ceu oleū & aqua, atq; aduentitiam qualitatem calidam, non facultatē assumpserit: sicut certè hæc ipsa igni Soli've æstiuo admota. Itaq; cùm castorij consistētia quoq; sit sicca, & calfaciendi potentiā habeat adiunctam, meritò desiccat: atq; hoc illi cum multis aliis medicamentis commune existit. Porrò quoniam impensè subtilium est partium, ob id plus valet q̄ alia, quæ similiter vt ipsum & calfaciūt & desiccant. Nam quæ tenuium sunt partium medicamenta, iis quę sunt crassarum, plus sunt efficacia, etiam si parem sortita fuerint facultatem, nimirum quia penetrent & in altum subeant admotorum corporū, potissimum si ea densa fuerint, velut neruacea. Palàm igitur talia ob causam positam magnificè iuuantur à castorio. Cæterum falluntur medicorū pleriq; in vsu castorij, cùm id modò considerant partem quampiā aut tremere, aut conuelli, aut sensu motu've priuatam esse, aut ægre sentire, mouere've, haud scientes id genus symptomata ad dissimiles sequi corporis affectus. At tu ab Hippocrate doctus ‖ ex plenitudine pariter & inanitione conuulsionem cōsequi: 6a. Aphor. 39. Ext. ord. 50 f

C vbi quidem quæ in neruis continentur præter naturam, euacuare consilium est, ibi & bibendum exhibe, & foris cuti castorium impone: vbi verò ex siccitate nimia obuenerit conuulsio, scito hoc medicamen illic esse aduersissimum. Ad eundem modum iis qui præ plenitudine tremunt, vtilissimum: aduersissimum vero iis, quibus id accidit ab inanitione. Ad portionem modo dictorum affectuum, vbi singultus euenerit stomachi, perscrutato prius inuento q; illius affectu ac discreto, siquidem à plenitudine ipsum ægroti perpetiantur, ad castorei vsum accedito: sin autem à siccitate & euacuatione, aut acrium humorum morsu prouenerit, medicamē hoc fugito. Sanè si odori gustui q; aduertas animum, suspicaberis humano corpori aduersissimam habere substantiam: tametsi in natura nihil efficere comperiatur eorum, quæ talia facere assolent. Siquidem alia stomachum vitiant, alia ventrem, alia caput, alia aliam quamuis partem lædunt: At hoc medicamen siue corpori humido applices resiccationem poscenti, siue frigido excalfactionem, siue humido simul frigido q; excalfactionem pariter & resiccationem requirenti, magnam vtiq; experiere commoditatem: nec vllam parti cuiquam noxam afferet, potissimum si febri vacet, aut non admodū calidam perpetiatur homo febrim, sed vt sic dicam tepidam, qualis accidit in cataphoris maximè & lethargis. Ac multis sanè castoriū exhibuimus vnà cum pipere albo, vtrunq; mēsura cochlea- *Al. vsu.*

D rij ex melicrato bibendum præbentes: nec quisq̄ vllam sensit noxam. Sed & mensibus retentis, vbi per venam quæ in talo est, modicè euacuassem, oblato castorio vnà cum pulegio aut calamintho, semper medicamen hoc expertus sum purgationem ciere absque fœminæ læsione. Præterea secūdas morātes eijcit. Ea q; omnia ex melicrato potum efficit. At quibus ita venter flatu distenditur, vt ægre curationē admittat, ita q; torminibus vexatᵘ atq; singultu, id q; ob frigidos crassos q; humores, aut crassos flatulentos q; spiritus, eos ex oxycrato potum adiuuat. Quæ porrò iuuat in corpus intrò sumptum, iis prodest quoque cuti impositum cum sicyonio aut veteri oleo: quę verò amplīori caliditate indigent, iis etiam per sese infricari debet. Iuuat etiam, si quis suffitum eius in prunis impositi inspiratione hauriat, maximè affectus humidos & frigidos in pulmone aut capite consistentes. Attamen lethargicos & cataphoricos affectus omnes, qui quidem adiunctam habent febrem, præstat non dictorum oleorum quopiam macerātes curare, sed potius ex rosaceo capiti collo q; imponere.

Renes Scincorum.

ibid. ca. 696. 637. Renes[c] Scincorum bibunt quidam tanquam pudēda intendentes: Quorum contrariū accidere videtur maximè semini lactucæ poto ex aqua. Sed & quidam lenticularum decoctum cū melle bibitum intensiones sedare referunt.

Vngues

Vngues Caprarum, & Asinorum. E

Quidam" Vngues Caprarum deustos mox q; aceto perfusos alopecijs illinũt. Itaq; fuerit & talis Cinis facultatis extenuatoriæ. Sunt autem qui combustos Asinorum Vngues comitialẽ morbum curare dicant, si scilicet assiduo bibantur: si verò oleo macerentur, chœradas digerere: Sed & ipsum Cinerem, si succus inspersus fuerit, sanare perniones siue chimethla. A.ibid.c.55.& 732.

* AP. phygethla.

Ossa.

Ossa" Cõbusta admodum digerentẽ exiccãtem q; vim obtinent, & id maximè, vt quidã asserũt, Humana. Certè Talũ Suillũ combustum, ac deinde bibitum, inflationes & tormina sanare dixerunt. Noui aũt nostratium quosdã Ossa cõbusta potui exhibuisse, haud sciẽtibus qui biberẽt, quid nã ebibissent, ne scilicet auersarentur: ac multorum tum epilepsiam, tum arthritin, curasse. A.ibi.628.

Senecta Serpentis.

Senectam Serpentis scripsere quidam in aceto Bullitam dentium mederi doloribus.

Pellis Ouina.

Pellis Ouina recens detracta, circumposita ijs, qui quocunque modo fuerint verberati, omniũ luculentissimè adiuuat, adeo vt die ac nocte vna illos curet: concoquit enim & digerit quæ sub cute sanguinem habent. F

Equorum Lichenes.

Equorum" Lichenas cum aceto tritas comitiales curare scriptum quibusdã est. Alij verò & ad cuiusuis feræ morsum adhiberi consulunt. A.ibi.c.233.

Tela Aranei.

Aranei Telam scribunt quidam à phlegmone tueri summæ cutis vlcera. A.ibi c.61.

Coria Vetera.

Coria" Vetera, quæ videlicet veteramentorum sunt, Vsta, ad attritiones commodari calceamẽtorum scriptum à quibusdam est, tanquam scilicet hoc faciant ex antipatheia quadam. Certe quę phlegmone obsidentur, haudquaquam iuuantur: verùm vbi sedata fuerit phlegmone, non iniuria iuuantur, nempe quia resiccantur: est enim talis cinis resiccatorius. Ac nos sanè quandoq; in agro ad vlcus eiusmodi ex attritione sumus vsi. Curat autem talis cinis nõ ab re vlcerũ ambusta, & quæ vocantur intertrigines in feminibus existentes. A.ibi.c.538.

Ostreia.

Ostreia" quidam nuncupant omnia ostracoderma hoc est testacea ab Aristotele appellata. At quod à plerisq; vocatur Ostreon, secunda syllaba absq; ι scripta, vnam esse ostreiorum speciem cõstituunt, in toto genere comprehendentes & buccina, & purpuras, & chamas, & pinas, & similia omnia, de quibus deinceps dicam. A.ibi.c.529. G

Buccina, & Purpuræ.

Buccinorum" Purpurarum q; Testa quãdoquidem durissima est, nunquã absq; vstione vtor: Atq; vsta quidem desiccandi vim admodũ possidet. Cæterum ad vnguẽ eã læuigare planè q; pollinis in modũ necesse est, tundendo scilicet & cribrando prius. Quod tibi cõmune sit in omnibus lapidosis testaceis q; substantijs præceptum: nam nisi exactè lęuia sint reddita, arenis similia sunt. A.ibi.c.529.

Per se autem illarum tritarum farina vlceribus malignis competit. Id quod ipsum quoq; cõmune est omnium, quę citra insignem morsum desiccant vehementer: quippe cum alioqui fluxionũ causa existãt. Sed & aliud est omnium id genus commune, nempe vt cum aceto, aut oxycrato, aut œnomelite, aut oxymelite, idonea sint vlceribus putrescentibus. Idcirco lapides omnes vbi ad eũ vsum applicantur, alij magis, alij minus, certè omnes conferunt.

Ostrea.

Ostreorum" Testa Vsta similis est facultatis Buccinorum testis, tametsi etiam subtilioris, immo vt certius verius q; dicam, minus crassæ. Nam terrosam duram q; corporis sortita consistentiam concretionem q;, impẽdio omnia crassarum sunt partium. Itaque accuratè ea læuigare necesse est. Quamobrem cùm dicimus horum aliud alio esse tenuius, ita inaudienda dictio est, tanquam si Vlyssem Thersite dicamus maiorem, cùm vterque tamen fuerit paruus: aut Aiacem Achille minorem, cum ambo itidem fuerint magni. Cæterum omnia id genus (vt & antea est dictum) cogendi quandam in se facultatem obtinent, per quam condensata eorum essentia, dura terrosa q; sunt reddita: quam vbi per vstionem deposuerint, contrariam adsciscunt facultatem, quam vocãt digerentem. Porrò si vsseris ea Laueris q;, ignea tota natura in aquam deposita, ipsam efficiunt cum tenuitate excalfacientem, adeo vt & interdum putrefaciat: reliquum vero terrosum, morsus fit expers: id quod maximè implendis cicatrice q; claudendis vlceribus humidis est vtile. Igitur Testa eorum, quæ peculiariter vocantur Ostrea, combusta vtor ad diuturnas ex fluxione ægre q; carne implebiles cauitates, nempe quæ fistulosæ sunt atque profundæ, eam foris cum suillo adipe veterato circumponens: id vulgò axungiam nuncupant. At in sinum ipsum aliquid eorum quæ talia carne implent, immitto, quale est † vstum Diaphanes, quod Specarium nominant. A.ibidem. H

† AP. æs vstum diphryges.

Parem in genere facultatem habent & cæterorũ Ostracodermorum Testæ deustæ, maximè vero, vt dixi, ostreorum, deinde buccinorum, & purpurarum. Itaque Cinis eius generis emplasticis

cis

A cis miscetur facultatibus digerētibus, & cum quouis adipe digerit. Verum quoniam inueteratus efficacius digerit, illi magis misceri solet. Porrò potentius hoc medicamen digeret, si acrem illi adipem quempiam miscueris: de quibus superius determinatum est. Quin & dentes splendidiores talium omnium cinis efficit, non tantum extergendi potentia, sed & asperitate substantiæ, velut & pumex, & testa clibani. Verum in vsu eiusmodi non est necesse quæ sic vsta sunt, admodum læuigare: at in vlceribus rebellibus præ omnibus diligenter sunt læuigāda ac inspergenda. Porrò excrescentiam carnis mediocriter exterūt comprimuntq́3. Ad hæc cum sale omnia id genus vsta dentium smegma reddunt efficacius, adeo vt non modo laxitatem mollitiemq́3 gingiuarum desiccet, verum etiam vlcera putrescentia adiuuet.

Sepia.

Sepiarum Testa admodum laxa est, non vt ostreorum lapidosa. Itaq3 abstersio quidem illi cum alijs ostracordemorum testis communis est, velut etiam desiccatio: cæterum partium tenuitas eximia illi præ ceteris inest. Quocirca Vsta ea vtimur ad vitiligines, ephelin, lentes, psoras. Quin & fossili sali mista, in oculis existentes vngues eliquat. Et antequam vratur contrita & læuigata dentibus splendorem adfert: vlcera q3 desiccat. Porrò hoc nomine, quòd mediocrem obtinet asperitatem, adhibemus eam & ad ingentes oculorum asperitates, quas sycoses appellare consueuimus. Nam exculpentes ex ea quiddam ipsa figura simile collyrio, eo illas confricamus, donec sanguinem reddere incipiant: quo facto collyria cathæretica siue detrahentia præstātius effectum suum in illas exerunt.

Opercula Purpurarum.

Opercula Purpurarū quidam memoriæ prodiderunt ex aceto bibita lienes turgidos sanare: & suffitu eas quæ vteri suffocatione periclitantur, iuuare: præterea retentas eijcere secundas.

Lana Oesypera hoc est Succida.

A.ibi.c.439. Lana "Sordida, ac proinde à quibusdā appellata succida, idoneè excipit irrigationes, quę adhibentur contusis, aut quomodocunq3 percussis particulis, vt quæ vtilitatem ex illis proficiscentem promoueat, id q3 propter œsypon. Lota verò, nec amplius œsypon habēs, apta quædam materia fit humoribus qui irrigant, excipiendis. Porrò Vsta "vim habet acrem pariter & calidā vnà cum partium tenuitate. Itaq3 molles nimium q3 humidas vlcerum carnes celerrime eliquat. Inditur & in medicamina desiccatoria. Vrito eam tanquam alia plurima, ollam implens nouam, quam tegat operculum multis foraminibus pertusum.

A.l.2.t.1.ca.5.fol.96.g

C

Pili Vsti.

Pili Vsti similiter vt vsta lana excalfaciendi desiccandi q3 admodum sunt facultatis.

Ouorum Facultas.

A.l.2.t.2.c.520 Consequens "fuerit ad partium doctrinam de Ouis disserere: nam alibi eorum meminisse non licet. Sanè Oua partes non sunt animalium, ceu nec arborum fructus, nec grauidarum fœtus: verum proportione respondet ijs quæ agnascuntur. Itaque eorum quæ agnascuntur, quædam planè familiaria propria'que conspiciuntur tum plantarum tum animalium naturis: quædam non omnino talia, vt viscum quod agnascitur quercubus: & vt semel dicam, si qua arboribus alterius generis arbor, frutex, fructus, herba, aut omnino germen quodpiam vt fungi, agnascantur. Ex familiaribus autem est & ouium Lana, & aliorum animalium Pili: & Cornua, quæ decidentia denuo recrescunt, vt in masculis ceruis, ex hoc sunt genere. Conceptus autem siue fœtus fructibus proportione respondent, nimirum ad generis propagationem à natura creati. Ex his vnum est & Ouum factum ad generis successionem perpetuitatem'que. Cæterum vtile est & tanquam nutrimentum: verum de nutrimento non est nunc institutum disserere. Proinde quæ tanquam medicamentum efficere potest, ea hoc loco recensebo, ex paucul is vsibus particularibus vim eius exquirens tum in partibus, tum in tota substantia. Siquidem quo pacto inuenta rerum cuiusque generali facultate, ad multos eam vsus particulares ducere possimus, didicimus. Insuper docti iam sumus, quomodo ex vno altero'ue experimento de generali facultate liceat colligere. Igitur ouorum Albū & tenue illud, quo item ad ophpthalmias vtimur, ex numero est medicamentorum minime mordicantium: nec vnquam effectu frustratus sum ex vlla tali intemperie, qualem habet sæpe lac, vti ante ostendimus, in animalibus cruditatem perpetientibus, aut nimiam famem sitim'ue, aut quæ cibis pasta sunt prauis: quæ sanè frequentius euenire solent mulieribus, ob victus videlicet vitæ'que errorem. At oua vnam modò prauitatem patiuntur, quam scilicet adfert vetustas: eam'que facillime effugias, si vtaris recentibus. Porrò vsitatissimum nobis est maxime'que parabile gallinarum ouum: ea propter illo vtimur, aliorum oua nihil curantes, tametsi eandem illi habeant naturam. Temperatura porrò symmetro frigidius est. Itaque vtendum est oui albumine non tantum ad oculos, verum etiam ad alia omnia quæ medicamenta requirunt suauissima minime'que mordacia, vt sunt vniuersa sedis, ac pudendorum vlcera contumacia. Miscetur quoq3 idoneè medicamentis profluuium sanguinis ex cerebri inuolucris supprimentibus, quæ nimirum citra morsum illinuntur, atque adstringunt. Sed & ad vlcera rebellia miscetur ijs, quæ absque morsu ea possunt desiccare, cuiusmodi est medicamen pompholyx elota,

D

& metallicorum quædā elota: de quibus priuatim supra differuimus. Porrò & ipse Vitellus ad- E similis est naturę: ac proinde miscetur ceratis morsus expertibus, ouis videlicet aut lixis, aut assis. Verum id tamen manifestum est hîc leuiculam existere differentiam, quòd paulo plus desiccent quæ sunt assa: ac quantum huius accipiunt facultatis, tantum deperdant de mitigandi potentia. Miscetur & cataplasmatis phlegmonen extinguētibus, vt ijs quæ ex meliloto constant, sedi applicandis.

Crudo vero Ouo toto vtimur admisto rosaceo ad palpebrarum, aurium, mām arum q; phlegmonas, quæ s. aut ictis illis, aut alio quouis modo euenerint: aut extiterint in neruosis corporibus, puta cubito, & digitorum tēdonibus, aut articulis, id q; in pedibus pariter & manibus. Porrò in aceto Coctum Ouum si edatur, fluxiones ventris desiccat. At si etiam quippiam eorū, quę ad dysenteriam aut cœliacum affectum conueniunt, adiunxeris, atq; in igne modico fumi q; experte (qualis est qui ex prunis constat) frixeris, edendum q; ita præbeas, non minime sanè laborātes adiuueris. Aptissima talem ad vsum sunt omphaciū, rhus tum ipse q cibis adspergitur erythros nūcupatus, tū succus ipsius: galla, sidia hoc est mali granati putamina, cinis cochlearū integrarū vstarū. Apta quoq; & vuarum acini, & myrta, & mespila, & corna. Magis istis medicaminosa sunt balaustium, hypocystis, cytini siue mali punici flores. Sed & ad ambustiones protinus impositū est vtile, siue quis seorsum albumen duntaxat ipsum molli lana excipiat, siue etiam cū vitello cōmiscens cōfundens q; applicet: etenim mediocriter refrigerat, & citra morsum desiccat. Tale cum sit, & ad anacollemata vocata, quæ fronti videlicet imponuntur, vtimur: & pilos palpebrarū adglutinamus, nimirum admisto idoneorum quopiā, cuius generis est thus, potissimū pingue si fuerit, ac non inueteratum & siccum. Verum in illiusmodi, ipsius albuminis commoda est viscositas, nō autem temperies: nisi quis, quatenus nequaq; aduersatur illi quod adhibetur medicamento, eo nomine vtile commodum q; dixerit. Nam viscosorum quædā sunt quæ aduersantur, velut viscū, nimirum acre & calidum, ad ea quæ excalfieri non debent: dictum q; frequenter superius est ea, quæ validā vim nullam obtineant medicamēta, ceu materiam ijs, quæ tales vires obtinent, misceri: proinde quoq; creberrimi sunt vsus, vtpote ijs quæ valenter agunt, inseruiētia. Eiusmodi cum sit ouum, simul q; non paruam adipiscat in lixationis assationis q; quātitate differentiā, fit sanè multo vtilissimū. Nā medicamentis, quæ humiditates desiccāt, aut lixum, aut assum, aut frictum, miscetur: ijs verò, quæ incidunt ea, quæ in thorace pulmone'que sunt, sorbile quod vocant: id quod in aqua eousq; lixari debet, dū incaluerit. Eiusdem huius naturæ nomine & ad eos, quibus gutturis supremum aut ex vociferatione, aut ex humorū acrimonia, exasperatum est, assumitur, tū scilicet quòd affectis partibus illinitur, atq; cataplasmatis modo inhæret: tum quòd substantia sua mordacitatis experte eas mitigat, G sanat q;. Eadem ratione stomachi, ventris, intestinorum, ac vesicæ medetur asperitatibus.

Echinus hoc est Erinaceus, Combustus.

Erinacei "vtriusq; tū Marini, tū Terrestris, corpus totū vstū Cinerē efficit facultatis tū extergētis, tū digerentis, tum detrahētis. Itaque eo quidam & ad excrescētia, & ad sordida vsi sunt vlcera. A.l.2.t.2.c.23.

Cochleæ, siue Limaces.

Cochleæ "si totæ cū testis Vrātur admista galla omphacitide, simul q; pipere albo, mirifice prosunt dysenterijs, in quibus vlcera non dum cōputrescere cœperunt. Conuenit autem vt piperis sit pars vna, gallę vero duæ, quatuor cineris cochlearum. Hæc vbi ad vnguē lęuigaris, cibis inspergito: bibēdum q; aut ex aqua, aut ex vino albo & austero, prębeto. Cæterum absq; gallæ mistione cinis cochlearum admodum resiccantis est facultatis, obtinens item non nihil ex vstione calidum. A.ibi.c.393.Et 529.

Porrò Cochleę quę vstionē nō sunt expertę, si tritę vnà cū testis imponant, & toti vētri aqua inter cutem laborantium, & in arthriticis articulorum tumoribus, ægre quidem diuelli poterunt, cęterum impensè desiccant. Et sanè inhęrere sinere oportet, quoad sponte decidant. Idem q; faciendum in tumoribus ex ictu natis difficile solubilibus, & ex contusione facta in auribus: desiccant enim illos magnopere vniuersos, etiamsi viscosus crassus q; in alto humor contineatur. H

Carcini hoc est Cancri, Vsti.

At "Fluuiatiliū Cancrorū Cinis quanq; similiter prędictis exiccatorius est, substātię tñ proprietate mirabilis est eius in ijs qui à rabiente cane sunt morsi, effectus, is q; tū solus, tū cum gētiana & thure multo pręstātior. Thuris sanè partem esse vnam oportet, quinq; aūt gentianæ, porrò cācrorum decem. Et raro equidem aliter, illis vstis nos sumus vsi, cæterum ad eum modū plerunq;, quo Æschrion empiricus ille medicamentorū peritissimus senex, conciuis ac pręceptor meus. Patella erat æris rubri, in quam impositos cancros viuentes, hactenus vssit, dum facile ad læuorem redigi possent. Hic Æschrion paratum semper in ædibus hoc habebat medicamē tēpore ęstiuo, vrēs eos post ortum Canis, qñ Sol in Leonem transisset, non nisi Luna decimaoctaua. Porrò bibendum hoc medicamē ijs, qui à cane rabido fuissent morsi, præbebat quotidie diebus quadraginta, mensura cochlearij magni aquæ inspersum. At si nō protinus ab initio, verū aliquot post dies curam cepisset demorsi, tūc quotidie duo cochlearia aquæ inspergebat. Ad ipsum vero vulnus emplasticū applicabat medicamētū, quod ex pice brutia & opopanace aceto q; cōficitur, habens picis librā vnā, vnū aceti acerrimi sextariū Italicū, opopanacis vero vncias tres. Hęc tametsi à pñti institu to essent aliena, scribenda tñ censui, quia magnopere medicamento huic ipse confiderē: nimirum A.ibi.c.147.

cùm

A cùm nullus vnq; eorũ qui illo fuerint vſi, ſit mortuus. Cæterùm ſeorſum etiam librum cõſcribam aliqñ de ijs,quæ proprietate ſubſtantiæ totius quid agũt, è quorum numero ſunt id genus omnia. Ignoſcendũ itaq; tum hoc in loco ſcribendi importunitati,tum ſicubi prẹterea id mihi hoc in ope re contigit: nempe quia ex ijs ſumma proueniret vtilitas,quam ſanè poſteris impertire volebam, ſi forſan me,prius,q̃ q̃ poſt hæc deinceps ſunt,opera perfeciſſem,mors occupaſſet propoſitum im pediẽs. Cæterũ Pelops doctor meus & ipſe oĩum eiuſmodi cauſas reddere volens, Non ab re,in- quit,Cancer,cum animal ſit aquaticũ, prodeſt à cane rabido morſis, quibus videlicet metus eſt ne corripiantur affectu ſicciſſimo,nẽpe rabie: quamobrem ſanè ẽt aquam metuũt. Ac fluuiatiles,nõ marinos, cõuenire cancros dictitabat, ſ. q animalia marina ob admiſtionem ſalis natura ſicciſſimi haud æquè exactam tuerẽtur eã,q̃ eſt aduerſus rabiẽ contrarietatẽ. Ac cũ quidã ſubieciſſet,Cur nõ omnia quæ in potabili aqua degunt animalia,perinde vt cancri,iuuari aſſolent? quia,inquit, ſimi lem cancris prẹparationẽ non admittunt, Nam horum vſtorum cinerẽ,exiccatorius cũ ſit,canũ ra bientiũ venenũ abſumere,ſimul q; digerere. Hẹc igiť ſanè Pelops dicebat,profitens ambitione q; magna iactitans oĩum ſe taliũ nouiſſe cauſas. At ego, niſi planè me ſcire quippiã pſuaſum habeã, alijs pſuadere nõ tẽto.Itaq; nec Pelopis rõnẽ vt verã accepi,vt quẹ crebras habeat cõtradictiones: B verũ cancros opinor ex ꝓprietate totius ſubſtãtiæ prodeſſe.Qm̃ aũt nullũ eorũ, qui fuerãt illis vſi, mortuũ ſciuerã,hẹc aperiẽda receẽſenda q; à me exiſtimaui: tametſi nõ eſſet huius inſtituti propriũ.

Chelidones ſiue Hirundines, Vſtæ.

A.ibi.c.347. Sanè "corporibus totis (nam id erat propoſitum) non eorum tantum aĩaliũ quẹ dixi, ſed & Hi rundinũ vſi ſunt multi, Cõburẽtes videlicet,& cinerẽ melli miſcẽtes, ac deinde ſynanchicos inun- gentes, & in totũ quicũq; in guttere ac columella cõſiſtunt cũ tumoribus affectus. Vtuntur & ad acuendũ viſum hoc cinere non nulli. At alij eas arefactas drachmæ pondere bibendas exhibent.

Tettiges id eſt Cicadæ.

Sed et Cicadis Siccis quidam vtuntur ad colicos affectus cum paribus numero piperis granis: dant q; aut treis,aut quinque,aut ſeptem,per intermiſſionem videlicet,& per ipſos etiam paroxyſ mos. Porrò alij Aſſas edendas offerunt,quibus affecta veſica eſt.

Corydos id eſt Galerita Alauda.

Galerita tamen auis illa puſilla obiter nobis plerunq; obuia, in iure elixa colicos adiuuat. Ve- rum aſſiduè eam edere ſimul cum iure neceſſe eſt. Habet verò hoc animal in capite velut galerum ex pilis ſponte enatũ,cuius occaſione effícta eſt, quæ apud Ariſtophanẽ comicũ legitur fabula. Is " C enim inquit hũc in modum: Imperitus es,nec curioſus, & nec Æſopum quidẽ didiciſti, qui ait ga " leritam primam volucrum fuiſſe, etiam ante terrã: inde patrẽ morbo defunctum, cùm humus nõ " dum eſſet enata, dies quidem quinque iacuiſſe: at hanc præ inopia melioris conſilij in capite tan- dem patrem ſuum defodiſſe. Hoc quoq; aiunt, obſcurè licet, deſignaſſe tamen Theocritum,

Ουδ᾽ ἐπιτυμβίδιαι κορυδαλλίδες. ἢ λάϊνον τί.

nempe indicare illum eas, quẹ in capite tymbon hoc eſt ſepulchrum gerãt. Annexui aũt huic iſta ſermoni,quò planè & clarè hoc animal,nempe galeritã, ſignificarẽ,quos ferat in capite pilos ere- ctos: qñquidẽ expertus ſum eius aduerſus colicos vtilitatem, velim q; qui ipſum non norunt, ijs bene aperte q; mõſtratum. Etenim auiculis pyrgitis ac troglytis appellatis adſimilis eſt. Diſcerni- tur autem tum quia galeram habet, tum quia paulo maior exiſtit. Nam & ipſa Corydalis appella ta herba colicis conuenit. Et hoc quoq; tibi obiter ſit notatum.

Alectorides id eſt Gallinæ.

A.ibidẽ.c.289. At "Gallinarum ius ſimplex rẽtinendi vim poſſidet, vti Gallorum ſubducendi. Coquendi au tem ſunt cum ſale prolixiſſimè. Sed horum ipſi fecimus periculum. * ἐπικρατητικῆς. *ſunt qui legendũ putẽt* ἐπικεραστικῆς *i. contẽperãdi.*

Gale id eſt Muſtela.

D Muſtelam nunquam combuſſimus. De qua ſcriptum legitur, Cinerem quidẽ eius cum aceto illitum podagricos arthriticos q; iuuare, tanq; vehementer valeat digerere: Ipſam verò arefactam ac potam prodeſſe comitialibus, eadem nimirum illa facultate. Porrò quidam etiam planè omnis feræ alexipharmacum eam eſſe referunt,& maximè eius ventrem.

Ranæ Vſtæ.

A.ibi.c.589. At "Ranarum vſtarum Cinerem ſanguinis eruptioni mederi referunt inſperſum: Cæterùm cum liquida pice ſanare alopecias.

Hippocampus.

Et Hippocãpum,animal illud marinum ſi totum Vſſeris,alopecijs prodeſſe proditum quibuſ- dam eſt: ipſum q; videlicet deſiccantis eſſe facultatis, extenuãtis q;, aut certè eius cinerem: Quem quidam vnguento amaracino commiſcent,quidam pici liquidæ,alij veteri adipi ſuillo. †In multis codicibus continuatur hic ſen ſus cũ ſuperiori vſque ad dictionem, ſcribuntq; ibiq; incipit hoc caput, Inteſtina terræ &c.

Tellinæ Salſæ.

A.ibi.c.529. Et "Salſas Tellinas vſtas adeo vrentem efficere Cinerem aiunt,vt is cum cedria euulſos radici- tus ex palpebris pilos,inſtillatus in locum,renaſci prohibeat.

† Inteſtina Terræ, ſiue Lumbrici.

A.ibidẽ.c.198. L.c.718. Porrò "citra vſtionem aut lixationem,totorum animalium in partes affectas impoſitorum,aut

intro in corpus sumptorum, quidam medicorum fecere periculum: aut ceu fecerint periculũ, ita E
scribunt: } Terræ quidem intestina cõtrita, neruis q́ꝫ diuisis imposita protinus mirum in modum
*Al. prosunt. *Al. sunt. prodésse: atq; hæc ipsa quoq; cum mulso pota medicamen esse mouendæ vrinæ idoneum.

Cimices.

Sed " & de Cimicibus quibusdam traditum est, φ si cum aceto bibantur, hirudines absorptas eijciant: At nobis, cùm eas perpetuo alliorum esu eiecerimus, haud opus fuit cimicibus. A. ibi. c. 270.

Cantharides.

Veruntamen " sufficientem habemus de Cantharidibus experientiam, φ in vngues psorodeas cum idoneis ceratis aut emplastris impositæ sic illos educunt, vt toti cadant. Miscemus eas etiam facultatibus psoris & lepris congruentibus, nec non quibusdam septis: atq; interim etiam ijs quæ clauos, quos vocant, eijciunt. Porrò preceptorum meorum quidam earum paulum quiddam in medicamenta vrinam mouentia solebat inijcere. At quidã solas alas & pedes inijciunt, quæ aiunt esse alexiteria ijs, qui corpora ipsorum bibissent: alij contra: at nos totas indimus. Cęterum aptiores sunt ad ea, quæ expertum me dixi, eæ cantharidum quæ inuentæ in frumento lutea transuersim in alis cingula obtinent, potissimum si inijciantur in vas fictile, cuius ori linteum obductũ sit rarum: itaq́ꝫ illud inuertas, vt linteum halitum ab aceto subtus posito excipiat, donec emoriantur F ipsæ cantharides. A. l. 2. t. 2. c. 201 fol. 122. c. d

Bruprestis.

Sic Buprestеas quoq; reponere expedit. Sunt autem & ipsæ animalis quoddam genus cantharidibus tum specie tum viribus adsimile.

Pityocampe.

Quin & Erucæ, quę in piceis nascunt, meritò sanè nuncupatę Pityocãpæ, huius sunt facultatis.

Salamandra.

Et Salamãdræ combustæ Cinerem quidam septicis, & lepricis, psoricis q́ꝫ miscent facultatibus.

Narce Torpedo.

Sed " & Torpedinem totam (dico autem animal marinum) capitis dolores sanare capiti admotam, sedem q́ꝫ euersam coercere, à quibusdã est proditum. Verùm ego cum vtrunq; essem expertus, neutrum verum comperi. Eam igitur cùm cogitassem viuam esse applicandam, cui caput doleret (posse enim fieri vt hoc medicamen anodynon esset, ac dolore liberaret similiter, vt alia quæ sensum obstupefaciunt) ita habere comperi. Puto q́ꝫ eum qui primus est vsus, tali quapiam motũ ratione experiri aggressum. G A ibidẽ. c. 584.

Draco Marinus, & Trigle, & Alia id genus.

Viuas etiamnũ hasce animãtes apertas, & protinus partibus affectis appositas, prodesse scripserunt, nempe Draconem marinũ in suum ipsius ictum impositum: similiter & Triglam, in draconis: Mures domesticos, in ictum scorpij, velut & Saurã: Mygalen in suum ipsius, & Saurã chalcidicam, quã & ex vino bibendam præbent, tanq; suum ipsius morsum sanet. Porrò Scorpium suũ ipsius ictum curare, si tritus imponatur, similiter si assus edatur. Congruere autem aiunt & ijs, qui à vipera sunt morsi, Ascalabota vero ijs, qui à scorpio. Referunt aũt & in Ægypti regionibusare factum Aliracum quem vocant, exhiberi ijs, qui à scorpio percussi sunt: & vocatũ Cybiũ vtiliter vulneri à cane inflicto imponi: multa q́ꝫ eiusmodi, de qbus copiosius differemus, vbi tractabitur de ijs, quæ proprietate substantiæ quid agunt. Cæterum in Oleo lixis totis animalibus ipso oleo vtebantur nostratium medicorum quidam, sed & superiorum non nulli, ad depilationem seu pilorum nudationem, nempe Pityocãpis, & Vrticis marinis, Lepore marino, Scolopendro marino. Ad aurium vero dolorẽ Silphis in oleo coctis, & ijs quos vocãt Oniscos {Gręci, Latini multipedas.} Ea enim animalia in globũ sese contrahunt, vocant q́ꝫ ea apud nos quidã cyamos hoc est fabas, quandoquidem esculentis fabis sunt persimilia, vbi sese videlicet in globum cõuoluerint, colore fusco. Porrò in agro complures videre est natos sub situlis, quibus à fontibus rustici aquam comportant, deponũt q; eas iuxta focum. Vidi q́ꝫ quosdam ex ijs, qui medicinam in agro exercebant, assiduè oleo ex illis composito ad vniuersos aurium dolores vti, non discernentes affectum vnde oriretur. Itaq; non ab re euenit, vt interim effectum consequerentur, interim læderent. Et quid mirum, quando & insignes quidam medici de ijs citra distinctionem scripsere? Tales sunt Apollonij libri de facile parabilibus. Atq; hic sanè etiã scripsit vermes terræ in oleo coctos auriũ dolores mitigare: sed alij censent admisto adipe anserino sic demum vtendum. H A. ibi. c. 221. fo. 123. 3

Vulpes, & Hyænæ.

Cæterum de " Vulpibus quæ totæ oleo coquuntur (nam sic quidã curant arthriticos, partim viuas vulpes in lebetem ingentẽ inijcientes, partim etiam mortuas) fusius dicere mihi necesse est, quandoquidẽ plerosq; visæ sunt principiò planè morbo hoc liberasse, verùm post multum temporis non ita profuisse: siquidẽ illos malũ repetijt, quanq; non ita vehemens q̃ antea. Sanè Oleũ in quo cocta vulpes est, non est potentioris in digerendo facultatis, q; in quo hyæna: quę si similiter in oleo lixetur, redditur oleum longe potentissimæ in digerendo facultatis. Porrò frequenter dictum est talibus medicamẽtis inesse potentiã eorum, quę in alto continentur corpore, in extimã A. ibi. c. 729.

cutem

A cutem extrahendi, ac eo nomine quandoq; sedandi dolores: non enim perpetuo hoc ad ea sequitur, cum ij duntaxat dolores ab eiusmodi medicamentis sedentur, quorum causa est humor in alto contentus, dolorem ciens aut substantiæ crassitię, aut refrigeratione, aut vehementi acrimonia: aut etiam spiritus flatuosus exitum non habens. Itaque qui vtuntur vulpibus, & ipsi oleum digestiuum efficiunt: atq; inde impletis eo alueolis totos arthriticos in eos imponunt, multo ibi tempore immorari præcipientes. Verum ex hoc fit vt non tantũ, qui citra articulos sunt, tumores euacuentur, sed etiam vniuersum corpus. Itaq; vbi corpus illis antea plenitudine affectum fuerit, mirum non est per euacuationem consecutum commodum, nempe cum nihil etiam in affectas partes influat, quia corpus vniuersum iam euacuatum est: & qui continebantur, humores exhalarũt. Cæterum quemadmodum antea, cum corpus noxa vacaret, praua victus ratio morbum inuexit, eundem in modum, aut etiam amplius, à simili diæta par est rursum illos similiter afficiendos in articulis, quibus iam laborauerunt.

De iis qvae in mari et aqvis salsis provenivnt

Sola hęc in toto opere reliqua hoc habẽt nũc tempus opportunum. Nam quæ in mari et aqua nascuntur animalia, superiori sermone exposita sunt, vbi videlicet agebatur de animalibus:
B At quæ in aquis quidem aut ex aquis nascuntur, nec sunt animalia, ea nunc exponentur.

Adarcion.

A.l.2.t.2.c.16. fol.100.d. Adarcion, "quidam verò masculinè efferunt Adarcon, alij fœmininè Adarcen appellitãt, essentia quidem sua velut spuma est aquæ salsæ concreta, circum arundines & farragines concrescens. Acerrimum hoc est medicamentum, simul q; calidissimum: proinde & per se inutile est, verum commisceri solet ijs, quæ vim eius retundunt, sicq; fit multo vtilissimum in ijs affectibus qui excalfieri postulant: Id q; foris impositum, nam intrò in corpus ipsum sumere est impossibile, nimirum ob virium vehementiam.

Alcyonia.

A.ibi.c.610. Alcyonia "omnia detergunt, ac digerunt, qualitatem habẽtia acrem, & calidã facultatẽ: verum aliud alio non parũ plus minus q;, & in his ipsis quę diximus, secundũ partiũ essentiæ totius tenuitatem. Est autem eorum Vnum dẽsum & graue, odoris praui, olet enim pisces putridos: spõgiæ figura simile. Alterum verò figura longiuscula, leue & rarum, odorem habens similem phycijs. Aliud tertium vermi simile est figura, colore purpureo, consistẽtia molli: vocant id Milesiũ. Post quæ quartum secundo quidem iam posito similiter & leue & rarum, verum lanis succidis simile.
C Deniq; & quintum extima superficie læui circũscribitur, cæterum internà substantia asperũ, nullius odoris, gustu tamen apparens acre: & sanè omnium alcyoniorum est calidissimum, adeo vt et pilos vrere possit. Itaq; cum duo prima lichenas, alphos, psoras, lepras q; adiuuent, præterea cutẽ splendidiorem competentia virium efficiant, idem pręstare non potest hoc vltimo loco positum. Nec enim perinde vt illa cutem dũtaxat summam extergit, sed etiam excoriat, vsq; in profundum cutis penetrans, vt etiam vlcera moliatur. Porrò quod tertio ordine recensuimus, omnium est tenuissimum. Itaq; vstum alopecias curat illitum cum vino, colore quidem fuluo, tenui tñ essentia. Quartum autem eiusdem cum hoc speciei vires obtinet, verum haud parum imbecilliores.

Sal.

A.ibi.c.616. Sal "eiusdem genere facultatis est, siue Fossilis sit, siue Marinus: verum hoc differunt, quòd salis ex terra effossi substantia magis sit compacta, ac proinde in hoc maior est & partium crassities, & adstringendi potentia. Itaq; marinus affusa aqua protinus liquescit: at fossili hoc nõ euenit. Porrò eiusdem speciei cum marino est, qui in stagnis quibusdam salsedinem habentibus nascitur, ęstate videlicet aquis æstu ex ijs absumptis, cuiusmodi est Tragasius, nõ procul à Sminthio. Confluit enim illuc ante aquas spontaneas, quæ admodum sunt calidæ, copiosa aqua stagnans non amplo
D in loco: & ea æstate omnis absumitur, à Sole videlicet arefacta. Porrò quoniam locus ipse salsedinem connatam continet, quod reliquum est omne, sal est, cognominationẽ à loco pariter & aquis sortitus. Nam spontaneæ & ipsæ illis in locis aquæ Tragasiæ nuncupantur, potentia summè exiccatoria: & sanè qui in ea regione sunt medici, ad hoc illas accommodant. Porrò dictum est & de Sodominis in mari mortuo prouenientibus, in quarto libro: quem si quis librum diligenter perlegerit, illi tantum refricare memoriam nunc opus est, vt exposita gustus qualitate, ipse medicamenti facultatem cognoscat. Igitur cum qualitas salsa digerat simul & contrahat contactam ab ipsa substantiam, Aphrolitron in hoc differt, quòd in ipso vnum modo saporem exuperantem euidenter sit videre, quem vocant amarum, vim habentem digerendi, haud etiam contrahendi, vti sal. Nam hic quicquid in corporibus humidum inest, id quòdammodo absumit: & quod reliquum est substantiæ solidæ, adstrictione contrahit: ac proinde etiam conditura sua carnes seruat, & à putredine tuetur: Quippe, quæ putrescunt excrementitium continent humorem, substantiam' que tum dissolubilem, tum minime compactam. Quibus ergo corporibus nulla prorsum est humiditas superflua, ceu melli optimo: & corpus solidum & compactum est, ceu lapidibus: ea vt putrescant est impossibile. Ac proinde in his salis non probatur vsus, verum in ijs, in quibus suspecta putredo. * Al' totum.

Sal Vstus. E

Sal Vstus digerit quidem potentius quàm vstionis expers, quanto scilicet subtilius ipsius corpus accepta ab igne facultate redditur: velut & in aliis, quæ cōbusta sunt, euenire diximus: Verum non sicut ille, qui non est vstionem expertus, solidam ipsam substantiam cōtrahere constringereq; potest.

Litrum Nitrum.

Litrum." Ostensum est & hoc medicamen in medio salis & aphrolitri vires habere. A. ibid. c. 84.

Halos Anthos hoc est Salis Flos.

Halos Anthos. Quidam vt vnum nomen Halosanthos, quidam diuidētes Halos anthos nominant. Est autem hoc medicamen liquidum, tenuiorum etiam partium quā sal vstus: tum acris qualitatis, & admodum digerentis facultatis.

Halos Achne Spuma Salis.

Halos Achne spumosa est salis efflorescentia, multo tenuioris naturæ quàm sal ipse: Quare & extenuare, & digerere multo plus ipso potest: verùm quod substantiæ est reliquum, contrahere vt sal nequit.

Asphalton Bitumen. F

Bitumen,"vnum & ipsum est ex iis, quæ in aqua marina proueniūt, & in alia quapiam quæ nō est marinæ dissimilis, vt in Apollonio Epiri. Et per alia id genus loca multa, aquis sponte nascentibus ceu spuma quædam innatans hoc medicamen reperitur. Et molle quidem est dum innatat, postea verò resiccatum pice sicca durius efficitur. A.ibi.c.114. *Al.calidis.

Bitumen Prouenienis in Mari Mortuo.

*Al.Plurimū. Optimùm verò bitumen in mari quod Mortuum vocant, prouenit. Est autem id stagnum salsum in Caua Syria. Cæterùm medicaminis ipsius vis est tum resiccatoria, tum excalfactoria in secundo ordine. Meritò itaq; eo vtuntur & ad glutinationes vulnerum cruentorum, & ad alia omnia, quæ exiccari debent cùm modica excalfactione.

Spongos Spongia.

Spongia' Vsta acris est & digerentis potentiæ. Vtebatur ea præceptorum meorum quidam ad sanguinis eruptiones, quæ manuali opera indigent: in quem vsum semper eam paratam habebat siccam, & exarefactam: cùm verò res posceret, bitumine in primis imbuebat: sin eo careret, pice. Porrò admouebat eam partibus sanguine profluentibus etiamnum ardentem, vt & crusta parti induceretur, & ipsum spongiæ vstæ corpus ceu operculum acciperet. Cæterùm spongia Noua, non sicut lana aut linamentum (quod μότον μιλτόν idest carpinatum vocant) materia dūtaxat est quæ humores irrigando excipiat, sed etiam manifestè desiccat. Id quod scies, si ea sola vtaris in vulnere cum aqua, aut oxycrato, aut vino, pro diuersitate videlicet corporum, vti est antè dictum. Glutinabit siquidem ea similiter atq; medicamenta quæ vocant enæma. At si Non noua sit, sed vsui accommodata, palàm cognosces quantum à noua superetur, si vulneribus eam imponas siue cum aqua, siue cum oxycrato, siue cum vino. Nec mirum est, cùm in spongia noua seruet etiānum ea, quam à mari accepit, facultas modicè corpora exiccandi. Atq; hæc quidem præstare potest, cum etiamnum seruat maris odorem. Nam temporis spatio, etiam si nūquam vsui accommodata sit, tamen & odorem maris amittit, nec æque desiccare potest. A.ibi.c.597. G

Garus vel Garum.

Garus' facultatem habet multùm & calidam & siccam: Ac proinde ex eo medici quidā ad vlcera vsi sunt putrescentia: tum dysentericis ischiadicisq; iniiciunt. A.ibi.c.486.

Halme Salsugo seu Muria.

Salsugo piscium salsorum similiter garo & ad putredines accōmodatur: & ad ischiadas dysenteriasq; infunditur. Et acrimonia quidem humores coxam infestantes attrahit, ac proinde per intestina euacuat. Putrescentia verò vlcera in dysenteria colluit atq; desiccat. H

Maximè verò salsugine salsorum Silurorum & Mænidum ad talia vti medici quidam assolent. Et nos sanè ad vlcera in corpore putrida accommodauimus. *Al.ore.

FINIS

GALENI LIBER DE SVBSTITVTIS MEDICINIS

Iulio Martiano Rota interprete.

E ſubſtitutis medicinis cùm & Dioſcoridem, & Philiſtionem, & Euriphontem quædam ſcripſiſſe conſtet, age nos quoq; pauca de his tradere non recuſemus. Subſtitutas medicinas appello, quæ in alterius locum ſubrogari queũt. Has medico notas eſſe multum opis affert, ſi tñ operando velit artem exercere, nec recidiuas aut contemnendas curationes efficere. Euenit enim plerunq; vt ea medici deſiderent, quæ ad ſalutem alicuius plurimum conferre iudicarunt, et his vtãtur quę propoſito minus conueniũt, nec eaſdem quibus illa vires obtineant. Atqui par fuit ipſos, ne in tales anguſtias deuenirent, ſimplicium medicinarum notitiã didiciſſe. Quòd ſi nec eã adepti fuerint, nec quæ mox ſubiungemus animaduerterint, meritò in curandis ægris aberrabunt. Tibi verò Diogeniane veritatis amatori, ac ſimplicium medicinarum virtutes ediſcere cupienti, quibuſdam explicatis propoſitam materiam aggrediar. Erit autem verus, quem tecũ ineo ſermonem, modò reuoces in memoriam id, quod mihi contigit in Alexandria. Ibi enim cùm eſſemus, ecce mulier tam graui morbo periclitabatur, vt moritura videretur: morbi cõditionem explicare, cũ nihil interſit, nunc opus non eſt. Huic opem allaturus lyſimachiam herbam cum quęſiuiſſem, nec repperiſſem: niſi ſtatim Ægyptię ſpinę ſemine, lyſimachię loco vſus eſſem, perĳſſet mulier: quę illo properè dato, ſuppreſſo ſanguine, mox conualuit. Hoc factum poſtridie medici pleriq; accedentes cùm mirarentur, interrogarunt me, quid moriturę fœminę pro lyſimachia exhibuiſſem. Quibus ego, Ægyptiæ ſpinæ ſemen cũ reſpondiſſem, id q; in compluribus fieri poſſe dixiſſem, non deſtiterunt mecum precibus agere, quoad medicinas, quę in aliarum locum ſubſtitui poſſunt, vnum in opus cõferre promitterem. Sic itaq; libellum hunc de ſubſtitutis medicinis cõpoſui, in quibus recenſendis quò magis expeditum vſum haberent, ſeriem literarum ſeruaui, principium q; ab earum prima ſumpſi.

A

Pro Abrotono	Origanum.
Abſinthio	Abrotonum.
Acacia	Succus lentiſci.
Aconito	Iridis agreſtis radix.
Acoro	Radix aſari.
Amianto	Aphroſelinum lapis.
Agallocho	Calamus odoratus.
Agarico	Euphorbiũ, aut Epith.
Alga	Anchuſa.
Aloe indica	Aloes viridis folia, Lycium, Glaucium, Centaurium
Aloe	Fimus ibis.
Alumine	Sal foſſilis.
Ammi	Aniſus.
Ammoniaco ſuffitu	Propolis.
Amomo	Acorus.
Amylo	Gyris ſicca.
Amygdalis amaris	Abſinthium.
Anchuſa	Hyacinthus.
Pro Aniſo	Daucus.
Arace	Seſamum.
Ariſtolochia ro.	Ariſtolochia longa.
Argemone	Siſymbriũ, Seriphiũ.
Armenio lapide	Atramẽtum indicum.
Asbeſto i. calce viua	Adarce.
Aſphalatho	Erices fructus, aut Viticis ſemẽ.
Aſphodelo	Succus betæ.
Aſaro	Zingiber.
Aſio lapide	Sal ãmoniacus toſtus.
Auripigmento	Sandaracha.

B

Balſamo	Radix albæ violæ.
Balſami ſucco	Myrti ſuccus.
Balauſtio	Malicorium.
Bdellio	Sphagnus odoratus.
Bitumine	Pix brutia vel liquida.
Brutia pice	Pix i aceto ferueſacta.

Pro Buccina	Ostreum.
Buprestis	Vermes panarij.
Butyro	Lac bubulũ concretũ.

C

Cadmia	Leucophragis ægyp.
Calamo odorato	Sphagnus.
Canchri	Lauri baccę, Pyrethrũ.
Cantharidibus	Phalangia.
Capparis radice	Erices radix aut Myricę.
Cardamomo	Fructus myrti, vel Xylocalpasum, vel Cyperis ammoniaca.
Casia	Cinnamomi quisqliæ.
Castorio	Vermis panarij viscera.
Cedria	Ladanum.
Ceraunio	Leucographis.
Ceruina adipe	Anseris adeps.
Cera	Faba fresa cum propoli cocta & trita.
Cerui cornu	Caprinum.
Cerussa	Scoria plumbi, plumbũ vstũ
Chalbane	Sagapenum.
Chamedry	Lapati syluestris rad.
Chamęmelo	Anthemis.
Cicuta	Semen coriandri.
Cinerula cypria	Cinis foliorum oliuæ.
Cinabari	Rosei pastilli.
Cinnamomo	Casiæ duplum, aut Sabinæ, vel Rutæ syluestris duplũ triplũve, et melius facit cinnamomo: vel Thuris corticis tantundem, aut Cyperos attici.
Clinopodio	Heliotropium.
Cnico	Viticis semen.
Colocynthide	Ricini semen.
Colophonia pice	Pix nauibus abrasa.
Corallio	Moly, aut Symphitũ.
Costo	Cedri fructus, Heleniũ.
Cotyledone	Anagallis.
Crinanthemo	Aphrodisias
Croco	Crocomagma.
Crocomãgmate	Agallochus indica.
Crocodili adipe	Canis marini adeps.
Cumino	Brassicæ semen.
Cynosbato	Solani vesicariæ semẽ.
Cyperi	Iuniperus magna.
Cyphi	Carica combusta.

D

Damasonio	Carpesiũ, aut Nepita.
Dauci semine	Sij semen.
Dictamo	Saluia, vel Pulegium.
Diphryge	Phrygius lapis, Misy vstum, vel Æs vstum, aut lapis Pyrites.
Dorycnio	Alterci semen.
Draconti	Aron

E

Ebeno	Loti arboris lignum.
Ebisci radice	Folia mori, vel radix Papyri.
Elaterij succo	Eiusdem herbæ, succus, aut Porri Ficus've succus,
Pro Elleboro nigro	Papyri radix, aut Struthij.
Enneaphyllo	Potamogiton.
Epithymo	Colocynthidis semen.
Equiseto	Chamępitys.
Ericis fructu	Galla immatura.
Erinij folijs i. caprifici	Stercus ibis, vel Mori folium.
Erucæ semine	Erysimi semen.
Erucis pini	Vespæ cum cedria.
Erugine	Atramentũ metallicũ.
Erysimo	Struthij succus.
Euphorbio	Stercus palumborum.
Eupatorio	Chamæpitys.

F

Faba fresa	Struthium.
Felle cameli	Fel ascalaboti.
Felle mustelæ	Fel cameli.
Felle hyenæ	Fel perdicis.
Felle simiæ	Fel cameli.
Felle viperæ	Fel ichneumonis.
Filice	Cneori semen.
Fœnugræco	Maluæ semen.
Flore æris	Squama æris.
Folio	Nardi spica, vel Iris illyrica.

G

Galla	Fructus myricæ.
Gentianæ radice	Radix apij odorati, id autem est petroselinum, aut Rhedon i. Helenium.
Glycyrrhizæ succo	Mori succus.

H

Hederæ succo	Perseæ succus.
Hedychroo	Amaracinum.
Heliotropiæ sem.	Semen rapæ.
Hyacintho	Flos isatidis.
Hyenæ adipe	Vulpis adeps, aut Anseris.
Hyoscyamo	Solani vesicariæ semẽ.
Hippuri	Aiuga.
Hyperico	Anethi semen.
Hypocystide	Acacia.
Hyssopo	Thymum.

I

Iri illyrica	Helenium odoratum.
Iuniperi baccis	Cyperus.
Iunco odorato	Cardamomum.
Iunco palustri	Polygoni radix.

L

Ladano	Sampsuchus.
Lapathi radice	Radix cynaræ.
Lapide phrygio	Lapis argyrites.
Lapide asio	Gagates lapis.
Lapide pyrite	Lapis igniuomus.
Lauri baccis	Serpillum aridum.
Lathyridis sem.	Granum cnidium.

Pro Lemnio

Pro Lemnio ſigillo	* Sandaracha.
Lentiſco	Terebinthus.
Lepidio	Rubia.
Lepidij radice	Folia capparis.
Lepore marino	Lepus fluuialis, aut concha.
Leucini flore	Struthium.
Lini ſemine	Fabæ medulla.
Loti ſemine	Betæ ſemen.
Lupi adipe	Vrſi adeps.
Lyguſtico	Paſtinacæ ſemen.
Lyſimachio	Spinæ ęgyptiæ ſemen.
M	
Magnete	Hæmathites lapis.
Malabathro	Nardus indica.
Malo cydonio	Melilotum.
Malua	Fœnumgræcum.
Mandragora	Dorycnium.
Manna	Thuris cortex.
Maſtiche	Lentiſci caulis.
Medulla cerui	Vituli medulla.
Meliloto	Sylueſtris lotus herba.
Melle	Sapa.
Melle attico crudo	Mel deſpumatum.
Menta	Calamenthum.
Mȩo	Myrobalanus.
Myrſinite	Succus mori.
Molybdena	Lithargyrium.
Mori ſucco	Rubi folia.
Myrobalano	Glauciũ, aut Peucinũ.
Myrrha troglodytica	Calamus odoratus
Myrti oleo	Lentiſci oleũ, aut Melinũ, aut Mori ſuccus.
Miſy cyprio	Ochra cypria.
Miſy toſto	Diphryges.
N	
Nardo indica	Nardus celtica.
Nardo ſyriaca	Iuncus odoratus.
Napyos ſemine	Rapæ ſemen.
Nepita	Agreſtis menta.
Nucleis pineis	Cucumeris ſemen.
Nuce pinea	Galla.
O	
Ochra	Miſy cyprium.
Ocymo	Siſymbrium.
Ocymoide	Menta agreſtis.
Oenanthe	Omphacium ſiccum.
Oeſypo	Vituli medulla.
Oleo cicino	Laurinum, aut Vetus oleum.
Oleo vetere	Feruefactum duplum.
Oleo ſuſino	Fœnumgræcum.
Oleo picino	Pix liquida.
Oliuæ lachryma	Hypocyſtidis ſuccus.
Oliuę ęthyop. lachria	Acaciæ duplum.
Omphacio	Galla immatura.
Omphacio	Succus rhu opſoniorũ.
Onocardio	Pſyche herba.

Pro Opobalſamo	Gutta myrrhæ.
Opopanace	Lac ſycamini.
Oryza	Farina hordei.
Ormino	Lini ſemen.
Ornithogalo	Anthyllis.
Oſtreo	Buccina.
P	
Peucedano	Succus glycyrhizæ.
Panacis radicis vncia	Succi pars octaua.
Papyri radice	Elleborus albus.
Perſicæ folijs	Roſæ folia.
Pice liquida	Succus panacis.
Phu	Sphagnos.
Pipere	Zingiber.
Pipere albo	Nigri duplum.
Potamogitone	Serpillus.
Polygoni ſucco	Erucę ſemen.
Polij ſemine	Erucæ ſemen.
Polypodio	Chamæleonis radix.
Polytrico	Abſinthium.
Pompholyge	Cadmia vſta.
Populi gemmis	Sampſucus.
Propoli	Ladanum.
Pſyllio	Lens paluſtris.
Pulegio	Hyſſopum.
Pumice	Terra cretica.
Pyrethro	Zingiber.
R	
Radice cynaræ	Bulbus aſphodeli.
Rheo	Centaurium.
Rapa	Heliotropium.
Raphanino oleo	Ricini oleum.
Reſina pini	Terebinthi.
Ricino	Paleſtræ ſordes.
Roſeis paſtillis	Sinopis.
Roſis ſiccis	Perſeę folia ſicca.
Rhu ſyriaco	Oxyacanthæ fructus.
Rubo canino	Semen veſicarię.
Ruta ſilueſtri	Domeſticæ duplum.
Rhu coquinario	Sampſuchus.
Rubigine	Squama ferri.
S	
Sagapeno	Reſina pinus ſicca, vel Chalbane.
Saluia	Calamenthum.
Salamandra	Lacerta viridis.
Salis flore	Sandaracha.
Sale ammoniaco	Sal cappadocius.
Sambuco	Spinę viridis folia.
Sampſucho	Rhus coquinarium.
Santonico	Abrotonum.
Satyrio	Erucæ ſemen.
Scammonio	Ricini ſemen, vel Lathyridis aut Colocynthidis.
Scinco	Satyrium.
Scylla	Bulbus, qui edẽdo eſt.
Scoria plumbi	Plumbum productũ.
Scoria cypria	Melanteria ęgyptia.

Pro Sem-

Pro Semperuiuo	Lactuca.
Sepiæ cruſta	Pumex.
Serapide	Radix pęoniæ.
Serpillo	Fontinalis herba.
Seſamo	Lini ſemen.
Seſamoide	Amaranthi expreſſio
Sinapi	Naſturcium. (guſtici.
Sio	Radix aſparagi, vel Ly.
Siſone	Aniſus.
Sinnone ſyriaco	Petroſelinum macedonicum.
Siſymbrio	Ocymum.
Solano veſicaria	Semen hortẽſis ſolani.
Spodio	Pompholix.
Sphagno	Iuncus odoratus.
Spinæ albæ ſemine	Acanthi ſemen.
Spondylio	Cinis foliorum oliuæ.
Stœchade	Chamædrys.
Stercore vulturis	Columbi ſtercus.
Stercore turturis	Stercus columbi.
Stercore felis	Ichneumonis ſtercus.
Stercore lupi	Canum fimus.
Stibio	Aeris ſquama.
Styrace	Caſtorium.
Struthij radice	Ellebori nigri radix.
Succo chamæleonis	Salicis ſuccus.
Succo ficus	Succus mori.
Succo mori	Succus hederæ.
Succo peucino	Dulcis radix.
Succo thebaico	Succus papaueris.
Succo balſami	Succus carpobalſami.
Succo calpaſi	Succus myrti.
Succo cyrenaico	Syriacus ſuccus.
Succo peucedani	Glycyrrhizę ſuccus.
Succo rododaphnes	Viſcum quercus.
Succo papaueris	Mandragorę ſuccus.
Succo ſalicis	Hederę nigrę ſuccus.
Succo gallę	Succus mori.
Succo panacis	Lac ſycamini.
Succo perſico	Hedera.
Succo ſyriaco	Mori ſuccus.

Pro Succo polygoni	Succus plantaginis.
Sulphure viuo	Sandaracha.
Symphito	Centaurium.
Sori	Diphryges, aut Melanteria.
T	
Tragacantha	Gummi.
Terra cretica	Terra eretria.
Terra megarica	Salis ſpuma
Terra ſamia	Leucographis ęgyptia.
Terra eretria	Calx thebaica.
Terra alana	Plumbago.
Terra aſteri	Cimolia.
Terebinthina	Maſtiche.
Teucrio	Chamędrys.
Thapſiæ ſucco	Chamęleonis nigri ſuccus.
Thapſia	Naſturtium, vel Erucę ſemen.
Thymo	Satureia.
Tithymallo	Chamæleon.
Thure	Ampelitis terra.
Thuris cortice	Manna thuris.
V	
Verbenaca	Chamæleuce.
Viola	Flos radiculæ.
Vino rhodio	Vinum auſterum.
Vino falerno	Vinum mendeſium.
Viſco quercus	Chamæleonis viſcum.
Vituli adipe	Porcinus vetus.
Vrticę ſemine	Viticis ſemen.
Vulpis adipe	Vrſinus adeps.
Vua domeſtica	Pulpa dactylorum.
X	
Xylocalpaſo	Cinnamomum.
Xylobalſamo	Radix violarum albarum, aut Lyguſtici.
Z	
Zingibere	Pyrethrum.

GALENI DE PVRGANTIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATE

Iulio Martiano Rota interprete.

Quæstionis Introductio, & Aduersariorum ad inconueniens deductio, Quòd in euacuando non quid educendum, sed tantum quid æger mallet, spectare oporteret. CAP. I.

EA mihi de causa prauas opiniones vetustissimi medici irreprehensas omisisse videntur, qua & legum latores antiquissimi maxima scelera inulta reliquerunt. Nam cum per id tempus hominũ malitia intra mediocritatis terminos stetisset: nec quisquam aliũ supremis iniurijs afficere, aut manifestissima queq; impudenter abnegare auderet: quo pacto quis vel non dum perpetrata castigare, vel non adhuc dicta reprehendere, debuit? Postea verò vnà cum tempore adaucta hominũ malitia, cum neq; inausum amplius quicquam, neq; nõ dictum, inueniretur, coacti sunt & legum cõditores noua supplicia aduersus maleficos excogitare, & veritatis obseruatores varijs reprehensionum formulis sciolos coarguere. Id quod in præsentia facere nos quoque decreuimus, eos medicos confutãdo, qui purgantibus medicamentis vim adimunt, qua humores quos euacuant, è corpore trahunt: qui q; vim aliam ipsis attribuunt, qua æquabiliter humorem, quemcunque attigerint, immutare dicũt. Qua de re Hippocrates ne verbum quidem idcirco fecit, quòd ea tempestate neque Asclepiades vixit, qui tam impudenter loquens veluti in certamen contra veritatem descendit: neque Erasistratus, qui tametsi non sine modestia, vniuersum tamen de purgantibus medicamentis caput euertit, cum actiuam maxime ac naturæ consuetam attrahendi vim nusquam suis in scriptis agnoscat, sed eius loco illa, quæ vacuum cõsequitur, inanitione vti maluerit. Pars est autem facultatis propria attrahentis vis ea, quę in medicamentis purgantibus sita est, quemadmodũ & illa p quã bilis & vrina in sua receptacula deriuantur, complura q; alia non modo dum sana sunt aĩalia à natura, sed etiam per morbos, & dum ad sanitatem reuocantur cùm à medicis, tùm præcipue ab ipsa natura absoluuntur. Hippocrates itaq; cùm nihil aduersus eos dixerit qui attractionẽ è medio tollere gestiunt, quia auctores tam peruicaces, quàm postea plures, istæc opinio non habebat, æquum esse videtur me de rei veritate || pro Hippocrate contendere debere, ac primum quid'nã ipsi dicant commemorare, deinde peruersè eos sensisse commonstrare. Est autem ipsorum oratio huiusmodi. Medicamẽtum omne cui purgandi vis inest, quemcunque attigerit humorem in suam naturam conuertit, ita q; transmutat. Nam flauam nigram've bilem facit id quod bilis est huius vel huius, vt ipsi appellant, eductiuum: Similiter pituitam aquosam q; substantiam, quod vel pituitæ, vel aquæ eductiuum istorum vocabulo nuncupatur. Postremo, vt summatim dicam, cõmutatio est omnium qui in venis sunt humorum, non vnius alicuius euacuatio, illa, quæ purgatio appellatur, vt istorum oratio introducit. Verum si ita vultis, illud modo obijciemus, siue quis flauam, siue quis atram bilem, siue pituitam, siue aquam educens medicamentum sumat, omnes in venis humores euacuare. Atqui hac vna in re solum distat purgare aliquem tali medicamento & eidem sanguinem mittere, quòd aperta vena, quale prius inerat, euocatur: purgante autem medicamẽto non solum colore, sed etiam natura immutatum educitur. Etenim & quę aquã purgant, humida omnia & tenuia reddunt, quæ in venis attigerint, etiam si crassissima prius fuissent: & quę nigram bilem euacuant, crassa ac solida, quamuis antea tenuissima, versa vice faciunt. Quam ob rem quoties hunc purgare, illi sanguinem mittere, volemus, aliò quàm ad ipsam euacuandorum naturam respiciemus. Quid'nam igitur aliud spectabimus, nisi complures ad venarum sectionem propensos, quosdam purgantibus medicinis aptos magis esse? quemadmodum alij quiduis potius, quàm venas incidi, sustinerent: alij abscindi membrum aliquod sibi potius, q̃ medicamentum

de Natura hu. com.1. t.31.1ª. 31.g

medicamentum exorbere tolerarent: aliquibus enim sumpto purgante medicamento ventricu- E
lus subuertitur, non paucis id ipsum sine molestia facientibus. Hæc ergo respicientes his sanguinem detrahemus, illis medicamentum exhibebimus, non quæ Asclepiadis sequaces putant, contentos quidem in venis humores æqualiter omnes euacuari sanguinis missione credentes, purgando autem non omnes sed vnum aliquem, ac solum illum, quem ducere existimatur: vnde & purgari sanguinem ab huiusmodi medicaminibus aiunt, non euacuari, quemadmodũ fit adaperta vena. Hæc, vestra decreta, nolitis velitis, absurda sequuntur.

Quod Vnumquodq; Medicamentum Vim habeat Proprium Humorem attrahendi, experientia probat. CAP. 2

SVbiungam autem ipsorum capita. Asclepiadis sectatores aperta vena cõtentos in venis humores indifferenter omnes exire, data potione nõ omnes sed quosdam eximi, sanguinem q; purum reddi hoc pacto, autumant. Qui verò Erasistratum sequuntur, vniuersos aiunt tam medicamenti potione, quàm sanguinis egressu, pariter euacuari: vnde nec purgare re vera quicquã, sed cum immutatione quadam, & euacuandorum corruptela, inanire dicunt. Atq; cauillatores hi omnes mihi, siue mediocriter siue magnopere impudentes, in certamen procedant: ac mecum veluti in stadio contendant, non verbis, neq; prolixis nugis, sed operibus, ad quæ ipsos hac in po- F
pulosissima vrbe prouoco, in qua quotidie penè innumeri morbo regio & aqua inter cutem laborantes inueniri possunt: siquidem mihi de his primùm sermonem facere satis erit. Ducat aliquis ad me quempiam sine febre, cui in vniuersum corpus amara bilis redundarit, spectet q; post aliquot dies, cùm hominem præparauero, mihi q; iam tempus instare visum fuerit exhibendi medicamenti alicuius, quod bilem expurget, quo pacto naturalem corporis habitum eiusmodi potione ipsi restituam, etiam si non dum extrinsecus quicquã admouero. Hęc ipse nõ semel, bis've, sed sæpe admodum, ostendens, semidepravatos ipsorum ac multos ad meliora reuocaui. Neque tamen in eam sententiam hæc dico, vt te pessime cauillator testibus fidem adhibere velim: spectes ipse, cùm volueris, vnica ex purgatione morbo regio laborantem pristinum colorem accipere: cum q; hoc factum videris, audebis lepidum caput in coronis hominum preconis instar, vocẽ attollere, ac discipulis tuis prolixas nugas, quales sæpe deblatterasti, intonare, Non detrahi quippiam certi ab vllo purgante medicamento: verùm quicquid in venis repertum fuerit, qualecunq; sit, in id mutari, in quod virtus medicamenti ipsum conuertere suapte natura valet. Atq; hic qui nunc est arquato morbo liberatus, non bile educta, sed euacuatione tantùm facta conualuit. Videre itaq;, quo pacto alium ego ita affectum vel secta vena, vel data potione, iuuabo. Hæc cùm as- G
seueres ipse, deinceps mihi è duobus arquatis vni sanguinem mitte: alteri potionem aliquã porrige ex ijs, quę cæteri omnes nigram bilem euacuare, tu verò non euacuare sed gignere iudicas. Atq; si ægrotum subleuabis, aut pallorem de cute eijcies, me tibi omni supplicio deuinctũ trado. Sin autem non modò quicquam non profeceris, sed hominem in extremam pernitiem egeris, ad
1. de Nat. hu. t.3 1.1ᵈ.3 1.g. meliores sententias redi, || & Hippocratis artem sequare. Ac de morbo regio laborantibus hactenus. Nunc ad aquam inter cutem habentes transitu facio, considera rursus hunc quoq; non eodẽ modo sanguine misso, & medicamẽto quod aquam detrahit exhibito, affici. Nam si non mõstrauero aquam aqualiculo comprehensam medicamento euacuari, tum antiquam opinionem condemnes licet, quæ non gigni, vt tu putas, medicamento, sed è corpore trahi, eiusmodi humorẽ affirmat, ac de nobis tuo modo decerne. Sed profectò si, quod nigram aut flauam bilem educit, dederis, ventris tumorem nequaquam minues. Atq; ita vt singulum quodq; medicamentũ ꝓprium quendam humorem è corpore trahat apparet. Tu verò si omnes eodem modo immutari persuasum habes, & medicamenti opus euacuare solum, nõ purgare credis, venam adaperias licet. Hęc si quis apud Indos scribendo alium increparet, difficile esset ipsum redarguere: nunc autem cùm singulo quoq; die à vobis is conspiciatur, atque ad ipsum factorum argumentũ prouocet, nescio H
cur blatterare non erubescatis. Nolo autem nunc cõmemorare, vt ipse quàm plurimos regio morbo laborantes vnica potione flaua bile detracta liberarim: multorum enim hac de re testimoniũ extat. Quòd si impudentissimi isti cauillatores vniuerso populo non credere se fingunt, rem ipsi quoties voluerint, intueantur.

Responsionis cuiusdam Confutatio, Quæ primò tenuia, deinde crassiora trahi concedebat. CAP. 3

SEd quid ego dico, intueantur? ostendi enim iam sæpenumero hoc ipsis: Ac nescio quem, me mini tales nugas respondisse, non vnum aliquod humoris genus sed pariter omnes medicamento trahi, ac veluti ab emulgente elici: Ex humoribus autem tenuissimos primùm, deinde corpulentos magis, vltimò crassissimos etiam extrahi: Medicamentum itaq; cuius vis celeriter euanescit, aquosa deijcere: cui amplius durat, flauam bilem educere: & nigram, quæcunq; ambobus robustiora fuerint. Hunc sodales cùm sapienter respondisse iudicassent, acclamarunt. At ille concitato gressu me relicto discessit, probè noscens, opinor, si mansisset, se à nobis confutatum iri. Postero autem die libellum, in quo tam temeraria responsio refellebatur, eius asseclis porrexi: neque postea ipsis etiam tanta in existimatione amplius fuit, cùm nostras obiectiones diluere nesciret.

Erant

A Erant autem hæc eo in libro scripta. Heri tu quidem disceptationē subterfugisti similis pugili,
qui antea quàm luctetur, coronam rapit & aufugit: hodie verò quin redarguaris subterfugere nō
poteris. Consequetur enim te libellus iste qui in manus tuorum sodalium incidit: neq; enim mi-
nus cum illis quàm tecum sermonem instituit: qui nunquam antea te vlla in re prorsus attrahen
tem facultatem concedere audierant, & heri quæcunq; in venis continentur, indifferenter medi-
camento trahi confitentem audiuerunt. Par quippe fuit vt non modo dictum hoc tuum non ad-
mirarentur vel prorsus laudarent, sed prodidisse etiam causam tuam te existimarent. Nam quo pa
cto vrina & vtraque bilis in sua loca descendant, alia q; permulta in corpore fiant, longo sermone
frequenter exponitis, quid vis potius concedentes quàm vnumquodq; corporis membrum facul
tatem quandam à natura insitam habere, qua sibi conuenientia adducit atque rapit: nunc autem
non modo quorundam, sed indiscrete omnium attractionem esse dicitis: quod profectò longe
maius est, quàm certa quędam attrahi concedere. Siquidem, vt facultas quædam animātibus in-
est, qua aliena à se repellunt, sic aliam qua sibi conuenientia trahunt, vnicuiq; corpori inesse pro-
babile omnibus videtur, non dum hanc vestram sapientiam edoctis: at omnia, siue cognata, siue
contraria, quippiam ex æquo ad se trahere, rationem nullam prorsus habet. Atq; ita non solū at-
B tractionem confessus es, verum etiam, quod multo deterius est, non aliqua solum sed omnia in-
discrete trahi fateris: idcirco q; mihi non tam à tuis discipulis extollendus quàm explodendus vi
deris. Cæterum purgantibus medicamentis manum te nunquam admouisse, ac vulgarem quen-
dam medicinæ q; imperitum esse, paucis monstraturum me confido. Quæcunque nigram bilē
purgant, statim à principio eam educunt: differunt tamen inter se purgationes eo, quod liquidio
ra primum, deinde corpulenta magis, semper euoluunt. Idem in euacuātibus pituitam, & flauam
bilem euenit. Trahunt nanque medicamenta omnia in primis quidem sibi obnoxia liquidiora,
deinde crassiora etiam: non tamen, vt tu putas, primam matellam quispiam aquosis replet excre-
mentis, secundam flaua bile, tertiam pituita, atq; ita tandem nigra bilis egeritur. Qua de re patet
medicamentum ante omnia suum quodq; humorem elicere, quem comitantur aquosa excremen
ta in matellis supernatantia. Hoc autem tibi nunc spectare, si nunquam antea, licet, aquosa & bilio
sa plurima, medicaminibus ad id facientibus, purgatos homines emittere: at nigram bilem deij-
cientibus, simul omnia pauca esse. Oportebat autem, si tibi constare vis, ab hisce medicamentis q̄
atram bilem expurgant, plura semper educi, pauciora verò ab euacuantibus aquam & bilem de-
trahi, cùm ad fortitudinem & imbecillitatem euacuandi, medicamenta distinxeris. Sic itaq; atrā
C bilem euacuantia, quoniam ipsa reliquis fortiora constituisti, quàm plurimum euacuabūt: & pri-
mum aquosa omnia, deinde bilem, postea pituitam, demum atram bilem: debilia vero medica-
menta aquosa tantummodo subtrahere poterunt: Quorum tamen cum nihil fieri appareat, sen-
sus ipse tuum sermonem confutat. Libet tamen interea ex te scire, si inter exeundum corpulenta
semper ad tenuia consequuntur, cur nigra bilis ante sanguinem exeat, presertim cum sit eius ve-
luti sedimentum, qualis in vino fæx est.

Quòd extet Medicina, quæ Sanguinem primò è Venis Trahat. CAP. 4

SEd quæres forsitan & tu, num aliquod medicamentum statim à principio sanguinem educēs
inueniatur. Inuenitur sanè, nec eo quisquam inuēto vteretur. Quamobrem? inquies fortas-
se: quia hoc iugulare non purgare homines foret. Nam quę purgant, purgantia passim idcirco
nuncupātur, quòd sanguinem ab antedictis humoribus purum constituant: atqui nemo est adeo
prudēs medicus, vt vniuersum sanguinem euacuare, reliquos autem humores intus omittere ve-
lit. Quare medicamenta omnia quæ per venas intestinorum & ventris, sanguinem deijciunt, ve-
nenis adnumerant. Consentaneum autem erat, si modo quę doces vera sunt, neq; hęc primò san
guinem euocare. Quibus autem nominibus eiusmodi medicamenta nuncupentur, etiam si con
D stanter scirem, literis cōmendare nolim. Illud tamen quod in Thracibus Bithyniam incolētibus,
me adhuc puero contigit, sine periculo cuiusquam dici potest. Inuenit homo quidam herbam,
quam si quis assumpsisset, sanguinem primo, tum vitam emittebat. Multis itaq; hoc pacto moriē
tibus, cum facinus hoc diligenti inquisitione dignum arbitrarentur, herbarium comprehendūt,
& ad gentis magistratum ducunt. Is cum non solum hominem necare studeret, sed si quis alius
herbam aut didicisset aut docuisset, à nullo se quidem ipsam didicisse veneficus asseruit: Verum
in suburbanum cum aliquando suillum iecur deferret, vrgente ventre, super herba quadam iecur
deposuisse, quod aliquanto post cùm sustulisset, vidisse ex vniuerso iecinore sanguineos riuulos
ad herbam confluere: Ex hoc cōiectura facta corpori sanguinem ea detrahi posse, periculo mox
in obuio quodam facto, vt verum comperit, quod fore sperarat, ad malos vsus herbam deinceps
transtulisse: se tamen alicui alij eam monstrasse negauit. Hæc herbarius ille diu inter quæstio-
nes habitus retulit. Populi verò magistratus, cùm plurimam illis in locis nasci hanc herbam ex
rei dictis accepisset, vinctis oculis ad supplicium ipsum duci iussit, ne cui inter eundum herbam
indicaret. Ex his ergo lepidum caput multa medicamenta eam vim habentia, vt sanguinem à
principio statim eliciant, inueniri constat. Reticere autem ipsa melius est, quemadmodum & alia
venena tacent, quicunque ratione aliqua præditi sunt. Quanquam & hæc olim non nulli abun-
de

dè docuerint, miram quandam rerum diuersarum misturam ostendẽtes, ac qua via quodq; venenum conficiatur, scribentes: qui mihi cerebrum non habuisse videntur, quemadmodum & vos, si me interrogetis, quæ nam sint sanguinem educẽtia. Sed vt vnde digressa est, eò rursus nostra redeat oratio, Qui humores omnes ex æquo trahi, & primò liquidiora, tum alia, excerni asseuerat, propriam causam prodit, cùm attrahentem facultatẽ rebus inesse fateatur, quam eius socij impudenter abnegant. Et siquãdo dicere cogantur quo pacto bilis & vrina in sua receptacula veniãt, quo q; modo cõcoctum alimentum corpus subeat, & huiusmodi alia, monstra loquuntur: & hisce quæ sensus dictat, contraria statuunt, veluti paulo antè mõstrauimus. Nam si verum est quod discendum proponunt, quæ educentur medicamento nigram bilem euacuante, plurima erunt: q̃ ab aquosum excrementum purgante, pauca. At millies, si modò artis opera inspicere velis, ostendam tibi perdite veterator, aquosa purgantibus, plurima: nigram bilem euacuãtibus, pauca semper excrementa deijci, ac nigram bilem statim inter initia exire. E

Quòd Purgans Medicina non immutet humores in suam naturam: Ac totius Quæstionis conclusio.

QVi ergo omnes humores è venis æquabiliter duci asserit, stolidus tantùm & imperitus est: qui verò immutari dicit, consideret vt nullum discrimen faciat inter sanguinem mittere, F & bilis medicamentum regio morbo laboranti exhibere: &, num aquam inter cutẽ habenti venam aperiat, an medicamẽtum aliquod aquam educens porrigat, quantum in ipso est nihil interesse: tum quomodo hęc indecora non sint explicet. Irridet ista vulgus minus rectè, quoties medicos inter se altercantes animaduertit, eosq; loquacitate condemnat: ac si quos mutire quippiam omnino viderit, verbis tantùm medicos ipsos appellat. Subiungam nunc id, quod semper asserere consueui, imperitum quenq; hisce cauillatoribus meliorem esse. Nam si nulla alia in re præstet, communes saltem animi notiones admittit, quas isti longa consuetudine deprauati negant. Nuper itaq; homo quidam minimè stultus, cùm pustulæ ipsi toto è corpore subitò erupissent vlcerosæ & malè coloratæ, medicum adiuit existimans se quàm primum purgatum iri: at eo sanguinis missionem potius iubente, ne desipias, inquit, verisimile siquidem est vnà cum prauis bona quoque effluxura. Cæterùm qui omnia potius, quàm verba Hippocratis, vera esse volunt, communes animi notitias vincendi studio tollunt: tum nobis, ac si dilaniare vellẽt, insiliũt: atq; ipso rerum euentu postea redarguti condolescunt. Æquum autem fuerat, vt quemadmodũ nos sustinemus, & docere conamur eos, qui Hippocratem in ijs, quæ nõ intelligunt, calumniantur, sic & ipsi rationes contra se factas tolerarent: docentes q; plurimùm, si fieri potest, diligerent: G aut si id fieri nequit, odio penitus non haberent: Veluti nuper medicus quidam eiusmodi demẽtia præditus. Is simul atq; nouit me sola purgatione complures à defluuio capillorum liberasse, illico prosequi me odio cœpit. Item alius, cùm incipiens carcinoma, quosq; elephantes appellant, & depascentia, multa q; alia vlcera curatu difficilia, sanassem: Et alius, quia solis purgationibus oculorum obtenebrationem patientes cõualescere feceram: Et adhuc alius, propterea quòd insanientes, comitiales, melancholicos, & insuper nõ paucos diutino capitis dolore vexatos, purgando tantùm liberassem, vt & coxendices, & longis doloribus alijs in partibus infestatos, Atq; hunc nuper, quem, tanquam colo vexaretur, tribus iam mensibus medici tractauerant in peius quotidie abeuntem. Hunc ego omnia, quę illi imposuerant abijcere iussi, ac solis purgationibus sanitati restitui. Muliebrem fluxum præterea nobilis cuiusdam Romanæ matronę ita hac arte suppressi: vt & multas alias ignobiliores fœminas non solùm ab hoc morbo, sed etiã ab alijs vteri ægritudinibus, exemi. Quid verò me cõmemorare opus est, vt nullum remedium sacro igni, {ἐρυσίπελας Græci dicũt,} efficacius adhibeatur, quàm bilem expurgans? nullum magis aduersum, quàm pituitam educens? Diem hunc totum contererem, si quàm admiranda opera purgãtibus medicamentis absoluantur, referre vellem: quæ tamen istos ignorare verisimile est, artẽ tra- H ctandi medicinas expurgantes nunquam edoctos. Nam cùm nec quicquam extare penitus arbitrentur, quod purget, quo pacto vel quibus in morbis purgationibus vtendũ, vel quo modo, intelligent? Hac de causa quàm plures sola experientia ducti ægrotantes medicantur. Nostri autem isti sapientes qui rerum rationes tractant, non quò aliquid experientia inuentis addant, sed vt eam subuertant, longè perniciosius ijs, qui solo vsu nulla q; ratione ducuntur, medicam rem exercent. Cęterùm horum omnium principium atque fons vnus est, conceptum aduersus Hippocratem odium, ex quo ceu fonte cũ alia multa absurda manant, tum præsens hoc consilium, vim attrahentem abnegandi: cuius pars, siue species, aut quo quis alio nomine appellare velit, purgantis medicamenti facultas est.



GALENI QVOS PVRGARE CONVENIAT, QVIBVS MEDICAMENTIS, ET QVO TEMPORE, LIBER.

Iulio Martiano Rota Interprete.

Oribasii est hic Libellus, ex Galeni libris Excerptus: & est Caput vigesimumtertium & vigesimumquartum Libri septimi Collectionum Medicinalium ad Iulianum Imperatorem.



Vi sano corpore sunt, si purgentur, molestias, sentiunt: nam & vertigines & tormina patiuntur, ęgre q; purgatio succedit, & cum hoc etiā celeriter exoluuntur. Causa autem horum omnium medicamentum est, quod cum sibi obnoxium humorem educere cupiat, nec ipsum reperiat, sanguinem & carnes colliquat, vt ex eis quod suum est eliciat. A.l.1.f.2.d.2. fu.1.c.6.fo.52.g At sani quidē adhuc, sed nisi euacuati fuerint, ægrotaturi, preueniēdi sunt, & ineunte vere inaniendi vel misso sanguine, si ex multitudine: vel data potione, si ex humorum corruptela, morbis capi soleant. Nos etenim Podagram & articulorum dolores inter initia tamen, qui nō adhuc circum articulos nodum fecerant, eiusmodi euacuatione cōplures annos inhibuimus. Non paucos insuper, sanguinem expuentes, comitiales, attonitos, melancholicos, & huius generis alios diutinos affectus, quo diximus modo, euacuando sedauimus.

C Multis itaq; pituitam, alijs amaram bilem, quibusdam nigram, non paucis serosa excrementa, ad impendentis morbi qualitatem, expurgare conducit: Velut ecce Melancholia quidam, nisi purgatus fuerit, singulo quoque anno capitur: hunc purgo non solum vere, sed autumno etiam. Itē fœminam quandam Cancrum in mammilla quondam habentem quotannis aduentante vere similiter euacuo: quam ad sanitatem reuocaui, vsus medicamento nigram bilem validius subtrahente. Hæc si quando assumpta purgatio non fuerit, dolore mammillam sentit altius infestari. Quin & incipientem Elephantiasim misso primum sanguine, & potione data in alio, sanaui: deinde huic quoque vnica purgatio in singulos annos sufficit, quę intermissa morbum statim reuocat. Atque hoc genus ægritudinum nigros humores subduci postulat: comitiales autem, attoniti, qui q; ægre spiritum ducunt, pituitosos: velut articulorum dolores si multo cum calore infestent, amaram bilem: sin tumeant frigeant q;, pituitam, extrahi volunt. Alius quidam æstiuo tēpore febre Tertiana semper corripiebatur: qui multos iam annos febrem non sensit, nostro consilio decedente vere flauam bilem antea subtrahendo. Hoc enim tempore id genus homines inanire melius est: Quemadmodum comitiales, & attonitos, articulorum q; morbo laborātes, & melancholicos, ac quicunq; humorum crassitie in morbos incidunt, inchoante vere. Oportet au-

D tem, prius quam purgans exhibeamus medicamētum, crassos humores attenuare, tenaces q; dissecare, & meatus recludere, per quos traijci atq; deduci queant, si purgatio succedere optima debeat, cum in reliquis omnibus, tum precipue in elleborum assumentibus. Vis enim medicamenti, quę diuellit, cùm humores affectis membris altius inhærentes excutiat, & ob hoc longis morbis prouit, facilius opus suum absoluit, prius attenuatis humoribus. Quod qui negligent, molestias obibunt purgationes, hoc est non sine torminibus, interdum & vertigine quadam, multa q; nausea, malo pulsu, exolutione, & difficultate. Elleborum itaque sumpturi naturam prius experiri debemus, quo modo illa se habeat ad supernas expurgationes, eas dico quæ vomendo fiunt. Experiemur autem, si quæ vomitum mediocriter prouocant, exhibuerimus: qui enim facile hoc pacto non purgabitur, hic nisi preparatus ad elleborum agendus non est. Præparatur autem cum vomitu ipso sæpius facto, ita eo qui elleborum accepturus est, vomere promptius assuescēte: tum A.li.1.f.2.d.2. fu.2.cap.3.fol.40.d melius etiam, si corpus humidum antea faciemus. Humescit autem corpus partim multo cibo, partim quiete. Ac quietem quidem istud facere nemini dubium esse potest: quando vt exercitatio membra exiccat, ita quies, cùm vacatio quædam & exercitio contraria sit, humiditates conseruat: At cibus quamuis largè ingestus non omnis humectat, sed is qui vehementes qualitates non habet, hoc est nec salsedinem, nec acrimoniam: nec amarus, aut acerbus sit. Nos itaque

acetum

acetum mulſum,aliquãdo bibendum exhibuímus,in quo ellebori albi ramuſculos per integrum E
diem ac noctem raphanis infixos dimiſeramus: eſſet q; hæc ellebori leuis expurgatio. Ceterùm
qui anguſtum Pectus habent,& idcirco pulmonem compreſſum,ad euomẽdum ineptiſſimi ſunt
cùm alijs vomere facientibus,tùm præcipue veratro: conceptaculum enim aliquod ex ijs quæ re-
ſpirando vſui ſunt,dirumpent. Conuenit inſuper Amaram Bilem per ſuperiora, Pituitam per
inferiora magis educere: quamuis interdum contrarium facere oporteat, ſi in ventriculo pituita,
in inteſtinis aggeſta bilis conſtiterit: nam atra bilis per inferiora ſemper eſt eijcienda. Quod ad
4^a. Aph.4.Ext. od.27.h Anni autem tempora attinet,in aphoriſmis Hippocratis ſcriptum eſt, || Æſtate ſuperiores, hye-
me inferiores,ventris partes medicamẽto purgandas eſſe: & regiones, calore frigore q; diſtinctas
ad anni tempora æſtimari debere. Idem eſt & in ætatibus ſentiendum. Cõſuetudo " quoq; haud A.l.1.f.2.ca.3. fol.72.h
parum euacuationis modum oſtendit.Nam qui aſſueti ſunt vomere, per ſuperiora purgari faci-
lius tolerant: non aſſueti periculum ſubeunt, præſertim ſi elleboro purgentur. Morbi præterea
Genus ſpectandum erit: Hydrops enim quem Φλεγματίαν appellant, eget medicamento pitui-
tam educente,ac primò quidem per inferiora, deinde per vomitum, poſtremò per nares & pala-
tum.Cùm enim noxius humor in vniuerſum corpus redundarit, omnes euacuationum ſpecies
admouebimus. At hydropi Aſcitę,quippiam aquam detrahens offeremus: Velut Regio mor- F
bo laboranti, aliquid quod bilem educat: nam & his bilem euocare multifariam opus eſt,ſurſum,
deorſum,per vrinæ meatus, per palatum,& nares. Eodem modo ſi Bilis Atra ſupra modum ex-
creuerit,vt in melancholia, cancro, elephantiaſi, aliquid quod nigram bilẽ detrahat exhibemus:
Nam Comitiales pituitam inanientibus expurgamus. Ex his itaq; planum eſt morbi conditio-
nem oſtendere & humorem euacuandum,& locum per quem educere ipſum conueniat. Nem-
pe inflammationem habentibus in iecinore,ſimulatq; maturuerit,aluum ſubducemus, cùm in ſi-
mis iecinoris partibus ea incubuerit: at ſi in gibbis extiterit,vrinam ciebimus : Itidẽ & in reliquis
ſpectabimus, humorem exuberantem,& locum humore infeſtatum, ex quo tanquam cauſa qua-
dam,vis morbi conſurgit: hæc enim & quid euacuandum, & quomodo,& qua parte euacuandũ,
indicabunt, & ad hæc omnia tempus etiam monſtrabunt. Siquidem inter initia morbi, tenues
& aquoſos humores euacuabis: vbi craſſi & tenaces fuerint, quales ſuapte natura ſunt pituita &
nigra bilis,concoctionem expectabis. Acceſſiones quoque quo modo euacuandum ſit docent.
Nam dum acceſſio infeſtabit,à ſuperioribus educes: vbi deſtiterit,quod intermiſſionem dicimus,
ab inferioribus trahes. Ad hoc etiam facient quæ Sponte in morbis eueniunt.Multis enim per
acceſſiones vomitus excitatur, & ſanguis è naribus erumpit, non paucis intermiſſione facta lo- G
tium & aluus fluit. Præcipuè verò quo tempore acceſſiones, & iudiciales dies adueniant,obſer-
uandi erunt, ſiquidem per inferna purgare molieris. Nam ſi ad ſuperiora humores inclinauerint,
purgantis medicamenti efficacia impedietur. In his autem qui iam ægrotant,ſi Diuturnus futu-
rus eſt morbus,expectanda ſemper erit concoctio : Sin Acutus ſit, inter initia, ſi modò à conci-
tatis pendeat humoribus,purgare licet: quanquam & iſtud ipſum magna cum animaduerſione,
diligenti q; conſideratione faciendum eſt. Neque enim exiguum impendet periculum, ne ſini-
ſtrè purgatio ſuccedat,eò quòd quæcunq; purgant,latentem caloris excitandi poteſtatem habẽt:
& febris,vt febris eſt,& ſecundum ſuam rationem,non ſicca neq; calida, ſed hiſce ſummè contra-
ria, humida frigida q;,requirit.Non igitur febrilis caloris gratia purgans exhibemus medicamẽ-
tum,quod nos quoque quantum in ipſo eſt,nocere ſcimus: verùm vt humores febrem concitan
tes extirpemus. Vtilitas itaq; maior prouenire debet moleſtanti humore detracto, quàm ab ex-
purganti remedio nocumentum,quod neceſſariò corpori infligitur: vtilitas autem maior obue-
niet,ſi & quicquid lædebat,& ſine moleſtia, detractum fuerit. Vt autem hoc fiat,ante omnia con
ſiderare oportet,idoneus'ne ſit ad eiuſmodi purgationem qui morbo laborat. Etenim qui ſæpe
cruditate laborarint,& qui tenacibus & craſſis veſci conſueuerint,qui q; ſub coſtis tenſum & in- H
flatum ventrem habent,vel eximiè calidum atque feruentem, aut in his locis inflammationes ſen
tiunt,omnes ad purgationes ſunt inepti. Hos itaque dimittere oportet: nam quoad fieri poteſt,
ægroti humores ad fluendum paratos eſſe conuenit,hoc eſt tenues minus q; tenaces : ac meatus,
per quos traijcientur, apertos eſſe,ne qua illos moretur obſtructio. Hæc nos quoque antea fa-
cere moliemur,cùm aliquem purgare volemus. In acutis" verò morbis, ſi ſtatim inter initia pri- A.li.1.f.4.c. fol.71.h
mo die vel non vlterius ſecundo,purgatione vti velimus turgente materia, huiuſmodi præpara-
tioni locus non eſt,niſi quis fortè nactus fuerit occaſionem, aquam mulſam exhibendi, in qua
hyſſopum,origanum've,aut tragoriganum,vel thymum,vel pulegium,vel quippiam aliud hu-
mores attenuans,incoxerit. Quocirca rarò in acutis morbis,modò rationem adhibeamus,ab ini-
tio nobis medicamenta vſui erunt,cùm neque affligentes humores plerunq; concitati ſint à prin-
cipio: neq;,ſi hoc adſit,ęgrotus aptus ſit purgationi,vel ſe pręparandi tempus idoneum nobis nõ
præſtet. Concitari verò & turgere humores dicuntur,cùm motu vehemẽti agitantur: ac ab vno
loco ad aliud confluentes inter principia morbi hominem vexant, dolores q; ac titillationes af-
ferendo ægrum quieſcere non permittunt. Hos ergo humores euacuare conuenit, in motu,
agitatione,& fluxu poſitos: Qui verò iam aliqua in parte corporis conſederũt,neq; vllo alio au-
xilio

* ἀσῶντες legitur in antiquo codice, quod eſt faſtidientes.

A xilio neque purganti medicamento prius mouendi sunt, quàm concocti fuerint: tunc enim & naturam euacuationi adiutricem habebimus. Hæc enim simul atque concoxit, humores excernere atque superflua resecare conspicitur, quo tempore iudicatio morbi quoq; quam crisim appellant, celebratur. Verum quoties natura euacuationem absoluit, nulla insuper opus est medicina: cùm autem ipsam mediocriter ac segnius peragit, quod deest medicos supplere conuenit. Illud vero non ignorare par est, rarò euenire vt ab vno mēbro ad aliud humores confluant: sæpius accidere, vt aliqua in parte corporis quiescant, ibi q; tandiu maneant donec concoquantur toto morbi tempore, quoadusq; soluatur. Cùm ergo non solum morbus acutus fuerit, veluti pleuresis, sed etiam maxima cum febre, multo magis cauenda est purgationis exhibitio, præcipue cum ęgrotantis natura nobis incognita fuerit. Alij nanque difficulter purgari solent: alij modica potione ebibita, copiose vacuantur. Cùm itaque febris vehemens non fuerit, ægri q; naturam noueris, inaniens medicamentum dabis, elleborum nigrum, aut aliud simile quippiam, quorum est etiam diacolocynthis, quam nūc vsitato nomine hieram hoc est sacram appellant. Hæc cum variè conficiatur, quæ veratrum assumpsit, nec scammonium habet, medicamentum est eximie purgās, in ijs tamen, in quibus eductio conuenit. || Post assumptam vero purgationem statim hordei pulticulam sorbere (de Rat. vict. in mor. acu. cō. 2. t. 12. 7 b. 118. d)
B vtile est, vt Hippocrates inquit. Nam purgans medicamentum vt exiguum etiam fuerit, in fundū ventriculi descendat, oportet: In descensu cùm gula & quicquid ventriculi gulam excipit, non solum medicamenti qualitate, sed etiam substātia inter deglutiendum appulsa, inficiatur, magnopere læditur: Quare "vtile est hordei cremorem deinceps sorbere, propterea quòd abstergere & inferius trahere potest, id quod transeūdo se meatibus implicuit, & temperare atque immutare medicamenti qualitatem, quæ membris insedit. Ob hæc igitur Hippocrates iubet ab assumpta purgatione ægrotos hordei pulticulam statim bibere: non tamen eam dare consulit, cùm purgatio procedere incipit, timens ne purgationis opus dissoluatur. Quamuis interdum data purgatione aluus non egerit, vel ob ægri naturam eiusmodi: vel quia quod purgare debet, exiguum fuit. Plerunque etiam stercus densatum atque in aliquo intestino exiccatum, quod clystere subduci opus fuit, antea quàm medicamentum exhiberetur, euacuationem prohibet. Potest insuper natura ad vrinam vergente, potio, quæ subducere aluum debuerat, nihil efficere. Interdum quoq; cum euacuatio frustratur, præter hoc quòd nocumentum aliquod corpori non affert, in nutrimentum etiam transit. Interim tamen in pernitiem & venenum mutatur. Cum vero medicamenta omnia quæcunq; purgant, ventriculum lædant, & maxime eius ostium, quod maxime neruosum est,
C & acutissime sentit, excogitatum est bene olentia purgantibus admiscere, ne sola atq; sincera eorum vis ostium ventriculi attingat. Oportet autem admista semina talia esse, quæ & medicamenti malitiam retundere, & eius opus impedire nequeant: quæq; attenuare & incidere valeant: & vt crassos humores secare, & vias per quas educi debēt, aperire & patefacere possint. Oportet "præterea vt commista sibi inuicem medicamenta consentiant, neque vlla in re discrepent. Discrepant autem non cum hoc bilem, illud pituitam trahit, vtraque enim pari modo euacuationem procurant: verū si hoc celeriter, illud tardius, ab assumptione purgare incipit. Ita nanque inæqualiter euacuatio celebratur, quamuis simul accepta sint. Inæqualem autem euacuationem dico, si cum hæc desiuisse videtur euacuatio, alia rursus incipiat.

(margin: .l. 1. f. 4. c. 5. ol. 75. d)
(margin: l. 1 t. f. 4. c. 4. ol. 74. c)

FINIS

GALENI DE THERIACA AD PISONEM

Iulio Martiano Rota Interprete.

Sunt qui negent hunc librum esse Galeni, nec sine causa. Aëtius tamen in capite de Sale Theriaco, citat Galeni verba, ex hoc libro desumpta.

Libri Dedicatio, Andromachi Commendatio, & Quid Galenum impulerit Ad hoc opus scribendum. *CAP. I.*

T hunc tibi de Theriaca librũ, maxime Piso, diligenter omnia perscrutans, cũ ipse vltro de industria dedicaui, tũ quia aium tuum ab huiusce medicamenti cognitione nõ abhorrentẽ animaduerti, quo tpe, sicuti consueueram, ædes tuas ingressus, & alijs quã plurimis, tibi q; cõsuetis voluminibus circũseptũ te offendi: & scriptũ quendam de Theriaca libellum, auide percurrentẽ inueni. Soles.n. à publicis occupationibus ocium nactus, tẽpus omne in euoluendis antiquorũ philosophorum libris, consumere. Vt igitur me tibi accedentẽ, blando primum vultu, deinde verbis etiam, excepisti, intermissam postmodũ lectionẽ auscultantibus nobis prosecutus es. Nã & ego libenter aures adhibebam, cũ G opus illud nõ incõcinne scriptũ esse cõstaret † à viro quodam, cui nomẽ Andromachus fuit, artẽ medicam ad summũ vsq; edocto, nec faciendo solũ, sed dicẽdo ẽt, vehementer exercitato. Hic itaq; quòd vtroq; præstaret, reliquos medicos ab suæ tẽpestatis Imperatoribus anteire, vt mihi quidem vr, creditus est: cui forsitan & patria aliquid, ad medicinã optime cõsequendã, attulit. Nã ex insula Creta genus ducebat, quam credibile fuit, vt complures herbas, sic talẽ virum producere potuisse, qui humano generi salutarẽ antidotum cõponeret. Cùm itaq; tu huiusce viri libellum legeres, plurimum quidem ego gaudebam: admirabar q; magnopere, ꝙ rebus quæ ab eo scriptore tradebantur, mentem tantopere adhiberes: nec poteram non habere magnas gratias nostri tẽporis fortunæ, ꝙ te vsq; adeo studiosum medicinæ conspiciebã. Maior siquidem pars hominũ aures tantũ sibi demulceri volunt medicorum orationibus: tu vero nõ solũ, quæ ab eis dicuntur cũ voluptate audis, verũ etiam multa quæ non exprimuntur, insita tibi prudentia & aptè & facilè conijcis: immo & peragenda quædam sic accurate cognoscis ac inspicis, veluti nos qui magnis laboribus ista didicimus. Id quod ego quã verissimè sum in te ipso contemplatus, atq; magnopere demiratus, quãdo charissimus omnium tibi filius, vrgente quadam equitandi necessitate summis femoribus ægrotauit. Sacris enim certaminibus tunc ipse præeras, quæ in honorem deorum Romanorum H celebrabantur. Oportebat autem eo tẽpore, nobiles etiam pueros equis insidentes, atq; pro conditione certaminum ad numerũ discurrentes, ludum quendam obire. Tunc igitur filio quoq; tuo valde tenero coxarum summitas à subiectis stragulis contusa, inflammationem contraxit, & inde saniem collegit, quàm per incisionẽ educere opus fuit. Ac puer quidẽ, perinde atq; iã vir aliquis esset, patienter oĩa sustinens apte curabatur: putasses illum ad instantia mala fortiter tolerãda philosophorum sermonibus optime instructum. Tu vero diligenter adeo, præsens cum fores, inspiciebas, & omnia quæ à nobis fiebant, annotabas, vt si quando minus apte quippiam fieret, instares illico, moneres q; ‖ Nihil temere secundum Hippocratem agẽdum. Quamobrem ego singula diligentius obseruans, etiam plusq; conueniat operosius quippiã quod abs te fieret, animaduerti. Nã si quod eorum quæ à medẽte imponebañt, apte minus insisteret, illud tu statim tuis digitis ita transferebas, atq; sic decenter vulneri coaptabas, vt mirabile foret spectare, tantã te manibus prõptitudinem ostendere, ob amorem quo filium prosequebaris, ingenium q; tuum ad oĩa versatile, quantã qui sunt artẽ exacte consecuti. Quãobrem illud in te merito conspici posse videbañ, quod etiã sapiẽtissimus philosophus Plato, sicut par fuit, ĩ quã plurimis sæpe speculatus, veritatis q; necessitate delectatus, asseruit, Quæ in nostrã cognitionẽ veniũt, nõ discere nos, sed reminisci, ingenitam q;

† Græcè impreßũ legitur ὑπό τινος ἀνδρομάχου καλουμένου, i. à quodã Andromacho vocato. In ãtiquißimo ãt cod. legitur ὑπό τινος ἀνδρος μάγνου καλουμένου, i. à quodã viro, cui nomen Magnus.

6. Epid. cõ. 2. t. 25. 3°. 164. h

« A nitam q; humanę menti rerum oium esse notitiam: quæ tum deniq; sese pandit, qñ vsus expostu-
« lat. Vt igitur, artis medicæ peritiam in te filij sollicitudo, nihil nobis tale expectātibus, aperuit, ita vir elegans & ingeniosus cum sis, legendis de theriaca versibus intentus eras, procurabas q; cum illius vires & temperaturā cognoscere, tum quātitatis modū, & vsus opportunitatem intelligere.

Theriacæ Commendatio, & Dignotio, Principum q; Romanorum hac in re Studium. CAP. 2.

A. l. 5. fa. 1. c. 1. fol. 522. g

NAm re vera celebratissima est apud omnes hoies partim ob promissionum certitudinem, partim ob actionum efficaciā. Nullus. n. vnq̃ traditur occubuisse, qui cōmorsus ab hisce feris quę consueuerūt necare, theriacā subito sumpsisset. Ac si quis prius ipsam bibat, inde q; paulo post ab aliquo serpente feriatur, irritum esse venenū illud compertū est: Quod sæpenumero cōplures magistratus, qui mortis & vitæ potestatē habēt: & vtrū quæ promittit antidotus præstare queat, dignoscere volunt: in hoībus ob aliquod perpetratum facinus carnificinæ adiudicatis experiuntur. Nos aūt qui in hoībus periculum facere non possumus, in alijs quibusdam aīalibus verum de ipsa iudicium sumere tentamus. Accipimus. n. gallos non domi enutritos & contubernales nostros, verum syluestres, sicciori cum sint tēperatura: deinde iniectis serpētibus, illos qui theriacam non biberint, illico mori videmus: alios aūt qui biberunt, consistere, & vitam ēt post ictū B retinere. Nonnunq̃ vero & hoc pacto, num adulterata sit experiri conuenit. Data prius theriaca, postmodum exhibemus medicinam aluum subducentem: ac, si qui assumpsit non purgatur, optimam iudicamus antidotum fuisse, qm̃ purgari prohibuit eum, qui purgantem medicinā assumpserat. Atq; hæc probatio nunq̃ nos fefellit, quin verā theriacā agnosceremus. Multę quippe fiunt ab impostoribus hac etiam in re fraudes: vulgus q; sola theriacæ fama deceptū, ab istis quibus ars est mercenaria, non recte cōpositam antidotum multa pecunia redimit. Etenim aliqui reperiuntur qui quanq̃ valeant, toto tñ vitæ suæ spatio theriacam sine intermissione suscipiunt, p̄sertim qui propter sinistros & illiberales mores securi nō viuunt, sed mortē sibi p insidias ab inimicis impendere semper existimāt. Aliqui vero singulis diebus incolumitate corporis ducti theriacam assumūt, quemadmodum nos Marcum Antoninum, qui paulo ante Romanum imperiū summa integritate administrauit, & corporis sui temperamentum exacta prudentia cognouit, abunde quasi delicato quodam cibo, vsum nouimus. Ab illo. n. auctoritas medicamento amplior creuit, cum eius efficacia latius inter hoīes diuulgaretur: siquidem cum Imperator vitam sanā traduceret vtilitatis fidem antidotus maiorem obtinebat. Verum Antonini quidē temporibus opus solummodo theriacæ cōis fuit sanitatem Principis intuētibus: his aūt Imperatoribus, vsus etiam C publicus euasit. Licet. n. oībus nobis ab ipsis petere, & tradita per manus antidoto liberaliter curari, quoniam non solum cunctos excellunt, q̄ à dijs imperium sint adepti, sed etiam quia libēter in vniuersos oīa bona deos imitati conferunt: tantum q; gaudium concipiunt, quanto fuerint incolumitatem ab ipsis consecuti, Maximam imperandi partem arbitrantes, cōis salutis procurationem: quæ res me magis in admirationem ipsorum traxit. Neq; enim de theriaca solummodo curam habent, verū ita sunt hoībus in rebus benigni, vt si qñ quispiam amicorū antidoto egeat, mirandum sit quanta promptitudine, quanta q; animi propensione, ipsam cōicent. Non. n. theriacæ compositionem in necessitatem vsus differunt, sed repentinis occasionibus, improuisis q; euentibus, promptam, paratam q; decenter habent. Quo tempore igitur Antipatrus, cui græcas epistolas scribere cōmittebant, & ob morum grauitatem exactam q̄ rhetoricæ artis peritiam honoris plurimum deferebant, in renalem morbum incidens, grauia & irremediabilia pateretur, laude dignum eorum studium pro salute amicorum susceptum vidi, mirabilem q; in admouendis remedijs concertationē. Sic. n. varijs differentibus q; symptomatis occurrentes, morbo repugnabant, vt optimi medici & omne vitæ tempus in re medica exercitati consueuerunt. Amicā vero mihi præ cæteris Arriam, eximie commendatam & ipsam ab Imperatoribus, q̄ philosophiæ diligēter D operam daret, & præcipue Platonis lectione delectaretur, non leuiter olim ægrotantem sanarūt. Laborabat. n. vētriculi languore, atq; iō ita supinè decūbebat, vt ne cibum qdē accipere valeret: vnde periculum ipsi imminebat, ne defectu nutrimenti periret. Tunc itaq;, sicut expertissimi solent medici, mulierem curarunt, vinum absynthio medicatum, me commōstrante, propinantes. Mox enim vt tale vinum bibit, & stomachum roborauit, & celeriter cibi appetētiam recepit. Illud vero, quod in filio tuo contigit, vt recorderis adhuc, credibile est. Collecto siquidem abscessu, tu quidem, vt bonus pater, incisionem tardabas: tempus autem festinā puris emissionem suadebat: illi dato medicamento nos ea in re magna sollicitudine liberarunt. Nam superimpositum emplastrum subiectum locum incisione citius aperuit, & omnem inclusam saniem sic eduxit, vt dolorem ea de causa puer deinceps sentiret nullum.

Cur è Multis Antidotus componatur, Insitam q; Rebus omnibus esse Virtutem, quam ratione sensibus q; inuestigamus. CAP. 3.

TAlem igitur diligentiam circa hæc medicamenta, sicuti vides, cùm nostri Imperatores habeant, merito theriacam quoq; summa cura conficiunt. Cū. n. singula quæ imponūtur, ipsi diligenter adeo examinēt, vt ne minimam quidem rem contēnant, propterea mirandos effectus p̄ducit. Nā sicut nosti, Theriaca, quemadmodum multis è rebus cōponitur, ita quàm plurimos

vſus habet. Quãobrem ego demiratus ſum illũ qui primus ipſius cõpõnem eſt aggreſſus: vide- E
tur q̃ mihi nõ temere, ſed exacta quadam rõne, & exquiſito ſupra modũ cõſilio, tot res miſcuiſſe.
Non.n.ſic & nos medicinarum notitiã aſſequimur, quẽadmodũ qui ſe empiricos ab ſola experiẽ-
tia cognominant. Illi.n.omiſſa diſciplina quæ rerum naturã inueſtigat, quoties oblatos ægros nul
la rõne curant, turpiter profitent̃ ſe remedia partim ab inſomnijs, partim à fortuna, ſuſcipere. Nos
autẽ auxilia quæ rõ & prima & ſola excogitare põt, ſumma cõſideratione diligẽtia q̃ ſcrutantes, A.l.2.t.1.c.2. fol.92.b
magno ſtudio reperimus: quæ aũt rõ nõ valet inuenire, ea ſenſuum iudicio perpẽdimus: plerũq̃
tñ vni non fidentes, pluriũ cẽſurã adhibemus. Neq̃.n. vt calcem frigidam credamus, quãuis ſit vt
nix, alba, oculorũ dũtaxat iudicio ſtãdũ eſſe arbitramur: aut roſam ꝓpterea ꝙ rubra ſit, calidã idcir
co ſtatim cõcedimus: Sed oculis tactu adiuncto, calcẽ tã calidã deprehendimus, vt fortiter vrat: ro
ſam tã frigidã agnoſcimus, vt leuiter refrigeret. Sic & in reliquis medicinis accurata ſenſuum opa
cuiuſq̃ facultatẽ inuenimus. Nã guſtus nobis diſcernit illud acutũ vel ſalſum eſſe, ꝙ tale ſit: hoc
amarũ vel dulce, ꝙ eiuſmodi. Tactus aũt quæ calida & frigida, quæ ſicca & humida, contrectando
nobis manifeſtat. Multa quoq̃ nariũ iudicio exploramus, in primisq̃ medicinarũ vires, quarum
integritatem odoris vehemẽtia, imbecillitatẽ eiuſdẽ remiſſione, colligimus. Nos itaq̃ ſenſuũ iudi-
cio, quæ ſimplices medicinæ bonæ ſecus ue ſint, cognoſcentes, ipſas primum experimur, inde ſen F
ſu vſu q̃ cõprobatis poſtmodũ experiẽtiæ rõnẽ cõiungimus: quã ducẽ rebus in oĩbus ſequentes,
& ſimplicibus remedijs ſicut par eſt vtimur: & cõmonſtrante artis viã rõne, cõpoſita quàm opti-
ma conficimus. Nam ſimul atq̃ didicimus morbi cuiuſq̃ naturam, & variã differentem q̃ tempe
raturam ſimplicis vniuſcuiuſq̃ nouimus, tum remedia miſcemus, quæ ſuæ cõpoſitionis diuerſita-
te ſingulis ægritudinibus occurrant, oĩbus q̃ hoĩbus artificioſe conueniant, variato tñ in ſingulis
corporibus medicamẽti modo. Magnã.n. vt non ignoras remediorũ copiã promptam habemus,
& adeo multiplicẽ, vt non ſolum in cõpoſitis ſpectari multitudo virtutis ipſius queat, ſed in ſim-
plicibus ẽt. Quorũ alia oĩbus ſuis partibus vnã & eandẽ vim oſtendunt: velut Scãmonia, quæ fla
uã bilem violẽter educit: velut atticũ Epithymũ, quod nigrã bilem per aluum purgat: velut Gra
nũ gnidiũ, quod pituitã & oẽm aquoſum humorẽ aperte ſubducit. Hæ ſiquidem medicinæ oĩbus
ſuis partibus, tota q̃ ſua ſubſtantia, ꝑdictos humores extrahere cõſpiciunt̃. Neq̃.n. fidẽ Bithyno
Aſclepiadi præſtamus, dicenti, tũc occaſione data humores ſubita quadã mutatione fieri, qñ pur-
gant̃ hoĩes. Nã cũ è molibus & meatibus humana corpora conſtare ſemel ſuppoſuiſſet, atq̃ iõ ne-
gare cogatur opationes naturæ, cõſentaneũ ipſi fuit, hũc ẽt de humoribus afferre ſermonẽ: nimi-
rũ quia rõne caruit, prorſus q̃ fieri nõ potuit id quod ſuppoſuerat. Quis.n. mẽte ꝑditus credat, ſta G
tim vt medicina corpus attingit, humoris educẽdi ſubſtantiam ꝓcreari? Quis cõtra non facile ſibi
ꝑſuadeat, humores iſtos ſuapte natura prius in corpore ſubſtitiſſe? Cũ videat ictericũ quo tẽpore
purgantẽ bilis medicinã accipit, & ſubito tã multã bilẽ excernere, & à pallore tã prompte liberari?
Aquã vero inter cutẽ hñti, medicinã nõ reperiri, quæ cõfeſtim vt accepta fuerit, cõtentã in ventre
aquam totã educat, quin vel nullus vel minimus humor in corpore ſuperſit. Sed dogma pueril-
ter ſeruãs Aſclepiades, iſta ſe videre diſſimulat, inuectæ, ſicut dixi, ſentẽtiæ fauẽs, mauult q̃ ꝓbabi-
liter fingẽdo cũcta expiri, q̃ verè ꝓpriã cuiuſq̃ medicinæ facultatem cõcedere. Nos aũt cũ antedi
cta fieri videamus, & rõnem ſecuti cognoſcamus poſſe nos verè naturalis cuiuſq̃ medicamẽti vi-
res fateri, prædictas quoq̃ medicinas ingenita quadam facultate proprios humores extrahere pla
nè ſcimus: quemadmodum & in magnete lapide virtutem quandam inſitam, qua ferrũ ad ſe ra-
pit, bona ratione credimus. Deus enim eſt illa, ſicut in hominibus, Natura, ꝓut ſentit Homerus,
quæ ſimilibus ſimilia adducendo diuinas eo pacto ſuas virtutes oſtendit.

Simplicia Medicamenta plerunq; Compoſitas vires obtinere, Diuerſas corporis partes & lædere & iuuare, Diuerſis q; diuerſa conuenire. CAP. 4.

OMniũ aũt naturã ideo diligẽter inqrimus, vt facultatẽ accurate diſcamus, ꝑ quã agũt. Dum H A.l.2.t.1.c.1.fol.91.b
itaq̃ ſcrutamur iſta, deprehẽdimus alia, ſicut dicebam, oĩbus ſuis partibus idẽ & poſſe & age
re ſemp: alia vero, q̃ ſicut partes diuerſas habẽt, ita vires diſſimiles oſtendunt, & actiones plerũq̃
tã diuerſas efficiunt, vt cõtrarios effectus in humanis corporibus ab eis fieri videamus, q̃ res inſpi
cientibus admirationẽ excitat. Siqs.n. lapathij folia comedat, aluũ deijciet: ſin aũt mãducet eius ſe-
mina, retinebit. Pari mõ quoq̃ galli veteris ius, braſſicę decoctũ, & cochlearũ marinarũ iuſculũ, vẽ
trẽ ꝓuocãt: at ipſius braſſicæ olus, & illorũ carnes comeſtæ, aſtringũt. Aloes puluis, & æris ſqua-
ma, carniũ excreſcẽtias in vlceribus cõprimunt, & illuc cõfluẽtes humores ſiccãt: ore aũt ſumpta
corpus totũ & molliũt & expurgãt. Lac ipſum ſi qs diuidat, cõtrarias facultates & vſus habet: ſe-
rũ.n. ebibitũ, vẽtrẽ laxat, caſeus emãſus eundẽ cohibet. Iam vero quædam ex cõmiſtis virtutibus
quas in ſe cõtinẽt, admirabiles adeo ꝓducũt effectus, vt ne fieri quidẽ poſſe audiẽtibus videãt, niſi
ex euẽtu fidẽ oculis ipſi cõſequant̃. Trifoliũ qđ verno tpe cũ floret, hyacintho ſimilis eſt, & ſemẽ
agreſti gnico parẽ gignit, ſi qs valde decoquat, & inde cõmorſum à phalãgio vel ẽt vipera locum
decocto abluat, ipſum ſanat, & illico dolores amouet: At ſi qs alius non ꝑcuſſus eidẽ aq̃ partẽ ſanã
immittat, ſimilẽ cõmorſis lęſionẽ, totidẽ q̃ dolores ſentiet: vt re vera ſumma admiratione dignũ
ſit, eandẽ herbã & ꝑcuſſis mẽbris ſanitatem inducere, & ſanis ꝑcuſſionis lęſionem inferre. Rurſus
medicinæ

A medicinæ quædam extant nullo pacto nutriendis hoĩbus idoneæ, veluti cicuta: quæ sturnos alit, nec in eis mortiferam vim exercet, in nobis autem vitæ calorem extinguit: Et veratrum, quod tamets̃i coturnices pascat, hoĩem tñ strangulat. Non nulla vero deprehendimus, quibus propriũ est partem aliquam corporis solũ offendere: quemadmodũ lepus marinus, pulmonẽ: cãtharides, vesicam exulcerant. Et rursus quibus insitum est, vt aliquod mẽbrum ex oĩbus iuuent, vnde male affectũ iecur, eupatorium herba plerunq; valde confirmauit, & vnguentaria glans lieni pluries cõtulit, & saxifragia atq; betonica renibus multoties profuit. Sunt & aliæ quę membris alijs conueniant medicinæ experientia comprobatæ: quas nos, sicut dicebam, accurate pscrutati, propriũ cuiq; valetudini remedium adhibemus, optimum vt in alijs, sic in hoc quoq; magistrũ secuti Hippocratem, quem exactissimum medicinarum artificẽ fuisse, cùm alia multa probant ab eo tradita,

A.l.2.t.2.c.150 fol.117.c

« tum illud quod ipse scribit in secundo epidemiorũ libro his verbis: Medicamentorũ modos no-
« uimus, quibus singula quæq; fiunt: non.n.eodem modo cũcta, sed aliter alia rite cõponunt. Nam
« quædã celerius, quædã tardius colligunt: parant etiã aliter alia, velut siccant, tundunt, coquuntur,
« & id genus alia, donec plurima plus minuant, & quæq; singulis accõmodent. Præterea quibus in
« morbis, morbi ætate, valetudinis specie, victus qualitate, anni tempore, cõuenienter exhibeantur,

B & id genus reliqua. Per hæc itaq; vt vides, summatim nos instruit, monet q; vt medicinarũ naturam intelligamus, vt tẽpus quo sumi debeãt exploremus, vt tpaturas accipiẽtiũ inspiciamus. Reperiunt.n.re uera nõ nulli, qui tã facile medicinas sumũt, vt vel ipsas sæpe cõficiant, vel nulla in re saltẽ ab eis male afficiantur, interdum etiam in nutrimentum commutent. Aliqui vero medicinis accipiendis inepti sunt eo vsq;, vt statim ab initio ipsas auersentur, & inde stomachus eorum subuertatur, demum ante q̃ illa procedere incipiat, ipsi facile dissoluantur.

Quid Medicos induxerit, vt Plura Simplicia cõmiscerẽt: Quis q; Primus viperas theriacæ imposuit. CAP. 5.

HÆc igitur, vt ego quidem arbitror, veteres medici quotquot optimi fuerunt, cũ ab Hippocrate didicissent, tam optimas medicamẽtorũ cõpositiones inuexerũt, cõpõnis artẽ ex ingredietis cuiusq; tẽperatura mutuati. Nã, siquæ nimiũ intensas qualitates habebant, aliorũ admistione retuderũt: si quę nimium acres, hebetarũt: ac postremo in singulis morbis varietate perspecta & in singulis hoĩbus tẽperatura perpensa, magno artificio medicinas administrarunt. Quamobrem, opinor, & hanc ipsam theriacam, de qua nobis totus hic liber accurate disceptat, è plurimis & optimis rebus appararunt. Nam cũ ex vna parte animaduertissent, nec serpẽtiũ ictus euadere, nec venenorum insidias euitare nos posse, sed vtraq; de causa mortẽ incurrere: ex altera vero con C siderassent tantopere naturam hoĩum inter se differre, vt quod vni prodest, alteri non cõferat: merito sunt multiplicem & exquisitam ipsius cõpositionẽ moliti, vt hoc noĩe foret in oĩbus hisce necessitatibus remediũ præsentaneũ, & vsu tam opportuno apud oẽs gentes summopere celebrata. Siquidem mihi nihil tam difficile vr̃ in vita quàm serpentes & venena vitare non posse. Nam cæ tera quæ nobis excidium inferre queunt, euadere fugiẽdo possumus: at ista, quia caueri nequeũt, facile decipiunt. Etenim sæpe vnus & alter venenũ sibi per imprudentiã assumit, nẽpe quia non intelligit, quid vitet. Item alius ab insecto, vel serpente nõ animaduerso percussus, quã primũ interit. Memini ẽt me in historijs legisse ꝙ dux quidã cũ Romanis bello nauali dimicaturus, aĩaduertens se militari manu imparẽ (Carthaginẽsis hic fuisse tradit) ollas multas impleuit serpentibus, q cõfestim interimere solẽt. Cũ itaq; testas opertas oẽs repẽte in hostes iaculatus fuisset, nec illi quid inclusum foret, suspicarent, atq; ideo sibi non cauerẽt, nõ.n.cõsuetũ fuerat eiusmodi tela mitti, breui tempore quã plurimi serpẽtibus icti cecidere. His artibus vir iste, tanq̃ alter serpẽs & ipse foret, in bello vsus, multoties hostium manus effugit. Quãobrem & vobis Principibus ad euitandum insidias, & exercituũ Ductoribus in varios bellorum euentus, necessariã hanc antidotũ existimo: quæ sane quondã licet sine viperis cõficeret, plurimũ tñ aduersus hæc oĩa valebat. Inde medici cũ D huic vni inuigilarent: & quò maxime præsentanea fieret, quid adderent, inter se consultarent: medicus quidam excogitauit, viperas admiscere. Ferunt hũc virum Andromachũ fuisse, medicũ cõmemoratione dignum, qui non multis ante nos annis fuit. Conuixit enim Neroni, cui libellum versibus scriptũ dicauit, in quo Theriacæ cõpositionẽ & promissiones tradit. Subscribã aũt illius carmen, ne vir elegãs adeo cum sis, ipso careas. Illud tantum prius dicam, Theriacã duabus de causis meritò, & ab eo qui sic ipsam admiscuit, & à nobis deinceps appellatã, simul quia morsibus serpentum maxime succurrat, simul quia viperinas carnes admixtas habeat. Sũt aũt carmina hæc.

Prima pars Poematis Andromachi continet Operis dedicationem, Theriacæ nomina, Promissiones: & postremo Dosim, Modum assumptionis, & Tempus. CAP. 6.

ANtidotum multis insignem viribus audi
Cæsar, qui nobis ocia tuta facis.
Tranquilla hæc, Hilaris q; suo, pariter q; Serena,
Nomine, cyaneos non timet vna sinus.
Non, siquis cupidis expressa papauera labris
Hauserit, exitium pocula sumpta ferent.
Non, siquis gelida compleuerit ora cicuta,

Siquis hyoſcyamum,ſiue aconita bibat. E
Non ſi cantharides,aut præſens morte venenum
Colchi tuum ſumat,feruida Thapſe tuum.
Arida non dipſas,non clarus fraude ceraſtes,
Non feret impreſſo vipera dente necem.
Incaſſum cauda conſurget ſcorpius vnca:
Nec ſubitos luctus aſpis iniqua dabit.
Non ptyas audebit calido progreſſa cubili,
Vt prius aduerſa comminus ire via.
Nullus ob hæmorrhi ſtillabit vulnera ſanguis:
Nec tumidos faciet preſſa dryina pedes.
Claudere non cogent odioſa phalangia ſummum,
Concuſſu tremulo frigoribusq; diem:
Non hydrus.Nec vbi torret Sol æquora cancro,
Cùm petit arua minax,concitus atq; furit,
Ora trahens multa cherſydrus cæde cruenta, F
Supremum vitæ ducet in exitium.
Hac fidens æſtu per rura vagabere Cæſar,
In Lybico quamuis progrediare ſolo.
Nil oberit ſicci tibi ruris alumna rubeta,
Nil geminum tollens amphiſibæna caput.
Hæc rurſus ſtomacho præſens medicina tumenti eſt:
Hæc ab anhelanti pectore tollit onus:
Aut intus toto cùm ſpiritus vndiq; ventre
Fluctuat,& ſurdis viſcera pulſat aquis:
Dira q; cùm miſerum dirumpunt tormina ventrem,
Et ſaliunt longi membra dolore coli.
Sanat item croceo ſuffuſos ora colore,
Regius is ſolito nomine morbus erit.
Hi poſitas nolunt miſeri contingere menſas,
Nec,ſiquis vitæ tempora longa daret. G
Sed ſibi diſſimiles oculis animiq; dolore,
Contemnunt medicæ,quis putet? artis opem.
Inuadet quoties hydrops mala,corpora liuor
Inficit,hac fies liber ab antidoto.
Hinc hebetes oculi ſibi priſtina lumina ſument.
Hac phthiſis incipiens victa recedit ope.
Sola poteſt in ſe collectos ſoluere neruos,
Pendula tunc aliquis tenta'ue colla gerit.
Nec ſinit vt membrana,leues quæ pectore ab imo
Sepſit pulmones,victa tumore premat.
Hac etiam magno veſica dolore leuari,
Horrifici ſtimulis vlceris icta ſolet.
Sola poteſt clauſos penis reſerare meatus,
Irrita quos vrit,ſollicitatq; Venus.
Cinxerunt lumbos renum quandoq; dolores, H
Hauriat hæc aliquis pocula,ſanus erit.
Sola poteſt eadem multis accepta diebus,
Tollere de læſo pectore puris onus.
Neu te dira lues,neu lædat noxius aer,
Hanc cape,cum primo eſt Sole reuecta dies.
Hacq; canum rabiem fato impendente fugabis,
Cùm trepidat moriens,& ſitit æger aquas.
Inſomnes demum quibus eſt mos ducere noctes,
Conciliat ſomnum,peruigilesq; leuat.
Pondus erit quantum creuit faba,quam pater atro
Atq; reſtagnanti flumine,Nilus alit.
Ipſe tribus cyathis præſcriptum dilue pondus
Antidoti,cyathis igne calentis aquæ.
Sic commiſta,tibi vel claro mane bibatur,
Vel cùm nox primam protulit orta facem.

Morbi

A Morbi certa dabit crudi solatia, mane
Sumpta, quibus tristis lux solet esse magis.
Vespere, cui magnos nox aduehit atra labores,
Languenti custos atq; leuamen erit.
At qui calcati morsu serpentis anhelat,
Ignarus 'ue doli toxica nigra bibit,
Et cùm mane nouum, & cùm se Sol abdidit vndis,
Sumat, ab æquali pondere tutus erit.
Hactenus & pondus, vires q;, & tempora Cæsar.
Quod superest, dicam quo facienda modo.

Secunda pars Poematis Andromachi continet Compositionem Pastillorum ex Viperis & scilla, Pondus eorum quæ ingrediuntur Theriacam, Modum commi-stionis, & postremo Aesculapij Inuocationem. CAP. 7.

VIpera principio, cura obseruata procaci,
Protinus est celeri corripienda manu.
B Namq; vbi tristem hyemem pepulit clementior aura,
Arcta solet cæcæ linquere lustra domus.
Et passim violis carpit vernantia prata,
Dum viridis quærit semina fœniculi.
Nam facit hæc cernant serpentes acrius herba,
Quos alit in cladem tarde bubulce tuam.
Deprensis igitur summum caput, ima q; cauda,
Demenda, hinc quicquid venter inanis habet.
Infert nam sæuos hinc atq; hinc vipera luctus.
Et squammis caudæ dira venena tegit.
Ceruicis q; ideo tantum caudæ q; secabis,
In pugnum quantum est alta reducta manus.
Sanguine sed mistum caueas stillante venenum,
Verè hilarem nam sic experiere diem.
Hæc vbi rite tibi fuerint perfecta, subinde
C Vipereas carnes fictilis olla coquat.
Ante tamen misces frondem graue olentis anethi,
Et quantum satis est prouidus indis aquæ.
At cùm panda fluunt resoluti corporis ossa,
Cum q; tument flauæ noxia terga feræ,
Exime vipereas, confusa cadauera, carnes.
Exemptas, longa ventilet aura mora.
Hinc spinas tacita prudens subducito mente,
Quas bene si tractes sentiet apta manus.
Adde laboratum panem, ne vipera formam
Tusa neget rotulis, ne pereat 'ue liquor.
In q; cauo dudum postquam hæc versaueris orbe,
Finge rotas, aptum det quibus vmbra locum.
Inde capillato scillam cum cortice sumptam,
Pulte linas, medio constituas q; foco.
D Ac cineris rutili cumulos superingere, donec
Reddatur scillæ mollius igne caput.
Signa dabit, feruens positos cum discutit ignes:
Excute, & vt leues dempseris exuuias,
Tres scillæ partes, erui compone duabus,
Pistillo q; crepet concaua pila diu.
Ac minimos tandem contusa premantur in orbes,
Quos procul à radijs mitior vmbra tegat.
His igitur lancem primum cumulabis, & octo
Bis q; decem drachmas accipe, bis q; decem.
Dimidium superadde rotæ, quam vipera fecit,
Et piperis longi sit quoq; pondus idem.
Sit q; opij tantum, tantum medicaminis eius
Quod grati nomen magma coloris habet.
Inde quater ternas mutato pondere drachmas
Iridis, & siccæ protinus adde rosæ.

Addaturq; tui radix dulcissima succi, E
Et dulcis tantum seminis inde napi.
Scordion iungas,& odoribus inclyta semper
Balsama,qui syrio mittitur orbe liquor.
Tum quæ suspendas æquata cinnama lance
Conijce,& agarici par quoq; pondus eat.
Hinc superest myrrham,costum q;, specu q; reuulsum
Corycio,fragrans imposuisse crocum.
Et casiæ calamos,& quam tulit India nardum,
Te q; Arabi schœnum gloria prima soli.
Inde nigrum coniunge piper,thuris q; nitorem,
Diuite quod fœlix rure Sabæus alit.
Nec tu dictamnum,nec tu quoq; pontica rheon
Desueris,stœchas,marrhubium q; virens,
Atq; apium petris quod nasceris,& calaminthe,
Afra q; cum lachrimis ò terebinthe tuis. F
Et folijs gramen quinis,& zingiber ardens:
Singula sed drachmas sex tibi quæq; trahant.
His etiam polium drachmis se quatuor addet,
Addet se polio proxima pinus humi.
Cum q; racemifero Celtarum nardus amomo,
Et styracis lentor,feruida q; herba meon.
Atq; humilis quercus semen,Ponto q; petita
Phu,quibus accedet Lemnia terra comes.
Nec non malabathri folium,miscebis & assam
Chalcitim,fibras gentiadas q; simul.
Inde tenax gummi,pressa q; hypocistide succus
Adsit,& hinc fructus balsame parua tui.
His etiam anisum,seselim q; his iungere mollem,
His cardamomum, fœniculum q; velis.
Atq; atram lachrimam,Nili quam spina remittit, G
Quæq; suo thlaspis semine nomen habet.
Hypericon rursum,pallens miscebis & ammin,
Nec drachmis totidem plus sagapenus eat.
Pondere dimidio tum quos sibi Castor ad Istrum
Ore secat testes,im posuisse decet.
Quis nec Aristolochi radix,siccum q; bitumen,
Candida nec desint semina dauce tua.
Deniq; cum panacis succum,centaurion atq;
Addideris,finem chalbanus ipsa dabit.
Antiquo primum solues tamen omnia vino,
Humida quæ fuerint,vt liquor & lachrimæ.
Tum quæ sicca vides postquam contusa minutim,
Cecropio pariter iungere melle velis.
Hæc qui nos primus docuisti maxime Pæan
Adsis,seu Triccæ te iuga summa iuuant,
Seu Burrina magis,Rhodos,aut Epidauria tellus,
Adsis,& Regi fer tua dona meo.
Stirpe tua natam Panaceam,namq; salutem
Ille datam puro semper honore colet.

Cur Andromachus Viperam potius quàm serpentem alium Theriacæ admiscuerit,deq; Cleopatræ Morte diligens Historia. CAP. 8.

IN his itaq; carminibus ab Andromacho non inscite compositis, illud mihi consideratione dignum esse visum est,cur è tam multis serpentibus nō alicuius alterius, sed viperæ solius,carnes idoneas iudicarit,quæ reliquis in Antidoto positis misceantur: nam,vt vides,nihil ipse de hac rescripsit. Mihi verò præ cæteris viperę non tam noxiā in se vim habere videntur. Basiliscus enim serpens parumper flauus,& tres in capite eminentias habens,tantūmodo conspectus, & si quando sibilat auditus,videntes se & audientes necat: atq; si quod aliud animal, illud etiam mortuum attingit,statim moritur: hinc aiunt omne aliud reptiliū genus cauere ne basilisco vicinū habitet. Dryinus & eiusdem generis,sed diuersi sexus Dryina,in radicibus quercuum vitam agit,& adeo pestifera qualitate præditus est, vt supra se transeuntium pedes quidem excoriet, crura vero tota

valde

A valde tumefaciat: ac quod admirabile magis adhuc est, si quis ægrum curare velit, medicantis manus pelle mulctentur. At si quis forte Dryinum occidere contendat, tradunt eum, qui id facere aggressus fuerit, putare oīa bene olentia male olere, nec quicquam aliud olfacere insuper posse. Hæmorrhus & alterius sexus Hæmorrhois, similem suorum nominum significationi læsionem inducunt. Nam qui demorsi ab his fuerint, sanguine per os nares & vniuersum corpus erūpente, moriuntur. Sicut à Dipsade perculsi sitis incendio misere pereunt: nam supra modum sitiētes, & vehementer æstuantes, atq; non nunquā fatiscentes intereunt. Acontias vero se ipsam valde protēdit, & sicut iaculum hominem inuadēs, eum interficit. Aspis quædam reperit̄ nomine Ptyas, quæ perinde ac si tunc ratione prædita foret, æstimata interualli distantia, collum eousq; extendit, vnde possit iter facientibus commode venenum inspuere. Horum itaq; serpentium vno (siquidē tria sunt aspidum genera, Ptyas, Chersea, et Chelidonia) Reginam ferunt Cleopatram cum vellet custodes fallere, citra suspitionem repente sibi mortem consciuisse. Nam Augustus qui Antonium vicerat, & Cleopatram viuam capere, & viuere volebat, magna vt par fuit diligentia ipsam seruabat, quo tam insignem fœminam Romæ in triumphum duceret. Id Cleopatra cum persensisset, & elegisset etiam tum Regina potius è vita decedere, q̄ priuata de se Romanis spectaculum præ-
B bere, hoc serpentis genere sibi mortem inferre decreuit. Conuocatis itaq; duabus fidissimis ancillis, Naera & Carmione, quarum ministerio ad cultum corporis vtebatur: nam altera capillos decēter complicabat, altera scitè vnguium putamina rescindebat: iubet cōtectam ficubus & vuis ptyadem inferri, vt, sicuti diximus, custodes lateret. Inde periculo in ancillis prius facto, num celeriter serpens illa necaret, vt vidit eas celeriter interijsse, deinceps illam sibi admouit. Quo facto tradunt Augustum vehementer admiratum cùm ancillarum beneuolentiam, quæ dominam etiā in morte sequi voluerunt, tum Reginæ magnanimitatem, quæ generosam mortem seruili vitæ prætulerit. Siquidem ferunt Cleopatram inuentam fuisse dextra manu regium gestamē in capite detinentem, vt mortua quoq; spectantibus Regina appareret: Id quod de Polyxena tragicus poeta scribit. Nam etiam si à Pyrrho iugularetur, tamen mentem adhibuit, vt cum decore caderet. Qui verò nobis & mulieris ad fallendum sagacitatem, & aspidis ad occidendum celeritatem, verbis extollere volunt, Cleopatram inquiunt magnum primò ac profundum vulnus brachio suo dentibus intulisse, deinde venenum quod prius ex aspide parauerat in pixide quadam ad se allatum vulneri infudisse, atq; ita veneno corpus subeunte nō multo post inscijs custodibus vitam leuiter finiuisse.

Verum hæc nō sine animi voluptate narrauimus, vt tuo disciplinarum omnium desiderio satis-
C faceremus, & per ista intelligeremus q̄ celeriter hi serpentes mortem afferant. Nam re vera serpentes isti velociter interficiunt, sicut ego sæpe in magna Alexandria spectaui. Cùm.n. aliquem hoc supplicij genere condemnatum sine longo cruciatu dilatione q; necare volūt, aspides illorum pectoribus admouent, ambulare q; parumper faciunt, atq; sic ipsos breui perimunt. Vides ne igitur quomodo nos merito nullum id genus serpentum antidoto commiscemus, ob tam magnam quam in corporibus suis vim mortiferam continent?

Cur Vipera Theriacæ Integra non imponatur, Multaq; ex Animalibus remedia haberi. CAP. 9.

ATqui ne viperas quidem totas in Theriacā mittimus, sed capite amputato & cauda id quod superest accipimus. Et hoc neq; forte fortuna, neq; sine ratione facimus: verum quia viperarum capita humorem pessimum, hoc est ipsum venenum, continent: propterea igitur capita recidimus, vt minus viperinæ qualitatis antidotus habeat. Nam viperarum capita facultatem obtinēt veneni conficiendi: sicuti conuoluta vasa, seminis: et muliebria vbera, lactis. E reliquis autem omnibus vipera caput habet ad lædendum aptius. Ferunt enim ipsam ore adaperto maris semen excipere: quod cùm fecerit, insertum illius caput præcidere: hunc q; viperis esse congressus morem: ex eo semine postea natos fœtus natura tacitè vltionem procurante, genitricis ventrem rodendo
D diuidere, atq; ita foras exilientes in patris vindictam matrem occidere. Hæc nobis Nicander suis in carminibus eleganter describit. Sunt autem hæc:

O triuium moneo fugias & aperta viator,
Distinctis maculis quoties mas vipera nigris
Congressum vitat, dentes q; subire maritæ.
Diffugit, exardens tunc illa cupidinis ira
Insequitur, saltu q; viri conatibus obstat.
Donec ab occursu & veneris dulcedine captus,
Vxori demens caput inserit: illa mariti
Ora fouet, lambit q; diu, compressa q; tandem
Colla secat. Tali prægnans de semine gestat
Progeniem, matris fraudes, cædem q; parentis
Vlturam, fracto cum mox prorumpit ab aluo.

Caudas vero & extrema corporis amputamus, tanq̄ caudæ partes, puto quia magis sordidum humorē ad se trahūt: nā frequenter cū moueant̄ plurimū attrahunt, veluti & piscium caudas ob assiduū motum magis nutriri dicunt. Ne vero vlla te capiat admiratio, si hisce partibus adeptis reliqua

qua viperarum membra potentiorem antidotũ efficiant,ex ingenita admista q; carnibus ipsarum E iuuandi facultate, qñ & aliorum aīalium multas partes strenuum nō paucis morbis auxiliũ præsta re sciamus,vt Capita Muriũ, q̃ combusta & ex melle inuncta alopecias sanant. Itē Milui Caput la borantibus podagra succurrit, si quis ipsum sine pennis exiccet, & ex eius puluere quantũ tribus digitis continere pōt,cum aqua bibere velit. Sunt ēt quędam mēbrorum partes, q̃ sæpenumero solæ certos affectus sanare queunt,vt siccatũ Cameli Cerebrũ, quod ex aceto bibitũ epilepticos liberat. Idē & Mustelæ Cerebrum potest,vt Hirũdinis suffusiones tollere cũ melle sumptũ,& Ouiũ itidem melli cōmistum pueris in amissione dentiũ pruriētibus summè cōferre. Siquis aũt Tauri ni Cornu ramenta cũ aqua deglutiat,sanguinis eruptionem detinebit. Cremata vero Femorũ Ossa sanguinem supprimunt,& sæpe hoc idem remediũ solutā aluum quoq; continuit. Ceruini Cornu scobes exustæ, vino q; admistæ postea superimpositæ commotos dentes firmāt: Id quod & Bouis Talũ facere dicunt: sed hic cũ melle sumptus rotũdos lumbricos educit,& cũ aceto mulso splenem liquefacit,ac vitiligines albas delet,& venerē nō nihil excitat. Castoris insuper Testiculi poti conuulsiones sanant. Amplius multa reperiunt aīalia,quorum,fel,pinguedo,medulla,pellis,lac, sanguis, & exuuiæ vt serpentũ, hoībus auxilio esse possunt: & quod plus est, quorundam fimum etiam cōtulisse nouimus. Nam Bubulus siccatus & cōbustus mensura trium cochlearium hydropicis auxiliũ præstat. Murium aũt,aceto cōmistum alopecijs medetur,ebibitũ vero calculos vesicę cōminuit. Iam vero Anserũ Adeps oleo rosaceo coniunctũ,inflammationes curat. Hyęnæ Fel ex F melle inunctũ visum acuit, & suffusiones discutit. Equi fluuiatilis Coriũ vstum, & ex aqua impositum, adenũ abscessus dispergit. Viperę Pellis attrita & alopecijs imposita capillos mira quadam celeritate restituit. Aspidis Senectā si quis terat,& ex melle inũgat, maximè oīum videbit. Demũ magnus est harũ rerum numerus,q̃ nunc recēsere intempestiuũ arbitror, ne sermo longius q̃; par sit, proueha͞t,cum ea quæ hactenus attulimus ad comprobandum quod proposueramus sufficiāt.

Illud certè cognitione tua dignũ existimo,tota multorum aīalium corpora nobis prodesse,velut Cancer "in fluminibus viuens,qui contusus & impositus iacula et infixos stipites extrahit. Cātharis quoq; similiter attrita,ac cum radice vitis albæ bibita, lumbricos eijcit. Scorpius si assatus cũ pa ne comeda͞t, calculos in vesica rumpit: Idem faciunt & Lũbrici terræ cũ vino hausti. Quòd si quis eos attritos ex vino mulso capiat affectus regio morbo,q̃; primũ purgatus liberabitur. Sępenumero & cũ ceroto rosaceo podagricis impositi eorum inflammationes leuarunt. Accipiter in vnguēto susino decoctus,obtusam oculorũ aciem reuocat. Scarabeus aurium doloribus succurrit,si oleũ in quo ferbuerit,auribus instilletur. Galerita postq̃; tosta fuerit, comesta coli dolores aufert cũ om G nium admiratione. Atq; vt plus ēt virtutem in corporibus aīalium positā mireris, illud insuper tibi commemorabo. Multa sunt quæ solũ inspecta vim suam ostendunt,vt Stellio,quę si scorpiones intueantur immobiles & demum mortui redduntur. Amphisibæna serpens est similis nauigio proras duas habenti, ipsi.n.natura propter abundantiam materiæ duo capita est clargita: hāc amphisibænā si prægnās mulier transcendat, fœtũ corrumpit & abortũ facit. Quam ob rē minimè mirũ esse debet,viperas quoq; partibus illis amputatis vim quandā auxiliatricē obtinere. Opinor enim diligenter ostendimus, interdũ totum aīal,interdũ animalis partem etiam minimam,iuuare.

A.I.1.t.1.c.147. fol.117.d

Quomodo Quæ noxia sunt, interdum Prodesse queant: Vnamq; in compositis medicinis Qualitatem ex omnibus resultare. CAP. 10.

ILlud vero scrutandũ potius esse duxi, quod plerisq; admirabile vr̃, quo pacto eadē animalia, q̃ nobis inimica sunt & hoīem cito perimunt,si ipsorũ morsibus imponātur, auxilio esse possint, & sola hoīem ab ea noxa seruare. Huic quęstioni vetus q̃dam oratio respondet,virulētas bestias, si quidē attigerint humanũ sanguinem,qui dũ mordent egredi͞t,necare. Sin non attigerint,sed solum deuorentur, cōmorsos sanare posse: id quod de Helenio à Græcis, Nico ab incolis appellato, memoriæ proditum tradunt. Dacas.n.& Dalmatas inquiunt telorũ cuspides Helenio confricare, H id q; hoc pacto vulneratorum sanguini congrediens occidere posse: at ab eis manducatũ innoxiũ esse,nullum q; ex eo cibo nocumentũ prouenire, quin & ceruos ab eis sagittis confossos nullā comedentibus læsionem inferre. Verũ hæc respōsio satis mihi non esse vide͞t ad inuentionem illius quod quærimus,cũ experientia sola nita͞t,& tm̃ id,quod euenit,exponat. Nā medicos qui solũ experientiā sequun͞t non admittimus,qm̃ & ipsi,sicut vulgares faciũt, quæ vident inspiciētes,rerum euentum quidē miran͞t, sed euentus cām ignorāt. Quorũ alij quia ne rerũ quidem originē discere quærunt,sed ipsam rōne inuenire negligunt, tantũ q; facta annotant, & sibi satis esse ad medicādũ multoties visa dicunt,eodē vt vides mō, quo vulgares admiran͞t. Alij p̄dictis diligentiores, faten͞t quidē oportere medicos hisce de rebus recōditā magis q̃; vulgares habere cognitionē,sed cùm ipsam inuenire nequeant,inquirere superuacaneum existimant. Nos aũt qui maiorē illis curam arti medicæ impendimus,& euenta solum vulgariũ more inspicere nolumus, experientiam nō reijcimus,sed experiētiæ rōnem quoties licet,coniungimus,atq; ita necessario rationalem perfectam q; medicā artē habemus: nec vt solũ inueniamus,quo pacto aliquid fiat inuētioni operā damus, sed vt aliquid ad medēdũ vtile ex inuēto discamus. Atq; ideo rōne hic quoq; certabimus aliquid inuestigare,quod euētus cā esse possit: est.n.admirabile q̃; prompte celeriter q; hoc etiam, tanq̃; respōdens

A dens & consonum quippiã, inquirẽdi studio reperiat. Atq; quo magis fide dignus sermo noster habeat, à quibusdã" alijs, q̃ quotidie fieri videmus, ostẽsionẽ moliemur, siue foris tm̃ imponant, siue p os ẽt intus accipiant. Demorsis à crocodilo crocodilinũ adipem summe contulisse nouimus obtritis mẽbris impositũ. Muris aranei morsus, qui ẽt ipsi interficiunt, ab eodẽ mure araneo contuso & imposito, sine dolore sanat. Eodẽ mõ & à vipera pcussi liberant, siquis illam atterat, & vulneri coniungat. Atq; hęc, nostra quidem sententia, sicut dicebã, non absq; rõne contingunt. Nam cum tãtam vim nõ habeant vt illico necare possint, paulatim q; in profundum corporis virus serpat (id quod & in cataplasmatis euenire conspicimus, cũ moderatum vigorem in se habeant) sanare imposita non occidere queunt. Id vero quod in theriaca contingit, apertã magis rationem continet. Assero.n. bestiolas istas lethiferas propterea cõmorsis à se hominibus auxilium præstare, qa maiorem partẽ venenosæ facultatis cum capitibus ipsarum amputamus, minorem aũt reliquo corpori confusam conuenienti præparatione obtundimus. Nã & earũ truncum cadauer elixamus, & nõ paruã salis & anethi quãtitatẽ aquę cõmiscemus, non solum vt huiusmodi misturam suauiorẽ reddamus, sed vt viperarũ carnes eliquemus, atq; ita vel parũ vel nihil potius venenosum in ipsis relinquamus. Magnum vero momentum ad iuuandũ viperis cõfert admistio. Nã tot talibus q;

B rebus adiunctę, quo'nã pacto officere amplius valẽt, soluta iã ipsorum noxia facultate? Ac vt oratio mea vera adhuc magis esse dignoscat, cõsimilium rerum exẽpla subijciã. Cãtharis si sola exhibeatur, vesicam exulcerat: & cum inimicam nobis facultatem obtineat, hominem plerũq; necat: at si quibusdam alijs misceatur, auxilium eidẽ vesicæ præbet, & vrinã maximope prouocat. Papaueris succum p se bibitum qui lethalẽ nesciat, est nemo: hic quibusdã alijs admistus, sic interdũ laborãtibus subuenit, vt nulla magis salubris extet medicina. Neq;.n. raro phreneticorum amentiã strenue curauit: aut vires impotentia dormiendi labefactatas, cũ omnium admiratione somno reuocato solidauit. Phalangia redacta in puluerem & è vino pota, illos quos momorderint, ab instãti morte liberãt: vt ex hoc maxime nostris verbis fidem adhibere queas. Nã si vinũ solum phalangijs adiunctum ab imminenti periculo securũ facit, proculdubio theriaca ex tot tãtis q; rebus cõposita, salutaris potius q̃ lethalis euadit. Illud.n. in plurium medicinarum iunctura tenere nos oportet, admistæ cuius q; vim medicinæ eandem immutatã q; non seruari, verũ ex omnibus vnã quandã resultare. Nã cum quodq; simplex alteri virtutem suã cõicent, vna quędam alia temperatura virtus q; ex ipsis consurgit: id quod & in mulso fieri videmus, potione è melle vino q; cõposita. Nã duo hæc postq̃ in vnum exactè coiuerint, neq; mel, admistum cũ sit, mellis gustũ retinet:

C neq; vinũ amplius vinum existens, vinũ esse apparet, sed pter vtrunq; aliud quiddã ex vtrisq; temperatum, ipsum inq; mulsum. Idem mihi cogita fieri cùm in oĩbus alijs compositis medicamẽtis, tum pręcipue in ipsa theriaca, vt nõ amplius vna cuiusq; simplicis medicinæ facultas, qualitas've permaneat, verũ singulis quibus q; congredientibus & naturalem quandam vnionem subeuntibus, quædam alia diuersa q; ex omnium confusione natura procreetur.

Digressio aduersus Asclepiadem & Epicurum, qui Negabant Alterationem: & Opera Naturæ in Atomos & moles referebant. CAP. II.

SI enim ex atomis & vacuo, sicut Epicurus & Democritus asserunt, omnia constitissent: vel vt Asclepiades medicus inquit, molibus & meatibus, nã homo iste eãdem quã illi de rerum natura sententiam cùm retineat, noĩbus tm̃ mutatis atomos moles, vacuum meatus appellat: incommutabiles iure medicinæ forent, eo quòd neq; à suis qualitatibus dimoueri neq; spoliari possent. Cùm aũt vera non sit hæc sententia, sicut ostendemus: sed (vt diximus) oĩa mutentur, alterẽtur, & temperaturã à se inuicem accipiant: necesse est, vt temperamẽto per omnia cõmista diffuso, id quod est validius vincat q̃ imbecilliora sunt. Et idcirco nos cum vsus postulat artificiosis mistioĩbus medicaminum qualitates immutamus: quod fieri non posset, si parua quædã impassibilia in-

D cõmutabilia q; rerum corpuscula forent. Quãobrẽ ego sæpe miratus sum, quo pacto vidẽtes tam celeres in vniuerso mutationes fieri, tot q; in temperaturis variationes euenire, sustineant talia rerum principia defendere, & in primis is de quo paulo ante mẽtionem feci, medicus Asclepiades, cũ quo sermonẽ potius instituo, qm̃ manifestas ẽt corporis mutationes variationes q; non admittit. Quid.n. ad hæc respõdere poterũt, qñ si solum digitum in aquã frigidã ponimus, illico totius corporis immutatio fit: & qñ si vẽtus variat, corpora nostra mutant? Noui ego ex sodalibus meis quendam, qui ẽt dum in lecto cubaret, ex alteratione circa caput facta, quis ventus spiraret agnoscebat: nã quoties grauari sibi caput sentiebat, statim dignoscebat flantem ventum austrum esse. Mulier pręgnãs si tonitruũ audisset, vel formidolosum quidpiã vidisset, fœtum eijciebat. Interdũ ẽt cũ velociter succurrere volumus, & celerem auxilij sensum ægris inferre, subitã corporum mutationẽ fieri videmus. Vnde in quibusdã valde deficiẽtibus vir admirabilis Hippocrates || aliquã animi iritationem admoueri consulit, vt conatus fortitudine, defectus imbecillitatem sanemus: sępenumero quoq; vel modicus cibus exhibitus confestim ipsos recreauit, & eorum virtutem roborauit: arbitror corpore velociter in melius cõmutato, non aũt quia moles nihil patiantur, atq; ideo talium alterationem sensum nobis exhibere queãt. Quis.n. tam repente moles cõponere valeat? aut quis ex inalterabilibus cõpositus molibus occurrentia tam celeriter sentire? Nã transpositarum

Marginal notes: 1.2.f.6.t.4.c. ...l.;01.f — 2.Epid.sec. ... circa fin ... 6.Epid.sec. ... t.9.3... 19...c

sitarum molium noua cōpositio figuram tm̄ variare, sed alterare & qualitatem aliā ex alia produ- E
cere, nō pōt. Propterea q̄ mihi vr̄ Asclepiades nō solū id quod in medicinis euenit, negare, quò suum dogma sequat, verum ēt naturam quæ in nobis cuncta dispensat, nihil esse putare, cum velit singula q̄ fiūt è molium cōplicatione iunctura q̄ nasci. Quocirca magna me subit admiratio, cū ipsum video non videntem opera naturæ tam admiranda, & in primis artem quā adhibet in prima hominis origine, vt fętū in vteri cōcauitate formet: vt formatum ingeniose nutriat: quãtis, & quã mollibus vinculis eundem intus detineat, donec opportunum exeundi tēpus adueniat: q̄ diuino artificio, quam q̄ euidenti similitudine, parētum imaginē in genitis effingat. Qua in re vel maximo cū dedecore Asclepiadis de molibus positio redarguitur, cū infantes nō parentibus modo sed progenitoribus ēt, similes nascant. Mihi vero quędam vetus historia exposuit, hoīem opulentum quidem, sed deformem extitisse, qui cū affectaret pulchrū sibi filium procreare, formosum in ampla tabula puerum depinxit. Inde vxori cōgrediens præcepit, vt è regione positā imaginē diligenter consideraret: illa vero attente respiciens, & vt sic dicā, totū animū illuc conijciens (erat enim valde pulchra ea figura) puerum peperit non patri, sed picturæ similē, oculis puto, non molibus, picturæ exemplum naturæ tradentibus. Ac q̄m ob moles vir iste talibus naturæ mysterijs nō initiatus esse sustinet, & ob videndi incertitudinē debilitatem q̄, non sinit discipulos suos tā mirabilibus operibus naturę fidē pręstare, ab opertis & abditis ad aperta & manifesta ipsum traducere volo. F Quis.n. aranei structas ad capturā insidias cernens, & telam ab eo fallentibus adeo tenuibus q̄ filis confectam, vt aliqui dixerint hoīes ab araneis artē texendi primum accepisse, de natura dubitet? Quē vero non suadeat confiteri naturā esse rem admirabilem, cū videat illud quod vrsa facit? Parit quidem vrsa, sicut cętera aīalia faciunt, sed carnem parit informem indistinctam q̄, & nullam prorsus figuram hn̄tem, quam tn̄ naturali quodam artificio breui distinguit: nā mater linguam tanq̄ manum, tam diu admouet quoad in fœtu animalis figuram absoluat. Sed finem faciam dicendi aduersus istos homines: In disceptationibus enim consueui, vt contumacem equū freno, sic altercantem orationem moderatione acriter cohercere.

Quòd diligenter Exploranda sint Singula quæq; Theriacam ingredientia: & quòd Andromachi Descriptio cæteris Anteferenda sit. CAP. 12.

MOnstrauimus, opinor, hactenus adeo manifeste, vt amplius tibi mirandum esse non possit, quō serpentes ijdem alio & alio modo præparati, diuersis q̄ medicinis admixti, prodesse & obesse valeant. Incipiemus deinceps ab his antidotum conficere, qn̄ & quam parandæ theriacæ adhibemus artem, exigua non sit. Nā & fraus qua sæpe venatores in viperis vtuntur, & imperitia G
medicinarum qua plerunq̄ cōpositores laborāt, antidotum multoties inutilē reddiderunt. Multi siquidem artem capiendi viperas ostentare volunt, ij p̄sertim qui se remedia quędam ad hęc faciētia habere iactitant: quod tn̄ mentiuntur, nā qui haberet nunq̄ inueni. Sed vbi viperas malitiose concinnarint, spectantibus imponunt. Non.n. viperas cōuenienti tpe capiunt, verum multo post q̄ è latebris exierint, qn̄ non amplius vigent: deinde cùm eas ceperint, ipsas ante sibi cōsuetas efficiunt: demum nō vsitatis alimentis eas pascunt, sed carnibus, quas cum assidue mordere cogant, venenum quod ore cōtinent, eijciant necesse est. Quidā vero & offas quasdam illis exhibent, quibus dentium foramina obstruāt, vt etiā hoc pacto viperarum morsus imbecilles euadāt: Id quod spectatores in admirationem magnā adducit, ignaros artis quibus ad fraudem ornandā vtuntur.

Rursus quoq̄ (sicuti dicebam) & medicinarū quę theriacę imponunt non parua est inscitia. De ijs dico quę preciosissima immittunt: vt puta & casiæ, cinnamomi q̄, non modica est differentia, q̄ plurimos fallere cōsueuit. Nā & adulteratum cinnamomum licet vero sit simile, gustu tn̄ & olfactu multo deterius eē deprehendit: atq̄ à xylocinnamomo differt, q̄ ligneū hoc plus sit, duriores q̄ ramusculos habeat, nec tam bene redoleat. Nā verū cinnamomū illud quod in mōtibus nascit, nec subtile nec longū cum sit, colorem habet ad modicā rubedinē magis tendentē: reliquum H
aūt aliquãtulū nigricat, & veluti quasdā fibras habet. Aliud reperitur cinnamomū planè albicās, fragile, non durum, nec magnam radicem habens. Est & aliud ruffæ casiæ simile, redolēs, & leue. Oībus tn̄ pręstat id, quod ab incolis Mosyllum appellatur: colorem habet cinereū, virgas paruas & subtiles, ramos densos, odorem vehementer redolentem. Hoc nos pręcipue seligere consueuimus, cum & odoratum suauissimum, & gustatū acre & mordax valde appareat, māsum q̄ rutam imitari videat: lene est ēt, & frangi facilè potest. Casia quoq̄ & ipsa nisi quis in iudicādo peritus existat, fallere sępenumero consueuit. Nam extat quedā falsa casia, quę quidem similis verę plurimum est, sed tā bene non olet, & medullæ corticē adhærentem habet. In summa vero quę cēset optima, modice rubet, rosam spirat, gustata suauis euadit, concaua est, vinum refert, & valde redolet. Ziger ab incolis hæc nominatur. Verum par est te nō ignorare fraudes quas in longo pipere struunt. Quidam.n. ipsum confingunt vero piperi longitudine æquale, & imposito pyretri vel napyos aliquantulo, quia sensum hoc pacto mordet, gustantē fallunt. Verū qui circa hæc peritus fuerit, & suaue acutū q̄ gustu dijudicare nouerit, pręsertim si pediculū ipsi adhęrentem accuratius inspiciat, verū piper inuenit, & ab istis decipi non potest. Cū vero magna sit adhibēda in cęteris etiam oībus diligentia, sicut in antedictis narraui, quę hucusq̄ diximus satis esse tibi ad commentationem

A.l.1.t.2.c.15 fol.117.f

tationem

A tationem quãuis existimẽ,ne liber nimis in longum protrahat.Consulo tñ vt cũ singulas medicinas diligenter exploraueris,tum deniq; componas antidotum: nã vnius alicuius improbitas sępe reliqua omnia corrupit. Est ẽt ipsius antidoti descriptio,ne hoc quoq; nescias,a medicis varie tradita. Andromachus enim,de quo paulo ante mentionem feci,diligẽs in cõmiscẽdis medicinis cũ
A.l.5.fu.1.t.1. fol.523.b foret,hac descriptione theriacã cõponebat. Pastillorum scillinorũ ʒ xlviij, pastillorũ viperinorũ ʒ xxiiij,piperis longi ʒ xxiiij,succi papaueris ʒ xxiiij,magmatis hedychroi ʒ xxiiij: rosarum siccarum,iridis illyricæ,radicis dulcis,seminis napi syluestris,scordij,liquoris balsami,cinnamomi, agarici,singulorum ʒ xij: myrrhæ,costi,croci,casiæ,nardi,florum iunci rotũdi odorati,thuris,piperis nigri,dictami,marubij,rhei,stœcadis,petroselini macedonici,calaminthæ,terebinthinæ,zingiberis,radicum quinq;folij, singulorum ʒ vi: polij,chamæpityos, styracis, racemorum amomi, mei, nardi gallicæ,sigilli lemnij,phu pontici,chamædryos creticæ,foliorum malabathri, chalcitis assæ, gentianæ,anisi,succi hypocistidis,fructus balsami,gummi,seminũ fœniculi,cardamomi, seseleos, acacię,thlaspeos,hyperici,sagapeni,ameos,singulorum ʒ iiij: castorij,aristolochiæ tenuis,seminũ dauci,bituminis iudaici,succi panacis,centaurij tenuis,chalbani,singulorum ʒ ij: mellis libræ decem,vini falerni quantum sufficere videatur. Xenocrates autem & ipse,qui nõ exiguum studiũ
B hisce rebus adhibuit,cætera quidem sicut Andromachus admiscet in compositione theriacæ,tantùm quatuor sagapeni drachmas nõ duas imponit. Damocrates quoq;,medicus optimus & ipse cum esset,integrum librum versibus accurate conscripsit de compositione antidotorum: in quo theriacam describens,res quidem easdem imponit,sed in pondere discrepat.Nam quędam quorum illi quatuor drachmas accipiunt,hic duas sumit: & rursus quædam ex quibus illi duas imponunt,ipse quatuor immittit. Magnus etiam,qui nr̃a tẽpestate præses medicorũ fuit,reliqua quidem omnia,sicut illi consueuerant,seruat: in cinnamomo solum discordat: duplum.n.cinnamomi theriacæ cõmiscet.Ita & de chalcitide, & de sagapeno ab Andromacho dissentit: nã, vt Xenocrates,duas drachmas inijcit,cùm tñ Andromachus quatuor imponat.In sagapeno autẽ & à Damocrate euariat: Damocrates.n.quatuor drachmas adhibet, Magnus duas. Vino preterea Magnus mensuram ascribit: vult.n.sextarios duos ipsam implere, cum alij sicuti par est quauis mensura,quantum satis videatur,vtantur. Demetrius etiam ætate nr̃a medicus, & ipse medicis presidens,omnibus in rebus Andromachum secutus antidotum componebat, tm̃ in pondere pastillorum scillinorum euariabat & ab illo & à cæteris.Nam illi xlviij drachmas cùm imitterent, ipse xlvi tm̃ admiscebat. Tanta cũ extet discordia inter theriacæ descriptiones, nos Andromachi tra
C ditionem,vt optimam probamus: atq; ita theriacã in vsum Imperatorum componimus. Eius aũt compositio hoc absoluitur modo,nam verbis compositionis modum cõplecti, valde vtile tibi fore iudico,vt si quando theriacam facere volueris & medicis careas,ingeniosus cũ sis, per te ipsum conficere quàm optimam valeas,magistrum hunc librum habens.

Quo Pacto Componendi sint Pastilli Hedychroi, Scillini, & Viperini. CAP. 13.

CÆterum ante cõmistionẽ oportet vt Hedychroi Magmatis, quod imponitur antidoto, descriptionem agnoscas: cuius optima compositio est, quã Magnus tradit: ea est huiusmodi. Radicũ corticis asphalathi,calami aromatici,florũ iunci rotũdi odorati,phu,costi,asari,ligni balsami,succi balsami, casię, singulorum ʒ vi, cinnamomi ʒ xxiiij, amomi tantundem, amaraci ʒ xx, mari ʒ xx,nardi indicæ ʒ xvi,folij ʒ vi myrrhæ ʒ xxiij, mastiches ʒ vi, croci ʒ xix: vino falerno simul hæc admiscere conuenit, & in rotulas redigere,q̃ dũ facimus manus & ferramẽta inungemus liquore balsami: postremo digestum in rotulas medicamentum in vmbra siccandũ est. Non aliter & Scilliticos Pastillos conficiemus hoc modo. Recentem scillam non admodũ magnã accipere oportet, & eam non luto sicut quidam faciunt inuoluere (sordidũ.n.id mihi esse vr̃) sed pulte teneriori: in qua & assatur facile, & ab ea quiddam dum assatur, accipit. Vbi ipsam probe coxeris,
D vel in furno quod vocant: vel sub cacabis in quibus panes assantur, quo ęqualiter assetur: sume interiores partes scillę,quę tenerrimæ fuerint: & eis accurate dissolutis admisce farinę erui optimę recentissimæ q; tantundem,sicut Damocrates censet.Nam & Magnus qui dimidium iubet, parũ mihi conijcere videt: et Andromachus,qui duas partes precipit,non dum satis imponere,cum æqualẽ erui portionẽ scilla reqrat. Sic itaq; scilla & farina cõmistis, modicas inde faciemus rotulas, quas in vmbra siccatas vsui reseruabimus. His ita peractis,oportet tot accipere Viperas,quot totius antidoti mõ sufficiant,non quouis tpe captas,sed potissimũ circa veris initia,qñ non amplius in subterraneis cauernis degunt, sed inde progressæ sub diuo diuersantur,nec vlterius tam noxiũ venenum habent: nam donec in subterraneis locis habitant cũ nullatenus distlentur,pestilentem noxiam q; magis intra se qualitatem colligunt.Quo tpe serpentes ẽt, senectam quam vocant,sibi obducere consueuerunt,quę crassissimus quidam lentor est ex diuturna latitãdi mora cõtractus: quę res potius tpis longitudine,quàm senescentis ætatis vitio,prouenit.Quam ob rem non oportet statim egressas viperas surripere,verum eas aliquod tps dimittere,vt & libero fruantur aere, & cibis nutriantur consuetis. Comedunt aũt huiusmodi bestiolæ, & certas herbas, & quędam animalia, & alia non nulla sibi consueta, sicut buprestem,cantharidem, & appellatam pinus erucam.
l.5.fu.1.t.1. .523.f Hæc.n.viperis conuenientia sunt alimẽta. Sit autem Vipera fulua parumper, & ad motũ valde

prona,

prona,quæ collum præcipue attollat,& oculos aliquantulum rubros habeat,atq; audacter & torue conspiciat. Sit præterea capite lato,ventre propeso,ac toto corpore sinuosa: meatus excrementis destinatus magis ad extremam caudam vergat,quam non conuolutam sed modice flexam potius esse conuenit: gressu deniq; incedat quieto: Nam hac in re solum à fœmina mas discrepat,& dentibus caninis,quorum plures fœminis,duos maribus,Nicander his versibus ascribit. E

Sunt gemini dentes maribus,sua signa,canini
Fundentes virus: habet hos sed fœmina plures.

Viperis igitur hoc tpe captis,pro quatuor digitorum mensura caput primum caudam q; detruncabis. Quod dum facis,vt diligenter inspicias moneo,nunquid post abscisionem detruncatæ viperæ sine sanguine,sine motu,ac prorsus sine vita,statim consistant: nam tales si inueneris antidoto componendæ inutiles arbitrator. Quòd si amputatis extremis,videas in viperis motum aliquem superesse,& vitam per aliquod spatium prorogari posse,ipsas vt optimas cōficiendæ theriacæ ducito: quippe cùm ex eo non imbecillem,sed validā,habere vim dignoscantur. Inde postq; bestias obtruncaueris,pellē è toto corpore diligenter auferes,pinguedinem q; vt inutilem eximes,& interna omnia,vt quę excrementorum receptacula sint. His peractis,cōijce viperas in aliquod vas testaceum quàm pulcherrime confectum,vel lebetem bene abstersum, atq; accensis carbonibus impositum v t sine fumo coquantur. Coquantur autem in aqua fontana,cui recentem salem inijcies,& anethi nō sicci ramusculos quot sint satis. Deinde cum bene fuerint carnes elixę,quod erit quando spinas à carne separari videbis,tūc lebetem ab igne remoue,& accurate spinas à carnibus seiunge: quas in mortarium coniectas contundes,adhibito panis quàm purissimi & sincerissima siligine compositi,quantum ad compinsendum satis esse iudicabis,sicut etiā Andromachus vult. Nam Magnus & Damocrates,qui determinant panis portionem, admiscent æqualem carnibus panem,& sic vtraq; commiscent. Postremo iuris quantum sufficiat infunde, & inde conueniētes pastillos cōfice: quod dum facis,manus pauco intinges opobalsamo. Hos pastillos in vmbra siccatos ad totius antidoti structuram seruabis. F A.ibidem g

Theriacæ Compositio, Repositio, Aetas, Probatio, Dosis. CAP. 14.

PAstillis absolutis,deinceps è reliquis quæcunq; & contundenda & cribranda sunt per incerniculum mittes, angustis quantum fieri potest foraminibus. Nam quod valde minutum est, mihi plurimum conducere videtur,vt auxilium præstet idcirco, quia corpori plus adhæreat: quęcunq; vero macerare & dissoluere conuenit,ea tu vino mollies & læuigabis. Vinum autē illud sit optimum,quale falernum dulce est,quod faustinianum appellant, non aūt acre & actum nominatum ab oībus. Postea cùm liquidis sicca admiscueris,mellis quātū satis esse videatur, infundes. Satis aūt videntur libræ decem mellis conuenienter decocti,sicuti authorū literæ pręcipiunt,quò si quid inest flatuosum aut cereum,feruendo seponatur. Oportet aūt mel esse Hymetium,nā apes in eo colle Atticæ quia thymum pascuntur,mel optimum conficiunt. Separatim etiam resinā & chalbanum prius liquefacies,& inde reliquis in mortarium cōiectis superinfundes. Atq; vbi deinde coniunxeris omnia,diligenter q; commiscueris, denuo manibus & ferramentis inunctis liquore balsami, antidotum è mortario in vas aliquod vitreum aut argenteum transferes: quod tñ non replebis ad summum vsq;,sed spatium aliquod relinques,quo respirare queat. Immo frequēter operculum dimouere conuenit,vt antidotus magis difflari possit,& celerius vtilis euadat: nā tpe non modico eget,si tm̄ concoqui debeat,quantū vsus requirit. Concoquit autē vt plurimum intra annos duodecim: Sed qui valentiori potētiori q; vti voluerunt,ipsam post quintū & septimum exhibuerunt,præsertim aduersus venenatorum ictus,canum rabientium morsus, & noxia herbarum venena: validis siquidē noxis succurrere cum vellent,potentioribus theriacæ viribus eguerunt. Potens est aūt in his ad annos vsq; triginta: Alijs aūt morbis in quibus tanta non inest efficacia lædendi,sexagesimo etiā subuenit: nam vltra hoc spatium debilis admodū & imbecillis euadit. Multi itaq; vires antidoti dignoscere cū volunt,primū alicui purgantem aliquā medicinā porrigunt,deinde theriaca paulo post exhibita, iudicium de ipsa sumunt. Nā si valida vigēs q; adhuc fuerit,nullatenus ventrē purgari sinit, nempè deuicta soluentis medicinæ facultate ab antidoti potentia: sin autem aluus ita deijcitur, vt si theriacam non sumpsisset,planum est antidotū adeo viribus defecisse,& vt ita dixerim,consenuisse,vt ne purgātis quidem medicinæ vim supprimere queat. Non damus autem oībus eādem quantitatem antidoti,sicut nec liquoris quo ipsam dissoluimus. Nam in antedictis ad magnitudinem nucis auellanæ,theriacā ex tribus vini cyathis propinare solemus: In alijs aūt morbis & antidoto & liquore differēter vtimur. Ad affectuū enim diuersitatem respiciētes,& theriacę pondus metimur,& liquoris conuenientiā iudicamus, quando non solum reptilium morsibus,& venenorum noxis,auxilietur hæc antidotus,sed in maximis etiam alijs ægritudinibus à nobis experta salutaris medicina reperta sit. G A.l. de med 1.t.2.cap.4.fi 585.f H

Quot & Quantis Morbis auxilietur Theriaca. CAP. 15.

ITaq; ipsam Andromachus in suprapositis carminibus opinor idcirco tranqllā appellauit,quia corporibus tanq; aliqua morborū tempestate vexatis,vt tranquillitatē,sanitatem inducit. Diuturnos.n.capitis dolores & vertigines sanat. Auriū tarditatē, & oculorū hebetudinem curat. Interdum

A terdum genitale membrum flaccescens, atq; victum attollit. Sæpe furetium deliria generose sedauit adducto somno, p quē ēt animi turbulentiā, pplexas q; cogitationes sedauit. Comitialibus inuasionibus acriter resistit: nā & nimiā capitis humiditatem absorbet, & aduenienti vento vias obstruit. Subuenit quoq; cū difficultate spirantibus, qñ pituita quędā crassa meatibus pulmonis insidens, hoīem inspirare prohibet: facile.n.ipsam & desiccat, & ad expulsionē pręparat, cum & compacta attenuet, & tenacia diuidat. Illis ēt qui sanguinem expuunt, valde prodest, si quis solidaginē herbam elixet, & in eius decocto theriacā soluat & bibat. Malos ēt ventriculi affectus plerunq; curare consueuit, quem & appetitus deiectionē patientem, nec quicq̃ assumere valentem, ad cibi solitam appetentiā reduxit. Crescit interdum cibi desideriū supra modum ex quodam acriori mordaci q; humore ventriculo insistenti, hoc quoq; valenter dissipat: Item eam famē, quā in intestinis lumbrici morantes excitant: eos.n.theriaca potenter strangulat, atq; ita ventriculum ab insatiabili comestionis desiderio liberat. Mirabiliter ēt ex intestinis eijcit maximū & latum illum vermē, qui susceptum oē nutrimētum deuorat, atq; ideo reliquum corpus extenuat. Hepatis insuper & lienis morbos frequēter curat, illarū partium obstructionibus adapertis. Morbum quoq; regium ex aliquo iecinoris vitio collectum, facile sanat, bilē deponēs ac veluti manu detergens, cū efficiat vt hepar ipsam à sanguine prorsus distinguat. Lienē induratū qñq; liquefacit, paulatim consumēs sordes & superuacuā materiam, quæ in eo continetur. Renū calculos frangit, & oē quod in renibus est terreum ac sordidū, facile expurgat. Vrinā è vesica vix egredientem producit, atq; eius vlcera sæpe curauit. Tardam ventris concoctionem & imbecillitatem sanat, ipsum calefaciēdo & vim eius corroborando. Quin & intestinorum exulcerationes, difficultates, & lubricitates, iuuare consueuit: ac insuper ijs prodest qui vel in voluuli dolores inciderint, vel diuturna coli vexatione laborarint, præcipue qñ inflammatione caruerint intestina: nam acres in eis humores theriaca absumit, & eorum flatus in vaporem resoluit. Succurrit etiam plerunq; choleræ fluxu laborātibus, partim humores densando, partim sistendo. Illud vero quod in cardiacis sæpenumero conspicitur, maximum est opus theriacæ. Nam cū multis & cōtinuis sudoribus corpus diffluat, atq; ita vires dilabātur, vt nec exhibitum vinū sæpenumero succurrere morbo valeat, antidotus ebibita & sudorē cōprimit, & concidentē ægri virtutē veluti suscitat, atq; ex infirma valentem reddit. Educit eadem in mulieribus menstruū sanguinē, & suppressas vteri sedis'ue sanguinis excretiones frequenter aperit: ac quod admirabilius est, immoderatas eiusdem sanguinis eiectiones detinet. Recorderis.n.dixisse nos in præcedentibus antidoti huius virtutem multiplicem ac variā esse: atq; ideo quædam C egredi facit cum ea attenuet atq; diffundat, quædam ob imbecillitatem virtutis immodice prodeūtia supprimit, corporum vires instaurās. Pedum insuper & aliorum oīum articulorum doloribus ab influxione excitatis tunc pręcipue cōfert, qñ tēpus incremēti discesserit, & status vigor aduenerit. Oportet aūt prius dolores mitigare, foris imponendo quippiā, quod ipsos lenire queat, inde theriacā bibere, quo fluxionem cohibeat: nā & quæ iā illata fuerint absumit, & q̃ mox inferrentur auertit. Maxime vero prodest qñ quis ipsam sanus adhuc frequenter accipit, idcirco quia superfluitates humorum consumit, & totius corporis temperamentum immutat. Nam alia medicamēta quæcunq; podagrici bibunt in remedium dolorum, fluxionem quidē ad pedes ferri prohibent, sed cum superfluum humorem non consumant, aliq̃ aliam maiorē ægritudinem excitant. Vagatē enim toto corpore fluxio illa, & pulmo qui ꝑpter respirationis offm̄ cōtinue mouet̄, rarus cū sit, facile huc & illuc vagum humorē ad se trahit, atq; sic hoīem suffocat, quēadmodū ego in multis vera experiētia cognoui. Quo circa ne prorsus tales medicinas ebibāt ægri, dehortor: suadeo q; summopere, vt theriaca velint in talibus morbis vti, qm̄ & superfluum humorē exiccat, et alium colligi nō permittit: vnde plurimi in principio ex hac bibētes, prorsus à podagra liberati sunt. Nec, arbitror, alia rōne hydropicis theriaca tantopere contulit, q̃ ꝙ humorem in ipsis consumit, & refrigeD ratum in eis naturalem calorē accendit: maxime vero anasarcas, & leucophlegmatias quos appellant, potēter adiuuat: in vniuersum.n.corpus se inserit, & malā inde humiditatem exprimit. Quā ob rē mali habitus bona est medicina, vt q̃ corporis habitū in melius cōmutet, & quę superuacua sunt in vapores eijciat, ac naturā prōpte suas actiones exercere faciat, quo mō sæpe ēt laborātibus elephantiasi, remedium præstitit. Nā cum multus humor corruptus toto corpore dispersus suis viribus illius tēperaturā perdat, superueniens antidotus morbum profligat, partim humoris fluxionē sistendo, partim ab eo sanguinē corrumpi prohibendo. Neruorum aūt vel cōtractiones, vel distensiones, non aliter multoties curauit, neruos calefaciens & eorum tensiones remittens, q̃ membrorum resolutiones sæpenumero sanauit: qm̄ naturali excitato calore, & spiritus in pristinum statum reduxit, & mēbris solitas motiones restituit. Verū vt libuerit hæc quisq; ęstimet: Illud certe summa est admiratione ꝓsequendū, ꝙ theriacā non mō corporis affectus sanare videmus, sed etiā animi passionibus ipsum qñq; grauiter infestātibus opitulari cōspicimus: Veluti cū excitatas melācholia graues curas multoties sumpta ex animo pellit, perinde ac si è splene ac reliquis membris atrā bilem exugeret: Id quod ēt in serpentum venenis euenit. Qua de causa quartanis ēt febribus optime conuenit: cū.n.ea febris ab atra bili cōsurgat, facile sumpta theriaca discedit, mō quis ipsa seruatis medicæ artis ꝑceptis vtatur. Ego nanq; multos quartana laborantes, hac vsus artis semita,

ta,facile à morbo vindicaui. Primum.n.cum cœnassent, vt euomerēt,effeci: deinde secuta die suc E cum absynthij bibendum tradidi,quo bilem contemperarem ac veluti edulcorarē: postremo duabus horis ante inuasionem antidotum exhibui: atq; ita cum omnium admiratione voti compos euasi,cùm celeriter is qui theriacam sumpserat liber ab inuasione maneret.

Methodicorum Reprehensio, Qui morborum causas noscere superuacuum arbitrantur: Et inde reliqua Theriacæ Remedia. CAP. 16.

AQuæ formidinē quoq; morborum oīum pessimum hæc antidotus plerunq; tollere consueuit: strenue q; aduersus tot malorum concursum dimicare, quibus non solū corpus exiccat, & interdū cōtrahitur,febre q; intus aspera comburit,sed ēt animus delirat,et difficillimo symptomate molestat. Aquam.n.expauescunt,& q̄quis ob nimiam siccitatem ipsam vehemēter affectent, tñ eam bibere reformidant,quia corrupto mētis iudicio quid ipsis prodesse possit, non intelligūt. Sic q; remedium vitando,& aquā metuendo, miserabili morte pereūt. Qua in re methodicos admiror magnopere,qui causarum notitiā curandis morbis inutilem arbitrant: nescio.n.quo pacto tales ęgrotos sanare possint,cum vniformis & similis sit morsus à cane rabido & non rabido illatus.Quem.n.curationis modum ipsis ostendit cōmorsus locus, nullam ex vulnere distinctionem habens, si internā mordētis causam scrutari nolunt? Nēpe methodicorū oculis aspici non valet, F ab rationali aūt medico nō nisi sola cogitatione diligēti q; discursu inueniri. Quocirca, siquis miser, in methodici tanq̄ in alterius beluæ manus incidat,proculdubio moriet, ex consecutione dogmatis ab eo interfectus, qm̄ vt è secta non recedant, inuestigare causas nolunt. At bene fortunatus ille,qui rationalē medicum accesserit,neq; tam malis symptomatis facile capiet, neq; ob artem rationalis medici mortē incurret. Statim.n.rationalis medicus,susceptum ęgrum diligēter interrogabit,qualis nam foret is canis à quo cōmorsus est. Ac si audiet q̄ macilentus & gracili corpore fuit,& oculos rubricatos, caudā demissam,spumā ex ore fluētem habuit: discet q; vt linguā exertā gestaret quæ tanq̄ bile infecta crocea videret, vt obuios quosq; incurreret, vt interdum sine causa procurreret & deinceps subito consisteret,vt q; furiosa quadā indignatione improuisos aggrederet: si inq̄ talia comperiet,statim intelliget canem illum rabidum fuisse. Curabit q; vulnus illud non simpliciter, sicut methodici solent,sed ipsum maius illico faciet, carnem circūquaq; auferens, & ad rotunditatem redigens, ne facile cicatricem obducat,sed apertū longo tp̄e perseueret,saltem quadraginta diebus,quo rabidi canis venenum egredi queat. Ferramētis itaq; valde ignitis soliti sumus locū inurere, & inde alia medicamenta admouere,quę attrahentem vim habeant,nec intra carnem venenū manere sinant. Equidem olim mecū ipse aliquod remedium excogitans, hāc G ipsam theriacam oleo rosaceo mollitā,linamentis imposui,ac veluti medicamen aliquod vulnerarium foret vlceri superimposui, vt tanq̄ cucurbitula venenum è profundo traheret & exugeret. Deniq; theriaca perinde atq; pęonia aliqua medicina & foris imposita,& intus assumpta, præsentaneum auxilium cōmorsis à cane rabido præstat. Deprehēsa q; est mihi vel sola in pestilenti cōstitutione languentibus posse succurrere,cū nullum aliud præsidium tā magno malo tunc ita resistere valeat: nec immerito,cū pestis ipsa,ceu fera quædā venenata, nō paucos aliquot miserè perdat, verū totas ciuitates depascat. Immutat enim aerē malo quodā modo, vt hoīes interficiat, qui cum non respirare nō possint, cōtagium miseri euadere nequeūt. Attrahunt.n.in se ipsos aerem illum infectum,tanq̄ presentaneū aliquod venenū. Quo circa summis laudibus prosequor admirādum Hippocratem,‖ qui pestem illā ex Æthiopia ad Græcos veniētem, non alio præsidio reppulit quā aerem purum faciēdo, ne ab hominibus (qualis tunc erat) infectus hauriret. Precepit itaq; vt per totā ciuitatem ignis accenderet,qui non solum è simplici materia constaret,sed bene olentes coronas & flores haberet: talia siquidem ignibus alimenta subministrari consuluit, & vt vnguenta q̄ pinguissima infunderent,& id genus alia bonum odorem fundētia,vt hoc pacto ciues aerem purum inspirantes,ab imminenti lue tuti forent. Ad istū modū arbitror & theriacā, tanq̄ ignis qui- H dam purificans & ipsa esset, illos quidem, qui sani adhuc ipsam biberint, non permittere,vt pestilentia prorsus capiant: illos aūt qui iam ęgrotēt,sanare posse, cùm aeris inspirati malignitatē commutando,tum corporis temperaturā corrumpi non sinendo. Quā ob rem cōsulo tibi Piso,vt partim ob has tā repentinas aeris cōmutationes, partim ob alias nocentium rerum causas, frequenter etiā sanus,theriacam sumas,vt exterius occurrentibus noxis corpus tuum resistat: & siqn̄ passum aliquid fuerit,ad sanitatem facile reducat. Nā theriaca, optimam quandā temperaturā corporibus procurat,& in eis bonam valetudinem conseruat. Absumit.n.humores superfluos,calefacit membra refrigerata,corroborat naturalē virtutē vt debitas actiones exercere queat. Nam qn̄ fortis natura fuerit,tunc & venter expedite cibos cōcoquit,& venæ sanguinem facile producunt, & iecur prompte bilem secernit: atq; ita defecatum sanguinem cor suscipiēs,ipsum deinceps vniuerso corpori iam nutriendo idoneū submittit. Excrementa quoq; moderate foras eadem expellit, & q̄ corpori superflua sunt, mēbrorum oīum respiratione salubriter excernit. Maxime verò cōsulerem, vt antidotū assumeres,cū frigente p̄ hyemē aere,iter aliquod suscipis. Erit.n.tanq̄ optimum viscer ibus indumentū,multū eis calorē prębere cū possit. Cōpertū adhuc nobis est theriacā & ad animi prudentiā, & ad ingenij acumen,haud parū cōducere, qn̄quidē & sensus actiones suas fortiter obire

In vita Hippo. ex Sorano. Et in decreto Atheniēsium, quod post ei⁹ epistolas habetur.

A obire faciat,& mentem à vaporibus corporis liberãdo solertem magis reddat. Verum vt summatim laudes huius antidoti complectar, totum corpus ita disponit, vt ab vlla re noxia non corrumpatur. Hanc autem resistentiam procreat tam varia & efficax tot medicinarum compositio,& pręsertim quæ in ipsam ingrediuntur viperæ. Nam & Mithridatem illum bellatorem magnũ ferunt non assumpta theriaca, quæ non dum erat, sed alia quapiam multiformi antidoto mithridatica de illius nomine dicta, non potuisse sumpto veneno mori, quoniam sic illius membra temperauerat, vt ab re noxia pati non posset. Hoc autem contigit quo tempore bellum cum Romanis gerens à Pompeio profligatus, atq; in extrema fortuna constitutus, illęsus è vita decedere festinaret. Hausit itaq; venenum,& plus etiam q̃ satis esset ebibit, nec tñ ipse mori potuit: filias vero ipsius quę cum patre vitam finire prorsus decreuerant, atq; ideo ex eodem quoq; veneno hauserant, celeriter occubuisse tradunt. Mithridates igitur cum mori tardaret, eo q antidotus quam præsumpserat, venenum redderet irritum, vnum ex amicis suis nomine Bistocum vocauit, cui mandauit, vt se iugularet. Is autem opus veneni, ferro absoluens, Mithridatem violenta morte confecit.

Quantum, & Quando, & à Quibus Theriaca sit accipienda. CAP. 17.

B VIdes igitur quo pacto è pluribus composita medicamẽta magnam vim habeant ad efficiendum corpora nullis obnoxia læsionibus, præsertim theriaca propter eximiam, sicut dixi, viperarum potestatem: Quam tamen assumas velim, postq; cibos probè cõcoxeris, nec amplius repletum te senseris. Recte aũt facies si varia ipsam mensura sumas, interdum ad ægyptiæ fabæ magnitudinem ex duobus aquæ cyathis, qñ modicum interuallum tibi supererit ad antidoti concoctionem: interdum ad nucis auellanæ quantitatem ex tribus aquæ cyathis, qñ plus temporis habiturus es, quo possit in corpus theriaca digeri. Considerabis præterea & anni tempus, & loci cõditionem, quoties ipsam accipere volueris. Æstate enim, vt theriacam sumas, nullo pacto consulo: nam temporis constitutio calida tunc cum sit, calefactum adhuc magis ab ea corpus læditur. Id quod videns admirabilis Hippocrates asserit, || Medicinas, & antequam canicula oriatur, & postq̃ orta fuerit, molestas esse: vt plurimum enim ea pars anni febrem hominibus affert. Quamobrem & eos qui media sunt ætate, & eos qui naturalem temperaturam calidam admodum habent, moneo, vt neq; multoties neque multum theriacæ suscipiant. Ex aduerso quibus ætas iam in senium vergit, & plurimum, & plerunq;, & non ex aqua sed ex vino, theriacam bibere suadeo, vt ab ipsa & corpus iam flaccescere incipiens, reparetur, & natiuus calor iam languescens excitetur. At pueris maxime omnium theriacam interdico, quoniam ipsius magnitudinem illorum vires plurimũ C excedit: nam & puerile corpus facile dissoluit, & complantatum spiritum celeriter extinguit, non aliter atq; lucernæ flammam plusquam conueniat infusum oleum. Vidi ego aliàs puerum, ab intempestiuo theriacæ vsu solutum: febrierat enim longo tempore, fuerat q; corpore valde macilento, & viribus adeo debilis vt viuere magna cura vix posset: Quæ cõspicatus medica prudentia, vetabam antidotum puero dari. Cùm autem quidam ipsius curam haberet, qui patrem se pueri esse dicebat, & potius imperiosa quadam iubendi licentia vteretur, quàm profectum à ratione consilium audiret, temerario quodam impetu & violento coegit me theriacam puero exhibere: quam ille acceptam concoquere non valuit, eo quòd potentior esset viribus ipsius. Soluit itaq; vniuersum pueri habitum, aluum q; fluere cum fecisset, ob datam præter rationem antidotum subsecuta nocte perijt. Quòd si quando & tu Piso in æstuosa regione fueris, noli theriaca vti, satis cum esse possit eius loci caliditas. Quocirca gentibus quoq; primum oriẽtem habitãtibus, calidissimi cum sint, atq; ideo multum sicci, non conuenire theriacam existimo.

4ª. Aph. 5. Ext. ord. 18. a. Et de Medic. purgã. iuxta finem. Et de Aere aquis & locis iuxta medium.

De Salis Theriaci virtutibus. CAP. 18.

PRæparatur vero & Sal quidam hisce serpentibus, de quo mentionẽ facere necessarium duxi, vt absolutissimus hisce de rebus penes te sermo foret. Facit autem & hic sal ad omnia quę an D te diximus, sed modice facit, nec nisi longo post tempore remedium apparet: si quis tamẽ frequenter eo vtatur, sensim auxilium affert. Vnde plerique hoc sale medicati cum inter initia celerem remedij sensum non habuissent, ne prorsus quidem ipsum cõferre arbitrabantur, præsertim cum redactum in cinerem, vim medicam incendio amisisse censeant. Equidem, vt antidoto parem facultatem non habere salẽ affirmo, sic omnem ipsius vim aboleri penitus nego. Nam ignis multa efficit meliora, & interdum latentem rerum naturam detegit: quædam etiam quos volumus in vsus apta reddit. Aurum quippe à nobis igne exploratur, impurum q; à puro hoc pacto secernitur: nam aurum quod igne repurgatum exacte fuerit, Obrizum esse cẽsetur. Ferrum quoq; flammis emollitum, quouis modo producitur, & flexum sicuti volumus, varijs hominum vsibus inseruit. Sed quid remota cõsector? non'ne multa quæ nutrimẽti causa sumimus, igne nobis idonea redduntur? Panis & pecudum piscium q; carnes quandiu crudæ sunt, ne appetuntur quidem: at vbi cocta fuerint, etiam in nutrimentum cedunt. Ipsum insuper vinum si quis statim, vt natũ est, è racemis premat, crudum & immaturum est, at Solis igne maturatum, & suauissimum, & potui conuenientissimum euadit. Amplius, multa reperiuntur ad structuram medicamentorum attinentia, quæ donec priscam naturæ suæ rigiditatem seruauerint, & acerrima, & nostris corporibus inimica esse, docet experientia. Hæc ignium virtute temperata, curandis morbis idonea redduntur

tur, vtputa Chalcitis, quæ ſi cruda fuerit, corpus vrit, & in eo cruſtam celeriter excitat, ſin toſta ad- E
moueatur vlceri cicatricē inducit. Item Lapis qui è phrigia aduehitur, is crudus acerrimus eſt, aſſatus & alijs quibuſdam commiſtus præſtans oculis remedium euadit. Cinis etiã quem ex incenſis ſpongijs conficiunt, ſanguinis fluxum valēter aſtringit. Idem mihi & de theriaco Sale iudicandum videtur. Nam omnia ſimul accenſa, hoc eſt, integri cum ſale ſerpentes exuſti ſicut ignis opera noxiam excedentem q; corporis noſtri virtutem deponunt, ita conuenientem medicaminibus opem aſſumunt. Præcipuum vero Sal iſte habet, q̃ morbos cutim infeſtãtes curat, albam dico vitiliginem, lepram, impetiginem quam feram vocant: & demum omnia ſub cute poſita excrementa reſoluit. Quamobrem magna pars eorum, qui ſalē hunc comedunt pluſq̃ conſueuerant, ſudantes putridam materiam eijciunt, & cum ea pediculos etiã appellatos quoſdam emittunt, qui è putri materia ortum ducentes nomen ſibi φθεῖρες apud græcos acquiſiuere. Dentes præterea ſal hic optime purgat & ipſos à putredine ſeruat, nec eos erodi permittit: membra laxa dēſat, illuc q; deſcendentem fluorem ſupprimit.

De Salis Theriaci Compoſitione. *CAP.* 19.

Conficitur autem hoc modo: enitar enim rurſus tibi hunc quoq; Salē nudis verbis deſcribere. Oportet viperas quatuor antedictis ſimiles & eodem tempore captas, nec plus duobus F
diebus aſſeruatas, accipere, immo ſi fieri poteſt eodem quo captæ ſunt die: poſtea ſalis ammoniaci quem vocant, ſin minus communis albi & parumper acri expoſiti modium vnum italicum: dein de ſali adiunge cretenſis gentianæ in partes aliquot conciſæ, libram vnam & dimidiam: ariſtolochiæ rotundæ, itidem libram vnam & mediam: ſummitatum cētaurij minoris, libras duas: cardamomi armeniaci, marrubij, libram mediam: ſcordij montani, chamædryos creticæ, libram vnam: ſeminum rutę domeſticę tantundem: hęc omnia melle attico cõmiſcebis. Harum rerum mediam portionem in ollam nouam ex argilla confectam conijce: poſtea viperas quatuor viuas ſuperimmitte, & cum eis ſcillas quinq; recentes, & nuper euulſas, atq; in fruſta conciſas: inde reliquũ aliarum rerum dimidium: poſtremo lutum ollę diligēter inducito, vbi prius operculum impoſueris: quod foraminibus quatuor aperies, vt per eam vapor egrediens aſſationis menſuram ſignificet. Nam fumus qui primum exibit obſcurus admodum & valde turbidus denotabit ignem ad viperas iam perueniſſe: quo tempore diligenter aduertas moneo, vt reſpirando, nõ aerem attrahas infectum hoc fumo, qui à viperis exhalat. His peractis cum fumus deſiſtet, & tenuem quandã flammam è foraminibus aſcendere videbis, tunc optime toſta cuncta iudicato: itaq; transfer ollam ab igne in locum, vbi per integrum diem & noctem frigeſcat. Inde vaſe adaperto combuſtas res exi G
me, quibus contuſis atq; cribratis hæc alia adiunge. Seminum rutę ſylueſtris vncias nouem, hyſſopi creticæ tantundem, ſeminum fœniculi ſylueſtris vncias ſex: nardi gallicæ, ſtachyos ſcythicę, ſingulorum tantundē: petroſelini macedonici vncias quatuor, racemorum amomi vncias tres, origani heracleotici capitulorum vncias nouem, ſeminum hormini torrefacti vncias tres, ſummitatũ thymi attici vncias nouem, foliorum malabathri indici vncias quatuor, carnium baccarũ iuniperi laconici libras duas, ſeminum coriandri domeſtici ſelibram, piperis albi libras duas, piperis nigri tantundem, radicum ſilphij vncias decem, zingiberis nõ perforati libras duas, radicum ſatyrij ſelibram, pulegij montani tantundem, ſeminis ſeſeleos maſſilienſis fului vlcias ſex, ſeminum tordili montani tantundem, mentæ tantundem, caſiæ optimæ vncias duas, cinnamomi vnciam vnam. Hæc vbi ſemel contudi & excuſſi, denuo & contundere & excutere molior, quò ſæpenumero cribrata in tenuiſſimum puluerem redigantur: quem in vitreis vaſibus poſitũ, non ſtatim, ſed à quadrageſimo die vtendum trado. Cæterum ipſe hunc ſalem etiam non inuſtis viperis conficio, verum paſtillos ex eis quorum compoſitionem in theriaca docui, reliquis quę cum viperis vruntur, admiſceo, ipſos q; comburo, vt quam in ſe habent amaritudinem incendio deponant. Tantam vero paſtillorum menſuram impono, quantã habere quatuor viperas conijcio: ac reuera ſal q̃ opti- H
mus euadit, vt qui propter vſtionem, neq; cinerulentum quippiam guſtatus præ ſe ferat, neq; conſpectus nigredinem, verum & iucundiſſimus accipientibus euadat, et virtutem ad quę dixi ipſum proprie valere, pręſtantiorē oſtēdat. Hęc ſunt quę de Theriaca, & Theriaco Sale, dicenda habui, diligenter ſicut arbitror à nobis elaborata, prę ſertim cum & tu Piſo in omni ſermone valde ſis accuratus. Memini enim te cùm eloquentiæ magna cum gloria operam nauares, ſiue concionem in ſenatu vel ad populum haberes, ſiue cauſam aliquam in foro ageres, obijcerent q; qui tecum contendebant ea de re multas dicendi occaſiones abs te inueniri, reſpondiſſe, dicentes aliq̃n ceſſare. Nam & deos affirmabas quoties non reſpondent, tacere, & illos qui reſpondent, interdum ſilere: Mare præterea hyberno tempore nauigationem non concedere: & fluminum aquas deſinere fluere, rurſus q; interpoſito ſpatio curſum repetere: Terram demum non ſemper fruges producere. Quamobrem te Piſo imitatus nihil omiſi quod de theriaca quæri poſſit: & ſimul hortatus ſum, vt ea libenter vtaris, quoniam compertum eſt Theriacæ vſum, Tempus vitæ prorogare: quam tibi à dijs longiſſimam exoptare merito debeo.

GALENI DE VSV THERIACAE AD PAMPHILIANVM

Iulio Martiano Rotà interprete.

Sunt etiam qui opinentur, & hunc non eſſe Galeni librum.

QVæſiſti ſæpenumero Pamphiliane artẽ cõponẽdæ Theriacæ & vſum
ex me cognoſcere: ſed quæ olim à nobis præſens ipſe audiuiſti, cũ neq;
te amplius meminiſſe exiſtimem, neq; tum ſatis à me dictũ fuiſſe, nunc
ocium nactus omnia quæ, dum eſſem Romę, mihi narrabantur ab hac
antidoto effecta, quǽq; nos experiendo cognouimus, in memoriã re-
uocaui, redactáq; in exiguum hunc libellum ad te miſi: & vnà docui,
quo modo, quo tẽpore, quibus in morbis, theriaca vti conueniat: quæ
ſi quis ad vnguem ſeruauerit, nunquam à concepta ſpe decidet. Nam
rem occultare quæ ad ſalutem hominum cõducat, & qua ſe merito ia-
ctant qui in vrbe oĩum principe degunt, vt & priuatè beneficio, & pu
blicè ornamento, affecti ab ea antidoto, quæ communis ſalutis gratia pro totius ciuitatis conſerua
C tione parata ſeruatur, ruſtici admodum mihi eſſe videtur, præſertim tibi, quem nouimus, cũ alias
vrbes, tum præcipue Creticas, animi tui moderationem & oĩbus in rebus manſuetudinẽ, non ſo-
lum cõmendare, ſed etiam amore ſummo proſequi. Nam in Ægypto, Ægyptíq; regia vrbe Ale-
xandria, plures vni tibi Cretenſiũ amici ſunt quàm cæteris oĩbus. Quam ob rem iure quiſpiã for-
tunam quoq; miraret̃, quæ tuis moribus tam conueniens nomen impoſuit, perinde atq; pręſagi-
ret te cunctis amabilem fore. Sed ad Theriacam redeo, quã tu tibi liberaliter & à multis facile cõ
parabis: vſus vero peritia noſtri in te ſtudij pignus & beneuolentiæ monumentũ erit. Vt enim ſi
lyram aut tibiam aliquis poſſideat, nec vſum noſcat, tantũdem eſt, ac ſi eã non haberet: ſic qui an-
tidotum aliam'ue medicinã domi continet, nec vti ſciat, nullam ex ea vtilitatem capiet. Quòd ſi
theriaca, ſicut apud oẽs iam inualuit, ad morſus ſerpẽtium & ad venena tantũmodo faceret, opor-
tebat eam domi repoſitam tanquã picturã aliquam aſpernari, nullo vſu, ſed ſola vetuſtate, conſu-
mendam: Cũ vero præter ſupradicta, bonum corporis habitum, vitam longam, ſenſus vegetes,
ſanitatem ſtabilem promittat: nec ſolum ab inſtantibus morbis liberet, ſed etiam ab imminẽtibus
præſeruet: non ab re facturum exiſtimo quiſquis theriaca ſanus etiam vti velit, malitq; potius im
pendentem morbũ præuenire, q̃ iam vexantem arcere. Hac de cauſa Romæ principes viri com-
D plures, alij primo die Lunæ theriacam accipiunt, alij quartum eligunt: & tribus interiectis diebus
concoctioni dant operam, curatóq; læniter ventre circiter horam tertiam, ex vno cyatho mellis
duobus aquæ calidæ admiſto tantum theriacæ ſumunt, quantum eſt græcæ fabæ magnitudo, non
vt aliquo morbo liberent̃, ſed ne prorſus in aliquem incidant. Nec ſua eos fallit opinio: nam ſan-
guinem theriaca bonum reddit, non quia malã ſanguinis qualitatem excernat, ſed quia eius con-
tumaciam vincat, & ex inimica amicã efficiat. Foris quoq; ſi quam vrbem aut regionem morbo-
ſam eſſe conijciant, vel aquas malignas eſſe intellexerint, eodem pacto theriacam aſſumunt, & ea
tanquam lorica quapiã corporis ſui ſtatum tuentur. Referam quæ vetuſtiſſimũ omnium eorum
qui me docuerunt dicere audiui, virum & medicæ facultatis experientia pręſtantiſſimum & ſin-
gulari quadam humanitate inſignem Ælianum Meccium: Italiam olim peſtem inuaſiſſe, qua ce-
leriter & multi intercipiebantur: Timentibus igitur oĩbus, vt fit, & medicis & principibus, au-
ctorem ſe fuiſſe, vt ſola theriaca vterentur, nam cætera nihil cõtulerant: Tũc itaq; ex ijs qui ægro-
tabant quàm plures aſſumpta theriaca cõualuiſſe: paucos in quibus vis morbi nimium inualue-
rat, occidiſſe: reliquos oẽs, quos non dum peſtis occupauerat, nõ modo periculum euaſiſſe, ſed ne
in morbum quidem incidiſſe. Atque mirum hoc alicui videri non debet, quando, ſi hauſtũ ve-
nenum ſuperat, peſtilentiam quoq; vincere poſſit: aer enim eſt, qui corruptus cum ſit, homines

perimit: Quod & complures medicos & imperitos omnes nescire ne mireris, cum illud etiã eos E
lateat inutilem ætate theriacam reddi. Radices enim, succi, cortices, lachrymæ, semina, flores, &
carnes, sunt ea ex quibus componitur: atque vt hæc singula tempus exinanire potest, ita & quod
ex eis confectum est medicamentum antiquare valet. Hinc fit vt qui medicinas venales habent,
hoc sensu præditi, inueteratam nimium theriacam alijs vendant, aut etiã amicis donent: ipsi vero
cum res postulat, viribus & ætate præstantem promunt: fieri q; non potest quin ipsis opem offe-
rentibus res ex voto succedat. Subiungam deinceps alias temporis præscriptiones, alia morbo-
rum genera, in quibus si quis vti theriaca voluerit, nunquam frustrabitur. Nam percussis à vipe-
ra, vulneratis à serpente, ictis ab aspide, commorsis à rabido cane, demum læsis ab aliquo animali
quod dentibus aculeo vel contactu venenum relinquat, recens "theriaca satis super q; efficax re- A l.5.fu.1.t.1. fol.522.b
medium est. Recens autem est quæ sextum & trigesimum annum nõ dum attigerit, quo tempo-
re venenis etiam alijs confert: nam ab eo tempore morbis solum auxiliatur, de quibus mox refe-
ram, modo ad trigesimum sextum annum multorum adhuc annorũ accessio facta non sit: Inef-
ficax enim tum deniq; theriaca redditur & inutilis penitus: quod hoc pacto deprehendes. Medi-
cinam quæ vel aluum subducat, vel vomere faciat, scammonium aut elleborum vel quiduis aliud
hisce etiam valentius exhibe, perinde atq; si aliquem purgare velles: huic postea bibendum trade F
tantum theriacæ, quantum græcam fabam æquet: si bona erit, non solum non purgabitur qui as-
sumpsit, sed ne commotionem quidem vllam sentiet: sin cõtrarium eueniet, vetustate deprendes
antidoto vires concidisse. Sed tempus est theriacæ vsum doceamus. Dat ex tribus cyathis vini,
nucis auellanæ magnitudine, tam post venenum venenosorum q; animalium ictus, q; ante, si quis
veneni suspicionem habeat. Eodem modo illis etiam subuenit, qui ex interna causa & incerta cõ
sumuntur, tanquam si veneno aliquo petiti forent. Tussi tam nouæ q; antiquæ, & quibus costas
aut pectus dolor infestat, auxiliatur ex mulso, si non febriant: si febriant, ex aqua dulci, noctu da-
ta fabæ Ægyptiæ magnitudine: Quæ quantitas inflationes etiam ventriculi, tormina ventris, do
lores intestinorum & coli, sedat: ex aqua tamen & primo mane sumenda est. Magnum insuper
comedendi desiderium remittere, prostratum q; eundem excitare potest, singulis quibus p natu-
ræ functionibus intra consuetum operãdi modum reuocatis. Bibere vero oportet horum gratia
supradictam antidoti quantitatem ex aquæ vel diluti vini cyathis neque pluribus tribus, neque
paucioribus duobus. Bona est etiam hoc modo ad tollendum tremores, & frigora febrium qua-
uis interualli ratione seruata inuadentium: item ad bilis vomitum qui febris accessionem præue-
nire solet, quanquam exacerbationem etiam interdum comitetur. Si quis vero ter vel quater ad G
summum ante febris annotationem aduentum q; theriaca vtatur, febrem omnino tollet, modo
victus ratio non repugnet: Nullum enim tam efficax remedium medicina habet, quod solitum
auxilium afferre queat, si ei victus vel resistat, vel non adiuuet. Creditur etiam retentos mulierum
menses ducere: mortuos fœtus eijcere, quos natura etiam si multoties tentet, expellere tamen non
potest: his datur ad fabæ Ægyptiæ magnitudinem (incolæ cithe ciborium q; nominant) ex passo
vel aqua mulsa in qua dictamnum vel ruta prius ferbuerit. Vtilis insuper est aquam inter cutem
habentibus, & regio morbo laborantibus, ex asari decocto. Quidam tamen aquam inter cutẽ ha-
bentibus ante cibum solam theriacam deglutire præcipiunt: alij eam vni cyatho poscę cõmiscẽt:
ita nanq; magnopere illorum sitim leuat, vniuersum corporis habitum firmiorem facit, & cum
hoc, q aquam inter cutem minuit, ipsam etiam exiccationi paratiorem reddit. Facit præterea ad
vocem retusam sola, & hausta, & ore detenta. Qui tamen eam bibere volet, tragacanthi duplum
admisceat & ex mulso vel passo hauriat. Qui vero sub lingua cõtinere, colliquefaciat medicamẽ-
tum paulatim oportet, quomodo in alijs quoq; præcipere solemus, quæ arteriaca à meatu in pe-
ctus descendente nominantur. His etiam qui sanguinem è pectore vel pulmone reijciunt, theria
ca conuenit: atq; si recẽs hoc malum sit, è posca bibẽda est: sin antiquum, ex aquæ tribus cyathis: H
longe tamen prestantius remedium fiet, si herbæ symphyti modicum, aquæ incoxeris. Sumi vero
debet ad fabæ Ægyptiæ magnitudinem incipiente nocte & illucescente die. Romæ quosdam é
præceptoribus meis obseruauimus in ita affectis hominibus eo etiam remedio consueuisse vti,
quod è subere constat, cuius compositionem opportuno magis loco, cum opus fuerit, describam.
Abunde ergo pectus circũquaq; ante & retro, hac medicina fouebant, atq; ita ferè semper morbũ
hac arte superabant. Prodest insuper renum vitijs, vesicæ calculis, intestinorum excoriationibus,
ægrè spirantibus. Demum in iecinore aut liene duritiem habẽtibus, aliud'ue aliquod inueteratũ
malum, his ex aceto mulso dandum est: acetum mulsum sumemus quod è fauis cõfectum sit, id. n.
Lib.3. de Morbis circa finẽ. Et de Frac. cõ. 2 t 29.7 . 235. h. Et cõ. 3. t 49 248. c. Et. 4. de Artic. 292. f Hippocrates rectè cõpositum arbitratur in eo libro quem de ‖ Acutis morbis ædidit: Difficulter
autem spirantibus ex aceti scyllitici cyatho vno & dimidio: Lapidem in vesica habentibus ex apij
petroselini'ue decocto: Renum vitio laborantibus ex mulso: Excoriationem intestinorum patiẽ
tibus ex decocto arbusculæ syriacæ quam rhun Græci appellant." Comitialibus quoq; si macilen- A. ibidem. fol. 523. b
ti fuerint, & parum sanguinis habeant, ex aqua mulsa: sin corpulenti & multi sanguinis, ex aceto
mulso, dari solet. Quidam vero approbati medici comitiales iubent prius sinapin commanduca-
re & expuere, tum nocte superueniente theriacam quæ fabam Græcam æquet, ex aqua sumere.

Demum,

A Demum, vt paucis multa colligam, in quibus alia remedia vi morbi superata nihil contulerint, in his theriaca exhibita præter omnem expectationem egregiè operatur: quamobrem & cholericis quibus iam vox intercepta erat, & cardiacis præ dolore ventriculi deficientibus exhibita, tanquã ad vitam eos reuocauit. Cæterùm omnia verbis consequi non possum, nec si possem, deceret, cũ ex hisce quæ hactenus recensuimus deducta vsus ratione, fœliciter vti theriaca possit in alijs etiã morbis qui supersunt. Nam qui ipsam adhuc magis extollere voluerunt reprehendendi sunt, ꝙ ei non medicas sed circularias promissiones attribuère, dum aurium theriacam dolores tollere, grauem auditum meliorem facere, hebetes oculos acuere, demissam vuam suspendere, & oris vlcera obducere, narrant. Calumnias siquidem ista laus antidoto potius q̃ commẽdationem affert: nam si minutos hosce morbos vili remedio sanare melius possumus, ignaui est id ipsum pretiosa antidoto minus consequi velle. Sed missa hæc faciamus, cùm adhuc de compositione theriacæ dicendum supersit. Indiget enim & hæc bræui quadam enarratione, siquidem Menecrates confusè ipsam protulit, quam nos in præsentia distinguemus. Ac cùm hedychroum medicamentũ, pastillos ex scilla, itemq; alios ex vipera capiat, nos prius hæc explicabimus quæ composita sunt & ipsa, tum alias simplices medicinas ex quibus theriaca miscetur, subiungemus. Hedychroum

B medicamentum ita conficies. Corticis radicum aspalathi, calami aromatici, costi, assari, ligni balsami, phu herbæ, amaraci, mastiches, singulorum pondo vi, florum iunci rotundi odorati pondo xij, cinnamomi pondo xij: amomi, casiæ, rha pontici, singulorum põdo xv: nardi indicæ, folij, singulo. pondo xvi: myrrhæ, croci, singu. pondo xij: vino falerno excipe, & dum concorporas opobalsamo iunge, tum vt in vmbra siccescant sinito. Pastillos Scilliticos ita conficiemus. Scillam luto circũquaq; tege, tectam in ignem quo thermæ calefiunt inijce, sequenti die eius quod intus est drach. cxx cape, & farinæ erui drach. lxxx: vbi commiscueris in pastillos redige. Pastillos autem Theriacales ita compones. Viperas quatuor vel quinq; flauas accipe: melius est autem paulo antè captas sumere quàm diu retentas, nam quæ multo tempore detẽtæ fuerint, magis venenosæ sunt: conijcere hoc ex ieiunis hominibus licet. Deinde ad quatuor digitorum mensurã vtrinq;, i. caput & caudam amputa, corium detrahe, viscera & intestina abijce, quod superest in ollam nouã conijcito, anethum adde: ferueat: cùm cocta fuerit, spinas diligẽter exime, latent enim plerunq;. Carnes vbi exquisitè collegeris, panis sicci quidem sed puri dimidium adijcies, cõmiscebis, opobalsamo q; assumpto massam totã in pastillos diuides, quos in vmbra siccabis. Ipsa verò Antidotus cui ab Andromacho qui primus ipsam composuit, nomẽ Galene hoc est Tranquilla, indi-

C tum est, quamuis alij qui ipsam ab eo susceperunt, vt Crito & Critonem secuti, ꝙ viperæ carnes

A ibidem. c. d acciperet, theriacam appellarint, hoc modo conficitur. Pastillorum "scillinorum, pondo xlviij, pastillorum theriacalium pondo xxiiij, pastillorum hedychroi pondo xxiiij, piperis nigri pondo xxiiij, lachrymarum papaueris pondo xxiiij: cinnamomi, iridis illyricæ, radicis dulcis, opobalsami, rosarum rubearum, scordij cretici, seminis napi i. rapi agrestis, agarici, singulorum pondo xij: croci, myrrhæ, zingiberis, rha pontici, radicum quinquefolij, calamenthi, marrubij, petroselini, stœchadis, costi, piperis longi, dictamni cretici, florum iunci rotundi odorati, thuris masculi, terebinthinæ chiæ, casiæ fistulæ nigræ, nardi indicæ, singulorum pondo vi: summitatum polij cretici, styracis, seminum seseleos, thlaspeos, ammeos, trixaginis, chamæpityos, succi hypocystidis, malabathri, nardi gallicæ, radicum gentianæ, anisi, mei, seminum fœniculi, sigilli lemnij, chalcitidis vstæ, amomi, carpobalsami, phu pontici, hyperici, acaciæ, cardamomi, gummi, singulorum pondo iiij: seminis dauci, chalbani, sagapeni, bituminis, succi panacis, castorij, centaureæ tenuis, aristolochiæ, singulorum pondo ii: mellis attici libras x, vini falerni sextaria duo. His ita paratis in mortarium conijce succum hypocystidis & glycyrrhizæ, myrrham, opium, sagapenum, styracem, acaciam, opopanacem, mel q́; paulatim instillando simul omnia contunde & dissolue, tantum q́;

D vini demum infunde vt superferatur. Hæc tribus diebus ita macerato: postea cinnamomum, crocum, casiam, nardum, thlaspim, malabathrum, sigillum Lemnium, chalcitim vstam (hæc enim nigro colore theriacam commendat si scitè combusta fuerit) amomum, bitumen, castorium, sigillatim quodq; contusum & cribratum in pilam mitte: & affundens vinum, ac si collyrium faceres, diligenter commisce. Postea quæ in mortario sunt in pilam transfunde, diligenter q́; commiscendo vinum q́; infundendo sicca omnia superadde, atq; in vnum corpus redige. Deinde mel, terebinthinam, chalbanum, opobalsamum, in cacabo tepefacta superinfunde ijs quæ in pila sunt, omnia'que in vnum corpus redige, & in vase stanneo argenteo'ue repone & vtere. Crito hoc plus de theriaca scriptum reliquit, Viperas vere finiente vel autumno comprehendendas esse, eligendas q́; illas quæ magnę & corpulentæ sint, anetho q́; imposito elixandas. Carnibus aũt è decem viperis collectis vnam panis siliginei vnciam admiscendam censet, atq; ita pastillos theriacales appellatos conficere. Rursus scillas messis tempore colligendas iubet, quòd eo tempore præcipuè vigeant.

GALENI DE ANTIDOTIS
LIBER PRIMVS

Iulio Martiano Rota Interprete.

Quid Antidotus sit, & Vnde Theriaca originem habuerit. CAP. I.

Edicamenta quæ non extrinsecus imposita, sed intus assumpta, malas corporis affectiones sanant, Antidotos medici vocãt: quarũ tres sunt omnes differentiæ. Nam aduersus exitiales potiones quædam faciũt: quædam ad feras valent, quę venenum ictu morsuue relinquũt: quędam excitis mala victus ratione morbis auxiliantur. Non nullæ verò tria hæc simul pollicẽtur, Cuiusmodi est quam Theriacam vocãt, quę ab Andromacho medico cõposita Mithridaticam pene antiquauit, ita & ipsam ab auctore suo dictã. Mithridates.n. iste, quemadmodum & apud nos Attalus, omnium fermè simplicium medicamẽtorũ quæ venenis aduersantur, sedulò vim expertus est in illis hominibus, qui morti condemnati fuerant. Repperit itaq; priuatim quædam phalangijs, quędam scorpionibus, quædam viperis, aduersari: Item eorum quæ ad exitiales potiones faciunt, illa aconito, hæc lepori marino, alia alij atq; alij veneno, remedium esse. Quæ omnia cõmiscens Mithridates, medicamentum vnum effecit, ex eo se sperans auxilium venenis omnibus præsens habiturum. Subsecutus autem multis pòst annis Andromachus inter Neronis medicos primus, non nullis additis, quibusdam ademptis, theriacen quam appellant, composuit, haud exiguam partem carnium viperæ quibus Mithridatica antidotus carebat, cæteris admiscens. Sane q; idcirco theriaca ad morsus viperæ plus Mithridatica valet: ad reliqua verò omnia non modò quicq; illa plus non põt, sed est in quibusdam inferior etiam. Neutra tñ eam vim habet post venenum accepta, quam antè sumpta habuisset. Nam portio antidoti quæ prius, & semel hausta, tutum à morte quempiam præstitisset, ea venenum subsecuta, nisi ad quadruplum quincuplum'ue aucta, non iuuabit: neq; id semel tãtùm, sed bis singulis quibus q; diebus hausta, faciet. Quòd si quis singulis diebus quemadmodum tempestate nostra Aurelius Antoninus Imperator, vel sicuti olim Mithridates solebat, antidotum capiat, nullis serpentum morsibus, nullis q; noxijs potionibus, læditur: Id quod ipsi Mithridati contigisse ferunt: qui cùm potius veneno mori, quã in potestatem Romanorum venire decreuisset, nihil inuenit quod se necare posset. Atq; Mithridati hoc quidem euenisse accepimus: Nos autem Antoninum scimus, quo se in primis tutum à veneno præstaret, singulis diebus tantum theriacæ quantum est Ægyptię fabę magnitudo, sumpsisse, interdum q; sine aqua aut vino eam deglutisse, interdum verò liquidi quippiam admiscendo ebibisse. Sed cũ ipsum quotidie, inter vitæ functiones quoq;, ꝓfundo somno corripi accidisset, papaueris succũ eximi iussisse. Quare rursus euénit vt, quia mos eius ita antea fuerat, ꝙ naturalem temperaturam corporis sicciorem haberet, & quia multis iam mensibus exiccantem antidotum accepisset, plurimam partẽ noctis insomnem duceret. Quamobrem coactus est denuo theriacam assumere quæ papaueris succum haberet, iam aliquo modo inueteratam. Dictum est autem à nobis aliàs sæpe huiusmodi medicamenta inueterata, mitiorem eum succum habere. Fuit autem hoc, quo tempore suscepto aduersum Germanos bello, & ille in prouincijs quæ secus Istrum sunt degeret, & ego me illum eò subsequi posse excusaueram. Verùm quia Imperator antidotum laudabat à Demetrio medicorum primario confectam, eo vita functo, Euphrati medicæ materiæ venditori, à quo simplices omnes medicinas ad theriacam conficiendam emebat, per literas significauit vt sibi renunciaret quis'nam medicus imperatoriam antidotum conficiẽti Demetrio affuisset: Ab eo itaq; cũ intellexisset me semper Demetrio quoties theriacam componeret, astitisse, tum quidẽ eam me ꝑ literas cõponere Antoninus iussit: Romam q; postmodũ reuersus, ꝙ ea ꝑcipuè delectatus fuisset, per-

contatus

A.l.5.fu.1.t.1. fol.524.a b

G

H

A contatus est, qua'nam simplicium couenientia ipsam miscuissem. Cui ego rem ita vt se habuerat, aperiens, retulit primum me quicquam eorum quæ ab antiquis Imperatorum medicis imponi consuetum fuerat, neque omisisse, neque addidisse: Deinde causam exposui, cur ipsi nostra cōpositio maximè placuisset: de qua nunc quoque dicere cùm nobis decretum sit, eorum quæ tunc facta fuerunt, mentionem feci. Nam Antoninus cùm singulis quibusque diebus magno cum studio theriacam sumeret, eius vitia virtutesque exactissimè dignoscebat.

Quomodo Theriaca Optima componatur. CAP. 2.

Conficitur autem pulcherrimè & hæc, & alia fermè quæcunque medicamenta, si eorum quæ imponūtur virtus cognita, & virtutum inter se proportio seruata fuerit. Pleriquè vero, quod primum esse deberet, ne sigillatim quidem vnūquodque eorum quàm bonum malum'ue sit dijudicare sciunt: quare nec virium inter sese proportionem scire possunt: & idcirco vbi plurima vel tempore vel genere debilia interdum immiserint, validum ac potens aliquod postea commiscent. Veluti olim quidam, qui cùm ab Ægyptijs petitum Thebis opium (id aūt est potētissimum) imposuisset, & gustu & viribus similem Philonio theriacam fecit. Idem rursus, cùm myrrhā quàm optimam pluribus inualidis admiscuisset, vt cæteris ipsa dominaretur effecit. Alius quoque similiter in croco B peccauit, & alius in sagapeno, vt & alius rursus in asphalto & galbano. Non pauci vero & duo & tria sic, vt diximus, valida debilibus admiscentes, in causa sunt, vt inualidis fortia præualeant. Atque artem quidem antidotos conficiendi, si quis acuto vir ingenio vel semel tantùm inspexerit, facilè discet: vt vero eorum quæ imponuntur notitiam consequamur, non semel, bis'ue, aut ter, sed sæpius admodum sigillatim quæque obseruasse necessum est, etiam si quis attentius ab aliquo cōmostrante ac verbis docente cuiusmodi sint, quæ sunt optima, discat. Quòd si nullo monstrante, ex libri alicuius lectione, quod genus est opus Heraclidis Tarentini, item Crateuæ, Dioscoridis, Nigri, Iollæ, Rufi Ephesij, aliorumque quorundam, in eorum cognitionem peruenire aliquis velit, longè maiori ipsi opus est inspectione, prius quàm exactè singularum medicinarum virtutes ac vitia dijudicare sciat. Nam qui simplices medicinas diuendunt vsque adeo callidè illarum quasdam concinnant, vt exercitatissimos etiam quosque ea in re viros decipiant. Quapropter optimum est multo antè eas sibi per amicum spectatæ fidei ibi cōparare, vbi electissimæ prouenire solent: vel illuc semel accedendo secum inde tantum earum asportare, quātum per totum vitæ spatium sufficere possit: cuiusmodi sunt fermè omnia quæ metalla nūcupantur. Cyprum itaque & nos hac de causa visere voluimus, vbi amicum magnæ auctoritatis hominem cùm haberemus, sodalem pro-C curatoris, qui Cæsaris nomine metallorum fodinis præerat, & cadmiam, & diphrygem, & spodiū, & pompholygem, & chalcitim, & misy, & sori, & ęs vstum, inde multum asportaui. Quemadmodum rursus è Palestina Syriæ balsami liquorem purissimum, nam bitumen Iudaicum ne fraudes quidem vllas admittit, sicut neque balsami fructus, neque lignum. Nauigaui quoque in Lemnum insulam, dij norunt, non alia de causa quàm vt Lemniā siue terram quis velit ipsam nominare, siue sigillum, agnoscerem: dictum est aūt à nobis satis superque de hac in nono de simplicibus medicinis libro. Hanc inquam siue terram, siue sigillum quis appellet, adeo quidam interpollant, vt veram à ficta dignoscere queat nemo, velut & quod lycium Indum appellatur, aliaque complura quæ non nisi magna cum difficultate secerni possunt ab adulterinis. Atque hæc per eos qui talibus in locis diuersantur conquirere opus est, vel per Præfectos & Senatores, qui illis regionibus præsunt, vel saltem per amicos ibi habitantes, quomodo me facere vidistis. Apportantur nanque mihi quędam ex magna Syria, quædam è Palæstina, quædam ex Ægypto, nō nulla è Cappadocia, ex Pōto alia, pleraque è Macedonia, & ex prouincijs ad occidentem positis quas Galli habitant & Hispani, & oppositas oras incolentes Mauri. Quæ'nam igitur quocunque in loco medicamenta optima proueniant, cùm alij, tùm Dioscorides verissimè scripsit. Nos vero, vt dicebā, ipsa comparare opus est, D eo quo diximus modo, præsertim si Romę habitemus, quò ex vniuersis gentibus quàm plurima quotannis aduehuntur. Multa quoque per ipsam Italiam partim sponte nascūtur: partim arte fiūt, veluti Dicearchiæ Puteoli nunc dictæ, ærugo, cerussa, æs, æris squama, ac quædam alia: & Romæ, lithargyrium hoc est argenti spuma. Non pauca verò penè singulis quibusque diebus Romam importantur, quæ è Sicilia & magna Libya quotannis æstiuo tempore aduehuntur, præsertimque è Creta. Multa nanque herbarij qui illic à Cæsare aluntur, non solum ipsi Cæsari, sed & toti Romanæ ciuitati, vasa hisce rebus plena mittunt, quæ quod viminibus contexta sint, textilia vocant. Tam multa itaque vasa Romam & in nationes alias è Creta afferuntur, vt nullius rei prorsus quæ ibi nascatur egeamus, non herbarum, non fructuum, non seminum, non radicum, non succorum. Ac reliqua licet omnia sincera quidem inde afferantur, succos tamen aliquot adulterari, quanquam rarò, contingit. Nam cùm herbarum copiam insula gignat, fraudulenter concinnare quicquam nō admodum curant herbarij qui in ea degunt: nec si curarent, magni, quemadmodū in alijs, ea fraus esset. Nam in succum absynthij quem solum conficere debuissent, marrubium quoque exprimunt, aut exiguum quippiam hoc genus interpollant. Quamobrem Romæ si quis vnguentarios adeat, qui singulis quibusque annis vasa illa textilia herbarum plena emunt, ab eis primo omnia hæc cognoscere poterit, etiam si nunquam antea ipsa vidisset. Deinde ex frequenti inspectione, quale sit

optimum quodq;, per se ipsum intelliget: qui.n.memores sunt eius quod superiori anno emerunt, cũ aliud melius illo vident, facilè hoc illi præstare dijudicant. Ex herbis siquidem quæcũq; vnà cũ semine summis ramusculis adhærente apportantur, pro cuiusq; tñ conditione, plurimũ seminis habentes, non habentibus: vegetas, exilibus: ponderosas, debilibus: cõpactas, flaccidis: tpe non consumptas, citò absumptis, potiores arbitrantur. Asinus planè is esset, qui ista cogitare nesciret. Atq; vt hæc percipere difficile non est, ita nec gustu & olfactu, quid optimũ sit, dijudicare laboriosum erit, hisce tñ qui eadẽ sæpe inspexerint: nam qua in re medicamentũ gustu olfactu q; tentatum excellit, id ea in re validius sui generis aliis est. Mel itaq; quod optimũ esse perhibetur, dulcissimũ est & acerrimũ, eo ꝙ mellis natura acrimoniã dulcedini iunctã habet. Quoties igitur mustũ è dulcibus vuis expressum ad dimidias tertias' ue coquendo deferbuerit, quãuis dulcedine melli non cedat, vt aqua tñ obtusum est, nec sensum vellicat: atqui mel eiusmodi non est, sed acrimoniã ita dulcedini iunctã habet, vt præstantissimũ id sit quod hisce duobus excellit. Ac primæ quidẽ optimi mellis notæ ex hisce sumuntur: secundæ verò ex accidentibus colliguntur naturam eius consequentibus, colore, odore & corpore. Colore nãq; luteum mel sit oportet: corpore verò neq; crassum, neq; concretũ, neq; valde dilutũ, sed vniforme totũ: atque ita tenax, vt si digito particulam ex ipso sustuleris, defluere q; permiseris, perinde atq; viscũ descendat, non cæsim, non frustatim. Quanq̃ ob ista mel optimũ quidẽ non est, sed cũ suapte natura optimũ est, tũ hæc se consequentia signa semper habet, ipsum q; idcirco optimũ esse ista significant. Quamobrem simplex quodq; medicamentũ sæpius quisq; contẽpletur admoneo, quò memoria teneat quantũ quodq; dulcedinis, aut acrimoniæ, aut alicuius sensilis qualitatis, habere possit: neq;.n.qualitatum gradus verbis vllis explicari queunt. Accedit præterea & aliud quoddã iudicij genus, quo vis vniuscuiusq; medicamenti perpenditur, longa experientia comparatũ, quod oratione declarari non põt. Mel quippe è Cnido aduectũ, si quis signa quæ modò retulimus attendat, optimũ adeo censebit, vt ipsum thasio & hymetio proximũ esse iudicet: quod tñ vbi consenuit, vitiũ haud paruũ ostendit, vini nanq; conditiones assumit. Idem quoq; rhodio accidit. Vnde quidã theriacã rhodio melle cũ admiscuisset: deindeq; tertio pòst anno ipsam mihi nõ modò gustu, sed ẽt odore, vinũ redolere inuentã ostendisset, & eã ego conspexissem: id quod euenerat, ex melle quod imposuerat accidisse dixi. Mirabatur autẽ ille. Tum ego rursus eũ interrogaui, nunquid & mel plurimũ coxisset, ipsum q; diutius despumasset. Quæ se fecisse cũ fateretur, ob hoc etiã mirabatur, ac si recõditi quippiã ex me audiuisset. Hic ego eius temeritatẽ dãnare cœpi, ꝙ ex sola librorũ lectione theriacã cõficere ausus foret. Alius quoque theriacã mihi videndam obtulit quã composuerat, acidam factã, causam q; sciscitabatur. Cũ ergo ex me cognouisset se plus vini quã par fuerat imposuisse, nec defæcati, nec antiqui: forsan ꝙ & plus panis quã decebat non ritè confecti viperinis carnibus admiscuisse, sic q; rem se habere fateretur: vt temerarius à nobis obiurgatus discessit.

Quod Vinum in Antidotis poni debeat. CAP. 3.

IN primis itaq; prouidendũ est, vt id vini genus imponamus, quod firmissimũ esse nobis experientia cõpertũ sit: tũ vt validũ quoq;, quod non amplius mutatũ iri per multos iã annos exploratũ nobis sit. Nã & debilissima vina, &, veluti quispiã diceret, aquosissima, vel magnopere austera, quæ q; præ cæteris acescere solent, nisi à primis annis acida fiant, integra postmodũ perseuerãt. Est aũt huiusmodi cõmutationis tẽpus alij aliud. Aquosis quidem non multorũ annorũ: ita.n.vina appellant colore alba, corpore tenuia, atq; vt diluantur non multæ aquę indiga. Demũ talia cũ sint, vt nec caput omnino petunt, ita nec corpus planè calefaciunt, nec ventris venarum q; concoctionẽ euidenter adiuuant, nec deniq; bene alendo corpori conducunt. Celerrimè omnium vina hæc inueterantur: appellant autẽ citò inueterari, periti harũ rerũ, ante tẽpus antiqui vini conditiones assumere. Sunt autẽ, acrimonia primum, qua planè calefacit, tũ amaritudo quoq; † ad quã subinde transit. Interdũ tñ & aquosa quædã vina ad vetustatẽ peruenisse vidimus, si primis tribus annis vel quatuor acida non euaserint. Potentia autẽ vnà & austera & alba vina cũ crassitie, quãq; post decennium etiã, non ritè seruata, acescere contingit: contingit & quã plurimo tpe vetustescere. Talia sunt in Italia Tiburtinũ, Signinũ, Marsum, & Surentinũ. Tiburtinũ nanq; & Marsum, austerũ est, & si improuidè reponat, acescit facilè: Signinũ verò validius, & minus acescit, inueteratum q; optimũ euadit. De Surentino aũt quid me dicere opus est? quod oẽs iam sciunt ante annũ fermè vigesimũ crudũ adhuc esse: vigesimo.n.tãdẽ anno viget, potui q; aptũ diu pseuerat, nec facilè amarescit, pstãtia q; cũ Falerno contendit. Contrarias his dispõnes aquosum vinum subit, Albanũ, Sabinũ, & quod in Gauro mõte nascit, qua parte Puteolos vrbẽ spectat: quod q; in collibus Neapoli vicinis orit, Aminæũ quidẽ nuncupatũ, sed tenue, nec tale quale in Sicilia & Bithynia nascit Aminæum. Nã licet apud has gentes nõ nihil tenuis & aquosi vini gignat, nõ tñ multũ abest à Sabino quod in Italia nascitur, neq; ab Arsinio & Titacazeno quod in Asia prouenit, aut ab eo quod à nostris Tibenũ vocat, ita à regione Tiba in qua cõficitur, denominatum. Atq; hæc omnia vina facilè in contrarias qualitates mutant, acidã dico, & amarã: acidam quidẽ à principio, amaram verò si postea perdurauerint. Locus tñ in quo vinum reponitur multũ facit, vt ad alterutram qualitatẽ mutetur. Optimus itaq; inter initia locus frigidus est, postea calidus, vel è cõtrario multùm

† Cod. impressi habẽt εἰς ἣν μετέστη. ἐνίοτε δὲ καὶ τοὺς ὑδατώδεις οἴνους ἀφικνουμένους ἐστὶν, εἰδεῖν, ὅταν γε. c. Antiquißimus tñ cod. habet εἰς ἣν ἐν ἔτεσιν ἐνίοτε δεκάτοις καὶ τοὺς ὑδατώδεις etc. i. ad quã in annis quandoque decem & aquosa uina peruenire uidere est, ubi primis &c.

E F G H

A multùm calidus primo: q̄m tepidus locus vina facile acida reddit. Si vero duobus aut tribus annis frigido loco reposita, bona manserint, in cellam calidam satis transferri postea desiderant, nec vnq̄ tepida temperata q; indigent. Reperiuntur tamen quædam vina vsqueadeo aquosa & debilia, vt frigus ne à principio quidem ferant: Quæ pater meus experiendi gratia cum in calidissimam cellam detulisset, stœbe cùm multa tum calida plenas lagœnas cōtexit: voti q; cōpos effectus, nunq̄ deinceps acidum vinum habuit, sed q̄ celerrimè vetus effectum. Quo modo aūt vnusquisq; cellā vinariam calidam sibi comparare possit, vt & pater meus, iam exponam. Apud nos omnibus in agris atria magna extruuntur, quæ focum in quo ignis accenditur, in medio habent: nec procul inde iumentorum præsepia sunt vel vtrinq; ex parte dextra & sinistra, vel ex altera saltem. Furni autem foco iuncti sunt ab anteriori parte, quæ ad fores totius domus spectat. Tales itaq; sunt domus oēs in agris etiam si frugalius ædificatæ sint. Nam quę maiori cura fabricatę sunt, exedram habent è regione ianuę sitam ad parietem qui intus est, & vtrinq; cubicula: quibus alię cellæ, quemadmodum & in multis cauponis in circuitu trium & sæpe quatuor atrij parietum dispositæ superincumbunt. Ex his aūt omnibus cellis ea plurimum ab vtroq; latere contegit, quæ exedrę instat, quam q̄ pater meus vino reponendo eligebat, quod in dolijs deferbuisset. Nam vt firmiora vina prius q̄

B ferueant in fidelias transferre, sic infirma calido in loco seruare, nostrates solent. Melior autē ad id ea cella est quæ ad meridiem spectat, & à septentrione auersa est. Herba verò quædam apud nos inuenitur fruticosa, calida, & acris valde, parumper redolens, quam incolę colymbadem, alij stœbē appellant, ad præseruandum vina aptissima. In hac itaq; fidelias rustici collocant, atq; parietē vnū superioris cellæ qui in atrium respicit, in quo furnum & focum esse diximus, amplis fenestris aperiunt, agnoscētes calorem per fenestras ingressurum cellam, in qua fideliæ repositæ sunt. Cella igit vinaria partim calore ex atrio ascendente calefacta, partim herba stœbe fota, vinum quodcunque repositum acescere non sinit. Quòd si quis magis adhuc hoc consequi, nec vnq̄ aberrare, desiderat, vinum fideliis infundat non nouis, sed aliis, è quibus antiquum vinum iam exhaustum sit. Similem quoq; morem seruandi vinum & in Italia obseruaui, in agro Neapolitano, & Neapoli vicino colle, quem Trifolium appellant: multis q; aliis in locis Italos accepi, ita vinum calefaciendo præseruare. Verum eiusmodi vinum vt firmius euadit, sic & capitis dolorem facilius parit, eam q; ex fumo qualitatē acquirit. Fugienda sunt autem oīa eiusmodi vina nec medicamentis admiscenda, quæ corpus intrant: nam in emplastris & id genus aliis medicaminibus quæ foris admouētur, si optima desint, talibus quoq; vti nihil prohibet. Eligenda sunt itaq; in conficiendis antidotis vi

C na suapte natura firma, inter quæ Falernum non hac re solùm excellit, verum & omnibus aliis dotibus antistat: eligendum q; ex falernis id quod non dum est vetustate amarum, vt aliqui faciunt, hac in re ab iis qui theriacam ritè conficiunt, aberrantes. Cùm enim audierint id quod semper ab omnibus dici solet, senescere cætera temporis diuturnitate præter vina, summè vetustum vinum admiscent. Neq; verò hac in re vna delinquunt, sed in alia etiam peccant, dum ex eo quantum admiscere debeant, coniectare nesciunt, q̄ in libris medicinarū compositionem continentibus quantum vini infundere conueniat, expressum non sit. Cum aūt Falerni genera duo reperiantur quæ sese virtute nihilo superant, dulcius, quod Faustianum propriè appellant, gratiorem antidotum facit. Quemadmodum ergo qui fugiens vinum & acescere solitum antidotis adhibent, magnopere peccant, nam tametsi nullum de se vitium habeat, commistum tn̄ rebus alijs plerunq; acescit: sic et qui Falernum eximiæ vetustatis immittunt, errant: ipsum nanq; antidotos amaras reddit.

De Melle Componendis Antidotis idoneo. CAP. 4.

MEl quoq; vetus admodum alius quidam medicus, vt & de falerno vino diximus, imponebat, tali ratione motus. Si mel quod optimum antea videbatur admistū antidotis vinosum effectum est, tutius est multo illud mel admiscere, quod sicut & vinum, temporis longitudine con-

D stet incorruptum esse. Atque hoc sanè mel vetustate subamarum tum fuit: postea que plus etiam quàm par fuerat coctum, magis adhuc amarum euasit, id quod omni vetusto melli, simulatq; decoctum fuerit, euenire solet. Atq; hoc admirabile non est, cùm etiam si coctum non sit, dulcedinem tn̄ cùm amaritudine vetustate commutet. Pater meus mel quoddā habuit ita amarum ac si in Ponto natum foret, eo in tractu, vbi ex absinthio apes mel colligunt. Id ipsum tamen & Atheniense et optimum fuisse dicebat, verùm temporis diuturnitate amarum euasisse. Hoc quoniam inutile mihi videbatur etiā post patris obitum, nunc vsq; seruamus, amarū'que adhuc plus quā tunc fuerat effectum est, & nigrius: non tn̄ crassius multo euasit, id quod mellis optimi præcipuum indicium est. Siquidem mel quod in Eleunte Chersonesi nascitur illo in loco, vbi Protesilai fanum extat, quāuis diu easdem conditiones habeat quas & hymetiū, crassius tamen & conglobatius processu temporis efficitur. Conijcienda sunt igitur in antidotos mella quantùm fieri potest, optima, hymetia, thasia, aut certè attica: quibus si careamus e Cycladibus aduectū mel imponemus quodcūque similius attico fuerit. Quanquam in Isthmo quoque bonum mel prouenit, ita Isthmiacum, à loco vbi nascitur, cognominatū: Sicut & Tubreū, quod & ipsum, nomē adeptū est. Celebrata autē mella hæc sunt. Nā mel in alijs etiā regionibus optimū conficit, sed cū ob exiguitatē ab incolis totum absumatur, in alias prouincias nō exit, nomen q; idcirco vllū non habet. Nostra siquidē in

Asia

Asia collis quidam inter Pergamum & Eleam vrbem maritimam porrigit, thymo scatẽs, in quo E apes optimum mel reponunt, quod ibidem totum absumitur: occurrit aũt collis iste à læua Pergamo Eleã abeunti, viæ tñ vicinus non est. In Mysia quoq; qua parte nostræ prouinciæ finitima est, tractus occurrit, quem Britum nominant, in quo mel attico simile penitus magna cum admiratione conspexi, quãquã deteriora planè mella ibi quoq; proueniant. Extabat aũt ibi quoq; monticulus quidam non magnus, saxosus totus, thymo & origano plenus, ad cuius radices agri cytiso quã plurimo abundabant. Ex eo collis dominus mel vsqueadeo dulce colligebat, vt hac in parte atticum ẽt superaret: acre tamen, vt atticum non erat: statim q; idcirco se gustantes subuertebat, et nauseam citò commouebat, si paulo liberalius comesum fuisset. Hoc siquidẽ de cytiso scriptores vno ore tradunt, apes ex cytisi floribus plurimum mellis excerpere. Fruticosa verò planta Cytisus est eã altitudinem attingens, ad quam myrtus crescit. Dicta autem à nobis hæc sunt, non solùm ad vtilitatem medicorum qui Romæ diuersantur, quò singulis annis optima quæq; ex omnibus prouincijs comportantur, sed etiam ad commoditatem eorum qui in cæteris orbis terrarum partibus degunt. Nam si rerum optimarum notas agnoscent, eximia quæq; eligere scient, quæ apud ipsos in suburbanis & vicinis agris populis've nascuntur. Philonium igitur si quis conficere velit, aut aliquam aliam minorem antidotum, medicinis non eget ad summum optimis. At si vel mithridaticam, vel theriacam, vel aliquam aliam maiorem antidotum, componere moliatur, quæ & multa comprendat, & cinnamomum accipiat, optimis quibusq; indiget medicinis. Quæ qm̃ alio in tractu quã Romæ haberi non possunt, propterea tales antidotos Romæ conficiunt non solum optimi quiq; medici, sed etiam vnguentarij. Qui tametsi oẽs in earum compositione nunc plus nunc minus impingant, eas tñ vsui non inutiles conficiunt. Quo tempore igitur Antoninus imperabat, theriaca à multis diuitibus parabatur: deerant q; idcirco non nunq; eorum quæ difficulter haberi possunt, simplicia quędam. Est enim admiratione dignum quantopere diuites principum mores vel imitentur: vel, si non imitentur, videri saltem velint. Nam postq; ex humanis Antoninus excessit, pauci amplius aut theriacam aut mithridatum conficiunt. Cæterum vt Romæ potius q; alibi medicinæ simplices optimæ, oẽs haberi possunt, sic quoq; ab eo qui Romæ Cæsarum antidotos conficit, singula multo magis perfecta habenť, Vinum falernum, mel hymettium, opobalsamũ Syriacum, quod à loco in quo plurimum & optimum prouenit alterum quoq; nomẽ accepit, Sagadinum q; dicitur, cunctis alijs melius quæ in Palestinæ prædijs colliguntur. Quantum verò falernum vinum eo quod caupones vendunt, præstantius est, tm̃ Ægyptio opobalsamo sagadinũ vocatum antistat. Is igitur cui theriacam Cæsari conficere obtigerit, vt & mihi contigit, modò singulas medicinę cuiusq; dotes exactè noscat, optimum proculdubio antidotum conficiet. Nam cũ G optima quæq; Imperatoribus vndecunq; afferantur, ex optimis quoq; denuò præstãtissima seligẽtur. Equidem ipse vini falerni ætate perlecta quæ singulis in fidelijs descripta fuerat, id tantum gustabam quod vigesimum annum excessisset: inde q; initio facto ad id vsq; perueniebã quod subamarum non dum foret. Id enim vinum optimum quo ad ætatem censeo, quod vetustissimũ quidem est, non dum tñ amaritudinem aliq; assumpsit. Ex mellis quoq; hymetij copia quæ in Imperatorum apothecis plurima erant, bimum gustabam, id q; rursus eligebam quod dulcissimum & acre plus esset: hoc enim & recenti & magis inueterato pręstat. Cæterum quia non modò regias opes tractantibus, sed omnibus quoq; alijs medicis, hãc componendi artem vtilem esse volumus, idcircò quædam adhuc subiungemus, in primis q; illud, Mella Athenis multa diuendi, quæ thymum multum in imo vase occultatum, atq; ideo aspectui non obuium habẽt: acrimoniam autem id melli parit, & processu temporis in superficiem enatat, quemadmodum, & quicquid aliud melli incidit. Tale autem mel est penè omne quod Romæ venale proponitur, nisi ipsum qui afferunt prius commisceant, thymum q; quod supernatat omne auferant, vt vulgo ex gustato melle, thymi saporem q̃ plurimũ percipienti, facilius imponant. Verum hic sapor non nisi in vitiato melle contingit. Quam ob rem si quis thymi saporem habere mel senserit, modò expositas fraudes subesse intelligat. Mel siquidem optimum quãuis thymi acrimoniam præ se ferat, non tñ eius odorem reddit, aut gustum tantopere vellicat. Ac de mellis quidem optimi conditionibus hactenus, nã quoadusq; coquere ipsum conueniat, mox docebimus, cum de theriacæ compositione loquemur. Interea verò ea de vino subiungemus quę paulo antè dicere omiseramus. H

Conquirenda esse Quauis in regione, Mella, Vina, Simplices medicinas. CAP. 5.

IN Asia nanq; si antidotos conficere volueris aut aliqua alia in gente, vino q; ad medicamẽtum requisito carueris, vinum conquires fuluum quidem colore: nam neq; nigrum, neq; albũ, neq; rubicundũ, eiusmodi antidotis conuenit. Corpore autem ita tenue esse debet, vt oculis peruiũ sit et transpareat. Gustum verò talem prę se ferat, qualem modò falernum habere dicebamus, non dum quidem amarũ, non tamen adhuc ob iuuentam crudũ. Subijciam autẽ in exemplũ quę nam vina talia sint, nominatim q; ipsa quę in nostra Asia proueniunt, cõmemorabo. Antiqui.n. medici, etiã ante quàm Romanorũ Imperiũ creuisset, & falernum vinũ famam adeptũ esset, eorũ nomina suis libris cõmisere, sunt q; tria hæc in Asia à medicis celebrata vina, Chiũ quod in Chio insula nascit: Ariusiũ ab eo tractu, in quo prouenit, cognominatũ: Lesbium ita de nomine totius insulę, in qua oritur,

A oritur,appellatum: & Tmolite à monte Ciliciæ vnde aduehitur,cui Tmolus nomen est, vocabulum adeptum. Perspicuum autem est ex his optimum eligendum esse per ea signa quæ superius exposui. Nam,vt de melle quoq; dicebam,quemadmodum id quod in Attica nascitur, omne ferè bonum est, & inter attica mella hymetium principatum obtinet, postea ab illo thasium: sic cùm multa vina in Lesbo gignantur,id quod fuluum nec corpulentum est,& bene olet,minimum'que constipat,& dulcedinem modicam quidem non tamen obscuram habet, Lesbium propriè nuncupatur. Optimum q; in Eresso vrbe huiusmodi vinū prouenit: deinde ab hoc scdm in Methymna, & tertium Mitylene gignitur: quorum omnium præcipuum is eliget qui notis antedictis vinum dijudicat. Vinum enim id ex omnibus aptius erit ad componendū antidotos, quod & odoratius, & dulcius,& tenuius fuerit: quod genus est lesbium & ariusium,quæ duo parum inter se differūt. At tmolite & falernum eiusmodi non sunt,sed duo vini genera,alterum dulce: alterum nec dulce, nec austerum,sed inter dulcia & austera medium. Injciemus ergo in theriacā vinum quod est dulce,non quia præ cæteris vim aliquam antidotis afferat,sed quia illarum gustum gratiorem reddit: cui operam dare conuenit, in hisce medicinis quæ intrò assumimus, presertim cùm amara inter se q; plura cōtinuerint,quod genus est theriaca & mithridatum. Nam & omnes alias simplices me-
B dicinas,quas longa experientia serpentibus aduersari compertū est,amaras esse constat: velut cùm eas tractabimus apparebit. Homerus autem,vt ex verbis eius colligitur, quæcunq; dolores etiam
« amouent, amara putat. Inquit enim, Radicem q; addit amaram Compressam manibus, cunctos
« quæ sola dolores, Abstulit. Medicus autem omnium stirpium,si fieri potest,peritiam habeat consulo: sin minus, plurium saltem, quibus frequenter vtimur. Sunt autem ipsarum genera,vel si sic ea denominare velis,differentię hæ,arbores, frutices,herbæ,spinę,virgulta. Hæc enim quisquis toto ætatis illarum decursu nouerit, multis in partibus orbis terrarū reperiet: Vt & ego in Italia multis in locis inueni,quæ nec quando pullulant,nec quando crescunt, nouerunt isti qui siccas stirpes tantummodo cognoscunt. Nullus itaq; Romæ vnguentarius extat qui Creta allatas herbas, & ipsarum semina, non agnoscat: at in suburbanis vrbis non paucas ex ipsis nascentes prorsus ignorant: idcirco q; nec quo tēpore semen ferant,obseruāt. Ipse verò,& chamępityn,& chamędryn,& thlaspim,& centaureā,& hypericum,& poliū,& id genus herbas alias Romæ vidi, quas obseruato tempore quo vigent,neq; æstiuo Sole arefactas,neque citius quàm par fuit euulsas collegi, non dum concoctis seminibus aut maturis. Compositarum nanque medicinarum virtus ex simpliciū vigore consurgit,parua quadam interueniente differentia ex componendi arte: ad quam explicā-
C dam mox deueniemus, si prius quo pacto simplicia medicamenta inter se aptè componi possint, expressero. Quoniam verò quædam formulæ compositionis artem continentes, mendosè conscriptæ sunt, dum alij illarum descriptiones petentibus exhibendo dedita opera mentiuntur: alij exemplaria quæ à maioribus integra acceperunt,peruersa minoribus tradunt (nam libri qui in bibliothecis repositi sunt,cum numeros notis designatos contineant, facilè deprauantur, siquidem ε modo in θ,modo in ο,transit,& ι quoq; & ν reciprocant: vna enim linea addita ι, in ν mutatur, & ex duabus altera detracta, ι remanet) idcirco, sicut Menecrates librum conscripsit quem integris literis Imperator inscribit,in quo septem duarum syllabarum voce,non his notis solum vij,significantur: & viginti,trisyllabica dictione designantur,non autem his literis xx: & quadraginta, quatuor syllabis, & non his solummodo figuris xl: item q; alijs in numeris, eodem modo fecit: ita & ego faciam. Andromachum quoq; summopere commendo, qui theriacam ipsam, vt & alii quidam carminibus celebrauit. Nam Damocrates nō theriacam solùm, sed quascunq; etiam alias medicinas versibus conscripsit, rectè sanè: ita nanq; ab improbis peruerti medicamenta minimè possunt. Verùm Andromachi primùm nos in præsentia carmen subiungemus.

D ANDROMACHI SENIORIS THERIACA QVAE VIPERAS HABET, ET TRANQVILLA COGNOMINATVR, AD D. NERONEM CAP. 6.



Ntidotum multis insignem viribus audi — *Theriacæ Dedicatio.*
Cæsar,qui nobis ocia tuta facis.
Tranquilla hæc,Hilaris q; suo,pariter q; Serena, — *Theriacæ Nomina.*
Nomine,cyaneos non timet vna sinus.
Non si quis cupidis expressa papauera labris — *Ad Venena.*
Hauserit,exitium pocula sumpta ferent.
Non si quis gelida compleuerit ora cicuta,
Siquis hyoscyamum,siue aconita bibat.
Non si cantharides,aut præsens morte venenum
Colchi tuum sumat,feruida Thapse tuum.
Arida non dipsas,non clarus fraude cerastes, — *Ad Serpentes.*
Non feret impresso vipera dente necem.

Incassum

Incassum cauda consurget scorpius vnca: E
Nec subitos luctus aspis iniqua dabit.
Non ptyas audebit calido progressa cubili,
Vt prius aduersa comminus ire via.
Nullus ob hæmorrhi stillabit vulnera sanguis:
Nec tumidos faciet pressa dryina pedes.
Claudere non cogent odiosa phalangia summum,
Concussu tremulo frigoribus q; diem:
Non hydrus. Nec vbi torret Sol æquora cancro,
Cùm petit arua minax, concitus atq; furit,
Ora trahens multa chersydrus cæde cruenta,
Supremum vitæ ducet in exitium.
Hac fidens æstu per rura vagabere Cæsar,
In Lybico quamuis progrediare solo.
Nil oberit sicci tibi ruris alumna rubeta,
Nil geminum tollens amphisibæna caput. F
Hæc rursus stomacho præsens medicina tumenti est:
Hæc ab anhelanti pectore tollit onus:

Ad Grauiores Morbos.

Aut intus toto cùm spiritus vndiq; ventre
Fluctuat, & surdis viscera pulsat aquis:
Dira q; cùm miserum dirumpunt tormina ventrem,
Et saliunt longi membra dolore coli.
Sanat item croceo suffusos ora colore,
Regius is solito nomine morbus erit.
Hi positas nolunt miseri contingere mensas,
Nec, si quis vitæ tempora longa daret.
Sed sibi dissimiles oculis animi q; dolore,
Contemnunt medicæ, quis putet? artis opem.
Inuadet quoties hydrops mala, corpora liuor
Inficit, hac fies liber ab antidoto.
Hinc hebetes oculi sibi pristina lumina sument. G
Hac phthisis incipiens victa recedit ope.
Sola potest in se collectos soluere neruos,
Pendula tunc aliquis tenta'ue colla gerit.
Nec sinit vt membrana, leues quæ pectore ab imo
Sepsit pulmones, victa tumore premat.
Hac etiam magno vesica dolore leuari,
Horrifici stimulis vlceris icta solet.
Sola potest clausos penis reserare meatus,
Irrita quos vrit, sollicitat q; Venus.
Cinxerunt lumbos renum quandoq; dolores,
Hauriat hæc aliquis pocula, sanus erit.
Sola potest eadem multis accepta diebus,
Tollere de læso pectore puris onus.
Neu te dira lues, neu lædat noxius aer,
Hanc cape, cum primo est Sole reuecta dies. H
Hac q; canum rabiem fato impendente fugabis,
Cùm trepidat moriens, & sitit æger aquas.
Insomnes demum quibus est mos ducere noctes,
Conciliat somnum, peruigiles q; leuat.
Pondus erit quantum creuit faba, quam pater atro
Atq; restagnanti flumine, Nilus alit.

Dosis Theriacæ.

Ipse tribus cyathis præscriptum dilue pondus
Antidoti, cyathis igne calentis aquæ.

Assumptionis Modus.

Sic commista, tibi vel claro mane bibatur,
Vel cùm nox primam protulit orta facem.

Assumptionis Tempus.

Morbi certa dabit crudi solatia, mane
Sumpta, quibus tristis lux solet esse magis.
Vespere, cui magnos nox aduehit atra labores,
Languenti custos atq; leuamen erit.
At qui calcati morsu serpentis anhelat,

Ignarus

A Ignarus'ue doli toxica nigra bibit,
Et cùm mane nouum, & cùm se Sol abdidit vndis,
Sumat, ab æquali pondere tutus erit.
Hactenus & pondus, vires q;, & tempora Cæsar.
Quod superest, dicam quo facienda modo.
Vipera principio, cura obseruata procaci, *Pastilli ex Viperis.*
Protinus est celeri corripienda manu.
Namq; vbi tristem hyemem pepulit clementior aura,
Arcta solet cæcæ linquere lustra domus.
Et passim violis carpit vernantia prata,
Dum viridis quærit semina fœniculi.
Nam facit hæc cernant serpentes acrius herba,
Quos alit in cladem tarde bubulce tuam.
Deprensis igitur summum caput, ima q; cauda,
Demenda, hinc quicquid venter inanis habet.
B Infert nam sæuos hinc atq; hinc vipera luctus,
Et squammis caudæ dira venena tegit.
Ceruicis q; ideo tantum caudæ q; secabis,
In pugnum quantum est alta reducta manus.
Sanguine sed mistum caueas stillante venenum,
Vere hilarem nam sic experiere diem.
Hæc vbi rite tibi fuerint perfecta, subinde
Vipereas carnes fictilis olla coquat.
Ante tamen misces frondem graue olentis anethi,
Et quantum satis est prouidus indis aquæ.
At cùm panda fluunt resoluti corporis ossa,
Cum q; tument flauæ noxia terga feræ,
Exime vipereas, confusa cadauera, carnes:
Exemptas, longa ventilet aura mora.
Hinc spinas tacita prudens subducito mente,
C Quas bene si tractes sentiet apta manus.
Adde laboratum panem, ne vipera formam
Tusa neget rotulis, ne pereat'ue liquor.
In q; cauo dudum postquam hæc versaueris orbe,
Finge rotas, aptum det quibus vmbra locum.
Inde capillato Scillam cum cortice sumptam, *Pastilli è Scilla.*
Pulte linas, medio constituas q; foco.
Ac cineris rutili cumulos superingere, donec
Reddatur scillæ mollius igne caput.
Signa dabit feruens potitos cum discutit ignes:
Excute, & vt leues dempseris exuuias,
Tres scillæ partes, erui compone duabus,
Pistillo q; crepet concaua pila diu.
Ac minimos tandem contusa premantur in orbes,
Quos procul à radijs mitior vmbra tegat.
D His igitur lancem primum cumulabis, & octo *Primus ingredientium ordo xlviij.*
Bis q; decem drachmas accipe, bis q; decem.
Dimidium superadde rotæ, quam vipera fecit, *Secundus xxiiij.*
Et piperis longi sit quoq; pondus idem.
Sit q; opij tantum, tantum medicaminis eius
Quod grati nomen magma coloris habet.
Inde quater ternas mutato pondere drachmas *Tertius xij.*
Iridis, & siccæ protinus adde rosæ.
Addaturq; tui radix dulcissima succi,
Et dulcis tantum seminis inde napi.
Scordion iungas, & odoribus inclyta semper
Balsama, qui syrio mittitur orbe liquor.
Tum quæ suspendas æquata cinnama lance
Conijce, & agarici par quoq; pondus eat.
Hinc superest myrrham, costum q; specu q; reuulsum *Quartus ordo vi.*
Corycio fragrans imposuisse crocum.

Et

Et casiæ calamos,& quam tulit India nardum, E
Te'q; Arabi schœnum gloria prima soli.
Inde nigrum coniunge piper,thuris'q; nitorem,
Diuite quod fœlix rure Sabæus alit.
Nec tu dictamnum,nec tu quoq; pontica rheon
Defueris,stœchas,marrubium'q; virens,
Atq; apium petris quod nasceris,& calaminthe,
Afra'q; cum lachrimis ò terebinthe tuis,
Et folijs gramen quinis,& zingiber ardens:
Singula sed drachmas sex tibi quæq; trahant.
His etiam polium drachmis se quatuor addet, *Quintus ordo iiij.*
Addet se polio proxima pinus humi.
Cum'q; racemifero Celtarum nardus amomo,
Et styracis lentor,feruida'q; herba meon.
Atq; humilis quercus semen,Ponto'q; petita
Phu,quibus accedet Lemnia terra comes. F
Nec non malabathri folium,miscebis & assam
Chalcitim,fibras gentiadas'q; simul.
Inde tenax gummi,pressa'q; hypocistide succus
Adsit,& hinc fructus balsame parua tui.
His etiam anisum,seselim'q; his iungere mollem,
His cardamomum, fœniculum'q; velis.
Atq; atram lachrimam,Nili quam spina remittit,
Quæq; suo thlaspis semine nomen habet.
Hypericon rursum,pallens miscebis & ammin,
Nec drachmis totidem plus sagapenus eat.
Pondere dimidio tum quos sibi Castor ad Istrum *Sextus ordo ij.*
Ore secat testes,imposuisse decet.
Quis nec Aristolochi radix,siccum'q; bitumen,
Candida nec desint semina dauce tua.
Deniq; cum panacis succum,centaurion atq; G
Addideris,finem chalbanus ipsa dabit.
Antiquo primum solues tamen omnia vino, *Commistionis Modus.*
Humida quæ fuerint,vt liquor & lachrimæ.
Tum quæ sicca vides,postquam contusa minutim,
Cecropio pariter iungere melle velis.
Hæc qui nos primus docuisti maxime Pæan *Aesculapij Inuocatio.*
Adsis,seu Triccæ te iuga summa iuuant,
Seu Burrina magis,Rhodos,aut Epidauria tellus,
Adsis,& Regi fer tua dona meo,
Stirpe tua natam Panaceam,namq; salutem
Ille datam puro semper honore colet.

Andromachi Iunioris Theriacæ descriptio. CAP. 7.

HÆc quæ senior Andromachus de theriaca cõscripsit, Andromachus filius in eo libro cui titulus est de Medicinis intro assumendis,his verbis explicat: non tamẽ equestri, vt pater, sed pedestri vtitur oratione. Antidotus Galene i. Trãquilla cognominata ad oẽm malam internã'q; H corporis affectionẽ,præcipue'q; ad vẽtriculi vitia & venena,febres'q; per circuitũ inuadẽtes. Habet "autem pastillorum scillicorum ʒ xlviij: pastillorum theriacalium,spissamenti hedychroi,piperis nigri, opij, singulorum ʒ xxiiij: rosarum siccarum, scordij cretici, seminis napi, iridis illyricæ, agarici pontici, cinnamomi, succi radicis dulcis, opobalsami, singulorum ʒ xij: myrrhæ, croci, zingiberis, rhei pontici, radicum quinquefolij, nepitæ, marrubij, petroselini, stœchadis, costi, piperis longi,dictamni,florum iunci rotundi odorati, thuris, terebinthinæ,casiæ fistulæ, nardi indicæ, singulorum ʒ vi: polij cretici, seseleos, styracis, thlaspeos, ameos, chamædryos, chamæpityos,succi hypocysthidis,malabathri,nardi celticæ, radicum gentianæ, anisi, mei athamantici, seminis fœniculi,rubricæ lemniæ,chalcitidis vstæ,amomi †, phu pontici, fructus balsami, hyperici, acaciæ, gummi, cardamomi, singulorum ʒ iiij: seminis dauci, chalbani, sagapeni, opopanacis, asphalti, castorij, centaureæ tenuis, aristolochiæ tenuis, singulorum ʒ ij: mellis attici drachmas noningentas sexaginta,vini ʒ tercẽtum viginti. Hęc Andromachus iunior soluta oratione cum scribat, potest qui non intelligit, omnia quæ senex Andromachus elegiaco versu tradidit, hinc ea conquirere.Quam ob rem & nos eorum quæ obscurius ibi dicuntur, expositionem omisimus operis prolixitatem veriti. Vnum tantum demirati sumus, iuniorem Andromachum, dum

A.l.5.su.1. fol.523.c

† acori, additur in impressis.

connumeraret

A connumeraret simplices medicinas quæ antidotum hanc faciunt, in locum calamenthi, nepitam retulisse, sic enim Romani calamenthum vocant. Non decuit autem ipsum qui cætera Græce scribebat, hanc solam Romanam vocem Græcis vocabulis interponere. Vna autem in re tantũ hæc ab ea differt quæ carminibus descripta est, ꝙ illa piperis longi ʒ xxiiij, nigri sex habet: hæc autem prosa oratione descripta nigri xxiiij, longi vi continet. Quoniam vero, vt dixi, multa exemplaria medicinarum pondus mendosum habent, idcirco ipsum non notis, sed integris vocabulis, primũ apposui, Menecratis iudiciũ hac in parte secutus. Deinde quia Andromachi versus obscuriores videbantur, Damocratis iambos eamet de re aperte admodũ conscriptos, subiungere decreui. Verum hoc paulo post fiet: in præsentia nanq; qm̃ ex simplicibus medicamentis quæ huic antidoto imponuntur, à nobis aliquot iã exposita sunt, reliqua deinceps subnectere melius esse visum est.

De Compositione Pastillorum ex Viperis. CAP. 8.

..l.5.fu.1.t.1. ol.523.f VIperas non, vt aliqui faciunt, æstate media, neq; statim vbi cauernas egressæ fuerint, venari conuenit: æstate siquidem earum carnes sitim excitant, statim q; ab egressu frigidæ siccæ & extenuatæ sunt. Opportunum itaq; tẽpus est quod ijs medium intercedit, quod q; Andromachus ipse significauit: quo tempore & qui libero patri sacra faciunt, viperas lacerãt, vere quidẽ finien-B te, non dum tamen æstate incipiente: vel si ver quoad magnam suã partem hyemale fuerit, circa principium æstatis, non multo post pleiadum ortum. Viperas autem quę prægnãtes sunt, rejcere oportet: aliarum vero caput ac caudam abscidere, quæ partes venenatæ etiam plus esse videntur, & duras paucas q; carnes continere. Sufficiet autem in magnis viperis si id, quod vtrinq; amputabimus, quatuor digitorum mensuram non excedat. His peractis reliquum corpus intestinis exemptis pelle que detracta aquis primo abluendum, atq; in vas fictile conijciendum est: deinde aqua pura superinfusa, & anetho quod tunc viget, ollæ prunas vt coquatur subijciemus: vel arida ligna quæ ꝙ fumum non emittant, ἄκαπνα vocant: vel quod melius adhuc est, vitiũ sarmenta. Salis autem si suo tempore viperas ceperis, tãtillum immittere oportet: sin æstate iam incipiente, nihil. Omittere insuper eas conuenit quæ maritima loca, quæ'ue in aliqua salsa aquarum lacuna, degunt. Antidotus enim quæ eiusmodi viperas acceperit, sitim excitabit. Viperas igitur cum ita coctæ fuerint ac si quis ipsas comedere vellet, ab iure primum eximemus: deinde illarum carnes ita à spinis auellemus, vt spinam aliquã non accipiamus: auulsas carnes exquisite conteremus: panis ex purissima farina confecti optime q; siccati, qui præcipue & bene fermentatus sit, et in furno non sub clibano coctus, modicum quiddam admiscebimus. Non nulli tamen in commiscendo pa-C nem viperis hanc mensuram seruandam præcipiunt, vt panis pondus viperinarum carnium dimidio minus sit: alij ne tertiam partem excedat malunt. Ego vero quandoq; quartam, quandoq; & quintam, panis imposui. Cæterum nisi bene coctus fuerit, periculum aliquod acoris imminet medicamento. Melius est igitur panem hunc ita coctũ per aliquot dies loco aliquo sicciori prius exiccasse. Verum cum viperas & panem coniunxeris, diligenter q; adeo subegeris, vt nulla viperinæ carnis particula non contusa remanserit, pastillos ex ea massa conficito, qui tenues sint: nam crassi cũ difficulter siccescere soleant, & carnem putrescere, & panem acescere sinunt. Quã ob rem panem quoq; ante siccatum terere satius est, & non quẽadmodum ante nos qui Cęsari theriacam faciebant, viperarum iure maceratum. Quam rem ipse quoq; diu feci, sed mihi postea melius esse visum est, panem antea contritum, viperarum carnibus exacte iã subactis admiscere: citius nãque pastilli siccescunt qui siccum panẽ non madidum acceperint. Sit autem cella in qua pastillos arefacies, in superiori domus parte ad meridiem conuersa: vel saltem ad septentrionem non respiciat, vt Solis radios tota penè die accipiat. Tali enim in loco commode siccescẽt, statim à compositione ibi collocati, quò solares radij peruenire non possunt. Fræquenter autem ipsos cõuertere opus erit, vt æqualiter vtraq; ex parte siccescant, quod facere si quis omiserit, superior quidem pars cele-D riter arescet, inferior autem humida diutius permanebit, periculũ q; erit ne marcescant. Postea vero ꝙ exiccati fuerint, maneant adhuc aliquot diebus eadem in cella longius q̃ prius à Solis radijs, sæpe q; denuo conuertantur. Sufficient autem ad hæc omnia quindecim dies ad summum: post quod tempus, donec theriacã conficere volueris, recondi debent in vase stãneo, aut vitreo, aut etiã aureo. Vitro siquidem & auro nihil fraudulenter admisceri potest: Stannũ autem plumbo adulteratur, quod vitare conueniet, non solum in hac antidoto, sed & in quibuscunq; alijs medicinis: Quẽadmodum & argentum, si purũ non fuerit, vasa nanq; ex eo fabricata celerrime rubiginẽ con trahunt: purũ autẽ argentum Romani candidũ vocant. Cæterum longe melius est haud multo postq; pastillos confeceris ipsis vti: quanq̃ non multum detrimẽti capiunt, etiam si peracto anno, atq; etiam multo post, eis vtaris. Recte nanq; à principio siccati, ad tertium quartum q; annũ integri perseuerant, dummodo tñ aptè reponantur: & subinde puluisculus quidam qui ipsis obnasci consueuit, mundis mantilibus interdum abstergatur: is nanq; si diutius inhæreat, pastillos perforabit. Perspicuum est autem inutiles eos tum denique reddi, cũ perforati fuerint, quemadmodum antea ꝙ hoc accidat, etiam si multum tempus intercesserit, non inutiles esse.

De Pastillorum Scilliticorum Compositione. CAP. 9.

SIue scilliticos, siue scillinos, quis appellare velit confectos è scilla pastillos, rotulas'ue, aut orbes, nihil

nihil refert: neq; enim medicamento quicq̃ officit, quomodolibet inditum nomen, modo errorẽ E aliquem in eorum compositione non admittant. Quod ne contingat, ego tibi eam dilucide nunc explicabo. Principio scillam succulentam de terra euelles, cuius folia penitus iam & scapus aruerint. Huic deinde cortice detracto duriorem pulticulam induces ex tritico nouo quantum q; fieri potest exquisito cõfectam: ipsam postea multo calido q; cineri subiectã non prius extrahes, quoadusq; circumposita pulticula crusta planè fiat. Quod si vbi hæc agis furnus aliquis adsit, vnà cum pane scillam illuc inferre potes: inde cùm obducta puls iam exaruit, ipsam extrahes, & conteres. Satis assam vero scillam intelliges, si festucam immissam admiserit: scilla nãq; cum bene tosta est, surculos facile excipit. Vbi vero scillam diligẽter attriueris, candidam erui farinam admisce: nam quę candida non est, amara supra modum esse consueuit. Cognitum autẽ vnicuiq; existimo prius oportere tenui cribro farinam excutere, ac præterea diligẽter eam lęuigare. Scilla vero sesquipondere farinam superet opus est: dico autem sesquipondere, vt si duas farinæ sumas, scillæ tres accipias. Quam rem cum & Andromachus iunior asserat, nescio qua ratione ductus velit erui farinã drachmas octoginta esse, scillam vero centumuiginti: cum satis sit dicere, scilla eruum sesquipondere superet. Postremo vero simulatq; rotulas tenues ex hac mistura conformaueris, in cella, sicuti paulo ante dicebamus, ad meridiẽ vergente, repones: quas tamen non in Solis radijs collocabis. F Verum sicut de pastillis viperæ dictum est, ita in his quoq; cætera perage.

De Magmatis Hedychroi Compositione. CAP. 10.

CVm superius theriacam Andromachus conficere nos doceret, quomodo viperini scillini q; pastilli cõficerentur, ipse quidẽ satis super q; exposui: Quo pacto autem Hedychroum magma componeremus, neq; Andromachus docuit, neq; complures alij: qui tametsi de medicinarũ compositione tractarent, tñ cum theriacam describerent, Hedychroi compositionem omiserunt: adeo vt medicus quidam Romæ qui theriacam conficere nunq̃ viderat, ipsam q; se ex sola librorũ lectione compositurum fidebat, ab vnguentarijs Hedychroum peteret, existimans illud herbam esse quampiam, vel simplex aliquod aliud medicamentum. Sed ego spissamentum hoc etiam indicabo, ab Andromacho in eos qui nunc quoq; Cæsari ipsum componũt, perpetua serie deriuatum. Quod vt ipsum quoq; peruerti non possit, hexametro carmine subscribetur.

Magma, quod Hedychroum læto dixere colore,
Asphalathi drachmis, asari'que, mari'que, duabus
Constat: nec plures attollit amaracus illis.
Tres calamus, late suaues qui spargit odores. G
Tres'que Arabum passim qui creuit iuncus in aruis.
Tres costum redolens. Tres toto cognita Ponto
Phu: quibus æquale fragrantia cinnama pondus,
Et lachrymæ, & sarmenta dabunt, quæ balsamus ædit.
Rursus sex foliorum drachmas, sex indica nardus,
Sex casiæ calami, sex myrrhæ gutta leuabit,
Sex'que croci flores: bis sex attollet amomum.
Mastiche solidam tantum trahet vltima drachmam.
Omnia tu vino simul hæc coniunge falerno.

Hæc vbi inter se miscueris, rotulas viperinis & scilliticis similes figurabis, ipsas'que eodem modo siccabis. Hæc autem Hedychroi magmatis conficiẽdi ratio, veluti diximus, ab Andromacho per manus multorum ad nos vsq; peruenit: nam quas alij conscripsere, aliqua in re ab hac nostra differunt. Quæ siquidem Hedychroi descriptiones ab ijs traditæ sunt, qui medicamentorum experientiæ dant operam, rerum iniectarum pondere ab hac euariant: aliæ vero neq; marum neq; amaracum prorsus habent. Quædam alterutrum tantum continent: neque enim duo hæc vnguentarij H omnes noscunt, eo q; herbas solum Creta aduectas emant, et earum semina atq; succos. Ego vero & has duas herbas scio in Asia nasci, ac in alijs quidẽ regionibus raras esse, sed in Cyzico frequentes. In Italia quoq;, vt & alias quasdam herbas, ita & amaracum vidi quæ odore multum à maro superatur: marum enim valde redolet. Putaret'que forsan aliquis sola nominis appellatione ductus vnguẽtum amaracinum quod in Cyzico faciunt, amaraci plurimum capere: sic q; forsitan ab antiquis id vnguentum conficiebatur, sed nunc solum marum imponunt. Hanc herbam aliquãdo cum ipse degustassem, ac eam amaram quidem plurimum, sed acrem parum, deprehendissem, hortatus sum quenpam eorumqui amaracinum cõficere solent, vt amaraci tantum immitteret, quantum & mari. Visum q; est mihi id vnguentum, minus quidem redolere, sed peius nihil operari. Hæc itaq; à nobis obiter dicta sint.

De Exploranda Quarundam Medicinarum integritate. CAP. 11.

NVnc, quo pacto antidotus hæc confici debeat, explicabimus: eo ordine singula quæq; imponenda cõmemorans, quo suis in elegis Andromachus recensuit. Is. n. rotularum scilliticarũ drachmas octo & bis decẽ, rursus q; bis decẽ, imponi iubet: quod pinde est, ac si quadragita octo diceret. Harũ dimidiũ, hoc est vigintiquatuor drachmas, theriacaliũ pastillorũ, opij, piperis longi,

A longi,& magmatis Hedychroi præcipit. Ac de tribus quidem, iam dictum est. Piper autem longum fraudulenter concinnatum deprendes, si illud aqua maceraueris: soluitur enim hoc pacto, quod subornatum est: quod autem fraude caret, indissolutum manet. Est autem id quo piper longum adulteratur herba quædam fulua ab externis regionibus aducta, quæ piperi longo, aspectu quidem proxima, non tamē gustu similis est, quo etiam ab eo distingui facillime potest. Sagapenum quoq; quod vocant & ipsum in aqua seu vino dimissum cognoscitur: verum nanq; statim dissoluitur: quod autem tale non fuerit, indissolutum manet. Siue autem quispiam vt neutrum nomen sagapenum, siue vt masculinum proferat, & totum hoc sagapenum succum intelligat (est enim re vera succus ferulæ cuiusdam panaci similis) nihil refert. Cæterum Panacis succus simile quicquam non habet chalbani particulæ cuidam albiori: nam chalbani pars quædam re vera in sagapenum transit, quæ spumosa & leuis est: quædam vero chalbanum optimum est sagapeno æmulum: densum autem hoc est, & reliquo chalbano longe magis compactum, quo vti debemus, ceu optima chalbani particula. Quoniam vero ad sagapenum ex chalbano transire diximus quodcunq; spumeum, constans, & album est, humori q; immissum facile diluitur, superioribus quædam adhuc subiungere opus est, præsertim cum ob similitudinem optima casia cinnamomū
B euadat. Vidimus enim aliàs frequenter casiæ elatæ & auctæ tantum, vt fruticis magnitudinem æquaret, ramos quosdam cinnamomo penitus similes aspectu, corticis tenuitate, & præterea hisce signis quæ cinnamomum certissime ostendunt, ac gustu olfactu q; percipiuntur. Ad hunc modum & in optima myrrha opocalpasum reperitur, quod tamen à myrrha differt. Atq; secundum hæc tria, sagapenum dico, opocalpasum, & cinnamomum, quædam proueniunt, quæ neq; chalbanum, neq; casia, neq; myrrha quidem amplius sunt, non dum tamen sagapeni, cinnamomi'ue, aut opocalpasi, naturam exacte consecuta. Quam ob rem sæpenumero perspexerit oportet, qui similia internoscere ac secernere cupit. Nam quemadmodum gemellos atq; cōsimiles inter se fratres qui consuetudinem cum ipsis non habent, distinguere nesciunt, quod tamen contubernalibus facillimum est: Sic in omnibus medicinis qui inter ipsas enutritus fuerit, & eas frequenter aspexerit, facile illarum diuersitates vel minimas etiam, inueniet atque comprehendet: At qui semel tantum aut bis inspexerit, eas tanquam indistinctas intuetur, neq; vnam ab alia internoscere valet, cum tamen signa quibus distinguantur manifestissima non nunquam habeant, illi vsque adeo exposita qui sæpenumero conspexerit, vt per vnum eorū facile quanq; medicinā agnoscat.

Sagapenum itaq; è chalbane confectum eundem odorem nō habet, quem verum sagapenum
C possidet: nam id odoris genus quod harum rerum periti hircinū appellant, sumptum è chalbane sagapenum non deponit. Quanquā inter verum sagapenum, & eiusmodi chalbanum, non multum intersit, etiam si quis antidotos componat: ambo nanq; ad id apta sunt, & serpentibus ac venenis ambo aduersantur, & si chalbanū sagapeno minus. At opocalpasum exitiale est, multos q; nos forte quadam vidimus nostræ in ætatis decursu mori, q; myrrham cui opocalpasum admistū esse nesciebant, assumpsissent. De industria nanque qui antidotos conficiunt, tanquam optimam talem myrrham imponebant, eo q; viderant ipsam in collyrijs optimam fuisse medicinam: nempe saniem absque mordicatione extenuat, & interdum incipientes oculorū suffusiones, & adhuc tenues aufert. Atque siue in emplastrum, siue in ceratum, siue in extenuans aliquod medicamentum foris imponendum, talem myrrham conijcies, remedij vim augebis: at intra corpus assumpta exitium affert. Hæc vberius ideo nerrauimus, non solum, quia orationis series ita expostularet, sed etiam quia hæc nosse plurimum conducit.

De Medicinis in Tertio Ordine positis. CAP. 12.

VErum iam tempus est, redeamus ad ea consideranda quæ sunt in tertium ordinem simpliciū medicinarum ab Andromacho relata. Inquit enim, Inde quater ternas mutato pondere »
D drachmas. Hæc igitur quo tempore vigent, proculdubio colliges. Rosas primum, vt de pastillis dictum est, exiccabis, illas decerpens quæ plus alijs bene olebunt, & rubicundiores fuerint. Vitabis autem cellas subterraneas, nec vllum medicamentum in ipsis repones: præsertim vero in humidis, in quibus recōdita celeriter cariosa fiunt. Rosis Andromachus Iridem illyricā adiungit: quæ verba non tanq; inaniter prolata negligenter excipienda sunt: veluti nec cum alijs medicinis patriæ nomen apponit, de quibus paulo post edisserens quid quoq; in genere optimū sit demonstrabimus. Poliū ergo & Chamedrys, duo hæc Romam afferuntur, natis in Italia parū meliora: in aliquot siquidē Italiæ locis, haud multū deteriora proueniunt, illis annis quorū vniuersum ver humidū nō fuerit, sed sicuti sæpe contingit æstiuo tpi simile. Quòd si veris cōstitutio siccior obuenerit, multa quæ in Italia nascuntur pluribus Creta allatis paria erunt, veluti chamædrys, chamæpitys, hypericon, gentiana, thlaspis, elleborus niger, & id genus alia. At vero quod ad Iridē pertinet, secus se res habet. Si enim iris Lybica quæ plurima ex Africa Romam affertur, Illyricæ compareтur, tantum ipsi cedet, quantū cadauer viuo corpori: non tñ alijs in gentibus orta, tā multū ab illyrica degenerare iris videtur. Iridem igit, velut & reliquas medicinas, odoratiorem semper eligito. Vnūquodq;.n. optimū est quod sui generis odorem vehementiorem habet: is autem ex multorum inspectione manifestus vnicuiq; fit. Ac de gustu quidem perceptis quali-

tatibus eodem modo censendum est. Id enim optimũ medicamentũ esse constat, in quo id quod E suo generi proprium est, exuperat: pessimum vero quod sui generis alijs & tenuius & exilius est. Meliora nãq; sunt omni in specie, quæcunq; nec rugosa, nec exilia fuerint: vt quæ conuenientem sibi magnitudinẽ excellere, peiora sunt ijs quæ bene quidẽ enutrita, sed tñ astrictiora sunt. Quam ob rem vt dixi, medicinas simplices multas & sæpius inspexisse operæpretiũ est, & maxime optimas, quæ longo iam tpe sui experientiam ipsis nascendi initijs præbuere, quæ q; vno ore à peritis medicæ materiæ auctoribus cõmendant. Oẽs igit herbarij vnanimes scripserunt, iridẽ in Illyrio natã, optimam esse: Petroselinũ vero, quod in Macedonia prouenit: Asphaltũ è Iudea aduectũ, item & Opobalsamũ. Eodem modo & in reliquis. Quorum dotes à regionibus acceptas cũ priuatim de vnoquoq; loquemur, nõ omittemus. Subiũgit deinde Radicis dulcis succũ, & Agrestis napi semẽ, quæ duo nobis è Creta q̃ optima afferunt: pcipue q; radix dulcis & ipsa & eius succus.

Scordiũ quoq; pulcherrimũ Creta mittit: quãq; in alijs regionibus ẽt minime contẽnendũ scordiũ reperias. Literarũ quippe monumẽtis traditũ est à quibusdã celebribus viris, cũ in prælio interẽptorũ cadauera multos dies insepulta iacuissent, quæcunq; supra scordion forte fortuna ceciderant, multo minus alijs computruisse, ea presertim ex parte qua herbã attigerant. Ob quã rẽ sanè persuasum est oĩbus, tam reptiliũ venenis q̃ noxijs medicaminibus, quæ corpus putrescere faciũt, F scordiũ aduersari. Ac de omni quidẽ medica materia satis super q; est à Dioscoride quinq; libris disputatum: à quo discere licet vnicuique cũ alias oẽs notas, tum gustu olfactu q; pceptas, quibus ꝓbatæ medicinę certissime cognosci, & ab improbatis secerni queũt. In quibusdam vero, oculis quoq; perceptæ qualitates haud parũ vtilitatis afferũt. Sed consiliũ meũ non est quæ ab alijs recte conscripta sunt, hoc in opus transferre: verum quæ illi planè omiserunt in medium adducere.

De Opobalsamo & Cinnamomo. CAP. 13.

MEminit postmodũ Andromachus Cinnamomi & Opobalsami: in qbus post notas à Dioscoride traditas præcipuum illud est, videre prius ipsa, quibus in locis optima nascuntur: Quemadmodum ego feci, qui sciens balsamũ vsqueadeo pluribus artibus adulterari, vt internosci vix queat, ipsum ex arbore sua resudantem aspicere volui, & ex eo particulã tanq̃ regulam cæteris agnoscendis apud me semp habere. Didici quoq; quo pacto multis modis adulteratũ peritissimos ẽt quosq; falleret. Quam rem qui sciunt, diuulgare non consulo, ne obiter improbi fraudes discant, & in malos vsus cõuertant. Nã neque illos approbo qui noxias medicinas describunt, & publicant. Si quis igitur probationes à Dioscoride scriptas, & ab alijs quicũq; de oĩ medicamentorum materia docuerũt, agnoscẽdis simplicibus medicinis admoueat, ipse q; suũ ex multa inspe- G ctione collectum iudicium adhibeat, exacte quæcũque secerni possunt distinguet. Quædã enim, vt dixi, vel nullatenus, vel nõ exacte, ab adulterinis secerni queũt: vsque adeo falsis vera sunt vtrorũque cõfusa indicia: veluti de quo nunc loquimur opobalsami: Nam de Cinnamomo cõtraria ijs quæ de opobalsamo narrauimus, cõperta habeo. Persuasum nanque mihi est ipsum cognitu facillimũ ex oĩbus esse, illis qui sæpe optimum cinnamomum viderint. Optimum vero consequi nemo potest, nisi repositum ab Imperatoribus intueatur, sex generibus quodãmodo distributũ. Siquidem & in hoc ipso velut & in casia optimi ad deterrimum tam magna differentia est, vt suprema casia ab infimo cinnamomo parum distet. Neque vero cinnamomi virtus ad vsum apta lõgo tempore durat: ad triginta siquidẽ annos quã à principio vim habuit, integram nõ cõseruat: nugantur enim qui cinnamomũ ex hisce medicinis esse dicunt, quæ senectutẽ nõ sentiant. Atqui ego non centum neque ducentũm annorũ interuentu, sed pauciorum, si quis ad tantum numerũ cõferat, vetustius factum obseruaui. Quo tẽpore siquidem Antonino Imperatori theriacam paraui, vasa lignea in quibus eiusdẽ generis cinnamomũ inerat, multa conspexi, alia Traiani, quædã Adriani, non nulla Antonini, qui post Adrianum Imperator fuit, ætate reposita: oĩa q; hæc sese & saporis & odoris imbecillitate vehementia'que tantũ planè superabant, quantũ & tpe differe- H bant. Olim è barbarorum terris arca cubitos quatuor & medium longa Romam perlata cũ fuisset, in qua cinnamomi primi generis integra arbor erat, ex eo'que M. Antonino Imperatori antidotum quandam composuissem, ipsam cæteris multum præstare deprehendi, adeo vt Imperator quoque ea degustata, medicinæ cõcoctionẽ, velut in alijs fieri solet, expectare noluerit. Sed statim ea vsus sit non dũ integre duobus mensibus elapsis. Antonino subsecutus est Cõmodus, qui nec theriacæ, nec cinnamomi, curã vllã habuit: sub quo non solum arboris illius qd' superfuerat omne dissipatum est, verum etiam quodcũque post Adriani tempora cõportatum fuerat. Quo factum est, vt nunc Imperator noster Seuerus cum me sibi theriacam eo modo conficere iussisset, quo M. Antonino cõfeceram, ex cinnamomo Traiani & Adriani tempore reposito sumere coactus sim: imbecilliori'que planè mihi visa est, & tñ non dũ anni triginta intercesserant. Hinc nos optimi cinnamomi notas quasdã necessarias subijcere volumus, Summopere ipsum bene olere, inexplicabilẽ'que præ cæteris bonum quendam odorem spirare, ac calidum gustantibus se multum exhibere, non ita tamen vt mordicando tristitiam palato inferat: colorẽ denique talẽ habere, qualem si quis lacti nigrum colorem admisceat, atque cœrulei quem vocant aliquantulum addat. Ex hoc igitur quantum volebam, vt mos mihi fuit, cum accepissem, ramusculos aliquot apud me deposui,

A posui, in ea apotheca in qua res meas omnes pretiosas seruabam. Verum ipsa combusta, qua tempestate & templum Pacis incensum est, & hæc & aliæ quinq; cinnamomi species quas mihi conquisiueram periere. Nunc itaq; cum Imperatori nostro Seuero theriacam componerē ex cinnamomo Adriani tempore reposito, quod optimum visum est elegi: de quo etiam vtile quiddam lectoris subdere cū possim, id facere non grauabor. Supersunt adhuc ibi multa vasa lignea, quæ varias cinnamomi species continent, quarū nulla tñ veluti truncus in ramos plures diuisus multum attollitur, sed ellebori figurā præ se fert, immo vero damasonij quod ē Creta ad nos affert. Quæuis aūt cinnamomi species ab vna radice ceu frutex quidam paruus consurgit, emittit q; hæc sex, illa septē virgulta, vel paulo plura pauciora'ue: non æquali tamen omnia longitudine sunt, verum quod maximū est, pedis Romani dimidium non excedit. Vniuersa autē cinnamomi natura similis est quodāmodo optimæ casiæ: quam qui afferunt barbari bissyllabo nomine vocant, cuius prima g & i constant, secunda z & i continet. Ac de cinnamomo quidem hactenus.

De Reliquarum Medicinarum Probatione & Electione. CAP. 14.

Agaricum sequitur, quod fraudē nullam admittit. De quo illud modo dicere sufficiet, quod est ab auctoribus ante nos proditū, optimum id agaricum esse quod leuissimum esset: den-
B sum vero, graue, & lignosum abiectum: quod autem inter hæc medium est quantum signis tantū & virtute ab vtrisq; distabit. Subscripta sunt deinde Myrrha & Costus, nequaquā cognitu difficilia hisce qui prius vtraq; viderint: nouisse tamē opus est myrrhā quā Trogloditicā appellant, antidotis idoneam esse. Hanc quidā Minæam vocant, à loco in quo optimam nasci ferunt. Maxime vero hæc bene olet, &, vt modo dicebamus, opocalpasi quicquam admistum non habet.

Crocum vero Corycium cùm omnis antiquitas, tum poetæ quoq; laudant. Ego vero & antrū corycium in quo gignitur & crocum ipsum accuratius inspexi, vegetum quidem, non tamē odoris magnitudine vel diuturnitate cunctos alios excedentē. Quibus signis & vos optimū ab ignauo dijudicare consulo, non aūt quia supra modum vegetum sit. Perspicuum est autem optimum crocum summe flauū, & plurimum redolens esse, ac longo tempore vigorem conseruare. Quoniam vero crocum quoque adulterari à quibusdā solet, neq; facile id deprehenditur, nisi ab ijs qui sæpe optimum inspexerunt, satius esse duco crocum multum ante emptum aliqua in domus cella ad id apta repositum habeamus: quemadmodum paulo ante faciendum docuimus: Magnum siquidem probitatis indicium est, si tale permaneat quale repositum fuit: adulterati nanque croci tam color quā odor citissime aboletur. Quod ad Casiam vero attinet, ea me commemorare nūc
C opus est, quæ in multis de medicina libris scripta sunt, Duplum casiæ si quis cinnamomo egeat inijciendum. Hoc dictum irridens Satyrus magister meus, vnam ex Quinti facetijs ipsum esse dicebat, asseuerantis eos qui duplum casiæ imponere iubent, si cinnamomo careamus, similia illis facere, qui nos censent siquando falerno caruerimus, illius quod in cauponis venditur duplicata mensura bibere: si q; panis siligineus desit, furfuracei duplum comedere. Mihi vero hæc Quinti facetia si de re vna quapiam qua per se sola vti velimus afferatur, vera irreprehensibilis q; videtur: sin de re quæ in societatem multorum veniat, non est eodem pacto vera. Nam cuiuscunque quod solum corpori admoueri debet, rhus puta, absinthiū, iris, gentiana, vel id genus alia aliqua medicina, si quis minus boni duplum loco præstantissimi accipiat, & corpori vel extra vel intra admoueat, duplicato etiā nocebit. At si multis vnum aliquod optimum commiscendum fuerit, quod se aucturum aliorum vires spondeat, si præstantissimum desit, peius nihil erit vti duplo il-
l.2. t.2. ca. 51. fol. 117.f lius qui proprietates eiusdem generis habeat, etiam si deterius hoc illo videatur. Casia siquidem cinnamomo genere proxima vsqueadeo est, vt ex ipsa quandoq; cinnamomum oriatur, spectentur q; non nunquam casiæ arbores integræ, in quibus aliqua cinnamomi virgulta è casiæ ramis prodeant. Simile q; istud est, non vino aut pani, sicuti Quintus dicebat, sed vitæ functionibus in
D extruenda domo, in fabricanda naui, in tollendis & transponendis oneribus, in omnibus deniq; vitæ actionibus, in quibus quod peragendum erat ab vno homine robusto, si absit, à duobus imbecillioribus perficitur. Hęc aduersus Quinti dictum obiecta sint, eo ꝙ mihi reijciendum omnino non videtur eorum præceptum, qui pro cinnamomo duplum casiæ imponendum censent, quāquā ego semper cinnamomum imposuerim. Nam quibus ego Romæ antidotos composui, cum vel Imperatorum amici vel diuites essent, facile fuit illis quidem à Regibus petere, ijs vero cinnamomum emere. Quibus illud etiam addidisse, quando Imperatoribus antidotos composui, me cinnamomo nunquam eguisse, superuacaneum planè fuerit. At Quinti sententiam quam de Carpesio habuit, cōmemorare tēpestiuum: ipsam nanq; non solum à Satyro, sed ab alijs etiam Quinti discipulis accepi. Imponebat igitur Quintus, vt aiunt, quoties cinnamomum deerat, carpesium, perinde atq; viribus optimæ casiæ non inferius. Ego q; carpesium idcirco multum mecum attuli ex ea peregrinatione, qua orientis prouincias adij, diligenter q; repositum nunc vsque plurimum seruo, quod odorem etiamnum et saporem si non qualē prius habebat, certe non dum extenuatum retinet. Est autem Carpesium herba phu appellato genere similis, validior tamen atq; aromaticum quiddā plus spirans. Plurimum hæc in Sida vrbe Pamphiliæ nascitur: emitur q; propterea illic vilissimo pretio. Quocirca si quis vestrum illuc accesserit carpesij multum emat,

cum eum sibi longo tempore duraturum nouerit. Tenuia autem quædam carpesij sarmenta cinnamomi virgultis similia sunt. Eius duo genera reperiuntur, vnum quod Laertium, alterũ quod Ponticum nominatur, à monte in quo nascuntur vtraq; nomen adepta: sed ponticum melius est. Quod cum plurimum haberem permultis medicamentis admiscui, in quibus phu vocata imponi debuerat: est enim carpesium, vt dixi, phu simile, validius tamen, & qualitatem quandam aromaticam, gustum, odoratum q; remittens. Inter tam multa autem quæ de casia retulimus, necessum est illud etiam in primis explicemus, quæ casia theriacæ inijcienda sit. Nam Gizi nuncupatam præcipue laudant, secundo autẽ loco Moto dictã. Sunt & qui Arebo Daphiten q; probent. Cæterum Gizi quam vocãt, in omnibus cinnamomo similem esse superius quoq; diximus. Hęc est quæ ab aromatum peritis perinde atq; cinnamomũ assidue venditur. Quãquam Andromachus iunior casiam à quibusdam fistulam appellatam imponendam arbitratur. Hæc omnibus cognita est, nam & vilius cæteris venditur. Cuius exterior cortex fistula appellatus, quia obuolutus ipsam repræsentet, saporem & odorem validum habet: interior autẽ pars debilis adeo est, vt nullum vsum præstet. In carminibus itaq; patris paulo ante à me transcriptis casiæ nomen absolute pronunciatum est: in soluta vero filij oratione fistulæ nomen casiæ adiectum est. Atq; ab eo series per eos qui ante nos theriacã Imperatoribus cõposuerunt, in nos vsq; deriuata fistulæ nomẽ nũc vsq; appositũ seruat. Iubet deinde Andromachus Indicam Nardum imponere, quã ex eo quia spicæ figuram imitetur, nardi spicã noĩant, quãuis radix sit. In qua cauisse oportet, ne quis Elutam vocatam nobis vendat: est autem hæc nardus quæ prius ab vnguentorum structoribus elixata, vt ipsorum mos est integra venditur. Quam ob rem Ompham barbara voce dictam emere conuenit, cuius radici terra adhuc adnexa si contrectetur, nardi odorem habet. Schœnum id est iuncum, ex Arabia petitum, ad hæc idem auctor imponere præcipit, nescio qua de causa schœnanthum id est iunci florem, à vulgaribus appellatum: nobis siquidem cum florum copia non adsit, iunco vtimur ex Arabia comportato: Cuius summitatem cameli sępenumero abroserunt, iucundissime nanq; hunc iuncum cameli pascuntur, secus vias ibi plurimum nascentem. Est autẽ iuncus iste exigui pretij medicina, sola q; odoris integritate dijudicanda: quoniã celeriter ipsius odor expirat. Subscribit postmodum Andromachus, Inde nigrum coniunge Piper, thuris q; nitorem. Quo in loco nõ opus est, inquiramus, quid nitor sit, perinde atq; cuiuspiam alterius medicinæ nomen, cum & ex theriacæ descriptione prosa oratione ab Andromacho iuniore prodita, & ex compositionis instituto quod ab eo in nos vsq; peruenit, medicamenti nomen nitor non sit. Nam præter duodecim drachmarum piperis longi in sex nigri cõmutationem, tam pater quam filius eadem de theriaca scripserunt. Quare thure & pipere excepto cum nihil supersit, de quo quis nitoris appellationem dictam putet, censendum est Andromachum versus conscribentem id nitoris vocabulum thuri epithetũ fecisse. Meminit deinde Piperis nigri, dictamni, marrubij, rhei, rerum omnibus cognitarum. Theriacæ tamen descriptio quæ nobis per manus tradita est, graue piperi adiectum habet. Magnitudine vero piper hoc aliud superat, corticem q; subtiliorem, & minus rugosum habet. In Rheo quoq; fraus cõmittitur. Nã quibus in locis nascitur, simulatq; euulsum est, ipsum elixant, quo succum remittat, ac tam succum vt sincerum & aquæ impermistum, quàm rheum exiccatum vt non elixum, ad nos postea mittunt. Quam ob rem scientia opus est verum ab adulterino secernendi: quam facillime consequuntur, qui suæ spontis rheum aliquando viderint. Nam elixi pars quæ sub aspectum venit, densa per totum & compacta non est, sed rarior: & gustu tentatum saporem adstringentem, vel nullum vel obscurum remittit, cum tamen si adulteratum non sit, vehementer astringat. Cito tamen & ipsum foraminosum efficitur. Stœchas autem multa pluribus in locis prouenit: plurima vero in Creta & insulis Stœchadibus quæ in Ibero mari sitæ sunt, vnde & Stœchadi nomen deductum est. Quæ autem in prædictis insulis oritur, vegetior Cretica & melior est. Quod ad Petroselinum attinet, laudatissimum Macedonicum est omnibus cognitum. Hoc Estreaticum etiam quidam appellant, à loco in quo nascitur nomen imponentes: verum exiguum est prorsus quod ibi prouenit, cum & præruptus & angustus is locus sit. Estreaticum itaque, seu Macedonicum hoc quod in omnes gentes affertur, paucum & ipsum in Macedonia gignitur. Sed idem in petroselino macedonico accidit, quod in attico melle & vino falerno contingit. Mercatores siquidem in vniuersa fermè orbis terrarum oppida, vt mel atticum, vinum falernum, sic petroselinum macedonicum aduehunt: cum tamen in Macedonia petroselini tantum non oriatur, quantum populis omnibus satis esse queat: verum in Epiro petroselini multũ gignitur, in Cycladibus mellis plurimũ. Atq; vt mel ex insulis Athenas affertur, sic petroselinum ex Epiro in Macedoniam comportatur, plurimum q; immo penè totum Thessalonicam: vnde tanquam macedonicum quocunq; asportatur. Idem in vino falerno contingit. Nam cum in exiguo quodam Italiæ agro falernum proueniat, complura alia vina in falerni speciem à vini magistris concinnantur: quæ perinde atque falernina in omnes prouincias imperio Romano subiectas exportantur. Tibi vero si Petroselinum Estreaticum quandoq; deerit, ne peiorem existimes theriacam futuram si aliud imposueris. Non enim si mortiferis venenis, si venenatorum morsibus, aliud ab estreatico petroselinum minus congruit, propterea reli

A quis etiam morbis, vt torminibus, ventriculo debili, aquæ inter cutem, & id genus alijs, segnius opitulantur, quos in primis sanare theriaca non promittit. Ad hæc est reaticum petroselinũ amaram etiam plus theriacam facit, præsertim cum recens adhuc imponitur: nã vt acrimonia, sic amaritudine, hoc alia superat. Resinam postea Terebinthinam addit, quã nescio cur Andromachus omissa Chia Libycam esse voluerit, Chiam nanque penè omnes meliorem iudicarunt. Quanq̃ laudo & Libycam si bona sit: sed proculdubio bona semper non est, quemadmodum quę è Chio venit. Nascitur quoq; & in Ponto, & in alijs aliquot locis optima terebinthina: verum chia reliquas & odore & sapore vincit. Retulit subinde inter componentia theriacam Andromachus Zingiberem, & Pentaphylum hoc est quinquefolium herbã, quæ duo fraudem non admittũt, & ab omnibus cognoscuntur. Meminit ab his Polij quod omnibus cognitum, nec simile sibi quo adulterari possit quicq̃ habens. Deinde Chamæpityos, de qua illud tantum referam, multis in locis & odore & sapore præstantiorẽ chamæpityn gigni, q̃ in Creta: nobis enim inde affertur, ea q; omnes qui Cæsari antidotos conficiunt, vtuntur. Romæ liquidẽ in suburbanis prædijs, & chamę pityn & chamædryn repperi multo plus redolentes q̃ Creta aducctas, si tamen continuis imbribus obrutæ nõ fuerint. Illud hoc loco non ignorare nos conuenit, cum Creta nobis herbæ affe-
B runtur chartis obuolutæ, in quibus earũ nomen scriptũ est, quædã inuolucra solummodo inclusæ herbæ nomen inscriptum habere: quædã vero præter herbæ nomen cãpestris quoq; vocabulum additum continere: ac campestres quidem generosiores inuenies, etiam si in planis locis herbæ fermè omnes imbecilliores proueniant. Manifestum insuper est Styracem qui in calamis è Pãphilia apportatur Andromachum pręcipere. Paucissimus autem illic styrax nascitur: tantũ q; ab hoc vulgari distat, quantum à vino quod in tabernis venditur falernum. Accipere vero styracem oportet maxime pallidum, quem & odorem & saporem quoque vehementissimum habere perspicuum est. Nardum ab hoc Andromachus commemorat, quemadmodum ipse scribit ex Gallia petitam, quam regionem orbis terrarum periti Celticam frequenter appellant. Tria nanq; nullo discrimine vnius gentis vocabula sunt, & eos populos aliqui Gallatas, aliqui Gallos, quidam Celtas nominant, sed vsitatius apud eruditos Celtarum nomen legimus. De reliquis autem deinceps ab Andromacho conscriptis, partim alibi est à nobis in superioribus libris disputatum, veluti de Lemnio sigillo, & rubrica: nam terram potius ipsum quàm rubricam appellare cõuenit. Est enim Lemnia rubrica res alia quædam in Lemno nascens, ad alios vsus apta non ad quos Lemnium sigillum quod vocant. Sed de hoc quoq;, sicut etiam de reliquis, à nobis est in libris de sim-
C plici medicina disceptatum: partim vero sunt medicis omnibus cognita, nec fraudes vllas admittunt: eorum q; non nulla sunt in theriaca pedestri oratione conscripta, dilucidius explicata, veluti
« illud, Atq; atram lachrymam Nili quam spina remittit. Acaciã nanq; ex Ægyptia spina collectã Andromachus significat. Hoc loco vnum hoc præterire non possum. Vtũtur omnes ferè Thlaspi, quod è Creta affertur: at vbiq; nascitur, colore inter luteum & flauum medium, figura rotundum, exiguum adeo vt multoties grano milij cedat. Melius est autem, è Cappadocia comportatũ thlaspi imponamus. Hoc ad nigredinem quàm plurimum inclinat, figuram q; non exacte rotundam habet, & antè dictum magnitudine permultum superat: atq; ab vno latere paruam quandã veluti compressionem præ se fert, vnde & nomen obtinuit. Prouenit autem vt hoc sic & illud in Cappadocia quã plurimum. Ideo q; non absolute quod inde asportatur optimum censendũ est. Sed quod peculiariter in Sauro nascitur, nec Cretico, nec passim nascenti, simile. Si quid adhuc aliud superest, quod minus dilucide sit ab Andromacho patre elegiaco versu dictum, planum fiet theriacam legentibus ab eius filio soluta oratione descriptã. Quod enim ille Cecropium mel obscurius appellat, hic Atticum aperte nominat. Centaurion ille nulla adhibita distinctione in carmine pronunciat, hic in prosa tenue apponit, eo q̃ aliud quoq; centaurium extet crassum appella
D tum. Idem & in aristolochia fecit, cum præter tenuem aristolochiã, alia quoq; reperiatur quę crassam radicem habeat: & rursus tertia, quæ rotundam.

De Compositione Theriacæ. CAP. 15.

Dictum est à nobis & suprà eum qui theriacam cõmiscentibus animum semel intenderit, nõ iterum neq; tertio id facientem videat opus esse: At optimas quocunq; in genere medicinas vt idem agnoscat non semel, bis, aut ter, sed multoties, & sæpe, quæ singulis in locis optime ꝓuenire feruntur, inspexerit, oportere. Nec satis hæc sunt. Pręcepta quoq; ad vsum earum pertinẽtia habere conuenit: de quibus & si in superioribus iã egimus, denuo tñ per capita de oĩbus dicere tempestiuũ erit. Radices igitur medicinarum quæ in vsum veniunt extento cortice sint oportet, non rugoso: hoc.n. earũ maciem significat. Fructus autẽ vnà cũ virgultis & germinibus & calicibus vegeti plures q; esse debent: item & quicquid semen includit, tegmina, cortices, inuolucra. Semina vero sicut & radices vegeta sint conuenit: qđ ex eo quia tentũ corticẽ habeant conijciemus. Liquores & succi neq; diuturnitate arefacti sint, neq; suas qualitates obscuras habeãt: has dico quæ gustu olfactu q; pcipimus. Fructus aũt qui vnà cũ virgultis, folijs, calicibus, ac floribus, in theriacã mittuntur, ij sunt scordij, nepitæ, marrubij, stœchadis, dictamni, polij, chamædryos, chamæpityos, hyperici, centaureæ. Radices autem hæ, zingiberis, iridis, rhei, quinquefolij, costi,

nardi Indicæ, nardi Gallicæ, gentianæ, mei Athamantici, phu, aristolochiæ tenuis. Semina vero E hæc, napi, petroselini, thlaspis, ammeos, anethi, fœniculi, dauci, cardamomi. Hæc itaq; tria rerum genera mortarijs Ægyptijs imponi debent, durissimi enim sunt: itaq; minus periculi est, ne pars aliqua inde inter contundendū abrupta medicinis admisceatur. Antedictis autem hæc quoq; addenda erunt, pastilli scillitici, pastilli viperini, magma hedychroum, piper nigrum & longum, rosæ siccæ, agaricum, crocus modò siccus sit, terra lemnia, chalcitis vsta, amomum, cinnamomum, casia fistula, balsami fructus, acacia modò tenera aut humida non sit, castorium deniq;, & asphaltus, siue fœminino siue masculino genere quis ipsam efferre velit: diximus nanq; sepius aliàs non animaduertendas esse huiuscemodi verborum minutias. Vino autem macerata dissoluenda hæc erunt, myrrha, & crocus, si tamen ita facere tutius tibi visum fuerit, nec ipsum, quia humidus sit, contundere. Succi autem omnes ideo vino macerantur, vt & dissolui queant & læuigari facilius possint, sagapeni dico, panaceæ, papaueris, cuius liquorem & Meconium & Opium vocant: acacia quoq; cum humida tibi visa fuerit, nec ad contundendum facilis: hypocistidis item & radicis dulcis succus. Thlaspis autem & napi semina primo quidem, sicut & ante me alios fecisse viderā, in mortarium vnà cum alijs contundendis ipse quoq; conijciebam: inde vero cum ipsa pilæ concauitati adhærere ob tenacitatem animaduertissem, melius esse duxi sola in alio mortario prius at- F trita, vino superinfuso macerare quoad exactè dissoluerētur, dissoluta q; postmodum cæteris quæ peculiariter vino macerantur ac diluuntur, admiscere. Thus quoq; per se solum in mortario seorsum læuiter comminuere satius est, ne in placentam coeat: tum vbi cōminueris & excusseris prōptum habere, quò reliquis vino maceratis cum placuerit ipsum inspergas: Nam gummi & vino macerare & ipsum per sese vel cū thure læuigare necesse est. Hæc igitur quo diximus pacto omnia præparentur, atq; humida quidem ex vino dissoluantur: sicca vero in puluerem redigantur. Quo tempore autem cuncta simul admiscenda erunt, resinam terebinthinam in vase duplici primum colliquabis, tum styracem & chalbanum antea pistillis ferreis rutabulis'ue confracta, mellis q; crudi parumper instillabis. Hæc simul atq; effuderis, & manibus complanaueris, mellis aliquantulum, resinæ quoq; liquefactæ affundes. Atq; ita vase cooperto ea rursus liquari permittes. Melius est enim his rebus impositis, non dum mel admiscere, sed adoperto vase quod aquæ innatat, vt elixentur permittere. Interea dum ista liquefiunt, maceratis ex vino rebus siccas medicinas eatenus adijcies & cōmiscebis, quousq; spissa satis esse videantur. Atq; ita paulo post in mortariū magno cochleari liquefacta, tepida tñ trāspones, robustus q; aliquis homo tunc ipsa commisceat. Ac postea q̄ bene inter se commista, atq; in vnum corpus redacta fuerint, densa q; iam quodam- G modo videri cœperint, mellis & moderate decocti & proculdubio despumati partem quandam superimmittes: postea contusarum medicinarum portionem quandam: deinde rursus mel inferes: postea liquefacta, sed tepida infundes: postremo quicquid pulueris & mellis superererit, admiscebis, vehementer omnia magno in mortario magna q; tudecula commiscendo. Cum vero tudeculæ ductu in mortario omnia coiuerint, tum in pilam transferenda sunt: atq; ferreis rutabulis diligenter extersis ne quid rubiginis insistat sine intermissione contundēda. Rutabulum autem opobalsamo subinde perunges, ne subigendarum rerum tenacitate obtineatur, ne'ue difficulter se inde attollentibus resistat. Vt igitur opus expedite procedat, imas rutabuli partes opobalsamo frequenter inūgere conueniet, atq; opobalsamum hac vna in re totum absumere. Melius est autem in Sole theriacam commiscere: sic enim citius in vnū corpus simplicia coeūt: dum q; hoc faciemus pilam in qua antidotus admiscetur, operiemus. Ac post quatuor aut quinq; dies rursus in Sole ipsam eodem modo cōmiscebimus: idem q; sex, septem'ue dierum spatio interiecto iterum atque deinceps repetemus, donec menses duo vel quadraginta dies saltem compleantur.

Hactenus quæcunq; cōscripsimus ad Theriacæ vim augēdam pertinent: quæ vero mox subiungam, ad colorē. Danda nanq; est opera, vt nigram theriacam efficiamus: nam hoc etsi quo pa H cto in consuetudinem venerit, nesciam, quisquis tamen hunc colorem non cōsequitur, irridetur, quanq̄ nulla coloris qualitate medicamenti vis immutetur. Nigra vero theriaca non erit, si chalcitis flaua lutea'ue dum vritur, euaserit: chalcitidis enim particula quantūuis minima colore suo, theriacam inficit. Ne quis igitur hac quoque in re frustretur, ijs quæ dicam, mentem adhibeat. Quatuor chalcitis drachmas cùm theriaca solummodo capiat, multo plures assare conueniet hoc modo. Conijce in exiguam ollam chalcitis crudæ drachmas non pauciores quadraginta: postea succensis carbonibus ollam absq; operculo, in medio prunarum statue: cum q; liquefactam chalcitin videris, ac quæ leuissima & spumosa pars eius est innatare, statim ollam ab igne amoue, humi q; colloca, nec vt aliquando solebamus, sicuti qui ignem accendunt, ipsi insufflabis: mirādum est enim quantum ita faciendo luteus flauus q; color emergat. Non tamen in Sole collocāda erit: sed in vmbra, donec frigeat, omittenda. Hinc postea id solummodo capies quod superne spumeum fuerit, quod q; neq; luteum, neq; flauum, neq; pallidum est. Deinde experiundi gratia aliquantulum eius quod probaueris, accipe, atq; comminue: & num quis ex supradictis coloribus appareat, inspice. Nam si qualis accepta est, viridis aut cinerea manserit, drachmas quatuor ipsius impones: talem nāq; chalcitin exiguam inuenies, etiam si multam exusseris. Quæ ad componendam

A nendam conficiendam q; theriacam requirebantur, omnia iam absoluimus.

De Theriaca ex Descriptione Damocratis. CAP. 16.

CVm vero Damocrates atq; Crito in quibusdam ab hisce discrepēt, opportunum mihi quæ ab hisce quoq; auctoribus conscripta sunt, subijcere visum est, Ac prius quidem Damocratis Theriacam qui omnem eius vsum dilucide explicuit. Ea autem est iambicis versibus, vt mos hominis fuit, descripta: commoditatem q; hanc habet, vt non solum memoria facile contineri, sed nec à suo ordine peruerti possit. In eo itaq; libro in quo antidotos describit, ab vsu ipsarum communi, & à proprio theriaces ipsius, initium sumens, ita exorditur,

ANTIDOTOS paratas habere decet.
Aduersus omnes virulentas feras,
Quarum reperta & videntur gratia.
His & venenis obuies lethalibus,
Illi propinans ante, cui metus subest
Ne quid veneni capiat mistum cibis.
Post vero illis, qui putauerint simul
B Ferale quicquam se indidisse cum cibo.
Ingestam vbi reiecerint escam tamen,
Bis illam ter q; præcipe passis dari,
Donec veneni signa permanent mali.
Hanc, læsit serpens quos obuius, dabis.
Lethalis dentes vel quibus impressit fera,
Aspis, Cerasta, Dipsas, atq; Hydri graues,
Echidna tristis, spumei Canis furor:
Hæc quippe morsu cuncta lethali nocent.
Obstat marinis omnibus belluis quoq;,
Et quas minutas bestias vocant, Apes,
Crabrones, Vespas, & rigentes Scorpios,
Mures araneos, rapax Phalangium.
Huius antidoti, plus vna drachma dato,
Quantum nux magna, sed parumper amplius,
C Admistis vini puri cyathis decem.
Male commorsis, non sufficiet semel
Haurire, metu si quis absolui velit,
Necesse antidotum ingerat frequentius.
Hæc vsum ad omnes commodum morbos habet,
Qui corpus longa male afficiunt mora:
Ad febris orbe transeuntis impetus,
Rigorem quoq;, qui longum tempus manet,
Membris pernitiem afferens præcipuis:
Inclusum q; vtero flatum, & flatum coli,
Et quos vesica torsit, vel renes diu,
Siue adsit vlcus, siue torqueat lapis.
Miscebis & quos hepar infestat male,
Et qui è pectoris sanguinem recessibus
Aut fœculenti virus excreant sputi,
D Feratur vndecunq;, sit pulmo licet.
Infunde ruptis, atq; conuulsis, quibus
Intus diruptum est atq; conuulsum aliquid.
Sic cura tristis, sic q; pelletur dolor.
Hanc, ęgre sumptum cum coquit calor cibum,
Quamuis des modicum, coquet calor cibum.
Quos q; ira motu semper asperat graui.
Iter profectis longius, quibus diu
Vti necesse tabidis lymphis erit.
His vero, pendent quantum oboli tres, dato,'
Caldæ q; cyathos quatuor, aut tres aquę
Miscebis, ante cibum tres horas vel amplius.
Læsa est quibus vesica è passo dabis,
Et sputo sanguinis, & stomachum vlceratis.
Quibus at totum stillat in pectus fluor,
Ex aquæ, in qua coxerit pugillulus

Polij Teuthrij, præstat hoc Cretico, E
Præstat q; Scythico, Pontico est præsentius:
Nam continebis fluxionem citius:
Tribus cyathis præbe, vt est dictum modo.
Quidam si magnus vrget aurium dolor,
Passo dissoluunt antidotum Cretico,
Et sic meatus illita lana obstruunt.
Optimam quisquis theriacen cupit,
Selecta cuncta cùm reliqua habeat:
Tum vero pastillos viperæ quos vocant,
Sicut docemus, ita instructus paret,
Nam hi inter commiscenda præstant admodum.
AESTATE grandes viperas bis decem
Venator, captas quas recenter attulit,
Sumat, vel plures etiam, nam parum est
Quod inde tollens ponat in antidotum. F
Nempe qua caput instat, abscindat primum,
Quod æquet digitorum mensuram trium:
Qua cauda vibrat, amputet plus parum.
Id dum recentes, dum q; vigentes adhuc,
Agat oportet. Post vt anguillas, exuat
Pelle, tum pingue & intestina abijciat.
Quod restat, lauet, in ollam mittat, atq;
Anethi sicci congerat manipulum,
Aquæ quod satis. Hinc ferueant tam diu,
Facile donec recedat à spinis caro.
Ollam tepenti tunc ab igne transferens,
Solam reuulsis ossibus carnem legat.
Æquali carnem panis æquet pondere,
Polline panis confectus triticeo.
Hæc soluens ambo, dum læuigas, modicum G
Iuris affunde: mox inde placentulas
Paruas confinge, quibus siccis vtitor.
Pastillos hactenus diximus è viperis:
DICEMUS Scillæ. Cum messis falce cadit,
Et magnam bene & albam scillam cape.
Vndiq; siccum detrahito corticem.
Radices, quæ lignosæ, cunctas amputa.
Nudatæ pultis vbi loricam feceris,
In furnum mittes. Cum assam satis duxeris,
Sumes exemptæ quod libræ pondus leuet.
Contundes. Læuigatæ diligentius,
Adde farinam, libræ pondus mediæ,
Erui farinam parumper vstulati.
Statim vt eruo scillam obligaueris,
Paruas, sicut dixi, conficies rotas. H
Et mox siccatas conde quo vase libet.
MISTURAM istam sumere, vt nuper inuentam,
De Theriaca loquor, si ambigis, audi.
Ferunt hac vsum Mithridatem quoq;.
Deuictus ergo venenum cum liberis,
(Coegit fatum peruicax) hausit miser,
Nullam q; solus vim veneni pertulit,
Sed ense vitæ terminauit circulum.
Natas iam ferox abstulerat potio.
NE tardes igitur. Scillinos orbes quater
Denis assume, bis q; drachmis quatuor.
Pastillus viperæ pendat senas quater.
Opium quoq;, nigrum piper, & magma
Quod olim veteres dixerunt hedychroon.
Radicis succum dulcis exiccatum

His

A His adde,drachmas impleat duodecim.
Tantundem pendat siccæ pondus rosæ,
Et cinnamomum,& balsami præstans liquor,
Et iris quam superbum fert Illyrium,
Napiq; semen,& albens agaricum,
Cretense scordium. Rursus dimidium
Pontica radix pendat,petroselinum,
Et myrrha,& stœchas,& Corycium crocum,
Radix pentaphylli,& quam nepitam vocant,
Marrubij semen quod globuli continent,
Album piper,longum piper,nardi Indicæ
Spica,& terebinthina,thus q; masculum,
Atq; album costum,dictamni q; herba etiam,
Et iunci non festucæ flores Arabi,
Et siccum nec madescens vnquam zingiber.
B Cortices demum nigræ iunge casiæ,
Senas impono drachmas istorum quoq;.
Inde quæ drachmas singula pendant duas,
Contusa thlaspis,polium,phu pontica,
Gummi,chamædrys,atq; lentescens styrax,
Et gentiana,& acorus,meon etiam,
Et cardamomum,& semen fœniculi,
Hypocystidis succus,assa chalcitis,
Semen hyperici Creticum sit tamen,
Acaciæ succus cùm humens tum bonus,
Celtica nardus,& sigillum Lemnium,
Et ammi,& chamæpitys,atq; seselis,
Anisi dudum siccati semen quoq;,
Racemum amomi,malabathri folium,
Cuiusq; drachmas nos imponimus duas:
C Quaternas quidam,sed non rectè faciunt.
His rursus panax,lachrimæ q; chalbani,
Addatur semen dauci Creta genitum,
Nuper q; lectum sagapenum,& castorium,
Centaurium q; non recens sed Creticum,
Aristolochia tenuis & sicca probe,
Impone drachmas singulorum bis duas.
Æquum q; statue pondus asphalthi bonæ:
Duas huc quidam conferunt,quod improbo.
Confeci sæpe quo diximus pondere.
His tu Falernum quod satis,funde optimum,
Mellis recentis attici libras decem.
Horum cum succi quædam sint,illa semina,
Folia hæc,radices ista,illa lachrimæ,
Gignantur q; in metallis haud complufcula,
D Mero dissolue lachrimas,succos,atq;
Metalla,donec mellis acquirant modum.
Immitte quæ supersunt,sicca omnia,
Contusa,denso q; transmissa cribro.
Mel rigans adde,bis ter quod deferbuit.
Repone,& serua vasculis non ligneis,
Sed vitreis,argenteis q;,& corneis,
Et stanneis,& testaceis,densis tamen.
Trades bibendum antidotum nec protinus,
Nec moræ quam siccauerit prolixitas.
Id si contingat,isto corriges modo.
Infunde mellis quod sat,quod'que ferbuit,
Nam ipsum postquam commiscueris diu,
Vtile habebis,quod corruperat dies,
Peiore at multum forte q̃ mistum semel.

* Ipse igitur se Damocrates ab Andromacho dissentire significat, cum inquit, Quaternas quidam,

dam,sed non recte faciunt: & rursus, Duas huc quidam conferunt, quod improbo. Illud quoque perspicuum est,apertam magis esse theriacę descriptionem ex iis quę à Damocrate scripta sunt. E

Alia Theriacæ Descriptio Hexametro carmine. CAP. 17.

CVm vero aliam etiam theriacę descriptionem apud me haberem,carmine & ipsam compressam,mihi eam quoque non omittere satius esse visum est,sed quo modo ipsam à superioribus medicis accepi, subscribere, seruata singularum medicinarum ratione. Est enim cęteris omnibus & planior & concisa magis hæc descriptio.

PONDERA quæ rerum,rerum quis possit aceruus
Condere Theriacen,paucis aduerte docebo.
Semina principio dauci,panacis q; liquorem,
Et tenuem (inuentum Chironis) centauream,
Orta q; Syriacis graue olentia chalbana terris,
Serpentes q; fugans olido nidore bitumen,
Nec non immeritis exempta virilia fibris,
Et longam (Lucinæ munus) aristolochian
Difficiles tenui partus radice leuantem, F
Accipies: geminas suspendant singula drachmas.
Inde meon,seselim q; breuem,polium q; senescens,
Fœniculum,gummi,chalcitim,thlaspin,amomum,
Balsameos fructus,duplicato pondere sumas,
Atq; humilem quercum Graii dixere chamædryn,
Et pinu similem foliis & odoribus herbam:
Quam q; bonus primus q; manu Rex Gentius olim
Montibus in patriis radicem vulsit amaram,
Conspectam q; suo donauit nomine: quam q;
Lemnus habet terram,pharetratæ signa Dianæ:
Atq; Paretonium fudit quem spina liquorem,
Compressum q; rubra flauum ex hypocystide succum.
His folium stagnis fœcunda quod India nutrit,
His styracem iungas,inimica q; flatibus ammi,
His & ab Assyria sagapenum gente petitum, G
Et cardamomi præcluso cortice semen,
Hypperici q; comas,nardum quam Gallia mittit,
Phu quam Pontus alit,Cretei ruris alumnum
Anisum multis Celebratum laudibus adde.
Rursus quæ drachmas attollant pondere senas
Marrubium capies,dictamnum,zingiber inde,
Et piper oblongum,casiam q;,crocum q;,rheum q;,
Et nepitam,& myrrham,& costum,iunci q; rotundi
Diues odoratos quos dat Panchaia flores,
Atq; apium petras quod amat,numerum q; suorum
Quinq; tibi referens foliorum nomine gramen,
Emissum q; tuo frondens terebinthe liquorem
Stipite,& hinc alio stillantia caudice thura,
Hesperio q; mari nascentem stœchada,quam q;
Proxima iam nostris nardum tulit India terris. H
Hinc noua congeries sequitur,syluestria primum
Semina buniadis,cinnamomum,scordion herba
Allia quæ redolet,tantum q; imitatur odore.
Adde nigrum dulci pressum radice liquorem.
Adde etiam Illyricis crescentem in collibus irim,
Quæ q; Palæstino de palmite balsama sudant,
Siccatam q; rosam,lectum leuitate loco q;
Agaricum: senas bis tollant singula drachmas.
Inde piper capies geminato pondere nigrum,
Atq; suo fundunt quem secta papauera succum
Vulnere,tum læti nomen sortita coloris
Magmata,rem nostro memoratam carmine,nec non
Vipereos orbes,scillæ quos pondere duplo
Pastilli superent,spumati deniq; mellis
Et vini quantum satis est infunde falerni.

Reliquum

A Reliquum adhuc mihi videtur ad explendam vniuersam theriacæ doctrinam, si quid Crito vel aliter q̄ supra diximus sensit, vel omissum aliquid addidit, subiungere.

Quæ Crito de Theriaca scripsit in Tertio de medicamentis libro. CAP. 18.

QVod ad pondus itaq; medicamētorum attinet, conijcit quidem & ipse piperis nigri drach. xxiiij, quemadmodum Andromachus filius, & longi sex: imponit q; chalcitidis vstæ ʒ iiij, & mellis attici libras decem. Viperas autem vere iam desinente æstate'que incipiēte, aut vindemiæ tempore comprehendere iubet, vitans nimirum æstatem omnem, excepto principio, vsq; ad canis ortum, & inde sequens tempus quod aliqui Oporam id est fructuum prouentum, peculiariter vocant. Tunc in hominibus quoq; bilis plurimum excrescit. Vindemiæ autem tempore, quod autumni medium est, colligendas primo apprehendendas q; viperas censet quæ magnæ corpulentæ q; sint, anetho q; imposito elixandas, deinde carnem ex decem viperis collectam vnis siliginei panis vncijs commiscendam, atq; ita pastillos conficere suadet. Ad hunc modum & Scillas messis tempore, quo præcipuè vigent, euellere iubet. Planum est autem messem ipsum appellare illud æstatis spatium, quo triticum rustici metunt. Euulsas deinde in furno quoad satis sit, assare præcipit: gypso luto'ue circumtectas, calido cineri subiicere, donec planè tostæ sint: tum extra-
B ctis medullam excipere (ita enim Crito scillæ meditullium nominat) eam'que atterere: vnam q; erui partem duabus scillæ admiscere: rotulas q; sic demum conficere, & eas in vmbra siccare mandat. Quod ad contundenda verò medicamenta pertinet, accuratè singula docuit. Nam mortario pellem obstrictè circumligandam præcipit, atque ita in medio perforatam, vt per id foramen non modo rutabulum imponere possis, sed etiam eo sublato manum quoque & cochlear immittere, quò per eum contusa & quæ cribranda sunt eximi queant. Rursus quoque alia pelle opus fore dicit quæ angustius foramen adhuc habeat, vt per ipsum tudecula solummodo demitti possit ad cōtundendum ea quæ in mortario fuerint: hanc q; priori superimponendam dicit, nec prius adimendam, quàm excitatus inter contundendum puluisculus subsidat. Eodem modo quoque cum per cribrum contusa transmittemus, desuper contegere quæ excutimus nos admonet, nec ea prius aperienda, quàm cribrum mouere pridem desiuerimus, de'que sublato cribro quicquid inhæsit, penna deducere.

GALENI DE ANTIDOTIS
LIBER SECVNDVS

Iulio Martiano Rota Interprete.

De Mithridaticis & Alijs quibusdam Andromachi Antidotis. CAP. I.

Xposita à nobis integro volumine Theriaca, vt reliquas antidotos breuibus explicemus, efficiet, quas mihi hoc in libro recensere propositum est, ab ea quam Mithridaticam vocant initio sumpto. Hæc enim aduersus q̄ multa venena plus etiam q̄ theriaca valet, quamuis ictus viperæ sanare minus possit. Qm̄ vero Andromachus & hanc, & deinceps optimas quasq; fermè antidotos, literarum monumentis commisit, cum de medicamētis ageret quæ intra corpus assumuntur, idcirco & ipse eas omnes, quo ordine ille cōscripsit, subiungam. ¶ *Antidotus Mithridatica, priuatim ad Omnia Venena faciens, et ad Malas*
D *Internasq; corporis Affectiones efficax.* Radicis dulcis ʒ vii, oboli iiij: opii ʒ iiii, ob. ii: castorii ʒ vi, oboli ii: polii ʒ v, ob. ii: costi ʒ vi, ob. ii: spicæ nardi ʒ vii, ob. iii: casiæ ʒ v, oboli ii: thuris ʒ vi: seseleos ʒ v, ob. ii: succi hypocystidis ʒ vi: acori ʒ ii: scordii ʒ vi, ob. ii: folii ʒ iiii: * salis ʒ v, ob. iii, alii ʒ vi immittunt: cypheos ʒ vi, ob. ii: myrrhæ ʒ vi: croci ʒ vii, ob. ii: cinnamomi ʒ vii, ob. ii: styracis ʒ v, oboli iii: semi. dauci ʒ vi, ob. iii: zingiberis ʒ vii, ob. ii: phu Pontici ʒ ii: petroselini ʒ iiii, ob. iii: nardi gallicæ ʒ iiii: seminis fœniculi ʒ iiii: nardi Indicæ ʒ iiii: hyperici ʒ ii: acaciæ ʒ ii: gentianæ ʒ iiii, alii vero duas imponunt: anisi ʒ iii: thlaspeos ʒ vi, ob. iiii: meu Athamantici ʒ iiii, alii ʒ ii: rosarum siccarum ʒ iiii: gūmi ʒ ii: cardamomi ʒ iiii, alii ʒ ii: iunci odorati ʒ vi, ob. ii: opopanacis ʒ vi, oboli ii: opobalsami ʒ vi: galbani drach. vii: scinci ʒ ii, oboli ii: terebinthinæ drach. vi, obo. ii: vini Chii quod satis est: mellis Attici despumati quod sufficit. ¶ *Aliter Mithridatica hæc Antidotos componitur ex Antipatri & Cleophantis traditione.* Myrrhæ drach. vii, ob. iii: spicæ nardi tantundem: croci ʒ vii, obo. iii: opii drach. iiii, oboli ii s: styracis ʒ v: castorii ʒ vi, ob. i: cinnamomi ʒ vii, ob. iii: polii ʒ vi, oboli iii: scordii drach. vii, ob. iii: zingiberis tantundem: costi drach. vi, oboli iii: piperis longi ʒ vi, ob. iii: piperis albi ʒ v, ob. ii: seselis drach. v, ob. ii: abrotoni drach. v, obo. ii: petroselini drach. xiiii: seminis dauci drach. vi, obo. iii: casiæ drach. v, obo. iii: thuris drach. v, obo. ii: succi hypocystidis drach. vi, obo. i s: nardi Gallicæ ʒ iiii: seminis fœniculi drach. iiii: foliorū malabathri drach. iiii: acori, phu pōtici, sagapeni, fructus

* galiū aliq legūt. g. γαλίου

fructus balsami, hyperici, iridis Illyricę, singulorum drach. ii: rubricę Lemnię, cypheos, lumbo- E
rum scinci, singulorum drach. vi: acaciæ, gummi, cardamomi, securidacæ, singulorum drach. ij: seminis thlaspeos drach. vi, ob. iiij: gentianæ drach. iiij, alij iij: anisi drach. iij: rosarum exiccatarum drach. iiij: mei Athamantici tantundem: florum iunci rotundi odo. drach. vi, ob. iij: opopanacis drach. vi: chalbani drach. vi, ob. iij: opobalsami tãtundem: aristolochiæ. drach. i: hyssopi ʒ iij: marrubij drach. i: chamæpityos drach. iij: roris marini drach. v: terebinthinæ drach. vi, ob. iij: mellis attici quod sufficit: vinum ne iniicito. ℭ *Antidotus in Orbanum Indum relata ad Fœtus eiiciendos.* Myrrhæ drach. xv: croci drach. xvi: nardi Indicæ ʒ xvi: cinnamomi, casiæ, panacis, singulorum drach. xiii: amomi drach. viij: scordii drach. v: florum iunci odo. ʒ viii: mei Athamantici drach. iii: succi rosarum drach. xii, obo. iij: phu drach. v, ob. iij: hyperici drach. v: zingiberis drach. vi: piperis nigri drach. vi: piperis albi drach. viii: styracis drach. v, ob. iij: seminis fœniculi syluestris ʒ iij, ob. iiij: piperis longi drach. v, alii drach. vi: costi ʒ vii, ob. iii: seminis trifolii ʒ v: gentianæ, drach. iiii: aristolochiæ rotundæ drach. iiii: polii drach. v: radicis trifolii drach. v, ob. iii: cardamomi drach. v: radicis echii drach. iiii: thuris drach. vi: petroselini drach. vi: verbasci ʒ vi: seseleos drach. v: cumini Æthiopici drach. iii: fructus balsami drach. iiii: nardi Celticæ drach. vii: terræ sigillatæ drach. iiii: opii drach. iiii, ob. iii: cachryos drach. iii: cypheos drach. iiii: iridis Illyricæ tantundem: succi man- F
dragoræ drach. vi, ob. iii: sagapeni drach. iiii: opopanacis drach. iii: anisi drach. iiii: succi hypocystidis drach. vi: terebinthinæ ʒ v, ob. iii: castorii drach. v: opobalsami drach. xvi: seminis rutæ syluestris drach. iii: chalbani ʒ iiii: seminis napi tantundem: medullæ ceruinæ ʒ vi, ob. iii: vnguenti nardini drach. xx: sanguinis hœdini exiccati drach. v, obo. iii: sanguinis anserini tantundem: sanguinis anatis drach. iii, oboli. iii: succi buphthalmi Ægyptii ʒ viii: vini Chii, mellis attici, quod sufficit. ℭ *Antidotus Panacea qua Vtor multa promittens ab Aphroda accepta.* Cinnamomi ʒ viii: amomi drach. iiii: casiæ fist. nigræ drach. xvi: croci drach. xvi: iunci rotundi odo. drach. v: thuris drach. v: piperis albi drach. iiii, ob. iii: piperis longi ʒ i, oboli iii: myrrhę drach. xi, ob. ii: nardi Indicæ drach. xi, ob. iiii: nardi Gallicæ drach. xvi, ob. ii: rosarum exiccatarũ drach. vi: costi drach. ii, ob. iii s: opobalsami drach. iiii, ob. ii: succi Cyrenaici ʒ iii, alii drach. iiii s: stœchadis drach. v, ob. ii: radicis trifolii drach. iiii, vel eius seminis drach. iii: florum scordii drach. xi, ob. ii: polii Cretici drach. vi, ob. ii: asari drach. ii: acori ʒ iii, ob. iii s: seminis dauci tantundem: seminis anisi ʒ ii: cumini Æthiopici tãtundem: rhei Pontici ʒ v, ob. iii s: seminis napi syluc. drach. iii, vel seminis rapi satiui tantundem: phu pontici ʒ ii: mellis despumati quod satis est. ℭ *Antidotus Incomparabilis quã ipse composui faciens ad omnes Malas internasque corporis affectiones ex Nicostrati traditione.* Radicis dulcis, folii malabathri, G
opobalsami, agarici, cinnamomi, singulorum drach. xiii: zingiberis, semi. trifolii, amomi, semi. rutæ syluestris, baccarum iuniperi immaturarum & exiccatarum, singulorum drach. xv: petroselini ✻ singulorum, drach. viii: succi papaueris tantundem: castorii, piperis longi, succi hypocystidis, cypheos, singulorum drach. xii, ob. ii: polii, piperis albi, seseleos, bdellii, singulorum drach. xv, ob. iii: florum iunci odorati, costi, singulorum drach. xii s: seminis dauci, thlaspeos, singulorum ʒ xiii: spicæ nardi ʒ xxiiii: radicis casiæ nigræ ʒ xvi: thuris, panacis, opopanacis, singulorũ drach. xii: acori drach. v: scordii ʒ xvii: fœniculi, nardi Gallicæ, gentianę, florum rosarum, gummi, succi Cyrenaici, cardamomi, thymiamatis ammoniaci, radicis echii, succi aparines, singulorum drach. viii: sagapeni, hyperici, succi acaciæ, iridis Illyricæ, singulorum drach. xiiii: myrrhæ quæ stacte dicitur, ʒ xx: croci drach. xxx: styracis drach. xi, oboli ii: phu, mei, dictamni, semi. napi, calami odorati, singulorum ʒ viii, aut x: anisi, asari, agarici, scinci, singulorũ drach. vi: terebinthinæ ✻ singulorum drach. xiiii, ob. iii: galbani drach. v: sanguinis anatis fœminæ, sanguinis hœdi, singulorum drach. vii: piperis nigri, piperis longi, singulorum drach. xxiiii: crocomagmatis tantundem: radicis quinquefolii, origani syluestris, marrubii, stœchadis, ammeos, chamædryos, chamæpityos, centaureæ minoris, aristolochiæ minoris, singulorum drach. vi: sigilli Lemnii ʒ xxx: sanguinis anserini, testudinis H
marinæ, rhei põtici, singulorum drach. vii: mellis Attici quod sufficit. Datur ad magnitudinem fabæ ex aqua. Facit etiam ad quartanam, cæterum ad venena plus aliis antidotis valet. ℭ *Antidotus Aelij Galli, qua Cæsarem liberauit, hac & Charmes Vtebatur, ad ebibita morsuque illata Venena faciens: quaq; si Loca in quibus reptilia diuersantur, asperseris, ea fugabis. Valet etiam ad Fluxiones Oculos aliud' ue quoduis corporis membrum infestantes: eas enim exiccat. Tristem animi Habitum & longas intermittentes que Febres soluit. Mulieribus præterea, quæ Difficulter purgantur, auxiliatur. Fœtus sine dolore eiicit. Tabidis demum ex quatuor aquæ cyathis ad nucis auellanæ magnitudinem sumpta prodest: Vt à Vipera percussis ex Vino.* Myrrhæ drach. duodecim, croci drach. xiiii, nardi drach. xiiii, iunci rotũdi odorati drach. xii, cinnamomi drach. ii, amomi drach. iiii, chalbani drach. xi, terebinthinę drachmę v, piperis albi drach. x, piperis longi drach. xxxii, costi drach. viii, thuris drach. xii, succi papaueris tantundem, scordii drach. viii, polii drach. iiii, succi hypocystidis drach. duodecim, seseleos drach. xiiii, opobalsami drach. xii, castorii drach. viii, petroselini drach. xviii, seminis dauci drach. xvi, opopanacis tantundem, mellis Attici sestaria duo. ℭ *Antidotus Zopyria.* Cinnamomi drach. iii: myrrhę, quæ stactę dicit, drach. v: nardi drach. v. Exhibetur ad nucis auellanę magnitudinem ex tribus aquę cyathis, postquam annus transactus fuerit.

De

A *De Mithridatica Antidoto ex Damocratis traditione.* CAP. 2.

QVas hactenus antidotos descripsimus, omnes sunt ab Andromacho conscriptę. Cum vero quæ carminibus explicatæ sunt, ad ponderis sinceritatem medicamentorum q; memoriam maxime conducant, idcirco cõscriptas quoq; à Damocrate antidotos memoratu dignas subiunximus, principio rursus à Mithridatica sumpto.

Antidotus quam viri quidam insignes admodum, Mithridatium vocãt, medicamen ad omnes malas corporis affectiones efficax, quam q; omnis antidoti vicem præstare dixerunt.

A.l.5. fu.1.t.1. ol.524.b MIRRHAE "Arabicę Troglodyticę drachmas decem,
Croci decem, agarici decem, zingiberis decem,
Cinnamomi decem, spicę nardi decem,
Thuris decem, et item thlaspis decem.
At seselis, & succi balsami, & iunci odorati,
Stœchadis, costi, chalbani, terebinthinæ,
Piperis longi, ac castorij Pontici,
B Succi hypocystidis, styracis bonæ,
Opopanacis, & folij malabathri recentis,
Pares singulorum bis quatuor drachmas capit.
Casiæ vero nigræ septem, & polij septem,
Piperis albi septem, scordii tantundem
Cretici tamen, & seminum dauci tantum.
His pendet fructus balsami drachmas pares.
Æquale pondus cyphi prædictis dabit.
Sunt qui par velint bdelium adijcere.
Hinc nardi Celticæ repurgatæ, & gummi,
Et petroselini, & opii meconium quod vocant,
Et cardamomi, & seminum fœniculi,
Et gentianæ, & foliorum rosæ,
Drachmas imponunt singulorum quinas,
Parumper tamen descendat lanx propensius:
C Pendat dictamnum Creticum tantundem.
* Rursus anisi & tres asari & *
Acori q; phu q; sagapeni q; tres.
Mei q; Athamantici, & acaciæ,
Et ventris scinci, & seminum hyperici,
Singula drachmas hæc pendant duas semis.
Vini & mellis adde quantum est satis.
Satis est quantum hæc apte iungas simul.

QVONIAM vero Damocrates Cypheos mentionem facit, id q; etiam ipse componit, recte ideo illius quoq; compositionem adscripsit, quam deinceps subiiciam.

Cyphi vero nec mistum quicquam est, nec simplex
Ipsum fert tellus vlla, non pressus herbæ succus.
Ægyptus quosdam hoccum placat Deos,
Incendit, & quo dicam parat modo.
A.ibidem.c Passam "et albam sumunt, & pinguissimam,
D Corticem demunt, eximunt vinacea.
Pulpę contusæ & subactę diu,
Drachmas accipiunt quatuor bis decem.
Exustæ terebinthinæ pondus idem
Addunt, & myrrhæ, & cinnamomi, & iunci
Rotundi tantum, sed vnam ponunt croci.
Tres vnguium bdellii, aspalathi duas semis,
Tres spicæ nardi, tres casiæ bonæ,
Tres lecti cyperi, baccas iuniperi quibus
Adiungunt æquas, pingues & magnas legunt.
Accedit drachmis calamus flagrans nouem,
Mellis quod sufficit, & vini prorsus parum.
Bdellium, vinum, myrrham, in mortarium
Mittunt: & terunt, quoad mellis crassitiem
Liquentis iuncta reddant. Tum mel postea
Affundunt, vuas miscent: demum cætera

Imponunt,

Imponunt,sed contusa.Paruos inde
Confingunt orbes,quibus deos fumigant.
Rufus nos Cyphi sic parare docet,
Vir probus valde & peritus medicus.
Quidam,si desit cinnamomum sibi,
Tantundem miscent cardamomi seminum,
Et hac vtuntur æquè ac priore.
Quidam,si pulmo vel iecur vel ex extis
Aliud vllum,vlcus habet malum,
Huius propinant pharmaci denarium.

De Tribus Antidotis,Duabus ad Phthisim, Vna ad Venena. CAP. 3.

CVm vero Damocrates alias quoque antidotos memoratu dignas, & ob expositas commoditates,carminibus ab eo proditas conscripserit, illas quoque subiungere mihi satius visum est,quam intactas omittere.Nam theriacam quam vocant,quo ritu ipse conficiat,in præcedēte libro docuimus: Nunc quæ deinceps expositæ sunt antidoti subijciemus.

ANTIQVAE phthisi alia valde bona,
Et sputo sanguinis,& clàm febrienti,
Nec non & pectus imbecille habentibus.
Stomacho,renibus,& iecori prodest.
Omnibus quæ dixi valet,delicatis tamen
Quòd possit minus,conueniet magis.
Libenter sumpta hac Augustum ferunt
E longo morbo,conualuisse breui,
Pectore multum costis que affectum male.
Accipit & psylli & subrubentis casiæ,
Indęque nardi,& Gallicanę puræ,
Et cinnamomi,atque recentis croci,
Drachmas duodecim: opobalsami decem:
Myrrhæ quam stacten dicunt,crassæ,sedecim,
Hinc iunci tenuis,& sigilli lemnij,
Radicis Ponticę,& seminum rutę:
Syluestris melior multo est ruta tamen:
Amomi quoque,& siccæ rosæ tantum.
His album piper adde,semen napi:
Incultis locis hoc,non subactis lege.
Quater hæc duo drachmam,ter vero thus trahet.
Æquabit thus dictamnum creticum,satis
Siccatum quidem,sed tamen adhuc recens.
Thuri cuminum exæques Thebaicum.
Alia cribro tusa excerne tenui,
Immitte solum in mortarium psyllium,
Multo plus tamen,vt inde quantum velis
Sumas,nam totum comminui nequit.
Confice hoc pacto: Myrrham mitte bonam
In pilam latam,vini quantum est satis
Falerni pinguis affunde,atque dilue
Myrrham parumper: opobalsamum dein
Admisce translucidum,nam id est bonum.
Hinc,vbi tusa consperseris alia,
Combibant sines humorem tantisper,
Donec feruorem bis ter'ue mel efferat.
Affuso melle vnies antidotum.
Repones vase qualem descripsi modo.
Sic quibus dixi hinc remedium dabis.
ALIA, valde bona ad quæ dixi omnia,
Prorsus que hanc dicunt ad flatus meliorem,
Stomachum longo qui infestarunt tempore.
Tollit rugitus,qui ventrem & colon
Perturbant intestina discurrentes.
Acutos quoque reddit oculos senum.
A feris morsos summa leuat ope.

Ita

A Ita hanc conficies, sed miscenda hæc habe.
Succi Cyrenai boni drachmam cape.
Acori, phu, castorij q; & asari,
Seminis cardamomi, gummi arabici,
Liquoris acaciæ, iridis optimæ,
Sagapeni puri, Cretensis hyperici,
Propensa lance drachmas inijce duas.
Tres opobalsami pellucidi, parem
Mensuram psyllij opobalsamo subdes.
Tum albi piperis, & spicę, et nardi Celticę
Petroselini, ac recentis folij,
Cumini quoq; seminum Æthiopis,
Mei q; Athamantici, & amomi boni,
Meconis opij, gentianæ, & balsami,
Appendo singulorum dracmas quatuor:
B Styracis quinq; liquidæ & triobolum:
At albi costi, thlaspeos, & seselis,
Nigræ q; casiæ, vno obolo minus:
Schœni, & polij, drachmas quinq;, tres obolos:
Item dictamni Cretæ quam tellus alit.
Pondere eodem conijcito scordium,
Masculum thus, Lemni terram, longum piper,
Myrrham, glycyrhizam, chalbanum, terebinthinam,
Anatis recentem sed siccatum sanguinem,
Succum panacis, ac semen fœniculi,
Folium rosæ siccum, hypocystidis
Expressum pulchrè succum, dein agaricum,
Dauci que semen Cretici electum adde,
Anisi quoque semen, & scincum quoque,
Bis tres cuiusque pondera denarios:
C Demum zingiberis cum sicci tum boni,
Et cinnamomi, atque croci, bis quatuor.
Omnium pondus mel geminet. Chium
Infunde vinum quod esse putas satis,
Siue Falernum vetus quantum Chij.
Miscebis hanc antidotum, vt te parum
Ante miscere theriacam docui.
Vt q; illam dixi, sic hanc omnibus dabis.
ALIA ex Sanguinibus, quam quidam aiunt
Cæteris amplius ad venena conferre,
Continet anserini sanguinis sicci duas
Drachmas, tres marinæ testudinis,
Hœdini tres, tres anserini sanguinis:
Anatis fœminæ sanguis præstat tamen.
Drachmas perpinguis myrrhæ iunges decem.
D Liquenti myrrhæ spicam nardi æquabis.
Nam cinnamomi bis tres erunt satis:
Bis quatuor foliorum siccæ rosæ:
Iunci rotundi, costi que, & thuris vna:
Amomi tres, piperis albi totidem:
At longi piperis vnam & dimidiam,
Croci duodecim, casiæ bis quatuor:
Quinq; radicum trifolij, & polij:
Opobalsami tres, petroselini quatuor:
Baccarum iuniperi pinguium, & acori, duas:
Rha pontici, mei que, & dictamni, duas
Cuiusque, drachmas dico, & phu itidem, duas,
Ammoniaci que thymiamatis similiter,
Et fœniculi: agarici duas semis,
Tres rutæ syluestris, dauci duas quoque:
Anisi, & asari, vnam cum dimidia.

Æquabis antedictis ammi,& semina E
Cumini, Thebe quod exusta procreat.
Tres seminum syluestris drachmas napi,
Prædictis addes: quinque vero scordij,
Quòd Creta gignit, diximus id melius.
Omnium pondus mel atticum duplicet.
Partim contusa, partim soluta omnia
Excipe melle cocto. Serua pyxide.

De Charme Antidoto. CAP. 4.

POst antidotos hucusque descriptas Mithridaticam Damocrates subiungit, quam nos paulo ante recensuimus. Ea igitur omissa quas deinceps conscripsit ille, nunc ipse subiiciam.

ANTIDOTVS, quam recentes Charmen vocant,
Affectus sanat, qui molestarunt diu,
Et quibus nullum medicamen profuit.
Myrrhæ hæc optimæ habet,& opobalsami,
Succi hypocystidis,& thuris boni, F
Opopanacis sinceri,& croci noui,
Drachmas duodecim, in singulis pares.
Albentis costi, Pontici castorii,
Terebinthinæ puræ, florum schœni, iniice
Drachmas bis quatuor singulorum: atque
Amomi racemorum,& polii quatuor,
Et cinnamomi quoque totidem boni:
Cretensis dauci seminum bis tres,
Dauco par pondus seminum seseleos:
Rufæ que casiæ corticum bis nouem,
Æquabis casiæ petroselini semen:
Piperis longi & noui bis duodecim,
Abrosum carie nam vetus reperies.
Piperis albi decem, chalbani decem,
At spicę nardi electæ drachmas sedecim. G
Drachmas recentis bis viginti & quinque
Adiunge scordi, quod tellus Creta parit.
Res siccas pondus mellis ter adęquet.
Commisce, sicut antidotos alias
Te pridem monui,& similiter dabis.
Hanc Charmes auctor bis quingentis atticis
Vendebat drachmis, nec totam libram dabat.
Dare que gratis videbatur insuper.
QVIDAM fide dignus Charmis discipulus,
Scripturam hanc dicebat probatissimam,
Quæ nardi Indicæ drachmas sedecim capit:
Et myrrhæ pinguis,& succi papauerum,
Hypocystidis succi, succi balsami,
Succi panacis recentis & liquidi,
Et thuris,& castorii, singulorum H
Drachmas bis senas: at chalbani quatuor,
Terebinthinæ quinque, polii quatuor,
Bonæ sed nigræ casiæ bis quatuor,
Albi piperis duas, oblongi vnam
Et duos obolos, croci Corycii decem.
Vnam prædictis addes & bis quatuor
Schœni attriti, sed amomi quatuor,
Duas cinnamomi, item & seselis duas,
Sex dauci drachmas seminum Cretensis,
Petroselini seminum bis nouem.
Hinc scordii drachmas bis quatuor comæ,
Bdellii vnguium vnam sed pellucidi.
Mellis infunde libras quinque plus parum.
Confice hoc pacto. Succos dissolue prius
In melle calido, atque resinam optime

A Cribrata post hæc admiſcebis reliqua.
Corpus in vnum rediges. Ex hoc dabis,
Quantum auellana, ſumere quibus expedit.

De Quibuſdam alijs Antidotis à Damocrate deſcriptis. CAP. 5.

HÆc, ſi componere vis, impetum cohibet
Infrà ſupráue prorumpentis ſanguinis.
Hanc ſi accuratè facis, habebis optimam.
Capit Cilicij croci recentis & boni
Drachmas bis octo, & tantundem opij:
Sinceræ myrrhæ, & thuris infracti,
Cuiuſq; drachmas accipiet ſedecim:
Corticum octo radicum mandragoræ,
Hyoſcyami ſeminum ter quatuor.
Bis ternas adde ſeminum papaueris.
Tres cinnamomi drachmas appendo boni.
B Succi Pataricæ aut Syriacæ rhois
Ter viginti quinque, alterius bis duodecim.
Miſcebis ita. Primò ſelectum crocum
Cretico & albo & dulci vino madeat,
Ad ſummum dies duos. Cùm fracidum videris
Et mollem valde, conijce in mortarium,
Et cochleari ſubige, dum læuigatum facis.
Adiunge myrrhæ thus ſimul & opium.
Seorſum rhois ſuccus madeſcat quoq;,
Quem maceratum prædictis adijcies.
Subinde læuigata, & comminuta
Cætera cuncta pariter confundes:
Ac mellis cocti & Attici quod ſatis,
Paulatim fundens in vnum aceruabis.
Aceruum è mortario in vas vitreum,
C Vel ſtanno factum, transferes, & oblines.
Ex hoc ijs dabis, qui ſanguinem reijciunt
E ventre, gutture, pectore, pulmone,
Quantum tres oboli pendunt, aut plus parum,
E tribus vini cyathis diluti.
In vino myrtis facto, & ſaxis aqua
Aſtricta, renes, aut veſica, ſanguinem
Remittit, quibus hanc medicinam dabis.
Quòd ſi ieiunum, ſiue inteſtinum aliud
Subtile, ſiue colon, ſiue vterus fluet,
Huius antidoti, quantum eſt drachma, dato.
Febriat ſi quis pluuia ex aqua:
Non febrienti, ex vino dabis quoq;
Diluto, vel myrtaceo, vel dulci Cretico.
SI QVIS non multis miſtam habere velit,
D Sed paucis conditam antidotum rebus,
Ita componat ſedulus aptiſſimam
Infirmo ſtomacho, nec appetenti cibum,
Squallidis, macris, tardè concoquentibus.
Dolores omnes inueteratos pectoris,
Et ventris tollit infixos iam diu.
Ferunt Auguſtum hac vſum Tiberium,
Vllam nec vnquam perbibiſſe aliam.
Continet nigri piperis quinque vncias,
Crocomagmatis quindecim, roſæ decem,
Excuſſa cribro excipe melle omnia.
ALIA faciens ad eadem, quæ & prior
Roſarum conſtat vncijs bis quatuor.
Cætera verò quæ & ſuperior capit.
Contuſa ea omnia, & per cribrum adacta,
Melle deſpumato excipe valde bono.

Ad magnitudinem auellanæ ex hac dabis E
E mulso vel recenti melicrato
Bene decocto, & commisto bene.
Percussis à serpentibus, seu veneno
Petitis, quantum nux iuglans, exhibe
In septem vini cyathis diluti.

Pastillorum è Rosis Apparatio.

Hos te oportet pulchrè struxisse prius
Quo dicam modo. Recentes carpe rosas.
Carptas siccato in vmbra dies duos,
Vel tres ad summum. Tres inde libras cape,
Et tunde missas in pilam, quantum est satis.
Schœni viginti, bis q; sex myrrhæ diu
Contusæ, drachmas, bis quatuor adde croci.
Inspergens simul commiscebis omnia.
Rotulas finge magnas siccatas bene. F
Desumes quantum satis in antidotum.

Crocomagmatis Compositio.

Croco magma si habere bonum cupis,
Misceto diligenter hæc cuncta simul.
Primùm Cilicii drachmas centum croci,
Myrrhæ dimidium pinguis, inde rosæ
Tantundem siccæ, pòst amyli candidi,
Et gummi drachmas bis quinque & viginti.
Cuncta hæc tusa atq; excussa bene,
Vino odorato Coo insperge parum.
Vbi satis maduerint, finge rotas.
Sicca, vtere vt bono, cùm opus fuerit.

Antidotus Prognostica.

Prognosticam Antidotum ita conficies.
Quam si quis prius cepit, si venenum sumat, G
Euomet ipsum statim & cibum simul.
Qui verò, ne sumpserit venenum, timet,
Si hanc susceperit, reiiciet escam
Vnà cum nuper hausto medicamine.
Quòd si nil prauum, nil noxium, inter
Dapes propositas sumpserit, nauseam
Ne sentit quidem, atq; epulum retinet.
Hæc quoq; medicina ad dolores facit
Lateris, dorsi, renum, & vesicæ. Impetum
Sanguinis cohibet absq; molestia,
Vndecunque feratur, etiam è pulmone.
Ita conficias. Lemniam terram cape
Inscriptam signo, inde sigillum dictam,
Pendat hæc drachmam vnam, duos obolos.
Æquent iuniperi baccæ drachmas duas. H
Dissolue diu fundens olei parum,
Quod dulce & bonum, quod q; sit recens satis.
E mulsa, quantum nux auellana magna est,
Offeres, quibus offerre hanc erit opus.
Si profluentem sistere voles sanguinem,
E mulso aceto quod diu ferbuit, dabis.

De Antidotis ab Asclepiade conscriptis in Quinto Internarum affectionum libro, qui Mnasonis inscriptus est. *CAP. 6.*

MOs itaq; iunioribus medicis est antidotos appellare, non modò quę aduersus mortifera medicamenta, quæ q; ad morsus ictus q; venenosos exhibẽt, sed etiam quæ cõtra malas corporis affectiones, præsertim q; diutinas valent, ex aliquo viscere aut abscessu consurgẽtes. Has autẽ cũ Asclepiades describeret, in tria genera distribuit. Quorũ primũ ea continet, quæ febribus per circuitũ inuadẽtibus cõuenire dicit: quibus & inunctiones quasdam, ita.n. eas ipse συγχρίσματα vocat, subiũgit. Atq; hæc omnia ληξιφάρμακα & ληξιπύρετα hoc est soluimorbia & febrifugia, cognominat. Secundum verò medicamenta complectitur, quas Theriacas appellat, ad morsum canis

A canis rabidi, ſcorpij, phalangij, & viperæ, facientia. Tertium autem genus in duas partes & ipſum ab eo diuiſum eſt. Quarum alterã medicamenta à venenis liberantia nominat, alteram à venenis præſeruantia inſcribit, Andromachi ordinem hac in parte minimè ſeruans. Is enim, vt eſt à nobis inter initia huiuſce libri dictum, in libro quẽ de medicamentis intra corpus aſſumendis inſcribit, prius antidotos oẽs ad venena, venenataſq; feras facientes, diſponit: Deinde medicinas ſubſcribit ad quamcunq; affectionem, non ſolum contra abſceſſus, ſed etiam ad fœtus eijciendos, ſi opus fuerit, propinanda: nam & hoc medicamenti genus antidotum etiã vocat: Ad conuulſa quoq; & rupta, atq; (vt ſummatim dicam) ad oẽs malas internas q; corporis affectiones, quacũq; in parte corporis incubuerint. Atque hęc medicamenta in huiuſmodi affectionibus bibenda potiones etiam idem auctor appellauit, cùm circa finem libri quarti Mnaſonis ea deſcriberet. Poſtremas itaque, hoc eſt ĩ fine librorũ quos Mnaſonis inſcripſit, antidotos Aſclepiades collocauit, quę vel eos qui venena iam ebiberunt liberant: vel ne ab ebibendis lędant, tutos pręſtãt. Ego verò tales antidotos primas hîc deſcribere ſtatui, ſimul quia paulo antè traditis affinia ſunt, ſimul quia ipſis plurimùm vtimur. Nam & ad abſceſſus quocunq; in viſcere interna'ue corporis parte inſederint, oẽs faciunt: Quarum aliquæ corporis imbecillitatem ſubleuant, indolẽtiã procurant: humores vitioB ſos quidem emendant, incoctos verò concoquunt, atque eos vel per cutem inſenſibiliter, vel per aluum vrinam q; ſenſibiliter, item & per ſputum trãſmittunt, vt quæcunq; pulmonem & pectus, per tuſſim expurgant. Plurimę verò humores craſſos attenuare, tenaces q; diſſecare & abſtergere, poſſunt: quibus ſequitur, vt & obſtructiones adaperiant: quæ quidem in iecinore ſæpe, in alijs autem viſceribus & corporis particulis aliquando, fieri ſolent. Finis enim ipſarum eſt humores attenuare, & abſtergere, clauſa'que meatuum ora patefacere.

Aſclepiadis Remedia ijs qui Venena ebiberunt, Ipſiuſmet auctoris verbis deſcripta. CAP. 7.

Al.4.f.6.t.1.c. col.494.a IIs igitur qui Papaueris ſuccum hauſerint, confert hydrelæon hoc eſt aquam oleo conditam, calidam ſubinde bibendam exhibere, atque vt vomant cogere: vel aquam calidam & acetum mulſum dare, & euomere facere: cõpetet etiam aluum clyſteri inanire. Qui autem Opium id eſt papaueris lachrymam, biberint, ijs ſtatim merum plurimũ exhibendũ eſt, aut piper, aut naſturtiũ, aut cardamomum ex vino. Proderit quoque lac aſininum, bubulum'ue haurire, & farina triticea vel hordeacea vino commiſta decocta q; ventrem emplaſtrare, ac mitioribus vti clyſterijs. Aconitum verò ſi quis aſſumpſerit, rutæ manipulum ſubactum tamẽ è vino puro bibat. Ius quoq; gallinaceum pingue auxiliatur. At qui Apollinarem herbam biberint, ijs lac bibere confert, aſiniC num præcipuè. Quòd ſi non aderit, aliquod aliud lactis genus, vel ſolum, vel cum mulſa calida.

Coriandrum autem viride qui guſtarint, ij vino puro iuuãtur, & iure gallinaceo pingui. Quòd ſi Leporem marinum ederint, lac potent aſininum in primis: vel ſi deſit, bubulum, aut caprinum. Maluæ quoque caules diutius elixatos comedant, aut etiam pulegij manipulum è paſſo: vel mali terræ radicem vino cõmiſtam hauriant: vel deniq; cedriam pondere vnius aut dimidij oboli paſſo maceratam deglutiant. Sin autem Toxicum biberint, auxilium afferet vinum dulce, oleum roſatum, ſanguis caprinus, ſemen napi contuſum ex vino: Velut Ephemeron aſſumentibus, polygonij ſuccus, plantaginis'ue, aut origani, vel thymi etiam aliquantulum vino admiſtum. Dorycnion autem ſiquis edat, lac bubulum bibat, & paſſum, & conchyliorum ius. At ſi malos Fungos aſſumat, raphani crudi dandi erunt, vt q; ex eis plurimum comedat iubendum: vinũ purum inſuper, & è ſarmẽtorum cinere factum lixiuium: nitrum q; in aceto diſſolutum, aut vini fęx vſta & contrita ex aqua: abſinthiũ pręterea, aut ruta aceto cõmiſta, quãuis & ipſa per ſeſe ruta comeſta proſit. Ixiam verò aſſumentibus opem affert abſinthium ex vino ſumptum, caſtorium q; & ruta. Confert etiam acetum mulſum bibendum exhibere, poſtea vomitum irritare. Confert denuò origanum ex vino hauſtum. Vtemur quoq; hac compoſitione, quæ habet Rutæ drach. vi. reſinæ D drach. iiij, caſtorij drach. ij, chamæpityos cochlearia tria. Omnia hęc contere, & aceto calido miſce, & vtere. Buprestin autem quiſquis ebiberit, paſſum multum primò hauriat, deinde vomat, ius demum carnis ſuillæ, & lac calidum ſorbeat. Prodeſt etiam ad ſaturitatem non edere. Dandum eſt quoq; ficuum decoctum: vel nitri rubri drach. iiij contuſas, ex aqua bibendas trade. Cantharides autem ſi quis aſſumpſerit, paſſum oleo miſtum, & ſeuum in aqua decoctum atq; colatum bibere proderit, tum vomere eniti. Proderit quoque lac plurimum bibere, nucleos'que pini multos comedere, aut eorũ plurimos atterere & ex mulſa propinare, vel rutam tritam atq; irino vnguento miſtam dare, vel deniq; cantharidum alas & pedes ex melle tritos lingere. Quòd ſi Pſilothrum quis fortè biberit, oleum calidum ſumendum eſt, deinde vomendum. Vtile etiam erit lac caprinum, & maluæ elixæ ſuccus expreſſus cum mulſa calida vel oleo, aut ficuum decoctum cum oleo, vel ſeſamum tritum ex vino, quinque'ue nuces iuglandes ex oleo, lixiuium'ue ſarmentorum cinere factum. At ſi Spumam argenti quiſpiam hauſerit, piper, apium, myrrha in vino diſſoluta & bibita, proderunt: Vt Gypſum deuorantibus lixiuium è ſarmentorum cinere confectum, dãdum eſt, thymum'ue ex aqua contritum. Ad Lac autem concretum in grumos acetum valet, opus q; erit coagulo etiam ex aqua fontis vti, vel aſerpitij & thymi æquas partes ex aceto mulſo bibendas tradere. Taurino autem Sanguini remediũ eſt acetum bibere & vomere, vel laſerpitij obo-

* Al. chamæleontis.

lum semiobolum'ue sumere, aut nitri obolos duos in vino dissolutos, vel caprifici grossos aceto di- E lutos. Proderit quoque ventrem subducere, eundem'que lupinorum farina & nitro in oximelite decoctis contegere. Hirudines verò si quis deglutierit, alij muriam, quidam niuem, superbibere suadent. Asclepiades autem primò os colluere monet, mollem q; spongiam frigida madefactam faucibus immittere, vt hirudo spongiæ insiliat & extrahatur: postea lentis succum exhibet, & ceruicem extrinsecus emplastris refrigerantibus operire docet. Apollonius aūt cognomento Mus, acetum acerrimum propinabat cum muria. Qui verò niuem dabant, eam calefaciebant, & dissoluta vtebantur, cibum'que & potum ad subducendam aluum opportunè adhibebant, vt hirudinem eijcerent: sæpenumero n..nq; aiunt vnà cum excrementis ipsas quoq; deferri. Cerussam verò si quispiam assumpserit, oleum calidum bibat & vomat, vel passum & aquam calidam. Proderit etiam asininum lac bibere, & expressum maluæ decoctæ succum, atq; aquam mulsam calidam oleo mistam, vel caricarum decoctum cum alijs dare, nuces'que iuglandes quinque oleo commistas exhibere, aut è sarmentorum cinere lixiuium. Atque de simplicibus quidem venenis hactenus à nobis dictum sit. De compositis autem postea dicetur. Eorum aūt compositionē docere improbi mihi hominis videt. Quāuis hæc multi cōscribere sint agressi: inter quos est Orpheus theologus cognominatus: & Horus Mendesius, iuniorem dico: & Heliodorus Atheniensis, qui tragœdias quoq; conscripsit: Aratus'que & alij quidam huiusce notę scriptores, quos sanè quispiam commendatione dignos iudicauerit, quòd talia carminibus illustrare adorti sint: reprehendet autem, ac meritò quidem, ob genus materiæ susceptum. Nam cùm sigillatim quodq; venenum parare doceant, improbos magis instruunt, & pronos ad malum ducunt. Quam ob rem qui pulchra hęc poemata conscripsere, veriti ne publicè plecterentur, lectoribus inter initia suadere conantur, se neque perditis moribus esse, neq; eiusmodi lethalia conficere, sed vitare docuisse: veluti Heliodorus qui cum se ad Nicomachum purgat, ita exordiens fatur: F

*Fortasse ἁλὸν i. sale.

» Mitia per Tricen habitantia numina testor:
» Qui'que deos latè conspergit lumine Phœbum,
» Sceptrigerum'que Iouem, Saturno rege creatum,
» Nec me muneribus quisquam, nec viribus vllis
» Flexit, amicitiæ vinclum'ue abduxit, vt ista
» Conscius efferrem: at tollens ad sidera palmas,
» Immunem sceleris mentem pro pectore seruo.

Ex his itaq; libros eiusmodi legentibus, quod dicebamus, persuadere moliuntur, metuentes ne à G multitudine læderētur. Atqui nec dici potest, oportere propterea talium venenorum instructionem sciri, quò quis aptius indigentibus succurrat. Falsum est enim hoc. Nam qui simplici veneno petitis auxiliari nouit, is etiam priuatim vnumquodq; superueniens symptoma distinguens, compositis affectos optimè tractabit, ingeniosè obseruādo id quod inter reliqua symptomata excellit. Sed ad id quod restat, redeamus. Si incognitum nobis fuerit venenum, quod quis biberit ederit'ue, hydrelæon calidum dabimus, vt q; ex eo multum bibat iubebimus, tum vomere ipsum faciemus. Vtile insuper erit somnos quoq; circunscribere. Verūtamen vt et ab his & ab alijs quibuscunq; venenis caueamus, subscriptis antidotis vtendum erit.

Apollonij Muris Medicamenta à Venenis præseruantia. CAP. 8.

RVtę folia viginti, nuces iuglandes duas, salis grumum vnum, caricas duas. Hęc si ieiunus aliquis comederit, à venenis lædi non poterit. ℭ *Antidotus quæ exhibita accipientem tutum à Venenis reddit.* Baccarum iuniperi drachmas ij, terræ lemniæ drachmas ij. Hæc vbi in puluerem redegeris, oleo aut melle commiscebis, & repones: atque cùm opus fuerit ex aquæ mulsæ cyathis duobus, quantum est auellana, dabis. Hac antidoto Nicomedes Rex vtebatur, si quando suspectos habuisset qui se vocarant: nam si venenum non subsit, quieta manet: sin adsit, nauseam concitat, & euomere cogit, ita vt venenum quoq; cum antidoto reijciatur. ℭ *Antidotus Codij Tusci, qua & Craterus vtebatur.* Marrubij, herbæ sacræ, seminis rutæ agrestis, scordij, corticum radicum rhamni, singulorum pondus æquale. Hæc melli commisce, inde'que drachmas duas exhibe, ad serpentium quidem morsus ex vino, ad venena autē ex mulso & oleo *Ad idem alia, vt Apelles tradit.* Dictamni drachmas duas, polij drachmas tres, piperis longi drachmas quatuor, rutæ syluestris drachmas sex, scordij drachmas tres. Hæc melli commisce, atque, vt modò dictum est, vtere. Bona est etiam laterum morbo, trium obolorum pondere exhibita: menstrua'que mulieribus detrahit, drachmas vnius pōdere. ℭ *Antidotus Mithridatis Athanasia cognominata faciens ad Venena, & omnium Venenatorum morsus, quibus q; Cibus in ventriculo acescit, Sanguinem q; reijcientibus. Antiquas insuper Tusses, Hepatis, Lienis, Vesicæ, & Veteri morbos sanat.* Continet autem piperis albi grana quadraginta: costi, mei, asari, acori, seminis dauci Cretici, petroselini, nardi Indicę, nestcritę lapidis, singulorum drachmas quatuor: croci, myrrhæ, singulorum drachmas octo: cinnamomi, casiæ, singulorum drachmas xij: mellis attici despumati quod sufficiat. Datur ex hac ad auellanæ quātitatem cum mulso. H

In alio exemplari sic se huius antidoti compositio habet. Spicæ nardi, piperis albi, costi, mei, asari, acori, opobalsami, seminis dauci Cretici, seminis petroselini, singulorum drachmas xij: mellis quod

satis

A satis est. *Item in alio rursus hoc modo se habet.* Piperis albi grana quadraginta: costi, mei, asari, agarici, scordij, dauci cretici, petroselini, singulorum drachmas quatuor: croci, myrrhæ, singulorum drachmas octo: cinnamomi, casiæ, florum iunci odorati, singulorum drachmas xij: mellis quod satis.

℄ *Ambrosia quæ dicitur Philippi Macedonis antidotus ad Venena, omnium que Venenosorum ictus, & Internos corporis morbos.* Accipit autem Styracis, galbani, piperis albi, piperis longi, cinnamomi, singulorum drachmas duas: seminis apij, anisi, iunci rotundi odorati, costi, cumini æthiopici, seseleos, cypheos, rhei pontici, cardamomi, amomi, nardi, myrrhæ, casiæ, singulorum drachmas quatuor: palmularũ eiectis nucleis, carnium iuglandium, singulorum drachmas sex: croci drachmas octo: vuæ passæ demptis vinaceis drachmas duodecim: mellis attici quod satis sit: confice vt mos est.

℄ *Antidotus Zopyria quæ facit ad Venena & Reptilium morsus. De hac talia feruntur, Zopyrum per epistolam Mithridatem monuisse, ut antidotum hanc ita experiretur. Accerseret vnum è condemnatis, iuberet que primò venenum haurire, deinde hortaretur antidotum bibere: vel prius antidotum assumere, postea venenum bibere Idem quoque vt percussis a serpentibus, & in vulneratis à sagittis toxico illitis, faceret, hortatus est. Verum omnibus ita peractis hominem contigit illæsum permansisse. Iuuat autem Vitio ventriculi acidum ructantes, Sanguinem reijcientes, Cœliacos, Intestinorum torminibus laborantes, Comitiales, Iecoris, lienis, renum que morbo vexa-*
B *tos. Vteri demum, & vesicæ affectionibus medetur. Emortuos fœtus & secundas trahit.* Conficitur aũt hoc modo. Opobalsami drachmas tres: nardi indicæ, myrrhæ troglodyticæ, florum iunci odorati, cinnamomi, characiæ, costi recentis, piperis longi, hypocystidis, polii, piperis pereatici, scordii, mei cretici, cardamomi, singulorum drachmas quatuor: thuris masculi, carpobalsami, dictamni, singulorum drachmas sex: petroselini, casiæ fuluæ, singulorum drachmas septem: croci corycii, drachmas octo: mellis attici quod sufficit. Datur hæc antidotus ad magnitudinem nucis auellanæ, non febrientibus ex vino, febrientibus ex mulsa. ℄ *Antidotus Diæmaton id est ex sanguine, appellata, ad Venena venenatorum que omnium morsus.* Habet autem. Piperis longi, piperis albi, costi, acori, croci, phu, mei, dictamni cretici, ammoniaci, agarici, singulorum drachmas duas: amomi, opobalsami, seminis rutæ syluestris, cymini æthiopici, anisi, sanguinis anatis maris & fœminæ sicci, sanguinis hœdini, sanguinis anserini, seminis napi syluestris, singulorũ drachmas tres: gentianę, trifolii, florum iunci rotundi odorati, thuris, rosarum siccarum, singulorum drachmas quatuor: petroselini drachmas v, phu cretici tantundem, cinnamomi drachmas sex, florum, scordii drach. viii: myrrhæ, nardi, singulorum drach. xii: casiæ drach. viii. Omnia hæc diligenter contusa, ac per excussorium cribrum traiecta, melli attico despumato commiscebis, commista q; in argentea pixi
C de repones: atq; hac vt magno aliquo medicamento vteris.

De Diascinco nobili antidoto, Theriaca, & Centena. CAP. 9.

A*Ntidotus Mithridatis Eupatoris, Diascinci cognominata, faciens ad Venena omnium que venenatorum materiam mortem inferentem, Omnium que venenosorum animalium ictus, & Malas internas que corporis affectiones. Mulieribus concipere nequeuntibus opitulatur. Menses ducit, emortuos fœtus, atque retentas secundas trahit. Febres per interualla inuadentes, earum que tremores soluit. Coxendices, in scapulas rigentes, podagricos, & id genus reliquos neruorum morbos iuuat.* Conficitur autem hoc pacto. Scinci, sagapeni, acori, phu, costi, hyperici, acaciæ, iridis, mei, gummi, singulorum drachmas duas: rosarum siccarum, gentianæ, cardamomi, singulorum drachmas quatuor: seminis papaueris drach. v, obo. ii: styracis drachmas octo: polii, casiæ nigræ, seseleos, bdellii, balsami, piperis albi, singulorum drach. v, obolos ii: succi hypocystidis, opopanacis, myrrhæ, thuris masculi, castorii, piperis longi, cypheos, foliorum malabathri, singulorum drachmas sex: scordii, florum iunci odorati, chalbani, terebinthinæ, singulorum drachmas sex, obol. ii: nardi syriacæ, opobalsami, thlaspis, dauci cretici, singulorũ drachmas sex, obol. ii: croci, cinnamomi, zingiberis, singulorum drachmas vii, obol. ii: succi glycyrhizæ, agarici, singulorum drachmas octo, obol. iii: mellis quod sufficit: vini optimi quod satis est
D ad succos dissoluendos. Construitur autem hoc modo: Cyphi, hypocystis, sagapenum, gummi, opium, styrax, opopanax, vino chio macerantur die noctu'que quoad penitus dissoluta sint: reliqua verò interim contusa, tenui cribro excutiũtur, illis'que iam maceratis ac dissolutis commiscentur: commista q; attico melle ad crassitiem vsq; despumato excipiuntur: opobalsamo'que superimmisso demum in vas argenteum transferuntur, atq; ad multos vsus reponuntur. Datur autem ex hac antidoto quantum æger tolerat. Nos autem vt validius medicamentum hoc faceremus ad Menstrua prouocanda, vt q; sine periculo Fœtus educi possent, imposuimus dictamni drachmas quatuor, ammoniaci drachmas tres, seminis rutæ syluestris drachmas tres, cumini æthiopici drachmas sex, seminis trifolii drach. iiii, napi syluestris drachmas iiii, chamedryos drach. iiii, rhei pontici drach. iii, succi cirenaici drach. ii. His additis medicamenti vsus ad multa vtilis redditur: Quadrimestres enim fœtus corrũpit, & trimestres educit. ℄ *Mithridatis Theriaca. Hac Mithridates Rex semper vsus est, vt se à venenis tutum præstaret. Itaque à Romanis obsessus bis epoto veneno cùm mori non posset, se ipsum ense traiecit. Facit autem ad perniciosa Venena, omnium que venenatorum morsus, & Internas corporis affectiones. Hac & Andromachus postea vsus est.* Componitur que hoc modo. † Pastillorum scilliticorum drachmæ quadraginta octo: pastillorum viperinorum, piperis nigri, spissamenti hedychroi, succi papaueris nigri, singulorum drachmæ vigintiquatuor: rosarum siccarum, scordii, seminis

† Hæc cõpositio corrupta est et mutilata. licet uero eã instaurare ex descriptione theriacas Democratis pa. 108.

minis napi, iridis illyricæ, agarici, cinnamomi, ſucci glycyrhizæ, opobalſami, ſingulorum drachmas xii: roris marini drachmas octo: myrrhæ, croci, zingiberis, rhei pontici, radicum quinquefolij, nepitæ montanæ, marrubij, petroſelini * oboli duo: ſtœchadis, coſti, piperis albi, piperis nigri, thuris * caſiæ nigræ drach. iiii: coſti ℥ i, croci ℥ iiii, piperis albi drach. i, piperis longi drach. i: iridis illyricæ, iunci rotundi odorati polij, ſcordij, roſarum ſiccarum, ſanguinis anatis, ſingulorum drach. ij: mellis attici deſpumati quantum ſufficit. ℭ *Antidotus Centena quatuor, quam quę Cæſari compoſui ad Omnia, præſertim que ad Venena.* Abrotoni drach. ii & ſemis, ariſtolochiæ drach. xx, acaciæ drachmas iiii, baccarum iuniperi tantundem, croci drachmas ii, aſari drachmas iiii, aniſi drach. iii, amomi drach. vi, agarici drachmas iii, carpobalſami drach. ii, bdellij drach. iii, balauſtij ℥ ij, gentianæ ℥ iiii, ſucci glycyrhizæ tantundem, ſeminis rapi drach. viii, terræ ſamiæ drach. viii, ſeminis dauci drach. iiii, radicis dracontij drach. iii obol. tres, ſeminis irionis drach. xx, iridis illyricæ ℥ ij, myrrhæ drach. vii, zingiberis tantundem, radicis eryngij drach. iiii obol. ii, thlaſpeos drach. xx, conizæ tenuis drach. vi obo. iij, cyperi drach. vi, acori drach. vi, ſeminis cicutæ decorticati drachmam i obo. iii, ammeos drach. iiii, ſeminis cnici drach. vii obo. ii, cinnamomi drach. vii, coſti drach. vii obo ii, caſiæ ℥ vi obo. ii, ſucci centaureæ ℥ iiii obo. v, caſtorij drach. vi, calami aromatici ℥ iiii, gummi drach. ij, cardamomi drach. iiii, cachryos drach. iii obo. iii, cypheos drach. vi, chalbani ℥ vi obo. ii, foliorum libanotidis drach. iiii, ſaluiæ tantundem, ſeminis lonchitidis drach. ij obo. iii, ſeminis lithoſpermi drach. iii, thuris ℥ vi obo. iii, ſeminis fœniculi drach. vi, ſucci papaueris drach. vi, rubricæ lemniæ ℥ iiii, malabathri drach. x, mei drach. vi, ſanguinis anatis tantundem, nardi ſyriacę drachmas vi obo. iii, nardi celticæ drachmas viii, xylobalſami drach. iii, ſucci panacis tantūdem, ſeminis hormini ℥ viii, erui albi tantundem, radicum panaceæ drach. i i, opobalſami drach. iiii, ſecuridacę drach. vi, polii drach. v obo. ii, foliorum polygoni drach. ix, radicis elenij drach. v obo. iii, petroſelini drach. vi obo. ij, quinquefolij drach. viii, ſucci peucedani tantundem, piperis nigri drach. v obo. iii, piperis albi drach. iiii obo. iii, piperis longi drach. iiii, ſcinci drach. iii, terebinthinæ drach. ii, roſarum exiccatarum drach. vi, ſagapeni drach. viii, ſtœchadis drachmas iiii, pineæ nucis torrefactæ drachmas vi, iunci odorati drachmas iiii obo. ii, vuæ paſſæ ſine vinaceis drach. iiij, ſeſeleos drach. v obo. ii, ſeminis paſtinacæ drach. iiii, fellis taurini ℥ v, fellis vrſini tantundem, chamæpityos drach. iii, ſeminis pſyllij drachmas iiii, chamædryos tantundem, ſeminis ſiſami aduſti drach. vi, radicis cōſolidæ drach. ii, ſummitatum ſcordii drach iiii obo. iiii, herbæ pedicularis drach. v, ſtyracis drach. v obo. ii, fructus trifolii drach. x, ſeminis tordilli drach. ii, foliorum teucrii drachmas iiii, ſucci hypocyſtidis drach. ii & ſemis, fructus hyperici drach. ii, ſeminis alterci drach. ii, rhei pontici drach. ii, phu drachmas viii, rhus obſoniorum drachmas v obo. iii, radicis vmbilici veneris drach. i obol. iii, vini & mellis quod ſatis eſt. Ego vinum non adhibeo.

E F G

Variæ Diuerſorum Antidoti, Diuerſis Affectibus ſuccurentes. CAP. 10.

ANtidotus *Aelij Galli cum ad alia, tum ad Canis rabidi morſus.* Nardi ſyriacę drachmas quatuor, myrrhæ drach. ix, cinnamomi drach. xii, caſiæ nigræ tātundem, croci drachmas octo, coſti drachmas quatuor, ſeminis dauci tantundem: mei tantundem, at alii ℥ i: petroſelini ℥ iiii, piperis albi grana xxxx. carpobalſami ℥ iiii: acori, aſari, tantundem: iunci rotundi odorati drach. viii, alii ipſum nō immittunt: mellis deſpumati quantitas, quę ſufficiat. Hęc per ſe ſola deglutienda eſt. ℭ *Euſdem alia ad Internas affectiones multum efficax.* Cinnamomi drachmas ſex, croci drach. ii obo. iii, piperis albi drach. iiii obo. ii, piperis longi drach. iii obo. iii, opii drach. iii, nardi indicæ drachmas quatuor, myrrhæ drach. iiii obo. ii, acori drach. iii, nardi gallicæ drach. iiii, ſtyracis drach. i obo. ii, chalbani drachmas quatuor, caſtorii drach. iii obo. ii, coſti drach. ii obo. ii. Omnia hæc melli commiſceto, indeq; pilulas conficito, potione've aliqua diluito: concoctionem enim & indolentiam procurat.

ℭ *Aromatica optima Galli ad Omnia faciens.* Cinnamomi drach. i, caſiæ drach. i, croci drachmę ſ, amomi drachmas v, malabathri drach. ii: myrrhę drach. ſ, alii drach. i: iunci rotūdi odorati drach. i, coſti drach. ſ, piperis drach. iii, mellis attici quod ſufficit. Ego verò, inquit, cinnamomi duplum immitto, melior q; efficitur. ℭ *Antidotus Archiuij, quæ Ambroſia & Sacra cognominatur, ad omnes Internas affectiones quatuor.* Continet autem Aniſi drachmas quatuor, ſeminis apii tantundē, myrrhæ drach. i, panacis tantundem, cinnamomi drach. ii, ſeminis loti amari drach. ii, caſiæ drach. ii, croci drach. ii obo. iii, piperis obo. iii, ſucci papaueris drach. iiii, mellis quod ſatis eſt. Potio hinc conficitur, ad inteſtinorum Tormina quidem, ex vini myrtini hemina vna, & aquę quarta parte: Ad Hepar aūt ex aquæ mulſæ hemina dimidia: Item ad Vigilias, Ophthalmiam, & Lateris morbum ex aqua mulſa: Ad Stomachi demum vitia, ex vini granatorum cyathis duobus, & aquæ totidem. ℭ *Antidotus Antipatri, quæ & Theriaca nuncupatur, & ad Morſus aſpidis valet, ante & poſt ictus exhibita, quatuor.* Habet autem Gentianę drach. iiii, radicis trifolii ℥ iiii, ſeminis eiuſdem ℥ ii, polii drachmas iiii, ariſtolochiæ tenuis drach. ii, radicum peucedani tantundē, chalbani drachmas duas, petroſelini drachmas quatuor, rutę ſylueſtris drachmas tres, pyrethri drachmā vnā, herbę pedicularis tantundem, radicum vitis albę drachmas duas, piperis albi tantundem, acori drachmas tres, thymiamatis ammoniaci drachmam i obo. iii: verbaſci, ideę chamępityos, chamelęę, marrubii tenuis, conyzę tenuis, cymini ęthiopici, ſucci papaueris, caſtorii, ſeminis fœniculi, agarici, caſię

H

ruſę,

A rufæ, florum iunci odorati, rhei, singulorum drach. ij: dauci cretici drach. j obo. iij, opopanacis tantundem, sagapeni ʒ ij obo. iij, abrotoni ʒ j obo. iij, dictamni tantundem, styracis tantundem, cinnamomi drach. iij, nardi tantundem, myrrhæ drach. iiij, thuris ʒ j, croci drach. viij, anisi ʒ j, succi cyrenaici tãtundem, coaguli hinnuli ʒ iij, mellis attici quod satis est. Ex hac sumitur quantum est nucis auellanæ magnitudo, vt se quis à veneno tutum reddat. ¶ *Aelij Galli Theriaca qua vtor, optima ad Scorpionum ictus, & Alia quæ venenum morsu relinquunt, ad Rupta, Conuulsa, Coli inflationes, & huiuscemodi cætera. Hanc Gallus ex Arabia rediens Cæsari obtulit, qua multos ex commilitonibus suis seruauerat.* Habet autem, Radicis vitis albę drach. xvj: seminis trifolij, opopanacis, singulorum drach. viij: aristolochiæ tenuis drach. xij: radicis libanotidis, iridis illiricæ, zingiberis, opij, singulorum drach. viij: seminis rutæ syluestris drach. xij: cumini æthiopici drach. sedecim: myrrhæ, casiæ, castorij, seseleos, radicis eryngij, serpilli, succi cyrenaici, singulorum drach. vj: medicæ drach. xij, sagapeni drach. vj, croci ʒ v, farinę erui ʒ xxiiij. Cum aqua hæc in pastillos trium obolorum rediges, & ex vino dabis.

Eiusdem alia Theriaca valde efficax: Quæ ex his constat, Seminis trifolij ʒ xij, aristolochiæ drach. vj, magmatis hedycroi ʒ viij, quinquefolij drach. iiij, echij herbæ drach. vj, philocrati drach. v, sagapeni drach. iiij, polij drach. vj, castorij ʒ iij, croci drach. viij: seminis apij, anisi, fœniculi, petroselini, sin B gulorum drach. vj: opopanacis drach. iiij, opobalsami drach. vj, seseleos drach. quatuor, cumini æthiopici drach. v: myrrhæ, scordij, phu, mei, singulorum drach. sex: seminis alyssi cretici drach. sex, farinæ erui drach. octo. Vinum ariusium lene quod satis est infunde: orbes q; confice ponderis quatuor obolorum, quorum vnum dabis ex vini chij vel falsi puri cotyla dimidia. ¶ *Theriaca ad Dolores internos Euclidis Palatiani, quam, vt ipse dicebat, ad morsus Aspidum composuit: facit tamen & ad Pleuriticos & Quartanarios magnitudine nucis auellanæ exhibita, si prius euomuerint. Tussientibus insuper & ægrè screantibus ex aqua: percussis à Serpentibus ex vino: Pleuriticis & sanguinem reijcientibus ex aquæ cyathis duobus & aceti vno datur.* Habet autẽ, Castorij drach. sex: opopanacis, sagapeni, seseleos, cachryos, chamædryos, chamæpityos, marrubij, singulorum drach. sedecim: styracis, bituminis iudaici, myrrhæ, drach. vij: succi papaueris drach. octo: mellis libram vnam. Percussi à serpentibus, si fieri potest, fac vt prius euomãt, deinde ex hac cum plurimo succo fraxini, vel si desit, cum vino, drach. j exhibe, vel plus etiam: Quartanarijs autem ad nucis iuglandis magnitudinem dato. ¶ *Zenonis Laodicei Theriaca, quemadmodum tradit Menutianus, qui eam ab ipso accepit.* Habet autem, Cardamomi demptis inuolucris, serpilli, seminis apij, radicis vitis albæ, seminis trifolij, anisi, petroselini, radicis & seminis fœniculi, ammeos, aristolochiæ tenuis, farinę erui, opopanacis, singulorum pondus ęqua C le. Separatim primo quęque contunde, tum commisce: & vbi ea vinum austerum affundens subegeris, orbes conficito, qui simulatq; in vmbra exiccati fuerint, trium obolorum pondus impleãt. Horum vnum ex duobus aquæ cyathis dato ter interdiu, semel noctu, interdum verò & sæpius, præsertim ijs qui frequenter euomunt: quandoque per nares etiam infundendi sunt, si eos ægrotus deglutire nequeat noxio somno grauatus, aut aliquo alio prauo symptomate correptus. Loca verò demorsa, si quodam cum tumore nigricauerint, ac carnem alioqui diffluentem habuerint, veluti vlcera maligna procurato. ¶ *Antidotus quæ ad Conuulsiones & Rupta facit. Sanguinem reijcientibus, Lienosis, Iecinorosis, & exulceratæ Vesicæ auxiliatur. Ventriculi vitio laborantes & Cœliacos sanat. Inflationes discutit, & Arquatos liberat. Datur ad hæc omnia ex mulso oliuæ magnitudine.* Cinnamomi, costi, singulorum drach. sex: nardi syriacæ drach. xx: croci, myrrhæ, malabathri, singulorum drach. octo: casiæ drach. xij, piperis albi drach. x, thuris drach. quatuor, iunci odorati drach. sedecim, iridis illyricæ drach. xij, terræ lemniæ drach. xx: mei, seseleos, singulorum drach. octo: seminis apij drach. quatuor, pinearum drach. xij, irionis drach. sex, seminis cucumeris torrefacti drach. sex, terebinthinæ drach. tres, petroselini drach. quatuor, amomi drach. tres: scordij, polij, opobalsami, gentianæ, cumini æthiopici, singulorum drach. v: seminis rutæ syluestris, drach. tres: anisi, tragachan D ti, singulorum drach. octo: phu, stœchadis, cneori, singulorum drach. ij. Irionem linteolo conuolutum in aqua primùm coquito, vt ipsum deinde reliquis omnibus comminutis admiscere possis: tragacantham postmodum aqua maceratam superimmitte. Dabis ex hac antidoto quantum est ægyptiæ fabæ magnitudo, Febrientibus quidem ex aquę, non febriẽtibus autem ex mulsi, cyathis duobus. ¶ *Antidotus Mithridatica, vt Xenocrates ait apud Nicostratum, ad Venena omnia, Venenatos ictus, Difficiles concoctiones, Inflationes, Stomachicos, & Cœliacos faciens, Iecore que & liene & coxendicibus, ac renum lateris & pulmonis vitio, laborantibus subuenit.* Continet autem, Succi hypocystidis drach. sex, scordij drach. v, castorij drach. quatuor, petroselini drach. quinque, seseleos drach. j, thuris drach. vj, polij drach. ij, dauci cretici drach. x, piperis albi drach. j obo. iij, piperis longi drach. j, costi drach. quatuor obo. iij, cinnamomi drach. ij, croci drach. quinque obo. iij, casiæ nigrę drach. quatuor, nardi drach. octo, myrrhę drach. octo, iũci rotundi odorati drach. quatuor, amomi drach. ij, chalbani drachmas ij, terebinthinę drach. j obo. iij, succi papaueris drach. xx, mellis attici quod sufficit. Ex hac dabis quantum & è reliquis. ¶ *Antidotus Tyrannis appellata, & vt inquit Nilus, ab Antipatro composita, ad Calculosos, & Eos qui inter spirandum suffocari videntur, facit. Secundas & fœtus retentos eijcit. Comitialibus, Podagricis, Articulorum que & coxendicum morbo laborantibus prodest, vrinam crassam plurimam educens. Hanc dabis ad fabæ magnitudinem ex mulso etiam contra Venena: aduersus autem Ser-*

pentium ictus ex vino: Comitialibus verò, si febriant, ex mulsa. Habet autem, Sinci drach. viij, myrrhæ drach. xxviij, rubricæ lẽniç drach. iiij, nardi drach. viij, iunci odorati drach. iiij, cinnamomi drach. xxiiij, radicis dulcis drach. xxviij, * myrrhæ drach. xx, eryngij drach. xxiiij, amomi drach. xij, cardamomi drach. octo, croci ʒ viij, baccarum cedri nigrarum ʒ xij, meliloti ʒ xij, seminis hyacinthi ʒ iiij, piperis longi ʒ iiij, piperis albi grana lxxxv, spondilij ʒ xij, stœchadis drach. v, pyrethri ʒ vj, seminis maluæ syluestris ʒ xij, seminis leucoij ʒ iij, opobalsami ʒ vj, costi ʒ viij obo. j, ammeos drach. xij, radicum vmbilici veneris drach. xiiij, seminis dauci ʒ xij, carpobalsami ʒ iiij, xylobalsami ʒ iiij, casiæ drach. viij, cumini æthiopici drach. iiij, seminis ocymi drach. octo, acori drach. octo, florum lambruscæ drach. octo, seminis apij drach. xij, sagapeni drach. octo, radicum capparis drach. quatuor, gentianæ drach. xiiij, radicis periclimeni drach. octo, thuris drach. viij, styracis drach. j. * milij agrestis drach. xxiiij, radicum smyrnij drach. iiij, thymiamatis ammoniaci drach. xvj, seseleos drach. iiij, cachryos drach. iiij, iridis illyricæ drach. iiij, anisi drach. iiij, chamædryos drach. xv, chamæpityos tantundem, seminis smyrnij drach. viij, zingiberis drach. xiiij, centaureæ tenuis drach. octo: seminis pastinacæ, mei, singulorum drac. octo: radicis calami drach. quatuor, * vnguenti boni cotylã vnã. ℭ *Antidotus Arpuli ad Quartanarios.* Myrrhæ drachmas quatuor, piperis longi drach. ij, lachrimæ papaueris drach. ij, castorij obolos iij & semis, cardamomi drach. iiij, sagapeni drach. ij. Comminutis his omnibus & aquç commistis rotulas ponderis duorum obolorum cõfinges: Quas per interualla Febrïẽtibus dabis ex adriani vel aminæi vini cyathis duobus, et aquç fontanç quç deferbuerit, cyathis quatuor: Febrientibus autem sine intermissione ex hydromelite totidem cyathis. Facit quoque ad reliquos Febrium circuitus. Quoniam verò ad morsus ictus q; venenosorum animalium, suprascriptis antidotis tam Asclepiades q̃ Damocrates quædam insuper alia addiderunt, idcirco mihi quoq; ea hoc in libro subijcere potius quàm omittere visum est, ac primo quidem ab Asclepiade prodita.

E

F

Remedia ab Asclepiade conscripta in Quinto Mnasonis ad Serpentium noxas. CAP. II.

Potio demorsis à Rabido cane hominibus amuletum valde generosum, præseruat enim ne in rabiem incidant. Licij indici quàm optimi obolos tres ex aqua dabis, verbenæ'que parumper immittes. Diebus autem tot id facies, quoad securum esse ægrum arbitraberis. Datur & sine aqua lycium solum in ouo sorbili. *Alia.* Castorij drachmã j ex vini rosacei albi cyatho, bis singulis quibusq; diebus bibendum dabis. Quod cùm facere desieris, absinthij decocto ægrum euacua, salis q; tantum immittes, vt clystere vehementius reddatur. ℭ *Antonij Coi.* Alyssum herbam contusam & cribratam repone. Huius cùm opus fuerit, à rabido cane morsis cochlear exhibebis ex aquæ & mulsæ cyathis tribus, statim à primo die vsque ad quadraginta: sin minus saltem primis septẽ diebus. Alyssus autem herba est marrubio similis, asperiores tamẽ & magis spinosos in surculorum summitatibus orbes habet, florem ad cœrulcum vergentem profert. Hanc inter caniculæ æstus colligere oportet: exiccata q; & cribrata seruanda est, vt expirare non possit. ℭ *Alia celebris admodum:* Quæ recipit, Cineris cancrorum fluuialium vitis albæ sarmentis exustorum attritorum q; mystra x, radicum gentianæ mystra tria, terebinthinæ mystra duo. Ex hac antidoto singulis quibusq; diebus quoad sextus adueniat, cochlear vnum ex vini puri antiqui cyathis tribus plus minus'ue dabis: ætatem nanq; & vires infirmi spectasse conuenit. Iis inquam cochlear vnum dato, quibus simulatque rabido cane morsi fuerint, medici copia affuit. Quòd si quis primo vel altero die remedio caruerit, si secundus dies is sit, antidoti duplum capiat: si tertius triplum: nam vinum, satis idem semper erit. Tribus postea subsequentibus diebus tantum assumat, quãtum prima die sumpsisset. Hoc medicamentum bibentem satis super'que tutum reddit, ne in aquarum formidinem incidat. ℭ *Antidotus Cratippi viri & celebris & alendis canibus deditι.* Cancrorum drach. xx, myrrhç drachmas ij, croci drach. j & semis, gentianç drach. j, piperis albi grana x, vini quãtum satis est ad commiscendum. Dabis ex hac drachmam vnã ex vini aqua diluti cyathis tribus. ℭ *Alia qua vsus est Heras Cappadox.* Scordij drach. ij, piperis albi drac. ij s, opij drachmas tres, succi cyrenaici drach. iij s, cachryos drach. iiii: gentianç, seminis rutç syluestris, rubricç lemniç, singulorum drachmas quinque: myrrhç drach. vij, opobalsami drach. viij. Hçc primum vino infunde, tum melli despumato commisce, postremò opobalsamum inijce. Robustioribus quod bis Ægyptiç fabç magnitudinem æquet, dato ex aquç calidç cyathis tribus. ℭ *Alia Aelij Galli quæ, vt Belchionius inquit, à Cæsare sumpta est.* Polij, succi cyrenaici, singulorũ drach. iij s: cachryos, seminis rutç syluestris, singulorum drachmas quatuor: gentianç, rubricç lemniç, singulorum drachmas quinque: myrrhç drach. vj: opobalsami drach. octo: scordij, piperis, singulorum drach. xij: melli omnia hçc admisceto. ℭ *Antidotus Zenonis Laodicensis ad morsum Canis rabidi, quæ etiam est bona theriaca.* Seminis petroselini, ameos, anisi, serpilli, radicum vitis albç, seminis fœniculi, farinç erui, aristolochiç longç, seminis trifolij, opopanacis, medullç cardamomi detractis folliculis, singulorum drachmas quatuor. Ita verò conficitur. Opopanacem vino dissolutum in promptu habe: reliqua verò vbi contuderis, ac per minutum cribrum traieceris, inspergendo subige, subacta'que opopanaci commisce. Rotulas inde confice, quas postquàm in vmbra siccaueris, drachmç vnius pondus ex vini meri cyathis tribus totidem diebus exhibebis nuper à rabido cane morsis. Quòd si diu iam commorsus

G

H

A morſus quis fuerit, ex aqua frigida pondus idem dabis. Antidotus hæc in Dionyſium Miletium
refertur. ℭ *Claudij Apollonij medicamentum aduerſus Canis rabidi morſum, quod & theriaca eſt.* Seminis
trifolij, radicum fœniculi, ſingulorum drach.vj: foliorum ſcillæ aridorum, ariſtolochiæ longæ, ſin
gulorum drach.quinque: ſcinci, ſurculorum ſerpilli, ſingulorum drach. quatuor: cardamomi à
cortice depurati, radicis dulcis, ſingulorum drach.iii: ammeos, radicis rutæ, ſingulorum drach.ij:
opopanacis, ſucci cyrenaici, ſingulorum drach.j: vini falerni ſeſtaria tria, & cãcrorum marinorum
exuſtorum libras tres. Cancros in vinum coniectos macerari ſinas: quod vbi combiberint, ipſos
accuratè diſſolutos promptos habe. Res autem ſiccas cõtuſas & per minutum cribrum tranſmiſ-
ſas cancris admiſceto: rotulas ꝙ inde confingito, quarum tres obolos propinabis ex vini puri cya
tho vno & dimidio tribus diebus. Ac de his quidem hactenus: nam quæ foris quoꝙ admoueri
debent ſubiungenda videntur. ℭ *Menippi Emplaſtrum ad morſum Canis rabidi, quo Pelops vtebatur.*
Picis brutiæ libram vnam, opopanacis vnc. iiij, aceti ſeſtarium vnum. Opopanacem in cyathis
quatuor aceti diluito: aceti quod ſupereſt vnà cum pice decoquito: vbi cõſumptum tum id vide-
ris, opopanacem addito, ſed caueto ne efferueat. Cùm ſatis inter ſe commiſta videbuntur, plagel-
las permagnas inde conficito, loco'que demorſo ſuperindito. Neceſſe eſt autem vlcus per quadra
B ginta dies apertum ſeruare. ℭ *Menelai quod valet ad morſum Canis rabidi, Aegylopas que, & omnium
Reptilium ictus.* Habet autem. Nitri rubri drach. ij, fæcis vini combuſtæ drach.octo, thymiamatis
ammoniaci drach.vij, ſeui caprini lib.j, olei lib.j & ſemis. ceræ libras duas, aquæ ſeſtarium vnum.
Ammoniacum in aqua diſſolue ſic vt amurcæ craſſitiem habeat, reliquum verò aquæ ferueat ni-
tro & fæce immiſſa. Quod cùm denſatum fuerit, ea quæ colliquantur inijcies. Vbi diſſoluta fue-
rint, ab igne vas amouebis, ammoniacum ꝙ impones, inde ꝙ vtraꝙ in mortarium transferes, di-
ligenter'que ſubiges. Ex hoc cùm opus erit vtere. ℭ *Album Heræ medicamentum ad morſum Canis
rabidi, quod & extrinſecus vlceri imponitur: & per os intrò aſſumitur, maxime ab ijs quibus iam rabies domina-
tur, pilula ad magnitudinem auellanæ nucis confecta, ac quotidie quadraginta diebus deglutita: ſtatim enim à peri-
culo liberat. Imponitur autem loco demorſo, nec niſi ſecundo quoque die ſoluitur: & idcirco opus eſt alternis diebus
vulnus ſoluere, & vlceris nigredinem ſpongiis abſtergere, id que tandiu facere quoad vſque medicamentum album
permaneat.* Ita autem conficitur. Ceræ ponticæ libr.ij: ſpumæ argenti aureæ. ceruſſæ, ſingulorum
lib.j: myrrhæ, medullæ ceruinæ, ſingulorum vnc. ij: thuris maſculi vnc.j, olei veteris ſeſtarium
vnum. Argenti ſpumam oleo decoque: Quam cùm ad ſordium craſſitiem perueniſſe videris,
ceram inijce, & ceruſſam inſperge. Cum'que ad id venerint vt manus non inquinent, igne
C ſubducto medullam impone, myrrham ꝙ & thus inijce: atque vbi cuncta bene ſubegeris vtere.
ℭ *Baſilica aduerſus Canis rabidi morſum compoſita, quæ in aquarum formidinem ægros incidere non permittit.
Hanc Auguſta apud ſe compoſitam ſemper habuit.* Cõtinet autem, Salis ammoniaci, ſucci cyrenaici, ſin-
gulorum drachmas duas, quòd ſi cyrenaicus deſit, ſyriaci duplũ accipito: coaguli leporini drach-
mas quatuor: iridis illyricæ, caſtorij pontici, ſingulorum drachmas quinque: lactis caprificus ari-
di tantundem, aut ſi ſiccus deſit, liquidi duplum impone: adipis hyænæ drachmas octo: reſinæ te-
rebinthinæ drachmas nouem: adipis canis nigræ, ſanguinis eiuſdem, ſingulorum drachmas vn-
decim: ceræ ponticæ drachmas xxxvj, olei antiqui cyathos duos, aceti ſcillitici cyathos tres. Ari-
da contrita aceto commiſce: liquanda verò liqueſcant prius, deinde attritis addantur atque in op-
portunos vſus omnia reponantur.

Remedia ad Scorpiones tam intus aſſumenda quàm foris admouenda. CAP. 12.

AD Scorpionum ictus ſubſcriptis antidotis vtẽdum erit. ℭ *Hac Diophantus vtebatur in Scor-
pionum ictibus & in commorſis à Phalangijs.* Habet autem, Ariſtolochiæ drachmas quatuor, pi
peris drachmas duas, opij drach.j, pirethri drach.iij. Contuſa hæc & melle excepta in rotulas ad fa
bæ ægyptiæ magnitudinem rediges, quarum duas deglutiendas trades ex vini puri cyathis duo-
D bus. ℭ *Alia ad Scorpionum ictus, noxios que aliorum animalium morſus.* Accipit autem Ariſtolochiæ,
zingiberis, ſingulorum drach.viij: nepitę. ſeminis rutę ſylueſtris, ſingulorum ob.iij: piperis ob.ij.
Hæc primum teſtudinis ſanguine ſubigito, tum rotulas inde trium obolorum pondere confingi-
to, atque ex vino puro dato. *Alia,* Quæ conſtat ex Cymini æthiopici, ſulfuris viui, piperis albi,
ſingulorum drach.ij: caſtorij, ſilphij, trifolij, ſingulorum drach.j. Hæc inter ſe vino commiſce &
ex vino puro ſorbenda prębe. ℭ *Antidotus ad eos, qui in periculum deuenere ob ictum Scorpionis Phalan
gij'ue, aut alterius cuiusꝗ reptilis.* Aſſumit autem, Seminis rutæ ſylueſtris, ſeminis erucę, pyrethri, ſty
racis, ſulfuris viui, ſingulorum drach.vj: caſtorij drach.ij. Omnia hæc teſtudineo ſanguine ſuba-
cta, ex meri vel aceti dimidia cotyla propinabis quatuor obolorum pondere. ℭ *Antidotus quæ
Dolorem ſedat ijs qui à Scorpionibus Phalangijs cæteris que reptilibus percuſſi fuerint: Quæ que cum difficultate
parientibus auxiliatur. Huius nomen eſt Calliſta hoc eſt optima.* Continet autem, myrrhæ, caſtorij, ſtyracis,
ſingulorum drach.j: opij drach.ij, chalbani drach.iij, ſeminis apij acetabulum vnum, aniſi tantun
dem, piperis grana xxx. Hęc inter ſe vino coniũcta ex vna vini cotyla dabis pondere vnius drach
mæ. Antidotus autem hæc eximiè bona eſt. ℭ *Antidotus Abaſcanti medicam artem Lugduni exercen
tis.* Accipit autem, Piperis albi grana xx: caſtorij, opij, croci, myrrhæ, iridis illyricę, herbę pedi-
cularis, chamędryos, radicum vitis albę, pyrethri, ſingulorum partes ęquales. Omnia hęc vi-

no

nocommiſce, & drachmam vnam ex vini puri cyathis tribus exhibe. ℭ *Antidotus quæ à ſcorpionibus Scorpiaca dicitur, quæ que medicantem minime fallit, magna cum difficultate nobis à quodam accepta: qui in Africa degens hac vtebatur, & percuſſos à ſcorpionibus tutos ab omni periculo reddebat. Optimè quoq; præſeruat bibita à non dum percuſſis in ſecuritatem euentus.* Habet autem, Sulfuris viui, ſulfuris foſſilis, ſingul. lib. ij: piperis albi, drach. quatuor: opopanacis, ſabinæ herbæ, thuris maſculi, ſingulorum drach. tres: ariſtolochiæ rotundæ, peucedani, myrrhæ, centaurij, ſerpilli, chamædryos, chamæpityos, herbæ ſcorpiacæ, anagallidis, bituminis, ſingulorum drachmas duas: betonicę, medullæ ceruinæ, ſcinci, ſingulorum drach. i. Singula quæ enumerauimus contuſa, ac per minutiſſimum cribrum primo traiecta, deinde ſimul omnia commiſta ita ſeruanda ſunt, vt reſpirare non poſſint. Cùm verò percuſſis opitulari volueris, cochlear vnum huiuſce pulueris ex vini puri cyathis duobus exhibebis. Præſeruationis autem annuæ gratia ſemel ex hac antidoto bibant, qui ſe tutos à periculo ſeruare volent. Oportet tamen eos qui primo hoc medicamentum præſeruationis gratia bibent, die illo nec lauari, nec venere vti. ℭ *Antidotus à Zoilo ſumpta, qua Epaphroditus Carthaginenſis vtebatur. Statim autem hæc & ægros à dolore liberat, & per annum quàm pulcherrimè quoq; præſeruat ſemel ebibita.* Continet autem, Sulfuris viui libras quatuor, thuris lib. i: ſabinæ, ſtœchadis, ariſtolochiæ, ſingulorum drach. vi: myrrhæ drach. v: medullæ ceruinæ, opopanacis, ſingulorum drach. iiii: dictamni cretici drach. iii: bituminis, ſerpilli, ſcordij, rhei, trifolij, centaurij, chamædryos, piperis albi, abrotoni, betonicæ, polij, coaguli hœdini, anagallidis, ſingulorum drach. ij: crocodili terreſtris, drach. x. Confice vt dictum eſt. Et percuſſis cochlear vnum bibẽdum præbe ex vini puri cyatho. Præſeruat eadem ſingulo quoque anno ſemel exhibita.

ℭ *Quæ Extrinſecus imponenda ſint percuſſis à Scorpionibus.* Lauri folia in vino cocta & contuſa impone: vel liliorum radices attritas ex aceto. *Aliud.* Ariſtolochiæ in vino decoctæ, rutæ ſummitatum, & nitri, partes æquales atteres, & ex vino impones. *Aliud.* Cãcrorum fluuialium, cachryos, herbæ pedicularis, rutę, partes æquales ex vino ſuperimmittes. *Aliud.* Chamæmeli, nigellæ, nitri rubri, partes ęquas contunde, & ex aceto admoue. ℭ *Arabæ Thebani medicamen ad ictus Scorpionum excogitatum.* Habet autem, Chalbani, terebinthinæ, ſingulorũ ℥ ii: herbæ pedicularis, pyrethri, ſulfuris viui, ſingulorum ℥ i: myrrhę, piperis, ſingulorum drach. i & ſemis, picis liquidę quod ſatis eſt.

Diuerſa ad Phalangiorum Morſus remedia. *CAP.* 13.

CHaritonis circulatoris Antidotus ad Phalangiorum morſus*: Quæ habet, Seminis ſpondilij, calaminthi, partes æquales. Hæc ſimul attrita ex vini cyathis duobus bibenda dabis pondere drach. i ſæpius quocunque die. Hac medicina vtebatur Charito, frequenter'que in conuentus hominũ veniebat, vt à phalangio demorſis opem ferret. *Eiuſdem alia,* Quæ continet, Succi cyrenaici, ſeminis dauci cretici, mentæ ſiccæ, nardi indicæ, ſingulorum pondus æquale. Hæc aceto commiſta, ex aceti puri cyathis quatuor dato drach. i pondere, bibentes'que in aquam calidam deſcendant.

ℭ *Antidotus Andreæ ad Phalangiorum morſus.* Habet autem, Herbę pedicularis, pyrethri, myrrhę, opij, vitis albę, chalbani, ſingulorum ęquas portiones. Vino odorato hęc ſimul admiſce, inde'que ex paſſi cotyla vna, drachmam vnam dato. *Alia nobilis admodum,* Quę continet, Cachryos, ſeminis rutæ ſylueſtris, piperis albi, herbæ pedicularis, myrrhæ, ſingulorum drach. i: radicum cyperi, drachmas duas. Omnia hæc vino odorato commiſce, inde'que drachmam vnam, ex paſſi cyathis quatuor mellis'que vno ſorbendum dato. ℭ *Antidotus ad Phalangiorum, Scorpionum, Aliorum que reptilium ictus, qua Theophanes vtebatur.* Accipit autem, Caſtorij, piperis albi, myrrhæ, ſucci papaueris, ſingulorum pondus idem. Hæc in vino diſſoluta, atque in orbes redacta, trium dabis pondere obolorum ex vini puri cyathis tribus, vt & Deophanes faciebat. *Alia.* Corticum radicis mãdragoræ, piperis albi, caſtorij, ſucci papaueris, ſingulorum partes æquales. Confice & exhibe ſicuti ſupra diximus. ℭ *Alia ab Apollodoro ſumpta, quam & Heraclides Tarentinus deſcribit in eo libro quem ad Aſijdamantem mittit, ad omnes Venenatæ feræ morſus, Dolores que vehementiſsimos, & Vteri ſtrangulationes.* Accipit autem, Succi cicutæ, alterci, ſingulorum drachmas quatuor: caſtorij, piperis albi, coſti, myrrhæ, opij, ſingulorum drachmam vnam. Hæc comminuta paſſi cyathis duobus additis in Sole tam diu commiſcebis quoad denſeſcant: inde rotulas confinges, quæ magnitudinem fabæ græcæ non excedant. Harum ſingulas ex vini cyathis duobus tradito. ℭ *Alia Heraclidis Tarentini ad Phalangia omnium que Reptilium morſus, quæ tam impoſita quàm ebibita prodeſt.* Accipit autem, Cachryos, ſeminis rutæ ſylueſtris, piperis albi, myrrhę, cocci cnidii, coſti, pyrethri, herbę pedicularis, ſingulorum pondus idem: cyperi duplum. Hæc aceto diſſoluta melle'que excepta ſuperimpone. ℭ *Alia ad Phalangia omnium que Venenatorum ictus:* Quæ continet, Herbæ pedicularis, pyrethri, myrrhę, ſucci cyrenaici, ſingulorum drachmas quatuor: radicum vitis albę, chalbani, ſingulorum tantundem. Aceto hęc diſſoluta melli commiſcebis & impones. Eadem quoque pota ſummopere iuuat. ℭ *Alia quæ ictibus Phalangiorum aliorum que Reptilium & impoſita, & ebibita prodeſt. Hac Simmias circulator vtebatur.* Habet autem, Sulfuris viui, chalbani, ſingulorum drachmas quatuor: ſucci cyrenaici, amygdalarum amararum à corticibus repurgatarum, ſingulorum drachmas duas. Hęc in vino diluta melle'que excepta ſuperimmittenda ſunt. *Alia,* Quę recipit, Seminis rutę ſylueſtris, herbę pedicularis, ſeminis erucæ, cachryos, ſeminis viticis, pilularum

A rum cupreſſi, ſingulorum partes ęquales. Hęc aceto diſſolue, melli commiſce, & impone: pota quoq; auxilium pręſtat.

Remedia ad Viperas, in quibus Antiochi Theriaca continetur, quam Plinius in foribus ædis Aeſculapij deſcriptam fuiſſe tradit. CAP. 14.

VErùm de his hactenus. Quibus autem à viperis morderi contigerit, infrapoſita remedia admouebimus. ℭ *Dorothei Helij remedia aduerſus Viperarum morſus.* Ita enim ipſe inquit: Potionibus ego planè ſimplicium vſus ſum iis quę ex aceto dantur: Acetum nanq; calefactum & per ſe potum quantum heminę dimidium continet, iuuat: Item corticum Ariſtolochiæ drachmæ ii, ex vini, aut aceti, hemina dimidia: Et ſeminis trifolii oboli tres, ex dimidio vini cyatho. Profunt etiam panacis chironiæ drachmæ duæ, ex aceto: Item hinnulorum coaguli drachma vna ex vino: Et ſanguinis marinę teſtudinis exiccati drachmæ duæ ex aceto.

ℭ *Ex Compoſitis verò Antidotus, quæ ab Apollodoro confecta eſt, & à Soſtrate, atq; alijs qui ipſam ab eo exceperunt commendata, hæc eſt, quæ à teſtudinis ſanguine nomen accipit:* Et continet, Seminis cumini ſylueſtris acetabulum, ſanguinis marinæ teſtudinis exiccati drachmas quatuor: coaguli hinnulorum,
B aut ſi deſit, leporis, drachmas tres: ſanguinis hœdini drachmas quatuor. Hęc ſimul admiſta affuſo'que optimo vino coniuncta repones. Cùm opus fuerit hinc quantum eſt oliuę magnitudo ſumes, dilutum q; ex vini quàm optimi cyatho medio bibẽdum trades. Quòd ſi paulo pòſt ęgrotus antidotum euomat, denuò quantum eſt oliuę dimidium ita, vti diximus modò, prebebis. Et rurſus ſi reiiciat, quantum eſt ęgyptię fabę magnitudo tertiò propinabis, quo prędiximus modo.

ℭ *Ruſtici medici Antidotus ad Viperæ morſus.* Accipit autem Trifolii, ſtachyos, erui moliti, ſeminis rutę ſylueſtris, ariſtolochię rotundę, ſingulorum drachmas octo. Hęc vino cõmiſta in rotulas redigito: quarum drachmam vnam ex vini cyathis tribus dabis bis ter've ſingulis quibuſq; diebus.

ℭ *Alia verſibus ab Eudemo conſcripta, quæ Antiochi Philomitoris theriaca inſcribitur.* Cuius principium hoc quidem eſt.

Diſce medelam iſtam ſerpentum, matris amicus,
  Expertam victor quam docet Antiochus.

Conficiendi autem Modus is qui ſequitur.

Radices conuelle mei, quæ pondera drachmæ
  Duplent, ſerpilli ſit quoq; pondus idem.
C Sit panacis ſucci tantum, nam drachma triphylli
  Impoſita fructus ſat erit vna tibi.
Hinc apium, aniſum q;, hinc ammi, fœniculum q;,
  Semine quod q; ſuum compleat oxybaphum.
Poſt orobi tenuis duplum ſuperadde farinæ.
  Et coeant Chio nectare cuncta ſimul.
Tum paruos facias æquati ponderis orbes,
  Quiſq; trahat drachmæ pondera dimidiæ.
Hos quicunq; Chio miſcebit, & hauriet orbes,
  Temnet echidneæ dira venena feræ.
Officient vnquam nec ſæua phalangia, nec qui
  Scorpius obliquè ſpicula tenta gerit.

Singula verò quæ hiſce carminibus continentur hæc ſunt. Radicum mei, ſerpilli, opopanacis, ſingulorum drachmas ii: ſeminis trifolii drach. i: aniſi, fœniculi, ammeos, ſeminis apii, ſingulorum acetabulum vnum: farinæ erui tenuiſſimæ acetabula duo: vini antiqui quantum ſatis eſt ad
D commiſcendum, vt rotulas hinc cõficere poſſis: quas in vmbra ſiccatas ex tribus vini cyathis triũ obolorum põdere dabis. ℭ *Antidotus Enneapharmacos id eſt ex nouem rebus, Heraclidis Tarentini, quam ipſe in ſuo de Serpentibus libro tradidit.* Habet autem, Myrrhæ troglodyticę, opopanacis, ſucci papaueris, ſingulorum drach. ii: radicum vitis albæ drach. iiii, corticum ariſtolochiæ longæ tantundem, radicum pyrethri tãtundem: ſeminis rutæ ſylueſtris, cumini æthiopici, ſeminis trifolii, ſingulorum acetabulum vnum. Omnia hæc poſtquam attriueris, ac per cribrum traieceris, aceto commiſcebis, in quo gummi maduerit, vt agglutinandi vim quandam habeat: tũ rotulas inde cõficies, quas in vmbra ſiccabis. Cùm ipſis vti volueris, dimidiam dabis ex vino vel aceto in quo rutæ folia deferbuerint. Hoc licet ſæpius diebus ſingulis peragas, integrum tamen antidoti pondus drachmas duas impleat: nam ſupra hanc menſuram exhibita, vomitum excitare ſolet: quare plus duabus drachmis, dare non conſulo. Quòd ſi vomitus inſurgat, nihilo minus pluries adhuc ſingulis quibus'que diebus antidotum exhibebis. Opus eſt inſuper ægrotum alere: & vino diluto recreare, hoc'que ſępius die vno facere. Locus quoq; demorſus calida diu fouendus erit, & in his ſubmergendus, quæ ipſum iuuare poſſunt: quod dum fit, ità collocandus erit, vt deorſum inclinet.

ℭ *Antidotus Dorothei ad omnium Reptilium ictus excogitata.* Quæ cõtinet, Corticum radicis verbaſci fœminæ, ſeminis trifolii, ſingulorum drach. i: opopanacis, ſerpili, mei, coaguli hinnuli, ſingulorum

rum

rum drachmas duas: seminis apij, ameos, seminis foeniculi, seminis anisi, singulorum acetabulum E vnum: erui in farinā redacti drachmas duas. Res siccas contusas & cribratas vino ariulio coniunges, in quo prius & coagulum & opopanacem dissolueris: orbes'q; inde conficies, quos pro viribus ægrotantium dabis. Nam vehementer à veneno detentis drachmam vnam: alijs obolos tres, ex vini cotyla tribues. Vtebatur quoq; Dorotheus hac medicina ceu nobili admodum ad Intestinorum affectiones, & eos quibus noxiam materiam ad vesicam fluere volebat: ad tusses etiam & morbos alios. Cæterùm percussis quidem à venenosis animalibus ex vino, cęteris autem ex aqua tribuenda antidotus est. ℭ *Alia Hybristi Acuti rostri cognomento, ad omnium Serpentium ictus reperta, atq; ab Apollonio Memphite descripta:* Quę continet Aristolochiæ, panacis, seminis viticis, singulorū drachmas quatuor: cachryos, myrrhæ, piperis, seseleos massalcotici, nardi indicæ, castorij, cinnamomi nigri, piperis longi, succi cyrenaici, iridis, seminis rutæ syluestris, singulorū drachmas duas: hyperici drachmam vnam. Omnia hæc contrita & per tenuissimum cribrum demissa vino salso affuso subiges: rotulas'que inde conficies: quas in vmbra siccatas ex vini puri cotyla vna, & aquæ cotylis quatuor, drachmæ vnius pondere sorbendas trades. Vnam præterea ex hisce rotulis contusam ac vino dissolutam commorsæ particulæ superimpones, adiectis aristolochiæ in tenuissimum puluerem redactę drachmis duabus, item'que erui farinæ quatuor. His nanque diligentius F attenuatis comminutis'que vlcus operies, ac folio ficulneo desuper immisso vittam demum circumligabis. ℭ *Antidotus, quæ aduersum Viperæ morsus theriaca est. Facit tamen et ad aliorum Serpentium ictus. Hanc Gallus ex Arabia reuersus Cæsari obtulit, qua multos ex commilitonibus suis à Rabido cane demorsis, & à Scorpionibus, Phalangijs, cæteris que Serpentibus percussis seruauerat.* Accipit autem Erui in farinam redacti drachmas xxv, radicum vitis albę drachmas xvi, seminis rutę syluestris drachmas xij: iridis opopanacis, aristolochiæ longæ, succi papaueris, zingiberis, singulorum drachmas octo: cumini æthiopici, myrrhæ, eryngij, succi cyrenaici, croci, serpilli, costi, sagapeni, singulorū drachmas sex. Vinum aminæum insperge, subige, rotulas confice: confectas pro conditione virium ægrotantis da. Sunt autem tres oboli, pondus antidoti integrum, ad percussos quidem ex vini diluti, ad reliquas verò affectiones ex mulsi hemina vna. ℭ *Medicamentum Viperarum ictibus imponendum:* Quod habet Sagapeni, piperis, succi cyrenaici, opopanacis, singulorum partem vnam: chalbani, sulfuris viui, singulorum partes duas. Res quidem siccas contunde, ac per tenuissimum cribrum excute: succos autem vbi in aceto dissolueris, siccis superinfundes: atque omnia ad emplastri crassitiem rediges: læso membro superimmittes, & ficus vrticæ'ue folio extrinsecus imposito conteges. *Aliud.* Cardamomi, radicum eryngij, sulfuris viui, piperis, singulorum pars vna: G myrrhæ, chalbani, singulorum partes duæ: confice vt suprà diximus. *Aliud.* Centaureæ, herbæ pedicularis, radicum peucedani, singulorum partes æquales. Hæc contusa, cribrata, & ex aceto subacta chalbano commisce, & quo diximus modo vtere. *Aliud.* Cachryos, herbæ pedicularis, radicum vitis albæ, aristolochiæ, singulorum partem vnam: myrrhę, opopanacis, singulorum partes duas. Hæc quoque cùm aceto veluti docuimus subige.

Damocratis ad Reptilium & Canis rabidi Morsum Antidoti. CAP. 15.

QVoniam verò quę carminibus conscriptę sunt medicinæ facilius memoria continentur, & earum pondera sincerius incorrupta seruāt, ideo mihi satius esse visum est Damocratis versus hoc in loco subiungere, qui ita se habent.

NVNC autem tradere medicinas volo,
Quæ morsus tantum venenatos sanent
Cornutæ, viperarum, aspidis, chersydri:
Ictus ferarum, & puncturas quoq;
Apum, vesparum, scorpij, phalangij.
Hac arte struas. Iridis bis quatuor H
Assume drachmas primùm: tū zingiberis,
Succi panacis, & succi papaueris,
Radicum libanotidis, semen trifolij
Cuiusq; creticum tamen, bis quatuor.
Aristolochiæ, longam dico, & rutæ
Agrestis seminum drachmas duodecim.
Radicum vitis albæ sex & decem:
Serpilli verò pariter & smyrnij,
Ponto'que missi nobilis castorij,
Tantundem: sed eryngij, & seminum apij
Æthiopici præsertim & adhuc noui,
Cuiusq; drachmas appendo ter duas:
Eruiq; candidi & mundi bisduodecim.
Hæc cuncta sicca & transmissa cribro,
Excipe vino. Paruos inde fac orbes

Rotas'ue

A Rotas'ue paruas. Vnicam drachmam dabis
Huius medicamenti, ex hemina meri
Boni, non commisti, pinguis, & non noui.
Facit dimidium resolutum aqua
Tumori ventris, atq; turgido colo,
Et quibus incerta causa quicquam dolet.

Alia

Valde bonum remedium, quo vsos etiam
Ipsos bibendo noui commorsos malè
A viperis nuper captis, quos vocant
Psyllos (gens hæc natura non fermè solet
Pati serpentes, neq; assueta timet)
Dedisse q; alijs valde commorsis malè.
Mollem siccabis vmbra mellissophyllon:
Siccatum tunde, mox q; drachmas accipe
B Inde bis octo. Tum longæ vel rotundæ
Aristolochiæ, drachmas adde decem,
Siccæ tamen: chamædryos decem quoq;:
Myrrhę & bonæ & troglodyticæ item decem.
Istæc contusa subtili cribro excute:
Mellis quod satis dulcis adde, & vnias.
Dato quod pendet drachmam vel plus parum,
E vini purioris cyathis decem.
QVIDAM è longo atq; recenti folio
Exprimunt succum, sic q; mensura pari
Vinum coniungunt, vt q; bibatur iubent.
Mensura vtriusq; sint cyathi decem,
Parum vel minus, aut parumper amplius.
Impositum quoq; folium attritum prodest.

Alia

C Cùm hæc ad alias serpentes feras quidem,
Tùm verò est viperis efficax remedium.
Semper repositum habeas coagulum
Ceruini pulli, recens sit præcipimus.
Antiquo recens stomacho plus conuenit.
Drachmam repositi cyathis duobus
Vini falerni, & aquæ sat quæ videatur,
Admisce. Præbe quibus dentes intulit
Serpens, mox vigilent ambulent q; impera.
Ac, si demorsa non hoc prohibeant loca,
Balneas petant, vbi per tempus aliquod
Maneant: egressi q; haud multùm postea
Rursus, vt dixi, capiant coagulum.

Alia

E Genere eorum quæ aduersantur venenis
D Antidotus ea est, quæ ad rabidi morsum canis
Facit, latrandi morsum inferentem amentiam,
Et aquæ & potus omnis inanem metum
Vsqueadeo, vt si aquæ tantillum videat,
Et conuellatur æger, & statim tremat.
Hic & vigilias inter & amentias
Iuges degendo, commorietur breui.
Ac quamuis primo effugiat metum aquæ,
Tamen mox ipsum tales heu casus manent
Repente, quales solent commorsos diu.
Ergo ne tales in pauores incidas,
Velim tam sacram medicinam pares.
Nam si quis ipsam quo dicam bibet modo,
Nullam commorsus sentiet insaniam.
Confice hoc pacto. Cancros fluuiatiles
Sarmentis vitis albæ sed viniferæ

Combure,

Combure, & tere, tritos ferua pyxide. E
Rurſus cribratam bene gentianam,
Alio conde vaſe. Cùm vti opus erit,
Inſperge cyathis vini ſuauis tribus,
Myſtra duo parua cancrorum cineris, &
Gentianæ vnum, ſicut dixi, contritæ.
Ieiunus hoc commiſtum ſorbeat tribus
Æger diebus nullo intermiſſo, iube.
Lux prima ſi quo caſu præterierit,
Duobus alijs ſimplicem menſuram
Trades: ſecundo duplum die porriges
E vini cyathis, vt dixi modo, tribus.
Quibuſdam rurſus & tranſacto tertio
Videtur, tantum morſu vaſtatos graui
Tres ſemper gentianæ dandos obolos,
Secundus adſit donec & vigeſimus, F
Tribus è vini cyathis vel plus parum.

Alia

Hanc quoq; ad eos qui timent aquam ſibi
Dicebat Niceratus conſtare, & ſimul
Amicis, qui mirandas iudicare
Medicinarum proprietates queunt.
Lycij Patarici optimi tres obolos,
Præſtaret Indicum, ſi id adeſſet tibi.
Dies iubebat viginti duos dare
Ieiuno, vt dixi, nuper morſo, & ex aqua.
Facere ſuccus britannicæ fertur idem
Datus, quo lycium præcepimus modo.
Hoc quidam etiam multum admirantur, Duo
Vrſinæ fellis myſtra, duobus aquæ
Admiſta cyathis, diebus tribus datum, G
Manè cùm primum illuceſcit, ante cibum.
Ad morsus rabidi Canis, præſertim vbi
In rabiem complures incidunt canes,
Emplaſtrum, quo aduerſus ſaniem vtor, habe,
Quæ è morſu exit: iuuabit, & ſi quid nigrum
Vulneribus ineſt aut liuens. Vulnus vbi
Circùm ſcalpſeris, emplaſtrum pone ſuper
Per longum tempus, atq; vulnus dilata
Medicamento quod cruſtam & vlcus ducat.
Facit ad aliarum ferarum nihil minus,
Quæ virus linquunt, ictus, atq; morſus:
Et tela prauo madefacta toxico:
Et vlcus omne, ſic vocant, moris mali.
Terræ ampelitidis nigræ drachmas cape
Bis quinque, bis viginti. His adde argenti bonę H
Tantundem ſpumæ, & tantundem bituminis.
Tribus prædictis par ſit pondus olei.
Attica pendat propolis decem quater.
Ariſtolochia, & ſymphitum, & marrubium,
Elenium'que, & chamelæon bis hæc duas.
Tres iris alba ſicca, tres & ſmyrnium,
Tres galla non matura: ſex alumen, &
Polium, quæ chalbanum vno vincat obolo.
Decem & duas thus pendat & dimidiam.
Chalcitis vſta drachmas tantum quatuor
Pendat, centaurion tenue ter duas.
Bis quinque & decem affunde mellis attici.
Confice diligenter, & præſens aſta:
Nam valde, ſi contemnas, vritur citò.
Ergo ampelitim terram, & argenti ſpumam

A Concrede vasi fictili magno & nouo,
Oliuo affuso. Mox igne leni coque.
Densari cùm videbis, alumen, atq;
Chalcitim sparge: vas'que seorsum aliud
Colliquet mella, chalbanum, & propolin:
Ac si quid aliud liquandum adsit, liquet.
Hæc vbi satis ferbuerint, transferas.
Oliuo iuncta cùm ferbuerint parum,
Nec plus inquinant, insperge puluerem
Quem tusa radix, quem caulis herbę dedit.
His actis, statim vas ab igne transferas.
Et commiscendo vbi refrixerit parum,
Effusum valida emplastrum subiges manu.
Subactum serua, sed contectum corio.
Vulneri cuspis quod intulit hoc prodest,
B Veneno cuspis illita. Prodest quibus
Serpens venenum intulit, atq; fera.
Vnus'que idcirco est omnium curæ modus.
Omnibus carnem vulneratam protinus
Scalpello circuncide, vel igne amputa.
Ventosam post hæc, ni locus vetet, infer,
Acutis'que & vrentibus medicinis
Vulnus seruabis latum multo tempore.
Hoc nos in libro docuimus alio,
Illis scribentes qui medicinas volunt
Conficere, quæ vrentibus & scalpro fiunt.
VTATVR idem antidotis, quas docui
Bibendas illis quos commorsit vipera.
Bibendum trade, & hinnuli coagulum.
Bibendam trade gentianam rabido
C Cane commorsis, ac quæ dixi reliqua
Istis prodesse, nam hæc conueniunt quoque.
Cyrenes succus, is si non adsit, dabis
Quem Medi mittunt, quantũ pendet obolus
Duobus è calentis cyathis aquæ.
At gentianæ quod tres obolos trahit,
Multùm radice succus est præstantior.

Antidoti ab Hera conscriptæ, quæ & Theriacæ sunt: Quasq; & nos experti sumus. CAP. 17.

THeriaca qua Marcus Imperator vtebatur hæc recipit, Seminis trifolij quod bitumen plurimum oleat, aristolochiæ rotundæ, rutæ syluestris, erui permoliti, pondus æquale. Omnia hęc inter se vino cõmisce, rotulas confice drachmarum quatuor, quarum vnam dabis ex vino et oleo.
Alia. Fraxini folia contũde, exprime, expressum succum bibendum da: quod ab expressione superest, vulneri impone. *Alia ad Phalangiorum ictus.* Vni rotulæ trigonis pastilli, piperis grana tre-
* D decim admisce, & folij herbæ grana quadraginta, commista ex vino diluto calefacto bibenda trades quotidie vsque ad tres dies. *Alia quæ ad Idem facit:* Et continet, Aristolochię longę ʒ i, cumini æthiopici obolos tres, seminis rutæ syluestris ʒ vi, succi cyrenaici ʒ iij & semis, rubricæ lemniæ ʒ x, myrrhæ ʒ vij, opobalsami ʒ viij, piperis albi ʒ ij & semis, cachryos ʒ iiij. Hæc tusa & cribrata melli concorporato: & ex aqua calida dato magnitudine fabæ ægyptię: quod si impensius obniti volueris, duplum porriges. *Alia post theriacales antidotos conscripta.* Nescio tamen quo pacto Asclepiades ordine non seruato, postea quàm potiones duas ad coxẽdices scripsit, rursus ad antidotos reuertatur, describat q; eam quam Zopyriam appellant: Et aliam quandam ex multis rebus compositam venenis omnibus, vt inquit, aduersantem tam antè quàm pòst assumpta: vtilem insuper demorsis à cane rabido, laborantibus q; morbo laterali, et internis doloribus omnibus, ita vt muliebres affectiones quoq; leuet. Post hanc rursus aliam plurimi vsus subiungit ex centum rebus conflatam, excellenter, vt ait, ad venena & eos qui sumpta cerussa suffocantur faciẽtem. Deinde ab his aliam adhuc ex rubrica lemnia confectam, de qua dudum antea mentionem feci, cùm Damocratis versus transcriberem. Illa igitur quæ ex centũ rebus est, omissa, satis mihi fecisse videbor si Zopyriam vocatam, huic q; aliam subsequentẽ, & vltimò illam quę à rubrica lemnia cognominatur exponam, pretermissa, vt dixi, centum rerum antidoto, quæ eadem est cum illa quam Andromachus conscripsit.

℃ *Antidotus Zopyria faciens ad Omnia, ſed præcipuè ad Venena, Iecoris morbos, Ventris inflationes, & Inci-* E
pientes aquas inter cutem effundi, maximè verò quando plus flatus quàm aquæ affuerit. Accipit autem Myr-
rhæ ʒ v, ſpicæ nardi ʒ v & ſemis, croci ʒ iiij & ſemis, florum iunci odorati ʒ ij & mediam, caſiæ ʒ iiij,
cinnamomi ʒ tres, piperis albi drachmam vnam & mediam, thuris drachmam vnam & obolum
vnum, coſti drachmam vnam. Ex his melle attico exceptis rotulas confice, nucis auellanæ magni-
tudinem non excedentes, quas ex vino aut aqua dabis. ℃ *Alia Antidotus quæ ad omnia Venena tam
antè quam pòſt aſſumpta confert. Demorſos quoq; à Cane rabido, Lateris morbo laborantes, Internis doloribus ve
xatos, ſanat: ac Mulierum dolores morbos q; ſubleuat.* Habet autem Radicis dulcis drach. vi obo. i ſemis,
ſeminis dauci cretici drach. vi ob. i ſemis, opii drach. iiii ob. ii, caſtorii drach. ii ob. i, piperis longi
drach. vi ob. iiii, coſti ʒ vi. obo. ii, ſpicæ nardi drach. vi obo. i ſemis, caſiæ nigræ drach. v obo. ii, thu
ris maſculi drach. i & ſemis, ſeſeleos drach. v obo. ii, ſcordii drach. vi obo. ii ſemis, ſucci hypocyſti-
dis drach. vi, acori drach. ii, foliorum malabathri drach. vi obo. i, ſagapeni drach. ii, fructus balſa-
mi drach. v obo. ii, myrrhæ drach. vi, croci drach. vi obo. ii, ſtyracis drach. vi, cinnamomi ʒ vii obo.
ii, zingiberis drach. vii obo. ii, piperis albi drach. v obo. ii, phu drach. v, petroſelini drac. iiii, nardi
gallicanæ drach. iiii obo. ii ſemis, hyperici drach. ii, ſucci acaciæ drach. ii, gentianæ drach. iiii, iridis
illyricæ drach. ii, aniſi drach. iii, thlaſpeos drach. vi obo. ii ſemis, roſarum ſiccarum drach. iiij, mei F
drach. ij, gummi drach. ii, cardamomi drach. iiij, florum iunci odorati drach. vi obo. ij, opopana-
cis drach. vij, opobalſami drach. vi & ſemis, chalbani drach. iij obo. ij, terebinthinæ drach. iij obo.
ii, agarici drach. vii & mediam, cypheos drach. vi, bdellii drach. vi, ſcinci drach. ii, amomi drach. iii,
polii drach. v obo. ii, dictamni drach. vi, ſeminis rutę ſylueſtris drach. iiii, ſigilli lemnici drach. ii ſe-
mis, irionis drach. iiii. Hęc omnia ex vino falerno et attico melle commiſce. ℃ *Alia Antidotus quæ
tam ante Venenum quàm poſt aſſumpta hominem à morte liberat: quæ que ſi cum alijs medicinis exhibeatur, im-
pedimentum nullum affert. Quoties autem exhibita fuerit couſq; nauſeam concitat, quoad mortiferum omne excu-
tiat.* Habet autem Rubricæ lemniæ ſigillo obſignatæ drachmas duas & obolos totidem, bacca-
rum iuniperi drachmas duas. Hæc minutè contrita oleo q; quàm bono commiſta, ex mulſo dabis
nucis auellanæ magnitudine. ℃ *Ad eos qui à Rabidis canibus morſi in aquarum formidinem deuenerunt,
Antidotum ab Aphroda ſumptum.* Lathyridis vnciā vnam, caſtorii drachmas tres. Cōminuta hæc ad
drachmæ pōdus ex hemina vini roſacei bibenda trade. ℃ *Auctoris eiuſdem ad Aquarum formidinem
Pilula.* Caſtorii drachmam vnam & mediam, & lathyridis grana nouem. Commiſce & exhibe.

℃ *Ad Idem Antidotus alia à Nicoſtrato accepta:* Quæ continet Caſtorii drachmas octo, lycii indi-
ci drachmas quatuor, gentianæ drachmas duas, cancrorum exuſtorum drachmam vnam & me- G
diam. Cuncta hæc melli commiſta dato. ℃ *Ad Aquarum formidinem admirabile.* Si quis aquam in
qua fabri ferrum intingunt artifice inſcio bibendam præbuerit, valde mirabitur. Vt autem qui
iam in aquarum formidinem deuenerunt bibant, pannum ſuperimmites poculo, qua parte egre-
ditur aqua & bibit. Gentiana quoque per ſe ipſam ex aqua data confert trium cochlearium men
†Fortaſſe ad viperarū morſus
ſura. ℃ *Amaranthi grammatici †ad Dolorem pedum Antidotus, qua & ipſe vſus ſum.* Habet autē Rhei
pontici drach. x, piperis albi drach. viii: petroſelini, agarici, hyperici, acori, eryngii, ſingulorum
drach. vi: cardamomi, thlaſpeos, acaciæ, ſucci glycyrrhizæ, roſarum ſiccarum, ſingulorum drach
mas quatuor: ſeminis fœniculi, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ſingulorum drach. ii: baccarum
ruſci drach. iii, ſeminis apii drach. iii, ſeminis napi ſylueſtris drach. iii, zingiberis drach. iii,
gentianæ ʒ vi, ſcinci drach. ii, thuris drach. v, phu pontici drach. iii, irionis drach. vi, iri-
dis illyricæ drach. iii: caſiæ, liguſtici, florum iunci odorati, ſpicæ nardi, ſii, ſcorpiu-
ri, ſingulorum ʒ vi: mellis quod ſufficit. Ex hac ſingulis annis dato quan-
tum eſt nucis auellanę magnitudo. *Alia quatuor.* Chamędryos drach
mas quatuor, ſcordii drach. iii, petroſelini drach. iii, cardamomi
drach. iii: marrubii, gētianæ, ſingulorum drach. qua- H
tuor: centaurii drach. iiii & ſemis, ariſtolo-
chiæ rotundæ tantundem, mellis
quantum ſatis eſt. Dabis ex
hac ſingulis annis nucis
auellanæ magni-
tudine.

FINIS

Galeni

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBRI DECEM

A Iano Cornario Medico iam in latinum sermonem conuersi, ac denuo post Nicolai Macchelli Medici Mutinensis emendationem, plurimis in locis ad veterum græcorum codicum amussim castigati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Continet Medicamenta ad Pilorum & summæ Cutis capitis Affectiones.

Quid Agendum Hoc libro, ac de Differentijs, & Affectionibus, Pilorum.

C Vod non solùm is affectus qui curatur, curationem ipsam indicet, sed q̄ tum ipsius ægri temperamentū, tum affectæ particulæ natura, nō parum simul indicent, antea in cōmentarijs de medendi methodo est mōstratū. Quemadmodū ēt quo modo quis ex simplicibus medicamentis per se cōpositū aliquod faciat, compendio quidē in illa ipsa methodo, fusius verò in septem libris ante hunc item æditis, oēm cōponendorū medicamentorū vniuersalē viam ac rōnē ostendimus. Nunc verò quo modo quis per se vniuersali via ac rōne medicamētorū facultates præparet ad singulas partes congruentes, atq; ijs quæ à prioribus medicis inuentæ sunt rectè vtat̄, percurrere propositū est, à capite initio facto, sicuti oībus qui nos præcesserunt est visum. Accidunt aūt capiti plurimæ affectiones cū reliquis oībus partibus cōmunes: verùm capillorū affectionem cum paucis cōmunem habet, propterea q̄ ēt pilosum esse, ex primaria rōne haud multis inest. Generatio.n. pilorum eadem est quæ terrę nascentiū, quemadmodū in libris de temperamētis est demonstratū. Quēadmodū aūt in ijs quædam arte & arbitrio agricolæ, quædā verò iuxta naturales causas proueniunt, eodem modo & in aīalium corporibus. Aruo.n. cuipiam triticū aut hordeū aut quidpiam cæterorum cerealium semi num in se natorū habēti, ea pilorū parte, quæ in regione superiori producit̄, caput similatur. Pili verò qui in vniuerso corpore, cæteris herbis similē habent generationem: non enim secundū pri
D mam rōnem, sed per accidens quoddā, natura eos generare solet. At pili cùm palpebrarū, tum superciliorū, non paruā vtilitatem animalibus exhibere ostendebant̄: menti verò & pudēdorū pili minoris vtilitatis gratia producti vident̄ur. Quapropter ēt affectiones pilorum in oculis & supercilijs in primis nos ad sui curationē adhortantur: secundum verò locum capitis capillorum affectiones habent: deinde menti & pudendorum. Sunt aūt pilorum affectiones, perfecta perditio, & coloris ipsorum alteratio, velut in vitiligine alba, {Leuce Græcis appellata,} fieri consueuit. Ad hæc etiam in alopecijs & ophiasi non modicū atq; indecorum detrimentum simul capillis accedit. Quidā igit̄ promiserunt veluti has, sic ēt incipientem caluiciem se, ne augescant, prohibituros: sunt autem qui hoc impossibile esse dictitant. Ad alopeciarum aūt & ophiasis curationē accedentes, pharmaca scripserunt per quæ perfectā ipsarū sanationem pollicentur. At verò pleriq; medici ex ipsorum vsu aliqn̄ non solùm successu longè frustrantur, sed ēt vehementer nocent, vt affectio ipsa incurabilis reddatur: quod sanè ipsis ēt circa alia pharmaca contingit, quibus citra methodi rationem vtuntur. Ego verò id quod Hippocrates pręcepit, in artis operibus facere semper annitor: nimirum ‖ Vt quod auxilij loco adhibetur, velut ille scripsit, iuuet, vel certè non noceat. Quod verò pharmacorum citra methodum vsus non solùm non prosit, sed frequenter etiā obsit, hinc sanè discere licet. Iam verò ordiendi quod proposuimus tempus adest. 1. Epid.cō.1.t. 50.3'.112.f

De Alopecia, Caluicie, & Ophiasi. CAP. 2. E

QVemadmodum" plantæ aliquæ ob humoris inopiam resiccatę corrũpuntur, aliquę verò ob humoris alieni ab ipsarũ natura cõmercium, eodem modo & capilli aut propter humorum ex quibus nutriri consueuerunt inopiam, aut propter eorũdem vitiationem, accidit vt corrumpãt. Et propter inopiam sanè humorũ Caluicies cõtingit: ꝑpter vitiatos verò humores Alopecia, & Ophiasis: vnũ quidem ambæ secundum morbosam affectionẽ malum, nomina aũt iuxta figurã habẽtes diuersa: serpenti.n. similis læsa capitis pars in ophiasi apparet: alopecias aũt ob id appellatas ferunt, ꝙ vulpibus frequẽter accidant. Nos aũt propter quid sic appellari cõtigit non quærimus: vnde verò oriantur causam quærentes, eã ipsam humorũ vitiatorũ redundantiam comperimus. Quales autẽ tandem sint corrupti humores, ex colore cutis capitis cognosces: aliquibus.n. mutata albidior apparet, aliqbus nigrior, aut pallidior. Quare in istis primum totius corporis purgationẽ adhibebis, aut pharmaco pituitam ducente exhibito, aut quod bilẽ pallidã, aut nigrã trahit, coniectura redundantis humoris ex colore cutis facta. Ego verò semp per hierã purgaui: aliqñ veratro nigro adiecto, vbi atrę bilis expurgare volui humorem: aliqñ scãmonia, si amara bilis purganda esset: si verò pituitosum exuperare coniecissem humorẽ, nihil admiscui. Tales enim præsertim ex capite, hiera ex colocynthide purgare cõsueuit, simul q; cum his ẽt alios quosdam humores, etiam si scãmonia, aut veratrũ nigrũ, aut epithymum non assumpserit. Quin & ex aloe catapocia quæ tum scammoniam tum colocynthidem admistam habẽt, vtiliter ita affectos purgare solent. Cæterùm post totius corporis purgationem, pituitam per os ducere præstat, {Græci ἀποφλεγματίζειν dicũt:} deinde vsqueadeo affecto loco remedia admouenda, de quorũ cõpositione dicere aggredior. Oportet enim, velut in alijs, sic & in his affectioni mederi, cuius accessio siue symptoma est vitium capillorũ. Si quidẽ" igitur vitiatus humor circa vnũ locũ fuerit collectus, scopus medendi erit, vt is quã celerrimè euacuetur, prius q̃ ab ipso cutis in quendã malum habitũ deducatur tñ, vt etiam, si quis vitiatũ ipsius humorẽ euacuet, & boni sanguinis influxum præparet, is adeo ẽt à malo in ipsa habitu prius inducto corrumpatur. Si itaq; vitiatũ humorem in cute euacuare volueris, discussorijs pharmacis opus habebis. Atqui cõtradicet forsan aliquis, cõmunem scopum in omnibus affectionibus quæ ex influxu humorum fiunt, contemni ac subuerti ratus, repelli ipsos debere asserens, partem refrigerando ac adstringendo, non attrahi calfaciẽdo: esse aũt discussoria medicamẽta oĩa facultate calida. Et certè affirmamus nos quoq; verè hæc dicta esse. Incipientes.n. ophiases & alopecias per hmõi pharmaca prohibere oportet ne augescant: non tñ iam principium ipsorũ alopeciam aut ophiasin appellari, sicut neq; scabiem, neq; lepram iam appellamus quæ ex impetigine orditur. Ego itaq; quẽadmodum nostis, etiam iam factas alopecias aliqñ sola purgatione sanaui, nullo amplius medicamento post ipsam ad locũ affectum admoto. Vt aũt ampliorẽ eius rei experientiã facerem, ex eiusmodi quopiam successu sum impulsus. Adolescens quispiã bonæ habitudinis, & exercitijs adsuetus, hanc affectionẽ in capite habebat: erat aũt satis familiaris mihi, vt victus rationẽ etiam ipsius qua iam per tres aut quatuor menses vsus erat, probè nossem: explebat.n. se quotidie fermè fungis. Hunc itaq; sola hiera ex colocynthide purgaui bis in quinq; diebus: in prima sanè purgatione quatuor ex ea drachmis, in secunda quinq;, exhibitis. Prius q̃; verò ad has purgationes peruenirẽ, catapotia ex aloe vndecim ei præbui, ciceribus ferè magnitudinem parem habentia. Habent aũt catapocia hæc, Colocynthidis partẽ i: aloes & scãmoniæ, vtriusq; partes ij: his ego vnam partem succi absinthij misceo. Antea verò, ẽt mastichen chiam & bdelliũ adieci, hoc enim modo Quintus vtebaẽ. Verùm ꝑpter quid ea reiecerim postea, alio sermone explicabitur, quẽ in cõpositionis purgantium pharmacorum libros reseruo. Cũ igitur post has tres purgatiões homini pituitã è capite deducere ꝑ apophlegmatismos vellẽ, atq; deinde pharmacũ quoddã ad affectã partẽ adhibere, contigit ipsum de repente in ꝑfectionẽ quandã ablegari: in qua cũ boni succi cibis, de quibus à me audierat, vteret, post dies fortè viginti redijt ab affectiõe circa capillos penitus curatus. Ex hoc sanè successu incitatus ego, cùm in alijs eandem curationẽ fecissem, expectaui vt viderẽ quid citra pharmacorũ ad caput adhibitionem esset secuturũ. Curati sunt itaq; oẽs hoc modo: non tñ in iam inueteratis hmõi experientiæ periculũ feci. Difficulter.n. eluuntur in his cuti admodũ insidẽtes serosi humores: multo verò magis in ijs qbus iã ipsa cutis ad malũ habitum peruẽnit, desparãda est ꝑ solas purgationes curatio. Atq; hæc quidẽ necessariò ꝓfatus sum. Cæterùm de pharmacis affectioni huic cõmodis iã dicere incipiã. Euacuatiua igitur omnino esse oportet ipsa affligẽtis humoris, verùm euacuare nihil potest quod non discutiendi vi sit præditũ, eã verò vim citra calefactiõnẽ habere nõ potest. Sed si quidẽ ex vehemẽter calfacientiũ numero fuerit, cutẽ exuret: ꝙ si verò nõ vrat, in principio quidẽ præclare iuuabit, progressu verò tpis cuticula capitis super resiccata talis euadet, qualem in caluis videmus. Non tñ simpliciter moderatè calidũ esse pharmacũ oportet, sed intra videlicet fines scopi ꝓpositi accedẽs. Nam & tenuium partiũ ipsum esse cõuenit, quod sanè in altũ sit ꝓgressurũ, vnde radices capillorũ generationis suæ principiũ habẽt, & vi qualem diximus p̃ditum: ꝓpter id quod crassior sit & durior capitis cutis, & ob id medicamento opus habeat efficaciore. Itaq; si supra hoc ꝙ vitiatos humores discutiat, ẽt idoneum sit ad bonũ sanguinẽ attrahendum, velut est

A.li.4. f.7. c.1.fol.505.h

A.li.4. f.7. c.6.fo.507.d

F G H

thapsia,

A thapsia, optimum sanè pharmacum est censendum. At verò cùm thapsia longè calidior sit quàm affe
ctioni sit ex vsu, meritò eius adhibitionem per se vitamus: exulcerationes enim in cute excitare
consueuit, & omnino phlegmonosa œdemata: quapropter necessariò quædã quæ eius vehemen
tiam mitigent admiscemus. Id ipsum verò ceratum ex oleo apparatum præstare potest: sit autem
tenuium partium oleum quale est Sabinum, præstat item moderatè esse vetustum. Ad hanc rem
confert item oleum Cicinum, quod mox ab initio eiusmodi naturam habet, quale prædictum est
Sabinum inueteratum. Quòd si neutrum horum ad manum sit, ex reliquis græcis oleis citra olea-
rum germina apparatis quodcunq; tandem admiscemus, præsertim si sit vetustum. Perspicuum
itaq; esse opinor oleum ex Iberia, aut Hispania, aut quomodocunq; quis eam appellare velit, fu-
giendum esse, item q; quod ex oliuis non dum plenè maturis apparatur, Omotribes & Omphaci
num Græcis appellatum. Vsus sum autem & sola thapsia, vehementi eius facultate larga aquæ ad
mistione exoluta. Verùm de thapsia, qui ipsa vtitur, sciat opus est, maximam differentiam esse re-
cẽtis ad vetustiorem: vis enim huius pharmaci post annum multùm exoluitur, atq; amplius ad-
huc post duos annos: auderet autem quispiam dicere inutilem penitus eius vsum ad trienniũ pro
gressæ. Hæc igitur haud ignorans, imparem aquæ modum admiscebis. Ad recentem enim pluri-
B mum aquæ addes, eam q; sæpe singulis diebus illines: ad eam verò quæ per tempus imbecillior
reddita est, minus adfundes, quò & ob crassitudinem diutius adhærere, & propter liquiditatem
non statim defluere contingat. Quin & cùm compositum pharmacum paras quod thapsiæ admi
stionem requirit, quale est quo ego assiduè vtor, non æquale semper pondus thapsiæ admiscebis,
sed quantum pro tempore ætatis eius conuenit, tantum ipsum pondus augebis. Cæterùm de hac
tota re paulo pòst diligentius cùm ad composita peruenero disseretur, vbi prius omnia simplicia
A ibidem. g pharmaca affectioni huic familiaria recẽsuero. "Etenim ex his quæ fortiter calfaciũt, est Euphor-
bium: quæ autem sufficienter, Laurinum, siue oleum siue vnguentum, aut quocunq; tandem no
mine id appellare velis: nam & his vnà cum calfaciendi ac discutiendi facultate inest vis adtrahen
di sanguinem in locum ab ipsis calefactum. Licet igitur ipsis & per se vti, euphorbium quidem
in oleo læuigando soluendo'ue, laurino verò solo citra alterius admistionem illiniendo: si tamen
nimis fluidum appareat, parum ceræ addatur. Cùm verò multo calidius sit recens euphorbium, si
quidem eo quod duorum aut trium annorum est, veteris, ad libram vnam romanam olei, euphor-
bij vnciam vnam inijcies, quæ sanè duodecima olei pars existit. Recenti verò euphorbio parcè
vtaris, quàm minima eius parte primùm admista, aut etiam ceræ vncia vna insuper addita, quò vi
C deas quantum hominem excalfaciat: licebit enim tibi vbi rursus vti voles, denuò addere siue oleũ
siue ceram malis. Eodem modo etiam thapsia vtendum est, omnibus q; fortibus medicamentis.
Peccatum enim infra modum nullum detrimentum affert, suprà verò aliquãdo exasperat & exul
cerat cutem, inflammationem q; suscitat. Et sanè vbi in sequentibus cõpositis pharmacis quandoq; eu-
phorbium aut tapsia scribatur, pondus ipsorum in vigore existentium non veterum intelligere
oportet. Valde enim vetusta omnino fugere oportet, non solum in his pharmacis, sed omnibus
etiam alijs, quæ videlicet succi, & liquores, & flores, & folia, & fructus, & radices, & semina exi-
stunt, quando sanè etiam Metallica, per longioris temporis situm & ipsa viribus infirmantur.
Vtimur tamen quibusdam pharmacis viginti aut etiam triginta annorum, propterea quòd non
dum vergentem omnino habeant ætatem: alia enim aliam tum vigentem, tum vergentem seu in
clinatam ætatem habent, atque etiam, si ita dicere libeat, senectam. Vnumquodq; autem propriũ
vigorem ijs qui ea sæpe viderunt indicat, tum ex odore, tum ex gustu, aliquando etiam ex colore,
& secũdum crassitiem compage. Quemadmodum in alijs omnibus pharmacis non solum quòd
calefaciant operæpretium est cognoscere, sed & quanta distantia, quanto'que ordine id faciant.
Sic item in ijs quæ alopecijs conferunt pharmacis nosse oportet, quòd calidissimum quidem ex eis
D est euphorbium. Eo autem minus calidum est thapsia, post thapsiam autem sinapi & nasturtium. * vbicunq; car
Iuxta alium autem modum limnitis nulli horum secundum est: habet autem præter hanc duas damum i. na-
alias appellationes, nam & Adarcium & Adarce vocatur. Post hæc succedunt sulphur, & nitri sturtium, legi
spuma, ipsum q; nitrum molle vstum, & quod Berenicariũ appellatur: quemadmodũ & Aphro- tur, codex qui
nitrum album, leue, ac laxum, quod nullam in se terream asperitatem habet. Deinde veratrum dã manuscri-
vtrunque, & erucæ semen, & laurinum siue oleum siue vnguentum velis appellare: ad hæc alcyo ptus græcus fe
nium vtrunq; vstum & non vstum, præstat tamen vstum: & arundinis radices, item q; cortex, am rè semper ha-
bo vsta. Quin & pix liquida, & cedrinum quod aliqui cedriam appellant, & murium stercus, vr- bet cardamo-
sæ q; adeps: præstat autem si vetustior extet. Quanquam etiam hyænæ, leonis q;, ac pardalis, ac an- mum.
seris, adipes conueniunt, & quicunq; tenuium partium substantiam habent, quò promptè in cu- * τραχύτητα
tis profundum penetrare queant, atq; ad radices vsq; capillorũ pertingant. Sed & amygdalę ama- al. παχύτη-
ræ integræ vstæ commodæ sunt, & thus aceto acerrimo confectum. Confectum autem intellige τα i. crassitiẽ.
cùm pluribus diebus, & maximè ad Solem diutius cum acri aceto sit contritum. His itaque omni
bus pharmacis licet vtaris, ad fortia quidem cerato liquido addito, debilibus verò oleo laurino im
butis. Et inueteratas quidem ac difficulter curabiles cum fortibus persanare conaberis, incipien-
tes autem & paruas, cum debilibus.

Ad Alopecias Composita Medicamenta. E

Cæterùm pharmaca composita, quæ partim à prioribus medicis, qui alicuius æstimationis fue
runt, magnopere sunt laudata, partim verò à nobis ipsis per longam experientiam sunt examina
ta ac probata, eiusmodi existunt. ℂ Euphorbij, thapsiæ, laurini, singulorũ ʒ ij: sulphuris viui, ve-
ratri vtriusq; ʒ i: neq; refert albo an nigro veratro, quod ad manũ sit, vtaris. His admisce ceræ ʒ vi,
laurino, aut cicino, aut veteri oleo præeliquans: vtere q; hoc vt fortissimo pharmaco ad inuetera-
tas & ægrè curabiles alopecias. His etiam aliqñ nasturtij ʒ i, aut alcyonij vsti ʒ i, admiscui. Præstat
autem in hunc vsum alcyonium quod durius est & magis asperum. Quòd si thapsia nõ adsit, pro
ipsa tm̃ pondus seminis nasturtij aut erucæ addes, aut ipsum adeo nasturtium. Si verò laurinum
non habeas bonum, picem liquidam adde: laurinum nanq; picem liquidam non multùm excel-
lit, thapsia verò reliquorum respectu maximum excessum habet. Hoc sanè pharmacum omnium
quæ ad hanc affectionem efficaciter faciunt, fortissimum & valentissimũ est, qñ videlicet affectio,
vt dicebam, ægrè recipit curationem. Quæ enim parua est & incipiens etiamnum, sola purgatio-
ne sanatur, & p singula quæ recensui simplicia vsta † laurino, aut cedrino, aut liquida pice, aut cici
no vel veteri oleo excepta. Admiscui etiã aliqñ mel pro cerato, minori tñ copia & pondere, neq;
vlla ex parte peius euasit pharmacum. Quæ verò ẽt ex adipibus componuntur thapsiç pausillum F
assumentia prosunt, præsertim si euphorbiũ & adarcium addatur. Sit aũt adipis cuiusq; pars vna:
sunt enim tres, leonis, pardalij, & hyænæ. Si verò hyænæ adeps non adsit, sufficit præsentibus re
liquis duobus vti, anserino admisto. Si verò oẽs quatuor habeas, simul oẽs miscebis, addito insu-
per si adsit vrsino. Ad totam verò eorum molem duodecimam thapsiæ aut euphorbij partem ad-
dere satis est: aut si omnino fortius facere velis, amborum simul addes: nã & per experientiam hęc
ipsa pharmaca efficacia sunt iudicata. Plurium. n. experientiæ habendę gratia petentibus subinde
medicis à me amicis, singulis aliud atq; aliud eorum quæ experientia cognita habui, ex tẽe dige-
stum exhibui, & reperta sunt sanè plurima ex eis optimè cõducentia. Verũ ante omnia vos me-
thodi meminisse oportet circa eorum vsum, quæ cõis in oĩbus præsertim fortibus pharmacis exi-
stit: quare ẽt sæpe eius mentionem facio, vtpotè in qua magna oĩno vis sita est. Qui. n. singulis for
tibus pharmacis vtitur, in principio quidem ipsa molliora adhibebit, admistione videlicet eorum
quæ vires ipsorum exoluunt: qualia sunt oleũ & cera, & ex simplicibus quæ diximus debilia, ve-
lut est thus, & arundinis cortex ac radices exustæ, & amygdalæ amaræ, & quæcunq; eius generis
existunt. At verò post primũ vsum cum iam secundò adhibere voles, intueri oportet qualem alte-
rationem in affecta particula prius admotum pharmacum fecit, atq; illius respectu aut vehemen- G
tiam facultatis eius lenire, aut augere. Velut in hac quã iam tractamus affectione, primũ quidem
capillos nouacula tollere oportet, deinde affectã cutẽ per linteolum neq; asperũ neq; molle nimis
confricare, ac "videre ad quantũ ruborẽ per hmõi motionem ac confrictionem péruenit. Hoc. n. A. l. 4. f. 7. t. 1. c. 5. fol. 507. c
tibi ex vsu ad spem curationis est futurum. Nanq; si per exiguas defrictiones rubefiat, moderatã
affectionẽ opinaris: si verò per multas, grauiorẽ, præsertim cũ quædam cuticulæ etiam si multũ cõ
frices, non rubefiant. Manifestũ igitur est has oĩum difficillimè curari, sicut cõtra facillimè, quæ fa
cilè rubescunt: quæ verò inter has medio modo habent, tm̃ inter se differunt, quantũ vel ad pessi-
mas vel moderatissimas accedunt. Atq; hæc quidẽ accessionis loco sint dicta, quanq; neq; negle-
ctui habenda. Rursus itaq; ad id quod propositũ erat reuersus, methodi te cõmonefaciã quam
vsus pharmacorum requirit. Post primã igitur pharmaci cuius vsum elegeris adhibitionẽ intueri
conuenit primũ quidẽ, an ẽt ante confrictionem cutis coloratior appareat: deinde aũt an cũ pau-
ciore q̃ prius frictione: aut an cũ æquali quidem, magis tñ q̃ prius rubicunda fiat. Præ oĩbus verò
animaduertere oportet ne in fortium pharmacorum admotione cutis vltrà q̃ conuenit concale-
scat, id quod tum ex colore ipsius, tum digitorum tactu deprehendes: colore nanq; flauior appa-
rebit, & digitorum contactu abũdè calidam cognosces. Horũ itaq; animaduersionẽ habere opor- H
tet: periculum enim est iterũ atq; iterum repetito eorum vsu cutem exuri. Quare ad molliora tran
seundum est: aut eodem vtendum quidem, sed cerati, aut adipis, aut liquoris cuiusdam oleosi admi
stione vi ipsius exoluta. Vtendum est & olei calidi dulcis irrigatione, & cataplasmate ex pane, fo-
mentis q;, & scarificationibus, ac cucurbitis, & cerati illitione, {virium item refectrice diæta.} Cæ
terum perseuerante affectione vtendum est assidua rasura, & rubificatorio ex sinapi velut est præ
dictum, item q; frictionibus præscriptis: & sequentibus diebus illita pice, aut oleo cedrino, & post
confrictionẽ scarificationibus. Quidã verò aciculas colligantes hoc modo, vt aciem ad cutẽ vergẽ
tem habeant, per ipsas cutẽ compungunt. Verùm post rubificationem per defrictionem inductã
& post scarificationem, pharmacis quæ ex alto euocare, ac meatus transmutare possunt {Metasyn
critica Græci appellant,} vtemur. In omnibus autem cõis scopus hic sit, vt in aere calido phar-
macum ipsum adhibeamus, & maximè si fieri possit in loco insolato, qui non habeat aurã ipsum
perflantem: hyemis autem tempore præstiterit in balneo his pharmacis vti.

† vsta i. κεκαυμένον. al. κατ᾽ ἀυτὸ μόνον i. per se sola.

De Pharmacis Compositis ad Alopeciæ affectionem à Senioribus me Medicis conscriptis.

Heras quidem igitur in ferula iuxta dictionis seriẽ sic scripsit ad alopecias. ℂ Alcyoniũ quod
asperius est, vstum ac cum oleo tritum ac læuigatum loco illinito. Sit autem oleum maximè ex

lucernis

A lucernis acceptum. Hæc quidem sunt Heræ herba: Verùm nosse oportet mediũ esse viribus hoc pharmacum, & propterea ad medias magnitudine alopecias curandas sufficiens. Infirmum equidem pharmacum est, si calami radicem aut corticem, aut amygdalas amaras, aut eius generis quippiam vstum, cum oleo committas. Fortia verò sunt quæ ex euphorbio, & thapsia, & adarca apparantur. In medio verò istorum est alcyonium vstum, sed & ipsum moderatius redditur oleo admisto, fortius verò liquida pice aut laurino affuso. Miscetur item prædictis adipibus. Et sanè ego cuidam qui ad hanc affectionem vrsino adipe vsus erat, nec quicquam profecerat, alcyonium admiscere consului, à quo postea breui sanus euasit. Cæterùm oleum lucernarum non ob aliam rationẽ aptum est, quàm quod magis tenuium partiũ existit, id quod ipsi ex lucerna in qua veluti coquitur accedit, fitq́ tum veteri, tum cicino adsimile, veluti si etiam aliàs ad ignem oleũ velis calefacere. Itaq; & sordes quæ in lucernis liquido luto similes gignuntur, ijs qui apud nos ruri degunt cognitæ sunt, ad vlcera in medio digitorum pedum curanda efficaces: quæ vlcera frequenter illis oboriuntur, propter illuuiem & negligẽtiam perluendi eos singulis diebus. His itaq; sordibus lutosis cõsului cuidam rurali alopeciam, vbi prius rasisset, quam mihi ostenderat, illinire, simul quod frequenti abrasione vti: qui sanè ab ipsis persanatus, etiam alios tentauit hoc modo curare, vtpotè qui puta
B ret omnem alopeciam ab hoc pharmaco posse curari. Verùm ego cùm moderatam eius affectionem essem intuitus, speraui ipsum quidem per illas sordes sanitatem consecuturum.

Aliud Compositum Pharmacum Heræ Pueris aptum.

Aliud etiam deinceps pharmacum Heras post præscriptum, iuxta seriem dictionis hoc modo scripsit. ℭ Seminis erucæ partem i, nasturtij partem i, nitri partẽ i. In aliquibus autem exemplaribus simpliciter scriptum est: Erucæ partem i, nasturtij partem i, nitri partem i: contritis picem liquidam affunde, & loco prius confricato impone: atq; vbi abstuleris pharmacum, locum spõgia calida imbuta extere. Auferes autem bis per diem, & in pueris maximè efficax conspicitur hoc pharmacum. Fortius enim est priore verùm inueteratam & ægrè cedentem alopeciam non curauerit: quod ipsum etiã Heras indicat, qui in pueris ipsum maximè efficax adscripsit, hoc est in corporibus molli cute præditis. Ex huiuscemodi enim vitiati humores facilè discutiuntur. Habent autem consimilem pueris cuticulam eunuchi & mulieres.

De Iis quæ Crito ad Alopecias conscripsit.

Crito verò in tertio libro eorũ quæ ad corporis ornatum pertinent, sic scripsit. ℭ *Ad affectionem Alopeciam appellatam, quæ capillos deuastat, & cutis deformitatem inducit, subscriptus compositionibus* † *vtẽ*
C *dum est, vt Heraclides Tarentinus tradit.* Amygdalas amaras cum corticibus vstas ac tritas aceto excipe, modico item affuso melle. Vsu verò expetente, loco per mundum linteolum præfricato, assiduè illine. Prodest autem maximè etiam assidua rasura, antequã pharmacum imponatur. *Aliud quo Moschus vsus est.* Erinaceorum marinorum testas exustas & aqua subactas locis præfrictis impone. In quibusdam exemplaribus non aqua, sed adipe vrsino excipi debere Erinaceorum cinerem repperi, quod mihi magis placuit: hoc enim modo efficacius redditur. *Aliud.* Arundinis radices vstas adipe vrsino excipe, atq; impone. *Aliud.* Thapsiæ corticem tritum cum aceto imponito. *Aliud.* Chamæleonis radicem cum aceto diligenter tritã imponito. Hæc præfatus Criton deinceps ita scribit: Quòd si verò perseueret affectio, subscriptis compositionibus vtendum est. Quibus verbis planè indicat per præscripta medicamenta moderatas affectiones sanari. Itaq; deinceps quæ ad fortiores affectiones conducũt scribit, quæ iuxta seriem dictionis ipsius hoc modo habent. ℭ *Ad Alopecias velut Heraclides Tarentinus tradit. Orestini ad alopecias inueteratas.* Muscerdæ ʒ ij, thuris ʒ ij: aceto acerrimo dissoluta præralis locis illine. *Aliud.* Erinaceorum marinorũ vnà cum testis exustorum ʒ ij, gallarum acerbarum tantundem, amygdalarum amararum vstarum tãtundem, muscerdæ ʒ i: aceto dissoluta & probè trita imponito. *Aliud Orestini.* Pilorum vrsi vsto
D rum, adianthi vsti, radicum arundinis vstarum, foliorum fici vstorum, panniculi Cilicij vsti, singulorum æquales partes adipe vrsino & cedria excipe. Vsus verò tempore, loco foto, & per fici folia confricto, ac per nitrum exterso, pharmacum quotidie illine. Cutis verò superficie exulcerata, ceratum ex oui luteo impone, † & farinarum tritici ac hordei succum recentem superline. *Aliud Orthonis Siculi accommodatum.* Cineris ranarum minimarum in ollula vstarum partem vnam: muscerdæ, veratri albi, radicis arundinis vstæ, piperis albi, singulorum æquales portiones aceto excipe, & ad præfrictum ac prærasum locum vtere. *Aliud.* Cineris vngularum caprinarum vstarum, succi thapsiæ, alcyonij, muscerdæ, spumæ nitri, myrrhæ, piperis albi, zingiberis, singulorum æquas partes probè tritas felle caprino excipe.

† *Additur in antiquis* πρὸς ἀλωπεκίας τὰς μετρίας. *i. ad alopecias moderatas.*

† AP. Et liliorũ & tritici & hordei succo recẽti.

Quæ Cleopatra in Libro eorum quæ ad Corporis ornatum pertinent, scripsit.

In libro Cleopatræ de ornatu corporis, ad alopecias descripta sunt pharmaca, quæ iuxta illius dictionis seriem hoc modo habent. ℭ *Ad Alopecias.* Sandaracham tritam, largo q́; visco quercino exceptam, & in linteolum inditam, loco per nitrum prius præparato imponito. Ego verò ẽt nitri spumam ad prædicta admiscui, & egregiè efficax pharmacum fuit. *Aliud.* Scillæ ʒ i, veratri albi ʒ i: ex aceto trita præralis & nitro confrictis illinito. *Aliud.* Sinapis ʒ i, nasturtij ʒ i, trita ex aceto: prærasis & nitro extersis locis imponito. Præstat autẽ locum vulnusculis impactis scarificare.

Aliud. Corticis arundinis ʒ iiij, ſpumę nitri ʒ iiij: pice liquida exceptis vtere. Cæterùm locum aſſi E duè radere oportet, & cum linteolo confricare, ſic enim φ celerrimè pilos producet. *Aliud.* Muſcarum capita contrita affrica. *Aliud.* Muſcerdas tritas illine, loco prius per linteoli affrictum ſub cruento reddito. *Aliud.* Amygdalas amaras vnà cum corticibus exuſtas cũ aceto & melle contere, & loco per defrictionem ſubcruento reddito illine, id q̃ ipſum aſſiduè facere perge: & locũ nouacula rade, ſic enim capilli citò prodibunt. *Aliud.* Cæterùm ea quæ ſequitur compoſitio oẽs vi ſua præcellit, faciens item ad profluuium capillorũ, cum oleo aut vnguento diſſoluta: facit & ad deciduos in principio palpebrarũ pilos, & in caluicię prolabentes: eſt q̃ oĩno admirabilis. Muriũ domeſticorum vſtorũ partem vnã, panniculi ãmpelini vſti partem vnã, dentium equinorum vſtorum partẽ vnã, adipis vrſini partem vnã, medullæ ceruinæ partẽ vnã, corticis arundinis partẽ vnã. Hęc oĩa arida læuigentur, & ſufficienti melle admiſto ad craſſitudinem mellis redigantur, inde q̃ adeps & medulla liquefacta addantur: & pharmacum ipſum in æream pyxidem reponatur, ex eo q̃ alopecia donec capillos producat defricetur. Similiter autẽ & profluui capilli quotidie ex eo illinantur. Porrò inter hęc ipſa pharmaca, item q̃ ea quæ deinceps deſcribentur, non difficile eſt dijudicare quæ acriora ac fortiora, rurſus q̃ quæ molliora & imbecilliora, exiſtãt, modò quis ea quæ in principio dixi in memoriam reuocet. Ita enim & rectus eorum vſus continget, nimirũ F ad mediocres alopecias mediocribus adhibitis, ad fortiores fortioribus: velut etiam ad eas quæ for tiſſimæ ſunt, fortiſſima remedia admouentur.

*Ampelinei. (margin)

Quæ Archigenes ad Alopecias commoda Medicamenta conſcripſit.

Archigenes item hæc pharmaca ad alopecias hac verborũ ſerie deſcripſit. ℭ Alopecias leues & in ſuperficie hærentes, nitro cõfricatas, ac linteolo exterſas, verbenaca in Sole trita aceto q̃ diluta largiter illine. Aut eodem modo exterſis betæ folia impone, inſuper q̃ linteolo humecto contege, aufer autem ea per loci humectationem. Cęterùm in altum progreſſas cum aceto, * nitri gleba, aut ſepiæ {eius quæ piſcis eſt} teſta, aut fici folijs, vſq; ad dilaniationem defrica: deinde deterſo ſanguine, betam ex vino coctam impone, aut caricas vſtas cum vino: aut lentis farinam cum vino pro cataplaſmate adhibe. Aut bupreſti cum aceto, aut ranunculo, aut ari radice, aut tali quopiam, in cerati formam radactis, & per noctem impoſitis, bullas ex alopecia excita: manè verò bullas cõpunctas, allio, aut buſelino, aut anemones phernij'ue folijs, intege. Probè faciunt etiam poſt excitatas bullas hippocãpi marini vſti, & cum modico atramento ſutorio crudo trito inſperſi: item q̃ oſſa maxillarum ſuillarum vſta. Aut vbi deraſeris & cum nitri ſpuma deterſeris, alcyonio, ex acri aceto confrica, donec ſanguis emanet: dehinc vbi nucum auellanarum putamina vſta ex melle læ G uigaueris, inunge: atq; id bis in die facito. Sedat ac ſiſtit eas vt plurimùm in diebus decem. Aut mures domeſticos in olla exuſtos tritos q̃, axungia excipe, & præfrictis cũ allio alopecijs in ſplenio impone, id q̃ donec capilli enaſcantur quotidie repete. Aut ranunculos paruos ſimiliter exure, eorum q̃ cinerem cum pice ſæpe feruefacta vſquequo craſſa facta ſit, illine, loco neq; raſo, neq; prius confricto. Aut muſcerdas & thus æquali portione cum aceto ad mellis craſſitudinem redacta loco prius rubificato illine. Aut ficus aridas vſtas cum oleo ſimiliter illine, vbi prius læuigaueris. Aut veratrum album, {aut} piper, {aut} muſcerdas, prædeterſis, ac præraſis ex aceto illine.

*

Aut raphano & cępis obliquè conciſis probè confricans illine. Aut alcyonium torrefactum cũ digito oleo madefacto diligenter affrica, donec morſum percipiat: & correctam alopeciam emendabis. Aut alcyonium ad lucernam torrefactum, adipem q̃ vrſinum ſimiliter liquefactum, miſce, & pręfrictis ad Solem, illine. Aut prępunctis pro more, cępas tritas cum melle cataplaſmatis modo impone. Aut raphani corticem eodem modo. Aut facta ſcarificatione, arundinis corticem ſuperiorem quem Ægyptij Siphtherium appellant, vſtum cum pice liquida committe, ſplenium q̃ impone, & quater aut quinquies ſolue: deinde exterge, ac aliud ſplenium impone. Quidã nitrũ ad decimã cineris ipſius partẽ admiſcẽt, valde q̃ ei ſuccedit. Aut ſquamam ſtomomatis ferri cum H aceto & oleo illine eodẽ modo. Aut felis ſiue crocodili ſtercoris ʒ vi, ſinapis ʒ iiij, cum acri aceto illine. Aut cantharidas vſtas pice liquida exceptas ad cerati liquidi formam redige: præfrictis q̃ ex nitro aſſo locis & exterſis, in ſplenio impone, & per noctem ſine: manè verò tolle, locum q̃ exiccari permitte vſquequo circumcirca rumpatur: vbi verò eruperint capilli, eos aſſiduè rade. Aut naſturtium, vel vt alij piper: muſcerdas, veratrum album, æqualibus portionibus ex aceto illine.

Aut cũ piſcis corio, quale eſt ſquatinæ, aut folio ficulneo, aut pumice læui, ſupernè alopecias cruẽtas facito, deindeq; amygdalas amaras vſtas cũ aceto mulſo illinito: id q̃ aſſidue facito, ac radito, augeſcẽt.n. ſtatim capilli. Aut teſtudinis marinæ ſanguinẽ illine, ex laudatiſſimis.n. hic eſt. Aut hippòtami corium vſtum illine. Aut nuces ponticas vſtas, & ſtaphidas ſylueſtres cum vnguento laurino. Hoc enim ab Archigene laudatur. Aut muſcerdas & veratrum album illinito. Aut corticis arundinis vſtæ, & nitri æquas partes, cum pice liquida ad malagmatis formam redige.

*hippopotami (margin)

Aut nuces amaras vnà cum corticibus vſtas ex aceto aut melle frequenter illine, id q̃ loco prius per linteolum exterſo: pòſt verò aſſiduè radito. Aut ammoniacũ thymiama cũ ſucco tithymali affricato, aut felis ſtercus aridum ex aceto. Aut rhois ʒ iiij vel ij, ſinapis ʒ ij, cum acri aceto illine. Aut amygdalas amaras & pumicem illine. Dionyſodorus autem medicus, Coriũ, inquit, nouũ

vſtum

A vstum cum acri aceto illine †. Egregiè autem facit ad inueteratas alopecias, si thapsiæ succum aut radicē cerato exceptū loco imposueris, etiam si nihil præterea aliud facias: decedit.n. superna cutis & sanie serosa madet, capilli q; sua sponte subnascunt. Vides itaq; quò Archigenes ex Thapsia pharmacum collaudet, neq;.n. aliud eo præstantius reperias. Auget aūt fidem commoditatis eius cōsona historia: quapropter & ego oīa quæ apud medicos expertos sunt medicamēta scribo. †Additur ex āntiquis, cabal lig, dētes ustos similiter.

Quæ Asclepiades in libro de Alopecia scripsit.

Non recentioris nūc mentionē facio Asclepiadæ, qui memorabiles sanè pharmacorū compositiones in multis libris cōscripsit, sed vetustioris, Bithyni videlicet. Hic itaq; Asclepiades curādi viā se reperisse gloriatur, per quam multos curatu difficiles alopecias habentes sanatos dicit. Verùm plus ad curationem totam viuendi rationem valere q̄ pharmaca ipsa tradit. De viuendi ratione itaq; hæc scribit: Abstinendum itaq; ab oī vino in totum, propter has ipsas causas. Manifestum verò est inde, ipsum antea retulisse causas, quas si quis discere velit, ex libri ipsius lectione requirat. Deinde subiungit: Abstinendū ēt à nimia repletione. Prohibet aūt & carnium esum, & casei, & lactis, & leguminū, oīum q; simpliciter quæ ēt exigua copia accepta vim habēt, qua multum & nutriant, & inflent. Quin & exercitia plurima fugere iubet, velut ēt assidua balnea, & mul B tas exudationes. Cæterum de Pharmacis iuxta seriem dictionis sic scribit. ¶ Est aūt primū vnguētū tale. Spumæ nitri partes duas, salis ammoniaci partem vnā, vsta trita acerrimo q; aceto diluta, donec strigmentorum crassitudinē accipiant, præscalptæ leuiter alopeciæ, quò densetur & cruētus reddatur locus moderatè illinimus: defricamus q; donec caput ea concipiat, & pharmacum in altum probè deferatur, atq; ita quiescere vsq; ad crepusculū sinimus: postea ad vesperam idem repetētes, similiter q; sequenti ac tertia die, magnam permutationē reperimus. Sistitur enim depastio, & capilli dum raduntur neq; vi trahuntur, resistunt & non euelluntur. Deinde sequenti die ex aceto præfrictis cataplasma apponimus, quoad bullæ assurgant, & cutis in superficie exulceretur. Bullas autem vbi diuiserimus, atq; ad duos dies aquositatem exceperimus quæ ab ipsis vlceribus prodit, inde rursus eodem vnguento vtimur, vlceratis tm̄ locis parcentes, eos q; trāsgrediētes: Sanos verò apprehendentes, eos q; deradentes, {vsq; ad crepusculum quiescere sinimus, quo idem repetentes} multum'que confricātes, vsq; ad septimum aut octauū id facere pergimus diē: quò sanè tempore videmus iam ab extremis alopeciæ non amplius tenues vt antè, & lanuginosos ꝓdire pilos, sed robustiores, postea paulatim etiam in partibus denudatis excrescentes, vicissim q; tenues & imbecilles deficientes. Contingit q; simile quiddam quale in vlceratis videmus. In vlce C ribus.n. cicatrix ab extremo initium faciens, postremum in medio vlcere desinit ac coit. Ita in alopecia partes pilosis vicinæ primū conualescunt, & densæ pilis redduntur: quæ verò in medio sitæ sunt, omnium postremò pilos producunt. Si itaq; curatio hoc modo processerit, reliquis medicamentis nihil opus habebimus, sed vno hoc per multū tempus semper vtimur: cedit q; benigniter affectio, nisi oīno magna nuditas existat. Medio autem tempore, scalpturam per acutum cælum assiduè facimus. Aliqñ etiam cuspide acuti spiculi cute pertusa, per fissuras ipsas sanguinem moderatè elicimus. Hæc his verbis prefatus Asclepiades, deinceps de rasura contra q̄ alij tradit: neq; enim assiduè, sed per interualla, affectam partem radere iubet, vbi iā mediocriter densi capilli in ea fuerint exorti: prodeuntes aūt iam, & adhuc tenues, rasura non dignatur. Cæterū post rasuræ factā mentionem, deinceps hæc verba scribit: Quòd si verò remoretur capillorum exortus, ad subscriptas compositiones cōfugimus. Sunt aūt tales: ¶ Erinacij terrestris caput aut corium vstum, tritum, ac melle subactum, illinito. *Aliud.* Hippocampum marinum & nitri parū coexure, adipe q; anserino admisto, loco nitro præparato illine. *Aliud.* Thapsiam aqua maceratam illine. *Aliud.* Muscerdas aceto tritas illine. *Aliud.* Calami Cyprij folia in olla exurito, deinde resina pinus cineris plurimum excipito, & præscarificatæ alopeciæ imponito ac obligato. Aut corticem siue co D mam arundinum eodem modo præparato, amplius q̄ nitri parem cineris modum admisceto, & pice exceptis vtitor. Est autem non inualidum, sed plurimum efficax. Post hæc verò ēt muscarū Asclepiades meminit, iubens q̄ plurima ipsarū capita, mox vbi captæ sunt, nudis alopeciæ partibus affricari, atq; id maximè, vbi alopecia fuerit exulcerata. Etenim fert, inquit, muscarum sanguinem iritata tunc per medicamenta quæ ex nitro atq; alijs componuntur, nimirum, inquit, cùm nō * mordeant hæc ipsas tantum, sed bullas etiam in eis excitent. *Al. ἁλῶν i. sale.

Quæ Soranus ad Alopecias conscripsit.

Soranus aūt cùm prædixisset quædam quæ iuxta propriæ sectę ductū digessit, meminisset que eorum quæ Asclepiades scripsit, deinde sic hac verborū serie subtexit: ¶ Quapropter vbi recens malū est, primū abstinētia proderit, deinde simplex exiguus cibus boni succi, & irrigatio ex oleo dulci calido, & panis in cataplasmate, fomenta'que, & scalpturæ, & cucurbitæ, ac cerata. Vires itē reparētur. Inueterata aūt iam affectione assidua rasura, & rubificatio ex sinapi, & frictiones præscriptæ, ita vt in sequentibus diebus picē superlinas, aut oleum cedrinū. Proderit item rubificatio ex affrictu foliorum fici, aut cæparum, aut linteoli indici aut pollici obuoluti, & post frictionē scarificationes. Quidam verò acus colligantes ita, vt cuspides ipsarū in eundem locum porrigantur, per ipsas & cutē cōpungunt. Cæterùm post rubificationē per defrictionē inductam, post q; scari-

ficationem pharmaca conueniunt ex alto euocantia ac transferentia, metasyncritica Græcis ap- E pellata, tum illita, tum emplastri modo imposita. Eiusmodi aũt multa particulatim existunt. Nam & cæpe tritum, & raphani cortex, vtrunq; cum melle emplastri more appositũ valet. Aut spumæ nitri pars vna, rhois partes duæ, salis ammoniaci pars vna: vsta, & cum acri aceto trita ad strigmẽtorum crassitudinẽ redigãtur. Scripta sunt & alia multa, inquit, apud Asclepiadem & Heraclidẽ Tarentinum Elephãtidem q; ac Moschionẽ in libro de ornatu. Ex quibus sane & ipse ea quę ex Asclepiade præscripta vidisti, excripsi, & alia item quædam quorum deinceps mentionem faciã.

† Al. ptes duas

¶ Adipis vrsini † partem vnam, } cineris foliorum arundinis vstorum partem vnam, squamæ stomomatis ferri partem vnam: aceto & oleo veteri subacta illine. *Aliud.* Stercoris felis aut crocodili ʒ viij, sinapis ʒ iiij, ex acri aceto. *Aliud.* Hordei vsti & muscerdæ par pondus ex acri aceto. *Aliud.* Nasturtium & muscerdas, veratrum album, piper, æquali mensura ex acerrimo aceto. *Aliud.* Sinapi & nasturtium, aut spondyliũ, vsta, trita ex aceto illine. *Aliud.* Ranarum vstarum ʒ xviij: pumicis vsti ʒ xij, alij xv: habent sinapis ʒ viij, nitri ʒ iiij, nucum vstarũ ʒ xxiiij. *Aliud.* Præstat & ceratum ex pipere, pirethro, calce viua, & oleo myrteo. Oportet autem & partem affectam præfricare vel per alcyonium vstum, donec morsum persentiscat: vel per Erinacij marini vsti cinerem linteolo inuolutum, donec locus rubefiat. Alia pharmaca quę partim mihi, partim præce F ptoribus meis, partim amicis medicis, in vsu fuerunt. Pumice rubificatorio pręfricato, præfomentato q;: & thapsiæ succũ, donec cutis eleuetur, illinito: deinde q; fomento adhibito, cerato rosaceo vtitor. *Aliud.* Foliorum ac radicis arundinis vstorum, pilorum vrsi, adianti, adipis vrsini, picis liquidæ, pilorum caprarum vstorum, cedriæ, omnium octo par pondus accipe, liquida q; cum aridis cõmitte, & præfrictis adhibe. *Aliud.* Fici folia cũ aceto donec lanugo prodierit affrica, deinde verò herbæ quæ Stœbe appellatur succum illine. *Aliud.* Ranas pãruas vsta, pici liquidæ tepidæ insperge: deinde neq; præraſis, neq; pręfrictis illine. *Aliud.* Spumæ nitri ʒ iiij, stercoris muris ʒ ij, corticis arundinis vstæ ʒ ij: pice liquida excipito, & splenium formato, id que præraso, ac cum nitro præparato loco imponito, & ante biduum vel triduum non auferto. *Aliud.* Sinapis & stercoris felis æquas vtriusque partes, loco præfricto illinito. *Aliud.* Scarificato, ac sepiæ atramentũ illinito: aut marrubium uiride tritum illinito. *Aliud.* Sphæritidis folia torrefacta & cum aceto læuigata imponito. Appellatur autem sphæritis, cupressus, quæ sphæria id est pilulas, producit. *Aliud.* Nuces amaras vnà cum putamine vstas, præraſis ex aceto & melle illine. *Aliud.* Erinaceorum marinorum testas vstas ex melle & aceto præraſis illine. *Aliud.* Alcyonium vstum & murium stercora cum porri succo illine. *Aliud.* Radicis thapsiæ drachmas quatuor, radicis cha- G mæleonis ʒ ij, visco probè subacto excipe: & cataplasmatis modo impone, cum que exarcebatus æger fuerit, adime. *Aliud.* Foliorum arundinis græcæ vstorum ʒ iiij, muscerdæ ʒ ij, erinaceorum vstorum drachmam vnam, cum aceto trita illine. *Aliud.* Salis ammoniaci ʒ i, nitri drach. vnam: vtrunque torrefacito, aceto q; rigata ter in die illinito, loco prius cum nitro præparato. *Aliud.* Amygdalarum amararum tostarum obolos tres, pumicis obolos ij, salis ammoniaci obolos iij, similiter illine ex aceto. *Aliud.* Piper, muscerdas, veratrum album, æquali pondere, cum aceto & exiguo oleo illine. *Aliud.* Squamam stomomatis cum aceto & modico oleo illine. *Aliud.* Locum per pumicem proritato: & sulfuris, spumæ nitri, ammoniaci, singulorum æquas partes mistas cum aceto illinito. *Aliud.* Alcyonij drach. i, sulfuris viui drach. † vi, muscarum ad ariditatem torrefactarum cyathum vnum: muscas per se terito, item q; sulfur: alcyonium verò aqua coctum vnà cum siccis læuigato, felle suillo ac aceto vicissim affusis vsquequo strigmentosum reddatur. Deinde axungiam a rotis derasam, & manu emollitam vt emplastri forma confiat, misceto: & pręrasa alopecia ac rubificata, pharmacum vt optimum confidenter illinito. *Aliud.* Locum vbi deterseris, alicam que aceto irrigatam læuigaueris, addideris que exiguum cyrenaicum liquorem, inunge. *Aliud.* Loco præfricto ac scarificato caricas assatas cum passo cataplasmatis modo impo H nito. *Aliud.* Passum illinito, ac deinde ferulam vstam inspergito. Quæ deinceps sequuntur duo pharmaca, admiranda sunt: & verbis eius qui ea prodidit inscripta ad alopecias, caluiciem, raritatẽ capillorum ægrè curabilem in capite, in mento, ac supercilijs. Pilorum ouis vnciam vnam, radicis arundinis vnc. vi, filicis cum radice quadrantem ac vnciæ dimidium, castanearum hispidi corticis quadrantem, lanarum succidarum q; pinguissimarum sexuncem, capita muscarum numero xxxvi, muscas v capitibus reiectis. Omnia in nouam ollam indita in furnum mittito, deinde cinerem ipsorum terito. Sunto autem tibi in vino amineo prius trita ladani ℥ vna, myrrhæ ℥ vna: adijciatur que olei veteris sextans, & cedrini ℥ vna, malabathrini sextans: deinde inspersis aridis tritis medicamentum sume: atq; vbi linteolo alopeciam pręfricueris, deinde que aut cępa aut scilla vellicaueris, aut fici folijs lentè excalpseris, pharmacum ipsum illitu affrica. Loto q; homini, in sequẽtibus diebus locũ † intento linteolo valide cõfricato, contentus illitione vsq; ad mẽses duos. Quòd si amplius in hac curatione perseueraueris, ẽt caluiciẽ ea persanabis. ¶ *Ad Caluescentes præter ætatem remedium.* Adipis taurini insolati lib. vnam, adarces vnc. vnam: succi thapsię sesquiunciam, alij vnciæ dimidium habent: myrrhæ bonæ vnc. vnam, polytrichi lib. dimidium, callitrichi lib. dimidium, membri asinini libram vnam, splenis asinini lib. vnam, ladani tantundem. Ego ladanum in vino

*al. λευκοὺς. i. albas.

* πράσιον. al. πράσον i. porrum.

† Al. ij.

† *Al. ualido linteolo.*

A vino pauxillo maceratũ contriui: adipẽ verò aquę vapore liquefeci, deinde asini membrũ assatum donec insumaẽ radito: splenem verò cum callitricho & polytricho in noua olla torrefacito: contusis q́ꝫ quæ contundi possunt ac cribratis, oĩa gleucino aut sabino excipito, & ante balneũ vtitor capite prius pectinato. Manifestũ verò est quod eadẽ pharmaca ẽt ad menti pilos non enascentes cõducunt. *Aliud.* Fœnigræci sextarios iiij, seminis lini sextarios ii, ladani bessem, succi acaciæ sexuncem, folii malabathri sexuncem, gallas numero xx, onychis aromatici sextãtem: calami Syriaci sextantem & vnc. dimidium, alii vnc. vnam habent: bdellii sextantem, myrti vstæ sextarium vnũ: musci, quem alij splanchnon, alii bryon aromaticum vocant, quadrantem: iridis astragalitidis, alij Illyricæ, sextantem. Singula per se contundito, ac per cribrum arctius excutito, & deinceps vt præscriptum est misceto. Vsu verò expetente, pharmaci tertiam partem, aut quantum sufficit, in æreũ aut testaceum vas conijcito, deinde vini Italici odorati tantum vt liquidum reddaẽ admisceto: atq́ꝫ ita prunis impositum donec semel ebulliat cum lignea virga agitato, animaduersione habita ne comburatur. Pòst verò illines, ęgro cũ medicamento in aquam desidere iusso, sensim q́ꝫ in solio sedenti affricabis, ac pro more capite ex aqua perfuso pharmacum ablues. Deinde autem staphidem syluestrem per se tusam ac cribratã, quatuor diebus illitionis pharmaco admiscebis, similiter q́ꝫ coques:
B eodem q́ꝫ modo illines, parcè tñ ac cautè, ne in oculos destillet. Vnguento aũt à balneo vteris, olei myrtei libra vna, cum ladani triente contrita. Constans et certa est pharmaci huius facultas, neq́ꝫ citra effectum dilabitur. *Aliud ad Eadem.* Pericalamitidis vnc. i: myropissoceri†, sordis eius videlicet quæ à pilis, vtriusq́ꝫ unciæ dimidium: adipis infantis informis libram vnam: succi foliorũ dionysiaci tenerorum, succi foliorum ladonidis tenerorum, succi calliceréos, succi herbę verbenacæ, succi foliorum arũdinis, singulorum cyathos iij: cynomori, erinaciorum marinorum vstorum, vtriusq́ꝫ sextantem, aut amplius si melius reddere pharmacum velis: acanthionis terrestris corium vstum. Hæc oĩa ad plures dies in pila plumbea terere oportet, donec omnia probè læuigata vniaẽ, atq́ꝫ ẽt donec à pila quippiam detritum eis accedat. Vtere loco acriter ex crudo linteolo ex lino pręfricto, ac deinde cum althęæ siue hibisci radice derterso, illinito. Hoc pharmacũ eo modo scriptũ reperit Claudianus amicus noster in libello ex membranis cõtexto, eo qui pharmaco vsus fuerat vita defuncto. Multi aũt faciebat eius possessionem, propterea quòd duos quosdam caluęscere iam incipientes ex eo curatos conspexisset ita, vt neq́ꝫ vlterius caluicies progrederetur: et quòd denudatus locus pilis densus euaserat: ad hęc quòd symbolicè scriptus erat. Nos hoc nacti, singulatim considerabamus quid tandem singulis significaretur, cum q́ꝫ iam hoc iam aliud mente conciperemus,
C per magnã experientiam tandem nos veritatem reperturos sperabamus. Verùm in præsens quidem sit posteris scriptum, scripturi etiam in posterum si quid experientia cognitum repererimus. In præsens autem pericalamitidem, arundinis corticem dici putamus. Nam & aliàs ipsum eiusmodi affectionibus conuenire scimus maximè vstum, nouimus item alios scriptores ex eiusmodi pharmaca composuisse: quapropter credibile est, q̃n cortex arundini circum adhæret, pericalamitin ipsum appellari. Potest aũt etiam id quod ab aliquibus limnestrum, ab aliis adarce & adarcium dicitur, pericalamitis appellari, propterea quòd arundinibus adnascatur. At verò myropissocerum, picem & ceram dici æstimamus, vnguento quopiam ad huiusmodi affectiones congruẽti eliquata, veluti est gleucinum, & laurinum, nardinum, lentiscinum, sesaminum, et cedrinum. Cęterũ † barbæ hircinæ sordes ⅃ statim nobis visæ sunt de ladano dictæ esse: nam ad has affectiones conuenire in confesso est. Et sanè generatio eius circa mentum hircorum in quibusdã locis contingit, quod ipsum & Rufus Ephesius per hos versus indicat.

† Ladanum Eremborum reperitur & alterum in aruis,
Caprarum circum bárbas. Nam pabula capris
Florentis cisti summæ gratissima frondes.
D Istius verò lanuginis vnguen inhæret
Caprarum hirsutis q́ꝫ genis, atq́ꝫ vndiq́ꝫ costis.
Non adeo id morbis prodest, sed spirat odorem
Eximium: quare præstantia pharmaca miscent
Plurima, Eremborum & tellus fert qualia campis.

An quidẽ igitur hoc solũ ladanum is qui pharmacũ composuit, inijcere iubet, non satis manifestũ est: possibile est aũt per vnam speciem totum genus ab eo designari. Porrò infantem informẽ videtur mihi vrsæ dixisse. Vrsam enim parere aiunt informem quãdam velut carnis molem, verùm pòst per linctum matris animal formari ac effigiari. Dionysiacum aũt vitem mihi dicere videtur, quãquam & de hedera dici posse aliquis opinari queat. At verò quòd ladonidẽ laurum appellet, nemini puto dubium esse. Calliceros autem fœnumgræcum appellare videtur: nominatur autẽ hęc plãta apud nos in Asia Ægoceros. Cynomorũ deinde rubum canis verisimile est dici. Acanthiona autem postremum terrestrem, erinacium terrestrem appellatum ab eo existimo.

De Defluuio Capillorum. CAP. 2.

l.4.f.7.t.1.c. ol.506.a — EST & " alia pilorum affectio quæ ad raritatem cutis, inopiam' que substantiæ pilos generantis, consequitur. Quapropter etiam curatio hoc modo læsorum, non eundem scopum quem alopeciæ

Marginal notes:
† *Additur in textu* ἀποτραγοπωγῶνος.
* *Al. libræ.*
† ἀποτραγοπωγῶνος.
† *Al. ex antiqua tralatione. Aliud aute sanè per terram errans ladanum inuenies.*
* *mentum.*

peciæ habet. In alopecijs enim, vt vitiatus humor consumatur, intentionem summã ac primarium E scopum habemus: in his verò, vt capitis habitum roboremus, & boni succi allationem procuremus, cutem q; ad densitatẽ ac raritatem moderatã reuocemus. Quã ob rem sanè ad pharmaca humectãtia aliquid moderatè adstringens admiscere oportet, quale est ladanũ, quod utraq; in se moderatè complectitur quæ ad hoc symptoma conueniunt, caliditatẽ videlicet mediocrẽ, & adstringendi vim iuxta eandẽ proportionem: pp hoc itaq; oleo mistum, quò illiniri possit, symptoma siue accessionẽ defluuij capillorũ sistit. At verò manifestum est capitis frictionem necessariò huius pharmaci vsui præmitti, & multorum pilorũ ablationem, aut si anni tẽpus id fieri permittit, perfectã ablationem. Ita. n. in affrictu & illitu robusta & calida reddetur cutis, & moderatã densitatẽ acquiret, eam videlicet quæ ẽm naturam est. Consueuit autem hæc circa pilos oblæsio sæpe ijs qui ægrotarunt accidere: rarò aũt citra morbum. Et magis sanè victu vires reficiẽte atq; salubri, opus habet: multi q; citra medicamentum perfectè sanati sunt, atq; id breui. Composuerunt tñ medici eius gratia pharmaca moderatam densitatem cuti inducentia, ita tñ vt ne simul eam refrigerent: quæ enim vehementer adstringunt, omnia ẽt refrigerant, & alimenti influxum reprimunt, ppter cuius inopiã capilli defluunt. Intentio itaq; medicamentorum est sanguinẽ affluentem non solùm non præpedire, sed etiam prolectare, cogere autem sensim & adstringere rarefactam cutem. Tale F aũt sponte naturæ est ipsum ladanum, quod quia ceræ similem compagem habet, largo aliquo cõuenienti liquore indiget, quo capiti illini possit. Præstat igitur huiusmodi liquorem similem ladano esse hoc est ex contrarijs facultatibus mistum, attractoria nimirum & coactoria. Nequaquã ergo oleum Sabinum, aut vetus, aut Cicinum ad hanc rem aptum fuerit, sed in Iberia aut Hispania, aut quomodocunq; tandem appellare velis, natum: habet. n. & adstrictorium quippiam, atq; amplius adhuc eo lentiscinum, sponte naturæ tale existens, quale est ipsum ladanum. Quare neq; expertus sum, neq; mẽte concipere possum, vllum præstantius pharmacum fore ad defluos capillos, q; est quod ex ladano & lentiscino oleo permistum constat. Manifestum aũt est quòd raso quidem cuipiam, crassius admouere medicamentum oportet: ad ipsam verò cutem præsectos & attonsos habentibus pilos, liquidius: q enim comam alere non oporteat priusquàm quis curetur, euidens puto. Quòd si verò largè defluãt capilli, & coniectare possis multam raritatem cutis capitis factã, non ineptum fuerit in præsens myrteum oleum pro lentiscino ad ladanum admiscere. Licebit etiã aliquando vnguentum nardinum adhibere in ætate frigida, & tempore hyemali. Bonum autem pharmacum ad hæc est diuitum fœminarum vnguentum, quod Romæ vocãt Foliatum. Non minus autem eo commodum est, immo magis, q appellant Spicatum. Quare cum his vel solis diui- G tes vngi iubeto, & cum optimo nardino. Ladanum verò in duplo vase liquefacito, & liquefacto vnà cum nardino ex prædictis pretiosis vnguentis quodcunq; ad manum fuerit admisceto. Atq; hæc quidem medicamenta mihi sufficerunt vnà cum refectoria ac salubri diæta, quæ in plerisque ẽt sola sufficit. Composuerunt autem, vt dixi, quidam ex prioribus medicis pharmaca ad defluos capillos, in quorum relatione, vbi inuicem dissentiant exponam. Primùm autem referam compositiones ab Hera scriptas, quarum priorem quidem laudo, posteriorem verò curiosam, & præter rem auctam existimo. De priore verò ita scribit.

Compositiones Pharmacorum ad Defluos Capillos ab Hera scriptæ.

Heras in ferula duo subscripta pharmaca habet, iuxta hãc ipsam dictionis ipsius seriem, ad hoc vt capilli in capite ne defluant: Ladanũ in vino austero rigatũ terito, & oleo myrteo ac vino vicissim affuso ad mellis crassitudinem redigito, ex eo q; ante & post balneum caput illinito. Pręstat autẽ & polytrichon quod quidam adiãtum vocãt, dimidia ladani portione adiicere, & cum myrteo aut nardino vti. Hæc de priore compositione locutus Heras, deinceps hæc scribit. ℭ *Compositio Olei ad Defluos Capillos, quæ & Nigros eos facit.* Intra calendas & Idus Iulias, nuces virides centũ tũdito, eisq; olei † primarij sextarium i ℈ affundito, & aluminis liquidi lib. iij. Hæc simul in vas nouũ H testaceum præmadefactum indito, id ipsum q; q̄ diligentissimè oblitum in loco neq; humecto nimium neq; calido reponito, & per menses tres sub terra sitũ sinito: deinde auferto, oleoq; vtitor. Hæc ipsa secũdi pharmaci est descriptio, quę plus q̄ conuenit ipsum pharmacum adstringens reddit. Quapp vt vehementem adstringendi vim ipsius corrigeret is, qui primus hoc pharmacum cõposuit, defodere ac velut putrefacere ipsum iussit, inde nimirũ magis tenuium partium reddere in eo commista conatus. At verò tale pharmacum in tempore, regione q;, ac natura corporis, calidis commodum fuerit, adeo vt in contrarijs non tutum sit tali vti. Etenim perfrigeratas eius vsu mulieres vidi, vt inde in grauedinem ac raucedinem defluxum q; à capite ad pulmonem delaberent.

† AP. boni libram j s.

Quæ Archigenes ad Defluos Capillos conscripsit.

Archigenes in primo libro pharmacorum secundum genus, ad defluos capillos in hæc verba scripsit: ℭ Ladani & absinthij æquales partes, & iuniperi baccas x, tritas in linteolũ illigato, & in oleo per dies v macerato, ex eo q; caput illinito: & neque capilli defluent, neque furfures habebunt. Aut dum capillos pectis, adiantum cum myrteo aut rosaceo oleo adhibeto. Aut adianti, myrti nigræ, æquales partes, gallæ duplum, cum oleo veteri, aut lentiscino, aut myrteo, ad mellis crassitudinem redige, ac vtere. Aut thus, & mysi, & gallam, & adiantum, æquis partibus cum

vino

A vino maris experte ad mellis spissitudinem in Sole terendo redige. Aut molliter cocta donec ni-
grescat, deinde q; cum oleo veteri, aut lẽtiscino, aut myrteo mista, in vsum adhibe. Aut brassicam
aridam tusam cum aqua impone. Aut loti radicem eodem modo.

Quæ Cleopatra in Libro de Ornatu scripsit.

Quæ à Cleopatra in libro de ornatu scripta sunt, illius ipsius verbis sic habent. ℭ *Ad Capillo-
rum in capite generationem.* Arundinum tenellarum radices vbi contuderis succum exprimito, mu-
scas q; vbi siccaueris, in pulticula misceto: simul q; vrsinum adipem, atq; oleũ cedrinũ, vbi in vnũ
triueris, atq; vnà miscueris, ad illinẽdum exhibeto. Quò verò odorem obtundas, vinũ aut passum
affundito. *Aliud non longè præcedens, his verbis conscriptum.* Quo capilli enascantur, lini semen siccũ
vnà cum lini stipula exurito, tritum q; cum oleo sesamino illinito. *Aliud paulo inferius scriptum hoc
modo.* Ad defluos capillos, terram cimoliam solidissimam vino austero & mororum succo tanto,
quantum combibere potest, rigato, ei q; hyoscyami tenuissimè triti acetabulum adijcito, indéque
pastillos formato: quos in vmbra siccatos in vas figulinum nouum reponito. Vsu verò postulan
te, aqua dissolutos illinere iubeto. Deinde cùm locus exaruerit, abluat. Quinto die id ipsum facito.
Facit item ad faciei & colli impetigines. ℭ *Aliud Capillos augẽs citò, densans q; ac denigrans.* Ladanũ
B cum oleo & vino dulci læuigatum ac ad mellis crassitiem redactum præfrictis illinito. Nõ longè
quoq; postea aliud pharmacum scriptum est his verbis. ℭ *Ad Defluuium Capillorum citra morbum
accidens.* Brassicam aridam tritam ex aqua impone, aut loti radicem eodem modo.

Quomodo Comptoria ab Exornatoria medicinæ parte differat.

Comptoriæ quidem scopus est, vt pulchritudinẽ acquisititiã inducat. Exornatoriæ verò medi-
cinæ partis, vt quicquid ẽm naturã est, id oẽ in corpore custodiat, ad quod consequitur ẽt naturalis
pulchritudo. Indecoro.n.aspectu est caput alopecia vitiatum, velut ẽt oculi pilis palpebrarũ denu
dati, similiter q; superciliorum pilorum defluuium. Non solùm verò ad pulchritudinem, sed mul
to prius ad ipsam partium sanitatem huiuscemodi pili conducũt, quemadmodum in libris de vsu
partiũ est demonstratũ. Quid attinet aũt dicere de lichenis, aut psora, aut lepra, cùm præter naturã
talia existãt? At verò faciei colorẽ per pharmaca nitidiorẽ aut rubicũdiorem facere, aut pilos capi
tis crispos, aut fuluos, aut nigros, aut queãdmodum mulieres solent in longitudinem auctos, hæc
ipsa, & quæ huiusmodi sunt, cõptorij maleficij existunt, non medicæ artis opera. Verùm pp socie-
tatem quandam quã cum illis habent, qñq; ad regiarum fœminarum, atq; adeo ipsorum Regum
imperium, ẽt comptoria adiungimus, vt pote cùm his negare non liceat, docendo tamen compto
C riã ab exornatoria medicinæ parte differre. Quapropter visum est mihi ea quæ Crito scripsit phar
maca capillos conseruantia, eosdem q; augentia, ex primo illius de ornatu libro subscribere.

*Quæ Crito ad Conseruandos ac Augendos Capillos scripsit: Item q;
quæ à Defluuio ipsos præseruent.*

In primo libro Exornatoriorũ statim in principio post præfationem Crito hæc verba scripsit:
Ad conseruandos itaq; capillos subscriptis cõpositionibus vtendum est. ℭ *Heraclidæ Tarentini cõ
seruatiua Capillorum.* Phernij flore anemones'ue cũ oleo tritũ illine, idẽ ẽt eos denigrat. *Aliud.* La-
danum vino austero maceratum ac tritum oleo myrteo excipe, eo q; pilos ante balneum subline.
Aliud. Verbenacã rectam appellatã vnà cum radicibus arefactam contundito, & per angustissi
mum cribrũ cõcernito: deinde oleo admisto, vt strigmenti crassitudinẽ accipiat, in vas ęreum repo
nito: atq; vbi computruerit, pro oleo similiter vtitor. *Aliud.* Ladani partes duas, polytrichi quod
quidã Adiantum appellant partẽ i: vino & oleo myrteo excipe ac vtere. Nos aũt pro myrteo, nar
dino vsi sumus. ℭ *Aliud, quod ipsum & Subnigros reddit.* Baccarum myrti nigrarũ quadrantem, la-
dani tãtundem, dissoluta cum acaciæ fructus, hoc est siliquarũ ipsius spinæ appellatarum, decocto,
contere: atq; vbi limi crassiciẽ acceperint, nardino, aut myrteo, aut aliquo alio hedysmate i. odora-
D to vnguento, excipe. ℭ *Aliud Vnguentum Conseruans pilos, quod ipsum etiam Subnigros reddit.* Bacca-
rum myrti nigrarũ sextarium i, seminis apij sextarium i, seminis betę sextarium i, virgultorũ myrti
sextarium i, adiãti sextarij dimidiũ, ladani tantundẽ, vini nigri sextarios vi: vsq; quo penitus dissol
uantur coquito: atq; vbi tertia pars superfuerit, olei cuiusdã, aut hedysmatis i. odoriferi vnguenti,
sextarios ij aut iij addito, rursum q; coquito. Vbi verò bis aut ter ebullierit, liquorẽ exprimito ac
diligenter per saccũ excolatum in hydriam recondito. Vsu verò expetente † in prærasis penitus} † Al. κινῶν
vtitor, illitis ex eo bis per diem capillis. *Aliud.* Passi cretici sextarium i, ladani vnc. i, corticis nucũ παντελῶς, i.
pinearũ vsti sextantẽ, polytrichi vsti vnc. * i, adipis vrsini libram i, succi betę cyathos iij. Ladanũ & omnino com-
passum donec cogant in vnam cõpagem coquito, deinde reliqua inijcito, & sublata in vas plum- mouens.
beum seruato. Vsus autem tempore, quantum sufficit in quocunq; velis suauolente vnguẽto di- * Al. ij.
luito. Vsus eius debet esse quotidianus. Quidam verò raso capiti pharmacũ illeuerũt nulla re dilu
tum. *Aliud.* Ladani vnc. i, passi sextariũ i: corticis nucum pinearum vsti drach. ij, alii sesquidrach-
mam habent, {alii cyathos ii, vel sesquicyathum:} spongiam marinam vstam tritam vnam, pãn- * μέλανος.
niculi Cilicii vsti triti cyathos iii, polytrichi vsti triti cyath. ii, adipis vrsini lib. i: coquito & appara-
to, vt dictum est. ℭ *Aliud quod Pilos Conseruat, & Defluentibus quoq; auxiliatur.* Seminis apii sextã-
tem, betæ seminis sextantem, callitrichi sextantem, thuris sextantem, nuces iuglandes numero xv,
ladani

ladani sextantē, corticis nucis pineæ lib. i. Omnia in nouā ollā coniecta, & cū argilla probè obturata, in balnei fornace assato: deinde extracta terito, & adiecta adipis vrsini libra vna subigito, & in pyxide ilicea {aut ciprina} reponito. Vsu verò expetēte quātū satis videbit̄ ex pharmaco accipito, ac quocūq; velis hedysmate {i. odorato vnguine} conquassato, ex eo q; caput bis in die illinito. Quidā verò vbi caput ēt abraserint, medicamēto excepto adipe vrsino illiniunt. ℭ *Aliud ad Caluiciem, quo vsus est Andromachus iunior.* Leporū ventres sex accipito, probe q; siccatos in testaceo vase torrefacito: ad eos q; baccarū myrti quadrantē, et virgultorū eiusdē tātundē, conijcito: inde q; adiāthi quadrantē addito, acaciæ succi tātundē, fructuū canis rubi tātundē: oīa q; simul attētè torrefacta tūdito, ac per angustū cribellū excernito, deinde adipis vrsi † lib. i, } ac phocę tantundē, subigito: sublatum q; pharmacū in pyxidem plumbeam recondito. At verò vbi vsus tempus institerit, quocunq; velis hedysmate. ipsum diluito, ac vtitor. Atq; de his quidem hactenus.

† *Al. vnciam vnam.*

De Tincturis Capillorum. CAP. 3.

CVm verò post præscripta pharmaca Crito alia quædam scribat, quæ quidem conseruationē capillorū promittūt, verū primùm ipsorū opus est vt tingant ipsos, quò siue nigri, siue flaui reddātur, visum sanè est mihi in principio ea relinquere, cùm omnia talia manifestè comptorij generis existant. Quandoquidem aūt haud scio, quomodo dogma cōe inoluerit, vt vetulæ fœminæ F capitis capillos denigrent, tanquam turpe sit canos habere: atque hoc ipsum etiam masculis est visum, qui turpe {spectaculum} esse aiunt, aniculam vxorem cano capite habere: quæcunq; quidē præ delicijs se ipsas ornant, harum nulli tale quippiā à me petenti exhibui: Quæcunq; verò magis venerandæ, vt notam effugerent, tùm maritorum suorum importunitatem vitarent, pilos suos nigros aliquo modo reddere cupierunt, neq; ex adstrictoria vi nigrorem inducentiū oblædi, illis cōsului cedrię vsum, ita vt tribus aut quatuor horis ante balneum illinirent, et postea detergerēt, id q; per quatuor aut quinq; dies facere pergerēt. Ad hoc. n. quòd nihil lædit, amplius ēt commoda est eis quæ facilè à frigore offenduntur, nimirum pharmacum existens cedria quod abūde calefaciet. Oportet aūt ipsam citra olei admistionem adhibere capitibus vehemēti resiccatione & calefactione indigētibus, quibus scilicet humida & frigida intemperies per se inest: alijs verò oleo mistum adhibere pharmacū oportet. Quin & defluentes capillos corrigit, & non defluentes auctiores reddit. Cæterùm odorem eius vitent delicatæ mulierculæ, qui sanè non iniucundus est ijs quę sustinēt ad consuetudinem vsus peruenire. Porrò in Asia apud nos agrestes mulierculæ montana incolentes, non cedria solùm illinuntur oleo permista, verum tum corpus vniuersum, tū caput inungunt. Quin ēt picem liquidam cum oleo eodem modo permistam, ad radices capillorum capitis illinūt: G vocant q; hoc compositum pharmacū pisselæon hoc est oleum picatū, quod omnino aliud est ab eo quod pissanthos hoc est flos picis, appellatur, quod ipsum liquidę pici incumbit, & superstat, tenuium magis partium q; ipsa pix existens, tum compage, tum etiam facultate. Huiusmodi itaque pharmaca tardè canescere faciunt, nulla vtentium oblæsione: at verò quæ ex austeris & acerbis cōposita sunt, magnopere lædunt. Cæterùm materiam ex qua confiunt hæc, adstringentis qualitatis ac facultatis existentem, ēt quippiam tenuium partium habere oportet, quò non in superficie tantùm, sed & in profundo cutem permutent, vsq; ad locum radicum capillorum progrediēdo. Atq; hæc quidem est Methodus componendi ea. Habes autem in simplicium pharmacorum tractatu particulatim materias ipsorum, in quibus facultates & qualitates earum dictę sunt. Quapropter ex illis tum ea quæ iam à prioribus composita sunt iudicare, ac quali nam vi prædita sint inuenire potes, tum etiam per te ipsum de integro noua componere. Vtile aūt hoc est & ad cognitionem affectionum quas iam incurrerunt aliquæ mulieres, & ad futurarum prænotionem, præsentium que sanationem. Non solùm enim in periculo versatas sæpe scio fœminas, sed & mortuas, ex perfrigeratione capitis per huiusmodi pharmaca inducta. Læsio autem eis maximè accidit, aliquādo quidem in stuporem attonitum, aut comitialem, aut veternum, aut soporem profundiorē, aut animi H apprehensionem, {catalepsin Græcis appellatam,} delabentibus: aliquādo verò destillationibus solutu difficilibus capiuntur, vt antè quàm soluantur, pulmones malè habere incipiāt, exinde que tabes consequantur. Offenduntur autem citius quæ frigidius temperamentum capitis habent, tardius verò quæ calidius: frigidæ enim particulæ frigidis affectionibus, calidæ calidis, facilius corripiuntur. Atqui periculum minus subeunt, vtpote cùm à minore causa lædantur, quę frigidius tēperamentum habent: at verò calidæ, propterea q; ægrè & vix tādem à frigidis causis lædi possunt, cùm sanè à magnis causis fuerint exuperatæ, maiorem læsionem incurrunt, quæ communi & vniuersali rationi subiacēt, in Aphorismis ab Hippocrate relatæ,[a] ‖ In morbis minus periculū subeunt »
ægrotantes, quibus congruus naturæ, ætati, habitui, ac tempori, adfuerit morbus, quàm quibus ni »
hil secundum hæc ipsa congruerit.

A 2a. Aph. 34. Ex. ord. 17. c

B † Quidā veteres g. cod. caput hoc a superiore distinctū non habent.

C * *Al. tingētibus.*

D † Al. Aeoliā capparim tritā Al. folia capparis trita.

[b] † *De Pharmacis Capillos* [c] *Denigrantibus, Archigenis.*

Paulò antè dixi, q; nō ex mea sentētia medicus eiusmodi pharmaca contrectat, verū cùm regiæ aliqn̄ fœminæ, quibus minimè negare licet, nigros aut flauos capillos reddere expetant, eam sanè ob rem ēt Archigenē puto, quāquā honestissimū virū, de illis scripsisse in hæc ferè verba. ℭ *Denigrant* " *Capillos hæc.* [d] † Radicē capparis tritā } cū muliebri lacte aut, vt alijs placet, asinino, ad tertias coquito,

A. l. 4. f. 7. t. 19. fol. 509. c

A coquito, & ad noctem pro cataplasmate imponito. Aut vrina canis in quinq; aut sex dies adseruata lauato. Aut corticẽ radicis * ilicis donec mollis fiat coquito, eũ q; cataplasmatis modo imponito, cum aqua verò decoctũ lauato. Aut quod in phernio intrinsecus nigrũ est, cũ oleo myrteo tritũ affricato. Aut spumã argenti, cimoliam, alumen liquidum, pari mensura, prælotis & siccatis capillis in noctẽ illinito, & betę folijs supernè obligato. Aut selinusiam terrã, argenti spumam, calcem, cũ aqua ad mellis crassitudinẽ redige: & vbi liquido lixiuio prælaueris, capillũ vicissim innunge, similiter q; betæ folijs impositis obligato: manè verò excussos capillos applanato. Aut absinthij, ossium palmarũ syriacarũ, fabarum ægyptiarum, oĩum vstorũ cinerem pari mẽsura cum vino Mendesio ad strigmẽti crassitudinẽ redigito, & cerato myrteo liquido admisto affricato. Aut corticis salicis succũ cum oleo affricato: summè denigrat. Aut nodos ad racemorũ similitudinem ex arbore nuce enatos ex oleo coqto, & bitumine liquido admisto vtitor †. Post prędicta ẽt hęc Archigenes adscripsit: Denigrant barbã, Suber aridum, & plumbũ vstum, cum betę crudę succo mellis spissitudine illita: sinito vsq; ad prandium, deinde abluito. Aut ferri retrimẽtum ac plumbum in aceto cocta ad tertias, illine citra oleum. Post hæc Archigenes ex cõptoria dãnata arte accepta hęc scripsit: Fuluos aũt reddũt capillos lupini crudi cũ aqua & nitro illiti. Hæc de flauescẽtia. De

B crispantibus aũt capillos dicit: Crispos aũt reddes capillos, si spuma salis cum myrrha cõfricaueris. Aut succo carpasi illine, & manebunt crispi ac nigri. Aut myrti baccis ac betæ semine æquali pondere cum oleo tritis vtitor. Aut asphodeli radicẽ cum mero illine. Aut lupinorũ cortices ac parũ nitri in aqua ad quatriduum macerato, ac vtitor. Horum pharmacorum mentionem ob id feci, vt ostenderem necessario quosdã ẽt honestissimos viros talium sibi comptoriorũ experientiam parare. Quando enim Archigenes hæc scribere non est veritus, multo amplior venia Critoni dãda est, qui in Imperatorijs ædibus est medicatus. Apparet aũt & Heraclidem Tarẽtinum multa et probata pharmaca comptorię speculationis scripsisse, quanquam non dum tantæ deliciæ fœminas occuparant, quantæ nunc sunt. Verũ Heraclidæ, & Cleopatræ, & aliorũ quicunq; post ipsos interiecto tempore medici fuerunt, pharmaca oĩa Crito coaceruauit: ad quem sanè remitto eos qui quomodo capilli nigrescant, aut flauescant, & alia huiusmodi, discere volunt. Scripsit enim quatuor de ornatu libros, qui in omnium manibus versantur. Quid igitur ego nũc ipsa frustrà trãscriberem, cum possint ex illo discere qui adeo ea cognoscere velint? In primo quidem libro omnia quæ ad capillos pertinent statim in principio scripta sunt, reliqua verò deinceps iuxta proprium quodq; ordinem. Quò itaq; facilè inuenire queant singula talium pharmacorũ absq; longa inuestigatio-

C ne, visum mihi est capita singulorum librorum indicare. In primo itaq; libro capita hæc sunt.

PRIMI libri Critonis de ornatu capita. Conseruãtia capillos. Augẽtia capillos. Præseruãtia capillos. Tincturæ canorum. Tincturæ flauos & auricolores capillos reddentes. Smegmata capillorũ. Illitiones præseruantes. Faciem erugantia. Illitiones faciem nitidã reddentes. Cataplasmata faciem nitidam reddentia. Superciliorum illitiones. Supercilia denigrantia. Oculorum illitiones. Illitiones ex stibio. Ad graueolentiã narium. Dentifricia. Manducationes. Ad fœtorem sub alis affrictiones. Manducationes ad fœtorem oris.

SECVNDI libri capita. Quæ nigredines colli repurgent. Illitiones ad exudationes sub alis. Illitiones mãmillas conseruantes. Ventrẽ purgantia. Smegmata manus nitidas reddentia. Ad nigredines à partu. Ad rugas à partu. Ad fissuras à partu. Illitiones ad eminentes vmbilicos. Quæ pueros impuberes cõseruant. Quæ virginitatẽ cõseruant. Ad humectas & frigidas mulierculas. Ad cicatrices nigras. Depilatoria pilorũ. Smegmata attenuãtia omnis generis. Illitiones capillos abolẽtes. Smegmata totius corporis. Repurgatoria nitorem inducẽtia oĩgena. Cõspersiones aromaticæ vestiũ. Odoratæ tincturæ vestiũ. Aspersiones thalamorũ et ambulacrorũ. Suffimẽtorum oĩgenorum cõpositiones. Illitionum & vnguentorũ oĩs generis cõposi-

D tiones, videlicet amygdalini, balanini, nucum, sesamini, myrtei, lentiscini, laurini, rosacei, gleucini, melini, œnãthini, sampsuchini, telini, susini quod aliqui crininũ hoc est liliaceũ appellãt, cicini, irini, narcissini, phœnici, cyprini, crocini, nardini, amaracini, hedychroi, mendesii, malabathrini.

TERTII libri Critonis capita. Ad furfures omnigenos. Ad capitis eruptiones. Ad achoras, hoc est vlcera manãtia. Ad pediculos & lendes. Ad alopecias. Ad scabiosas faciei affectiones. Ad lẽtigines. Ad maculas à Sole prouocatas. Lotiones faciei. Ad stigmata. Ad liuẽtia. Ad sugillata. Ad varos. Ad pustulas nocte erũpentes. Ad mẽti tubercula. Ad mẽti impetigines, impetiginũ illitiones. Epithemata excoriatoria. Emplastra viridia, q̃ ab excoriatione imponunt. Emplastra alba ad cicatricẽ inducẽdã. Pharmaca emolliẽtia, q̃ impetiginibus affricant.

QVARTI libri capita. Ad alphos, id est vitiligines nigras & albas. Ad cicatrices nigras. Ad leucas, hoc est vitiligines altius insidentes. Ad lepras. Ad vngues scabiosos. Ad pruriginosas affectiones. Ad tubercula parua psidracas Græcis appellata, & ad excoriata. Ad serpiginosas affectiones. Ad scabidos. Ad thymos, verrucæ genus. Ad pensiles verrucas. Ad formicarias latiores ue verrucas. Ad vmbilici inflationem. Ad intestinorum delapsionem. Ad hydrocelas. Ad apellas. Ad procidentes anos. Ad chimethla, hyemis tempore oborta vlcera. Ad rimas pedũ. In his quatuor libris Crito diligentissimè omnia fermè exornatoria pharmaca scripsit,

* [illegible] quidam tñ [illegible] i. caprifici.

† Additur ex antiquis. Denigrantia pilos barbæ, Archigenis.

ſcripſit, appoſitis ẽt comptorijs quę ſpuriam pulchritudinem nõ veram inducunt: quapropter ẽt E ego ea relinquam, ſolum'que mentionem eorum faciam quæ pulchritudinem ſecũdum naturam conſeruant. Quanq̃;.n. vel maximè cognita habeam ſmegmata corpori nitorem inducentia, itẽ q; quæ in virginibus mãmillas conſeruant, & quæ impuberum puerorum teſticulos ad multum tẽpus paruos conſeruant, ſimiliter & quæ pilorum exortum cohibent, verecundor tñ eiuſmodi ſcribere, atq; multo magis eas quas Crito tradidit conſperſiones veſtium aromaticas, odoratas q; veſtium infectiones, & aſperſiones thalamorum ac ambulacrorum: ſuffimentorum item omnis generis varietates, illitionum q; & vnguentorum. Extra enim medicinæ documenta talia exiſtunt. At verò vbi decoris ſecundum naturã conſeruatiua ſcripſit, ſi qñ locus ita tulerit ea referam: ac primùm quidem quæ circa capillos medicis vtilia mihi videntur, docebo.

De Pharmacis Pilos Corrumpentibus. CAP. 4.

QVemadmodum ex pharmacis quæ pilos augent, alia medici vſus, alia comptorij exiſtunt, eodem modo & quæ ipſos corrumpunt. Aliqñ.n. & his medici neceſſariò vtuntur iuxta triplicem eorum differentiam: Nempè cùm quædam ex eis propriè pſilothra appellãtur, alia attenuatoria capillorum, alia verò ipſos penitus extirpantia. Hæc itaq; poſtremo loco nominata periculoſi ſunt vſus. Ex eis.n. illitæ corporis partes, non ſolũ in poſterũ depiles oẽs penitus F redduñt, ſed & vſq; ad caput, & mentum, ſupercilia q;, et palpebrarum pilos, nuditas ipſa procedit. Reliquæ verò duæ differentiæ vſum minimè periculoſum habent. Et quæ quidem pilorum denudatoria ſunt, & propriè, vt dixi, pſilothra vocañ, tm̃ non quotidie in oĩum mulierculãrum, fermè ẽt quorundam virorum, vſu habeñ. Altera verò quæ tenuiores pilos reddunt & minores, eis cõueniunt qui duros & magnos, multos q; & craſſos, pilos habent, & ob id ſuillis non abſimiles exiſtunt. Cæterum hæc ipſa ſecundum exceſſum & defectum inter ſe differunt, cum vnum genus ſit pharmacorum quod in hunc vſum compoſitum eſt, nimirum eorum quæ erodẽtem & vſtoriam, habent facultatem. Præſtant aũt erodentem facultatem habentia, quòd minori periculo admouentur. Periculoſiora aũt quodammodo ſunt vſtoria, quę, ſi quis paulo negligentius adhibeat, bullas excitant, & exulcerant, & aliquantulũ cutem exurunt. At verò particularem eorum ſyluam oẽm in commentarijs de ſimplicium pharmacorum facultate tradidi: ſed tñ exempli gratia ea quibus aſſiduè vtor recẽſebo. Ex liquidis igiť eſt lixiuium tali vi præditum. Ex aridis aũt & metallicis, arſenicum, & ſandaracha, & calx non extincta, quam pleriq; viuã, Græci verò ẽt ſolius Asbeſti i. nõ extinctæ nomine appellant. Manifeſtũ itaq; eſt vehementem ipſorum vim per admiſtionem imbecilliorum pharmacorũ tum liquidorũ tum aridorũ frangi: Quorum congruẽtem miſturæ mo- G dum coniecturaliter primum faciet viriũ eorum expertus: deinde verò per experiẽtiam defectũ corriget, aut ẽt addet. Quò verò ẽt eorũ quæ per experiẽtiam iudicata ſunt notitiam habeatis, adſcribã ea quæ in primo libro de ornatu à Critone ſunt relata, vbi prius oſtẽdero ẽt medicis ſępiuſculè ipſorum vſum neceſſarium eſſe. Quemadmodũ tincturas expetentibus, honeſtè negare poſſumus, vt quæ comptoriæ ſint maliciei: ſic depilatoria negare minimè licet. Si.n. moderatos quiſpiam habeat capillos, non ſubſeruiemus ipſi ad ſuperfluas delicias. Si verò admodũ multos & longos duros q; habeat, honeſtum eſſe videť & rõnabile ipſos pauciores, & tenuiores, molliores q; ac rariores facere. Contingit aũt aliqñ neceſſitas, vt eis qui multos & altè fixos, non tñ duros habent, in totum pilos tollamus, qñ aut picatione opus habet totum corpus, qñq;.n. hoc præſidio iuxta medicinæ rationem vtimur: aut qñ pharmacum Emplaſton, hoc eſt quod meatus obducat, imponere velimus: tunc.n. neceſſariò à parte pilos prius tollimus, quod quidem etiam per nouaculam facere licet. Quidam verò ſiue re vera, ſiue fictè, nouaculæ timorem confitentur, qm̃ periculum ſit ex ea cutem ſauciari. Quidam aũt non citra rationem fortaſſè metuunt, maximè cum partes gutturis radi oportet. Quapropter neceſſarium eſt medicum etiam huiuſmodi pharmacorum experientiam habere, tum quod ad compoſitionem, tum quod ad vſum attinet. H

A † Al. vncias duas.
B † Al. vncias duas.
C † Al. vncias duas.
D † Al ex antiquis. atq;, ubi cœperit opari, ablato vtere. Experimentũ autem huius rei fiet, ſi pinna ĩ ipſum pſilothrum immiſſa breui tibi glabra redatur.
E † Al. vnciam ſ.

Pſilothra à Critone hac verborum ſerie conſcripta.

Pſilothra Capillorum. Auripigmẽti auricoloris [a]. † ſcrupulos vij, aut x, } calcis viuę tantundẽ, amyli ſextantẽ, terræ q̃ Romanis Selinuſia appellať, [b] † vnc.i. } Omnia trita & per anguſtiſſimum cribrum excuſſa reponito. Vſus verò tpe ex pharmaco quod ſufficit acceptum aqua cõquaſſato, deinde illinire iubeto, ac animaduertere ne exurat. ℂ *Aliud eueſtigio læuem reddit.* Calcis viuæ partes duas, auripigmenti partem i. Hæc in mortarium plumbeum coniecta, aqua aut ptiſanæ ſucco affuſo terito, atq; vbi nigra reddentur, calefacta illini maximè in balneo iubeto, læue enim corpus reddunt. Quòd ſi verò tenuis capillus enaſcens ſubeat, calcem coquito, & auripigmentum cum aqua terito, & vbi in vas fictile aconitum conieceris coquito, atq; vbi coacta fuerint nigra q; reddita illinito. ℂ *Paridis ſaltatoris Pſilothrum ſtatim pilos aufert.* " Sandarachæ [c] † vnc.i, } calcis viuę ſextariũ i. A.l.4.f.7.t.17.fol.507.h Trita cum aqua diligenter coquito, [d] † atq; vbi ebullire cœperint, ablatis vtitor. Experimentum huius facies, ſi pinnulam in ipſum pſilothrum immergas, breui enim glabra fiet. } *Aliud.* Amyli vnc.i, calcis viuæ vnc.i, auripigmenti [e] † vnc.i: } contuſa & cribrata repone, vtere'que vt dictum eſt. ℂ *Heraclidæ Tarentini Pſilothrum eueſtigio pilos tollit.* Calcis viuæ ſextarium i, cimoliæ ſextarium i, pumicis vſti ſextarium i, auripigmenti partes quatuor: trita ac læuigata reponito. Vſus verò

tempore

A tempore aqua dilutis, vt dictum est, vtitor. Hæc quidem igitur Crito scripsit. Cæterum eorum vsus melior est, quemadmodum nunc mulieres vtuntur, post corporis videlicet illitionem, in tepidam balnei domum ingredientes, atq; vbi exudare cœperint, strigili pharmacū ex aliqua corporis parte detrahentes, deinde cùm simul auferri pilos senserint, reliquum corpus omne abluentes.

Quæ Pilos Disperdant.

Scriptum quoq; de iis est, quæ pilos disperdant in cōptorijs libris, quæ sanè iam ex medica materia exciderunt. Quapropter & ego simplicium tm̄ ex eis faciam mentionem, in simplicium item pharmacorum tractatu à me relatorum. Iuxta rationem enim proposita pharmaca cōponunt, Ex lepore marino, hepate thunni putrefacto, cedria, ranarum in viridibus arundinetis degentiū cruore siue muco, marinę testudinis sanguine, lachryma vitis albę, lachryma hederæ, similiter'que bryoniæ, ac oleo quod insulsum appellat: Ex marinis itē scolopēdris, vrtica'que marina, & stellis marinis, nitro ac amurca ad hæc admistis. Quin & fortiora his ex erinaceis & salamandra componunt in oleo coctis. Admiscent aūt ipsis & alcyonia & sandarachē, & quæcūq; alia eius generis existūt.

Quæ Pilos Attenuant. CAP. 5.

VTetur ēt aliqñ medicus velut dixi, iis quæ pilos attenuant, quæ nō eandem cum depilatorijs B facultatem habent. Quam enim in simplicium pharmacorum commentarijs extersoriam facultatem appellauimus, eiusdem sunt ēt ea quæ pilos attenuant. Quemadmodum aūt in omnibus eiusdem generis pharmacis, differentia secundum excessum & defectum existit, sic ēt in extersorijs habet. Hordei itaq; farina, & fabarum, amplius'que erui, spuma nitri, ac ipsum nitrum, familiaria pharmaca sunt omnibus ad tollendas sordes vsurpata. Assiduus aūt eorum vsus ēt pilos attenuat. Quæcunq; verò fortiori vi extersoria prædita sunt, in iis qui valde duros & magnos pilos habēt, assumpta congruunt. Eius itaq; generis pharmacorum est nitrum vstum, & nitri spuma, & aphronitrum spumosum. In assiduo aūt vsu faciunt item purpurea appellata vasa fictilia Alexandrotica, contusa videlicet, & tenui cribro excreta. Cæterum pauperibus ego ēt fictilium, & clibanorū in quibus aliquid sub textu coquitur, testas, item'que pumicē vstum, ac non vstum indicaui. Vili autem & gratis habuerit quis circa mare degens, aut vrbe quapiam non longè à mari sita, testas vstas tùm buccinorum, tum purpurarum, aliorum'que ostreorum: sepiæ verò testam etiam citra vstionem. Atq; hæc quidem pro valde egenis indico, pro alijs verò alcyonium, & herbam lanariā, vtrunq; veratrum, bryoniæ item & dracunculi radicem, aristolochias, cāchry, & panacis radicem, & quæcunq; eius generis existunt: plura enim, vt dixi, relata sunt in simplicium pharmacorum C tractatu. At verò si hæc ipsa odorata facere volueris, cyperum, & melilotum, rosas'que siccas, & iunci odorati florem, iridem illyricam, melissophyllum'que, et cydoniam herbā, eis admiscebis. Et si pro diuitibus paraueris, spicam nardi indicam, celticam'que, & montanam injcies: & terrā Eretriada. Addes ēt †folium malabathri, amomum, myrrham, crocum, costū, et hedychroū. Qui verò preciosiori materiæ parandæ non sufficit, ei viliores ij, qui exornatoria composuerunt, excogitauerunt. Quorum ēt Crito meminit in primo de ornatu sic scribens: Ollam nouam figulinam magnam, operculum habentem accipito, in eam'que cimoliæ glebas pro situs rōne conjcito. Cōponantur autem hæ quantum fieri potest ad theatri formam, vt in medio ipsarum locus vacuus relinquatur. Inter glebas autem vicissim mala cotonea recentia viginti locentur, hæc autem per interualla variare iubeto: deinde operculo imposito marcescere ipsa mala sinito. Vsu autem expetente, quantum satis videbitur accipito, terito, ac vti iubeto. Post psilothrorum verò *impositionem, suauem quendam odorem habet. *Aliud.* Rosas q; odoratissimas per diem vnam in vmbra refrigeratas, quò humor saltem ab eis desiccetur, in vas figulinum componito: eodem'que modo, vt dictū est, glebas cimoliæ indito, ita vt rosæ substernantur, rursus'que inter glebas eædem imponantur: deinde operculo addito, combibere sinito. Vsus iam demonstratus est.

† *Additur in græcis malabathrum, &c. In aliquib. aūt marathrum i. fœniculū, &c.*

* *Al. ἀφ... σιν. i. ablationem.*

D *De Furfuratione.* CAP. 6.

QVibusdam se scalpentibus, furfuribus similia ex capitis cute decidunt, & propterea furfurationem medici hanc accessionem siue symptoma appellāt, à vitiatis saniebus prouenientē: quas consumere scopus est eis, qui malū hoc sanare volunt. Manifestū igit est discussoria & extersoria pharmaca adhibenda esse, præparato prius vniuerso corpore, si vitiatis humoribus repletum videatur: in omnibus enim huius rei meminisse oportebit, etiam si aliqñ in sermone relinquatur. Admiscuerunt autem quidam prædictis pharmacis quædam adstringentia, quò per ea affectum membrum corroboretur, vt ne facilè in se ipsum suscipiat influētes humores serosos, sed resistat, eos'que repellat: & ob hoc sanè Archigenes in pharmaco ex atramento sutorio cōposito hęc verba adiecit: Hoc, inquit, adeo efficax est, vt neq; sinat in posterum fieri. Crito equidē in tertio libro de ornatu, eiusmodi pharmacorum syluam scripsit in principio statim ipsius libri. Quare velut paulo antè dixi, minimè necessariū est me ipsa hîc rursus describere, cum omnes illius habeāt libros. Cæterū quæ Archigenes scripsit indicabo ob id maximè, quòd quibusdam ex eis adscripserit, quòd non permittant symptoma hoc rursus fieri. Scribit autem hoc modo suis ipsius verbis: Victus ratio constituatur flatus expers, nihil ex crassi succi cibis habens admistum, quales sunt tubera, fungi, bulbi, legumina, carnes'que, maximè bubulæ, ac quæ similia existunt.

.l.4.f.7.t.1.c. fol.510.c

Sint

Sint aūt cibi quibus vescunt̄ boni succi, faciles concoctu, & mel ijsdem addatur. Intinctus conferunt, acetum cum sapa. Condimenta, cuminum, et fœniculum: alijs parcè vtantur, et à bellarijs oībus maximè abstineant. Vinum conducit eis album & tenue: voluptatis verò gratia dulce, & vinum mulsum. Ex fructibus optima est vua arefacta, deinde ficus, quibus ante cibum reliquum vesci præstat. Verum antè oīa bonæ concoctionis cura habenda est. Deambulationes lenes plurimę & manè & vesperi optimæ sunt. Lauatio ex frigida balneis præstat. Si verò quis calida lauit, incōgrua ei est longior in aere mora: & perfusio capitis præ solio est eligenda, postea verò larga frigidæ adfusione refrigerato. Dormire ad satietatē vsq; vtile est. Ira, indignatio, versatio in Sole, & vehemens refrigeratio vitanda, omnia item quæ caput replent. ℂ *Archigenis ad Furfurationem capitis.* E

Quibus furfures caput occuparunt, his cum fœnogræco, betæ succo, ac nitro, præfrictis & extersis, cimoliam felle bubulo aut suillo aceto q; subactam illine. Deinde post horam ablue, atramentum q; sutorium ac nitrum cum oleo trita illinc. Aut myrobalanum, id est vnguentariam nucem, & fabaceam farinam, æquali pondere trita, in aqua coque, & affrica. *Aliud.* Amygdalas "amaras decorticatas cum aqua aut aceto affrica, cum q; exaruerint capilli, calida ablue. *Aliud.* Aut maluā syluestrem aqua marina ad decimæ partis residuum coctam terito & affricato. *Aliud.* Aut nitri spumam & atramentum sutorium, ęquis partibus cum vino, ter aut quater in mense affricato: hoc adeo efficax est vt neq; in posterum fiant. *Aliud.* Aut vini Rhodii fæcem, & pumicem, & nitrū, pari pondere cum lupinis affrica. *Aliud.* Aut cimoliam cum fœnigræci cremore adhibe. *Aliud.* Aut nitrum assatū & bulbum. Aut hæc omnia simul pari pondere læuigata affrica. *Aliud.* Aut vbi picis liquidæ serum illeueris, alumen insperge. A.ibidem.d F

De Phthiriasi, hoc est Morbo Pediculari. CAP. 7.

PEdiculorum "generatio quibusdam in capite contingit aceruatim, ex multis videlicet humoribus calidis quidem, sed non ad tantam caliditatem progressis, ad quantam perueniūt acres ichores, id est sanies. Quare manifestum est, in profundo cutis pedicularis morbi affectionem fieri, vbi ēt animalia hæc generari possibile est, non in superficie cutis, in qua furfures consistere diximus. Pharmaca "itaq; ipsorū necessariò exiccantia sunt, & quę ex alto trahere ac euacuare possunt, magis vtiq; q̄ ea quæ furfuribus conueniunt. Atq; hæc quidem Methodus est ea cōponendi. Verum sylua eorum quæ experientia constant (oportet enim, vt dixi, in omnibus maximè attendere ac confidere his quibus experimentum testimonium præbet) in tertio libro Critonis de ornatu scripta est. Apponam autem etiam nunc ego ab Archigene scripta hac serie verborum. ℂ *Remedia Morbi Pedicularis.* Morbo pediculari affectis hæc conferunt. Staphidis syluestris, id est herbæ pedicularis partes ij: sandarachę et nitri, vtriusq; partē i: cū aceto & oleo capiti illine. Aut Rhoen, qui in obsonia additur, cum oleo tritum similiter illinito. Aut oxylapathi i. acutæ rumicis, radicē cum oleo eodem modo. Aut veratrum album, & staphidem syluestrem i. herbam pedicularem, & nitrum, pari pondere cum oleo in balneo adhibe. Aut aqua marina, aut muria meraca cum aceto, perfundito. Quòd si nuditas pilorum adsit, syluestrem staphidem i. herbam pedicularem {emplastri more} cum oleo & aceto imponito. Aut alumen tritum cum oleo illinito. A.l.4.f.7.t.3. c.26.fo.518.b A.ibidem.c G

De Achoribus, hoc est Vlceribus Capitis manantibus: & Cerijs, id est Fauis. CAP. 8.

INter affectiones cutis capitis cōnumeratur quoq; ea quæ Achor appellat̄, ex genere tumorum præter naturam existens: propriam autem & singularem appellationem nacta, ob accessionū quę ad eam consequunt̄ proprietatem: valde .n. tenuibus foraminibus eroditur, quę tenuem in se humorem modicè viscosum complectunt̄. Ad similitudinem verò eius proximè accedit alia cutis affectio quæ Fauus, Gręcis Cerion vocatur: maiora tm̄ foramina habens, in quibus humor melli, quod est in fauis, similis continetur. Generatio ipsis ex humore misto est, qui partim tenuem serosum q; ac mordacem, partim verò crassum succū, in se habet. Tenuis itaq; humor vtpote mordax, primum quidem ad scalpendum ipsos impellit, progressu verò tp̄is, ad scalpturam tum tumor augescit, tum foramina in ipso erumpunt. Manifestū igitur est euacuare oportere humores affectionem ipsam operantes. Qui si ēt influant amplius, prohibendus primùm est ipsorum influxus per capitis euacuationem, atq; totius corporis purgationem, velut in alopeciis est proditum. At vero si parua affectio existat, sola localia & partialia appellata remedia (quę s. locis affectis adhibentur) citra totius corporis euacuationem suffecerint. Cōuenient aūt ipsis ob crassitudinē videlicet & viscositatē humoris eas generantis, pharmaca quæ ipsum incidant, quæq; facultate sua necessariò discutiant & repellant. Atqui acetū ex incidentium ordine existens, vltra hoc quod discutit, præcipuum quiddā in se habet, quo reprimit, ac quod influit depellit, vtpotè quod substantia sua parum calidum est, plurimum verò frigidum, & partium tenuium: tali nanq; facultate præditum esse, in primo de simplicium pharmacorum facultate demonstratum est. Sit itaq; acetum exquisitè acidū, in quo nulla penitus vini qualitas appareat: hoc ipso sanè pharmaca metallica appellata, modò hoc, modò aliud imbues, achoribus q; ex eis medeberis. Incipere aūt ab imbecillioribus p̄stat, pręsertim si dolor simul ipsis adsit. Cimolia igitur ad hanc rem apta est, & Cretica lemnia q; terra, et samia, pompholyx q;, & spodium, spuma argenti, & cadmia tenella. Quòd si neq; ex his quiescat malum, pharmacū ex charta siccū aceto dilutum illinito. Neq; obscurum est tollendos prius capillos, H

antequam

A antequam talia admoueas. Si verò acrius tibi ex charta pharmacum appareat, miſcebis ipſi argenti ſpumam, ſi quidē abundè mordacitatem eius exoluere velis, pari copia: ſi verò pauxillum mitigare velis, minori: quemadmodum etiam ſi plurimùm eius vim exoluere placeat, maiorem eius copiam addes. Porrò cum aliqñ ruri degenti mihi pharmacum ex charta ad manū non eſſet, conſpecta in ægri domo inutili aliàs charta, faculā poſtulaui, exuſta q̃; charta ac aceto diluta, locū affectum illeui, hominem q̃; ad me poſtridie venire iuſſi, ſciebam enim ꝙ, cùm duræ carnis eſſet, pharmacum ferre poſſet: qui vbi veniſſet, parū aberat quin curatus eſſet: quare ad aliud pharmacum non tranſiui, ſed eodē vti iuſſum, poſtera die perfectè ſanitati reſtitutum cōſpexi. Prudenti igitur viro, quod ſæpe iam dixi, opus eſt: & qui tum curandorum morborum ſubſtantiam, tum ægri naturam, probè norit. Inſuperq̃; pharmacorū facultatem non iuxta genus tantū, ſed & iuxta quantitatem, cognoſcat, quò ſingulis diebus quali præſidio opus ſit coniectet. In extendenda enim aut exoluenda pharmaci, quod prioribus diebus admotū fuit facultate, in quantum ſanè affectio ipſa indicat, cōgrua curatio conſiſtit. ℂ *Ad Achoras inflammatos.* Quòd ſi quando in vlcus manans inflammatum ſimul & doloroſum incidas, lenies primùm per humectum concoctorium q̃; ac emolliens & acrimoniam arcens pharmacum dolorem. Tale autem eſt parygrum appellatum,

B ab Hera alijs q̃; plurimis deſcriptum. Satis manifeſtum autem eſt, ꝙ ipſum in manu per ſpecillum latum cum roſaceo emollitum, & ad vnguenti formam redactum, non emplaſtri forma, qualem à principio habebat, adhibere oportet. Cōueniunt etiam hoc tempore, ea quæ ad ſedem ex vlceribus aut rupturis dolōrem faciūt, de quibus priuatim deſtinato ſermone ac tempore dicetur. Sicut etiam conueniunt ea quæ cancros mitigant. Hæc igitur omnia vbi prius conſideraueris etiā particularem pharmacorum varietatem vtiliter cognoſces. De qua ego quoq; dicere aggrediar, medicamenta apud præſtantiſſimum quenq; medicum laudata, ordine ſcripturus. ℂ *Ad Achoras Archigenis.* Archigenes in primo pharmacorum iuxta genus, ad Achoras ſic ſcripſit: In quibus Achores, aut papulæ feruidæ, aut eruptiones circa caput vlceroſæ ſunt, ab omni acri & ſalſo abſtineant, item q̃; acuto. Dein de deraſis capillis, aut ter aut ſæpius quotidie ex calida, in qua myrtus, aut lentiſcus, aut rubus, aut bryonia, aut ſycomorus, aut lupini, aut lentes, aut aſparagi radix, incocta ſint, lotis, & maximè vbi multa ſanies effluxerit, ſalicis folia ex aqua emplaſtri more apponito: aut lentem cum melle, aut aſparagi radicem coctam eodem modo. † Aut fœnum græcum betæ ſucco maceratum pinguibus emplaſtris vſu cognitis admiſceto ac vtitor. *Aliud præclare faciens.* Pinus corticem cum cerato. Aut cadmiam cū oleo veteri illinito. Aut cinnabari ſimiliter emplaſtri more vtere læuigato. Licebit & myrti baccas, aut hordeum vſtum, aut argenti ſpumā, aut ceruſſam, aut oſtreorum teſtas vſtas, admiſcere: ſingula etiam cum oleo veteri illinire. Aut cinerulam & mannam ex vino. Egregiè conſtanter facit & chalcitis cum aceto & oleo veteri illinita. Aut betæ decoctum cum exigua cimolia, ſale & vino admiſtis, in balneo affrica. Aut hyoſcyamū & ſemperuiuum minus, trita cum roſaceo mellis ſpiſſitudine illine. Aut vlceribus ex ſmegmate quopiam repurgatis, terram cimoliam torrefactam cum vino, aut fæcem vini Rhodij vſtam cum aceto veteri, aut radicis cucumeris ſylueſtris decoctum adfundito ac proluito. Aut tragacanthā, aut argenti ſpumam, aut ſandarachæ duplum, cum vino aut etiam cum oleo myrteo aut pingui quopiam illinito. Aut argenti ſpumam & calcem pari pondere cum aceto & oleo illine. Aut chalcitidē cum myrteo oleo, vel ſuillo felle liquido, illine. Hæc quidem Archigenes ſcripſit, doctrinam tradens non modo Empiricam, ſed etiam indefinitam. Inuenire itaq; eſt apud Empiricos, qui ſanè non in contentioſis ſermonibus vitam contriuerunt, ſed in medicæ artis operibus diligenter verſati ſunt, quòd in quibuſdam apparentibus cognitionibus euidentia diſcrimina retulerunt, qualia & ego paulo antè in alopecia feci. Faciam autem & nunc in his quæ Archigenes ſcripſit pharmacis. Quædam enim ex eis incipientes achoras, citra humorum in vniuerſo corpo-

† Additur in quibuſdam cod. Aut bryonia eodem modo.

C

D re vitiationem aut eorundem multitudinem redundantem, ſanant, adſtringentem nimirum & repulſoriam vim habentia. Quędam verò vbi magnū quoddā malum minant Achores, eos augeri ꝓhibent, ſimul & quod influit repellentia, ſimul q̃; quod iam in eis cōtinetur concoquentia & diſcutientia, quæ euidens eſt miſtæ facultatis eſſe oportere. Quædam autem eis quæ in ſuperficie hærent, paruis q̃; tantum auxiliantur, quæ moderatis viribus prædita eſſe oportet, & nihil quod irritet habere, ex diſcuſſoria nimirum facultate. Alia autem viribus omnino robuſtiſſima ſunt, adeo vt etiam Achoras ex craſſis ac viſcoſis humoribus obortos, ineluibiliter q̃; cuti infartos euacuare poſſint, atq; id adeo validè, vt etiam ſi obduratum quid habeant, id ipſum deturbare valeant, quā uis morbus ipſum cutis habitum adeo vitiet, vt quod influit corrūpatur, etiam ſi cōmodum id exiſtat. Hæc autem ſunt ex efficaciſſimis pharmacis cōpoſita, quale retulit Archigenes vbi ſalem ad reliqua diſcuſſoria admiſcet. Sal.n. & chalcitis, & vini fæx vſta, & ſandaracha, & calx viua, fortiſſima viribus pharmaca ſunt, calfacientia, mordentia, & diſcutientia. Eius generis eſt etiam fel calidorum & ſiccorum animalium, quorum non meminit Archigenes, ſed vnius ſuilli tantum, quod omnium moderatiſſimum exiſtit: ad cuius facultatem etiam proximè cinnabari accedit. Propinquum deinde locum habent cōchæ vſtæ, & hordeum, & poſt hęc oleum vetuſtum. Quemadmodum autem hæc emouent, ſecant, & diſcutiunt violenter impactū, ſic repellunt adſtringentia, ali-

qua quidem simpliciter citra contrariæ facultatis admistionē, aliqua verò per dominium adstrin- E gentis in eis facultatis. Myrti equidem earum q; baccæ, & pinus cortex, ex eorū numero sunt quæ non habent cōtrariæ facultatis admistionē, velut etiam rubus & sycomorus, quāuis moderatius adstringant, q̄ myrti earum q; baccæ, sed tñ adstringendi vim sensibiliter in se habent. Mistę autē facultatis est oleū myrteum: nam & ex oleo, & ex baccarum myrti, aut ipsius etiam myrti succo, est compositum. Oleum autem ipsum emollientē habet facultatem, Myrtus autem eius q; baccæ adstringentem, non mollire sed cogere & stringere natam. Rosaceum item quāquā minus q̄ myrteum astringat, tñ & ipsum mistæ facultatis existit. Quemadmodum autē hæc per præparationem mistas vires habent, sic alia sponte naturæ talia sunt, velut lentiscus, cyperus, & lētes: quod ipsum in sermone de his est demonstratum. Cęterùm discussoria & repurgatoria, citra sensibilem caliditatem facultate præstant ex eis quæ iam Archigenes retulit, Beta ipsa, & cimolia vsta: priusq̄ verò vritur, imbecillior viribus q̄ beta est. Sed fortior his est cucumeris, & bryonię, ac asparagi facultas. Spuma vero argenti præstantius quidem q̄ cimolia vsta pharmacum est, multum verò debilius q̄ ad propositæ affectionis sufficiat medelā. Cadmia autem moderatè habet ad mediæ magnitudinis achoras. Citra mordacitatē verò resiccat cinerula. Māna aūt etiā concoquit. Oleum verò, vt iam dixi, laxantem quidem habet vim, sed eam non adeo fortem, atq; ob id per misturam facilè F exuperatur. Itaq; vbi fuerit cū obducentibus meatus & refrigerantibus permistū, velut est cerussa, possibile est hānc magis vim suā demonstrare, quæ est cogere, oppilare, & adstringere substantiam corporum quæ contingūnt. Porrò hæc omnia in Archigenis sermone confusa sunt, neque in quibus achoris, neq; qñ eis vtendum sit, ipso demonstrante. Vtitur autem & vino in eodē sermone, neq; apponit quale probet. Atqui multijuga circa vinum differentia existit. Aliud.n. austerum, aliud acerbum, aliud dulce, aliud acre manifestè est: aliqua etiam plures qualitates simul ex se ostēdunt, nimirum & dulce quippiam & adstringens & acre complectentia. Qñ igitur simpliciter quis scribat, dilui debere quippiam vino, lectorem coniectare oportet quem scopum pharmaci compositio habeat, & ad illum respiciendo, id quod aptum fuerit vinum eligere. Adstringens quidem vbi repellere velit, acre verò in quibus discutere. Reliquis item vtetur, quemadmodum vniuscuiusq; vim demonstrauimus in loco vbi de vinorum differentijs docuimus. Acetum verò in omni occasione ad achoras aptissimum est, vtpote crassos & viscosos humores secans, atque id quod influit discutiens q; & repellens. Verùm ipso non vtiq; per se quispiā vtetur, si quidem non proluere aut expurgare achoras velit, sed eo pharmaca diluet, moderata quidem, in quibus incipit & adhuc parua est affectio, fortia verò in maioribus & diuturnioribus, fortiora autem adhuc G in inueteratis iam & ægerrimè curabilibus. Verùm differentia pharmacorum iuxta fortitudinē iam antè à me relata est. Cæterùm ex relatis ab Archigene pharmacis, in totum non vti exoptem semperuiuo q; & cerussa. Illud enim strenuius refrigerat, q̄ conuenit incipientes achoras refrigerari. Cerussa verò exiguam quidem habet frigiditatem, & ex pharmacis est obducētibus meatus, emplastica vocant, pro ea autem vti possumus cinerula & pompholyge.

*hoc, s. oleum.
*contingit.

Quæ Apollonius in Primo de Parabilibus ad Achoras scripsit.

Apollonius in Primo de Parabilibus ad achoras, Primū quidē sic scripsit: Rosaceo oleo caput illine. Deinde post hoc, Betæ succum similiter illine. Tertium deinceps, Testudinis sanguine eodem modo adhibe. Quartum, Laurino oleo caput illine. Et quintum, Crocinum vnguentum inūge eodem modo. Ex his sanè primum debilissimū est, pueris & mulierculis teneræ carnis in principio affectionis vtile existens: cōcoquit enim & discutit ac repellit, ea q; omnia moderatè facit. Secundum verò vbi betæ succo vti consulit, efficacius quidē est rosaceo, discussoriam vim habens, non tñ ad fortes ac iam obfirmatos achoras sufficit. At verò testitudinis sanguis curiosum & superuacaneum est pharmacum, neq; vnq̄ tentaui eius periculum facere. Quod verò deinceps scriptū est, laurinum, fortiter calfacit & discutit: opus q; habet corporis totius & capitis euacuatione, quo H discutiat humores achoras facientes. Crocinum deinde vnguentum discussorium quiddā habet & adstringens, & cōcoctorium: atq; ea tria fortiora in ipso sunt q̄ in rosacei natura: ex eis igit̄ quę de illo dicta sunt, etiam de hoc ratiocinari licet. Post hæc aūt ipsius verbis ita scriptum est: Tauri vrinā affrica. deinde sequitur, Facit & cameli vrina eodē modo. Vtendū autem eis, inquit, ad plures dies. Verùm ego vtiq; dixerim ad ipsum, nō esse quòd ad multos dies, sed ne ad vnū quidem, purus homo tolerare queat, vt vllius alicuius eiusmodi animalis vrina capiti affundat̄, præsertim in affectione adeo parua, & quæ facilè curari potest. Bis enim per omnia, quod dicitur, distās est, rosaceo videlicet vti, quod penitus exiguā habet ad propositū symptoma facultatē: & tauri ac cameli vrina, quæ acerrimę grauissimę q; & penitus iniucūdæ existunt. Deīceps verò tale quoddā pharmacum his verbis scriptū est: Furfurū chœnicē mediū in aquæ heminis duabus madefacito, postea q; terito ac succū excolato, cum q; media aceti hemina ad limi spissitudinem coquito: & ex eo caput fricato, deinde aqua in qua beta, aut fœnumgræcū, aut lupini cocti sint, abluito. Vnguento autē vtitor fęce irini. Hoc pharmacū discussorium est citra mordacitatē, ex repurgantibus atq; extergentibus appellatis cōpositū. Eiusmodi.n. facultatis sunt furfur, beta, & lupini: discutit autē simul q; calefacit nō vehementer fœnumgræcum: ex eo aūt genere est & irini vnguenti fex.

A De aceti verò facultate antea quoq; dictum est, ꝙ aptum sit ad achorum affectionem, quare hoc vt conuenientissimo, & efficacissimo pharmaco vtendum est. Aliud deinde post hoc pharmacum scriptum est ab Apollonio his verbis: Cucumeris syluestris radices decoquito, & succum affricato. Didicimus aũt cucumeris radici plurimũ discussoriæ facultatis esse. Et postea hoc pharmacũ scriptum est: Terræ cimoliæ, sulphuris viui, par pondus cum aceto terito, & in balneo affricato, calida q; abluito. Hoc illinire ẽt conuenit pharmacum, non solũ, vt dixit, in balneo adhibere: oẽs enim habet facultates quibus affectio indiget, aceto quidem ipsas habẽte, velut antea est dictum. Solum verò sulfur vlterius ꝙ̃ conuenit excalfacere & discutere potest: quapropter cimoliã ei admiscuit, quæ cõpositionem ex vtroq; ad moderatam temperaturã reducit. Cæterum quod sequit̃ pharmacum vbi inquit, maluam exiccatam & tusam in vrinam inspergito ac affricato, reprehendo, in quantum ẽt superius vrinæ vsum detestatus sum, etiam si facultatem eius affectioni conuenire non negauerim. At quod deinceps scriptum est, in quo ait, Fici folia in aqua coquito, & aquam insolato, iniecta q; in ipsam fæce vista affricato, post hæc vero repurgantibus pilos, eluito. acre valde hoc extersorium medicamentũ est: ꝙ si in balneo tm̃ adhibeatur, non vehementer valet achoras iritare, præsertim si quis, vt ipse deinceps iubet, proluat, hoc est ex aqua dulci caput per
B fundat. Ad illitionem vero eiusmodi pharmaco vti periculosum est: est.n. plurimũ acre medicamentum fæx vista, quemadmodum in libris de simplicium medicamentorum facultate est cõmonstratum. Quod verò sequit̃ pharmacũ securũ vsum habet, eo q; confidenter quis vtetur ex spuma argenti laurino q; composito. Miror autem quõ, vt laurino simile, oleum simplex admiscet, sic quodãmodo scribens. Argenti spumam cum oleo albo, aut laurino tritam, vbi calida prælaueris circũlinito. longe.n. deficit à laurini facultate oleũ cõe, quod albũ appellauit, e regione ipsum à laurino distinguens. Quin & quod post hoc scriptum est, consimilem habet absurditatem. Pro spuma.n. argenti, cerussa vtitur: diluit aũt ipsam myrteo aut laurino, cũ multã omnino differentiã hæc pharmaca habeant: alterũ.n. repulsorium est, alterũ verò plurimũ calfacit & discutit. Vsus q; eorum est repulsorij quidẽ in principio, discussorij verò, vbi humor qui achoras generat, iam est firmatus. Amplius aũt deinceps cũ rubi canini folia contundere & exuccare iubet, deinde q; oleo miscere, imbecille est pharmacum, & incipienti affectioni solũmodo aptum, vtpote cũ rubus canínus adstringat. Tale pharmacum est ẽt plumbago cum cerussa vino subacta, vsquequo ad compagem quæ illini queat redigantur. Porrò contrariæ prædictis facultatis sunt, quorum æqualiter nulla distinctione apposita meminit, id videlicet quod ex nasturtio, & quod ex scilla constat, De
C priore quidem hæc verba tradens: Nasturtij & salis parem modũ adipi anserino admisceto, terito ac vtitor: De altero verò sic scribens: Scillã in fornace velut cucurbitam cinere obruito, cũ q; mollis fiet, exprimito, deinde ad succum oleo nõ multo admisto, illinito. Manifestũ verò est multo vehemẽtius esse, ꝙ̃ hoc quod ex nasturtio apparat̃. Quod verò deiceps tradit, ex mitigatoriorũ pharmacorũ genere est, quod vbi dolor quispiã vehemens circa achoras existit, donec eum leniat, conuenienter adhibetur: si verò duros & inueteratos achoras discutere velimus, oĩno imbecille est. Scripsit aũt in hunc modũ de eo Apollonius: { *Mitigatoria ad Achoras inflãmatos, & ad Rhagades ani intumescentes rimas que ac fissuras sedis &c.* Olei q; optimi heminã in pilã plumbeã infundito, & plũbeo pistillo terito, donec crassum & subnigrũ reddat̃: deinde seorsim spumæ argenti lib. vnam & cerussæ tantũdem terito, oleo q; admisceto. Postea verò eloto & siccato capite, pharmacũ illinito. Neq; verò ex simplici tm̃ oleo, sed qñq; rosaceo, qñq; myrteo apparabis, & ad rugas ani intumescentes rimas q; ac fissuras sedis, ad vlcera q; dolentia, omnia q; alia quę ex fortiorum pharmacorum vsu exacerbata sunt, optimum medicamentum habebis. Egregiè enim ea lenit, etiam si serpendo exedentia, aut etiam cancrosa, aut quõcunq; maligna existant. Nequaq; igitur eius cõpositionem nunc scribere oportuit, sed quemadmodũ ego antea dixi, sufficiebat illud dicere, ꝙ dolo-
D rifici achores eiusmodi pharmacis mitigãtur: cõmune.n. hoc est in oĩbus dolore affectis, propriè autem faciens ad achoras. Deinceps aũt tale pharmacum scripsit: Spumæ argenti ʒ viij, foliorum rutæ tenerorũ ʒ v, olei ʒ viij, aceti heminæ quartam partẽ: simul trita capiti illinito. Hoc sane pharmacum multo vsu habemus exploratum. Propinquũ aũt ipsi facultate est id quod consequenter ab eo est cõscriptum, iuxta hanc cõmensurationem: Cerussę ʒ vi, spumæ argenti ʒ iiij, ceræ tantũdem, sulphuris ʒ* vi, olei rosacei aut myrtei quod satis est, vt ceratum liquidum fiat. Arida cum cerato cõmittito, caput q; inde illinito. Hoc aũt & ad oẽs in toto corpore eruptiones vehemẽter commodum est, vt rite sit ab Apollonio conscriptum. Quin & quod postea sequitur, plurimũ discussorium est, vt quod spumã nitri habeat multã, adeo vt, n. si olei multitudine castigetur, acrius sit quã conuenit. Iubet autem ad vnam spumæ argenti partem, quincuplum spumæ nitri admisceri, his q; dum teruntur paulatim oleum adfundi, donec ad compagẽ illitioni aptam redigãtur. *Al. nouem.

Quæ Crito ad Achoras pharmaca scripsit.

In Methodo de curandis morbis vniuersales facultates pharmacorum ad singulos morbos recensui, verùm paucorũ definitæ materiæ exemplorum mentionem feci, reiecta illic multitudinis ipsorum commemoratione. At verò in præsenti, quam nunc in manibus habemus, tractatione omnia quidem quæ omnes pharmaca scripserunt, longum fuerit recensere: Quæ verò à probatis medicis

medicis per experientiam tradita sunt, ea omnia visum est mihi conducibilius enumerare, quò E
etiam inter se propinqua, & quæ omnino eadē apparent, paululum verò iuxta appōderationem
aut præparationem cuariant, ii qui in his scriptis versantur cognoscant, ea q; maximè præparent
quorum materias in prōptu habent. Contingit enim aliquando, vt aut in totum ea quæ in cōpo-
sitionem miscentur non reperiamus: aut talia reperiamus, vt ipsa inijcere non audeamus. Cæterū
eius maximè in componendis pharmacis cura habēda est, vt bona integra q; & in vigore sint om
nia quæ admiscentur. Ob id igitur etiam iam omnium quę Crito tradidit, mentionem faciam: nā
is sanè diligentius achorum curam tractasse mihi videtur. In quinq; itaq; sermones doctrinam de
ipsis distinxit, quorum primum & ipse recensebo.

PRIMVS Critonis sermo de Achorū curatione. Scribit itaq; Crito hæc verba: Ad achoras in
capite cōtingētes, q plerūq; furfuribus pcedētibus fiūt, & fermè ēt scabie, in principio subscriptis
cōpositionibus vtemur. ℭ *Ad achoras recentes.* Glutē fabrile aqua coctū obline. *Aliud.* Papaue
ris syluestris & hyoscyami folia cum oleo emplastri more appone. *Aliud.* Fici syluestris virgulta
aut folia tenera trita cū aqua imponito. In inueteratis verò cum aceto terito. *Aliud.* Nucum ama
rarum nucleos in aquam tepidam iniectos & decorticatos, cū aqua terito, & cerati crassitudine p-
rasis imponito. In inueteratis cum aceto diluito. *Aliud.* Recrementi ferri & rosarum par pōdus F
cum vino terito & imponito. Quidam verò trita cerato rosaceo excepta adhibent.

SECVNDVM sermonem ad Achorum affectionem his verbis conscripsit: Circuntensa autē
cute, & ob id molestiam inferente, subiectis compositionibus vtendum est. ℭ *Lipara seu Pinguis
compositio ad Achoras, Psydracas, Papulas feruidas, intertrigines. Est commoda quoq; Vitiis sedis.* Spumæ ar-
genti ʒ l, foliorum rutæ tenerorum ʒ xxv, aceto diluito: & rosaceo aut myrteo excepta, cum penna
illinito. *Alia.* Spumæ argenti ʒ cc, cerussæ ʒ cl, rutæ ʒ c, staphydis syluestris ʒ xxv, aceti sextarios
iij, myrtei libras iij: particulatim singula terito, & affuso liquore, vt dictum est componito. *Alia.*
Cerussæ ʒ cl, spumæ argenti ʒ cc, rutæ ʒ centum, myrtei sextarios iij: particulatim tritis aquam af-
* Alitet l.
fundito. *Alia.* Cerussæ vstæ ʒ centūm, rutæ ʒ c, mannæ thuris tantundem, corticis pinus ʒ l, olei
myrtei sextarios ij, aceti tantundem, similiter cōponito. *Alia.* Recrementi plumbi ʒ c, pāpinorū
* Aliter l.
vitis ʒ c, thuris ʒ centum, myrrhæ & spumæ nitri tantundem, aceti & myrtei quantum sufficit.

IN TERTIO autem hæc tradit: At vbi affectio inueterata fuerit, subscriptis compositionibus
vtendum est. Et deinceps ita scribit. ℭ *Democratica compositio ad Achoras humectos & inueteratos.*
Ladani ʒ viij, cerussæ tantūdem, sulfuris viui ʒ iiij: vino & myrteo oleo subactis vtitor. *Alia.* Spu
mæ argenti ʒ viij, pampinorum vitis ʒ viij, succi hypocystidis ʒ iiij, spumæ nitri ʒ ij, gallarum ʒ iij, G
† ἴσον.
aut ij: ex aceto & myrteo adhibe. *Alia.* Malicorij, gallarum, acaciæ fuluæ † tantundem: malico-
rium & gallas vino macerata coquito, acaciam verò vino dilutam reliquis probè tritis adijcito,
cum'que rectè omnia comparata fuerint, myrteo excipito. *Alia.* Spumæ argenti, cerussæ, hyo-
scyami, misyos vsti, ramulorum cicutæ, æquales portiones: thuris vsti, ramulorum oleæ, tantun-
† In antiquis cod. ita legit. Cerussæ vstæ drach. iiij, spumę argēti dra. iiij, atramenti sutorii drac. ii, rhois rubri ʒ ii, sulfuris viui dra. ii, myrrhæ drach. ii, aceto & lentiscino oleo excipe.
dem: aceto & oleo lentiscino exceptis vtere. *Alia valde commoda.* † Cerussæ vstæ ʒ viij, spumæ ar-
genti ʒ viij, atramenti sutorij ʒ iiij, rhois rubri ʒ iiij, sulfuris viui ʒ ij, opij ʒ ij, myrrhæ ʒ ij, aceto &
lentiscino oleo excipe.}

QVARTVM verò sermonem de Achoribus curandis hac verborum serie conscripsit: Quādo
verò ex his quæ ad achoras scripta sunt, pleraque resiccant, magis q; dolorem inferunt, vtpote cu-
te in ipsis affectis circuntensa, subscriptis compositionibus vtendum est, per quas post hæc om-
nia citra dolorem emendari licet. ℭ *Leuce Emplastrum album inexuperabile, faciens ad humectos Acho
ras, & qui ægrè tolli possunt. Facit & ad Papulas feruidas, & Intertrigines.* Spumæ argenti drac. c: ceræ ʒ c,
alij l habent: cerussæ drach. c, thuris drach. xxv, aluminis scissi drach. xvi, terebinthinæ drach. xxv,
piperis albi drach. iij, olei sextarium vnum, arida tundito. Oleum verò & argenti spumam ac ce-
russam in ollam nouam coniecta ad prunas coquito, atq; vbi mutationem acceperint, ceram & re H
sinam addito, ac donec non inquinet amplius manus agitato: deinde ab igne ablatis, & quodam-
modo refrigeratis arida adijcito, & in pilam translata diligēter emollito. Vtitor autem in linteo-
lum impactis, soluito q; tertia die. Magis autem commodarit pharmacum hoc, si cum melino em
plastro Pasionis fuerit permistū, ita vt emplastri Leuces inexuperabilis, Anicetū Græci hoc ap-
pellant, partes duæ, melini aūt Pasionis vna pars committantur. *Alia.* Cerussæ drac. cxx, spumæ
argenti drac. lxxx, ceræ drac. xxiiij, terebinthinæ drac. xij, mannæ drac. xvi, aluminis scissilis viij,
olei heminas ij, committe vt dictum est. ℭ *Melinum Leuci Emplastrum, quod omnem Fluxum resiccat,
faciens ad Achoras inueteratos & humectos.* Ceræ drac. viij, sandarachę drac. iiij, adipis vitulini ʒ iiij, te
rebinthinæ ʒ ij, thuris ʒ i, myrrhę ʒ i, aluminis scissi vsti ʒ i, corticis pinus ʒ i, olei myrtei quod satis
est: liquefacta cum aridis committito. ℭ *Aliud Melinum Hygieni, resiccans omnem Fluxum.* Spumæ
argenti librā i, cerussæ lib. i, salis fossilis lib. i, aluminis scissi libræ dimidium, atramenti sutorij sex-
uncem, olei sextarios ij, aceti sextarium i. Oleum, salem, cerussam, spumam argenti, donec non in-
quinent manus coquito: arida verò tusa, cribrata, aceto'que diluta, ad refrigeratum pharmacum
addito, paulatim adstillando ac assiduè agitando: deinde in pilam translata ac probè emollita tol-
lito ac vtitor. ℭ *Thebæi Emplastrum ad Achoras humectos.* Spumæ argenti ʒ xlviij, cerussæ drach.
xxiiij,

A xxiiii, corticis thuris ʒ xij, gallæ omphacitidis ʒ xij, ceræ ʒ viij, resinæ terebinthinæ ʒ xvi, olei sesquiheminam: componito vt dictum est.

Qvintvm postremum sermonem de Achoribus Crito ita orditur: Cæterũ vbi affectio decreuerit, & cicatrix perfectè fuerit obducta, ad totius mali translationem subsequentibus compositionibus vtendum est. Deinde smegmata plura scribit, vnumquodq; iuxta hanc compositionis formam. ℭ *Smegma ad Achoras, Furfures, Asperitates & Scabies.* Terræ cimoliæ lib. i, nitri rubri lib. i: expressiõis nucis vnguẽtariç sexuncem, alij lib. s. habẽt: myrrhæ ʒ [a] octõ, piperis albi ʒ [b] octõ, nardi celticæ ʒ iiij, casiæ ʒ iiij, costi ʒ iiij, contusa & cribrata repone, ac vtere in balneo. *Aliud.* Nitri rubri lib. iiij, terræ cimoliç tantundem, expressionis nucis vnguentariç lib. ij: cyperi lib. i, alij iiij: baccarum lauri lib. i, iridis aridæ lib. i: radicis bryoniæ, alcyonij, amygdalarum repurgatarum, cornu cæruini vsti, singulorum [c] librãm vnam: cõponito vt dictũ est. *Aliud.* Fæcis vini vstæ, quã Romani fęculam, nos trygam appellamus, lib. xxiiij, aquæ pluuialis sextarios xlviij, thuris lib. ij, terrę samiæ lib. ij: olei sabini lib. iiij, alij sextarios iiij: ceræ lib. iij & dimidiam. Fęcem & aquam in doliũ figulinum non picatum coniecta ad dies vij madescere sinito, & ter in die cum ferula agitato. Sequenti deinde die dissolutũ & sacco excolatum liquorem in vas æreum splendidum transferto, &

A [a] Al. duas.
† [*] *Additur ĩ quibusdã cod. iridis ʒ. viij.*
B [b] Al. duas.
C [c] Al. vnciam vnam.

B igni impositum coquito, luculentiore autem igne vtaris: atq; vbi tertia pars reliqua sit, oleũ & ceram inijce, rursus q; ad lentum ignem decoque: postquam verò iniecta fuerint liquefacta, thus & terram samiam trita addito, conquassato, & in vitreum vas robustum transferto, tenuia. n. rumpũtur. Vsus aũt tempore affectos locos circũlinens & diligenter confricans, abluere iube. Præstaret quidem in balneo id facere: ꝙ si fieri nequeat, in domo abluatur. Commodum est pharmacum ad omnes sordes, asperitatem q; ac scabiẽ cutis, item q; ad impetigines. *Aliud.* Fęcis vini vstæ lib. i, aquæ pluuiæ sextarios vi, thuris albi lib. ij, mastiches lib. ij, alcyonij lib. [*] i, ammoniaci thymiamatis lib. ij, terræ samiæ lib. ij, olei rosacei lib. ij, ceræ Tyrrhenicæ albæ lib. ii. Fęcẽ in aqua vt dictũ est macerato, ter singulis diebus cum ferula strenuè agitando. Deinde excolatum per saccum liquorem in vas splendidum transferto, positum q; ad ignem ad dimidiam partem coquito: deinde liquescibilia adiicito, atq; vbi dissoluta fuerint, alcyonium tenuissimè tritum inspergito. Habeas autẽ ad manum prompta, in fæcis aqua dissoluta, ꝓbe q; trita, thus, ammoniacum, mastichẽ, terrã samiam, ea q; strigmẽticia ꝑdicta crassitudine: hęc vbi adieceris, ac diligenter subegeris insperge, & ablatis vtitor. *Aliud Diasmyrnum appellatũ.* Fęcis vstæ lib. xxiiii, aquæ pluuialis sextarios xlviii, olei sabini lib. iiii, ceræ lib. iiii, terræ samiæ lib. ii, thuris lib. ii, mastiches † libram i, ℈ ammoniaci Thymiama-

C tis lib. i, alcyonii lib. i, myrrhæ ʒ viii. Componito ac vtitor vt dictum est.

[*] *Aliter ij.*
† Al. lib. ij.

Quæ Cleopatra in libro de Ornatu ad Achoras scripsit.

Porrò quæ Cleopatra ad achoras scripserit, ea deinceps referentur illius ipsius verbis: ℭ Fœnograeco tenui cocto, & in betæ nigræ succo macerato, caput eluatur: aut betæ decocto: aut terra cimolia in his macerata, atq; exoluta, inungat: aut myrto lęuigata ex vino & oleo οἰνέλαιον vocãt, superne q; betę folia imponantur. *Aliud ad valde vlceratos.* Cerussæ frictę ʒ ii, thuris ʒ ii, sulfuris ʒ i, trita ex oleo illinito. *Aliud, quod & ad Furfures facit.* Nitri, atramenti sutorij, vtriusq; ʒ i: tritis oleũ affundito, & illinito. *Aliud ad Achoras.* Myrrham & myrti albæ folia viridia vino trita illinito. Aut terram cimoliam torrefactam cum vino nigro illinito. Aut cerussę & plũbaginis æquales partes cum myrteo tritas illinito. Aut sulfuris viui ʒ vi, thuris masculi ʒ i: aluminis scissi, staphidis syluestris id est pedicularis herbæ, erucę, spumæ nitri, singulorum ʒ i: atramenti sutorii ʒ i, rutæ ramulos tres. Terito aceto moderatè affuso, item laurino, aut myrteo, aut crocino, aut oleo veteri adstillato, quo pinguis cõpositio fiat, eã q; vbi prius hoc smegma affricueris illinito. ℭ *Smegma.* Hyssopi chœnicem i, lupinorum chœnices ii, ptisanæ chœnicẽ i, fabæ fresæ chœnicẽ i, radicis cucumeris syluestris ʒ iiii. Hęc trita misceto, & adfricãda ꝓbeto. Idem & ad lepram & ad varos facit.

D *Quæ Pharmaca Soranus ad Achoras scripsit.*

Quando quidem verò & Soranus de achoribus, tũ in quarto de medicina, tum in vnico medẽdi libro, quem Monobiblum inscripsit, pharmaca quædam tradidit, quæ etiam nobis per experiẽtiam constãt, partim quidem proprio, partim verò præceptorum, aut medicorum amicorum vsu cognita: Quare etiam ea ipsa hìc apponemus iuxta ipsius dictionem hoc modo tradita. ℭ Vbi multus saniei fluor existat, & vexatio doloris vehementer incumbat, lenticulam coctam tritam cũ exiguo melle cataplasmatis modo imponito. Aut panem cum coriandro, aut plantagine, aut solano, aut seride, aut polygono, aut perdicio herba. Soranus quidem igitur velut in implicata affectione, eiusmodi remedia adhibet, iuxta propriam sectam ratiocinatus. Apparent autem re uera commoda in principijs & circa generationes, cõmuni repellẽdi ratione. Deinceps verò inquit: Vbi autem exacerbationes remiserint, radendi sunt loci, & fœnigræci decocto aut betæ, & similium, ex aqua, non vrina, confricandi: Quemadmodum etiam nos prius reprehendimus eos, qui per vrinam eiusmodi frictiones faciunt. Postea verò pharmaca scribit, etiam nobis, vt dixi, cognita. ℭ Plumbaginis, sulfuris viui, æquales partes terito: & affuso rosaceo, aut myrteo, aut lẽtiscino donec strigmentosum reddatur, illinito. *Aliud.* Sulfuris viui, spumæ argenti, cerussæ, omnium æquales partes, croci dimidiam, trita cum passo cretico illinito. *Aliud.* Rutæ læuigatæ ʒ iiii,

A Al. viij. B Al. viij. † Additur in aliquibus ant. olei heminam vnam. C Al. viij. D Al. ij.

ſpumæ argenti ʒ viij, aceto & oleo roſaceo admiſto illine. *Aliud.* Spumæ argenti ʒ [a]xx, calcis viuæ ʒ [b]xx, aceti heminam vnam, † terito ac velut liparan aliquam ſeu pinguem compoſitionẽ illinito. *Aliud.* Chalcitidis ʒ [c]ij, ſandaraches ʒ iiii, ſpumę argenti ʒ [d]i, vino auſtero & myrteo oleo ſimul trita illinito. Huic verò deinceps, Soranus aliud forte pharmacum ſcripſit, quod pro ſuæ ſectæ inſtituto Metaſyncriticum, hoc eſt quod ex alto euocat humores ac transfert, appellauit. Cõuenit aũt in inueteratis & ægrè cedentibus achoribus, ex eius q́; vſu quidã medicus nobis amicus magnũ nomen adeptus eſt. Olei cedrini ſextarium i, aceti acris ſextarios ij: coquito donec exhalet acetum: deinde adijce adipis ſuilli veteris ſale ſeruati lib. ij: eo q́; liquefacto ollam ab igne auferto, & nitri triti beſſem, ſulfuris viui ſexuncem, ſandaraches ℥ i, infarcito. Poſtquã verò illitum pharmacũ exaruerit, in balneo per prædicta ſmegmata confricari iube, per q́; vinum & oua ac nitrum, & per radicum cucumeris ſylueſtris decoctum: aut fæce rhodia & pumice, cũ aqua calida. E

Ad Pſydracia, & Achoras, Puſtulasq; Vlceroſas, helcydria Græcis appellatas, & Exanthemata in capite. C A P. 9.

AD præſcriptas affectiones conuenienti victus ratione vti oportet, corporis q́; ac capitis purgationem adhibere, per pilulas ex aloe, colocynthide, & ſcammonia, ita vt braſſicæ ſucco coactæ ex his pilulæ exhibeantur. Deinde ipſa locali curatione vtendum eſt, cuius generis eſt, adiantum cum roſaceo illitum. Aut fœnigræci decoctum adfrictum. Aut malua cum farina hordeacea pro cataplaſmate impoſita. Aut melilotum cum farina fœnigræci ex vino impoſitum, & cicerum decocto: ipſum q́; cicer coctum impoſitum, nuces amaræ commanſæ & illitæ. Diſcutit autẽ maximè & lilij radix affricta, & thus cum vino & aqua, & lupinorum amarorum decoctum affrictum, bulbi cum nitro affricti, thus ex aceto illitum, putamen mali punici cum laurino illitum. Aut anchuſæ radicem vſtam & tritam cum oleo donec ſtrigmenticiam craſſitudinem accipiat, cum penna illinito, & ægrum iuuabis. F

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Medicamenta exponuntur ad Dolores, Contuſiones, Vlceraq; & Cæteros Capitis affectus.

De omni Capitis Dolore, Dimidiæq; eius partis Affectione, Vniuerſalis Doctrina. C A P. 1.

QVicunq; ″citra diſtinctionẽ indiſcriminatim q́; doloris capitis auxilia ſcripſerunt, maius detrimẽtum, q̃ emolumentũ, ijs qui eis fidem habuerunt, attulerunt. Neq; n. oẽs ob vnam affectionẽ caput dolent, ſed tum ipſæ affectiones plures ſunt, tũ curatio ipſarũ ſingularũ propria exiſtit. Vna etenim affectio eſt iuxta intemperiẽ ſimplicẽ citra humorũ cõplexum: Alia iuxta humorũ qualitatem: velut ẽt Tertia quæpiam alia iuxta multitudinem tm̃ ipſorũ humorum contingit. Quibus accedit ea quæ fit, cũ humores tranſitus liquorũ ac vaporũ obturarint. Et ad hęc alia eſt, cũ in quibuſdam capitis partibus, ꝓpter imbecillitatẽ flatuoſus ſpũs innaſcitur. Qñq; ẽt ob cauſam aliquã externam, ꝓcatarcticẽ Gręci appellant, velut eſt ardor externus, frigiditas, ebrietas, plaga, capitis dolor contingit. Vehemẽtiſſimi igitur capitis dolores fiunt iuxta caliditatẽ & frigiditatẽ, maximè cũ inæquales exiſtãt: moderati verò iuxta ſiccitatẽ: ad humiditates verò nullus conſequitur dolor. Eodem modo cùm ob redundantes humores ſiue iuxta oẽs capitis partes, ſiue iuxta vnam quãcunq; tandem, ſiue duas, dolor cõtingit, vehementior quidẽ ob calidos & frigidos, moderatior autem ob reſiccantes citra caliditatẽ aut frigiditatẽ manifeſtã oboritur. Humectãtes ″verò penitus nullum dolorẽ inducunt, quãtum ad qualitatẽ ipſorũ attinet: ob multitudinẽ ſanè inſtrumentaliũ partium morbos faciũt, nõ tñ ſimilariũ partiũ vllũ aliquẽ, in quibus ſolùm affectiones iuxta intemperiẽ ſimplicem fiunt. At verò affectiones ob humorũ multitudinẽ, citra quidem obturationẽ, caput grauãt: cum obturatione verò, ſi quidẽ ea moderata fuerit, moderatè doloroſæ, ſin fortis, fortiter cõtingunt. Quod ſi ẽt mordacem qualitatẽ humorũ multitudo cõplectatur, etiã iuxta hanc dolorem augebit. Atq; hæ quidẽ differẽtiæ ſunt affectionũ, quantũ ad cauſas attinet eas ꝓducentes. Aliæ verò ſunt iuxta affectarũ partiũ naturã. Aliqñ enim extra caluariã affectio eſt, aliqñ intra. Et qñq; quidẽ omniũ exteriorum aut interiorũ eſt: qñq; nõ omnium, ſed vnius tm̃ corporũ generis arteriarũ videlicet,

A.l.3.f.1.t.1.c.1.fo.189.a
H
A.ibidem.

aut

A aut venarum, aut neruorum, aut membranarum, aut cutis, aut ipsius adeo cerebri. Itaq; difficillimum est affectũ cognoscere locum, siue vnus, siue plures vno existant, aut qui tandẽ hi ipsi extẽt. Nec verò affectionẽ inuenire promptum est, sed & hoc exercitato homine indiget, qui tum per rationis exercitium, tum per multã & assiduam affectionis ægrorũ inspectionem, eam cognoscat. Proprietates enim aliquæ quidẽ omnino dici non possunt, quædã verò ægrè circa ægrotãtia corpora ostendi possunt, vtpote quæ tñ ijs qui eas sæpe viderunt cognitæ existant. Nõ parum verò ad affectionis cognitionẽ faciũt quędam ex causis antegressis, quæ priuatim procatarcticæ id est antegressæ, medicis Græcis vocãtur, velut cùm manifestus sensus & offensa ægros ardoris aut frigoris contigit: & facilè sanè eiusmodi affectiones recentes sanant: probeq; & ritè ab eis initium sumpserunt medici, qui præsidia ac auxilia morborum cum distinctionibus descripserunt. Multa quidem igitur à vetustioribus pharmaca simplicia & composita ad huiusmodi affectiones descripta sunt. Mihi verò etiam hic satis erit ex recentioribus apponere, qui sanè tum ea, quæ veteres inuenere, conscripserunt, tum ipsi etiam alia quædam addiderunt. Equidem vniuersum curationis scopum singularum affectionum ratio nos docet: at verò materiæ facultates, experientia ipsa demonstrat. Per hanc igitur auxiliorum copia progressu temporis augetur. Atque adeo nunc

B tempus adest sermoni, propria auxilia iuxta singulas affectiones describendi, initium ab iis, quæ secundum qualitates solas à naturali cuiusq; particulæ statu discesserunt, facturo.

Quæ Apollonius ad Capitis, propter Ardorem, Dolorem conscripsit.

Apollonius igit in primo de facilè parabilibus ad capitis dolorẽ pp ardorem sic scripsit: Rosaceo assiduè caput irrigato: aut lanã siue linteolũ rosaceo tingito & imponito. *Aliud.* Narcissino vnguento similiter vtitor. *Aliud.* Melino vnguento eodẽ modo vtitor. *Aliud.* Aut mori succo per linteolum expresso, cum pari rosaceo vtitor. *Aliud.* Portulacæ folia tusa, per se, & cum polentæ flore, imponito. *Aliud.* Cupressum teneram tritã per se, & cum polẽtę flore, imponito. *Aliud.* Solanum per se, & cũ polentæ flore, imponito. *Aliud.* Sesamum terito & rosaceo adstillato: imponito. *Aliud.* Vitis folia cocta trita cum mulsa aqua imponito. *Aliud.* Folia ricini contusa & in octo aquę heminas coniecta sub diuo per noctem exponito, & cum aqua caput perfundito: & post hæc quæ ad huiuscemodi affectum scripta sunt, emplastri more apponito. *Aliud.* Conyzæ odoræ fasciculũ decem & sex digitorũ, in aquæ heminas octo coniectum sub diuo per noctem exponito, & leniter aquã effundito. Vtendũ & cibi subtractione, & ventris euacuatione, somnoq; & quiete. Vitanda autem maximè vinum, Sol, & balneum: amplius autem & fomẽta, clamor, *Al. [illegible] i. amarulentiã

C cõtentio, omnisq; mentis perturbatio, & percussio. Atq; † in loco bene perspirabili} degendum. † [illegible]

Ad Capitis Dolorem ex Frigore.

¶ Irino vnguento calido caput rigato: vtere ẽt lanis ac linteolis in eo madefactis. *Aliud.* Laurino vnguento similiter vtere. *Aliud.* Farina cocta cum aqua mulsa vtitor. *Aliud.* Lauri folia tenera cũ irino vnguento trita capiti infunde. *Aliud.* Sampsucho cũ vino trita aut rosaceo similiter vtitor. *Aliud.* Cyperum tusum adipe anserino admisto, capiti illinito. *Aliud.* Cornu cerui exurito, eiusq; acetabulo vinum odoratũ dupla mensura admisceto, terito, ac illinito. *Aliud.* Cõuenient & fomenta per spongias calida imbutas & expressas, maximè si lauri folia tenera in aqua fuerint incocta, aut sampsuchi, aut cyperi: Et lanarum mollium pilei vnguento irino & vino rigati, capitiq; circũpositi. Item tegmina, & tepor, & ciborũ subtractio, ac ventris euacuatio. Amplius aũt & somnus, & quies, & corporis trãquillitas ac lætitia. Vitanda vero similiter, clamor, cõtentio, vini potus, & frigiditas. Hæc quidẽ auxilia aduersus capitis dolorem ex ardore { & perfrigeratione} obortum Apollonius scripsit. Appellant autem ardorem, ex Sole æstiuo circa caput factam pseuerantẽ caliditatẽ. Oẽs.n. hoies in Sole æstiuo diutius versantes capite incalescunt, non tñ oibus æqualiter caliditas permanet, sed statim quiescit, quibusdam etiam ante balneum, plerisq;

D verò post lotionem: quibuscunq; autem permanserit, affectionem capitis iã iuxta habitum solutu difficilem, non verò iuxta simplicẽ modo cõtactum habitum q; solutu facilẽ, putantes, ardorẽ appellant: hoc Greci [illegible], illud [illegible] dicunt. Aliqñ igitur sola intemperies consistit, affectione circa caput calidiore facta. Aliqñ verò ẽt humorũ aut vaporũ multitudo ad ipsum caput decurrit: & maximè cũ redundantia quædã humorũ, quã Erasistrati sectatores plethoran hoc est plenitudinẽ, vocãt, in toto corpore * oberrat. Fit autẽ hæc quatuor humoribus ex ęquo auctis, aut etiam sanguine solo. Nam cũ alius quispiã humor redũdarit, velut est pituita, & flaua bilis, item q; nigra, eiusmodi auctionẽ siue redundantiam, non plenitudinem, neq; simpliciter multitudinem, sed cum appositione pituitæ, aut bilis flauæ, aut nigrę, in corpore factam multitudinem dicunt. † Cæterum eis qui ex ardore caput dolent, cutis tactui aridior ad primum cõtactum apparet, oculosq; rubros habent, frigidisq; tum perfusionibus, tum illitionibus gaudent. Principio igitur repulsoria curatione vtendum est, ex refrigerantibus & adstringentibus constante. Postea verò mitigatoria & concoctoria pharmaca ad repulsoria admiscere oportet. Deinde etiam ex discussorijs quippiam addendum, paulatim detractis pharmacis quę repellũt.} Optima sunt aũt cẽsenda quę tenuiũ partiũ substãtia pdita adhibẽtur. Quapropter in principio quidẽ melius est rosaceo probè apparato q̃ frigidissimo caput pfundere, lanę fasciculo in orbẽ circũposito, iuxta frontẽ quidẽ, vbi

Al. [illegible] i. subnutritur.

† In duob⁹ ant. cod. græcis legitur [illegible]. curatio autẽ in principio quidem ambabus ab eisdem fit remedijs: habent autẽ hæc omnia refrigeratoriam facultatem, non tamen adstringentem.

pilosa eius pars desinit: iuxta vtrunq; verò eius latus, vbi pili ipsi ad aures nectuntur: exinde verò E post verticem, non tñ longè inferius. Neq; n. facilè exuritur capitis ea pars quæ occiput, & Græcis Inion, appellatur: neq; ēt citra molestiam, refrigerantia sustinet, propterea φ illic principiū medullæ spinalis existat, ad stipitis modum in multos ramulos diuisæ, in sexaginta fermè iuxta numerum neruos. At verò regio capitis iuxta sinciput, ꝓpter laxitatē coarticulationis iuxta coronalem suturā, & ob ossium tenuitatem & raritatem, facilè tum caliditatē tum frigiditatē omniū quæ adhibentur pharmacorum intrò distribuit. Quare siue refrigerare oporteat ex caliditate ardorem, siue calfacere frigiditatem, aptissimus est capitis iuxta sinciput locus. Optima aūt in principio refrigeratio ex rosaceo frigido, æstiuo tempore existente, in quo maximè ardoris affectio oboriri consueuit. Dictum autem est mihi de rosaceo iam sæpe, φ optimum est ex oleo crudo, quod Omotribes & Omphacinon bifariam appellant, citra salis admistionem confecto, rosis quàm plurimis ad ipsius irrigationem præparatis. Sit autem rosaceum non vetus, sed eo ipso anno confectum, siue in vere, siue principio æstatis. Proximum à rosaceo chamæmelinum oleum locū habet, in iis corporibus quibus vehementem frigiditatem inducere veremur, qualia sunt fœminarū, & eunuchorū, ac puerorum: & quicunq; molli carne præditi, albumq; habentes colorē Soli sunt insueti. Mensuram autem tum rosacei tum chamæmeli, quod ad refrigerationē attinet, ex prædictis corporis habitibus, & ex ardoris magnitudine, inuenire oportet, considerata simul ægri ætate, & ambiētis nos aeris temperie, non minus autem & domo in qua æger decumbit. Refrigerabis autem quæcunq; adhibere voles, in aqua vehementer frigida collocata: quæ si non adsit, niuem vasculo circum pones. Hoc auxiliū siue humorū siue vaporū multitudo in caput impetum faciat, præclarè auxiliat: repellit. n. eos infra q; in corpus detrudit, adeo vt ego in sexcentis hoc medēdi modo vsus, nullo alio habuerim opus. Nam & frigidorum fontium multa Romæ vbertas est, & niuis, quemadmodum apud nos in Pergamo, & in plurimis Asiæ Græcię q; ciuitatibus. At verò in calidis regionibus, qualis est Ægyptus, in qua & fontium frigidorum & niuis penuria est, necessarium est pręfrigerato rosaceo per expositionē sub diuum per integram noctem, & per obuersionem ad auræ alicuius afflatum, ita demum addere ei semperuiui succū, aut portulacæ, aut lactucę, aut psyllij, aut polygoni: quin & solani aliqñ paululū, & pāpinorū vitis, & vuarū immaturarū, tales. n. sunt adhuc tempore æstatis. A papaueris verò & mandragoræ succo abstinendum, non enim citra damnum refrigerat. Vitanda etiam quæ cū refrigeratione manifestè adstringunt: quare si quando necessitas postulet, parum quiddā ex eis ad refrigerantia admiscere oportet. Propterea sanè & solani succum, aut nunq; penitus, aut omnino parce admiscemus, sic ēt mali punici, & mali, & mespili. Ad G hanc tñ rem malorum punicorū acidorum succus præstantior est, magis enim refrigerat. Porrò cùm aliqñ ruri degerem, nihil q; horū ad manum esset, cucurbitæ ramēta exuccata ad vuæ immaturæ succū admiscui. Poterit aūt quispiam in tali loco ēt seridis succo vti, lactucæ q; tum hortēsis, tum syluestris, quam propriè Thridacinen Græci appellant: hortensem enim Thridaca vocant: Et συκαμίνων id est mororum, succus aptus ad refrigerandum: sint autem nō valde matura. Quòd si caluus sit æger, aut omnino breues habeat pilos, maxima vbertas refrigerantium existit. Quæcūq; enim ad erysipelata auxiliaria scimus ex cataplasmatis & ceromatis humidis, ea omnia ab ardore exustis conueniunt. Cæterùm Apollonius Ricini folia tenera tusa in aquam conijcere iubet: & deinde per totam noctem vasculum in quo continentur sub diuum exponere, & postera die vti. Ego quidem igitur non valde expertus sum ricini facultatem: verisimile est autem Apollonium qui longo tempore in Alexandria vixit, per magnam experientiam vim eius cognouisse. Atqui oleum ex ricino factum manifestè cognoui calidius esse facultate oleo quod apud nos est: quare etiam si non præsens sit, veteri vtimur. Puto autem & Potamogetonē & Niliacū Stratioten quiddam refrigeratiuum habere, miror q; eorum Apollonium nullam mentionem fecisse. Quin & Tribulus apud nos, velut ēt Polygonum, quiddā refrigerans habent, tenera videlicet, & H non dum dura ac sicca facta. Conyzam autem non solùm refrigerare impossibile est, verū & moderatè calfacere potentem noui, & miror sanè cur Apollonius eam inter refrigerantia retulerit. Quòd si & ab arboribus & fruticibus auxilia ad caput præter naturam calidius petere oporteat, Vitex conuenientior ad hoc existit, & Vitis, & Lentiscus, & Platanus, si quis eorū teneris germinibus acceptis, deinde tritis, ab ipsis succū exprimat. Erasistratus verò magnū quoddam præseruatiuum in calidioribus habitibus tradit, cū videlicet eos Solem perferre oportet, Si spongiā latam & densam ac cauā in aqua madefactā, & probè expressam, capiti imponas. Porrò signa dolētiū caput ob frigiditatem, contraria sunt eis quæ ex ardore oboriuntur. Nam & incōtracta minimeq; arefacta, & decolor, ipsorum facies existit: & frigidis neq; gaudent, neq; ab eis iuuantur. Quemadmodum autem ardor non ægrè solubilis affectio est, ita neq; frigiditas ex ambiente nos aere contracta difficulter curatur si recens est, sed sufficit oleum Rutaceū calidū sincipiti vt dictum est affusum, perfectè hominem liberare. Si verò vehementiori calfactione opus sit, Euphorbiū ad oleum conijciatur, & quæcunque ex pipere pharmaca constant. Inungenda autem est frons, aurium & narium meatus, hisce vnguentis, maximè quidem Irino & Amaracino, & Nardino. Quin & † comptoria vnguenta ⅃ ex calfacientium numero existunt, atque adeo ipsa opulentarum fœminarum

†Al. Cōmagenū vnguentū.

A minarum pretiosa vnguenta, quæ foliata & spicata Romæ appellant. Opobalsamum vero sæpe experti sumus, nullum manifestum commodum ad vllam aliquam affectionem calfactione indigentem conferre. Quemadmodum autem Rutaceum oleum conuenire dixi, sic ēt Sampsuchinū & Laurinum laudo, item q; Serpyllinum, sæpe & in plerisq; ipsis visus. Dandum ēt vinum tenuiū partium, & motus corporis præcipiendus, lauacra que calida, & quandoque à raphano vomitus.

De Inueteratis Capitis Affectionibus Calidis & Frigidis.

In inueteratis capitis doloribus ac affectionibus necessario pilos radimus, aut valde ad ipsam vsque cutem p̄secamus: pharmaca q; tum emplastrorū ac ceratorū forma, tū ēt liquida adhibemus: atq; ea quidē quę emplastrorum ac ceratorū formam habēt, rasis penitus adhibemus, liquida vero his qui breuissimè p̄sectos pilos habēt. Est aūt & horū materia multiformis, q partim quidē magis, partim vero minus, refrigerent q; & calfaciāt. Ea igit̄ q̄ frigefaciunt, ex iis q̄ erysipelata curant, transferenda sunt: calfaciētia vero, ex pharmacis calfactorijs cōponenda: quorū simplicissimū est ex euphorbio præparatū. Sufficit aūt vnciā euphorbij vnā, ad tres ceræ liquefactę in olei libra vna conijcere. Vtendū aūt oleo ad oēs affectiones calefactione opus habētes, neq; omphacino, neque eo quod vulgò ab oībus Hispanum appellatur, neq; oīno eo quod cū olearum germinibus prępa
B rat̄, sed eo quod ex maturis oliuis conficit̄ apud plerasq; gentes citra germinum iniectionem. Optimum aūt ex eis quæ ego noui, est Sabinum, non procul ab vrbe Roma in Sabinorū regione prognatum. Cæterum pharmaca quæ recentiores medici se ipsos Methodicos appellantes, Metasyncritica hoc est ex alto euocantia ac transferentia, appellant, ea omnia ad huiusmodi affectiones commoda existunt: ex quibus optima etiam in septimo libro huiuscemodi tractationis, quæ ante hanc à me ædita est, relata sunt. Tempus igit̄ iam est me ad aliam capitis transire affectionem, adscripturū primo quæ ab Apollonio cōscripta sunt, quæ iuxta illius dictionem hoc modo habent.

Quæ Apollonius ad Capitis Dolorem ex Ebrietate & meri potu scripserit.

Vtendum est oībus descriptis auxiliis ad dolorem capitis ab ardore obortum. Quòd si dolores amplius inualescant, rutæ folia cum aceto & rosaceo trita strigmenti crassitudine capiti illinenda. *Aliud.* Nuces amaras cum aceto & rosaceo ad strigmentitiam spissitudinem tritas capiti illinito. *Aliud.* Iridem siccam ac viticem aridùm cum aceto & rosaceo, eodem adhibe modo. *Aliud.* Lauri baccam & rutę folia cum aceto & rosaceo trita adhibeto. Cōuenit aūt somnus, fames, quies, corporis tranquillitas. In potu aqua calida, aqua mulsa, & euacuatio. Hęc quidē Apollonius scripsit. Atq; huius rei gratia laudare virum decet, q cum discrimine de vnoquoq; auxilio scripsit, cū neq;
C Archigenes id ipsum fecerit, quem cum posterior Apollonio natu sit, apponere quidpiam ad discriminū certitudinem oportebat: verum quæ ipse in priore de Pharmacis libro conscripsit, paulo pòst referentur. At vero quæ ego per longā experientiā de capitis dolore ex vini potu cognoui, iam exponam, vtpote qui spem quidē vtilitatis ipsorū ex affectione inueni, diligētem autem comprobationem per multā experientiam feci. Capitis itaq; dolorem ex vinorū temperatura calidorum productum indicat, q ipsum caput omnino vaporibus repletur, q̄nq; ēt humoribus calida tēperie præditis: nam & citra vini potū eiusmodi ad caput promptè deferunt̄. Curatione itaq; opus est, quæ scopum primùm vniuersalem & cōem oībus habeat, nimirum euacuatione indigentem. Cū vero calidi sint qui caput repleuerunt humores, ēt refrigerante eos medela opus erit. Iubendi igitur sunt, si crudum adhuc in eis vinum permaneat, vt tepida aqua hausta vomāt: q si ēt post cōcoctionem caput doleant, refrigerantibus vtendum est ac repellentibus: quale est rosaceū per se et cum aceto, aut hederæ aut brassicæ succo. Quin & ipsa brassicæ folia calida irrigata, capiti q; circūposita ac obligata, naturaliter ebrietati resistunt. Cæterum somni ac quietis cura in primis habenda est: quod vbi factum fuerit per totum diem, ad vesperam lotum, boni succi cibis non tn̄ calfacientibus nutrire oportet. Sunt autem tales ptisanæ succus, & sorbitio ex alica, & panis ex aqua, &
D oua sorbilia absq; garo: admisceatur aūt eis ex melle quantum ad condimentum satis fuerit: si vero ad mel accipiendum non fuerint appositi, sales conditorij misceantor. Ex oleribus est lactuca, vtpote boni succi & refrigeratoria: & brassica, vt quę vapores resiccet. Sic & ex leguminibus lēs est. Potu vero omnino aqua vtendum est. At vero cum stomachus in quibusdam propter aquæ potum subuertatur, malum punicum eis insuper exhibendum est, aut solum per se, aut cum alica flaccida calida, probè cocta. Quin & mala cestiana appellata in vrbe Romana, citra cocturam quidem sunt austera, pòst cocturam vero stomacho satis commoda fiunt. Coquenda autem sunt ipsa in ollam nouam aqua modica infusa, deinde malo in olla suspenso, igne q; sub ollam coniecto, quo vapor ex aqua calidus sublatus cocturam ipsi malo præbeat. Vuæ passæ ēt & pyra, aliqua quidē cruda, aliqua vero vt malum ipsum cocta, stomachum corroborant. Abstinendum vero à glandibus palmarum, proprietatem enim quandam habent capitis dolorem inducendi. Quòd si vero pòst hæc probè dormire non possint, ad balneum postridie quā celerrimè inducātur, calida q; aqua eis in balneo sæpe affundatur: deinde vbi dormierint, aut omnino interposito tēpore quieuerint, rursum ad balneum ducendi sunt: deinde veluti pridie connutriendi. Si vero moderatè habeant, & aquā bibere non possint, permittendus est eis potus aquosus ex aquosis vinis, quale est in Italia Sabinū, in Asia Titacazenū, & Arsyenium, & Ariusium. Quin & moderatè habentibus gallorū testiculi.

Margin notes: *Al. χλωρᾶ i. viridem.* — l.3.f.1.t.2.c. fol.193.c

sticuli & alæ,& ex piscibus petrosi & teneris carnibus præditi,exhibebuntur, & columbarum pulli. Hæc verò omnia citra garum,& vinum,in albis ac simplicibus iusculis coquant,in quibus aqua sola cum oleo, & anetho, ac exiguo porro, cocturam perficiat, exiguo adiecto sale, non statim in principio cocturæ, sed cùm iam aliquo modo flaccida facta fuerint ac victa. Manifestū verò quòd tum hos,tum omnes qui caput dolent, augescente adhuc & vigente dolore, quiescere melius est: remittenti verò ac decrescente,in locis aptis deambulare. Apti sunt autem ijs qui calfieri opus habent,loci calidiores: qui frigefieri, frigidiores. Et ante cibum quidem pluribus deambulationibus vtēdum,post acceptum verò cibum breuibus & lentis. Oportet autem neq; multa comedere,neq; statim deambulare, sed post duas aut tres aut etiam plures horas. Quòd siquando ex vaporibus & humoribus in caput sublatis reliquiæ quædam relinquantur, tenuibus poris ac meatibus impactæ,& ob id etiam capitis dolor perseueret, à rosaceo quidem abstinere expedit. Vtendum est autem primùm quidem Chamæmelino moderatè calido, postea verò Irino: maximopere enim huiusmodi affectiones iuuant. In balneo verò caput calida perfundatur, non solùm ob id vt quippiā circa ipsum discutiatur,sed & somni conciliandi gratia. Quapropter etiam secundum, aut tertium etiam,ad vesperam balneum apparandum est,acceptis ab eo lactucis ex aceto,exiguo aut omnino nullo addito garo, verùm aqua affusa multa, vt acetum planè exæquet, nisi omnino aquosum sit acetum,nam et huiusmodi magis q̃ acerrimo opus habent, caliditatem enim in se aliquam tale acetum complectitur. Post hæc verò postera die,quæ magis caput calfaciant adhibenda: ita vt ad Irinum aliquando Amaracinum vnguentum addamus, aliquando verò Nardinum,quādoq; etiam pretiosa,quibus opulentæ fœminæ etiam si nihil habeant mali,vti consueuerunt. Per huiusmodi sanè medicationis ductum,capitis dolores ex vini potu obortos in totū persanaui, nullo ab Apollonio præscripto pharmaco vsus. Cùm enim & per ea,quæ iam dixi,scopum cōtingerem, nullum ex Apollonij scriptis spem mihi adiecit,vt probè dictum esset,et superuacaneum amplius erat eorum experimentum facere. Cæterùm post prędictas tres affectiones capitis dolorem inducentes, Apollonius quartam hanc insuper addidit.

Ad Dolorem Capitis ex Plaga aut Casu, Apollonij.

¶ Rosaceo & aceto tepefactis caput rigato. *Aliud.* Rosis siccis maximè coctis, aut certe in passo maceratis, aut aqua mulsa tritis,pro cataplasmate vtitor. *Aliud.* Meliloto similiter apparato vtitor. *Aliud.* Myrti albæ folia tenera cum vino & myrrha trita emplastri more imponito. *Aliud.* Irino vnguento & aceto illinito. *Aliud.* Absinthium tritum cum vino & myrrha itidem trita imponito. *Aliud.* Pulegio trita ex vino similiter vtitor. *Aliud.* Pulegium & myrrham trita similiter adhibeto. *Aliud.* Apij comas cum vino coctas ac tritas imponito. *Aliud.* Mala cotonea cocta ex vino imponito. Conueniunt & fomenta per spongias aqua calida imbutas, & mollium lanarum fasciculi aceto & rosaceo conspersi. Ad hæc & quies, & corporis tranquillitas, subtractio cibi,euacuatio, fuga eorum quæ offendere possunt,qualia sunt Sol, balneum, vini potus, clamor, contentio: & ex ijs quę alimenti loco exhibentur,acida & acria ac salsa. Hęc quidem Apollonius scripsit de capitis doloribus ex conspicua plaga obortis. Verùm operæpretium est nosse nos,eiusmodi affectionem nullam aliam quàm inflammationem esse, quæ non ex plaga solùm aut casu, sed citra etiam manifestam causam, iuxta omnes corporis partes, propter humorum influxionem fieri consueuit. Si quidem igitur plaga vulneris aut contusionis causa existat, plures scopi erunt ad remediorum inuentionem. Vnus quidem in vulnere, ad quod conglutinantibus & inflammationem arcentibus pharmacis vti oportet, postquam vlceris labia fibulis impositis constrinxerimus. Alter verò in contusione: & Tertius in doloribus, qui quandoque in ipsis solis percussis partibus fiunt, plerunque verò etiam ad vicinas partes extenduntur. Etenim membrana quæ caluariam ambit, & cutis quæ forinsecus circuntenditur, vtraque propriam substantiam continuam habet per omne caput extensam: & ob id sanè sępe ipsum vniuersum dolere contingit, prę- sertim si vsque ad membranam os caluæ ambientem plaga penetret, quam diducta membrana caluariam ambiente,osseque conscalpto abrasoue,carne generanda curare oportet. Quòd si per cōmunionem membranæ caluam ambientis,quam ad duram cerebri membranam circa suturas habet,etiam intra caluariam inflammatio ipsa distribuatur, nō absq; periculo eiusmodi capitis dolor existit. Contingit autem non parum sæpe in casu,præsertim ex sublimi facto, vt quædam circa cerebrum aut membranas eius, partes abrumpantur: quod vbi contigit, etiam amplius capitis dolor inualescit, ipsaque affectio tota ægrè curabilis redditur, & periculum ingens ac præceps imminet. Optimum itaque fuerit in his, nisi ætas prohibeat, & nisi vitalis facultas debilis appareat, à venæ sectione curationis initium facere: & conuenientibus capitis irrigationibus vti, ex lana nimirum oleo dulci imbuta, capiteque ex ea contecto. Quòd si quippiam horum, siue ætas, siue virium debilitas, aut etiam ambo simul, sanguinis detractionem fieri præpediant, aluum per clysterem euacuabimus, tum vt superflua in ipso recrementa extrahamus, tum vt humores qui ad affectas partes inde ferri consueuerunt reuellamus: atque inde auxilijs ad inflammationes commodis vtemur. Si verò membrana cerebri fuerit vulnerata, egregiè ipsam conglutinat, inquit Archigenes, calaminthæ succus infusus, & farina milii arida inspersa. Deinde butyrum, & ro-

A.l.3. f.1.t.1.c 26.fol.194.c

A & rosaceum, ac adeps suillus insulsus vetus, tepefacta ac mistim infusa. Cæterũ hoc modo affectos à vino & cibis crassioribus abstinere oportet, maximè si febri sint correpti. Atqui prædictam euacuationem consulit etiam Apollonius, qualem autem fieri oporteat non ostẽdit. At verò acetum rosaceo admisceri iubet, quemadmodum in phreniticis & lethargicis in principio plurimi medici facere consueuerunt, verum non rectè mensuram vtriusq; dicere reliquit, Empiricorum simili trãsitione vsus, nõ indicatione Dogmaticorum. Affectio enim ipsa nobis indicat auxilia: Quantitatem autem singulorum, & particularem materiarum differentiam, simul tum affecta particula, tum ægri temperamentum indicat: & ad hæc vitalis facultas: deinde ætas: & ambientis nos aeris temperatura, iuxta regiones, anni que tempora, et prædominantem anni constitutionem, euarians. In phreneticis quidem igitur, cùm omnia quæ extra caluariam, circa q; cutem & pelliculam caluariã ambientem, ab affectione immunia sint, veteres conuenienter acetum admiscuerunt: ea ratione persuasi, quam in commentarijs de pharmacorum compositione per longum recensui: quando videlicet ad affectiones in profundo corporis obortas, pharmaca diuersa ab ijs, quæ ad affectiones in superficie hærẽtes destinata sunt, adhiberi oportere dixi. Exoluitur enim omnium ipsorum vis in transitione per profundum, & ob id ad propria affectioni auxilia aliquando contrariæ & nocẽ-
B tis facultatis pharmaca admiscemus. Cùm nanq; inflammatio dolorem inducat, maximè contrarium est acetum reliquis auxilijs admiscere, vtpote quod neq; mitigandi, neque laxandi, vim aliquam in se complectatur. Sed cùm per sinciput (neque enim per aliam quampiam capitis partem transitus patet) pharmaci facultatem intra penetrare velimus, tunc sanè ad admistionem alicuius eorum quę propria natura auxiliantur ac in profundum ducunt, deueni mus, tenuium partiũ substantiam quandam inuenientes, quandoque quidem frigidam, velut acetum: quandoque verò calidam, velut euphorbium, affectione quæ curationi subiacet considerata ac perspecta, num calfacientibus opus habeat an refrigerantibus. Iuxta hanc igitur ratiocinationem, si quidem crassæ cerebri membranæ nudæ rosaceum offeratur, quemadmodum in illis quibus capitis officulum aliquod excisum est, fieri consueuit, solum ipsum leniter tepefactum adhibemus. Cum verò citra denudationem per capitis iuxta sinciput partem, sana & integra existente caluaria, rosaceum ad cerebri membranam peruenire velimus, acetum ei, vt eò perducat admiscemus: cuius item rursus vehemens facultas tum per viarum transitionem, tum per rosacei misturam, exoluitur. Quapropter Apollonius in eo quòd acetũ rosaceo indefinitè admiscere iussit, peccauit. Cutis enim capitis aut quæ post eam est membranæ caluariam ambientis inflammationes, citra quidem vehementem do
C lorem obortæ, per exigui sanè aceti ad rosaceum admistionem iuuari possunt: lædentur autem vbi magnæ fuerint, dolorem que vehementem induxerint. Deliquit amplius Apollonius, quòd neque tempus vsus singulorum ab eo descriptorum auxiliorum apposuit. Quædam enim incipientibus & nascentibus adhuc inflammationibus auxiliantur: quædam etiam in vigore consistentibus, aut decrescentibus, aut etiam induratis, opem ferunt. Rosaceum itaque cum aceto incipientibus: in vigore verò consistentibus, rosaceum solum adhibemus: quemadmodum etiam in induratis absinthium q; ac pulegium ei admiscemus: ac verò quæ citra indurationem decrescunt inflãmationes, pharmacis laxantibus appellatis solùm opus habẽt. Relata est autem tum materia tum compositio ipsorum in prioribus huiuscemodi tractationis commentarijs, quos ædidimus, antequam hoc opus sumus aggressi, in quo affecti loci multam indicationem faciunt simul cum ipsis affectionibus ad inuentionem remediorũ. Cùm igitur affectiones ab Apollonio descriptæ quatuor sint, quę capitis dolorem faciunt, ob manifestas causas obortæ: deinde verò ex ordine transierit ad eas, quæ ex obscuris causis producuntur: meritò sanè quis ipsum reprehenderit, non solùm q̃ à dogmatica desciuerit doctrina, sed q̃ neque empirica sit vsus. Distinguunt enim etiam hi affectiones per symptomatum concursus, syndromas ab ipsis appellatos, qui sanè accidentiũ ad mor-
D bos ipsos congregationes sunt, quæ omnibus euidenter apparent: in quibus concursibus etiam externas causas ipsi comprehendunt, tanquam partes totius concursus existant. Verùm nullam talem congregationem, neque symptomatum siue accidentium, neque signorum, Apollonius scripsit, quemadmodum discemus vbi & ad sequentem viri doctrinam non minus quam ad priorem animum adhibebimus.

Condependens ex præcedenti Apollonij doctrina, ad Temporum ac totius Capitis Dolores, citra manifestas causas obortos.

¶ Vnguento Mendesio caput illine. *Aliud.* Adipem anserinum Mendesio vnguento dilutum illine. *Aliud.* Myrrham vino quàm optimo tritam, & ad succi ptisanæ crassitudinem redactam, illine. *Aliud.* Myrrham vnguento pretiosissimo tritam similiter adhibe. In pueris autem sinciput dolentibns, myrrha cum oleo trita vtitor. *Aliud.* Viticis semen tritum & aqua dilutum imponito, aut linteolo illitum similiter imponito. *Aliud.* Lolii farinam cum adipe anserino contritam pro cataplasmate imponito, adipe prius liquefacto. *Aliud.* Portulacam per se & cum lini semine tritam imponito. *Aliud.* Oleæ folia tenerrima oleo ac vino nigro affuso terito ac imponito. *Aliud.* Cinerem quemcunque habes aceto aut aqua diluito, eo que caput rigato. *Aliud.* Solanum & terram figulinam trita ac læuigata imponito. *Aliud.* Halicacabi fructum cum adipe anserino,

anserino, aut vnguento balanino tritum adhibeto. *Aliud.* Lentisci folia trita ex aqua imponito. E
Aliud. Blitum tritum ac oleo dilutum adhibeto. *Aliud.* Ricini semen aqua tritum imponito.
Aliud. Coriandri semen & anethi trita ac melle mista imponito. *Aliud.* Melanthium tritum ac
oleo dilutum imponito. *Aliud.* Cuminum & adipem anserinum trita imponito. *Aliud.* Succũ
papaueris fabæ ægyptiacæ quantitate, & salis partes duas, & pulegij partem vnam, cum aceto &
vnguento optimo trita illinito. Conuenit item cibum subtrahere, & aluum euacuare, caput'que
contegere: amplius verò & quietè agere, omnem q; motum vitare. Quòd igitur Apollonius,
quemadmodum dixi, indefinitè tradendo hæc remedia ad capitis dolores absq; manifesta causa fa-
ctos dupliciter peccarit, neq; vt dogmaticus vir affectiones explicans, neq; vt empiricus carũ con-
cursus, id ipsum ex illius ipsius dictione didicimus. Quòd verò & pharmacorum facultates inter
se non parum differant, ex tota virium ipsorum perpensione discere licet. Etenim primum ab eo
descriptum simplicis est potentiæ laxantis: talis enim est Mendesii vnguenti facultas. Secundum
verò eandem vim intensè possidet, in quo ad Mendesium vnguentum anserinus adeps admisce-
tur. Tertium autem propter myrrham quidem resiccatorium est, vna q; calfacit, propter vinum
vero adstringit, vtile iis existens in quibus redundantem humiditatem simul repellere ac discute-
re proposuimus. Scimus porrò myrrhæ odorem plurimis etiam sanis dolorem capitis inducere: F
quare sanè eos ipsos, qui iam caput dolent, non parum offendet. Eiusdem autem facultatis est &
quod sequitur quartum. Quintum verò nõ propè ad horũ vim accedit, vbi s. cataplasma ex aqua
& viticis semine componit, quod non solùm ab vtraq; facultate tum calfaciendi, tum resiccandi,
quibus ea præstant quæ ex myrrha composita sunt, multùm deficit, sed & cõtrarium facere potest
in iis qui caput ob frigiditatem dolent. Quod verò deinde sequitur ex lolij farina & anserino adi-
pe compositum, in quibus resiccare intendimus vtile est, neq; in capite solum sed & in alijs parti-
bus rationabiliter adhibetur: id ipsum vero ob anserinum adipem citra molestiam resiccãtem cõ-
tingit, abundè enim pharmacum hoc & mitigat & sedat dolorem. Verum quod deinceps sequi-
tur, de quo hæc verba scripsit: Portulacam per se & cum lini semine tritam imponito. refrigerato-
rium est pharmacum, præclare faciens ad affectiones calidas. Quod verò post hoc scriptũ est hoc
modo: Oleæ folia tenerrima oleo ac vino nigro affuso terito & imponito. dolorem quidem non
mitigat, verùm humiditates succorum euacuat. At verò quod deinceps scriptum est, forti faculta
te præstat, in quo videlicet iubet cinerem aceto aut aqua dilui, eo q; caput rigari. Si quidem enim
ex aceto præparetur, inueteratas affectiones & in scirrhum induratas sanare potest, non tamen do
loris mitigatiuum existit. Si verò cum aqua cinis diluatur ac percoletur, fortitudine quidem pluri G
mum ab eo deficiet quod ex aceto constat, neq; tñ sic doloris mitigatiuum erit. Quemadmodum
neq; id quod postea descriptum est, ex terra figulina & solano compositum. Superfluam autem
compositionem Apollonius in eo quod ex halicacabi fructu constat, ostentat, vtpote quod neq;
prædictis, neq; postea dicendis, quicq; amplius habeat. Quemadmodum sanè ea quæ deinceps se-
quuntur singula, alia facultate prædita sunt. Non ritè autem fecit hæc omnia indefinitè tradendo.
Quid enim simile habeat cataplasma ex blito cum oleo trito, ad illud quod ex ricini semine, aut co
riandri, aut cumini, aut melanthij, componitur? Calefaciunt.n. hæc & resiccant, blitum verò debi-
liter humectat & frigefacit. Porrò quod in fine sermonis ipsius scriptum est, primum neq; ab vllo
in vsum assumi experiundi gratia cõsuluerim, ne dum sepe. Raró.n. cogimur pharmacis ex opio
vti, cum videlicet præ doloris vehementia homo de vita periclitatur: quanq; & tunc solidæ partes
ex eius vsu offendantur, adeo vt post hæc correctione opus habeant. Sic & ex opio collyria multis
detrimento fuerunt, adeo vt debilem oculum reddiderint, & visus hebetudinem, amblyopiã Græ-
cis appellatam, induxerint: Velut etiam auditus grauitatem inducunt, quæcunq; ad vehementem
aurium dolorem ex papaueris succo †, composita sunt. At verò ob capitis dolorem vehementem
nemo vnquam animi deliquio comprehensus mortuus est, neq; se ipsum occidit, quemadmodum H
quidam coli dolore vexati fecerunt. Vtcunq; enim doleant, longè minor ipsorum dolor est, quàm
eorum qui coli, aut auris, aut oculi, aut dentis, dolore vexantur. Mitigantur illi ipsi perfusionibus,
& illitionibus, & cataplasmatum impositione.

† *Additur πλείονος i. copioso, in cod. antiquis.*

Quæ Archigenes ad Capitis Dolorem Remedia conscripserit.

Relato igitur iam Apollonio, ad Archigenem transeamus, qui in priore libro de Pharmacis
secundũ genus ei inscripto, hoc modo scripsit. ℭ *Archigenis ad Capitis Dolores citra febrem obortos.*
Communiter in principio auxiliatur eis aquæ potus, parcitas cibi, solutio alui. Hæc præfatus de-
inceps pharmaca multiformia conscribit. Prȩstabilius igitur mihi videtur singulatim vnaquamq;
ipsius dictionem in manus sumptam considerare: & primùm sanè principium eius collaudare, in
quo manifestè discrimen ab eo quòd quis non febriat inductum, distinxit. Fuit itaq; Archigenes
non quidem vulgaris medicus, velut & Mantias, & Heraclides empiricus: verùm ad diligentiam
quam circa artem fecit, etiam hoc Archigeni accessit, quod posterior natu illis ipsis fuit. Cæterum
maximum hoc censeri debet iis, qui artem quancunque tandem rationalem ediscere rite volunt,
cùm natura apti ad eam fuerint, ingeniosi q;, & à pueris in primis disciplinis eruditi. Pleriq; aũt ex
iis qui eiusmodi artes tractant, non vt ipsi sapientes in iis euadant, sed vt vulgo tales videantur,

al. Apolloni.

studio

A studio habent. At vero Archigenes, vt si quis alius, quæ ad medicam speculationem attinent, diligenter re vera ediscere studuit, atq; ob id meritò scripta q̃; plurima memorabilia reliquit. Non tñ in omnibus sane quæ tradidit irreprehensibilis mihi videtur: verum velut ipse pleraq; eorum virorum à quibus adiutus optimus euasit, reprehendit, sic par est ipsum delinquentem a nobis posteris examinari. Difficile enim est, vt, qui homo sit, non in multis peccet, quædam videlicet penitus ignorando, quædam verò male iudicando, & quædam tandem neglegentius scriptis tradẽdo. Quemadmodum sanè & nunc mihi in distinguendo non febrientes a febricitantibus, peccasse videtur, cum non omnes eorum qui non febriunt distinctiones & discrimina apposuerit.

De his qui ex Stomacho Caput dolent.

Statim igitur primum in his discrimen est doloris capitis ex stomacho producti. Quidam enim etiam si pauxillus quispiam humor acris in ventre, & præsertim circa os eius, congregetur, statim caput dolent: Atq; ob id si diutius famem tolerent, offendũtur, augetur.n. ipsis inediam ferentibus eiusmodi humorũ malitia. Eos igitur qui hoc modo affligũtur sanare oportet, ita vt nihil remediorum capiti adhibeamus, quandoquidem neque proprius est hic capiti affectus, sed ab humorum in vẽtre malignos vapores excitantium in ipsum adscensu affligitur: Quemadmodum alij in suf-
B fusorum symptomata ob huiusmodi humores incidunt. Quæ igitur horum erit cura? vt videlicet affligentes in ventre humores quam celerrimè euacuemus. Euacuantur autem ad vomitum procliues, facilè ab aquę potu: ęgrè vomentibus verò difficilius, adeo vt etiam digitorum siue pinnularum immissione venter ad vomitum irritatus, quibusdam nihil amplius effuderit. His igitur conabimur quàm primum cibum boni succi ac stomacho commodum exhibere, si res ita ferat à balneo: si non, ante balneum tantum cibi offeremus, vt ne lædantur inde postea lauantes.† A cœna autem modicum absinthium in potu dabimus: atque ita et postridie faciemus: eo quę modo in posterum diætam ipsis constituemus, donec valde bene concoquentes ipsos videamus: atque tum sanè panis pauxillum eis præbebimus circa tertiam aut quartam horam, aut paulò prius, vel etiam serius, vt satis amplum spatium ad consuetam balnei horam intersit. Quicunq; vero panem citra obsonium edere non possunt, ijs oliuas, aut palmulas, aut vuas, aut tale quiddam addemus, per experientiam cognoscendo quid ex eis præstet, cum aliud alio melius sit iuxta naturæ proprietatem.

† *Aetius habet, A cœna parum bibat, postridie* [illegible] *et eadem diæta vtantur.*

Cæterum ad vitiosorum in ventre humorum redundantiam tum facultatis concoctoriæ debilitas, tum oris vẽtris infirmitas, plurimùm conferunt. Quemadmodum etiam sensuum mollities, &
l.1.f4.c.13. ad hæc ″ caput ad eiusmodi humorum vapores suscipiendos aptum, quemadmodum & in qui-
l77.a C busdam oculi. Ego quidem igitur sæpe & in multis expertus sum hãc quam narraui curandi viã, ad capitis ex stomacho dolorem commodam. Archigenes verò cùm simpliciter ad omnem capitis dolorem citra febrem, cibi parcitatem auxiliarem scribat, palàm facit se nihil de eo qui ex bilioso humore oboritur scire. Quod sanè etiam amplius quis crediderit, qui postremam eius dictionẽ
« legerit, quæ hoc modo habet. ℭ *Archigenes.* In his verò qui ex stomacho caput dolent, flatuo-
« se q; distendũtur, acetum in quo papaueris capita incocta sint affundito, aut spongias eo imbutas
« imponito: deinde polentam cum menta & aceto frõti pro cataplasmate imponito. Aut pulegiũ
« cum ijsdem. Aut solani succum cum rosaceo illinito. Stomachum equidem os ventris appellat, cùm & medici hanc partem ita appellare sint adsueti, qui etiam stomachica animi deliquia appellant: et quosdam stomachicos esse dicunt, à quopiam videlicet in eo loco oborto affectu ita appellantes, velut etiam hepaticos ab hepate, & colicos à colo, & nephriticos à renibus, & splenicos à splene affectos. Vnam autem ex stomacho affectionem dolorosam scripsit quę caput occupet, eorum quos ipse flatuosè distentos vocauit, quam ex vini largi potu magis oboriri scio. Qui enim propter humores acres caput dolent, mordacem dolorem, non distendentem, percipiunt. Fames igitur in distensionibus commoda est, at non iis qui mordaces humores in ore ventris habent.
D Cùm itaque hic mordax humor fuerit amarus, pallida & flaua bilis appellatur, quæ ob naturalem leuitatem ad ventris os sursum fertur: Cum vero pituitosus, aut acidus, aut salsus fuerit, magis in totius ventris spatio continetur, quam q̃ in ore ipsius firmetur. Optimum autem fuerit (quàtum sanè nunc in his dicere licet) in fundo ventris ipsum contineri, facile enim relicto ventre in intestinum delabitur: Pessima autem fit affectio vbi vitiosi humores in ventris tunicas insoluibiliter fue-
l.5.fu.1.t.1. rint imbibiti: Quorum ″ optimum remedium est ex aloe pharmacum, quod aliqui picrã hoc est
l.531.e amarum, aliqui hieram id est sacrum, ex aloe appellant: in q; eius compositionem aloes drachmas centum conijciunt, & sex vniuscuiusque reliquorum, quæ etiam sex numero existunt, cinnamomum, spica nardi, xylobalsamum, mastiche chia, asarum, crocus. Præstantius autem fit pharmacum vbi minus de aloe additur. Visa nanque mihi est, nimia eius copia centum drachmæ esse, ad proportionem reliquorum quibus hæ adduntur, quapropter etiam per xc drachmas ipsum composui, & per lxxx: Quin et per pauciorem aliquando crocum, propterea quòd quidam ex eius vsu capite lædantur, quod ipsum sæpe ex solo croci odore perpetimur. Quare optimam eius esse compositionem iudicans, quæ ex aloes drachmis xc, & croci drachmis v, constat, hac ego vtor. His verò qui neq; croci odorem citra molestiã ferunt, sed statim capite replentur, ex quatuor croci drachmis pharmacum compono. Cogor autem assiduè hoc pharmacũ pręparare, propterea quòd non
solùm

solùm his de quibus iam dixi, sed & suffusorum speciē patientibus, aut etiam alia symptomata ex E stomachi affectione habentibus, id ipsum exhibeam, & præterea iis qui aluo adstricta laborant, & mulieribus quæ non probè purgantur. In quibus maiorem efficaciā habet, vbi aloes drachmæ lxxx, & croci vi, fuerint commistæ. Præstat autem & carpesium pro asaro conijcere, quanquā etiā vtrisq; coniectis aliquando composuerim. Datur ad summum ex pharmaco hoc drachma vna, cū aquæ calidæ cyathis non pluribus q̄ tribus: minimum verò dimidium eius præbetur. Datur & intra hos modos, quātitate iuxta ætatem, corporis magnitudinem, consuetudinem q; permutata.

Quæ Archigenes consequenter ad Primam dictionem scripsit, In quibus est etiam Galeni censura.

De ijs quidem igitur qui caput ex stomacho dolent hæc suffecerint. Transeundum itaq; iam ad ea quæ Archigenes post primam dictionē deinceps scripsit. Faciam autem iuxta singula ipsorum consimilem expensionem, qualem circa primam feci, cōnectendo ad ipsa propter rerum consequentiam etiam vltimam ipsius dictionem. Sed nunc à secunda initium faciā. ℭ Irrigationes » autem, si quidem à frigore aut hyeme patiantur, cōueniunt, oleum tepidum, & illitio narium, suc- » cus è baccis lauri expressus, aut oleum laurinum, aut vnguentum Syriacum, aut cicinum, aut styra » cinum, aut gleucinum, aut tale aliquod aliud calfactorium. Vt igitur à postremo exordiar, opinor » ipsum resinam, quæ sua sponte emanat, dicere, quæ plurima in Lacedæmone prouenit: & Capne F læon, hoc est oleum fumosum Ciliciæ: & Amaricinum ac Styracinum in Cyzico, & quod in Perga apparatur Irinum. His verò vnguentis nares oblinere operæpretiū ducit, quò per odorē ipsorum caput calefiat: quod ipsum inde euenire manifestè apparet adeo, vt & idiotæ vulgò his vtantur, & maximè eis quæ facilè parari possunt. Parabilia autem sunt alijs alia, quæ videlicet apud singulos redundant. Et apud nos sanè in Asia agrestibus & ruri degentibus hominibus cedrino appellato vti mos est: & si quando eius inopia sit, pissełæo, quo nomine id appellant quod ex oleo & liquida pice constat. Admiscent autem tum huic, tum cedrino, oleum aliqui plus, aliqui minus, in quantum virium ipsorum vehementiam exoluere velint. Vtuntur autem omnibus quæ dixi & circa caput, & præsertim circa sinciput, veluti dixi. Illinunt & frontem ex eis, & aurium meatus: quidam etiam vestigia pedum, ac sedem. Cæterùm cùm Archigenes succū è baccis lauri expressum dicit, quod simpliciter laurinum dicitur, ipsum nominare putandum est: velut id quod oleum admistum habet, laurinum oleum appellatur. Syriacum verò vnguentum, eum dicere Comagenum existimo, quandoquidem id ipsum nobis ex Syria apportatur. Æstate verò, aut vbi aliàs » æstuosè distenduntur, per acetum & oleum, aut aquam & rosaceum. Amplius verò & per poly- » goni succum, aut portulacæ, aut solani, aut aliquo alio ex refrigerantibus irrigato, spongias q; po- G » sca imbutas capiti imponito. In hoc sanè sermone videbitur fortè quibusdam negligentius legē- » tibus, vnam simplicem affectionem Archigenes curare: verùm non ita habet. Ex eo enim quòd æstuosè dicit, calidam affectionem indicat: ex eo verò quod addit, "distenduntur, affectionem quæ A.l.3 f.1.t.2.c hoc modo à flatu ventoso affligitur ostendit: vt non solùm secūdum intemperiem mutata sit, sed 5.fol.190.c etiam vaporosi flatus redundantia adsit. In principio itaq; in eiusmodi vtrisq; affectionibus, refrigerantium auxiliorum facultas apta est, quæ intemperiem calidam refrigeret, & ventosi flatus allationem repellat & retundat. Atq; mea quidem opinione præstiterit diligentiorem rei inquisitionem facere. Aliquando etenim ex corpore ventosus flatus affertur, quemadmodum in doloribus capitis ex stomacho relatum est: aliquando verò in ipso capite generatur. Venter nanque interdū ægrè solubili modo inflatur: interdum verò etiam post ipsum sita intestina, quandoq; quidem ieiunum, aut tenue intestinum, quandoq; etiam colum. Nihil igitur mirum est, neque impossibile, eandem affectionem in quibusdam iuxta caput partibus obortam, vētosum flatum generare: Cuius generationis in locis circa ventrem causam inuenimus, tanti caloris inopiam, vt ex cibis ac potibus vaporosum & ventosum flatum generet: propter infirmitatem verò comprehensiuæ facultatis, interna ita affectarum partium capacitas inflētur & expleatur, vt propter expletionem qui- H dem distendatur, propter tensionem verò dolore afficiatur. Inuentum equidem & hoc nobis in commentarijs est, in quibus communes & generales dolorum causas considerabamus, quòd ob dissolutionem continuitatis similarium partium, dolor oboriatur. Dissoluunt autem ipsam erodentia, dissecantia, distendentia, & vehemēter calfacientia ac refrigerantia. Quapropter in doloribus circa caput, ægros interrogare consueui, qualis'nam eorum qualitas sit. Quidam enim velut erodantur corpora, doloris sensum perceptant: quidam verò velut distendantur, aut grauent, aut tundantur, aut solius vehementer inualescentis caliditatis aut frigiditatis. Si quidē enim velut erodantur, aut pungantur, senserint, vel humorum vel eiusmodi flatus acredo causa putanda est: si verò citra morsum distendantur, repletionem distensarum partium, vel per ventosum flatum, vel per multi humoris influxum, causam putabimus: In quo genere & inflammatio & erysipelas existit: inflammatio quidem, vbi inflammata corporis pars multum sanguinem in se cōtinuerit: erysipelas verò, vbi biliosum continuerit humorem: quòd si ex vtrisque redundantibus pars aliqua expleatur, aut inflāmatio erysipelacea, aut erysipelas inflammatū, oborietur. Et ne existimet quis longum nos sermonem de vna particula iuxta vnum symptoma affecta facere: communis enim omnium dolore affectarum ratio est: & si quis diligenter in articulos digesserit, promptior ac

expeditior

A expeditior ad auxiliorum inuentionem in omni affecta parte fuerit. Quod enim artis coniecturale est, id maximè in affectionum cognitione consistit. Quæ vbi inuentæ fuerint, curationem nõ coniecturaliter, sed scientificè indicant, cum hoc quod & cognoscere datur, quam ægre aliquæ affectiones medelis cedant: in quibus rationabiliter iuxta indicationem remedijs vtimur, etiam si nihil efficere in principio appareant. Atq; hoc est quod in aphorismo dictum est, in quo ait, Oia secundum rationem facienti, si iuxta rationem non succedat, ad alia transeundum non est, manente eo quod visum est à principio. Aliquando enim adeo vehementer in angustijs meatuum flatus vaporosus infarcitur, atq; eo adhuc magis viscosus aut crassus humor, vt multo tempore opus sit ad curationem. Etenim quæ sic infarta sunt attenuare oportet, meatus'que dilatare per quos excernantur, habita simul prouidentia ne quid aliud, puta humor, aut eiusmodi flatus, amplius influat: & ad hæc corroborandum est affectum membrum, vt neq; ipsum ventosum flatum gignat. Qui igitur primi ad eiusmodi affectiones pharmaca composuerunt, meritò varia materia opus habuerunt. Siquidem influentem substantiam, siue humor, siue vapor fuerit, repellere necessarium existit: impactam verò concoquere & attenuare, eandemq; ipsam discutere: atque nihilo minus, immo magis, circa affectam partem firmitatem inducere, ne videlicet quod influit suscipiat, attenua-
B tum verò excernat, impactumq; concoquat & attenuet. Verum in mistura pharmacorum hac facultate præditorum, alius alio fœliciore coniectura vsus: alius minus, alius magis, commodam fecit compositionem. Quapropter velut nostis (ad vos enim sodales loquar quibus maximè hæc scribuntur) duo omnino vidistis mihi præparata pharmaca eundem effectum promittentia, quandoq; etiam tria & quatuor, & ex horum mistura in ægrè curabilibus affectionibus a me sępe quod oportuit factũ esse. Considero nanque in quo'nam eorum copia, simplex pharmacum calfaciens superet, aut frigefaciens, velut etiã reliccans, aut humectans, aut tenuium partium, aut crassarum: Deinde contemplans quid effecerit quod ægro iam fuit admotum, secundum vsum aut per aliud quoddam, aut per hoc ipsum facio: sæpe quidem ad aliud quod idem promittit transeo: aliquando verò vtraque committo, ac medium quiddam ex eis conficio. Talia autem omnia abunde a me non vniuersim tantum, sed & particulatim, in medendi methodo relata sunt: nosse'que oportet, quod & iam ante dixi, hanc tractationem illam sequi: & cogor tamen etiam nunc rursus meminisse, quò magis ea quæ istic tradidi assequamini. In prædicta itaque affectione, calore doloroso prædominante vnà cum flatu ventoso, in principio quidem repulsoria curatione vtendum est, quæ ex refrigerantium facultate constat: quod vbi moderatè factum est, ex mitigatorijs ac conco-
C ctorijs medicamentis quippiam admiscere ad repulsoria oportet. Deinde etiam discussoria addenda, ita vt paulatim repulsoria pharmaca detrahamus, donec ad contrariã misturam perueniat pharmacum ei, quam à principio habuit, hoc est vt plurimum quidem discussorium sit & attenuatorium, minus verò concoctorium et mitigatorium, minimum autem repulsorium. Portulacã quidem igitur refrigerantis & aquosæ substantiæ esse didicistis: minus ea Polygonum: in Solano aũt tantum admistum esse crassæ & terreę, quantum adstrictionis. Acetum verò repulsoriam simul et attenuatoriam, & discussoriam habet facultatem, tanquam quod temperamento, tenui frigiditate præpolleat, quemadmodum exactè serenus aquilonaris aer. Didicistis etiam Rosacei facultatẽ, quòd videlicet & repulsorium quiddam habeat: habet autem & concoctorium & mitigatorium, & ad hæc etiam discussorium. Meritò igitur Archigenes in prædicta affectione eiusmodi pharmacis vtitur, ipsum quidem per se solum acetum neq; alibi exhibens, neq; hic, ob facultatis ipsius vehementiam: admiscet autem ei vel rosaceum vel aquam. † Transeamus autem iam ad sequentem Archigenis dictionem. Si verò augescat affectio, perfecta cibi abstinentia congrua est. Deinde venæ sectio è cubito, & alui euacuatio per validum clysterem. De his auxilijs dictum à me prius est, quando Apollonii dicta considerabam. Vbi sanè in biliosis causis fami renunciaui, ve-
D lui etiam venæ sectionem in pueris & senibus ac viribus debilitatis fieri prohibui: laudaui autem euacuationem per clysterem, non solùm propter euacuationem eorum quæ in intestinis continentur, sed etiam ob reuulsionem eorum quæ ad caput feruntur. Atque ob id probè in his quæ scripsit Archigenes non simpliciter dixit, Euacuatio alui per clysterem, sed addidit validum: multum enim in huiusmodi clysteri situm est, quantum ad reuulsionem attinet, vltra hoc quod non solùm ea quæ circa ventrem & mesaræum sunt euacuat, sed etiam quæ circa hepatis sima hærent. ℭ *Archigenes*. Irrigationes autem, ruta cum aceto & oleo trita. Memores affectionis ad quam auxilia scribere proposuit, sic iudicamus vnumquodque eorum quæ recensere cœpit. Affectionem itaque sic scripsit: Æstate verò, aut vbi aliàs æstuosè distenduntur. Deinceps verò refrigerantis facultatis auxilia subiecit. Et postea inquit: Si verò augescat affectio, perfecta cibi abstinentia, & venæ sectio, & clyster validus adhibeatur. Et post hæc propositam conscripsit dictionem, in qua cum aceto & oleo tritam rutam adhibere iussit, non apponens an viridem an aridam velit: est enim non parua differentia, cùm arida multo acrior & calidior, quàm viridis existat. Mihi sanè viridem consulere videtur, neque enim aceruatim subito'ue à refrigerantibus ad contraria transgressus est. Acetum verò ad hoc quod refrigerat & repellit, discussorium quid habere antea dictum est. Mitigatoriæ autem & laxatoriæ facultatis existens oleum meritò

2. Aph. 52. Ex ordi...

6.1.f.4.c.17. f 77.c

† In codice antiquissimo græco habentur ista, quæ tamen in aliis non inueniuntur. De cephalalgia per sympathiam facta. Si vero per sympathiam stomachi fiat, qui in concoctionem sit, vel materiam in se ipso aliquam aut biliosam aut pituitosam contineat, vel non recte concoquat, considerandum rursus, an per calidam intemperiem vel frigidam. si quidem per frigidam, necesse est per roborantia ac calefacientia prouidentiam facere: si vero per calidam, per refrigerantia & contemperantia.

meritò ipsis admiscuit. *Alia.* Succus è lauri baccis expressus cum aceto & ruta. Hæc priore longè efficacior existit: ad succum nanq; è lauri baccis expressum fortiter calfacientem, rutã admiscuit cum aceto, relicto oleo. *Alia.* Succus radicũ iridis cum aceto. Hoc remedium nihil calfactorium habet, melius itaq; fuerat ipsum primũ in trãsitu ad præclariora auxilia positum esse. *Alia.* Salicis folia trita cum aqua. Hoc præscripto ex iride imbecillius est, atq; iis quæ oium primũ scripta sunt simile, vt intempestiuè nunc ab eo sit relatum. *Alia.* Serpyllum cum aceto et oleo tritum. De aceto & oleo prius dictum est: adiecit autem nunc eis serpyllum acris qualitatis pharmacum, & ob id etiam calfactoriæ facultatis. Negligenter verò etiam hic reliquit, an viride aut aridum velit: præstiterit autem fortassis viride intelligere. *Alia.* Polygonum cum ruta oleo & aceto dilutũ. Polygoni succo primo sermone vt refrigerante vsus est, nam & re uera talis existit. Quare etiam ad inueteratos dolores iuxta primum transitum rationabiliter quis eo vtetur, ruta admista. Animaduersione autem dignum est in singulis contrariæ facultatis pharmacorum misturis, vt in principio parum ex præstantiore admisceamus: iuxta secundum verò et tertium vsum, copiã augeamus. *Alia.* Amygdalæ amaræ delibratæ tritæ cum aceto & oleo irrigationis modo adhibitæ, aut cerati crassitudine in linteolo fronti impositæ. Et hoc ad primum transitum pertinet: didicimus enim discussoriam citra mordacitatem facultatem amygdalas amaras habere. *Alia.* Ruta syluestris cum oleo & aceto eodem modo. Inordinatè rursus hoc, valde forte pharmacum interposuit, in doloribus multum inueteratis meritò adhibendum. *Alia.* Populi albæ fructus cum aceto tritus. Discussoriæ facultatis est albę populi fructus. In quibusdam aũt exemplaribus non cum aceto, sed cum posca, scriptum reperitur. *Alia.* Ocymi semen cum aqua. Ocymi semen calfactoriæ & attenuatorię est facultatis, non tñ vehementer: cũ aqua aũt sola in inueterata affectione minimè rationabiliter quis eo vtatur, melius enim erat oleum & acetum, velut in aliјs dixit, etiam huic admiscere. *Alia.* Facit & balsamum, peucedanum, castorium, simul & singulatim vnumquodq;, cum oleo & aceto. Hoc pharmacum rursus vehemens est, maximè cùm ipsum peucedanum solum adhibeatur citra castorij admistionem. Quid verò balsamum nunc vocet, non habeo dicere: num videlicet plantæ fructum, aut succum quem opobalsamum vocant, aut ramulos ipsius xylobalsamum appellatos. Melius tñ mihi videt opobalsamum accipere, quod tenuium partium & discussoriæ substantię existit, non tñ manifestè calẽtis. *Alia.* Lauri folia, & populi albæ, & viticis, cum oleo & aceto. Et hoc pharmacum ex simplicibus facultatibus differentibus composuit: lauri enim folia calidissima, viticis verò moderatè refrigerantia sunt, in medio vtrorunq; populi folia existunt. *Alia.* Panacem cum oleo illinito. Nihil hîc refrigerantium admistum est: & ob id valde inueteratis affectionibus & nihil amplius caliditatis habentibus vtile existit. Quapropter meritò quis ipsum reprehenderit, citra distinctionem pharmaca auxiliaria conscribentem. Panacem verò negligenter nunc ipsum dicere puto, panacis radicem: neq; n. opopanaca putandum est ab ipso panacem dictum esse: differt aũt à radice hic non paruo caliditatis excessu. *Alia.* Viticem aut mentam, amygdalas amaras, iridem, ęquali mensura cum aceto & rosaceo mista adhibeto. Aliorum vires supra relatę sunt: mentæ autem nunc primum mentionem fecit, pharmaci calfactoriæ facultatis. *Alia.* Aut ~~moro~~rum succo cum aceto admisto rigato. Hoc pharmacum euidenter apparet refrigerantium medicamentorum generis ab ipso conscriptorum esse, quæ incipiente affectione conueniunt, minimè q; rectè nunc ad pharmaca auctis affectionibus commoda admiscentur. *Alia.* Inueterata autem affectione pilis denudato, illitionibus q; & rigationibus prædictis, crassius tamen apparatis vtitor. *Alia.* Resinam cum melle tẽporibus & fronti illine. Aut muscerdas cum aceto & rosaceo. Tertium hoc tempus est & opportunitas in capitis remedijs adhibendis. Primum nanq; erat incipiente affectione. Secundum vero, vt ipse scripsit, augescente. Tertium autem hîc, cùm ait inueterata, quod ipsum vehemẽtioribus auxilijs opus habet, quorum aliqua non rectè prioribus admiscuit.

De Iis, qui ob Biliosum humorem Caput dolent.

Signa in his similia sunt eis quæ ex ardore oboriuntur, accedit his maior morsus, & faciei pallor, & aliquando oris amaritudo. Ætati aũt vigoris, & temperaturis calidioribus, & vitæ curiosæ, & iis qui flauam bilem congregant, hæc affectio præcipuè contingere solet. Itaq; balnea temperata, & vnctiones, & potus dilutus, eis exhibenda sunt, omnis q; victus ratio liquidior & boni succi constituenda. Euacuandus item biliosus humor per absinthij cremorem, aut per aloen, & per ipsam picram" antidotum per se datam aut modica addita scamonia, vel per catapotia ex aloe confecta. Illinenda frons pastillo croceo, aut Trigono appellato, aut aliquo alio his consimili. A.l.3. f.1.t.1 11.fol.192.c

De Dolore Capitis per Consensum.

Si quidẽ vniuerso corpori caput per consensum coafficitur, illi cùm aduersus intemperiem, tũ aduersus exuperantem materiam, instandum. Et si quidem humorum multitudo, & maximè circa venas fuerit, venã secabimus. Si verò qualitas magis inualuerit, purgatiuo pharmaco vtemur.

Si verò vni alicui parti condoleat, velut hepati, aut vẽtri, aut stomacho, his ipsis auxiliabimur: calida quidẽ in ipsis subsistẽte intemperatura, panẽ ex vino diluto exhibendo, & sorbitiones ex alica: Et foris irrigationes moderatè refrigerantes, & firmitatem addentes, velut antea dictum est.

Si verò propter viscosos & crassos in stomacho contentos humores caput doleant, etiam hos exturbabimus,

A exturbabimus, acetum mulsum in potu præbendo, oxymeli dicunt, tum simplex, tum Iulianum appellatum. Ex hyssopo ẽt ac origano potionibus, & quę his adhuc fortiores sunt, magis incidendi vi præditę, vtemur, & vomitu à raphanis, irrigationibus q; ac catapiasmatis calidioribus.

De Capitis in Febribus Dolore.

In doloribus capitis qui in principio cum febribus irruũt, vena secanda est post primam aut secundã remissionẽ, nisi quid impediat, & presertim in corporibus bonę habitudinis, & multo sanguine redundantibus. Animaduertendum autem num ob vapores à ventre sublatos, aut ob alui suppressionẽ, capitis dolor contingat. Quòd si serius post septimum tandẽ irruat diẽ, aluo per clysterem qui aliquid operęprecij faciat, preeuacuata, cucurbitę ad occiput siue ceruicẽ affigantur, caput q; rigationibus ex oleo mitiget, rosaceo quidẽ in calidioribus ac hora ęstiua, & cũ exiguo aceto: chamęmelino verò in frigidioribus habitudinibus ac hyeme, quinta aceti parte adiecta. Illinẽda frons ex cyphi in frigidioribus, ex crocomagmate in calidioribus. Cęterũ ad capitis dolores ob febris magnitudinem obortos, medelę prescriptę sunt in febrium tractatu. Porro vitare oportet hęc, non solum in dolore capitis per consensum stomachi oborto, sed omnibus ẽt alijs circa caput obortis affectionibus: sunt aũt ea quę sequunť: Viticis semen, absinthij succus, lac in potu, glandes quercinæ in cibo, oliuę nigrę, arbuti fructus memecylon Gręcis appellatus, eruũ quod ipsum ẽt articulos dissoluit. Amplius aũt offendunt myrrha, thus, hederę cacumina. Mentem ẽt perturbant lentisci fructus, crocus, peucedanum, cyclaminus sicca cũ vino potata. Styrax paucus quidẽ potatus tristitiam vultus discutit, multus verò somnos multùm turbulentos inducit.

B

De Cephalæa Capitis dolore antiquo. CAP. 2.

Cephalæa inueteratus & ægrè cedens capitis dolor appellať, qui ex facili occasione, maximas exacerbationes habet, adeo vt neq; strepitus, neq; vocem vehementiorẽ, neq; lumen splendidum, neq; vini potum, neq; odoramenta caput replentia, tolerare possint, neq; item motum, sed in quiete & tenebris ob dolorum magnitudinẽ decũbere velint: tanq; à malleo enim pertundi sibi videnť. Quidam enim velut contundanť, aut distendantur ea quæ circa caput sunt, sentiunt: nõ paucis verò vsq; ad oculorum radices dolor progrediť. Habet autem hęc affectio aliqñ quidem continuos dolores: aliqñ verò exacerbationes, & interualla siue ordinata, siue inordinata. Intermittunt enim qñq; eiusmodi exacerbationes, velut in comitiali morbo apprehensis, intercedit q; tẽpus aliquod quod omnino accusari non potest. Manifestum igitur est hanc affectionẽ cõsimilem aptitudinẽ capitis vt facilè lædať, velut in cephalalgicis id est capitis dolore vexatis, habere: verùm ad maiorem debilitatem deueniunt in hac affectæ capitis partes. Et quidam ex eis cerebri inuolucra dolitant, quidam verò membranam tantum caluariam ambientem. Dolores igitur cum grauitate, humorum multitudinem significant: cũ mordacitate verò, aut humorum, aut vaporũ acredinẽ: cum pulsu aũt, inflammationem: cum tensione verò, si quidem citra grauitatem & pulsum fiat, flatus tenuis & ventosi multitudinem demonstrant: cum pulsu verò, membranosi corporis inflammationem. Si verò cum grauitate distentio fiat, humorum multitudinem intra mẽbranulas contentam, & dolores quidem in superficie hærentes, membranæ os caluæ ambientis affectionem significant: qui verò in profundo sunt, cerebri inuolucrorum: quibuscunq; enim affectio intra caluariam est, his vsq; ad oculorum radices dolores procedunt, propterea φ oculorum tunicæ ex cerebri inuolucris habeãt ortum. Si verò humor putrefactus calidior fiat, cum febri caput dolitant. Febricitant autem omnino & qui ex inflammatione dolent. Si quidem igitur humorũ aut vaporũ multitudinẽ repereris causam, si quidem propter totius corporis repletionem facta est, vniuerso corpore euacuato capitis dolorem sanabis. Si verò velut debile existens caput ad se sublatos humores ac vapores susceptet, materiam reuellere oportet in totum corpus, atq; ita particulæ mederi. Per clysteres itaq; reuulsio fit, & ligaturis extremitatum, & pluribus infernarũ partium confrictionibus: interdum etiam sanguinis ex cubito detractione: quòd si amplius sanguis redundare videatur, etiam ex naribus aperta vena, & quãtum sufficere videtur sanguine euacuato. Deinde hieram dabimus exacutam. Et postea apophlegmatismis pituitam detrahentibus, & medicamentis quæ naribus induntur vtendum est, qualia sunt quæ ex elaterio & cyclamino cum lacte & porro apparantur. Caput autem curabis, qñ quidem reuulsorijs vti oportet, per repulsorias irrigationes. Cæterùm post totius corporis euacuationem, iam caput euacuãtibus vteris, deinde iis quæ firmitatẽ addere possunt admotis. Repellit igitur oleum omphacinum, & rosaceum, per se & cũ aceto, & quod ex papaueris capitibus, & oleæ teneris germinibus, & hederæ cacuminibus, ac menta viridi apparatur. Afferantur autem remedia tepida quidem, vbi frigidior & crudior fuerit humorum multitudo, frigida verò vbi calidior & biliosior extiterit. Discutit autem oleum dulcissimum calidum, & magis inueteratum, item q; sicyonium. Si verò crassior sit humorum multitudo, spondylium, aut serpillum, aut pulegij comã, aut calaminthen, aut mentam oleo incoquendo, multitudinem euacuabis. Eadem hæc etiam firmitatem parti addunt, quapropter vsq; ad perfectam curationem eis vti conuenit. Omnium porrò lõgè maximè discutit, & perfectè corroborat verbenaca recta maximè viridis: immo & arida cum radicibus, & simul cum serpillo, oleo incocta. Conÿcienda etiam ad ea crocodiliadis maximæ iuxta aquas nascentis radix.

C

l. 1. f. 1. t. 2. fol. 190. g

D

Quin & ipsam per se verbenacā si oleo incoxeris,caput q́3 inde rigaueris,omni capitis dolori anti E
quo ex frigiditate,aut ex crassis humoribus,oborto medeberis. Maximè etiam prosunt sub aquario vase nascentes aselli, Millepedæ appellati,si oleo incoquantur.

Archigenes de Apophlegmatismis.

℄ Post hæc verò Apophlegmatismi,quibus pituita à capite detrahit,ex sinapi, aut hyssopo cū passo cocto: Aut ex staphide syluestri i. pedicularia herba cū pipere & melle trita: Aut ex oleo ad misto melle: Aut ex staphide syluestri per se, vel cum melle trita. Pharmacorum quippe quæ pituitam à capite euacuant,& medicis pro more Apophlegmatismi appellantur, materiam postea referam: Nunc autem tm̄ ostendere cōmodum fuerit,ꝙ hocce auxiliū pituitæ infestantis est medela,quemadmodum sanè & ipsum nomen eius apud Græcos ostendit. Archigenes autem calidā & flatuosam affectionem se curaturum pollicitus est,non frigidam & pituitosam. Iuuantur autem plurimùm lauri,aut rutæ,aut panacis,aut papaueris capitum,aut baccarum lauri,decocto perfusi. Fortibus calefacientibus pharmacis,non scio quomodo papaueris capita non instrenuè refrigerantia annumerauerit,cùm in sermonis contexu singulis dictis aliquem per se vti posse ostēderit,& fortasse etiam aliqn̄ simul mistis: Non tn̄ manifestum fecerit, num quippiam ex papaueris capitibus ipsis adijciendum sit,quò videlicet aliorum pharmacorum vehementia minuatur & F
mitigetur: an & solis aliqn̄ vtendum sit, quod sanè incipiente & augescente affectione tempestiuius fieret: inueterata enim affectione non solum non prosunt,sed etiam nocentiora capita papaueris existunt. Commodum est & ex salibus fomentum. Omnem rōnem Archigenes hìc confudit,cùm fomenti mentionem faciat per pharmacum resiccans quidē nōn strenuè, verùm & calfactorium quiddam in se habens. Meminisse enim eum oportebat, ꝙ cū calidam affectionem curare assumpsisset,aut semper ab illa ipsa indicationem seruaret, aut de transmutatione in diuersam speciem quippiam diceret,iuxta quā temporis progressu calore sedato,obduratio, aut intēsio, aut tale quiddam accessisset,quod contraria curatione indigeat,& non ea quæ in principio fuit determinata. Post perfusiones verò aut fomenta iuuantur,si lini semē rosaceo infartum adhibeas, & lanas sordidas ex aceto rosaceo calidas circūponas ac obliges. Hoc mitigatiuum est auxilium, cū vehementer infestat dolor,vnà cum hoc ꝙ & subiectæ commodet affectioni. Quare vbi ad intensum capitis dolorem remedia scripsit,istic præstiterat ēt de hoc fomento mentionem facere. Verū pro præsenti temporis opportunitate,de qua nunc sermo instat, si quis fomētis aut cataplasmatis vti velit,fomenta ex milio meliora fuerint. Quemadmodum enim || Hippocrates ait, Leue & lene milium existit. Sales verò ob grauitatem molesti sunt,præsertim capiti admoti. G

* non particulam, Græci veteres quidā codices non habent.

de Rat. vict. cō. 2. t. 6. 7[a]. 117. a

De Cataplasmatis in Capitis dolore, Archigenis.

℄ Cataplasmatis verò vtere hordeacea cruda farina quę iridem contusam habeat admistā. Aut rutæ semine eodem modo. Aut fœniculi radice similiter. Aut cruda hordeacea farina cum aceto mulso apparata. Aut polenta & pulegio mistis. Et hæc cataplasmata ad secundam tēporis opportunitatem pertinent,quā suprà augescente capitis dolore constituit: nam & hunc mitigant,& affectionem iuuāt. Aut Nilei pharmacum,castorij & iridis decima parte admista, cum aceto & rosaceo imponito. Nilei quidem igitur pharmacum quod ad emplastri formam paratum est,iam olim nobile, & laudatum pharmacum est, & ob id omnibus notum: promittit autem reliquiarū inflammationū in præcordijs inueteratarum curationem: verū eorum quæ ei admiscentur, castorij videlicet & iridis, Archigenes obscurè mistionē conscripsit: incertum enim num alterius ipsorum decimam Niliacei malagmatis partē esse velit, an vtriusq;. Verùm mihi præstabilius videtur vtriusq́3 decimam partem admiscere. Oportet aūt castorium atq; iridem probè trita esse, & Nilei pharmaco diligenter emollito paulatim hæc admisceri,manibus partim rosaceo, partim aceto madefactis. Aut nuces amaras decorticatas, & rutam, ac parum ex iride,cum aceto & rosaceo committito,& malagmatis forma imponito. Cū eiusmodi multa pharmaca circa secundum proposi- H
tæ affectionis tempus Archigenes conscripserit,facultatis ipsorum expositionem illis feci. Aut viticis seminis,persææ viridis foliorum, & myrrhæ,æquales partes cum vnguento Ægyptio fronti cataplasmatis modo imponito. In sola Alexādria persææ arborem vidi, & in nulla alia Romanis subdita gente. Quidam Persion ipsam appellant, aiunt q́3 in Persis lethalem eius arboris fructū esse,cū qui in Ægyptiorum regione,innocuus existat. At verò Ægyptium vnguentum, non solū sic,sed & Mendesium nominatur. Quidam ēt Megaleum vocari aiunt, vtroq; cognomine à Megalo,qui ipsum cōposuit accepto: & ab illius quidem proprio nomine in denominatiuorum forma Megaleū,à patria verò ipsius Mendesium, appellari. Est aūt laxatoriū,& sedat dolores. Aut sulfur,castoriū,baccas lauri, æquis portionibus cū cerato rosaceo infarta, tēporibus & fronti imponito. Hoc pharmacum multum calfacit, & frigidas affectiones relaxare potest. Aut castorium & peucedanum pari mensura. Consimilis est & huius pharmaci facultas cum præscripta.

Quòd si affectio perseueret,venæ sectione à naso aut frōte,aut cucurbitis ad occiput affixis,vtitor. Sanguinis à locis affectis detractiones in affectionibus inueteratis conuenire oēs ferè medici confitentur. Verùm cucurbitæ ad occiput affixæ,ex reuulsorijs auxilijs sunt, cùm humores ad oculos,aut ad anteriorem capitis partem ferri consuetos auertere conamur. Aut sternutatorio

quopiam

A quopiam concutito, fasciola q; collo circũposita spiritum cohibere iubeto. Vtilitatem ex hoc auxilio indicauit per verbi concutito adiectionẽ. Quod vero fasciolam collo circũdare iubet, ad vehementiorem affectionẽ pertinet. Aut per nares purgato. Hoc præfatus deinceps ea quæ per nares purgant recẽset, de quibus ego sermonẽ deinceps faciã, velut & de Apophlegmatismis, vbi pharmacorũ quæ capiti adhibent tractationẽ absoluero. At vero in vehementer inueteratis sinapi vt moris est, capiti adhibe & perure. In oĩbus plurimũ inueteratis affectiõibus, cũ nihil profecerint reliqua auxilia, curationẽ Metasyncriticã à methodicis appellatã oẽs ferè adhibere cõsueuerunt, prioribus medicis haud scio qua rõcinatione primum ad eius vsum progressis. Ego verò cũ intemperies quæpiam humida & frigida, aut per se ipsam in partibus affectis adest, aut propter eiusmodi humorum frigiditatẽ fuerit oborta, ex sinapi & thapsia ac similibus adhibeo pharmaca: calidis verò & siccis non adhibeo. Cæterũ hi qui affectiones cognoscere non possunt, ad eiusmodi pharmaca velut ad sacrã appellatã anchoram confugiunt, & ob id sæpe quod conuenit perimunt, quòd plerosq; hominũ eiusmodi affectiones propter malam & vitiatam diætam infestent.

Archigenes, de iis qui ex Ebrietate Caput dolent.

¶ In ijs qui ebrietate caput dolent, iridẽ siccã & viticis folia ex aceto & rosaceo adhibe. Aut apij B comas coctas in vino impone. Aut pulegium ex vino eodem modo. Aut Mendesium vnguentum per se, vel cum anserino adipe irrora. Aut myrrhã cum vino Mendesio impone. Aut rutæ folia, baccas lauri, viticem, populi albæ fructum æquali mensura trita, cum aceto & oleo tepefacta irrora. Cæterum Amethista quæ ab ebrietate præseruent, eiusmodi esse poterũt. Absinthium mane ieiunis bibendum prebe. Aut myrti florem & myrrham ac rutam trita ex aqua. De iis qui ex ebrietate caput dolent satis dictum à me est, cùm ea quæ Apollonius ad hanc rẽ tradidit expẽderem. At verò post hanc præscriptam Archigenis dictionem alia sequitur de iis, qui caput ex stomacho dolent, de qua iam dictum est.

Eiusdem Archigenis Amuleta quæ Capiti coronæ modo circumposita & alligata, Dolorem eius arcent.

Quandoquidem verò & Amuleta ad dolorem capitis Archigenes scripsit, quæ quidem nullã medicam rõnem habent, ea his qui talia per experientiã cognouerũt, & secundũ mirabilẽ quandã contrarietatẽ homini incognitam efficacia esse dicunt, relinquam: Quæ vero ab eo iuxta medicã rõnẽ tradita sunt, selecta referam tñ, iuxta illius ipsius dictionem, quẽadmodũ hactenus de pharmacis facere consueui. ¶ Polygoni duos ramulos coronæ modo imponito. Quòd polygonũ C calidis & flatuosis capitis doloribus conueniat, ipse prius dixit. Nihil itaq; miri est, in talibus sæpe ipsum iuuisse: nam propter ardorem & ebrietatem dolores capitis assiduè contingunt. At verò q duos omnino ramulos esse oporteat, ab illis adiectum est qui polygoni vtilitatem ex incognita contrarietate, & nõ ex ipsius tẽperamẽto, procedere volunt. Aut cichorium quod Romani Intubum olus appellãt, ægri capiti imponito, & maxime si ex ardore doleat. Rectissimè apposuit si ex ardore: Ego verò etiam apponam, si ex ebrietate: sic enim & rosaceæ coronæ iuuant. Eas igitur volenti itidem licebit adscribere, numerum q; quẽcunq; tandẽ velit, addere, & ex totidẽ rosis nexam coronam capiti mederi asseuerare. Deinceps callitricho coronare caput operæpretium ducit, quod trichomanes, inquit, quidam appellãt. Ego verò eos qui de herbis scripserunt, adiantum magis appellare callitrichum scio q trichomanes. Deinde paulo post philanthropio herba coronari iubet, & palmulæ masculæ cortice summo. Et post hæc in hæc verba scribit: Aut aduersus Solem ægrum expositum, donec dolor quiescat finito. In Amuletorũ sermone & hoc ab eo relatũ est, quod quidem ex frigiditate dolens caput iuuare potest, si neq; humoribus omnibus æqualiter redundet homo, neq; ex cruditate laboret, aut aliquem vitiatum humorem in vẽtre, maximè circa cauitatem eius habeat: verùm calidos capitis dolores, ex quorũ numero sunt & ex D ardore ac ebrietate oborti, non parum lædet. Cõsimilia his deinceps scribens ad chamæmelum peruenit: cuius experientiam habemus quòd capitis dolorem iuuet, si quis eo, velut ante dictum, queat vti. Appellat aũt Archigenes anthemidem hanc herbam, quemadmodum alii multi: & ait florem quidem ipsius tritũ olfactu prodesse, folia vero olfactu summè nocere. Liberat à capitis dolore verbenaca herba, quam aliqui hieram idest sacram vocant, tum coronæ modo circumposita, tum illita ex rosaceo & aceto. Hoc auxilium oportebat eum non nunc inter amuleta, sed prius inter medicamenta referre, si quidem re uera ei confidit, per longam experientiam cognito & probato. Aut testudinis palustris, quam quidem amyda hoc est lutariam, vocant, sanguinem linci piti instilla. Et hoc, si quidem verum est, inter pharmaca, & cum discrimine referri conueniebat. Nisi sane hoc vult q omnem capitis dolorem iuuet, id q; omni tẽporis occasione. Ita enim & nos contrarietatis testimonium ei præbebimus, non efficaciæ, quam ex temperamento habet. Absoluto igitur de amuletis sermone, deinceps hæc scribit. *Ἀλεξίφαρμα κα.

Archigenis de Fissuris & Contusionibus in Capite factis.

¶ De Vulneribus porrò in capite factis deinceps dicetur. Parua aũt fissura facta, aliqui myrrhã aceto tritam, aut aloen cum linamentis indunt: glutinatur q; ita, & absq; inflãmatione mirabiliter adseruat. Cæterum in cõtusionibus citra disparationẽ ac fissurã circa caput factis polẽta imposita

commoda eſt. Amplius verò & Oeſypum hoc eſt lanæ ſordes,atq; ipſæ adeo lanæ ſordibus ſudo- E
ris ſuccidæ eodem modo. Magis autē proprie ſimilaginem ex aqua pro cataplaſmate impones. Aut origanum cum polēta. Hæc vtilia iudicata eſſe quid attinet referre? verùm alterius nego cij atq; operis ſunt, quòd vt ob hmōi cauſam caput dolentibus apta eſſe iudicans ea adſcripſiſſe putandus ſit: ſed vt quæ obortas inflammationes curare, aut eaſdem prohibere, poſſint. Atqui in aliquibus exēplaribus hæc in totū non habentur, velut in alijs ēt plura his in huncce modum. In mediocribus capitis vulneribus, aut quæ oīno legitimo medico non habent opus, In quibus quidē nuditas per ſe nō adeſt, pilos rademus, fibulis'q; impoſitis conſtringemus, ac glutinantibus experimento cognitis vtemur. Egregiè glutinat vulneratā cerebri mēbranā, calaminthæ ſuccus infuſus, & farina milij arida inſperſa, deinde butyro, & roſaceo, ac adipe ſuillo veteri miſtis ac tepefactis infuſis. In quibus verò os denudatū eſt, diuiſa membrana caluariā ambiente, os ipſum ſcalpemus, & per ſuturæ adductionem, tanquā nō ſit denudatum curabimus. Si verò non permaneant ſuturæ, iuxta concarnationē, velut ēt aliorum vulnerū curam faciemus. Referetur aūt hmōi curationis ductus in ꝓprio loco. Cæterū in quibus vulneribus aut ꝓpter paruitatem, aut aliàs ſuturis vti non licet, linamentum conuulſum cum aceto & oleo imponito, aut cū myrti ſucco, aut lētiſci, aut rubi, aut conyzæ tenuia folia habentis: ad aliquem eorum exiguo admiſto melle, ita vt linamē F
tum ex his imbutum imponas. Et folijs alicuius ex prędictis pro cataplaſmate vtitor. Aut ſpongiam nouā aceto & oleo imbutam imponito. Aut lanam ſordidam eodem modo. At verò ad ipſum vulnus braſſicæ folia apponito, aut polētam aceto ſubactā per ſe imponito, aut cū braſſicæ folijs tritis. Hæc quidē Archigenes ſcripſit ad capitis dolorē, diſcriminibus ſimul quibuſdam additis, quemadmodum ēt Apollonius fecit. Aſclepiades verò varia quidem pharmaca ſcripſit, ſed eorum diſcrimina iuxta affectiones non ita multū appoſuit, ſed ſaltem in incipientibus & inueteratis: quanq; neq; hoc in multis fecerit, ſed in primo ſolum & poſtremis duobus. Poſtrema igitur credere quis poſſit inueteratis efficacia eſſe, vtpote ex fortibus ſimplicibus pharmacis compoſita. Primū verò ob id fortaſſis ſolū quis in vſum talē adſumpſerit, ꝙ papaueris ſuccū non paucum admiſtum habet: huiuſmodi autem didicimus, non propterea ꝙ affectionibus proſint, ſed ꝙ ſenſilē facultatē ſtupefaciant, dolores mitigare ſolere. Quare ēt ea omnia deinceps à me conſcribentur.

Quæ Aſclepiades ad Capitis Dolorem in Primo externorum ſcripſit.

† Noſtra qdē ſnīa, huiuſce medicamentu cōpoſitio hoc mō eſt ſcribenda, preſertim ſi recētibus capitis doloribus ſit cōductura. Nobis auctoritas cuiuſdā antiqui cod. aliqua in pte ſubſcribit. Boni medici cōſiderēt ac iudicēt. Rutæ foliorū ʒ ii, mētæ ʒ ii, peucedani ʒ ii, iridis ʒ ii, ſeminis ocymi ʒ ii: ſeminis papaueris nigri ʒ i, aliqui autē ii. poſcę heminas duas & c.

℃ *Ad recentes Capitis Dolores Irrigatio, qua Vſus est Nicomedes.* † Foliorum rutæ drach. ij, mentæ ʒ ij, peucedani ʒ iiij, iridis ʒ ij, ſeminis ocymi ʒ viij: ſeminis papaueris nigri ʒ iiij, alij ʒ viij: poſcæ heminas ij. Ad dimidium coquito, & expreſſum ſuccum cum roſaceo conquaſſato, & caput aſſiduè ex G
eo irrigato. *Aliud quo Vſus eſt Charicles.* Amygdalarum amararum depuratarum ʒ ij, floris viticis ʒ ij, radicis peucedani ʒ ij, mentæ viridis ſiue aridæ ʒ ij, ramulorum rutæ ʒ ij, baccarum lauri depuratarum ʒ ij, ſerpylli ʒ ij, ſpondilij ʒ ij, caſtorij ʒ ij, roſarum viridium aut ſiccarum ʒ iiii, aceti heminas duas, roſacei quod ſatis eſt. Apparato ac vtere vt dictum eſt.

Paſtillus ad Capitis Dolorem, quo Vſus eſt Antonius herbarius
qui multa artis experientia clarus fuit.

℃ Succi " peucedani ʒ vi, ſucci papaueris ʒ iiij, [a] † croci ʒ iiij, myrrhæ ʒ iiii, ſcāmoniæ ʒ iiii. Omnia A l. 5. ſu. 2. t fol. 544. e f
trita cum aceto in paſtillos redigito, eos'q; in vmbra reſiccato. Vſus autem tempore aceto dilutos fronti illinito, à tempore altero initio ſumpto & vſq; ad alterum tempus progrediendo: In febricitantibus ex aqua illinito. ℃ *Quo Alexander Vſus eſt, ſic habet.* Peucedani radicis aut ſucci ʒ [b] i, croci ʒ i. myrrhæ ʒ i, opii ʒ i. Aceto excipe ac redige in paſtillos: Vſu verò exigēte aceto diſſolutos locis ſenſum doloris perceptātibus illinito [c] †. ℃ *Aliud Antigoni, qui in caſtris exercitus inſignis medicus fuit.* Baccarum lauri ſiccarum purgatarum tritarum ʒ iiii, ſcammoniæ ʒ iiii, ſucci papaueris ʒ iiii, ſeminis apii ʒ viii, croci ʒ viii, myrrhæ ʒ iiii, omphacii ʒ iiii, ſerpylli ʒ viii, aceti quod ſatis eſt. Præpara ac vtere vt dictum eſt. H

Ad Inueteratum Capitis Dolorem Epithema, quo Charicles Vſus eſt.

A † Ex duobus antiquiſſimis cod. græcis hæc addūtur, aniſi dra. iiij, ſemi. hyoſcyami ʒ iiij.
B Aliter ij.
C Additur ex antiquis cod. Statim dolores ſoluit.

℃ Retrimentorum quæ ab expreſſo irino vnguento ſuperſunt, peucedani, caſtorii, ſingulorū partem vnam, baccarum lauri partes duas, ſeminis viticis partes duas, roſarum ſiccarum partes ii, ramulorum rutæ partes iiii. Aceto diſſoluta cerato ex roſaceo apparato excipito: deinde linteolo impacta præraſis capillis per omne caput imponito, & faſciola obligato: atq; vſq; in ſequentem diem obligata cuſtodito, rurſus'q; imponito. *Aliud valde bonum.* Amygdalarum amararum, floris viticis, peucedani radicis, mentæ viridis, ramulorum rutæ, baccarum lauri, ſerpylli, ſphondilii, caſtorii, ſingulorum partem vnam: roſarum partes duas. Appara & vtere vt dictum eſt. Poſt hæc præſcripta pharmaca Archigenes & Apollonius, item'q; Aſclepiades, pharmaca conſcripſerunt, quorum aliqua per os, aliqua per nares caput purgant. Cæterùm quæ Archigenes tradidit, hæc ſunt iuxta illius ipſius dictionem.

Archigenis de Apophlegmatiſmis, & quæ Naribus infunduntur.

Poſt hæc verò Apophlegmatiſmi ex ſinapi aut hyſſopo cum paſſo cocto, aut ex ſtaphide ſylueſtri cum pipere trita, aut ex melle oleo admiſto, aut ex ſtaphide ſylueſtri per ſe & cum melle trita. Hæc quidem Archigenes inter remedia doloris capitis ſcripſit. Apollonius verò de iis quæ ad

A quæ ad dentium dolores, in primo parabilium tradidit, hæc verba scripsit. ℭ *Quæ Naribus infundantur in Dentium dolore.* Radicis betæ succum per se in nasum infundito, & dolores dentium soluet. *Aliud.* Cumini quantum tribus digitis apprehendi potest, & myrrhæ ad magnitudinem fabę, medullę cucumeris syluestris duplũ, trita & lacte muliebri subacta in collyria redigito: ea'q; in vtranq; narem indito: deinde quandiu quis quinq; stadia percurrere possit, attrahere, & postea emungere iubeto. Hoc pharmacum & ad aurium dolores facit. Asclepiades aũt in primo exteriorum ita scripsit. ℭ *Asclepiades de ijs quæ Naribus induntur, et de Sternutatorijs, & Apophlegmatismis pituitam è capite detrahentibus. Errhina" quæ Naribus indita Caput purgant. Commodant etiam Veteri Lippitudine oculorum infestatis. Faciunt & ad Comitiali morbo apprehensos, ducunt q; multam humiditatem.* Melanthij ʒ viij, salis ammoniaci ʒ i, elaterij ʒ i, trita & quàm tenuissimè læuigata sicyonio oleo, aut irino vnguento, aut cyprino excipe, quo ad cerati liquidi crassitudinem perducantur: & reconditis in cornea pyxide vtitor, sublitis inde naribus, atque ægris attrahere iussis. *Aliud citra molestiam purgans, Dolorem q; euestigio sedans.* Cyclamini siccæ ʒ viij, iridis siccæ ʒ ij, nitri rubri ʒ i. Ego elaterio vsus sum diligenter trito, & per arundinem insufflato, ægro ipsum attrahere iusso, atque deinde deorsum pronuere, quò videlicet coactus liquor destillet. Post hæc verò Asclepiades in hæc B verba scripsit. ℭ *De Sternutatorijs. Sternutatoria Caput purgantia Heraclidæ Tarẽtini.* Cumini æthiopici, piperis albi, struthij, castorij, singulorum æquales partes contusas & cribratas in ærea pyxide reponito. Vsu verò exigente, pyxidem concutito, & apertam naribus admoueto, aut cum digito adhibeto, aut etiam per arundinem insufflato. *Aliud.* Zingiberis ʒ ij, struthij ʒ ij, piperis albi ʒ i, casiæ ʒ i: vtere vt dictum est. ℭ *Ad Veterem Capitis dolorem Sternutatoria Ptolemæi. Facit ad Vertiginem & Comitiali affectos.* Veratri albi ʒ iiij, alij vnam habent: radicis cucumeris syluestris ʒ i, struthij ʒ i, nitri rubri ʒ i, castorij ʒ i, piperis albi ʒ i. Vtere vt dictum est. *Aliud.* Vetratri albi, radicis cucumeris syluestris, struthij, singulorum partes duas: castorij, acori, nitri rubri, cumini æthiopici, singulorum partem vnam: euphorbij partem vnam. Tritis vt dictum est vtere. At verò post dictorum sternutatoriorum descriptionem Asclepiades in hunc modum scripsit. ℭ *Quæ mansa Caput purgent, & multam humiditatem ducant.* Piperis albi ʒ ij, staphidis syluestris ʒ ij, origani ʒ ij, casiæ ʒ ij. Excipe vuarum passarum exacinatarum, aut ficuum pinguium carne, & mandenda præbe. Mandentes verò deorsum pronuere oportet, & per interualla hiare, quò collectus humor destillet. Pòst verò etiam aqua calida in ore continenda: quæ etiam vbi multam perceperint mordacitatem eis etiam frigida exhibenda est. *Aliud.* Staphidis syluestris, pyrethri, piperis albi, hyssopi, car C damomi, singulorum æquales partes, polentæ duplum. Aqua subigito ac vtitor vt victum est.

Porrò ex subscriptis pharmacis quibusdam præceptores meos vsos scio, quibusdam amicos, alíqua etiam ipse in vsum adsumpsi, vt ex multo vsu fidem suam mihi probauerint. Sunt autẽ hæc.

ℭ Foliorum cucumeris syluestris succus naribus infunditur tum per se solus, tum betæ addito decocto aut succo. *Aliud.* Myrrham melle coctam naribus infundito. *Aliud.* Aloes, nitri, melanthij id est nigellę, parem mensuram, cum oleo veteri ad strigmentorum crassitudinem redacta. *Aliud quod Manditur.* Nitri sexuncem, anisi trientem, staphidis syluestris quadrantem: foliorum lauri viridium, & vuæ passæ exacinatæ, parem mensuram: excipe, & ex hac mistura pastillos trium drachmarum coge, & singulos vsu expetente mandendos præbe. *Aliud quod Naribus inditur.* Euphorbij drach. dimidiam, thapsiæ ʒ i, iridis ʒ i, mellis cocti sesquidrachmam, succi radicis betæ quãtum sufficit. Ex hoc ad milij magnitudinem accipe, & aqua dilutũ specillo'q; exceptum naribus infunde. *Aliud quod Naribus infunditur.* Succi "cyclamini cyathos ij, succi foliorum hederæ cyathum vnum, peucedani obolum vnum, elaterij obolum vnum. In vitreo vase recondito, vsu verò expostulante lacte muliebri dissoluta naribus infundito. *Aliud.* Myrrhæ trientem: euphorbij trientem, piperis albi grana *xxv. Myrrham aqua prius dissoluito, vna cũ ipsum euphorbium: de- D inde piper tritum addito, & adiecto olei gleucini sexunce vtitor. *Aliud, quod Naribus infusum multam pituitam per os detrahit.* Olei communis † sextarios duos}, saponis libram vnam, resinæ frictæ sesquilibram, opopanacis vnc. i. Per anchusam colorato ac vtitor, ore prius aqua expleto. *Aliud quod in Os illinitur.* Saponem betæ succo dilutum iuxta palatum illinito, atq; itidem iuxta oris columellam. Idem etiam naribus infundi potest.

Quæ Crito in Primo de Pharmacis scripsit his Verbis.

ℭ *Apophlegmatismi.* Staphis syluestris per se & cum pulegio mansa. *Aliud.* Staphidis syluestris & origani, vtriusq; acetabulum, nitri ʒ ij, trita cochlearij mensura manducanda præbeto, donec os pituita repleatur: deinde aperto ore effluere finito. *Aliud.* Origani ʒ iiij, hyssopi drach. iiij, staphidis syluestris ʒ iiij, spumæ nitri ʒ ij, sinapis ʒ ij, pyrethri ʒ iiij. Tritis vtere. *Aliud.* Sinapis partem vnam: staphidis syluestris partem vnam: contusis vtere. Hoc pharmacopolæ vtũtur. *Aliud.* Hyssopo, thymo, origano, tum per se, tum simul mistis, vtere. *Aliud.* Medullæ colocynthidis in aceto ad multum tempus coctæ, aut etiam per lõgum tempus in vino maceratæ, liquorem in ore contineto. *Aliud.* Allia cum erucæ semine & nitro. *Aliud.* Staphidis syluestris drach. vij, pyrethri drach. iiij, hyssopi drac. i. Contusa in orbiculares pastillos cogito, eos'q; drachmæ pondere formatos, manducandos exhibeto.

Marginal notes: A. l. 5. su. 2. t. 1. fol. 549. f — A. l. 5. su. 2. t. 1. fol. 549. g — *Al. drac. iiii. — *Al. xv. — † Al. hexagia duo.

Quæ Pharmaca Naribus indenda Crito Ictericis seu arquato infestatis conscripsit. E

¶ *Pharmacum quod Naribus infunditur, & tum per nares tum per os excernit. Ob id ipsum vero ne consterneris, si palatum calefaciat aut exasperet: ex alto enim auocat ac transfert humores.* Staphidis syluestris drachmam vnam, melanthij drach. iij. Cum aceto trita ad formam strigmento liquidiorem redigito, & per dies quinque in nares infundito donec expurgetur æger: id autem alternis diebus facito. *Aliud.* Hederæ folia decem, lauri folia decem, cum oleo terendo ad strigmenti crassitudinẽ redigito, & naribus similiter instillato. *Aliud.* Egregiè facit & elaterium insufflatum in ipsorũ nares. Cæterùm si quis hoc citra detrimentum facere velit, in calidæ solium ægrũ immittet, atque ita toto corpore præter faciem in eo immerso elaterium insufflabit: largè enim bilẽ per nares educit. *Aliud.* Elaterium ad magnitudinem erui in lacte muliebri dilutum naribus infundito: atque vbi purgatio prodierit, in calidę labrum demittito ac lauato, & per diætam reficito.

Quæ Aeneas per experientiam Pituitam detrahentia tradidit.

Quorum experientiam per Æneæ vsum habeo, à quo etiam descriptiones accepi. ¶ *Pharmacum quod Naribus inditur, atq; pituitam detrahit.* Saponis lib. sex, adipis caprini lib. j, ceræ lib. iij: picis aridę trientem, quidam verò quadrantem habent: nitri tantundem, lixiuij acris cyathos * ij. Vsus tempore aqua diluito, & dum vteris per specillum infundito, attrahereq; iubeto. Caput verò irino prærigato, & post vsum aquam mulsam sępe gargarissandã præbeto. *Aliud.* Euphorbij ʒ vj, lycij indici drach. iiij, succo betæ excipe, ac melle addito coge. Vsus tempore aqua aut lacte dilue. *Aliud.* Succi cyclamini cyath. ij, succi cacuminum hederę cyath. j, succi peucedani obolum vnũ, elaterij obolum vnum. Vtere in balneo cum lacte muliebri. *Aliud.* Pyrethri, piperis, hyssopi, staphidis syluestris, parem mensuram in pastillos drachmæ pondere cogito: quorum vnum man ducandum præbeto, & post factam, ab ipso purgationem, sale & melle curato. *Sternutatorium.* Piperis albi, veratri albi, castorij, euphorbij, struthij, succi cyclamini aridi, æquali mensura, penna præiritatis insufflato.

* Al. semis. * Al. drac. iii. * *Al. xij.*

De Vsu omnium Fortium Pharmacorum.

Quam vtendi rationem de prędictis pharmacis dixero, eam ad omnia alia quæcunque fortem vim habent transferre oportet. Non enim statim à principio efficacissima adhibere conuenit, sed à debilioribus auspicari. Quin & ipsa fortia pharmaca mitigatoriorum admistione lenita, moderata fiunt. Et ob id ego quædam ex eis muliebri lacte recenti & aqua diluo, & post hoc oleo dulci, deinde betæ succo, & anagallidis quæ cœruleum florem habet itidem succo: atq; ita sensim in vsu eorum progredior, donec postremum etiam per opobalsamum talia dissoluo. Ac primum quidẽ G lacte admisto adhibeo: quod vbi leuiter ferunt ęgri, etiam citra lactis adiectionem admoueo. Porrò parabili sæpe pharmaco vsus sum, quod naribus infunditur, Melanthio aliquando quidẽ aceto acri rigato ac pridie macerato, deinde sequenti rursus cum aceto trito, & naribus infuso, aut ægro ipsum absorbere in nares iusso. Aliquando verò oleo veteri idem melanthium contriui, atque ita intrò instillans vsus sum, quo modo etiam Archigenes eo vtitur in narium obturatione. Priore verò quod cum aceto infunditur, Crito vtitur ad arquati morbum.

De Hemicrania, hoc est dimidiæ partis capitis affectione. CAP. 3.

HEmicrania affectio dolorosa circa dimidiam capitis partem aliquando dexteram, aliquando alteram, contingit, quæ iuxta suturam secundum longitudinem eius extensam terminatur: & vt plurimùm per circuitum exacerbatur, influxu vaporum aut humorum siue multorum, siue calidorum, siue frigidorum, causam dolori suggerente. Quidam igitur ipsorum circa tẽporum musculos vehementer dolitant, & pleraq; sanè ipsorum pars hoc modo affligitur. Quidam verò dolorem ad sublimiora ascendentem habent. Et quidam adeo vehementer dolent, vt neque manuum contactum facilè ferant: in quibus palàm est pelliculam caluam ambientem esse affectam, & neq; cutem ipsam omnino ab affectione immunẽ existere. Rationabile igitur est vaporum, aut humorum, aut vtrorunque influxum, siue per venas, siue per arterias, siue per vtrasque contingere: cùm interdum ea sola quæ intra caluam continentur, hoc est cerebrum eius q; membranæ, quod in ipsis redundat foras protrudant: interdum verò corpus infra caput positum vitiatos vapores aut humores sursum mittat. Quapropter vbi quis hemicraniam curare aggreditur, prius quali purgatione aut venæ sectione ęger opus habeat, consideret: Atque ita deinde ad capitis auxilia progrediendo, tum per digitos suę manus, tum per linteum, dimidiam frontis partem, & eam maximè quæ circa temporum musculum est, confricando excalfaciat, atque id ante iritationis tempus faciendum est. Post exacerbationem verò pharmacis hemicranicis à medicis appellatis vtendum, si quidem multa caliditas in doloribus percipiatur, ijs quæ refrigerans quippiam habent: citra verò hanc, ijs quę multùm excalfaciant. Vtrisq; verò aliquid ex ijs quæ firmitatem ac robur addunt misceatur, quod adstringentem videlicet habeat facultatem. Demiror autem quòd neq; Apollonius, neq; Archigenes, neq; Asclepiades quicquam de hemicranicis pharmacis, quæ meritò post doloris capitis totius pharmaca subijcienda erant, conscripserunt. Decebat enim ipsos, tametsi nihil priuatim in se habeant, propterea q inter ea quæ totius capitis dolori destinata sunt, contineantur, id ipsum saltem annotare. Similiter autẽ & ab Hera & à Critone,

vberior

A vberior de hac affectione tractatio neglecta est. Cæterùm per quæ pharmaca inueterato capitis dolori medentur, per eadem constat eos etiam hemicranicis affectionibus auxiliari. Heras itaq; in medicamentario libro statim à principio in hæc verba ad capitis dolorem pharmaca conscripsit.

Pharmaca ex libris Heræ ad Capitis dolorem.

¶ Crocomagmatis partem i, gallæ partem i: trita ex vino fronti ac temporibus illinito. ¶ *Pastillus ad Capitis Dolorem egregie faciens, a tempore ad tempus bis aut ter illitus.* Croci ʒ xv, atramenti sutorij ʒ x, aluminis scissi ʒ xiij, myrrhæ ʒ iij, opij ʒ iij, omphacij ʒ iij, chalcitidis ʒ iij, gũmi ʒ xv. Tritis omnibus vini falerni austeri quod satis est affunde, & vt collyrium tere, indeq; in pastillos omnia redige. Vsu verò expetente posca aut aceto dilutis vtere. ¶ *Malagma ad Capitis Dolorem.* Æruginis rasilis ʒ iij, æris vsti ʒ ij, squamæ stomomatis ferri ʒ ij: cimoliæ ʒ iiij, calcitidis ʒ iij, pumicis crudi ʒ iiij: terebinthinæ ℥ j, ceræ ʒ xxxvij & dimidiã, olei veteris cyathos ij. Aridis tenuissimè tritis liquescibilia liquefacta affunde, emolli, ac vtere. Quòd si durius videatur pharmacũ oleo amygdalino emollito. Hæc quidem pharmaca Heras ad capitis dolorem scripsit. Vtuntur autem eis quidam etiã ad hemicranicos dolores, quemadmodum etiam alijs medicamentis quæ prædicti viri ad inueteratos capitis dolores destinauerunt. Non tamen per omnem frontem pharmacum extendunt, sed

A.l.5. f.2.t.1. fol.550.b

B per affectam solùm partem. Cæterùm ex præceptoribus nostris quispiam hoc pharmacum ad inueteratas hemicranias in vsu habebat. ¶ Piperis albi drac. ij, crocomagmatis ʒ ij, euphorbij drach. dimidiam: vtere. Porrò de euphorbij facultate iam mihi relatum est, quòd citò exoluatur: quare in eiusmodi pharmaca nõ vetus conijcere oportet. Dictum etiam recẽs albidius esse, quod verò inueteratum est, flauioris aut pallidioris coloris reddi. Verùm si non valde vetus sit euphorbium, sed duorum aut trium annorum, duplum eius adijcies, hoc est drac. j. Quemadmodum autem euphorbium recens conijciendum est, sic itidem stercoris columbini drachmæ dimidium ex columbis montanis, quas in turribus nutriunt sibi ipsis victum quærentes, non velut quæ in vrbibus intra domos nutriuntur. At verò & atramenti scriptorij æqua portio, hoc est, drachmæ dimidium ad columbinum stercus inijcitur: atque ad hanc rem nostrum Pergamenum præstat, eo.n. semper præceptor noster vtebatur. Aut igitur illud ipsum ex Pergamo atramentũ inijcere oportet, aut aliquod aliud optimè præparatum. Atq; ita omnibus his mistis & probè subactis aceto q; acerrimo imbutis ac dilutis temporis musculus, & dimidium frontis, & affecta capitis pars illinenda est. *Aliud Pharmacum, quod non solùm in Hemicrania, sed & in omni Inueterata Capitis affectione illinitur: In Capitis quidem dolore, per omnem frontem: In Hemicrania verò per mediam capitis partem affectam.*

A.l.3. f.1.t.2.c. 3.fol.192.f

C Croci drachmas xv, atramenti sutorij drachmas decem, aluminis scissi drac. †xiij, myrrhæ drac. iij, opij ʒ iij, chalciteos ʒ iij, omphacij ʒ iij, gummi ʒ xv. Omnibus tritis vinum falernum adijce, & rursus vt collyrium teræ, deindeque in pastillos redige. Vsus verò tempore posca dilutos aut aceto illine. *Aliud ad Easdem Affectiones.* Scammoniæ drac. vj, croci ʒ ij, comæ hederæ ʒ vj, sulfuris viui drachmas quatuor, seminis anisi drac. viij, seminis apij ʒ viij, diligẽter trita cum ocymi succo in pastillos cogito. Hoc pharmacum multo rosaceo dissolutum capitibus lethargicorum rigãdis fit commodum. *Aliud Pharmacum non ijsdem solum conueniens, sed & Vertiginosis auxiliare.* Radicis peucedani drachmas quatuor, iridis illyricæ ʒ ij, æruginis drachmam vnam, acori ʒ j, sphondilij ʒ iiij, piperis nigri ʒ ij & dimidiam, castorij ʒ ij & dimidiam, serpilli ʒ iiij & dimidiam, myrrhæ ʒ ij, baccarum lauri numero xxxv, rutæ viridis ʒ viij, mentæ viridis drac. quatuor, opij drachmam vnam. Aceto excipe, & in pastillos redige. Vsu exigente aceto & rosaceo dilutos illine. Verùm cerato rosaceo exceptum hoc pharmacum vt malagma imponitur. ¶ *Pastillus non solùm Hemicrania laborantibus commodus, sed & Coxendicum morbo affectis auxiliaris.* Thapsiæ ʒ iij, euphorbij drac. quatuor, laseris siue succi medici drach. iij, myrrhæ drac. j, opopanacis drach. j. Simul contusa in pastillos cogito, quos deinde vsus tempore aceto tritos illinito. Hæc quidem composita sunt pharmaca.

†in textu est ij.

D Sæpe vero & ex tẽpore ac improuiso pharmaca præparare coactus, simplicitier euphorbij illitione vsus sum, exigua cera compagis acquirendæ gratia adiecta. Sufficit autem in libram olei siue sabini, siue alterius ei propinqui, ceræ quadrantem inijcere, & euphorbij vnc. j: atque ex hoc dimidiam frontis partem illinere, vnà cum temporis videlicet musculo. Cæterùm in quibus suspicionem habueris à calidis vaporibus aut humoribus, dimidiæ capitis partis fieri dolorem, in his ne admoueris hoc pharmacum: Iis verò qui ob frigidas causas infestantur, commodissimum adeo est, vt sæpe semel ante balneum illitum, quàm citissimè affectionem persanet, vt à balneo omnino sani ægri euadant. Iuuat etiam hos si oleum tepidum in aurem instilletur, modico euphorbio ad oleum iniecto: Nimirum ad libram olei vnam, euphorbij vncia dimidia, si validum euphorbium existat: si verò non, etiam amplius inijcere conuenit. Verùm in corporibus molli ac tenero sensu præditis, etiam si minus quàm dimidiam vnciam inieceris, melius res procedet.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

Docet Medicamenta ad Aurium & Narium Affectiones.

De Aurium Affectionibus, & ob Quot causas Aures dolore affligantur. CAP. I.

Vrium dolores aliqui ex frigiditate fiunt, quos sanè in peregrinationibus à frigidis ventis perflati patiuntur. Aliqui verò ex balneis frigidis, & quibusdam medicatis aquis, oboriũtur, in quibus quidam ob delicias lauant: quãquam sint qui & ob corporis cõmoditatem id faciant. Fiunt & auris dolores ex inflammatione, interdum quidẽ solius circa meatũ cutis, interdum verò in profundũ progressa, qñ videlicet neruus auditorius, ad inflãmatam affectionẽ peruenit. Qua verò rõne inflammatio partes inflammatas distendẽs dolorem producit, iuxta eundem modũ ẽt flatus ventosus transitum non habẽs dolorem excitat. At verò consimilis dolor est ex serosis & saniosis humoribus in corpore aurium generatis ei, qui ex mordacium humorum illapsu forinsecus facto contingit. F

De Dolore Auris ex Frigiditate.

Dolores quidem igitur à sola frigiditate obortos calfacientia quã celerrimè curãt. Atq; in hũc vsum quosdam rurales homines magnas cępas exculpere vidi: deinde oleo eas explere, & in feruente cinere moderatè calefacere, atq; ita auribus infundere. Quosdam verò non cępas tantũ sed & alliũ in oleo cõtũdere, vel feruefacere, atq; ita infundere vidi. Ego verò euphorbio oĩno exiguo ad multum vetus oleum admisto vtor, velut ẽt pipere exquisitissimè trito: aurium.n. dolores à frigiditate inductos eiusmodi calefacientia magnopere iuuant. Prodest ẽt Amaracinũ oleum eis infundi, & optimum nardum, & quod apud Romanos Foliatũ, item q; quod Spicatũ appellaĩ: prodest eis & Cõmagenum. Atq; si rutam quoq; oleo non adstringenti amplius q̃ tenuium partiũ incoxeris, velut est Sabinum, magnopere iuueris. ℭ *De Dolore Auris ex aqua medicata.* Cũ verò ex aqua medicata quippiã circa auditorium meatũ cõtineaĩ, oleũ assiduè infundere cõuenit, quo ipsum eluamus: deinde lana molli extergere, rursus q; infundere. Magnificè autẽ eos mitigat oui cãdidũ quo ẽt ad lippitudines vtimur, item q; lac muliebre. Manifestũ verò est, quicquid adhibetur, mediocriter calidũ eẽ oportere. Plurimũ iuuanĩ quoq; ex adipe anserino, atq; item vulpino. G A.l.3.f.4.t.1.c 5.fol.235.c

De Dolore Auris ex Inflammatione oborto.

Quòd si inflammatio adsit, optimum ad eam pharmacũ vnguentum nardinũ cum exiguo basilico appellato pharmaco infunditur: idem ẽt tetrapharmacũ appellatur: & Commagenũ quoq; aptum est: & ex adipibus pharmacum, cuius compositionem paulo pòst describam. Cogẽte verò dolore necessarium est etiam ijs quæ sensum stupefaciunt vti, quemadmodum etiam in ijs qui colum, aut renes, aut quãcunq; tandem partem affecti vehementi dolore affliguntur, facere consueuimus. Miscetur autem opium muliebri lacti & oui candido, quæ ipsa & per se sæpe aurium inflammationibus profuere. Miscetur & castorio opium. Verùm multo ante vsum tempore, siue pari pondere, siue duplo, castorio admisceatur, præparatum id esse conuenit: & miscetur quidẽ in vehementissimis doloribus pari, in minoribus verò duplo. Liquor verò quo hæc diluuntur, ex musto sapa fit: multo.n. magis q̃ dulcia vina, dolorem hæc sedat. Statim itaq; in principio prædicta pharmaca diligenter trita cum sapa misceantur, castoriũ quidem diligenter prius tritum & læuigatum, papaueris verò succus ipsa sapa dissolutus, atq; ita hæc tria mista probè læuigantur. Deinde verò vsu postulante rursus sapa diluantur in eiusmodi compagem, vt per aurifusoria specilla ad lucernam tepefacta infundi possint. Verùm ego nullum pharmacum dolore vexatis infundo, neq; etiam per lanam instillo: vtpote qui experientia edoctus sim, q̃ præstat neq; omnino contingere doloris tempore auditorium meatum: sed per auriculare specillum lana mollissima obuolutum dolore vexatos foueo: pharmacum q; ita moderato tepore in aurifusorio specillo præparatum iniicio, vt interrogato per nos ægro, num tepidum ei videatur, & num calidius ipsum ferre possit, ad tantam caliditatem procedam, vt nihil amplius offendat. Tinctum itaque in hoc modo præparato pharmaco specillũ ad principium meatus moderatè imponito, & in altum defluere ex eo pharmacũ permittito: & postea iterum iterum q; & sæpius tingito, idem q; facito nullo tempore intermisso. Palàm est autem cum hoc fit, etiam foris omnino aliquid effluxurum esse, expleto nimirum toto auditorio meatu: hoc igitur quantum possibile est moderatè excipe, nec aurem cõtingas. Postquam verò probè foueris, meatum pharmaco expletum linito, & mollem lanam forinsecus tum meatus osculo, tum vniuersæ auri imponito: atq; vbi rursus fomẽta adhibere oportebit, incumbentem foris lanam leniter tollito: rursus'que similiter foueto, quantum possibile H

fuerit

A fuerit diligēter cauens, ne vel auditoriū meatum, vel aliam quampiam auris partem, attingas. Ad hoc verò præceptum maximè animum aduertas, vtpote quod omnium potissimum sit in aurium curatione. Fomenta verò fiant per ea quę, velut dictū est, dolorem sedant, quale est optimum Nardinum vnguentum paucissimo in eo tetrapharmaco dissoluto. Deinde ēt Cōmagenum & Susinū, & pretiosa diuitum muliercularū vnguenta, quæ ipsæ spicata & foliata appellant. Sunt aūt spissiora quam vt infundi queant: quapropter per nardinum vnguentum ea dissoluere oportet: & æstatis tēpore, & si caloris sensus ægrum circa inflammatā aurem infestet, per rosaceū bonū: aut si hoc non adsit, amygdalinum. Memineris autē quod bonum semper rosaceum dico, in quo plurimæ rosæ maceratæ sunt: verùm oleum in quo hæ macerantur, omphacinum sit ex crudis oliuis & nec dum penitus maturis expressum, citra salis additionem præparatum. Immo neque ēt aliud quicquam ad rosas conijciatur, quemadmodum illi faciunt qui spissamenta stymmata Græcis appellata addunt, quò videlicet per multum tempus ipsum rosaceum odoratum permaneat.

De Dolore Auris ex Flatu Ventoso, aut Crassis & Viscosis humoribus.

Si verò flatum ventosum, aut crassum aliquem & viscosum humorem, qui transitum non habeat, inclusum esse conieceris, etiam ex pharmacis ab obturatione liberātibus quippiam admisce. B Artificiosa enim coniectura causarum dolorem efficientium tibi continget, si tum prægressa, tum præsentia percunctatus fueris. Frigiditate.n.antegressa flatus ventosus congregatur: grauitate verò capitis, cibis que pituitosis & mali succi, frigidi & crassi humores. His enim si frigiditas accedat, dolores contingunt, eis nimirū quæ prius difflabantur propter densitatem inclusis & retentis. In his igitur spuma nitri, & nitrum ipsum molle, eiusmodi que aphronitrum, & oleum amygdalinum appellatum rationabiliter in auricularia pharmaca miscent. Ex hoc genere album item ac nigrum veratrum est, & struthium, ac amygdalæ amaræ, & ex tribus aristolochiis quæcunque fuerit ad manū, & iris Illyrica. Iniicies aūt & cinnamomū si habueris, aut casiam illo non præsente, tū eam quæ Zigēres, tum quæ Metodes appellatur. Item carpesium, quod plurimū in Sida Pamphyliæ nascit, & ob id vilissimo pretio venditur. Quintus sanè, cū cinnamomi inopia esset, carpesium pro ipso iniecit duplo pondere, velut aliqui eius loco casiam. Cæterùm aurium meatus ab obturatione liberant ēt quæ lapides in renibus atterunt, omnia que insuper tenuium partium citra mordacitatem, vt ne dolorem exacerbent. Ex quorum numero est ēt cucumeris syluestris radix, item que bryoniæ, & ari, & dracunculi, ac centaureæ, & polii, & omnino omnium amarorum: citra mordacitatem nanque & absque molestia expurgant hæc meatus, disiiciunt que & dissecant obturata. Verùm ob id multa C huiusmodi exēpla scribo, quamuis sanè omnia in libris de simplicium pharmacorum facultatibus retulerim, quod videlicet omnibus terræ locis remedijs vos abundare volo, vt ipsorum memoriam in promptu habeatis. Alia.n.in alijs regionibus abundant, & meliora iis quæ alibi nascunt existunt. Alioqui sanè ex adipibus compositum pharmacum tibi sufficiet, & ex simplicibus quæcunque paulo antè recensui doloris mitigatiua. Mirari porrò subit medicos qui citra distinctionem ad aurium dolores pharmaca quędam conscripserunt. Quæ etenim à frigiditate dolent, per calfacientia celerrimè curantur: si verò à mordaci acredine, aut à pulsatili inflammatione, dolor fiat, maximum detrimentum continget, si eiusmodi pharmaca adhibeantur. Atqui moderatæ inflammationes & non pulsatiles ēt per eiusmodi pharmaca curantur: quale est acetum cū rosaceo tepefactum, vtrisque diligenter simul commixtis. Sic etiam Glaucium in cote medica cū aceto tritum moderatis inflammationis doloribus prodest. Præstet autē pastillum ex glaucio multæ sanè vtilitatis pharmacum, prius præparatum habere, qui fit ex glaucio probè cum aqua pluuiali trito, deinde in pastillum redacto et exiccato. Si verò fragilius videatur glaucium quam vt in pastillos formari possit, parum gummi ei addes: sufficit aūt id duodecimam, aut quintam & decimam, glaucii partem esse. Quin & collyria ex glaucio eodem modo cum aceto trita, eis prosunt auribus instillata, atque his nihilo minus D collyria ex croco. Hæc quidem igitur sunt doloris & inflammationis remedia. Cæterùm de aliis affectionibus, quæ in auribus oboriuntur, vbi pharmaca quæ per experientiam cognoui recensuero, ita deinde ad ea quæ à prioribus medicis scripta sunt transibo.

[margin: l.2.t.1.c.57. ... 104.g] [margin: * Gizeres.]

De Vlceribus Aurium.

Vlcera aurium recentia tum Glaucium solum cū aceto tritum, vt iam dictum est, curat, tum collyria ex eo omnia, et collyria ex croco, & ex rosis medicis appellata, velut ēt quod Nilo inscribitur. Curat item ea Damocratis collyrium ex myrrha. Quæ verò pure manant citra dolorem, atque id moderatè patiunt, per eadem curantur. Verùm quæ fortiter affliguntur, per eiusmodi qualis est pastillus Andronius, & pastillus Musæ, cum sapa & exiguo aceto dilutus. In quibus componēdis varietas rursus dicetur. Vbi verò & hæc à malo vincant, scoria siue recremento ferri ad plurimos dies in Sole cum acerrimo aceto trita & læuigata confidenter vtere: etiam si præter rationem videatur aurem acerrima pharmaca sustinere posse, quam paulo antè dixi neque mollissimorum insusorum admotionem & allapsum citra molestiam sustinere, sed & hæc ipsa offendere ipsam videri.

De Audiendi Difficultate, et de Sonitu Aurium.

Restat itaque adhuc de audiendi difficultate, & de sono aurium disserere, quæ nihil cum doloribus & vlceribus commune habent. De quibus deinceps dicam, vbi prius compositiones auriculares

riculares à celeberrimis medicis magnificè laudatas recensuero, iuxta quam rationem eas compo- E suerint tandem illi, initio ab ea quam Heras scripsit sumpto.

Compositio Auricularis, Heræ.

Heras" quidẽ igitũ ita scripsit. ℭ *Compositio Auricularis ad omnem Dolorem, omneq; vlcus. Hac in Febriente quoda vsus sum, & ob dolores delirante, & fœliciter successit.* Myrrhæ drach. i, thuris drach. iii alii vij, spumæ nitri drach. iij, croci drach. iiii alij i, succi papaueris drach. iij, chalbani drach. ii, amygdalas amaras delibratas xx: aceto excipito. Vsus verò tpe, si quidem dolor adsit, rosaceo diluta instillato: si verò audiendi difficultas adsit, aceto. Heras itaq; vnum hoc pharmacum scribere contẽtus fuit, ad omnem dolorẽ, ac aurium exulcerationem, remedium. Ego verò dolores per pharmacum ex adipibus constans, & per nardinum vnguẽtum tetrapharmaco admiito, leniri dico, vna q; & affectiones ipsas iuuari, velut ẽt oui candido, & lacte muliebri: per papaueris vero succum mitigari solùm dolores, nihil q; iuuari affectiones. Verùm per accidens, non primariò, etiam affectiones inde opem sentire quis dicere possit: sedato enim dolore, & somno consequente, natura affectiones dolorem efficientes concoquit. Cęterùm vlcera in auribus omnino cum glaucio ex aceto curaui: quemadmodum ẽt quę cum fluxione aut purulentia consistunt, per pastillos, à mitioribus auspicatus, qualis est Polyidæ, & post eum Andronius, & ab illo Bithynus appellatus, cui similis F est meus, hoc est ex charta vsta constans, & velut ego iudico, eo ẽt præstantior. Minimè verò semper oĩum vsu opus habemus, sed sufficit omnino vnus, si quis ipso vti norit, aliqñ quidẽ per sapã diluto, si quidem mitius reddere pharmacum velit: & rursus per vinum dulce, deinde per acetum non acre, deinde ẽt per acre, ac postremo per longè acerrimum. Quapropter cum per eiusmodi misturam aliàs aliter parabilem, huiuscemodi pharmaci vehementiam exoluere possis, fortissimum tantùm præparatum habere poteris. Verùm mirari ritè, velut dixi, licet plerosq; medicos, qui citra discrimen omnigena aurium doloris pharmaca conscripserunt, ea q; commiscuerunt in vnũ ordinem redacta, quæ vel maximè contrarias habent vires. Quemadmodum statim (à veteribus enim auspicari præstat) Apollonius Herophili sectator, in parabilium pharmacorum descriptione, in principio quidem libri, capitis doloris remedia scribens, primùm omnium ea quæ ex ardore oborto conueniunt, locauit: Deinde consequenter ea, quę dolori congruunt ex frigiditate: Deinde ea, quæ ex ebrietate & meri potu oborto medenĩ, sic enim ipse appellauit. Quarto loco ea quę plagæ aut casui dolores capitis inducentibus adhibenda sunt, subiecit. Et postremùm iuxta illius præscriptum ea, quæ ad temporum & totius capitis dolores citra manifestam causam obortos conducunt. Verùm in aurium dolore nullam omnino apposuit distinctionem, sed simpliciter, Ad au G rium dolores, titulo præscripto, deinceps pharmaca recenset, aliqua calefacientia, aliqua refrigerãtia, quædam humectantia, quædam resiccantia: & iuxta secundas facultates ac qualitates, austera, acerba, amara, acria, acida, salsa: & ad hæc insuper alia discutientia, alia adstringentia & cogentia, ac repellentia influxiones, alia extrahẽtia è profundo corporis, alia ab obturationibus liberantia, alia repurgantia & extergentia, alia sensum stupefacientia. Si quidem igitur vna affectio dolorum est causa, rationabile est etiam vnam esse remediorum ipsius facultatem: si verò multæ, tantum remediorum numerum esse oportet, quãtus est efficientium causarum. Cùm itaq; Herophilus distinctiones in tantum, vt haud sciam si quis alius, laudet: ipse q; Apollonius capitis doloris pharmaca distinctè scripserit: magis vtiq; miror, ꝙ circa auriũ dolores ita indiscriminatim omnia tractauit.

Et quintum insuper pharmacorum genus penitus indistinctum reliquit, illud scilicet quod postremum ad capitis dolores citra manifestam causam obortos descripsit. Quanq; & huiusmodi capitis dolores necesse sit primùm communibus generibus causarum dolores efficiẽtium subiectos esse, solutioni videlicet continuitatis, aut intemperiei, quemadmodum à nobis est demonstratum: deinde etiam ijs, quæ has ipsas operantur. Quæ omnia à me proprio huic rei & tractationi loco sunt determinata: Nunc autem eorum quæ ad aurium dolores pertinent solùm mentionem faciã, H cùm omnium postrema, velut sæpe in methodi medẽdi libris dictum est, hęc tractatio existat. Etenim curandi methodos illic tradens, vnum atque alterum particulare exemplum apposui, multitudine pharmacorum quæ ex multis compono, in præsentem tractationem reiecta. Quare medẽdi methodum de Simplicium pharmacorum facultate libri xj meritò præcedunt: post hos verò xiiij de medendi Methodo ritè consequuntur: his demum de Compositione pharmacorum libri, quos nunc in manibus habemus, succedunt.

Quæ Apollonius ad Aurium Dolores scripserit.

Quòd verò Apollonium deliquisse dixi, in eo quòd non distinxerit, in quali aurium dolore vnumquodq; eorum quæ describit pharmacorum vtile existat, ne falsò virum reprehendisse coarguar, ex paucis exemplis demonstrabo. Cùm enim præscripsisset, vt dixi, ad aurium dolorem infundenda, inter ea q; scripsisset, "Anserinum aut gallinaceum adipem liquefactũ sensim instilla. rursus deinceps scribit, Fel taurinum aut caprinum cum porri succo instilla. Adeps quidem igĩ horum quę dixi animalium maximè mitigat omnes affectiones dolores inducentes, simul q; ipsarum aliquibus magnificè auxiliatur: † Fel verò ipsum cum porro, tum ex inflammatione, tum ex acribus & mordacibus humoribus, obortos dolores augent: solos autẽ iuuant ob obturationem, aut

A.l.5.fu.2.t.3. fo.552 h

A.l.1.f.4.c. fol.84.d

† *Ex cod. vetustissimus. Fel vero ipsum cũ porro tum ex inflammatione obortos dolores augent: tũ iis, quæ ex acribus & mordacibus humoribus facti sunt, nullam opem ferunt.*

A aut frigiditatem inductos: siue ob nudam intemperiem frigiditatis, solidæ partes dolore vexētur: siue propterea q in eiusmodi affectionibus ventosi flatus & frigidi humores generentur, excerni autem prohibeant propter continentis corporis condensationem, citra inflammationem factam. Vbi enim ab huiusmodi acribus & calidis pharmacis dolorū causæ fuerint exclusæ, curatio simul & doloris sedatio contingit. Gallinaceus itaq; et anserinus adeps, si quidem euacuatum corpus inuenerint, & humorem qui inflammatam affectionem excitat, non amplius influentem, duabus rationibus tum mitigandi, tum curandi, profuerint. Si verò influente adhuc causa adhibeantur, affectioni quidem nihil auxiliantur, leniunt tñ doloris accessionem siue symptoma, quemadmodum ēt si ob humorum acredinem mordacitas contingat. Verùm fel cū porri succo nunq; in eiusmodi affectionibus quicq; commodum efficere potest: quemadmodum neq; piper: Et tñ eo ēt medicū quendam vsum scio in muliercula, ex calidarum naturæ spōte aquarum vsu aurem dolente. Cum enim per omnia parabilium pharmacorum Apollonii libris fidem haberet, & iam ante fœliciter sæpe ex pipere remedio vsus esset, etiā tunc sperauit se in auris dolore opitulaturum: verùm adeo ab ipso exacerbata est muliercula, vt parū abesset quin se ipsam strangularet. Scribit itaq; Apollonius in hunc modum: ℭ Piper in vino feruefactum terito, & mediocri crassitudine instillato.

l. 3. f. 4. t. 1. c. fol. 136. b B Scribit aūt consequenter post hoc ēt hæc: Lycio, & papaueris succo, pari pondere lacte muliebri dilutis vtere. Et post hoc rursum aliud, hoc scilicet: Castorij & papaueris succi par pondus in testa, præcipue quidem Attica, sin minus, Romana, torrefacito: & trita passo diluta instillato. Pharmaca igit ex papaueris succo oīa sensum stupefaciunt: & ob id sanè necessariò cogimur ipsis vti, vbi nullum aliud mitigatiuū opem tulit. At verò ex pipere pharmacū alterius generis est: Quemadmodum ēt quod ex adipibus constat: Et velut id quod deinceps scriptū est hoc modo: Galbanum susino vnguento diluito, & mel ac rosaceum admisceto, atq; lanam sordidam auriculario specillo obuolutam in eis agitando imbuito, & tepefacta instillato. Discussorium est citra molestiam hoc pharmacum, inflāmationibus conducens, in quas nihil amplius influit. Probè ēt fecerit in ijs qui ex frigiditate dolore vexanť. Cæterùm quæret fortassis aliquis, quam ob causam, cū nō solū Apollonius, sed alij ēt quidam celebres viri, papaueris succum & castorium torrefacere iusserint, quò videlicet vehementia virium ipsorum minueretur, ego ad priorem meum sermonem id apponere reliquerim, nimirū suprà, cū auris doloris curandi rōnem scribebam. Huic ego respōdebo in hunc modum: Castorium quidem igitur neq; omnino torreri operæpretium existimo: neque enim tanq; sensus stupefactiuum ad papaueris succum admiscemus, sed ob contrariam oīno ratio-

C nem, vt videlicet vehementiam refrigerandi facultatis in eo obtundat. Quare qui papaueris succū torreri iubent, probè id faciunt: In castorio verò omnino absurdè id præcipiunt, ipsum enim per se concoctoriam ægrè solubilium & in scirrhum induratarum affectionum vim habet. Abundè igit satis esset papaueris succi lenitas, quæ ex eorū compositionis perennitate comparatur, torrefactus enim efficaciam amittit. At si castorio misceatur, perennaret, quippe manet & nunc abundè efficacia, eius verò malignitas obscuratur: ex qua ēt aliqui læduntur, vt obscurius videāt per multos omnino dies, & capitis grauitatem sentiant, & neq; probè concoquāt cibos †: & ob hanc sanè eius malignitatem pleriq; medici ad torrefactionem confugerunt. Verùm cū rursus in torrefaciēdo efficacia ipsius pessundari videatur, id quod sæpe sum expertus, melius esse existimaui intostū quidem misceri, sed post tēpus aliquod inueterata iā cōpositione in vsum adsumi. Hæc itaq; extra rem dicta sunt, sed quæ tñ vtilia existant. Cæterùm vt ad id quod propositum erat reuertamur, non parum noxæ inferunt illi qui indefinitis pharmacorum descriptionibus fidem per omnia habent. Porrò multi alii iuxta eūdem modum in plerisq; tū locis, tum affectionibus indefinita pharmaca scripserunt, neq; cognouerunt quantam vim habeat certa distinctio ad artis cōstitutionem. In quibus sanè nihil miror q omnia indiscriminatim cōfuderunt, quemadmodum in Apollonio

† In antiquis additur εἰ πο-θεῖη ἐπὶ bibat.

D Herophili sectatore mihi accidit: vtpote qui norit, q iubeat Herophilus Medicum omnino anniti debere, vt sciat, quæ & qualis & quanta sit morbi causa, & vbi maximè ea dominetť, quò videlicet & curationem vnicuiq; conuenientem faciat. Magis verò adhuc Archigenem quis miretur, qui & ipse non pauca indefinitè & indistinctè scripsit cùm in aliis curationibus, tum in eis præsertim quæ ad aurium dolores destinauit. Vna enim tantū in ipsis distinctione vsus est, à vehementia nimirum & mediocritate doloris. Atqui & ipsius totam tibi adscribam dictionem.

Quæ Pharmaca Archigenes ad Aurium Dolores conscripsit.

In priore de pharmacis fm genus libro, Archigenes in hūc modum hæc verba scripsit. ℭ In auriū dolore, precedente alia victus ratione quam ad capitis dolorem ordinauimus, Si quidē moderatus fuerit, simplicia vnguenta tepida instilla, velut crocinum, aut irinum, aut rosaceum, aut nucum amararum succum, aut casiæ vnguentum, aut simplicem nardum, aut susinum, aut amygdalinum, aut rosarum, aut mali punici, aut papaueris succum cum oleo calido, aut porri semen tritum. Aut veratrum album cum rosaceo tritum, tepidum per strigilem infunde. Aut opij parum cum lacte muliebri. Aut opii succum eliquatum cum lacte eodem modo. At verò vbi vehemens sit dolor, aluus per clysterem validè subducatur, & sanguis à cubito detrahatur, & quæcunque similia adhibeantur. Inde q; fomentum ex decocto lauri, aut simili quopiam, fiat, aut ex sulfure viuo in aquam

aquam insperso. Exprimantur aũt vehementer spongiæ, auribus q; apponãtur, facillimè enim ab E
humore soluuntur ac laxantur. Quapropter fomenta sicca longè commodiora eis existunt, ex sale
videlicet aut milio, aut delicatis pileis, molliter'ue effigiatis. Aut rutam feruefacito, eius'que deco-
ctum in angusti oris vasculum transfundito, lana q; os eius obturato, & auriculæ admoueto, quò
* Aliter vel vapor inde per lanam ad aurem penetrare possit. Quidam in posca ẽt exiguo oleo rutam coquũt,
atq; ita liquorem in vasculum infundunt, ex eo q; fomentum parant. Post fomenta verò aurem
concutito, & balsamum cum rosaceo dilutum infundito, aut aliquod ex prædictis vnguentis tepi-
dum. Aut aliquod aliud conueniens ad auris dolorem ex ijs, quę mox describent imponito. Aut
papaueris calicem tenuem farina admista, & in aqua mulsa coctum. Aut papaueris calicem cum
hordeacea farina in vino coctum. Aut fœnugræcum aqua mulsa coctum. Aut semẽ lini eodem
modo. Summè auxiliatur spongia ocularis melle cocto atque adhuc calido imbuta, & imposita.
Aut ceratum ex irino, styrace ad ipsum admisto. Egregiè facit ad aurium dolorẽ aloe rosaceo per-
mista, & mellis crassitudine infusa. Aut chalcitis vino diluta. Aut perdicii succus tepidus instilla-
tus per se, et cum melle. Aut nitrum exigua aqua diluito, admisto q; oleo tepidum instillato. Aut
aristolochiæ radicem cum oleo. Aut veratrum album cum rosaceo tritum tepidum per strigilem
instillato. Probè facit opium in testa torrefactum, similiter q; castorium, pari pondere, cum rosa- F
ceo & passo ad mellis spissitudinem redacta: in quibus deinde post fomentum, specillum lana ob-
uolutum intingitur & imponitur. Aut succum fœniculi cum aliquo ex prædictis vnguentis in
principio instilla. Aut anguis senectam cum calicibus papaueris coquito & infundito, aut cum
quopiam ex prædictis vnguentis. Aut garum Hispanum calefactum per strigilem instillato. Fa
cit & acopon fœtidum tepidum infusum. Aut papaueris succus rosaceo, & exiguo crocino dilu-
tus. Omnibus tamen præstat Hiera aromatica cum quopiam ex vnguentis. Egregiè facit & ve-
ratrum album tritum, cum melle & rosaceo infusum, meatu per purpuræ lanam obturato. Præ-
clarè facit & veratrum cũ irino oleo vel vnguento. Facit & cedria cum nardino vnguento infusa.
Seuerus aũt Asellos in aquariis vasis nascentes, millepedas Latini vocant, cũ vnguẽtis tritos vl-
ceratis infundebat. Quidam verò frigidam aquam dolenti auriculę infundunt: & confestim qui-
dem longè magis dolitant paulo pòst verò perfectè à dolore liberantur. Alij melius faciunt, & in
* Al. Decius alteram non dolentem aurem frigidam infundunt, quemadmodum Lucius solet. Præclarè faciũt
& aloe & crocinum cum vnguento amygdalino instillata. Aut æs tritum cum aceto & aliquo vn
guento. Summè prodest Silphium cũ rosaceo, si exulceratio adsit. Mirabiliter cõfert in excellẽti
auriũ dolore porri succus, & caprina vrina, & rosaceum, cum exigua myrrha infusa. Aut Sciuri G
adeps in strigili tepefactus instillatus. Aut alumen scissum, & mentæ succum, cum passo instilla.
† Al. quinquies aut septies. Aut piper album & salem pari pondere, cũ sapa, sinistra manu ter aut † quater aut quinquies } in-
funde. Aut cochleam siue limacem aphricanam putridam compungito, & rosaceo impleto, & fer
uefactum calidius per strigilem infundito. Quòd si ex plaga, externa pars auriculæ doleat, ad mi
cam thuris lac affundito, semel q; atq; iterum diffundito, ac tertiò macerari in eo sinito, et agitatum
infundito, statim enim dolorem sedat. Hæc quidẽ Archigenes valde indistinctè scripsit: possit
autem quispiam mente præditus, reuocatis in memoriam iis quæ prius dixi, facilè animo concipe-
re quale tandem ex prædictis pharmacis, singulis relatis aurium doloribus conueniat: nimirum si
memor sit facultatis eorum: de qua in simplicium pharmacorum libris mentionem feci. Verum
ego iam ad auriculares compositiones ab Andromacho scriptas transibo.

Auriculares Compositiones Andromachi numero xxiiij.

Quatuor & viginti compositiones auriculares ex ordine Andromachus conscripsit: quarum
aliquibus distinctionem quandam, aliquibus nullam, apposuit. Et prima quidẽ ex eis hoc modo
scripta est: ℭ *Compositio Auricularis ex Libris Galli, qua vtor.* Myrrhæ ʒ j, salis ʒ iiii, thuris ʒ iij, spu- A.l. 5.su.2.t.
mæ nitri ʒ iij, croci ʒ iiij, succi papaueris ʒ iii, amygdalas amaras xx, galbani ʒ ii, aceti boni quantum H fol. 552.c
satis est. Descriptio hęc ad Menemachũ refert. Multi vsus hanc compositionem auricularem An
dromachus scripsit, multis simul affectionibus aurium destinatam. Verũ antea à me dictum q; hu
iusmodi compositiones nihil magnopere corrigunt, neq; ẽt error ex earum vsu nobis contingit.
Quæ verò vni affectioni cõgruũt, illã ipsam optimè curãt: alias verò aliqñ, vltra hoc q; nihil iuuãt,
amplius etiam exacerbant. Secundam deinceps compositionem post prædictam scripsit hanc.
* Aliter duas ℭ *Compositio Auricularis Aelij Galli ad Inflammationem, & Intensos Dolores.* Galbani drach. octõ, cin
* Aliter octo namomi drach. ii, myrrhæ drach. viii, croci drach. viii, thuris drach. três, spumæ nitri drach. iii, suc-
ci papaueris drach. iii, aceti vt mellis accipiat spissitudinem. Oportet autem nitro prius præpa-
* Al. sordidũ. rare, ne pinguẽ quicquam adsit, deinde pharmacum ipsum infundere. Et hîc rursus ab obturatio-
ne liberantia, & concoctoria, & laxatoria, & discussoria pharmaca, mista sunt, quæ vehementes do
lores sanare non possunt, & ob hoc ipsis papaueris succus admistus est. Tertiam auricularem
huiusmodi conscripsit. ℭ *Auricularis Compositio Laodici Regis, qua assiduè vtor.* Castorii drac. ii, suc
ci papaueris drach. iiii, opopanacis drach. ii, spumæ lycii drach. i: passo excipe, & tepefactis vtere.
Hæc euidenter intensis doloribus conuenit, non tamen aliis affectionibus. Ego verò quemadmo
dum dixi, in vnaquaq; affectione proprio pharmaco vtor: semper q; papaueris succũ fugio, neq;
nisi

A nisi vrgēte necessitate, ad eius vsum peruenio. Quartā deinceps auricularē sic scripsit. ℭ *Alia ad Inflammationem & Purulentas ac Veteres Affectiones.* Fabæ Ægyptiæ internæ amaræ,aluminis scissi,piperis albi,spumæ nitri,croci,opij,malicorii,myrrhæ,thuris,nardi, singulorum drach.ij: castorij drach.i: aceti & mellis quantum sufficit,alij mellis drac.vi conijciunt. In hac cōpositione,pharmaca alia discussoria,& resiccantia,& obduratione liberantia sunt: & quædam ēt concoctoria,velut myrrha & thus existunt. Alumen aūt scissile fortiter adstringens pharmacum cum sit,ad resiccandum purulenta admistum est. Adiectum est & opium doloris sedandi gratia,oppositum q; est ei castorium,velut antea dixi: sed in eiusmodi affectionibus non solùm vt oppositum,sed & vt cōcoctorium earum,& tanq̄ resiccatiuum,meritò inijcitur. Quintam deinde auricularem Andromachus scripsit his verbis. ℭ *Alia Xenocratis,qua sæpe vsus sum.* Spumæ lycii drach.ii, myrrhę ʒ j, croci obolos iii,thuris drach.j,aluminis scissi obolos iii,spumæ nitri obolos ij. Trita cum aceto reponito. Vtere cum aceto. Et hæc multi vsus est,non tñ in dolore forti conuenit,vt quæ neq; opiū, neq; castorium habeat,neq; quippiam ex adipibus sedātibus dolorem,neque galbanum. Sexta compositio auricularis consequenter hac verborum serie scripta est. ℭ *Alia Prytanidis, concordat cum Harpali compositione.* Myrrhæ obolos iij, nardi obolos iii, croci obol.iii, æris vsti obolos v, opii

B obol.ii,castorii obol.iiii,aluminis scissi drach.j, & rotundi drach.i.Excipe passo vbi fluxus fuerit: cùm dolor,rosaceo: vbi verò vermiculi generentur, veratri nigri ʒ ii, admisceto. Probè fecit q̄ in fine vsum eius adiecit, quem nos sanè dixissemus,si ipse adscribere neglexisset. Septima similis præscriptę,in hunc modum descripta est. ℭ *Alia diui Gaij compositioni consona.* Veratri nigri obo. ij,myrrhæ obolum i & dimidium,opii obolos iii, æris vsti obolos iiii, aluminis scissi obolos ii, castorii obolum i,croci obolos iiii, nardi obolos iiii: cum passo vtere. Octaua præscriptis omnino similis est. De nona verò hoc modo ipse scripsit. ℭ *Alia qua vtor in Doloris vexatione & Sonitu.* Nitri drach.vnam,myrrhę drach.vnam,rosacei cyathum i,aceti cyathum i: simul tritis vtere. Hoc pharmacum non ad dolorem in inflammationibus conuenit,sed ad eos dolores qui ex obturatione,& flatu frigido ac vaporoso,similiter'que ex humore,oboriuntur. Decimam deinde hoc modo scripsit. ℭ *Ad Aures Purulentas Harpocrationis.* Florum mali punici, mali corii, aristolochiæ, chalcitidis,misyos cyprii,gallæ,squamæ æris,singulorum drach.j: myrrhæ,thuris, vtriusq; obolos iii: atramenti sutorii assati,aluminis scissilis, vtriusq; obolos iii.Cum passo pastillos formato ac vtitor. Quòd si etiam ipse pharmaci promissionem non præscripsisset, facillimum tñ erat nobis eam animo assequi, memoria repetentibus ea quæ in principio præfatus sum.Est enim aurium purulē

C tarum resiccatiuum hoc pharmacum,quod ipsum malum ex fluxione quapiam ex capite delabente cōtingit, ob quam si diu perseueret etiam exulcerationes accidere videmus. Vndecimam auricularem sic scripsit. ℭ *Auricularis Compositio in multis consona.* Croci drach.j,myrrhæ drach.j, castorii drach.ii, aluminis scissi drach.quatuor, thuris ʒ i.Cum passo ad mellis crassitudinem redigito,deinde etiam sic dilutis vtitor. Et hæc moderatas affectiones sanat,quemadmodum etiā ea quę hāc sequitur. Cæterùm quæ deinceps post hanc ab Andromacho adscriptæ sunt auriculares cōpositiones,eas citra meam expositionem adscribam,cùm ipsas per se diiudicare possint,qui prædicta memoria tenent. Verùm quarum ipse cum distinctione fecit descriptionem, earum nulla amplius nostra interpretatione opus habet. Deinceps igit̄ omnes describentur,ne videlicet amplius alicuius alterius auricularis compositionis, ab aliquo alio medico conscriptæ, mentionem facere opus habeam.In his enim varietas omnium ipsarum cōprehensa est. ℭ *Auricularis vt Solon Dietarius.* Myrrhæ drach.iiii,aluminis scissi drach.iiii,castorii drach.ii,thuris drac.i,croci drach. vnā, opii drach.i.Cum cretico aut vino mulso ad mellis crassitudinem redige. ℭ *Auricularis Compositio Antipatri ad Doloris vexationes.* Croci sextantem alii ʒ i,myrrhę ʒ i,salis ammoniaci ʒ i: aluminis scissi, ammoniaci thymiamatis, vtriusq; ʒ dimidium: fæcis vnguenti irini aut Syriaci sextantem.

D Cum vino mulso aut cretico ad mellis tenuis spissitudinem redige, ac vtere. ℭ *Auricularis alia valde commoda.* Opopanacis drach.ii,succi papaueris drach.iiii,spumæ lycii drach.iiii,castorii drac. ii,aluminis scissilis obolos iii,croci obolos iii,myrrhæ drach.vnam. Vsus eius est cum lacte muliebri. ℭ *Ad Aures Purulentas compositio Spendusæ.* Fellis porci castrati partes ii, mellis attici partem i. Vase vitreo simul indita in feruido cinere vsq; ad dimidium calfacito, atq; ita vtitor. ℭ *Auricularis Harpocratis ad Affectiones & Dolores.* Spice nardi drach.vi, myrrhæ drach.vi, piperis drach.vi, spumæ nitri drach.vi,floris salis drach.vi,croci drach.vii,nuces amaras x, succi papaueris drac. vii, vini veteris quantum sufficit.Stanneo vasi pharmacum infundito. ℭ *Ad Grauitatem Auditus et Sonitus.* Veratri albi drac.i,castorii obolum i,spumę nitri sesquiobolum.Cum aceto optimo vtere. ℭ *Alia ad Sonitus pulchra.* Struthii drach.i,croci cilicii drach.i, castorii drach.i, veratri albi ʒ iiii,nitri ʒ vnam.Redigito in pastillos, & vsu expetente,vino dilutis vtere. ℭ *Ad Aures Purulentas.* Alumen scissum vstum & myrrham cum melle terito, & præelota auricula pharmacum lana exceptum imponito. ℭ *Auricularis Chrysanthi Gratiani,ad Inflammationes & Exulcerationes.* Blattas detractis pennis xii,vini veteris & mellis vtriusq; sextūncem,mali punici putamē vnum, succi porri sesquicyathum. In olla noua donec mali punici putamen flaccidum fiat coquito: deinde terito, & vnguenti Syriaci vnciam vnam adiicito, picis liquidæ sesquiunciam, cæparum quatuor succum

Marginal notes: A.ibidem.f (beside "ad Inflammationem"); A.ibidem.g (beside "ricularem sic scripsit"); * Al. vnam. (beside "castorii drach.ii"); * Aliter i. (beside "sextantem"); .l.3.f.4.t.1. 5. fo.235.f (beside "Sonitus. Veratri"); * Al. iiij. (beside "iiii,nitri"); * Al. libras ii. (beside "detractis pennis")

cum expressum: & contrita simul reponito. Vsu vero expetente tepefacta lana excepta indito. E
℃ *Auricularis compositio ad Inflammata & Purulenta.* Nardi indicæ drach.i, aluminis scissi drac.ij, opij drach.iiij, malicorij drach.iiij, croci drach.iij, myrrhæ drach.iiij, thuris drach.iiij, mellis attici drac. iiij, spumæ nitri drach.iiij, castorij drach.ij, amygdalarum amararum drach.viij, piperis albi grana xxx, aceti cyath.i, vrinæ suis syluestris tantundem, fabæ Ægyptiæ viridis internæ amaræ drach.iiij. Trita simul in stanneo vase reponito. Vsus tempore cum rosaceo instillato, & lanæ purpura infectæ tomētum indito. ℃ *Auricularis ad Desperata, velut Zoilus Ophthalmicus tradidit.* [a] † Seminis hyoscyami obolos iij, aluminis scissi oboli dimidium, myrrhæ drach. vnam, castorij obol.iij, succi papaueris obolos iij, gallæ obolos iij, croci obolos iiij, cinnamomi obol.iiij, thuris obol.ij, spumæ nitri obol.ij, sandarachæ obol.ij, [b] † opij recentis cochlearia iij, vrinæ suis feræ masculæ cochlearia tria, sanguinis conchilij obol.iij, succi mandragoræ obol.i, mellis attici quantum sufficit: conchylio aurem obturato. ℃ *Auricularis alia ad Inflammata & Purulenta mirabilis.* Rutæ obo.iij, myrrhę obo.iij, [c] † baccarum lauri amotis corticibus obol.iij, succi hyoscyami drach. vnam, opij drach. vnam, croci drach.i. Cum lacte muliebri vtere, & tepidum infunde. ℃ *Auricularis compositio valde bona et probata, ex Apollonij libris.* Myrrhæ drach.ij, thuris drach.i, nucum amararum drach. vnam, spumæ nitri drach.i, aluminis scissilis drach.i, malicorij drach. vnam, spicæ nardi ʒ vnam, aloes drach.iij, vini F mulsi veteris cyath.iij. Arida trita vino mulso admisce, & cocta in stanneo vase repone: vsu vero exigente tepido vtere.

A † Sed hæc cōpositio nō consentit vetustissimo Venetorū codici. Habet enim ille opij obo. iiij. dehīc paulo inferius thuris obol. j, spumæ nitri obo.i, sandarachæ obo.i.

B † Olei amygdalarū amararū μετώπιον appellati.

C † δαφνίδων ἀπηλεσμένων τριώβολον.

Compositiones Auriculares ab Asclepiade in Primo Externorum scriptæ.

℃ *Auriculares cōpositiones ad Dolores Aurium recentes, quibus Niceratus vsus est. Inter eas optima hæc est.* Asellorum domesticorum: est autem animal multipes in aquarijs vasis & sterquilinijs enascens, quod ad digitorum cōtactum in orbem se contrahit: horum tres aut quatuor in oleo feruefacito, et expressum oleum auribus infundito. Facit & cucurbitę succus cum rosaceo, aut nardino mistus & tepefactus. Et perdicij herbæ succus cum oleo coctus. Et centaureę succus aqua mulsa dilutus. Et hyoscyami succus rosaceo mistus. Facit & papaueris succi parum lacte muliebri dissolutum. Et serosus cruor qui a carnibus bubulis dum torrentur destillat. Has itaq; crudas recentes prunis imponere oportet, & crudas adhuc exprimere, & expressum liquorem calidum infundere. Facit etiam nucum putrefactarum internarum liquor aceto dilutus addito rosaceo. Facit et Aphricana limaca in propria testa, cum oleo nardino aut rosaceo feruefacta. Facit & suis quæ non peperit, fel pari melle attico admistum. *Aliud.* Succi papaueris, castorij, vtriusque obolos ii passo diluito: & pauco rosaceo adiecto tepida infundito. *Aliud.* Succi papaueris, & succi peucedani, æquales partes dissolutas infundito. G

Ad Inflammationes cum exulceratione, Charixeni.

℃ Myrrhæ, opii, castorii, singulorū æquales partes passo dilutas tepidas infunde. *Aliud.* Hyoscyami succi, succi papaueris, myrrhæ, castorii, singulorum drach.iiii: piperis, drach.i: passi protropi quantum satis est. ℃ *Ad Siccas & non humentes Vlcerationes. Optime conuenit & in Pesso oppositū.* Oesypi drach.iiii, medullæ ceruinæ drach.iiii, butyri drach.iiii, adipis anserini drach.iiii, ceræ Tyrrhenicæ drach.iiii, terebinthinæ drach.iiii, olei cicini cyath.ii, olei amygdalini cyath.ii, olei cyprini cyath.ii, pissełæi id est olei picini cyath.i. Componito, & vtitor, quantum sufficit oleo nardino diluto, & ad mellis crassitudinem redacto. ℃ *Aliud valde commodum. Facit & ad Neruorum affectiones.* Olei cyprini cyath.ii: irini, rosacei, amygdalini, olei veteris, singulorum cyath. ii: pissełæi cyath.ii, ceræ sextantem, terebinthinæ vnc.i, adipis anserini vnc.i: componito & vtitor. ℃ *Aliud ad Abscessus in profundo, Antonij Musæ.* Croci drach.ii, myrrhę drach.ii, bdellii drach.iiii, nucum amararum drach.viii, succi marrubii heminæ dimidium, passi protropi heminæ dimidium. Liquores coquito, & admistis reliquis excipito. Vtere in passo, dissoluens quantum sufficit. *Aliud.* Croci, myrrhæ, castorii, centaureæ, singulorum drach. ii: spumæ nitri drach. vnam, amygdalarum amara- H rum depuratarum drach. viii, succi helxines sesquisextarium, passi protropi sesquisextarium. Componito, ac vtitor vt dictum est. ℃ *Ad Inflammationes cum fluxu, quo vsus est Cleon.* Myrrhæ, aloes, thuris, succi papaueris, singulorum drach.ii: misios crudi drach. vnam: aceto excipe, & vsu expetente, passo diluta infunde. ℃ *Aliud Arii Tarsensis.* Myrrhæ drach. iiii, thuris drach.iiii, misyos crudi drach.ii, lycii Indici drach. iiii: aceto excipe. Vsus iam indicatus est. Quod si multus fluxus oboriatur, subscriptis compositionibus vtendum est. Croci, thuris, myrrhæ, opii, seminis viticis, singulorum drach. vnam: lycii Indici, florum mali punici, florum rosarum, singulorum drach.ii: aceti heminam vnam. Viticis semen, mali punici flores, rosarum flores in aceto coquito: & vbi dissoluta fuerint, reliquis adiicito: & excepta reponito. Vsus tempore passo diluta infundito. ℃ *Aliud ad Purulentas Aures cum dolore, quo vsus est Cimon.* Castorii ʒ ii: aluminis scissi, croci, myrrhæ, thuris, singulorum ʒ i. Passo aut vino myrtite excipe: ac vtere ad recens malum cum vino mulso, ad inueteratum cum aceto. ℃ *Aliud Claudii Damonici ad Purulenta, et Inueteratas Affectiones.* Croci drach.iii, myrrhæ drach. vnam, nuces amaras depuratas numero xxx: spumæ nitri, nardi syriacæ, aluminis scissi, singulorum drach. vnam: thuris obolos.iii. Aceto acerrimo excipiuntur, & per acetū diluuntur. ℃ *Ad Foetorem, & Nomen siue vlcus depascendo proserpens, Cōpositio Hispanorū appellata.*

A *appellata.* Gari nigri quod Romani Sociorum appellant, sextariũ vnum: aceti scillitici sextarium vnum, mellis attici sesquisextarium, ad compagem coquito: & in vitreo vase repositis vtitor. In aliis descriptionibus sic legere est: Succi cucurbitę sextarium vnum, componito: facit ad fœtorem cum inflammatione. ℂ *Charixeni ad Corruptiones & Fœtores.* Aluminis † Melii ℥ viii, atramenti sutorii ℥ viii, aloes ℥ viii, crocomagmatis ℥ viii, myrrhæ ℥ viii, vini myrrhitæ sextarium dimidium. Alumen & vinum ipsum coquito: atq; vbi in compagẽ coierint, reliqua aceto dissoluta inicito: & repositis vtitor. ℂ *Ad Carnium Incrementum, quo vsus est Heraclides Tarentinus.* Æruginis rasæ ℥ viii: squamæ æris ℥ viii, in alio exemplari ℥ iiii: mellis heminæ dimidium. Arida trita, ac melle excepta, donec rubefiant, coquito: & ablatis vtitor. *Aliud.* Æruginis ℥ iiii, atramenti sutorii ℥ iiii, myrrhæ ℥ iiii, succi marrubii cyath. iii, mellis quantum sufficit: præpara vt dictum est. ℂ * *Chalcedonia ad Inueteratas Affectiones.* Veratri albi ℥ iiii, croci ℥ iiii, myrrhæ ℥ iiii, castorii ℥ iiii, thuris ℥ iiii, opii ℥ iiii, atramenti sutorii ℥ xvi, piperis ℥ ii. Myrrham, opium, thus, castorium, in aceto cui malicoriũ incoctum est, vsq; ad dissolutionem macerato: deinde veratrum, crocum, piper, atramẽtum sutoriũ, contusa inicito, atq; omnia simul diligenter terito: quod vbi probè factum fuerit, vini mulsi quantum satis est affundito, vt ad diluti mellis crassitudinem redigantur. Vsu verò expetente tepefacta

(margin: † *Al. milesii libram unam: al. ut misii, non lau.*; * *Al. χαρχη δοvia.*; *l. 5. fu. 2. t. 3. l. 552. g*)

B infundito. Ex huius pharmaci vsu sæpe egregiè mihi successit, verum tpis progressu omphacii ℥ j, ad hanc descriptionem adieci. ℂ *Aegyptia ad Easdem Affectiones, etiam si sint connatæ.* Amygdalarum amararum depuratarum ℥ ii: fabarum ægyptiarum interioris partis amaræ, piperis albi, croci, myrrhæ, opii, singulorum ℥ ii: thuris ℥ ii, omphacii ℥ iiii, aluminis scissi ℥ iiii, castorii ℥ ii, atramenti sutorii ℥ iiii, spumæ nitri ℥ ii, aceto in quo malicorium incoctum est excepta, ad limi crassitudinem redigito. Vsus verò tempore quantum sufficerit ex pharmaco acceptum, ac nardino vnguento dissolutum, infundito. ℂ *Ad Sanguinis ex Auribus eruptiones, Heraclidæ Tarentini. Facit vt ne in grumos coeat.* Marrubii succum coquito & admisto aceto infundito. Aut mali punici in aceto cocti * succum exprimito & infundito. Aut polygonii succum cum exiguo aceto. Aut acaciã, aut amurcam, aut lycium cum aceto. ℂ *Aliud Botryos sistit Sanguinis Eruptiones.* Succum rubi, & succũ gallarum in aceto coctarum, simul mistos infundito.

(margin: * *Al. ex∂ιλas i. exprimito.*)

Quæ Pharmaca Archigenes post prius scripta subiecerit.

Pharmaca ad auriũ dolores ab Archigene scripta suprà relata sunt. Nũc verò ẽt ea quæ ad alias affectiones conscripsit apponã. ℂ Humentibus vero poligoni succũ cum pari rosarũ succo infundito. Aut crocũ & myrrham cũ passo & rosaceo tepefacta infundito. Purulentis aũt prodest

C quidem polygonũ cũ rosaceo infusum. Verũ egregie conuenit eis vinum, in quo conizæ tenuia folia habentis folia sint incocta, instillatum. Quidam ẽt thus ad vinũ admiscent. Aut lycium rosaceo dilutum instillato. Aut marrubii syluestris semen cũ aceto & rosaceo eodem modo. Aut cumini & croci æquale pondus cum vino austero. Aut croci & myrrhæ vtriusq; ℥ ii, nuces amaras decorticatas numero xxxv. Nuces tritas cũ mellis hemina dimidia, & porri succi hemina dimidia, cõmisceto, & reliqua itẽ probè trita iisdem liquoribus diluito, ac simul deinde tepefacta instillato.

{ Eiusdem } De Auribus Exulceratis.

ℂ Cæterum exulceratis auribus & cruentis ac dolentibus, galbanum & opium cũ passo & rosaceo mellis crassitudine instilla. Aut pro galbano peucedani succum admisce, & magis succedet. Aut cinerulã assatam cũ rosaceo tritam infundito. Aut lycium cũ lacte muliebri. Magnificè opitulaẽ ẽt ipsum mel per se tepidum infusum, præsertim si fœtores simul adsint. Quidã asellos millepedas appellatos, qui in aquariis vasis reperiuntur, cũ vnguento quopiam instillãt, & eximiè opẽ sentiũt. Aut blattas domesticas cum rosaceo instillato. Probè facit ad omnem auris affectionem adeps vulpinus { recens & } inueteratus, liquatus & instillatus. Aut sphõdylii interiorem velut medullam cũ melle & rosaceo infunde. Aut elota & conscalpta auricula porri aut marrubii succũ

D cum melle infunde. Aut lixiuium figularium cum melle feruefactũ. Aut thus cum aceto in mali punici putamine feruefactum infunde. { Aut crocum & alumen scissile cum vino mulso in mali punici putamine eodem modo feruefactum infunde. } Aut gallam tritam linteolo illigatam in vino coquito, & ex hoc instillato, statim à dolore liberat.

{ Eiusdem } De Vermibus Aurium.

ℂ Porrò in quibus vermes sunt, veratrũ album cũ melle immitte, aut aridum insuffla. Aut rubi succũ infunde. Quòd si verò auriculę os corrosum, { vel pingui humore imbutum sit, } fissura retro aurem impacta, ipsum scalpito, deinde vrito, ac citra molestiam cicatricem inducito.

De Sonitu in Auribus.

Sonitus quidam ex flatuoso spiritu generantur. Quidam ob exquisitam sensus audiendi subtilitatem fiunt, quemadmodum in oculis imaginariæ suffusiones, propter vapores ex ore vẽtris exhalantes. Cæterùm neutrius affectionis certa cognitio in principio haberi potest. Non conuenit tñ citra artẽ, aut cognitionẽ aut curationẽ auspicari. Dictum. n. iam sepe est, atq; ẽt demonstratum, non vnũ coniecturalis spei genus esse: atq; artificialem quandã coniecturam ex causis forinsecus lacessentibus, procatarcticis à Græcis appellatis, facere licet, si quis ipsarum vires norit, cùm alia affectio ex frigiditate, alia ex ardore fiat. Queadmodum etiam ex prægressa plaga, aut tali vel tali morbo:

morbo: velut & ex cruditate, aut largo vini potu, aut violento & multo vomito: aliqñ & ob pharmacorum auricularium vsum: sonitus quidam fiunt. Quin & si vel paulatim cõgregetur, vel coaceruatim irruat sonitus, id ipsum quoq; ad inuentionẽ affectionis conducit. Insuper q; si per interualla repetat, vel continenter hoc symptoma perseueret. Verum certa cognitio tpe cõtingit, post vsum pharmacorũ artificiali coniectura exhibitorũ. Si quidem " igitur in febribus sonitus fiant, minimè interturbandi sunt: vt plurimum.n. statim sedantur. Si verò ob flatum ventosum, cui trãsitus interclusus sit, sonitus fieri suspicatus quispiã fuerit: & ob hanc rẽ dissecantibus & attenuatorijs ac discussorijs pharmacis admotis, nihil profecerit: simul q; apophlegmatismis vsus sit, & toto capiti prospexerit: huic meritò in hanc suspicionẽ inclinatus animus erit, sensus audiẽdi videlicet subtilitatem sonitus causam esse, præsertim si acuto audiẽdi sensu æger pditus appareat. In eiusmodi itaq; quendã, qui pdictis pharmacis vsus erat, neq; quicq; opis senserat, cũ ego forte incidissem, ex stupefaciẽtibus sensum quippiã admiscui, velut est mandragoræ succus, & papaueris succus: ex eis q; à sonitus symptomate liber euasit. Quæ igit à prioribus medicis ad hmõi symptomata et accessoria mala conscriptæ sunt auriculares compositiones, ex discussorijs & incidẽtibus pharmacis constant. Suprà itaq; in Catalogo & enumeratione compositionum auricularium ab Andromacho descriptarũ, ex eiusmodi materia composita quędam recensebantur, quas ipse ad sonitus conuenire scripsit: Nunc verò eas quas Archigenes ad hanc rem conscripsit recensebo.

A.l 3. f 4 t.i.c. 11.fol. 237.d

E F

Compositiones ab Archigene ad Sonitus conscriptæ.

¶ In sonitibus repentinis acetum cũ rosaceo instilla. Aut cuminum et oleum crassitudine mellis. Aut radicis cucumeris syluestris succum. Aut ipsam radicem oleo incoctam. Si verò ad multũ tempus perseuerent, omnibus amaris & acribus, attenuatorijs q; & discussorijs, quæ ad dolorẽ ex crassis humoribus obortum descripta sunt, vtaris, singulis in aceto coctis et admisto melle. Aut reclinato ægro, & nitro crudo trito in aurem insperso, acre acetum tepidum infunde: ac postquã feruere desierit, lana scalpendo exterge: & nucum amararum succum infunde, et lana obtura. Aut nitrum & myrrham probè vnita, cum rosaceo & aceto ac atramento scriptorio crasso instilla: aut pẽna in eis immersa bis in die inde. Aut castorio ac nardino pari mensura cum aceto & rosaceo vtere. Aut aceto ac nitro melle q; mistis collue. Cæterum quibus ob multam sensus subtilitatem sonitus oboriuntur, castorium & cicutæ semen cum aceto trita instilla. Ex " morbo verò obortis sonitibus, vbi fomentum ex decoctione absinthij adhibueris, acetum & rosaceum instilla. Aut raphani succum cum rosaceo: aut aloen optimam cum vino mulso dilutam. Si verò perdurent, veratrum nigrum aceto decoctum adhibe. Huiusmodi quidem Archigenes ad sonitus aurium conscripsit: Verùm Apollonius in primo parabilium subscripta habet.

A.ibidem.e

G

Quæ Apollonius ad Sonitus & Susurros Sibilos q; ac Inflationes Aurium conscripsit.

¶ Acetum acre tepidum instilla. Oleum & acetum tepidum instilla. Mel atticum calidũ instilla. Laurinum oleum eodem modo. Porri succum cũ lacte muliebri aut rosaceo infunde. Cucumeris syluestris foliorum aut fructus succum per linteolum instilla. Cucurbitæ syluestris medullam oleo dilutam infunde. Cuminum tritum cum medulla vitulina instilla. Cucumeris syluestris medullã oleo dilutam infunde. † Glandem vnguentariã terito, & adipe anserino ac resina pari mensura admistis instillato. Semen lini tritum & vnguento Arabico dilutum instilla. Misy terito & vnguento rosaceo dilutum instillato. Rutam & cuminum pari mensura trita & aceto diluta, admisto melle infunde. Hyssopum tritã & cedrino oleo dilutam instilla. Amygdalarum amararũ oleum melle mistũ eodem modo. Quòd si efficacius reddere velis hoc cum priore cõmittito.* Viticẽm & stellionis caput pari pondere trita admisto oleo instilla. Nitrum & resinam & adipem anserinum, æquis partibus cum oleo admisto dissoluta instilla. Cæpas & allium & adipem anserinum pari mensura trita, & excolata infunde: & aqua collutis prius calida, nitrum tritum insuffla.

Ad Aures Exulceratas & Purulentas, eiusdem. H

Primũ quidem collutiones Apollonius scripsit. Secundũ deinde locũ infusilia habent. Tertiũ resiccatoria; & Quartum quæ insufflanť, iuxta subscriptã ipsius dictionem. ¶ *Collutiones.* Aqua calida assidue collue. Lenticulę decocto eodẽ modo. Aqua mulsa calida similiter. Hederę cremore aut decocto cũ vino vtitor. Malicorij cremore aut decocto similiter cũ vino. Gallæ plenæ decocto cũ vino. Myrto in vino decocto elue. Vino cum exiguo alumine trito vtere. Stœbes semine in vino cocto elue. Vrina & vino mistis ac calfactis elue. ¶ *Infusilia.* Picis serum infunde. † Myrrhã cum vetere vino contritã infunde. Oleæ folia exuccato, & admisto melle coquito ac vtitor. Papaueris succũ passo dilutum instilla. Cæparum succo cũ melle vtere. Rutæ syluestris succum cũ vino & oleo rosaceo in mali punici putamine calfactis instilla. {Fel bouis vel suis in putamine mali punici tepefactum infunde. Fel capræ, vel ouis, vel marinæ testudinis, cum muliebri lacte tepefactũ infunde.} Cardamomũ tritũ cũ melle instilla. Peucedani succũ rosaceo dilutũ instilla. Aloen & crocomagma diluta instilla. Absinthio cũ melle trito vtere. Myrrhã & resinam ac anserinũ adipẽ cũ oleo trita infunde. Pinguitudinẽ caseo in figulinũ vas recẽs coacto superstãtem tepefactã instillato. Diphryges tritum cum melle instillato. Alumẽ scissum tritum cũ passo & aceto ad mellis crassitiem coquito, ac vtitor. ¶ *Resiccatoria.* Cedriam melle mistam instilla.

Piperis

† In antiquo cod. græco hæc reperiuntur Aloen, folia viridia amaranthi, rutã, lilacien, origanum, terræ intestina, ana partem vnã. vbi coxeris hæc vnà cum oleo vsq; ad cõplemẽtũ horũ, ex ipso oleo tepido instilla in aurem.

** Al. λάγωον i. leporem.*

† Additur in antiquis codi. Vitrũ vino dilutũ infunde.

A Piperis albi grana tria vnguento Ægyptio diluta, & in parua concha trita instilla. Crocū & cerussam pari mensura trita, & rosaceo diluta, infunde. Melanthium & sulfur pari pōdere terito, & rosaceo diluito: & vnguento irino adipeq; anserino pari mensura additis rursus terito ac vtitor.

Myrrham & sulfur æquis partibus trita & oleo mista instillato. Myrrhā, & putamen mali punici dulcis æquis partibus trita ac melle diluta infundito. Animalcula ex arboribus, veluti rubri vermes, trita & oleo diluta instilla. Animalculum quod Intestinum terræ appellatur, coctum & excolatum instilla. Resinam & mel ac oleum pari mensura mista ac dissoluta instilla. Malū punicum dulce accipito, & execto eius vmbilico acinos eijcito: deinde passi cyathum vnum infundito, & atramenti sutorij triti obolos duos infarcito, & ad mediocrem crassitudinem coquendo redigito: ac tepido vtitor. ℭ *Quæ Insufflantur.* Gallam tritam insuffla. Piper rotundum cum vino contritum insperge. Eodem etiam magis diluto pro infusili vtendum est. Omphacium & gallam torrefactam æquis partibus trita insuffla. Cinerulā cypriam læuigatā insuffla. Vtendū ēt deambulationibus, & ventris euacuationibus, & ciborum subtractione, & purgatione aurium diligētiore. ℭ *Ad Aures Humectas.* Cæterū ad aures humore madidas, ita enim Apollonius appellat, subscripta pharmaca commoda esse ait. Misy in linteolo vstum & cum ipso læuigatum in
B sufflato. Galla vsta ac trita similiter vtitor. Spodio trito eodem modo: attamen in testa torrefactum & affuso oleo tritum insufflato. Cæterùm eadem diligentia circa diætam vtitor.

Ad Auditus Grauitatem.

Porrò in subsurdis, siue grauiter & difficulter audientibus, aut etiam surdastris appellatis, vtpote qui exiguas voces penitus non audiunt, magnas autem vix percipiunt, hoc ipsum symptoma valde suspectum habere oportet: paulatim enim augescens, temporis progressu perfectam surditatem inducit. Quapropter per hieram purgādi sunt, & per catapotia ex colocynthide: pituitaq; eis per apophlegmatismos detrahenda, ac caput resiccandum est: omniq; modo curandum vt robur ei addatur, quemadmodum iam sæpe est demonstratum. Vtendum etiam attenuatoria victus ratione. Atq; in ipsam auriculam pharmaca conijciēda sunt, quæ crassos & viscosos humores findant ac secent attenuentq;: Quorum sylua eiusmodi est.

Quæ Apollonius in Primo Parabilium ad Auditus Grauitatem Pharmaca conscripsit in hæc verba.

ℭ *Ad Auditus Grauitatem repentinam, & ex Dolore capitis obortam. Fomenta.* Absinthium cū aqua decoquito, & per stipulam fomentum inde facito, quo modo aliàs per arundinem id fieri demon
C strauimus. Baccis lauri aut folijs eiusdem in aqua decoctis similiter vtitor. Similiter ēt origano, atq; item hyssopo. Aqua quoq; marina & aceto eodem modo. Eisdem aūt & in olla coctis vtēdum est. Fomentum verò per ollam quomodo fiat iam demonstratū est. ℭ *Collutiones.* Aceto albo & aqua pari mensura cum nitro trito feruefactis ad plures dies eluito, atq; inde aqua simplici calida eluito. ℭ *Infusilia.* Et sic ea quæ ad hanc rem descripta sunt infundito. Mārrubij succum *Al. porri.
& irinum vnguentum mista infundito. Fel tauri & capræ ac vnguentum rosaceum mista instillato. Cęparum succo & resina oleo dilutis æqualiter vtitor. Oleo nucum & resina mistis pariter vtitor. Alumen aceto dilutum instillato. Myrrham & alumen pari pondere trita & aceto diluta infundito. Adipem anserinum, & fel bouis, ac laurinū, pari mensura mista instillato. Hederæ syluestris baccarum succū per linteolum expressum instillato. Veratrū nigrum aceto tritum, melleq; multùm cocto exceptum in parua collyria ad formam glandis redigito, eaq; meatui indito, ac per dies quinq; sinito. Senectam anguium aceto tritam instillato. Eàdem & cum felle bubulo, aut caprino, aut testudinis marinæ, aut collionymi piscis, diluta vtitor. Nasturtij quantū sufficit, & nitri parum, carne ficus reiectis granis excipito: indeq; collyrium auditorio meatui cōgruum formato ac indito. Per triduum autem ipsum eximito. Hoc multas sordes educit, & confe
D stim leuius malum reddit. Cæterùm reliqui corporis quoq; cura habenda est. Deambulationibus itaq; pro viribus multis vtendum est, & capitis reliquorumq; membrorum frictione. Insuper & apophlegmatismis, & collutionibus, quæ pituitam extrahere possunt. Cibis vtendum est copia moderatis, & ex genere eorum quæ facilè exoluuntur, facileq; excernuntur. Plurimū autē auxiliatur in huiusmodi affectione constitutis spōgia tenuissimè contrita in orbemq; cōuoluta, melleq; imbuta & auriculæ indita. Idem remedium cōmodum est & ad carnē in auditorio meatu enascentem. Post hæc verò inquit vtendum esse ollæ fomento iam antè à se indicato. Indicauit autem hoc ipse inter reliqua auditus præsidia: verùm ego ipsum velut à me condemnatum reliqui, propterea φ ad elotionem quidem præstet in aurium dolore, vtilitatem autē de se omnino nullā præbeat. Quapropter nunc ipsum apponā: verisimile est enim surdastros inde iuuari, vtpote qui cōtrarijs præsidijs opus habeant his, qui aurium doloribus vexātur. In doloribus enim affectæ partes exquisita quiete opus habent: Surdastri verò vehementi motu, & ferè dixerim trāsmutatione in contrariam ei quæ iam adest affectionem indigent.

Fomenta ad Aurium Dolorem ab Apollonio his verbis conscripta.

ℭ Fomentis porrò vtendum est per spongias aqua calida imbutas ac sufficienter expressas. Itemq; per cucurbitas affixas. Amplius verò & per vaporem ex arundinibus perforatis allatū.

Oportet autem alterum arundinis extremum concauitati auriculæ congruens esse: alterum verò E in ollam perforatū operculum habentē, & vndiq; obturatā incumbere. Sit aūt in olla absinthium in aqua feruefactum, quo vapor inde sublatus ad auditorium meatū perferatur. Similiter & per *Al. adipem. fermentum in veru assatum fomentum adhibendum est. Vehementer etiam subscriptus fomēti modus conuenit. Vrinam tauri maximè, aut certè bouis vetustissimam, in ollam nouam angusti oris infundito: & aceti tertiam vrinæ partem, ac myrtum contusam admisceto: deinde testas pro ollæ magnitudine satis multas, igni candefactas in ollam conijcito: postea q; hominē inclinatum apposita ad aurem olla fomentum admittere iubeto. Circum aurem verò fasciculum ex lana in orbem circumponito, ne videlicet circūsitæ partes exurantur. Vtendum & farina hordeacea ac triticea in vino cocta: itē q; vnguento irino calido, gratia fomenti. Supernè verò auriculæ imponendæ sunt lanæ molles ac puræ, vino & oleo imbutę. Hordeacea itidem & triticea farina, aliquādo quidem per se cocta, cum vino & vnguento irino: aliquando verò columbino stercore, & aristolochia tenui, æquis partibus admistis. Confert autem & cibi abstinētia, & diæta tenuis, & alui euacuatio larga & memorabilis. Insuper & quies, ocium, capitis velamen. In potu aqua calida, aqua mulsa, ptisanæ succus cum melle, donec remiserint dolores.

Quæ Archigenes ad Auditus Grauitatem ac Surditatem his verbis conscripsit. F

¶ In auditus grauitate Succū corticis raphani cum rosaceo aut cyprino tepefactū instilla. Aut galbanum cum aceto & melle feruefactum. Quòd si surditas succedat, Veratrum nigrum erui magnitudine in cocto melle indito, ac donec quod impedit erodat sinito. Aut vbi absinthij decocto elueris, mel & oleum instillato. Aut collyrio ex nitro ficu & sinapi immisso, per triduum id non extrahimus. Postea *verò acutis vocibus assiduis & vicissim grauibus inclamamus, & per A.l.3.f.4.t.1.c.5.fol.235.f turbam sonitu immisso malum depellere conamur. Post hæc & asphodeli radices oleo veteri incoctas vtiliter infundimus, caprina q; vrina assiduè eluimus. Cæterū surditate ex capitis dolore oborta, Raphani succum cum rosaceo infunde. Aut foliorum cucumeris syluestris succum. Aut castorium cum baccis lauri & aceto. Aut nigrum veratrūm albo aceto irrigatum sub orobi quātitate cocto melli miscens, glandulas q; componens impone.

Eiusdem de Corpusculis, quæ Auribus illabuntur.

¶ Quòd si aqua in aurem illabat, auxiliat acetum, & altero pede affectæ auriculæ propinquo exilire, aliqualiter se ipsum reclinando, hoc.n. modo facilè excernitur. Quin & exuctio simplex p os, aut ēt per stipulam, egregiè aquam extrahit: quod vbi factum fuerit, conscalpta per lanam auricula, ex pdictis vnguentis aliquod instilla. Si verò calculus, aut faba, aut consimile quippiam, G in auditorium meatum illapsum fuerit, eluito: aut lana circa auricularium specillum obuoluta, & resina tincta extrahito. Idem & per glutinosum aliquod pharmacum fieri potest. Quòd si neq; sic sequatur, sternutatorio in nares iniecto os ac nares obturato: facta enim spiritus conclusi extēsione, id quod incidit efflatur: id q; assiduè, donec excidat facito: si.n. intus manserit, aure inflammata conuulsiones inducet. Optimè ēt confert ad eorū quæ illapsa sunt eiectionem, concussio. Si itaq; puer fuerit, pede comprehensum & in caput eleuatum cum concussione vibrabis. Si verò perfectæ ætatis quispiam ita fuerit affectus, ipsum in tabulā secundū affectam aurem reclinatū caput ad tabulam firmare iubeto: deinde leuata tabulæ circa caput parte deferri sinito, id q; sæpe repetito. Mouebitur.n. quod incidit, & ad expeditiores meatus partes progredietur: atq; ita angusta & concaua specilli parte immissa scitè extrahito. Si verò faba aut consimile quippiam in aurē illapsum in ea maneat, madefactum q; & tumefactum dolores inducat, impossibile quidem est ipsum integrū eximere. Quare per specilli concauū industriè partiri ac diuidere ipsum oportet, atq; ita particulatim extrahere: deinde sapam aut vinum dulce calidum infundere, ac lenire meatū ex lancinatione offensum. At verò si animal aliquod illapsum sit, scāmoniam aceto dilutam, aut absinthij succum, aut peucedani succum, nitrum q; ac sulfur cum raphani succo instillato. H

Apollonij de Iisdem.

Apollonius aūt de ijsdē sic scripsit. ¶ *Ad Pulices & Vermiculos in Auribus, Reliquaq; earum poro illapsa.* Acetū & oleū instilla. Aut capparis succū istilla. Aut amygdalas amaras terito, & oleosum ab ipsis expressum instillato. Veratrū albū tritū inspergito. Aut aristolochiā tritā inspergito. Aut calaminthæ succū infundito. Aut cinnabarim viridē instillato. Aut veratrū albū cū vino infundito. Aut aluminis, & seminis cucurbitæ syluestris, siue medullæ eius, æquas partes tritas *Al. hyssopū. cū oleo cedrino instilla. Aut cępam tritā & œsypūm æquis partibus in vino diluito ac infundito. Aut myrrhā tritā, aceto q; ac melle pariter dilutā, adhibe. Aut chalcitidē crudā tritam ac melle dilutā infunde. In vniuersum verò eximendū est quicquid in meatū incidit hoc modo. Per auriscalpiū nimirum aut volsellā, aut lanam mollem specillo obuolutā & resinatam, aut ēt quæ vncinum habeat tenuē appensum. ¶ *Ad Aurium Sordem.* Nitrum assatum tritum auriculæ inspergito, & acetum instillato, ac lana apposita per noctē sinito: sequēti verò die aqua & oleo calido eluito.

Cæterū ad aquā in aurē acceptā cępæ succū & adipem anserinum tepefactum instilla. Aut mali punici nucleo carentis dulcis & acidi succum in æreo vase, donec duæ partes supersint, coquito: inde q; duas guttas instillato. Aut myrrham ex aceto & melle tritam infundito.

Auricularia

A *Auricularia Pharmaca à Critone conscripta his verbis.*

ℭ *Ad Sonitus aurium à morbis.* Absinthium in aqua decoctum pro fomento adhibe, & rosaceũ cum melle instilla. Aut raphani corticis succum cũ rosaceo instilla. Aut aloen cum vino & melle. Aut thus cum aceto & rosaceo in malicorio ad mellis spissitudinem coquẽdo redactum. Aut hyoscyami succum cum rosaceo tepidum. Aut radicum calami viridis succum cum lacte. Aut rhamni succum cum celtica nardo. Aut gallam nigram cum pari myrrhá ex melle. Aut lycium cum vino mulso instilla. Aut vulpis adipem. ℭ *Ad Dolores Aurium cũm humiditate & purulentia.* Vini veteris sesquiunciam, mellis corsici ℥ j, nitri rubri vnciæ dimidium, lycij indici ℥ j. Lycium cum vino & nitro tritum læuigato, ac mel admisceto: & in vitreo vase reposita infundito, hyeme quidem bis in die, æstate verò sæpius: & † tomentũ lanæ conchylio infectæ} indito. ℭ *Ad Aures Purulentas.* Alumen scissile terito, & affuso aceto ad liquidiorem strigmento compagem redactum lana conuoluta excipito, & resiccata lana, ex ipsa in aurem indito: aut hoc ipsum pharmacũ liquidum per lanam specillo obuolutam in aurem demittito, eam q; ex eo quotidie illinito. Expedit & paulum passi adfundere, ne pharmacum exarescat. *Al. μυξωτῆρος i. mixto *abique. †κροκίδα το χυλίου. i. floccum vel tomentum lanæ conchylij.

Archigenes ad Aurium Affectiones Extra meatum.

B Cæterùm ad affectiones aurium extra meatum auditorium Archigenes hæc conscripsit.

ℭ *Ad Aures Contusas.* Myrrham, thus, thuris mannam, terram nigrã qua aliqui se tanq; smegmate confricãt, cum acri aceto probe vnita, cerati crassitudine imponito, & nequaquam amplius irritato. Aut cerussam & apij semen pariter accepta, cum melle obline: quidam absinthium pro cerussa scribunt. Aut sulfur viuum, myhrram, & thus, cum pice liquida in splenio imponito. Aut glutinum fabrile & asphaltum siue bitumen eodem modo: quidam etiam mannam, hoc est thuris micas admiscent. Aut cephalico Asclepiadeo emplastro vtere. Aut pastillis pudendis destinatis illine. Porrò in quibus cõtusæ sunt aures, intrinsecam expeditiorem concauitatem chartilagineam figulina terra * expleto: & sequenti die, vbi exaruerit, solanum cum cerussa illinito, vsquequo in integrum restituantur. Verùm in aurium vulneribus & fissuris chartilagine probe coaptata fibulas imponito: deinde inflãmationẽ arcentibus, & reliquo glutinatorio ductu, vtitor. *Al. ἐμπλάσας, i. emplastri more illinito.

At verò inflammata in aurium puerorum pulpis foramina, oleum, quod in ærea lucerna ærugine contraxerit, illinẽdo persanabis. Cæterùm Asclepiades huiusce modi ad contusas & fractas aures cõpositione vsus est: Paruas cochleas vbi cum testis cõtriueris, & rubrica tinxeris, appone.

Aliud. Aloes partem vnã, glutinis fabrilis cum aceto cocti partem vnã, mista imponito: aliqui

C mannã siue micas thuris admiscẽt. ℭ *Epithemata ad Contusas Aures.* Cotyledonis herbæ ℥ viij, amygdalarum amararum depuratarũ drach. duas, tragacanthi drach. ij, aceto dilue: & visco quercino excepta, & linteolo infarta impone. Aut ceræ ℥ viij, galbani ℥ viij. † nucum amararum ℥ viij, visci quercini ℥ xvi, thuris ℥ viij, misyos assati ℥ viij: cõponito ac vtitor. ℭ Apollonius autem hoc modo tum aurium inflammationes in superficie cutis ex humorum impressione aut plaga obortas, tum tumores ac rubores, curauit. Butyrum recens excolatum instilla. Aut adipem anserinum, & lac muliebre mista instilla. Aut glandis vnguentariæ succum & resinam liquidam tepidam affunde. Aut adipem bubulum ac anserinum æquis partibus liquefactos instilla. Aut ocymi succum ac adipem anserinum æquis portionibus misce & instilla. *Aliud, quod illini potest.* Papaueris succum aqua dilutum penna illinito. Aut crocum tritum & muliebri lacte dilutum illinito. Aut argenti spumam cum aqua & nardo tenui tritam illinito. Aut cerussam coriandri aut polygoni aut solani succo dilutam illine ℭ *Cataplasmata.* Absinthium tritum ex aqua pro cataplasmate impone. Aut sesamũm aqua tritum impone. Lentem in aqua coctam ac tritam cum melle impone. Aut mali punici dulcis putamina cocta & trita in vino: hoc valdè commodum pharmacum existit. Aut myrrham & adipem anserinum, vel butyrũ, vel resinã, & conchilij par *Al. iiii. †κάχρυος, i. antiquis cachryos. *Al. putamen mali granati.

D tem internam, æquis partibus trita, super aurẽ & propinqua tempora impone. Cõuenit aũt ad hæc ciborũ abstinentia, alui euacuatio, insuper quies, & velamẽ capitis, & corporis requies. Longè verò remota esse debent ardor, frigiditas, balneum, vomitus, clamor, & omnis distentio.

{Eiusdem} Ad Exulceratas ex plaga {in superficie} & Fractas Aures.

A 3. t. 4. t. 1. e 1. fo. 138. e ℭ Panẽ ' calidũ internum cum melle tritum impone. Myrrham cum vino veteri tritã illine. Cochlearum colla {vnà cũ testis} terito: & dimidiã myrrhæ partem addito, ac imponito. Absinthij & apij seminis æquales partes tritas cum melle imponito. Picẽ circũline, & sulfur tritum, aut thuris micas insperge. Verũ ne obliges ista, neq; frequenter repetito epithematum detractiones.

De Parotidibus. *CAP. 2.*

PArotides è genere quidem sunt inflammationum: fiunt autẽ glandulis circa aures affectis: non tñ in ipsis vtimur prima parte curationis partium inflãmatarum. In illis.n. vt plurimum curatione reprimẽte ac repulsoria à medicis appellata vti conuenit: atq; id maximè, cũ neq; malignũ sit, neq; multum quod influit, neq; corpus humoribus ex æquo redundet. Sic nanq; spongia sola ex posca imposita incipientes inflammationes repressit, neq; quicquam ex eo totum corpus fuit offensum. Verùm in parotidibus ipsum contrarium facimus, pharmaca attractoria adhibentes: atq; si hæc nihil memorabile efficiant, etiam cucurbitam affigentes, aut fomẽta assidua adhi-

bentes. Annitimur enim vt affligens humor ex profundo ad cutem attrahatur, præsertim si in capite affectio sit firmata, humoribus videlicet in ipso obfirmatis. Quin & cùm citra capitis affectionem in febribus acutis natura superfluos humores ex vasis effundens, ad regionem inter cutem & subiecta corpora deponit, quando sanè & glandulæ ex effusis humoribus participant, melius vtique etiam tunc videtur naturam adiuuare per humorum ex loco in locum impetuosum illapsum febres curantem. At verò cùm vehementi impetu fluxus illabitur, nihil nos curiosius agentes omnia naturæ permittimus. Si enim siue cucurbitam, siue aliud pharmacum humores ex alto ad cutem attrahens, admouerimus, vehemens dolor hominem apprehendit: vnde & vigiliæ fiunt, & febres succedunt, ac vires exoluuntur. Mitigare itaque tunc, & non humorum influxui opitulari conuenit, per cataplasmatum maximè lenientium vsum: Velut est quod ex frumenti, aut hordei, aut seminis lini farina, cum aqua mulsa, aut fœnigræci, aut althçæ, aut chamæmelorum decocto coquitur: & quæcunque ad hoc quod moderatè humectam habent caliditatem, per quam mitigare dolores valent, etiam influentes humores concoquere possunt ac suppurare, quemadmodum de his in cataplasmatum tractatu sermonem fecimus. Quòd si etiam sanguis redundare videatur, per venæ sectionem ipsum euacuabimus, prçsertim si id vires permittant. Nunc verò ad pharmacorum compositionem progredientes, quam etiam à principio nos tractaturos recepimus, qua ratione tum compositio ipsorum, tum vsus constet, docebimus. Si itaque tumor nō discutiatur, suppurantibus pharmacis vtendum est, velut est frumenti farina cum caricarum decocto & oleo. Item quod ex polline, & quod ex fermento constat pharmacum. Si verò suppuratæ fuerint parotides, tunc aut per sectionem pus elicere oportet, vlcus'que velut in eiusmodi fieri moris est ac omnibus notum curare: Aut sanè per pharmacum acre abscessum rūpere, quale est Smilium appellatum, & quod ex allijs constat: Aut tentare vt ipsum per medicamenta attractoria & tenuium partium vim habentia discutiamus, bis per diem ijsdem ablatis, & fomentis admotis, donec remiserint & laxati fuerint dolores. Quando verò iam plurimum puris fuerit discussum, tūc iam primùm semel soluere ea medicamenta, & fomenta adhibere oportet: deinde verò neque ex re est id facere, sed ipsis pharmacis permittere, vt si quid reliquum in profundo hæreat, id ipsum discutiant. Quòd si duricies adsit, ea ipsa quoque mollienda est: quare hoc tēpore ex mista pharmacorum facultate compositio parabitur, emollientibus videlicet ad attractoria admistis. Postquam verò omnis purulentia fuerit euacuata, & adhuc duricies aliqua relinquatur, emollientibus pharmacis vtendum est: quorum syluæ siue materiæ, item'que compositionis varietatem, in malagmatum sermone demonstraui. Manifestum autem est, quòd moderatas parotidas, in quibus neque humorum multitudo redundans in particulas irruit, in tantum vt vehementes dolores excitet, neque caliditas cum humore adest, facilè per hæc sanare possimus: neque enim ad suppurationem festinant, neque vehementem dolorem inducunt. Verùm licet etiam fomentis ex muria vti, & cataplasmata magis calefacientia quàm & discutientia adhibere, & medicamenta eandem facultatem propè attingentia. Cùm verò plerique medici & parotidum pharmaca indistinctè conscripserint, si quis prædictis in memoriam reuocatis ad eorum vsum accesserit, facilè intelliget quibus tandem ad singulas parotidas vtendum sit. Verùm præexercitabo etiam ego vos ad hanc rē per exempla, quæ Archigenes in primo pharmacorum secundum genus his verbis scripsit.

¶ *Archigenis ad Parotidas.* Parotidas dissoluere volentes plantaginem cū sale tritam assiduè pro cataplasmate imponimus. Aut caprinum stercus ex aceto. Aut rumicis syluestris radices coctas in vino. Aut ficum tritam cum atramento sutorio. Aut ficum coctam cum absinthio & vino tritis. Aut buccina marina, aut purpuras vstas, melle aut axungia exceptas imponito, & confestim discutientur. Idem etiam ostreorum testa vsta & cum melle imposita facit. Aut ceratum rosaceū siue cyprinum ruta admista aut sulfure viuo addito emollitum, aut cimolia cum aceto. Discutit maximè ficus aqua marina aut muria cocta ac trita imposita. Idem facit & marrubium tritum cū sale. Et lana butyro imbuta ac imposita inchoātibus parotidibus opitulatur. Quemadmodum huic postremo loco ab eo relato rectè Archigenes discrimen apposuit, incipientes parotidas è butyro opem sentire testatus, sic conueniebat ipsum etiam circa alia medicamenta vtendi tempus adijcere, velut ego paulo antè feci. Quin & circa hoc ipsum butyrum, non satis est ex solo parotidum principio facere discrimen, nisi apponatur num vehementer aut molliter concitetur, & num dolenter, velut cum pulsationibus & vigilijs infestet, an cum moderato dolore: Deinde qui sit morbi status: Num magna omnino laxitate opus habeat, an per minorem iudicari ac finiri possit: tali nanque suffecerit butyrum, in corporibus præsertim mollibus eunuchorum, puerorum, & mulierum, & eorum qui teneram habent carnem. Si verò cum vehementi dolore fiat, cataplasmate dolorem sedante opus habet, simul'que assiduo fomento vel per solam aquam, vel etiam cum exiguo iniecto ad eam sale. Quandoquidem verò primum omnium pharmacum conscripsit plantaginem cum sale, ab illo sanè etiam nos rursus initium faciemus, plantaginis naturam recordantes ex mistis facultatibus discussoria quàm & repulsoria compositam esse. Ego verò nunquā pharmacis ad parotidas destinatis repulsoria admisceri operæpretium existimo, præterquam si aliquando, rarò tamen, ad multam discussoriorum copiam parum quiddam ex eis addatur, atque id

tum

A tum demum, vbi citra vehementem dolorem parotides irruant. Quod verò deinceps scriptum
est, Stercus caprinum ex aceto inueteratæ ac induratæ, nullum q; amplius memorabilem dolorē
habentis parotidis pharmacum esse possit, velut etiam lienis in scirrhum indurati. Tertio dein-
de loco cōsequenter, Radices rumicis syluestris in vino coctas tradidit. Si sanè & qualitatem &
ætatem vini apposuisset, fortassis & ego tentassem de eo iudicium ferre: Cum verò nō adiecerit,
multum q; differat acerbum, aut austerum, aut acre, aut dulce, aut recens, aut vetus, aut crassum,
aut tenue, aut fuluum, aut album, aut nigrū vinum esse, ob id etiam ego nihil habeo quod de hoc
pharmaco dicam. At cùm vobis hoc cognitū sit, q maiori discutiendi vi præditum sit vetus, præ-
sertim si ex genere natura calidiorum sit, velut sunt in totum fulua, contraria verò huic secundum
vires tum austerum tum acerbum, huiusmodi quidem vinum vitare oportet. In fuluo verò & me
diocriter vetusto, & tenuium partium, rumicis radices coquentes, in parotidibus citra vehemen-
tē dolorem obortis ijs vti poteritis. Scribit deinceps, Ficum tritam cum atramento sutorio. Di-
scussoriæ quidem igitur & concoctoriæ facultatis est ficus, præsertim arida: recens verò discutien-
di quidem vim habet, verū concoquere non potest. Verùm atramentum sutorium nemo ignorat
vtrasq; facultates fortes repulsiuam & discussoriā cōplecti, quapropter etiam vehementia eius vi-
B tanda est. Cocta deinde fico nimirū arida, cum absinthio & vino tritis vti iubet. His sanè etiam
vos vtemini in tempore, ad medias magnitudine ac tēpore inflammationes: quemadmodum ēt
buccinis, & purpuris, & ostreis vstis, in durescētibus ac vetustis: est enim pharmacum quod oēm
afflictionem & acrimoniā mitigat & discutit, non solùm si melle quis eorum cinerem imbuat, sed
& multo magis si adipē suillū insulsum, vetustū, & à fibris depuratum admisceat: citra oēm enim
molestiam oēs inueteratas inflāmationes discutit, etiam si ex rheumatica affectione sint obortæ.
Deinceps cerato rosaceo ēt cyprino cū ruta vti iubet: quod discussorium quidem pharmacū est, *Al. vel
verū nihil vehemens neq; violentum in se habet. Paulò verò efficacior fit cōpositio, si sulfur viuū
pro ruta admisceamus. Quæ sequitur deinde Cimolia cū aceto, neq; fortē, neq; dolorosam, neq;
magnam parotidem curare potest. Ficus verò aqua marina cocta in inueteratis iam cōmoda fue
rit, vtpote discussoria vi prædita, velut etiam si aquæ marinæ penuria muria quis vtatur. Simile
huic est, quemadmodum etiā ipse Archigenes dixit, Marrubium cum sale. Post hæc verò de bu-
tyro scripsit, cuius vt vltimi circa illius dictionis ordinem paulo ante mētionem feci: Post quod
rursus ad generosum pharmacū transiit, Pyrethrum tritum fico excipi iubens. Deinde calce viua
cum melle trita vti præcipit. Et post hoc mustelæ sanguinis illinēdi meminit. At verò talia tan-
C quam curiosa & superuacanea, & quæ magnā rei medicamentariæ egestatē indicent, si per alia au
xilia citra sanguinis "mustelæ adhibitionem parotidas curare nequeat, neq; in vsum adsumpsi,
A.l.4.f.3.t.2. .8. fo.458.c neq; eorum experimentū habeo. Sed neq; ex amicis nostris quispiam alius vti tentauit.† Verùm †τῶν δ' ἐγκεφάλῳ καταχρίειν ὁτῳ δή ποτε etc. est in īpressis, ut trāstulit Cornar. ī antiquis τῷ δ' ἐγκεφάλῳ χρίειν ὁτῳ δή etc. id est uerum cerebro uti quocūque tādē etc.
cerebrum illinire quodcunq; tandem, mediocriū parotidum medela existit. Post hoc verò hæc
verba scribit: Aceto feruenti perfundito, aut spongiam in acida muria imbutam imponito. Fos-
sorū ac messorū fortassis ea fuerit medela, non hominum vrbanorū. Deinceps acris mentionem
facit pharmaci ex mustela vsta, cuius cinerē cerato irino excipi iussit. Verùm eiusmodi pharma-
cis, qn̄ diu durant, & in scirrhum indurantur, vtendum est: pleraq; enim ab eo scripta veterascen-
tium & ægrè solubilium parotidum remedia existunt. Quapropter etiam ipse ad pharmacū hoc
adiecit, quòd etiam Strumas probè sanare possit. Post hoc verò eiusmodi dictio inordinatè inser
ta est, tum assidua calidæ dispersio, tum assidua crudę hordeaceę farinæ impositio. Quod ipsum si
ue quis per se legat, siue prioris dictionis finem huius dictionis principium faciat, vtrunque malè
dictum est. Manifestum verò hoc erit, vbi præcedentis dictionis finem præposuerimus, vt totus
sermo eiusmodi fiat: Mirabiliter discutit & strumas, sæpe etiam parotidas, tum assidua calidæ ad-
spersio, tum assidua crudæ hordeaceæ farinæ impositio. Etenim apertum mendacium est strumas
D atq; parotidas mirabiliter ex assidua aquæ calidæ aspersione, assidua q; crudæ hordeaceæ farinæ
impositione, discuti. Si verò de parotidibus solùm dicatur, certa distinctio aberit, quæ doceat nos
in quibus & qualibus parotidibus aquæ calidæ aspersio, & assidua crudæ hordeaceæ farinæ adhi-
bitio, conueniat. Non enim in omni, sed quam citissimè velimus suppurari, hæc facienda sunt,
quemadmodum in superiori sermone est indicatum. Hoc itaque vitiosè, vt dixi, interfertum est.
Cæterū Archigenes ad consequētia transgressus rursus pharmaca scribit, non apponens quòd
induratis & inueteratis parotidibus salutaria existant, cū nos ex materia ipsorum ipsa talia esse co
gnoscamus. Adscribam autem iam vobis ipsius Archigenis dictionē, quæ sic habet: ℭ Propriè
verò lupinorum amarorum farinam cum melle coctam, exigua calce viua addita, pro cataplasma
te imponito. Egregiè discutit & hoc. Picis brutiæ, mannæ siue micarum thuris, equales partes:
terebinthinæ, palmarum Syriacarum non vetustarum pinguium carnis puræ, vtriusq; duplum:
chalbani dimidium mannæ: probè vnitis vtitor: si verò dura sit, resinam misceto. Aut nitrum &
rubricæ sinopidis tertiam partem cum vnguento cyprino ad strigmentitiam crassitudinem reda-
cta, ac linteolo infarta imponito. Aut calcem viuam cum strigmentis eodem modo. Aut cari-
cas, chalbanum, nitrum, pari mensura: sulfuris tertiam partem: terebinthinę, opopanacis, vtriusq;
parum quiddam: vnitis vtere. Aut calcem viuam cum aceto tritam impone. Quòd si neque per

hæc discutiantur, adiuuabimus per mutationem in suppurationem per frequentia ex calida cru- E
da q; hordeacea farina cataplasmata. Dehinc rursus digerẽdum per largam & frequentẽ decocti lauri aut baccarum eius perfusionẽ, aut sulfure, vel consimili quopiam in aquam insperso, siue nitro, siue columbino stercore in ea admisto: aut etiam cucurbita cum scarificatione affixa. Deinde ad chirurgiam perueniendũ est, & crudi abscessus sectionẽ: optimũ enim in his, vt quàm celerrimè fluxio foras euellatur. Hæc quidem Archigenes scripsit. Sunt aũt & multa emplastra quæ parotidas discutiunt, aliqua quidem iam inueteratas & induratas: aliqua verò eas, in quibus sedato dolore nulla amplius puris suspicio est: quemadmodum etiam aliqua quæ iam suppuratas curare possunt. Talia verò inter discussoria emplastra, singula cum virium suarum professione conscripta sunt: velut etiam ea quæ simplices parotidas curãt, laxatoria appellata, omnibus nota sunt. Exempla ipsorum sunt, Emplastrum Mnaseæ, & quod ex succis constat, & quod ex ptisana. His etiam prestant quæ molliora sunt, & cerati forma constant, cùm ex butyro, tum ex œsypo conflata, ostreis aut buccinis aut purpuris vstis additis, cuiusmodi est hęc: Adipis porcini veteris insulsi quadrantem, quidam semissem: butyri vnciam vnam, ceræ sextantem & vnciæ dimidium, ostreorum vstorum quàm tenuissimè tritorum sextantem. Liquescibilia liquefacito, ostrea q; infarcito, ac vnitis vtitor confidenter. Efficacissimum hoc ad parotidas existit. F

De Affectionibus Narium. CAP. 3.

EX genere tumorum præter naturam Polypodes in naribus generantur: ex genere verò vlcerum Ozænæ. Secundum genus autem excretionum præter naturam Sanguinis eruptiones fiunt in morbis acutis iuxta rationem earum, quas recentiores medici priuatim superexcretiones appellant, nimirum in quibus natura ad iudicatorium auxilium concitata modũ excessit. Primũ itaq; de ozænis sermonẽ faciam, quæ ex humorum acrium & putrescibilium influxu generãtur: ita vt si acres solùm sint, ægrè curabilia vlcera producere consueuerint, non tñ graueolentia. Cæterùm cura cõmunis ambobus his est, item q; polypi, vt videlicet primũ caput siccetur & firmẽt, cùm palàm sit ob vitiatorum humorum redundantiam defluxum ex eo in nares prouenire. Quo modo verò caput totum corroborare oporteat, quò nullum recrementum ex eo ad inferas partes delegetur, sæpe iam dictum est. Cũ igitur per illa caput validum reddideris, ad naris progredieris curationem scopo in ozænis proposito, vt affecta pars per mistæ facultatis pharmaca tum repellẽtia, tum discutientia resiccetur. Repellunt itaque tum austera, tum acerba, quæ communem adstringentium appellationem habent: discutiunt autem calida & sicca facultate prædita, quorum sylua talis est. ℭ *Archigenis Pharmaca ad Ozænas.* Cùm ozæna in naribus fuerit, calaminthę suc- G
cũ infunde. Aut ipsam calaminthẽ aridã per fistulam insuffla. Aut veratrum album cũ seminis nasturtij chema quotidie insuffla: post hoc verò caput perfunde. Obline aũt eos vel chalcitide, aut atramento sutorio, aut psorico cum melle. Aut instillato in narem melle, & per sternutatoriũ facta concussione tectoria vlceri obducta excutito: deinde præscriptum ex nasturtio & veratro pharmacum per narem attrahere quã plurimum iubeto: & postea amurcam cum melle illinito. Aut myrrham & nasturtium cum melle. Aut ranunculi succum cum alumine liquido in narem infunde, ęgrum q; resupinatum donec ad os penetret attrahere iube: atq; id vsquequo percuraueris, identidem repete. Si verò vetera sint vlcera, etiam acetum vetus admisce, aut sulfur tritum. Acre item acetum in vasculum angusti oris fusum ad multum tẽpus ad respirationem ipsorũ appone: deinde misy cyprium & dimidiũ eius nardi Indicæ cum vino chio ad mellis crassitudinem redige: ex eo q; meatus penna obline, & per lanam obtura. ℭ *Ad Vlcera in Naso.* Vlcera in naso ex malorum punicorum succo in æreo vase ad medietatem cocto perline. Aut malũ punicũ dulce integrum in vino coctum terito, & forinsecus imponito. Aut æris squamam & æruginẽ cum alba viola ex aqua affricato. Aut rubi succum & alumen Melium cum aqua diluta eodem modo. Si verò vetus sit vlcus cum aceto diluito. Aut itidem & sandaracham cum melle oblini- H
to. Aut adipem vitulinum & resinam illinito.

De Polypo Narium.

Polypus tumor est, qui præter naturã in naribus generatur polypodis carni assimilis iuxta substantiæ proprietatem. Manifestum itaque est affectionem hanc ex crassis & viscosis humoribus generari: atque ob id mista materia medicamentaria opus habet, vt videlicet partim adstringat, partim secet & attenuet, partim etiam discutiat, & condẽ*set. ℭ *Archigenis ad Polypodas.* In po- *Al. exiccet
lypode nasturtij tenuis chemam siue drachmam dimidiam cum veratri albi obolis duobus nare attrahere iube. Vbi verò exciderit, linamentis cum anthera siue florido emplastro ex melle vtere, aut lycio eodem modo. ℭ *Asclepiadæ ad Ozænas & Polypos.* Asclepiades in quinto exterorum sic scripsit. ℭ *Aridum ad Ozænas.* Aluminis scissi drachmas quã*tuor, myrrhæ drach. iiij, sandara- *Al. duas.
chæ drach. iiij, gallæ drachmam vnam, † atramenti sutorij } vsti drachmam vnam. Tritis vtere, na- †Al. æris.
ribus prius vino odorato elotis, & pharmaco per specilli extremum siue nucleũ admoto. *Aliud.* Seminis ericæ drach. viiij, myrrhæ drach. viij, nitri rubri ʒ viij, malicorij ʒ viij, seminis tamaricis drachmam vnam, crocomagmatis ʒ ij: tritis vtere. *Aliud.* Soreos ægyptij friabilis ʒ ij, chalcitidis vstæ ʒ ij, seminis tamaricis ʒ j, croci ʒ j, myrrhæ drac. j: tritis vtere. *Aliud.* Chalcitidis vstæ drach. ij,

atramenti

A atramenti sutorij assati ʒ ij, misyos ʒ ij, amomi ʒ j, myrrhæ ʒ iiij, croci ʒ j: tritis vtere. ℭ *Alia Compositio, quæ Flauescens appellatur.* Aluminis scissi ʒ viij, chalcitidis crudæ ʒ vj, sandaracha ʒ iij, putaminis mali punici drac. ij, atramenti sutorij vsti drac. ij, misyos assati drach. ij: tritis vtere. *Alia.* Atramenti sutorij vsti drach. iiij, diphrygis drac. ij, calcis viuæ drac. ij, sandarachæ drac. ij: arida admoue, aut linamentum tortum aqua madefactum ac pharmaco imbutum inde. *Aliud.* Misyos assati drach. ij, mannæ thuris drach. ij, calcitidis assatæ drach. ij, squamæ æris sesquidrachmam, æruginis drach. vnam: arida adhibe. *Aliter ii.

Lamponis ad Ozænas, Aegipolas, Polypodas, & Multa alia.

ℭ *Ad Ozænas & Aegilopas, ac Polypos, & quæcunq; velis citra sectionem ac vstionem submouere. Dirimit etiam Ossa corrupta. Facit & ad Vlcera serpentia ac putrida insperfa: & ad sordida vlcera, linamento excepta ac indita cum melle.* Scobis æris rubri vnc. j, salis ammoniaci sextantem, ammoniaci thymiamatis sextantem, aluminis rotundi quadrantem, aceti acerrimi heminas vj. Arida terito, & affuso aceto omnia in vas æris rubri transferto, in eoque ad Solem sub caniculæ ardore cum æris rubri radio agitato donec pharmacum exarescat: deinde in mortarium translatum diligenter terito, & in fictili recondito. Vsu verò exigente aquam absorbēdam dato, deinde etiam in ore continenda m: phar
B macum verò per fistulam insufflato. ℭ *Scribonij Largi, facit ad omnem Extuberationem.* Misyos vsti, chalcitidis vstæ, atramenti sutorij vsti, soreos, squamæ æris, singulorum ʒ viij: arida admoueto. Oportet autem præcedenti die quiescere, deinde sequenti pharmacum post cibum indere. Illinendæ etiam nares antea cum bitumine, aut liquida pice, aut myrrha stacte. ℭ *Philoxeni Chirurgi ad Polypodas, Ozænas, omnem Excrescentem carnem, Hæmorrhoidas, & Quibuscunque crustam inducere velis.*

l. l. 5. fu. 2. t. 3. o. 552. h

Æris vsti, auripigmenti torrefacti, misyos assati, singulorum drac. duas: diphrygis ʒ iij: chalcitidis vstæ, atramenti sutorij vsti, squamæ æris, singulorum drac. quatuor: tritis vtere. Cæterùm post pharmacorum adhibitionem etiam sternutatorijs vtimur, quò videlicet tectoria vlceri obducta excutiamus, quæ tribus aut quatuor diebus ferè excidere consueuerunt. Vbi verò exciderint, adipe anserino ac butyro cum rosaceo cerato curantur. Verum Asclepiades in primo pharmacorum exteriorum sic scripsit. ℭ *Asclepiadæ ad Ozænas, quo vsus est Meges.* Seminis ericæ ʒ iiij, myrrhæ ʒ iiij, nitri rubri ʒ iiij, putaminis mali punici ʒ iiij, croci ʒ ij, costi ʒ ij: trita insufflato. *Aliud.* Aluminis scissi ʒ iiij, myrrhæ ʒ iiij, sandarachæ ʒ ij, rhois rubri drach. duas, salis fossilis drach. ij, costi ʒ ij, croci drach. ij: trita insufflato. Ante curam verò nares vino odorato & optimo melle eluere conamur. ℭ *Ad Narium Polypos, quo vsus est Antipater.* Æris vsti drach. iiij, minij sinopici drachmam
C vnam, trita per arundinem insufflato. Quin & per specilli nucleum admoueto. ℭ *Aliud Antonij Musæ.* Atramenti sutorij partem vnam, sandarachæ partem vnam, trita insuffla. ℭ *Aliud Charixenus post chirurgiam.* Cornu cerui vsti drach. iiij, squamæ æris rubri drach. iiij, auripigmenti drac. vnam, trita insuffla. *Aliud.* Bryoniæ radicis vstæ drach. iiij, atramenti sutorij drach. iiij, spumæ nitri drach. iiij, elaterij drach. iiij, trita insuffla. ℭ *Ad Vlcera in Naribus.* Recrementi plumbi, vini veteris, olei myrtei, singulorum æquales partes. Plumbi recrementum, vt quàm læuissimum fiat, terito: & adfuso vino, rursus læuigato: deinde myrteum addito, omniáque simul misceto ac conquassato: & in figulinū vas coniecta prunis imponito, assidue q; agitato: atq; vbi strigmentosum redditū fuerit pharmacū, sublatum in pyxide plumbea seruato. *Aliud.* Plumbi vsti & loti ʒ viij, vini rosati quātum sufficit, olei myrtei quod satis est: apparato, & vtitor vt dictum est. *Aliud.* Spumæ argenti drach. vj, cerussæ drach. viij, malicorij drach. iiij, aluminis scissilis drach. iiij, vini aminæi quantum sufficit, olei myrtei quod satis est. Arida tusa & cribrata, in mortarium coniecta, cū vino ad strigmentitiam crassitudinem redigito: postea verò myrteo oleo affuso conquassato: & ablatis in pyxide plumbea reconditis, vt dictum est, vtitor. Sint autem myrtei heminæ quatuor, vini cyathi. iiij. ℭ *Diogenis Pharmacum accommodatum.* Adipis anserini drach. iiij, œsypi sesqui-
D drachmam, medullæ ceruinæ drach. ij, ceræ tyrrhenicæ drac. viij, plumbi vsti & loti drac. quatuor, stibij vsti & loti drach. viij, ladani drach. ij, adipis vitulini drach. ij, terebinthinæ drach. iiij, cerussæ drach. ij, spumæ argenti drach. j, rosacei quantum sufficit. Liquida cum aridis committito, & repositis vtitor. Vsu autem expetente quantum satis fuerit tollito, & rosaceo dilutum naribus sublinito. Ex primo de Parabilibus Apollonij, Ad affectiones in naribus. ℭ *Ad Narium Exulcerationes, & Putredines, ac Fœtores.* Mali punici nucleo carentis dulcis item q; acidi succum in æreo vase, donec duæ partes supersint coquito: ac vtitor quā penitissime illinendo. Facit & malum punicū dulce cum vino coctum & contritum, & forinsecus impositum, atq; intrò illitum. ℭ *Ad Excrescentem carnem in Naribus & Polypum.* Diphryges tritum admoueto, & linamento nares disparato. *Aliud.* Veratrum terito, ei q; origani par pondus tritum addito, ac naribus bis in die insufflato. *Aliud.* Veratrum nigrum cum pari sandaracha terito, & admisto oleo lana excipito, eo q; narem expleto. *Aliud.* Florem æris, & æruginem, ac silphij succum, pari mensura, oleo admisto terito: & ad vnguenti crassitudinem redacta ad dies quinq; naribus sublinito: deinde per volsellam eximito. *Aliud.* Auripigmentum & calcem trita cum specillo largè adhibeto. Vbi verò intumuerit & eleuatus fuerit polypus, veratro nigro arido trito moderatè vtitor: vt plurimùm enim in diebus septem nasus vacuus redditur. Deinde diphrygis cum melle vsu expurgato. *Aliud.* Auripigmē-

*Aliter i. (beside "Æris vsti…")
*Aliter i. (beside "dis vstæ…")
*Aliter iii. (beside "minis scissi…")
*Aliter ii. (beside "vnām, trita insuffla…")
*Aliter viii. (beside "D drachmam…")

tum & calcem ac veratrum album trita cum specillo admoueto. ℭ *Ad ea quæ Naribus illabuntur.* E Quæ naribus illabuntur, aurifcalpio aut volsella extrahito: aut sternutatorio admoto os apprehēdito, atq; alteram narem comprimito, si quidem non in vtraq; nare affectio existat. Hæc quidē Apollonius quibus ipse vsus est tradidit.† Verùm vt ego vsus sum, & in polypis ac ozænis narium, probatissima repperi, subscripta: Ac primū quidem quod ex malis punicis cōstat pharmacum. Sint aūt pari numero ac magnitudine ex tribus eorum differentijs accepta: aliqua enim ex his sunt austera, aliqua dulcia, & quædam acida. Contundenda itaq; sunt recentia & matura, atque integra diligenter confringenda, quò succus ex eis exprimi possit: quem in vase stanneo depositum adseruare oportet modicè coctum, si quidem liquidior q̄ oporteat videatur. Quòd verò ab eo reliquum est solidum & crassum, rursus diligenter contundendum est, vt à cōtusione rursus in pila atteri ac læuigari possit, inde q; collyriorum formæ effingi, quæ congruam ad ægri nares proportionem habeant. Induntur.n. hæc in naris quam polypus obsedit, meatū, quò citra mordacitatem & consensum, qualem acria pharmaca excitare solent, per longiorem moram ipsum expurgēt. Quòd si humectior & mollior tibi appareat polypus, plus ex austeris malis punicis cōijcies: si durior, ex acidis. Quandoquidem verò perpetuò tolerare collyrium molestum est, ab eius vsu interquiescere conuenit, atq; eo tempore quo ipsum non indis, per expressum succum ægrum cu F rare, & sanè oris diducto rictu hianti, etiam circa illas partes iuxta quas nasus ad palatum perforatus est, liquidum ipsum expressum pharmacum illinere vel cum penna, vel cum lana specillo duos nucleos siue cuspides habenti obuoluta. Cæterùm ex aridis pharmacis diphryge citra mordacitatem aliquando per multum tempus consumptum polypum noui. Probatur etiam in ipsis prædictum collyrium ex malis punicis effictum, si vbi exaruerit, probè contundatur, cribretur q; ac lęuigetur, inde q; insufflctur, aut etiam per specilli nucleū indatur. Omnia autem hęc assiduè facere oportet, vt nunquā ab affecta parte pharmacum absit, cùm facilè ab humiditate eluatur. Quemadmodum igitur in lippientibus, sic & in his semper, si possibile est, pharmacum adhibere oportet: abluitur enim facilè, vt dixi, ab influēte humiditate. Porrò cùm eunuchus quidam nullius pharmaci ferre posset adhibitionem, sed ab omnibus iritaretur, rosis aridis cōtusis ac probè tritis atq; inditis, mirum q̄ viderim hominem magnopere citra omnem mordacitatem adiutum. Quare in corporibus mollibus & humidis, aut quibus ægrè vlcera ipsa sanescunt, rursus eodem pharmaco vsus sum: cōtigitq; ex duobus alterum, aut vt nihil noceret, aut omnino citra molestiam opus suū perficeret: pleraq; enim eorum quæ polypodas exterunt, eos exacerbant, vbi à scopo aberrēt. Cæterùm vlcera in narium meatibus semper per pastillos curaui, Andronij videlicet, & Pasionis, & G Polyidæ, & Bythini, & per eum quem ego composui, his ipsis aliquando vino dulci dissolutis, aliquando austero, & quandoq; moderatæ ætatis, quandoq; veteri. Interdum etiam aceto dilui vel vinoso, vel simpliciter acido, vel etiam acri valdè & vetusto, iuxta prædictas indicationes, vsu pharmacorum secūdum symptomata affectionum reperto. In diuite verò quopiam qui odoratū pharmacū sibi adhiberi expetebat in ozænæ curatione, hedychroi vsum excogitaui, ipsum q; vino falerno veteri dissolui, & mirū q̄ breui affectio ipsa sit curata. Relata est hedychroi compositio circa theriaces antidoti descriptionem.

† Al. quibus autē ego usus sum.

Heraclidæ ad eruptiones Sanguinis è Naribus ad Antiochidem. CAP. 4.

SVfficienter quidem de sanguinis eruptionibus in curandi Methodi libris dictum est, verùm nunc quæ ex sylua vsu cognita constant, & à prædecessoribus nostris approbata sunt, referentur. ℭ Vbi grumos sanguinis eduxeris, lanā specillo obuoluito, eam q; in lycio aqua diluto imbuito, & sanguine manantem locū illinito. Aut linamentū longum lycio imbutum indito, deinde forinsecus cum digitis apprehensum nasum comprimito, donec cōstiterit sanguis. Aut chalcitidem mediocriter læuigato, & linamentum ex ellychnio contortum in frigidam aquā demittito, deinde in chalcitide obuoluito. Aut linamentū priapi siue pudendi forma naribus indito. Aut H linamento fissili vtitor q̄ penitissimè intruso. Præstat aūt digitum ad palatum immittere, ne eo linamētum fissile deferatur. Aut thus confringito, & polygoni aut seminis porri succo diluito, in eo q; linamentum fissile, aut ex ellychnio obuolutū, indito. Aut mentā tritam indito. Aut spongiam siccam immittito. Aut spongiam in acre & feruidum acetum coniectam imponito: & sanguine manantem narem specillo forinsecus donec impellat, apprimito. Pręstat aūt spongiæ principium filo per acum trāsmitti, quò facilè extrahi possit: extrahito aūt cùm opus suum perfecisse existimaueris. Si verò inarescat spongia, intus q; agglutinetur, per auricularem clysterem frigidā aquam immittito, ac infundendo humectato, atq; ita extrahito. Vtere ēt compositionibus vulnerarijs & sanguinem sistentibus quæ describentur. Accommodatum est & frontem spongijs refrigerare, item'que partes quæ ad caput sunt sublimes facere: brachia autem & manuum iuncturas, fœmora q;, & inguina, atque genua, qua parte contracta sunt, deligare, quemadmodum in venarum sectionibus facere moris est: Iubendi q; sunt vt ea membra moueant, manus quidem confricando, pedes verò ambulando: expletis enim sanguine quæ in eis sunt venis, nares sanguine manare cessant. In potu amplius exhibenda sunt ea quæ ad sanguinis reiectionem conscribentur. Aures quoque intensè per linteola ac ceram obturentur, & in ore aqua pluuialis frigida

contineatur,

A contineatur. Quòd si quid ex sanguine deglutitum esse videatur, et id ipsum vbi multa eius sit copia, per euacuatiuum educito: in ventre enim & intestinis in grumos coactum inflationem facit.

Pharmaca Asclepiadæ in quinto Externorū ad Sanguinis Narium eruptiones scripta, quæ Marcellæ inscribit. Platani pilulas collectas in vmbra exiccato, & desiccatas super pannum asperum in discum diffundito, eas q; aspera ipsius panni siue tunicæ parte confricato, aut in panno ex pilis siue setis composito obuoluito: ac semen quidē pilularum abijcito, tomēta verò collecta in testaceum vas nouū reponito. Vsu aūt expetēte ea ipsa lanuginosa platani tomēta in arundinē, cuius geniculi recisi sunt, indito: & qua parte excauata est arundo, naribus imponito ac insufflato: cōpendio hoc vincit sanguinis eruptionem. *Aliud.* Atramentū sutorium diligenter tritū reponito: vsu verò postulante rasuram quampiam linteolorum in pharmacū immersam indito. *Aliud.* Spōgiam cruda pice imbutam exurito, vbi verò aliquid huius linamento torto exceperis, indito. *Aliud.* Putaminis oui partem j, gallæ acerbæ partem vnam, trita linamento torto aqua aut aceto madefacto excipito, & indito: frontem verò & nasum gypso aut luto figulino integito: aures aūt fortiter continere iubeto. Quidā spongiam aphricanā aceto acerrimo incoquūt, deinde exprimunt, eam q; in ignito lapide frequenter obuoluunt: atq; ita suffitum & vaporem excitant, quem naribus attrahere iubent.

.l.3.f.5.t.1. .9.fo.241.a

B *Quæ Andromachus scripsit.*

Ad sanguinis quidē ex naribus eruptiones nihil priuatū Andromachus scripsit. Verùm inter ea quæ sanguinē cohibēt, pleraq; ēt hæmorrhagias nariū sistunt. Quapropter ēt ego adscribā eiusmodi pharmaca, quo modo ab ipso descripta sunt. *Compositio Ischæmos, id est sanguinem sistēs, qua vtor.* Chalcitidis, misyos, mannæ thuris, singulorum ʒ iiii, tritis vtitor. *Flaua, qua vtor.* Chalcitidis ʒ centum, atramenti sutorii ʒ l, misyos assati ʒ vigintiquinque, æris vsti ʒ xii & dimidiam: tritis vtere. *Ischæmos magna.* Misyos cyprii ʒ vii, atramēti sutorii ʒ vii, corticis pini ʒ iiii, squame æris ʒ iiii: mannæ siue micarum thuris ʒ iiii, alii ʒ xv habēt: ęris vsti ʒ xv, chalcitidis ʒ xv: calcis viuę drac. octodecim, alii xl: gypsi torrefacti ʒ iiii, alii octò: tritis vtere. *Ischæmos Aphrodæ.* Chalcitidis ʒ vi, mannæ thuris ʒ ii: resinæ terebinthinæ frictæ ʒ iiii, alii tres accipiunt: tritis vtitor.

* Aliter xii.
* Al. viii.
* Aliter v.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Medicamentis, quæ Affectis Oculis soleant adhiberi.

Doctrina Affectionum quæ in Oculis fiunt, inter quas etiam de Pharmacis acrimonia carentibus, & Meatus obducentibus, & de Alijs omnibus. CAP. I.

On equidē alia est cōponendi, alia vtēdi methodus in his pharmacis. Ipsa.n. cōpositio velut ad vsum relata conficit, ita vt ij qui pharmaca cōponunt, scopum habeant vtilitatē ex vsu ipsorum emergentē. Verùm quemadmodum in aliis, sic etiā in his affectionibus quidā indefinitè pharmacorū vsus scripserūt, verbi gratia: Quòd ad dolorē accommodatū est hoc pharmacū, nō apponētes affectionē in qua dolor sit obortus. Quidā verò ēt affectiones adscripserūt, alii quidē magis iuxta experientiā: alii aūt magis fm rōnem: Iuxta experientiam quidē magis, quicunq; ex conspicuis circa oculos signis discrimē fecerunt: Secundum rationem verò magis, qui ex obscurè apparentibus, aut neq; in totum apparētibus idem fecerunt. Conspicuè itaq; apparet fluxus multus & modicus, mordacitas & lenitas, rubor q; plus aut minus, velut itidē venæ pauco & multo sanguine plene, et inflāmationis tumor minor aut maior. Quemadmodum ēt colores præter naturā variegati, & oculorum sordes siue lemæ plures aut pauciores, aut minores, aut maiores, progredientes. Apparēt itē nobis manifestè asperitates in palpebris oculorum. Quid verò attinet dicere, quòd & vlcera & pustulæ tum secūdum locos, tū magnitudine, non paruam differentiā habent, item q; quæcunq; eius generis alia existunt? Quin iuxta alium sanè modum ex eorum, quæ conspicuè apparent, numero sunt ēt ipsi adeo dolores. Nihil enim interest siue nobis siue ægris appareant: etenim quod dolent, & quo modo dolent, quippe quod cum compressione, aut tensione, aut obturatione, aut corrosione, aut quibusdam pulsationibus dolent, nobis apertè denunciant. Cæterum eiusmodi discrimina non apparent (velut aliqui scribunt) ad fluxum, qui ab iis quæ intra cranium idest caluariam sunt: aut ad fluxum, qui ab ijs quæ extra cranium sunt: aut etiam per Iouem ad eum, qui ex arteriis aut ex venis affertur. Et cum quidam dicant distensionem aut obturationem in profundo oculorum esse, humoribus videlicet crassis, aut viscosis, aut multis impactis, nullum symptoma adeo ægros grauat, velut vehemens dolor

D

dolor circa quodcunq; tandem membrum, non sanè circa oculos solos, adeo vt mortem aliqui vltro elegerint, melius fore rati hanc semel obire, quàm vnum integrum diem dolorem ferre. Ego verò cùm in alijs quibusdam, tū duodecimo de curandis morbis Methodi in vniuersum manifestè scripsi tum de differentia affectionum, in quibus vehementer dolēt, tum quę causa vniuscuiusq; ipsarum existat. Scripsi item in decimotertio eiusdem operis omnia, quae necesse est medicum de oculorum affectionibus nosse, & quae ad ipsarum curationes requiruntur. Referam nihilo minus tamen & nunc breuibus, capitibus tantum repetitis eorum, quae ad praesentem tractationem vtilia sunt, hoc est eorum quae cum materiae medicae doctrina cohaerent. Nam & liquores, & succi, & semina, & fructus, & plantarum particulae ocularibus compositionibus induntur, veluti etiam non pauca ex ijs quae metallica appellantur, aliqua quidem extremè austera & acerba atq; acria: aliqua verò his moderatiora, & tamen fortia: quemadmodum item aliqua omnis mordacitatis expertia ac lenissima per lotionem reddita. E

De Pharmacis Mordacitatis Expertibus, ac lenibus.

Pompholyx igitur lota nulli pharmacorum mordacitatis expertium inferior est: atq; ob id ea vtimur ad tenues & acres fluxiones, capite videlicet prius simul'que vniuerso corpore euacuato. At verò manifestum est quòd per venę sectionem ac purgationem totum corpus euacuamus, per apophlegmatismos verò caput à pituita vindicamus. Potest enim pompholyx lota, quemadmodum etiam spodium, atq; amylum, simul et moderatè humores resiccare, simul q; ne per tuniculas euacuetur ea, quae in magnis ipsorum venis superflua humiditas continetur, prohibere. Quare si quis prius quàm caput ab humoribus ad oculos defluentibus expurget, obturantibus pharmacis vtat, vehementem dolorem ex distentis tunicis efficiet, & ex multitudine influentium humorum aliquādo rupturam aut erosionem ipsorum inducet. Eiusdem generis cū praedictis pharmacis subtenuis ouorum liquor existit, ex redundanti potens humiditates abluere, & exasperata oblinere. Verùm obturandi meatus vim cum illis aequaliter non habet, sicut neque vim resiccandi. Atqui foenigraeci succus quod ad viscositatem attinet, similis est albo ouorum liquori: discussoriam autē habet facultatem, & moderatè calfactoriam, atq; ob id multos dolores mitigare consueuit. F

De Pharmacis Acribus.

Praedictorum pharmacorum syluae secundum genus maximè contraria acrium liquorum materia est, veluti liquoris cyrenaici, & medici, & sagapeni, & euphorbij, atq; simpliciter loquendo omnium vehementer calfacientium citra exasperationem. Atq; haec ipsa sylua non solùm in liquoribus, sed & in succis, & seminibus, & floribus, & plantarum fructibus continetur. G

De Extergentibus siue repurgantibus.

Tertio consequenter post praedictas fortis facultas est extergētium pharmacorum, qualis squamae aeris est, & chalcitidis vstae, & aeris vsti, item q; floris eius, & misyos, ac soreos, item q; stibij.

De Erodentibus.

His adhuc aliud quid genus adiacet erodentium videlicet, quale est auripigmentum, & sandaracha, & Asiae petrae flos: participat & misy paulusum eiusmodi facultate.

De Astringentibus.

Est & aliud genus pharmacorum quod in oculares compositiones iniicitur, eorū videlicet quae natura adstringunt. Quae igitur mediocriter hanc vim habent, influxiones repellunt: quae verò vehementer, ampliorem dolorem infligunt tunicas exasperando, quàm iuuent influxionum impetū repellendo. Miscet aūt aliquando vtiliter ex eis parum quid in compositiones oculorum aciem exacuentes, vtpote quae oculorum substantiam cogant & adstringant. Verùm quae mediocriter adstringunt, lippitudinibus commodissima existunt: conferunt autem & reliquis ferè omnibus affectionibus cùm vlcerum, tum pustularum, tum fluxionum. Sunt verò eiusmodi, Folia rosarum & flores & succus, ericae q; fructus, & nardi spica, amplius q; & malabathri folium, & crocus, & lyciū, H & quae hypocystis appellatur. Porrò vehemētiorem his adstringendi vim acacia habet & omphacium, quae & ipsa in succorum genere numerantur. Item balaustium, & cytini, & gallae omphacitides, ex genere eorum sunt, quae multùm adstringunt.

De Concoquentibus.

Inflammationes, item q; alias affectiones cōcoquunt haec, myrrha, crocus, castorium, & thus, & foenigraeci cocti succus: quae etiam discussoria vi praedita sunt, & praesertim ex eis myrrha. Atque haec quidem est ocularium medicamentorū sylua. Et quicunq; sanè naturali intelligentia praestāt, ratiocinatione q; exercitati sunt, nihil amplius opus habent mea instructione, potentes nimirum ad singulas oculorū affectiones aptum componere pharmacum. Quandoquidē verò pauci tales existunt, & multorum vtilitatis potiorem rationem habere conuenit, praestabilius mihi visum est compositionis ipsorum rationem integrè recensere, vbi repetiuero prius perspicacitatis gratia cōmunem in genere vim singulorū quorum mētionem feci pharmacorū: Quae vniuersim quidem in quinto de simplicium pharmacorū tractatione cōmentario à me relata est, & per consequentes sex libros particulatim vsq; ad extremum. Vtar aūt appellationibus facultatū in pharmacis, ijsdem quas in praedicta tractatione posui: Velut exēpli clarioris gratia, quaedā substantia terrestri dico,

citra

A citra refrigerationem manifestam aut caliditatem, in medio quodammodo vtriusq; consistentia: atq; ex his aliqua quidem parum quid ex frigiditate aut caliditate complectuntur, aliqua verò in totum nullam eiusmodi facultatem ex se ostendunt: Totum aũt hoc genus pharmacorum emplasticum, hoc est meatus obducens & obturans, appellari, contrariam vim habens iis quæ ab obturatione liberantia ecphractica sunt appellata: qualis est Samius aster, magis tenuium partiũ existẽs q̃ quæ simpliciter Samia terra appellaẽ: & pompholyx lota, velut ẽt cinis eius lotus, & cadmia vsta ac lota. Videtur autem mihi parum quid extersorium in ipsa cadmia inesse, siue post vstionem, siue citra eam laueẽ. Pompholygi verò & spodio parum quid adstringens inest: quemadmodum etiam plumbo post vstionem & lotionem, nam & hoc pharmacum omnis acrimoniæ expers est parum quid adstringens habens: neq; refert siue masculino siue muliebri genere pompholygem dicere velis. Eodem modo etiam amylum habet: quod et ipsum lotum exquisitè mordacitatis expers est & medium, vt neq; adstrictionem neq; acredinem habeat, hoc est neq; frigiditate neque caliditate participet. Quin & cerussa lota proximè ad facultatem vsti ac loti plumbi accedit: manifestum q; signum stringenti exhibetur, φ penitus qualitatis omnis expers sit, id quod amylum, & samius aster, gustu & odore ostendunt. Vniuersum igitur huiusmodi pharmacorum genus, siue B exiguam in gustu aut odore qualitatem exhibeat, siue penitus nullam ostendat, consimiliter vt purissima aqua qualitatis expers nominatur, & per solam terrestrem substantiam moderatè à natura resiccat. Quapropter etiam longiori tempore commoditatem ex se proficiscentem sensui perceptibilem faciunt, vtpote quæ per primos dies nihil iuuisse putentur. Adhibentur tamẽ à medicis tanquam acrimoniæ expertia circa ægrè curabiles affectiones, in quibus vlcus est siue solum, siue cum erosione corniformis tunicæ, & prolapsu vuiformis appellatæ, serosis humoribus longè mordacissimis affluentibus: In his enim nullum aliud pharmacum conuenire potest, vtpote cùm adstringentia cohibeant effluentes humores, atque per hoc dolorem ex mordacitate ipsorum obortum intendant: Acria verò affectionem simul adaugeant, siue in solis oculis affectio sit, in eiusmodi malum habitum partibus perductis, vt quod influit corrumpant: siue etiam ipsum quod influit vitiatum sit, aut propter solum caput, aut etiam ob totum corpus, tale existens. Vnde etiam affectã partem quò ad curationem apta fiat præparamus, tum totius corporis purgationibus, tum reuulsionibus, primùm quidem ad infernam corporis partem, deinde etiam ad occiput, & capitis cutẽ.

.l.3. f.3.t.1.c. .fol.212.g Vtimur etiam sectionibus arteriarum quandoq; retro caput, porrectas iuxta aures arterias incidẽtes. Excidimus quoq; partem arteriarum in temporibus, tantum vt curemus in tunicis oculorum C factam affectionem, ob quam etiã bonus sanguis per venas ad ipsas tunicas delatus corrumpitur. Ad has igitur affectiones solas conuenire videtur prædictorum medicamentorũ genus, citra mordacitatem resiccans in affecta parte vitiatos humores, qui vt dictum est, id quod influit corrumpunt. Adstringentium enim facultas neq; resiccat talem affectionem, cohibet que mordacium humorum serosorum effluxus: Calidorum verò & acrium facultas, non solùm nihil iuuat, sed etiam simul auget mordacium humorum qualitatem. At verò relaxantium ac discussoriorũ pharmacorum vis euacuare quidem potest quod generatur: verùm vlceratum neq; renutrire, aut ad cicatricem perducere potest, neque quod procidit retrudere & concludere: Quemadmodum etiam neque concoquentium facultas id præstare potest, etiam si concoquere affectiones non paruum cõmodum complectatur: ex eorum verò genere sunt crocus, myrrha, & thus, quemadmodum dixi.

Quid porrò dicere refert de his pharmacis, quæ acidas aut amaras habẽt vires, φ mordacia & exacerbatiua eiusmodi affectionum existant? Verum his adhuc ampliore malitia prædita sunt, quæ nitrosam, aut salsam, aut austeram vim habẽt. Reliquum igitur est genus id quod vlcera cum acri fluxione curare potest, eorum videlicet quæ paulo antè mordacitatis expertia pharmaca dixi, quæ longiori tempore affectæ partis vitiatum humorem consumunt. Appellantur talia à medicis †col † *Additur in antiquo codi. νεωτέροις i. iunioribus.* D lyria lybiana, & cygni, ob colorem quidem album, qualem etiam cygni habent, præualente in ipsis amylo, & terra samia, ac cerussa rhodiaca. Nam & aliàs optima hæc est, & colore albidior ac leuior, magis q; tenuium partium, quàm quæ in alio quopiam loco conficiantur. Ceterùm in quibus alia pharmaca prædominantur, colorem iuxta suam ipsorum substantiam efficiunt, veluti si quis albo colori paucum cœruleum admisceret. Hæc ipsa verò collyria quidam in cotibus terunt boni succi lacte ex nũtricum vberibus instillato, vt obductoriam meatuum vim quæ in ipsis ouis est euitent, cùm in lacte serosa quædam extersoria vis contineatur, cuius vsus congruens est ad propositam curationem. Relatum enim in tertio curandi methodi est, quòd vlcera explẽda citra acrimoniam extergentibus medicamentis opus habeant. Quòd si huiusmodi lac haberi nequeat, per fœnigræci decoctum collyria terere præstiterit, vtpote quod extersoriam quandam vim habet, qua oua ipsa in totum carent.

De Aspritudinibus Palpebrarum.

Cũ ægrè curabiles prædictæ affectiones existant, adhuc molestius se extendunt, vbi accesserint aspritudines palpebrarum, à quibus etiam in lippitudinibus oculorum tunicæ concisæ dolore affligũtur. Verũ in illis audemus ad inflãmationi propria pharmaca miscere paulũ quid de extergẽtibus, velut est collyriũ ex vino aspritudinibus accommodatum, quò primùm ea quæ palpebris succreuerint,

succreuerint, deprimantur: vbi verò inflammatio oculorum mitior euaserit, asperitudines repurgẽtur: In his verò qui vlcus habent cum mordaci fluxione, impossibile est eiusmodi vti pharmaco: corniformis enim tunica amplius erodetur, & vuiformis magis procidet, & vehemens dolor hominem apprehendet, augebitur q; malignitas fluxionis. In huiusmodi itaq; affectionum complexu medici ad consilij inopiam redacti solum remedium velut in desperatis reppererunt, vt palpebras ipsas inuersas citra pharmacorum vsum repurgent & abstergant, Aliqui quidem specilli cõcauo superficiem deradentes, deinde molli spongia id quod defluit excipientes, palpebras q; ꝙ ad reliquum asperitudinis ad æqualitatem redigentes: Aliqui verò ẽt marinorum quorũdam animalium coria in superficie aspera in eiusmodi vsum congruè adsumunt. Quidam ex præceptoribus meis etiam ex pumice collyrium fecit, atq; eo versis palpebris asperitudines deradebat. Manifestum est aũt pumicem exquisitè læuigatum esse oportere, atq; vbi id factum fuerit cum tragacantha aut gummi in collyrium formari. Cæterùm vbi temporis progressu per prædicta collyria fluxio fuerit sedata, audemus iam pharmaca quæ extergant palpebris admouere, parum tñ quidpiam ex eis principio admiscendo: qđ vbi homo perpeti posse videbit̃, paulatim copiã augebimus. Postq; verò palpebræ moderatè habuerint, & fluxus fuerit resiccatus, caua vlcera collyrio ex thure explere oportet, ita vt in principio pauxillum collyrij ex vino ei admisceamus, & paulatim eius copiã extendamus, vt ne palpebræ amplius tunicas oculorum infestent, & vlcera munda reddita exactè impleantur, & ad cicatricem perducantur. De his itaq; sufficiẽter dictum est. Transeundi enim iam tempus ad reliquas oculorum tum affectiones, tum pharmacorum ad easdem compositiones. E F

De Lippitudine siue Ophthalmia. CAP. 2.

Exordium autem à frequẽtissima oculorum affectione sumam, quam propriè ophthalmiam, hoc est lippitudinem, appellant. Est autem velut didicistis, inflammatio tunicæ os capitis & caluariam ambientis. Neq; refert si pelliculam quis, aut quocunq; tandem nomine appellare velit. Vocant autem & membranam agnatam, propterea ꝙ alijs quæ oculum ipsum constituunt, tunicis forinsecus agnata sit, ligamentum existens toti oculo ad circumsita ossa: & ob id omnia quę circumcirca oculos sita sunt vsq; ad malas qñq; in vehemẽti lippitudine simul attolluntur. In propatulo itaq; est omnia pharmaca huiusmodi affectionem curantia sub communem omnium inflammatorum curationem cadere, assumere q; necessariò quippiam pro partis ipsius natura, quæ excellentem mollitiem & ad hoc vt lædatur aptitudinem super omnem totius corporis cutem nacta est propter sensus subtilitatem & substantiæ raritatem. Adhibenda sunt aũt pharmaca repulsoria nõ exasperantia, hoc est non vehementem sortita adstrictionem, sed quæ tum propria sua substantia sunt moderatiora, tum lenitiui liquoris admistione adhuc magis talia fiant. Lenitiuos autem liquores dixi oui candidum, & fœnigręci decoctum, & ad hęc amplius ipsum lac: in quo prouidum esse conuenit, vt iuuenculæ simul q; boni succi fœminæ existat, vberibus ipsius in cotem in qua collyrium teritur expressis, quò calidum adhuc oculis infundatur. Cæterùm hoc in vehementi dolore afflictis, aut propter inflammationis magnitudinem, aut ob influentium humorum acritudinem, facere cogimur. Vt plurimùm verò albus oui liquor cum accommodatis pharmacis lippitudines curare sufficit, per collyria videlicet Monohemera hoc est vnius diei, appellata. Adeo.n. hæc non parum sæpe magnas inflammatiooes mitigauerunt, vt in vesperam quidem homo balneo vtereť: in sequenti verò die nardino collyrio ad instaurationem & corroborationem inungeretur. Admiscere aũt ei circa primam inunctionem minimum quiddam acrium & sistentium medicamentorũ oportet, & circa secundam paulò amplius quiddam priore. Sufficiunt.n. hæ duæ pharmaci adhibitiones & deambulatiuncula aliqua non multa ante balneum. Porrò collyria Monohemera appellata, quædam priuatim fæculenta dicta multam in se habent acaciam: quędam siue omnino exiguam, siue neq; in totum habẽt. Complectunť aũt alia quidem æris squamam: alia verò æs vstum exiguum additis multis aliis quę mediocriter adstringunt, & concoquunt, & discutiunt. Talia aũt sunt, crocus, myrrha, lycium Indicum: & castorium quidem, & thus citra adstrictionẽ concoquũt simul q; discutiunt. In quibus igitur adstringentia prædominantur, plurimum oui liquorẽ, et paucissimum pharmacum esse oportet, præsertim si quid ex metallicis pharmacum in se complectať: In quibus verò crocus, & myrrha, castoriũ q; ac thus, & lycium perualeant, paulo crassiore pharmaco vtendum est. Fomentum præterea omnino adhibendum est ipsis per spongiam, si quidem mediocris sit dolor, semel aut bis in die: si verò vehementior dolor vrgeat, prestat ter aut quater & sæpius vti in longis præsertim æstiuis diebus. Fiat autem fomentum per meliloti & fœnigræci decoctum. De lippitudine itaq; satis dictum est, deinceps de vlceribus dicam. G H

A.l.3.f.3.t.1.c 9. fol.223.c

De Vlceribus Oculorum. CAP. 3.

Vlcera oculorum eandem ẽm genus curationem requirunt, quam alia vlcera, eam videlicet quam per longum in tertio & quarto curatiuæ methodi recensui: verum ob partis naturam q̃ lenissima adhibenda sunt, ex quorũ numero id quod ex põpholyge lota cõstat esse dixi. Admiscent̃ eis ẽt succi quidam non solum oĩo mordacitatis expertes, sed qui ẽt vehemẽtissimos dolores mitigare possunt, velut est mandragoræ succus. Quidam ẽt polygoni succũ admiscuerũt, quẽadmodum alii ipsorum etiam ouorum candidum. Manifestum verò est, ꝙ vbi iam propemodum instat

A instat tempus præparandi pharmacum, tum demum huiusmodi admiscent, propterea quòd facilè acescant. Eodem tempore etiã rosarum additur succus. Cæterùm sylua medicamentorum quæ propriè ad oculorum vlcera pertinet, itidem scopum habet, vt vlcus mundum seruetur, vtpote partium natura ipsum explente, & ad cicatricem perducente, quemadmodũ in alijs vlceribus est prædictum. Si itaq; inflammatio adhuc circa oculum existat, aut quispiam etiã dolor, collyria ex thure, & metallicis lotis, & succis mordacitatis expertibus adhibent: vbi verò sordida reddita ex eorũ vsu vlcera fuerint, de repurgantibus quippiã admiscere oportet, quale est paccianum ex vino croceum, quo vtimur, minimum quid ex eo prædictis pharmacis addentes. Habet aũt hoc plurimum in se crocum, vnde ẽt croceum appellatur: habet ẽt ex repurgantibus metallicis aliqua, quapropter ẽt asprituidines extirpat non paruas modò, sed magnas, quas sycoseis Græci à granorum ficus similitudine appellant: attenuat item pterygia hoc est oculorũ vngues. De his itaq; medicamẽtis paulo pòst dicetur. At verò vlcera quæ per erosionem tunicæ corniformis fiunt, vt etiam ex vuiformi quid pronuat, manifestum est quòd tum propter se ipsa, tum ob prolapsionem repellẽtibus & adstringentibus pharmacis opus habent. Conandum est aũt vt ex ipsis eligamus quæ nullam aspritudinem faciunt. Verùm his contraria pharmaca, hoc est discussoria, pustulę expetunt, & pus quod in-

B tra corniformem est generatum. Recentia igitur & adhuc inflammata pharmacis ex myrrha, thure, & croco sedantur: vetustiora aũt ex discussorijs ẽt quid deposcunt, quemadmodum item induratæ inflammationes tunicarum. In his enim & per acres liquores hæc ipsa pharmaca in collyriorum formam redacta proficiunt, & quæ priuatim à medicis inunctiles liquidæ compositiones appellantur, quales ẽt in iis qui suffusionis principium sentiunt, apparãt. In pterygiis verò & sycosi repurgantia, vt dixi, pharmaca adhibentur, partim in collyriorum formam reducta, partim arida citra alicuius figuræ inductionem: in quibus aliqui ẽt ex erodentibus pharmacis aliquid addiderũt. His vicina sunt quæ scabras in palpebris affectiones persanant, atq; ob id psorica appellantur. Fortissima verò omnium sunt quæ antiquos callos liquefaciunt, & quæ pterygia dicta curant, ex repurgantibus & erodentibus medicamentis conflata.

De Ocularium Pharmacorum viribus. CAP. 4.

PORRÒ cùm iam omnium ferè in oculis affectionum, pharmacorum'que eorundem, secũdum genus expositionem fecerim: relata q; sint à me pharmaca secundum genus mordacitatis expertia, qualia ex lotis metallicis componi dixi: melius fore mihi videtur si etiam aliorum ocularium pharmacorum vires exponam. Ex hoc enim existimo ad componendum promptiores futuros, &

C de iam compositis fœlicius iudicaturos eos qui in ipsis fuerint exercitati. Cum igitur mordacitatis maximè expertia sint pharmaca quæ dixi: sint q; acrimoniæ oĩs expertes tres liquores, quorũ primus fœnigræci decoctum erat, alter lac, tertius tenuis ouorum liquor: in hoc genere esse existimandum est tum gummi, tum tragacantham. Et nisi prædicta tria copia q; & vsu prompta & expedita essent, possimus parum gummi aut tragacanthæ in multa aqua maceratum in eundẽ vsum velut illa assumere: ita vt per ipsa in medica cote collyria tereremus, et per sola etiam infusa serosos in affectis oculis generatos humores elueremus. Sed tamen etiam nunc ipsis circa omnia ferè collyria vtimur: paucissimis enim demptis, omnia postquam trita sunt, moderatè his ipsis pharmacis madefacta excipiuntur. Vnum sanè hoc genus ocularium pharmacorum numeretur, in tribus liquoribus, tragacantha q; ac gummi, & lotis metallicis, contentum. Alterum verò genus eorum est, quæ exiguam habent mordacitatem, propterea quòd quædam eis admista sunt quæ parum adstringunt & extergent: qualia pharmaca sunt rosæ & thus, rosæ quidem paucam habentes adstrictionem, thus verò modicam vim extergendi. Et cùm thus mediocriter calida vi præditum existat, eam ob rem habet quid concoctorium, & quod dolorem sedat. Ex eodem genere cum ipso, quantum ad concoctionem & discussionem attinet, censendus est crocus & myrrha: quæ inter se

D in eo differunt, quòd crocus moderatè adstringat, myrrha verò citra adstrictionem non ingenerosè discutiat & reficcet humiditates. Sunt'que sanè hæc viribus præstantiora thure, & ob id etiam maiorem discutiendi vim habent: verùm extersoria vi carentia, ad vlcerum curationem thure inferiora existunt. Huius generis medicamentorum, concoctorii inquam & discussorii, Lycium quoque est & Castorium: neque obscurum esse puto, Indicum lycium à me dici, non hoc quod apud nostros populos prouenit. Proximè verò ad horum facultatem accedit Sarcocolla dicta, quæ concoctorium & discussorium est medicamentum: atq; ipsa magis adhuc Galbanum prædictas vires habet. Meliloti verò decoctum ad concoctoriam facultatem assumpsit etiam quid adstrictorium, eiusdem ferè generis cum croco existens. Inicitur etiam in oculares compositiones lapis Hæmatites appellatus, humores reficcandi vim habens, velut & Cadmia. Mitius autem pharmacum lapis ipse quàm cadmia existit, vtpote ex humida substantia, non terrestri, velut cadmia, generationem adeptus. Hanc enim eius naturã indicat solutio, quæ fit in medica cote, cùm per attritionem cum liquore quopiam in succum resoluitur. Quin & cũ solus per se citra liquoris alicuius affusionem teritur, non in terrea fragmenta dissoluitur velut cadmia, sed in æqualium partium & cohærens corpus. Consimilis substantiæ ei est & lapis Schistus appellatus, sed fortiorem facultatem habet. Quòd verò Stibium appellatur, illotum quidem fortem

ex

ex se ostentat adstringẽdi facultatem: lotum verò exoluitur, vt propè ad mordacitatis expertium E
vim accedat. Vehemẽtem aũt extersoriã facultatem Æs vstum habet, item q; Squama eius & flos.
Neq; minus efficax, sed minus mordacitatis expers Chalcitis vsta est. Quod si lauentur talia phar
maca, extersoria quidem adhuc manẽt, tanto aũt efficacia imbecilliora, quantũ mordacitatis magis
expertia fiũt. Huius generis sunt etiã Misy & Ærugo, fortissima pharmaca ijs quæ sycosi & callis
conueniunt admista. Quidam verò ipsis ẽt gallas iniecerunt, vehementer adstringens pharmacũ:
quemadmodum aliqui chalcanthũ neutro genere appellatum, atq; ẽt, vt aliqui vsurpant, chalcan-
thum tum masculino tum muliebri genere, quod ad adstringendum vnà cum acredine vehemen
tissimum inter hæc omnia pharmacum existit. Manifestum est aũt q multo moderatius redditur
vstum & lotum. Ad hanc syluam pertinet ẽt Stomomatis squama. At Thuris cortex adstringit
quidem & ipse non ingenerosè, verùm prædictis omnibus longè inferior est. Atqui & Misy ip-
sum tum ad easdem affectiones, tum amplius ad scabras palpebras quidam in collyria miscuerunt.
Qñquidem verò & Mannæ quidam mentionem fecerunt, & videt aliquibus nihil à thure trito ac
læuigato differre, cognosse operæpretium est, q mannam propriè appellãt, id quod excussum est
à thure circa magna onera confracto: auferuntur.n.simul ab ipso fragmenta quædã parua corti-
cis thuris. Quare à thure differt tale pharmacum in hoc q parum quid adstrictorium adsumpsit. F

Quæcunq; igitur ex adstringentibus multam terream compagem habent, asperitudines & syco-
ses ac callos consumunt. Cæterùm quæ ex succorum genere sunt, velut Omphacium & Hypoci
stis, eluuntur facilè in sublitionibus diffluentia simul cum lachrymis. Ex hoc genere est & Glau-
cium & Acacia. Citra mordacitatem verò exterget ceruí Cornu vstum, velut ẽt caprarum. Dictũ
est autem & Thus ex talium genere esse, verùm hoc, velut dictũ est, oĩno exigua participat exter-
gendi facultate, doloris sedatiuum & concoctorium existens. Cornua verò prædictorum anima-
lium extergendi quidem vim habent, sed neq; dolorem sedant, neq; concoctoria facultate prædita
sunt, frigidi nimirum & sicci temperamenti existentia. Habet aũt & quod Armenium vocatur,
extergendi vim, quemadmodum & Atramẽtum Indicum appellatum, & ob id sanè vlceribus in-
flammatione carentibus citra molestiam adhibet. Mistæ verò quodammodo facultatis est Aloe,
veluti etiam Rosa: habet enim quid in se amarum, quod extergendi à natura aptitudinem habet:
inest autem ei etiam quid adstrictorium, vt committat & ad cicatricem vlcera perducat.

Quæ ad Scabras Affectiones conueniant.

Ex pharmacorum ad scabras in palpebris affectiones cõuenientium numero sunt Sales ammo
niaci: & Lapis asius tum ipse, tum flos ipsius: & quod psoricum appellatur, non simplex neq; spõ G
te naturæ productum, sed præparationis modum quendam habens: quem etiam Dioscorides cõ-
scripsit, & alii ferè omnes, qui de medica materia commentati sunt. Admiscetur his & Misy vstũ,
& Sandaracha, & quod à veteribus Græcis Arrhenicum, nostro verò æuo Arsenicum appellãt.
Ex medicamentis verò aromaticis id est odoratis Casia, & Malabathri folium. Quin & Amomũ,
& Cinnamomum quidam ocularibus compositionibus admiscuerũt, cùm discussoriam quidem
vim habeat cinnamomum, reliqua verò etiam adstringendi facultate participent. In cõmuni por-
rò de omnibus repurgantibus siue extergentibus & rhypticis à Græcis appellatis medicamentis,
id nosse oportet, tum eis quæ moderata sunt, tum eis quæ sycoses & callos consumunt, q hæc om-
nia etiam ad cicatrices crassas conueniant. Attenuant enim ipsarum crassitudinem, et substantiam
superficiei deradunt ac remouent.

Quæ Induratis auxilientur.

Compositiones quę ad induratas oculorum tunicas conueniunt, ex succis constant & ammo-
niaco thymiamate, quemadmodum ẽt antea dixi. Miscentur aũt eis moderatiora quędam, quæ vi
ribus eorum tamen non obluctentur, myrrha videlicet, & thus, & galbanum, alia q; consimilia.

Quæ Suffusis conueniant. H

Ad suffusos verò quidam medici liquida pharmaca composuerunt. Ac prima ferè omniũ com
positionum est, Quę ex fœniculi succo, et hyænę felle, ac melle attico constat: quidam verò etiã ca-
prinum fel addiderunt. Verùm postea alius aliud fel admiscuit, alius galli, alius viperæ, alius testu-
dinis marinę, alius callionymi piscis. Nunc verò in pretio est Pharmacum ex felle scarorum: quẽ-
admodum et Quod ex myrrha stacte constat. Promissiones itaq; omnium horum pharmacorum
magnę sunt: verùm effectus aliquando nullus, aliquando valde exiguus.

De Aridis Medicamentis Oculis conducentibus. CAP. 5.

EX præscripta materiæ medicæ sylua composita sunt à medicis pharmaca arida, quæ priuatim
ab ipsis arida collyria appellantur. Quorum aliqua quidem callos & sycoses consumunt, ex-
crescentem itẽ iuxta nasi angulum carnem encanthida appellatam, & pterygia quæ ẽt vngues di-
cunt. Aliqua verò scabris palpebris conueniũt & ad palpebrarũ defluuia, quæ Mylphæ appellan
tur, cõducunt: verùm aliam ab acribus collyriis facultatem habent, vnde ẽt à quibusdam medicis
Apodacrytica id est delachrymatiua, & repulsoria appellãtur, velut ẽt ipsa collyria visa sunt appel
lari. Ex his aũt pleraq; etiam obtusè cernentibus siue per ætatem, siue crassitudinem aut frigidita-
tem humorum in oculis, aut ẽt flatus caliginosi redundantiam, id contingat, non parum prosunt.

Aliqua

A Aliqua deinde ex aridis pharmacis affectionẽ aliquam in oculis congregari prohibẽt, impediẽdo videlicet influxiones humorum, ex quibus oculi lædi cõsueuerunt. Pręstantissimum verò horum apparuit, & experientia iudicatum est, quod ego composui, & ob id apud multos in vsu est, ac ferè per oẽs gentes, quibus imperant Romani. Ac primùm sanè ipsius compositionẽ scribam, cũ prę- stantius putem esse nullis omnino affectionibus corripi, q̃ eas quæ iam præoccuparunt optimè sa nare. Qñ verò ẽt Asclepiades plurimam q; & optimam tũ aridorum tum liquidorum collyriorũ cõscripsit syluam, ab aridis primùm initio facto: & ego sanè mihi rectè facturus videor, si cõsimili scribẽdi ordine vtar. Quare vbi meum aridum adscripsero, deinceps oĩa quę Asclepiades habet in primo externorum quem Marcellæ inscribit, iuxta ipsius ordinẽ subiungã. Et post hæc cataplasmata oculis accõmodata agglutinatoria q; et inunctilia pharmaca ab Asclepiade descripta adijciã. Præstabilius.n.mihi videtur & istorum ordinem in scribendo seruare, atq; ita ad collyria ac liquida pharmaca transire omnibus appositis, velut Asclepiades ipse recensuit, illius ipsius verbis.

Pharmacum Aridum ad Tuendam Oculorum Valetudinem à me compositum.

Vtilissimum sanis oculis pręseruatiuum ego cõposui pharmacum, quod oẽs iam in vsu habẽt. Vrit Lapis Phrygius in minutas partes confractus, vt maior tñ sit nuce quæ pontica à quibusdã B vocat, ab alijs nux parua. Modus vrendi idem qui in alijs est, lapide in ollulã nouam coniecto, deinde q; ollula forinsecus luto circũlita operculum perforatum vel in solo vertice: vel quod melius est, ẽt circa alias plures partes imponimus, quò per ipsa foramina fuliginosæ & fumosę eorum quę vruntur exhalationes facilius efferanẽ. Postq̃ verò totus lapis ignitus factus fuerit, tum sanè ollulã in purum quoddam vasculum euacuare oportet, butyrum q; infundere nõ vetustum, et circũagitare vsti lapidis partes, donec oẽs extinguanẽ, atq; tunc cessare: Et sic rursus easdem in ollulam con iectas vrere, rursus prunis candefactis ab igne ollulam imponẽdo, vt nihil fumosum in se habeãt: ventilatione ẽt easdem excitare cũuenit, quò citius vstio perficiatur: Deinde cùm iam igniti facti fuerint lapides, & nulla amplius fuligo effertur, rursus eosdẽ eximere oportet, & vino falerno extinguere, aut aliquo fuluo & odorato, velut est tmolites ariusium q; & lesbium: Deinde rursus in ollulam coniectos tertio vrere: et postq̃ ignitus fuerit lapis, rursus extinguere melle attico nõ multo: reddetur.n. pharmacum non aridum, sed viscositate aliqua præditum. Cæterum pluribus diebus trita & prælæuigata in promptu habere oportet, ita vt in tenuissimum puluerem redacta sint subscripta. Æris vsti ℥ j, quod est ʒ viij: piperis albi tantundem: folii malabathri tantundem: stibii hemiolium, quod est ʒ xii: his admisce lapidis vsti lib.j. Et postq̃ omnia probè fuerint læuigata, & C reponere medicamentum velis, adiice opobalsami Syriaci sesquiunciam, quod totum ʒ xii facit. Sit verò opobalsamum tenue, & pellucenti compage, non crassum, quemadmodum solet in vasis circa fundum considere ac spissari: quod.n. ita crassum est, ariditatem pharmaci impediet. Porrò vsus ipsius ad solas palpebras cõpetit cum specillo inducti, citra tunicarũ ipsius oculi contactum. Vt plurimum itaq; sufficit circa solam infernam palpebrã specillum inducere. Nihil verò vetat ẽt supernam palpebram similiter illinere, vbi præsertim pharmaco opus fuerit, hoc est vbi iam manifestè perturbationem quandam perceperit oculus: non tñ expectare conuenit donec id fiat. Verùm præoccupare oportet circa primũ affectionis sensum, in omni tpe diei, ẽt si quis biberit & cœnauerit. Et planè frequens eius competit vsus cum cautione, vt dixi, ne tunicæ oculorum eo contingantur. Oportet aũt & eum cui inducitẽ pharmacum palpebras exertas & extentas exhibere, & cùm inungitur nequaq̃ cum ipsis nictare. Hoc sanè pharmacum à me compositum est, non permittens eum qui ipso rectè vtatur oculorum lippitudine apprehendi. Deinceps verò quæ ad affectiones commoda sunt medicamenta conscribam, initio ab iis quæ Asclepiades scripsit facto.

Arida Pharmaca ad Oculos ab Asclepiade conscripta. CAP. 6.

IN primo libro Pharmacorum externorum quæ Marcellæ inscribit, in hunc modum hęc verba D scribuntur. ℭ *Aridum ex psoricis Heraclidæ ad Circumrosos oculorum Angulos.* Spodii cyprii ʒ iiii, omphacii aridi ʒ duas, nardi obolos iii, piperis fricti grana quindecim: tritis vtere. ℭ *Psoricum Aelij.* Cadmiæ drach.iiii, æris vsti drach.ii, cum aceto in Sole terito, & resiccato: rursum q; læuiga tis & repositis vtitor. * Al. vnam. * Al. octo. *Aliud.* Cadmiæ ʒ j, æris vsti drach.j, nardi indicæ drach.j, piperis fricti obolos duos: tritis vtere vt pharmaco vehemẽter commodo. *Aliud.* Chalcitidis partes duas, cadmiæ partem vnam, tusa & cribrata terito in Sole adiecto vino sufficienti: deinde resiccato, & læuigatis repositis vtitor. ℭ *Ex libris Philoxeni aridum Acharíston.* Cadmiæ drach.ii, chalcitidis drach. octo, aloes obolos ii, æruginis obolos duos, piperis grana x, florum rosarum drachmam vnam: tritis vtitor. ℭ *Eiusdem ad Lippitudinem siccam, & Sycosin, Putrescentia, & Excrescentem carnem.* Cadmiæ drach.decem, chalcitidis drach.octo, piperis grana xv, nardi celticę drach.vnam. Cadmiam & chalcitidem cum vino terito: atq; vbi exaruerint, nardum & piper iniicito, ac in puluillum redactis vtitor. *Aliud.* Cadmiæ drach.uiginti, chalcitidis drach.quadrâginta, nardi indicæ drach.duas, myrrhæ torrefactæ drach.duas, piperis grana trigintaquinq;, cum aceto acerrimo apparato. * Aliter octo * Aliter duas ℭ *Capitonis ad Lippitudines siccas, & Oculos humectos, ac Angulos circumrosos, & Palpebras ficosas.* Cadmiam cypriam ad polentæ magnitudinem confringimus, deinde attico melle subactam in vasculum fictile coniicimus. Huius autem ore obturato ac luto circumlito, foramen iuxta medium oris facimus,

l.5. fu.2.t.2. l.552.a

mus, quò id quod assatur inde transpiret. Ipsum verò vasculum intra prunas erectum statuētes suc E
censis prunis vrimus. Atq; vbi exignitum fuerit, exhalationum per foramē elatarum animaduersionem habemus: quæ si nigriores efferantur, amplius vrimus: cùm verò albidiores apparuerint, assationem sufficien em factam putamus: ablato q; vasculo & dempto operculo cadmiam vino Italico extinguimus, & in pilam translatam terimus, resiccatam q; ad pharmaci confectionem reponimus, quæ hoc modo habet. Cadmiæ ʒ viii, æris vsti drach. viij, stibij drach. viij: tritis & ablatis vtere, cum specilli extremo palpebris manè & vespere ex eo sublitis. *Aliud.* Cadmiæ vstæ velut prædictum est, drach. viij, æris vsti drach. viij, stibij drach. iiij, armenij drach. ij: tritis & repositis vtitor. Nos cadmiā & reliqua adipe viperę excepta assauimus, deinde vino extinctis ac tritis vsi sumus. ℂ *Pharmaca ex lapide Hæmatite ad Scabras Palpebras accommodata, Capitonis ocularij.* Cadmiæ cypriæ drach. xxiiij: lapidis hæmatitæ drach. vi, in alio exemplari drac. xvi: æris vsti drach. xxiiij. Arida ad polentæ magnitudinem contunduntur, melle q; excepta velut prædictum est, assantur, ac vino extinguuntur: deinde resiccata leuigantur. Vsus demonstratus est. *Aliud.* Cadmię drach. xx, æris vsti drach. x, lapidis hæmatitæ drach. x, tomentorum purpuræ laconicæ drach. viij: melle excepta & vsta componito vt dictum est. ℂ *Sosandri ad Palpebrarum defluuia, & Inueteratas affectiones. Facit & ad Excrescentem iuxta Nasi angulum carnem.* Cadmiæ, stibij, chalcitidis crudæ, misyos peregri- F
ni, singulorum drach. viij: contusa & melle excepta velut dictum est, assato: deinde vino extincta trita q; & resiccata reponito, ac vtitor. *Aliud.* Chalcitidis crudæ, cadmiæ, stibij, misyos peregrini, singulorum ʒ viij: nardi indicæ drach. ij, croci torrefacti drach. ij, piperis drach. i. Metallica melle subiguntur ac vruntur, vt dictum est: deinde vino extinguuntur & teruntur: adijcitur q; his nardus, & crocus torrefactus, item q; piper: postea verò simul læuigatis ac repositis vtimur. ℂ *Pharmacum Calliblepharon Exornandis Palpebris accommodum. Facit & ad Inueteratas Lippitudines.* Stibij vsti ac vino extincti drach. xvi, plumbi vsti & loti drach. viii: fuliginis thuris, spicæ nardi, myrrhæ torrefactæ, croci, squamæ æris, singulorum drach. j. Omnibus tritis ac repositis vtitor. *Aliud ex croco.* Croci vnc. j, glaucij vnc. j, sarcocollæ ℥ j. Ego etiam opij vnc. j adieci. ℂ *Aliud Seuerianum.* Cadmiæ vstæ & lotæ sextantem: † salis ammoniaci, piperis albi, vtriusque sextantem: ✝folij, drach. ij: probè tritis vtitor. *Aliud Pueris maximè commodum.* Stibij drach. xvi, plumbi drach. viij, squamæ æris drach. j, croci ʒ j, florum rosarum ʒ vnam, myrrhæ drach. vnam: nardi indicæ, thuris masculi, piperis albi, singulorum drachmam vnam: palmularum officula decem. Omnia in figulinum vas coniecta diligenter assato: deinde in pilam translatis ac tritis opobalsami cochlearia duo adijcito: conquassato, resiccato, & vtitor. ℂ *Aridum Philoxeni ad Pruriginosos ac circumrosos Angulos. Facit &* G
ad Obtusum Visum. Cadmiæ drach. quatuor, salis ammoniaci drach. ij, piperis albi drach.[a] vnam: tritis vtere. *Ego hæc ita adparo.* Cadmiæ ʒ viij, croci ʒ ij, piperis albi drach. j, salis ammoniaci ʒ ij, nardi indicæ ʒ j: tritis vtitor.

Liquidæ Oculares Compositiones ad Ficosas eminentias, ac omnem Extuberantiam carnis. Facit & ad Carnem circa Nasi angulum excrescentem, & ad incipientem Lippitudinem. CAP. 7.

Compositio qua vsus est Philippus in Cæsaria. Misyos assati drach. viij, myrrhæ drach. iiij, cadmiæ drach. viij, croci drach. ij, salis ammoniaci drach. ij: nardi indicæ, piperis albi, vtriusq; drach. vnam: mellis attici cyathum vnum. *Aliud.* Mysios assati drach. vi, atramenti sutorij drach. quatuor, myrrhæ drach. iiij, æris vsti drach. vnam, mellis attici cyathum vnum. ℂ *Panchrestos id est omnifarij vsus, Erasistrati, ad Asperitudines, ac omnes Lippitudines, Aures q; purulentas, & ad Vlcera ægrè recipiētia cicatricem, & ad Nomas hoc est vlcera serpentia oris.* Æris vsti drach.[b] duas, myrrhæ drach. vnam, piperis obolos duos, mysios assati drac. vnam, croci obolos iij, vini Chij heminam vnam,[c] passi cretici heminæ dimidium. Arida terito affuso vino: atq; vbi imbibitum fuerit vinum, affunde etiam passum: & conquassata in æreum vasculum transferto, ac ad lentum ignem coquito: deinde in py H
xidem æream reponito. ℂ *Ad Callos & Omnem eminentiam.* Æris vsti drach. ij, mysios vsti drach. vnam, myrrhæ drach. vnam, croci drach. vnam, omphacij drach. vnam, vini Chij cyathos duos, mellis attici libram dimidiam: vtitor. ℂ *Philoxeni Liquida Visum exacuens, Cicatrices et Callos exterit.* Ammoniaci thymiamatis drach. iiij, æruginis drach. ii, vino diluta & cōtrita melle attico excipito. *Aliud.* Ammoniaci thymiamatis drac.[d] † xij, æruginis drach. vi, myrrhæ drach. ii: componito vt dictum est. ℂ *Aliud Phædri Rhinion id est limula.* Ammoniaci thymiamatis drach.[e] quatuor, æruginis drach. vnam, alcyonij torrefacti drac. vnam, floris lapidis asii obolos tres: componito ac vtitor vt dictum est. *Aliud.* [f] † Ammoniaci thymiamatis drach. viii, æruginis drach. viii, floris lapidis asii drach. ii obol. ii, alcyonii drach. vnam obol. ii, opii sesquidrachmam, myrrhę sesquidrachmam: componito ac vtitor vt dictum est.✝ ℂ *Aegyptia ad Callos & Albugines, aufert etiam Pelliculas confestim.* Æruginis Corinthiæ drach. vi, ammoniaci thymiamatis drach. vi obol. iiii, salis fossilis ʒ iiii, medullæ colocynthidis drach.[g] quatuor, fellis taurini drac.[h] † ii. nitri nigri sesquidrachmam, piperis albi grana quadraginta, mellis attici cyathos sex. Componito vt dictum est, & in pyxide ilicea reposito vtitor. ℂ *Alia Aegyptia ad Callos & Albugines, ac Inueteratas affectiones.* Æruginis drac. vi, ammoniaci thymiamatis drach. vi, medullæ colocynthidis drach. iii, fellis taurini drach. ii, nitri nigri

† Al. salis ammoniaci vnc. i, piperis albi sextantem.

A * Aliter duas

B * Al. vnam

C * *Al.* γλυκέως οἴνου *i. dulcis vini.*

D † *Al. iiii.*

E * Aliter vnā.

F † Codex antiquiss. Venetorū hāc cōpōnē habet. Ammoniaci thymiamatis ʒ viii, æruginis ʒ vi, floris lapidis asii ʒ ii obol ii, alcyonii ʒ i obol. v, radiculę ʒ i obo. ii. Aliud, Ammoniaci, ʒ i obol. iiii, opii sesq; drachmā, myrrhę sesquidrachmā: componito & vtitor vt p̄dictū ē.

Alii codi. ita habēt. Ammoniaci thymiamatos, ʒ viii, æruginis ʒ vi, floris lapidis asii ʒ ii ob. ii, alcyonii ʒ i obol. v, struthii ʒ i ob. ii, salis ammoniaci ʒ i ob. ii, opii &c.

G * Al. iii obol. iiii.

H † *Al. iii.*

A nigri drach.ij: excipe mellis attici cyathis ſex, & vtere. ℭ *Compoſitio Exacuens Viſum, faciens & ad Glaucedinem, Antonij Muſæ.* Fellis perdicis ſylueſtris partem vnam, in alio exemplari ſucci herbæ perdicij, aliqui ſucci centaureæ partes iij, mellis attici tantũdem. *Aliud.* Fellis gallinæ veteris partem vnam, ſucci centaureæ partem vnam, mellis attici partes tres. Facit ad glaucedines. ℭ *Compoſitio Largi Exacuens Viſum.* Succi fœniculi radicis partem vnam, mellis tantundem. Reponito in pyxidem æream ac vtitor. *Aliud.* Succi radicis fœniculi partem vnam, ſucci chelidoniæ tantundem, mellis attici tantundem. ℭ *Aelij Galli ad Suffuſiones.* Fellis teſtudinis marinę ʒ viij, mellis at-
A.l.5. fu.2.1.2. fol.552.a b tici tantundem, fellis taurini ʒ ij, croci ʒ ij, opobalſami ʒ ij: contuſis vtere. ℭ *Caſsij ad Suffuſiones.* Fel taurinum in æream pyxidem euacuatum per dies decem ſinito: deinde myrrhæ, croci, vtriuſq; ʒ ij: opopanacis ʒ ij, opobalſami ʒ ij, piperis grana xij, mellis attici duplum omnium accipito: omniaque cum felle miſceto, & in æreo vaſe coquito: deinde in ærea pyxide repoſitis vtitor. ℭ *Liquida Baſilis hoc eſt regina: hanc Reparatricem appellamus.* Omphacij ʒ ij, myrrhæ ʒ ij, fellis aquilæ ʒ ij, opobalſami drac. ij, lachrymæ oleæ drac. ij, ammoniaci thymiamatis drac. j, fellis hyænæ ʒ ij: excipe melle attico. *Aliud.* Omphacij drac. ij, myrrhæ drach. vnam, ſalis ammoniaci ʒ j, croci ʒ vnam, opobalſami ʒ j, lachrymæ oleæ ʒ j, ammoniaci thymiamatis ʒ j, fellis hyænæ ʒ viij: excipe attico melle.
B In alio, olei veteris cyathos duos. ℭ *Antonij Muſæ.* Fellis hyænæ ʒ vnam, fellis vrſi drach. ij, opobalſami drac. ij, ſalis foſſilis ʒ j, croci drachmam vnam, myrrhę drachmam vnam, mellis attici cyathos duos, ſucci fœniculi cyathos ij. ℭ *Philoxeni.* Fellis hyænæ ſeſquidrachmam, adipis viperæ ſeſquidrachmam, croci ʒ vnam, omphacij ʒ j, myrrhæ drach. dimidium, opobalſami ʒ j, mellis attici ʒ viij. ℭ *Tincturæ Albuginum.* Gallam tritam ac læuigatam in prompto repoſitam ſeruato: vſu verò expetente, cum ſpecilli nucleo calfacto adhibeto: deinde atramentum ſutorium aqua dilutũ admoueto. *Aliud.* Malicorium tritum adhibeto, inde q; atramentum ſutorium aqua dilutum admoueto. *Aliud.* Miſyos, atramenti ſutorij, gallarum omphacinarum, ſingulorum æquales partes, contuſas & cribratas reponito. Vſus verò tempore aridum adhibeto. ℭ *Ad Glaucos oculos, quò Pupillæ nigræ reddantur.* Malicorij dulcis ſuccum infundito: deinde poſt temporis interſtitium hyoſcyami florem cum vino aut hyoſcyami ſucco tritum inſtillato. Verùm hęc opportuno tempore colligere & reponere conuenit. *Aliud.* Acaciæ fructum & gallarum parum quid diligẽter trita phernij ſucco excipito, & ad mellis craſſitudinem redigito. Deinde expreſſum per linteolũ liquorem reſeruato, ac vtitor vt dictum eſt. ℭ *Ad Pilos pungentes in Palpebris enaſcentes, Trichiaſin appellant Græci, Antonij Muſæ.* Fel auiculæ, quæ cinædus appellatur, & aconiti dimidium eius, miſta re-
C ponito. Vſu verò exigente, euulſo pilo locum ex pharmaco illinito. *Aliud.* Fel piſcis phagri, & aconiti dimidium, cum ſquama ferri lota, adipe ſubijcito: atq; his amygdalini olei parum adijcito, & ſanguinis veſpertilionis quantum ſuffecerit. Deinde miſtis & repoſitis vtitor vt dictum eſt.

ℭ *Agglutinatoria Pilorum, Heraclidæ Tarentini.* Ceræ drach. vnam, picis drach. j, lithocollæ drach. vnam, ſimul liquefacta reponito. Vſu verò poſtulante ſpecilli ſummum candefacito, & quod ex pharmaco diſſoluto adhęſerit adhibeto, eo q; pilos agglutinato. *Aliud.* Reſinæ ſiccæ, picis ſiccę, vtriuſque drach. vnam, ſulfuris viui drac. j, bituminis drachmam j, cerę drach. ij: liquefactis vtitor.

ℭ *Ad Paruos inſtar hordei oblongos circa pilos palpebrarum Abſceſſus, Crithas & Poſthias Græci appellant, Antonij Muſæ.* Galbani partem vnam cum exiguo nitro miſtam imponito. *Aliud.* Ceram & miſyos crudi paulũ admiſceto. Faciunt & ficus aridæ in vino mulſo coctæ & tritę, exiguo ſimul galbano contrito. Facit & farina hordeacea in vino mulſo cocta ac trita, itidem exiguo galbano ſimul contrito. ℭ *Dionyſii Mileſii ad Pilos Palpebrarum pungentes.* Leporem marinum in figulino nouo vrito, & cinerem tritum caninarum muſcarum ſanguine excipito, & repoſito in cornea pyxide vtitor euulſis antea pilis. *Aliud.* Salamandrę vſtæ cinerem, terreſtrium erinaceorum felle excipito, ac vtitor vt dictum eſt. Quidam caſtorio vſi ſunt cum melle miſto. Aut caſtorio & hiru-
D dinis vſtę cinere. Aut cicutæ ſemen tritum, ac Thunnæ ſanguine exceptum, pręuulſis pilis illeuerunt. ℭ *Ad Crithas i. hordeolos & Chalazia hoc eſt inſtar grandinis in palpebris tubercula.* Sagapeno cum aceto trito vtitor. ℭ *Aliud ad Aegilopas.* Succi illecebræ, ſucci ſolani, vtriuſque libræ dimidium: thuris drach. viij, maſtiches quadrantem, galbani libram dimidiam. Succos cum thure coquito, atq; vbi diſſolutum fuerit galbanum inijcito: maſtichen enim improbamus. *Aliud.* Thuris drach. viij, ladani drach. iiij, aluminis ſciſſilis drach. iiij, myrrhę drach. viij, cerę drach. iiij, ſpumæ nitri drach. iiij, coaguli leporis drach. iiij. Contunditur hoc pharmacum, & cum vnguenti irini fæce mollitur.

Cataplaſmata in eodem Libro Primo Externorum, ab Aſclepiade ad Oculos deſcripta, itemq; Agglutinatoria, & Inunctilia.

ℭ *Cataplaſmata Lippientium, ad Doloris Vexationes ac maximas Epiphoras, quibus vſus eſt Heraclides Tarentinus.* Roſarum viridium aut ſiccarum drach. iiij, croci drachmam vnam, opij drach. vnam, excipe meliloti decocto, aut paſſo. *Aliud.* Roſarum, violarum albarum, meliloti, capitum papaueris, ſingulorum drach. ij, croci drachmam vnam, opij drach. vnam, myrrhę drach. vnam, oui aſſati vitellum: tritis & paſſo ſubactis vtere vt dictum eſt. ℭ *Inunctiones ad Dolores, quibus vſus eſt Gallus.*
Aloes, lycij indici, roſarum viridium, croci, opij, myrrhæ, ſingulorũ equales partes, vino ſubactas

*Aliter iiii. *Aliter ii. *Aliter ii. *Aliter ii. *Al. Gallus.

in pastillos formato, eos q; in vmbra siccato. Vsu verò exigente passo dilutos oculis illinito, itē q; fronti ac temporibus. E *Philoxeni ad Fluxionem multam & Dolores.* Foliorum rosarum recentium drach.ij, seminis hyoscyami ʒ viij, thuris ʒ três, myrrhæ ʒ iiij, farinæ polentarum acetabulum, oui assati vnius quod intus est, succi mandragoræ drach.iiij, croci ʒ ij, opii ʒ iiij, vini austeri quantum sufficit. In pastillos redigito, ac vtitor veluti dictum est. *Illitio Anthera eadem hora iuuans.* Croci drach. quatuor, thuris drach.ij, cinnabaris drach.iiij, gummi drach.ij, vino excipito. Vsus tempore vbi triueris, & ad solidum redegeris, pauxillū mellis adijcito. *Aliud Lychnium inscriptum.* Croci drach.j, thuris drach.ij, opij drach. duas, gummi drach.ij, cinnabaris drach.ij, aqua pluuia excipito. Alij habent, croci rosas specie referentis drach.iiij, cinnabaris drach.ij: myrrhę, opij, vtriusq; drach.ij: aqua pluuiali excipito. *Illitiones mordaces quæ euestigio Fluxionem cohibent. Faciunt & ad Lippitudinem scabram ac aridam.* Æris vsti drach.iiij, croci drach.iiij, piperis albi drach.ii, opii drachmas ii, gummi drach.iiij: cum aqua pluuiali forinsecus illinuntur. Relidit hoc pharmacū maximas epiphoras: cæterùm cauere oportet ne quid ex eo in oculum præterlabatur. *Aliud, Phloginum hoc est flammeum inscriptum.* Æris vsti & loti drach. duodecim, croci drach.vj, piperis albi drachmas iiii, myrrhæ drach.iii, opii drach.iii, gummi drach. duodecim, vino aminæo excipito.

*Aliter sex. (margin, beside line 3)
*Aliter ii. (margin, beside line 6)
*Aliter i. (margin, beside line 8)

Agglutinatoria quæ Fluxiones cohibent. Pollinis partem vnam, myrrhæ partem vnam, mānæ thuris partem vnam, candido oui excipe: deinde in linteolum impacta impone temporibus ac frōti. F

Aliud. Seminis hyoscyami drach.ii, opii drach.j, croci drach. vnām, pollinis drach.iiii, ouorum assatorum vitellos duos, castorij drach.j: omnibus simul coactis vtitor. *Collyrium ad Epiphoram, & Dolores, ac Fluxionem multam, quo Moschion familiaris vsus est.* Glaucij drach. sedecim, sarcocollæ drachmas viii, croci drac.iiii, gummi drach.ii, tragacanthæ drach.ij, succi mandragorę drach.ii, opii drach.j, aqua pluuiali excipito ac vtitor cum ouo. *Heronis ophthalmici Psittaces, ad Dolores, & Fluxum largum, euestigio Somnum inducit.* Glaucij drach. sedecim, croci drach.viii, sarcocollæ drach.viii, opii ʒ iiii, succi mandragoræ drach.ii. tragacanthæ drach.viii, aqua pluuiali excipe. *Ad Prædictas affectiones, Neapolitæ.* Glaucij drach. quadragintaocto, sarcocollæ drach.xxiiii, croci drac.xxiiii, lapidis hæmatitæ drach. duodecim, † opii drach.xii, succi mandragoræ drac.viii. } gummi drach. sedecim, tragacanthæ drach. duodecim, excipe aqua pluuiali. *Sergij ophthalmici Babylonii.* Glaucii drach. vigintiquatuor, sarcocollæ drach. sedecim, croci drach. duodecim, opii drach. iiii, lapidis hęmatitæ drach.vi, gummi drach. duodecim, excipito aqua pluuiali. Illinito per vnum atque alterum diem: atque vbi affectio non soluatur, ad insequentes illitiones transimus. *Aliud, Diasmyrnum Glaucidanum inscriptum.* Glaucij drac. quadragintaocto, sarcocollæ drac.xlviii, croci drac. vigintiquatuor, opii drach. sex, myrrhæ drach. sex, hæmatitæ drach.vi, tragacanthæ drach.xlviii, aqua pluuia excipe, ac vtere cum ouo. *Diasmyrnum ex Hæmatite.* † Glaucii drach. lxiiii, sarcocollæ drach.xxxii, croci drach. duodecim, opii drach.viii, myrrhę drach.vi, hęmatitæ drach.xvi, tragacanthæ drac. † xlviii: gummi drach.xvi, in alio exemplari drach. xlviii: } excipiuntur aqua pluuiali. Vsus eius est cum ouo. *Phosphorus ad Doloris vexationem, omnem q; Inflammationem, & intensas Epiphoras.* Glaucii drach.xxiiii, sarcocollæ drach.viii: croci, opii, vtriusque drach. viii: myrrhę drach.viii, misyos vsti drach.viii, gummi drach. nouēndecim, excipe aqua pluuia: vtere cum ouo. *Euchroum " id est boni coloris, excellentis & mirabilis efficaciæ.* Glaucii drac. xx, sarcocollæ drac. vii, croci drach.vii, myrrhæ drach.vii, opii drach.vii, misyos vsti drach.vii, gummi drach. duodecim, excipe aqua pluuiali: vtere cū ouo. *Pharmacum ex succis, Dolorem sedans. Facit ad omnem Doloris vexationem, Somnum euestigio inducit.* Glauci drac.xlviii: sarcocollæ, tragacanthæ, vtriusq; drac. xvi: croci drach.viij, opii drach.iiij, succi rosarum drach.iiij, lycii indici drach.iiij, hyoscyami drac. iiii, succi mandragoræ drach.iiij, { succi cicutæ drach.iiij, } gummi drach. viij: excipiuntur meliloti decocto. Componuntur autem hoc modo: Meliloti libram vnam, & aquæ pluuialis heminas xii, ad tertias coquito: & excolato liquore ad pharmaci compositionem vtitor. *Aliud.* Glaucij ʒ xlviii, sarcocollæ drach.xxiiij, croci drachmas xxiiij, opii drach.xii, lycii indici drach.xii, succi hyoscyami drachmas duodecim, succi cicutæ drach. duodecim, rosarum viridium resectis extremitatibus drac. xlviii, gummi drac. quadragintaocto, aqua pluuiali excipe: vtere cum ouo. *Pharmacum Phæon id est fuscum, inscriptum, accommodatum ad Doloris molestias.* Cadmiæ drach. duodecim aut xvi, æris vsti drach.vi, myrrhæ drachmas iii, opii drach.iij, acaciæ drach.vii, excipito aqua pluuia, velut demonstratum est. *Aliud Phæon ad omnem Fluxum, & omnem Lippitudinem. In alio Pædicon id est puerile legitur.* Æris vsti drach. duodecim, cadmiæ drach.xxxii, gummi drachmas xxxij, acaciæ drach.xxxij, myrrhæ drach.iiii, opii drachmas iiii, aqua pluuia excipe. *Aliud ex libris Philoxeni.* Spodii cyprii id est cinerulę cyprię drach.xii, ęris vsti & loti drach. três: opii, myrrhę, vtriusque drach. três: acacię, gummi, vtriusq; drach. septēm: aqua pluuiali excepta cum ouo in vsum veniūt, vt dictum est. *Pharmacum Berytium inscriptum, quo vsus est Straton Berytius ad maximas Epiphoras: euestigio auxiliatur.* Æris vsti & loti drac.xvi, acacię drac.xvi, spodii pompholygis drach. xvi, opii drachmas sedecim, gummi drach.xvi, croci drachmas xii, myrrhę drach.ii, aqua pluuiali excipe: vtere cum ouo. Oportet hoc assiduè infundere. *Aliud ad Easdem affectiones.* Spodii pompholygis drach.xvi, opii drachmas xii, myrrhę drach.xii, gummi drach. xvi, ęris vsti & loti drach.xvi, aqua

Margin notes: * Al. duas. | † Al. opii ʒ iii, succi mandragoræ ʒ ii. | *Aliter viii. | † Al. Glaucii ʒ lxiiii, sarcocollæ ʒ xxxii, croci ʒ xxiiii, opii ʒ vi, myrrhæ ʒ vi, hæmatitę dra. vi, tragacanthæ ʒ xvi, gummi ʒ xii. | † Al. lxviij. | * Aliter xii. | Al. xviii. | Aliter xvi. | Aliter ii. | Aliter xii. | * Aliter xii. | G | H | A.l.5.fi.2.t.2. fol.551.b

A aqua excipito pluuiali, ac vtitor cum ouo. ℭ *Pharmacum Acharistum inscriptum, ad maximas Epiphoras. Huius solius vsu medici Aegyptij foeliciter medicantur, in agrestioribus praesertim corporibus.* Cadmiæ drach. xvj, acaciæ drac. viij, æris vsti & loti drach. †viij, opij drach. iiij, fructus ericę drac. iiij, myrrhę drach. iiij, gummi drach. xvj: aqua excipito, ac vtitor cum lacte muliebri. Temperatura media est: vbi verò circa oculos affectio sit, ab hoc collyrio abstinere oportet. ℭ *Quo ipse vsus sum, sic habet.* †Al. iij.

Cadmiæ drach. xvj, fructus ericæ drach. ij, æris vsti & loti drach. iiij, opij drach. ij, myrrhæ drach. vnam, acaciæ drach. †vj, gummi drach. viij: aqua excipito, vsus indicatus est. *Aliud.* Cadmiæ drachmas vj, fructus ericæ drach. iiij, opij drach. vj, thuris drach. ij, myrrhę drach. viij, lapidis scissilis drach. ij, acaciæ drach. viij, æris vsti & loti drach. iiij, gummi drach. xx: componito, ac vtitor vt dictum est. ℭ *Nectarium Marci, facit ad incipientem Lippitudinem, facit & ad illationē Fluxus tenuis, ad Chemoseis, Tumores, Pelliculorum eminentias, & fere ad omnem Lippitudinem facit, & ad Palpebras crassas.* Oportet autem præ omnibus fomentum adhibere, deinde ipsum infundere, in principio quidem fluxionis cum aquoso oui liquore: vbi verò processerit hæc curatio, paulatim hanc temperaturam extendere & augere oportet. Cæterùm ad palpebras asperas collyrio cum aqua vtimur. Apud alios Sphragis appellatur. Æris vsti & loti drach. iiij: cadmiæ drac. iiij, acaciæ drachmæ iiij, croci †Al. iij.

B drachmas ij, opij drach. ij, gummi drach. vj, aqua excipe ac vtere vt indicatum est. ℭ *Sergij ophthalmici Monohemerum inscriptum, hoc est vna die efficaciam suam commonstrans.* Cadmię vstę & lotę drac. iiij, spodij pompholygis vsti & loti drac. iiij, æris vsti & loti drach. iiij, croci drach. ij, opij drach. ij, acaciæ drach. vj, gummi drach. vj: aqua pluuiali excipe, ac vtere cum ouo. Temperatura est aquosa. Postquam lachrymę proiectę fuerint, candidum oui infundere oportet, & rursum sublinere. Vbi verò morsus consequeretur, fomentum adhibendum est, rursumq; oui candidum infundendum: postea verò collyrio nigro inscripto illinito. ℭ *Sphragis Neapolitæ.* Cadmiæ drac. viij, æris vsti & loti drach. viij, acaciæ drach. viij, spodij cyprij drach. iiij, croci drach. iiij, opij drach. quatuor * Aliter ij.
gummi drach. xij, aqua excipe: vsus indicatus est. ℭ *Sphragis Paccij.* Cadmiæ vstæ & lacte caprino siue muliebri extinctæ ac lotæ, & in vmbra siccatæ, drachmas x, æris vsti & loti drach. x, acaciæ drach. x, opij drach. vj, croci drach. vj, gummi drach. xv, aqua pluuiali excipito. Zoili sphragis cū Paccij concordat. ℭ *Philotæ Aphroditarium inscriptum.* Cadmię lotæ drachmas xxiiij, acacię drachmas xxxvj, æris vsti & loti drach. xij, croci drach. xij, opij drach. xij, spodii cyprii loti drach. xii, gummi drach. xlviii, excipe aqua pluuiali: ac vtere cum ouo assiduè infundendo. Post curationē verò lauari iubeto. Hoc assiduè vsus sum in maximis epiphoris. ℭ *Aliud Neapolitæ, facit ad ma-*

C *ximas Epiphoras, maximè in oculis qui ægre rigantur & subalbicant circa inflammationes, vt simile quiddam chemosi appareat. Hoc nos vsi sumus, post illitiones ægris lauare iussis.* Lapidis schisti drach. viii, thuris drach. vii, æris vsti & loti drach. viii, opii drach. viii, myrrhę drach. iiii, gummi drach. viii, excipe vino, ac vtere cum ouo. Temperamentum est aquosum. Sæpe verò hoc infundere oportet, & post interuallum ab illitione lauari iubere. ℭ *Fuscum Olympionico inscriptum, facit ad maximos Dolores, facit & ad Chemoseis, & omnino ex accommodatissimis collyrijs est, nam statim liberat.* Cadmiæ vstę & lotæ drac. viii, acaciæ drach. viii, stibii vsti & loti drach. viii, aloes indicæ drach. viii, croci drach. iiii, myrrhæ drach. iiii, opii drach. iiii, gummi drach. viii, aqua excipe, ac vtere cum ouo. Temperamentum est crassum. Ego etiam pompholygis ac thuris vtriusq; drach. iiii adieci. ℭ *Aliud Zosimi inscriptum Odorum, facit ad dolores & recentes affectiones.* Cadmiæ vstę & lotæ vino Italico hoc est extinctę drac. viii, aloes drach. viii, stibii drach. viii, æris vsti & loti drach. viii aut ii, croci drach. duas, myrrhę drachmam vnam, nardi indicę drachmam vnam, opii drachmam vnam, acaciæ drach. *nouendecim, *Aliter xij.
gummi drach. duodecim, aqua pluuiali excipe. ℭ *Hermiæ ophthalmici Lutron id est balneum appellatum, ad maximos Dolores, eadem die ad summum auxilians. Facit & ad inueteratas Lippitudines.* Aloes drach. viii, æris vsti & loti drach. xvi, opii drach. *sedecim, myrrhæ drach. *duodecim, croci drach. viii. * Aliter x.

D cadmiæ drachmas quatuor, thuris drachmas tres, gummi drach. xvi, vino Mendesio excipe, ac * Al. xvi.
vtere cum ouo. Temperatura est aquosa. Oportet hoc per interualla trium aut quatuor horarum infundere, & vsq; ad mali depulsionem sinere: atq; tunc lauari iubeto. ℭ *Theodotion Phlacianum, Harpocratium inscriptum, ad maximas Epiphoras & Dolores: liberat citra venæ sectionem.* Succi acacię drac. vigintiquatuor, cadmię drach. viii, ęris vsti & loti drach. viii, stibii drachmas xvi, aloes drach. quatuor, croci drachmas tres, myrrhę drachmas tres, lycii indici drachmas duas, castorii drach. j, opii drachmas duas, gummi drachmas vigintiquatuor, aqua pluuiali excipe, ac vtere cum ouo. Temperatura est crassior. Hoc collyrium tumorem palpebris inducit. ℭ *Scylacium* * *Pharmacum accommodatum eadem die curans. Euestigio soluit Inflammationes.* Stibii drachmas xl, acacię drach. xl, cadmiæ drach. xvi, æris vsti & loti drach. xiiii, cerussæ drach. viii, myrrhę drachmas quatuor, nardi indicę drachmas quatuor, croci drachmas duas, lycii idici drachmas quatuor, castorii drachmas duas, aloes drach. ii, opii drach. ii, chalcitidis assæ drachmas duas, gummi drachmas *duas, excipe rosarū decocto ac vtere cum ouo. Temperatura est crassior. ℭ *Neapolitæ Phanion id est lampas seu facula, ad maximas Epiphoras & Doloris molestias. Facit & ad Affectiones.* Cadmiæ lotæ drachmas octo, acacię drachmas [a] octo, ęris vsti & loti drachmas sex, stibii loti drachmas [b] uiginti, psimmythii drach. [c] sex, myrrhę drach. ii, aloes drach. [d] duas, nardi celticę sesquidrachmam, opii sesquidrachmā, croci

(left margin: l. 5. fu. 2. t. 2. 2l. 550. e)

(right margin: *Aliter xl. A * Al. xx. B * Al. ii, & aliter viii. C * Al. ii. D * Al. viii.)

drach. vnam, castorij drachmæ dimidium, gummi drachmas viginti, aqua pluuia excipe, vtere il- E
linendo. ℭ *Aliud Pharion Serapiacum inscriptum.* Acaciæ drach. xl, stibij drach. xl, cadmiæ drach. xvi, æris vsti & loti drach. duodecim, aloes drach. tres, myrrhæ drachmas quatuor, cerussæ drach. duodecim, opij drach. ij, croci drach. ij, castorij drach. ij, nardi indicæ sesquidrachmam, gummi drachmas xxv, aqua pluuiali excepta illinito. ℭ *Malabathrinum nostrum, facit ad Doloris vexationes, & Affectiones in declinatione.* Cadmiæ drachmas xvi, acaciæ drach. xl, æris vsti & loti drachmas xiiij, opij drachmas duas, lycij indici drach. ij, myrrhæ drachmas quatuor, malabathri drach. ij, nardi indicæ drach. ij, castorij drach. ij, croci drach. ij, aloes drach. ij, cerussæ drach. viij, stibij loti drachmas viij, gummi drachmas xl: aqua pluuiali excipe: & vtere cum ouo in principio affectionum, & in declinatione facta illitione pharmaci panchresti appellati. Descriptum hoc inter mordacia collyria habetur. ℭ *Aliud Philadelphum inscriptum, facit ad Declinationes inflammationum, & Vlcera sordida, & Pustularum eruptiones. Euestigio auxiliatur.* Stibij vsti & loti ʒ xx, plumbi vsti & loti drach. x, cadmiæ drac. viij, acaciæ drach.* ij, æris vsti & loti drach. iij, aloes drach. iij, cerussæ drach.* ij, lycij indici drach. ij & dimidiam, myrrhæ drach. ij & dimidiam, nardi indicæ drachmas ij, croci drach. ij, castorij drac. vnam, opij drach. j, gummi drac. viij, aquam, & ad exceptionem candidum ouorum x.

*Aliter viij.
*Aliter ij.

ℭ *Collyrium Album ad Epiphoras & Affectiones. Inscribitur Tripherum id est delicatum.* Cadmiæ" lotæ drach. xvi, cerussæ drachmas viij, amyli drachmas iiij, gummi drachmas iiij, tragacanthæ drach. quatuor, opij drachmas ij: excipe aqua pluuia: vsus est cum ouo. ℭ *Collyrium ex terra Samia Terrenum inscriptum, ad Epiphoras & Affectiones.* Cadmiæ lotæ drach. †xij, cerussæ drach. duodecim, terræ Samiæ drach. duodecim, opij drac. j, gummi drac. iiij, aqua excipe ac vtere cum ouo. ℭ *Aliud Dolorem sedans, ad Fluxum omnis generis, Vlcera, Dolores, Papulas & Tubercula, Prolapsus, Chemoses, & omnigenas Affectiones.* Cerussæ drachmas viij, terræ Samiæ drac. viij, spodij pompholygis drach. xij, tragacanthæ drach. ij, opij drac. ij, gummi drac. iiij, aqua pluuia excipe, ac vtere cum ouo. ℭ *Aliud Diocleum inscriptum, ad Doloris molestias, & Epiphoras, ad Suppuratos oculos, Vlcera, Pustulas. Hoc pharmacum delicatius existit.* Tragacanthæ ʒ viij, gummi drachmas quatuor, amyli ʒ quatuor, spodij pompholygis drach. xvi, cerussæ drachmas octo, opij torrefacti drachmas duas: aqua pluuia excepta admoue cum ouo. ℭ *Pharmacum ex Thure, accommodatum ad Fluxiones & Chemoses.* Cadmiæ drac. viginti, thuris drac. viginti, cerussæ drach. xl, opij drachmas sex, gummi ʒ sex, aqua pluuiali excipito. Cæterum nos sic apparauimus: Cadmiæ ʒ decem, pompholygis ʒ decem, thuris ʒ decem, cerussæ drach. xl, opii drach. vi, gummi drach. vi: aqua pluuia excepta admoue cum ouo. ℭ *Aliud Trypheron id est delicatum inscriptum, ad Inustiones epicaumata Græcis dictas, Pustulas, Chemoses, maxime in ijs* G *qui nullam mordacitatem perferre possunt.* Cadmiæ lotæ ʒ viginti, amyli ʒ viginti, thuris drach. viij, cerussæ drachmas xlviij, opij drach. sex, gummi drach. xvi, aqua pluuia excipe: vsus indicatus est.

A.l.5.f.3.t.2.c. 5.fol.224.h

†Al. xviij.

*Aliter xii.

ℭ *Cygnus inscriptus Reginæ, ad maximos Dolores & Affectiones.* Cadmiæ drachmas sedecim, cerussæ lotæ drach. octo, amyli drachmas duas, tragacanthæ drachmas duas, acaciæ drachmas duas, opij drachmas duas, gummi drachmas duodecim, excipe aqua pluuiali, & ad excipiendum adijce ouorum crudorum recentium candida quatuor. ℭ *Aerianum Diomedi inscriptum, Collyrium accommodatum ad Epiphoras, & Veteres Affectiones itemq; recentes.* Spodij pompholygis drachmas octo, cerussæ drach. uiginti, æruginis drachmas quatuor, myrrhę drach. xiiij, thuris drachmas tres, opij drach. tres, gummi drachmas octo, excipe aqua pluuiali, ac vtere cum ouo. ℭ *Cygnus ex terra Samia, ad Vlcera omnis generis, ad Epiphoras, Dolores circum circa molestiores, Suppuratosque oculos.* Spodij loti drac. xvi, cerussæ lotæ drachmas octo, terræ Samiæ drachmas quatuor, amyli drachmas quatuor, acaciæ drac. quatuor, opii drac. quatuor, gummi ʒ quatuor, tragacanthæ drachmas duas, aqua pluuiali excipe, ac vtere cum ouo. ℭ *Aliud Dionysio inscriptum.* Cerussæ drach. trigintaocto, æruginis vermiculatæ drac. xvi, succi papaueris drachmas octo, gummi drachmas quatuor, excipe aqua pluuia, ac vtere cum lacte. ℭ *Aerianum Pharmacum nostrum, ad Veteres ac recentes Affectiones accommodatum.* H
Cerussæ drachmas vigintiquatuor, cadmiæ vstæ & lotæ ʒ decem, stibii vsti & loti ʒ decem, thuris ʒ decem, squamæ æris ʒ quinque, opii ʒ tres, myrrhæ ʒ tres, gummi drach. duodecim, excipe aqua pluuiali, ac vtere cum ouo. ℭ *Collyrium Gennadij.* Cerussæ drac. octodecim, stibii drachmas duodecim, myrrhæ drachmas duodecim, squamæ æris drach. duodecim, opii drach. vi, gummi drach. vigintiquatuor, excipe aqua pluuiali. ℭ *Collyrium ex terra Samia, Paccij ophthalmici ad Affectiones intensas.* Cadmiæ drach. xvi, cerussæ ʒ sedecim, terrę Samię drachmas quatuor, opii drach. duas, thuris drac. duas, stibii drach. quinque, gummi ʒ v, excipe aqua, ac vtere cum ouo. ℭ *Therinum" id est æstiuum inscriptum.* Cadmiæ vstæ & lotæ ʒ †viginti, acaciæ drac. duas, terræ samiæ drac.† xx, cerussæ drac.† xx, squamę æris vstæ & lotæ drach. duodecim, corticis thuris drach. duas, tragacanthi drac. v, gummi drachmas xvi, aqua pluuiali excipe, vtere cum ouo. ℭ *Collyrium Hygidion appellatum.*
Cadmiæ drach. viij, myrrhę drach. octo, acacię drach. vi, opii drach. ii, ęris vsti & loti drac. ii, gummi drac. vi, fructus ericę drachmam vnam, aqua pluuiali excipito. ℭ *Aster Anicetus, hoc est inexuperabilis, ad Doloris vexationes, Pustulas, Staphylomata, Vlcera sordida & serpentia. Facit & ad Inueteratas affectiones, & Cicatrices exterit.* Cadmiæ vstę & lotę drach. xvi, cerussæ lotę drachmas xvi, amyli drach. duodecim, stibii vsti drac. xii, spodii ʒ viii, plumbi vsti ac loti drac. viii, terrę Samię drac. viii, myrrhę

*Aliter viii.

*Aliter xxxii.

*Aliter viii.

A.l.5.fu.2.t: fol.550.f

†Aliter viii, acacię ʒ xx.
†Aliter viij.
†Aliter viij.
*Aliter ii.

A myrrhæ drach.ij,opij drach.ij,tragacanthæ drach.viij,excipe aqua pluuiali. ℭ *Libyanum, ad Puſtulas, Inuſtiones, Rupturas, Concauitates, Oculos purulẽtos, Chemoſeis, Staphylomata. Facit & ad circummoleſtãtem Dolorem, & Affectiones: & Cicatrices exterit.* Cadmiæ vſtæ & lotæ drach.xvi, ceruſſæ lotæ drach. xvi, ſtibij vſti & loti drach. ſedecim, plumbi vſti & loti drach.viij, amyli drach.duodecim, ſpodij * Aliter xii.
pompholygis drachmas octo,myrrhæ drachmas octo, terræ aſteris drach.viij, tragacanthæ drac. viij,opij drachmas duas: aqua eſto pluuialis,& ad exceptionem ouorum albumina decem. *Aliud Libyanum.* Pompholygis drachmas octo,cadmiæ vſtæ & lotæ drachmas ſedecim, † ſtibij vſti & lo * Aliter xviii.
ti drachmas duodecim,} ceruſſæ lotæ drach.ſedecim, amyli drach.duodecim, terræ ſamiæ drach. † Non eſt in quibuſdam antiquis exemplaribus.
viij,plumbi vſti & loti drach.viij,myrrhæ drach.ij, opij drach.ij,tragacãthæ drach.ij: excipe aqua pluuiali. ℭ *Collyrium ex Cornu ceruino, ad Vlcera, Puſtulas: Cicatrices exterit.* Cornu ceruini vſti & loti drach.iiij,thuris drach.quatuor,plũbi vſti & loti drach.quatuor, ſquamæ æris lotæ drach.ij,opij drachmam vnam,gummi drac.quatuor,excipe aqua pluuiali. ℭ *Aliud ex Cornu ceruino, Neapolitæ.* Plumbi vſti & loti drach.xvi,cornu cerui vſti drach.xvi,thuris drach.viij,acaciæ drac.viij, ſpodij cyprij drach.viij,amyli drach.iiij,opij drach.ij, ſquamæ æris drach.ij, croci drach.viij, myrrhæ drach.iiij,tragacanthæ drach.j,gummi drac.viij,hyoſcyami cremore excipito. ℭ *Viride ad Affe-*
B *ctiones.* Spodij cyprij drach.xvi, amyli drach.xvi, croci drach.octo, ſtibij drach.octo, opij drach. iiij,gummi drach.iiij,excipe aqua pluuiali,ac vtere cum ouo. ℭ *Aliud Viride Zoili ophthalmici id eſt ocularij.* Spodij cyprij drach.octo,croci drachmas octo,amyli drach.octo,opij drac.ij,ſtibij drac. octo,gummi drachmas quatuor: anagallidis ſucco excipito. Aliud alia exemplaria ita habent.

Zoili viride. Cadmiæ vſtæ ac lotæ & vino Italico extinctæ drachmas octo,croci drac.iiij,ſtibii vſti
& lacte extincti drach.iiij,amyli drach.vnâm,gummi drachmas duas: excipito ſucco anagallidis *Aliter ii.
quæ cœruleum habet florem. ℭ *Ex libris Scribonij Largi, Pſittacinum inſcriptum, ad Doloris moleſtias, Puſtulas, Inuſtiones, Cicatrices reſolutas, Prolapſus, Confuſiones, & vbi multus Sanguis æſtate ſuffunditur. Commodat etiam ad Alias affectiones, & præſertim in oculis molli ſenſu præditis, in quibus tenuis lachryma profluit.* Cõpoſitio hoc modo habet. Cadmiæ drach.octo,croci drach.viij,ſtibii drac.viii, amyli recentis drac. octo,opii drac.quatuor,gummi drach.quatuor,aqua pluuiali excipito,vtitor cum ouo. ℭ *Nau-*
A.l. 5.ſu.2.t.2. fol.550.f *cratitæ "Pharmacum Affectionibus accommodatum.* Cadmiæ drach.duodecim, croci drach.duodecim, opii drach.vi,ſquamæ ſtomomatis purgatæ drach.v, ſquamæ æris drach.vi, ſucci roſarum drach. xvi,plumbi vſti & loti drach.v,myrrhæ drach.iii,nardi drachmas duas,acaciæ drach.duas, gummi drach.duodecim,excipito aqua pluuiali. ℭ *Antæi Viride.* Cadmiæ drach.xlviii, myrrhæ drach.
C vigintiquatuor, croci drach.xlviii, opii drach.xxiiii, plumbi vſti & loti drach.viii, ſquamæ æris drach.vi,nardi indicæ drach.vi,acaciæ drach.vi, gummi drachmas vigintiquatuor, aqua pluuiali excipito. ℭ *Pharmacum ex Galbano, quo vſus eſt Nicetes, ad Dolores & Lippitudines.* Cadmiæ drach. octo,ſpodii cyprii drach.viii, æris vſti & loti drachmas octo, opii drachmas octo, myrrhæ drach. octo,chalbani drachmas octo: aqua pharmacum excipito.Ex valde approbatis eſt, recipit q; amplius gummi item drachmas octo.Alia exemplaria ſpodium non habent. *Aliud.* Cadmiæ drac. xvi,æris vſti & loti drach.viii: myrrhæ,chalbani,ſingulorum drach.octo: opii drach. octo,atramẽti ſutorij drach.vi, gummi drach.vi, aqua pluuiali excipito. ℭ *Collyrium Diarrhodon Nili ex roſis, velut Andreas tradit, ad Doloris moleſtias, Fluxum vberem ac tenuem, Puſtulas, Prolapſus.* Foliorum roſarum reſectis extremitatibus drachmas quatuor, croci drach.duas, opii obo.j, nardi indicæ obol.j: gummi drac.iii,alii drac.vnam habent: aqua pluuia excipe,ac vtere cum ouo. Temperatura diſſoluta eſt. ℭ *Aliud ex roſis Nili, quo vſus eſt Gallio ophthalmicus id eſt ocularius.* Roſarum drac.quatuor, croci drach.ii,acaciæ drach.i,opii obol.j,nardi indicæ obol.j, gummi drac.iii, aqua pluuia excipe: vtere cum ouo. Temperatura eſt diluta. ℭ *Aliud ex roſis Horæum id eſt tempeſtiuum, appellatum, ad eaſdem Affectiones.* Roſarum reſectis vnguibus drac.xxiiii, croci drach.xii, amyli drac.vi, balauſtij
D drachmas quatuor,opii drach.quatuor,tragacanthę drac.octo,hyoſcyami foliorum ſucco excipe. In pręceptoris & Ioannij libro ſcriptum erat, cupreſſi ſucco. *Aliud.* Roſarum drach.octo, croci drach. quatuor,æris vſti & loti drac.vnam,gummi drach.vnam, aqua pluuia excipe,ac vtere cum ouo. ℭ *Aliud Diarhodon ex roſis Terentij, conſtans ex pompholyge.* Roſarum recentium drac.xii, ſpodii cyprii drac.quatuor,croci drac.quatuor,opii drac.quatuor,nardi drac.quatuor,gummi drach. quatuor,excipito aqua pluuiali. *Aliud Diarhodon.* Roſarum recentium drac.duas, croci drac.vi, ſpodii cyprii drac.duas,amyli drac.ii,acaciæ drachmam vnam,nardi indicæ drach.vnam, gummi drac.ii,tragacanthæ ʒ ii,excipito aqua pluuiali. ℭ *Diarhodon Euelpidion, Diaſmyrnum appellatum.*

Roſarum drach.c,croci drach.l,opii drach.octo,myrrhæ ſeſquidrachmam, gummi drach.l,vino * Al. ʒ iis.
odoro excipe, ac vtere cum ouo. *Aliud Diarhodon.* Roſarum ʒ c, croci drac.l, opii drachmas viii, myrrhæ drach.octo,gummi drach.l, vino odorato excipe, ac vtere cum ouo. Ego hoc apparaui pro foliis roſarum florum earundem drach.c iniiciens, atque fœliciter ſucceſſit. ℭ *Diarhodon ex roſarum lxxij drachmis Magnum appellatum. Hoc vſus eſt Leucius præceptor ad Doloris moleſtias, Puſtulas, Inuſtiones, Staphylomata, Prolapſus, ad Oculos purulentos, ad Fluxiones antiquas, inueteratas Lippitudines, & Affectiones ægre cedentes.* Roſarum viridium reſectis vnguibus ʒ lxxii,cadmiæ vſtę ac lotæ drach.xxiiii, *Aliter lii.
croci ʒ ſexaginta,opii ʒ iii: ſtibii ʒ iii,alii drach. vi: ęruginis drac.ij,alij iij: ſquamæ ęris ʒ duas,nardi *Aliter vi.

indicæ drach.ii: myrrhę drach.vi,alii iiii: gummi drach. vigintiquatuor, excipito aqua pluuiali. E
Aliud ex drachmis lxxij. Rosarum drac.lxxii,cadmię vstę & lotę drac.xxiiii: croci drac. vi, alii viii: opii drach.iii, stibii drach.iii,myrrhę drach.iii,squamæ ęris drachmas duas,æruginis drach.duas: nardi drac.vnam,alii ij: gummi drac.xxiiii, excipe aqua pluuiali, ac vtere cum lacte. ¶ *Pharmacum ex Violis albis, accommodatum ad Epiphoras & Affectiones.* Acaciæ drach.xlviii, succi violarum al-
* Aliter xxiiii. barum drach.xlviii,spodii cyprii drac.vigintiquatuor,croci drach.xxiiii,myrrhæ drach.quatuor:
* Aliter xl. opii drach.iiii,alii vi: succi hyoscyami drach.iiii,æris vsti & loti drach.iiii, gummi drach.quatuor, excipe vino falerno. ¶ *Collyrium "quo vsus est Phlorus in Antonia Drusi matre, quæ parum absuit vt ab* A.l.5.fu.2.c.2.
alijs medicis excæcaretur. Acaciæ drach.xlviii, rosarum siccarum drac.xlviii, melilotorũ drac.xlviii, fol.552.c
* Aliter xii. spodij cyprij drach.xxiiij,malorum mandragoræ drachmas duas,croci drac. xxiiii, opii drach.vi: seminis hyoscyami acetabula ij,alii drachmas xxiiii: myrrhæ drach. iiii,æris vsti & loti drachmas quatuor,gummi drachmas xl: vini falerni,aquæ pluuialis, vtriusque heminas iii. Vinum & aquã misceto,eis q; rosas,melilotum, semen hyoscyami,mandragoræ mala,aut si hæc non adsint, corticem inijcito,& ad dies iij aut v macerari finito: deinde expresso liquore ad pharmaci compositionem vtitor: probatissimum hoc existit. ¶ *Melinum delicatum,commodum ijs qui nullam penitus pharmacorum mordacitatem perferre possunt. Facit ad Pustulas,Prolapsus,Fluxum acrem & vberem, Inustiones q;,&* F
ad recentes Affectiones. Cadmiæ vstæ ac lacte extinctę drachmas xvi,cerussę lotę drachmas octo,croci drachmas quatuor,opii drach.j,tragacanthæ drach.ii,aqua pluuiali excipito ac vtitor cum ouo.

¶ *Aliud ad Inustiones,Pustulas,Prolapsus, Dolores.* Cerussæ drach.xxiiii, amyli drach.xii,cadmiæ lotę drach.x,thuris drach.x,croci drach.viii,opii drach.viii, gummi drach.x, tragacanthæ drach.ii, excipe aqua pluuiali, & vtere cum ouo. ¶ *Diarhodon inculpabile.* Cadmiæ vstę & lotæ drachmas xxiiii, cerussæ drach.xii,opii drach.vi,florum rosarum drach.vi, croci drachmas vi, lapidis schisti
* Aliter sex. drach.duodecim,gummi drach.† x,excipe aqua pluuiali: ac vtere ad vlcera sordida cum lacte, ad
† *Aliter vi.* munda cum ouo. *Aliud.* Cadmiæ vstę & lotę drach. xxiiii,cerussæ drach.xii,lapidis schisti drach. iiii,florum rosarum drach.vi, croci drach.vi, opii drach.vi,gummi drac.vi, excipe aqua pluuiali: ac vtere ad sordida vlcera cum lacte,ad repurgata cum ouo. ¶ *Croceum,Pædicon id est puerile,inscriptum,ex pompholyge, ad Epiphoras, & molestias Doloris, & ad Affectiones ex plagis.* Spodii pompholygis drach.xvi,croci drach.xvi,opii drach.xvi,tragacanthæ drach.viii,excipe aqua pluuia, adhibi-
* *Al.Gallij.* tis simul albuminibus ouorum iiii. ¶ *Collyrium Gäij ophthalmici id est ocularij.* Spodii cyprii drach.
* Aliter xvi. quatuor,amyli recentis drach.xii,croci drachmas duas,myrrhæ drachmam vnam, succi mandra-
* *Al. Atmeti* gorę drachmam vnam,gummi drac.iiij,excipe aqua pluuiali ac vtere cum ouo. ¶ *Atimetri Ly-* G
siponon hoc est soluens dolorem. Atramenti sutorii crudi drach.xl, pompholygis crudę drachmas xl, cerussę drach.vigintiquatuor,opii drachmas duas, croci drac.iii. Crocus in aquam coniicitur ac
* *Al. xxxviij.* maceratur,& ex cremore hoc collyrium apparatur: quod verò reliquum est ex croco teritur, reli-
† *Additur ex quibusdã cod. græcis, statim soluit dolores.* quis q; admiscetur,additis item gummi drach.trigintaduabus. ¶ *Diomedis Lysiponion ad Dolores.*† Atramenti sutorii crudi drachmas trigintaduas,cerussę drachmas trigintaunam,spodii pompholygis drach.sedecim,croci drach.xvi,thuris drach.viii, myrrhę drachmas duas, gummi drac.xvi, aqua pluuiali excipito,ac vtitor cum ouo: prǽclarũ est hoc collyrium. ¶ *Zoili Pharmacum faciens*
* Aliter xxxvi. *ad Lippitudines antiquas,Myocephalos, Staphylomata, & Fluxiones antiquas.* Cadmiæ drach.viii, ęris vsti drach.viii,cerussæ drachmas quatuor,aloes sesquidrachmam: foliorum croci,chalcitidis assę,atra-
* *Al.ij, & aliter viij.* menti sutorii, opii, lycii, singulorũ drach.vnam: myrrhę drachmas ii, acacię drach.viginti,spicę nardi sesquidrachmam,gummi drachmas viginti,castorii drachmas quatuor,stibii vsti drachmas
* Aliter ii. viii,excipe, aqua pluuiali. ¶ *Asclepiadeum Paccij,ad Dolorum vexationes, Fluxum tenuem & multum, Inustionem,Pustulas,Pelliculārum eminentias,Aspritudines,Inueteratas affectiones,& eos qui à multis illitionibus*
*Aliter xlii. *læsi sunt: confestim opitulatur.* Compositio sic habet. Cadmiæ drach.duodecim, ęris vsti drach.xii,croci drach.xii,squamę ęris drach.xii,myrrhæ drachmas quatuor,nardi indicę drachmas quatuor, ro H
sarum siccarum drachmas quatuor,opii drachmas quatuor, lapidis hęmatitę drachmas quatuor, piperis albi grana xxiiii,gummi drachmas duodecim, vini chii quantum sufficit: vtere cum ouo. Aliud exemplar habet rosarum drach.iii,piperis grana.xxv. ¶ *Pharmacum accommodatum Nectarium inscriptum.* Cadmię ℥ xii,squamę ęris cyprię lotę ℥ xii,croci ℥ xii,opii drach.iiii, ęris vsti & loti drach.xii,myrrhę drach.iiii,lapidis hęmatitę ℥ iiii,rosarum siccarum drach. iiii, spicę nardi drach. quatuor, misyos assi drach.iiii, casię fistulę drach.iiii, piperis albi grana xxv,gummi drach.xii: vino exceptis vtere. ¶ *Antigoni Croceum Leontarium hoc est leunculus,appellatum, propterea quòd Leonis imago ei imprimeretur. Facit ad Epiphoras,molestiam Doloris,inueteratas Affectiones. Est & Aspritudinibus cõmodum. Cicatrices & Callos exterit. Maximè verò pueris commodum est.* Spodii cyprii drach.xlviii, croci drachmas vigintiquatuor,myrrhę drachmas duodecim,lapidis hęmatitę drach.octo, opij ℥ xii,pi
* Al. xlviii. peris albi grana xxxvi, gummi drach. octoginta, vino falerno excipito. *Aliud.* Spodii cyprii
† *Aliter viij.* drach.lxxx,croci drach.xl, myrrhę drachmas † viginti, opii drachmas uiginti, lapidis hæmatitæ
* Al. duas, & aliter viii. drach.duodecim,piperis grana.lx,gummi drac.lxxx, vini falerni quantum sufficit. ¶ *Ex Libris Scribonij Largi Asclepios Machaonis, ad veteres Affectiones, & Oculos suppuratos.* Spodii pompholigis ℥
*Aliter xvi. trigintaduas,ęris vsti drach.xxxii, croci siculi drach.xvi, myrrhę drachmas sex, lapidis hæmatitę drach.

A drach.x, nardi indicæ drach.vi, opij drach.vi,piperis grana.xl,gummi drach.xl,vino chio excipito.In libro de Athenippis Asclepijs,opij drachmæ octo habentur. ℭ *Euemeri ad Dolores,& Affectiones.* Æris vsti & loti drach.xxxij,spodij pompholygis drach.xvi,croci drachmas xvi, myrrhæ drach.viij,lapidis hæmatitæ vsti & loti drach.viij,spicæ nardi drach.iiij,misyos vsti drac. quatuor, *Aliter viii. opij torrefacti drach.iiij,gummi drach.xvi, vini Italici quod satis est. ℭ *Diasmyrnum odorum Smerotis,pharmacum accommodatum ad Inueteratas affectiones. Facit & ad Rhœadas hoc est angulos antrosos, & Aegilopas.* Cadmiæ lotæ drach.xxviij,lapidis hæmatitæ vsti & loti drach. uigintiquinque, spodij *Aliter xxviii. cyprij drachmas vigintiquatuor, myrrhæ drach.xlviij, croci drach.quatuor, opij hispani drach. *Aliter xxiiii. octo,piperis albi grana xxx, gummi drac.vi, vino Italico excipito: vtitor cum ouo in recentibus affectionibus. Temperatura aquosa est. Aliqui croci drac. xij, inijciunt. ℭ *Hæmatinum Synerotis aspritudinibus commodum,facit ad Veteres affectiones,ad Ficosa, & ad omnem Extuberantiam si cum odoro Synerotis commisceatur.* Æris vsti & loti drach. xxiiij, lapidis hæmatitæ drach.vnam, croci drach.iij, *Aliter iiii. opij drachmas iiij,gummi drach.xij,excipe aceto acerrimo. *Aliud.* Æris vsti drach. xlviij, croci drach.xxiiij, opij drach.iiii, gummi Thebaici drach.xxiiii, prompholygis drach.xviij, myrrhæ drach.xviii,salis ammoniaci drach.duodecim, lapidis hæmatitæ drac.vnam, æruginis drach.iiii, *Aliter iiii.

B vino excipito. ℭ *Hieracis ad Aspritudines.* Misyos vsti drach.viii,croci drach.octo,opii drac.viii, lapidis hæmatitæ loti drac.viii,æris vsti & loti drac.duodecim,myrrhæ drac. duodecim, gummi ʒ xii,aceto acerrimo excipito. ℭ *Apollonij Phœnix "collyriũ †Hieracium ad aspritudines.Per hoc catulo egregiè medicatus est. Facit & ad Palpebrarum defluuia,& Inueteratas affectiones.* Lapidis hæmatitæ vsti & loti drachmas trigintaduas,ęris vsti & loti drach.xvi,æruginis rasilis drac.sedecim: opii drach. viii, alij vi: cadmiæ botrytidis drachmas quatuor,chalcitidis assatæ drachmas quatuor, gummi drach. xvi, excipe aqua pluuiali. *Phœnix Apollonij aliter, velut Arius Asclepiades inscripsit in libro, quo propria pharmaca coaceruauit.* Lapidis hæmatitæ drach.xxiiii, lapidis schisti vsti & loti drach.xxiiii, cadmiæ drach.duodecim,æris vsti drach.duodecim,opii drac. viii: chalcitidis assatæ drac.iiii,alii drac.viii. In alio exemplari etiam æruginis ʒ duodecim, gummi ʒ sedecim, excipe aqua pluuiali. ℭ *Aliud collyrium ad Aspritudines.* Chalcitidis vstæ ʒ duodecim,misyos vsti & loti drac.viii: croci,opii, vtriusq; drach.vi: lapidis hæmatitæ drach.viii,gummi ʒ duodecim, acerrimo aceto excipito. ℭ *Collyrium ad Scabricies orbiculare. Cicatrices, & Callos detergit. Facit & ad veteres Affectus.* Æris vsti & loti ʒ xxiiii,spodij põpholygis ʒ sedecim, myrrhę ʒ sedecim,salis ammoniaci ʒ duodecim,lapidis hęmatitæ drac.xxiiii,opii drach.iiii: piperis grana.xii,alii xvi: gummi drachmas octo: vino excipito ac *Aliter xvi. *Aliter xii.

C vtitor. ℭ *Euemeri,Cicatrices,& Callos exterit. Facit & ad Inueteratas affectiones.* Cadmiæ drac.lx,croci drac.l,spicæ nardi ʒ xx,squamæ æris torrefactæ & lotæ ʒ l,myrrhæ drach. l, opii drach. triginta, æris vsti drach.lx,misyos crudi drach.l,gummi drach.lxx,excipe vino chio. ℭ *Aliud Pyrami,Cicatrices & Callos exterens,deprimit omnem Extuberantiam.* Cadmiæ cypriæ drach.xl, lapidis hæmatitæ drach.xl,æris vsti drach.xl,misyos vsti drach.[a] viginti,croci drach.[b] viginti, ammoniaci thymiamatis drac.[c] viginti, squamæ æris vstæ & lotæ drac.[d] viginti, opii drach.[e] xx, myrrhę ʒ[f] xx,gummi libram vnam: cum acerrimo aceto vtere. ℭ *Aliud Euemeri, ad Easdem affectiones.* Æris vsti & loti drach.xxiiii,spodii pompholygis drach.duodecim,myrrhæ drac.viii, salis ammoniaci drach. duodecim,lapidis hęmatitę ʒ iiii,[g]† piperis drac.[h] duodecim, gummi drac.viii, vini chii quod satis est. ℭ *Lynceus,ad Affectiones callosas,exacuit Visum, Cicatrices & Callos exterit.* Cadmiæ ʒ duodecim, æris vsti & loti drach.duodecim,ammoniaci thymiamatis ʒ duodecim, myrræ ʒ[i] xvi, lapidis hæmatitæ drach.vi,opii drach.vi,aloes drachmas quatuor,fellis taurini drach.iiii,galbani drach.iiii, æruginis drach.j,opoponacis drach.quatuor,salis ammoniaci drach.ii: gũmi drac.vi, alii ii: aqua pluuiali excipito. ℭ *Collyrium Rhinema hoc est lima,inscriptum,facit ad Callosas affectiones, Cicatrices exterit. Facit & ad Suffusiones.* Cadmiæ drach. xlviii,ammoniaci thymiamatis drach. xlviii, æris vsti

D drach.xlviii,opii drach.sedecim,æruginis cypriæ ʒ sedecim,aloes ʒ sedecim,myrrhæ ʒ sedecim, lapidis hæmatitæ drach.xxiii,chalbani drach.xvi, opopanacis drac. xviii, felis taurini drach.octo, salis ammoniaci drach.iiii,gummi ʒ lx,aqua pluuiali excipe. Tẽperatura aquosa est. ℭ *Collyrium Harmatium id est currus,inscriptum,quo vsus est Ptolemæus Rex extersiua facultate præditum. Exterit Cicatrices,acuit Visum,est & Aspritudinibus commodum.* Æris vsti & loti drach.viii,ammoniaci thymiamatis drac.viii, lapidis hæmatitæ ʒ octo,corticis thuris ʒ octo,gummi ʒ octo, excipe aqua pluuiali,ac vtere cum aqua. Alia exemplaria etiam æruginis drachmas duas habent. ℭ *Collyrium Oxydercicum hoc est visum exacuens,ex hæmatite, Cicatrices & Callos exterit.* Ammoniaci thymiamatis drachmas vigintiquatuor, æris vsti & loti drach. vigintiquatuor, lapidis hæmatitæ drach.vigintiquatuor, gummi drac.vigintiquatuor, æruginis drac.viii, excipe aqua pluuiali. ℭ *Collyrium Artemonium inscriptum quo Bassus sodalis meus vsus est. Facit ad Fluxiones antiquas, & Aspritudines palpebrarũ,ad Putrescentes & erosos angulos,ad Oculos humectos,& Membranarum extuberantias. Cicatrices & Callos exterit. Et quod maximum in eo est, post illitiones oculos imperturbatos conseruat.* Stibii drachmas quatuor, æris vsti drac. duas,cerussę drachmas duas,croci drachmam vnam,myrrhæ ʒ vnam,corticis thuris ʒ vnam, *Aliter viii. æruginis vermiculatæ drachmam vnam,gallarum omphacinarum drachmam vnam,piperis albi † drachmam vnam,gummi drach.vnam, vino excipe: vtere cum aqua. ℭ *Aliud Pharmacum ac-* †*Al. drac.ij.* *Aliter iiii.

Margin notes: A.l.5.fu.2.t.2. fol.552.a — †*Al.* εἰρωνια νόν. — A *Aliter vij.* B *Aliter vij.* C *Aliter vij.* D *Aliter vij.* E *Aliter vij.* F *Aliter vij.* G† *Additur i antiquis ὀπί-ου. < δ, i. opij drach. iiij.* H Aliter iiii. I *Aliter vi.*

commodatum. Cadmiæ drach.viij,ſtibij drac.viij,ceruſſæ drach.viij,æris vſti drachmas iiij, corticis thuris drachmas duas, croci drachmas ij, myrrhæ drachmas ij, æruginis vermiculatæ drach.ij, gallarum omphacinarum drachmas ij,piperis albi drachmam j, gummi drach.iiij: excipe vino. E

¶ *Collyrium Indicum Aerianum inſcriptum,præoccupat ac præripit omnes Lippitudines. Facit ad obtuſum Viſum,& Scabras affectiones,ac Eroſos angulos. Cicatrices exterit, & quod maximum eſt,poſt illitionem oculos imperturbatos conſeruat.* Ceruſſæ rhodiacæ drach.xlviii,cadmiæ cypriæ drac.xxiiij, atramenti indici ʒ [a]octo,[b]† opij drach.[c]octo,piperis albi drac.viij aut vi,opobalſami drach.viij aut vi,gummi drach. xvi: cinnamomi drach. ij, alij xij: aqua pluuiali excipito. ¶ *Hermophyli Collyrium Thalaſſerum, accommodatum ad Suffuſiones,& ad omnem Hebetudinem Viſus. Facit & ad incipientem Suffuſionem, eſt que odoratiſſimum pharmacum.* Cadmiæ drach.xvi,atramenti indici drach.xvi,piperis albi drac.viij,æruginis drach.iiij,ſucci medici drach.iiij,opobalſami drach.iiij,gummi drac.xij: aqua excipe, vtere cum aqua. Temperatura diuerſa eſt iuxta affectiones. ¶ *Pomponij Baſſi,facit ad incipientem Suffuſionem.* Cadmiæ drach.xxvij,atramenti indici ʒ xvi,piperis longi drach.[d] xvi,piperis albi drach.xij, ſucci cyrenaici drach.[e] v, opobalſami drach.vi, ſpicæ nardi drach.vi,ſagapeni drach.v, opopanacis drach.v,opij drach.iiij,euphorbij drach.j,cinnamomi drach.j,gummi drac.triginta, fœniculi ſucco excipito. ¶ *Indicum Baſilicon id eſt regium inſcriptum. Facit ad incipientem Suffuſionem,& omnem Viſus hebetudinem. Cicatrices exterit.* Cadmiæ vſtæ & lotæ libram j & trientem, atramenti indici vnc. vi,ceruſſæ[f] trientem,piperis albi [g]ſexuncem,fel hyænæ integrum quanticunq; ponderis, fel ſcarorum decem,fel perdicum quatuor,ſucci papaueris [h]unciam j, opobalſami[i] ſextantem, opopanacis ſextantem,ſagapeni [k]ſextantem,gummi libram vnam: excipe ſucco fœniculi, aut herbæ heracleę appellatę. ¶ *Enſlacton id eſt inſtillatitium, Paccij, vt Themiſon.* Cadmię drac.[l] ſexagintaquatuor, miſyos ʒ xxxij, atramenti ſutorij ʒ xxxij,ſtibij ʒ xxxij,piperis albi ʒ xxxij,opij ʒ xvi, æruginis drac. [m]ſedecim,opobalſami ʒ xvi,gũmi ʒ lxiiij: excipe aqua pluuiali. ¶ *Collyrium,Chelidonium inſcriptum.* F A.l.5.fu.2.t.2. fo.552.b

Cadmiæ drach. xlviij,ſtibij drach.xij, miſyos drach.viij, piperis albi drach. vi, atramenti ſutorij ʒ vi,[n] † opij drac.vi,æruginis drac.vi,opobalſami drac.iiij,gummi drac.xxiiij,excipe aqua pluuiali.

¶ *Hieracium,ad Obtuſum Viſum,& Scabras affectiones.* Ceruſſæ drac.xvi,cadmiæ drach.viij, æruginis drach.ij,piperis albi ʒ ij, omphacij id eſt ſucci vuæ acerbæ ʒ ij, opii drach.ij, gummi drach.vi, excipe aqua pluuiali,ac vtere cum aqua. *Aliud. Cicatrices & Callos exterit.* Cadmiæ drac.[o] ſedecim, ceruſſæ drach.octo,piperis albi drac.quatuor,æruginis drachmas [p]duas,opobalſami drach.ij,omphacij drac.ij,gummi drac.iiij, excipe aqua pluuiali. ¶ *Collyrium Fuluum panchreſtum, ab omnimoda vtilitate inſcriptum,accommodatum ad Scabros & circumroſos angulos,ac intenſos Pruritus, & Palpebras ficoſas.* Cadmiæ drac.octoginta,chalcitidis vſtæ drac.xl, piperis albi drach.xl,gummi drach.xl,aqua pluuiali excipito. In alio exemplari æqualis omnium apponderatio habetur. *Aliud.* Cadmiæ drach.octoginta, chalcitidis vſtę drach. xl,piperis albi drach.xl, croci drach. duodecim, myrrhæ drach.xij,gummi drach.xl,aquę pluuialis quod ſatis eſt. ¶ *Tryphonis orbiculare Sphæricum dictum.* G

Cadmiæ drach.xlviij,ſquamæ æris drach.trigintaduas,æris vſti & loti drac.trigintaduas, piperis albi drachmas trigintaduas,opij drach.viij,myrrhæ drach.viii,opobalſami drachmas iiii, gummi drachmas trigintaduas, excipe aqua pluuiali. ¶ *Collyrium Galli Oxydercicum.* Cadmiæ ʒ xlviij, chalcitidis vſtæ drach.vigintiquatuor,piperis albi drach.vi,ſquamæ eris drach.viii, opii drach.vi, omphacij drach.iiii,myrrhæ drach.ij,opobalſami drach.* iiii,gummi drach.xij,aquę pluuialis quã-tum ſufficit. ¶ *Collyrium Aromaticum appellatum.* Æris vſti & loti drach.xvi, æruginis drach.iiii, myrrhæ drach.iiii,opii drach.iiii,piperis albi drach.iiii, nardi drach.ii, croci drach.iiii, opobalſami drach.iiii,gummi drach.iiii,aqua pluuiali excipito. ¶ *Heraclidæ Aromaticum croceum ex hæmatite.*

Æris vſti & loti drac.xlviij, cadmiæ ʒ vigintiquatuor, croci ʒ vigintiquatuor, lapidis hæmatitæ drach.vigintiquatuor, opii ʒ duodecim, myrrhæ drach.xii, piperis albi drach.xii, gummi ʒ xxiiii, vino falerno excipito. ¶ *Croceum Aſclepium oxydercicum.* Æris vſti drach. xlviij, croci drach.xii, omphacii drach.iiii,opii ʒ duodecim,myrrhę drachmas ii,opobalſami drac.iiii,gummi ʒ xii,piperis albi ʒ.x,aquæ pluuialis quantum ſatis eſt. ¶ *Collyrium Iſochryſon hoc eſt auro compar, ad Corroſos angulos,Scabras affectiones,inueteratas Lippitudines, Aſpritudines, Ficoſas eminentias. Cicatrices & Callos exterit.* Cadmiæ ʒ ſex,lapidis hæmatitæ drachmas ſedecim, myrrhæ drac.xvi, opii ʒ xvi,croci drach. vigintiquatuor,piperis longi ʒ xii, piperis albi ʒ vigintiquatuor, gummi drach.lxiiii, vini Italici quantum ſatis eſt. ¶ *Collyrium † Cinnabarium, celebris ophthalmici Stoli Britannici, ad Corroſos angulos, Lippitudines ad malum habitum perductas,intenſos Pruritus,& Inueteratas affectiones.* Pſorici drach.vigintiquatuor,cadmiæ drach.vigin tiquatuor,croci ʒ xvi, piperis albi ʒ ſedecim, cinnabaris ʒ ſedecim, opii drachmas duodecim,gummi ʒ xxiiii,aquę pluuiæ quod ſatis eſt. *Aliud.* Pſorici ʒ xxiiii, piperis drach.xxiiii,cadmiæ drach. xxiiii,croci drac.xxiiii,ſandarachæ drac.viii,opii drach.viii, cinnabaris drach.viii,gummi drac.viii,aqua pluuiali excipito. ¶ *Melinum Atarachum à perturbationibus amoliendis appellatum. Facit ad omnem Oculorum hebetudinem,& ad Affectiones antiquas. Cicatrices & Callos exterit.* Cadmiæ drach.vigintiquatuor,omphacii drach.xii, ſalis ammoniaci drachmas quãtuor, ammoniaci thymiamatis drach.xii, opii drachmas xiii, gummi drach.xiii, ceruſſæ drach. xxiiii, croci drach.xvi, piperis albi drachmas xxiiii, aquæ pluuialis quantũ ſufficit. ¶ *Lucij præceptoris* H

Melinum,

A* Aliter v.
B† *Additur in antiquo codi. græco, ἀρμενίου < ε̄, ψωρικοῦ < ε̄, σμύρνης < ε̄, ὀμφακίου < ε̄ i. armenij drachmas v, pſorici drach. v, myrrhæ ʒ v, omphacij ʒ v.*
C* Aliter v.
D *Aliter xiij.*
E *Aliter viij.*
F Al. ʒ iiii.
G Aliter ʒ vi.
H Aliter ʒ i.
I Al. ʒ iii.
K Al. ʒ viii.
L Aliter lx.
M Al. xxxii.
N † *In cod. impreſsis græcis eſt opij ſolum, in alijs æruginis ſolum, in aliquibus ſunt utraque.*
O Aliter vi.
P Aliter iiii.

* Aliter ii.

* Aliter xvi.

† *In impreſsis eſt, κινναβάριον ἀξιόυ. in antiquis quibuſdam, κινναβάρινον ναξίου.*

* Aliter xxiiii.

A *Melinum, ad Scabros & corrosos angulos, intensos Pruritus, Oculos humectos, ad omnem Visus hebetudinem. Cicatrices & callos exterit.* Cerussæ drach. xxiiij, croci drach. xxiiij, ammoniaci thymiamatis drach. vi, salis ammoniaci drach. vi, nardi indicæ drach. vi, opii drach. vi, myrrhę drach. vi, omphacii drach. vi, gummi drach. xxiiij, excipe aqua pluuia. ℭ *Aliud collyrium Proteus, cui nullum conferri potest. Facit ad incipientem Suffusionem, & ad omnem Visus obtusitatem. Cicatrices & Callos exterit.* Cadmię drach. xl, chalcitidis crudæ drach. xl, cerussæ drach. xl, piperis albi drach. xxx, succi cyrenaici drach. xx, croci drac. xvi, opii drach. xii, sagapeni drach. xii, lachrymæ oleæ drach. xii, auripigmenti drach. viii, myrrhæ drach. xii, gummi drach. [a] xx, opopanacis drach. [b] xx, opobalsami drach. [c] xii: apparato cum aqua pluuiali, ac vtitor cum aqua. ℭ [d] *Hygieni collyrium Aureum, ad Corrosos angulos, & Scabras affectiones.* Sandarachæ drac. xxiiii, piperis albi grana xii, myrrhę drac. vi, croci drach. vi, gummi drach. [e] duodecim: cum aqua pluuiali apparato. *Aliter Aureum collyrium.* Sandarachæ drac. xvi, croci drach. xvi, piperis drach. xvi, myrrhæ drach. iiij, gummi drach. xii: vsus ostensus est. *Aliter.* Sandarachæ drach. xxiiij, piperis albi drach. xii, myrrhę drach. vi, croci drach. vi, gummi drach. xii, aqua pluuiali excipito. ℭ *Euemeri Psoricum, facit ad Corrosos angulos, & Scabras cicatrices, ac Callos exterit. Facit et ad Inueteratas affectiones, & Lippitudines ad malum habitum perductas, item q; ad Asperitudines.* Psorici drach. B xxiiii, croci drach. xii: opii, cerussę, vtriusq; drach. iiii: piperis albi drach. iiii, omphacii drac. iiii, gummi drach. iiii: vino falerno excipito. ℭ *Basilidion hoc est regineum, psoricum.* Psorici drach. xlviii, croci drach. xxiiij, opii drach. viii, floris lapidis asii drach. viii, cerussæ ʒ viii, piperis drach. vi, opobalsami drach. iiii, omphacii drach. iiii, gummi drach. xvi: vino falerno excipe. ℭ *Panchrestum Athenipion.* Psorici drachmas lxiiii, croci drach. xvi, chalcitidis vstæ drach. xvi, sandarachæ drach. xx, myrrhæ drach. viii, piperis albi drach. xvi, casiæ fistulæ drach. viii, foliorum malabathri drachmas iiii, opii drach. xvi, omphacii drach. iiii, misyos vsti drach. ii, gummi drach. xxiiii: excipe aqua pluuiali.

A Alit. viii
B Aliter viii
C Aliter viii
D Al. Hygini
E Aliter xvi.
* Al. Athenipion.

ℭ *Ptolemæi familiaris Pharmacum, accommodatum ad Scabros & corrosos angulos, intēsos Pruritus, Defluuia palpebrarum, Hebetem visum.* Psorici drach. xl, sandarachæ drach. xxx, chalcitidis vstæ drach. xxiiii, croci drach. xxiiii, myrrhæ drach. xii, opii drach. ii, casiæ fistulæ drach. xii, piperis drach. quatuor, piperis albi ʒ vij, omphacii drac. vi, misyos vsti drac. iij, foliorum malabathri ʒ j, gummi ʒ xxxvi, aquæ pluuiæ quantum sufficit. ℭ *Collyrium Malabathri oxydercicum, facit ad Corrosos angulos.* Stibii drach. xxiiii, {cadmiæ drach. xxiiii,} acaciæ drach. xxiiii, piperis albi drach. xxiiii, nardi indicę drach. xii, opii drach. vi, croci drach. vi, myrrhæ drach. vi, omphacii drach. vi, gummi drach. xxxvi: aqua pluuiali excipito. *Aliud.* Stibii vsti & loti drach. xl, acaciæ drach. xlvi, nardi celticæ drach. vi, myrrhæ C drach. viii, croci drach. viii, omphacii drach. xi, opii drach. vi, cadmiæ ʒ xxxvi, gummi drach. xxxij, aquæ pluuialis quod satis est.

* Aliter xiiii.
* Al. μέλαν id est nigrum.
* Al. indicæ.

Remedia ad affectos Oculos, ab Archigene in Primo Pharmacorum secundum genus conscripta. CAP. 8.

IN fluxionibus circa oculos in principio conuenit cibi ac potus parcitas, aquę potus, & maximè omnium rei venereæ abstinentia. Aluus ipsa subducatur, & facies assiduè primùm multa frigida, deinde ēt aceto admisto, proluatur. Quidam atramentum sutorium aqua dilutum proluēdum exhibent. Fugiant odores acres, & pulueres, fumum q; & tum Solis tum lucernarum splendorē. Ad noctem lanas puras ex vino, aut sordidas ex aqua frigida, imponant: maneq; velut dictum est, se proluant. Quòd si augescat fluxio, accedat q; dolor, venæ sectio congrua est, & perfecta cibi abstinentia ac sitis, nisi exurantur, & malū inde augescat. Conuenit & solutio ventris valida, siue per purgatorium conueniens medicamentum, siue per clysteres robustos. Post hæc verò circa frontē imposita assiduè vitis folia viridia auxiliantur. Aut myrti, aut lentisci, aut rubi succus: aut brassicę, aut vitis folia cum flore farinæ polentæ. Aut cupressus, sampsuchus, ocymum, sisymbrium, œnanthe, crocus hortensis item q; agrestis, portulaca, mali punici satiui flores cytini appellati, vitex, fo-D lia recentia mali cotoneæ, singula cum vino & flore farinæ polentę. Super ipsos verò oculos lana pura oui cādido madefacta imponat. Aut oui assi luteum. Aut melilotum in passo coctum. Aut asphodeli radix cum vino & flore farinæ polentæ. Aut iris contusa cum vino & flore farinæ polē tæ. Aut mali punici succus cum flore farinæ polentæ. Aut ipsum malum in vino maris experte coctum. Aut iuniperi baccæ tritæ cum vino & flore farinæ polentæ fronti imponantur, aut ēt super ipsos oculos adhibeantur. Ad hæc verò eryngii & fœniculi syluestris radix trita ex aqua, et cicutę semen eodem modo apparatum, opitulantur. Caseus item mollis & † nuper salsus} cum apij foliis cataplasmatis modo impositus. Aut papauer syluestre passo coctum ac tritum impositum. Similiter et melilotum passo coctum, exiguo croco & papaueris succo admistis. Panis item ex vino, rosaceo admisto mirabiliter auxiliatur. Aut tribulum recentem per se imponito: immo & polenta admista egregiè opitulatur. Et vt summatim dicam, omnia ex adstringentium genere, & repulsoria, in principiis prosunt, velut est cicuta, & psyllium, apium solanum, lentes palustres, serpyllum, sampsuchus, folia vitis, coriandrum, portulaca, semperuiuum, folia papaueris, vrtica. Quæ singula ex vino trita imponantur: psyllium verò ex aqua, eodem q; modo palustris lenticula.

† Al. νεοπαγής i. nuper coagulatus.

Ad Fluxionem Calidam.

ℭ Brassicam tritam cum polentæ flore ex aqua imponito. Aut ocymi folia eodem modo. Aut

Aut rutæ folia cum adipe anserino: aut sampsuchi folia: aut halicacabum tritam. Cæterùm largũ E fluxum sistunt papaueris capita, & hyoscyamus cum polentæ flore ex vino: oportet autem fomentum prius adhibere, atq; ita imponere. Postquam verò status & vigor præterierit, & cùm nõ amplius opportunum est adstringentibus vti, non incommodum fuerit, tum oculorum, tum capitis, fomenta adhibere. Magnificè verò auxiliatur, inflãmationesq; soluit, & si qua distentio adsit, eam laxat, linteolum molle butyro madefactum, ac oculis superpositum.

De Chymosi hoc est vtriusq; palpebræ distortione, ex inflammatione oborta.

In quibus vero chymosis fortis contingit, oui luteum cum muscę carne terito: atq; vbi ad cerati formam deducta fuerint, linteolo excepta impone: confestim sedant.

Oblitiones Oculorum.

℄ Panis purus vstus, acaciæ & hederę permistus cũ aqua. Verũ ad doloris vexationes rosas virides aut aridas passo maceratas terito, & admisto oui assi vitello, ac croco sufficienti, cũ passo vtitor. Aut crudam hordeaceã vel triticeam farinã passo coctã adhibeto. Si verò maior dolor fuerit, papaueris folia recentia admisceto, aut corticem papaueris capitum. Aut hyoscyami folia drachmarum iiij pondere cum oui vitello. Aut sisymbrium aqua coctum terito sufficienti affuso vino, & imponito. Aut papaueris albi capita passo cocta ac trita imponito. Aut apii recentis coma, F item q; pulegio recenti similiter vtitor. Aut peponis, aut cucumeris carne. Aut oui assi luteum cũ exiguo croco ac pauco vino tritum imponito. Cæterùm dolentes ex inflammatione oculos, cũ panace & pulegio vino subactis integito. Præclarè facit & pini cortex, & polenta cum vino. Aut hyoscyami folia, et opium trita imponito. Aut papaueris cortices terito, rosis q; ac meliloto myrrha q; admistis, albumine oui diluito, atq; ita imponito. Aut aloë ac opium cum aqua diluta, linteolo q; excepta, in emplastri morem appone, vitãdo ne quid in oculũ præterlabatur. Cęterũ in his qui dolore vexant, crocum bonũ cum lacte instillato. Verùm ad vehemẽtes dolorum molestias coriandri succus cũ muliebri lacte oculorũ angulis instillatus: Similiter q; papaueris succus torrefactus auxiliat. Folia item platani trita cum farinæ polentę flore oculis superpone, emplastri more apposita. Cataplasmata verò in fluxionibus cõueniunt, Cupressus viridis cum vino. Aut paliuri folia, {aut spinæ folia.} Aut portulaca trita cũ adipe anserino & croco. Aut iris sicca cum melle. Aut micas thuris, & myrrhã cũ oui cãdido lana excepta fronti imponito. Aut apiũ cũ polenta, aut seselis flores vino maceratos imponito. Aut papaueris folia recentia adglutinato. Qđ si vigiliæ instẽt, mandragoræ radicẽ & succũ, papaueris folia, & polentã æquis partibus in massam cogito, eam q; odorandã exhibeto, & obdormiscẽt. Porrò in magnis fluxionibus, pulegij recẽtis G semẽ, & maximè fuluũ, cũ aceto ad malagmatis formã redigito, ac sincipiti imponito, lanis supernè additis, ac leni vinculo cõstrictis. Aliqui ẽt papauer recẽs ei admiscent, aut opii minimũ qđ, aut rosas, aut melilotũ coctum. Aut amylo ex vino aut oui cãdido oculos ipsos integito. Præclarè faciũt ad fluxionẽ vberem, tenuẽ ac vetustã, itẽ q; vlcera, põpholygis drach. iiij, opii torrefacti † obo. iij, }gũmi drach. iiij: aqua pluuiali aut fontana excipe. ℄ *Agglutinatoriũ ad Fluxionẽ.* Similaginẽ, & mannæ thuris dimidium eius, cum oui albumine ad emplastri formam redigito, & in principio fronti in linteolo imponito. Aut oui assati vitellum cum thure. Aut cochleam cum testa sua & oui candido ad strigmentitiã formam redactã in splenio à tpe altero ad alterum extẽdendo imponito. Sua spontè decidit, vbi restiterit fluxus. Aut Moschi malagma, aut barbarum emplastrum, aut viride, aut aliquod aliud eorum quæ aceto constant, splenio inditum fronti imponito.

† Al. drach. iii, & oboli. iii.

Ad Hæmalopas & Hyposphagmata idest cruentatos oculos, & sugillatos.

℄ Ad plagas oculis illatas, & ad oborientes ex eis cruentas suffusiones, statim in principio tum ad inflãmationem, tum ad dolorem compescendum facit columbinus sanguis instillatus, & pręsertim is qui ex teneris pennis exprimitur. Candidum ẽt oui eodem modo in oculum instillatũ, atq; amplius pura lana exceptum & supernè impositum. Prodest ẽt oui assi luteum cum vino impositum, aut melilotum coctum cum vino eodem modo. Insuper & folia rosarum ac flos per se & cũ vino trita, item q; cum flore farinæ polẽtæ. Aut brassicæ folia in cataplasmate. Vbi verò diutius cruentatio perstiterit, thure & bitumine æquis portionibus acceptis ac mistis oculũ suffito. Aut hyssopi comam tritam lineo panniculo illigatam in feruentem aquam demittito, oculo q; admoueto. Sequitur enim cruor adeo, vt ex linteolo compresso exprimi queat. † Aut nitrum, & terram Æthiopicam, ac myrrham, pari pondere cum aqua illinito. Aut foliorum oleæ viridium succum sublinito. Aut ammium & hyssopum cum lacte bubulo terito, agitato, ac sublinito. Aut semen lini tritum cum butyro per linteolum exprimito, ac sublinito: caput verò frigida perfundito.

† Aliq. tñ cod. hñt. Aut nitrũ & Aethiopicã myrrham pari pondere &c.

Curatio Tumorum.

℄ Ad tumores ex plaga circa oculos obortos valde conuenit fomẽtum per mollem spongiam assiduè factum, ita vt noua spongia postea aceto diluto madefacta imponatur. Conuenit insuper sinapi vetustum ex aqua tritum, assiduè circumpositum & ablatum. Similiter & nasturtiũ, si post eorum ablationem loci assiduè calida aqua foueantur.

* Al. προστιθέμενον i. appositum.

Ad Oculos Scabros ac aridos.

Ad oculos propter Solem, aut omnino puluerem, scabros atque aridos factos, aqua multa

æstate

A æstate quidem frigida, hyeme verò calida affusa, commodat. Conuenit & spongiæ calida aut lentis decocto imbutæ fomentum. Ipsis verò oculorum angulis, rubi, lentisci, myrti, rosarum succū, vnumquēq; per se cū aqua adhibeto. Aut rosas aridas tritas cum vino: aut earum florem. Aut vinum maris expers, ac oleum vetus, maximè vbi dormire voluerint, admoueto. Cōducit præterea his, vt à salsis, acribus, amplius q; acidis omnibus abstineant. Porrò ad inueteratas & callosas circa palpebras affectiones, amurcam coctam cum oleo tritam illinito.

Ad Glabras, simul q; nascentes alias palpebras, Ptilos Græcis dictos.

¶ *In ijs qui Glabras, simul q; nascentes alias palpebras, qui q; pilos non habent, egregiè facit, ac pilos producit, hoc medicamentum.* Acaciæ ʒ ij: atramenti librarij aridi, aut si fieri potest memphitici ʒ v: succi porri heminas quatuor, vini maris expertis heminas iiii: coquito donec strigmentitiam formam induant, & repositis in pyxide vtitor. Aut muscerdas & caprarum stercora vsta pari mensura, cineris calami Græci duplum, cum melle attico illinito. Hoc verò etiam palpebrarū defluuia emendat. Æruginis tritæ partem vnam, ammoniaci thymiamatis tantundem, trita adhibeto. Facit idem & egregiè ad scabros oculos. Aut cadmiam tritam melle subactam in ollula vrito ac afflato: deinde æris vsti tantundem admisceto, ac tritis vtitor.

B *Ad Pilos inutiles & pungentes in palpebris enascentes, Trichiasin hoc malum Græci appellant.*

¶ Pilos inutiliter in palpebris supernascentes euellito, & sanguinem cimicum illinito, & non enascent. Papias Laodicēsis Autolyci medicus multa in his tentabat: euellebat primùm ipsos pilos, deinde locum diligenter cum dropace iritabat, & cum chamæleone albo trito viridium ranarum sanguine permisto (sunt aūt ranæ quæ in arundinibus degunt) illinebat: neque enim postea enascuntur. Potes & euulsis prius pilis cedriam cum tellinarum cinere mistam ac tritam illinere. Ad eandē quoq; rem auiculæ cinędi appellatæ felle vtitor. Aut phagri marini piscis itidem felle. Aut ricini à cane fœmina adempti sanguine. Egregiè facit hoc. Fellis & sanguinis erinacei terrestris pares partes, fellis chamæleonis tantundem, castorii parum, ad formā squamularum pisciū reducito: & pilis radicitus euulsis vtitor, squamulam vnam oris saliua matutina dilutam illinēdo, locum q; ad dimidium horæ obligando. Dolitant equidem ex medicamēti huius vsu, sed pili amplius non enascuntur. Aut felle hyænæ fœminæ mox ab euulsione illinito. Aut tellinarū tenuissimam puluerem oblinito. Aut euulsis pilis, cicutæ folium & cedriam ęqualibus partibus cum vespertilionis sanguine illine, illitum q; donec exarescat tene: si enim hoc oculum contingat, eius humorem corrumpit. Aut ab euulsione, capræ fel cum brassicæ succo illinito. Aut capni siue fuma-
C riæ herbæ succo palpebræ alam siue summitatem illinito: deinde pilos euellito, rursus q; illinito. Testatus est & Hermeas spumam aquæ post dropacum adhibitionem illitam summè conducere.

De Staphylomatis siue Vuis, & Albuginibus.

¶ Staphylomata tolles cantharidum succo illito. Albugines verò citò sanat nitrum cum oleo veteri diligēter tritum & illitū. Aut lacertæ stercus illine, & tolles. Aut nycticoracis ouum illine, & tinges ipsas. Aut croci, piperis, æquales partes, cum felis felle in collyria formato, ac illinito. Aut sepiæ testam tritam melle subigito, ac vrito, & læuigato, postea pharmaco hoc sublinito.

Curatio Obfuscationis visus, & Suffusionis.

¶ Obfuscationē oēm, aut ēt incipiētem suffusionē persanat vulturis fel cum marrubii succo ac melle attico. Aut myrrhæ & piperis partes æquales cum melle. Aut solanum nigrum illine. Facit & Cyprus in ærea pyxide reposita. Aut fœniculi succum, & fel taurinum liquidū, paribus partibus, mellis attici duplum, illinito. Aut croci, & piperis ęquas portiones felle taurino excipito, atq; in collyria redigito, ac illinito. Aut populi nigræ liquorem cum duplo mellis attici illinito.

De Humorum Suffusionibus.

¶ Fellis testudinis marinæ partem vnam, mellis attici quadruplum illinito. Fel ipsum etiam
D per se sufficit cum aqua illitum.

Ad Pterygia.

¶ In pterygijs oculorum, atramenti sutorij, salis ammoniaci, æquales partes, gummi dimidium, cum aceto in collyria formato, ac illinito. Aut populi nigræ liquorem cum duplo mellis attici mistum ac tritum illinito.

Ad Glaucos Oculos, & Nyctalopas hoc est lusciosos.

¶ Solani succus instillatus glaucos oculos denigrat. In lusciosis verò, hepar hircinum assato, ipsum q; inter assandum destillantem cruorem coadunato, atq; hoc quidem ipsos illinito: ipsum verò hepar edendum prębeto. Auxiliatur & columbinus sanguis illitus, et fel capræ. Aut hepar caprinum coquito, eos q; obuelatos in ollam intendere iubeto, quò elatum inde vaporem oculis susceptent. Ipsum verò hepar assiduè edendum dato: ex hoc enim citò auxilium sentient. Aut elaterii obolum, seminis portulacæ ʒ j, cum melle inunge. Aut stercus asini recens exuccato ac illinito. Vescatur æger beta, vulturis iecore assato, eius q; felle illinatur.

Ad Crithas i. instar hordei oblongos circa palpebrarum pilos abscessus, qui item Posthiæ Græcis appellantur.

A.l.3.f.3.t.3.c.19.fo.219.d ¶ Abscessus circa palpebrarum cilia crithas ab hordei similitudine Græcis appellatas ceræ albę fomento discuties. Aut muscæ caput auellito, ac reliquo corpore abscessum ipsum confricato.

Galeni

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Ad reliquas Faciei, Dentium, ac Gingiuarum affectiones, Medicamenta.

De Sugillatione sub oculis, Hypopion Græci dicunt. *CAP. I.*

Vod "Hypopion sub oculis fiat, nomen ipsum indicat: idē enim est velut si quis hypophthalmium dicat, quod ipsum sub oculis sonat. Est aūt ex genere effusionū, ecchimomatū appellatarū. Appellāt ita || Hippocrates & alii multi medici, circa cutē affectionē, cùm tenuibus in ipsa venis contusis sanguis p fissuras effundit, nō vno loco aceruatim ac statim ita excretus in grumos coiēs, sed post q̃; per persultationē hoc est diapedesin, vt ipsi appellāt, effusio ipsa facta est. Cōtingit sanè aliqñ vbi ita coierit, tpis progressu liuescere et denigrari, paruis nimirū grumulis ex dispso in multas cutis partes sanguine coactis. Quare meritò ad eius curationē statim festināt medici, priusq̃; denigrescat, scopū medēdi habētes vt sanguis discutiat, cū sciāt id quod in grumos coierit ex sanguine, ægerrimè discuti posse. Cū vero tunicula venarū, ex qbus sanguis exilit rumpat, parū quiddā ex adstringētibus ad discutiētia admiscet: si.n. ex sola simplici facultate discussoria pharmacū à principio adhibeat, non solū quod effusum est discutiet, sed & p fissuras aliquid attrahet ex sanguine in cōtusis venis contēto. Postq̃; verò in suā naturā redierint venulæ, ad discussoria pharmaca citra adstringentiū admistionē opportunè transimus. Quēadmodum aūt in aliis affectibus pleriq; medicorū indistinctè auxilia cōscripserunt, ita ēt in his citra eas quas iā recēsui distinctiones, simpliciter sugillatorū remedia prodiderūt. Porrò si vos eorū q̃ in libris de simpliciū pharmacorum facultate didicistis, memores fueritis, facilè discernere poteritis, quas'nā sugillationes sola discussione digerere oporteat absque adstrictione, & in quibus admiscere cōueniat quippiā ex parcè adstringētibus. Quin & ex ipsis discussoriis imbecilliora primū adhibenda esse manifestū est, fortiora verò "inueteratis & denigratis admouēda. Exēpli itaq; loco primū ea quibus ipse vtor indicabo, inde ad ea q̃ probati medici tradiderūt progressurus. Appellat aūt collyriū Nili ex rosis diarhodon, multis iam annis præclarū & celebratū, cuius cōpositionē proximo libro tradidi: hoc ipsum in oculariorū coticula ex aqua contero, atq; sugillationi illino, fertulæ cāpanæ ac fœnigræci decocto prius pro fomēto admoto, deinde ēt collyrio ex eo decocto dissoluto, postea ēt ex ipsius foliis fœnigræci decocto. Quòd si reliquæ quæpiā affectionis resistēt, in fœnigræci decocto collyria ex myrrha, diasmyrna appellata, soluo ac illino. Cōducit aūt bis in die pharmacū hoc illinere, simul q; fomentū decoctorum calidorum per mollē spongiam prius admouere, ita vt primū ex ambobus fœnogræco & meliloto decoctū fiat: inueterato aūt malo ex solo fœnogræco. Hic curādi modus vt plurimū perfectè sugillata psanat paucis oīno subterfugientibus eum q; respuentibus: in quibus collyrium ex sandice commodum est, & ex pharmacis ad sugillata à medicis descriptis ea q̃ generosè discutiendi vim habēt. Initium autem faciam ab eis quę Archigenes in primo pharmacorum ſm genus conscripsit, propositurus quidem ipsius verba: postea verò si quid ab eo ad distinctionem pertinēs relictū est, appositurus.

Archigenis Pharmaca ad Sugillata, iuxta ipsius dictionem.

℄ Sugillata euestigio sanat raphanus impositus: auferes autē ipsum postq̃; mordere inceperit. Rectè fecit in eo, quod adscripsit tollendum esse vbi mordere cœperit: si.n. diutius maneat, venulas contusas commordendo oscula ipsarum aperiet. Quapropter & à principio eo vtendum non est: vbi verò inueteratæ fuerint sugillationes & iam denigratæ, etiā si quis longiori tpe incumbere ipsum sinat, magis iuuabit. Facit & caseus recens salsus impositus. Ipse quidem caseus vim obstruendi meatus habet, verùm recens salsus & non dum inueteratus mistam facultatem habet, obductricem ex se ipso, discussoriam verò & aliqualiter adstringentem ex sale: quare nihil absurdi est eo etiam in principio vti. Aut ceratum cum absinthio, vel raphani succo subactum. Aut hyssopi coma lęuigata eodem modo. Siue cum absinthii coma trita, siue cū succo ceratum subactum adhibeas, eandem vim demonstrabit: verum ad tactum mollius reddetur pharmacum si succus cum cerato committatur. At verò raphani succus, aut hyssopum cerato addita efficacius reddunt pharmacum, q̃ vt à principio statim adhiberi conueniat, nisi iam planè liuida aut nigra facta sit sugillatio, qđ etiam ipse deinceps dicet. Summè facit ad recētia & liuida sugillata spongia muria tincta & assiduè imposita ac ablata: postea verò fomentum assiduum ex calida aqua prodest. Quemadmodum raphano in principio vti minimè tutum est, ob eam quam dixi causam, sic etiam muria:

quapropter

Marginalia: de iis q̃ in medicatr. fi. cō. 3. tex. 30.7ª.219.c. Et d Liquid. vsu a prīcipio. Et de Fract.cō. 2. tex. 28.7ª.235.g. De Artic.4. 68.292.e — A.l.4.f.7.t.1.c. 6.fol 311.e — F — G — A.ibidem.f — H

A quapropter etiam post eius vsum, calidæ fomentum probat, quo videlicet acrimonia ex muria inducta cōpescatur. Neq; verò in omnibus sugillatis in principio fomento ex muria vti consulit, sed in ijs quæ statim liuescunt. Breui itaq; tempore in ijs muria vtendum est: in quibus verò cruentus, aut subflauus, aut subpallidus est color, fugere muriam oportet. Cataplasmate autem vtere faba fresa contrita, absinthio, hyssopo, origano, raphani cortice, vua passa exacinata, vnoquoque per se cum melle, aut aceto, aut aqua. Imperfectè primùm hæc remedia conscripsit, cùm non apponat ad sermonem, coctis ne an crudis vti iubeat faba fresa, et absinthio, et hyssopo. Videtur autem crudorum vsum præcipere: nam ad finem vbi dicit, cum melle, aut aceto, aut aqua, singulis prædictis vtēdum esse, tum quidem coctis apposuisset. Quin & eo ipso sermone tria viribus inæqualia medicamenta tradens, minimè rectè mihi videtur præcipere cum hoc vel cū illo esse vtendum. Aqua. n. {calida} acrimoniæ omnis expertissima est, non in cute tantum, sed ipsis etiam vlceribus. Mel verò vlceribus mordax est, cutem autem non offendit. Acetum verò vtrisque mordax existit. Neq; verò raphani cortex vuæ passæ viribus par est, sicut neq; absinthium, ac hyssopum, & origanum: fortia enim hæc sunt, & discussoria vi prædita: moderata autem est vua passa, & omnis acrimoniæ expers. Et bulbus albus cum ouo & melle. Bulbum flatuum vt acriorem in principio statim
B adhibere recusat. Scimus autē mel discussoriæ facultatis esse, quapropter ouum ipsis admiscere videtur, quòd mitigandi facultate multùm præstat. Cyclaminos per se, & cum vua passa. Neque hîc paruum est, quod interest inter cyclaminum et vuam passam. Quare haud scio, qua ratione per se cyclamino vtatur, & admista vua passa, etenim per se vehementissimum est medicamentum: at cum vua passa commiscēs, tantū auferet facultatis, quanta fuerit admistæ vuæ passæ moles. Aut nitrum cum hyssopo & vua passa melle exceptum. Hic sermo priore rectior est, in quo etiam solius cyclamini vsum permittebat. Nam si etiam nunc hyssopum ipsum per se adhibere consuluisset, non apponendo inueteratis sugillationibus id conuenire, similiter vtique deliquisset. Myrtum cum sale & aqua. Dictum etiam antea à me est, quòd ex discussoriis medicamentis, in principio præstantiora sunt quæ exiguam adstringendi vim complectuntur, qualia sunt rosæ, & melilotum, & crocus. Non tamen ex eiusmodi pharmacorum numero est myrtus, vtpote vehementer adstringens: quapropter ego nunquam ipsa vti audeam, præsertim si iam liuidus sit color sugillationum. Sinapi cum adipe ouillo. Inueteratis & nigrefactis sugillationibus solùm, hoc medicamentum conuenerit, & maximè si non omnino paucum sit sinapi adipi admistum. Myricæ folia & fructus trita cum aqua, per se et simul mista. Et hoc pharmacum non solùm discussoriam, sed
C & contractoriam quandam vim habet: quare inueteratis & nigrefactis sugillationibus non conducit. Facit & spongia, & linteolum, aceto ac melle imbuta & apposita. Hoc remedium in principio adhibitum non valde acri aceto opus habet: in progressu autem temporis liquefacta aut denigrata sugillatione nihil profuerit absque acerrimo aceto præparatum. Aut fabam fresam cōmanducatam imponito cum melle. Quin & fabæ lomentum etiam citra manducationem cū melle subactum liuida discutit: ex manducatione autem summè discussorium redditur, nimirum viribus à saliua adsumptis. Oui vitellum eodem modo. Si mel ad oui vitellum miscuerimus, velut antè dixi de faba fresa, simile faciemus prædicto medicamento tum in apparatu, tum in facultate. Aut porci pulmonem calidum imponito. Hoc remedium non tolerarit vir mundiciē amans. Aut myricæ decocto prolue. Non ita longè antè de myricæ facultate dictum est. Aut cardamomum cum myrrha impone. Discussorium quidem pharmacum est myrrha, verùm acre cardamomum. Hæc sanè sufficere videntur mihi ex Archigenis scriptis exempli gratia prolata ostēso simul modo examinandi pharmaca, qualia scilicet in principio conueniant, antequam liuida aut nigra sugillatio fiat: & qualia liuidis, aut iam nigrefactis, & inueteratis sint adhibenda. Quare quæ consequantur apud eum deinceps, ea sola per se adscribam ipsius Archigenis verbis. Aut ce
D russæ, & spumæ argenti æquales partes cum melle terito: & admista faba fresa ad cerati formam reducito, ac vtitor. Aut anguium senectam cum aqua marina tritam illine. Aut cuminum linteo illigatum & in feruenti aqua tinctum pro fomento adhibe. Aut sinapi cum cerato impone. Aut fœniculum tritum impone. Aut thus & thapsiam æquis portionibus cum cerato rosaceo. Aut mentam & argenti spumam pari pondere impone. Aut hordeaceam farinam cum aceto mulso coctam. Aut fabam vino maceratam donec tenera fiat, tritam splenii modo impone. Aut cicer eruinum vocatum eodem modo. Aut furnorum fuliginem cum pari cerussa ex vino odorato illine. Aut thapsiam & eruinæ farinæ triplum eodem modo. Aut crudum salsamentum, omotarichon Græci vocant, exprimito: deinde in vino odorato tritam imponito. Cæterùm ad vetustiores sugillationes similacis fructus cum vua nigra tritus facit. Aut thapsiæ radix tusa, & succus eius adipe exceptus, ac assiduè appositus. In vetustis exemplaribus non vetustiores comparatiuè scriptum est, sed vetustissimas superlatiuè. Dictū est porrò à me statim in principio, quòd in eiusmodi sugillationibus pharmacis forti discussoria vi præditis vti oporteat, qualia sunt sanè ab eo his verbis descripta, & quædam item ex superioribus, velut est indicatum. Atque hæc quidem Archigenes prodidit. Verùm Apollonius diligentius & cum pluribus distinctionibus in primo Parabilium in hunc modum scripsit.

Pharmaca

Pharmaca ab Apollonio conſcripta ad Sugillata recentia ac liuida. E

℄ Spongíam in aqua marina feruente tinctam aſſiduè locis pro fomento adhibeto. Aut ſpõgia in acri muria tincta ſimiliter foueto. Aut in aceto feruenti, & pariter in vino. Imponendũ eſt & ſplenium melle & aceto madefactum, aut lana, aut ſpongia. Cataplaſmate aũt vtere, abſinthio trito cũ melle: aut hyſſopo læuigato cum melle: & faba freſa eodem modo. Origano ſimiliter: raphani cortice cum melle. Bulbis tritis per ſe, aut cũ melle & oui vitello. Lini ſemine & ſalibus tritis cum oleo & oui vitello. Silphio trito cum oleo et vino. Sampſucho trito cum melle: myrto et ſale tritis cum aceto: fœniculo trito cum cerato: hyſſopo & nitro cum melle & aceto: calce viua cũ cerato: ſinapi trito cum adipe vitulino, aut cum cerato. ℄ *Ad Sugillata Inueterata.* Ari radicem raſam ac melle ſubactam in linteolum illitam imponito: vtere ẽt diſcuſſorijs facultatibus et compoſitionibus, quæ ex deſcriptionibus commentariorũ apparantur. ℄ *Ad Sugillata cum Tumore.* Spõgiam aceto imbutam imponito, et præmonſtratis fomentis frequentius vtitor: cataplaſmatis loco farinã hordaceam ex aceto mulſo coctam imponito, donec locus ſugillatus humilior reddatur: de cętero verò ſubſcriptis cataplaſmatis vtitor. ℄ *Ad Sugillata cum Inflammatione.* Aqua calida foue, & pro cataplaſmate lenticulam coctam tritam cum melle impone. Aut cochleam ægyptiam contuſam impone. Vbi verò inflãmatio remiſerit, tũc iam ẽt alijs pharmacis vtere. ℄ *Ad Sugillata cũ Pertuſione.* F In ipſam quidem pertuſionis fiſſuram ex medicamentis, quæ cruentis vulneribus conueniunt, inde: circũſitis verò partibus cataplaſma ex medicamentis ad ſugillata citra pertuſionem conſcriptis impone. Præſtabat fortaſſis hîc iam ſermonem de ſugillatis deſinere, verùm cùm ea quæ ex conſentiente experimento iudicata ſunt, alijs ſtabiliora exiſtant, viſum eſt mihi etiam ea quæ Crito in tertio de Ornatu ſcripſit apponere, quæ ſanè iuxta illius dictionem ita habent.

Quæ Crito ad Sugillata recentia, Medicamenta ſcripſit.

℄ Cicutam tritam ex aqua impone. Abſinthium tritũ ex aqua, & in linteolum infartũ imponito: ꝙ ſi tenera ſit cutis, parum mellis adiicito. Hyſſopum cilicium ex aqua tritum, & in linteolum ligatum in globulos cogito, atq; his in feruentem aquam tinctis ſenſim foueto. Bryonię radicem tritam cum melle imponito: aut roſaceo cerato exceptam adhibeto. Muriam acrem facito, ſpongijs q; in ea madefactis foueto: & poſt hæc raphani corticem tritum cum melle, & linteolo infartũ imponito. Aut ſinapi tritum cerato exceptum, & exiguo adipe vitulino addito, in linteum infartum imponito. Et de his quidem in tantum. Quòd ſi inueteratę ſint ſugillationes, aut etiam appellati liuores, † ſubſcriptis compoſitionibus vtendum eſt. ℄ *Ad Liuores, & Sugillationes profundas.* Tordylii partes duas, terræ ſamiæ partem vnam, aceto excipito, paulum q; mellis ſimul con- G quaſſato. Animaduertere autem oportet diligenter, ne cutis exulceretur. ℄ *Medicamentum detergens Sugillata, Ariſtarchi.* Hyſſopi cilicij drachmam j, radicis thapſiæ tantundem, thuris integri non ſecti tantundem, ceræ tyrrhenicæ ʒ ij, reſinæ terebinthinæ ʒ j. Arida cum liqueſcibilibus committito, deinde linteolo infarta imponito, animaduerſione habita ne locus exulceretur: & ob hoc ſanè frequenter tollere oportet. *Aliud.* Radicis thapſiæ ʒ xii, aut ſucci ʒ vi, thuris inſecti drach. viii, veratri albi ʒ ij, abſinthii drac. j, cerati roſacei drac. xvi: mollita repone, ac linteolo infartis vtere. Oportet etiam hoc aſſiduè amouere. *Aliud.* Viticis albæ obolos tres, ſtruthij tantundem, glandis ægyptiæ tantundem, pulmonis caprini* vſti tantundem, radicis aſparagi tantundem, bdellij tantũdem, ſucci thapſiæ tantundem: aceto mulſo exceptis vtitor. *Aliud.* Seminis viticis albæ drach. iij, radicis ſtruthij tantundem, nitri rubri tantundem, ſucci raphani tantundem, hyſſopi cilicij tantũdem, farinæ fabarum tantundem, glandis vnguentariæ drach. xl, myricæ drac. xl, pulmonis caprini vſti drach. xl, bulbôrum rubrorum drach. xl, radicis thapſiæ drach. xl, thuris drach. xii: excipe cerato roſaceo, ac vtere, vt dictum eſt.

† *Al.* προγεγραμμέναις *i. ſupraſcriptis.*

* Al. agnini.

* *Al.* βόλων.

Medicamentum ab Hera conſcriptum ad Sugillata.

Aufert, vt inquit Heras, tribus horis: ꝙ ſi inflammatio fiat, cataplaſma ex viridi caſeo probat, et H fomentum ex pane. ℄ Succi cicutæ obolos duos, croci drachmas ij, myrrhæ drachmam vnam, acaciæ drachmam vnam, opij drachmas ij, ſucci thapſiæ drachmas duas, gummi drachmam vnam, cum aqua cogito. Hoc equidem Heras ſcripſit. Ego "verò nucem per ætatem iam oleoſam factã expertus ſum aliquando ad cruentatos facientem. Oportet autem ipſam nucem diligenter terere, atq; ita imponere homini ſupine reclinato, quò ad horas duas & tres pharmacum adhæreat: vbi enim ſic fecerit, etiam ſi poſtea ſurgat, ad multum tempus adhæret: oportet q; priore delapſo aliud ſtatim imponere. † ℄ *Eiuſdem Heræ ad Aegilopas.* Maluæ folia cum ſale et melle trita imponito: deſtruit hoc ac extirpat ægilopas. Alicam etiam in aceto coctam incipienti ægilopi imponito. Aut myrti recentiſſimas baccas cataplaſmatis modo adhibe, vbi videlicet fluxio infeſtauerit. Similiter facit & lemnia terra, ſi illinatur.

A.l.4.f.7.t.2. 6.fol.511.g

† *Hic incipit Caput 2 in antiquiſsimo cod. græco.*

De Aegilope. *CAP.* 2.

INter "naſi os & magnum iuxta oculum angulum, paruum quoddam abſceſſui ſimile tuberculum oriri ſolet: & rumpitur ſanè ſæpe in angulum, vt ægrè curabile reddatur, niſi maturè occurratur. Mederi igitur oportet ipſi cum diſcuſſorijs medicamentis, quæ citra mordacitatem efficacia ſunt: coafficitur enim oculus ab acribus, atq; ita etiã affectæ partis inflammatio augetur.

A.l.3.f.3.t.2 14.fol.225.f

Verùm

A Verùm affectio ipsa non ob id solum ægrè curabilis est, sed & propterea q̃ cũ multa liquida pharmaca in experimentum adsumi possint, ea nõ tolerat locus ipse: necessariò enim ex eis in oculum quid influit. Neq; verò adhærere eiusmodi queant citra obligationem, quæ totum oculum complectatur, quam impossibile est tot diebus aliquem perferre posse, quot ad mali curationem requiruntur. Ob hanc igitur causam Apollonius nulla pharmaca ad ægilopas scripsit. Archigenes verò paucis enumeratis, deinceps ad curationem ipsorum per chirurgiam progreditur, quanquã res ipsæ non manuariæ operæ, sed pharmacis secundum genus, sit subiecta. Itaque totam ipsius dictionem adscribam hoc modo habentem.

Quæ Archigenes ad Aegilopas scripsit in primo Pharmacorum secundum genus.

¶ Ægilopas qui circa oculorum angulos oriuntur eruo cum melle integimus: aut cinere vitis cum aceto subacto. Probè facit & thus cum columbino stercore recenti impositum. Aut succum herbæ ægilopis, auenam nostri dicunt, cum melle illine. Cæterùm in non dum perforatis staphidem syluestrem, & ammoniacum thymiama cum melle veluti splenium, impone. Aut alumẽ scissile cum terebinthina splenij forma impone. Aut lanę tomentum sanguine marini leporis tinctũ inde. Aut melanteriam tritam adhibe. Quòd si neque sic sanentur, diuiso angulo, & cum tenui B perforato terebello continuis foraminibus incussis disparato, capitale emplastrum adhibeto: discedent enim squamæ, & sanabuntur. Aut osse denudato cauterium admoue, & sic squamulæ discedunt ac sanantur. Quidam diuidentes angulum, ossi, qua parte perforatum est, angustum infundibulum admouent, ac plumbum liquefactum infundentes vrunt, atque hoc modo optimè sanant. Hæc quidem Archigenes scripsit.

lib. c. 15. fol. 26. b

Quæ Asclepiades ad Aegilopas conscripsit.

Porrò Asclepiades in primo exteriorum hæc prodidit. ¶ Succi illecebræ libram dimidiam, succi solani lib. dimidiam, thuris ℥ viij, mastiches drach. iij, galbani libræ dimidiũ. Succos cum thure coquito, & vbi dissolutum fuerit galbanum inijcito, mastichen verò dimitte. *Aliud.* Thuris ℥ viii, myrrhæ ℥ viii, ladani ℥ iiii, ceræ ℥ iiii: aluminis scissi, coaguli leporis, vtriusq; ℥ iii: spumæ nitri ℥ iiii: pharmacum contundito, & emollito irini vnguenti fæce.

* Aliter i. * Al. vncias.

De Varis. CAP. 3.

TVmor paruus & durus in faciei cute orit̃, Varus Latinis, Græcis Ionthos appellatus, à crasso videlicet succo congregatus, demonstransq; sui ipsius curationẽ rationabiliter per pharmaca emollientia & discussoria futuram. Etenim duricies ipsius emollientibus, tumor vero præter natu C ram discutientibus, opus habet. Cùm igitur iam sæpe tum in superioribus libris, tum in de simplicium pharmacorum facultate commẽtariis, prædictæ sint mihi materiæ tum discussoriorum, tum emollientium medicamentorum, compositio sanè ipsorum particularis per experientiam iudicata vtilis erit ad rectum relatorum vsum, quæ videlicet paulo pòst referentur, vbi saltem prius determinauero, quæ similes sint varis affectiones, & aliqua parte ab ipsis differentes.

De Ficosis Tumoribus. CAP. 4.

VNa quædam hæc affectio est ex iis, quæ in mento enascunt̃, differens à varis in eo q̃ non solũ crassus sit qui hos tumores efficiat humor, sed & serosa tenuitate participet: ob quã ẽt citò exulcerantur, si non vt debent curent̃: & ob id magis resiccantibus pharmacis q̃ vari opus habẽt.

De Lichenosis Impetiginosis'ue Tumoribus. CAP. 5.

ET hæc affectio ex misto quopiam generatur humore, serosis nimirum ac tenuibus et acribus succis cum crassis permistis: quapropter ẽt facilè in psoram, id est scabiẽ, & lepram transit: indiget q; ẽt ipsa pharmacis fortiter resiccantibus. Postq̃ verò in psoram aut lepram transierit, vltra hoc q̃ resiccantibus indiget pharmacis, etiam repurgantia & extersoria expostulat.

De Menti Eruptionibus. CAP. 6.

D HOc eruptionũ, siue, vt Græci dicunt, Exanthematum nomen quidam in cõmuni vsurpant, de affectionibus videlicet vlcerosis & asperis in mento sua sponte prouenientibus, quemadmodum etiam Archigenes facit. Indiget aũt & hæc ipsa affectio resiccantibus medicamentis.

De Furunculis. CAP. 7.

FVrunculi Dothienes Græcis dicti ex similibus humoribus, veluti vari, generant̃ per vniuersum corpus, duplices existentes, Aliqui quidẽ, vt ita dixerim, varosi, duri, & ægrè concoctiles: Aliqui verò inflãmati, in quibus aliqñ ẽt febres consistunt, & tumor in magnitudinem excrescit, & in pus transmutatur: vnde curatio ipsorum vt plurimum eadem quæ inflammationis existit.

Ex Critone ad Varos.

Crito in tertio de ornatu hæc verba scripsit. ¶ *Ad Varos in facie.* Mellis attici cyathum vnum siue drach. xii, aceti acerrimi tantundem, misceto diligenter: & pharmaco varos illinito, digito affricando. *Aliud.* Spumę argenti chemam siue drach. iij, terebinthinę purę ad fabę Ægyptię magnitudinem, addito olei albi parum: atque vbi prius faciem deterseris, ex medicamento hoc paulum digito excipe, deinde ambabus manibus terendo varos obline. Hoc pharmacum etiam à rugis liberam & mundam faciem conseruat. *Aliud.* Amygdalas amaras aceto dilutas ac probè tritas faciei obline. *Aliud.* Alumen scissum probè læuigatum terebinthina excipe, & emollitum

litum impone. *Aliud.* Costum Indicum tusum et tenuissimo cribro cretum felle caprino excipe: E ac ad cerati crassitudinem redactum varis circa vesperam illine: mane verò vbi surrexerit, lacte ægrum faciem proluere iube. Inueteratis porrò varis subscriptis compositionibus vtendum est.

Ad Varos Callosos.

℄ Saponis gallici ʒ iiii, ammoniaci thymiamatis drach. j, thuris drach. j, aqua dissoluito, & cerati spissitudinem facito, eo q; illinito, & post horę interstitium tepida abluere iubeto. *Aliud.* Nitri rubri, hyssopi, pulegij, salis fossilis, æquales partes tundito, & per tenuissimum cribrum cribrato, exceptis q; cerato rosaceo vtitor. *Aliud.* Seminis ocymi, nitri rubri, pulegij viridis, aluminis scissi, costi indici, singulorum æquales partes tusas & cribratas adipe anserino seu gallinaceo excipe, vt cerati fiat crassitudo: ex eo verò in linteolum infarcito, & imponito donec penitus persanescăt.

Aliud. Salis assati, pulegij, hyssopi, ammoniaci thymiamatis, rhois coriarij, singulorum par pondus, rosaceo cerato exceptum, donec persanentur, imponito.

Ad Affectiones eminentiores, & in Facie pruritum, ac principium Elephantiasis.

℄ Gummi albi, spumæ nitri, thuris, sulfuris viui, singulorũ æquales partes aceto dilutas ac probè tritas in pastillos redige, eos q; in vmbra exicca. Vsu verò expetẽte aceto dilutos illine, atq; vbi resiccati fuerint, subscripta cõpositione deterge. Saponis gallici librã vnã, ammoniaci thymiama F tis tantundem, thuris quadrantem, mastiches quadrãtem, spumæ nitri quadrantẽm. Saponem & ammoniacũ in vas fictile coniecta, & aquæ sextarijs duobus affusis coquito: atq; vbi dissoluta fuerint, arida contusa & cribrata adijcito: deinde in mortariũ translata ac probè conquassata, vase vitreo reponito. Vsu verò postulante faciẽ ex eo smegmate inquinato, & post modicum tp̃is spatiũ larga aqua molliter perfricando abluito. Vtendũ est hoc smegmate per oẽm varorũ curationem.

* Al. drach. iii.

Ad Ficosas Menti Papularum eruptiones.

Crito in tertio de ornatu in hunc modum de eis scripsit. ℄ *Ad Ficosas in Mento eruptiones, velut Leucius præceptor tradit.* Spumæ argẽti, misyos crudi, æquas partes tritas insperge. *Aliud.* Thuris drach. ij, spumæ argenti drach. iiij, salis fossilis drach. octô, sandarachę drac. ij: trita insperge. *Aliud.* Cerussæ drach. iiij, myseos crudi drach. iiij, salis fossilis drach. ij, sandarachæ drach. ij: trita insperge.

* Aliter iiii.

Aliud. Atramenti sutorij drach. ij, sulfuris viui drach. ij, æruginis drach. j, nitri rubri drach. ij: trita insperge. *Aliud.* Elaterij drach. iiij, salis fossilis drach. iiij, atramenti sutorij drac. ij: mista insperge, & cum specilli humecti extremo admoue, quo videlicet pharmacum ipsum adhæreat. Cæterũ post pharmaci impositionẽ semine lini ex aqua trito vtendũ est. Porrò vbi humidiora fuerint vlcera, vt ab ipsis aqua pura velut à fonte defluat, subscriptis cõpositionibus vtendum erit. ℄ *Pastillus ad Ficosas Menti Papulas. Vsus est eo Artemidorus. Reprimit omnes Tumores, qui accidunt ijs quibus Cicatrix malè inducta est, veluti in ijs qui futura vsi sunt, contingit. Compositio hæc est.* Squamæ æris drach. quatuor, atramenti sutorij drach. ij, aluminis scissi drach. ij, glutini fabrilis perlucidi drac. ii. Arida tunduntur & cribrantur, glutinum verò aceto maceratur, & tritis affunditur: rursus q; læuigatur, & formantur pastilli, quos vsus tempore aceto dilutos illinimus. Hoc medicamentum etiam fistularum callos extirpat. ℄ *Alius Magni Clinici.* Aluminis scissi, æruginis corinthiæ, rubricæ sinopidis, chalcitidis, glutinis fabrilis, singulorum æquas portiones: componito, ac vtitor vt dictum est. G

℄ *Alius Arij Asclepiadei.* Milti siue rubricæ sinopidis, æruginis corinthiæ, aluminis scissi, gallæ omphacitidis, malicorij, æquas singulorum partes, gummi duplum: aceto excipito, ac vtere vt dictum est. ℄ *Alius Apollonij, vt Charixenus tradit.* Squamæ æris, misyos assati, auripigmenti, singulorum drach. ij, diphrygis drach. iii, æris vsti drach. iiii, chalcitidis vstæ drach. iiij, glutinis fabrilis drach. iiij, aceto diluito, & pastillos formato: quibus velut superioribus vtitor. ℄ *Andronis Pharmacum accommodatum.* Atramenti sutorii drach. ij, myrrhæ drach. ii, thuris drach. iiii, aluminis scissi drach. iiii, malicorii drac. viii, gallarum drach. octo, aristolochię drach. octo: vino austero exceptis vt prædictis vtere. H

Critonis, ad Lichenas in mento.

Consequẽter verò Crito ad lichenas menti scripsit hoc modo. Ad mẽti lichenas quæ iniucũdissima est affectio. Nã & pruriginẽ inducit, & affectarũ partium circũtentionem, & periculũ nõ modicum: proserpit enim aliqñ per totam faciem, oculos q; contingit, et fermè extremę fœditatis causa existit. Quapropter diligentiore cura vtendum est inspiciẽdo tum paroxismos i. irritationes, tum interualla & remissiones, ita vt etiam ab inueteratis recentes disparemus: in quibus cõueniet vti resiccantibus medicamentis. Cùm verò in psoram aut lepram transierint, supra resiccantia etiã extersoriorum & repurgantium erit vsus, & postea sanè subscriptarum item compositionum.

Crispi amici ad recentes in Mento, siue alia Faciei parte Lichenas.

℄ Tritici grana multa in incudem imponito, deinde laminam æris igni candefactam tritico superponito, & resolutum ab eo liquorem calidum adhuc auferto, ac super lichenas linito. Hoc solo multos curatos scimus. *Aliud.* Maluæ agrestis semen tenerum adhuc colligito, mundato, ac tundito, succum que reponito, atq; eo assiduè illinito. *Aliud.* Portulacæ succum assiduè illinito.

Aliud. Oleæ æthiopicæ lachrymam cum aqua terito, & pauco adiecto styrace misceto, & imponito. *Aliud.* Vlmi lachrymam aqua dissolutam imponito. Quòd si inueterati sint lichenes, sequentes

A quentes compositiones adhibendæ sunt: Albuci radicem aceto coctam & tritam illinito. Viticis folia trita cum aceto imponito. Capparis folia trita cum aceto imponito. Rumicis hortensis radicis corticem ex aceto tritum, loco prius cum nitro præparato, imponito. Chamæleonis radicem aceto coctam & tritam imponito. Cæterùm cùm ad lichenum curationem multa & varia medicamina existant, particulatim de singulis transigam, initio à pastillis sumpto. ℭ *Pastilli Lichenici.* Glutinis fabrilis drach. iiij, alij duas habent: sulfuris viui drach. ij, chamæleonis drach. iiij, thuris drach. ij, aceti heminæ dimidium: glutinum aceto dissoluitur, deinde aridis adijcitur. Vsus tempore, quantum satis est, aceto dissoluito, calidum'que imponito. In alijs exemplaribus singulorum par pondus continet. *Alius.* Chamæleonis, sulfuris viui, vtriusque ʒ iiij: lachrymę oleæ æthiopicæ ʒ ij, thuris ʒ j, aceti quãtum satis est. Iuxta alios, Alcyonij ʒ ij, chamæleonis nigri ʒ iiij, pyrethri ʒ ij, sulfuris viui ʒ iiij, thuris drach. iiij, glutini ʒ iiij, aceti acerrimi heminas iiij. *Alius.* Lachrymæ oleæ æthiopicæ drach. iiij, sulfuris viui ʒ iiij, alcyonij drach. viij. spumæ nitri drach. octo, alicæ aceto coctæ ʒ octo, aceti quod satis est. *Alius.* Alcyonij vsti ʒ ij, chamæleonis nigri ʒ iiij, radicis albuci drach. iiij, sulfuris viui ʒ duas, thuris drach. ij, pyrethi drach. ij, spumæ nitri drach. ij, glutinis ʒ iiij, aceti quod satis est. Porrò extenta iam affectione & callosa reddita, sequentibus vtẽdum est me- *Aliter iiii.

B dicamentis. ℭ *Humida ad Impetiginum affectus.* Misyos peregrini, thuris, myrrhæ, aluminis scissi, singulorum drach. octo: aloes, sulfuris viui, vtriusque drach. iiij: excipe passo, vt strigmentitiã spissitudinem accipiant, & bis aut ter in die præfrictis, illine: forinsecus autem conseruandi pharmaci gratia, vesicæ pelliculam, aut oui testam, aut viridia folia quãtum satis est impone. *Aliud.* Misyos drach. iiij, acaciæ ʒ ij, squamæ æris ʒ iiij, sulfuris viui ʒ vi, chalcitidis drac. viij, gummi drac. viii, aceti quod satis est: in quo vbi gummi dissolueris, reliqua'que admiscueris, amurcam iniice, & probè cõquassata reconde, ac vtere vt dictum est. *Aliud.* Sulfuris viui, thuris, myrrhæ, atramenti sutorii, misyos crudi, singulorum ʒ ii: gummi ʒ iiii: aceto & cedrino oleo quod satis est dissoluito, eodẽ'que vtere modo. ℭ *Ex scriptis Zeuxidis, Aliud.* Chalcitidis crudæ, misyos crudi, myrrhæ aminææ, sulfuris viui, singulorum æquales partes: gummi duplum aceto dissolutũ: excipe oleo cedrino. Verùm cedrinum prius coquere oportet vsque ad mellis crassitudinem. ℭ *Aliud Diodori.* Lachrymæ oleæ æthiopicæ ʒ xx, gummi ʒ xl, atramenti sutorii ʒ xvi, sulfuris viui ʒ x, thuris drach. x, æruginis ʒ x, acaciæ drach. x, myrrhæ aminææ ʒ x, aceti quod satis est. Et vbi dissoluta fuerint singula, ac læuissima reddita, excipe amurca condensata, & repositis vtere. Adnectantur porrò & aliæ compositiones. ℭ *Illitio cocta ad Lichenas inueteratos, quæ citra vlcerationem persanat.* Atramenti sutorii, *

C fœnigræci moliti, cardamomi, singulorum ʒ ii, melanthii sesquidrach. foliorum caprifici sesquidrach. aceti acerrimi quod satis est. Læuigata ad mellis spissitudinem reducito, deinde coquito, & postquam nigrum factum fuerit & condensatum pharmacum, tollito, illinito, † insuper'que lichenas abluito. ℭ *Heraclidæ Tarentini Illitio Lichenica, sanat citra vlcerationem.* Polentarum ʒ viii, glutini ʒ vi, atramenti sutorii ʒ iiii, chalcitidis ʒ iiii, sulfuris viui ʒ iiii, spumæ nitri ʒ vi, alcyonii ʒ iiii, myrrhę aminææ ʒ ii, aceti heminas iii. ℭ *Dionysii condiscipuli, sanat citra vlcerationem.* Farinæ hordeaceæ sextarium vnum, atramenti sutorij vnc. j, corticum radicum rumicis syluestris sextarium vnum, sulfuris viui vnc. j, myrrhæ sesquiunciam, gummi vnc. j, aceti heminas vi. Rumicis radicẽ coquito, & vbi dissoluta fuerit, extractam terito: hordeaceam verò farinam in residuum liquorem coniectam coquito: atque vbi rectè habuerit, reliqua inijcito, & ablatis vtitor. ℭ *Illitio Socrationis cocta.* Farinæ alicæ sextarios sex, sulfuris viui ʒ xvi, misyos peregrini ʒ xvi, cimoliæ ʒ xvi, chalcitidis drach. xvi, spumæ nitri drach. viii, alcyonii drach. viii, aluminis scissi drac. viii, radicis albuci vnc. viii, myrrhæ drach. viii, thuris ʒ viii: lachrymæ oleæ drach. viii, ammoniaci thymiamatis drach. viii, aceti hẽminas tres. Alcyonium & albucum in aceto coquito, vbi verò ad dimidias redactum fuerit percolato, & in colamento ammoniacum, myrrham, thus, oleæ lachrymam, dissoluito: deinde terito, ari-

D da'que iniicito: alicam verò in residuo liquore coquito, & dissolutam reliquis adijcito, simul'que terito ac vtitor. *In alijs Collectaneis sic habet.* Sulfuris viui, misyos peregrini, chalcitidis, singulorum drachmas xvi: nitri, aluminis scissi, alcyonij, radicis albuci, thuris, lachrymæ oleæ, terræ cimoliæ, ammoniaci thymiamatis, singulorum drach. viii: aceti heminam vnam. ℭ *Alia valde efficax.* Aceti acerrimi sextarios vj, farinę hordei sextar. duos, mannę sextarium j, radicis rumicis agrestis ʒ † xx, veratri albi drach. x, alcyonii drach. xv, cardamomi drach. iiii, terræ cimoliæ drach. viii, glutinis ʒ xvi, spumæ nitri drach. xvi, halicacabi virgultorum viridium manipulum. Componito. Quandoquidem verò multi pharmacorum quæ illinuntur cõpositiones recusant, amant'que magis emplastrorum impositiones, vtpote quæ neque sudoribus obortis diffluunt, neque reliccata cutem circuntendunt, meritò etiam ipsorum præparationes subiungimus.

*Aliter iiii.

*Al. καρδάμου.

† Aliter προαπονίπτων αὐτοὺς, id est prius ipsos abluens.

*Aliter iii.

*Aliter sextarios.

*Aliter vnum.

† In textu sunt quinque, aliter octo.

Emplastra Lichenica, quæ citra exulcerationem liberant.

ℭ Ceræ, picis coctæ, thuris, terebinthinæ, sulfuris viui, singulorum libræ dimidium: liquabilia cum aridis committito. *Aliud.* Thuris drachmas viii, aluminis {rotundi} drach. viii, atramenti sutorij drach. octo, sulfuris viui drach. quatuor, glutinis ʒ quatuor, radicis chamæleonis ʒ iiij, ceræ drach. octo, picis crudæ heminas duas. Picem & glutinũ coquito, atque vbi condensata fuerint cerã inijcito, aridis'que affundito, ac repositis vtitor. *Aliud, Facit ad Lichenas eleuatos, adeo vt reprimat ea quæ*

residua putantur. Mannæ thuris, picis, vtriusq; drac. octo: bitu minis ℥ octo: ceræ ℥ octo, resinæ pinus E ℥ octo, sulfuris viui ℥ viij, olei cyprini parũ. Coquito vt dictũ est, & sublatis vtitor in linteolũ aut pelliculam tenuem infartis. † Aliter lib.i. ℭ *Aliud, citra vlcerationem remouet.* Picis brutiæ liquidæ † sextarium vnum, ℈ mannæ lib.j, sulfuris viui lib.j, farinæ lupinorum lib.j: pro consuetudine componito, deinde chalbani sextantem adijcito. Est hoc ex valde probatis. Alia exemplaria farinam non habẽt, neq; chalbanum. ℭ *Emplastrum Lichenicum Philotæ, citra vlcerationem sanans. Exhibitũ est à Philota sodali, per versus scriptum.* Chalcitidis assatæ, chrysocollæ, misyos assati, squamæ æris, diphrygis, salis * Aliter vi. ammoniaci, terræ eretriæ, singulorum drach. quatuor: sulfuris viui drach. xij: atramenti sutorij, floris lapidis asij, æris vsti, singulorum ℥ vj: soreos drach. v, aluminis liquidi drach. iiij. Hæc omnia terito, deinde aceti heminis xij affusis, per dies v sub canicula Soli exposita itidem probe terito, donec pharmacum redditum fuerit æruginosum siccum've. * Al. sextans. Porrò in alio mortario thuris uncia vna, * Al. ℥ iii. myrrhæ sextans, aloes vnc. j, ladani quadrans, opopanacis quadrans, aceto dissoluta ad strigmentitiam crassitudinem præparentur, atq; vbi recte habuerint, ad ea quæ in Sole læuigata sunt adijciantur, rursus q; terantur, addatur q; aristolochiæ rotundæ & longæ, vtriusq; tusæ & tenuissimo * Aliter vnc. i. aliter ℥ ii. cribro excussæ drach. j. Postquam verò iam trita emplastri formam acceperint, liquescibilia prius liquefacta & frigefacta inijcito. Sunt autem hæc: Ceræ ℥ cx, terebinthinę ℥ xx, chalbani ℥ x, olei he F min. j: & probè emollitis ac repositis vtitor. Hoc pharmacum duplicem aspectum videntibus exhibet. Cæterùm si affectio pertinacius perseueret, & pharmacorum impositionem respuat, excoriatorijs appellatis remedijs vtendum erit: promptè enim superficiem auellunt.

De Excoriatorijs Lichenum.

ℭ *Excoriatorium Lichenum, quo Pamphilus Romæ vsus plurima lucratus est, cùm in vrbe Mentagra appellatus morbus inualesceret.* Squamæ æris drach. vi, auripigmenti drach. iiij, sandarachę drach. iiij, æris vsti sesquidrach. veratri albi sesquidrachmam, ventrium cantharidum sesquidrach. Singula per se terito: deinde simul mista, cedria excipito: & ad strigmenti densitudinem reducta pyxide æris cyprij reponito. Vsu autem expetẽte, nitro & aceto exiguo perfrictis lichenibus, pharmacum hoc cum spatula illine, ac affrica: deinde interiecto spacio derade, rursus q; pharmacum impone: deinde vbi bis vel ter hoc feceris, quò facilè deradi possit, rursus imponere tenta, illitis locis cum vesicæ bubulæ aut alterius cuiusdam animalis pellicula intectis, hęc enim pharmacum ne defluat cõseruat, & aliàs leuis est: post pelliculæ autem impositionem, fasciola leuiter obligatum finito. Præstiterit quidem per noctem adhęrere, aut saltem ad aliquot horas, vsquequo bullas excitet saniem complectentes crassam & glutinosam. Deinde verò lauare præcipimus, & in balneo morari: nam G & hoc ad hanc curationem auxiliatur: sit autem calidius balneum. Quo siquid vti prohibeat, fomentum aquæ multæ calidę adhibendum est: quo deterso panis ex aqua mulsa subactus cataplasmatis modo imponatur. Porrò vbi sordida iam facta fuerint vlcera, splenium ex emplastro viridi imponito, exigua parte de excoriatorio adiecta. Cæterùm sanie exclusa & nulla crustula vlceri incumbente, splenium album imponito: atque hac curandi ratione donec cicatrix penitus inducatur vtitor, singulis diebus fomentum adhibens, & nouum splenium imponens. Post cicatricẽ plenè inductam, si qua suspicio reliqua sit, eodem curationis ductu vtendum est. Antequam verò excoriatoria imponantur, circunlitas & vicinas licheni partes pharmaco aliquo inflammationem arcẽte in splenio excepto, integere ac tueri oportet, nimirum lichene sua extrema linea semper parum quiddam ex sanis corporibus affricante & inuadente. Hęc communis Mentagræ curatio est. ℭ *Aliud Excoriatorium Axiorij.* Squamæ æris drachmas sex, atramenti sutorij drac. quatuor cantharidum sesquidrachmam, veratri albi sesquidrach. sandarachæ drach. j: excipe cedria.

* Al. Phthusci. ℭ *Aliud Apij Phasci, ad Mentagras, quod citra cicatricis vestigium sanat. Facit & ad Alopecias inueteratas.* Cæterùm alopecias in Sole aut ad ignem illinito, & bulla excitata eam acu perpungito, ac humore excluso cum ceratis curationem perficito: post inductam enim cicatricem enascuntur pili. H Atq; hęc quidem in alopecijs: in lichenibus verò velut prędictum est vtitor. Pharmacum ipsum hoc modo habet. Sandarachę ℥ ij, auripigmenti ℥ ij, squamæ ęris drach. ij, veratri nigri drach. j, elaterij drach. j, ventrium cantharidum drach. j: excipe cedria. *Aliud.* Cantharidum drach. j & dimidiam, veratri albi tantundem, auripigmenti drach. duas, squamæ ęris tantundem, atramenti suto- * Aliter i. rij drach. j, scammoniæ drach. duas, excipe cedria. *Aliud.* Auripigmenti vsti drach. duas, squamę * Aliter Aeris. æris cyprij drach. vi, chrysocollæ drach. j, atramenti sutorij drach. j, veratri nigri drach. j, aluminis scissi drach. j, succi thapsiæ drac. j, scammoniæ drach. j, cantharidum drach. i, cedriæ quod satis est.

ℭ *Emplastra Viridia Lichenica.* Post excoriatoriorum vsum emplastra viridia & alba imponere oportet, quare rõnabile est & illorũ pręparationes adscribere. ℭ *Emplastrum viride Pamphili. Hoc* * Al. quadrãtẽ. *vsus est Pamphilus in Mentagra post rupturam bullarum.* Ceræ lib. j, ęruginis rasę sexuncem, resinę frictę lib. duas, olei cyath. iiij, aceti acerrimi quantum sufficit. Æruginem cum aceto in Sole terere oportet: liquescibilia autem liquantur & refrigerantur, ac deraduntur, liquidis'que adijciuntur.

ℭ *Viride Demosthenis.* Cerę lib. ij, resinę frictę lib. j, ęruginis rasæ trientem, mannę trientem, olei ęstate cyath. iiij, hyeme cyath. vi, aceti quantum sufficit. ℭ *Viride Herophili.* Æruginis drach. ij, manne drach. iiij, adipis vitulini drach. xij, chalbani drach. iij, cerę drach. lxxx, resinę drac. viginti,

aceti

A aceti quod satis est. ℭ *Tryphonis antiqui Emplastrum Euchrum à bono colore dictum.* † Æris vsti trientem, aluminis rotundi sextantem, æruginis rasæ sextantē, salis ammoniaci sextantē, mannę sextantē, cerę lib. ij, resinę frictæ lib. ij, olei dextantē, aceti quod satis est. ℭ *Antonini Emplastrum. Hoc Timocrates post Lichenas excoriatos imponit.* Cerę ʒ c, colophoniæ ʒ cc, squamæ cypriæ drach. x j, aluminis rotundi ʒ xij, æruginis ʒ xij, mannę ʒ xii, chalbani ʒ xii, olei heminā vnam, aceti quod satis est. † Al. Aeris vsti ʒ iiii, aluminis rotundi ʒ iiii, æruginis rasæ ʒ ii, salis ammoniaci ʒ ii, mannę &c.

Annectendæ his etiam emplastrorū alborum præparationes: nam his post viridia vtendū est mundis iam factis ab excoriatione vlceribus. Etenim cura habenda est vt citra callum cicatrix inducatur, atque ea gratia eiusmodi pharmaca in vsum veniunt, quæ multam ad tactum lenitatem inducunt. ℭ *Emplastrum Album Aquosum appellatum. Hoc Magnus circulator vsus est post Lichenas excoriatos.* Spumæ argenti lib. j, ceræ tyrrhenicæ lib. j, olei sextarium j, cerussæ lib. j, aquæ sextariū j. Spumā argenti, cerussam, & aquam terito, atq; vbi leuigata reddita fuerint, paulatim oleū adstillato, assidue q; terito: & postquā vnita fuerint, in vas fictile translata igni imponito, assidue q; agitato: & absorpta iam aqua ceram iniicito, qua dissoluta in mortarium transferto: & emollitis repositis vtitor. ℭ *Emplastrum Pancratiastarum siue athletarum, Thrypherum id est delicatum appellatum. Facit item Ambustis, vt citra cicatricis vestigium sanentur.* Spumæ argenti ʒ xxv, cerussæ ʒ xxv, plūbagi-

B nis lotæ ʒ xxv, ceræ ʒ xvi, terebinthinæ ʒ xvi, olei heminam vnā, aquæ tantundem: componito vt dictum est. ℭ *Megetis Chirurgi.* Cerussæ lib. ij, ceræ lib. j, terebinthinæ vnc. † j, spumæ argēti lib. j, olei lib. iii, aquæ sextarios ij: componito. ℭ *Diophanti ad Ambusta, & Intertrigenes. Conseruat & faciem rosaceo dissolutum.* Spumæ argenti torrefactæ ʒ xii, medullę ceruinę drac. xvi, cerussæ torrefactę ʒ xii, ceræ ʒ octo, terebinthinæ ʒ octo, thuris ʒ octo, olei heminas quatuor: pro more componito. * Al. heminas duas. † Aliter ij. * Al. abluta. * Al. abluta.

ℭ *Manna Emplastrum, medicamentum accommodatum.* Spumę argenti ʒ c, cerussæ ʒ c, ceræ ʒ l, terebinthinæ drac. xxv, mannę drach. xvi, aluminis scissi drac. † xl, olei heminas ij & dimidiam: componito, & reposito vtitor. Affrictis porrò & extritis lichenibus à quocunq; tandem medicamento, præsertim verò ab excoriatoriis, subscriptis vtendum est. † Aliter iiij.

Compositio Menecratis, quæ Proteus excoriatorium appellatur.

ℭ Picis brutiæ pellucidę siccæ & electę drach. ii & dimidiā, resinę pinus pellucidę lib. j et quadrantem, cerę ponticę tantundem, chalbani quadrantem, aceti heminam vnam. Liquescibilia ad splendidum ignem donec non inquinent coquito, deinde chalbanum adiicito: atque vbi dissolutum fuerit, ab igne ablatis, acetum paulatim instillato, assidue q; moueto, animaduersione habita ne ebulliat: & insumpto iam aceto pharmacum in magnum mortarium transferto, ac diligenter * Aliter vel. * Aliter ʒ iii.

C terito, donec ad melinum colorem reducatur: deinde in pelliculam albam inspissatam repositum seruato. Vsu verò exigente, in pelliculas quantum ad integendos affectos locos satis est, infartū imponito, & tertio quoq; die soluito: nō nunquam vsq; in diem duodecimū imponito, ita vt quatuor fiant solutiones. Hoc pharmacum squamas discedere facit, & corpora attenuat, ac solida facit ad conuenientes excoriationes.

Quæ Archigenes in Secundo Pharmacorum secundum genus Pharmaca scripsit ad Papularum in mento eruptiones † & ad Ficosas eminentias. † Aliter, tum alias tum ficosas.

ℭ Papularum in mento eruptiones, ex myrti baccis, malicorio, argenti spuma, æris flore, paribus partibus exceptis, cum vino obline: In ficosis verò menti papulis, mentagris appellatis, & ab aliquibus lichenibus agrestibus siue feris, faciunt quidem robustiora ex iis quę ad lichenas relata sunt: Amplius autem & quæ ad psoras & lepras describentur. Mirabiliter verò hæc compositio cōuenit: Atramenti sutorii drach. j, veratri nigri drach. j, auripigmenti drach. j, ventrium cantharidum drach. ii, quidam etiam obolos tres insuper addunt: tritis vtitor cum oleo, aut cedria, aut rosaceo, præfricto prius loco. Fiunt enim bullę, quibus per specilli cuspidem ruptis, rursus affricato, quò penetrare pharmacum possit & mordere: deinde post horā fomento adhibito, ceratum rosa-

D ceum imponito, hoc vsquequo ad cicatricem perueniat facito. Quod si primum non expulerit, iterum iterū q; illinito. Facit & ad lepras & leucas, alopecias q; & psoras, excellenter. ℭ *Heraclidæ Tarentini, ex libris ad Antiochidem, ad Capitis & Menti Ficosos tumores, atque etiam aliis partibus eminentia vlcuscula.* Elaterii & salis pares partes misceto ac vtitor: superne verò lini semen crudū ex aqua imponito, aut ficus paruas tritas. Eodem etiam ad tubercula vtendum est. * vinceret. † Aliter staphylomata.

De Dentium Affectionibus. CAP. 8.

EX dentium affectionibus aliquæ sanè omnibus euidenter apparent: Quemadmodum cùm perforati sunt, aut denigrati, aut detriti: aut neq; frigida ferunt, neq; calida, sed ex vtrisque, aut altero solo dolor eis contingit. Quędam verò non manifestè apparent in ipsis affectiones, veluti cùm ipse æger se sentire dicit circa corpus dentis dolorem in profundo obortum. Quidam enim contradicunt asserentes, cùm os sit dens, eum citra dolorem affici, veluti cùm aliquando prominentiores per limulam deterere cogimur, aut etiam ob aliam quampiam causam, de quibus paulo post mentionem faciam. Nunc enim citra rationalem & naturalem demonstrationē testimonium his perhibere volo, qui ipsum dentem dolere aiunt. Etenim cùm ego aliquando dolerem, diligētem super me ipso animaduersionem habui, vtpote qui iam audieram de hac dubitatione: percepi q; manifestè non dolentem modò, sed etiam pulsantem dentem, quemadmodum carnosę Al. 3. f. 7. c. 1. fol. 47. g. h

partes inflammatione vexatæ consueuerunt. Quare mirum mihi videbatur quòd & hæc affectio E quam phlegmonen siue inflãmationem appellamus, in dente oriri posset, qui lapideam & durã substantiam habet. Atqui cùm etiã alio tempore dentem dolerẽ, manifestè sensi non ipsius dentis, sed gingiuarum dolorem eum esse, inflãmatis videlicet ipsis, vt etiam citra coarctationem dolerent: quin & ob vicinitatem dentium natura durorum, aucto dolore ob coarctationem. Quapropter vtriusque doloris sensum expertus, alium quidẽ in gingiuę, alium in ipsius dentis substantia, esse clarè scio: & id asserentibus testimoniũ præbeo, quòd ipsi aliquando dentes dolent. At verò nerui, qui ad radicem dentis enatus & substratus est, dolorẽ aliquando fieri, neruo imaginationẽ confusam & indiscriminatã incertã've apud plerosq; exhibente, tanquã ipse dens doleat, consentaneũ rationi est: nam & huius rei manifestum periculũ aliquando in me ipso feci. Et sanè quòd remaneat adhuc parua doloris portio exempto dente, innascitur ob nerui inflãmationem, cùm dolor nerui leuior tantũ reddatur cũ ob id q non amplius tendatur ob cohærentiam ossis extendentis, tum q liber factus respirationem quandam habeat, eũ q; remedia quæ adhibentur contingere possint. Neq; enim per contactum, neq; per distributionẽ, possibile fuerit inflammatum neruum curare, vtrinq; à dentium locellis coarctatum, & ab anteriori parte ab ipso dente. Si verò liuidi per omnem suã substantiã facti appareant dentes, nihil mirum est ipsos quid inflammationi simile pati. Cui rei ex eo quis amplius fidẽ habeat, q ex nutrimento ferè per omnẽ animantis ętatem incrementum accipiant. Id quod euidenter sæpenumero apparet in ijs dentibus qui exemptis oppositi sunt, vtpote qui semper augescunt: quantum verò augescunt, tantum in ciborum mãsu deteruntur. Cùm verò impossibile sit incrementum accipere citra nutrimentum, omnino duabus affectionibus, & his contrarijs obnoxij erunt, inopiæ videlicet & redundantiæ alimenti quod eis suppeditatur. Inopia igitur aridiores & macriores alimentum q; non sentientes, & ob id tenuiores eos reddit: redundantia verò consimilem in eis affectionem excitare potest, qualis est circa carnosas partes inflammatio. Eius igitur curatio fiet iuxta eundem scopum quem habent propositũ qui inflammationes curant: qui sanè est vt redundantia euacuetur, partim discutiendo, partim eã repellendo. Cæterùm tenuitatis dentium ob alimẽti inopiam remedium nullum est: laxari enim tunc & moueri ipsos necessarium est, compage ipsorum laxiore facta, cùm non solum ipsi dentes, sed & locelli eos complectentes sint attenuati. Hęc itaq; affectio † senibus accedit citius aut serius, velut etiam magis aut minus: quę verò proportionem ad inflãmationem habet, magis iuuenes corripit. Auxiliari tñ etiã senibus oportet, auxilio gingiuis exhibito: ita autem appellãtur carnes quæ dentes comprehendunt, vbi primum è locellis emergunt. Ipsas itaq; adstringentibus G medicamentis robustiores, & magis circa dentem adstrictas, facere oportet, tanq; quę & ipsæ aliquid faciant ad stabilitatem ac firmitatem dentium, quæ ob exactam cõpagis ipsorum conglutinationem contingit. At verò foramina dentium ex humorum acrium & erodentiũ influxu perficiuntur, velut vlcera in cute citra externã causam. Verùm in cute id assiduè & multis: in ossibus rarò contingit, quanto videlicet minus, q̃ cutis, noxę exposita sunt ob duritiem naturalem. Manifestum igitur quòd erosorum corporum medela erit per resiccationem vitiati influentis humoris: qui si paucus fuerit, localibus auxilijs ex resiccantibus pharmacis contingere medela potest: eorum verò materiã paulo post dicemus. Si verò multus influens humor fuerit, vniuersi capitis ratio ac prouidentia habenda est: atq; si ipsum quandoq; propter totum corpus affectum sit, etiã reliqui corporis cura habenda erit. Porrò erosos dentes qui id mali præ mollicie perpessi sunt, reddere oportet duriores & affectioni minus obnoxios, atq; id per austera & acerba medicamenta. Cæterũ liuidos redditos per resiccantia curare oportet, vt qui ex humorum vitiatorum influxu id patiantur. Simili igitur curatione indigent cum perforatis.

† *Additur in antiquis, ἐξ ἀνάγκης, id est ex necessitate.*

De Gingiuarum Curatione. *CAP. 9.*

Gingiuis ex inflammatione dolentibus optimum pharmacum est oleũ lentiscinum calidita- H te temperatum ore retentum. Sit autem recens, nam vetustius tanto recẽtiore peius est, quãto ętate antecellit. Imponatur autẽ vasculũ in quo calefit lentiscinũ, in aliud maius vas quod satis aquę calidę complectatur. Maximopere itaq; inflammationi gingiuarum hoc conducit. Nec verò minus etiam si iuxta aliam quandam partem, cùm pelliculę linguam ambientis, tum succingentis totum os, aliquis dolor ob inflammationem oriatur, dolorem sedat lentiscinum: repellit enim citra molestiam & absque asperitate, quã pleraque austerorum habent: discutit q; citra mordacitatem, cuius rei inflammatis pręcipuus vsus existit. Quidã verò medici cõmuni quadã falsa ratiocinatione vtentes inflammata lędunt: quare ea re semel perpensa de cætero vitare oportet. Existimant. n. si adstringentia solũ id quod influit repellendo, inflammatis prosunt, atq; aliquando etiã quid ex contento circa inflammatam partem, ad venas membrũ ipsum nutrientes exprimendo, verisimile ob id esse, id quod amplius adstringit, amplius prodesse: eodem modo etiam id quod magis digerendo discutit, magis auxiliari opinantur, quã ea quæ moderatè idẽ pręstant: non animaduertentes quòd alterũ ipsorum intensum inflãmatis dolorosum existit. A vehementer. n. adstringentibus partes simile quiddam contusioni perpetiuntur, nimirum cùm substantia ipsarum violenter cõdensetur: ab acribus verò erosioni quid simile contingit. Meritò igitur moderatum

in vtraq;

A in vtraq; facultate immoderatis præfertur. Hæc igitur sufficienter mihi præfatus videor. Cæterum de affectionibus citra dolores deinceps narrabo. In dolore dentium citra gingiuarum inflāmationem, aliquando in ipso proprio dentium, veluti dixi, corpore, aliquando vero in neruo, dolorem fieri contingit. Vehementissimis igitur opus est medicamentis, siue quis repellere, siue discutere velit doloris causam, siue humor sit, siue flatus ventosus. Et propterea sane pleraq; ipsorū ex acerrimo aceto præparantur. Adscribam autem ex ordine quæ aliorum relatione nobis tradita sunt, initio ab ijs quæ Archigenes tradidit sumpto.

Quæ Archigenes ad Dentium Dolores conscripsit.

¶ Dolentes dentes colluāt acri aceto calido cum galla. Aut halicacabi radice cum aceto & galla. Aut pinguibus tædis in aceto feruefactis. Aut myrti ramulis & galla cum pice in aceto tepefactis. Aut hyoscyami semine & folijs cum aceto. Aut cedria, vel propoli, vel nardo, vel solano aut succo eius, vel cappari, vel allijs, vel myrti ramulis siue in aceto siue vini fece calida feruefactis. Aut polij folijs, vel ipsa herba, vel agrestis cucumeris radice, vel marrubio, singulis cum aceto, pipere, & nitro. Aut radice chamæleonis eodem modo. Aut hyssopo, vel staphide syluestri, vel ruta cum vino. Aut pulegio cum aceto mulso. Aut platani pilulas, vel rosas aridas, in vino albo ad

B tertias coquito: & vinum in fictili seruato, eo q; assidue dentes colluito. Eodem modo vtere pētaphili siue quinquefolij, quæ ab aliquibus eupatorium dicitur radice cocta ex vino, aut pulegij large coctū decocto. Aut cornu cerui in posca coctū colluito. Aut brassicę cauliculos tres, & loreos ʒ ij, in aceti sextario vno ad tertias coquito, & colluito. Egregie vero facere fertur ranę in aqua & aceto probe coctę decoctum diutius ore retentum. Mirifice facit dens caninus vstus & tritus, deinde cum aceto coctus & ore retentus. Aut malicorio & galla aceto incoctis vtitor. Aut squilla ex aceto calido. Aut squillę medullā in minutas partes dissectam sub librę vnius pōdere, & in aceti sextarium iniectā, in vase fictili cōdito ac inueterari sinito, vase in asinino stercore ad dies xxx defosso, & vtitor. Aut asinino lacte colluito: hoc & eos qui mobiles sunt corroborat. Aut halicacabi corticis, & tędę in aceto extinctę, decocto large incocto colluito. Aut cornu cerui i acido garo incoctum colluito. Aut idem ex aceto colluito. Aut tithymalli radicē in vino ad dimidias coctam colluito. Aut hyoscyami radicem aceto mulso coctam colluito. Aut tædarū ramenta, malicorium, alumen rotundum siue scissum, in aceto ad tertias coquito, ac tepidum colluito. Aut helxines radicem in aceto ad tertias coctam in ore detineto: atq; vbi os saliua refertum fuerit, eo aperto effluere sinito. Aut allium & arundinem alexandrinam acerrimo aceto feruefactam colluito.

C Aut hyssopum, aut thymum, aut origanum, per se & simul aceto cocta colluito. Aut pyrethrum cum hyssopo, & colocynthidis medulla, similiter in aceto coquito: liquorem q; ex eis lōgo temporis spatio in ore cōtineto. Aut colocynthidē vino calido macerato, & diutius ore teneto: multam enim pituitā ducit & dolorem leuat. Aut alliorū, & erucę seminis, ac nitri decocto collue. Aut ranunculum in vino coquito, & præmundato prius dente colluito. Aut sycamini hoc est mori, arboris lac in vinū infunde, simul q; lanas succidas in ipsum exprime, tepefac, & per lanas sordidas maxillæ infunde: extrahit pituitā & dolorē tollit. In his oībus Archigenes catalogū fecit pharmacorum incidendi, discutiendi, ac calefaciendi vi præditorum, raro aliquid ex acerbis admiscens, quale est ipsa galla. Porrò cùm semel tātum solanum posuerit, miratus sum cur id admisceri velit, cum nulla ratione iuuare possit, pręterq̄ ea, iuxta quam colica pharmaca prosunt, stupefaciēdo videlicet doloris sensum. Quid igitur amplius parabilium Apollonij relationem faciam, cū parum absit quin omnia comprehenderit Archigenes? Quandoquidē vero Apollonius ipse quibusdā à se traditis testimonium præbet, tanq̄ e vestigio sedantibus dētium dolores, visum etiam mihi est illa ipsa adscribere secundum ipsius Apollonij verba, quæ hoc modo habent.

Apollonij, e vestigio Dolores Dentium sedat.

D ¶ Alliorum nucleos v, thuris masculi obolos iij, myrti ramulos lōgitudinis duorū palmorum duos, ex his folia decerpta p se terito, similiter & alliū & thus: deinde simul omnia in nouam ollā conijcito, & aceti heminā j superfundito: ac coquito spatula ex tæda agitādo, donec ad dimidias redigatur: atq; ita tepido vtitor. Oportet aūt liquorē hunc in dolente parte ad multū tēpus tenere, donec liquor ipse consumatur. Cōmodū est & ante hoc balsami succū colluere, aut corticē imponere super dolentē dentē: qui si nō adsit, panacis succo contuso, inde defluentē liquorē instillare.

Post prædicta, Archigenes remedia Perforatorum Dentium cum dolore & absq; dolore conscripsit in hæc verba.

Oblitionibus porrò & epithematis eiusmodi vtitor. ¶ Sory ægyptium resina terebinthina exceptū obline, idem q; cauernæ inde. Aut compositionem ex duobus piperis generibus inde, nardino aut rosaceo dissolutam, & maxime amygdalino: quin & in aurem eiusdem partis instilla, summè facit †. Aut gallam læuigatam, aut lycio, aut resina terebinthina exceptā, obline prępurgato dente. Aut pulegij comam tritam denti indito. Ceterum in maximis dentiū doloribus summè facit hoc: Anguis senectam exurito, & cum oleo ad mellis solidi spissitudinem redigito, ac dētem præpurgatum ex eo integito, omnia q; circunsita oblinito, item q; cauernis indito. Aut senectam anguis non vstam dentibus apprimito, & excident. Aut vermes terrenos tostos cauernæ

† Hæc omiserat interpres. Aut sulphur ignem non expertum cum lycio exceptum, cauernæ inde, aut obline præpurgato dente.

præmundatæ insperge. Aut araneorum oua vnguento nardino diluta inde. Aut melanthium E torrefactum cum oleo obline: atque vbi parumper concluso ore tenuerit, pituitam collectam reijce re iube. Aut piper vel cachry, hoc est rorismarini semẽ, opio exceptũ in cauernã inde. Porrò vbi veluti inflammatione correpti fuerint, nitrum rubrum & ossium persiorum nucleum vnita resina excipe, & dentẽ ex eis intege, ac donec deciderint sine: in cauernam verò piper, spumam nitri, & chalbanum cum melle inde. Aut strigmenta cum pipere eodem modo. Aut pyrethrum cum myrrhã. Aut succum cyrenaicum & piper æquali pondere cum chalbano. Aut melãthiũ, & allij dimidium eius, ac parũ salis simul trita obline: dolorem tollit. Aut blattę pistrinarię auulso capite adipem cum rosaceo calefactum & in aurẽ instilla, & in cauernã inde. Aut gallã tritã cum cedria adhibe. Aut in aurem denti vicinam oleum sesaminum, in quo vermes terreni cocti sunt instilla.

*Al. ἀποτανῶ i. lijquati ...

Verùm ipso dolente dente hyoscyamum conterant. Aut hederæ albæ cacumina quinque cũ rosaceo terito: & in mali punici putamine tepefacta, bis aut ter in die in aurẽ vicinã instillato. Quin & ipse fructus cum vino tritus denti illitus iuuat. Cæterũ his relatis Archigenes etiam hæc subdit. Summè facit cruentatis gingiuis, alumen liquidum duplo aloes pondere addito admotum. Aut alumen scissum & myrtum tenuissime trita affricato. Vbi verò restrictæ fuerint, melle ipsas illinito. Aut nucleorum ossium siue machærarum persiorum partes ij, myrrhæ partem j, prẽmũdato denti indito: à dolore liberat. At verò perfractis & dolentibus dentibus cauterium ignitũ admoueto. ¶ *Apophlegmatismi Pituitam extrahentes.* Post prædicta verò Archigenes ita scripsit. Apophlegmatismi optimi sunt in dentium dolore, Staphis agrestis per se & cum pulegio mãducata. Aut quod intra gallam est nigrum, dolenti dente conterat, sinat que pituitam effluere: in oppositam autem aurẽ duos hederæ corymbos cum rosaceo tritos instilla. Aut myricæ fructus ʒ ij, spumæ nitri ʒ j, aluminis paulum, alliorum nucleos v, myrti folia pauca, cum aceto ad dimidias coque, spatula ex tæda agitando: id que decoctum colluendum ac ore continendum præbeto: deinde hiante ore pituitam effluere permittito: & post hoc, rosaceo ore colluto, ptisanam sorbendã exhibeto. Si verò ex colluendo aliqua circa os vlcerata fuerint, croco & rosarum succo inungito. F

¶ *De Fomentis.* Fomenta ad dentium dolorem faciunt, forinsecus ex sale torrefacto, & millio in sacculos coniectis: aut per sordidos pãniculos probè calfactos. Quin & Epithemata cõducunt citra aquã apparata, velut sunt quæ ex hordeacea farina fiũt, siue ex semine lini. Ipsius verò dolẽtis dentis fomentum hoc modo adhibeatur. Origani aridi ramulum in feruens oleũ tinctum dolenti denti superne affricato. Aut ricini caulicul ũ eodem modo. Aut staphidem agrestem stilo cuspidã acuto infixam, eodem modo. Aut cera dolenti dẽti imposita, specilli extremũ calidissimũ assidue G adhibe. Aut opoponacem & peucedani succum vnita linteolo illigato, & in feruenti oleo liquefacito: cũ vero inceperit feruere pharmacum, denti imponito, & cũ specillo apprimito: vtere manè & vesperi. Atque in vniuersum oĩ fomento cũ forinsecus tum intrinsecus ante cibum, nec non post cibum, haud admodum multo temporis spatio ad cibum rursus spectante, vtere. Cæterũ species fomenti & hæc est: Dentem valde bene præpurgato, & ægro cõtecto ac hiare iusso, hyoscyami semine suffito. Quòd si ad nullum prædictorum malum ipsum cedat, & dolor vehementer perseueret, tenui terebello dentẽ perforato, ac dictis remedijs vtitor: hoc. n. modo magis prodesse consueuerunt. Si vero neque sic profeceris, & videatur dens tollẽdus esse, citra dolorem tollere possis valde conuenienti pharmaco hoc: Pyrethrum acerrimo aceto ad dies xl condito, terito, & reponito: vsu verò exigente, reliquis cera obturatis & probe munitis, ipsum dolentẽ præmundatum hoc pharmaco integito: deinde hora interposita digitis extrahito, aut scalpello exigito. Aut sori cum acerrimo aceto ad multos dies imponito, & excidet. Aut plumbaginem tritam cerato exceptam imponito. Educunt fortiter tithymalli succus & sori cum chalbano imposita.

De Iis quæ Apollonius scripsit in Primo Parabilium.

Primũ" quidẽ eorum caput, sunt collutiones dentiũ doloribus conferentes, quæ nihil amplius H habent ijs, quæ Archigenes tradidit. Secũdo loco refert quæ ad erosos dolentes dẽtes imponãtur & indantur. Tertium locum obtinent fomenta & vstiones. Quartũ suffitiones ad dentium dolores. Quinto habentur commanducationes & purgationes. Sexto gargarissationes. Septimo postremum capite ea scripsit, quæ in dolore dentium auribus infunduntur: quorum nullius mentionem facere volui, cum si quis ea expetat ex libro illius petere possit, qui non adeo difficulter parabilis existit. Ego sanè ijs quæ Archigenes prodidit contentus fui. Cum vero Apollonius quę naribus infunduntur consequenter tradat, visa sunt mihi etiam ea ipsa apponenda esse.

A.l.5.f.6. c.j. fo.248.e

Quæ in Dolore Dentium Naribus infundantur, ex Apollonio in Primo Parabilium.

¶ Radicis betæ succũ per se in nasum instillato, & solues dẽtiũ dolorẽ. Cumini quãtũ tribus digitis apprehendi potest, & myrrhæ magnitudinẽ fabæ, & duplum interioris cucumeris terito, & lacte muliebri mista in collyria redigito, ea que in vtranque narem indito: atque ita attrahere iubeto, donec quis quinque stadia pcurrere possit: deinde pharmacũ emungat. Idem ad aurium dolorẽ facit.

Ne Erosi Dentes Vacillent, neque Fœtorem faciant.

*Al. καλβίνον.

¶ Veratrum nigrũ erui magnitudine melle cocto exceptum cauernis inde. ¶ *Ad dentes denigratos.* Testam Castãnam assatam ac tritam dentibus affricato. Hoc etiam gingiuas corroborat.

Aliud

A *Aliud.* Sal fossile melle subactum in testula torreto, terito, ac modica myrrha admista similiter affricato. *Aliud.* Pulegij partem vnam, salis tantundem, melle subacta in eodem, donec in carbonem transierint, torreto, ac trita dentibus affricato. *Aliud.* Caricas exurito ac terito, modica q; nardo ac melle admisto vtitor: hoc & gingiuas comprimit. *Aliud.* Polentam acerrimo aceto subactã exurito, ac tritam dentibus affricato: hoc & gingiuas fortificat. *Aliud.* Alabastri vsti ʒ viii, pumicis vsti ʒ iiii, salis torrefacti ʒ iii, tritis eodem vtere modo. Ab horum vsu collutione vtendum est, vino odorato, in quo ad multum tempus iris sicca fuit macerata.

Quæ Asclepiades in Primo Externorum ad Dentes scripsit.

Heraclidæ Tarentini ad Motos Dentes.

¶ Vtendum est spodio cyprio, vt per id gingiuæ comprimãtur: item q; verbasci radicibus coctis: postea ablutio fiat ex aqua myrti, aut rubi, aut lauri: deinde spodio rursus admoto quies præcipiatur. *Aliud.* Veratri nigri manipulum, radicis mandragoræ ʒ iij, radicis hyoscyami ʒ iij, in vas fictile conijcito, & vini chij aut coi quàm optimi heminas tres superfundito, ac ad prunas luculentas ad dimidias coquito, inde q; liquorem excolatum ore retinendum prebeto. ¶ *Aridum ad Motos Dentes.* Terebinthi fructuũ torrefactorum ʒ octo, aluminis scissi vsti ʒ *†viij, balaustij ʒ ij, * Aliter ij.

B gallarum ʒ j, croci ʒ j, myrrhæ ʒ j: tritis vtitor. *Aliud.* Cornu cerui vsti ʒ viij, rhois rubri ʒ iij, omphacij ʒ ij, balaustij ʒ iiij, corticis pinus ʒ j, myrrhæ Aminnææ ʒ j: tritis vtere. ¶ *Collutio ad Molarium Dolores.* Radices smyrnij cum aceto mulso coquito, & excolatum liquorem ore tenendum exhibeto. *Aliud.* Rumicis agrestis radicem & platani pilulas ex aceto mulso coquito, atque vt dictũ est exhibeto. ¶ *Commanducationes ad Molarium Dolores.* Canchryos ʒ ij, origani ʒ duas, piperis albi ʒ j, myrrhæ drach. j, vuæ passæ albæ, aut alterius quã pinguissimæ sextarij dimidium. Vuam passam diligenter tundito, myrrham verò melle dissoluito: arida autem tundito, ac tenui cribello cernito: postea vuæ passæ ac myrrhæ adijcito, misceto q;, ac instar malagmatis emollito. Vsus verò tempore, nucis ponticæ magnitudinem commanducandam præbeto. Postquam verò collecta pituita fuerit, ægrum hiare ac pronuere oportebit, quò liquor facilè profluat: quo facto, vinum colluere iubeto. *Aliud.* Vuæ passæ pinguis exacinatæ sextarium dimidium, piperis albi acetabulũ, grani cnidij ʒ ij, spicę nardi ʒ ij, casiæ ʒ vnam, pyrethri ʒ ij: myrrhæ ʒ *ij: apparato, ac vtitor vt dictum est. ¶ *Ad Corrosos Dentes Præseruatiuum. Per huius vsum conseruaui erosos dentes absq; dolore.* Zingiber cum aceto mulso coquito ac probè terito: inde q; in cauernam indito, foris q; dentem ex eo integito. *Aliud.* Hederæ lachrymam chalbano misceto, aut tithymalli, siue ficus syluestris, succo dis

†Al. y. * Aliter j.

A.l.5.fu.2.t.4. fol.553.a C soluito, ac vtitor vt dictum est. ¶ *Aliud Dolorem tollens, ad Dolentes & Erosos Dentes. Conducit itidem Tussi.* Succi papaueris ʒ ij, piperis albi tusi & cribrati drach. j, myrrhæ drach. ij, styracis drach. ij, chalbani drach. j, passi quod satis est his excipiendis: contundito simul, & catapotia formato, denti q; circumponito, & cauernæ indito. *Aliud.* Succi hyoscyami ʒ ij, myrrhæ ʒ ij, opij ʒ ij, chalbani ʒ ij, styracis ʒ ij, zingiberis ʒ ij, piperis drach. j, succi syriaci tantundem, passi quod satis est: præparato, ac vtitor vt dictum est.

Molare Emplastrum bonum, quod in multis miraculo fuit.

¶ Lachrymæ oleæ ʒ vnam, myrrhæ ʒ *ij, veratri nigri ʒ j, balsami liquoris ʒ j, styracis ʒ j, piperis ʒ j, hyoscyami ʒ j, succi papaueris ʒ j, castorij obolos iiij, chalbani ʒ vj, succi cyrenaici ʒ j, succi carpasi ʒ j, panacis ʒ j, sagapeni obolos quatuor, pyrethri obol. quatuor, staphydis syluestris ʒ ij, cedrię quod satis est, quò emplastri formam acquirat. *Aliud.* Sulfuris viui ʒ iiij, bituminis drac. ij, amurcę olei drach. quatuor, picis liquidæ ʒ viij, cedriæ ʒ xij, piperis longi drac. quatuor, opij ʒ iiij, pyrethri ʒ *iiij, staphidis syluestris drachmam vnam, veratri nigri drach. j, grani cnidij drac. j, opopanacis drac. j, picis aridę lib. j. Arida aceto excipito, deinde liquida affundito, ac ablatis vtitor. Ex pharmaco hoc molaris dens est integendus.

* Aliter ii. * Aliter ii.

D *Ad Dentes, qui Pessum eunt, vt citra dolorem excutiantur.*

¶ Pyrethrum in acetum coniectum ad dies iij aut iiij sinito, deinde terito, & malè affecto dẽti imponito, vicinis dentibus optimè præmunitis, eodem q; diligẽter p̃mundato, ita vt per duos aut tres dies dẽtẽ ex hoc pharmaco integas: ita enim citra dolorem excutietur. *Aliud.* Cucumeris syluestris radices eodem modo vt pyrethrum præparato, ac vtitor vt dictum est.

De Mobilibus Dentibus ac Prominentibus.

Relatum à me etiam antè est, quòd ob senilem ętatem aliqui dentes resiccati mobiles fiũt, modicum omnino auxilium ex adstringentibus pharmacis, quibus gingiuæ coarctãtur, ferẽtes. Refertur autem & nunc, quòd aliqui ex plaga mobiles fiunt. Quidam verò etiam citra plagam: in quibus coniecturam facio neruum, qui ad radices ipsorum adnatus & substratus est, per multam humiditatem rigatum, laxatum esse, & ob hoc resiccantibus medicamentis ad curationem opus esse. Postq; autem motos dentes reliquis prominentiores factos videbam, & maximè cùm & plaga id essent perpessi, visum est mihi eos lima atterendos esse in tantum, quãtum super reliquos prominent, ne scilicet oppositos sibi offendant tum in loquendo, tum in manducando: atq; sanè repperi experimẽtum mihi fauens ac testimonium præbens. Ferream itaq; limulam quò celerius opus succederet feci, multę enim aggressiones dẽtem mobilem faciũt: cui quiete & minimo

motu opus est, si saltem stabiliri debeat. Quandoq; igitur eminentiæ inæquales apparent in dentibus, & iuxta aliquas tantum partes lima opus habent. Aliquando verò æquales sunt extremitates, & equali similiter lima indigent. Oportet autem gingiuis linteolum molle vsq; ad radices dẽtium circundare, deinde cum digitis sinistræ manus leniter amplecti, simul q; tutè & citra cõpressionem, ne concutiatur cui limam adhibemus, atq; ita chirurgiam aggredi. Quòd si dolorem percipiat, dum limula admouetur, & affecta pars digitis vehementius non contingitur, quiescere quidem ab opere statim conuenit: Vbi verò ex pharmacis † quæ post referẽtur,} interea aliquid exhibuerimus, rursus vt dictum est aggredi, iterum q; modice cessare, donec extremitates circa dẽtes deterantur: atq; id non prima tantum die bis & ter, sed etiam sequenti faciendum est: ac impe randum ęgro vt neq; loquatur, neq; durum aliquem cibum accipiat. Vtatur autem alimento succo ptisanæ, & sorbitione ex alica, & pane madido, atq; alijs ad hunc modum mollibus. Cęterum materiei sylua quę motis dentibus commoda est, talis existit. E

† *Aliter* εἰρημένων *i. quæ dicta sunt.* *intulerimus.

Ab Archigene scripta, quæ Mobiles Dentes corroborant.

† *Aliter lentisci.*

ℭ Mobiles dentium stabilire volens, myrrhę, pompholygis, † aluminis scissi,} amyli, ęquales singulorum partes tritas admoue. Aut oliuarum albarum succum, & rutam, melle mista affrica: deinde nardum cum alumine liquido obline. Aut alumen rotundum cum duplo sale dentibus adsperge. Aut aluminis scissi & misyos ęquales partes cum cedria ad cerati liquidi spissitudinem redactas dentibus obline, & pituitam defluere sine. Quo facto, asininum lac colluant calidum, aut acetum, aut vinum in quo malicorium & galla sunt incocta. F

Ad Debilitatos Dentes tum alios, tum molares.

ℭ Mel, ceram, æquis portionibus ad Solem calida aqua diluito, & picis dimidiũ admisceto, ac ad emplastri formam deducito, atq; manducanda exhibeto. Quòd si aridum sit pharmacum, parũ olei addito. Summè facit & mastiche chia commanducata.

{ *Ad Stuporem Dentium.*}

ℭ Cæterum in dentium stupore portulacam manducent. Aut oleum calidum ore contineãt.

De Dentitione Puerorum, vt Archigenes scripsit.

ℭ Infantibus qui dentiunt, si doluerint, canino lacte gingiuas obline. Aut si leporino cerebello infantis gingiuas illeueris, citò dentes proueniunt.

Amuleta Dolori Dentium reluctantia, quibus fidem deberi putant, hæc sunt.

ℭ Si batrachij siue ranũculi folia ei, qui dẽtẽ dolet, in eiusdẽ partis brachiũ imposueris, dolore q dẽ liberabit: brachiũ aũt exulcerabitur, cuius curã prout cõuenit facies. Si verò infans cui dentes prouenire incipiunt dolores habeat, vẽteris cochleæ cornu pelliculæ illigatũ ꝓ amuleto appende. G

* παλαιοῦ. *aliter* παλαιοῦ.

De Doloribus Gingiuarum.

ℭ Gingiuis dolentibus collutiones ferè eędem faciunt, quę ad dolores dẽtium sunt descriptę: Magis tamen proprie facit acetum, cui hyoscyami radix est incocta. Verùm inflammatis gingiuis alumen cum salis quarta parte tritum admoue: post morsum vero perceptum, vino aut foliorum oleę decocto ipsas colluant. At verò fluxione laborantibus gingiuis, & corrosis cum tumore & dolore, & per nomen depastis, pręclare conducit fomentum, quod fit per auriscalpium, cui lana obuoluta est, in feruẽs oleum tinctum, & gingiuis vsquequo exęquent admotum, & donec circumcirca albæ reddantur: ita.n. sistitur nome, & ex sana carne id quod corrosum est connutritur: postea vero affrictionibus vtere, & ijs quę ad dentes sunt descripta. Proprie autem conuenit galla tenuissime trita acetabuli mensura, cũ myrrha magnitudine fabę: tritis itaq; ac lęuigatis vtitor. Quòd si enascens dens difficulter oritur & pungit gingiuam, cyperum cum butyro & vnguento susino iuxta exortum illinito. Cæterum in epulide, hoc est supercrescente ex inflammatione carne, atramẽtum sutorium cum pari myrto, & modico alumine scisso admoueto. Faciunt pleręq; etiam ex Antheris, id est floridis appellatis compositionibus. H

Quæ Dentes Præseruent.

Quin & doloris dentium pręseruatiua Archigenes his verbis tradidit. ℭ *In Dẽtium * doloribus præseruantia à dolore conueniunt eiusmodi.* Tithymalli radices in vino ad dimidias coquito, & bis in mẽse colluito, ac nunq̃ dolebis. Optime conseruat citra dolorẽ & fortes dentes, si fabam ægyptiã, reiecto interno amarulento, triueris, ac dentibus & gingiuis semel in anno affricueris. Aut alumine scisso cum modica myrrha confricato, & nunquam erodentur: si verò adstringat hoc nimiũ, melle vtitor. Aut granorum iuniperi paruorum & cupressi foliorum parem portionem, & gallę parum, melle cocto excipito, & in pastillos drachmæ pondere reducito: ac vtitor, vnum ex his commanducando, insuper q; vino odorato colluendo. Aut iridis illyricę nucis ponticę magnitudinẽ mande, similiter q; collue. Aut sali gallam omphacinen idest acerbam, in vino odorato coctã, misceto & mandito. ℭ *Optime præterea tum ad Præseruandos à Dolore Dentes, tum ad Corroborandos eosdem, ac pariter Gingiuas, amplius q; ad Decorem, faciunt Smegmata subscripta.* Lanas succidas linteolo illigatas exurito, deinde salis tertia parte addita affricato. *Aliud.* Aut dasypodis caput vstum tritũ. *Aliud.* Aut salem & mel ad cerati formam terendo redigito, deinde mundo linteolo illigata exurito, & admista iride illyrica modica dentes confricato.

A.l.3.f.7.c.1. fol.148.b

Quæ

A *Quæ Andromachus scripsit ad Omnes Dentium Dolores.*

A.l. 5.su.2.c.4. fol.553.a ℭ *Compositio Molaris eadem hora Dolorem sedans.* Piperis, pyrethri, succi tithymalli, chalbani, singulorum drach. vnam: galbano excepta in cauernā inde. ℭ *Molaris Antiphanis, etiam si non præmundatis indito, & dentem ex ea integito.* Seminis hyoscyami, opij, nitri, myrrhæ, pyrethri, piperis, singulorum drach. vnam, galbani drach. ii, tritis ex vino vtitor. ℭ *Alia Molaris, qua Vtor.* Aluminis scissi drach. vnam, piperis albi drach. duas, opopanacis aut piperis longi obolos quatuor, soreos obolos quatuor, gummi aqua macerati drach. duas, ceræ duplum totius ponderis omnium, cætera conterens in aqua calida misceto, atque ita vtitor. ℭ *Alia Chæreæ.* Myrrhæ drach. vnam, veratri sesqui drachmā, pyrethri sesquidrachmam, iridis illiricæ sesquidrachmā, aluminis scissi obolos tres, aqua terito, & dentem oblinito, ac supernè ceram imponito. ℭ *Alia Molaris ex libris Aphrodæ.* Aluminis scissi drach. quatuor, myrrhæ obolos tres, piperis grana quinque: ego obolos tres accipio, & melius facit: resina excipe, & præmundatæ cauernæ inde, & splenium illitum superimpone.

ℭ *Alia Molaris eiusdem. Etiam non præmundatæ cauernæ hanc inde, & supernè splenium ex pharmaco item impone, & probè faciet.* Seminis hyoscyami, succi papaueris, myrrhæ, nitri, pyrethri, piperis albi, singulorum partem vnam, galbani † partes duas: ⟩ cum aceto tritis vtitor. ℭ *Alia ex libris Aphrodæ.* *Al. partē vnā.

B Succi peucedani drach. vnam: succi papaueris drach. vnam: tithymalli myrsinitæ, succi cyrenaici, singulorum drach. vnam: galbani drach. vnam & dimidiam, galbano excipe, et in cauernam inde, & vbi præpurgaris dentem, in splenium illine: in vna hora dolorem sedat. ℭ *Molaris bona.* Scissum alumen papaueris succo exceptum indito & oblinito. ℭ *Alia vt Aristocrates.* Papaueris drach. duās, sagapeni sesquiobolum, succi cyrenaici tantundem, piperis drachmam vnam, sphōdi* lij tantundem, myrrhæ tantundem: galbani, pyrethri, croci, singulorum tantundem: mel quò strigmentitiam spissitudinem accipiat. * Aliter L.

Ad Dolores Dentium, Gingiuarum, Alia q; multa, Aristocratis grammatici.

ℭ Mellis libram vnam, aceti acris sextarium vnum, aluminis scissi sexuncem, alij liquidi trientē habent, coquito donec nigrescat. ℭ *Ad Dentes Motos.* Aluminis scissi partem vnam, mannę partem vnam: tritis vtere, conspergendo motum ex eis dentem.

Ad Erosionem & Dolorem Dentium.

ℭ Quinquefolii radices in vino coctas à cœna colluendas præbè: coquito autem ad tertias. *Aliud.* Rumicis radices cum vino aut aceto coquito, & modicum auripigmenti triti inspergito, ac liquorem ore retinendum exhibeto. Coquatur itidem ad tertias. ℭ *Ad Gingiuas Madore Laxas.*

C Pyrethri drach. tres, thymi drach. ii, aluminis scissi obolos tres, iridis illyricę drach. vnam: tritis vtere, ac gingiuis impone.

Pythij, ad Motos Dentes, Gingiuas humore grauidas, & subcorruptas.

ℭ Alumen scissum chartæ inuolutum vritur, deinde tritum rubrica coloratur, atq; ita gingiuis admouetur: similiter q; subcorruptis inditur.

Dioclis medici ad Dentium Dolores.

ℭ Galbani, opii, piperis, ceræ, staphydis syluestris, grani cnidij, singulorum drachmam vnam: trita cera excipito & illinito.

Aliud commodum ad Corrosos Dentes.

ℭ Succum silphij indito, aut ipsam radicem. Aut galbanum cum pipere. Aut opium cum galbano. Facit et opopanax in cauernas infartus. ℭ *Ad Dentium Dolores.* Soreos drach. ij, aluminis scissi drach. ij, misyos drach. vnam: aridis vtitor.

Smegma Dentium quo Vtor, Gingiuas contrahit.

ℭ Cornu cerui vsti libras ij, lanæ succidæ teneræ quadrantem, salis ammoniaci trientem, piperis albi sextantem, costi vnciam j, aluminis scissi sextantem: lentisci, & perdicij herbæ vstæ cum lanis, *Al. drach. ii.

D aut † per se solum, vtriusq; quartam libræ partem: ⟩ foliorū malabathri vnc. j: contusis simul vtere.

Quæ Crito scripsit ad Omnes Dentium Affectiones. Quædam ex eis etiam Gingiuis conferunt, & ad Fœtorem oris, & Nigros in superficie dentes.

ℭ Hordeum & salem melle ac vino subacta in charta ligato ac vrito, & ex lęuigatis gingiuas cō fricato. *Aliud.* Atramentum sutorium, alumen, putamina mali punici dulcis, æqualibus partibus trita ac læuigata, gingiuis in ieiunio affrica: deinde vino adstringente collue. ℭ *Aliud ad Gingiuas Vlceratas.* Nitri vsti, cyperi vsti, hordei vsti, cuiusque pares partes læuigatas cum melle illine.

ℭ *Aliud ad Gingiuas, & Dentes Motos.* Iridis trientem, corticis pinus trientem, aluminis scissi vnciam vnam: aridis vtere. ℭ *Aliud ad Motos Dentes.* Lentiscum, myrtum, gallam, in vino cocta colluenda præbeto. *Aliud.* Salis partes duas, aluminis scissi vsti & acri aceto extincti partem vnam: tritis vtitor, deinde vino colluito. ℭ *Ad Motos Dentes stabiliendos.* Atramentum sutorium cum oleo terito, & cum lana dentium radicibus admoueto. Facit & ad erosos dentes cera exceptum & inditum. Item cum myrto pari tritum ac melle exceptum. *Aliud.* Vlmi corticem in vino coquito, & decoctum ore tenendum exhibeto. Item cerui cornua in vino cocta. ℭ *Ad Corrosos vero Dentes.* Capparis radicem cum acri aceto ad dimidias coquito, ac tepidum colluito. Cortice item eodem vtitor modo. Idem ad dolores facit. ℭ *Fomentum Dentium Corrosorum, & Dolentium.*

Sulfuris

Sulfuris viui partem vnam, butyri partem vnam, liquefacito, & cum his per auriscalpium foueto. E
Aliud. Dentes ex sale præfricato, et lixiuiũ tepefactum mediocri tempore in ore contineto. Oportebat hîc apponere, in gingiuarum dolore hoc conuenire.

Compositio Molaris, eadem hora siue die Dolorem sedans.

* Aliter drac.i. ℭ Piperis, pyrethri, succi tithymalli, galbani, singulorum drac. vnam, terito, & galbano excepta in cauernam indito. *Alia.* Piperis sesquiobolum, grani cnidij tantundem, galbani sesquidrãchmam, spumæ nitri obolos duos, croci sesquiobolum, iridis siccę sesquiobolum, rosarum tenerarum drachmæ dimidium: trita melle excipe, & ad emplastri formam redactis molarem dentem intege.

ℭ *Ad Corrosos Molares.* Melanthium torrefacito, & ex acri aceto terito, inde q; molarium cauernã integito, & non amplius erodet, sed manebit vt est. Quidam etiam nitri drachma vna cum acri

* ὀπτοῦ. alit. ὀποῦ i. succi. aceto vtuntur. *Ad idem.* Castorij, pyrethri torrefacti, galbani, singulorum æquales partes mistas indito. ℭ *Vt Molaris citra dolorem tollatur.* Farinæ cicerum, puræ drachmas duas, succo tithymalli

* Aliter erui. exceptas denti imponito, supra q; hederæ folia addito, & ad horam finito, tollito, & sua spõte in minutas partes frangetur. Facit idem ad erosos, verum vsus tempore ceram emollitam circumponito. ℭ *Aliud, Vt Dens Digitis tollatur.* Præmundato antea circumcirca dentem: & soreos, gallæ omphacines, staphidis syluestris, aluminis scissi, sulfuris viui, piperis longi, ęquales partes lęuigatas ce F dria excipe et impone, cera q; liquefacta dentem egregiè circumline. Eijcit ipsos etiam pyrethrũ, & tithymalli myrsinitæ succus cum farina erui ad massæ fermenti modum coactus & impositus.

† Aliter quatuor. Aut pyrethrum ad dies † xl, aceto maceratum & denti circumpositum. ℭ *Aliud ad Sauciatos.* Castorii, pyrethri, opii, galbani, singulorum æquas portiones mistas indito.

* Al. βεβρωμένους i. erosos

De Dentifriciorum Compositione, quibus Vtor.

Quædam ex dentifricijs à me compositis experimento comprobata, & generosa efficacia prædita, digna mihi visa sunt quæ conscriberentur, & primùm sanè ea quæ frigidas dentium affectiones curant, siue ob immoderatam frigidæ aquæ potionem, siue ex fructibus per niuem frigefactis, siue ex quibusdam alijs edulijs, aut potionibus, sint productæ: insuper q; si propter frigidum humorem è capite in ipsos defluẽtem ortum habeant. Dentes igitur ob humorem refrigeratos magnificè iuuat apophlegmatismus: quo modo verò hunc præparare oporteat, alio capite priuatim conscriptum habes. Eos verò qui citra humorem frigefacti sunt, per solum medicamentum hoc quod nunc referetur curare decet. Præstat eo etiam post apophlegmatismum vti, vt non solùm noxium euacues humorem, sed etiam generatam ab ipso affectionem persanes. ℭ *Compositio Pharmaci hoc modo habet.* Accipito herbas duas, quarum altera sideritis, altera perdicias, appellat̃: eas q; G domi sensim citra Solis admissionem siccato, vt neq; humidæ amplius neq; siccæ adeo extent: & vrito in tantum, vt vbi primùm contusioni & sectioni aptæ fuerint, ab vrẽdo cesses: vilescit enim & corrumpitur vis earum si diutius vrantur. In alia porrò ollula sal fossilis vratur cum alumine scisso, attico melle subactus. Deinde hæc alijs permista tundantur, & per angustissimum excreta cribrum, rursus in mortario terantur: melius enim erit pharmacum, quanto diligentius fuerit læuigatum. Vtendum autem eo est solùm ad dentes confricandos, citra gingiuarum circũlitarum contactum, nisi humore fuerint prægnantes. Cùm enim resiccandi vim habeat pharmacũ, aptum quidem est gingiuis humentibus, inimicum verò siccis: attamen ipsas dentium radices post gingiuas litas, eo confricare oportet itidem, vt ipsos dentes. Cæterùm eorum quæ in compositionẽ miscentur, eiusmodi ponderum proportio esse debet: Herbarum quidem post vstionem drachmę xvi: salis verò cum alumine vsti drachmæ xi. Ante verò vstionem vtriusque herbę par pondus misceatur: sal autem quadruplici aluminis pondere admisceatur. Aliarum autem rerum nihil vratur, sed arida inijciantur iuxta subscriptam apponderationem. Comæ origani drach. ij, piperis

*Aliter ii. drach. nouem, pyrethri drach. ij, costi drach. iii, seminis apii drach. ij, iridis illyricæ drach. v, mentæ

* Aliter iiii. siccæ drach. ij, cornu cerui aut capræ vsti drach. duas: seseleos, hyssopi, vtriusq; drach. ij. Si odoratum esse velis, casiæ aut amomi drach. ij, admisceto. Si vero in Regis vsum pręparaueris, cinnamomi drachmam vnam addito. H

Ad Mobiles Dentes aliud, quo Vtor.

†Al. sextariũ i. ℭ Seminis callitrichi † libram vnam: ℈ aluminis scissi et rotundi, vtriusq; quadrãtem: spicę nar-

* Aliter vnc. di sextantem, malabathri foliorum vnciam vnam, piperis albi vnciam vnam, pyrethri drãch. v, contundito & cribrato simul omnia, ac gingiuis vsque ad radices dentium admoueto. ℭ *Timocratis Dentifricium, ad Gingiuas madore laxatas, putrescentes q; ac cruentatas: Mobiles Molares, Concussos dentes, Ozænas, Putrefactiones, Parulidas, & Omnia Oris Vitia, ac Dentiũ dolores.* Accipito herbæ perdiciadis modium italicum, alij minam habent: salis albi tenuis sextarium vnum, mellis hexagium. Contundito vt massa friabilior reddatur: qua in ollam nouam coniecta, ollam luto figulino obturato: operculum autem adaptetur circa medium perforatum, quò per ipsum foramẽ rudicula immissa pharmacum super prunas positum agitetur, donec neq; fumosum quippiam, neque vaporosum efferatur. Deinde ab igne tollito & refrigerato. Et sumito ex hoc toto drach. xiiij, piperis albi drach. quinque, piperis nigri drach. sex, pyrethri drachmas sex, aluminis scissi vsti & vino austero extin

* Al. drach. ii. cti drach. ij: pumicis, myrrhæ, hyssopi, seminis apij, pulegij, singulorum sextantẽm: mentæ, iridis illyricæ,

A illyricæ, vtriusq; drach. iij. Hæc omnia in Sole præsiccata tundito & cribrato, ac reliquis ex olla læuigatis admisceto. *Aliud.* Perdicij recentis ʒ x, mellis ʒ iiij, aluminis scissi ʒ iiii, iridis illiricæ drach. iiii, piperis albi ʒ octo, nigri ʒ iii, pumicis ʒ ii, myrrhæ ʒ iii, pyrethri ʒ ii, mentæ siccæ drach. iii, hyssopi drach. ii, pulegij drach. ii, seminis apii drach. ii, herbæ sideritidis drac. iii, salis fossilis drac. xiiii. Perdiciam & sideritidem ac mel & salem mista vrito: alumen verò per se vstum vino extinguito: dein de simul omnibus contusis vtitor. *Aliud.* Salis assati cum melle & perdicia ʒ xiiii: aluminis scissi assati & vino austero extincti, iridis illiricæ, vtriusq; drach. iiii: helxines, myrrhæ, mentæ siccæ, singulorum drach. iii: pulegii sicci, pumicis, pyrethri, hyssopi, seminis apii, singulorum drach. ii: folii malabathri drach. †ij, piperis albi drach. v, nigri drach. vi. Tusis & cribratis vtitor. *Aliud.* Salis tosti cum melle & perdicia drach. xiiii, pulegii drach. ii, aluminis scissi vsti & vino austero extincti drach. iiii, iridis illyricæ drach. iiii, piperis albi drach. v, nigri drach. vi, pumicis drach. ii, myrrhæ drach. iii, mentæ drach. iii, pyrethri drach. ii, hyssopi drach. ii, seminis apii ʒ ii. Sal lotus melle probè subigitur, tritusq; in ollam nouā mittitur: deinde etiam perdicia inditur sale vndiq; conspersa: quo facto, operculum ollæ imponitur, ipsáque luto oblita in clibanum datur: indita torrentur, & exempta simul cum alijs teruntur: oportet enim valde læuigata in vsum adsumere. ℂ *Smegma*

* Aliter v.
† *Aliter xii.*
* *καλῶς. Aliter attico.*

B *Dentium, quo albi & odorati redduntur, & ab erosione adseruantur.* Nitri vnciam vnam, testæ sepiæ vnciā vnam, myrrhæ vnciam vnam: tritis vtitor. ℂ *Dentifricium optimum.* Aluminis scissi sexuncem, mastiches vnciam vnam, comæ rosarum quadrantem, iridis trientem. Tritis vtere, indeq; aquam tepidam colluendam prebe.

* AP. drach. vi.
* AP. drach. iii.
* AP. drach. iiii.

Dentifricium Damocrati inscriptum.

Libellus paruus extat Pythici appellatus, quem Damocrates Pythicum inscripsit, ab eo qui ipsi pharmacorum ori destinatorum compositiones tradidit, appellatione ducta: in quo sanè libello iuxta finem etiam hæc conscripta reperiuntur.

Si dentifricijs voles vti bonis,
Quæ candidos custodiant, immobiles
Dentesq; reddant: oris & graueolentiam,
Laxasq; gingiuas sedent, & comprimant:
Album hoc parabis optimum sic pharmacum.
Cerui cape cornu sic quater vsti quàm optimè,
Quartam libræ partem, salis solam libram.

C *In Alio Exemplari sic repperi.*

Cerui cape cornu sic quater vsti quàm optimè
Libram mediam, rursus salis vncias duas,
Ammoniaci sicci nec amari hinc amplius,
Alicæq; masticheschiæ solam libram:
Costi quadrantem, aut paulum quid amplius:
Albiq; iunci tantum, & albi mox piperis
Vnam vnciam, malabathri at vncias duas.
Contusa, cribrata omnia hæc mortario,
Vtenda præbebis modo quem dixero.
Quòd si velis parare quando ad phlegmonas,
Et vtile gingiuis cruentis, sauciis,
Carnemq; callosam simul promentibus,
Aluminis coniungito his scissi libram.

(margin: 1.5. fu. 2. t. 4. ... 1.5; 3. b)

Aliud Damocratis Dentifricium.

D Verùm magis parabile hoc fortasse erit,
Et promptius factum, minus nec commodum,
Admista & hoc quadam simul dulcedine.
Multùm sideritin viridem capito herbulam,
Magnam in nouam quam tu patinam mox inditam,
Miscebis hordeo recenti sed modico.
Sic hordeo vt posito sequatur fasciculus
Herbæ, sal hinc, herba atq; iterum, mox hordeum.
Fiantq; tam diu vicissim hæc omnia,
Donec patinæ omnem expleris amplitudinem,
Vt mox supernum rursus herba habeat locum.
Furnoq; mox calente, vel clibano indita,
Torrenda per noctem sines, vel sic potius
Vrenda, quò teri queant ita promptius,
Cribroq; mox sed arctiore hinc excuti.
Odoris addes gratia his parum tamen

Albi

Albi piperis, thuris q; mox item modicum. E
Hinc iunci odori plus, cyperi q; optimæ.
At omnibus mistis probe, & iam sepositis
Plus mastiches aridæ chiæ coniunxeris.
Dabis sed hinc in vesperam volentibus,
Mane q; rursus maximè puris viris.
Sed colluant à pharmaco mox Bromium
Lymphis sociatum, & maximè hoc in vesperam,
Sed manè acetum mulsum aquosum præstiterit
Oris leuandis turpibus fœtoribus.

¶ *Aliud Aurelij.* Alumen in testa ærea aut figulina vrito, ac vino austero extinguito, eius q; dodrantem accipito: & mastiches sexuncem, thuris vnciam vnam, folij malabathri drach. iiij, cyperi drach. iiij, misceto, ac vtitor. *Aliud quo vtor.* Cornu cerui vsti drach. ij, † marmoris vnciam j, } origani drach. quatuor: vtitor.

† Al. malabathri drach. i.

Compositio Pharmaci Dentes præseruantis.

¶ Tragorigani ʒ ii, hyssopi ʒ iiii: herbæ perdicii † seu perdicialis, } melle & sale tenui subactæ, et F in olla exustæ donec in prunas redigatur, quadrantē: piperis ʒ iiii, tūdito & cribrato: & post vsum reponito. Neq; dolebunt dentes, neq; findentur, neq; parulides producentur, neq; gingiuę superflua carne redundabunt, neq; fluxione infestabuntur. Habebis autem os odorum, & splendidos dentes. Quidam salsamenta in olla exusta ad pharmacum addunt, aut etiam cybium: si quis enim eorum cinere per se vtatur, dentis dolorem non percipiet.

† τῆς τιβερίας.

* τρίχους, est in cod. græ. impressis asterisco notatum. Alij habet ταρίχους i. salsamenta. Alij βατράχους i. ranas, in olla exustas.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Declarat Medicamenta, quibus succurritur Affectibus, qui in Ore contingunt.

De Affectionibus in Ore, & de Pharmacis ad eas commodis. CAP. 1.

Erus profectò sermo est, quem pleriq; artifices in ore habent, Quòd nō idem sit neq; simile à viua voce discere, & ex libro legere: at verò industrii & natura prudentes hoīes non vulgarē sæpe vtilitatem consequunī, si in libros incidant nō obscure conscriptos. Itaq; cùm sciā non paruā vtilitatem ex hac tractatione, primū quidē amicis ac sodalibus accessurā esse, qui videlicet etiam per opera cognouerunt, quantā vim habeat rōnalis methodus ad medicamētorū copiam parandā: deinde verò ēt aliis singulis, qui optimarū rerū studio se fatigare nō cessant, rē gratam facere volēs: ad huiųs operis explicationem progressus sum, nō festinabundo & cōpendiario docēdi modo in hoc instituto, sed prolixo & longiore, quali ēt in sermonibus, quos frequēter citra scriptū ad amicos habeo, vti soleo. Pręstat. n. rōnalis auxiliorū inuentio experimētatrici, quemadmodū ēt antè iam mihi in sermone de sauciatis neruis dictū est, in cognitione vniuersali facultatis pharmacorū, quorū vsus circa singulas affectiones cōtingit. In pharmacis itaq; ori destinatis, ob id stomaticis appellatis, velut est quod ex moris H constat oībus notum, primus medendi scopus est cōis omnium partium inflammatarū: deinde cōsequenter alter scopus priuatim ex ea, quæ curatur. Quæ igitur sit affectio inflammatorum, prius nosse oportet, si ex ipsa indicationem quandam auxiliorum accipere velimus. Prędidicimus autē, et prius demonstratum habemus inflammationes ex calidi sanguinis influxu fieri. Didicimus etiā quòd hunc ipsum influxum in principio quidem reprimere ac repellere oporteat, præterquam si ad partem aliquam principalem recursurus sit, atq; aliud quoddam grauius malum effecturus. Verùm nūc adeo nihil opus habemus eiusmodi determinationibus: sic nos enim vbi ad memoriam reuocauerimus, quomodo totum corpus præparare ad curationem affectuum circa quācunq; partem consistentium oporteat, ad institutum progrediemur. Etenim venæ sectione vtimur, & purgatione, & clysteribus, & inedia, vbi totum corpus apparuerit aut multitudine humorum refertū, aut eorundem malitia vitiatum. Si verò neutrum horum adsit, statim ad curationem per localia remedia peruenimus. Quomodo igitur inuenire ipsa oporteat eum, qui oris inflammationes ritè curare velit, præsens sermo statim te docebit: & quomodo inuentis conuenienter vti oporteat: Sodalibus autem in memoriam reuocabo, cùm ij me sępe viderint pharmacis eorum medicorum, qui me in consilium aduocarunt, curantem eas affectiones, quarum gratia vocatus fui. Impossibile enim

A. l. 3. f. 9. c. 1 fo. 254. d

A enim est pharmaco ritè vti eum, qui vim ipsius non noscit, iuxta cuius efficaciam auxiliatur. Eodem igitur modo in inflammationibus in ore consistentibus, communis scopus omnium ipsarū si adsumpserit ex natura particulæ indicationem, reperiet primùm quidem genus pharmacorum quibus vti conueniet: Deinde consequenter etiā particulares in ipsis differentias, si quidem præcognouerit simplicium pharmacorum facultatem, velut iam sæpe est demonstratum. Genus igitur repellentium pharmacorum in principio inflammationum, in refrigerantium materia situm est. Hæc autem ipsa cùm duplicia existant, vt didicimus, quæcunque adstringendi natura prædita sunt, efficaciorem vim habent ad influxum citius repellendum. Inest autem ipsis statim etiam vis cogendi & densandi superficiem corporis, cui adhibentur. Communis igitur scopus hic est prohibendi incipientes inflammationes, ab ipsius affectionis indicatione inuentus. Alter verò à particulæ quæ curatur natura ipsi accedit, cùm sciamus rariorem esse ac molliorem superficiem tunicæ oris non paulo, quàm est cutis quæ totum corpus ambit. Inest autem & aliud quiddam particulis oris, atque id duplex, quod non adest ipsi cuti. Insuauitatem enim medicamentorum quæ adhibentur sentiunt: & duos meatus subiacentes habent, per quos in ventrem & pulmonem defluere quippiam ex stomaticis pharmacis potest, quale est & quod per atramentum sutorium constat. Et sa-
B nè medicus quidam siue imprudens, siue inexpertus facultatis pharmacorum, vbi hoc miscuisset pharmaco ori destinato, multo quidem fortius ipsum reddiderat, verùm vehementer lædens, si quidem ad gulam, aut asperæ arteriæ extremum quidpiam fortè fuisset præterlapsum: atque hæc quidem vt statim occurrentia, per ipsa verò & ventrem, & asperam arteriam, & pulmonem. Adest autem pharmaco ipsi circa gustum insuauitas, quæ tum vsus tempore molesta est, tum per totam perseuerat diem, adeo vt etiam in cibis accipiendis iniucunda sit. Huiusmodi itaque fortibus & quæ venenosam habent facultatem non conuenit vti ad affectionum oris curationem, nisi magna necessitas vrgeat. Neque verò de inflammationibus solum hunc sermonē intelligere oportet, cùm neque ex harum indicatione ipsum inuenerimus, sed communem esse de omnibus oris affectionibus intelligendum est, vt qui indicationē ex ipsa particulæ natura habet. His igitur consideratis ab eo qui pharmacum ex succo mororum composuit, primùm quidem ipsum cum melle coxit, quo repositum in promptu haberet per totum annum, non illo tempore solùm, quo expresso fructu, succo vti licet. Melior enim solus est incipientibus inflammationibus, ideo quòd me sæpe ipso in huiusmodi inflammationibus vti vidistis. Magis idoneus autem est priuatim cum melle apparatus. Appellaui autem magis idoneum, non solùm quòd cito corrumpitur citra cocturam cū
C melle repositus, ita vt sequenti anni tempore eo vti non possimus: sed etiam propterea quòd vtilior est, ad sequentia inflammationis tempora, vsque ad perfectā curationem. Quemadmodum enim in principio commoda sunt pharmaca id quod influit repellentia, sic post principium vsque ad finem, pharmaco opus est ex vtrisque misto, repellente videlicet & discutiente facultate prædito: ac primo quidem tempore adstringens præcellere oportet, ad finē verò discutiens, interposito verò tempore æquales vtrorunque partes esse conuenit. Quando verò velut induratum quiddam de inflammatione relinquitur, penitus non conuenit adstringens ad discussorium admiscere, si quidē totum corpus sit euacuatum. Atqui neque in principio bonum est discussorium adstringenti admiscere. Cæterùm qui pharmacum ex succo mororum composuit, parum ex croco & myrrha ei commiscuisse videtur, quòd communem habeant facultatem concoctoriam inflammationū: priuatam verò vtrunque, crocus quidem quòd adstringat, myrrha autem quòd calfaciat in tantùm, vt sufficienter discutiat. Penetrat enim magis in altum corporū myrrha quàm crocus, vtpote substantiam tenuium partium habēs: atque ex hoc duplicem vtilitatem exhibet, simul introducens quidem secum vires admistorū, & persanans vsque in altum inflāmata. Et tamen adiuuant se mutuo crocus & myrrha in penetrando in profundum, crocus quidem velut impellens myrrham: myr-
D rha verò velut dux præcedens, peditem sequentem crocū, si ita dicere liceat, deducens. Quēadmodum enim crocus ob adstringendi vim, minus habet substantiam tenuium partium quàm myrrha, sic myrrha substantia tenuiorum partium prædita, citius quidem vim suā in altum transmittit: citius autem etiā ad cutem recurrit, simul secū efferens ea quæ in profundo sunt attenuata. Hanc igitur recursus eius velocitatem impediunt adstringentiū misturæ: non enim hoc solus facit crocus.

Est itaque in pharmaco stomatico ex moris appellato, tum mororum succus qui non modicam habet adstringentem qualitatem & facultatem, tum alia quædam etiam admiscentur, vbi quis forte pharmacum reddere velit. Hæc igitur adstringentia deducuntur quidem per myrrham, quæ vicissim ab illis compellitur, atque ita se mutuo adiuuant, quò vis ipsorum amplius progrediatur. Vidistis autem sæpe me ad pharmacum ex moris in principio quidem rhois succū, aut vuæ acerbæ succum, quem priuatim omphacium appellant, admiscere. Si verò hæc non adsint, florē rosarum, aut ipsas rosas siccas, balaustium, cytinos, & malicorium aridū, & gallam omphacitin appellatā: amplius autem & pini corticē, item'que thuris, & tum hypocistidis, tum lentisci succū: & vt compendio dicam, omnia adstringentia, præter ea quæ corrumpentem habent facultatem, quam venenosam vocant, & lethalium species quædam existit. Didicistis enim quòd non omne lethale statim etiam est venenosum. Quemadmodū autem in principio inflammationis harum rerum

mistura

miſtura fortius efficit medicamentum ſtomaticum, ſic cùm reſtiterit quod influit, nullo eiuſmodi opus habet ſolo: ſufficit enim tunc id pharmacum quod crocum & myrrham aſſumpſit ad inflammationem concoquendam. Nam vbi iam fuerit concocta, addimus etiã aliquid ex diſcuſſorijs, velut ſæpe vidiſtis me inijcere ſpumam nitri, & aliqñ ipſum nitrum, quod tenuium partium exiſtit, & iam ab omnibus Berenicium appellatur: vltra hoc ẽt ſulfur viuum vocatum, aliqñ etiam ſapã, origano qñq; incocto, interdum etiam hyſſopo, aut alio quopiã ſimili, pulegio videlicet, thymbra, thymo, calamintha horte̅ſi ac agreſti. Hoc igitur modo quis rectè vtetur pharmaco ex moris, ſi iuxta indicationum vniuerſalium quantitatem ipſius vſum permutet. Quouſq; enim quicquam influit, id ipſum repellere conuenit: vbi verò reſtiterit, concoctoria afferre, et deinde conſequenter diſcuſſoria. Manifeſtum enim, quòd per huius methodi vſum, nemo qui ſimplicium pharmacorũ facultatem nouit, vnq̃ auxiliorum inopia laborabit, ſiue per montes venetur, ſiue quid operetur in agro, ſiue in peregrinatione qñq; præparatis careat medicame̅tis, velut Eraſiſtratus ſcripſit, qui ſe ipſum curauit ad rubi ſuccum progreſſus, cùm in illo loco Andronius paſtillus præſens non eſſet. Cùm enim ſciret paſtillum Andronium in adſtringendo curandi dominium habere, materiam adſtringentem perquiſiuit, non velut Serapion & Menodotus aiunt, empirica trãſitione ad ſimile vſus. Iuxta hanc.n. vobis demonſtraui plurimam diſſimilitudinem ſucci rubi ad paſtillum Andronium eſſe, pauciſſimam verò ſimilitudinem iuxta vnum ſolum, vim videlicet adſtringendi. Verùm qui generalem facultatem, quam vniuerſalem vocant, nouit, in quacunq; materia eam reppererit, confidenter ea vtetur. Huiuſmodi aũt materierum ingens eſt aceruus, quibus omnibus vti licet, ita vt ſolùm fugiamus quę vim quandam iniucundam aut venenoſam habent. Sic igitur etiã ego pharmacum ex ſucco nucum viridium præparaui, nullo doctore vſus, neq; aliquod præſcriptum ſecutus. Cuius vim expertus ſum multùm aliorum ſtomaticorum facultatem excedentem: alia autem dico, id quod ex moris conſtat: & id quod ex ſucco rubi mororum præparatur, ita enim rubi fructum appellant: & tertium quod ex muſto: & quartum quod ex punicorum ſucco: & quintum id quod per adſtringentia mala componitur, ex quorum numero optima ſunt cydonia & ſtruthia appellata, & poſt hæc ad præſentem vſum quæ ceſtiana à Romanis appellant. Cæterùm compoſita ex multis talibus ſunt quæ ex fructibus præparantur.

De Stomatico Medicamento ex Nucibus.

Ego autem qñ primùm ex Alexãdria in patriam meã redij, agrum pertranſiui, & inueni quendam hortulanum ab vua & tonſillis ac glãdibus ferè ſuffocatum: vtebat̃ aũt collutione aquę mulſæ rolis in ipſa incoctis. Cùm igitur vidiſſem fructum nucum in vigore eſſe, iuſſi detractum ab eis externum corticem, quo etiam tinctores videram vtentes, ſtatim in mortario contundi, & ſuccum eius per linteum excolari, non dum ſcie̅s quo modo iuxta craſſitiem aut tenuitatem haberet. Cùm verò reppeřiſſem aquoſum & compage tenuem, gargariſſare eum iuſſi ipſum hortulanum. Poſtq; verò valde tenuis apparebat, præcoxi: & mel commenſuratè, velut in eo quod ex moris fit, fieri ſciebam, admiſcui: atq; vbi iam ad compagem mellis redactum eſſet, hortulano vtendum reliqui. Porrò cùm viderem celerrimam vtilitatem ipſi inde oboriri, præſtabile ratus ſum in multis experiri: atq; ex hoc ſufficiente experime̅to accepto de facultate eius pharmaci, ſemper ipſo vtor, velut noſtis. Meritò itaque mirandum nullum ex prioribus medicis aliquid de hoc pharmaco mente concepiſſe, vt tum parabili tum generoſo hoc ſucco vterentur, maximè cùm viderint quo modo etiam manus inficiantur eorum, qui virides nuces decorticant. Ex his enim apparet qualis ſit earum ſuccus, & q̃ ægrè elui poſſit ipſarum adſtringendi vis, adeo vt neq; per fortiſſima exterſoria elui queat. Amplius autem adhuc miratus ſum de medicis, q̃ non cogitauerint fortem eſſe ipſarum vim, cùm etiam tinctores videant eiuſmodi nucum corticibus vti. Niſi enim in profundum manuum deſcenderet, & niſi per omnem ſubſtantiam lanarum penetraret, non certè ægrè eluibilis eſſet: cùm verò deſcendat, indicat planè ſubſtantiam ſucci tenuium partium eſſe. Rationi autem conſentaneum eſt adſtringendi vim maximè proficere, vbi in eiuſmodi ſubſtantia contineatur: etenim quæ ex adſtringentibus craſſas partes habent, per adſtrictione̅ cogunt & condenſant ſuperficiem corporum quibus adhibentur, & à progreſſu in altũ ipſorum corporum ſeſe impediunt: quibus enim etiã aliàs ob ſubſtantiæ craſſitudinem impoſſibile erat progredi in altum, his ſanè amplius impoſſibile fuerit denſato corpore iuuare id quod totum eſt inflammatum. Optimum itaque eſſe nucum ſuccum perſuaſus, vt qui etiam coctum cum melle guſtarim nihil inſuauè habentem, eum in quatuor partes diuido: & ad primam ſtatim aliquid ex adſtringentibus inijcio, ad ſecundam ex croco & myrrha, ad tertiam ſulfuris quiddam ac nitri addo: quartam verò ſolam ſynceram ſeruo, pueris vtilem futuram ob dulcorem, immo etiam viris ob delicias mente fractis, et mulierculis. Ego quidem igitur à ratione inductus inueni, quemadmodum neruorum ſauciatorum curationem, ita etiam hoc pharmacum, quod omnibus pręſtat. Eſt equidem id quod ex rubi moris conſtat, fortius eo quod ex moris fit: quemadmodum hoc eo, quod ex muſto paratur: Omnibus autem his præſtat id quod ex nucum ſucco inuenimus, in principijs quidem inflammationum cum his quę fortiter adſtringunt confectum: in vigore verò croco & myrrha additis: quanquam etiam ſolum aliquando moderatas inflammationes ſanare queat. Quando verò

E F G H

A.l.3. f.9.c.1 fol.255.c

A rò humorem qui inflammationem produxit impactum digerere ac discutere oportet, cùm acriū mistura commodum existit. Verum dixerit fortassis quispiam mihi ex medicis pauperioribus, se amplecti quidem ipsum medicamentum, si vnam pyxidem expleri iubeam hoc pharmaco semel præparato: Me autem præcipere, aut statim à principio quatuor facere compositiones: aut vnam ex melle & succo compositam reponere, atque vsu expetente ei admiscere, vsque quo quidem influxerit quippiam inflammatis, ea quæ vehementer adstringunt: postquam autem quieuerit fluxus, concoquentia: vbi verò euacuationem postulauerint ea quæ influxerunt, discutientia: Operosum autem hoc esse & difficile iis qui domi nō habent supellectilem omnium simplicium pharmacorum: Immo neq; ad peregrinationes me commodam confectionem exponere, in quibus impossibile sit quatuor vniuscuiusq; medicamenti differentias circunferre. Ob id igitur excogitata sunt, tum mihi, tum alijs etiam prioribus medicis, pharmaca medias facultates habentia, & ad peregrinationes idonea futura, & pauperculis medicis vtilia. Quę verò hæc ipsa sint, paulo pòst referam. Nunc autem pauperum medicorum sermoni respondere volo. Quemadmodum enim ipsi exilem apparatum laudant, sic oportet etiam diuitibus permittere, vt confectiones pharmacorum pro opulentiæ suæ dignitate comparent. Satis enim scio etiam ipse, non solùm multos
B pauperes esse medicos, sed & qui ab ipsis curantur: quibus satis est vbi ægrotent, alicam cum aqua mulsa accipere, & mundum panem habere, aut aliquam farinam vtilem ad cataplasma. Verùm eū qui curandi tractationem scribit, omnis materiæ meminisse operæpretium est, quò tum diuitibus copia sit ipsis artificiosè vtendi, tum pauperibus electio sit illarum tantùm, quibus vnusquisque pro opportunitate abundet.

De Mediorum Pharmacorum Compositione.

Dicamus igitur iam aliquid de compositione mediorum pharmacorum, initio ab eo quod ex moris constat sumpto. Commune est autem omnibus mediis, vt congruēs modus mellis ad succum ipsum decernatur. Inuenitur autem hic modus per experientiam. Vbi enim succum ipsum cum melle miscueris ac gustaueris, si quidem apparuerit moderatè habere, rursus similiter ipsa miscebis: si verò deficere quid videbitur, addes. Velut exempli gratia, in mororum succo si quinta pars mellis addatur, medium fuerit temperamentum, vt hoc modo coctum pharmacum plurimis valde placeat: & hanc misturam pauci reprehendant, alij quidem velut dulciorem, alij verò vt austeriorem. Quemadmodum enim aliqui aquam mulsam dilutiorem, aliqui dulciorem, libentius bibunt: sic etiam his pharmacis vtrique delectantur iuxta propriam naturam. Quando igitur ali-
C quis pharmacū sibi præparari postularit, semper vtique vidistis me ei qui dulcioribus delectatur, plus mellis iniicere, qui verò contrariis minus. In pharmacis igitur quæ degluttiuntur, maximè coniectare oportet naturam eorum qui ipsa sument: quod enim cū molestia aut iniucundè acceptum est, stomachum subuertit: In pharmacis autem stomaticis eiusmodi diligentiam aliquando contemnere licet. Medium itaq; temperamentum, velut dixi, succi ad mel, quintuplū habeat multitudine succum. Audito autem me, diligenter animaduertens quibus vtor verbis in symmetria seu commensuratione medicamentorum, quę inuicem miscentur. Iam etenim pręcepi quintuplū esse debere multitudine ipsum succum ad mel, quod nihil differt ab eo si dicam mole quintuplum esse ipsum oportere: vtrouis enim modo dicatur, mensurare oportet pharmaca permiscenda. At verò si pondere iubeam quintuplum esse hoc pharmacum, per lancē vtique facere oporteat symmetriam grauitatis ipsorum. Cæterùm ad permistionem succi ad mel, non est necessarium heminæ, aut cyathi meminisse, sed sufficit dicere, quintuplum esse oportere succum, mellis respectu. Si verò quid aliud his admiscendum sit ex dictis paulo antè, necessarium est dicere, quota quantitatis mole ipsis existentibus, quantū addendum sit illorum in lance appensorum. Velut in ipso adeo pharmaco ex moris, in Heræ Cappadocis medicamentario libro, mellis quidem conijcitur libra
D vna, succi autem mororum libræ sex: admiscet autem ipsis croci drachmam vnam, myrrhę duplū: par etiam croci pondus conijcit ex succo vuæ acerbæ, qui omphacium appellatur, atque eius dimidium ex alumine scisso. Mihi verò placet quintuplum succum ad mel conijcere: par autē pondus croci & myrrhæ, vtriusq; drachmam vnā & dimidiam, ita vt ex vtrisque tres drachmæ conflentur. Quòd si quis omphacium addat, & vini austeri item heminam vnam, velut Heræ videtur, rectè sanè drachmā vnam omphacii addet. Si verò citra vinum præparetur, multo plus de ipso conijcere conuenit: si quidē medium temperamento pharmacū efficere velis, vnciam vnā: si verò austerius, vt in principiis conueniat, nihil peccaris si omnino duas aut tres admiscueris. Quòd si non sit omphacium, pro ipso rhois succum iniice: & si volueris par pondus vtriusque indere, neque sic quicquam deliqueris. Heras tamen in symmetria huius pharmaci etiam hoc adscripsit, hoc modo: Quidam autem & heminam vnam dulcis vini. Mustum eum velle indicare palàm est: prædixit enim vini austeri maris expertis heminam vnam. Mihi verò non placet, sufficiente melle iam coniecto, vnà cum hoc quòd et heminam austeri vini addidit, rursus aliam misceri vini heminam: reddetur enim valde vinosum medicamentum. Coquunt autem hoc ex moris medicamentum, aliqui quidem à principio miscentes succum mororum, aliqui verò modicè præcoquentes. Heras autem videtur velle succum solum diutius coquendum esse. Scripsit igitur hoc modo, Succi mororum

A.l.j. fol.11

rorum heminas sex ad strigmentitiam crassitudinem coquito: deinde trita admisceto, croci drachmam vnam, & reliqua videlicet iam dicta. Quin & ego censeo succum ipsum solum per se præcoquendum esse, deinde verò adijciendum mel: atq; vbi iam cacabum ab igne auferre velis, reliqua admiscēda esse: verùm Heras videtur simul cum melle etiam alia admisceri iubere. Et vinum quidem rationabiliter quis tunc admiscuerit, myrrham verò & crocum melius est in fine cocturę inijcere, eousque saltem cum alijs coquendo, aut olla in terram posita mouendo, donec omnia probè vniantur: Amplior autem coctura ipsorum destruit facultatem aromaticorum medicamētorum. Spuma argenti equidem, & plumbago, atq; alia multa metallica per cocturam meliora fiunt, Crocus autem & myrrha multa q; alia aromata in decoquendo vires amittunt. Itaq; medii facultate pharmaci & symmetria & coctura, moderatis inflammationibus congrua, amplius q; in maiorū vigore, atq; insuper in principijs & augmentis eorundem conueniens, iam relata est. Cæterùm ad induratas inflammationes, cùm iam præterierit vigor, & nihil amplius influxerit, venerit autem tempus discutiendi, admiscere conuenit ad stomaticum pharmacum aliqua discussoriorum: Talia autem sunt spuma nitri, & ipsum nitrum molle, aliæ q; petræ flos, & sulfur viuum. Sufficit porrò ad prædictam medij pharmaci commensurationem admisceri, nitri quidem vnciam dimidiam, sulfuris autem † vncias duas. }- Quòd si neq; sic præparatum habeas ipsum, neq; præstò sit tibi nitrum, aut sulfur, aut asię petræ flos: origanum in sapa, quam alij sireon, nostri omnes hepsema vocant, feruefacito, stomaticum q; pharmacum addito, ac gargarissare iubeto. Si verò neque sapa adsit, in aqua mulsa origanum coquito. Nihil autem refert etiam, si hyssopum conijcias pro origano, aut pulegium, aut thymum, aut thymbram, aut calaminthen, aut mintham odoram quam veterēs hedyosmon appellant. At verò in vigore inflammationum, non solùm nihil ex eiusmodi pharmacis adhibere oportet, sed etiam contrarium totum: atq; rarò quidem stomaticis medicamētis vti, collutionibus autem & gargarismis mitigatoriis concoquere inflammationem: cuius generis est, Decoctum pinguium caricarum, & oleum lentiscinum in duplo vase tepefactum. Quin & ipsum stomaticum pharmacum in vigoribus gargarissare conuenit, aqua mulsa dilutiore permistum, aut calida sapa: quæ si non adsint, aqua calida. Præualere enim oportet tunc mitigatorium et concoctorium ductum, velut in declinationibus discussorium, qui ex fortioribus constat medicamentis. Porrò meum pharmacum ex succo nucum omnium aliorum esse fortissimum opere experti estis: ad vos enim sodales loquor, in quorum gratiam maximè ad hāc tractationem progressus sum. Quòd verò etiam omnium vilissimum & parabilissimum sit, nemo ignorat: proiiciunt enim hortulani viridium nucum cortices, vbi ipsas decorticarunt, vt vel maximos corbes nobis explere liceat gratis. Mel igitur solum, vt pauperibus medicis (nam & illis oportet nos ea quæ narramus communicare) deficit, cùm eius fuerit penuria, nihil verò aliud, nisi quis vltrò adeo aliud velit. Sæpe enim hoc modo confectum pharmacum nihilo deterius apparuit eo, quod ex moris constat, in quod tum crocum, tum myrrham, indebamus. Quin etiam si alumen ipsi addere velimus, non est necesse scissum inijcere. Sufficienter enim adstringit etiam liquidum, quod aliqui phorimon appellant, quod vilis prætij & maximè parabile in omnibus regionibus existit: tenuitate tamen partium à scisso deficit, & ob id etiam minus efficax est. At verò si hortulanus aliquis aut ruralis hoc pharmacum sibi pręparare velit, habuerit gratis quos conijciat Cytinos aridos contusos & cribratos: nominantur autem sic primogenita punica. Quo tempore enim arbor florere desinit, fructus ipsius apparet figuratus in speciem punici mali: quem ablatum & resiccatum adseruare licet ad tempus fructus nucum. In fine enim veris cytini generantur: desinente autem æstate ad perfectionem veniunt nuces. Quin & in terram decidunt multi cytini, aut à vēto decussi, aut alio quopiam modo: quos collectos siccare licet: vt neq; hac parte egenos medicos quicquam impendere opus sit. Nostis autem acidorum & acerborum punicorum (quorum fructus parum abest vt esitari nequeat) cytinos meliores esse: quare etiam si ex arboribus, eos auellas, aut nemo penitus te prohibebit, aut certè vilissimum pretium sibi dari pro eis postulabit. Cæterùm Balaustium appellatum penitus cibis non conuenit: & si quis colligere id velit, quemadmodum origanum, & thymbram, ac thymum, atq; alia huiusmodi, gratis licebit. Itaq; si balaustium velit quis crudum tusum ac cribratum iniicere iuxta proportionem quā antea dixi, pari omphacio pondere, vtile pharmacum efficiet. At verò & cortices punicorum malorum, valde parabiles res sunt, adstringendi vim sufficientissimam habentes, & qui ad prædicta statim in principio coniici queant. Optimum autem pharmacum reddetur, si iuxta id tempus quo punica non dum perfectè matura sunt, non tamen longè à perfectione absunt, eos cortices detractos conieceris, atq; id statim in principio cocturę succi. Oportet autem prius in mortario tundere, quò ipsorum vis vniuersa citius in medicamentum quod paras diffundatur.

E F G H (margin letters)

† AR. ℥ xviij, q. dā ēt ℥ ij, veluti etiam vetus interpres.

* AR. πολλοὶ i. multi.

De Confectione Pharmaci ex Malis punicis, & Malis, Alijs q; stomaticis.

Cùm verò tres sint punicorum malorum differentiæ: aliqua enim ipsorum sunt austera, aliqua verò dulcia, & quædam acida: si quidem sola austera iniicias, magis adstringens pharmacum reddetur: si verò dulcia, suauius: quemadmodnm sanè fortius fiet, si acida tantùm indas. Ego autem consueui par pondus vniuscuiusq; generis admiscere. Nam & aliàs ipsa sola matura punica mala

integra

A integra vna cum corticibus tundo, deinde succum exprimo, ac cũ melle coquo: & non solũ stomaticum pharmacum ori cõmodum habeo, sed & ad multa alia vtile, veluti rursus dicet. Atq; fit hic succus ad omnia præstantior ex tribus punicorum speciebus, aut generibus, aut differentijs, aut quomodocunq; quis appellare velit. Miscemus autem & ruborum fructus, quos aliqui quidem à planta denominant, batina, hoc est rubina appellantes: aliqui autẽ composita appellatione mora appellant, apponentes quę à rubis producuntur. Ex quibus sane succus similiter succo mororum præparatus, melius illo pharmacum redditur: sed minus validum eo, quod ex nucũ succo parat.

Quin & malorum cotoneorum, & pyrorũ syluestrium, ac mespilorũ succus similiter præparatus, stomaticum pharmacum efficitur, deuorari q; aptum, cum hoc quod ex nucibus cõstat, deuorare non liceat: quanq̃.n. noxium non sit, velut atramentum sutoriũ, tamen stomacho non est cõmodum. Manifestum verò quòd & ex punicis constans pharmacum, aptum est fracto & cibos fastidienti stomacho: deficit tamen ab eo quod ex malis constat. Innocuus est etiam rubi mororum succus deuoratus, velut etiam ipsorum mororum: sed succus rubi mororum habet quid quod stomachum corroborat, quod ipsum mororum succus non habet. Porrò mel his omnibus succis nõ eadem proportione injcitur. Plurimo.n. nucum succus opus habet, & post eũ rubi mororũ: mo-
B dico aũt malorum, & punicorum, & pyrorum syluestrium: medius autẽ inter hos est mespilorum succus. At vero & ex cornis ac brabylis & prunis apud nos appellatis, preparantur apud nos stomatica pharmaca eodem modo, quem in principio de moris recensui, in quorum omnium confectione rationem quandam communem referam hãc. Si quidem crassus apparuerit succus, statim mel admiscere oportet: si vero liquidior sit succus præcoquatur. Suscipit autẽ pyrorum ac malorum succus, amplius vero etiam plurimorum fructuum, parem sibi ipsis mẽsuram mellis: succus verò eorum quæ multum acerba sunt, velut est corni fructus, aliqñ duplum, aliquando triplum, mellis adsumit. Omnia igitur hæc citra noxam deuorantur: si vero atramentum sutorium admistum sit, non valde deglutire oportet cõfectum pharmacum, præterq̃ si iuxta stomachũ aut aluũ vlcerosam affectionem fieri suspicemur. Quin & si in ipso ore maligna vlcera fiant, præstant ex atramento sutorio medicamẽta. Sufficit autem drachma ad prædictam compositionem admista, in qua vnam mellis libram conijci est relatum: sed & plus quandoq; rectè injicitur ad vlcera putrefacta. Singula porrò quæ dixi inijcere licet aliquando & musto vuarum austerarũ, quas Aminæas appellant. Præstat autem vltimum mustum in hunc vsum: quod enim in principio fluit liquidius est, & aquosius. Injcienda vero sunt ex prædictis pharmacis acerbiora, quemadmodum
C sæpe vidistis me aut punica mala, aut balaustium, aut cytinos, aut ægyptiæ spinæ fructum, aut corna, aut aliud quid ex huiuscemodi adstringentibus, admiscere. Maxime vero aptus est rhus, siue masculino, siue muliebri genere, ipsum velis nominare. Est autem duplex: alter obsonijs inspergitur, stomacho cõmodus: alter à tinctoribus coriorum expetitur. Vterq; vero musto incoctus stomaticum efficit medicamentum, cui admiscere licet etiam alia iuxta eãdem proportionem, velut in eo quod ex moris constat relatum est. At vero citra mellis misturam, mustũ solũ per se in mellis compagem redactum, exemptis etiam quę aliàs indũtur, bonum fit pharmacum in principijs, augmentis, & vigoribus: ad declinationes autem, si tædas addideris pingues: aut etiam in tenuia frustula contusas & fractas easdem vna cum rhoe in mustum cõieceris, deinde q; interposita vna die coxeris, donec suam ipsorum qualitatem in ipsum mustum transmittant. Tunc enim tædas quidem eximere ac proijcere oportet: mustum vero vsq; ad aptam cõpagem coquere, quo videlicet illiniri commode possit. Quęcunq; autem prius ex adstringentibus injci dixi in id quod ex nucibus præparatur medicamentum, ea omnia etiam accipienda sunt rectè in mustũ addi. Quòd si vero pretiosius efficere pharmacum velis, injcies etiam casiæ corticẽ, aut nardum indicam, aut malabathri folium: æque enim vt pauperibus, sic etiã diuitibus nos pharmaca scribere oportet.
D Eadem etiam prædictis stomaticis pharmacis miscẽtur. Sufficit autem drachma vna singulorum ex his tribus ad tantam medicamenti symmetriam ac commensurationem, iuxta quam libra mellis vna conijcitur. Nihil vero læseris, si ad singulas drachmas adhuc dimidiam apponas, vt in totũ quatuor drachmæ & dimidia fiant. Cæterum ad induratas inflammationes conijciũtur quæ generosius discutere possunt, tusa videlicet & cribrata. Tempus autem indendi ipsa non est principium, sed vbi propè perfectè coctum fuerit pharmacum, aut etiam penitus coctũ, olla iam in terram deposita. Sũt autem hæc, costus, amomum, & quod macer appellatur: nominatur autem sic cortex quidam aromaticus qui ex India affertur, multum calefaciens & adstringens. Quin & cyrenaicus succus ad discutiendas induratas inflammationes aptus est, quemadmodum etiam medicus, aut aliquis eorum qui postea celebres facti sunt. Pauperibus porrò pro sumptuosis discussorijs pharmacis, aut dictamnum, aut acorum, aut meon, aut pyrethrum, aut cardamomi quippiam & sinapi æquale injciendum censeo, ita vt ad trium drachmarum pondus eorum mistorum moles perueniat, ad prędictam in principio stomaticorum pharmacorum symmetriam, in qua mellis libra habebatur. Si vero quatuor aut quinq; drachmarum pondus ex his explere velis, magis discussorium pharmacum habebis. Semper enim pro constitutionis affectuum proportione, augeri ac minui pharmacorum vehementiam oportet.

De Confectione Pharmaci ex Musto, in quo etiam parabilia diuersa. E

In pharmaco ex musto, ad decem musti heminas, tres inijcimus heminas rhois coriariorum, aut eius qui obsonijs inspergitur: si verò vtrunque inijcimus, vtriusque vnam & dimidiam, aut paulo plus sumimus: iuxta proportionem verò et ex discussorijs, cuiuscunque quidem suppetat facultas. Quòd si vnũ tñ habeamus adstringendi vim habens quod in principio inijciamus, aut vnũ saltem discussoriũ quod iuxta finem indamus, ex illo totũ pondus immittimus quod ex omnibus aliàs conflaretur. Quę igitur dicta sunt in medicamentum ex nucibus conijcienda, ea omnia etiã in pharmacum ex musto indantur. Quin & quæ istic nõ dicta sunt, amplius inijcere licet, velut gallam omphacitin appellatam, aut extremitates mollis rubi, aut rubi canini, & corni, cuius etiã fructum diximus inijci oportere, velut etiam pruna, & myrti baccas, & fructũ myricæ, ac spinæ ęgyptiæ fructum, omniáque adstringentia, præter ea quæ medicamentariam vim habent, ne videlicet deuorata lædant. Omnia porro stomatica pharmaca quomodocunque parata iuxta propria tempora opportuna ac commoda fiunt. Si quidem enim austeriora fiant, in principiis & vehementibus influxionibus conueniunt: si vero moderatiora, in vigoribus: si autem magis discussoria vi prædita, in declinationibus. Quare etiam si non ipsi præparauerimus quid, neque symmetriam iniectorum nouerimus, sed tñ ipsum compositum pharmacum gustauerimus, cognoscemus quomodo eo sit vtendum. Hęc igitur si memoria cõseruabitis, quãdo necessitate aliquãdo vrgẽte eorum, F quæ experimento constant, pharmacorum copia non sit, ex parabili illius loci materia, vos ipsi ex tempore aptum medicamentum componere poteritis. Non solum autem in hanc rem vtilis fuerit prædictorum memoria, sed etiam ad iam inuentorum conuenientem vsum. Si enim in ipsis adstringentem qualitatem præualere inueneritis, in principiis eis vtemini: si vero mitigatoriam & laxatoriam ac concoctoriam, in doloribus & vigoribus inflammationum: si verò obduratũ quippiam & ægre solubile inflammationis relinquatur, in declinationibus. Eodem modo etiam in medijs temporibus, media relatorum pharmacorum medicamenta offeretis, ab repulsoriis ad discussoria paulatim transeundo, atque si vnum duntaxat vobis pręstò sit medicamentum, id ipsum per aquæ simplicis misturam exoluentes, & per additionem parabilium intensius reddentes. Sunt aũt parabilia ex adstringentibus rosæ, & myrti baccæ, & myrtus, & lentiscus, & rubus, & rubus caninus, & galla omphacitis appellata, & ęgyptiæ spinæ fructus, omniáque aluminis genera. Post hæc parabilia sunt rhus culinarius & coriarius, & succus qui ex Syria affertur: atque hic quidem per se admiscetur, culinarius aũt & coriarius rhus aqua prius decocti, vtiles mistura fiũt. Est autem & glaucium ex parabilibus, & omphaciũ, & cytini, & balaustia. Ex discussorijs autẽ parabilia mo- G derata sunt caricarum & furfurum decoctum: & aqua mulsa, in qua origanum, aut hyssopum aut thymus, aut calamintha, aut pulegium, aut mintha odora quam hedyosmum vocãt, sint incocta. Fortiora autem sunt etiam hæc, si diutius coquãtur: amplius autẽ & nitri spuma, aut ipsum adeo nitrum vstum: fortius verò his est sulfur viuum.

Stomaticorum Pharmacorum Compositio, in quibus etiam quæ ex Moris constat, Heræ.

Propriè quidem Stomatica appellantur quæ ad vuas, tonsillas, ac omnes quæ in ore fiunt derepente inflammationes, conueniunt. Componuntur autem per prędictam materiam, ex qua sanè multæ particulares compositiones à medicis sunt confectę. Ego verò etiam hic celebrium tantum mentionem faciam.

Compositio Pharmaci ex Moris iuxta Heram.

Pharmacum ex Moris stomaticum, faciens ad tõsillas, & vuas, atque alias in ore inflammationes, tum illitũ, tũ gargarissatum, velut est prædictum. Præparat aũt ipsum Heras hoc modo. ℂ Succi mororũ heminas vi, ad strigmẽtitiam spissitudinẽ coquito: deinde tritas croci ʒ j, myrrhæ ʒ ij, omphacij ʒ j, aluminis scissi obol. iij, mellis heminam vnam, addito. Ipse aũt Heras se etiam aliter præ- parare ipsum ait, hoc modo, vt croci drachma dimidiã inijciatur, & passi hemina vna, & vini ma- H ris expertis austeri hemina vna. Coctura autem fit vsque ad compagem melleam.

* Aliter iii s. & aliter vi.

Andromachi Descriptio Pharmaci ex Moris.

Andromachus aũt de pharmaco ex moris in hęc verba scripsit: ℂ Succi mororũ heminas vj accipito, & in ipsum gallas v conijcito, radicis autem dulcis ʒ xx, vini chij heminam j: & insolato, aut coquito: deinde vbi coactum & spissatum fuerit pharmacum, radices tollito ac proijcito: gallas autem tritas admisceto, & myrrhæ drach. j, croci ʒ j, aluminis scissi ʒ j, omphacii drac. duas: quidam autem aluminis ʒ ij, mellis attici heminam vnam. Manifestum autem est, quòd hoc pharmacum magis adstrictorium est quàm præscriptum, maxime si alumen adsumat. Sufficientes enim erãt gallæ, & omphacium, vt multum adstringens redderent pharmacum, verum vbi alumen amplius additur, plurimum in ipso adstrictoria vis augetur. Rectè tamen in eius confectionẽ admista est dulcis radix, quæ exasperata lenit, & propterea asperitatem ex adstringentibus inductam lenire potest. Cæterum pro mororum succo conijcitur etiam mororum rubi succus, aliis quomodocũque velis appositis, siue vt Heras, siue vt Andromachus scripsit. Relatum autem à me antea est, quomodo liceat ipsum variare, per eorum quæ adijciuntur admistionem. Dictum est etiam, quòd per succum nucum componi queat hoc pharmacũ, reliquis eodem modo iniectis. Quin & per puni-

corum

A corum malorum ſuccum ſimiliter præparatur,tum ſucco ſolo cum melle præparato, tũ iam dictis
iniectis. Sic vero & rubi fructus cũ melle confectus ſufficienter adſtringens fit pharmacũ, quem
admodũ ſane & quod ex nucũ ſucco parat̃,veluti prius eſt dictũ. At vero etiã varia cõpoſitione
pharmaca ex punicorum ſucco à medicis conſcripta ſunt,velut ẽt ab Andromacho his verbis.

Stomaticon ex malis Punicis, Andromachi.

℃ Punicorum dulcium nucleis carentium partes ij, & acidorum partem j: ſucci in æneum vas
congij mẽſurã exprimito: deinde excolatũ ad lentum ignem ad tertias coquito. Sint aũt læuigatę
myrrhę mineæ ʒ viij, crocomagmatis ʒ viij, omphacij ʒ viij, illyridis ʒ viij, aluminis ʒ iiij, gallę ʒ viij:
vbi ſolueris, hæc per liquoris affuſionem læuigato,& ad melleam ſpiſſitudinem coquito: rurſus p
proiectionem in pilam læuigato: ac vtitor, quandoq; cum melle, quandoq; ſyncero. Hic non ſi-
mul coquit mel cum punicorum malorum ſucco,ſed poſtea cum paratum eſt,dupliciter pharma-
co vti iubet,aliqñ quidem ſyncero,ad inflammationes videlicet adſtrictionis indigas: aliquando
vero cùm melle,cum diſcuſſione indigent. Multitudinem autem ſucci cõgium eſſe iubet, hoc eſt
ſextarios ſex Romanos. Cum enim Romæ medicatus ſit,ſemper eius vrbis menſuris vtitur. Inij-
cit autem in ipſum myrrham,& crocomagma,& gallam,& iridem illyricam, ipſam enim illyrida
B appellare ſolet: amplius autem ad hæc omphacium: omnium quinq; numero, ſingulorum vnc.j,
octo enim drachmæ vnciam efficiũt: ex alumine verò ſciſſo vnc.dimidiam. Scripſit porro dein-
ceps Andromachus etiam id quod ex muſto fit ſtomaticum,ſic in hæc verba.

Andromachi Stomaticum ex Muſto, quo vtor.

℃ Gallas †xxx, rhois coriarij ſextarios ij, muſti ſextar. vj. Gallas confractas cum rhoe per diem †*Aliter l.*
& noctem in muſto macerato: deinde coquito, donec ex toto quarta pars ſuperſit: & per linteolũ
colato, exprimito,& in olla ad mellis craſſitudinem ſpiſſato: deinde trita addito, aluminis ſciſſi ʒ†j, †*Al. ij.*
croci ʒ j, myrrhæ ʒ j: permiſta repomito atq; vtitor. De muſto nihil manifeſte retulit, ex quali vua
ipſum ſumi velit, num ea quæ auſterum vinum fundit, an quæ dulce, an quæ medium. Nos igitur
noſſe oportet quòd pharmacum ex dulci confectum magis mitigatorium & moderatum erit, ac
minus efficax. In quibus autem opus eſt vti vehementiore adſtrictione, id quod ex acerbis vinis
fieret, vehementius quidem adſtringit, leniendi autem vim non habet. Palàm eſt autem ex medio
vino paratum, etiam mediam facultatem habere.

Critonis Stomaticum ex malis Punicis.

Crito pharmacum ex ſucco punicorum his verbis deſcripſit. ℃ *Stomaticum ex Punicis ad Vlce-*
C *ra & Aphthas oris.* Succi punicorum dulcium hèminas ſex in æreo vaſe ad tertias coquito: deinde **Al. cyathos.*
cinnamomi ʒ j, caſiæ ʒ j, myrrhæ ʒ j, omphacij obolos tres, croci obolos tres, nardi indicæ obolos iij,
terito: eis q; mellis heminam j admiſceto: atq; ita adinfuſo ſucco ad lentum ignem moueto: ac do
nec ſpiſſetur, coquito, ac vtitor. Scribit autem & aliam compoſitionem pharmaci ex punicis hu-
iuſmodi. Malorum punicorum dulcium vnà cum corticibus tuſorum ac expreſſorum ſextarios
vj, mellis boni ſextarium j, in ollam cõiecta coquito ad ſpiſſitudinem mellis: deinde aluminis ſciſ-
ſi *unciam vnã, myrrhæ vnc. dimidiam, terito, addito, ac miſtis vtitor. Magis adſtringẽs ſcripſit cer *Aliter drach.
te hoc pharmacum Crito q̃ præcedens. Ridicule igitur quidam faciunt interrogantes, vtrũ ipſo-
rum altero melius ſit, alterutrum enim in proprio tempore altero melius eſt: atq; hoc quidem po
ſterius ad ea, quæ vehementi adſtrictione indigent: ad ea verò quæ diſcuſſione, prius, maxime cũ
& cinnamomum iniecerit in ipſum, diſcuſſorium medicamentum. Scripſit autẽ & ex muſto me
dicamentum Crito hoc modo.

Critonis Stomaticum ex Muſto.

℃ *Stomaticum ex Muſto, facit & ad Aurium & Sedis Vlcera.* Muſti ſextarios ſex, ad ſextarios ij, de
coquito: deinde rhois coriarij ʒ iiij, alij drãch. ij, miſceto: & gallarum ʒ iiij, alij verò gallas triginta: ** Cod. multi*
D croci ʒ ij. alij ʒ j: aluminis ſciſſi ʒ ij: quidam etiam myrrhę drachmam vnam, mellis ſextarium vnũ: *habent ſexta-*
miſtis vtitor. Multa verò alia pharmaca ex prædictis ſuccis à multis medicis ſcripta ſunt iuxta *rios.*
commenſurationem variantia, cùm aliqui quidem omnia prædicta coniiciant: quidam verò auſe
rant, alius aliud: & alius plus, alius minus. In quibus, velut dixi, inſpicere oportet quid redundet,
an adſtringens & repulſorium, aut lenitiuum & concoctorium, aut diſcuſſorium: ita enim rectiſſi
me ipſis vtemur. Quare relinquam particulares eorum quæ ſcripſerunt differentias: Tranſibo au
tem ad alia pharmaca citra hos ſuccos præparata.

Stomatica Pharmaca citra ſuccos compoſita, ex aceto & gallis.

Stomaticum pharmacum ſcripſit tum Andromachus, tum Crito, eandem habẽs ſymmetriã.
Sufficiet itaq; deſcriptionem Andromachi referre hoc modo habentẽ his verbis. ℃ *Stomaticum*
Ariſtoclis ad Synanchas, quas anginas Latini vocant, & Reliquas in ore affectiones. Hac & Antipater vſus eſt.
Gallas numero xxx, aceti albi ſeſquicyathum, alij cyathos ix, myrrhæ drach. viij, nardi indicæ
drachmam vnam: rhois culinarij ſeſquicyathũ, alij cyathos ix: aluminis ſciſſi drachmam vnam,
piperis grana viginti: mellis attici cyathos ij, alij ſeſquicyathum. Coquuntur gallę in aceto donec
flacceſcant, deinde tritæ melli miſcentur tempore vſus. Quidam etiam ſeminis mandragorę, † vn- † Aliter ʒ j. an-
ciam vnam} addunt. Hæc quidem Andromachus ſcripſit. Fortaſſis autem dubitauerit quiſpiã, tiqua tranſla-
tio habet ʒ j ſ.

propter quid, cum scripsisset, Aceti sesquicyathum. mox adscripserit, Alij cyathos ix. multũ enim E mensura altera alteram excedit: Quemadmodum etiam rursus cum ait, Rhois culinarij sesquicyathum, alij cyathos ix. Singulatim itaq; vtrunq; expensum dubitationem affert: si vero inter se cõplicentur, conuenienter scripta sunt. Si etenim cyathos ix iniecerimus, inijciemus etiam rhois culinarij eosdem ix cyathos: si verò aceti sesquicyathum, sufficiet etiam rhois culinarij sesquicyathus. Quare in pharmaco plus aceti habente, diuturnior coctura facienda est: in minus habente, breuior: præstat autem diutius fieri cocturam, ita enim gallæ molles reddentur. Conspicuum vero est generosum esse hoc pharmacum ex contrarijs compositum: gallæ enim, & acetum, & rhus, magis adstringentia sunt, & maxime repellunt: valde autem discussorium est piper, sed mistæ facultatis est nardus. Myrrha verò discussoriam habet vim, sed & lenem ac mitigatoriam vnà cum hoc, quod etiam concoquit. Discussoriæ facultatis est etiam mel, sed citra mordacitatem earũ affectionum quæ in ore fiunt, cum in oculis mordax existat. Verum de aceti viribus iam sæpe mentionẽ fecimus, quòd & secat, & discutit, & repellit. Album autem in descriptione addidit, vt videlicet tenuium partium indicet. Quidam verò tum aceti quinq; cyathos, tum rhois eosdem inijciunt, medium quodam modo apprehendentes inter eos, qui plurimum, & qui minimum, de vtroq; conijciunt. Manifestum igitur est eos medium quoq; pharmacum iuxta facultatem præparare, queadmodum F symmetria ipsa media existit.

Stomatica Illitio ex Besasa, hoc est Semine Rutæ syluestris.

Celebre est & hoc pharmacum ab Andromacho hac verborum serie descriptum. ℭ *Stomaticum ad Anginas ex Besasa, faciens ad Desperata, quo vtor.* Seminis anisi, seminis apij, seminis ammij, floris iunci odorati rotundi, aluminis scissi, iridis illyricæ, besasa quod aliqui harmala vocant, cinnamomi, myrrhæ troglodyticæ, aristolochiæ longæ, singulorum vnc. vnam: casiæ, rosarum siccarum, vtriusq; ℥ * j: crocomagmatis ℥ * j: costi, cineris hirundinũ recentis, vtriusq; quadrantem: croci sesquiunciam: nardi indicæ, amomi, vtriusq; vnciæ dimidium: gallas viii: tritis cum melle vtere. Verum vsus tempore tandem mel adde. Hoc ipsum pharmacum etiam Heras scripsit, vt parum absit quo minus penitus idem sit: solas enim rosas variauit, & non ipsas conijcit, sed florẽ ipsarum: & ad finem addit: Quidam etiam casiæ fuluæ ℥ j. De " hirundinibus autem ambo obscure tradiderunt, quanq; alij clare scripserint, nisi quod inter ipsos non conuenit. Alij enim nidum vrere iubent ex stercoribus hirundinum maxime compositum: alij ipsas hirundines: alij ipsarum pullos. Hi verò obscurius scripserunt: & Andromachus quidem, cineris hirundinum recentis: oportebat autem ipsum apponere vstarum: tale enim quiddam cineris vox significat, nisi nidum ip- G sum terere ac leuigare iubet: Heras autem, hirundinum recrementi, non apponens vsti. Fortè igitur neuter vult comburi debere hirundinum recrementum, quemadmodum alij. In quibusdam tamen exemplaribus sic scriptum est. Hirũdinum tenerarum vnciam * j: quemadmodum in alijs, hirundinum à trabibus. Palàm est autem quod acre & discussorium est hirundinum excrementum, quemadmodum etiam alia omnia omnium animalium stercora, aliqua magis, aliqua minus: velut etiam ipsorum animalium vstorum cinis. Dictum est etiam nobis de besasa in simplicium pharmacorum tractatu, quòd tertij sit ordinis calfacientium: & nunc sanè quòd eiusmodi admistum est etiam prædicto medicamento, quod plurima discussoriæ facultatis in se habet, quemadmodum aliqua ex alijs stomaticis, adstringẽtis & repulsoriæ. Etenim iam relata pharmaca valde discussoria sunt, & ad hæc amplius cinnamomum super omnia vim tenuium partium & discussoriam habens. Quin & semina anisi, apij, & ammij, discussoria sunt: & iris, & aristolochia, ex discussorijs sunt, velut etiam myrrha. Mistæ autem facultatis ex discussoria & adstringente est casia, & crocus, & nardus, & amomum, & costus: præcellit autem in ipsis calfactoria & discussoria, & maxime in costo. Mistæ facultatis est & iunci rotundi odorati flos, sed vtraque imbecilli tum adstringente, tum calfaciente. Gallæ vero (clarum est quòd de omphacitidum genere loquor) ex adstri- H gentibus multum sunt pharmacis, velut etiam alumen scissum. Rosæ autem rursum debilissimã habent adstringendi vim. Ex contrarijs igitur facultatibus particularium pharmacorum, hoc medicamentum propositum iam constat, & non solum contrarijs, sed etiam vtrisq; fortibus: atq; velut dixi antea, multo fortioribus discussorijs, quàm adstringentibus. Quando verò confectionẽ eius clare conscripserit Heras, visum est ob id etiam illius verba in commune proponere ac adscribere, quæ hoc modo habent.

Aliter ij.
Aliter ij.
A.l.3.f.9.c.11 fo.255.f
Aliter ij.
† Ant. cod. habent: στυπτικῆς. quã vocẽ etiã habuit vetus iterpres. impressi tñ codi. græci hẽnt diaphoriticę, seu discussoriæ.

Stomaticum ex Besasa, Heræ.

ℭ *Stomaticum faciens ad Anginas, & Inflammatas Tonsillas, ac Vlcera facta in ore. Conuenit etiam Stomachicis & Dysentericis summe, in frigida exhibita magnitudine fabæ. Est & Arteriaca bona, & dolorem sedat.*

Anisi vnciam j, ammij vnciam j, apij seminis vnciam j, costi sesquiunciam, floris iunci odorati vnciam j, iridis illyricæ vnciam j, aluminis scissi vnciam j, gallas omphacitidas mediæ magnitudinis octo, crocomagmatis vnciam vnãm, croci sesquiunciam, myrrhę † vnciæ dimidiũ, * floris rosarum vncias duas, aristolochiæ longæ vnciam j, seminis besasa vnc. j, cinnamomi vnciam j, spicæ nardi sesquiunciam, amomi racemi vnciæ dimidium: quidam etiam casiæ fuluæ vnc. j, cineris hirundinum recrementi vnc. vnãm. Myrrham cum melle terito, reliqua vero omnia contusa & cribrata in mortarium

* Aliter ii.
† *Al. unc. i.*
* Aliter ii.

A in mortarium conijcito: atque ubi miscueris, per pistillum myrrham cum melle moderato agitato, vt pharmacum melle crassius reddatur. Vsus verò tempore melle dilutum illine, atque ex aqua gargarissandum præbe, aut ex aqua mulsa vel succo ptisanæ. Cæterum pharmacum hoc in stanneo vase reponitur ac adseruatur.

Aliud Stomaticum ex Hirundinibus absq; Besasa, Asclepiadæ.

Scripsit etiam Asclepiades stomaticam illitionem his verbis. ℂ *Aliud Stomaticum. Facit & ad Anginas.* Hirundinum syluestrium vstarum cineris ʒ iiij, croci ʒ j, nardi indicæ ʒ j, melle excipe. Mistura fit cùm iam sub manibus sunt affectiones. Hirundines porrò vtuntur hoc modo. Pullos sale consperso vnà cum pennis in fictile conijcimus, obturatumque prunis imponimus. Gratia habenda est Asclepiadæ ob id, quod tam diligenter describit, quo modo hirūdinum pullos vti iubeat: & quod ipsa animalia, & non eorum recrementa, in pharmaci compositionem præparanda censeat. Scripsit verò etiam Andromachus stomaticum pharmacum ex hirundinibus, hoc modo.

Stomaticum ex Hirundinibus ad Anginas, vt Harpocras.

ℂ Pullorum hirundinum vstorum numero xj: mellis cyathum j, alij cyath. ij habēt: succi myrti viridis cyathum j, alij cyath. ij: myrrhæ obol. iij: pullos vrito, omnibusque mistis ac tritis vtitor.
B Clare etiam hic hoc loco pullos comburi iubet. Hæc itaque duo præscripta pharmaca ex hirundinibus sunt absque besasa. Alia autem duo stomatica hæc præcedentia ex hirundinibus vnà cum besasa constant. Est autem & tertia coniugatio pharmacorum eiusdem generis, in qua ea quæ ex besasa citra hirundines præparantur, continentur.

Aliæ Stomaticæ Illitiones Andromachi.

Præstat autem opinor neque alias relinquere oris illitiones, quæ sanè laudātur ab ijs, qui de pharmacorum experientia sunt curiosi, maximè cum multorum ex eis etiam ipsi experimentum fecerimus, partim quidem ex nostro vsu, partim vero eorum qui nobiscum sunt medicati. Incipiam autem ab ijs quæ Andromachus scripsit, ipsas compositurus iuxta illius verba.

Ad Columellam laxatam.

ℂ Mellis lib. j, aluminis liquidi lib. j, florum rosarum libram dimidiam, succi hypocistidis quadrantem. Alumen in melle coquito, deinde sicca inspergito, atque ita vtitor: coquito autē modice. Vere bonum est hoc pharmacum, eo quod tribus modis vti oportet, quemadmodū vidistis me plurimis stomaticis pharmacis vti. Vnus vtendi modus est & maximè in principio, vt dissoluatur per aquam calidam aut aquam mulsam, ac gargarissetur: nam & mitigatorium est hoc, & quod con-
C uenit efficit. Interea aūt dum eo sic vtimur, etiā syncero pharmaco vti conuenit, partim quidem cum digitis illinendo, partim verò per cochleare admouendo, vnà cū hoc quod reprimamus & intrepide foras columellā ipsam ducamus. Confert enim quàm maximè ad linguam ipsam vergere, & à rectitudine secedere, quam habet vt plurimum ad ipsius asperæ arteriæ extremum.

Aliud Stomaticum eiusdem Andromachi ad omnia Vitia oris.

ℂ Crocomagmatis drach. ij, iridis drach. iiij: sandarachæ drac. dimidium, hoc est obol. iij: terebinthinæ drach. ij, lycij indici drach. j, vuæ passæ drach. octo, aloes drach. j, omphacij drach. j, nucum pinearum tostarum drach. †octo, succi glycyrrhizæ drach. j, aluminis scissi drach. j, balaustij drach. j, floris rosarum drach. ij: mellis heminas duas & dimidiam, in quibusdam exemplaribus sesquihemina habetur. Ipse quidem Andromachus sic scripsit, non ostendens, quomodo mel miscere oporteat, num crudum, aut coctum, aut despumatum tantum. Ego vero despumatum miscendū esse censeo. Scripsit etiam alias stomaticas illitiones Andromachus omnes bonas: quare minimè relinquendas putaui: ideóque subscribam omnes deinceps, quemadmodum ipse præscripsit. ℂ *Stomaticum, quo ipse se vti dicit.* Floris rosarum drach. ij, nucum pinearum drach. j, croci drach. j, excipe melle. *Aliud, quo item se vti dicit.* Iridis illyricæ drach. vij: croci drach. viij, alij iiij:
D florum rosarum drach. iiij: excipe melle. *Aliud.* Misyos cyprij drach. viij, iridis illyricæ drach. iiij, myrrhæ drach. † ij, croci drach. j: excipe melle. ℂ *Aliud odorum, tenerum, ad Inflammationes & Crustas commodum.* Nucum pinearum drach. iij, amyli drach. ij, aluminis scissi drach. j, floris rosarū ʒ j, croci obolos iij: excipe melle. Hæc ex *ferula Cratippi esse ait. ℂ *Aliud Stomaticum Menecratis.* Croci drach. iiij, balaustij drach. iij: florum rosarum drach. j, alij dimidiā: fructus ericæ drach. j, malabathri drach. j, nardi indicæ drach. j, nucum pinearum numero xx: excipe melle. ℂ *Aliud, quod ex libris Meliti esse ait.* Rhois rubri drac. ij, florum rosarum drac. j: costi, croci, vtriusque obol. iij: excipe melle. Hanc etiam gargarissari cum passo, aut aqua mulsa ait: neque scio cur hoc hic adscripserit, cum omnia gargarissari possint. ℂ *Aliud Stomaticum quod etiam ipse laudat.* Floris iunci rotundi odorati, myrrhæ, croci, casiæ, aluminis scissi, illyridis, singulorum drach. iiij: nardi indicæ drach. vnam: excipe melle cocto. Hic quidem igitur cocto adiecit: in prioribus verò semper simpliciter melle dixit, permittens nobis, quomodocunque præparare velimus. Ego autem velut dixi, melle despumato vtor.

* id est viij, est in cod. impressis, in aliquibus x i. xx.

† Aliter viij.

* Aliter sesquidrachmam.

* Al. Mephyti.

Aliæ Illitiones Stomaticæ, quas Asclepiades scripsit.

ℂ *Illitio ad Putredines oris Asclepiadæ.* Rhois rubri drach. iiij, acaciæ drach. j, medullę drach. iiij: vino Pramnio dissoluta excipe melle cocto. & vtere ad illitionem. Haud scio, quomodo reliquerit

adscribere ad medullam, num ceruinam, an vitulinam, conijci velit. Quando igitur nō adscripsit, E tutius est ceruinam adijcere: forte enim esse vult medicamentum, fortior autem est medulla ceruina quā bubula. *Alia.* Succi hypocistidis drach. ij, balaustij drach. j, lycij drach. j, acaciæ drach. j: excipe oliuæ immaturæ succo, & melle subactis vtere.

Illitiones Oris, aptæ eis, qui medicamentarias qualitates ægre admittunt.

Porrò de mulierculis quid attinet dicere, & maxime diuitibus, quæ præ delicijs stomatica medicamenta ægre admittunt? Iam vero etiam viri quidam non solum pre delicijs, sed etiā natura quodam modo malum stomachum habentes, eiusmodi pharmaca non ferunt. Et sane præterlabentia sæpenumero in stomachum, non solum iniucunda aliquo modo sunt, sed etiam noxia. Mansuetissima igitur ex ipsis crocum habent & myrrham, & alumen. Melius igitur est aliquas stomaticas compositiones absq; his factas habere. In moderatis itaq; inflammationibus auti tonsillarum, aut vuę, aut alterius alicuius partis, sufficiunt succi soli fructuum iam dictorum, velut rubi, & mororū, punicorum'que malorum, & cotoneorum. Quin & succus nucum, vbi cum solo melle paratur, suauem gustum habet: item q; mustum ex acerbioribus vuis, ex quibus aminæum vinum funditur, si in ipsum rhus addatur: hoc enim velut adscripsit optimum fit pharmacum, coctum vt dictū est. Ad eas vero inflammationes quæ multa adstrictione indigent, illitiones stomaticas huiusmodi paraui. Austerorum punicorum succum, aut austerorum cotoneorum, aut etiam vtrunq; simul, iuxta prædictam proportionem cum melle miscui, atq; sufficiens erat. At verò mororum succus debile pharmacum est. Sed inter hunc & prædictos, medius est iuxta adstringēdi vim succus rubi mororum. Fortis autem est nullo minus ex corticibus nucum, quanq̄ non sit etiam in gustu acerbus. Vnicuiq; verò ex his licet vuas acerbas expressas miscere, si quidem vehementius efficere velis, eadem mensura: si verò non, omnino tamen dimidium succi ipsarum addes. Vehementissimum autem reddetur pharmacum, si punica integra tundas vnà cum corticibus, inde q; succum exprimas, atq; hoc magis si fuerint acerba. Amplius vero acerbissimū ex his fiet, si ad punicorum austerorum ita tusorum succum, vuæ acerbæ succus superaddatur cum moderato melle. Præstantius adhuc erit, si tota contusa punica mala passo cocta excoles. Licebit etiam ex solis dulcibus punicis pharmacū præparare, vt debilius, ita suauius, & magis si ex solo succo citra cortices composueris. Ego vero sæpe tria punicorum genera permiscui, austera, acida & dulcia: ne vero valde exasperet, admisto glycyrrhizæ succo, optimum pharmacum efficies. Quin & ex fructibus factum per se solum optimum est medicamentum, tum ijs qui gargarissando colluere, tum qui illinire, oris inflammationes volunt: est autem & hoc partim austerius, partim moderatius in ad- G stringendo, dicetur q; de compositione ipsius paulo post. Quando vero non solum repulsorium pharmacum nos habere oportet, sed etiam discussorium, si quid appareat induratum, in hunc modum ipsum parabis. Iis quæ medias facultates habent ex prædictis, inijcies aliquid dum coquuntur, ex pulegio, aut thymo, aut origano, hyssopo, mintha, aut calamintha: deinde colabis, & habebis optimum medicamentum: si vero calidius efficere velis, piper addes. Præparaui quandoque etiā sine pulegio, aut thymo, aut aliquo huiusmodi, id quod ex succis constat, solo pipere in ipsum coniecto. Omnibus autem si glycyrrhizæ succus addatur, melius pharmacum efficietur. Quòd si pro opulētis componas, etiam amomi quid miscebis. Quantitas autem huiusmodi rerum eadem tibi seruetur cum ijs, quæ crocum & alumen ac myrrham adsumunt, velut præscriptum est: pro illis enim tibi hîc amomum erit. Quin & mastichen chian quādoq; inieci, post factam videlicet colaturam, & postquam ea quæ incocta sunt fuerint exempta.

De Crustis in Ore. CAP. 2.

IN calidis & humidis corporis locis, quale est os, citò putredo accedit, ex quacunq; tandem causa fuerit exulceratum. Confert ad hanc rem etiam id, quod nihil penitus in ipso ex pharmacis incumbere queat, velut in alijs vlceribus potest: eluuntur enim omnia à saliua. Quapropter etiā H fortissimis pharmacis sæpe ad ea vti cogimur. Fortissima autem sunt quæ crustam, escharan Græcis dictam, efficiunt ad modum cauteriorum. In externis igitur vlceribus, vbi parti curandæ crusta fuerit inducta, à fortibus pharmacis desistimus, ad ea quæ crustas tollunt transgredientes, quæ manifestum est extersoriæ qualitatis ac facultatis esse: In ijs verò quæ in ore fiunt, propter loci naturam, tutius mihi esse videtur admiscere ad extersoria pharmaca quædam fortia, quæ singulatim admota crustas infligunt. Ob hanc igitur causam melli vehementissima extergēdi vi prædito pharmaca admiscemus ipsas crustas efficientia. Quemadmodum sane in sordidis vlceribus in cuticula obortis diximus admisceri oportere melli, quæ parum extergent, thus, eruum, iridem, aristolochiam, & quæcunque alia huiusmodi, eadem ratiocinatione contraria apponentes, velut Hippocrates dixit: Vna enim eadem'que ratiocinatio in vtrisq; est, vt videlicet extersorium pharmacum moderate habens ad affectionem adhibeatur. Habebis autem commoderatum pharmacum ipsum mel, in vlcerum quidem sorde, debilibus extersorijs permistum: In quibus autem ob loci naturam, putredinis accessionem formidamus, ex fortioribus quippiam ad ipsum mel admiscemus. Rationabiliter igitur ad oris vlcera arida medicamenta cum melle commiscuerūt, per quæ crustas inducimus. Quædam igitur ex huiusmodi pharmacis prius recensui

in eo

A in eo loco, quo ad nomas oris medicamenta scripta sunt: eadem enim etiam ad crustas conuenire dixi, si mel ipsis addatur: quin etiam nunc de ipsis scribam, omnia tametsi bis dici cuipiam videãtur. Quæ igitur ab Andromacho scripta sunt paulo ante, in memoriam saltẽ me reuocare oportet ex eo loco, in quo docuit quæ pharmaca ad nomas oris conueniant: apponam autẽ principia ipsorũ tantum. Vnum igitur pharmacũ sic cõscripsit. Andromachi stomaticum odorum tenerũ ad inflammationes & crustas commodum. Composuit autem ipsum ex nucibus pineis, amylo, & alumine scisso, flore rosarum, ac croco, melle admisto. Alterum aũt hoc modo scripsit. Pastillus ad affectiones in ore, crustas, ac nomas, quo etiam ipso, cum melle vtitur. Quin & omnia alia ab ipso ad nomas descripta, etiam ad crustas commoda sunt cum melle.

Quæ Crito ad Crustas conscripsit.

Quæ verò Crito ad crustas scripsit, illius ipsius verbis sic habẽt. ℭ Misy crudũ euestigio tollit: in alio exẽplari cum melle tostum habetur: Ad oris verò crustas aqua diluto ac modico vtere. Sint autem misyos torrefacti ʒ iij, mellis boni cyathi sex, commisce ac vtere. Similiter facit & chalcitis assata cum melle, vt strigmentitia sit spissitudo.

Quæ Archigenes ad Crustas scripsit.

B Archigenes autem de his sic tradidit. ℭ In crustis quæ Escharæ Græcis appellãtur, priuatim cõmodum est Stercus caninum cum melle illitum. Aut atramentũ sutorium purpuræ marinę tomento inuolutum vrito, neq; agitato: deinde cum melle tritum illinito. Aut pice liquida cũ pari melle, pauxillo autem cedriæ admisto, vtitor. Aut rhois coriarij quantum satis sit irrigati aqua, donec strigmentosa euadat, vbi coxeris, melli misceto & vtitor. Facit & Syriacus rhus cum melle. Aut hirundinum vstarum, & stercoris humani, parem modum cum melle illine. Aut hepatis lupi aridi cochlearia duo trita bibenda præbe. Horũ pharmacorum maximã partẽ laudo: quod verò ex rhoe constat dãno, cùm adstringentis sit facultatis, quæ nequaq; crustis conueniet. Verũ de lupino hepate non habeo quod dicã. Ad hepaticas enim affectiones scio hoc pharmacum tum per se, tum pharmaco ex eupatorio mistum, bibi: an verò etiam ad crustas in ore potũ conueniat, iuxta aliquam totius substantiæ proprietatem, per solam experientiam iudicare oportet: de qua non est quod dicam, vt qui hoc non sim vsus in huiusmodi affectionibus. Caninum autem stercus, vbi ossa comederint canes, per omnia optimum est: nam & magnopere auxiliatur, neq; vllã insuauitatem exhibet vtenti: Humanum verò tanquam abominandum semper detestatus sum. Vsus est itaq; ipso quidam non prædicens, sed latere conatus. Accepit autem nõ vulgare, sed pue

C ris dabat in cibo panem cum leguminibus quæ lupini vocantur, atq; ita resiccatũ habebat in prõptu ad quæcunq; eo vtiq; opus esset. Quin & Musa plurimum vsus est primus adeo stercore canino, album semper adsumens. Scribit igitur in præsenti affectione similiter eodem canino stercore se vsum, his adeo verbis.

Musa ad Anginam.

ℭ Ad Anginam stercus caninum album accipito ac resiccato, tritum q; cribro medico cribrato, & in prõptu habeto. Vsus tẽpore melle diluito, atq; tunc vt deuoretur illinito. Hæc cum scribat Musa, meritò ei adstipulamur: hoc enim pharmaco fortius nullum nouimus, neq; in angina, neq; in magna tonsillarum inflammatione, aut ijs quibus ex glandulis suffocationis periculũ imminet. ℭ *Ex Sorano.* Experti sumus etiam Sorano scripta pharmaca probe facere, quæ his verbis tradidit.† Chalcitidis tostæ, mellis attici, quod satis est: chalcitidẽ cum melle terito ad strigmentitiam crassitudinẽ, ac vtitor. ℭ *Aliud ad Crustas faciens & humore prægnantes Gingiuas, item q; fœtentes.* Misyos vsti ʒ viij, iridis illyricæ ʒ iiij, croci ʒ j: hæc trita ac mista in pyxide lignea reponito, & tum per se, tum cum melle, vtitor. Consequẽter verò etiam hæc hoc modo prodidit: ℭ *Aliud pharmacum Anthera, ad prædicta faciens.* Iridis illyricæ, sandarachæ, cyperi, singulorum ʒ iiij: aluminis

D scissi,† croci, crocomagmatis, singulorum ʒ ij: his tritis ac mistis vtere. Quidam verò & florum rosarum, & gallæ, vtriusq; ʒ ij adijciunt. Vtere autem ad putredines, & disparatas per abscessum ac cruentas gingiuas arido: ad crustas cum melle.

†*Additur in quibusdã cod. Ad escharas seu crustas stomatica.*

†*Additur in quibusdã, myrrhæ.*

Quæ Heraclides Tarentinus ad Crustas in Ore scripsit.

Heraclides Tarentinus in scriptis suis ad Antiochidem in hunc modum scripsit, de putredinibus in ore. ℭ Facit quidem & anthera sicca admota. Si verò validior sit putrefactio, apposita est hæc compositio.*Libri vsti partes iij, auripigmenti partem j: tritis, mistis vtitor: & supernè linamentũ conuulsum impone, rosaceo tinctum ac expressum. Quidam*libri partes viij, capiunt.

ℭ *Aliud ad robustas Putrefactiones Oris, ac reliqui corporis.* Chalcitidis partem vnam, calcis viuæ tantundẽ, auripigmenti partem dimidiã: tritis, mistis vtere. ℭ *Aliud ad Putredines in Ore, & Gingiuarum abscessus.* Florũ rosarum drach. iiij, aluminis scissi drach. ij, gallæ drach. ij, myrrhæ drach. j: trita melli misceto ac vtitor. Verum ad vlcera leuiter crustosa, inijce aluminis drac. quatuor, myrrhæ obol. iij. gallarum drach. j. *Aliud.* Aceti acerrimi heminam vnam accipito, in ipsum q; tantum salis donec non amplius liquetur conijcito, deinde donec siccetur coquito, & ex illo accipito, atque aceti cyathum vnum affundito, ac ore detinendum exhibeto per satis multum tempus: deinde iterum atque iterum idem facito ter aut quater per diem, respectu habito ad subiectas partes.

βδελλίου, i. bdelly est in impressis, licet in manuscriptis sit βιβλίου, i. libri.

In pueris verò lanas circum ſpecillum apponito, intingito q; , ac locum confricato, ea corporis figura ordinata ne ipſam deuoret. Quidam verò arido ſale vtuntur terentes ipſum cum aceto & reſiccantes. Faciunt & alumen rotundum ac ſori, pari pondere. Oportet autem colluere lentium decoctum modico admiſſo melle, aut roſarum cremorem cum melle. Quòd ſi non exuperetur per hæc putrefactio, vrere iube, munitis & contectis in orbem circunſitis locis. Sit autem candens ac pellucens cauterium, quod admoueatur, donec nullus humor amplius defluat, & locus videatur exuperatus. Poſtea colluenda prædicta, & Anthera compoſitione vtendum ex melle, vſquequo cruſtæ circunrumpãtur: atq; tum ſanè melle v teris. ℂ *Aliud odorum, tenerum, ad Inflammationes & Cruſtas commodum.* Nucum pinearũ drachmas iij, amyli drachmas duas, aluminis ſciſſi, drachmam j, florum roſarum drachmam j, croci obolos iij, excipe melle. Hoc medicamentum ex Ferula Cratippi ſumptum dicit. E

Ad Columellam ſiue Gurgulionem. CAP. 3.

CArnoſa quædam particula in ſummo ore apparet dependens, ſi quis aperto plurimùm ore toto linguã deprimat. Hæc ipſa caruncula duobus nominibus appellatur à veteribus Græcis, gargareon & cion, hoc eſt gurgulio & columna: cæterùm poſteriores medici ferè omnes non ita, ſed cionidem id eſt columellã, vocant. Nam qui ſtaphylen id eſt vuam, ipſam appellant, eorum neq; meminiſſe præſtat: nos.n. non particulam ipſam, ſed vnam aliquam eius affectionem, ſtaphylen ſiue vuam nominamus. Rarò aũt hæc affectio circa columellã cõtingit: verùm valdè ſæpe inflammatur. Et ſanè quemadmodũ in alijs omnibus, in quibus ex humorũ influxu contingit morbus, ita etiam hîc prima auxilia reprimunt fluxũ. Adſtringẽtis igitur facultatis hæc eſſe oportet: & ſi quidem moderatus ſit influxus, moderatè adſtringentis, quam auſteram priuatim dicũt: vbi verò vehementior fuerit influxus, acerbæ: ambæ enim adſtringunt, ſed debilius auſtera, vehementius autem acerba. Relatæ ſunt autem ſæpe ambarum materiæ: verùm præſtat & nunc meminiſſe, quò in paruis inflammationibus debiles, in magnis vehementes, adhibeatis. Collutiones itaq; moderatæ ſunt ex palmulis, aut phœnicobalanis, aut quomodocũq; appellare velis, decoctis quandoq; ſola aqua, quandoq; modico melle iniecto. Huic conſimilis eſt collutio ex decocto roſarum, pampinorum vitis, rubi, rubi canini, lentiſci, hederæ, cypri, terebinthi, rhamni, aſpalathi, cyperi, ac cytinorum, item ſiliquarum, & radicum mori, hypociſtidis, malorum auſterorum, & pyrorum acerborum, ac ὄων id eſt ſorborum, quæ multi apponentes ad primam nominis ſyllabam υ, οὖα appellant, vt nominis quidem tres ſint in vniuerſum literæ, tum ο tum υ tum α: apud græciſſantes verò cùm ο tum α. His fortiora ſunt myrti ac baccarum eius decoctum, & ex acerbis cotoneis G malis, & virgultorum tenerorum ilicis, arbuti, ſmilacis, ac phagi, & ipſarum glãdium, meſpilorũ item, & cornorum, & fructus mẽmæcyli.* Generoſiſſimũ autem eſt decoctum gallarum, & rhois culinarij ac coriarij, ac fructus myricæ, & ſpinæ ægyptiæ. Ex his ſingula tum per ſe, tum etiam miſtim, cocta ex aqua gargariſſare oportet: mirum enim quã miſturæ ipſorum vtiliores ſæpe fiunt ipſo ſimplici vſu. Quin & aridis tritis columellam contingere oportet, ſenſim quodammodo ad ſupernam regionem & externam, ad linguam videlicet ducendo. Verùm trita arida pharmaca cochleario excipiantur: & melius eſt vt ipſum cochlearium ad finem in obliquam lineam deſinat, q; in rectam. Et ex his ipſis, moderatæ quidẽ ſunt roſæ, & flos ipſarum, & virgulta iam enumeratarũ plantarũ, hypociſtis, rheon: lapis quo ſutores muliebria calciamenta expoliunt, vocatur autẽ Ageratus velut nõ ſeneſcens: aloe q; , & cyperus, & iunci rotũdi odorati flos, radix † nardi indicę, ac noſtræ montanæ. Fortiora his ſunt, & citra manifeſtam aſpritudinem adſtringunt, fructus ſpinæ ægyptiæ, rheon, & quod diphryges appellatur, rhus obſoniorum ſiue culinarius: & ex acerbis balauſtium eſt, cytini, malicoriũ, galla, & magis exactè cùm omphacitis fuerit. Adſtringunt etiam eximiè omnia aluminis genera: ſciſſum verò inter ea tenuiorũ partiũ eſt, & ob id vtilius. Atramentum verò ſutorium vehementem habet adſtringendi vim, ſed non expers eſt calfaciendi, & H propterea putredinoſis vlceribus cõuenit: & tñ exacerbat columellã, etiam ſi iam ſit in ſcirrhum indurata. Succi porrò adſtringentes ex omnibus dictis plantis ſunt, & fructibus ipſarum cõſimiliter: dictum eſt de ipſis inter illitiones ſtomaticas, quarum aliquæ ex muſti, aliquæ ex mellis, miſtura præparantur: corrumpuntur enim ſucci omnino ſi abſq; melle reponantur, aut rurſus reſiccantur ſi plurimùm fuerint cocti. Quidam verò ſucci etiam ſi ad Solem æſtiuum ſiccentur, ad moderatam ſpiſſitudinem, per tempus tamen exareſcunt: & ſi ad plures annos durarint, in eam perueniunt ariditatem, vt conteri queant in modum cytinorum & balauſtiorum. Tales ſunt hypociſtidis ſuccus, & vuæ acerbæ, ac glycyrrhizæ, & centaurij. Et, vt in ſumma dicam, omnes ſucci ẽt ſi abſq; melle diutius fuerint cocti, non quidem corrumpuntur, verùm tempore fiũt aridi: & quidam ſanè velut dixi, conteri poſſunt: quidam verò natura videlicet tenaces & viſcoſi, in laminam magis abeunt, quã vt conterantur. Atq; hæc quidem ſimplicia commoda exiſtunt. Compoſita autem ex ipſis iuxta duplicem vtilitatem fiũt: Vnam quidem ex ijs quæ eiuſdem generis ſunt, quando vehementi molle admiſcemus, carentes ſcilicet medio, velut florem roſarum aut ipſas roſas, cum galla aut alumine permiſcentes, & vnumquodq; ex prædictis lenibus pharmacis cum vehementi complicantes. Non pauca enim numero iuxta huiuſmodi permutationem erunt. Immo

& iuxta

* *Al. κοκκομήλων. quam dictionem interpres inferius tranſtulit prunum.*

† *Legitur in antiquis, nardi tum celticæ tum indicæ.*

A et iuxta misturam ipsam ex duabus factam plura pharmaca fient, cum alia's alia quantitate misceatur: Velut si duplus sit rosarum flos quantitate aluminis, aut vice versa duplum alumen ad florem rosarum. Possit aũt non solum duplum, sed & triplũ, & quadruplum, alterum alteri misceri: neq; clàm est ẽt par pari, atq; hoc quidem medium fuerit inter summa siue extrema: reliqua vero omnia partim propius molliori accedunt, quæ videlicet plus rosarum habent: partim autem vehemẽtissimo, quæ scilicet plus aluminis capiunt. In vtrisq; vero non obscurum est magis & minus. Cũ enim duo sunt pharmaca, forte quidem est in quo alumen rosas excellit: fortius autẽ est in quo triplum alumen ad rosas continetur, q̃ pharmacum quod duplum saltem habet. Quod igitur semper me dicere audiuistis, etiam nunc dicam. Stulti sunt qui inter duo eiusdem generis pharmaca, vtrum ipsorum melius sit quærunt, aut quod tandem omnium optimum existat. Perinde enim faciunt ac si quis quærat, præstet'ne alicam aut ptisanam ægris exhibere: aut, num vinum, an acetum mulsum, aut aliquod purgatorium medicamẽtum: aut num melius sit veratrum album an nigrũ: aut si in vniuersum quis de omnibus auxilijs interroget, quod ipsorum optimum existat. Omnia enim respectu ad aliquid, tum emolumentum, tum detrimẽtum, in se habent: quod ‖ ipsum etiam cũ Hippocrates dixerit primus omnium quos sciam, ij qui post ipsum fuerunt, insequuti sunt: ex lib. de Alimento iuxta finé.

B recentioribus aũt medicis aliqui, quemadmodum alia multa nugantur, sic ẽt talia. Vidistis porrò sæpe opere perfecta quam dico veritatem. Intempestiue nanq; aliqui pharmacis quæ habebãt vsi, deinde q̃ exacerbari affectionem his viderent, ad alia citra methodum trãsgressi, & neq; his quicquã efficientes, ad tertiam deinceps transitionem, aliquando etiam quartã, preter rationem delati, & affectum iam malignũ esse iudicantes, me in consilium adhibuerunt: quibus ostẽdere mihi iussis pharmaca quæ habebant, id quod commodũ esset ad presentem constitutionem indicaui. Atq; cùm ipsi dicerent per pharmacum quod ego consulebam, ægrum exacerbatum esse, & ob id se eo vti formidare, verum ẽt sic persuasos à me, ad ipsius vsum compuli, & tum illis, tum nobis vtrunq; quod Herophilus dixit, verum esse ostendi. Siue enim dixeris pharmaca nihil esse sola per se ipsa, recte dices: nihil enim sunt, nisi vtentẽ eis recte fuerint adepta. Siue rursus pharmaca veluti deorũ manus esse dixeris, ẽt hoc recte dices: iuuant enim maxime, si is qui eis vtitur, in rationali methodo fuerit exercitatus, & cum hoc natura prudens: quidam enim haud sane præstantiores existentes, de sapientia cum prudentissimis contendunt. Mistura itaq; medicamentorum eiusdem generis, mediorũ pharmacorum vsus gratia fit. Et ob id semper duo contraria facultatibus pharmaca in vnoquoque affectu vos habere operæpretium duco: permiscendo.n. ipsa omnino multis medijs

C pharmacis abundabitis. Vna igitur misturæ eiusdem generis pharmacorum causa hæc est, iam videlicet relata. Vna vero alia mistura ex diuersi generis pharmacis, ex huiusmodi ratiocinatione cœpit. Raro equidem inuenerit quis affectionem aut discussorijs tm̃, aut repulsorijs, indigentẽ. Paruæ etenim, & affectionis nomine vix à medicis dignatæ, confestim sedãtur. Vbi vero generatus affectus maiorem habuerit causam, impossibile est ipsum per repulsoria perfecte sanare, & maxime vbi ægri corpus fuerit humoribus multis refertum, aut particula affecta natura debilis. Ob id * Al. vitiosis. igitur cogimur sæpe quidem in principio, sæpe vero paulo post, admiscere quippiam ex discussorijs: si verò dolor affuerit simul vehemens, etiam ex mitigatoriis. Itaq; tunc opus est vnicuiq; predictorum pharmacorum aliquid ex discussoriis addere. At vero cum & hæc omnino multa sint, à mollioribus auspicandum erit: ab acribus enim inflammata exacerbantur. Atq; ea gratia cõposita medicamenta in vsum venerunt cùm ad aliarũ partium inflammationes, tum gurgulionis: veluti cùm ad alumen iridem illyricã admiscemus, aut farinam eruinam, aut thus, aut myrrhã. Cùm enim adstringentia sint multa, & non pauca citra acrimoniam discutientia, varietas pharmacorũ ad columellas inflammatas merito multijuga facta est. Cæterum tu perspecta inflammationis magnitudine ac caliditate, & considerata influxus quantitate, amplius q̃; copiam humorum in toto

D corpore per coniecturam assecutus, pharmaco in quo aut adstringentium aut discutientium vis excellit, vteris. Adscribam aũt rursus etiã hic pharmaca quæ ab expertissimis tradita sunt, aliqua quidem cum proprijs discriminibus, nõ pauca verò etiam citra distinctiones. In quibus sane ego, velut etiam in aliis quæ supra tradidi, propria discrimina apponam.

Quæ Archigenes scripsit ad Gurguliones inflammatos.

Ad propositam affectionem sic scripsit Archigenes in primo Pharmacorum. ℭ Vua laxata succũ dissolutum admoue, aut gallam tritam cũ sale, aut ipsum sal dissolutum, aut lycij radicem tritã, aut omphaciũ cum melle. Si vero fortius velis, atramenti sutorij, squamę æris, aluminis scissi, misyos, myrrhæ, gallæ, æquas partes tritas ac vino exceptas illine. Si sola hæc Archigenes tradidisset & sic cessasset, haud iniuria ipsum reprehenderim citra discrimen scribentem pharmaca facultatis penitus contrariæ: quoniam vero in his quæ deinceps scribuntur, corrigit interdum ipsam horũ indistinctionem, recte facit. Quòd vero indiscriminatim hæc dicta sint, hinc discere licet. Vuæ inquit laxatæ succum dissolutum admoue. Oportebat equidem etiam hic apponere, qualem succum dicat: verùm cùm omnibus iam persuasum sit cyrenaicum succum optime facere ad columellam inflammatam, non apposuit cyrenaicum: & ob id igitur quispiam haud ipsi succensuerit. At verò quòd acerrimum & maxime calfactorium pharmacum, ipsum cyrenaicum succum

cum

cũ contrarijs scripsit, non apponens discrimen, neq; ostendens quando ipso succo vti conueniat, E
& quando astringentibus pharmacis, in hoc perperam fecit. Atramentũ sutorium enim, & squa-
mam æris, & alumen scissum, & misy, & gallam, omnia æquis partibus in vino terere iubens, am-
plius q; ad hæc myrrham pari pondere addens, hoc modo composito pharmaco vuã illinit, quod
fortissima adstringendi facultate præditum est. Verùm huius scripturæ indeterminatam incerti-
tudinem mox mitigauit, præscribendo videlicet hæc verba pharmaci cõpositioni, Si verò fortius
velis. hoc enim scripsit tanq; scientibus nobis quando fortibus vtendum sit. Porrò mistũ phar-
macum est & hoc vbi scripsit, Aut gallam tritam cum sale. Galla enim vehementer adstringit: sal
verò discutit cum modica adstrictione. In principio verò sale non est priuatim vtendũ, sicut neq;
succo, sed in indurata iam & diuturna columellæ inflammatione: ipse autẽ non columella scripsit,
sed vua laxata, cum vulgo existimans columellæ inflammationem vuam appellari. Et quid mirũ
hoc putandum, quando etiam ex nostratibus quidam ob atticismum superciliosus & iactabun-
dus, vuam ipsam particulam appellari existimauit? Maior enim huius q̃ Archigenis ignorantia
fuit, quanq̃ tum ex alijs veteribus huius appellationis vsus parabilis sit: tum ex Hippocrate con-
com.3. tex.25. 4.209.c — stet, ex his adeo in || Prænotionum libro, verbis: Gurguliones cũ periculo exciduntur, vruntur, ac »
rescecantur, quandiu rubri fuerint, & magni: nam & inflammatio ad hoc consequitur, & sangui- F »
nis eruptio. Verùm tales graciles reddere aliis artibus hoc tempore oportet. Hæc præfatus Hip- »
pocrates deinceps ait: Cùm verò totum fuerit separatum, quod sanè vuam vocant, & extremum »
gurgulionis maius & liuidum fuerit factum, superior verò pars tenuior, in hoc sanè tempore tu- »
tum est manus admoliri. Præstiterit autem aluo prius euacuata manum adhibere, si tempus hoc »
permittat, & non suffocetur homo. Manifestius autem adhuc Diocles interpretatus est, qualis
sit affectio vua appellata, & post eum Praxagoras, & Mantias, & quicunque concomitantia affe-
ctus conscripserunt. Quidam verò etiam ob id affectionem vuam appellatã esse dixerunt, quòd
† ῥαγὶ σταφυλῆς. — † vuæ fructui} extremum gurgulionis simile apparet. Quæ porrò deinceps ab Archigene scri-
pta sunt, rectè dicta sunt, discrimina nimirum vsus ipsorum eo adscribente. Habent autem sic.

¶ *Commune pharmacum Columellæ & Tonsillarum.* In commune tum tonsillis, tum columellæ in-
flãmatis, aut exulceratis, in principio conuenit quies, inedia, & consequens diæta, gargarismi sim-
plices leniter adstringentes, posca dilutior tepida, aut aqua mulsa: aut palmularum, aut vitis pãpi-
norum, aut malorum cotoneorum, aut mespilorum, aut pyrastrorum, aut rosarum decoctum: ita
vt ad austera decocta parum mellis admisceatur. Pulchrè hìc adscripsit, austeris oportere mellis
pauxillum miscere, verùm paulo antè cum aqua mulsa per se vti iussit in principio inflammatio- G
num, non rectè fecit. Nihil enim adstringens habet aqua mulsa, sed rectissimè quis ipsam exter-
soriam dixerit: & si simul discussoriam dicat, nihil deliquerit. Quæ verò deinceps ab eo scripta
sunt, rectè habent in hunc modum. Facit & acaciæ succus aqua dilutus. Illinenda sunt etiam con-
similia stomatica medicamenta, velut est quod ex moris constat simplex. Rhois item syriacæ ac
coriariæ cremore cocto ad spissitudinem, cum melle misto vtere. Aut punicorum dulcium atque
acidorum succum ad mellis crassitudinem decoquito ac vtitor. Aut vuæ acerbæ succum expres-
sum adhibeto. Aut rubi, aut lentisci, aut terebinthi, aut myrti, aut rosarũ succo cũ melle vtere. Et
postea forinsecus alumen scissum cum dimidia aloes parte, ac modica acacia cum succo solani im-
ponere consulens, hec verba infert: Quòd si moretur inflammatio, acetum tepidum per se garga-
risset, aut galla trita admista, aut rubi, aut agrestis oleæ radice. Aut cyperi decoctum cum mel-
le. Aut passum cum aqua. Aut sycites vinum calidum. Aut maluæ decoctum. Manifestum est
enim hæc auxilia communia esse, velut prædictum est, tum columellæ, tum tonsillarum. Verùm
non rectè videtur mihi passo cum aqua confidere, vtpote imbecilli ad talia medicamento: quem-
admodum etiam vino sycite, & maluæ decocto, priusquam ad suppurationem perueniat affe-
ctus: oportebat autem hoc ipsum ab eo indicari. Connectit deinde Archigenes ad prædicta sic H
scribens: Illinito & ea quæ suprà ad vlcuscula in naribus scripta sunt. Priuatim autem picem cum
oleo aut melle. Aut crocomagma cum modica galla & melle. Aut alumen rotundum cum flo-
re rosarum tritum, aut rosas aridas, aut florem ipsarum, trita insperge: aut tum tonsillis, tum vuæ
insuffla. Aut cyperi radicem, vel myrtum, aut lentiscum, vel rubum, aut gallam, aut salem tenuem,
similiter insperge. Aut omphacium, vel alumen scissum, cum melle illine. Aut florem rosa-
rum vel crocum cum mali punici succo. Hìc rursus adstringentia ad discussoria citra discrimen
permiscuit. Nihil enim simile est inspergere salem tenuem, aut rosas siccas, vel florem ipsarum:
aut pice cum oleo vti, quod pharmacum est calfactorium ac discussorium: aut galla & alumi-
ne, quæ pharmaca sunt maximè adstringentia. Cæterùm senescente atque indurata iam in-
flammatione rectè pix liquida adhibeatur, aut arida oleo liquefacta. Tunc verò etiam sal com-
modus fuerit, corpore videlicet prius euacuato. Incipiente verò aut augescente & cum multa
caliditate vigente, maximè contrarium auxilium est pix cum oleo, eadem'que ratione etiam sal.

Consequenter autem rectè descripsit Archigenes ad vigentem affectionem auxilia. Indicat
autem ex eo, augescens & nihil opus sentiens ex præscriptis malum. Habet sermo eius hoc mo-
do. Si verò in vigorem peruenerit affectio, aut aluus subducatur, aut furfurum loturam calidam
gargarisset,

A gargarisset, aut ptisanæ succum, aut passum tepidum, aut radicis dulcis decoctum cum passo & hyssopo, aut ficus vino incoctas, aut ptisanæ succum in quo vuæ passæ sunt incoctæ. Magnopere iuuantur si amygdalinum oleum in aures infuderis, forinsecus'que spongijs expressis leniter foueris. Quin & dissolutum crudum ex hordeacea farina imponendum, aut ex farina seminis lini aut fœnigræci, aut etiam mistura ex his omnibus facta. Si ita prope suppurationem fuerint tonsillæ, coadiuuare assiduè per ficuum decoctum oportet, & fermè indesinenter id ad gargarissandū exhibere, similiter'que aquam mulsam calidam. Si verò nihil tale apparuerit, augescat tamen malum, ita vt ægrè transglutire possint ægri, & suffocationis principium sit nobis suspectum, aluus forti clystere aut glande subducenda est, & vena cubiti secanda, cucurbitæ'que cum scarificatione collo ac mento affigendæ: fomentis etiam ac cataplasmatis frequentius & robustius vtendum, & assiduis gargarismis. Quòd si ad nullum horum præsidiorum cedat, sed augeatur, venæ sub lingua secentur, aut iuxta angulos oculorum, atque ea quæ in fronte est. Illinatur autem assiduè fel tauri, & elaterium cum melle, aut sal & oleum vetus cum melle et aceto. Aut centaurea cum melle. Aut absinthium cum nitro & melle. Aut hirundines integras vnà cum pennis vstas ac tritas cum melle illinito. Aiunt aliqui etiam summè facere hirundinum pullos teneros valde, siue recentes, siue sale conditos, assatos, & in cibos exhibitos: statim enim leuant suffocationem. Siue autem pueri sint, siue senes, sulfur & iridem cum melle delingenda dato. Quòd hæ communes medelæ sint vtriusque, velut in principio dixit, vuæ videlicet & tonsillarum, manifestum fecit ex his quæ consequenter infert, cùm ait: Aliqui angina prehensis, quos tum synanchicos tum cynanchicos Græci appellant, elaterij, & fellis tauri, vtriusque obolos duos, cum aqua mulsa tepida bibendos præbent. Quidam verò asellos sub aquarijs vasis nascentes in potu exhibent, aut delingendos dant, aut dolentibus & affectis partibus illinunt, & valde se iuuari testantur. Quin & per vaporem intra os receptum hoc modo fomentum adhibetur. Origanum aut hyssopum, aut satureiam, cum sufficienti aceto diligenter in olla feruefacito obturata. Operculum autē circa medium habeat foramen: deinde arundinem ad foramen operculi ac os ægri adaptato, ac fomentum admittito. Si verò os à feruore arundinis comburatur, ouum vacuum vtrinque perforatum ægri in ore contineant, & per ipsum arundo inseratur. Mollius fit fomentum, si pro aceto aqua sumatur. Quidam nitrum, & origanum, & nasturtii semen, ac oleum, in posca trita miscent, & similiter pro fomento adhibent. Aut cinerem pullorum hirundinum implumium illine. Aut solani succum, & butyrum, æquis partibus cum rosaceo cerato mento impone. Eis verò qui suffocantur, picem cum aqua & nitro in potu præbe. Hæc quidem Archigenes scripsit. Ego verò nunquam tentaui vlli alicui, ea quæ bibuntur pharmaca, in eiusmodi affectionibus exhibere, qualium sanè tum ipse, tum alij quidam, meminerunt. Itaque hoc, quod ad finem sermonis præscripti habetur his verbis: Eis verò qui suffocantur, picem & nitrum cum aqua in potu præbe. non possum mihi persuadere, qua ratione sit dictum. Immo neque ex præceptoribus aliquem, neque alium vllum, eo vtentem vidi, neque etiam ipse in vsum assumere tentaui. At verò venam secare eis qui suffocantur, & eluere forti atque acri clystere, & purgatoria exhibere, gratia euacuandi vniuersum corpus, & transferendi infra humorum momentum qui ad affectas partes feruntur, rationabile est, & multa experientia iudicatum ac cognitum. Similiter etiam post totius corporis euacuationem, & diuersionem ad infernas partes, pharmacis acribus multùm discussoriis vti rationi consentaneum est, & experientiam testem habet. Picem verò cum aqua & nitro in potu præbere abstinui, vtpote cùm neque alium vtentem viderim, neque rationem ad hunc vsum ducem habeam.

Quæ Apollonius in primo Parabilium tradidit.

Apollonius in primo parabilium sic ad verbum scripsit. ¶ *Ad Inflammatam Columellam Illitiones.* Sale trito & melle illinens reprimes columellam. Picem illinens per digitum apprimito. Succum cyrenaicum aqua diluito, & columellæ adhibeto. Chalcitidem tritam similiter admoueto. Omphacio trito cum melle vtitor. Hæc Apollonius. Licet autem nobis videre in his quæ absque discrimine scripta sunt. Quòd si quis non vniuscuiusque indefinitè scripti facultates nouerit, quò in opportuno tempore eis vtatur, maximum omnino nocumentum inferet. Scriptum est itaq; hîc primum omnium, Sale trito et melle vtendum esse: postremum autem, Omphacio cū melle. Contraria autem facultas est omphacii ad salem. Quare si quis in principio sale vtatur, maximè si humores in corpore ex æquo abundent, aut etiam circa caput hæreant, extremè ægrum lædet. Omphacium verò in principio commodissimum est, non trahens, neque euellens ad se ex alto, velut sal cum melle, sed repellens. Sales autem cum melle discussoriam vim habent, modica adstrictoria vi sali commista, quæ sanè per admistionē mellis penitus euertitur. Cæterùm id quod ex pice constat, inueteratis inflammationibus, & iam in scirrhum, vt ita dicā, induratis conuenit: quemadmodum etiā cyrenaicus succus non incipientibus, sed vbi iam quod influit per adstringentia repressum est, prodest. Chalcitis verò in totum inepta est, præterquam si valde inueterata & ægrè curabilis sit affectio: est enim medicamentū mordax si cruda adhibeatur: quapropter vt vim ipsius diminuamus, vsta frequentius vtimur. Deinceps Apollonius hęc ad verbū scripsit:

¶ *Gargarismi*

℄ *Gargarismi ad Pendulam Columellam.* Origanum tritam aceto & aqua affusis feruefacito,& cum E caricarum succo misceto,ac vtitor ad gargarissandum. Aut hyssopum terito, & caricarum coctarum succo misceto, ac vtitor velut origano. Mentam ac rutam & coriandrum lacte asinino trita gargarissanda præbe. Apiũ & lauri folia trita,& vino aut lentis decocto diluta gargarissato.† Noui quendam, qui omnibus ab Apollonio scriptis indiscriminatim vtitur,in principio inflammationis gurgulionis vno ex his vsum esse,& ægrum extremè læsisse: præter alia enim neque sciebat quid pendula columella esset,cùm velit Apollonius valde laxatam absq; inflãmatione, gurgulionis affectionem ostendere: quam etiam resecare consueuimus: atq; in hac, re vera pituitam detrahentia & calfacientia pharmaca commoda existunt, nam in totũ subalbida fit & exanguior. Deinde Apollonius hæc subdit.† Lotium asini plurimum & calidissimum bibendum præbe.Idem etiam in angina. Miror equidẽ eiusmodi auxilia tradentes: certè enim scio omnes homines,paucis omnino exceptis,citius mori velle,q̃ vrinam asini bibere: verùm hic etiam plurimam addit.Et aliàs velut antea dixi, absurdissimum est curantem oris inflammationẽ pharmacum potabile exhibere, nisi si ex purgantium numero existat: hæc enim alterius vsus gratia dantur.Ex alijs sufficiũt quæ citra transglutitionem auxiliari possunt. Quin & quod postea scriptum est ab ipso pharmacum,quod itidem bibere iubet,similem habet absurditatem. Scribit itaq; sic de ipso: Lauri folia tri F ta ex vino & aqua bibenda præbeto.

† Additur in aliquibus cod. græc. ταῦτα μὲν ὁ ἀπολλώνιος ἔγραψεν, i. hæc quidem Apollonius scripsit.

† Additur in aliquibus cod. græc. πότιμα πρὸς τὴν αὐτὴν διάθεσιν, i. potio ad eandẽ affectionẽ.

Quæ ab Hera tradita sunt.

Heras igitur multo melius q̃ Apollonius scripsit hoc modo. ℄ *Ad Columellam Laxatã.* Gallæ omphacitidis partem vnam,aluminis scissi partem vnam,salis ammoniaci partem vnã: vtrunque per se ac simul terito,& expleto inde cochleario vuam contingito. Aut lapidem ageratum appellatum,quo sutores ad muliebria calciamenta expolienda vtuntur,deradito, exinde q; cochlearium expletum vuę adhibeto. Ex his duobus pharmacis,alterum posterius omni molestia caret,neque nocere potens, neque magnopere iuuare, quocunque tandem tempore quis eo vtatur: fortius est prius.In principio itaq; & cùm valde rubent, minimè aptum est: si verò præeuacuato toto corpore,& post repulsoriorum pharmacorum vsum adhibeatur, vbi non valde rubens sit gurgulio,iuuare potest: ex contrarijs enim fortibus componitur facultatibus, repulsoria & discussoria.Quare non rectè fecit Heras indiscriminatim ipsa tradendo.

Quæ Heraclides Tarentinus tradiderit.

Tarentinus porrò Heraclides in libris ad Antiochidem,ad inflammatas columellas sic scripsit: ℄ Omphacium siccum terito,& admisto sufficienti melle adhibeto. Aut gallam tritam cum mel G le: Aut alumen scissum eodem modo. Aut succum cyrenaicum cum melle. Aut melãteriam qua sutores vtuntur. Aut Andronium pastillum,quem in vulnerarijs medicamentis referam,cum vino. Oportet autem post hæc lentium decoctum gargarissare. Rectè ad finem hoc adscripsit. Vehementia enim sunt omnia præscripta ab ipso pharmaca,acerba qualitate prædita,& ob id exaspe ranti: itaq; aspritudinem ab ipsis inductam mitigare vult per lentium decoctum. In moderata inflammatione non est necesse talibus vti: quemadmodum neq; vbi columellæ valde rubrę fuerint, & calidam inflammationem habent: immo neque in declinatione earum, tunc enim discussoriorum medicamentorum vim prædominari oportet.

Ab Asclepiade prodita.

Asclepiades ad easdem sic scripsit. ℄ *Siccum ad Laxatas Columellas.* Anethũ vna cùm semine & radicibus quod satis est accipe, & in vas fictile coniectum, cuius os sit subobturatum & ipsum vas luto oblitum, in furnum donec vas ignescat mitte: deinde ex furno extractum anethum vstũ tere,& sublatum repone. Vsu verò expetente anethi partes duas accipe,& iridis illyricæ in tenuissimum puluillum redactæ partem vnam admisce, ac per arundinem insuffla. *Aliud.* Rosarũ siccarum sextarium vnum,nardi celticæ vnà cum radicibus & adhærente terra fasciculum vnum, nidi hirundinum syluestrium aridi drachmas tres,myrrhæ drachmas octo, gallas omphacitidas nu- H mero quindecim: contusa et trita insuffla,& cum digitis adhibe. Ex his duobus pharmacis prius penitus nihil ex repulsorijs habet,sed est totum discussorium. Alterùm verò ex contrarijs mistum est facultatibus, multã enim discussoriam vim habet syluestrium hirundinũ nidus,adstringentem autem gallæ. Mediæ verò potentiæ est myrrha,& mistæ nardus celtica,ita vt tum discussoria,tum adstrictoria facultas, ambæ in eo sint moderatæ. Cæterùm per arundinem eiusmodi pharmaca insufflari valde improbo: defertur enim ex ipsis multum tum in gulæ summum, tum in ipsam gulam.Præstat itaq; cochleario indita apprimere, quemàdmodũ ego vti soleo, vt vidistis. Quin & tertium pharmacum Asclepiades post prædicta duo conscripsit his verbis. ℄ *Siccum ad Laxatam Columellam & tumentem, Neapolitæ.* Piperis albi drach. vnam,myrrhæ drach. vnã,aluminis scissi drach. duas, gallæ omphacitidis drach. duas: trita admoue. Hoc pharmacum à principio vsque ad finem vtile esse poterit, præterquam in vehementer rubentibus: in his enim vitare oportet acriũ ac mordacium valde misturam, quale hoc loco piper existit. Aliud deinceps eiusdem facultatis scripsit ad tumentes columellas ex his compositum. Lapidis agerati drachmas quatuor,floris lapidis asii drachmas quatuor, terræ samiæ drachmas quatuor, aluminis scissi drachmas duas, croci

*Al. hexagium

torrefacti

A torrefacti drachmas duas, gallarum omphacitidum drach. duas: tritis vtere. Hoc & nos vsi sumus sæpe vt optimo, & quod omni tempore iuuare possit, præterquam velut in præcedenti dixi, statim in principio, & cùm ruber & calidus fuerit inflammationis tumor. In inueteratis autem iam, & corpore euacuato, post vnum vsum statim magnam commoditatem exhibet: sunt enim vehementer adstringentia, ac discutientia, & ea quæ mediæ materiæ sunt, in ipso temperatè mista.

Critonis Pharmacum hoc modo scriptum ad Columellas.

Hoc pharmacum ad ipsam temporis opportunitatem apparato. ℂ Ossium palmularum, nucum tenerarum immaturarum siccarum, vtrorunque drachmas quatuor, vrito, ac in puluillum terito. Vtere arido admoto. Et in hoc pharmaco ossium palmularum vis satis discussoria est: nam & in alijs affectionibus eorum experientiam habemus, quod eiusmodi viribus sint prædita. Nucum verò tenerarum siccarum cinis discussoriam vim habet vnà cum adstringente.

Sorani ad Columellas.

Quin & Soranus pharmacum indiscriminatim scripsit, non apponens in quibus priuatim faciat. Habent autem verba eius hoc modo. ℂ Radicem dulcem contundito, & mel & dulcem aquam pari mensura affundito, deinde coquito, & succum gargarissandum præbeto. Peccauit B in hoc quòd non adscripsit, maximè mitigatorium hoc pharmacum esse, quod in vigore inflammationum magnopere auxiliari potest. Huius vsus commodus etiam est, vbi ex acerbis pharmacis immoderatius quis iritarit & exasperarit columellam inflammatam: hanc enim lenit hoc pharmacum.

De Pharmacis ad Vlcera Oris Aphthas appellatas. CAP. 4.

A.l.3.f.6.c.23. fol.246.f

VLcerationes * in superficie oris obortas Aphthas appellant, habentes quippiam igneæ caliditatis. Fiunt autem vt plurimum pueris lactentibus, cùm aut vitiosum fuerit lac nutricis, aut non probè ipsum concoxerit infans. Curantur facilè, vtpote quæ ex moderatè adstringentibus sedantur. Quandoque tamen diuturnæ fiunt ac ægrè solubiles, & progressu temporis putredinosum quid acquirunt, quod à medicis nome id est vlcus depascens, appellatur. Scripta itaque sunt & ad ipsas medicamenta, moderata quidem ad eas quæ nihil maligni habent: fortia verò ad eas, quæ iam quid putredinosum & serpendo depascens habent. Mentionem faciam eorum quæ recentiores coaceruarunt: nam ex iis quæ veteres conscripserunt, optima cum magna experientia ipsi elegerunt, & quædam eorum quæ postea inuenta sunt apposuerunt. Inuenias autem post veteres, etiam Mantiæ & Heraclidæ Tarentini plurima pharmaca scripta. Similiter C & Menecrates librum optimorum pharmacorum inscripsit, ex quibus plurima ipse inuenit, quemadmodum & cappadox Heras: Andromachus autem duos, & tertium in quo oculorum pharmaca continentur. Plures autem libros composuerunt Antonius Musa, et post eum Asclepiadæ duo, & post hos Crito. Verùm hi quidem tres post Andromachum nati sunt, Heras autem ante Andromachum, & ante ipsum etiam Musa ac Menecrates. Longo verò tempore etiam hos præcessit Heraclides, & præceptor eius Mantias: verùm Mantias velut ab initio Herophili sectator fuit, ita etiam per omnia mansit: Heraclides autem ad medicorum empiricorum sectam declinauit, optimus medicus tum circa alias artis partes factus, tum plurimorum pharmacorum expertus. Cùm itaque aphthæ (de his enim sermo institutus est) malignæ euadunt, fortioribus medicamentis egent, qualia etiam alias in tonsillis ac ore affectiones sanant. Prędicto igitur scopo compositionis eorum, nihil amplius opus habeo de ijs dicere, sed ad narrationem progrediar prę cognitorum, initio sumpto ab iis quæ Andromachus scripsit, quemadmodum consueui ad verbum ipsa transcribere.

Quæ Andromachus scripsit ad Aphthas.

Non solùm Andromachus, sed & alij multi duo pharmacorum genera ad aphthas conscripse- D runt, ad eas quidem quę nihil maligni habent, moderata viribus pharmaca componentes: ad iam malignas verò fortiora. Adscribunt autem in his ipsi aliquando, quòd ad aphthas & vlcera hoc pharmacum conuenit: aliquando, quòd ad aphthas putredinosas. Cùm verò simpliciter ad aphthas adscripserint, simplices indicant & nihil maligni habentes. Andromachus igitur ad malignas aphthas sic scripsit. ℂ *Ad Aphthas in Ore & Vlcera.* Aluminis scissi vsti drac. duas, fructus ericę drachmam vnam, oleo excipito, et per digitum locis apprimito. *Aliud.* Æruginis drachmas duas, aluminis scissi † partes duas, } gallæ in puluillum redactæ partem vnam: terito & per linteolum concernito: deinde digitum oleo madefacito, siccumque excipito, & tonsillis extergendis apprimito: item palato, & vuæ. Disparat pelliculas, & tollit asperitates circa ipsum os, callos excoriat, & vlcera ad cicatricem perducit. Cęterùm ad aphthas in superficie hęrentes sic scripsit. Ad aphthas lycium Indicum vino tritum circumlitum facit, & ericæ fructus tritus, aut rosæ siccæ cum melle. Hæc præfatus infert: Si verò nigræ sint & malignæ, vuæ passæ puræ partes tres, anisi tantundem, trita cum melle illine, deinde collue. † Al. partē vnā.

Quæ Crito ad Aphthas scripsit.

Crito verò sic ad aphthas scripsit. ℂ Portulacam in melle tinctam manducet. Aut oleę folijs in vino coctis os colluat: Aut foliorum myrti albæ decocto ex vino. Aut æruginis vermiculatæ obolos

obolos tres, in vini heminæ parte quarta tritos colluat. Quin & galla in acri aceto contrita illinitur. In pueris autem tædulas, bouinam q; medullam vbi coxeris, minutim concisas porrige. Faciunt & amygdalæ amaræ cum melle. Nigrefactas autem aphthas, vua passa exacinata & aniso tritis cum melle illine. Tarentinus autem Heraclides, vbi exterseris, ait, farina erui cum melle, gallam cum melle adhibe. Conuenit & rhus obsoniorum cum mentæ ramulis. Sit autem rhois copia quantum tribus digitis præbendi potest, mentæ verò ramuli tres, & rosarum folia septem, & nuces pineę septem: his omnibus cum melle tritis vtitor: Aut lycio ex aqua. Conuenit & fęx vini dulcis illita cum melle. Aut alumen, & malicorium punici dulcis, æquis portionibus terito, & adipe anserino mista illinito, atque aquam calidam frequentius colluendam præbeto, amplius q; adipem anserinũ admoueto. ℂ *Aliud Musæ.* Fructus myricæ drachmas sex, aluminis scissi drac. duas, oleo excepta admoue. ℂ *Aliud maximè in Pueris.* Rhoen rubrum tritum melle mistum illine. Aut adipem suillum & mel liquefacta. Præbeto eis etiam gargarissandum lac asininũ. Quòd si multa saliua feratur, gallam & solanum aceto diluta gargarissare facito: aut violas albas siccas cũ melle tritas illinito. Hæc cùm scripserit Crito, meritò quis ei succẽseat, velut etiam alios semper reprehendo, qui ex ordine indiscriminatim auxilia recensent, non apponentes, an incipiente affectione, aut progrediente, aut decedente, aut vigente, aut decrescente, conueniãt: & num parua existente affectione & mansueta, aut adeo maligna, vt iam putredinosum quid habeat. Ex his enim quæ scripsit aliqua simplicissima sunt, in pueris maximè conuenientia nullam affectionem habentibus: Velut cùm adipem suillum & mel liquefacta assumit: & multo magis cùm asininum lac colluere præcipit. Simplicissimum pharmacum est & portulaca melle tincta & manducata: & collutio ex foliis oleæ, similiter q; ex myrto alba. Fortissimum verò quod ex ærugine & vino constat: Quemadmodum etiam galla, acri aceto trita ac illita: valde enim forte hoc pharmacum, velut etiã id quod ex ærugine constat. Verùm in illo paucissima est ærugo, obolos enim tres dixit in vini quarta heminæ parte terendos esse ac colluẽdos: debilis'que fit copia misturæ vini exoluta. Galla verò aceto acri trita vt crassa fiat, & illitioni apta, valde vehemens est pharmacum: Quemadmodũ etiam quod ex alumine & malicorio punici dulcis componitur: quod nisi ad adipem anserinum admistum esset, ad putrefactiones fortes congruens esset. Forte est et quod ex myricę fructu ac alumine constat, sed non adeo velut id quod ex galla & aceto. Semel porrò tantum rectè fecit apponendo in verborum serie sic, Quòd si multa saliua feratur, gallam et solanum aceto diluta gargarissare facito: multam enim saliuam ferri, maiorem affectionem esse significat. Præstabilius autem fuisset statim dixisse, Quòd si pascendo proserpat affectio, aut vlcera profunda fiant, aut eiusmodi quippiam, adscripsisse.

De Iis quæ Asclepiades ad Aphthas scripsit.

Rectè igitur fecit Asclepiades, tametsi non multa pharmaca ad aphthas conscripsit. Verumtamen in duobus quæ in principio tradidit sic, Ad aphthas citra nomen, id est non pascentes. deinde post duo rursus adscribens, Ad aphthas depascentes. Lenia enim sunt duo pharmaca, Alterũ quidem prius in quo ait, Medullam bubulam melle mistam ac tepefactam illinito. maximè verò pueris infantibus est commodum: Alterũ verò est, Adipe suillo melli admisto vtitor. Cæterùm ad depascentes aphthas, gallarum decocti cyathum vnum ac mellis tantundem miscere iubet, et feruefacto vti. Verùm ego tum hoc pharmacum, tum alia tria post ipsum tradita, paulo antè in pharmacis ad nomas præscripsi: neq; enim referre puto, siue ex aphthis, siue ex alio quopiam, transitio ad nomen id est vlcus depascens, contingat.

Quæ ab Apollonio ad Aphthas scripta sunt.

Apollonius autem Herophili sectator, in primo Parabilium pharmacorum sic scripsit ad verbum. ℂ *Ad Aphthas albas.* Chalcitidem oleo tritam penna illinito: hoc euestigio sedat. Postquam verò pura facta fuerit, Myricæ fructum tritum, & aqua mulsa aut vino dilutum, illinito: maximè infantibus est ex vsu. Deinceps autem aliud scribit, & maximè ad nigras aphthas. Vuam passam exacinatam, & anisum trita cum melle illinito. Et rursus aliud, Atramento sutorio trito cum melle vtitor. Videtur sanè in malignis, eiusmodi pharmacis iubere vti. Adscripsit itaque ad primum, Ad aphthas albas. Ad secundum, Ad nigras. ostendens per id colorem præter naturam, & magnitudinem affectionis. Consequenter adscribit & collutiones ad aphthas hac verborum serie. Vino nigro austero & subadstringente colluito. Oleæ foliis in vino coctis colluito. Myrti albæ foliorum decocto cum vino similiter vtere. Hæ collutiones citra discrimen scriptæ nullum detrimentum inferunt: nam & in moderatis, & in maioribus, & in maximis affectionibus, conueniunt. Rectè verò deinceps aliud valde efficax scripsit: Æruginis vermiculatæ obolos tres, in vini quarta heminæ parte gargarissandos præbe: deinde etiam vinum colluendum præbe. Hoc enim in fortioribus conuenit, quemadmodum etiam quod consequenter sic scriptum est: Muriam oliuarum & acetum pari mensura mista colluenda dato, inde'que vino colluito, postea etiam aqua mulsa, & deinde aqua: In pueris autem oleum colluendum præbe. Post hæc, duo pharmaca scribit diuersis formis ac speciebus aphtharum congrua. Hyssopum enim tritum ad calidas & erosas affectiones, item q; puras maximè contra-

rium

A rium est: congruit autem sordidis & inflammatis aphthis. Omphacium verò cum vino aptum est puris, & mordacitatem sentientibus, ac erosis. Iubet autem omphacium cum vino tritum col lui, hyssopum verò cum vino aut aqua mulsa. Validum valde est quod ab his sequitur pharmacum, vt iam pascendo proserpentibus aphthis conueniat, quod ipsum componit, myricæ fructum coquens cum aceto. Validum est & quod deinceps ab eo scriptum est, in quo ait, Gallam tritam in acri aceto colluendam præbe. Hoc verò quod postea sequitur, in quo ait, Succo silphij diluto similiter, vtitor: & postea oleum colluendum dato: etiam ipsum acre & mordax est ac discussorium, non adstringens. Non rectè itaque adstringentia & acerba ac repulsoria, discussoriis admista sunt ac acribus, atque hoc nullo discrimine adiecto. Quod verò sequitur ex aceto apparatum generosum est. Quoniam autem ad acetum non apposuit acre, & quoniam per semen lini, moderatius euadit, adiecit autem ipsi etiam lolium, pharmacum multùm discussorium: atque propterea ipsum ad linguę tumores conuenire ait. Verùm adscribam omnem ipsius dictionem. Semen lini, ac lolium, æquis partibus aceto trita colluito. Hoc itidem ad linguæ tumores facit.

Longè lenius his omnibus pharmacum deinceps scripsit hoc modo. Folia pruni contusa ac lacte permista colluito. Cùm enim adiecerit sermoni, colluito, manifestum est quòd multo lacti B pauca folia admiscet. Nam si folia cum lacte trita pro pharmaco inunctili esse iussisset, palàm vtique esset, quòd multa folia, paucum verò lac, esse iussisset. Deinceps porrò etiam quę mansa aphthas iuuent, annectit. Mandendę sunt oliuę muria conditę. Manifestum est lenissimum hoc pharmacum esse. Et rursus. Portulaca melle tincta manducetur. Et hoc similiter mite est. Differunt hæc duo inter se in eo, quòd oliuæ muria conditæ & adstringunt & discutiunt, plurimam verò in se adstringendi vim habent: portulaca verò cum melle imbecillius est pharmacum. Consequenter probè fecit, cùm ait in pueris conuenire, quæ dicturus est medicamenta. Scribit verò de eis in hæc verba. Vbi puerulus aphthas habeat, similaginem & medullam bubulam ac farinam coquens, infanti mande, si iam ipse ab vberibus mandere nequeat. *Aliud.* Lienem bubulum in vino coquens & cum melle terens mande. Hoc pharmacum superuacaneum est, & plus æquo curiosum. Deinceps rectè scripsit, Abstinendum circa diętam, ab acribus, & salsis, & acidis, tum edulijs, tum potibus. Deinde haud scio, quo modo in hanc sententiam scribit, Atramentum sutorium tritum † cum melle illinito. Hoc enim medicamentum superius scribere oportuit cum aliis fortibus pharmacis. † κεκαυμένον, i. vsta, additur ĩ multis cod. antiquis.

Quæ Archigenes scripsit ad Aphthas.

C Quædam ex his quæ Archigenes ad aphthas scripsit, eadem sunt cum præscriptis. Verùm visum est mihi ex ordine omnem ipsius sermonem adscribere, ita vt nihil ex eo relinquam. Scribit igitur sic. ¶ *Ad Aphthas Collutiones faciunt,* Foliorum oleæ decoctum. Aut foliorum myrti albæ eodem modo. Aut aqua oliuæ colymbadis appellatæ, {hoc est muriæ innatantis}. Facit et amurca, & marrubii succus, aut lentis decoctum, seu rubri, aut † cypri. Aut æruginis vermiculatæ obolos tres, in vini cnidij quarta heminæ parte dissolutos, colluat. † *Al. cyperi.* ¶ *Illitiones autem faciunt pleraque ex descriptis stomaticis medicamentis: priuatim autem congruunt hæc.* Aluminis scissi, florum rosarum, æquales partes: fructus myricæ duplum: vtere siccis. Aut thus & glycyrrhizæ succum æquis portionibus: gallæ, myrrhæ, anisi, singulorum parum quid: cum vino protropo illine.

Aliud. Mannam & salem pari pondere sicca, per pennam adhibeto. *Aliud.* Fæcem vini dulcis cum melle illinito. *Aliud.* Misy & alumen & rhoem cum melle, aut chalcitidem cum oleo, per pennam illinito: vehementer bonum est. Aut oleæ folia cum oleo illinito. Postquàm verò repurgatæ fuerint, myricæ fructum cum aqua mulsa aut vino illine. Aut vbi cum erui farina & melle exterseris, gallam cum melle adhibe. Aut myricæ semen & aluminis tertiam partem cum oleo illine. Hoc etiam ad nomas facit. Aut adipem suillum aut anserinum manna in- † *Al. cyperi.*
D spersa illinito. Aut gallam tritam cum oleo. Aut liquidum alumen dilutum. Aut † cypri folia manducent. Aut lycij radicem aridam adhibe. Aut oleæ germina trita ex melle. Aut gallam cum sale. Si verò extendatur affectio, & serpendo putredinose depascat, collutionibus quidem & gargarismis vtendum est ad aphthas descriptis fortioribus: priuatim autem muria frequentius colluenda est. Aut herbam sacram aqua aut vino incoctam colluendam aut gargarissandam dato. Illitionibus etiam ad aphthas descriptis fortioribus vtantur: Priuatim verò cornu cerui tritum affrica. Aut atramentum sutorium tostum tritum cum melle. Aut æruginem æris siue squamam cum melle. Summè facit ad nomas, fœniculi radicis vstæ cinis. Hæc ad aphthas Archigenes in primo de pharmacis scripsit, quę parum abest vt omnia etiam aliis sint scripta. Quid igitur operępretium duxi eadem bis scribere, quamuis cauerim ne hoc facerem? Quòd sanè & Archigenem, quem scimus maiore quàm alios dignitate, etiam communia cum proprijs discriminibus scribere posse, videbam nunc ipsum in pluribus eiusmodi doctrinę negligentem. Nunc enim omnia confusim proiicit auxilia, vnà cum hoc quòd continenter inter se scribendo commiscuit lenissima & acerrima. Quid enim simile habet ærugo ad lentis & rubi ac cypri decoctum? quid galla simile adipi anserino aut suillo? Acre enim & erodens fortiter que resiccans pharmacum est ęrugo: rubus autem & † cyprus, & lens, paucissimam habent adstringendi facultatem. † *Al. cyperus.*

Sic

Sic etiam galla fortissimè adstringēs, contrariam vim habet suillo ac anserino adipi. Quin & de- E inceps ab eo scripta, plane q; omnia quorum mentionem facit, eandem confusionem perturbati ordinis habent. Præstabat autem, velut semel alicubi in sermone apponendo dixit, Hoc etiam ad nomas facit. eodem modo etiam alia distinxisse, vt adscriberet videlicet, Hoc quidem infantibus ac pueris conuenit, hoc verò perfectis: & hoc incipientibus aut moderatis aphthis, hoc autem vigentibus & fortibus: maximè verò omnium, aut inflammatis & calidis, aut magis frigidioribus: & ex inflammatis, hoc quidem rubicundioribus, hoc verò flauioribus: aliæ enim ex sanguine, alię ex flaua bile inflammationem habent: quemadmodum illæ rursus non inflammatæ pituitosæ in totum existunt: quemadmodū aliquæ ex inueteratis humoris atrę bilis malignitatem acquirunt.

Cognoscentur hæ omnes facilè visu simul & tactu. Visu quidem ex coloribus, quemadmodum etiam nunc dictum est: rubicundiores enim sanguineum humorem præualere ostendunt: flauiores autem amaram bilem: quemadmodum rursus albescentes pituitosiorem, liuescentes et nigrescentes, atræ bilis succum. Qui enim hæc ritè discreuerit, nouerit q; amplius singulorum simplicium pharmacorum facultatem, quemadmodum in libris de ipsis à me scriptū est, is in vnaquaque aphthæ specie, tum simplicibus, tum compositis vti sciet, velut iam sæpe est prædictum. Considerabit autem simul & corporum naturas, num molles sint & humidæ, velut in pueris, eunuchis, & F mulierculis: an duræ & aridæ, velut in piscatoribus, ac nautis, & venatoribus: atq; agricolis. Fortioribus enim corporibus fortiora adhibebis pharmaca, debilioribus molliora. † Ego porrò infantibus quibus nutrices cibum mandunt, lentem cum modico pane & medulla cerui, aut vituli, præbeo. Admisceo etiam cibis, ex malis cotoneis, atq; alijs quæ adstringunt, velut Romæ cestiana appellata. Quin & ex pyris addo, sorbis q;, ac mespilis, & cornis. Quandoq; etiam de lactuca, & seride, ac solano, & portulaca, in cibos qui manduntur permisceo, si aphtha fuerit inflammata. Quòd si non adhuc quid mandi queat, nutricem eiusmodi victu alo, ei'que simul bonam concoctionem prospicio. Veruntamen etiam infantes pharmacis illino, si quidem subrubras videro aphthas, in principio quidē ijs quæ moderatissimè adstringunt ac frigefaciunt: deinde verò ijs quæ citra mordacitatem discutiunt. Si verò subflauas videro, ijsdem quidem vtor, sed magis refrigerantibus. Si verò pituitosiores, adstringentibus. Si nigrescentes, discussorijs generosioribus. Cæterùm in maioribus pueris, eiusdem generis facultatibus pharmacorum vtor, auctis tantùm viribus ipsorum. Quemadmodum sanè etiam in perfectis & duris corporibus, singulis relatis facultatibus fortissimis vtor. Placebat autem mihi in his per omnia misios vsus cum vino adstringente, quod tum intendit, tum remittit vim suam, prout magis aut minus vinum fuerit adstringens, & prout crassius G aut liquidius efficitur pharmacum ex misyos ac vini mistura. Quòd si sordida appareat aphtha, misy cum vino mulso tero. Iis verò qui fortioribus quàm misy est, pharmacis opus habent, ærugo similiter cum vino & vino mulso vtilis existit. Illinendæ autem sunt ex his pharmacis affectæ oris partes. Commodum est etiam pharmacum ad hanc rem, chalcitis oleo trita. Atq; hæc quidē efficaciora. Moderata verò & maximè ad incipientes affectiones omphacium cum vino, & vino mulso. Similiter etiam rhus. In pueris sufficit rosarum flos, & ipsæ rosæ siccæ, & collutiones moderatè adstringentes, pro ætatis & naturæ eiusmodi corporum ratione. Et in summa moderatæ aphthę maximè in teneris corporibus moderatis pharmacis opus habent: fortes verò & maximè in duris corporibus, à fortioribus curantur. Fortia pharmaca dico, tum quæ fortiter adstringunt, tum quæ mordent: sicut sanè moderata, quæ haud omnino quidem mordent, parū autem adstringunt. Fiunt porrò etiam in his, velut in alijs prius dictum est affectionibus, composita medicamenta, & sæpe etiam ex contrarijs, quale est quod ex oleo & chalcitide constat. Ipsum" equidem oleum per se infestissimum est aphthæ affectui, velut etiam chalcitis: quādoquidem alterum quidem humectat & sordidum facit, mordet autem vehementer chalcitis: verùm mistura ipsorum vbi fuerit moderata, optimum pharmacum efficit. Quemadmodum igitur ex cerato & ærugine, H incarnans effici pharmacum ostensum est, cùm tamen ambo incarnationi contraria existant: eadem ratione ex oleo & chalcitide aptum medicamentum efficitur. Si verò in putredinem aphtha vertatur & exulcerationes faciat, neq; aphtham amplius affectionem nominare conuenit, neque pharmaca eiusmodi affectiones curantia, inter ea quæ aphthis commoda sunt, connumerare. Quemadmodum neq; inter erysipelata sanantia, rectè cōnumerantur ea quæ preclarè discutiunt liuidas & duras partes, ex frigidiorum medicamentorum adhibitione tales factas, & iam ad induratam in scirrhum affectionem ex erysipelate delapsas. Profectò enim qui eiusmodi scripturarū indiscriminata incertitudine decepti, erysipelatis calida et discussoria medicamenta, aphthis autem ea quę putrefactis conueniunt, adhibent, non parum detrimenti inducunt.

† In antiquissimus cod. græcus hoc in loco adduntur hæc verba, οἷς ἐγὼ χρῶ καὶ πρὸς ἄφθας, i. Quibus ego medicamentis vtar ad aphthas, ut hic incipiat caput nouum, atq; hæc sit veluti inscriptio.

A. l. 3. f. 6. c. 24 fol. 246. h

Galeni

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER SEPTIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Ostendit Quæ Medicamenta congruant Affectis Partibus, per quas Vox æditur, ac Respiratio.

De Affectionibus circa Partes Respirationis contingentibus. *CAP. I.*

Os est recentioribus medicis arteriæ pharmaca, Arteriacas appellare, nō apponentibus, num antidotos dicant, an iuxta aliud significatum: quidā verò Electa nominant ipsa, non apponentes pharmaca: & quidā penitus nullū B discrimen ipsis adscripserunt: aliqui verò rarò addiderūt: alij, ad vocem interceptā: alij adhuc generalius, ad vocē læsam: sunt qui & ad exasperatam arteriam, & ad exulceratā, scripserūt: adeo vt rōnabile sit eos, qui arteriacis appellatis pharmacis indiscriminatim vtunt̄, aliqñ fœliciter eis vti, aliqñ vero nihil penitus ægros iuuare, sed maximè lædere. Palā est aūt ꝙ asperam arteriam in huiusmodi affectionibus criminantur. Quondā igitur qñ non dum eas, quæ similiter vt cor pulsant, arterias sic noīabant, in solam eā quæ ex pulmone in laryngem emergit arteriā, ipsum arteriæ nomen inferebant, venas appellantes in totū, velut alias quæ nō pulsant, sic ēt pulsantes. Postea verò consuetudine obtinente arteriæ appellationē in pulsantibus dici, propter æquiuocationem asperæ nomen apponentes, eā quæ ex larynge in pulmonem descendit arteriā, asperā arteriā appellauerunt, vnà cum hoc ꝙ ipsam etiam bronchum vocant, qñquidem cartilaginosa corpuscula, quæ plurima eius pars sunt, bronchia appellant. Ambit autē ipsam arteriam intrinsecus † crassa pellicula, } quā ob crassitudinē aliqui tunicam vocant. Cùm igitur affectio aliqua aut circa hanc, aut circa laryngis (qui summa arteriæ pars est) musculos cōtingit, arteriacas appellant curantes ipsam, nō apponentes, velut dixi, antidotos. Dissimiles aūt facultatibus sunt ab ipsis descri- C ptæ, & ob id contingit vtentes ipsis absq; discrimine, à scopo aberrare. Quòd verò multa sit differentia earū quæ in medicamentarijs libris scriptæ sunt, ex tribus exemplis discere licet, quorum Primum omnis acrimoniæ expers est, & exquisitè meatus obturat, læuigans asperitates: Alterū huic contrariū est, acrimoniæ mordacis non parum habens, vt si sanè particulæ adhibeatur, ipsam exasperet: Medium deinde inter ambo dicta aliud genus arteriacorū pharmacorum est, lenis & citra acrimoniam extergētis facultatis. Id igitur quod meatus obducit, ex passo cretico, & gūmi, & tragacantha, ac radice dulci apparatur: Acre verò ex pipere, & casia, & cinnamomo, & chalbano, ac resina terebinthina: Medium aūt amborum ex ptisanæ constat succo, & amygdalis, & fabis fresis elixis, & alijs huius generis. Inter medium autem & vtrunq; extremū plura pharmaca sunt, partim magis, partim minus, à medio progressa: de quibus deinceps determinabo, eos quidē qui discrimen aliquod addiderunt laudaturus, qui verò simpliciter protulerunt, neq; admissurus. In horum medio locandi sunt, qui discrimina non tñ integra fecerunt, qualia sunt eorū qui scripserunt: Arteriace ad interceptam vocem. aut rursus, Arteriace ad raucam vocem. Etenim " vox intercepta, hoc est non posse loqui, ad plures causas sequitur, partim quidem ad destillationes à capite diuturnas: partim verò suppuratis pectore, ac tabidis: & ijs qui ex magno & multo clamore D læsi sunt, & deinde non probè curati sunt: aut etiā affectionē, quæ adhuc generatur, habent. Eodē modo etiam raucosa vox fit ob easdem causas, & amplius ob frigidi aeris inspirationē. Affectio itaq; interceptæ ac raucosæ vocis eiusdem generis est. Magnitudine tñ differunt inter se hæc mala. Cùm enim vocis organa ab humiditate vehementius & vt ægrè solui possit, fuerint madefacta, vox intercipitur: qñ verò moderatius sunt humecta, raucedo oboritur: organa vocis cum dico, arteriam accipite, & eius summum, aut fauces. Qui igit̄ ex vehementi clamore vocē amplius oblæsam habent, his similis quædā affectio contigit ei quæ manibus, & cruribus, & lumbis, & spinæ, & musculis, vbi plurimum laborē pertulerint, accidit. Vocant aūt aliqui exercitiorū magistri eiusmodi affectionem musculorū, in quibus cōsistit, lassitudinē inflammatam. Itaq; iuxta arteriā intrinseca ipsius pellicula, aut tunica, aut quomodocūq; quis noīare velit, à spiritu in magnis vociferationibus extra prolato perculsa, in affectionem inflāmatam deuenit: atq; hoc multo magis si ad magnitudinē vocis, acumē quoddā accesserit. Iuxta arteriæ verò summū vltra hanc plagā, ēt musculorum ipsum mouentium actio offensa, maiorem affectionē efficit. Porrò curationis ipsarum genus in omni particula secundum materias euariat. Etenim crura, & manus, & spinam, per oleum confricare facilè licet, cùm per cutem in adiacentes ipsi musculos vis ipsius olei penetrare possit. Iuxta asperam verò arteriam cartilagines post cutem sitæ, prohibent in subiectam pellicu-

Marginal notes: * ἰσχυρὸς ὑμὴν i. fortis membrana, est in antiquis. — f. 10 t. 2. col. 263. a — * ὑποκειμένους, i. subiectos, est in manuscriptis.

Iam transitum facultatis emollientium vnguentorum. Quemadmodum enim oleum, sic etiã alia E
multa composita pharmaca eandẽ vtilitatem præbent. Quin & ea quæ in principio Acopa tantũ appellata sunt, hoc est lassitudines emendantia, paulatim appellationem suã à se ipsis extenderũt ad similia cõpage medicamenta, etiã si gratia vehementer calfaciendi assumãtur. Cæterùm cõmunis materia auxiliorum ad vocis organa, prçter reliqua, est quæ ex balneis contingit: manifestum est autem ꝙ dulcium aquarum dico. Marina enim balnea, & sulphurea, & aluminosa, & atramentum sutorium olentia, ac bituminosa, propterea ꝙ fortiter resiccant, inepta sunt. Et sanè ita faciũt phonasci, qui magno vocis exercitio vtuntur, cùm contendendo oblæserint vocem (sunt autem hi citharœdi, & precones, & tragœdiam ac comœdiam personati repræsentantes) balneis enim multis vtuntur, & cibos lenes ac laxantes edunt. Si verò etiam aspritudinem percipiãt, cibos qui infarciũtur particulis quas contingunt, assumunt. Vna enim est tunica sibi ipsi coherens & continua, quæ summo gulæ, summo asperæ arteriæ: gulæ etiã, atq; ipsi asperæ arteriæ: intrinsecus prætenditur. Quòd si ex victu ac balneis oborta affectio non sedetur in organis vocis, ad arteriacas transeunt, per totum hoc tempus cibis vtentes qui ex lacte, amylo, alica, ouis, & dulciarijs libis cõponuntur. Si verò per hæc non curentur, inuenta sunt à medicis pharmaca sub lingua tenenda, inde etiam hypoglottides appellata. Sunt autem ea eiusdem cum arteriacis inflammationem arcẽtibus facultatis, ex vino theræo, & gummi, ac tragacantha, & glycyrrhiza, cõposita: quç vt dixi, leuigant simul q; remittunt asperitates: quicquid verò reliqui est in partibus inflammationis, hoc concoquunt, & citò persanãt. Industrium porrò esse oportet qui pharmacum linguæ subdit, quò eo paulatim liquescente, summum asperæ arteriæ id quod in ipsum defluit suscipiat, renitendo orienti tussi. Obluctantes enim vt ne tussiant, permittent quippiam ex pharmaco in arteriæ summum, ipsam q; adeo arteriam demanare. At verò sic curatos claram vocem habere impossibile est, citra vsum pharmacorum absq; acrimonia extergentiũ, quale "est faba fresa elixa, & ptisana, & semen lini torrefactum: huiusmodi enim mediũ obtinent inter ea, quæ media facultate prædita sunt, & ea quæ meatus obducunt pharmaca. Magis autẽ ꝗ̃ hæc abstergunt resina terebinthina, thus, mel despumatum, ac amygdalæ amaræ. Quemadmodum etiã & his rursus fortiora sunt, oroborũ farina, hormini semen, iridis panacis q; semen. Cæterũ his omnibus vina mollia, † & passum creticum, & theræũ, ac scybelites apta sunt: & ad hæc haud scio quomodo neglectũ id, quod à Græcis in nostra Asia hepsema appellatur {Latini sapã dicũt}. Verũ atticissantes ipsum Siræũ vocant: Queadmodũ alij caricarũ decoctũ siræũ appellandũ cẽlent, pugnãt q; inter se vtrũ ipsorũ siræum vocare oporteat. Est sanè & hoc ipsum siræum, quod pinguibus caricis in aqua decoctis G
fit, mediæ facultatis, quam lenem & citra acrimoniam extergentẽ appellauimus. Multum quidẽ igitur coctum {hoc est sapa ipsa,} lenissimum pharmacum est, & maximè meatus oblinens: caricarum aũt decoctum magis discutit & exterget. Quemadmodum igitur in præcedentibus dixi, Omnium simplicium medicamẽtorũ vires exquisitè nosse oportet eum, qui compositũ quoddã sit facturus: atq; hic ipse etiam ab alijs cõpositis rectè vtetur, & maximè vbi indiscriminatim fuerint conscripta, quẽadmodũ plures arteriacæ habentur. Palã est etiam quòd hic ipse ijs, quæ cum discrimine prodita sunt, rectius vtetur. Etenim iuxta exactã rõnem, in quantum apparatus affectionum transmutatur, tm̃ etiam cõmodum ipsi pharmacum permutare oportet: hoc ipsum verò solus is qui singulorum simplicium pharmacorum vim nouit, exactè præstabit, ad primum pharmacum parũ quiddã ex sequenti ordine apponẽdo. Velut exempli gratia, In lassitudinibus inflãmatis cũ in summi ipsius asperæ arteriæ musculis fiũt, In principio qdẽ lenissima edulia cõueniũt, pharmaca verò meatus obducentia: Consistente autem inflãmatione parũ quid extergentium addendũ est: deinde consequenter amplius: deinde rursus aliud illo præstantius, quo paulatim cõpositio ad medium extersorium perueniat: & rursus secundum eundẽ modum ab hoc magis discussorium ac extersorium: ita progressu ad vehementissimũ facto, vbi diutius velut in scirrhum H
indurata affectio in vocis organis perstiterit. Primi itaq; ordinis est tragacantha, & gummi, & samius aster, amylum q;, & ex alica ac trago probè coctis sorbitio. Quin & lac aptum est, & dulciarij panes, & oua sorbilia, ac nuces pineæ quas nunc oẽs Græci strobilos vocant, quondam autem apud Atticos coni vocabantur. Sesama etiam ex hoc genere sunt. Ab his autem deinceps est butyrum, quod etiam butyros masculino genere Græcis appellatur: & decoctum radicis dulcis ad crassitudinẽ attici mellis liquidi redactum. Atqui radicem dulcem quam glycyrrhizam vocant, præstat in primo tempore in aqua, velut dixi, coctam, ad siræum siue sapam ex musto paratam admiscere: ad passum item Creticum idem decoctum misceri potest. Siue autem cum sapa, siue cum passo Cretico fuerit permistum, rursus post misturam decoquendum est. Hæc "igitur in affectionibus inflammatis iuxta arteriam eius q; summum cõmoda in principio sunt, donec inflammatio moderata fiat: & præ omnibus à vini potu hoc tempore abstinendũ. Cùm verò moderatior facta est inflãmatio, vinum dulce theræum, aut scybelite bibere licet, aut ex nostra Asia caryinum, & deinde therinum appellatum, deinde etiam dulce tmolite. Eo tempore etiam butyrum aptum est, & sorbitio ex amygdalis, sorbitio itẽ ex lacte & melle diutius coctis amylo iniecto: & si amylum non adsit, siligine Romanis appellata iniecta. Manifestum est autem quòd per huiusmodi victum

*ταχέως i. cito, est ĩ impressis. τελέως id est perfecte, est in manuscripto.

† Legitur in antiquis καὶ γλυκεῖς, οἷον ὁ κρητικὸς, i. et dulcia, qualeest creticũ.

A.l.3.f.10.c.1. c.6.fol 258.b

A.l.3.f.10.1 c.3.fo.263

A victum, inflammatio tum pellicularum, tum musculorũ circa arteriam eiusq́; summum sedatur. Relinquitur aũt humiditas multa, ob quã impossibile est clarã vocẽ proferri. Quare transire tunc conuenit ab his edulijs ad omnia ex melle cocta, & ad fabam fresam elixatam, & ptisanã, ac brassicam, & porrum probè coctum. Pharmacorum porrò vsus idoneus est, quo tempore aut inflammatio, aut aspritudo præualescunt, eorũ, quæ sub lingua detinentur, de quorum compositione dicam: post hæc magis extersoria & resiccãtia damus: & deinde rursus his ipsis adhuc magis extersoria, & magis resiccantia, vsquequo ad ea quæ aliquid acredinis habent perueniamus, ita vt ẽt in his à moderatioribus initio facto, ad vehementiora paulatim transeamus. Itaq; qualem formã esse conueniat victus, antea dictum est, quemadmodum etiam simplicium pharmacorum species est relata. Cæterũ cõposita ex ipsis pharmaca multiformiter alij iuxta aliam symmetriam & cõmensurationem cõscripserunt. Et quibusdã sanè ex tribus aut quatuor simplicibus cõpositum pharmacum suffecit: quidam verò in maiorem numerũ extenderunt. Et quidam, velut dictum est, ex mollissima & lenissima materia arteriacas confectiones composuerunt: alij vice versa ex acri, calida, extergente, ac multùm resiccante: sunt & qui tertium genus medium inter ambo ista fecerunt. Post hos verò alij medij generis inter medium & mollissimum, alij medij generis inter medium
B & acerrimũ: & iuxta eandem rursus rationem, quidam magis, quidam minus, à medijs facultate pharmacis digressi, diuersas cõpositiones fecerunt: Quibus omnibus solus is rectè vtetur, qui singulorum simpliciũ pharmacorũ vires nouit: ipse.n. sciet & ordinem pharmaci, & quanta distantia sit à medijs digressum. Porrò eiusmodi pharmaca scripserunt etiam qui ante Mantian & Heraclidem, & qui post hos, vixerunt: verũ multo præstantiora à prædictis viris tradita sunt per libros quos nobis reliquerunt, & in quibus medicamentariam artis partem auxerunt, partim ipsi cõponentes, partim ab alijs cõposita transcribentes. Progressu verò temporis tum hęc, tum etiam priora, exacta & longa experientia cognita, à viris electa & coaceruata sunt, quorum iam sæpe in hoc opere mentionem fecimus: sunt autẽ hi, Asclepiades, Musa, Andromachus, Heras, Crito, & Menecrates: quin & multa alia pharmaca Archigenes & Philippus scripserũt: Vt nullo amplius ex veteribus opus habeamus: hi.n. oĩa ab antiquioribus inuenta optimè, velut dixi, tradiderunt.

De Arteriacis ab Andromacho descriptis. CAP. 2.

PLurimas arteriacas confectiones scripsit Andromachus, vt promptum sit à debilissimis ad fortissima paulatim per media transitu facto progredi, si quis ipsorum differentiam nouit: ipse.n. Andromachus indiscriminatius ipsas prodidit. Verùm ego discrimina apponã, in memo
C riam reuocatis ijs quæ paulo antè dixi. Quòd enim circa simplicium pharmacorum tractatũ præ exercitatum esse oporteat eum, qui dicenda assequi velit, sæpe à me dictum est: citra enim singulorum simplicium exactam ac certam cognitionem impossibile est cognoscere, ex quo ordine eiusdem generis medicamentorũ cõpositum sit, num ex mollissimo, an vehementissimo, aut medio, aut alio aliquo inter hunc & alios intermedio.

Primam itaq; Arteriacam confectionem non longè à principio libri, in quo affectionum corporis internarum curationẽ tradit, hoc modo in hæc verba scripsit. ℭ *Arteriaca, qua vtor.* Thuris drachmam j, alij iiij: myrrhæ ℥ j, alij iiij: croci ℥ j, alij iiij: scyllę ℥ ij, passi cretici sextar. iij. Scylla in passo coquitur donec passum spissetur, deinde scylla abiecta, reliqua inspergunt. Hoc pharmacũ si scyllam nõ reciperet, inter exactè mollissima numerandũ esset, vtpote in tres passi cretici sextarios, paucissimo thure, ac myrrha, & croco coniectis, vt parũ absit quo minus totũ passum creticũ existat. Manifestũ est aũt ꝙ pharmacum hoc, eclecton hoc est delingibile, efficitur: vocant autem huiusmodi etiam sub fœminino genere eclectas, hoc est delingibiles, confectiones.

Consequenter ad præscriptã Alteram addidit Andromachus hoc modo. ℭ *Artheriace Diacodyon i. ex capitibus papaueris.* Capita papaueris viridia mille & ducẽta, mellis attici lib. quatuor: cro *Aliter v.
D ci cilicij ℥ v, alij x: succi hypocistidis ℥ x, acaciæ ℥ x, aquam pluuiam ad capita papaueris. Aqua quidem pluuia addit, quò minus putredini obnoxium sit pharmacũ: habet aũt & adstringens quippiam in se hæc aqua. Scopus est ꝑdicto pharmaco cõcoquere affectionẽ circa arteriã, † quod sanè cõtinget, ⅃ per somnũ, & cõcoctoria cũ adstringẽdi vi non adeo multa. Cæterũ simplex pharmacũ ex papaueris capitibus vt ego facere cõsueui, sola capita habet in aquã coniecta: atq; vbi flaccida reddita fuerint, ipsa quidẽ proijcimus, aquã verò ipsorũ ad solum mel atticũ admiscemus, vsq; ad cõpagem delingibilis pharmaci facta coctura, quomodo sanè ego apparare cõsueui. Quãtam aũt copiã aquæ item q́; mellis miscere oporteat in huiusmodi pharmacorum præparatione, in sequentibus dicã eo loco, † quo talia verba scripturus sum: ⅃ Confectio ex capitibus papaueris.

† Aliquęcunq; ca sit.

† *Vbi in codi. impreßis græcus legitur ἔνθα γράψειν ποιήσομαι τοιαύτην, Antiqui habẽt ἔνθα προγράφειν ποιήσομαι τοιαύτην, i. quo præscriptionẽ sextulum faciã talem.*

Tertiam deinceps confectionem arteriacam Andromachus hanc prodidit. ℭ *Arteriace, qua vtor, Blasii ad Tabescentes valde bona.* Nardi celticę ℥ iiij, amomi ℥ viij, cinnamomi ℥ x, malabathri ℥ iiij, nardi indicę ℥ iij, floris iunci rotundi odorati ℥ ij, casię ℥ viij, thuris ℥ iij, myrrhę ℥ j, costi ℥ iiij, fæcis vnguenti malabathrini ℥ vj, succi glycyrrhizæ ℥ iij, succi mãdragoræ ℥ v, mastiches chiæ ℥ iij, croci ℥ vj. Palmulas in vino mulso aut protropo coquito: deinde in ipsum decoctum nuces pineas xx cõijcito ac terito. Postea ex pharmaco ad nucis ponticæ magnitudinem, aut paulo minus, accipito: & ad aliquot dies cum hoc decoctovtitor: deinde etiam simplici pharmaco vtaris. Postea autem ad

 duos

duos vel tres dies hiera ex aloe veteris, cochlearij mensura ex aqua in diem data. Vtere pharmaco E
etiam cum lacte in ijs,qui arteria affecti sunt, ad gargarissandum: & rursus facto interstitio vtere pharmaco fabę ægyptiæ magnitudine. Cùm verò fortis fuerit fluxio, opium & castorium in antidotum miscemus,vtriusq; parum quid: In his autem qui stomacho malè affecti sunt, ea ipsa vitamus. Manifestum igitur ex ipsis verbis quæ scripsit Andromachus, quod in fluxionibus partiũ thoracis,& pulmonis,ac arteriæ,præscripta confectio confusæ est facultatis. Dixit enim ipse,cum fortis fuerit fluxio,opium & castorium in antidotum miscemus, vtriusq; modicam partem, resiccare nimirum fluxionem & sanam reddere volentes. Varium autem est pharmacum, & ex multorum mistura constans,vt ad omnes conueniat affectiones,quæ etiã diuturnæ & malignæ existunt ac ægrè curabiles,etiam si vlcus sit circa arteriam aut eius summam extremitatem, laryngem Græcis dictam,& multo magis si iuxta pulmonem. Talia enim fortibus adeo opus habẽt pharmacis, quò ad longius tempus sufficere queant tabidam affectionem habentes.Cùm enim obtigerit eis regio sicca,& in conuenientis victus ac pharmacorum vsu perseuerarint,quã diutissimè reniten tur consuetas actiones moderatè obeuntes.Hanc igitur confectionem non censuerim admiscendam esse ijs quæ priuatim Arteriacæ appellantur.

Quartam deinceps cõfectionẽ Andromachus sic scripsit. ℭ *Altera eiusdem.* Blasti videlicet di F
cit,de quo circa præcedẽtẽ arteriacã scriptũ est, Arteriaca Blasti qua vtor. Cõpositionẽ aũt eius ta lẽ facit. Aloes sextantẽ,croci ℥ j,mastiches ℥ j. Palã est hoc pharmacũ ex eorum numero esse, quæ priuatim stercorũ eductiua appellant,vnà cum hoc,ꝙ concoctorium quiddã habet crocus. At verò cùm concoctorium dico,intelligere oportet eius affectionis,cuius gratia exhibetur.

Quintam ex ordine compositionem Andromachus talem prodidit. ℭ *Confectio sedans Dolorem,eiusdem.* Opij quadrantem,croci ℥ j,myrrhæ sextantem,acaciæ vnciæ dimidium, succi radicis dulcis ʒ iiij: excipe melle. Hæc Andromachus. Verùm ego non auidè recipio eiusmodi compositionẽ pharmacorũ,vbi non ostenditur affectio,in qua ea sit vtendũ. Scimus etenim componendi sedantia dolorum scopum,cùm somnum videlicet inducere voluerimus, & vehementem dolorem stupefacere. Acaciæ aũt mistura velut ad vlcus est, quemadmodum radicis dulcis succus ad leniendа exasperata. Crocum autem & myrrham in cõpositiones dolorem leuantes miscere plurimis placuit: videntur enim ipsis omnes affectiones sufficienter concoquere posse.

Sextam consequenter confectionem Andromachus hoc modo scripsit. ℭ *Arteriace eiusdem.*
* Aliter ii. Thuris vnc.j,succi radicis dulcis vnc.j,myrrhæ ʒ iiij,tragacanthæ ʒ vj,nardi drach.vnam, amomi ʒ iiij,croci ʒ iiij: mellis attici quod satis est. Non obscurum est etiam hanc ad respirationis organo G
rum affectiones compositam esse ex concoctorijs,mitigatorijs,adstringentibus,& extergentibus. Myrrha enim,& thus, & crocus,affectiones concoquunt. Radicis dulcis succus exasperata mitigat: idem etiam tragacãtha facit. Amomum fortiter resiccat cum modica adstringendi facultate. Mel autem calfactoriam & extersoriam vim habet.

Septimam post relatas compositiones Andromachus scripsit ex multis valdè medicamẽtis cõstantem,quæ omnes fermè facultates habent: nam & adstringentia,& mordentia,& attenuantia, & mitigantia,& læuigantia in ea continentur: quin & soporifera vis, & discussoria, ac extersoria in ipsa habentur. In quibus omnibus multifariam mistis facultatibus communis ratio est, quemadmodum ẽt antea dixi,ꝙ videlicet quispiam ex omnibus pharmacum quoddam cõponere voluit, spe faciendi vnũ medicamentũ ad omnes eiusdem generis affectiones cõmodum. Verùm ex ipsis aliqua quidem per experientiam cognita sunt maligna, & propterea relicta: aliqua verò fœliciter pro ipsius componentis coniectura,efficacia euaserunt,& ob id recepta. Quin & præparandi ipsam modũ Andromachus adscripsit,quãquã hoc facere aliàs non soleat. Quòd verò ex pharmacis cõposita sit eas,quas dixi,facultates complectentibus, præstat meminisse eos qui hos libros in manus sument: si tñ non promptam habeant memoriam,eo sanè tẽpore quo huiusmodi phar- H
maca discunt,sextum & septimum ac octauum de simplicium pharmacorum facultate librum legant: in illis enim omnem pharmacorum materiam conscripsi,qua radices,& folia,& flores, & semina,& fructus,& liquores,& succi omnium ex terra nascentium plantarum existunt. His itaq; præmissis iam animũ ad ea quę Andromachus de hoc medicamento scripsit aduerte. ℭ *Arteriaca, qua utor.* Radicis filicis crassissimæ lauantur donec purissimæ fiant, & omne terreum deponant: deinde per diem vnum perfrigerantur,& in frusta magnitudinis trium digitorum secta conquassantur: atque ex eis libræ x in ollam emerco luto oblitam,aquæ dulcis sextarios decem cõplectentem, inijciũtur,& ad dimidias, hoc est vt sextarij v reliqui fiant,coquuntur: exprimuntur, & liquor quidem in duplum vas diffunditur, & aromata crassa ac integris partibus adduntur: Nardi indicæ ʒ iiij,cinnamomi ʒ vj,radicis dulcis ʒ vj,casiæ ʒ iiij,rhei pontici ʒ iiij, balaustij drac.vj: rosarum siccarum drach.iiij, alij vj. Hæc similiter ad dimidias coquuntur, ac exprimuntur: & ad decoctum,mellis attici sextarius vnus additur: fit autem mel præcoctum,& in duplici vase priuatim spissatum,vsquequo manus non inquinet: adijciuntur & terebinthinæ pellucidæ drach.tres, chalbani drach.ij, croci drach.v, succi hyoscyami drach.j, succi hypocistidis drach.j,mandragoræ
* Aliter vna. succi oboli iij,piperis albi drach.octo.

Octauam

A Octauam deinceps confectionem ſcripſit, ſumma facultatis ipſius indicata, quod ipſum in omnibus feciſſe oportuit. Habet autem ſic. ℭ *Arteriace laudata Mithridatis, ad Thoracis collectiones, Subpurgat & læuigat.* Irionis torrefacti ʒ xx: in quibuſdam exemplaribus fabæ freſæ ſcriptum eſt: ſunt aũt ambo exterſoriæ potentiæ. Seminis lini toſti ʒ xx: & hoc exterſoriam vim habet. Nucis pineę ʒ xx: hæ læuigandi vim habent. Vuæ paſſæ exacinatæ ʒ iiij: & hæc ob id ꝙ modicè ſubadſtringat, ſimul q; commodus corpori cibus ſit, meritò admiſſa eſt: habet autem & paſſi facultatem, qualem in quarto de ſimplicium pharmacorum viribus indicauimus. Croci obol. ij: minimũ quid ex croco coniecit, qui pharmacum compoſuit, vt propè nihil ſit aliorum proportione: diximus de croco eum concoquendi vim habere vnà cum adſtrictione: dictum eſt etiam ꝙ adſtrictio corpora cogit, cõſtringit, & corroborat. Adiecit aũt ẽt mellis †heminas iiij } a vino dulci ac ſapa digreſſus: vult enim hoc modo præparatum pharmacum velut præfatus eſt, in pectore hærentes collectiones depurgare: cæterum in huiuſmodi pharmacis ea, quæ craſſos ſuccos habent, impediunt repurgationem. His admiſcuit tragacanthæ ʒ iiij: quod pharmacum læuigat exaſperata: prędictum eſt autem quòd vult hoc propoſitum medicamentum repurgare, & læuigare ea quæ iuxta thoracem hærent: ſcopus enim huiuſmodi eſt, attenuare, & abſtergere, ac ad eductionem ſupernè aptas face- † Cod. [illegible]

B re collectiones in thorace: verùm ſedandi doloris gratia, & ne nimium tuſſiant partes exaſperatę, læuigantia apponuntur. Maximum hoc eſt, atq; ipſius per omnia meminiſſe oportet, Nimirum quòd ſæpe vnus ſcopus ſit, in quem pharmacum componitur: ne verò hoc ipſum aliquo modo offendat, vtraq; miſcentur primum vtilitatis ſcopum nequaquam habentia.

Nonam arteriacen poſt has Andromachus his verbis tradidit. ℭ *Arteriace Maxim.* Croci ʒ j, gummi ſextantem, tragacanthæ ʒ j, mellis attici ſextarium j: coquito donec cùm diffunditur non inquinet. Hoc pharmacum medium eſt facultate: eſſet q; exactè mitigatorium ac dolorem ſedãs, ſi neq; crocum haberet, neq; mellis ſextarium, ſed pro ipſo theræum vinum creticum: aut ſapam ex muſto cocto factam, quam nos Aſiani, vt dixi, hepſema appellamus. Verùm hoc loco importunè inter relata fortia pharmaca locatũ eſt, vtpote quæ ſuppuratis & tabeſcentibus conueniunt.

Decimam conſequenter recenſet, quæ inter exactè læuiſſimam ac mediã, qualem ſanè eſſe dixi præcedentem, intermedia eſt. Ex gummi igitur hanc, & paſſo cretico, ac aqua componit, melle ẽt admiſto: & gummi quidem inijcit beſſem, paſſi ſextarium vnum, mellis libram vnam, diſſoluere cũ aqua iubens ipſum gummi, copia eius non expreſſa. Itaq; ob gummi, & paſſum, & aquam, penitus nihil exterſoriũ habet: ob mel verò, à leuiſſimo & læuigãte eſt digreſſa: ſcimus enim exter-

C ſoriũ eſſe mel. Coqui aũt ſuper prunas oportere ipſum dixit, hoc eſt ad mollem & non fumantem ignẽ. Melius verò feciſſet, ſi ẽt ad alias omnes hoc adſcripſiſſet. Ego itaq; ſic ipſum præparo, & neque ad prunas adhuc ardentes cocturam facio, ne videlicet inde quid acre & fumoſum ſublatum, acrimoniã non neceſſariam medicamento ipſi affricet. Mellis equidẽ acredinẽ toleramus, quanq; ea non ſit vehemens, propter aliam ipſius vtilitatem, verũ fumi nulla eſt vtilitas. Quare fugiẽdus eſt fumus, inquantum poſſibile eſt, circa omnium huiuſmodi pharmacorum preparationem. Pręſtat autem & in ijs quæ meatus obducunt, lignis fumum non ędentibus vti.

Vndecimam confectionem ſic prodidit. ℭ *Arteriaca alia bona.* Cinnamomi, thuris vtriuſq; vnc. j, ſucci radicis dulcis vnc. j, myrrhæ ʒ iiij, tragacanthæ drach. ſex, nardi indicæ ʒ iiij, amomi ʒ iiij, croci ʒ j: melle attico excipe. Rectè dixit bonam hanc arteriacẽ eſſe, verùm deeſt ſermoni, ad quas affectiones bona ſit: dictum enim in principio eſt & per vociferationem, & per diſtillationem lædi arteriam, amplius q; propter vlcus & inflammationem obduratam. Hæc autem confectio quã nunc Andromachus deſcripſit, etiam ad tabidos aptum pharmacum eſt, & ſimpliciter omnes inueteratas thoracis ac pulmonis affectiones. Cinnamomi etenim natura tenuium partiũ & reliccatoria ẽt induratas affectiones ſanare poteſt. Ab eo proximum locũ amomi facultas habet, ſimul q; * Aliter iii.

D adſtringens quippiam habet. Verùm ob horũ actionem vehementem rõnabiliter admiſſa ſunt, thus, & radicis dulcis ſuccus, & tragacãtha, pharmaca exaſperata lenire à natura apta. De croco & myrrha ſepe diximus, eſſe videlicet concoctoria & modicè reficcatoria huiuſmodi affectionum.

A.l.5.ſu.2.t.5. ol.553.e Duodecimam arteriacã Andromachus hoc modo ſcripſit. ℭ *Alia ex libris* * *Galli ad Arteriam affectam, Vlcera pulmonis, Puris et Sãguinis reiectiones, & Fluxiones in thoracem, & ad Ea quæ ęgre educi poſſunt, vehementer efficax.* Reſinæ terebinthinæ ʒ iiij, croci * cilicij ʒ iiij, thuris ʒ iiij, myrrhæ troglodyticæ ʒ iiij, cinnamomi ʒ iiij, amomi ʒ ij, nucis pineæ ʒ iiij, radicis dulcis eiecta medulla ʒ iiij, nardi ſyriacæ ʒ ij & dimidiam, caſiæ nigræ ʒ ij, tragacanthæ ʒ iij, palmularum ſyriacarum carnis ʒ iij, aſteris ſamij ʒ iiij, chalbani puri obol. iiij: coſti ʒ iiij, alij ʒ j: mellis attici heminas iiij. Mel & reſina in duplo vaſe coquuntur, atq; vbi ſpiſſari cœperint chalbanum miſcetur, donec non inquinent: deinde refrigeratis reliqua trita admiſce, & ſic vtere. Rectè fecit in hoc pharmaco, tum quòd ad quas affectiones conueniat, tum quòd quomodo præparare ipſum oporteat, adſcripſit. Ratio autem compoſitionis ex ſuperioribus conſtat. * *Al. coryci.*

Decimamtertiam arteriacen Andromachus his verbis tradidit. ℭ *Arteriaca Galli, eadem etiam antidotus eſt ad eadem efficax.* Nardi ſyriacæ ʒ iiij, myrrhę ʒ iiij, croci ʒ quãtuor: coſti ʒ iiij, alij drachmam vnam: piperis albi grana xxx, radicis dulcis drachmam vnam, nuces pineas centum, ſtyra- * Aliter ii.

cis drach.j,tragacanthæ ʒ j,cinnamomi drach.vnam,amomi ʒ j,thuris ʒ j obol.iiij, casiæ fistulæ ʒ j, E balaustij drach.tres obol.iij: mellis attici aut passi cretici heminas duas. Passum in duplo vasculo coquitur ad spissitudinem mellis,atque ita ad arida trita affunditur: tragacantha autem & styrax per diem antea in sufficiente protropo macerantur,& ita ad reliqua admiscentur: reponitur pyxide argentea aut vitrea. Rectè fecit & hîc quòd tum ea quæ promittit hoc pharmacum, tum quomodo præparatur,adscripsit. Ego verò propterea omnes ab ipso descriptas arteriacas apposui, ne quis alium scriptorem requirere cogatur: omne enim facultatum genus in ipsis continetur, mollium,fortium,ac mediorum.

Decimaquarta arteriaca eius est,de qua sic prodit. ℂ *Arteriaca ex libris Aphrodæ,Moschionis. Est eius facultas non modice medias transgressa ad fortes. Habet vim Secandi & Attenuandi ac Calfaciendi ex multis pharmacis,quibus etiam lenta quædam admista sunt ob eam quam dixi causam.* Compositio eius hæc est: Rubricæ lemniæ, thuris, myrrhæ, nardi, amomi, casiæ rufæ, croci, iridis illyricæ,floris iunci odorati, singulorum ʒ ij: cinnamomi ʒ iiij,resinę terebinthinæ ʒ iiij,floris rosarum ʒ iiij,opobalsami ʒ ij,mellis heminam vnam, aut passi cretici heminæ dimidium amplius q́ʒ quartam eius partem: liquorē & resinam donec fulua reddantur coquito,deinde ab igne ablatis reliqua addito ac conquassato. Datur in thoracis & arteriæ affectionibus fabæ græcæ magnitudine,cū aqua,quarta heminę parte: reliquis forma eclegmatis delingendum. F

Decimāquintam arteriacam sic scripsit. ℂ *Arteriace ad Gutturis siue Arteriæ asperitudinem,Vocem interceptam,& Sanguinem reiectantes, qua utor. Ex libris Apollonij & Alcimionis.* Tragacanthæ drach.
† *Aliter iiij.* †vj,gūmi ʒ vj,thuris ʒ j obol.vnūm,myrrhæ ʒ j obol.ij,croci ʒ j obol.ij, succi radicis dulcis ʒ j obol.
*Aliter ii. iij,aut radicis sesquidrac.piperis albi grana xxv: palmularū pinguium carnis ʒ iij, alij palmulas v
* Aliter ʒ s.& aliter ʒ ii. aut tres habent. Tragacanthā passo maceratā ac tritā reliquis aridis tritis committe, ex eis q́ʒ omnibus catapotia fabæ magnitudine effice,sub lingua q́ʒ tenenda exhibe. Huiusmodi confectiones hypoglottidas medici,ab eo quod sub linguā dantur,appellant: iubēt q́ʒ id,quod à dissoluto pharmaco defluit,sensim in asperæ arteriæ summum excipere,obnitendo simul ne tussis excitetur.

Decimasexta ex ordine sic scripta est. ℂ *Arteriace delingibilis ad omnes Internas affectiones,maximè Tabescentes & Suppuratos,ad Hydropas incipientes, Tusses veteres. Datur per diem & noctem, cochlearij mensura.* Succi scyllæ sextarios iiij, passi cretici sextarios iij, vini falerni sextar.viij, mellis attici sextar. iij,myrrhæ trientem,croci sextantem,thuris sextantem, aristolochiæ dactylitidis minam vnam &
† Al. sextantē. dimidiam,glycyrrhizæ minam vnam,radicis eryngij sextantem,casiæ vnc.j,nardi celticæ †vnc.j,*
* Al.sextantē. xylobalsami bessem. Aristolochiam,eryngium,glycyrrhizā,xylobalsamum,casiā, nardum,in crassas partes contusa in vini sextariis viii macerato ad triduum: deinde ad lentum ignem ad tertias coquito,atq́ʒ ita exprimito: & recrementis abiectis passum, mel, & scyllæ succum committito, & ad mellis crassitudinem coquito. Crocum verò,thus,& myrrham cum vino terito: atq́ʒ vbi optimè habuerit pharmacū,addito: & vbi modicè fuerint liquata ab igne tollito, & repositis vtitor. Rectè facit & hîc Andromachus ꝙ quæ promittit,& quomodo præparetur,adscripsit. G

Decimaseptima confectio talis ab eo traditur. ℂ *Arteriaca alia vt Heraclides Tarentinus.* Succi scyllę sextarios iii,passi cretici sextar.iii,mellis attici heminam vnam: croci trientem,alii sextantē:
* Aliter vnc.i. myrrhæ quadrantem,tragacanthæ vnc.j, succi radicis dulcis sextantem, thuris vnc.j, opobalsami sexuncem: vtere præparato. Iuxta hanc confectionem neq́ʒ quæ promittat,neq́ʒ quomodo pręparetur,tradidit,tanquam iam ante sententiam ipsius legentes intelligere queant. Ex eo enim quod dicit: Alia Arteriaca,similia præscriptæ ipsam promittere, nos intelligere conuenit. Præparationem autem ex antea relatis computare oportet.

Decimaoctaua confectio sic tradita est. ℂ *Arteriaca ex libris Perigenis, ad omnes Arteriæ affectus.*
† *Aliter iiij.* Croci ʒ j, vuæ passæ exacinatæ ʒ † j,amygdalarum ʒ viii,myrrhæ obol.iiii,tragacanthæ ʒ iiii, piperis albi obol.iiii,mel coctum. Vua passa torretur, amygdalæ excorticantur: tragacantha in aqua maceratur per diem vnum,& teritur,ac reliquis admiscetur. Et hîc rectè ab eo factum eo,ꝙ tū promissionem,tum compositionem eius adiecit. Cæterùm mediæ facultatis pharmacum existit, quare ad omnes affectus ipsum commodum esse ait: est enim mediorum pharmacorum natura talis. Vnde etiam ipsis mediis affectionibus propriè & primariò cōuenit: iis verò qui mollibus aut fortibus opus habent,neq́ʒ emolumentum neq́ʒ detrimentum magnum affert. H

Vltimam omnium arteriacam hoc modo descripsit. Vini mulsi veteris sextarios iij ad vnū decoquito: deinde nucum pinearum tostarum heminam adiicito, piperis albi sextantem: ac vtitor. Esset sanè hoc pharmacum ex mollissimis,si non piper accessisset: hoc verò addito,ad mediam facultatem péruenit: propterea etiam eiusdem generis cum præscripto esse ratus subscripsit.

Arteriacæ à Critone conscriptæ Quatuor numero.

Ex arteriacis à Critone conscriptis quatuor ꝓduxisse suffecerit. De prima scribit in hæc verba. ℂ *Ad Vocem interceptam ob contentionem.* Ficum & eryngium probè coquito, & ad decoctū gūmi misceto, vt melle durior confectio fiat: dato ad noctem. Facit & ammoniacum. Ob id sanè pharmaci huius mentionem feci,quòd in principio apta est hæc præscripta confectio,si per eryngium pręparetur: ammoniacum autem inueteratis commodum, forte enim pharmacum existit.

Non

A Non rectè igitur Crito fecit, quòd cum moderato fortissimum pharmacũ indiscriminatim tradidit: si enim ab vsu duri immutaueris, non solum nihil iuueris, sed etiam lædes hominem. Alteram arteriacam scripsit Crito mediam facultate, concoctoriam & lenem his verbis. ¶ *Alia faciens maximè ad Phonascos, & Asperam arteriam, & Tussis irritationes, Dolorem aurium, Vlcera in auribus, ac pudendo. Concoquit etiam Destillationes.* Thuris obol. iiij, myrrhæ ʒ ij, passi cyathos iij: passum ad mellis spissitudinem decoquito, deinde myrrham & thus trita cum passo semicocto ablato adijcito. Facit et ad dysentericos, cœliacos. Quidam croci etiam drachmam addunt, & fit auribus commoda, atque oculis inflammatis. Hæc Crito perspicuè & probè scripsit: neque opus est me eiusmodi pharmacorum expositionem apponere, vt qui sæpe iam de his dixerim. Porrò alias duas prædictæ quidẽ similes, verũ moderatiori facultate & simplicissimas sic scripsit. ¶ *Eclegma Faustianum appellatum.* Vini falerni sextarium j, mellis attici lib. j: in duplici vase coquito, rutæ ramulo agitando. Alterum pharmacum tale est. ¶ *Eclegma ex vino scybelite quo vtimur.* Vini scybelitis sextarium j, gũmi quadrantem, mellis dodrantem: coquito in duplici vasculo, gũmi prius macero ac dissoluto. Hoc solùm loco apposuit in duplici vasculo, hoc est diplomate, coctură fieri debere. Rectissimè autem fecerit, qui omnes arteriacas quæ mitigatoriam, concoctoriam, & lenitoriam vim habere B prædicantur, in duplo vase coxerit, quod Diploma Græcis vocatur, quomodo sanè vnguentarij vnguenta præparant: nimirum calidam aquam in magnum quendam lebetem infundentes: ac postea vasculum, quod pharmacum coquendum in se habet, imponentes: & sic præustas prunas, aut ligna fumum non ædentia succendentes.

Confectio Diacodyon id est ex capitibus papaueris, iuxta Veterum traditionem.

Quin & circa huius compositionem veteribus indiscreta discordia fuit. Quidam enim ex ipsis ad capita papaueris cxx, aquæ sextarios xx infundendos censent, vt quælibet sextarij mensura sex papaueris capita recipiat. Quidam verò in lxxx sextarios octingenta papaueris capita inijciunt, vt singuli sextarij capita x accipiant. Quidam ita temperauerunt, vt sextario vni viij capita tribuerentur. Quidam autem haud scio qua ratione, in aquæ sextarios tres, capita papaueris lxxx conijciunt. Alij capita cxx in eosdem tres sextarios addunt: verùm mihi videtur valdè pauca aqua esse, ad tantam copiam capitum.

Confectio ex Capitibus papaueris, Andromachi.

Andromachus igitur, velut supra in arteriacis præscriptum est, alteram ex ipsis præparans sic scripsit: Capita papaueris viridia mille ducenta. deinde ad finem: Aquam pluuiam, non appo- C nens aquæ quantitatem.

Confectio ex Capitibus papaueris, Critonis,

Crito verò sic. *Confectio ex Capitibus papaueris simplex.* Capita papaueris agrestis octingẽta, aquę sextarios lxxx: coquito ad tertias, atque expressis addito mellis lib. x. Si verò variã efficere velis, adde croci, myrrhæ, succi hypocistidis, singulorum ʒ xij: thuris ʒ vi, acaciæ ʒ xij. Rectè videtur mihi ad singulos sextarios capita x conijcere: ita enim contingit, cùm scribat ipse, capita octingenta in aquæ sextarios lxxx indendos esse. Et ego sanè hoc modo pręparo non apponens, neque crocum, neque myrrham, neque aliud quicquam: optima est enim simplicissima.

Confectio ex Capitibus papaueris, Heræ.

At verò Heras ad capita cxx, aquę pluuiæ sextarios iij infundit, modicam omnino quantitatẽ: tametsi in quibusdam exẽplaribus non numerus capitum papaueris cxx scriptus sit, sed pondus totidem drachmarum. Adscribam autem totam ipsius dictionem sic habentem. Capita papaueris viridia cxx in vas conijcito: & affusis aquæ pluuiæ sextarijs tribus, ad triduum madescere sinito, deinde ad tertias coquito: & ablata ab igne exprimito ac colato, admisto que mellis sextario in duplici vase coquito: atque vbi spissari cœperit, acaciæ rufæ ʒ j, succi hypocistidis ʒ j, adiicito. Cęterũ D cùm ipsa capita coxeris in aqua, croci ʒ j linteolo illigatam simul coqui permittito. Quidã etiam myrrhæ ʒ j addunt, ipsa que cum modico passo terunt, atque ita indunt: ac simul coquunt, donec aliquantulum fuerit confectio inspissata. Quòd si tamen non medicamentariam confectionem facere velis, cum capitum decocto ad tertias redacto mel coques, reliquis non adiectis.

Confectio ex Capitibus papaueris, Damocratis.

Hoc pharmacum primum à Themisone pręparatum est, inquit Damocrates in libro, Damocratis Philiatrus, {hoc est rerum medicarum studiosus,} inscripto. Scimus autem ex versibus eũ constare. Aiunt Themisonem hoc pharmacum primùm præparasse ad tusses humidas, dolorem arteriæ, & gulæ, species fluxionum simpliciter omnium quæ circa thoracem consistunt, & ad vigilias, quarum sanè illæ existunt causæ.

A. l. 5. fu. 1. c. 6. fol. 539 d

Papaueris quod nominant ipsi agricolæ
Agrestis (nam spontaneum est, nec conseritur)
Capita virentia & recentia, integra,
Semen rubens non dum nigrum gerentia,
Centena bis que dena magnitudinis
Mediocris, in nouam ollulam ore amplo indito.

Infunde tres pluuia de aqua ſextarios: E
Macerato in his totam diem noctem ſimul:
Dein coquito lento igne,ac diutiuſculè,&
Omnem liquorem expreſſum in ollulam excipe,
Et mellis attici libras tres addito.
Decoquito rurſus leniorem ad flammulam,
Dum non liquentis mellis inſtar duruerit.
Mox frigefacta in vitreum vas condito.
Sic nos quidem. At Themiſon prior qui prodidit
Vſum,addidit myrrham,acaciam,& rubens crocum,&
Hypociſtidis ſuccum. Aſt ea obſoleta iam,
Simplex enim parata commodiſſima eſt,
Iucunda valde,lenis atq; viribus.
Ex hac datur myſtri minuti quantitas,
Aliquando plus ſub noctem,& ad diem minus,
Vt hanc in ore quis breui ſic detineat, F
Iuſſus liquentem ſenſim ita vt poſt deuoret.
Quòd ſi voles aluum morandi gratia,&
Siſtatur vt pulmonis & ſtomachi fluor,
Eruptioq; ſanguinis ſeptum ſupra,
Facere,eupatoricæ aut tu potius hinc ponticæ
Addes rhois ſucci ſimul drachmas duas,
Tantundem & acaciæ bonę,non veteris:
Auferre iam volens ab igne pharmacum,
Diluta paſſo ambo hæc ſimul confundito,
Paulatim adhuc in ollula feruentibus,
Quò ferueant parum ſimul: mox vaſculo
Refrigerata indantur inde vitreo.

Confectio ex Capitibus papaueris, Sorani.

Soranus porrò ita præparandam cenſet. Capitum papaueris numero cl,aquæ ſextar.xx,in lebetem nouum cōiecta ad dimidias coquito: & reiectis capitibus mellis ſextar. j addito: poſtea verò myrrhæ,croci,hypociſtidis,& acacię ſucci,ſingulorum drach.j obolos tres,linteolo illigato: & in ollam ſiue lebetem ſuſpendito,quò ſimul cum melle coquantur: poſtq; verò craſſeſcere inceperit,faſciculum colligatum tollito, & in mortarium coniectum cum paſſi cyathis iij terito: indeq; in lebetem coniectum,lentè ſimul donec ſpiſſetur coquito. Verùm mitior eſt confectio quę ex ſolo melle & capitum papaueris cremore conſtat. Efficacior autem redditur,ſi in faſciculum linteoli pro adſtringentibus melilotum & radicem dulcem addideris. G

Confectio ex Capitibus papaueris, Galeni.

Cęterùm velut ego compono confectionem ex papaueris capitibus, ita ea vtendum cenſeo. Etenim cum de prędictis confectionibus experimentum ſumpſerim,pręſtātior ea viſa eſt, in qua ad vnum aquę ſextarium capita decem inijciuntur, quēadmodū Crito ſcripſit: aut ad duos ſextarios quindecim capita,velut Soranus: in medio autem horū amborum terminorum eſt,vbi octo aut nouem capita in vnum ſextarium conijciamus. Pręmacero *autem ea non ad triduum, velut Heras,ſed neq; ſtatim ablatas coquo,ſed ſi quidem humidiora & molliora fuerint, ad vnum diē. Accipienda eſt aūt in omnibus huiuſmodi ſermonibus etiam nox: quemadmodum etiā annum dierum ccclxv eſſe ſolemus dicere. Si verò duriora & ſicciora ſint,etiam lōgiori tempore ipſa macero: pręſtat autem accipere nondum indurata. Manifeſtum verò ꝙ etiam valde mollia abijcienda ſint: ſicciora enim exiguum ſuccum habent: humectiora verò craſſum quidem, ſed crudū adhuc & aquoſum ac debilem: quapropter ex humidis ac paluſtribus locis accepta fugienda ſunt. At verò numerum quem dixi inijci oportere iuxta proportionem aquę, de mediocribus intelligere oportet. Cùm enim quædam maiora moderatis,quædam minora exiſtant,quædam verò inter hæc media,quemadmodum vt plurimùm eſſe ſolent, ex his prædictum numerum ad ſextariū conijcere oportet. Terminus autem cocturæ ſit non vt tertia,aut quarta,aut aliqua talis pars aquæ fiat reliqua,verùm vbi primùm in totum flaccida fuerint facta: ſuccum enim ipſorum exprimere volumus,hoc verò ſufficienter continget ipſis flaccidis factis: ſuperuacuum igitur diutius coquere. Cæterùm mellis dimidiam menſuram huic ſucco admiſcendam cenſeo, & coquēdam ſimul ad lentum ignem ad compagem attici mellis. Verùm in aqua pluuia quidam capitum cocturam fecerunt,ne videlicet ipſa ad aliam putredinoſam qualitatem tranſmutetur: tibi verò etiam fontana ſufficiet,pluuia non præſente: ſatis eſt & ipſam mundam eſſe, & omnis miſturæ exortem. Ob quam rem ea quæ per plumbeos canales deriuatur fugienda erit, limus enim quidam ex plumbo in ea continetur. Vnde etiam qui aquæ eiuſmodi fæcem combibunt,dyſenterici euadunt. H

A.l.3.f.10.c.3. c.3.fol.265.a

*Aliter multū.

A *De Vsu Confectionis ex Papaueris capitibus.*

Vsus eius est in ijs qui somno opus habent, quibus etiam ex opio constantia sæpe exhibere cogimur. Opus habent maximè huiusmodi pharmacis ij, quibus tenuis fluxus à capite ad asperam arteriam destillat, non permittens dormire ob consequentem tussim. In talibus ego etiam ex sapa pharmaci confectionem parare soleo. Dictum autem à me antea est sapam, id est hepsema, à nobis appellari mustum coctum, quod etiam siræum quidam medici vocant. Sufficiens coctura eius ad huiusmodi est, vbi capita papaueris ad medietatem aquæ fuerint decocta. Quin & per passum, aut theræum creticum, melius est quàm per mel cocturam fieri, vbi fluxus valde tenuis extiterit: scimus enim attenuantis facultatis mel esse: fugiendum igitur tunc, tenues enim fluxiones auget. Miscenda etiam huiusmodi pharmaco dum coquitur, radix dulcis, quo simul coquatur: vbi verò hæc non adsit, succus qui ex Creta apportatur. Si verò circa pulmonem consistat copia fluoris à capite delati, confectio ex melle melior est. Quemadmodum enim somno opus habentibus, ea quæ ex sapa constat: sic reiectatione per sputum indigentibus, ea quæ ex melle fit, commodior existit. Contrà vrgenti igitur renitendo, vbi in somnum vertitur æger, aut quod ex melle constat, aut quod citra hoc apparatum est, pharmacum exhibebis: aliquando etiam ambo-
B bus permistis, scopum habens ipsum vrgens, circa misturam, ex vtro amplius conijcere oporteat: appello autem vrgens id, quod maiori auxilio opus habet. Datur commoderata mensura duorum cochleariorum satis magnorum copia. Augebis autem & minues hanc copiam ad magnitudinem corporis cui exhibiturus es, respiciens, item ad ætatem, & anni horam, ac regionem: in omnibus enim his, frigidioribus minimum dabis, calidioribus amplius. Quòd verò etiam multitudinis ac qualitatis ipsius destillationis respectu, aut plus aut minus dabis, manifestum existit: commune enim hoc in omnibus auxilijs est. Suffecerant equidem præscriptæ arteriacæ, verùm apponere amplius mihi visum etiam eas, quæ Asclepiades in secundo Interiorum scripsit. Aliquæ enim ex eis penitus eædem sunt: quędam præscriptis valde vicinę, vt & ex eo certitudo descriptionum confirmetur. Quin vltra hæc præparandi & vtendi modus, diligentius ab ipso Asclepiade traditus est.

Arteriacæ ab Asclepiade conscriptæ in Secundo Internorum, quæ Mnasoni inscribit. Antonij Musæ, ad Vocem interceptam.

ℭ Brassicæ viridis cauliculos depuratos manducandos præbe, & quod instar palearum exuccũ est, expuere iube, succum verò deglutire. *Alia.* Brassicæ succum cum melle coctum delingẽdum
C exhibe: auxiliatur confestim. *Alia.* Succi eryngij in aqua cocti heminas duas excipito, & succi ficuum in aqua coctarum tantundem: his adde gummi subtilissimè dissoluti drach. viij: coquito diligenter ad arteriacæ spissitudinẽ, & inde cubitum ituris ad cyathi mensurã delingendum præbe.

ℭ *Alia Arteriaca Charixenis facit ad Sonum vocis fractum, Destillationes in arteriam, Vocem interceptam & raucosam, ad Interceptiones vocis ex distensione.* Croci drach. ij, succi cyrenaici drach. i, mellis attici cyath. vi: mel coquito, & vbi spissatum fuerit, reliquis admisceto: ac vtitor velut dictum est pilulis inde formatis, quæ sub lingua detineantur. *Alia.* Galbani drach. vi, piperis drach. i, nitri drach. j, mellis attici cyathos sex: galbanum & mel coquito, & densata reliquis vnito: vtitor vt dictum est.

ℭ *Alia ad Exulceratam arteriam Charixenis. Facit Phonascis ante & post certamen data. Facit ad Oculorũ dolores forinsecus imposita, lana ex ea madefacta. Facit & ad Internas affectiones linctu accepta.* Gummi, tragacanthæ, vtriusq; drach. sex: thuris, myrrhæ, vtriusq; drach. i, obolos tres: croci, hypocistidis succi, vtriusq; drach. vnam: passi scybelitæ aut therei sextarios sex. Gummi, tragacantham, myrrham, thus vnà cum hypocistidis succo macerato affusa ipsis passi portione: atque vbi dissoluta fuerint, diligenter terito, & ad passum misceto, assiduéque mouendo coquito. Crocum verò sacculo stupa contexto {κροκυφάντιον vocant, alij κροκοφαντὸν} initiis in sublimi contentis inditum, vnà cũ
D pharmaco coquito: deinde exemptum passo dilutum ac tritum ad pharmacum conijcito: & repositis vtitor. *Alia.* Succi radicis dulcis, tragacanthæ, vtriusq; ʒ iij: croci, myrrhæ, vtriusq; ʒ j: thuris, spicæ nardi, vtriusq; obolos tres: protropi sextarios tres: vtere. ℭ *Alia Lysiæ ad Easdem affectiones.* Croci, myrrhæ, succi radicis dulcis, thuris, casię, singulorum drach. vnam: piperis grana xxiiij, passi cretici sextarios tres, mellis attici cyathos vi: vtere. ℭ *Alia Charixenis.* Croci drach. iij, myrrhæ drach. vnam & dimidiam: thuris, succi glycyrrhizæ, vtriusq; drach. vnam: passi cretici sextarios tres. Facit ad sonum fractum, destillationes in arteriam, interceptam vocem, tonsillas inflammatas, facit etiam ad phonascos ante & post certamen data. Iuuat perfrigeratos, facit ad recentem & veterem tussim, ad spuentes sanguinem, eundem q; sursum reiectantibus prodest, & cœliacis.
[...]l. 5. fu. 2. t. 5. [...]ol. 553. f Conducit item ad spiritus fœtorem. ℭ *Alia Hypoglossis, sub lingua tenenda, facit ad Arteriam exasperatam, & Vocem interceptam, item q; Reliquas affectiones.* Tragacanthæ, gũmi thebaici, vtriusq; drach. tres: myrrhæ, thuris non secti, vtriusq; drachmam vnam obolos tres: croci drach. vnam, succi glycyrrhizæ obolos tres, phœnicobalanorum trium carnem, passi protropi aut theræi quod satis est his excipiendis: decoquatur ad crassitudinem mellis. Datur fabæ ægyptiæ magnitudine sub lingua tenenda, & dissoluta transglutienda. ℭ *Alia Hypoglossis Dioscoridæ.* Croci, myrrhæ, tragacanthę, radicis dulcis succi, singulorum drach. j: nuces pineas repurgatas numero sexaginta, amygdalas

las mundatas totidem: excipe melle cocto. Datur nucis ponticæ magnitudine sub lingua teneda. E

℄ *Alia Scribonij Largi Hypoglossis, facit ad Vocem interceptam.* {Croci, terebinthinæ, singulorum drac. octodecim: iridis illyricæ drach. sedecim, tragacanthæ drac. octo, piperis grana ccclx: excipe melle cocto, & terebinthina simul cocta: vtere sub lingua nucis pōticæ magnitudine.} ℄ *Alia Scribonij Largi Hypoglossis, facit ad Vocem interceptam.* Glycyrrhizæ drach. octo, myrrhę drach. vigintiquatuor, terebinthinæ drach. trigintaduas, tragacanthę drach. trigintaocto. Arida singula per se tundito ac cribrato: resinam autem in pilam coniectam tundito, arida ad ipsam inspergendo: deinde ex vnitis omnibus pastillos formato fabæ ægyptiæ magnitudinis, quos in vmbra siccato: atque vsus tempore vnum aut duos sub lingua tenendos dato, ac liquescentes deuorandos. Oportet autem hoc pharmacum confestim in pastillos conformare. Quo tempore igitur pastillos cogis, eodem etiam tundes, resiccantur enim citò: & ob id pastillos ex eo formantem ad manum simul tundere oportet. ℄ *Alia Aromatica Mithridatis, facit ad Arteriæ affectiones, Pulmonis Vlcerationes, Spuētes sanguinem, Tabescentes, Suppuratos, & Peripneumonicos.* Croci drach. duas, & dimidiam: myrrhę, resinæ terebinthinæ, vtriusque drach. ij: thuris sesquidrachmam: nardi, cinnamomi, casiæ, tragacāthę, singulorum drach. vnam: mellis attici heminam i. Mel & resinam coquito, vt tractilia fiant ac fibrosa, & non inquinent in frigidam aquam instillata: dein cum aridis committito, ac probè con- F tundito, & reponito. Vtere nucis ponticæ magnitudine sub lingua detenta, vt prædictum est.

℄ *Alia Mithridatis.* Myrrhæ, croci, vtriusque drach. quatuor: nardi indicæ, terebinthinæ, vtriusque drach. duas: thuris, casię, cinnamomi, singulorum drach. vnam: passi cretici heminas tres. Passum & terebinthinam ad perfectam compagem coquito, & cum siccis committito: inde q; ad nucis ponticæ magnitudinem sub lingua tenendum dato. ℄ *Alia ex Filice Andromachi aromatica. Prodest Hæmoptoicis, Pleuriticis, Tabescentibus, Splenicis, Hepaticis, Ictericis. Facit & ad Affectiones circa Vterum & Vesicam.* Radices filicis q; crassissimæ lauantur diligenter, donec omne terreū ab eis de-

† *Aliter xii.* cedat: deinde perfrigerantur ad diem vnam: & ex ipsis libræ † x, in frusta digitalis magnitudinis secantur, & conquassantur, ac in vas figulinum conijciuntur. Infundūtur deinde aquæ dulcis sextarij x, & ad ignem positæ coquuntur. Cùm verò ad dimidias deuenerint per cocturam, eas tollimus, & in duplum vas vnguentarium excolamus. Et radices quidem expressas proijcimus: in aquam vero crasso modo contusa conijcimus, Balaustij drach. vj: nardi indicæ, rosarum siccarum, vtriusq; drach. iiij: cinnamomi drach. iij, glycyrrhizæ drach. vi, casiæ drach. quatuor, rhu pontici drach. iiij. Deinde rursus ad ignem admota coquimus: & vbi ad dimidias peruenerint, rursus in

*Aliter lignosa aliud paruum vas vnguentarium excolamus: & aridā quidem expressa reijcimus, ad aquam verò G mellis attici heminas quatuor addimus, probe q; mista & igni adhibita rursus coquimus: & cùm instillata in frigidam non inquinarint, his resinæ terebinthinæ drach. tres, chalbani non lignosi tātundem, admiscemus. Hac verò liquefacta ad subscripta deplemus: sunt autem hæc, Croci, succi hyoscyami, succi mandragoræ, piperis albi, succi hypocistidis, singulorum drachma vna. Omnia hæc tenuissimè trita, & cum primo filicis succo vnita habeto, vt strigmentitiam crassitudinem habeant. Postquam igitur inuicem permista ac probè conquassata fuerint, in vitreum aut argenteum vas reponimus. Datur ex pharmaco cochlearium. Maximè iuuat vocem interceptam.

℄ *Alia "Panacea Mithridatis, ad Phonascos ante & post certamen. Facit & ad Glandularum inflammationes, Laxatas columellas. Facit ad Gingiuas humore prægnantes, & Nomas in ore, & motos Dentes. Prodest Destillationibus, recenti ac Veteri Tussi, Hæmoptoicis, Empyicis, & Anaphoricis.* Vtor pharmaco hoc quandoq; puro, quandoq; passo dissoluto, aut vino scybelite, & aqua calida. Etenim ad tonsillarum inflammationes dissoluto pharmaco vtendum est: ad affectiones verò in profundo, puro. Composi- A l. 5. fu. 2. t. 5. fol. 553 g

* Aliter libras tio sic habet. Capita papaueris agrestis numero cl, filicis lotæ drāch. iij: symphyti depurgati, corticis mandragoræ, rhu pontici, rosarum siccarum, iridis, chalcidoniæ, glycyrrhizæ ponticæ, balau-

* Al. drach. iii. stij, singulorum trientēm: cinnamomi drach. ij, nardi celticæ sesquidrachmam, aquæ pluuiæ sextarios xv. Prędicta in crassas partes contusa in vase duplici vnguentario ad triduum macerantur: sequenti deinde die ad tertias coquuntur: & postea in quallū coniecta exprimimus ab ipsis in aliud vas vnguentarium liquorem: & res decoctas abijcimus quidem, verùm de expresso liquore quantum sufficit accipientes, subscriptas res in ipso dissoluimus: sunt autem hæ, Gummi, tragacanthæ H

* Al. vncia i. albæ, vtriusque libra vna: myrrhæ, succi radicis dulcis, succi hypocistidis, singulorum sextans: croci, mastiches, vtriusque vncia vna. Hæc dissoluta diligenter terimus, paulatim de expresso liquore adstillantes: postea ad pharmaci confectionem vino scybelite, aut theræo, aut pramnio vtimur: sint autem eius sextarij xxiiij. Passum in vas fictile diffusum coquimus: atq; vbi mellis spissitudinem acceperit, ipsi dissoluta & trita pharmaca adiicimus, rursus q; coquimus ad compagem: & sublato in vas vitreum aut argenteum vtimur, quemadmodum dictum est antea. Aliam ad destillationes, & omnes tussiculosas affectiones Asclepiades in secundo internorum sic tradidit.

℄ *Ad Destillationes pharmacum, quo Vsus est Comò philosophus: auxiliatur statim.* Pyrethri, costi, vtriusque drach. ij: piperis albi drach. j: tusa & cribrata reponito: vsu verò expetēte naribus admouere, & pharmacum attrahere, iubeto. *Alia.* Piperis albi drach. vnam, seminis vrticæ tātundem: costi, myrrhę, croci, singulorum obolos tres: pręparato ac vtitor vt dictum est. ℄ *Alia Dolorem sedans,*

Antonij

A *Antonij Musæ. Facit ad Destillationem, & Vocem interceptam.* Opii, myrrhę, seminis hyoscyami, singulorum drach. duas: singula in cicutæ decocto macerato, ac diligenter terito: & ex mistis catapotia erui magnitudine formato, & duo ex ipsis ante somnum dato. ℭ *Alia facit ad Hæmoptoicos.* Seminis hyoscyami albi drach. octo, nardi indicæ drac. sex, croci drach. quatuor: opii, amyli, anisi, singulorum drach. duas: rubricæ lemniæ drach. vnam: cum aqua catapotia erui magnitudine formato, ac vtitor vt dictum est. ℭ *Alia Delingibilis, ad Tusses extremas & inueteratas.* Vini falerni sextarium vnum, mellis attici libram vnam, coquito assidue agitando cum ramulis rutæ: dato inde mystrum. Facit & ad stomachicos. ℭ *Alia Petini, ad Vlcerationes & Suppurationes in profundo.* Vini mulsi veteris † sextarium vnum: *axungiæ veteris sextantem, alij vnciam vnam. Axungiam probè cum vino mulso terito ac dissoluito, inde q; in vas fictile transferto, & ad prunas ramulis rutæ agitando coquito: & vbi densata fuerint, in vase vitreo reponito: ac mystrum delingendũ vt prædictum est exhibeto. ℭ *Alia Orgeniæ.* Glycyrrhizæ ponticæ drach. duas: seminis vrticæ tosti, seminis lini tosti, vtriusq; drach. vnam: myrrhæ, croci, vtriusq; obolum i: mellis attici, aquæ, vtriusq; cyathos sex. Glycyrrhizã aqua coquito, deinde expresso liquore, reliqua terito, & melle cocto excipito, ac delingenda præbeto. *Alia.* Ari tosti drach. vnam: ammij torrefacti, nucum pinearum to- * Aliter ii.
B starum, irionis tosti, singulorum drach. vnam: excipe melle cocto. ℭ *Alia Placentula, hoc est coptarium ad Tussientes.* Seminis lini torrefacti cõtusi & cribrati, vuæ passę pinguis citra acinos, vtriusq; sextarium vnum: nucum pinearum tostarum, nucum ponticarum depurgatarum, vtrarunque heminam vnam: piperis albi sextantem: myrrhæ, croci, vtriusque vnc. j: mellis attici libras quatuor: contusa vt oportet trita q; reponito. Semen lini cum melle coquito, et vbi densata fuerint reliquis addito, misceto, ac contundito. Datur nucis ponticæ magnitudine. ℭ *Alia, facit et ad Thoracis affectiones.* Farinæ fabaceæ tenuissimæ tostæ heminam vnam, iridis illyricæ contusæ quadrantem, nucum pinearum tostarum sextãntem, pulegij aridi contusi sesquidrachmam, seminis vrticæ drach. *vnam, piperis vnc. dimidiam, mellis boni sextarios ij: farinam cum melle ad densitatem coquito. Seminis lini etiam tusi, tosti, & cribrati heminã vnam in promptu habeto & adiicito. ℭ *Alia ad Tussim, & Spiritus prolationem, valde probe expurgans.* Hyssopi, pulegij, vtriusq; sextantem: iridis, seminis sinapis, cardamomi, singulorum vnciam vnam: anisi, piperis, vtriusq; vnciam vnam: tusa & cribrata melle cocto excipito. Datur cochlearij boni mensura. Si vero hyems sit, & accepturus nõ febriat, piperis sextãtem, & pro aniso fœniculum aut cuminum, & pro cardamomo sinapi duplũ, conijcito. ℭ *Catapotium ad Tussim recentem, Panacea pharmacum Dolorem leuans, inducens Somnum facit* *Aliter drac. ij.
C *ad Hæmoptoicos, ad Empyicos & Anaphoricos.* Styracis drach. octo: opii, myrrhæ, vtriusq; drach. quatuor: diluta passo in catapotia cogito, & erui magnitudine cubitum euntibus dato. Alia exemplaria par pondus omnium habent. ℭ *Aliud Platoni inscriptum: e uestigio auxiliatur.* Styracis, myrrhę, opij, galbani, singulorum par pondus: passo diluta in catapotia redige. ℭ *Aliud Basso inscriptum, pharmacum accommodatum: auxiliatur statim. Facit Hæmoptoicis, Sanguinem reijcientibus, Suppuratis.* Galbani, styracis, iridis illyricæ, corticis pinus, singulorum drach. duas: enulæ, opij, vtriusq; drac. vnã: *excipe melle cocto, & præbe ciceris magnitudine ex aquæ mulsæ cyathis iiij. ℭ *Confectio ex Marrubio Platonis.* Myrrhæ, styracis, opij, succi marrubij, galbani, croci, æquales partes: præpara ac vtere melle exceptis cocto. ℭ *Catapotium Dolorem sedans, pharmacum accommodatum ad Inueteratas affectiones. Facit ad Destillationem, Dolorem capitis, Aegre spirantes, Peripneumonicos, ad Vesicæ & Vteri affectiones. Inscribitur Panacea accommodata, ab aliquibus Stichus.* Myrrhæ, piperis, cardamomi, opii, styracis, castorii, galbani, æquas partes excipe passo: fac catapotia, & vtere. ℭ *Aliud pharmacum valde bonum, inscribitur Harmonia. Facit ad Destillationes, & inexuperabilem Defluxum.* Styracis, castorii, piperis, cardamomi, singulorum drach. tres: opij, myrrhę, seminis hyoscyami albi, singulorum drach. quatuor: excipe passo, reduc in catapotia, dato ciceris magnitudine ad somnum. *Aliud.* Croci, * Aliter vnc.
D sulfuris viui, myrrhę, opii, singulorum drac. quatuor: seminis hyoscyami albi, cardamomi, piperis albi, singulorum drach. octo: mellis cocti quincuncem, aut quod satis est. Vsus pręmonstratus est. Datũ cubitum euntibus. ℭ *Confectio Proxeni, ad Tusses inueteratas, & valde diu durantes Humectas affectiones, appellatur Symphonos, & Lexopyretos id est optime sedans febrem. Hac vsus est Antonius Musa.* Piperis albi, opii, cardamomi, singulorum drachmas octo: croci, sulfuris viui, myrrhę, seminis hyoscyami albi, singulorum drac. quatuor: mellis cocti sexuncem. Datur nucis ponticæ magnitudine cum aquę mulsę cyathis tribus.

Confectiones ad Tussim ab Andromacho libro Secundo de Confectionibus Internis conscriptæ. CAP. 3.

POstquam multas ad tussim Andromachus scripsit confectiones, deinceps omnes soporem inducentes, & ob id soporiferas appellatas, tradidit. Cęterùm hę omnes tenues fluxiones inspissare possunt resiccantes simul que refrigerantes: & propterea aliquę non tantùm opium, sed & mandragorę succum, aut radicis corticem, aut hyoscyami semen: aliquę etiam duo, aut tria, aut etiam omnia huiusmodi habent: quemadmodum alię styracem, & crocum. Rationabiliter autem his alij partim calfacientia admiscuerunt, partim cum modica adstringendi vi aromatica & resiccantia, item que semina quędam familiaria, velut anisi, fœniculi, apii, dauci, seselis,

vtpote

vtpote quæ tum pharmacorum iniucunditatem ac vim obtundunt, tum vrinam etiam prolectāt. E
Quædam verò etiam aspritudines læuigāt, velut sunt tragacantha, glycyrrhiza, & vina dulcia. At verò ex iis, quæ minus de aromaticis complectuntur, eas etiam tabescentibus præbent. ℭ *Confectio ad Tussim ex duobus piperis generibus.* Cinnamomi drach. vnam, succi papaueris drac. vnam, myrrhæ obolos tres, piperis nigri obolos tres, costi obolos tres, castorij obolos tres, piperis albi obolos tres, chalbani obolos tres, croci dimidium: redigito in pastillos, dato cū melle aut passo. ℭ *Alia ad Tussim excellenter efficax. Eadem Febres sedat.* Seminis hyoscyami vnc. dimidiam: vnum exemplar
* Aliter vnc. vnc vnam habet: cardamomi drach. vnam, succi papaueris vnc. vnam: myrrhæ, sulfuris viui, croci, singulorum vnciam dimidiam: piperis albi iuxta Heram sesquiunciam, mellis attici quod satis est. ℭ *Aliud ad Tussim siccam.* Styracis partem i, succi papaueris tantundem, croci partem dimidiam: contundito simul & catapotia inde exhibeto. ℭ *Confectio* " *ad Tussim, qua vtor, Sacrificuli bona.* Succi papaueris drach. decem, seminis lactucæ drach. xx: castorij drach. xviii, alii xvi: rutæ hortensis aridæ drach. xiiii, seminis lini drach. sedecim, panacis drach. trigintasex, myrrhæ drach. quatuordecim: croci drach. vii, alii vnciam vnam: excipe melle. Datur pro viribus ægyptiæ fabæ magnitudine, febrientibus ex aqua, febre carentibus ex vino, ad noctem. ℭ *Catapotium ad Tussim quo vtor.* Styracis, myrrhæ, opii, singulorum drach. quatuor: opobalsami, croci, vtriusq; drach. duas: F
simul trita excipe, ac vtere. ℭ *Ad Tussim siccam.* Succi radicis dulcis drach. ii, styracis drac. vnam: opii, croci, myrrhæ, singulorum obolos tres: excipe passo aut aqua, & ad fabæ græcæ magnitudinem redigito, ac vtitor. ℭ *Potio qua vtor ad Phthisicos, Rhipali, multis commoda, appellatur Menodorios, & Ambrosia. Facit ad Febres per circuitum repetentes.* Nardi, croci, myrrhæ, costi, casiç, cinnamomi, iunci rotundi odorati, piperis nigri & albi, castorii, galbani, terebinthinæ, styracis, succi papaueris, seminis hyoscyami, singulorum drach. tres: anisi drach. vnam, apii seminis drach. vnam, tragacanthæ drach. sex, mellis quod satis est, vini falerni heminam vnam: tragacantham vino sufficiēti macerato, & reliqua simul cum melle committito. Datur febrientibus sesquidrachma ex aqua mulsa: febre carentibus vncia dimidia cum melle, & aceti cochleario vno, & vini falerni cyathis duobus.

ℭ *Apollonij Confectio, facit ad multa, præsertim ad Tusses, egregiè.* Cardamomi drach. octodecim, myrrhæ drach. duodecim, hyoscyami drach. duodecim: opii drach. decem, alii duodecim: seminis pe-
Aliter xviij trofelini drach. duodecim, croci drach. quindecim, malorum mandragoræ drach. decem, zingiberis drach. octo, sulfuris viui drach. vi, ari drach. sex, thuris drach. vi, costi drac. vi, piperis albi drachmas sex, mellis attici. ℭ *Alia ad Internos Abscessus, probè repurgans.* Sagapeni drachmas ii, myrrhæ ʒ ii: cardamomi drach. quatuor, alii drach. vnam: castorii drac. vnam, piperis albi obolos tres, opii G
drachmas duas: cum aqua in pastillos formato duorum obolorum ponderis. Dantur cum aqua.

ℭ *Isotheos ad Tussim, ad Tabem, ad omnes Internas & per Circuitum repetentes affectiones.* Nardi drach. duas, myrrhæ drach. vnam, croci drach. vnam & dimidiam, costi drach. vnam, piperis albi drach. vnam, fæcis opobalsami drach. duas, cinnamomi drach. duas, succi mandragoræ drach. ii, castorii
* Aliter i. drach. duas, seminis dauci drach. vnam & dimidiam, opii drach. duas, amomi sesquidrachmam, casiæ nigræ sesquidrachmam, mel coctum. Facit ad dolores stomachi, hepatis, pulmonis, oculorum, sanguinis reiectionem, abscessus: prodest dysentericis, voluulosis, nephriticis, ischiadicis, ægrè spirantibus: vrinæ suppressæ, doloribus laterum, præcordiorum: fluxui muliebri, & vteri strangulationi. Admiranda est antidotus ad lethalia venena, ante & post cibum sumpta, ad omnem sanguinis eruptionem cū frigida: & ad morsos à vipera, & percussos à phalangiis, in vini cyathis tribus. Quartanariis prælotis dantur ante horam accessionis oboli duo, ex vini cyathis tribus. ℭ *Potio ad Tussim, Dyspnœam, & alia multa, Antipatri, qua vtor.* Styracis drach. vi, terebinthinæ drach. quatuor, opopanacis drach. duas, galbani drach. duas, iridis illyricæ drach. duas, myrrhæ drach. duas, seminis hyoscyami albi obolos quatuor, spumæ nitri obolos quatuor, piperis albi obol. quatuor, opii obolos v. Datur quantitate fabæ ęgyptię ad somnum. Quidam opii obolos tres, alii drachmā H
vnam, coniiciunt. ℭ *Eclegma ad Tussim.* Nucleorum nucum pinearum drac. duodecim, seminis lini tosti drach. octo, tragacanthæ drach. duodecim, carnis palmularum drach. octodecim, iridis illyricæ drach. duodecim, amygdalarum dulcium drach. sedecim, mel coctum. Dato delingendum bis per diem, manè & vesperi. In quibusdam tragacantham aqua pluuia dissolutam primum cum melle coquito. ℭ *Catapotium ad Tussim, Crispi Liberti.* Myrrhæ, piperis albi, galbani, castorii, styracis, croci, opii, singulorum par pondus: styracis dimidium. Dato inde catapotia ii ad noctem.

ℭ *Scribonij, ad Tussim.* Seminis apii drach. duas: floris iunci odorati, nardi, celticę, styracis, croci, singulorum drach. vnam: balaustii obolos tres, succi papaueris drach. quatuor: mellis quod satis est. Datur magnitudo fabę non febrientibus ex aceto mulso, febricitantibus cum aqua. ℭ *Asclepiadæ, ad Tussim.* Rhu pontici, croci cilicii, succi papaueris, spicę nardi, thuris, myrrhę, singulorum
A* Aliter vnc. [a] drāc. vnam: radicis nardi celticę sextantem, styracis [b] quadrantem. Datur drach. i cum vino mul
B* Al. vnc. vi so. ℭ *Thespiana Apollonij, ad Internos abscessus.* Seminis apii drach. tres, succi papaueris drachmas
C* Aliter iij. tres, melanthii drach. tres, iridis illyricę drach. [c] septem, castorii drach. duas, seminis dauci drach.
D* Aliter iij. [d] septem, sinopidis rubricę drach. septem: excipe melle cocto, & dato nucis pontice magnitudine ex aqua. ℭ *Catapotium Resiccatoriū, ad Fluxiones thoracis, ad Molæ dolorem, Affectiones per circuitum repetentes,*

A. l. 5. fū. 2. t. 5. fo. 553. g

A *petentes, & percussos à Scorpio.* Succi papaueris, seminis hyoscyami, vtriusq; par pondus: cum passo
aut melle ad fabæ græcæ magnitudinem formato. Dato ad noctem: somnum inducendo prodest.
℄ *Confectio finiens Febrem, Phamphili pharmacopolæ bona.* Seminis hyoscyami vnciam i, cardamo-
mi exenterati vnciam i, succi papaueris vnc.i, sulfuris viui vnc. dimidiam, croci vnc. dimidiā, myr
rhæ vnc. dimidiam, euphorbij drach.ij, costi drach.iij, iridis illyricæ drach.iij, piperis albi drac. qua
tuor & dimidiam, mellis quod satis est: vtere. ℄ *Catapotium ad Tussim & alia multa commodum, &*
præsertim ad tussim humidam. Iunci odorati drach. sex, opii drachmas quatuor, galbani drach. sex,
styracis drach. quatuor: fiant catapotia araci magnitudine, dentur ad somnum. ℄ *Alia sedans Fe-* *Al. orobi.
brem Darij. Hac antidoto usus est ad oīa, ad Tonsillas, Tusses, & Anginas. Croci unc. vnā, piperis quincun *Aliter drac.
cem, myrrhæ vnciam vnam, succi papaueris vnc. vnam, thuris tantundem, seminis hyoscyami tan
tundem, cardamomi tantundem, costi drach. quatuor, iridis illyricæ drach. tres, aristolochiæ drach.
ii: melle attico excipito. ℄ *Aliud ad omnem Tussim expertum.* Anisi drachmam vnâm, costi obolos *Aliter ii.
iii, myrrhæ drach. vnâm: castorii, galbani, piperis albi, seminis hyoscyami, opii, succi radicis dulcis, *Aliter ii.
singulorum drach. vnam: excipe passo, redige in catapotia ciceris magnitudine. Dato in noctem.
℄ *Catapotium Concoctorium ex libris Perigenis, ad Tussim & Destillationem.* Styracis obolos duos, pi-
B peris grana viginti, myrrhæ drach. duas & dimidiam, seminis hyoscyami obolos quatuor, euphor *Aliter i.
bii drach. duas, iridis illyricæ drach. ii, opopanacis drach. ii, croci obolos tres, opii obolos tres, tere-
binthinæ drachmam vnam, piperis albi obolos tres, galbani drach. duas: trita excipe galbano ac
resina, opio q; & styrace. Datur, prout sunt vires. ℄ *Apollonij Confectio ad Tussim commoda.* Foliorū
malabathri drach. octo, croci drach. sex, opobalsami drach. vnam, spicæ nardi drach. vnam: rosa-
rum siccarum, floris iunci odorati, singulorum drach. vnam: costi, casiæ, styracis, myrrhæ, mei, sin-
gulorum drach. tres: vuæ passæ mundæ drach. sedecim, succi mandragoræ drach. sex, mellis quod
satis est. Vuam passam in cretico passo per noctem & diem macerato, deinde admistis aridis terito,
& mel misceto, ac reposito vtitor. ℄ *Potio ad Tussim ex libris Apollonij, item ad Muliebrem fluxum.*
Seminis hyoscyami drachmas tres, myrrhæ drach. tres: croci, succi mandragoræ, thuris, singulorū *Al. corticis.
drach. tres: piperis albi, & nigri, vtriusq; drachmas quatuor: viticis drach. tres, opii drac. tres, mel- *Al. μακρῶν
lis & vini chii quod satis est. Datur magnitudo fabæ. ℄ *Ad Tussim, incipientem Phthisim, Hæmo-* i. longi.
ptoicos, ac Fluxiones. Seminis hyoscyami drach. quatuor, radicis nigræ mandragoræ drac. quatuor,
rhu drach. iii, corallii drach. tres, opii drach. tres, lycii drach. duas, balaustii drach. tres, thuris drach.
quinq;, tragacanthæ drach. duas, croci drach. trēs: cum aqua pastillos triobolares formato. Datur *Aliter v.
C hæmoptoicis ex posca, reliqs in aqua. ℄ *Potio prodita à Cletio Abascanto, ad Tabescentes, qua vtor abun*
de: verum inepta est ad sanguinis reiectationem. Aristolochiæ dactylitidis drach. viginti, sulfuris viui
drach. xx, corticis mandragoræ drach. viginti, thuris drach. quadraginta, gentianæ drach. xxx, sese
lis drach. xxx, opii drach. quadraginta, seminis hyoscyami albi drach. xl, myrrhæ drach. xl, croci
drach. octo, piperis albi grana c, euphorbii drach. decem, baccarum lauri drach. septem & dimidiā,
costi drach. septem & dimidiam, cardamomi drach. septēm. Euphorbium et myrrham in vino tun *Aliter x.
dito, opium vero & hyoscyamum in vino mulso: reliqua priuatim tūdito, ac simul misceto ad mel
coctum. Vtere pharmaco non recenti. Rectè apposuit Andromachus ad hoc pharmacum, quòd
sit ad sanguinis reiectationem ineptum, ob sulfur videlicet viuum, & euphorbium, partim etiā ob
lauri baccas. ℄ *Catapotium ad Tussim, statim auxilians.* Iridis obolos quatuor, croci cilicii sesquio-
bolum, myrrhæ obol. duos, cinnamomi obolos quatuor, casiæ obolos quatuor, seminis hyoscyami
albi obolos duos, seminis † papaueris nigri obolos duos, seminis cicutæ obol. duos, { seminis la- † Al. θριδακος μελαίνης
ctucæ nigræ obol. ii: } redige in pastillos obolares aut semiobolares cum passo, & præbe in passi idest lactuca
quarta heminę parte. ℄ *Aliud, Ad * omnem Tussim, et Fluxionem, & Abscessus internos, vt Apollonius.* nigra.
Sagapeni, gentianæ, myrrhæ, opopanacis, piperis albi, singulorum drach. ii: baccarum lauri mun-
D darum drach. quatuor: trita cum aqua reduc ad magnitudinem fabæ græcę. Dato autem ischiadi-
cis paulo plus ex vini diluti cyathis tribus. ℄ *Ad Phthisicos aliud, quod à Flauiano Cretensi assecutus* *Al. Critone.
sum. Succi hypocistidis drach. octo, myrrhæ* drach. octo, castorii drach. sex, thuris drach. octo, suc- *Al. myrti.
ci rhois drach. ix, sagapeni drach. sex, succi papaueris drach. octo, anisi drach. nouem, seminis apii
drach. octo, liquoris panacis drac. quinq; seminis hyoscyami drach. octo, styracis ʒ octo, croci ʒ † x, † Aliter ix.
liquoris cyrenaici drach. vnam, seminis dauci drach. octo, marrubii drach. i, corticis mandragoræ
drach. x, piperis longi drach. octo, & albi drach. quinque & dimidiam, verbenacæ supinæ drach.
vnam, mel coctum. ℄ *Catapotium album, vt Prytanis & Apollo.* Myrrhę, seminis hyoscyami albi, *Al. ad tussim
opii, styracis, singulorum æquale pondus: formato catapotia quanta deuorari possunt, hæc ipsa
vua passa, aut passo, aut palmularum carne excipiens. ℄ *Catapotium ex libris Perigenis, Ad Tussim.*
Seminis hyoscyami, castorii, myrrhæ styracis, singulorum par pondus: dato magnitudinem fabæ
cum passo, aut aqua mulsa. ℄ *Catapotia ad Tussim humidam ex libris Perigenis.* Styracis, chalbani, am
moniaci thymiamatis, castorii, opii, singulorum æquales partes: in catapotia erui magnitudinis
redigito, ex eis q; duo exhibeto.

De Reiectatione Sanguinis. CAP. 4.

IN reiectatione sanguinis primum periculum est, ne immoderata eius euacuatio fiat. Secun-
dum

dum verò post suppressum sanguinem. Curatio autē eius quidem quæ ex apertione osculi alicu- E ius vasis contigit, per obturationem fit oris dilatati: eius verò quæ ex vasis ruptura, per eiusdem conglutinationem: quemadmodum eius quæ ex erosione, per renutritionem erosorum. Obturatur igitur osculum dilatatum per adstringentia: conglutinatur autem ruptum per eadem, & quæcunq; ipsis in compositione miscentur citra mordacitatem resiccantia, & glutinosum quiddam habentia: velut est lemnia terra sphragis appellata, & samius aster. Renutriuntur autem corrosa per cibos boni succi, & pharmaca carnem gignentia, sarcotica Græcis appellata: de quorum facultate dictum est in secundo opere huiusce tractationis. Iuxta primam quidem igitur rationem, ex talibus pharmaca componuntur ad reiectationem sanguinis curandam conuenientia: iuxta secundam verò, in iis qui ex pulmone, aut thorace, aut arteria, aut summa arteriæ parte, sanguinem reiectant. Miscentur enim prædictis congruenti mensura tum calida, tum tenuium partium existentia, quæ infestissima sunt prædictis tribus affectionibus, apertioni videlicet orarum, rupturę, et corrosioni. Cuius rei gratia itaq; miscentur? distributionis nimirum ipsorum in corpus. Etenim adstringentia & viscosa ac tenacia sibi ipsis vias præcludunt, quare opus habent facultate ipsis viam struente ac præparante. Porrò cùm ex locis circa stomachum, aut aluum, aut aliquod intestinum, sanguis educitur, huiusmodi pharmacorum mistura non est opus. Verùm rursus infe- F stissimum his est hoc genus pharmacorum, quę in tantum refrigerant, vt affectionē stupefaciant: & tamen etiam hæc admiscentur medicamentis ad hæmoptoicos conuenienter paratis, vt quæ altiorem somnum ac soporem inducant: & commodissima sunt iis qui à tussi lancinantur, sistentia nimirum sanguinem qui ad affectum vas defertur, atque hoc per suam frigiditatem. Atque hi quidem sunt componendi scopi. Copia autem materiæ pharmacorum, quæ sufficientem experientiam prioribus medicis, qui circa curatiuam artis partem diligenter versati sunt, exhibuerunt, deinceps referetur.

Quæ ab Andromacho ad Sanguinis Reiectationem scripta sunt.

A.l. 5.su.2.c.5. fol. 553.g

Primum ex iis" quæ sanguinem reijcientibus conueniunt pharmacis, Andromachus sic tradidit. ℭ *Ad Sanguinis Reiectationem, quo ego vtor.* Acaciæ drachmas viij, rosarum siccarum drach. viij, balaustii drach. viij gummi drach. ij, tragacanthæ drach. j: cum aqua pastillos facito drachmæ vnius: dato ex aqua pluuia. ℭ *Aliud Apollonij.* Seminis hyoscyami drach. viij. opii drac. iiij, thuris ʒ viij, terræ samiæ drach. iiij, amyli drach. ij, rubricæ lemniæ drach. ij: aut si hæc non sit, sinopicæ drach. ij: corallij drach. iiij, costi drach. iiij: floris balaustii obolos tres, alij drach. ij: excipe succo polygoni, ac redige in pastillos triobolares, quos ex frigida prębeto. Quidam cicutę seminis drac.† ij, G adiiciunt. ℭ *Aliud, quo vtor.* Cytinorum drach. vi, spinæ ægyptiæ drac. vi, succi papaueris drac. iiii, hypocistidis † drach. vi, balaustii drach. vi, acaciæ drach. vi, lycii indici drach. quatuor, myrrhæ drach. duas: excipe myrti baccarum decocto, & fac pastillos drachmæ vnius. Ex eodem decocto præbe bibendos. ℭ *Aliud sistens Sanguinem.* Croci cilicii, myrrhæ, iridis, nardi indicæ, thuris, acaciæ, singulorum vnciam vnam: succi papaueris, costi, piperis, singulorum vnciam dimidiam: rosarum siccarum trientem: melle excipito. Datur fabæ ægyptiæ magnitudo. ℭ *Aliud Fluxiones sistens. Prodest Fluxionibus internis, Tonsillarum, & Vuæ, & ad exulceratam Arteriam gargarissatum: & ad Sanguinis fluxum ex aqua frigida. Pluribus ex posca magnitudine Ponticæ nucis. Congruit etiam Mingentibus sanguinem, & Fluxui muliebri, potum & appositum.* Myrrhæ vnciam vnam, nardi indicæ vnciam vnam, cinnamomi vnciam [a] vnam, thuris vnciam vnam, croci vnciam dimidiam, piperis drach. iiii, succi acaciæ drach. iiii, costi drach. quatuor, styracis drach. quatuor, iridis illyricæ sextantem, rosarum siccarum sextantem: excipe melle cocto. ℭ *Aliud Sistens fluxiones, ex libris Galli. Facit probè & ad Sanguinis reiectationem.* Croci, myrrhæ, iridis, nardi syriacę, casiæ nigrę, rhu pontici, singulorum [b] drachmām vnam: styracis, piperis albi, vtriusq; vnciam dimidiam: rosarum siccarum quincuncem: tritis mellis attici quod satis est affunde. Datur nucis ponticæ magnitudine ex aquę cyathis tribus. H

ℭ *Aliud ad Hæmoptoicos, ex libris Apollonij.* Succi hypocistidis drach. duodecim: balaustii, acaciæ, cytinorum, singulorum drach. duodecim: gallæ drach. duodecim, succi papaueris drach. vi, croci drach. vi: redigito in pastillos triobolares. ℭ *Aliud ad Hæmoptoicos.* Succi papaueris obo. [c] duōs, amyli obolos tres, gummi obolos duos: dato ex aqua. ℭ *Aliud ad Sanguinis eductionem, & omnem Sanguinis eruptionem, ex aqua potum.* Succi papaueris drachmam vnam, cinnamomi drachmam vnam, castorii drachmam vnam: costi, piperis longi, et rotundi, myrrhę, singulorum obolos [d] trēs, croci sesquiobolum, corallii obolos ii, balaustii drach. [e] vnām, anisi drach. [f] vnām, gummi drachmā vnam: ex tritis pastillos formato ac vtitor. ℭ *Aliud ad Sanguinis reiectationem.* [g] † Rubricę sinopicę drach. quatuor, thuris drach. viii, anisi drach. i, seminis cicutę drac. quatuor, succi papaueris drac. quatuor, lapidis hęmatitę drach. quatuor, seminis hyoscyami drach. octo, terrę samię drach. tres: dato pharmacum ieiunis ex aqua. *Aliud.* Succi hypocistidis drach. vnam, opii obolos tres, balaustii drach. i, acacię drach. vnam: ex aqua. ℭ *Aliud ad Sanguinis eductionem, vt Herophilus.* Radicis symphyti quadrantem, terrę asteris vnciam vnam, thuris sextantem, balaustii vnciam i, hypocistidis vnciam i, croci obolos iii, myrrhę drach. ii, opii drachmam i, rubricę lemniæ quadrantem & obol. tres, gummi drach. i: excipe succo polygoni aut plantaginis. ℭ *Aliud ad Hæmoptoicos, Boni præceptoris.*

† Aliter iij.

† Additur in antiquis χυ- λῶν i. succi.

A *Al. dimidiam.*

B * Al. vnciam

C * *Aliter i.*

D * *Aliter i.*

E * *Aliter ij.*

F * *Aliter ij.*

G † *Additur ī antiquo codice græco, corallii torrefacti obolos tres, thuris obolos ij, acaciæ obol. tres: oui vnius albumen terito, & gummi obolū vnum admisceto. Totius huius dimidiū dato cū aquæ cotyles quarta parte ad bibēdū. ℭ Ad Sāguinis reiectationem valde bonum.*

A *præceptoris.* Balaustii drach.ii, acaciæ drach.ii, tragacanthæ drach.quatuor, succi hypocistidis drac. quatuor, florum rosarum drach.quatuor, opii drach.duas, thuris drach.iii, myrrhæ drac.duas, seminis hyoscyami obolos quatuor: excipe succo sanguinariæ quæ Græcis est polygonum. ℭ *Aliud Sanguinem reijcientibus, vt Acacios.* Terræ samiæ drachmas quatuor, coralli drach.quatuor, rubricæ sinopicæ drach.ii, balaustii obolos tres, opii drach.quatuor, amyli drach.xii, thuris drach.viii, seminis hyoscyami drach.octo: cum polygoni succo pastillos triobolares formato. Dato in posca, si fluxio sit multa cum vitello oui assato & aqua plantaginis. ℭ *Aliud ad Hæmoptoicos, & Dysentericos.* Floris rosarum, opii, acaciæ, gummi, balaustii, hypocistidis, singulorum quadrantem: gallæ vnciam vnam: seminis plantaginis eiusdem q; succi, vtriusque sextantem: lycii indici vnciam vnam, succi rosarum vnc.i: redigito in pastillos drachmales. Quidam etiam omphacii vnciæ dimidium addunt. Dysentericis etiam infunditur. ℭ *Aliud ad Hæmoptoicos, Carteri robustissimum.* Seminis cicutæ drach.duas, seminis hyoscyami drach.vnam, amyli drach.vnam, nardi obolos tres: rubricæ lemniæ obolos tres, alii quatuor: anisi obolos quatuor, alii tres: croci obolos tres. Dato cum vitello oui assati, ex aquæ lactosæ cyathis tribus. Facit & ad destillationes. ℭ *Aliud ad Hæmoptoicos, magni Philadelphi.* Coralli obol.ii, asteris samii obol.iiii, succi sanguinariæ cyathos sex. Dato hoc totum

* succo.

B pro duabus vicibus in potu.

Vsus Prædictorum Andromachi pharmacorum.

Iam antè quidem palā est ex iis, quæ in principio sermonis de reiectatione sanguinis dixi, quis sit vsus præscriptorum pharmacorum: verùm maioris lucis gratia repetam et nunc id quod primum omnium ex acacia, rosis siccis, balaustio, gummi, tragacantha q; est compositum. Manifestū autem est acaciam quidem, et rosam, & balaustium, adstringentia habere: gummi verò & tragacātham viscosa et glutinatoria. Igitur impossibile est ipsum vsque ad thoracem et pulmonem per se deferri, si non habeat quæ adstringentia & viscosa ac tenacia deducant. Et quod his amplius accedit, neq; mellis quicq; eius compositor addidit: sed per *aquam pluuiam, quæ & ipsa adstringētem vim habet, tum compositio ipsius, tum exhibitio tradita est, vt ad sanguinis ex stomacho & vētre eductiones conuenire possit. Quin & si possibile sit ex intestino ieiuno aliquid per nauseam efferri, ad hoc etiam commodum pharmacum fiet. Contrariam autem vicissim ad præscriptum pharmacum compositionem habet quintum ex ordine scriptum, item q; nonum: nimirum cùm cinnamomum, & piper, & costus & myrrha eis sint admista. Reliqua verò omnia, media quodam modo inter hæc sunt, neq; exactè adstringentia per totam sui compositionem, neq; fortiter calfacien-

A.l.3. f.16.t.1, c.4.fol.337.c

C tibus permista. Cæterùm opium, & hyoscyamus, & cicutæ semen maximè quidem iis, qui à tussi, aut etiam aliàs lancinantur, apta sunt: quanq; omnibus quomodocunq; sanguinem reiicientibus conueniant. Quare ipsa miscere licet tum in iis, qui ex nutritiuis organis sanguinem sursum educunt, tum quibus ex spiritalibus organis idem contingit.

Quæ Asclepiades ad Hæmoptoicos scripsit ad verbum.

ℭ *Ad Sanguinis reiectationem.* Radicis symphyti sexuncem, balaustii drach.ii aut iiii, aquæ sextarium i: coquito ad tertias, & expresso liquori hæc addito: Amyli drach.i, gummi thebaici tantundem: dato in potu. *Aliud.* Cucumerum satiuorum lib.i in tenuia frusta dissecato, & aquæ potabilis sextarium j affundito, ac ad tertias coquito. Expresso deinde liquori terræ samiæ sesquidrachmam inspergito, ac bibendum exhibeto. ℭ *Charixenis Pharmacum accommodatum.* Radicis polygoni manipulum, radicis symphyti tantundem, rhois rubri acetabulum, aquæ sextarios iii: coquito ad tertias, & expressi liquoris cyathum vnum dato, cum gummi tenuissimè triti ac dissoluti drach. vna. ℭ *Pharmacum Arrhabiani, quod Ponticum dicitur.* Vuæ vrsi libras xvi, aquæ pluuiæ sextarios xvi: coquito ad tertias, & expressum liquorem reponito. *Aliud.* Mororum rubrorum non dum maturorum libras xvi, aquæ pluuiæ sextarios xvi: coquito ad tertias, & expressum liquo

D rem reponito. *Aliud.* Fructus corni libras xvi, aquæ pluuialis sextarios xvi: fac eodem modo. *Aliud.* Palmularum thebaicarum lib.xvi, aquæ pluuiæ sextarios xvi: coquito ad tertias, & postq; expresseris liquorem, ad prius expressos liquores infundito, omnes q; probè mistos ad tertias coquito, & in fictili vase reponito: & inde cyathum vnum ante cibum dato. Pharmacum hoc est valde bonum, & regenerationem prohibens. Oportet autem singula suo proprio tempore præparare, & ad pharmaci confectionem reponere. ℭ *De Vrsi Vua.* Quæ vrsi vua appellatur, in Ponto nascitur. Planta est humilis & fruticosa, folio memæcyli, fructum ferens rubrum & rotundum, gustu austerum, quem vrsi vuam appellant. ℭ *Medicamentum quod Inspergitur, Græcis καταπαστὸν ad Hæmoptoicos.* Corticis thuris, terræ samiæ, amyli, singulorum drachmas quatuor: tusa & cribrata reponito. Vsu verò expetente, cochlearium vnum in aquæ frigidæ cyatho dato. *Aliud.* Balaustii, terræ samiæ, corticis thuris, gummi, singulorum æquale pondus: tusa & cribrata exhibe vt prædictum est. ℭ *Ad Sanguinis reiectationem Eclegma Amaranti, pharmacum accommodatum.* Vini falerni sextarium vnum, mellis attici libram vnam, in vas fictile coniecta & conquassata super prunas ponito: & vbi arteriacæ acceperint spissitudinem, ab igne ablata refrigerari sinito: eis'que contusa & cribrata addito gummi cochlearia iiii: balaustii, thuris, terræ samiæ, singulorum drachmas duas: & rursus ad ignem admota & calfacta reponito. Dato, vt prædictum est. ℭ *Aliud Origenis.*

* Al. duobus cyathis.

Origeniæ. Succi gentianæ,succi symphyti,balaustij,singulorum drach.viij: croci, myrrhæ, succi radicis dulcis,singulorum drach.iiij: protropi,aut theræi, aut scebelitæ,sextarios vi: præpara ac exhibe, vt dictum est. ℭ *Catapotia ad Sanguinis reiectionem dolorem sedantia. Vsus est Charixenes.* Succi hypocistidis,balaustiorum,opii,singulorum drachmas iiij: excipe vino myrtite,& fac catapotia.Dato ex his trioboli pondus.In alijs exemplaribus opij drachmæ duæ habentur. *Aliud.* Succi hypocistidis,succi acaciæ,succi rhois syriacæ,singulorum drach.iiij: balaustij, opij, gummi, singulorum drach.iiij: vini myrtitæ quod satis est. Vsus ostensus est. ℭ *Pastillus Hæmoptoicus,pharmacum accõmodatum,inscribitur Trypherum,hoc est Delicatum.* Amyli,balaustij,terræ samiæ,succi hypocistidis,gũmi,croci,opii,singulorum drach.ij: excipe succo plantaginis, & exhibe drach.vnam.Liquor ipse huic affectioni sit conueniens. *Aliud.* Amyli {drach.iiij:} terrę samię,hypocistidis,singulorum drach.duas: opii,croci,balaustij,tragacanthæ,singulorum drach.vnam: excipe succo plantaginis.

ℭ *Pastillus ex Succino,facit Hæmoptoicis, diuturnæ & recenti Tussi, Phthisicis, Anaphoricis, Suppuratis, Cœliacis, Dysentericis,& Inflatis. Est etiam Auricularis bona.* Psyllij mundi drach.xlv: iridis illyricę, mastiches,ramentorum succini, croci, singulorum drach.xxx: opij drachmas xv.Psyllium in aquam calidam coniectum macerari sinito: atq; vbi viscosum ac glutinosum de se in aquam deposuerit, liquorem exprimito, & cum eo pharmacum præparato, in pastillos ipsum cogendo: ex quibus F obol.iij,ad somnum euntibus dato. Sint autem aquæ sextarij iij.In alijs exemplaribus psyllium ad triduum madescit,deinde ter donec ebulliat coquitur, & ab igne ademptum rursus ad triduum sinitur, atq; tunc liquor ad pharmaci confectionem segregatur. ℭ *Pastillus Neapolitæ facit Hæmoptoicis, Suppuratis, Phthisicis, Affectionibus fluidis.* Seminis hyoscyami albi,succi mandragorę,vtriusq; drach.v: thuris masculi,opij hispani, styracis, coaguli hinnuli, singulorũ drach.x: mastiches drac. †xx: ramentorum succini,iridis illyricæ,croci,singulorum drach.xxx: psyllij drach.xlv, aquæ sextarios.iij: præpara ac vtere vt prædictum est. ℭ *Pastillus ex Corallio, vt Niceratus.* Corallij, terræ samiæ, vtriusq; drach.viij: balaustiorum, amyli, terræ lemniæ, singulorum drachmas iiij: seminis hyoscyami albi,opii,hypocistidis,singulorum drach.ij: excipe succo arnoglossæ,coge pastillos, ac exhibe. ℭ *Aliter Dioclis Chalcedonij.* Corallij drach.viij: succi hypocistidis,balaustii, succi acaciæ, rhũ pontici, terræ samiæ,opij, thuris,succi symphyti, singulorum drach.ij: excipe succo plantaginis. ℭ *Aphrodisiacum "Clidion,pharmacum accommodatum. Facit Hæmoptoicis, Cœliacis, Dysentericis, & qui Stomachi fluxionibus laborant.* Cytinorum,spinæ ægyptiæ,balaustiorum,succi hypocistidis,succi acaciæ,singulorum drach.vi: lycij,rhu pontici,opij, singulorum drach.iiij: myrrhæ drach.ij: contusa & cribrata diligenter baccarum myrti decoctio excipe, & pastillos coge.Exhibe pro viribus G cum rosarum decocto, aut baccarum myrti, aut aqua frigida. Forinsecus spongiam posca imbutam imponito.Postq; verò fluxus constiterit, pectus & fluxione infestatos locos omphacio cum aceto dissoluto illinito: tepefiat autem ad cinerem calidam , donec aliquãtulum spissetur. ℭ *Philippi Pharmacum accommodatum Dysentericis,et Hæmoptoicis.* Balaustij,acaciæ,hypocistidis succi,opij, rhois,thuris,myrrhæ,croci,gallæ,lycij,aloes,rhu pontici,baccarum myrti nigrarum, malicorij,singulorum drach. iiij: excipe vino Italico, & redige in pastillos triobolares. Dato febrientibus ex aqua,non febrientibus cum vino.

*rheumaticis.

†Aliter viij.

*Aliter rheu

A.l.5.fu.2.t.5. fo.554.b

Confectiones Dolorem sedantes, Tabescentibus,& Sanguinem reiectantibus commodæ, Item q; alijs quibusdam accommodatæ,præterquam colicis. CAP. 5.

IN ijs equidem qui sanguinem reiectant, non dum tñ exactè tabe apprehensi sunt, hoc genus pharmacorum dolorem sedantium priores medici composuerunt,ipsum q; anodynon appellauerunt,Conueniens & ijs qui sanguinem reiiciunt, & qui tum hoc perpetiuntur, tum etiam iam tabescunt: item q; ad alios dolores & affectus,qui circa pulmones,& arteriam,& thoracem,atque alias quasdam partes consistunt,colicis tantùm exceptis. Differunt enim hæc pharmaca ab ijs quę priuatim colica appellantur,aromatum,& odoratorum ac vrinam cientium seminũ,mistura.Colicæ enim confectiones his vehementiores sunt, stupefactoriam vim prædominantem habentes ex multitudine refrigerantium pharmacorum: quale est hyoscyami semen,& cicuta,& papaueris succus,& cortex radicis mandragoræ: his nanq; in colicis vti cogimur ob magnitudinem doloris. H

Quas Andromachus scripsit ad Prædictas affectiones †.

ℭ *Confectio Sedans dolorem, ad omnes Internos affectus, & Pleuritidas, qua vtor.* Radicis panacis, seminis dauci,vtriusq; drach.iiij: castorij drachmas iiij,alij drach.ij: seminis hyoscyami, opij, vtriusque drach.iiij,alij drach.ij: mellis quod sufficit. Dantur oboli quatuor, cum aquæ cyathis tribus.

†Additur in antiquis,ἀνώδυνοι,i.dolorẽ sedantes.

ℭ *Alia Sedans dolorem, Marcellini.* Anisi drach. ij, seminis hyoscyami drach. ij, succi papaueris drach.j,seminis apii drac.ij,croci obol.iiij,rosarum siccarum drach.j,myrrhæ drach.j, amomi drac. j: trita cum aqua in pastillos trigintaduos redige.Dato ad somni tempus cum aquæ cyathis duobus aut tribus. ℭ *Alia Sedans dolorem,ex Seminibus.* Seminis apii drach.viii, opii drac.ii, ammii drach.viij,anisi drach.iiij,fœniculi drach.iiij, casiæ nigræ drach.ij: cum aqua fac pastillos triobolares.Dato ex passo,sexta & decima heminæ parte,aut ex aqua. ℭ *Alia Achillis Compunctoris.* Anisi ʒ † viij,ammij drach.viij: seminis fœniculi,seminis apij, singulorum drach.iiij: opii drach.ij,nardi indicę drachmas ij,myrrhæ drach.ij, piperis drach.j, casiæ nigræ drach.ij: fac pastillos triobolares

†Aliter vi.

res

A res,qui resiccati pōderent obol.ij.Dato vt reliquos. ℭ *Alia Dolorem ſedans vt Xenocrates, qua vtor*
maximè ad Tormina & Dyſentericos. Seminis apij ʒ ij,aniſi ʒ j,piperis albi ʒ j,myrrhæ obol.iiij, caſto-
rij obol.iiij,opij obol.ij, croci obol.iij,gentianæ drach.ij. Fac paſtillos triobolares,& variè exhibe.
ℭ *Alia Sphragis dicta, Sedans dolorem,reſiccans Fluxiones,& Tormina ac Tuſſes, qua vtor.* Myrrhæ obol.
v,alij vi: corticis mandragoræ ʒ iiij, ſucci papaueris ʒ v: ſeminis hyoſcyami drach.iiij, alij ʒ ij: thu-
ris drach.v,croci drac.v: excipe vino. Exhibe pro viribus,aliquibus fabæ ægyptiæ magnitudine,
aliquibus obol.ij. ℭ *Alia, Aſter appellata , Siſtens dolorem , qua vtor ad omnem Fluxum , Dolorem , &*
omnes Internos affectus,& Deſtillationes,ad Veſicam,ad Suffocationes, Fluxum muliebrem , Stomachi fluxio-
nem, Dyſentericos, Sanguinem reijcientes,facit & ad reſolutos. Croci obol.iij, ſeminis hyoſcyami drac.vi,
ſeminis apij drach.vi, aniſi drach.iiij, ſtyracis drach.iiij , ſeminis dauci drach.iiij, caſtorij drach.ij,
opij drach.ij,myrrhæ drach. †ij: quidam etiam mandragoræ ſucci drac.iiij: vt verò Xenocrates, † *Aliter iij.*
etiam piperis albi drach.vi: cum aqua fac paſtillos triobolares . Dato ex aqua. ℭ *Alia Sedans do-*
lorem, Lycomedis. Reſiccat Deſtillationes arteriæ,& Fluxiones oculorum. Seminis hyoſcyami drac.ij, ſemi
nis apij drach.ij, opij drach.ij,aniſi drach.j,croci obol.iiij,roſarum ſiccarum drac.ij: myrrhæ drac.
vnā,alij drach.ij: cum aqua redigito in paſtillos triobolares. Vtere quemadmodum Trigono ap
B pellato. ℭ *Alia Sedans dolorem, Reſiccatoria,facit & ad Hæmoptoicos, Cœliacos, Dyſentericos, Rupta &*
Conuulſa. Aniſi drac.iiij , ſeminis apij drach.iiij , opij drach.iiij, croci drach.j, ſeminis hyoſcyami
drac.iiij,ſtyracis drac.j,floris iunci odorati drac.j: balauſtij obol.iiij,quidam drac.vij: foliorum ro-
ſarum drach.j,nardi indicæ obol.iiij: cum aqua formato paſtillos diobolares. Dato ex vino , aut
aqua,aut protropo. ℭ *Alia Dolorem ſedans potio, Rufi, qua vtor.* Corticis mandragoræ drach.iiij,
thuris drach.v,piperis albi drach.ij & dimidiam,croci drach.v,ſeminis hyoſcyami drach.iiij, ſucci
papaueris drach.v,myrrhæ drac.v,nardi obol.iiij,caſiæ nigræ drach.ij: trita cum paſſo in paſtillos
drachmales cogito,ac reponito ne humecti fiant.Dantur ex aquæ calidæ cyathis duobus , chole-
ricis,hoc eſt,biliosa ſupernè & infernè reddentibus,ex frigida. ℭ *Alia Sedans dolorem, ad omnes In*
ternas affectiones,qua vtor. Caſiæ nigræ,myrrhæ,opij,ſtyracis,croci,ſingulorum drach.vnam , qui-
dam drach.j,& obol.iij: cogito in paſtillos trium aut duorum obolorum. Præbe febrientibus ex
aqua,non febricitantibus in vino: hepaticis in aqua mulſa, itidem & pleuriticis. Efficax eſt & ad
tuſſim. ℭ *Alia Trigonos vocata, Reſiccatoria , & Sedans dolorem.* Seminis hyoſcyami drach.iiij, ſe-
minis apij ʒ iiij,aniſi ʒ ij,opij drac.ij: cum aqua paſtillos formato.Dantur cum frigida, manè & ve
ſperi,vnus pro vice. ℭ *Alia Sedans dolorem,Aſclepiadæ,ad omnes Internos affectus.* *Seſelis , chamæ- * Aliter piperis.
C pityos,herbæ ſaluiæ,ſeminis rutæ ſylueſtris,ſeminis dauci , ſingulorum drac.vj: ſeminis hyoſcya-
mi,opij,vtriuſq; drach.viij: caſtorii drac.xxv,rheu pontici drach.xiiii: excipe melle. ℭ *Alia , vt*
Charicles. Tordilii drach.viii,chamæpityos drach.viii,rhū* pontici drac.vi,caſtorii drac.duodecim * rheu.
& dimidiam,herbæ ſaluiæ drac.viii,ſeminis rutæ ſylueſtris drac.†viii,ſeminis dauci drac.viii,opii † *Aliter iiij.*
drach.iiii,ſeminis hyoſcyami drach. iiii, croci drach.v: quidam addunt mel atticum , reliqua ipſo
excipientes. ℭ *Alia Dolorem ſedans , Iucunda appellata . Facit & ad Tabeſcentes , & Inflatos.* Illyricæ
drach.xxx: ſuccini,croci,maſtiches chiæ, ſingulorum drach.xxx: pſyllii drach.xlv, aut xxx: ſucci
papaueris drach.xv: cum aqua pluuia paſtillos drach.j & obol.iij ponderantes formato , ac exhi-
beto.Pſyllium per diem & noctem aqua pluuiali macerato , deinde coquito & exprimito , atque
ſic cum reliquis committito. ℭ *Alia Potio ſedans Dolorem,ex libris Aphrodæ,ad omnem Dolorē in Ner-*
uis,vtero,coxendicibus. Succi papaueris drach.j,opobalſami drach.j , aut carpobalſami drac.j obo-
los duos: myrrhæ,ſeminis hyoſcyami,caſtorii,ſtyracis,ſingulorum drach.vnam: excipe paſſo, &
fac paſtillos oboli vnius & dimidii. Dato ex aquæ calidæ cyathis duobus aut tribus. ℭ *Aliud*
Sedans dolorem Catapotium ex libris Aphrodæ , ad omnes Internos affectus , & ad Quartanarios , qui interualli
tempore inediam ferunt,& deinde accipiunt. Facit & ad Calculoſos, Dyſentericos, Stomachicos , & iam Deſpe-
D *ratos atque anxios. Eſt & Oculis valdè commodum.* Seminis hyoſcyami, {ſeminis apij.} aniſi, ſtyracis,
ſingulorum ʒ iiii: croci,opii,vtriuſq; ʒ iii: caſtorii drachmas ii: fac catapotia ægyptiæ fabæ magnitu
dine. Præbe ex aquæ cyathis duobus. ℭ *Alia Dolorem ſedans,ad omnes Internos affectus,& Sangui-*
nis reiectationem vndecunque feratur : etiam ſi ex vulnere prodeat quibuſdam prodeſt. Facit & ad Nephriticos et
Hepaticos. Hanc ne prius dederis quàm mercedem acceperis. Cinnamomi, caſiæ, vtriuſq; drach.duas: myr
ræ ʒ j,piperis albi drac.j, & longi drac.j,chalbani drach.j,opij drac.ii: trita cum melle pauco in ca-
tapotia redige,partim magnitudine fabæ,partim quātitate araci.Dato pro viribus cum aqua , aut
pro iudicio tuo. ℭ *Alia Dolorem ſedans ad Omnia interna.* Seminis apii drach.ii,aniſi drach.ii, pi-
peris longi drach.ii,nigri drach.j,caſtorii obol.iiii: myrrhæ,opii,vtriuſque obol.iiii: panacis,gen-
tianæ,vtriuſq; obol.iiii: cinnamomi obolos tres, ſucci radicis dulcis obol.tres: fac paſtillos triobo
lares: dyſentericis drachmæ vnius. ℭ *Alia ſedans Dolorem, Crateri, ad Tabeſcentes,& Sanguinem reij-*
cientes. Myrrhæ drac.vi , mandragoræ drac.iiii,ſeminis hyoſcyami drac.iiii,opii drac.v: croci, thu
ris,vtriuſque drach.v: rhu drach.v: ſeminis cicutæ, ſtyracis,vtriuſq; drach.v: excipe vino mulſo.
ℭ *Alia Sedatiua doloris,Myſterium appellata,vt Niceratus. Ad Phthiſicos, Tuſſientes, Cœliacos, Dyſente-*
ricos, Deſtillationes: confeſtim auxiliatur. Croci,coſti,caſtorii,aſari, ſeminis hyoſcyami , opii , ſtyracis,
ſingulorum ʒ j: quidam hyoſcyami ſeminis ʒ dimidiam: excipe melle,ac vtere. ℭ *Alia Doloris ſe-*

datiua ad Deſtillationem conueniens. Seminis hyoſcyami,ſucci papaueris,amyli,ſingulorum ʒ ij:aniſi E
drach. †j,ſpicæ nardi ʒ j,croci ʒ j: rubricæ ſinopicæ obolos †iij,aut lemniæ drac.j: formato paſtillos
xxx: Dato duos in noctem cum aqua.

† *Aliter ij.*
† *Aliter iiij.*

Quæ ab Aſclepiade ſcripta ſunt ad Eaſdem affectiones.

† ℭ *Eclegma.* Farris Cluſini appellati ſextarij dimidium, decocti marrubij viridis ſextariū vnū.
Hæc in vas vitreum coniecta per diem & noctem macerari ſinito. Sequenti die pharmacum mol
lito,quemadmodum alicam maceramus: atque vbi penitus diſſolutum fuerit, exprimito liquorē,
ei que pinguedinem aliquam addito: & igni admota aſſiduè mouens coquito,donec ſpiſſata mel
lis craſſitudinem acceperint.Ex hoc myſtrum datur ante cibum, & poſt cibum tantundē. *Aliud.*
Foliorum marrubij tenerrimorum manipulum cum ſufficienti aqua in fictili coquito: & vbi
exoluta fuerint,eximito ac terito: & decocto diluta rurſus coquito, pollinis acetabulum inſper-
gens,& pinguedinis arietinæ probè ſubactæ quadrantem addens: & vbi coctura rectè habuerit,
veluti reliquæ ſorbitiones præparantur. Ablata ab igne,& modico ſale conſperſa,ſorbenda exhi-
be. Amplius abſorptum amplius iuuat. ℭ *Aliud Nicerati,facit Suppuratis, Dyſpnoicis, Veteri Tuſsi,*
Viſcoſum ac glutinoſum reiectantibus,& Iis quæ à partu non purgantur, Secundas deducit. Prodeſt etiam Infan-
tibus alimentum non ſentientibus,ſi nutricibus præbeatur. Succi marrubij ſextarios ſex,verum probè hūc F
ſuccum colligere oportet à recenti marrubio tuſo expreſſum: vini falerni ſextar.j, mellis attici tan
tundem: piperis albi,myrrhæ, thuris, ſingulorum ʒ octo: vinum & ſuccum ad tertias coquito,
deinde mel addito: quibus inſpiſſatis arida inſpergito: & diligenter miſta in vitreum vaſculū trāſ
ferto.Dato myſtrum ante cibum. ℭ *Aliud,Scribonij Largi.* Succi marrubij ſextarios vi,ſucci ſem
peruiui tantundem: mellis attici ſextar.iiii,alij ſextar.j: vini Italici ſextar.j: picis liquidæ brutiæ tā-
tundem: nardi indicæ,croci,myrrhæ,thuris,piperis albi,ſingulorum ʒ octo: præpara, ac vtere vt
prædictum eſt. ℭ *Aliud Phthiſicis, & ad Fluxiones Thoracis.* Seminis cucumeris hortenſis decor
ticati drach.octo,amyli drac.iiij: ſeminis lini, ſeminis papaueris albi, vtriuſq; drach.ij: tuſa & cri-
brata excipe tragacanthæ cremore,& in drachmales paſtillos redige.Dātur oboli tres,non febriē-
tibus ex vino & myrti cremore, febrientibus cum rhois ſucco. *Aliud.* Amyli drach.iiij: ſeminis
cucumeris ſatiui toſti,ſeminis papaueris albi toſti,amygdalarum depurgatarum,ſingulorum ʒ ij:
tragacanthæ drach.j,obol.iij: croci drach.j: excipe tragacanthæ cremore,& poſtea etiam vino ſcy
belite cocto. Vtere eodem modo. ℭ *Aliud Scribonij Largi Catapotium, Phthiſicis, Sanguinem reiectan*
tibus, Suppuratis,educit Pelliculas, Repurgat ſufficienter.Verum immorari pharmaco oportet. Sagapeni, myr-
rhæ,vtriuſque drac.ij: opij,cardamomi,vtriuſque drac.iiij: caſtorii drac.†iiii: piperis albi obo.iii: G
excipe paſſo,fac catapotia.Da ex aquæ calidæ cyathis iii. ℭ *Alia confectio Theſpēſiana, facit Suppura*
tis,& ad Abſceſſus occultos. Seminis apii,opii,melanthii, † ſingulorū drach. iii: caſtorii drach.ii: ſe-
minis dauci,ſinonis,iridis,ſingulorum drach.vi: excipe melle cocto: præbe nucis ponticæ magni
tudine ex calidæ cyathis iii. ℭ *Alia Cōſi,ad Humores ægrè eductiles, Suppuratos, Peripneumonicos. Ma-*
ximè autem ijs,qui Craſſa & glutinoſa educunt,vtilis eſt. Mellis attici cocti ad glutinis compagem librā
vnam: piperis contuſi & cribrati,myrræ,vtriuſq; vnc.j: myrrhā & piper trita melle cocto excipe,
& nucis pōticę magnitudine in pillulas diuidens deuorāda p̄be. In aliis exēplaribus habetur.Mel
lis lib.j, piperis vnc.j: myrrhæ,opopanacis,vtriuſq; ʒ vi: præpara, ac exhibe ſimiliter vt prędictū
eſt. ℭ *Paſtillus ex Mandragora, inſcribitur Sphragis. Facit ad Hæmoptoicos, Anaphoricos, Empyicos. Re-*
ſiccat omnem Fluxionem. Radicis mandragoræ corticis drach.iiii, † ſeminis hyoſcyami drach.iiii: ʒ
thuris maſculi,ſucci papaueris,croci,myrrhæ,ſingulorum drach.v: trita redige in paſtillos obola
res,& præbe conuenienter iuxta affectiones. ℭ *Aliud Ptolemæi familiaris.* Styracis, opii, thuris,
croci,ſingulorum drach.v: corticis mandragoræ,ſeminis hyoſcyami albi,dauci cretici, ſingulorū
drach.iiii: caſiæ drach.ii: excipe vino aminæo, ac præbe obolum cum aquæ calidæ cyathis duo-
bus. ℭ *Aliud ad Eaſdem affectiones.* Styracis drach.vi: myrrhæ, opii, ſeminis hyoſcyami, irionis H
torrefacti,ſingulorum drach.iiii: corticis mandragoræ,opoponacis,vtriuſque drach.ii: piperis al
bi, ſpumæ nitri, vtriuſque drachmam vnam: excipe melle cocto. Dato magnitudine ciceris.

† *In Aldino codi. & quotquot uidi manuſcriptis, legitur,* ἐκλεικτόν,φάρος καλούμενον.οἴνου. *&c. i. Medicamentum quod lingitur,Pharos vocatū. Vini ſextarij &c. Vt Pharos ſit nomē medicamenti. Vt etiā inferius pag. 200 a. conſidera.*

† *Aliter i.*
* *Al. Theſpiana*
† *aniſi, addit in antiquis.*
* *Al. Coſti.*

†Gręci cod. antiqui ita hēnt, ſeminis hyoſcyami albi ʒ iiii, lauri cretici ʒ iiii.

ℭ *Alia confectio Panchreſtus ab omnimoda commoditate dicta. Facit ad Tuſsim antiquam, Suppuratos, Or-*
thopnoicos, Tabeſcentes. Prodeſt Hypochondriorum hoc eſt præcordiorum diſtentionibus, & ad omnem Inflatio-
nem. Mulieribus menſes, & quæ à fœtu corrupto, aut à partu relinquuntur, Secundas deducit. Liberat etiam ab
Affectionibus circa veſicam. Terebinthinę drach.viii,ſtyracis drac.vi,myrrhæ drach.v: croci,iridis,
chalbani,ſingulorum drachmas iiii: ſeminis hyoſcyami, corticis mandragoræ, irionis torrefacti,
opopanacis,ſingulorum drac.ii: piperis, ſpumę nitri, vtriuſque drachmam vnam: excipe paſſo.

ℭ *Charixenis,facit Peripneumonicis, Phthiſicis, Anaphoricis, Empyicis, Hæmoptoicis,ac Veteri Tuſsi.* Myr
rhę,corticis thuris: in alio exemplari opii,mandragoræ,ſagapeni,ſeminis hyoſcyami albi,opopa-
nacis,dictamni cretici,pilularum marrubii,ſingulorum drach.iiii: ſubigito cum aqua, & in paſtil
los cogito.Dato ex his obol.iii ex aquę mulſę cyathis tribus. ℭ *Alia Aſclepiadæ,qui Philōphyſicus,*
à naturalium rerum ſtudio,appellatus eſt, Pharmacum accommodatum. Corticis mandragorę,ſeminis apii,
vtriuſque drac.quatuor: myrrhę,croci,aniſi, ſeminis dauci, ſucci rhois rubri,ſeminis hyoſcyami,
piperis albi,caſtorii,ſagapeni,opopanacis,ſingulorum drachmas j: excipe melle cocto. Dato pro
viribus.

* *Aliter philoſophicus.*

A l. 5. fu. 2. t. 5. fol. 554. b A viribus. Liquor verò ex quo exhibetur, sit conueniens affectioni. ℂ *Antidotus Th**e*ssaia, Phthisicis, Sanguinem reiectantibus, Suppuratis. Facit & ad Alias internas affectiones, & præ omnibus Cibi appetentiam excitat.* Seminis apii ℥ xii: myrrhę, anisi, opii, singulorum ℥ vi: piperis albi ℥ v: petroselini, nardi, piperis longi, singulorum drach. iiii: castorii, floris iunci odorati, croci, singulorum drach. tres: cinnamomi ℥ ii, casiæ aromaticæ ℥ iiii: excipe melle cocto. Dato nucis ponticæ magnitudine ad noctem, cum aquæ cyathis tribus. ℂ *Antidotus Aristarchi, Compositio admiranda, hanc Paulinam appellamus. Facit Hæmoptoicis, Tussientibus, Phthisicis, Suppuratis, Peripneumonicis, ad Conuulsa, Rupta, ad Stomachi subuersionem, & Bilem vomentes ac secernentes, Cœliacos, Dysentericos. Facit ad Affectiones circa vesicam, Suffocationes vteri, Febres per circuitum repetentes, vna hora ante exacerbationem exhibita. Facit in Malum habitum delapsis, Cibum non sentientibus, & ad Lethalia pharmaca, ac Plagas venenum iaculantium bestiarum.* Cinnamomi, costi, chalbani, castorii, succi papaueris, piperis nigri & longi, styracis, singulorum vnciam vnam: mellis sextarium vnum: arida tunduntur & cribrantur per angustissimum cribrum: chalbanum coquitur cum melle, & vbi dissolutum fuerit, mel excolatur, ipsi q; reliqua addduntur & tunduntur: deinde in pyxidem vitream aut argenteam reponũtur. Vsus est ad prædictas affectiones. Datur fabæ ægyptiacæ magnitudine, cum aquæ mulsæ cyathis duobus, irrora-*Al. Thessaliana.

B tis de digito guttis aceti nouem. ℂ *Alia Antony Musæ Panacea. Vsus est ea Diotas Iatraliptes. Facit ad eos qui per circuitum à Rigore infestantur, delet Febres antiquas, ac Reliquos morbos. Facit ad Tussim veterem, Phthisicos, Sanguinem reiectantes, Suppuratos, Dispnoicos, Conuulsa, Rupta, Inueteratas inflammationes, Splenicos, Hydropicos inueteratos, Cœliacos. Extrahit Lapides e renibus, probe cit Vrinam. Prodest omnium Reptilium plagæ, & ad Lethalia venena, & ad omnem Materiam venenosam ac corruptoriam vim habentem.* Piperis albi aut longi ℥ viii: seminis hyoscyami albi, cinnamomi, cardamomi, myrrhæ, thuris, singulorum ℥ xii: opii, croci, vtriusq; ℥ x: sulfuris viui ℥ vi: costi, aristolochiæ longæ, corticis mandragoræ aut ipsorum malorum vel foliorum, euphorbii, singulorum drac. iii: mellis attici cocti quod satis est. Datur iis qui per circuitum infestantur, magnitudine nucis ponticæ, reliquis pro viribus. *Al. Diogas.

ℂ *Alia Cerusiana, data est à Philippo Trallianis. Huius vsu Phthisicos & Suppuratos liberabat.* Piperis albi, succi cyrenaici, syriaci, succi papaueris, singulorum quadrantem: myrrhæ, croci, sulfuris viui, seminis hyoscyami albi, singulorum vnciam dimidiam: malorum mandragoræ drach. ii, cardamomi vnc. j, mellis attici libram vnam. Datur pro viribus vt dictum est. Porrò alterum exemplar sic scriptum habebat. Piperis quadrantem, succi cyrenaici vnc. j, succi papaueris vnc. dimidiam, succi syriaci vnc. dimidiam, croci vnc. vnãm, sulfuris viui vnc. dimidam*, myrrhæ vnciam dimidiam: *Al. dimidiã

C seminis hyoscyami albi, malorum mandragoræ, vtriusq; drach. ii: cardamomi vnc. j, mellis attici lib. j. Datur pro viribus, vt dictum est.

De Orthopnœa seu Asthmate. CAP. 6.

A l. 5. fo. 10. t. 1. 38. fo. 261. a QVi citra febrem densè respirant, qualiter faciunt qui velociter cucurrerunt, ab accessione hac medicis Græcis asthmatici, {Latinis anhelosi} appellantur. Eosdem etiam ab alia accessione orthopnoicos vocant, propterea quod thoracis corpus penitus rectum habere coguntur ob timorem suffocationis: quin & stratum circa supernas partes ad quas thorax reclinatur, sibi ipsis erectius faciunt, ne dormientes strangulentur: minus est enim quod inspirant quã pro vsu respirationis, quamuis thorax plurimùm ipsis dilatetur. Ex quo manifestum fit intrinsecus ipsis coarctationem locorum factam esse præter naturam, quam etiam ægri ipsi non obscuro sensu perceptant. Fit equidem & suppuratis locorum coarctatio ob coacervatum inter thoracẽ & pulmonem humorem. Fit etiam peripneumonicis ob pulmonis inflammationem. Restant autem adhuc duæ affectiones, quæ locorum coarctationem efficiunt in viis, per quas aer inspiratur, cùm sanè aut humorum crassorum ac viscosorum multitudo pulmonis bronchijs fuerit infarta: aut tumor abscessui similis in ipso cõstiterit. Cæterùm curatio ambarum affectionum aliquid

D commune habet, aliquid priuatum, & alteri tantùm proprium. Commune quidem vtrisq; est, vt redundantia humoris affectiones generantis expendatur & consumatur. Proprium autem affectioni viscosorum ac crassorum humorum, vt per attenuantia & extergentia pharmaca consumãtur: ei verò quę propter tumorem abscessui similem contingit, vt per attenuantia & resiccãtia eadem consumptio fiat: quæ curatio rursus omnibus in profundo corporis abscessibus communis existit. Vini itaq; potus ambabus conuenit tenuis substantia. Omnis autem potus modicus sit in ijs, qui alicubi abscessum habent: multus contrà in ijs, quibus bronchia viscosis ac crassis humoribus sunt obturata. Etenim pharmaca quæ eiusmodi ipsorum humores abstergunt, necessariò quidem tusses mouent, non verò facilè per sputum reiicitur quod abstersum est, ob crassitudinem videlicet: quapropter humectatione multa opus habent, quo facilè efferatur. Porrò quemadmodum in alijs pharmacis plurimi medici, sic etiam in iis quæ ad ambas has affectiones commoda sunt, delinquunt, indiscriminatim ipsa tradentes, cùm tamen composita sint quædam pharmaca, alteri affectioni commoda, quædam rursus alteri, quædam verò sic vt ad ambas quidem moderatè conueniant, verùm nihil operæpretium efficiant. Quare recensendo pharmaca alicuius pretij à prioribus medicis prodita, indicabo iuxta singula, quali facultate prædita sunt, initio ab iis quæ Asclepiades scripsit in Secundo Internorum, facto.

Asclepiadæ pharmaca ad Dyspnoicos conscripta. E

Eclegma ad Dyspnoicos, Antonij Musæ. Asellorum sub hydriis nascentium sextarium vnum in vas fictile conijcito, & ad prunas torreto: inalbatos autem terito, ac melle cocto excipito: & ante cibum mystrum delingendum dato. *Aliud.* Scillæ crudæ succum exprimito, ei quæ parem mellis attici mensuram addito, & ad prunas admota coquito. Dato inde ante & post cibum mystri mensuram. *Aliud Charixenis.* Origani ℥ viij: comæ thymi, iridis illyricæ, calaminthæ siccæ, piperis albi, anisi torrefacti, singulorum tantundem: tundito, & per angustissimum cribrum concernito, ac melle cocto excipito. Dato nucis ponticæ magnitudinem. *Aliud.* Piperis albi libræ j, libystici trientem: calaminthæ siccæ, anisi tosti, pulegij semen nõ gerentis, singulorum quadrantem: seminis apij, comæ thymi, vtriusque vnciam vnam: excipe melle, & preparato vtere vt prædictum est.

Potio ″ ad Dyspnoicos, Chariclis Pharmacum accommodatum: auxiliatur confestim. Vuæ passæ rhodiæ exacinatæ acetabulum, fœnigræci loti tantundem, aquæ pluuiæ sextarium j: coquito donec dissoluantur, & liquorem excolatum reponito. Ex hoc præbeto assiduè & iuxta singulas irritationes cyathi mensuram calefactam. *Alia Potio.* Abrotoni partes duas, vuę passæ pinguis tantundem, summitatum rutæ partem vnã, aquæ pluuialis sextarios iij: coquito ad tertias, & exprimito liquorem: ei quæ mellis vnc. j addito, rursus quæ coquito: ac dato, vt prædictum est. *Catapotium Dyspnoicis, & Asthmaticis.* Abrotoni, virgultorum rutæ, comæ absinthij, singulorum drach. iiij: tusa & cribrata aceto subigito: & catapotia xij formato. Dato ex aceto mulso. *Aliud Niceratı.* Castorij, ammoniaci thymiamatis, abrotoni, singulorum drach. ij: absinthij, cumini æthiopici, vtriusque drach. j: aceto subigito, ac catapotia formato: ac dato ad ciceris magnitudinem. *Pharmacum ex Sulfure viuo Dyspnoicis.* Anisi, sulfuris viui, vtriusque quadrantem: ammoniaci thymiamatis, castorij, melanthij, singulorum ℥ iiij: aqua diluta in catapotia cogito: vnum quæ in aceti mulsi cyath. iij dato. *Aliud.* Seminis rutæ syluestris drach. iiij: aristolochiæ, abrotoni, absinthij, ammoniaci thymiamatis, sulfuris viui, singulorum tantundem: aceto subigito, & catapotia ciceris magnitudinis formato: ex quibus duo cum aceti mulsi calidi cyathis tribus exhibeto. Hæc omnia pharmaca ab Asclepiade conscripta ijs, qui propriè dyspnoici, hoc est egrè spirantes, appellãtur, conueniũt. Vocant aũt sic eos quibus bronchia pulmonis crassis & viscosis humoribus sunt obfarta: in quibus velut dixi, vltra hoc quod crassitudinem & viscositatem humorũ necessariò secamus atque attenuamus, humiditatem quandã cùm pharmacis, tum victui, adesse oportet. At verò abscessus qui attenuantibus & resiccantibus opus habent, maximè gaudent aromatum facultatibus: quas omnes ostendimus tenuium partium esse, & resiccatorias, vnà cum hoc quod calfaciant. Quare ijs qui pro- G prie orthopnoici & asthmatici appellantur, pharmaca ″ conuenient secãtia citra calfactionem: & ob id maximè eos iuuat acetum scylliticũ appellatũ, atque ipsa adeo scylla, & acetũ mulsum ex eiusmodi aceto confectũ. Cæterũ asellorum sub hydrijs nascentium meminit inter ea, † vt qui attenuatoriam & discussoriam vim habeant: verùm quo consilio ad vsum ipsorum peruenerit, non habeo quod dicam. Quemadmodum autem in hac affectione vehementer cauendum est ne calfaciamus, propterea quod viscosi & crassi humores non solùm nihil ab his auxilii sentiunt, sed etiam offenduntur: Eodem modo etiam quæ valdè refrigerant vitanda sunt: omnia. n. crassefaciũt, & cogunt, ac coagmentant humores, eos quæ ægrè eluibiles reddunt. Et ob hanc rem sanè rectè fecerũt, qui eiusmodi pharmaca composuerunt, quod neque papaueris succum, neque mandragoræ succum, aut radicis corticem, aut hyoscyami semen, aut cicutæ, aut psyllij, aut semen lini, admiscuerunt: & multo magis, quod neque ex adstringentibus quippiam pharmacis addiderunt: maximè enim contraria sunt eiusmodi affectionibus, vt palàm videtis.

A. l. 5. fu. 2. c. 5. fol. 55 4. c

A. l. 3. f. 10. c. 1. c. 40. fo. 261. d

† tanquam.

Quæ Pharmaca Andromachus ad Huiuscemodi Affectiones conscripsit.

Ad Dyspnœam. Sulfuris viui drachmam j, seminis rutæ syluestris drach. j: aristolochiæ, absinthii, ammoniaci thymiamatis, abrotoni, singulorum drach. iiii: trita cum aceto ad catapotia magnitudine fabæ redige. Dato manè tria, & vesperi totidem. H *Aliud ad Dyspnœam, vt Alcimus.* Colocynthidis carnis obolos iii, panacis obol. iii, anisi obolum vnum: fac cum aqua catapotia iiii: & resiccatorum † obol. j præbeto. Præcedente autem die æger simplici euacuatorio euacuetur. *Aliud.* Colocynthidis sesquidrachmam, iridis illyricæ drach. ii: radicis opopanacis drach. ii, abrotoni drach. vnam: nitri drach. j, alii obol. iii: excipe aqua, & redige ad fabæ magnitudinem. Dantur catapotia quatuor, & post semihoræ spatium datur aquæ mulsæ hemina dimidia. *Aliud.* Sinapis drachmam vnam, salis communis obol. iii: elaterii obol. iii, alii obol. j & dimidium: terito cum aqua: fac pastillos viii: dato alternis diebus cum hydromelite. *Aliud.* Ammoniaci thymiamatis drac. j, abrotoni drach. ii, sulfuris viui drach. j: formato cum aqua pastillos, & cum aquę mulsę cyathis tribus prębeto. *Aliud ad Orthopnoicos.* Elaterii oboli dimidium, asellos ex sterquiliniis iii, terito simul: & dimidium ex aquę cyatho vno dato. *Aliud vt Philinus ad Anhelos & Dyspnœam.* Cardamomi ℥ iii, iridis sesquidrachmam, panacis sesquidrachmam, casię sesquidrachmam, struthii sesquidrachmam, styracis ℥ ii, thymi drac. viii, seminis rutæ syluestris drach. octo, abrotoni drach. viii: aristolochiæ clematitidis, sulfuris viui, ammoniaci thymiamatis, singulorum drachmas viii: cum acri aceto ad cerati crassitudinem redige: præbe fabæ ægyptiæ magnitudine

† Al. τὸ ὅλον, i. totum.

″ Al. πάνακες i. panacis.

A dine ex aquæ cyath.iij. ℭ *Ad Orthopnœas, vt Apollonius.* Scyllæ partem vnam: sulfuris viui, bitu minis, singulorum partem vnã. Dantur oboli tres in aceto mulso. ℭ *Ad Orthopnœam, [illegible].* Opopanacis ʒ j, myrrhæ ʒ j, piperis grana xl, rutæ fasciculum quantus duobus digitis apprehẽdi potest: ex tritis catapotia xx formato. Dato manè item q́ꝫ vesperi vnum, febricitantibus in aquæ cyathis duobus, alijs ex vino. ℭ *Ad Orthopneam, Andronici.* Sulfuris viui obo.iij, ammoniaci thy miamatis ʒ j: anisi, myrrhæ, castorij, singulorum ʒ j: cumini æthiopici ʒ j †: cum aqua pastillos cogi to scrupulorum trium aut quatuor. Dato ad noctem ex aquæ cyathis duobus. ℭ *Ad Orthopnoicos, Tussientes, Peripneumonicos, Tabescentes, Aegre spirantes, Hepaticos, vt Eugenius.* Croci ʒ viij, misyos ʒ iiij, baccarum lauri ʒ ij: piperis albi, & longi, vtriusq; ʒ j: opij ʒ iij, costi obol.iij, terebinthinæ obo. v, chalbani obol.iii, succi radicis dulcis obol.ii, gummi obol.j, mellis lib. dimidiam. Dato cochlearium vnum cum aquæ cyathis duobus aut tribus: si res vrgeat, ante & post cibum. ℭ *Ad Orthopnoicos, *Valentis.* Opopanacis ʒ ij, carnis colocynthidis ʒ j. Tantum datur ad summum. ℭ *Aliud Onetri.* Castorij ʒ j, ammoniaci thymiamatis ʒ ij. Detur dimidiũ ex aqua mulsa. ℭ *Ad Dyspnœam, Podanthæ.* Sinapis ʒ j, salis ʒ j, nitri obol.iij: redigito in catapotia viij. Dato ex his duo ad noctem & intermittens diem, † postea etiam sex deinceps dato: ⅃ aqua excipe.

† In quibusdã antiquis codi. additur, [illegible] cumini [illegible] drachmã vnam.

** Al. Onet[illegible].*

† In cod. græcis asterisco notantur, [illegible] καὶ ἑξῆς δίδου. in manuscriptis [illegible] καὶ ἑξῆς δίδου, i. postea con[illegible]quenter dato, id est [illegible] dato duo, & [illegible] consequenter.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER OCTAVVS

ARGVMENTVM LIBRI

Refert ea Medicamenta, quæ facere ad Ventriculi, ac Hepatis Affectiones prodita sunt.

De Pharmacis Stomacho congruis. CAP. I.

C Vod semper dico, etiam nunc proloquar, nimirum persuasum me habere ꝙ difficillimum sit ad veritatẽ reuocare eos qui sectæ alicuius seruituti se addixerunt. Verũ qui prudentes sunt, simul q́ꝫ veritatem syncerè amant, eos spero custodituros esse ea quæ veluti iudicandi instrã nobis à natura data sunt ad actionum vitæ cognitionẽ, experientiã dico, & rationem. Quæ quidem vtraq; ex æquo quibusdam conferunt ad artẽ, quibusdã verò alterum altero amplius: & tñ tanq̃ semper ad perfectionẽ alterum altero opus habeat. Sic sanè ad residuum sermonis & doctrinæ huius absoluendũ progrediar. Falsę etenim opiniones animas hominũ præoccupantes, non solũ surdos, sed & cæcos faciunt, ita vt videre nequeant quæ alijs conspicuè appareãt. Quod ipsum vel maximè circa affectiones oris ventris videre contingit, præsertim cũ fuerit inflammatũ. Eius.n. item q́ꝫ iocineris inflammationes ad
A.l.3.f.13 c.4. c.3 fol.300.c stringentium complexu opus habent: si *nanq; per laxatoriũ medicationis ductũ, citra admistionem facultatis robur addentis, curentur, periculum incurrunt de ipsa vita. Atq; hoc ipsum cũ omnes empirici medici per experientiam edocti sint, & omnes dogmatici in ipsis artis operibus obseruent, non pauci tñ huius temporis methodici (neq; enim de omnibus dico) innumeros quidẽ stomachicos ipsi in †animi deliquium⅃ inducunt, omnes verò hepaticos occidunt: nullum enim ego vidi seruatum ex iis qui in eiusmodi medicum inciderunt. Quidam tamen ex ipsis quanquã
D pauci, oleo eos fouent in quo absinthij coma est feruefacta, & lanam nardino vnguento imbutam obligant. Quidam verò etiam mastichen chiam, aut aloen admiscent, aut etiam pro nardino melinum adhibent. In diuitibus verò mulierculis foliatum & spicatum ab eisdem appellata vnguenta admouent: atq; cùm hæc faciunt, laxatorium ductum se seruare putant, tantum scilicet habent experimenti facultatis pharmacorum. Malim autem ego omnes sic indoctos esse, quàm ꝙ adstringentia quæ sint, sciant, vsum tamen ipsorum vitent. Quæcunq; igitur adstringentia in fomenta & cataplasmata misceantur, in hepatis aut oris ventris, quod sane & stomachũ vocant, affectionibus, non est præsentis sermonis explicare. Quæcunq; verò in emplastra & ceratiformia medicamenta, quæ forinsecus imponuntur, commoda sunt, & quæcunq; vtiliter deuorantur, hęc ipsa indicabo, ea quæ inflammatis prosunt primum tradendo, quandoquidem etiam in ipsis ægri maximè periclitantur. Ceratum igitur quo assiduè vtor, ex aloe, & mastiche, & cera pontica amara, atq; vnguento nardino, constat. Componitur autem hyeme, ad viii drachmas ceræ, vncia j mensurali Romana vnguenti nardini coniecta: Æstate autem ad vii, eadem vnguenti proportione. Optimum aũt vnguẽtum esse oportet, quale antea quidem in sola Laodicea Asię præparabatur: nunc verò etiam in alijs multis Asianis vrbibus similiter componitur. Cera si non pontica amara tibi in promptu sit, aliam ponticã cõijce: & neq; illa præsente, eam quæ tyrrhenica appellatur:

† Syncopen.

si verò neq; hæc adsit, aliam aliquam odoratã & pinguem: si neq; talem habeas, eam quam habere E potes lotam adde. Liquefiat autem in duplici vase, atq; ita refrigeratum & erasum ceratum cum tritis reliquis probè permisce, cum aloe videlicet & mastiche. Sit aũt vtriusq; drach.j, & quãdoq; plus, non tñ vt sesquidrachmam transgrediaris. Quòd si ampliori opus sit adstrictione, nimirum debilitate tanta existente, vt cibum retinere non possint, omphacium pari põdere addatur, vt triũ singulorum drachma sit vna, aloes vna, mastiches vna, & tertia omphacij. Cæterùm in cerati præ parationе primũ omphaciũ misceatur, deinde etiam alia his vniantur. At verò quemadmodum omphacium, sic etiã absinthij succum admisceto, qñq; etiam ambo, & tertium insuper hypocistidis, & quartum œnanthes: sic autem appello vitium syluestrium † germen vnà cum floribus, ex quo succedentibus diebus vua fit: quin & rhois succum non rarò admiscui. Sed & cerati nardini copiam augere oportet iuxta proportionem numeri reliquorum pharmacorum, ita vt si quatuor drachmæ aliarum rerum accumulentur, triens sit nardini cerati, sextans quidem ceræ, sextans itẽ nardini vnguenti, hoc est vtriusq; drach.xvj. Porrò si inueterata fuerit inflãmatio & iam obdurata, magis varia pharmaca adhibere oportet, & quæ ex aromaticis quippiam habeant, ac mollientibus, & discussorijs: quale est quod fit ex meliloto. Est autem compositio ipsius multiformis, propterea ꝙ omnibus iuxta præcordia inflammatis conuenit, non magnis adeo differentijs euarians, F ita vt aliqua ipsis præparatio inflammato hepati sit cõmodior, alia stomacho, aut aluo, aut spleni, aut quibusdam istius loci musculis, quæ oẽs communi descriptione comprehensæ sunt in malagmatum compositionibus. Verùm in præsenti loco ea quæ prioribus medicis ad oẽs stomachi affectiones scripta sunt, & non solùm forinsecus imposita, sed etiam in potu accepta auxiliantur, omnia conscribentur: quædam verò ex ipsis communia sunt etiam affectionibus ventris.

† Additur in aliquibus cod. græcis, ἄνθοσ η, i. florem uel

De Stomachi Affectibus sine inflammatione.

Sæpenumero iam dictum est, ꝙ medici in more habent os ventris, veluti cardian, hoc est cor, sic etiam stomachũ appellare: verũ quondam frequentior cardiæ appellatio erat: nunc autem ab ea adhuc restant, cardiossein id est corde dolere, & cardialgia id est cordis dolor: qbus vocibus nõ cordis, sed oris ventris, dolores significantur. Particulam autem ipsam stomachum vocant æquiuocè cum illa particula, quæ cibum ex ore in ipsã defert. Scripserũt igitur priores medici pharmaca ad affectiones in ipso, cùm alias, tum subuersiones ab ipsis appellatas: videtur autem sic vocare tum appetitus perditionem, tum nauseosas dispositiones, in quibus aliqñ quidem vomitus contingunt. Fiũt autẽ & morsus quidam in ipso, quemadmodum etiam magnæ famis & anxiosæ affectiones. In quibus omnibus cõmunis quidam adstringentium pharmacorum vsus inuen- G tus est: admista autem sunt plerisq; ipsorum calfacientia & resiccantia. Fiunt & aliæ affectiones rariores, humectantibus, aut refrigerantibus, aut vtrisque simul, opus habentes. Cæterùm qui ab experientia citra rationalẽ methodum auxilia inueniunt, meritò ea quæ sæpe iuuerunt in memoriam reuocant, & in vsum conuertunt: eorum enim quæ sæpe eodem modo facere visa sunt, obseruationem & memoriam, suam ipsorum experientiam esse aiunt. Quemadmodũ autem in ore ventris, sic etiam circa ipsum totum, singulaq; intestina, & vt cõprehensim dicam, circa omnem corporis particulam, eædem intemperaturæ obortæ actiones similariũ partium offendunt: quas si quis non esse morbos ipsarum credet, nihil circa cognitionem efficiet, qua ignorata neq; curationem inueniet. Habẽt autem non modicam coniecturam cognitiones ipsæ affectuum in profundo corporis consistẽtium: & ob id vtilissima medicæ artis pars est, quę cognitionẽ docet eiusmodi affectionum: Quas neq; ꝙ primæ & maximæ sunt, plerique ex vulgo medici sciunt: quare meritò neq; cognitionẽ ipsarum, neq; curationẽ inuestigarunt. Coguntur igitur, etiam si dogmatici sint, † in rationalibus methodis ad solam experientiam peruenire: vt iustè miremur ꝙ cùm absq; febre & inflãmatione abscessu q; & vlceratione quispiam debiliter concoquat, aut penitus non concoquat, promissione facta se inuenturos curationem, quærant an contritione ciborũ con H coctio fiat: & deinde vbi hoc vt maximũ inuenerint, edulia quæ facilè conterantur exhibent, neq; quod promptissimum est intelligentes: quod etiam quispiam rei medicæ rudis, aliàs autem prudens vir me interrogauit: Quomodo prodest scire per contritionem ciborum fieri concoctionẽ ad hoc, vt quis affectionem ventris sanet, in qua debilitatur ad concoctionem ciborum? cùm nõ per exhibitionem alimentorum quæ facilè conterantur curatio fiat, sed læsio tantũ euitetur, velut etiam per paucum alimentum ac inediã. Quemadmodum enim qui inediã perfert, in concoctionis quidem debilitatem non incurrit, non tamen ab affectione hoc modo curatur: sic neq; qui in cibo accipit ea, quæ in totum nulla contritione opus habent: quale est lac, ptisanę succus, & sorbitiones ex alica. Hęc quidem igitur in libris de curandi methodo sufficienter tradita sunt, & non obscurum est pręsentem doctrinam vtilem esse ijs qui se in illis pręexercuerunt. Quemadmodum autem in alijs quę prius tradidi, reuocatis in memoriam singulis illic mihi pręmonstratis capitibus, ad pharmacorum compositionem progressus sum, sic etiam nunc faciam. Cùm octo sint in singulis partibus corporis intẽperaturę, atq; hæ omnes aut circa solas nudas qualitates, aut cum alicuius humoris complexu fiant, Intemperiem quidem siccam humectare oportet, humidam autem siccare: sic & calidam refrigerare, frigidam calfacere: similiter verò etiam composi-

** Legitur in antiquis αὐτὸν i. ipsum, i. os uentris.*

† Cod. manuscripti græci habent τὰς λογικὰς ἀφέντες μεθόδους i. rõnales methodos præter mittendo, ad solam & c.

A tas intemperaturas aut calfacere & siccare, aut humectare & calfacere, aut refrigerare & humectare, aut siccare & refrigerare oportet. Quando verò velut dixi, plurimæ intemperaturæ hominibus ex redundantia humorum magis, q̃ ex inopia fiunt, pharmaca resiccantia plerosq; magis iuuant. At vero cùm resiccantia partim quidem adstringant cogendo ac adstringendo substantiam eorum quæ contingunt: partim verò discutiant, & in hoc substantiam ipsorum dissoluant: ob hoc ipsum sanè plures sunt qui adstringentibus indigent: verum si humida intemperies cum frigiditate fiat, læduntur qui per sola adstringentia curantur, quæ frigidæ facultatis existũt. Quapropter merito plurima pharmaca per experientiam inuenta ex mista materia componuntur, adstringente videlicet & calfaciente. Verum ipsorum differentiam cognosces, si simplicium pharmacorum facultatem memoria tenueris. Dictum enim iam mihi sæpe est, neminem posse rationabiliter, & secundum methodum vti his, quæ in hoc opere conscripta sunt, si non memoria teneat, quæ in duobus operibus ante hoc opus æditis prodita sunt, de simplicium pharmacorum facultate, & curandi methodo. dico. Quidam enim absq; discrimine pharmaca ad eiusmodi affectiones stomachi & ventris conscripserunt: quidam vero aliqua discrimina attigerunt à symptomatis id est accidẽtibus, quæ omnibus apparent. Quò igitur & vos cognoscere sciatis facultates vniuscuiusq; pharmaci per experientiam longam approbati, etiam si non inueneritis differentias affectionũ, in quibus conueniunt, adscriptas, primum quidem ea quæ Andromachus prodidit, adscribam: deinde, quæ Asclepiades: & post hæc, si ita videbitur, etiam alia quædam.

B

Confectiones Stomachicæ Andromachi. CAP. 2.

ANdromachus postquã præscripsit, Stomachicæ, post hanc præscriptionem, sic auspicatur. ¶ *Ad Stomachicos Hiera, qua vtor.* Et deinceps totam eius compositionem adscribit in hũc modum. Floris iunci odorati, xylobalsami, mastiches, croci, nardi indicæ, asari, cinnamomi, singulorum ʒ vj: aloes lotæ ʒ c: simul trita repone. Præbe ieiunis cochlearia duo, alij vnum prębent cum aquæ frigidæ cyathis quatuor, aut calidæ. Hæc quidem Andromachus scripsit, neq; quos stomachicos nominet ostendens ac declarans: neq; an omnibus ipsis hoc pharmacum cõueniat, an pluribus. Itaq; id mihi necessarium est dicere: cũ ex ijs, qui stomachici dicũtur, aliqui quidem statim magnopere ex prædictæ hieræ vsu iuuentur, aliqui vero lędantur. Pleriq; equidem vulgo homines eos qui appetentiam perdiderunt ita vocant: & quibus post acceptum cibũ ventris os grauatur, atq; opprimitur, & quandam ægre tolerabilem anxietatem habet. Appellant eodem modo ẽt illos quibus nausea contingit, & maxime si ad vomitum impellat: & adhuc magis si simul cibi corrumpantur, qñq; acidi, qñq; nidorosi facti, qñq; etiam aliam vitiatam qualitatem adepti. Et præ his omnibus adhuc magis illos stomachicos nominant, quibus ructus eiusmodi cum molestia quadam & anxietate ac subuersione contingunt sæpe, cùm non dum cibum acceperunt. Quin ẽt si per plurimum tempus cibi in ore ventris morentur grauantes & vix descendẽtes, hos itidem stomachicos appellant. Alios item appetitum caninum appellatum habentes, vt & plurima edant, & maxime grauati paulo post reuomant, similiter vocãt. Alios rursus qui fortiter exoluuntur, vbi diutius inediam pertulerint: &, si non citius cibum accipiant, in ore ventris morsus percipiunt: eodem modo stomachicos vocant. Horum ipsorum verò aliqui facile nauseosi fiũt, {nisi} citius potum ac cibum acceperint. Itaq; qui secundũ rationalem methodum auxilia inuestigat, ad affectionis inquisitionem procedit: qua inuenta abundaturum se sperat proprijs ipsi auxilijs. Qui vero per solam experientiam auxilia accumulat, ipse suã fortuitam occasionẽ expectat, & à prioribus tradita relegit. Cũ verò plurima ab ipsis indiscriminatim prodita sint, & in plerisq; etiam inter se differant ac dissentiãt, meritò etiam ipse aliàs aliud sentit, maxime vbi ab ipsis auxilijs aliqñ quidem iuuari stomachicos videt, aliqñ verò lædi: Quemadmodum in proposita hiera contingere solet: quam equidem oẽs qui nunc Romæ medicantur, picrã hoc est amaram, nominant, quandoquidem hieræ appellationem pharmaco ex colocynthide id est ex cucurbita syluestri, censuerint adscribendã. Verum qui ante nos Romæ medicinã exercuerunt, ambo ea pharmaca hieras appellarũt, & distinctionis gratia alteri ex colocynthide, alteri ex aloe, appositionem addiderunt, sic scribentes: Hiera ex colocynthide: Hiera ex aloe. Hiera itaq; ex aloe dupliciter pręparatur, Ab aliquibus, velut Andromachus describit, ac centum aloes drachmas singulorum aliorum drachmis sex admistis: Ab aliquibus vero nõ sex, sed octo. Quidam verò in octoginta aloes drachmas, sex aliorum addunt. Plurimi autem ad pharmaca, quæ aloe miscentur, & sex numero sunt, etiam florem iunci odorati apponunt. At verò ipsam aloen Andromachus quidem lotam, aliqui verò ex alijs etiam sic, aliqui verò illotã adijciunt. Verum nosse operępretium est ad vẽtris subductionẽ illotam aloen aptiorẽ esse: multũ verò de medicamentaria vi deponere lotam, quam etiam febricitantibus dare aliquis audeat, si non vehemens, sed valde debilis, sit febris. Quidam verò etiã ex illota aloe pharmacũ multis sic febricitantibus exhibuerunt, deinde q; cum nihil manifeste lęsissent, in alijs rursus magnam experti sunt cladẽ. Infestissima est enim aloe, etiam lota, ijs qui citra vitiatos humores ex intẽperie calida & sicca affliguntur. Proximam ab his cladẽ percipiũt, qui siccam intemperiẽ habent cũ frigiditate implicata: Et in vniuersum qui ex sola qualitate particulã aliquam affectã ac lęsam habent. Etenim in humoribus intẽperaturæ, pharmacis ipsas euacuantibus

C

D

A.l.5.fu.2.t.6. fol.554.g

A.l.3.f.13.t.1. c.24.fo.289.d

euantibus egent: quæ verò absq; his consistunt, penitus in tabem deueniunt ex pharmaci huius E
ex aloe constantis vsu. Itaq; vbi humiditas vitiata tunicas ventris perrigat, Picra ex aloe vtilis est,
expurgans humiditatem: Omnino autem sic affectis accessio nauseę plus aut minus adest. Eua-
cuatio igitur affligentis humoris per solam aloen contingit, quæ purgatoriam vim nõ fortem ha
bet, sed vt ea quæ circa aluum sunt, quæ etiam contingit, purgare possit. Et si aliquando amplio-
ri pondere exhibeatur, vsq; ad locos circa hepar conscendit: non tamen totius corporis purgato-
ria aloe existit. Cæterùm ex ijs quæ ei admiscentur, mastiche vt stomacho commoda & odora, &
quæ medicamentariam aloes vim frangere queat, admiscetur. Cinnamomum verò eâdem gra-
tia: & propterea q́ tenuissimarum partium est, vt aperire ventris meatus possit, extergere q́; ac at-
tenuare si quid viscosum aut crassum in humoribus feratur: crassos enim humores ob purgato-
riæ facultatis imbecillitatem aloe trahere non potest. Quapropter biliosarum ventris affectionũ
optimum pharmacum est, adeo vt in vno die sæpe multos stomacho ita affectos credita sit persa-
nasse. Iuuat aũt & hos & alios omnes affectus ex vitiatis humoribus ortos cinnamomum admi-
stũ, vtpote quod alterantem habet facultatẽ vitiosarũ qualitatũ in id, quod secundum naturã ha-
bet. Quare scire oportet affectiones in humoribus vitiatis circa ventrem & stomachum, maxime
per medicamenta ex aloe iuuari: in maximũ verò detrimentum peruenire ex adstringentium edu F
liorum, potuum, ac pharmacorum vsu: Quemadmodum vice versa, in quibus humiditas multa,
& velut mador quispiam est circa affectã partem, citra vitiatos humores, qui ipse sola quãtitate &
copia affligat, & velut irriguum ventris os reddat, vtilissimus adstringentium eduliorum, potuũ,
ac pharmacorum vsus existit, languida nimirum & exoluta tunc reddita affecta particula ad mo-
dum laxatorum articulorum: in quibus ipsis etiam adstringentium vsus corrigit affectionẽ. Cæ-
terum picra confectio (de hac enim nobis sermo est) velut cinnamomum, sic ẽt alia partim vt sto-
macho commoda, partim vt tenuium partium & extergentia, assumit: quæ robore quidem mul-
tum à cinnamomo deficiunt, idem verò facultatis genus habent. Secundã "à præscripta cõposi A.l.5.fu.1.c.1.
tione Andromacus sic ad verbũ tradidit. ℂ *Aliud ut Lampon Pelusiota.* Cinnamomi, calami aro- fol.532 g
matici, casiæ nigræ, xylobalsami, floris iunci odorati, palmæ elates, singulorum quadrãtem, alij vn-
ciam vnam: omnia in crassas partes tusa in ollam nouam conijce: & aquæ pluuiæ sextarijs tribus
infusis donec dimidium supersit coque, & excola: & accepta aloes indicæ libra vna, aquam pluuiã
sufficientem superfundito: & sub caniculę ęstus donec resiccetur terito: atq; vbi primum per hãc
aquam aloen ipsam edulcaris, postea eam quæ ab aromatis excolata est, aquam affundito, & in So
le donec resiccetur terito: inde q́; trita hæc quæ sequuntur admisceto: Croci, myrrhæ, mastiches, G
singulorum quadrantem, alij vnciam j: conterito simul omnia, & resicca reponito: Atq; in potio
nibus ad conuulsa, rupta, plagas internarum partium, incipientes laterum dolores vtitor: Item ad
inflatos, dolentes stomachum, tarde concoquentes, reiectantes sanguinem, & ischiadicos. Datur
ad summum obolus vnus, aut duo, ex aquę cyatho vno: reliquis pro viribus præbeto. In vulneri
bus & inflammationibus dilutum aceto mulso vtiliter imponitur: In oculorum inflammationi-
bus succo mentæ, aut calaminthæ, aut solani, aut alicuius consimilis: In podicis inflammationibus
cum rosaceo aut vino aminæo. Vtere ẽt in vnguium abscessibus, paronychias Græci vocant, sic-
co, superne linamento cum rosaceo imposito: Et ad sanguinis eruptiones sicco cum aceto. Et
ad crustas in ore, ex passo gargarissandum dato. Hoc pharmacum quod Pelusiotæ Lãponis esse
ait, ad multas affectiones cõmodum est, polychresta ob id talia Græci appellant: de quibus ẽt ante
aliquid dictum est, q́ videlicet deficiant ab ijs quæ vnum quoddam optime faciunt, ob multitudi-
nem eorum quę promittunt. Apparãtur autem cum vnũ habere viginti affectionibus congruũ
malumus, q̃; tot numero alia: cum tñ ad singulas affectiones vnum aliquod destinatũ eo, quod ad
plures paratum est, melius existat. Facultas autem ipsius per quam in prædictis efficax est, tenuiũ
partium existit & calfactoria, secans, extergens, & aperiens, & ob id discussoria redundantium in H
quibusdam partibus serosorum succorum ac humorum. Et propterea etiam prædictis in sermo-
ne affectibus conuenit, discutiens, vt dixi, vitiosos & serosos succos ac humores affectarum par-
tium. Quare etiam prædictas alui affectiones, in quibus picra confectio moderatam purgationẽ
operatur, curauerit per modicam resiccationem, non per coaceruatam euacuationem. Pręstãtior
igitur est ad huiusmodi affectus picra cõpositio prima descripta. Tertium post prædicta phar-
macum Andromachus sic descripsit. ℂ *Ad Stomachicos & Cœliacos Pastillus amarus, Mollit aluum,
facit ad Somnum. Est autem ex libris Aphrodæ. Facit & ad Vesicam, & Coli affectus.* Seminis apij drach.
sex, anisi drach. sex, piperis albi sesquidrachmam, castorij drach. duas, myrrhę sesquidrachmam,
nardi celticę floris sesquidrachmam, opij sesquidrachmam, cinnamomi sesquidrachmam, co-
mæ absinthij drachmas tres, aloes obolos tres, mastiches drachmam vnam: cum aqua pastillos for
mato triobolares aut drachmales, & dato cum aquæ cyathis tribus. Neque in hoc pharmaco ad-
scripsit Andromachus, quos'nam stomachicos dicat ex ijs, qui quidpiam patiuntur: verum ex
eò quòd compositioni additum est opium, manifestum fit compositorem huius pharmaci in-
tentionem suam eò direxisse, vt resiccatorium simul & doloris sedatorium pharmacum efficee-
ret, somnum q́; aliquem induceret, non tamen contentiose contra vnam aliquam ex prædictis af-
fectionibus

A fectionibus instando, quò videlicet breui ipsam excideret. Quartum deinde pharmacum Andromachus scripsit, neq; ad vnam aliq; affectionem contentiose compositum, neq; ad multas moderate. Habet descriptio hoc modo. ℭ *Ad Stomachicos Hiera Antipatri.* Aloes bonæ drach.iiij, mastiches drach.duas, asari drach.quatuor: rosarum siccarum, iunci odorati, mei, phu, casiæ, singulorum semiunciam. Vtere arido trito quemadmodum in hiera ex aloe. Quintum post hęc pharmacum, quod ex plantaginis succo præparatur, & ipsum Apollonij esse ait, tale est. ℭ Succi plantaginis aridi drach.tres, mastiches drach.duas, myrrhæ drach.j, mentæ drach.j, zingiberis drach. vnam. Videtur mihi Apollonius hanc compositionem experimento cognouisse in stomacho calidiorem affectionem habente, atque ita ipsam indiscriminatim extulisse, non potentem frigidis affectionibus conuenire: refrigeratorius enim est plantaginis succus. Porrò quæ sequitur videtur mihi composita esse ab eodem autore, in prioris vsu successum non sentiente, & recognoscente pharmacum refrigeratorium se effecisse, & ob id castorij modicum, & aloes quippiam apponēte quæ euacuare potest: & mastichen, vt stomacho commodam: ac crocum & myrrham, vt quæ concoquere queant. Quapropter neq; hoc, neq; præcedens pharmacum adhibuerim in stomachica affectione, cum nullam probe curare possint, prætereà multum calidam. Scripsit de ea hoc mo-

B do. ℭ Succi plantaginis sicci drach.x, aloes Indicæ drach.j, mastiches drach.i, croci obolos duos, opij obolos tres, castorij obolos tres, myrrhæ drach.j: formato ad magnitudinem ciceris. Similiter autem neque consequenter scriptum citra discrimen rectè quis adhibuerit in alia affectione, quàm quæ moderata siccatione & adstrictione opus habeat, in humoribus quidem modicis, qualitate verò non vitiatis: componitur enim ex succino & mastiche, sic ipso Andromacho prodente. ℭ Succini, mastiches chiæ. Succini plus conijce. Dato cochlearium vnum ex aqua tritum.

Cæterum quod sequitur pharmacum, hac descriptione, Stomachica Galli, affectioni quæ calfieri & secari postulat, vtilis existit, ex fœniculo, aceto, & melle constans, quod ipsum Andromachus his verbis tradidit. ℭ *Stomachica Galli.* Corticis radicis fœniculi librę dimidium, aceti acris sextarium vnum eius q; dimidium, aloes quadrātem, mellis attici libram j. Radices lotas ad triduū aceto macerato, deinde coquito: atque vbi coctæ fuerint, expressas proiicito, & affuso ad acetū mel le simul coquito: deinde aloen inspergito: & cochlearia tria cum aqua dato. Alcetius sophista ad hanc descriptionem addidit rutæ, & apij, semina gerentium, vtriusq; manipulum, iubens cum radicibus macerari ac coqui: & aceti† sextarium dimidium, }& mellis libras duas conijcit: atque hanc laudat. Post pręscripta pharmaca Andromachus sic ait. ℭ *Stomachica, vt Nicostratus.* Succini, †Quidā legūt, sextarios sex.

C mastiches chiæ puræ, iridis illyricæ, singulorum trientem: floris rosarum sextantem. Dato aridi triti cochlearia duo, cū aqua lactosa: statim enim dolorem leuat. Reponatur in corneo vase. Et hoc pharmacum palàm est adstringentius quodammodo esse: optat que affectionem humidiorem in humoribus non multis, neque valde mordacibus: in quibus sane experimentum pharmaci fecisse eius authorem opinor: aut certe assiduo eius vsu ægrum à dolore leuasse, atque inde vniuersalem pronunciationem ipsi apposuisse, quòd videlicet statim ægrum dolore leuet, cum non possit id in multis prestare. Postremum deinceps pharmacum ab Andromacho scriptum hoc modo est.

ℭ *Ad Stomachicos.* Corticis radicis fœniculi drachmas duas, vini cyathos tres, coquito ad tertias, vt vnus cyathus supersit: ac totum præbeto. Et hoc ex calfacientibus est, opus q; habet affectione quæ calfieri exoptat.

Stomachica Pharmaca ab Asclepiade in Primo Internorum conscripta. CAP. 3.

ASclepiades porrò de Stomachicis scripturus, de ipsis sic orditur: Ad stomachi subuersiones. Quas verò subuersiones dicat, non manifeste indicauit. Potest enim & appetitus perditionē ita appellare. Potest ēt nauseosas affectiones ab accepto cibo fientes: aliquando enim hoc vnum solum symptoma accedit accepto cibo, vt si paulo fortiori motu moueantur, statim vomant: appel-

D lant igitur aliqui ēt tales stomachicos, & stomachū ipsis supinū reddi aiunt. Sequitur aūt hoc symptoma qñq; ad solā oris ventris debilitatem, q̧ cibos amplecti, eis q; obuolui non potest, velut tota

l.l.3.f.13.t.1. ventris amplitudo ¦solet. Qñq; verò & cum vitiatæ alicuius modicæ tñ humiditatis complexu:

.11.fo.288 h etenim multa, quemadmodum ēt valde vitiata etiam citra cibum, nauseam efficit. Cæterum quæ à multis vulgò supinitas stomachi appellat̄, contingit quidem iuxta intemperiem q̄cunq; tādem citra vitiatos humores. Fit etiam per humiditatē multam quidem, non tñ malignæ qualitatis: irriguus enim stomachus per largam humectationem similiter, vt ligamenta neruorum, laxatur. Facillime itaque curabilis hæc est affectio ex omnibus ferè alijs, pharmacis indigens, quæ siccare humiditatem, & coagmentare & constringere laxatum corpus, valent. Vbi igitur per profundum fuerit extenta humiditas, crassa q; sit & viscosa, opus est mistura pharmaci attenuatorij, & si ita dicere libeat, perrosiui, quale est acetum, & acetum mulsum. Si verò neque talis sit humiditas, neque in altum extensa, adstringentia sola suffecerint ad curationē. Propositum igitur in sermone pharmacum nō moderatarum supinitatum, sed fortiorum, est curatiuum: esset autem & moderatarum sanatiuum, si adstringentia sola quis misceret, aut etiam ex calfacientibus quippiam, si frigidam esse affectionem senuret. Sufficiens autem signum est frigidæ affectionis, si ęger se non sitire percipiat: vbi enim neque siticulosus fuerit, neque ardorem senserit in ore ventris, palàm est affe-

ctionem

ctionem non calidam eſſe. Idonea itaq; ſunt ad huiuſmodi ventris affectus quatuor pharmaca ab E
Aſclepiade conſcripta, quæ etiam ego nunc ſcribam, ipſius Aſclepiadæ & verbis & ordine ſerua-
tis. ℂ *Ad Stomachi Subuerſiones.* Nucleorum mali punici acidi tuſorum ſucci ſextarios tres, ſuc-
ci mentæ ſextarium vnum, mellis attici ſextarium vnum, in vas fictile conijcito, ac coquito aſſi-
duè agitando: & vbi dēſata fuerint, ab igne ablata reponito. Tempore vſus dato myſtrum vnum
aut duos ante cibum. ℂ *Aliud, facit ad Dyſentericos, & Vomentes cibum.* Radicis mali cotoneæ li-
bram vnam, vini myrtei ſextarios tres, coquito ad tertias: deinde exprimito liquorem, & mellis
attici ſeſquilibram addito: rurſus'que coquito aſſiduè mouendo. Dato ex repoſito velut dictum
eſt. ℂ *Confectio ex Fructibus, facit ad Stomachi ſubuerſionem, Cœliacos, & Dyſentericos.* Mala cotonea
Aliter xii. numero decē, ſorba numero quinquaginta, meſpila quinquaginta, rhois rubri ſextarium vnũ,
aquæ congios ſeptem. Fructus tuſos & in aquam coniectos diligenter coquito: & vbi diſſoluti
fuerint, liquorem exprimito: ac rurſus coquito eiecto eo, quod ex fructibus inſtar palearum exuc
cum reliquum eſt: cum verò tertia pars liquoris ſuperfuerit, mellis attici libras quatuor addito, &
ad prunas aſſiduè agitando coquito, ac ſpiſſata reponito. Vſus oſtenſus eſt. *Aliud Pharmacum.*
Sorborum maturorum ſextarium vnum, baccarum myrti nigrarum ſextarium vnum, rhois ſy-
riaci ſextarium vnum, prunorum ſylueſtrium ſextarium vnum, meſpilorum ſextarium vnum, F
phœnicobalanorum thebaicorum libras duas, mala cotonea decem, mala punica integra vnà cũ
nucleis decem, muſti aminæi ſextarios xlviij. Præpara pro conſuetudine, & expreſſum liquorem
rurſus diligenter coque donec ſpiſſetur. Vtere vt dictum eſt. Porrò poſt præſcriptas confectio-
nes quintam ſcripſit Aſclepiades hoc modo. ℂ *Catapotia ad Stomachi ſubuerſiones, Origentæ, bona & Valde probata.* Florum roſarum drach. viij, baccarum myrti nigræ exacinatarum acetabulum, ſe-
minis hyoſcyami acetabuli dimidium. Terito ſimul diligenter, ſufficiente protropo paulatim in-
ſtillato: deinde his palmularum paſſarum, patetos Græci vocant, decem numero carnem addito:
& ex contritis catapotia ciceris magnitudine formato: & tres aut quatuor cum aquæ mulſæ vete-
ris dilutæ cyath. ij exhibeto. Et hoc pharmacum in ijſdem affectionibus commodum eſt, in qui-
bus quatuor præſcripta. Voluit autem author huius pharmaci per ſeminis hyoſcyami miſturam,
doloris ſedationem & ſomnum inducere vnà cùm reſiccatione. Manifeſtum eſt autem refrigerato
rium quippiam hyoſcyami ſemen habere, velut etiam papaueris ſemen habet: quare ad calidos af-
fectus facit. Simile præſcripto pharmacum deinceps proditum ab ipſo eſt his verbis: Roſarum
recentium deſectis vnguibus drach. viij, ſeminis papaueris albi drach. iiij, ſeminis hyoſcyami drac.
ij, aloes obol. iij, aſari obol. iij: cum aqua diluta in pilulas redigito, & ciceris magnitudinem præbe G
to. Septimum poſt prędicta pharmacum Aſclepiades ſcripſit appoſito diſcrimine à ſymptoma
te palàm apparente: ait enim ardori ſtomachi ipſum conuenire, & propterea Adipſon idelt ſitim
extinguens, appellat, compoſitionem ipſius ſic tradens. ℂ *Ad Ardorem Stomachi Adipſon catapotium.* Seminis cucumeris ſatiui drach. octo, ſeminis portulacæ drach. octo, tragacanthæ drach. qua
tuor. Tragacantham ouorum crudorum recentium candido diſſolue, & probè tritis alijs adde:
& ex miſtis catapotia forma, ea'que in vmbra reſicca: atque vnum ſub lingua tenendum præbe,
ac liquorem inde ſolutum deuorare iube. Quin & quod poſtea ſequitur, refrigerat ac corrobo-
rat ſtomachum madore prægnantem, & qui humidam ac calidam affectionem habet. Scribit au-
tem de ipſo Aſclepiades hæc verba. ℂ *Aliud, facit ad Stomachi ſubuerſionem, maximè commodum eſt Ardorem multum perferētibus, & qui Stomacho exuruntur.* Foliorum roſarum viridium drachmas ſex,
glycyrrhizæ drach. quatuor, nardi Indicæ drachmas quatuor. Excipe vino dulci aut protropo, &
redige in catapotia: ex quibus vnum ſub lingua tenēdum præbe: aut ciceris magnitudinem cum
frigida aqua diſſolue, & in potu exhibe. Nonum deinceps pharmacum Aſclepiades ſcripſit
hoc modo. ℂ *Ad Singultum, & Stomachi debilitatem, & Cibi reiectionem.* Reiectio itaq; hoc eſt vo-
mitus ex genere eſt ſupinitatum. Quando enim os ventris fortiter afficitur, hoc autem velut di- H
xi, ob vitioſos humores, quos venter abrumpere conatus, propter debilitatem nauſeæ ſympto-
ma perpetitur, atque hanc etiam tum ante acceptionem cibi, tum poſt ingeſtum cibum, ob extre-
mam debilitatem perfert. Supinitates igitur ex vitiatis humoribus obortas picra confectio quàm
celerrimè curat, nempe vitiatos humores expurgans. Vomitus verò ob imbecillitatem graua-
ti ſtomachi oborti curantur per intemperaturæ correctionem. Non parùm ſæpe contingit etiam
non ſolum ſtomachum, ſed & ventrem, ob debilitatem ferre non poſſe ciborum onus, atque ideo
reiicere aliquando quidem ad infernam partem, vbi illis robuſtior ſit ſtomachus: aliquando ve-
rò ſurſum ob ſtomachi imbecillitatem, quando ſanè hic debilior fuerit infernis partibus. Hoc ita-
que vomitus ſymptoma vnum quidem eſt, ſequitur autem ad multas affectiones diuerſam mede-
lam exigentes. Similiter & ſingultus ſtomacho interdum ob frigiditatem aut repletionem ac-
cedit: interdum ob mordacitatem humorum acrium, & medicamentaria qualitate præditorum.

Impoſſibile itaque eſt pharmacum inuenire omnibus dictis affectionibus aptum. Cæterùm
quæ deinceps ſcripſit Aſclepiades duo pharmaca, oſtenſa ſunt ſubſtantiam habere multum ab
humana natura diuerſam, quæ ipſa maximè omnium inter reliquas corporis partes ſtomachus
non fert ob excellentiam ſenſus, qua præditus exiſtit. Magnopere igitur affligitur ſtomachus
etiam

A etiam vbi ex stomaticis pharmacis quippiã in ipsum fuerit prærerlapsum, maxime quæ atramentum sutorium,aut tale quid,in se habẽt.Quod enim ex fructibus constat, ex comestili materia compositum est: verùm atramentum sutorium cõtrariæ penitus homini naturæ est: quemadmodum ẽt mandragora. Fugienda itaq; sunt hæc duo pharmaca ex chrysobalano & radicis mandragoræ cortice composita: apponam tñ ẽt ipsorum compositionẽ. Et prioris quidem descriptio hæc est. Chrysobalani libram j,mastiches chiæ libræ dimidium,corticis radicis mandragorę quadrantem: tusa & cribrata excipe mentæ succo, & redige in catapotia.Da inde obolos tres cum aquæ frigidæ cyathis tribus. Posterioris autem descriptio hæc est. Mastiches chiæ lib.j, tragacanthæ albæ lib. vnam,corticis radicis mandragorę sextantem: tusa & cribrata reponito. Vsu exigẽte dato cochlearium insperfum aquæ frigidæ cyatho vni. Post præscriptas cõfectiones Asclepiades sic scripsit. Ad voluulosas stomachi subuersiones. Coniectarit quispiam ipsum voluulosas appellare fortes: quemadmodum enim in voluulis subuersiones fiunt cum magna contentione & violentia, adeo vt stercus etiam euomant, sic ẽt alios vomitus concitatos quis appellare voluulosos possit. Sequũtur autem huiusmodi vomitus, vbi affectæ partes à medicatis serosis humoribus magnopere fuerint afflictæ: si verò etiam imbecilliores fuerint,duplicatur malum. Erit itaq; ob id curationis sco-

A.l.1.f.4.c.5. fol.74.g; B pus,vt simul ad affectas partes "odoratas qualitates opponamus, quales aromatum sunt, & quorundam seminum in ciborum vsum venientium,velut est anisum,apium,daucus,cuminum,& seseli. Iuxta hanc itaq; rationem Hippocrates in pleuriticis purgatiuum exhibens medicamentum', misceri aliquid ex his iussit,sic scribẽs: ‖ Si vero sub septo transuerso sit dolor, et ad clauiculam nõ se extendat,mollire ventrem oportet veratro nigro,aut peplio: ad veratrum quidem dauco,aut seselide,aut cumino,aut aniso,aut alio quopiam odorato addito. Apparet enim quòd in his miscendis maximè odorem ipsorum respiciat,quo medicamentariam vim, quæ hominis naturæ contraria est, mitiget & obtundat: quemadmodum enim graueolentia omnia stomachum subuertere solent,sic odorata corroborare. Si verò vltra hoc etiam in ciborum vsum veniant, multipliciter auxiliantur stomacho ob vitiatos serosos humores subuerso. Atque iuxta hanc ratiocinationem autor propositi pharmaci anisum & apium admiscuit: absinthium verò propterea qꝫ à natura vim habet extergendi, ac repurgandi, & subducendi vitiatos stomachi humores, ampliusque densat & cõstringit ac robur addit parti affectę. Cinnamomum autem addidit, vt quod omnibus fœtidis & putredinosis serosis humoribus se opponat iuxta vtranque facultatem suam, alteratiuam & discussoriam: nõ paruam enim ex odore suo exhibet vtilitatem omnibus malis affectionibus. Opij (2. de Rat. vict. acu. tex.117. 117.h) (* κακαῖς. aliter, κακοχύμοις.)

C verò parum pharmaco immiscuit, sensum stomachi hebetare volens: qua ratione etiam cœliacis ipsum damus, vt quod profundum quendam soporem inducere possit. Quò verò vehementem opij frigiditatem compositor ipse corrigeret, castorium ipsi adiecit,oppositum fermè ipsi in facultate: eadem ratione etiam piper admistum est. De myrrha verò operępretium est scire,qꝫ in quantum facultas ipsius est concoctoria humorum præter naturam & vitiosorum,in tantum conueniẽter admiscetur: in quantum autem medicamentaria est, non conuenienter: verùm paucitas eius ad concoctionem quippiam confert, qualitatis autem peregrinitas non apparet, vtpote victa ab odoratis. Ego itaque hoc pharmacum etiam sine myrrha pręparare consueui,ad securitatem perducere semper tentans vsum omnium pharmacorum, præsertim vbi in acuta febri tale quid exhibetur. Cum igitur cinnamomum habeat hoc pharmacum,& semina calida vrinam cientia, ac piper, & præterea castorium, ac opium, meritò multis affectionibus commodum est, quandoque cum vino stomacho grato datum, quale protropum est: quandoque cum myrti baccarum decocto,velut in dysentericis: aut cum aceto mulso, velut in splenicis: in cholera vero & bilis vomitu ac effluxu, cum frigida, velut Asclepiades scripsit, sed addito discrimine, si siticulosior est nunc quàm antea, aut nauseæ calidæ sensus circa os ventris ipsi contingat, aut frigidam bibere sanus cõ-

D sueuit. Ego sanè hoc medicamentum ad securiorem vsum perduxi,myrrhamque dimisi,& piperis quantitatem auxi. Cùm verò plurimum cinnamomum accipiat,necessarium nobis est vbi cinnamomo caremus,casiam optimam conijciamus,aut plus quàm duplo cinnamomi pondere, aut omnino non minus. Cæterùm commensuratio ac apponderatio pharmacorum quæ ipsum cõstituunt, ab Asclepiade his verbis proditur. ℭ *Ad" Voluulosas Stomachi subuersiones Pastillus Amazonum. Facit ad Inflatos, Ardorem stomachi, & Vomentes cibum. Facit & ad Internas affectiones.* Seminis apij drachmas sex, anisi drachmas sex, absinthij drachmas quatuor, piperis drachmas duas, myrrhæ drachmas duas,cinnamomi drachmas sex, opii drachmas duas, castorij drachmas duas. Cum aqua pastillos formato, & summum drachmam vnam dato, stomachicis cum protropi diluti cyathis tribus: cholericis & vomentibus cibum,cum frigida: cœliacis & dysentericis cum baccarum myrti decocto: spleniticis cum aceti mulsi cyath.iij. Aliud pharmacum deinceps scripsit Asclepiades, non solùm ad voluulosas stomachi subuersiones ipsum conuenire promittens, sed & ad intensos singultus,& stomachicos, qui ardorem, hoc est multam caliditatem percipiunt. Dictum autem iam sæpe à me est impossibile esse inuenire pharmacum ad multas affectiones optimum: inuenitur enim in vnaquaque ipsarum id, quod propriè ipsis destinatum est præstantius esse. Verùm iis qui vnum pharmacum ad multos affectus habere volunt, etiam horum præparatio (A.l.5.su.2.t.6. o.554.g)

ac

ac compoſitio vtilis exiſtit. Continetur tamẽ ambiguitas quædam in huiuſmodi pharmacorum E promiſſionibus, qualem Aſclepiades nunc de propoſito pharmaco fecit. Putabunt enim fortaſſis aliqui ex ignaris, tum ſingulorum trium ſymptomatum curationem promitti, tum duorum ſimul coincidentium, aut omnium ſimul: Velut cum lancinatur vehementer nauſeans æger, & ſingultit, & multę anxioſę caliditatis ſenſum circa ſtomachum percipit. Et de tali ſane affectione primo dicam, in qua tria hæc mala ſimul hominem infeſtant, nimirum ardoris ſenſus, & ſingultus, & affectio voluuloſa. ‖ Hippocrates quidem igitur conuulſionem fieri dixit ex repletione et euacuatione, & additum eſt ad aphoriſmum ferme in omnibus exemplaribus, Sic autem & ſingultus. Ego vero in cõuulſione tertiam aliquam cauſam ſupra euacuationem et repletionem non dum reppe-ri: Singultum autem ſine his fieri video, acribus humoribus, aut ſeroſis, & medicatis, ſtomachum mordentibus, quos vbi vomitu reiecerint, ſtatim ſingultu liberant. Quin & multi deuorato pharmaco ex tribus piperis generibus conſtante, ſi ſtatim vinum inſuper bibant, omnino ſingultiunt, ex quorum numero etiam ego ſum. Amplius autem & cibo in mordacem qualitatem corrupto aliqui ſingultiunt: et quod à vomitu ſtatim liberãtur, omnibus notum eſt. Quidam etiam ex rigore oris ventris ſingultiunt. Verum pueros maxime frequenter ſingultire contingit tum ob corruptionem alimenti in ventre, tum ob partis frigiditatẽ. An vero & ob nimiam euacuationem fiat F ſingultus, veluti etiam cõuulſio, dignũ conſideratione eſt. Verum ſi in præſens hac conſideratione relicta eos, qui ob frigiditatem, aut ciborum copiam, aut mordacem acredinem, grauantur, intueamur, vomitum reperiemus ſufficientem medelam eorum, qui ob copiam aut morſum ſingultiunt, caliditatem vero eorum qui ob frigiditatem. Alio autẽ modo reperiemus ẽt ſenſus ſtupefactionem per refrigerantia, & permutationem ac diſcuſſionem mordacium per attenuantia & reſiccantia. Componitur autem ex huiuſmodi ipſum pharmacum. Opium enim, & roſæ, & pſyllii ſuccus, ex refrigerantibus ſunt. Spica nardi verò, & chryſobalanos, ex diſcutientibus & corroborãtibus. Aſarum autem per vrinam deducit vitioſos humores. Aloe verò vitiatos humores expurgat, & inferne per ventrem euacuat. Crocus autem concoquit & roborat partes, per temperamentum quidem caliditatis concoctionem efficiens, per adſtringendi vero vim quæ ipſi adeſt, robur addens. Coſtus autem ſufficienter calfacit, moderate vero adſtringit, quod & ex guſtu eius percipitur. Ex his porro compoſitum pharmacum aptum eſt ſingultiẽtibus: aptum eſt et ijs, qui ad vomendum lancinantur: † & qui circa præcedens pharmacum dicti ſunt, verum nõ ſimiliter vt illud, neq; aliquid aliud ex odoratis habet, neque cinnamomum. Refrigerantium autem in ipſo mixtura ſtupefacere ſenſum potens mitigando moleſtiam ex mordacitate ſeroſorum & aliorum ẽt hu- G morum obortam, vere aptum pharmacum efficit ad nauſeoſæ affectionis imminutionem. Quãdoquidem verò etiam ad ſtomachi ardorem conuenire pharmacum dixit, repugnat autem huic ſermoni calfaciens coſtus, operæpretium fuerit & de eo dicere. Quemadmodum in antidotis colicis appellatis, & à quibuſdam, dolorum ſedatorijs, qualis eſt Philonis antidotus, ſcopus componẽdi pharmacum eſt ſtupefacere ſenſum dolentium. Quò verò non cum magno detrimento id fiat, & vt per altum dolentium corporum frigiditas {celeriter} penetret, calfacientia miſcentur, quæ refrigerantium ſtupefactionem deducere poſſunt, cum illa ipſa per ſe tardi tranſitus exiſtant. Hæc igitur vbi quis inaudiuerit, quantitatem conſideret ſimplicium pharmacorum quæ in compoſitiones miſcẽtur: ex hac enim ſciet, num magis an minus, efficere poſſit compoſitum pharmacum ea quę promittit. Si nanque refrigerantia plura apparuerint, ſenſum affectorum magis obtundit, & quantum caloris in ipſa particula fuerit, etiam hunc extinguit: vbi verò calfacientia fuerint aucta, minus quidem hæc efficiet ipſum pharmacũ, innocentius aũt reddet. Nolle enim oportet corpora viuentium mortificationi ſimile quippiam perpeti ab omnium ex opio & hyoſcyamo et mãdragora compoſitorum pharmacorum vſu, nimirum cauſis dolorem infligentibus inſenſibilibus factis: & multi ſane qui aſſidue talia accipiunt, ad immedicabilem frigiditatem particulas perdu- H cunt. Quemadmodum aũt in refrigerantium & calfacientium oppoſitione, vtrorunq; quantitas oſtendit prædominantem pharmaci actionem, eodem modo etiam in alijs conſiderationem facere oportet: velut denſantibus & rarefacientibus, coagmentantibus & diffundentibus, odoratis & graueolentibus, humectantibus & ſiccantibus, diſcutientibus & cohibentibus. Itaq; vbi ſubſcripſero his miſtorum in compoſitione quantitatem, ad cohęrentia trãſibo. Scripſit aũt ipſam Aſclepiades in hæc verba. ℭ *Stomachicis Ardorem ſentientibus, & intenſos Singultus, & Voluuloſas Stomachi affectiones.* Coſti drach. quatuor, ſpicæ nardi drach. quatuor, chryſobalanorum drach. quatuor, roſarum viridium drach. quatuor, maſtiches drach. quatuor, aloes drach. duas, aſari drac. duas, opij drachmam vnam. Excipe ſucco pſyllij, & reduc ad paſtillorum formam, & exhibe obolos tres. Liquor ſit affectioni conueniens. Poſt pręſcripta pharmaca Antidotum Hieram iam antea in Andromachi pharmacis conſcriptam, ex aloe & cinnamomo compoſitam, etiam ipſe tradidit non iuxta eandem commenſurationem & ſymmetriam. Habent autem verba eius in hunc modum.

ℭ *Antidotus Hiera hoc eſt Sacra, Themiſonis, ad Stomachi ſubuerſiones. Facit & ad ſentientes Ardorem, & oẽm Inflationem, tardam Concoctionem, & affectiones Vteri. Probe cit Vrinã, et omnino admiranda confectio eſt Hydropicis, Hepaticis, & Nephriticis. Deducit & fœminis Menſes.* Aloes drach. c, maſtiches vnciam vnã,

croci

6ª. Aph. apho. 39. Ex. ord. 50. f

A l. 3. f. 13. r. 5. c. 19. 101. 306. c

* ψύξει i. *frigiditatem, eſt i impreßis.* δήξει i. *mordicationibus, eſt ĩ aliquibus antiquis.*

† διὰ τὰς κατὰ τὸ προγεγραμμένον εἰρημένας αἰτίας, *eſt in antiquis, i. ob cauſas in præcedẽte pharmaco dictas.*

A croci vnc.j, nardi indicæ vnc.j, cinnamomi vnc.j, carpobalsami vnc.j, asari vnc.j: tundito, & angustissimo cribro excernito, atq; aridum vt ne transpiret seruato. Vsus eius est ad tarde concoquentes, atq; ita sanos, drach.j cum frigidę cyath.iiij: vomentibus bilem, aut aliàs fluxione laborantibus drachmæ dimidiū: ad inflammationes internas conuenit cum aqua mulsa bibitū: verū quibus vrinam ciere volumus, aut menses deducere, pharmacū cum vino damus. Est autem medicamētum insperfile in pulueris ac farinæ formam redactum. Hæc quidem scripsit Asclepiades de prædicto pharmaco. Videamus autem primum in his de quantitate pharmacorum ipsum constituentium quatenus consensit, & dissensit, cum Andromacho: deinde consequenter de promissione & vsu. Equidem in mistura pharmacorum consenserunt inter se Andromachus & Asclepiades in hoc, quòd aloes drachmas centum conijciunt: Dissentiunt autem in eo, quòd Asclepiades simpliciter aloes scripsit, Andromachus autem lotæ apposuit: Et quòd Asclepiades reliquorum singulorum singulas vncias admiscuit, hoc est drachmas argenteas octo, aut septem & dimidiam, Andromachus vero sex: Amplius etiam in eo quòd Asclepiades carpobalsamum, Andromachus xylobalsamum inijcit: & præterea quòd Asclepiades florem iunci odorati penitus relinquit. Cæterum circa promissionem operum Andromachus nihil amplius scripsit, quā quibusdam vnum cochlearium, B quibusdam duo, cum aquæ frigidæ aut calidæ cyathis tribus exhibere: verum Asclepiades plura de vsu propositę antidoti prodidit. Ad tardas enim concoctiones sanorum drachmā vnam dari iubet, cum aquæ frigidæ cyath. quatuor: opinor autem ipsum dicere drachmam argenteā, etenim sic fere omnes recentiores medici appellare in more habent: neq; ipsa rei natura aliud nos intelligere cogit: manifestum est autem quòd drachmam dicimus nūc in huiusmodi omnes, quod Romani denarium appellant. Verum non omnibus tarde concoquentibus expedit præbere hoc pharmacum, sed iis solum quibus ob vitiosos humores tarda concoctio contingit, & maxime cum tenues fuerint & biliosi. Fecerit & quietem in iis, quibus citra vitiatos humores humida intemperies intantum affectam partem perrigauit, vt exoluatur & laxetur ad modum ligatoriorum neruorum circa laxatos articulos. At vero qui bilem in ventre habent, quæ præsertim ipsis in tunicis in alto continetur, præstantius pharmacum non reppererint. Verum haud scio qua ratione parum de ipso exhibeat Asclepiades, cū moderata exhibitio ipsius ad drachmas tres progrediatur. Porrò ad inflammationem habentes non simpliciter in omni inflammationis tempore dandum est, sed vbi concocta fuerit & declinarit. ‖ Concocta enim medicanda recte censet Hippocrates, non cruda, neque in principijs, † nisi sua sponte concitata id expetant}, hoc est nisi motus C ad excretionem † nos adducat}, qui non dum firmam aliquam inclinationem ac stationem ad vnam partem habeat. Recte autem hoc pharmacum tarde concoquentibus, aut bilem vomentibus, aut aliàs stomachi fluxione laborantibus, aquæ cyathis quatuor inspergens præbet, nimirum subuersionem stomacho ex melle oborientem formidans. Ad declinationem autem internarum inflammationum cum aqua mulsa tempestiue quis exhibuerit: Quemadmodum etiā vrinam ciere volens, aut menses euacuare, Asclepiades quidem ex vino dādum ait. Præstiterit autem, vt ego sentio, cum vino mulso pharmacum præberi: ita enim simul & quæ circa distributionem & delationem ex ventre in vrinam, & quæ circa vterum instant, secat ac dissoluit: et robur partibus addit per quas trāsitum facit: amplius q; & locorum per quos fertur caliditatem auget, quæ & ipsa non parum confert ad instantes humores fundendos ac euacuandos. Post præscriptam Hierā Themisonis antidotum, Asclepiades aliam sic scripsit. ℭ *Alia ex Mantiæ compositionibus Attalica. Facit ad Stomachicos & Reijcientes cibum, Cholericos, Cœliacos, Dysentericos.* Compositio sic habet. Croci ℥ ij, nardi drach. duas, seminis hyoscyami drachmam vnā, aloes vnc. vnam, balaustii vnc. vnam, tragacanthæ vnc.i, piperis albi vnc.i, acaciæ vnc.i, rheu pontici vnc.i, rhois syriaci culinarii vnc.i: excipe succo rosarum in vino austero coctarum, & redige in pastillos drachmæ vnius: tragacanthā D vero succo præmaceratam vnito. Hoc pharmacum nihil priori simile habet: illud enim purgatorium est: hoc adstringens, iis qui stomachum aut totum ventrem ob multam humiditatem exolutum ac laxum habent, conueniens: quemadmodum etiam in articulis eiusmodi laxitates contingunt, ligamentis ipsorum multa humiditate perrigatis, quæ plurimi medici neruos ligatorios appellare solent. Multæ enim eiusmodi affectiones tum in ventre, tum in stomacho, fiunt iis qui multo potu se explent, aut fructus humectātes, aut etiā edulia talis temperamenti, ingerunt. Cum itaque multi sint qui tali victu vtātur, rationabiliter etiā prædictæ facultatis pharmaca sæpe successu clara euadunt, vt quæ prædominantem adstringendi vim habeant. Vbi vero aut vitiatos humores euacuare, aut affectam particulam calfacere oportet, non solum nihil iuuat ita adstringentium pharmacorum vsus, sed etiā nocet. Post præscriptum medicamentum, aliorum duorum Asclepiades meminit, quæ & ipsa ambo bona sunt, & ex multis composita, ac propterea multi ad varios affectus vsus, & præsertim posterius. Quòd vero tale sit quale ipsum esse dicit, etiam nobis ipsis facile erit iudicare, vbi in memoriam reuocarimus simplicia in ipso pharmaca, qualia singula sint, amplius q; methodum compositionis eius audiuerimus. ℭ *Aster Stomachicus, facit ad eos quibus Cibus in Ventre acescit, ad Tormina, Destillationes, Dolorem capitis, spuentes Sanguinem, Tabescentes, Affectiones circa Vesicam & Vterum.* Prępararur sic. Succi mandragorę drach. quatuor, myrrhę drach. quatuor,

1a. Aph. apho. 22. Ex.ord.10.b
† ἢν μὴ ὀργᾷ.
† ἐπάγοιτο, *est in impressis. sed clarius in manuscriptis.* ἐπείγοιτο, *i. incitet. vt etiā in aphorismis.*

quatuor, balaustij drachmas quatuor, castorij drachmas quatuor, croci drachmas quatuor, opii E drachmas sex, anisi drachmas octo, seminis apij drachmas octo, styracis drachmas octo, hyssopi cretici drachmas duodecim, seminis hyoscyami albi drachmas duodecim. Componito pro more, & digerito in pastillos: dato pro viribus. Liquor sit affectioni conueniens. ℭ *Aster alter inexuperabilis, pharmacum accommodatum, sedans Dolorem, inducens Somnum, multi Usus ad Varios affectus. Nam & Stomachi morbos mirabiliter sanat a ructibus acidis, ægris concoctionibus, torminibus, Volvulis, inflationibus. Facit & ad Capitis dolores potatum, & foris illitum fronti, aceto dilutum. Facit & ad Oculorum dolorem pastillus perdicij succo dilutus. Facit & ad Dentium dolorem cauernæ inditus, tritus ac galbano exceptus, aut fici succo. Prodest ad Influxus Oculorum, & Tonsillarum inflammationes, vino dulci dilutus, ita Ut ad oculos lanam eo imbutam imponamus: in tonsillis Vero affectis tepefactum † colluamus. Facit ad omnem Sanguinis fluxum Vino myrtite dissolutus: & ad Veteres ac recentes Tusses & Destillationes dilutus Vino theræo, aut protropo, aut scybelite. Facit Phthisicis, Suppuratis, marrubij succo dissolutus. Hæmoptoicis, Dysentericis, Cholericis, sanguinariæ succo dilutus: & ad omnis Reptilis plagam cum rutæ decocto potatus. Soluit Irritationes per circuitum repentes, duabus ante eius inuasionem horis, ex Vini diluti cyathis tribus acceptus. Menses etiam fœminarum ducit, artemisiæ decocto dilutus. Facit & ad Vesicæ affectiones Vino mulso dissolutus. Similiter etiam ijs, quæ ab Utero suffocantur, auxiliatur. Facit Arthriticis, Podagricis, gentianæ decocto dilutus. Et de his quidem quæ efficit hactenus.* Compositio verò hoc modo habet. F Myrrhæ drachmas quatuor, styracis drachmas quatuor, nardi Indicæ drachmas quatuor, casiæ fistulæ drachmas quatuor: terræ lemniæ quæ sphragis, hoc est sigillum, appellatur, drachmas quatuor: corticis mandragoræ drachmas quatuor. In alio exemplari etiam piperis drachmas quatuor, croci drachmas sex, succi papaueris drachmas sex, seminis dauci cretici drachmas octo, anisi drachmas octo, seselis massiliensis drachmas octo, seminis apii drachmas octo. Myrrha, et styrax, atque opium, vino dissoluuntur odorato & teruntur: arida vero tunduntur & cribrantur, ac deinde simul miscentur: subiguntur, ac in pastillos coguntur ponderis drachmæ dimidiæ, & in vmbra reficcantur. Vsus ostensus est. In alijs exemplaribus pastillorum pondus drachmale proditur.

* ἰλίγκους.

† παραινεῖν ἀναγαργαρίζεσθαι, i. admonendum est, Vt gargarizetur.

Quæ Archigenes in Primo Pharmacorum secundum genus prodidit, de Affectionibus circa Stomachum. CAP. 4.

* ἀπεψίας.

CVm multæ & variæ sint circa stomachum affectiones, atq; hæ omnes ferè in totum ex cruditate oboriantur, totis viribus considerandum. Et si quidem aquarum aut aeris malitia ostendatur, vniuersali via ac ratione q̃ maxime licet vtentes hęc immutando, hominē liberare est opus: G Si vero ob inconsuetos cibos, eis interdicemus: Si vero ob copiam, cibos contrahemus: Et in vniuersum ex quacunq; causa suspicati fuerimus fieri, eam prohibebimus. Quòd si in omnibus ipsis bono ordine tractetur, & iuxta ipsum stomachum tñ concoctiones impediantur, vnctionibus, & exercitijs, vociferationibus q; & alijs huiusmodi, per expertum artificem adhibitis, stomachus corroboretur. Verum ructu acido affectis coriandrum cochlearij mensura ante reliquum cibū edendum dato, & merum insuper bibendum. Quòd si qñq; moderata cruditas & quæ contemni possit oboriatur, longiore tempore in lecto decumbendum est: & si negocia id non permittant, quanto possibile est, omnis distentio & labor, amplius q; æstus † ac ira, vitanda sunt. Serius etiam q̃ pro consueto tpe ex feruida aqua lauādum est: & in priore balnei domo aqua tepida hausta, omnia "in stomachum coaceruata pituitosa reuomenda: & modico cibo item q; potu prima die vtendū. Si vero fortis ciborum corruptio fiat, stomachi q; morsum sentiant, ac ipsos eructent, amplius q; nausea afficiantur, aqua tepida exhibita vomere cogito, donec omne corruptum expurgetur: deinde caput mollibus linteolis ad ignem calefactis obducito: aut huiusmodi aliquo non inani ductu locos circa stomachum foueto, & præcordia mitigato: summas item partes molli frictione aut etiam constrictione lenito. Atque ita in lectulo quiescere sinito, ac inediam per totam sequentem diem H perferre. Si non absurdum quid inde consequatur, fortiores quidem, vt prædictum est, effectos lauatione curato: si vero infirmi essent, moderate ad diem vnum refectos, in sequentem lauato, moderatis cibis ac potibus ad triduum vti iussos. Et cruditatis quidem talis quædam (vt rudi quadam forma expressi) curatio existit. Verum de ijs quæ ex ipsa proueniunt, velut profluuio ventris, aut bilis per vomitum ac secessum reiectione, aut alijs eiusmodi, in proprio loco dicetur. Cæterum in alijs stomachi molestijs, iis quidem qui stomacho exuruntur cum exolutione, aut animi deliquio, aut appetentia perdita, ex qualicunque tandem causa, præter febrem, cyathos tres aut quatuor aquæ frigidæ absorbendos dato, bis aut ter per interualla: & si quidem inde mitius habeant, ipsos reuocatos tum cibo, tum etiam alijs, refocillare tentabis. Si vero permaneat malum, † deprehensis atque læuigatis ℥ extremitatibus, huiusmodi quendam cremorem assidue absorbendum dato, velut palmularum, malorum cotoneorum, pyrorum, mespilorum, baccarum iuniperi, pampinorum vitis, rosarum, mali item punici nucleum non habentis succum, aut nuces pineas viginti, & seminis cucumeris grana xxv, baccas myrti viginti, croci obolos duos, & rosarum duarum folia ex aqua bibenda exhibeto. Aut aquam frigidam cū omphacij succo præbeto. Aut florem rosarum cum nardo & aqua frigida. Aut etiam portulacæ semen admisceto, aut atriplicis semen

† *Additur in antiquis græc.* καὶ ψῦχος, *i. et frigus.*

A. l. 3. f. 13. c. c. 5. fol. 298. f

† Al. ligatis & calefactis.

* *Al. vnum. et al. dimidiū.*

A semen, aut malorum cotoneorum decoctum. Aut cucumerum satiuorum semina quinquaginta trita, ex frigida præbe. Aut orizam coctam cum butyro edendam exhibe. Aut tragoriganum tritam & exuccatam cum aqua edendam præbe. Aut fabas ægyptias decem, & nardi celticæ obolos duos, vtraq; tosta & trita bibenda exhibe cū mali punici acidi ac dulcis succo, & aqua, pari vtriusq; mensura. Aut mentæ ramulum contritum bibendum dato. Aut œnanthen similiter tritam cum nardo indica bibendam dato. Aut lentes coctos tritos ex aqua præbeto. Aut phœnicobalanos cum rosis. Aut marrubij succum cum melle: & vbi paululum quieuerint, vinum cum polēta exhibeto. Aut cardamomi drachmam vnam, cum aceti mulsi cyathis tribus potandam dato, ac quiescere sinito. Porrò iis qui saliuam multam in stomacho aggregarunt, aridam conyzam manducādam dato: Forinsecus vero stomacho imponātur vitis folia viridia trita: aut mala cotonea aut palmulæ, aut mespila cū cerato. Aut myrti folia tenera, vel rubi, vel lentisci, trita cum polentę flore frigida subacto. Aut portulaca viridis similiter pręparata. Aut caseus recens mollis cū polēta et apij folijs. Aut seridis folia cum aceto & polenta ac apij folijs. Si vero multum sint æstuosi, vesicam aqua expletā imponito. Aut niuem superdato. Aut cucurbitarum ramēta imponito, & omnino oīa quibus in cardiacis vtimur. Dolores autē stomachi lenit, et maxime iis quibus tristitia aliqua B aut desperatio accedūt, lac asininum, aut muliebre, aut bubulum, silicibus incoctis potatum. Aut vnguentum nardinum vel aliquod pretiosum dato ex aqua. Aut decoctum floris iunci odorati, rosarum flore simul insperso. Aut portulacæ succum, quandoq; per se, qnq; cum nardo. Aut oui vitellum tostum et in farinam comminutum, cum polenta bibendum dato. Aut amaras nuces cū cucumeris semine & nuce pinea. Aut rumicis syluestris seminis obolos tres bibendos præbeto.

Oēs vero circa stomachum dolores & displicentias ac molestias sedari aiunt cochlea aphricana cruda integra vorata. Exoluto aūt solum & nauseabundo facto stomacho, lactucæ albæ semē modicum ex aquæ cyathis quatuor aut vno bibendum dato. Aut passerum stercus aridum velut polentam, siue aquam biberint, siue vinum, inspergito. Aut mastiches chiæ cochlearium ex aqua frigida dato. Aut glaciem ieiunis quotidie exhibeto, vt ea assidue manducata saliuam expuāt. Aut conizam aridam manducent. Si vero vna cum humectatione ēt inflammatio aliqua adsit, œnanthen cū meliloto, aut rosam siccam cum cerato rosaceo parum resinæ vstæ habente, impone. Aut acaciæ & † aluminis melij pares partes dupla cerati proportione excipe, & vt malagma impone.

Cæterum quibus bilem atram generantibus stomachus inflat, spōgias aceto acerrimo calido imbutas ad stomachum imponito, atq; hoc maxime tempore distentionum: & si postea etiamnum C perseuerarint, alumen liquidum cum atramento sutorio trito melle exceptum imponito. Aut hęc & aloen pari portione mista & cerato myrteo excepta imponito. Aut hederæ folijs vino coctis pro cataplasmate vtitor. Aut plantaginis cum sale tritis. Aut armentariæ bouis stercus aridū vino coctum. Aut marrubiū cum pane & rosaceo subactum. Aut bulbos rufos et alumen pari portione imponito. Post hæc antidotus apyretos appellata, aut hiera, aut alia quæpiam quæ cuiq; per experientiam cognita est, in potu exhibenda est. In cibo stomachicis cōueniunt beta, lens, tragus, oryza, alica: malis cotoneis, aut palmulis, aut mespilis, aut mali punici nucleo carentis granis, aut melapijs, simul incoctis: aut teneris lentisci, aut myrti, aut rubi ramulis, admistis. Panis sit summe tm̄ fermentatus, aut penitus absq; fermento pręparatus. Ex oleribus cōueniunt cruda, cichorium, meconides, eryngium, intubus, gingidium, seris, lactucæ: cocta maxime commoda est brassica & sisarum. Ex reliquis aūt coctis conueniunt cochleę & bulbi. Ex carnibus venter, rostra, pedes: turdi, perdices, attagenes, turtures, palumbes, anates, lepores, dorcades. Ex piscibus squillæ, gammari, natatrices siue colymbænæ, locustæ, loligenes, sepiæ: & ex ijs qui duras carnes habent mulli: ex testaceis maxime buccina, purpurę, pectines, glauci, cerri, glandes, siue balani. Verum Sisarum à reliquis omnibus acceptum, vt stomacho gratum, & refectioni commodum, ad plerasq; oēs stomachi D accessiones conueniens est. In potu prodest vinum quod vnusquisq; libenter bibit. At vero iis qui inflantur & stomacho distenduntur, polii fasciculum coquito & bibēdum dato. Aut calaminthæ decoctum per noctem sub dio expositum, modico melle, & piperis drachma vna, admistis, bibendum præbeto. Aut spongiā acerrimo aceto imbutā pedibus ac brachijs imponito, vsquequo bullæ excitentur, maxime si cibos reiecient. Aut fœnigræci farinam aceto subactam Aut sinapi tritum cum aceto, vsquequo rubefiat locus. Aut psyllium aceto & aqua maceratū et in mortario tusum, pari portione carnium cochlearum admista, in malagmatis forma imponito. ℂ *Quæ Stomachicus Dolorem eximant.* Cuminū tostum & apiū, vtrūq; modica portione cū aqua bibendū præbe. Aut aloes obolos duos cū vino mulso, aut vino, aut aqua, bibēdos dato. Aut abrotoni, & thymi, vtriusq; obolos duos, ex vino præbe bibēdos. Ligaturas insuper extremarū partiū fortiter adhibe, & circa ipsum stomachū cucurbitulis & fomētis varijs vtere. Quod si vehementer valida sit distentio, ēt venæ sectio efficax auxiliū erit, & alui solutio per suppositititiā glandem. Deinceps post p̄scripta Archigenes de fame ingēti, bulimo Grecis appellata, itē q; de singultu, prodit quę sequunt. ℂ Porrò eos qui exingenti fame in vijs vel alio quocunq; modo aio linquunt, reuocabimus odoramentis aceti, aut pulegij: aut q̄ forte obtingit terra aceto macerata: aut malis, aut pyris, aut alijs similibus fructibus, qui ad manū sunt. Panē insuper odorandū dabimus, et ingerere cogemus.

† στυπτηρίας μὴ λείας, i. aluminis nō leuis. est in īpressis. ī manuscriptis est, στυπτηρίας ὑγρᾶς μὴ λείας, i. aluminis humidi nō leuis. & ita etiam in veteri tralatione.

** Aliter y.*

mus. Ad hæc enim singula confestim excitantur, & præterea ad suillam carnem assatam ac coctam, E & in vniuersum ad omne quod multum alit, & præsertim ea quæ odorem nidorosum ac probe cõditum abundanter habet: per huiusmodi enim odores vt plurimum tales reuocantur. Nihilo minus tamen etiam extremæ partes ipsorum constringendæ sunt, ipsi q; excitandi tum maxillarum punctura, † tum capillorum ac aurium distentione. Refocillabis porrò ab exolutione, panem in vino diluto, aut etiam aliud quippiam ex ijs quæ aceruatim reficere vires possunt, exhibendo: velut sunt oua sorbilia, bulbi, cochleæ. Etenim singula hęc stomachi humiditatem eximũt, & in modica mole multam vim complexa cumulatim corroborãt. Singultientibus autem rutam cum vino dato, aut nitrum in aqua mulsa, aut opium, aut castorium, aut abrotonum, aut aristolochiã, aut daucum creticum, aut cuminum, aut anisum, aut zingiberis radicem, aut scyllam cũ aceto & oleo, aut tordilion, aut dictamnum, aut calaminthen, aut acorum, asarum item & nardum celticum, & pulegium, singula tum per se, tum simul mista.

† καὶ τρίχας ἢ ὦτα ἀνατείνοντας, est in impressis, vt transtulit interpres. in aliquibus manuscriptis, καὶ τρίχας εἰς τὰ ἄνω τείνοντας, i. tum capillorum ad superiora tractu.

Pharmacum Nostrum, ex Succo malorum Cotoneorum constans.

Magnæ equidem oris ventris affectiones à prædictis pharmacis curantur: moderatas verò omnes fermè, præter eas quæ ex vehementi ardore fiunt, subscriptum medicamẽtum iuuat. ℂ Succi malorum cotoneorum sextarios duos, mellis attici sextarios duos, aceti sesquisextarium: si vero F multum acre fuerit, sextarium vnum: zingiberis quadrãtem, piperis albi *vnciam vnãm: arida insperges, vbi malorum succus cum melle & aceto coctus ad lentum ignem attici mellis crassitudinẽ acceperit. ℂ *Aliud ex malorum Cotoneorum Carne constans.* Malorum cotoneorum carnis libras iij, mellis libras iij, aceti albi lib. iij, piperis quadrantem, zingiberis quadrantem, petroselini macedonici vnciam vnam.

* Aliter ii.

De Pharmacis, quæ Forinsecus Ori Ventris imponuntur. *CAP.* 5.

VOcant quidem plurimi medici, haud scio quare, velut Asclepiades & Andromachus, omnia pharmaca quæ forinsecus imponuntur, siue adstringendo condensent, siue indurent, Malagmata, {quæ vox emollitionis significationem habet.} Verum nos permittemus ipsis, etiã si non propriè appellant. Quæ autem conscripserunt ad stomachi affectiones commoda pharmaca, per experientiam non illorum solum, sed etiam nostram approbata, ea nunc adscribemus, ab ijs quæ Asclepiades prodidit initio facto.

Quæ Pharmaca Asclepiades ad Stomachi affectiones in Quarto Externorum tradidit, quæ Marcellæ inscribit.

Eueni, ad Stomachi Subuersiones Dolores q; facit, partim etiam ad Inflammationes. ℂ Oenanthes drac. G viij, croci drach. *ij, rosarum siccarum drach. iiij, meliloti drach. iiij, mastiches drac. iiij, ramentorum succini drachmas quatuor, carnis phœnicobalanorum quadrãtem, vini myrtei quod satis est. Arida tundito & per angustissimum cribrum concernito, & cum vino myrteo diluito, vt cerati spissioris crassitudinem accipiant: his carnem phœnicobalanorum addito, & conquassata cerato ex rosaceo apparato excipito, & linteolo infarta ori ventris imponito. Facit & ad oculos inflammatos. *Aliud.* Oenanthes drach. vi, croci drach. *duas, myrrhæ drach. quatuor, floris rosarum drach. iiij: meliloti, mastiches, vtriusque drach. iiij: aloes drach. iiij, corticis mandragoræ drach. iiij, carnis palmularum quadrantem: excipe cerato ex rosaceo apparato. ℂ *Asclepiadæ qui *Philophysicus dictus est, hoc est naturæ studiosus, ad Stomachi subuersiones. Facit & Cœliacis & Dysentericis.* Seminis hyoscyami ʒ *iiij, seminis apij drach. quatuor, floris rosarum drach. ij, seminis anisi drach. ij, succi hypocistidis drach. ij, myrrhæ drach. duas, croci sesquidrachmam, opii sesquidrachmam. Arida tundito & per angustissimum cribrum excernito: hypocistidem vero & myrrham, & papaueris succum vino myrteo dissoluta aridis adiicito: & pastillos formato, eos q; in vmbra reficcato. Vsus tempore quantum opus est tusum, melle cocto excipito, & deinde linteolo infartum locis affectis imponito. Si fortis fuerit fluxio, succi hypocistidis aliam adhuc drachmam addito, & floris rosarum tan H tundem. ℂ *Aliud Galli Marci Asclepiadei, ad Easdem affectiones.* Seminis hyoscyami drachmas iij, florum rosarum drachmas duas, anisi drachmas duas, seminis apii drachmas quatuor, opii drachmam j, succi hypocistidis drach. ij, myrrhæ trogloditidis drachmas ij, croci sesquidrachmam, vini myrtei quod satis est, mellis cocti quod sufficit, præpara, ac vtere vt dictum est. Eiusmodi pharmaca etiam bibuntur, & valde auxiliantur. Cohibito autem fluxu & sequente dolore, tantundem ponderis cerati rosacei ad pharmaci confectionẽ addere oportet. Si vero multa fluxio contingit, ad pharmacum succi hypocistidis drachmas tres conijcito, & florum rosarum aliam drachmam.

*Aliter iiij.

* Aliter iiii.

* Al. philosophicus.

* Aliter ii.

Vigilijs infestantibus, etiam succi papaueris aliam drachmam addito. ℂ *Aliud Nicerati, Cœliacis, Dysentericis, valde generosum.* Oenanthes *drachmãs duas, rosarum siccarum vnciam vnam, mastiches vnc. j, aloes vnc. j, gallarum omphacitidum vnc. i, aluminis rotũdi vnc. j, acacię vnc. j, cerę lib. i, picis brutiæ quadrantem, olei myrtei lib. j, arida cum liquidis committito. ℂ *Aliud valde præclarum.* Oenanthes vnciam i, omphacii vnc. i, gallæ omphacitidis vnc. i, aluminis scissi vnc. i, acaciæ vnciam i: cytinorum mali punici, balaustii, mastiches, singulorum vnc. i: vini myrtitæ quantum satis est his subigendis, carnis phœnicobalanorum sexuncem: excipe cerato præparato ex lẽtiscini libra vna, præpara ac vtere vt dictum est. Hæc quidem igi͡t præscripta pharmaca facultatis sunt adstringentioris:

* Al. vnciam.

A adſtringentioris: Quæ verò deinceps ab Aſclepiade prodita ſunt, miſtam facultatem habẽt, adeo vt etiam induratas inflammationes curent: & propterea etiam hepaticis vtilia ſunt, opus enim habent etiam illi adſtringentium ad laxantia miſtura, non tamen æque vt ſtomachici: in ſtomachicis enim medicamentis qualitas adſtrictoria prædominatur. ℭ *Malagma Nilo inſcriptum, facit ad † Diſtentiones, & ad Articulorum dolores. Diſſoluit omnem Duritiem. Facit & ad Exarticulata & Luxata poſt declinationem inflammationum impoſitum. Facit Spleniticis & Hepaticis.* Ceræ libram j, ammoniaci thymiamatis lib. j, olei cyprini lib. j, croci ſemiunciam, aceti quod ſatis eſt: ammoniacũ diſſoluito, deinde ſic arida adijcito. ℭ *Aliud ex libris Arij Aſclepiadei.* Ammoniaci thymiamatis lib. ij, diligẽter tritas in vas fictile conijce, ei q; floris ſalis lib. j adde, & olei cyprini ſeſquilibram. Coque ad lentum ignem aſſidue agitando: atq; vbi emplaſtri formam acceperint, adijce ceræ lib. ij: qua eliquata cum pharmacum amplius non inquinauerit, eximito, & in mortarium transferto, conquaſſatum q; diligenter reponito, ac vtitor. ℭ *Malagma Nilei * crocerum, pharmacum accommodatum ad Prædictas affectiones, facit & ad Eryſipelata. Hoc vſus eſt Licinius Atticus.* Ammoniaci thymiamatis lib. j, ceræ lib. j, olei roſacei libram j, croci vnciam vnam, aceti quantum ſufficit: præparato pro more. ℭ *Aliud Melinum inſcriptum aromaticum, Hepaticis, Stomachicis, & ad Præcordia diſtenta, & omnẽ Ner*

† Hyppochondriorum, eſt in cod. græco.

** χροκηρὸν, al. κρόκινον, al. κιῤῥόν.*

B *uorum per conſenſum affectionem.* Ammoniaci thymiamatis drac. c, cerę ponticę ʒ c, melilotorũ ʒ † xij: croci, myrrhæ, bdellij, ſingulorum ʒ viij: olei cyprini lib. j. ℭ *Aliud, facit Stomachicis, Hæpaticis, ad Præcordia inflammata, & omnem Neruorum per conſenſum affectionem.* Ceræ drach. c, croci drac. xij, ammoniaci thymiamatis drach. c, myrrhæ drac. xij, bdellij ʒ viij, confectionis hedychroi quadrantem, vini dulcis quantum ſufficit, olei cyprini lib. j: præpara pro more. ℭ *Aliud Napolitæ, Aromaticũ inſcriptum, pharmacum accommodatum ad Internas affectiones.* Ammoniaci tymiamatis lib. iij, ceræ lib. iij, olei roſacei lib. iij, confectionis hedychroi libræ dimidium, meliloti libræ dimidiũ, cyperi libræ dimidium, nardi celticæ libræ dimidium, floris iunci odorati libræ dimidium, vini dulcis quod ſatis eſt. Arida cum liquidis ſubacta committito. ℭ *Malagmata bona Inflammationum † citra debilitatẽ inueteratarum: quæ ad Hepatis inflammationes ſimiliter conueniunt. Malagma Aſclepiadæ ex Meliloto Hieraticon, hoc eſt pontificium inſcriptum, Stomachicis, Hepaticis, & ad Viſcerum dolores.* Nardi celticæ drach. x, cyperi ʒ x, myrrhæ drach. x, cardamomi drach. viij, meliloti drac. xl, croci drach. viij, amomi drach. viij, cypheos hieratici hoc eſt ſacrificulorum drach. xvi, ammoniaci thymiamatis drach. xl, reſinæ terebinthinæ drach. lxxx, cerę minam vnam, {olei cyprini minam vnam.} vini odorati Italici heminam vnam. Præpara, vt dictum eſt, ac vtere. ℭ *Aliud Baſilicum, hoc eſt Regium inſcriptum, faciens*

† Alii. xiiij.

† Additur in manuſcriptis, ſtomachi.

C *ad Prædictas affectiones, omnem q; per conſenſum Neruorum affectionem.* Ceræ minas iij, ammoniaci thymiamatis minas ij, reſinæ frictæ minam vnam, meliloti minæ dimidiũ, propoleos drach. xxv, myrrhę drach. xxv, nardi celticæ drach. xxv, ſtyracis drach. xxv, cyperi drach. xxv, iridis illyricæ drach. xxv: cardamomi, panacis, vtriuſque drach. xxv: croci, caſiæ, maſtiches, opobalſami, amomi, floris iunci odorati, ſingulorum drachmas xvi: vini Italici odorati quantum ſufficit. Arida cum nardini Aſiani aromatici libris quatuor ſubacta pro more præparato. ℭ *Malagma Polyarchion, facit Peripneumonicis, Stomachicis, Splenicis, Hydropicis. Facit ad Affectiones circa Veſicam aut Vterum: ad omnem Neruorum per conſenſum affectionem.* Ceræ minam vnam, terebinthinæ minam vnam, bdellij minam vnam: ammoniaci thymiamatis, cardamomi, cyperi, ſingulorum minam vnam: meliloti, amomi, nardi indicæ, croci, myrrhę, thuris, xylocinnamomi, ſingulorum drac. xxv: olei cyprini heminam vnam, vini italici quod ſatis eſt. Præpara pro more ac vtere quandoque immiſto, quandoq; diſſoluto cum cerato cyprino. ℭ *Polyarchi Pharmacum accõmodatum, facit ad Prædictas affectiones, & omnem Neruorum per conſenſum affectionem. Facit etiam ad aſsiduas Cruditates, & Corrumpentes cibum, & Vomentes bilem, ac omnes Inueteratas affectiones. Vſus eſt eo Iulius Agrippa.* Compoſitio hoc modo habet. Caſtorij, amomi, vtriuſque ſeſcunciam: piperis albi ſeſcunciam, & longi ſeſcunciã, myrrhæ qua-

D drantem, confectionis hedychroi quadrantem, carpobalſami quadrantem, croci quadrantem: foliorum malabathri, caſiæ roſas referentis, panacis, opobalſami, nardi indicæ, ſingulorum quadrantẽ: floris iunci odorati, cinnamomi, vtriuſq; trientem: pyrethri, croci, cardamomi, ſingulorũ trientem: cyperi ſemiſſem: iridis illyricæ, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, ſingulorum ſemiſſem: ceræ lib. iiij, terebinthinæ lib. ij, reſinæ laricis quadrantem: In alio exemplari, etiam bdellij trientem, ammoniaci thymiamatis trientem: vnguenti nardini aſiani lib. iij: vini falerni quod ſatis eſt: præpara pro more. Ego autem adijcio maſtiches, cinnamomi, ammoniaci thymiamatis, ſtyracis, aloes, opobalſami ſingulorum quadrantem. ℭ *Malagma Andromachi ex Meliloto.* Nardi celticæ drachmas octo, cyperi drach. octo, iridis illyricæ drach. octo, myrrhæ drach. octo, croci drach. quatuor, meliloti drach. xxv, ammoniaci thymiamatis drach. l, terebinthinæ drach. l, ceræ drach. c, cyprini heminæ dimidium, aceti quod ſatis eſt: quidam ammoniaci drach. c conijciunt. Facit ad omnia interna. ℭ *Malagma "Polyarchi ex epiſtola ad Omnia interna.* Cyperi minam vnam, cardamomi minam, mannæ tantundem, ceræ tantundem, terebinthinę frictę ſeſquiminam, aut liquidę minas iij, cyprini quantum ſufficit. Ego etiam bdellij appono minam vnam. ℭ *Aliud, altera deſcriptio.* Cyperi, cardamomi, amomi, bdellij, thuris, balſami, ſingulorum minam vnam: cerę ſeſquiminã, reſinę frictę minas quatuor, cyprini heminę dimidium, vini odorati ſeſquiheminam. Prępara vt

** coſti.*

** Al. vncias ii.*

** Aliter decem.*

" l. 5. ſu. 2. c. 6. ol. 554. h

moris est, ac vtere velut præscriptis. Vt ego componere soleo: Cyperi, cardamomi, amomi, bdellij, thuris, singulorum minam vnam: ceræ minæ dimidium, resinæ frictæ aut terebinthinæ minas iij, cyprini heminam j, casiæ minæ quartam partem, ammoniaci thymiamatis minæ quartã partẽ: nardi indicæ, croci, myrrhæ, singulorum minæ quartam partem: vinum odoratum. E

De Hepate & eius Affectionibus. *CAP.* 7.

CVm hæc tractatio postrema omnium à me conscribatur, omnibus sanè manifestum esse opinor, q̃ ex duobus his alterum verum sit, Aut alias oẽs inutiles esse & superuacaneas, si quis ex hac sola sufficiens sit oẽs affectiones curare, quæ medelam per pharmaca requirant: Aut, si quidem illæ vtiles existant, primum ipsas legendas esse, & in memoriam reuocandas illis, qui hinc aliquid commodi auferre velint. Ipsas etenim methodos curandi prædictas affectiones in quatuordecim libris de curandi Methodo inscriptis prodidi: nunc verò tanq̃ his ipsis cognitis, citra prædictas demonstrationes in memoriam reuoco, ostẽdens oĩno, quõ nos pharmaca componamus, & quæ à prioribus scripta sunt iudicemus, inde q̃; in vsum agere ac assumere confidamus. Et sanè vtilis hæc speculatio existit. Nam empirici qui suam artem rationis expertem esse volunt, omnia quidem legenda esse cẽsent, quæ à probatis medicis sunt conscripta: non aũt statim in vsum assumenda esse, sed prius iudicanda, an singula ex ipsis ea quæ promittunt, opere etiã demonstrare possint. Nos autem experientiam in omni arte magnum quid posse persuasi speculationes tum per rationalem methodum, tum per rationalem indicationem, inuentas, ad ea quæ ab ipsis de iudicationis historia tradita sunt, apponimus, demonstrantes, qualem facultatem ad ambulandum vtrunq; crus exhibet, talem in medicina experientiam & rationem habere. Itaque in tractatione de simplicibus pharmacis per vndecim libros conscripta, singulorum sponte naturæ productorũ pharmacorum facultatem qua methodo quis inueniat recẽsuimus: atque etiam ad particularem ipsorum materiam progressi, vtilissimam ad artis opera facultatem omnem secũdum species prodidimus. Consequenter autem ab illo opere, etiam curatiuam tractationem, quomodo quis optime nõ solum simplicibus, sed etiam compositis, vtatur, exposuimus: simul q̃; vias compositionis ipsorum omnes indicauimus. Cæterum in proposito iam opere, quomodo varietas compositorum medicamentorum inducta sit ostendimus, ac certos iuxta speciem scopos tum compositionem, tum vsum, ipsorum deducentes, amplius q̃; iudicationem eorum quæ iam ante scripta sunt docentes. Cum igitur consequenter post prædicta ad affectionum hepatis doctrinam progredi velimus, affectus circa ipsum consistentes non nuda doctrina, sed ratione exquisitos, referemus, & ab vniuersalibus scopis curationis ipsorum, quos in curandi methodo tradidimus, ad compositorum doctrinam perueniemus. Primum "igitur omnium discernẽdum est, num debilitas quædam visceris adsit, quemadmodũ etiam de ventre diximus: aut etiam alia quædam affectio ipsum apprehenderit: aut citra debilitatẽ affectũ sit, inflãmatione, aut induratione, aut abscessu laborans, aut obturatione: quemadmodum etiam an erysipelatosam habeat affectionem, aut vlcus, aut aliquam putrefactionem, nam & in hoc hepaticam affectionem dicunt: Quemadmodum etiam ore ventris affecto pleri q̃; medici ac idiotæ stomachicam affectionem vocant, in multis symptomatibus, non tamen omnibus, circa vnã affectionem accedentibus contingẽtem, sed circa multas vna quadam generali cõmunitate comprehensas, & tamẽ inter se in tantum differentes, vt aliquæ ipsarum maxime contrariæ existant. Quomodo enim non maxime contrariam quis dixerit frigidã intemperaturã calidæ, humidã siccæ, quanq̃ secundum genus eædem sint? Fermè autem omnia cõtraria eadem genere si quis dixerit, non peccabit: contrariorum enim notio contingit, vbi plurimum inter se distarint. Plurimum autẽ distant à medijs in quocunq; genere ea quæ extrema sunt, adeo vt contraria sæpe quidem eadem videantur iuxta communis generis fines: sępe vero generalioribus contrarijs supra ipsa ascendentibus, ab illis comprehendantur. Illa ipsa vero ob id oĩno contraria sunt, quòd cum vnius generis sint, plurimum inter se distent, adeo vt quæ his subiacent, primũ & supremum genus cõmune habeant. Atq; hoc quidẽ, hoc loco semel à nobis obiter & accessionis loco dictũ, semper in memoria teneatur, ne videlicet cuipiã videri possit à se ipso dissentire, qui aliquando vnã affectionẽ in duobus hominibus eandẽ esse dixerit: aliquãdo non vnam, neq; eandem, sed duas contrarias. Intemperiem enim vnam quãdam affectionẽ generaliter appellant, sed quæ in contrarias differentias secetur. Licet enim secundum hoc quod diximus, duo & tria & plura iuxta particulares differentias inter se contrarijssima esse †: & secundum hoc debilitatis hepatis affectionem vnã esse, quã intemperiem vocant, præfatus, non male rursus dixero non vnã, sed octo affectiones esse, propterea quòd tot differentiæ intemperierum existant. Etenim rursus iuxta aliam sectionem duæ intemperierum differentiæ fiunt, & rursus iuxta aliam tres: hæ quidem in qualitatibus solis, affectis partibus alteratis: hę verò cum humoribus quibusdam, aut in spatijs affectarũ partium contẽtis, aut in ipsis corporibus irriguis ab illis factis. Circa ventrẽ igitur & intestina vna in singulis est cauitas, quę vitiatam humiditatem suscipere potest: Verum circa hepar tot numero sunt, quot sunt arteriæ & venæ. Cùm verò hæ omnes angusta oscula habeant, qua parte sima huius visceris cum g bbis coeunt ac committũtur, obturatio & oppilatio vitiosorum humorum aliquando contingunt, ad quas putrefactio consequitur in calidis breui, in frigidis

Margin notes: * πεῖραν. — * χρῆσιν. — * θεωρήματα. (at F) — A.l.3 f.14. t.1 c.13: fol.309. (at G) — * Al. γενικωτάτων i. generalissimus. (at H) — † Additur in antiquis λέγειν i. dicere.

A frigidis intemperaturis verò non citò, sed temporis progressu accedens. Fit autem intempera-
tura iuxta propriam hepatis substantiam, quam Erasistratus putat præterfusionem quandam, hoc
est parenchyma, & non principalissimam visceris partem esse. Fit etiam intemperatura circa con
tentas in ipso venas & arterias, & iuxta materias in spatijs ipsarum contentas. Cum autem ha-
beat hoc viscus non vnam sed plures facultates actionum, quas vitæ tempore operatur, eas'que
tot numero, quot sunt actionum species, contingit sæpe vnam ipsarum præcipuè lædi, sæpe duas,
& tres, atq; omnes quatuor simul. Actio nanque ipsius vna quidem attrahere cibum & alimen-
tum in sese: altera verò obuoluere & continere, donec permutans ipsum sui ipsius faciat partem.
Est igitur hæc ipsius facultas principalissima & ferè prima, concoquere videlicet & permutare ac
alterare atq; assimilare sibi ipsi alimentum, quam alteratiuam vocamus: quę verò iuxta hanc alte-
rationem remanent recrementa, ea per aliam facultatem, quam excretiuam & expulsoriam nomi
namus, expelluntur. Ostensum autem est quòd hæ facultates omnes in omnibus sunt partibus
corporis per omne vitæ tempus: omnes enim familiare sibi attrahunt, & alienum excernunt, at-
tractum q; temporis progressu alterant, quo tempore etiam retinent & constringunt. Vocatur
autem alteratio ipsa, vsq; quò in similitudinem partis quæ nutritur transmutatur, concoctio: vbi
B verò iam parti apponitur, nutritio. Cùm igitur hepar præ imbecillitate ex ventre & intestinis ali
mentum trahere non potest, liquida & non dum iusto modo exuccata per sedem excernuntur: &
si quidem venter simul cum hoc viscere fuerit imbecillis ac non probè concoquens, cruda: si ve- * ἠπιπτημέ-
rò validus fuerit, concocta quidem, sed liquida, propterea quod nulla aut omnino modica digestio ac να.
distributio ad hepar est facta. Si verò traxerit quidem hepar in se ipsum ex ventre & intestinis ali-
mentum, sanguificare autem ipsum prę debilitate nequit, quemadmodum in ventre multiformis
corruptio contingit eorum quæ cruda remanent, sic etiam circa hepar. Dico autem nunc crudi-
tâtem solam, non comprehendens hoc sermone tardam concoctionem. Quòd si velis alimētum *ἀπιψίαν.
vbi crudum permanet, & alterationem quæ fit à particula iuxta naturam, non assumpsit, itidem
crûdum appellare, neque ego fugio appellationem, si mihi saltem differentia rerum conseruetur.
Peior enim est ea transmutatio quæ in peregrinam qualitatem iuxta crûditatem fit: Moderatior
verò ea est, in qua alimentum suam naturam quàm diutissimè seruat nulla alteratione ex particu-
la, quæ ad ipsum concoquendum à natura destinata est, suscepta: Atqui & tertia præter has spe-
A.ibi.c.14.b cies est frustratæ concoctionis, cùm semicoctum fit alimentum. Et circa ipsam sanè exactam con
coctionem frustratam, hepaticis sanguinolentus humor per aluum excernitur talis consistentiæ,
C veluti si quis sanguinem cum aqua confudisset: & plerique sanè medici imaginem eius depingē-
tes scripserunt talem eius compagem esse, velut si quis victimę recens mactatæ carnes aqua la-
uasset. Et plurimæ hepaticæ affectiones ab eiusmodi excretionibus initium capiunt, non dū ma-
gnam debilitatem hepate habente, sed adhuc concoquere, & alimentum alterare velut in formam
sanguinis, potente. Aucta autem affectione nihil amplius tale excernitur, sed multiformes aliæ
qualitates & compages, velut à ventre ex crûditate laborante. Verùm in ventre ciborum ipsorū
corruptiones manifestè apparent: circa hepar verò distributum alimentum ad sanguinem prius
in viscere existentem admiscetur, corrumpitur'que temporis progressu etiam hic, vnà cum alimē
to circa ipsum non concocto. Calida igitur intemperie circa viscus existēte colliquationes fiūt,
primùm humorum, deinde etiam carnis ipsius hepatis: & euacuatur per ventrem bilis crassa, gra-
ueolens, & abundè colorata, quemadmodnm in pestilentibus febribus contingit. Frigida verò
intemperie existente, neque assiduæ excretiones, neque multæ fiunt: durat tamē affectus diutius,
& per aliquos dies profluet ipsis venter maiori copia, cuius neq; fœtor similis est ijs quæ ex calore
sunt liquefacta, neque color similis, aut compages, verùm minus graueolentia ab his excernūtur,
speciem putrefacti sanguinis, non colliquatæ carnis, habentia. Aliquando verò id quod excerni-
D tur, velut sanguis niger apparebit: verùm diligenter consideranti neque sanguis niger est, neque
grumus, sed velut limus quidam sanguinis crassi, qui propè ad atram bilem accedat: & plures ac
ægrè iudicabiles colores circa eiusmodi affectionem in egestionibus apparent. In vtraque autem
intemperie tum calida, tum frigida, quando intemperatura humida & sicca fuerint admista, liqui-
diora in humiditatis complexu, sicciora verò ex siccitatis copula, fient recrementa. Scopus igitur
curationis in eiusmodi affectionibus fit communis quidem iuxta intemperiei contrarietatem, pe
culiaris autem vnicuique per cuiusque contrarietatem. Affectio igitur Hepatica peculiariter ap
pellata, veluti etiam cœliaca, & stomachica, citra tumores præter naturam circa ipsas partes con-
tingit. Inflammatum enim esse hepar, aut abscessu laborare, aut induratum esse, medici dicunt, aut
aliud quippiam tale, non tamen hepaticum vocant hominem ipsum, cui tale quippiam accidit:
verùm quando citra manifestum aliquod in viscere malum, in proprijs actionibus debilitatur,
tunc ægrum hepaticum appellant. Videamus igitur primum ea quæ scripserunt ij qui ante nos
de pharmacis optimè & studiosissimè tradere sategerunt, initio ab ijs quæ Andromachus prodi-
dit facto. Hic enim vir in libro internarum affectionum curationes continente, multas hepaticas
confectiones conscripsit, quarum omnium faciam mentionem hoc loco, ipsius verbis in medium
adductis, & primùm sanè Antidotos adscribam.

Quæ Pharmaca ad Hepaticos ab Andromacho sunt conscripta. CAP. 7. E

Andromachi antidotus Cyphoides ad Hepaticos, & omnia Thoracis vitia. Vuæ passæ carnis drach. xxv, alij drac. centum: croci drac. j, alij obol. iij: calami drac. † ij & dimidiam, bdellij † drachmas duas & dimidiam, ℈ casiæ sesquidrachmam, cinnamomi obolos tres, spicæ nardi drach. tres, floris iunci odorati drach. duas & dimidiam, myrrhæ drachmas quatuor: terebinthinæ drach. iiij, alij drach. xvi: ramentorum aspalathi drach. ij, mellis drach. xvi: vini quod satis est. Hæc quidem est antidoti descriptio. Appellauit autem ipsam Cyphoide, hoc est cypheoformem, ob similitudinem: nam & odore & gustu similis est cyphi ab Ægyptijs appellato, qui sane primi hoc pharmacum composuerunt, & vtuntur eo quotidie ad vaporem ædendum accenso in deorum honorem. Plurima autem eorum quæ in illo thymiamate & suffumigio scripta sunt, eadem sunt cũ ijs quæ in hoc pharmaco habentur: quin & suffumigari hoc ipsum similiter vt cyphi potest. Compositum est autem ex moderatè adstringentibus, & resiccantibus, ac discutientibus vitiosos serosos humores, & corrigentibus humorum malitiam, & contrariam vim habentibus aduersum putrefactiones, quorum plurima ex aromatum sylua existunt. Habet itaq; pharmacum hoc cinnamomium omnes putredinosas & venenosas facultates corrigens, non solùm serosorum & aliorũ humorum, sed etiam lethalium pharmacorum: quemadmodum & feris virus eiaculantibus contrarium existit. Consequenter autem post cinnamomum casia eandem vim habet, optima videlicet & cognata ipsi cinnamomo. Et post hanc omne aromatum genus velut hîc est nardus, & iuncus odoratus, calamus q́; & myrrha: hæc enim ad propositum pharmacum iniecta sunt iuxta iam dictam ratiocinationem & modum: quemadmodum etiam ex ijs quæ apud nos gignuntur, aspalathus, & crocus, adstringens & concoctorium pharmacum, & quod corrigit putrefactiones. F

Cæterùm vua passa contemptibilis videri possit ob familiarem eius vsum: at verò hoc ipsum eam facit vtiliorem, nam cùm familiaris nobis sit, in tantum adstringens est, quantum opus habet viscus affectum. Habet autem & vim concoctoriã crudorum humorum, & vim coercẽdi maligna: fit'que ipsa haud facilè putredini obnoxia, & vltra hæc secundum totam substantiam visceri ipsi familiaris est & propria. Didicimus enim quòd alimenta secundum totam suam substãtiam, proprietatem ac familiaritatem habent ad ea quæ aluntur, quod maximum est in huiusmodi affectionibus curandis quæ iuxta intemperiem fiunt: optimè enim in ipsis faciunt quę vnà cum hoc q́ intemperiem curant, etiam alere possunt. Et ob id etiam vinum conuenientissimum est citra inflammationem, aut erysipelas, aut abscessum, aut calidam intemperaturam, ægrotantibus: nam & nutrit, & concoquit, & roborat, & putrefactioni resistit: & si intemperies ex humiditate facta sit & frigiditate, eam citra omnem molestiam ac securè persanat. Eadem est & mellis facultas, præterquam quòd non condensat substantiam corporum quæ contingit, sed pro hoc vim extergendi, & aperiendi, ac puros reddendi meatus, & vrinam ciendi, non parua sanè auxilia possidet. Porrò admistum est à compositore pharmaci bdellium, sufficienter emolliens & concoquens, velut didicimus, amplius'que moderatè discutiens. Consimilem fermè vim terebinthina resina habet, supra hoc quòd angustos meatus extergit & expurgat: quibus auxilijs viscus curãdum opus habet, quò osculorum venarum in ipso commissuræ laxæ & ab obturatione liberæ permaneant: didicimus nanque quomodo obturatio efficiat putrefactiones. Aliqui tamen huiusmodi confectionum compositores, quemadmodum etiam prius in stomachicis dictum est, opium, aut hyoscyamum, aut quippiam aliud ex refrigerantibus miscendo, ad calidas intemperies vtile pharmacum effecerunt. Et ob id etiam Philonis Antidotus mirificè semel tantum exhibita hepaticam intemperiem sanauit, id quod & compositor eius testatum reliquit. Verùm ex pharmacis hepaticis ab Andromacho conscriptis nullum est huiusmodi. Et sanè vehementer refrigerans nullum esse debet, sed qualia tum ab alijs, tum ab Asclepiade, sunt scripta. Nunc igitur hepaticas antidotos consequenter ab Andromacho proditas subscribam, modò memoria nos teneamus nullam ipsarum calidis intemperaturis conuenire, sed aut humidis, aut frigidis, aut ex vtrisque compositis, aut certè humidis quidem fortiter, calidis verò moderatè. Conscribentur autem omnes iuxta ipsius Andromachi dictionem. ¶ *Alia *Cyphoides ad Hepaticos, ex libris Galli, ad Tusses item & Reiectiones.* Croci drachmam vnam, cinnamomi drach. j, myrrhæ drach. vnãm, bdellij drach. quatuor aspalathi obol. iiij, iunci odorati drach. iij, calami drach. ij, casiæ drach. j, nardi indicæ drach. vnam, terebinthinæ drach. vi, carnis passarum vuarum drach. clx, mellis heminam dimidiam, vini chij quod satis est ad macerandam vuam passam bdellium'que ac myrrham: resinam verò melle lique facito: & deinde omnia mista ac trita reponito. ¶ *Alia ad Hepaticos & Ictericos.* Amygdalarum amararum drachmas duas, anisi drach. j, absinthij, cumini, seminis apij, singulorum drach. j: cornu cerui obol. iij: trita cum aqua in pastillos triobolares redigito, ex eis q́; vnum manè ac vesperi cum vino mulso dato. ¶ *Nectarea Antidotus ad Hepaticos, & Arquato laborantes.* Helenij sesquilibrã, crocomagmatis lib. ij, aristolochiæ vnc. j, petroselini vnc. j, piperis nigri vnc. dimidiã, myrrhæ vnc. i, mel quod satis est. ¶ *Antidotus Hepatica, Athanasia appellata. Facit & ad Nephriticos & Ictericos, multum Mouet sudorem.* Croci drac. ij, cinnamomi drac. j, nardi drac. ij: casiæ, myrrhæ, iunci odorati, singulorum drach. j: melle attico excipe. Datur fabæ græcæ magnitudine, febricitantibus ex G H

aqua

Marginal notes: † Aliter i. ‡ Aliter ʒ i s. A. l. 5. fu. 1. c. 1. fol. 526. h. * Aliter ii. * Al. σελίνου i. apij.

A.l.ς.ſu.1.t.1. c.530.d A aqua mulſa. ℭ *Hepatica * admiranda, qua Pharnaces herbarius ægrotus vſus eſt.* Croci drach.ij: mei, aſa
ri, phu pontici, dauci, petroſelini, myrrhæ, ſingulorum drach.iiij: nardi indicæ & celticæ, vtriuſque
drach.vi: coſti, caſiæ, iunci odorati, ſingulorum obol.iij: carpobalſami drach.iij & dimidiam, ru-
biæ drach.octo, ſucci radicis dulcis drac.iij, hemionitidis herbæ drach.iij, polij drach.iij, ſucci balſa-
mi drac.vi, confectionis hedychroi drac.v, mellis quod ſatis eſt: vtere. Ad omnia vitia efficax eſt,
nucis ponticæ magnitudine, cum vino mulſo. ℭ *Antidotus Hepatica a Nearco laudata.* Radicis pa
nacis, rubiæ, eryngij, eupatorij, helenij radicis, polij, coſti, ariſtolochiæ, piperis, ſcolopendrij herbæ,
ſeminis cucumeris, chamæpityos, radicis gentianæ, milti ſiue rubricæ ſinopidis, fellis vrtini, ſpicæ
nardi, baccarum iuniperi, ſeminis braſſicæ, ſeminis erucæ, ſingulorum par pondus: melle attico
cocto excipe ac vtere. ℭ *Antidotus Hepatica Dioſcori.* Cinnamomi, caſiæ, vtriuſq; drach.iiij: cro- *A. Dior.
ci, nardi, coſti, ſeminis balſami, hyperici, glycyrrhizæ, ſingulorum drac.viij: excipe melle attico, ac
exhibe nucis ponticæ magnitudine. ℭ *Alia ad Hepaticos, & reliquos Internos affectus, vt Antiocles.*
Piperis grana xl, myrrhæ drac.viij: croci, coſti, mei, acori, nardi, dauci ſeminis, petroſelini, ſcordij,
ſingulorum drach.iiij: cinnamomi drach.xij, caſiæ drach.xij, mellis quod ſufficit. Datur nucis pō
ticæ magnitudine. ℭ *Potio ad Hepaticos, Spleniticos, Nephriticos, Hydropicos. Auxiliatur & Stomachi-*
B *cis, & moleſtijs ex Partu, & Conuulſis. Prodeſt Conualeſcentibus & ſe reficientibus ex infirmitate. Facit ad Vi-*
tioſos humores, Ictericos, & Tuſſes, ac Pleuriticos. Eſt etiam antidotus ad lethalia pharmaca, & ad Ferarum pla-
gas. Nardi indicæ ʒ ij, coſti ʒ ij, caſiæ ʒ j, croci drach.j: piperis albi obol.v, alij ʒ ij: ſeminis apij drac.
j obol.iij, iridis illyricæ tantundem, acori drach.j obol.j, opobalſami drac.j, ſucci ari maſculi drach.
iij, vuæ paſſæ exacinatæ drach.vi: terito cum paſſo, aut melle excipito: & drachmam vnam cum vi
no diluto dato, aut cum aquæ mulſæ cyathis quatuor, aut vt conueniens fuerit. Hæ quidem ſunt
Hepaticæ confectiones ab Andromacho proditæ. Trāſibo autem iam inde ad eas, quas Aſclepia-
des tradidit in tertio internorum, quæ Mnaſoni inſcribit.

Confectiones Hepaticæ ab Aſclepiade conſcriptæ. CAP. 8.

PRimam equidem confectionem Aſclepiades Antonij Muſæ eſſe dicit, hoc modo compoſi-
tam. ℭ Succi cichorij cyathum vnum cum aquæ calidæ cyathis tribus dato, mellis attici co
chleario addito. Aut filicis vel anethi ſucci cyathum vnum cū aquæ mulſæ cyathis iij dato. Aut
picridis recentis, aut ſeridis recētis, ſucci cyathum vnum cum aquę mulſę calidæ cyathis iij. Hęc
A.l.2.t.2.c.229 .l.124.c.d. prima eſt deſcriptio trium pharmacorum in Aſclepiadæ libro. Cichoria * itaq; & ſeris cibarij ge-
neris exiſtunt: apud nos nanq; rurales ambo hæc edunt & cruda & cocta: vtitur eis etiam Eraſi-
C ſtratus abunde in affectionum circa aluum cura. Facultas horum olerum ſubfrigida eſt & ſubama
ra ac moderate adſtringens, & propter has qualitates, optima pharmaca calidis intemperaturis ip
ſius hepatis exiſtunt: vltra hoc enim quod moderate refrigerant, amplius & robur viſceri addunt
per adſtrictoriam facultatem. Inſuper q; commiſſuras oſculorum venarum in ſima viſceris parte
ad eas quę in gibba ſunt, extergent. Neque verò frigidas intemperies magnopere lędunt, quem-
admodum, quæ frigidam humiditatem abſque adſtrictione aut amaritudine poſſident, facere ſo-
lent. Iuuare etiam viſcus talium olerum ſubſtantia poteſt, etiam ſi citra ſeroſorum aut aliorum hu
morum vitiationem intemperies fiat per ſe, & cum humiditatis cuiuſcunque complexu: ex miſtu
ra enim mellis, humiditatem per vrinam educunt: quapropter etiam ſi ſiccata tuſa quis potioni in
ſpergat, itidem iuuant: quin & decoctorum decoctum potatum multum commodi affert. Si ve-
ro non calida aliqua intemperies infeſtet, aut ſi obturatio quædam ſit circa viſcus, magnopere au-
xiliantur ex vino albo tenui potata cum ijs quæ vrinam ciunt. Vtilis autem non ſolum ſuccus ip
ſorum eſt tum recens, tum exiccatus: ſed & ipſa olera exiccata tuſa que ac trita potui inſperſa, &
eorum decoctum in potu acceptum, auxiliantur. Cæterùm ad viſceris expurgationem & mea-
tuum apertionem, citra manifeſtam calfactionem aut refrigerationem, optimum pharmacum fi-
D lix eſt, prædominantem habens amaram qualitatem. Anethum verò nihil forte habet ad huiuſ-
modi affectiones, ſed modice refrigerati ac condenſati viſceris curatiuum exiſtit. At verò catapo
tium ex chamæpity, cuius itidem meminit, eiuſdem cum prædictis facultatis eſt, amarum enim &
hoc pharmacum eſt: nihil igitur mirum eſt, ipſam chamæpityn tum per ſe, tum cum cichorio po-
tatam, hepaticas intemperaturas iuuare: Quemadmodum Aſclepiades ſcripſit in hęc verba.

ℭ *Catapotium Hepaticis.* Radicis chamępityos drach.octo, radicis cichorij drach. quatuor: con-
tunde & excipe melle cocto: ac præbe nucis ponticę magnitudinem, & aquę calidę cyathos tres
inſuper bibendos. Hęc Aſclepiades ſcripſit. Iuuāt autem prędictę herbę hepaticos, non ſolū
radicibus ipſarum acceptis & præparatis, velut Aſclepiades prodidit, ſed & ſucco, & decocto, &
arida coma vna cum ſemine tuſa ac trita, aſſumptis. Quin & Sphendamni, id eſt aceris, radix tu-
ſa & trita nam & huius meminit, eiuſdem eſt cum prędictis facultatis. Exhibet autem ex ea drach.
j cum vini multi diluti cyathis tribus. Inſuper & ex nardo celtica pharmacum, cuius item memi-
nit, his conſimile eſt: ſcripſit autem ipſum ſic: Nardi celticę partes tres, abſinthij partem vnam,
tuſa & cribrata melle cocto excipito, & myſtrum delingēdum dato. Et quod poſt hoc ſcriptum
eſt, conſimile ipſi exiſtens in reliquis, plus habet de vi expurgandi ipſum viſcus per vrinas. Scri-
pſit autem ſic Aſclepiades de ipſo: ℭ *Paſtillus Hepaticus amarus.* Aniſi, ſeminis apij, aſari, amyg-

dalarum amararum mundatarum, absinthij, singulorum ʒ.iiij: præpara cum aqua & reduc in pa E
† *Aliter ij.* stillos: ac febre carētibus exhibe ʒ † j, cum vini diluti cyathis iij, febrientibus cū aqua mulsa. Hoc pharmacum leniter quodammodo est calidum propter vrinam cientium misturam: reliqua vero omnia superiora, aut prædominantem habent frigiditatem, aut omnino neque hanc, neque caliditatem: verum vim extergendi, & vias digestionis ab obturatione vindicandi omnia habent.

Alia insuper medicamenta ab Asclepiade scripta sunt, partim extergendi ac aperiendi & secādi vim habentia, partim verò calidiora paululum quam sunt media: media autem dico quæ neq; calfaciunt, neq; refrigerant manifeste. Vnum verò inter ipsa calfactorium est, vbi ait: Costi triti cochlearium præbe cum aquæ mulsę calidę cyath.iij. Reliqua verò, quæ propè ad medium temperamentum accedentia, ad caliditatem vergunt, hæc sunt. Helenij drach.xij, crocomagmatis drach.octo, excipe cichorij succo: & fac catapotia, eáque pro viribus exhibe: datur ad summum drachma ex vini mulsi diluti calidi cyathis tribus. Hoc pharmacum poterat & absque helenio calidis intemperaturis conuenire. Quoniam autem helenium extergentibus admistum est, ad caliditatem vergit, nisi quis omnino modicū de eo cum multa frigida permisceat. Quin & id quod ex fœniculo constat calfactorium est, sic habens: Fœniculi drach.j, petroselini drac.ij: anisi, amygdalarum amararum, absinthij, singulorum drach.j: croci, myrrhæ, vtriusq; obol.iij: excipe aqua, ac F redige in pastillos: & dato drach.j, vt supra dictum est. Etenim hoc loco fœniculum quidem & petroselinum multum calfaciunt, reliqua verò moderate. Amygdalæ verò attenuatoriæ sunt facultatis, & præsertim si fuerint amaræ. Medium autem quodammodo inter calfacientia & refrigerantia est hoc pharmacū, quod Asclepiades scripsit hoc modo. ℂ *Eclegma Hepaticum Paulini: auxiliatur confestim.* Chamæpityos siccæ lib.j, myrrhæ vnc.j, passi protropi sextar.iij: chamæpityn & vinum dulce coquito: & vbi superfuerit tertia pars, liquorem exprimito, ei q; mellis attici libram dimidiam adijcito, ac rursus coquito: postea verò myrrham addito assidue agitando: atq; vbi dissoluta fuerit, ab igne ablata reponito: & ante cibum mystrum exhibeto. Scripsit & ex cochleis pharmacum hepaticum Asclepiades huiusmodi. Cochlearum "trium carnem valde probe terito, & affusis vini nigri cyathis tribus calfacito, ac bibendum dato. Videntur autem hæc iuxta totā substantiam efficacia esse, non secundum vnam aut alteram qualitatem: Quale est & lupinum hepar, cuius abunde experimentum habemus. Vsus autem ipsius consimilis cochleis est: teritur.n. exacte hepar lupinum, & datur drachma vna cum vino aliquo dulci, qualia sunt theræum, creticum, & scybelite, ac dulce protropum. Benigna enim hæc sunt visceri, ipsum nutrire potentia, & media iuxta calidi & frigidi oppositionem: & ob id talia pharmaca omnibus intemperaturis conuenire videntur, vt quæ ex substantiæ proprietate commoditatem de se exhibent, & neque calidas, neq; frigidas, intemperies lædant. Atqui in febricitantibus manifesta febri, aut non obscurè, velut solet aliquibus hepaticis accidere, melius est ex aqua calida pharmacū præbere, aut ex aliquo prædictorū succorū, velut est seridis succus. Ad induratas hepatis affectiones. Et ad has Asclepiades quatuor pharmaca his verbis scripsit. ℂ *Confectio ciens Vrinam, facit ad induratas Hepatis affectiones, ad Splenicos, & Aegre se à morbo recolligentes, ad Hydropicos, & in Vniuersum Bonum colorem inducit.* A.l.3.f.14.t.1. c.20.fo.310.;b

Croci, nardi, casiæ, singulorum drach.ij: costi, floris iunci odorati, cinnamomi, myrrhæ stactæ, singulorum drac.j: mellis cocti drach.xxv. Datur fabæ ægyptiæ magnitudine cum vini mulsi cyath. iiij. ℂ *Alia, qua Vsus est Pasicrates, Vrinam multam ducit.* Seminis dauci sesquidrachmam: radicis rheu ponticæ, floris iunci odorati, seminis balsami, cedridum, anisi, nardi indicæ, croci, cinnamomi, casiæ, phu, asari, petroselini, chamæpityos, singulorum drach.j & dimidiam: mentæ siccę obol. iij, nucleorum pinearum nucum repurgatorum numero l: excipe melle cocto, & dato nucis ponticæ magnitudinem cum vini mulsi diluti cyathis iij. ℂ *Alia antidotus ex Felle Vrsino, pharmacum accommodatum ad induratas Hepatis affectiones.* Chamæpityos, marrubij, seminis petroselini, gentianæ, seminis viticis, fellis vrsi, sinapis, seminis cucumeris, scolopendrij, panacis, rubricæ lemniæ, rubiæ, seminis brassicæ, aristolochiæ, piperis, nardi indicæ, costi, seminis apij, seminis erucæ, eryngij, polij, echij, eupatorij, baccarum iuniperi, singulorum drac.vnam: tusa & cribrata melle excipe. Datur nucis auellanæ magnitudo in vini mulsi cyathis duobus. ℂ *Alia accomodata. Facit & ad alias Internas affectiones citra tussim.* Radicis gētianę, chamæpityos, marrubij, seminis petroselini, fellis vrsi, sinapis, seminis cucumeris, scolopendrij, panacis, rubricæ sinopicæ, rubiæ, seminis brassicæ, aristolochiæ longæ, piperis albi, spicæ nardi, costi, seminis erucæ, eryngij, baccarum iuniperi, fructus fraxini, chamædryos, dictamni cretici, seminis cestri, seminis dauci, singulorum vnciam vnam: mellis attici quod satis est. Datur nucis ponticæ magnitudo. Liquor sit passi cretici cyathi duo. Hoc pharmacum vsu & experimento approbatum est. In alio exemplari etiam pecelini tantundem habetur. Circa prædicta quatuor pharmaca recte fecit Asclepiades, quòd nō simpliciter adscripsit, velut in alijs, quòd ad hepaticos ipsis sit vtendum, sed cum appositione, ad induratas videlicet affectiones. Humidæ etenim visceris affectiones exolutum & imbecille ipsum facere solent, veluti sunt articuli laxati: siue autem cum frigiditate, siue cum caliditate, siue sine his, laxitas ipsius sola constiterit, penitus adstringentibus pharmacis opus habent: verum hoc aut cum calfacientium mistura, si frigida qualitas prædominetur: aut cum refrigerantium,

A gerantium, si calida. Quæ verò ob frigidos & crassos ac viscosos humores in solidis corporibus imbibitos indurātur, ex necessitate frigidam habent affectionem: quare & calfacientibus, simulque tenuium partium pharmacis opus habent: hæc enim sufficientia sunt, & ad viscositatem humorum induratis partibus infartorum extergendam, & ad secandam crassitudinem, & discutiendos ita extenuatos. Verum in quinto de simplicium pharmacorum facultate, vbi de eiusmodi affectionibus sermo mihi habitus est, emollientium medicamentorum misturam laudaui nimirum vt præparantem indurata corpora, & prædictis pharmacis idonea facientem: citra verò præemollitionem diffunduntur quodammodo ea ipsa corpora, & euestigio manifestam imminutionem habent: sed in immedicabiles reliquias terminatur res vbi fuerint superrelliccata. Hæc eadem & in decimoquarto Methodi curatoriæ nobis sunt dicta. Igitur & circa hepar coniectare oportet emollientium misturam: nam cùm compagis humectæ sit hepatis corpus, valde moderatis opus habet emollientibus. Prædominatur itaque in ipso præter aliarum partium induratarum morem, calfacientium & attenuantium mistura. Merito itaque ex præscriptis quatuor pharmacis Asclepiades postremum maxime laudat, vt quod multam de se experientiam præbuit: ex aromatis enim componitur attenuare ac discutere valentibus: alia q; pharmaca adsumpsit, acria secan-
B tia q; ac discussoria: mitigatoria autem his admista sunt, cucumeris semen ac iuniperi baccæ: deinde verò mel & eryngium velut vrinam cientia his addita sunt, quò extersę visceris affectionis per vrinas deductio fiat.

Quæ Archigenes ad Hepaticos in Secundo Pharmacorum secundum genus scripsit. CAP. 9.

IN hepaticis conueniente prægresso ductu per alimenta, vnctiones, communia cataplasmata, venæ sectionem, cucurbitas, sinapismos, dropaces, & consimilem diætam, amplius conscribendis compositis potionibus & malagmatis, optime ipsis conuenientibus, vtaris. Et potionibus quidem his: Senecionis decoctum vt valde commodum exhibeto: nascitur autem huius caulis maxime in tegulis. Aut vnguenti nardini cochlearia quatuor quotidie bibenda dato, & maxime in induratis. Aut aristolochiæ obolos tres propinato febrientibus ex aqua, febre carentibus ex vino: valde benefacit. Aut trifolium acidum in aqua coquito ad tertias, & per triduum bibendum dato pro vice cyathum vnum. Aut fel vrsinum in vase leniter feruefacito, & in Sole resiccato, atque ex eo hepaticis cochlearium vnum dato. Aut radicis rubi corticis minam vnam, cum aquæ congio vno, in nouo vasculo ad residuum quartæ partis coquito: & ad succum per noctem sub dio expositum mellis cyathos vj admisceto: & ieiunis ad triduum bibendum dato. Aut
C pseudobunii obolum vnum dato cum mèlle ieiunis. Aut dauci & fœniculi radicis dimidium, cum aceto mulso ad tertias coquito: & ieiunis cyathum vnum exhibeto. Aut glycyrrhizæ succi obolum vnum aut duos ieiunis dato: & aluum subducit, & vrinam mouet. In magna duritia, abrotoni succum quàm crassissimum præbe bibendum. Aut acori obolum vnum, panacis tantundem, cum aqua propinato. Aut spicæ nardi decoctum assidue exhibeto. *AP. oxymelite. ℭ *De Cataplasmatis.* Cataplasma porrò Hepaticum fit, malis cotoneis cū farina hordeacea & fœnogræco coctis. Aut semine lini trito cum polēta in vino cocta: aut ipso lini semine in passo cocto. Aut semine lini trito cum melle subacto. Aut capparis radice in aceto mulso cocta. Aut farina hordeacea cum ficubus. Aut oleæ radice in vino cocta. Aut myrobalano tusa cum vino. Aut cerato ex phœnicobalanis facto: summe enim ad hepatis inflammationes facit, maxime in quibus etiam stomachus affectus est, & costæ distentæ sunt. Aut palmulam reiecto interno nucleo diligenter tundito, & cum æquali parte cerati rosacei in mortario probe vnito rosaceum adstillando, atque ita imponito. Aut myrrham aminæo vino macerato, & palmulis admisceto, & linteolo infarto imponito.

Cæterum malagmata quibus quis vti possit in inflammatione hepatis citra manifestam causam, post irrigationes & cataplasmata, iam ante scripta sunt in sermone de oris ventris inflamma-
D tione, nimirum communia illi & hepati existentia: in quibus sunt etiam quæ ex meliloto præparantur, & polyarchium. Verùm etiam nunc apponentur quædam ex ipso Andromacho.

A.l.3.f.14.t.3. c.16.fol.317.h ℭ *Malagma Andromachi ad Hepaticos.* Ammoniaci thymiamatis drachmas cxliiii, alii drachmas centum habent: bdellii drachmas xxiiii, alij centum: aceti heminę quartam partem: cyprini heminam vnam, ego verò heminæ dimidium. ℭ *Malagma Apollophanis.* Ceræ drachmas lxxx, bdellii drachmas lxxx, ammoniaci thymiamatis drachmas lxxx, terebinthinę drachmas xl, mannæ thuris drachmas xl: cùm irino contundito.

Malagmata à Damocrate conscripta ad Hepar & Præcordia. Quædam ex eis etiam ad totum Ventrem & Splenem. CAP. 10.

AFfecta si quis per stomachum præcordia,
Et per iecur, intestina per, dein per colum,
Per ventriculum, aut viscus aliud sic propriè
Dictum, volet inquam læsa quis præcordia
Malagmate integere bono & percommodo,
Primum paratum habebit hoc longe antea.
Recens enim, est ægris minus firmum ac valens.

Quinta Classis.

Ceræ capit quod Ponticæ libras duas, E
Ammoniaci thymiamatis solam libram,
Terebinthinę frictę pariter solam libram,
Vstę q; resinę piceę simul libram,
Et post trientem cardamomi seminis,
Aridę cyperi tantundem, item myrrhę bonę,
Pondus q; par vni horum iridis mox candidæ,
Sextantem & inde Celticæ spicæ integræ,
His vnciam vnam & dimidiam croci boni,
Et sex meliloti, item duas, bessem puto.
Verùm melilotum pręstiterit hîc atticum.
Recentis & cyprini libras olei duas.
Oleum cyprinum tu cum reliquis liquoribus
Et decoque lenta flammula, & deradito.
Dein tusa, cribrata & reliqua, vino bono
Rigata per noctem integram & totam diem, F
Vinum omne donec combibant, seponito.
Vnctis q; post cyprino manibus hęc pharmaca
Mortario amplo vni, & simul committito,
Molli q; pelle tecta simul reponito.

Aliud Malagma eiusdem.

Aliud valens, ætas itidem si accesserit.
Verum hoc mage affectus vitiantes mox habitum.
Quicunq; non cum flatibus, feruentibus
Et phlegmonis lædunt diutioribus,
Et viscera iritant grauibus doloribus,
Iuuat. Solubiles male & iam duritias
Soluit, soluta mole earum celeriter.
Paratur hoc modo, vt bonæ terebinthinæ
† Libram mediam, tantum q; ceræ ponticæ, (*† Al. libras duas cum dimidia.*)
Fœni q; græci vnam capias puri libram. G
Et de nitro, & de panace, vnicam libram.
Rursus anisi seminis vnicam libram,
Pinguedinis puræ vituli simul libram,
Pondus q; par contusę & albidę iridis.
Parum de aceto, tres cyathos sine dimidio.
Mellis duas libras recentis attici.
Ammoniaci thymiamatis solam libram
Quidam addidere, verùm alij libras duas.
Sic tusa, cribro excussa q; tenuissimo,
Cataplasmatis modo, sed & mel addito
Nec omne acetum, coquito: vbi molle fuerit,
Addas calenti exiguam aceti stillulam,
Ceræ liquatę infusor, & pinguedini,
Terebinthinę q;: cocta q; egregie simul
Omnia manibus exactius committito, H
Et vasculo maiore derasa excipito,
Vsurus haud mox: Inualidum est factum recens.

Aliud Damocratis Malagma.

Odorum & hoc, tollens q; mox vitia hepatis,
Affectiones renibus, colo & graues,
Stomacho simul & vuluæ diutiusculas.
Idem q; iam corrupto habitu superdatur,
Morbo q; longo pallidis, hydropicis,
Et qui minus coquunt cibum & fastidiunt.
Habet hoc amomi Scythici, xylobalsami,
Et cardamomi, bdellii q; lucidi,
Aridæ cyperi, thuris boni, omnium parem
Modum, libram: post casiæ daphnitidis,
Myrrhæ bonæ, pariter croci, de singulis
Librę trientem, aut amplius quid paululum.

Nardi

A Nardi bonæ pòst Syriacæ vncias duas,
Terebinthinæ puræ bonæ libras duas,
Albæq; ceræ perpolitæ vnam libram, †
Recentis vnguenti cyprini † libram vnicam,
Vini falerni hinc optimi sextarium.
Contusa alia cribro tenui concernito:
Thus, bdellium in mortarium conijcito.
Myrrham bonam, simul crocum q; his addito:
Fractis q; pauco cyprinum vino indito.
Dein tundito, mellis q; crassitudinem
Formato, & his aromata mox trita addito.
Et quod superest vinum addito, committito
Totam diem noctem simul quò combibant.
Terebinthinam verò, cyprinum, ceram & simul
Igni liquata lentulo his affundito.
B Vnctis q; post manibus per vnguen quodpiam,
Subacta sic committito, & reponito.
Nec mox parato vti velis tu pharmaco,
Sed tempore interiecto. Et vt cerotulum
Sit mollius, quandoq; derasum diu
Misceto, solo rarius sed vtitor.

Aliud Damocratis Malagma.

Aliud malagma ad iam relatas commodum
Affectiones, si fuerint diutinæ.
Confert lienosis vel omnium optimè,
Si palleant, febri laborent ac grauiter,
Aquam q; habeant præcordia his si pauculam:
Multam nequeunt curare enim malagmata.
Ficus cape pingues sicciores, sed nouas,
Et semine eiecto, simul vmbiliculo,
C Appende drachmas quinquies tres, ac decem,
Albæ q; ceræ ponticæ parem modum,
Myrobalani pinguis libram post integram,
Nitri marini sed libram modo dimidiam,
Aluminis scissi duas supra et decem
Drachmas, super q; dimidiam, triobolon.
Et mox onychis, quod sic vocatur, bdellij
Addes parem tu aluminis dictum modum,
Nitro parem florem lapidis sed Asij,
Ammoniaci tantum q; thymiamatis:
Et seminis post filiculæ, & nasturtij,
Et cardamomi, quàm optimi q; origani,
De singulis sextarij quartam modo.
Vini q; pòst, irini vnguinis, quod sufficit.
Paratur at tandem malagma in hunc modum.
D Vino rigatum suaue olenti bdellium
Mortario emollito, & hinc adijcito
Ficus, simul rursus q; ritè tundito,
Quò trita vini stillulis fiant probè.
Mistura mox addatur inde inspersilis.
At post rigatam feruida ceram ex aqua,
Mollem manibus factam q; latam adijcito.
Et tusa mox ligni radio compingito,
Guttis & vnguinis frequens madefacito.
Vsus malagmatum omnium, quę ventriculo
Induntur, & stomacho, simul interaneis,
Est tempus, in quo qui cibus congestus est,
Non amplius residet, sed aluum iam subijt.

Galeni

† *Additur in antiquis, et dimidiam.*

† *Al. libras duas.*

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER NONVS

ARGVMENTVM LIBRI

Reliqua affecti Hepatis Medicamenta, Lienis item, Intestinorum, Sedis, Pudendorum, ac Vteri, explicantur.

De Ictericis. *CAP.* I.

Iunt quidē Icterici rōne bonę iudicationis in febribus, proruēte nimirū ad cutē bilioso humore. Et facilè sanè hi curant balneis aquarū potabiliū, & olei discussorij affrictu, oīum q; rarefacientiū cutem: quale est anethinū oleū, & chamæmelinum, ac cicinū: post hæc ēt vnguēta faciunt, gleucinū, crocinum, deinde irinū & amaracinū. Verū alias confectiones priuatim Ictericas appellatas suis authoribus, ne putes ad hmōi ictericos cōuenire (neque.n. hoc illi ipsi de his, pdiderūt) sed ad eos ictericos q ob vasorū circa hepar obturationē fiūt: Immo ēt eos qui ex inflāmatione icterici fiūt. Itaq; qui icterū seu regiū morbū ex obturatione incurrūt, sine febre permanēt: qui verò ex inflāmatione, oīno febricitāt. Quicunq; igitur in pharmacis ictericis adscripserunt, in quibus ea ipsa conuenire dicant, hi rectè fecerunt: qui verò indiscriminatim & simpliciter protulerunt, non parū peccauerunt. Etenim q multū medicamentaria sunt, itidē q; facultate calida, magnopere febricitātes lædunt: talia sunt gentiana, struthiō, heleniū, costus, aristolochia, polion, centaurea. Conueniunt aūt ictericis ex inflāmato hepate, quęcunq; inflāmationes sanant: quemadmodū ēt iis qui ex obturatione, omnia quæcunq; strenuè extergent, etiā si medicamentariam substantiam habeant, & calidæ sint facultatis: si verò coincidāt simul obturatio & inflāmatio, laxantibus, simul q; extergentibus opus erit. Fugiēda aūt quæcunq; medicamentariæ substantiæ, & calidæ facultatis, existūt. Cùm igitur & pleriq; ante me Icterica pharmaca indiscriminatim conscripserint, ego propria discrimina singulis ipsorum adijciam, quo sciatis quibus nam in febribus citra periculum vti queatis: & quibus maius ex acerbatione febris & inflammationis detrimentum subsequat, q̄ ex absterſione emolumentum resultet.

Margin: * Al. comaginū — F — G

De Pharmacis Ictericis ab Andromacho scriptis.

Andromachus quatuor pharmaca ad Ictericos indiscriminatim tradidit, minimè quidē periculosi vsus in ijs qui nō febricitant, verū non securi in febricitantibus, & maximè si cū vino aut vino mulso ea, quis exhibeat, quemadmodū aliqn̄ damus in febribus moderatis, & visceris obturatione. Quare ex aceto mulso nō valde acido securius est tūc ea propinare. Sunt aūt huiusmodi quatuor pharmaca iuxta illius ipsius distinctionem subscripta. ℭ *Ad Ictericos.* In colocynthidis calicē vinū fundito, calfacito, ac bibendū dato: subducit aluū. Idē & thus facit. ℭ *Aliud ad Ictericos.* Adiāti obol.iij, nardi obol.ij, absinthij ʒ j, myrrhæ obol.iij: excipe passo, ac dato nucis auellanæ magnitudine ex aquæ cyathis ij. ℭ *Aliud ad Ictericos, quo vtor.* Struthion cum croco coloratum nucis pōticæ magnitudine ex aqua, aut aqua mulsa, dato. Dat & anchusa cochlearij mēsura. ℭ *Aliud ad Ictericos, vt Apollonius.* Erui ʒ [a] xxiiij, cornu cerui vsti [b] drāc. viij, thuris ʒ iij, nardi celticę ʒ [c] duas, nardi syriacæ ʒ j, piperis sesquidrachmam, floris iunci odorati ʒ i, myrrhæ obol.ij, costi obol.ij, casiæ obol.i, cinnamomi obolum i. Vtere sicco cum vini mulsi cyathis tribus.

Margin: A *Al. xx.* — B * *Al. xiiij.* — C * Aliter i.

De Pharmacis Ictericis ab Asclepiade scriptis, in Tertio Internorum. H

Ex ijs q̄ antea dixi cognobile fit, ēt si citra discrimē pharmaca prodant, q̄ fugienda sint febricitātibus. Consueuit aūt Asclepiades aliqn̄ distinguere apponendo, febrientibus hoc modo exhibere oportere medicamentum, non febrientibus hoc modo: vbi verò omnino nihil apponit, ijs in non febrientibus magis est vtendum: quemadmodum sanè ēt, qn̄ ex vino solo, aut vino mulso, vsum fieri debere censemus, talia.n. non febrientibus conueniunt. Verū scripta ab ipso pharmaca hæc sunt. ℭ *Potio ad Ictericos.* Cichorij succi cyath. vi febrientibus per se dato, nō febrientibus aūt cū vini cyathis iij. *Aliud.* Solani succi cyath. i, vini mulsi diluti dimidium. ℭ *Aliud Inspersile.* Anchusæ tenuissimæ tritæ cochlearia ij cum aqua potabili exhibe. *Aliud.* Struthij cochleariū i dato cum mulsi diluti cyathis iij. ℭ *Aliud Nicerati ciens Vrinam.* Cicerum siccorum sextarium j, rosmarini manipulum, aquæ sextar. vi, fœniculi manipulum, asparagorū palustrium radicū manipulū: præparato ac dato, vt dictū est, coctum ac excolatū liquorem febrientibus simpliciter & assiduè bibēdum, non febrientibus cū vino diluto. *Aliud.* Cicerum sextariū i, adianti manipulū, aquæ sextar. vi, asparagorū palustrium radicum manipulum: pręparato et exhibeto, velut dictū est. ℭ *Pastillus ad Ictericos, facit & ad Hepaticos.* Amygdalarum amararum mūdatarum ʒ iiij: anisi, absinthij, vtriusque drach. vnam: nardi Indicæ, asari, vtriusque ʒ i: tusa & cribrata aqua subigito, ac formatis

Margin: * Aliter ii.

pastillis

A pastillis drach.i cum vini mulsi cyathis iij,non febrientibus dato. ❡ *Aliud,quo vsus est Charixenes.* Asari,absinthij,vtriusq; ℥ viij: seminis anisi,fœniculi,apij,amygdalarum amararũ repurgatarum, singulorum ℥ iiij: aqua subige ac forma pastillos: & exhibe vt dictum est. ❡ *Nicerati Errhinũ medicamentum, quod naribus attractum morbum Regium expurgat, quando reliquum corpus iuxta naturam habuerit, oculi verò pallidi permanserint.* Aceti acerrimi cochlearium vnum in balneo naribus attrahendum exhibe: detrahit multæ bilis fluxionem. *Eiusdem aliud.* Nasturtij viridis folia tenera, aut rosmarini viridis folia tenerrima, terito: & expresso inde liquore, vt predictum est vtitor. *Aliud eiusdem.* Elaterium cum lacte muliebri tritum naribus infundito, & attrahere iubeto. *Aliud.* Cyclamini succum ex aqua dissolutum: vtere sicuti dictum est.

Quæ Pharmaca Archigenes ad Ictericos conscripsit in Secundo Pharmacorum secundum genus.

❡ Ad Ictericos conuenienti diæta & ductu per frequentes deambulationes, & multam vnguẽtorum frictionem vtaris, amplius q; fomentis siccis & subscriptis medicamentis. Aiũt eos qui †in febribus} morbum regium incidunt, rubi canini fuluo fructu comesto statim probè iuuari. Auxiliatur & chelidoniæ herbæ succus cum vino aut aqua mulsa potatus. Aut adianti vel rubiæ radicis obol.iij cum aqua mulsa exhibe. Aut struthion cum melle delingant. Aut fellis vrsini cya- † In antiqs est ἀπυρέτους, i. qui sine febre sunt.

B thum bibendum dato. Aut hyperici ℥ i ex vino mulso propinato, vel aquæ mulsæ cyatho vno. Aut helxinæ decoctum ad dies v vel vj cum vino mulso. Aut stercoris canini albi sextantem cũ mellis quadrante ad triduum bibendum dato. Aut lichenas in petris nascentes cum aqua mulsa propina. Aut lichenis in tegulis vel lapidibus nascentis drac.vnam, ex meraco propina. Aut nasturtium cum olei cyatho vno bibendum præbeto, radicem verò eius in nares indito. Aut absinthij cochlearia iiij, anisi cochlearia iij, exhibeto ex aceto mulso. Aut oxylapathi siue lapathi radicis tritæ acetabulum dato ex aqua mulsa: si non febriat, cum vino aut vino mulso. Aut adianti & mentæ & rubiæ parem mensuram in aqua feruefacito, & heminam inde bibendam exhibeto diutius ad Solem insolato, ac sitienti, & anheloso, quò post acceptum potum exudet: statim transmutat colorem. Aut adianti, & myrrhæ eius dimidium, ieiuno à balneo exhibeto in vini hemina dimidia. Aut leporis coagulum cum meraco ad dies quinque vel sex præbeto. Aut scolopendrii ℥ iiij ieiunis ex vino ad dies quinq; vel sex dato. Aut mentæ & rubiæ ac adianti æquas portiones cũ aquæ cyathis duobus propinato. Aut betæ foliorum crudorum ℥ vi, myrrhæ obol.ii, cũ aqua mulsa ieiunis exhibeto: aut prælotis ac ieiunis cum vini hemina dimidia dato. Aut adianti ℥ i, myrrhæ ℥ ij, mẽtæ ℥ i, in aquæ heminis duabus coquito donec medietas supersit: deinde vbi plurimùm de-

C ambulauerit, probè fricato, & spiritu adhuc sublimiore existente bibendam dato: hoc ad biduum facito. Aut cicer eruinum in aqua sub dio per noctem exponito, aquam q; bibendam dato, & cicer insuper comedendum manè ac vesperi: inde verò per triduum absinthium ex aqua mulsa bibant. Aut cum cyclamini succo purgatis naribus lauato. Aut herbam orontium appellatam coquito, & cum decocto lauato, & decoctum confestim viride reddes. Aut *venam sub lingua secato. Quòd si ad nullum horum auxiliorum malum cedat, expurgatione per scammoniam & exquisita diæta vtantur, atq; ita ad exercitia progrediantur.

A.l.3.f.15.t.1. c.6. fo.327.b

De Splenis affectionibus. *CAP. 2.*

QVòd oẽs corporis particulæ familiarem sibi ipsis ex venis trahant humorem, in commentariis de naturalibus facultatibus edocti: in iisdem q; ẽt ꝙ velut fęcem sanguinis, ex qua atra gignitur bilis, hoc viscus alimentum habet, instituti: & vltra hæc memoria tenẽtes ea, quæ in curandi methodo de splene sunt dicta: facilè assequemini ea, quæ nunc referentur. Quorum primum & principalissimum hoc est, ꝙ hoc viscus à natura celerrimè indurari soleat, sanguine nimirum in venis ipsius obturato, & ob crassitudinem neque excerni neq; discuti facilè potente. *Attenuantibus igitur opus habet pharmacis citra manifestam caliditatem, vt ne vehementius incrassescat succus crassus in ipso obturatus: quò verò actiones ipsius conseruẽtur, ex austeris aliquid his admiscetur, quale est etiam adstringentium genus. Didicistis enim in naturalium facultatum commentariis, ꝙ cum oẽs particulę suæ conseruationis gratia habeant facultates, tum familiarium attractoriam, tum alienorum expulsoriam, item q; assimilatricem sibi ipsis eorum quæ attraxerint, aliquibus ipsarum insuper inest per accidens magnopere iuuare totum corpus. Ex horum genere est & lien, qui ex hepate in se ipsum velut fæcem sanguinis trahit, quemadmodum vesica in hepate bilem, & renes vrinã. Si igitur præ imbecillitate eiusmodi sanguinẽ ad sese trahere non potest, vitiosus humor vniuerso corpori affricatur. Ob id itaq; naturalem ipsius firmitatẽ custodire oportet, quò conueniens sibi alimentum attrahat: per quam actionem vniuerso corpori ad humorum bonitatem confert, & generata in ipso recrementa in ventrem demittere potest, vna cum ciborum recrementis excernenda. Ea gratia igitur valde amara medicamenta ipsi offerimus, quędam q; ipsis ex austeris miscemus. Quædam verò ad materiam commoda, ad ceratorũ videlicet et malagmatum præparationem apponimus, quale pharmacum est cera, & resina, & pix, & bitumen, & quæcunq; alia huiuscemodi. Iuxta primam aũt rationem acetum, & acetum mulsum, visceri commoda sunt, vtpote secare & attenuare crassos humores potẽtia citra calfactionem. Quemadmodum igitur in aliis particulis ea quæ per cataplasmata, aut liquida pharmaca imposita, aut affusa, foti

A.l.3.f.15.t.1. c.6.fol.329.g

D

auxiliantur,

auxiliantur, in alio opere relata sunt: Ita & nunc relictis his quę inflammato spleni commodant, E eorum solùm mentionem faciam, quę indurato visceri opitulantur, quod ipsum etiam in medicamentarijs libris fecerunt, qui ante me scripserunt, propriè eos splenicos appellantes, qui induratā splenis affectionem habent.

Pharmaca Potabilia ab Andromacho ad Splenicos conscripta.

*Al. σκολοπένδριον.

A * ὀπου. In quibusdā cod. non habet hæc dictio. in aliis asterisco est notata.

B * Aliter iiii.

C * χυλῶ.

D * Aliter viii.

E † In aliquibus codi. additur τὰ δὲ λοιπὰ ἀνὰ ξ̃, i. reliquorum vero ana drach. sex.

F † In aliquibus addit̃ ἕνα i. vnū, s. pastillum.

G * Aliter ii.

H * Aliter iiii.

℄ *Potio ad Splenicos Antipatri, vt Nilus.* Carnis myrabolani drach. iij: hemionitidis herbæ, quam quidam asplenum, quidam scolópendram, dicunt, drach. vi: corticis radicis capparis drach. iiij, costi drach. iiij, chamædryos drach. vi, polij drach. iij, radicis cotyledonis drach. ij, corymborum hederę nigrę grana xxv, ammoniaci thymiamatis drac. iiij, seminis hyperici drach. ij, galbani drach. ij, seminis periclymeni drach. i, aut radicis drach. iij, nasturtij nigri sesquidrachmam, [a] succi fructus scyllæ drach. xvi. Dantur oboli duo in aceto mulso. ℄ *Aliud Splenicis Potabile.* Glandis vnguentariæ drach. iiij, hederæ albæ grana xxiiij, costi drach. [b] duas, seminis periclymeni ʒ ii: hyperici drach. i, alij drach. iiij: galbani drach. i obol. ii, nasturtij drach. iiij: excipe [c] succo scillæ cocto. Dato fabam græcam in aceto mulso. *Aliud.* Carnis myrobolani drach. iij, hyperici drach. vi, seminis periclymeni drach. vi, radicis dauci drach. vi: rubiæ, acori, phu pontici, croci, singulorum drach. vi: iunci odorati drach. iij, mei drach. vi: nasturtij, chamæpityos, radicis capparis, singulorū drac. F [d] sex: polij drach. vi, alij drach. iii: [e] † ammoniaci thymiamatis drach. iij: cum aceto mulso pastillos duorum obolorum ponderis formato, & vnum in aceto mulso dato. Facit & ad hepaticos†, & hydropicos. ℄ *Aliud, facit ad Splenicos.* Trixaginis drach. iiij, polii drach. v, chamæpityos drach. iij, rubiæ drach. v, ammoniaci thymiamatis drach. iij, artemisiæ drach. iij, myrobolani ʒ iiij, corticis radicis capparis drac. iij, aristolochiæ ʒ vi, tragacanthæ drac. ij: cum aqua in pastillos triobolares redigito, ac dato [f] † ex aceto mulso. ℄ *Aliud Stomacho commodum. Vtere etiam ad omnem affectionem Splenis, Facit & ad Conuulsa, Inflata, & Vitia Muliebria.* Myrrhæ drach. [g] quatuor, nardi Indicæ ʒ iiij, corticis radicis capparis drach. iiij, costi drac. v, radicis panacis drach. iiij, radicis peucedani drach. iiij, dictamni ʒ iiij, polij drach. [h] duas, corticis radicis periclymeni ʒ iiii, rubiæ ʒ iii & dimidiā, ammoniaci thymiamatis ʒ iiij & dimidiam, aliqui etiam iridis ʒ iiii & dimidiam: excipe aceto mulso: præbe obolos duos in aceto mulso. ℄ *Aliud Splenicis, Orthopnoicis.* Struthii, scyllæ assatæ, panacis, radicis capparis, singulorum ʒ v: crocomagmatis ʒ ii & dimidiā: excipe aceto, & prębe in aceto scyllitico. *Aliud.* Struthii, corticis radicis capparis, trixaginis, panacis, singulorum ʒ x: fructus myricæ ʒ iii: excipe aceto scyllitico: & ʒ i ex aceto scyllitico exhibeto.

Pharmaca Potabilia ab Asclepiade ad Splenem conscripta. G

℄ Cynoglossi manipulum cum vini cyathis iii terito, & expressum liquorem ante cibum bibendum dato: facit & succus per se. Colligere autem oportet herbā sinistra manu ante Solis exortū. *Aliud.* Trixaginis manipulum cum vini sextario vno coquito, & expressum liquorem reponito, atq; ex eo cyathos duos ante cibum dato. ℄ *Pharmacum Inspersile Splenicis.* Myricæ fructum tusum & cribratū reponito. Vsus verò tēpore cochlearia duo cū aceti mulsi diluti cyathis tribus dato. Aut herbam pelargitin appellatā tusam ac cribratā dato vt prędictū est. *Aliud.* Asini aut equi syluestrium lienem siccatum tūdito ac reponito: & cochlearia duo cum vini diluti cyathis tribus

* Aliter vi.

exhibeto. ℄ *Catapotium Splenicis.* Corymborum hederę albę grana triā deuoranda prębe, & aceti mulsi cyathos iij insuper bibendos. ℄ *Catapotium Andreæ, Pæonium dictum.* Myricę fructum tusum & cribratū galbano excipe, & in catapotia redige, ea q; pro viribus exhibe. ℄ *Pastillus Splenicus, Tumorem eliquat.* Fructus ericę ʒ iiii: piperis albi, nardi syriacę, ammoniaci thymiamatis, singulorum ʒ ii: arida tunduntur & cribrantur: ammoniacum aceto scyllitico dissoluitur, et aridis additum in pastillos cogitur. Fiunt aūt pastilli drachmę pondere, datur q; ʒ i ex aceti mulsi cyathis iii. Qui pharmacum hoc tradidit, dixit porcellum ad triduum hoc bibisse, & postea resectum sine liene inuentum esse. ℄ *Aliud Splenem tumentem eliquans & consumens.* Ammoniaci thymiamatis, fo- H A.l.3. f.15.t.1. c.7. fol.330.e liorum rubi tenerrimorum, vtrorumq; ʒ viii: corticis capparis ʒ iiii: myricę fructus, herbę asplení, quę & scolopendrium & hemionitis dicitur, vtriusq; ʒ ii: nuclei scyllę assatę & purgatę, piperis albi, vtriusq; ʒ ii: excipe aqua, & redige in pastillos: atq; exhibe ʒ i cum aceti mulsi cyathis tribus. ℄ *Chrysermi Pastillus, Splenicis, Hydropicis, cit Vrinam, mollit Aluum.* Scyllam magnam luto oblitam assato, & corticem detrahito ac quod ad fundum est durum: ex nucleo verò libras duas accipito: seminis dauci ʒ viii, hoc est vnc. i: anisi, seselis, radicis panacis, iridis, singulorum tantundem: seminis vrticę, baccarum cedri, vtrorumq; ʒ xii: myrrhę ʒ iiii, erui moliti chœnicem, vini odorati quod satis est: subacta in pastillos redigito. Datur drach. i cum aceti mulsi cyathis iii. ℄ *Aliud Eugerasiæ.* Scyllę assatę depuratę minas ii, radicis bryonię minas viii, piperis albi tantundem, petroselini tantundem, seminis dauci cretici tantundem, erui moliti tantundem: cedridum, hoc est cedri baccarum sextar. vi, habeat verò sextarius vnc. viii: iridis, radicis panacis, myrrhę, singulorum quadrantem: vini falerni quantum satis est his in pastillos cogendis. Formatos autem pastillos in vmbra resicca, & vnciā̄ i cum vini diluti cyathis iii, exhibe.

* Aliter drach.

Epithemata & Emplastra eiusdem Asclepiadæ ad recentes Splenis inflammationes.

℄ Foliorū tenerrimorū arboris sambuci lib. iii, aloes lib. i, cū aceto subigito: & linteolo infarta imponito.

A imponito. *Aliud.* Ericæ fructus ſemiſſem: galbani lib.i, alij ſemiſſem: fructum tundito ac cribra-
to: atq; ita galbanum addito, ac diligenter miſceto: atq; in linteolum impacta imponito. ℭ *Phar
macum Idiotæ, accommodatum.* Viſci quercini lib.ª i, calcis viuæ lib.ᵇ vnâm: viſcum in vas fictile con *A Aliter ij.*
iectum, ac prunis appoſitum, diſſoluito: & diſſoluto calcem viuam inſpergito, miſceto, & calidum B Aliter ii.
ᶜ albæ pelli infartum imponito. Oportet autem cum adhęrente adhuc pharmaco lauari, atq; ita ſi- C *Al. θερμὸν*
nere donec ſua ſponte cadat. Curam item habere oportet vt diſparatæ ſplenij partes reſecentur. *i. calida.*
Aliud. Viſci quercini † lib.i, * calcis vnc.i, floris lapidis aſii trientem, cedriæ vnc.i: præparato pro † Al. ſemiſſem.
more ac vtere, quotidie auferens pharmacum, & ſpongijs calidis fouens locos, rurſusq; imponēs.
Hoc pharmacum vrinam mouet. ℭ *Malagma auri colorem referens, valde commodum.* Ceræ, reſinę pi
nus & frictæ, ſingulorum lib.ij: arſenici, aluminis ſciſſi, calcis viuæ, ſingulorum ſextantēm: aceti, * Aliter drac.ii.
olei, vtriuſq; cyathos viij: apparato pro more. ℭ *Aliud valde generoſum, quo vſus eſt Andromachus.*
Ceræ, reſinæ pinus, picis brutię aridę, ſingulorum lib.ij: arſenici, aluminis ſciſſi, calcis viuæ, ſingu-
lorum ſextantem: aceti cyathos viij: præpara pro conſuetudine. Facit ad ſplenicos, hydropicos, * Aliter drac.ij.
& ad præcordia diſtenta. Facit & ad iſchiadicos, arthriticos. Nos ad pharmacum hoc appoſuimus
myrrhæ ſextantem & vnciam dimidiam, viſci trientem. * *Al. vnc. vnā*

B *Ad induratas Splenis affectiones, vſus eſt Tryphon Gortyniates.*

ℭ Fœnigræci moliti, ſinapis, mannę thuris, ſingulorum ſextarium vnum: retrimentorū à my-
robalano expreſſa reliquorum ſextarij dimidium, ſpumæ nitri quadrantem: tenuiſſimè trita ac mi
ſta, cedria cocta excipe, vt emplaſtri liquidi habeāt ſpiſſitudinē. Vſus eius eſt per interualla: phar-
macū aūt impoſitum faſciolis complectere & obliga. Tempus imponēdi eſt ante balneum, qūtum
poſſibile eſt ægrum ferre: poſtea verò obligatum adhuc in balneum inducito, & poſt reliqui cor-
poris curationem in ſolium demittito, atq; ita in aqua faſciam reſoluito. ℭ *Aliud ad Splenicos per
vnam diem ſanans. Verum ſupra pharmaci impoſitionem per tres dies certo viuendi modo vtimur.* Myrrhæ, mā
nę thuris, vtriuſq; quadrantem: ſinapis alexandrini, naſturtij, vtriuſq; ſextantē: aceti ſcillitici quod
ſatis eſt: ſinapi & naſturtium tundito ac cribrato, mannam verò & myrrham diſſoluito, eisq; ari-
da addito, & ſimul aceto ſubacta ad malagmatis formam reducito: & à ſecunda hora vſq; ad nonā
imponito. Poſtea verò duabus faſcijs obligatum in balneum inducimus, atq; vbi relaxatus fuerit
in calidæ ſolium demittimus. In ſolio verò longiori temporis ſpatio moretur cruribus extra aquā
emotis. Ne verò in animi deliquium delabatur, acetum & pulegium odoret, & faſcias paulatim re
ſoluat. Egreſſo porrò è balneo ſalſamētum citra panem exhibendum eſt, & vinum mari miſtum.
C Sequenti die eadem offerenda ſunt. Tertia verò gymnaſiis vtendum, quæ ſpiritum acutum red-
dere valent. ℭ *Aliud Arij Tarſenſis. Vſus eſt per interualla.* Ficuum pinguiſſimarum, ſinapis, radicis
capparis corticis, ſingulorum lib.i: aceti quantū ſatis eſt. ℭ *Aliud Diodori.* Sinapis, naſturtij, fœni
greci, ſeminis lini, retrimentorum ab expreſſa myrobalano reliquorum, ſingulorum ʒ octo: exci-
pe cedria cocta aceto ſcyllitico admiſto. Vſus eſt ante balneum: pharmacum bonum eſt, & poſt
vſum ſanguinem mingunt.

*Pharmaca ab Aſclepiade in Quarto Externorum conſcripta, ad Splenicos, & Hydropicos.
Quæ iuxta dictionem eius ſic habent.*

ℭ *Epithema Splenicis, tumorem eliquat.* Foliorum tenerorum ſambuci lib.iij, aloes pinguis lib.i, teri
to cum aceto, & linteolo excepta imponito. *Aliud.* Fructus ericæ lib.i, galbani lib.i: fructum tun
dito & cribrato ac galbano excipito: rurſusq; tundito vnguenti irini fæce admota, quo ad malag-
matis formam redigantur: deinde linteolo infarta imponito. ℭ *Malagma ad Splenicos.* Myrobala
ni corticum tuſorum cribratorum minam dimidiam, & retrimētorum ab expreſſo ſucco eiuſdem
reſiduorum tantundem, ceræ drach.vi, reſinæ terebinthinæ drach.xxxij, galbani drach.x, irini pa
rum: arida cum liquidis committito. ℭ *Aliud valde præclarum.* Farinæ myrobalani quadrātem:
D nitri vnc.i, alij vnc.iiij: ceræ ſemiſſem, terebinthinæ beſſem, aceti quod ſufficit: ſplenem eliquat.
ℭ *Malagma ex Cedria Splenicis, Hydropicis, medicamentum accommodatum. Vrinam cit multam, & Splenem
eliquat. Oportet autem vnà cum pharmaco lauari, & quod ab eo diſparatum eſt, à ſplenio videlicet, de corporis cuti-
cula deſecare: ſinendum enim eſt adhæreſcens pharmacum, donec ſua ſponte dilabatur.* Compoſitio hæc eſt.
Viſci quercini lib.i, calcis uiuæ ſemiſſem, floris lapidis aſij trientem, cedriæ quādrantem: viſcum * *Al. vnc.i.*
ærea patina coquito, & poſtq̄ fuluum factum fuerit, cedriam adijcito, aſſidueq; moueto, ac arida
trita inſpergito: deinde ab igne ablata aliqualiter frigefieri ſinito: atq; in pellem albam à ſpina ap-
pellatam infarta affectis locis imponito: & vnà cum pharmaco lauare iubeto, donec ſplenium ſua
ſponte delabatur. Oportet tamen, vt prædictum eſt, diſparatas ſplenij partes deſecare. ℭ *Aliud
valde præclarum.* Floris lapidis aſii ſextāntem, lapidis gagatæ vnc.i, calcis viuæ beſſem, viſci querci- * *Al. vnc.i.*
ni lib. vnam: præpara ac vtere vt dictum eſt. ℭ *Malagma Antiochidis, ad Splenicos, Hydropicos, Iſchia-
dicos, Arthriticos. Præparatum eſt Fabullæ.* Ceræ lib.iij, reſinę terebinthinę lib.iij, retrimentorum ab
expreſſa myrobalano reliquorum librā vnam, ſpumę nitri lib.i, floris lapidis aſii lib.i, ammoniaci
thymiamatis lib.i, olei cyprini lib.iii, acetum ad ammoniacum diſſoluendum. ℭ *Aliud Fabullæ
compoſitum, ualde præclarum, ad Eaſdem affectiones.* Myrrhæ ſtactæ, bdellij, onychis, medullæ ceruinæ,
ammoniaci thymiamatis, iridis ſiccæ, ſingulorum libras duas: opopanacis lib. vnam, chalbani
lib.i,

lib.i, masti ches lib.i, floris lapidis asii lib.i, styracis lib.i, succi sycomororũ lib.i, cãchryos lib.i, piperis albi semissem, ceræ lib.v, terebinthinę lib.v. Pharmacũ est tusile, id est quod contunditur. Oportet autem tundentes vnguenti irini fęcem admouere, donec q̃ mollissimum pharmacum reddatur: repositum enim mollissimum euadit. ℂ *Malagma, quod Aurei coloris appellamus*. Auripigmenti vnc. † i, aluminis scissi sextantem, calcis viuæ sextantem: arida tundimus ac cribramus, & in mortarium cõijcimus, his q; aceti cyathos viij superfundimus, & probè trita liquidis excipimus. Sunt autem liquida hæc, Ceræ lib. † i, resinæ frictæ lib. ij, pinus lib. ij, olei cõmunis cyath. viij. Hæc frigefieri post eliquationem sinimus, & sic erasa tritis adijcimus. Nos ad pharmaci præparationem etiam myrrhę sextantẽ apposuimus. ℂ *Aliud, hoc vsus est Andromachus, facit Splenicis Hydropicis, & ad Præcordia distenta: Facit item Ischiadicis, Arthriticis, & ad Inueteratas affectiones*. Ceræ lib.i, picis brutiæ lib.i, pro resina fricta, picem addimus, olei cyath. viij, auripigmenti auricoloris sextantem, aluminis scissi sextantem, calcis viuæ sextantem: præpara vt dictum est. Nos ad pharmacum etiam myrrhæ sextantem, & visci quercini trientẽ, apposuimus. ℂ *Ad" Inueteratas induratas Splenis affectiones, Authemeron, ab eo quod per vnam diem curat, appellatum. Oportet autem cum pharmaci impositione ægrum ad triduum conuenienti diæta vti*. Myrrhæ, mannę thuris, vtriusque quadrantem: sinapis alexandrini sextãtem, nasturtij sextantem, aceti scyllitici quod satis est. Arida tundito & cribrato, & cum aceto ad malagmatis formam subigito: & linteolo excepta ab hora secunda vsq; ad nonam imponito, ita vt complectaris & contineas incũbens malagma fasciola obligata. Deinde vero ita obligatum in balneum mittito, & vbi probè laxatus fuerit, in solium desidere facito, & pedes extra solium extendere iubeto, ac longiori tempore in ipso immorari. Cæterùm ad reuocandos in animi deliquium collapsos acetum cum pulegio naribus admouemus, & paulatim resoluere fascias tentamus. Sint autem duæ fasciæ malagmati incumbentes: cùm enim fasciæ tolluntur, auferimus etiam incumbens malagma, & post affectos locos sufficiẽter fouemus. Egresso de balneo salsamentum citra panem exhibemus, & vinum mari mistum. Idem etiam sequenti die facimus. Et tertia similiter, insuper q; gymnasiis vtimur quæ spiritum acutum reddere possunt.

Margin: † Aliter ij. — † Aliter ij. — A.l.5. fu.2.t.6. fol.555.d

Aliud Tryphonis Gortyniatæ Cretensis pharmacum accommodatum.

ℂ Fœnigræci moliti sextarium unum, retrimentorum ab expressa myrobalano reliquorũ sextarium dimidium, spumæ nitri quadrantem: omnia trita cedria excipe: Verùm hãc prius coctam condensare oportet ad cerati spissitudinem. Vsus est ante balneum, quantum æger ferrè potest: à balneo cerotariũ imponimus. ℂ *Aliud Authemerõ inscriptum, liberat ab affectione*. Pyrethri † drachmas xx, ʒ myrobalani bessem, nasturtij bessem, piperis bessem, seminis vrticæ bessem, sinapis sextarium dimidium: omnia trita & aceto subacta per interualla imponito ad horas tres, si æger tolerare possit: deinde ablato pharmaco lauari iube. Post balneum verò cerato vtendum est ex rosaceo apparato. ℂ *Aliud Tumorem liquefacit*. Floris lapidis asii, nitri rubri, retrimentorum expressæ myrobalani, ammoniaci thymiamatis, singulorũ drachmas vigintiquatuor: corticis radicis capparis drachmas octo: seminis raphani drachmas decẽ, aut succi cyathum vnum: aceti acerrimi quod satis est, visci quercini drach. xl: ammoniacum sambuci succo, aut myricæ, aut trifolij, dissolue: arida uerò tunde, & angustissimo cribro excute, ac aceto subige: inde q; admisto visco omnia simul contunde, & vtere.

Margin: † Al. bessem.

Pharmaca ab Splenicos ad Archigene in Primõ Medicamentorum secundum genus conscripta.

Margin: * Al. δευτέρῳ i. secundo.

ℂ In splenicis porrò prędecente similiter tota dięta, ex describẽdis compositionibus his vtitor. Potus quidem sit aqua in qua ignitum ferrum sępe sit extinctum, non febrientibus cum vino, febricitantibus uerò aqua sola. Aut anagallidis cœruleum florem habentis obolum vnum exhibeto cum aceto mulso. Aut serpillum cum aceto. Aut panacis radicem viridem cum aqua mulsa: Aut semen similiter: Aquam mulsam verò per noctem sub dio exponito. Aut corticis radicis periclymeni & seminis eius quantum tribus digitis apprehendi potest, in vino albo meraco calido ieiunis bibendũ ad dies xl exhibeto. Aut" vulpis hepar siccum cũ aceto mulso exhibe bibendũ. Aut cuminum ęthiopicum similiter vt hepar ex aceto mulso. Aut radicis ari corticis drachmam dimidiam cum aceti mulsi cyathis iij. Aut polium similiter cum aceto mulso. Aut hederæ albæ grana tria cum aceti mulsi cyathis iij. Aut arida trita capparis folia propinato. Cataplasmata aũt eadem impones splenicis quæ hepaticis. Amplius q; cinerem ex ferraria officina cum aceto. Aut capparim maceratam aceto ac tritã cerato cyprino exceptam. Aut nasturtium & fœnũgręcũ ac calcem viuam, & nitrum, cum melle mollita imponito. Aut fœnumgræcum, & calcem, ac nitrum, item cum melle imponito. Aut lepidij folia imponito: cùm verò iam morsum perceperint, in balneum inducito: & ablato pharmaco in feruidæ solium demittito, ac detineto: ægrè.n.ferunt nimiam mordacitatem, verùm sani exeunt. Idem etiam in ischiadicis facit. Aut myrobalani expressæ retrimentum aceto maceratum, rosaceo cerato excipe ac impone. Aut fœnigræci & nasturtij par pondus, mannæ duplum, calcis viuæ parum, cum melle splenia velut emplastra facito, ac imponito. Aut fęce acris aceti imponito. Aut capparis radicẽ cum aceto. Aut spongiam acerrimo aceto imbutã. Egregiè faciunt myrobalani cortices, & nitri tertia ipsorum pars: trita aceto subigito,

Margin: A.l.3.f.15.t.2. c.7. fo.330.c

A subigito: & resinam ac ceram cum modico oleo liquefacta affundito, & mollitis vtitor. Perseuerante malo cucurbitas cum scarificatione affigito. Amuleta autem, & per contrarietatem quandam naturalem ad hepar & splenem facere credita, hæc sunt: Venam retro sinistram aurem secato, & detracto sanguine affectum splenem confricato.

De Hydrope siue aqua inter cutem. *CAP. 3.*

HYdropicorum medicamenta, & alia cõmunia ad splenicos ipsos, item q; quædam multiplicis vsus ad varias affectiones tum iam prædictas, tum duritias, & vbi quid discutere oportet, etiam si iam purulẽta sit cõpages, dicere aggrediar, initio ab ijs quæ Asclepiades tradidit sumpto.

Pharmaca ab Asclepiade conscripta ad Prædictas affectiones in Quarto Externorum, quæ Marcellæ inscribit.

¶ *Epithema Hydropicis valde commodum, quod adiacentem humorem absorbet.* † Farris, quod zeam vocãt, moliti sextar. ij: floris lapidis asii sextar. i, mannę lib. i: probe trita adipe suillo veteri probe subacto, & vino per integram noctem macerato, excipito: sit autẽ tanta adipis copia, quanta ad molle faciendum pharmacum satis est. *Aliud.* Besasa: est aũt semẽ rutę syluestris quod in Syria nascitur, & vernacula lingua Harmana ab illis appellatur: huius tusi sextarium i, mannæ sextariũ dimidiũ, B adipis suilli veteris quantum sufficit, pręparato vt dictum est. *Aliud.* Ficuũ pinguissimarum lib. iij, aphronitri lib. i, origani lib. i: quidam cumini lib. i, sulfuris viui quadrantem, cochlearum africanarum lib. i: arida tundito & cribrato, & tusis ficubus vnà cum carne cochlearum excepta, ac in linteolum infarcta imponito, melle cocto sufficienti addito. *Aliud ex Critone.* Fœnigræci moliti ac cribrati sextarios. ij: sulfuris viui lib. ij, & dimidiam: in alijs lib. ij, nitri lib. ij, absinthij sicci contusi sextarios duos & dimidium: } arida tenuissime trita melle cocto excipito, inde q; linteolo infarcta per noctem imponito. In die vtere & gestatione, & confectione subscripta: Ceræ lib. i, picis aridæ lib. i, lapidis asii lib. i, olei veteris lib. i: arida cum liquidis misceto. ¶ *Malagma Ipoterium inscriptum, Resorbet humiditates ex alto, & Duritias dissoluit.* Ceræ, picis aridæ, vtriusque lib. ij: aluminis liquidi, sulfuris viui, mannæ, nitri rubri, singulorum lib. i: resinę frictę lib. iiij, olei veteris heminam
A.l.5.su.2.t.6. vnam, aceti q̃tum satis est ad arida dissoluenda: præpara ac vtere vt probato ¶ *Aliud præclarum*
o.555.c *Ipoterium, pharmacum accõmodatum. Facit Hydropicis, Splenicis, & ad Inueteratas affectiones.* Resinę frictę lib. iiij, cerę lib. ij, sulfuris viui lib. i, mannæ lib. i, picis liquidæ lib. ij, aluminis liquidi lib. i, nitri rubri lib. i, aristolochię quadrantem, bdellij quadrantem, amomi racemi quadrantem, radicis cucumeris syluestris quadrantem, aloes semissem, pyrethri quadrantem, ammoniaci thymiamatis quadrantẽ, C visci quercini quadrãtem, succi sycomororum quadrantẽ: aceti sesquisextarium, aut pro aceto vini Italici tantũdem: olei heminas. iij: præparato pro more. ¶ *Malagma ex Baccis lauri, ad Splenicos, Hydropicos. Dissoluit oẽm Duritiem, absorbet Abscessus in profundo.* Ceræ lib. i, resinæ pinus lib. i, picis brutiæ {aridæ} lib. i, baccarum lauri siccarũ lib. i, nitri rubri lib. i, ammoniaci thymiamatis lib. i, adipis vitulini subacti lib. i: arida tundito & cribrato per angustissimum cribrum: liquescibilia liquãtur, & frigefacta aridis adijciuntur: atq; ita contusis simul ac repositis vtimur. *Aliud.* Baccarum lauri lib. i, picis lib. i, mannæ lib. i, adipis taurini lib. i, ammoniaci thymiamatis lib. i, ceræ lib. i: præparato vt prædictũ est. ¶ *Emplastrum Tonsoris appellatione, ad Splenicos, & Hydropicos. Hoc tõsor quidã vir Bithyniensis vsus Ischiadicos à coxendicum morbo penitus liberauit.* Picis aridæ lib. iiij, ceræ lib. ij resinæ pinus lib. iij, ammoniaci thymiamatis lib. ij, nitri rubri lib. ij, {baccarum lauri aridarũ lib. ij, } adipis taurini lib. i. In alio exẽplari ẽt iridis lib. ij: habentur, canchryos vncię xviij, farinę fœnigræci sextarius i, pollinis sextar. i, radicis chamæleonis nigrę tenuissime tusæ sextar. i, cumini tenuissimè triti sesquisextarius, passi sextar. i. In alio exemplari anisi triti sextarius dimidius habetur, & pollẽ deest.

¶ *Aliud Bithynum appellatum, pharmacum accommodatum ad Prædictas affectiones.* Picis brutię lib. quatuor: resinę pinus, ceræ, ammoniaci thymiamatis, singulorum libras duas: medullę ceruinæ lib. i, D adipis taurini subacti lib. i, succi sycomororũ libram vnam, floris lapidis asii semissem, radicis chamæleonis contusæ semissem, baccarum lauri siccarum libram dimidiam, farinæ loliaceæ libram dimidiam, seminis dauci cretici contusi trientem, petroselini trientem, cumini ęthiopici trientem, anisi trientem, salis hispani sexuncem, aphronitri sexuncem, cyprini sexuncem, vini falerni quod satis est: arida cum liquidis pro more apparato. ¶ *Malagma ex Seminibus, pharmacum accommodatum ad Prædictas affectiones, hoc vsus est Olympius.* Cerę drachmas centum, terebinthinę drach. c, ammoniaci thymiamatis drach. c, adipis taurini drach. c, anisi drach. c, fœnigræci drach. c, petroselini drach. centũm: ammij, iridis illyricę, vtriusq; drach. quinquãginta: panacis drach. c, nitri drach. l, glycyrrhizę drach. l, cyperi drach. xxv, sabinę drach. xxv, sampsuchi drach. xxv, meliloti ʒ xxv, cardamomi drach. xij & dimidiam, casię fistulæ drach. xij & dimidiam: nardi celticę, radicis dauci cretici, vtriusque drach. xij & dimidiam: mellis heminam & dimidiam, vini odorati quod sufficit: præpara pro consueto more. *Aliud.* Cerę minam vnam, ammoniaci thymiamatis minã vnam, terebinthinę minam. i: sampsuchi, {baccarum lauri, cyperi, singulorum} minam dimidiam: iridis illyricę minæ quartam partem, hoc est drach.* xxv: seminis lini tosti minæ quartam partem: {fœnugreci, panacis, vtriusq; minę quartam partem: } adipis taurini minę quartam partẽ: radicis cucumeris syluestris, anisi, seminis apij, ammij, cumini, fœniculi, nitri, singulorum minæ quartam partem:

† *Multi codi. antiquißimi græci habent, φάρος ἀλεύρου σίτου ζέας λεγομένου, id est Pharos vocant. Frumẽti illius, quod Zea dicitur, moliti &c. vt Pharos sit nomen medicamenti: vt etiã supra pag. 185 e: & Zea sit quidem species frumẽti, non tamen sit far.*

* Aliter l.

* Aliter c.

* *x', id est quadraginta, est in textu.*

partem: piperis drach.xij & dimidiam, mellis heminam, vini sesquiheminam, cyprini sesquihemi E
nam, aceti sesquiheminam: componito ac vtitor.

Ex Andromacho ad Hydropicos & Inflationes.

¶ Picis liquidæ libras duas, ceræ libram vnam, nitri vncias sex, sulfuris viui sexuncem, aluminis
sexuncem. ¶ *Ad Hydropicos Cleophanti.* Ceræ, resinæ, spumæ nitri, singulorũ drach.c: chalbani drac.
xij & dimidiam, propolis drach.xij & dimidiam, ammoniaci thymiamatis drach.xij & dimidiam,
cyprini cyathos ij, aceti cyathos duos.

Ex Archigenis Secundo libro Pharmacorum secundum genus.

¶ Hydropicis diætam conuenientem constitue. Pro cataplasmate * quidem stercus bouis ar- A.l.3.f.14.c.4 c.13.fo.323.
mentariæ impone. Resicca aũt ipsum stercus diligenter, & tritum in posca velut crudam hordea-
ceam farinam coque, insperfa sulfuris viui quarta parte: cataplasma verò per omnem ventris am-
plitudinem impone. Musa verò cataplasma ad ipsos preparauit ex elaterio, staphide syluestri, hys
sopo, felle tauri, æqualibus partibus ipsorum ficubus contusis exceptis. Aut radicis cucumeris syl
uestris minam vnam in vino coquito, & ficuum minam dimidiam similiter coquito: atq; hæc si-
mul terito affuso eorum decocto, donec malagmatis forma euadat: inde q; altheæ radicis tritæ tan-
tundem admisceto, simul q; coquito ac terito: atq; ita imponito. Aut caprinum stercus in vrina F
pueri impubis veneris expertis, vel ipsius capræ vrina coctum, ad strigmentitiam spissitudinem
redigito, ac imponito: egregiè ipsum per aluum purgat. Aut veratrum nigrum, fel taurinum, ni
trum, piper, æquis partibus cum melle aluo per dimidiæ horæ spatiũ imponito. Porrò per om-
ne curationis tempus vnam aliquam ex his potionibus ipsis propinato. Cotyledonis ℥ i, scyllę ari
dæ mundę drach.i, in vino mulso diluto quotidie exhibe. Aut corticis radicis ari ℥ i. Aut cneori,
quam aliqui chamælæan appellant, teneras eminentias ad calamorum radices nascentes exuccato,
ac succi cyathos iij prędictis admistis quotidie exhibeto. Optimè facit & hoc: Cancri fluuialis sic-
ci triti, pedibus ac eminentijs omnibus amputatis, drach.i, asari drach.i: misceto aqua ex ipso flumi
ne vnde cancri extracti sunt accepta, & propinato. Aliquando verò pro asaro, opobalsami par põ
† Cod. quidã manuscripti græci non habẽt. has dictiones. dus additur. Aut corallij drach.i, aluminis scissi † drach i. } obol.ij, cum calaminthæ cremore teri-
to, & in pastillos duorum obolorum ponderis redigito, & obolum inde ex calaminthæ aqua bi-
bendum dato. Summè facit & ad nephriticos. Aut radicem calaminthæ coctam propina. Aut
sion { quod lauer Latini dicunt } itidem coctum propina: idem q; etiam edendum exhibe. Aut
tribuli folia siue radicem cum vino dato. Aut in balneo cum sale & oleo diligenter, vsq; quo exu-
dent, illitos educito: & solis testibus exudantibus ablutis, primùm linteis, deinde etiam reliquis G
* Al. Africanis. amiculis, contectos curato: ac panem furnaceum cum sufficientibus caricis edẽdum dato: vinum
verò nigrum Italicum aut, Spicatum recens, in quo ficuum triens in vini sextariis vj, incoctus est,
donec tertia pars superfuit, bibendum exhibeto: purgat per vrinam. Aut vrinæ capræ cochlea-
rium vnum cum nardi drachma vna calfactum bibendum dato. Aut cucumim syluestrem vino
nardino vel aminæo macerato, & ex cremore ter cyathum vnum bibendum prębeto, & paulatim
vsq; ad cyathos tres progreditor. Aut seseli in potu vel cibo exhibe. Aut daphnoides tritum lu-
pini magnitudine inspergẽs bibendum dato: ducit vrinam multam. Aut corticem radicis ari ex
vino. Aut squamæ ęris drachmam vnam, panis medulla excipito, et catapotia facito ac exhibeto:
fortiter aquam ducunt. Aut ęris vsti drach.i, rutæ ramulos tres, stercoris columbæ drach.i, salis
† Al. cyathi dimidij. communis parum, cum vino ephesio & aqua, ita vt tota mistura † heminæ dimidiæ } sit, præbeto.
Summè faciunt & Theriacę omnes vrinam cientes. Insuper q; potiones aquã ducentes, quæ vni
cuiq; per experientiam cognitæ sunt minimè periculosæ. Similiter & catapotia. Cæterũ hydro-
picos diutius ad Solem, cõtecto capite, inungito ex oleo multo sale admisto, & multa salsugine ca-
lida perfundito. Inflatos verò maximè locos, vesicis magnis probè inflatis quotidie continenter
pulsato, inde enim arctãtur ac contrahuntur. Scarificatis itẽ ipsorum talis & vulnusculis impactis, H
ipsos in ferculo aut lectica gestato ac circũuehito: multus.n. humor hoc mõ ipsis profluere solet.

¶ *Ad Easdem affectiones Confectio Biennij.* Croci, opij, opopanacis, myrrhæ, iridis, acori, mandra
goræ, asari, costi, nardi Indicę, dauci cretici, mei, singulorum drach.viij: piperis albi & longi, gen-
tianæ, stœchadis, casiæ, phu ponticę, singulorum drach.viij: excipe melle.

De Pharmacis Dolorem sedantibus, anodynis & colicis appellatis. *CAP.* 4.

HViusmodi pharmacis, magni doloris, aut vigiliarum gratia, aut ne per violentã tussim lan-
cinemur, velut in sanguinis reiectatione & grauibus distillationibus aliquando contingit,
vti solemus. In moderatioribus tamen prædictis affectionibus confectiones ex seminibus, priua-
tim tussiculares appellatę sufficiunt, quę & ipsæ omnino aliquid ex soporiferis seminibus habẽt:
verùm modicum inter multa adeo semina, quæ odorata & tenuium partium ac vrinam ciẽtia exi-
stunt. Appellant autem hæc medici sæpe citra appellationis seminis appositionem, Cuminum di
centes, & daucum, & seseli, apium q;, & anisum. Eiusmodi igitur pharmacorum compositiones
inter tussiculares appellatas confectiones sunt relatæ: verùm dolorem sedantes anodinæ q; & co-
licæ dictæ, quę eiusdem quidem generis cum illis sunt, multo autem facultatibus illas exuperant,
in hoc sermone ostenduntur. Prima itaq; ex ipsis priscis tẽporibus, vt apparet, celebris fuit, quã
Philo

A Philo prodidit,& de qua ipse hanc Elegiam fecit.

Philonis Antidotus.

En me Tarsensis medici prægrande Philonis
Inuentum,mala quod multa dolore leuo.
Siue colum doleas,seu tu iecur,auxiliabor:
Seu lapis infestet,difficile aut lotium.
Et medeor spleni hinc,orthopnoeæ q; molestæ:
Conuulsa atq; tabem protinus exupero.
Pleuritim q; malam,& sputum vomitum q; cruoris,
Euinco,mortis terror & hostis ego.
Viscera tentantes omnes ego sedo dolores,
Interna & quicquid membra dolore quatit.
l.3.f.13.t.5. Tussim,″ singultum,destillantes q; fluores
.21.fo.306.g Sisto,etiam si quid strangulet excipio.
Me dedit ille author sapienti munera magna
B Discipulo,stupidos nil ego curo viros.
ODORVM fuluum q; pilum pueri cape,cuius
Fulget adhuc campis Mercurij ille cruor,
Pondus ad humanos sensus perpendito prudens.
Dein drachmæ pondo Nauplion Euboicum.
Inde Menoetiadæ occisoris ponito drachmam,
Qui pecoris densis ventribus excipitur.
Viginti & drachmas candentis conijce flammæ,
Et totidem fabæ post suis Arcadicæ.
Et drachmam dictæ falso radicis,ab ipsa
Terra,Pissæo quæ Ioue clara manet.
Cum q; pion scribes,voci caput amplius addes,
Masculum Achiuorum nominis articulum.
Inde q; post drachmas expensæ sumito lancis
Quinq; bis. Atq; istæc prouidus excipito
C Natarum tauri textura Cecropidarum.
Sic mecum Triccæ progenies q; facit.

In his versibus Philo iubet croci drach.v coniici,pirethri vnam, euphorbij vnã, spicæ nardi vnã: piperis autem albi & hyoscyami par pondus, vtriusq; drach.xx: opij verò drach.x. Primi quidẽ igitur duo versus crocum indicant,vt qui fuluus colore sit, & tenuis ad formam pilorum. Cruorem autem Croci fulgere adhuc in campis Mercurij dicit. Adolescens enim Crocus appellatus cum Mercurio disco ludens,& incuriosius consistens,illapso in caput ipsius disco statim mortuus est: ex sanguine autem ipsius in terram acto crocus natus est. Fulgere verò cruorem dixit, hoc est sanguinem iam occisi,propter coloris croci splendorem. Scribitur autem non solum campis,sed & herbis in versu,hoc modo,Fulget adhuc herbis Mercurij ille cruor. Cæterũ pondus croci ʒ v, esse vult,cum ad humanos sensus perpendere iussit,qui quinq; numero existunt.Quod verò drachmas quinque esse velit,& neq; obolos,neq; libras,neq; aliud quicquam tale,per sequentia com monstrat,primum quidem cum ait, Dein drachmæ pondo Nauplion Euboicum. Deinde verò & consequenter cum alijs idem drachmæ nomen apponit. Nauplion itaque Euboicum, pyrethrum vocat,propterea quòd Nauplius magnis pyris incẽsis,vt aiunt,circa Euboeæ portum,mul
D tos Græcorum decepit,vt perirent,tanquam ad regionem portus bonos habentem applicantes. Id ipsum vero ob Palamedis necem ipsum fecisse tradunt. At verò & Euphorbium similiter his ænigmatice vocauit,cum ait,Inde Menoetiadę occisoris ponito drachmam. Quandoquidẽ poeta Patroclum sic loquentem facit:

« Sed me parca ferox,Latonę & filius aufert,
« Atq; vir Euphorbus.

Pecoris autem,hoc est ouium ventribus excipi & adseruari euphorbium ait, propterea q hos solos non corrumpit,& ob hoc in his reponi pharmacum potest. Est porrò Euphorbium plantę cuiusdam spinosę in Maurusiorum terra nascentis succus, facultate calidissimus: & de ipso libellus paruus scriptus est Iubę regi Maurusiorum. Cõsequenter verò Philo ait, Viginti & drachmas candẽtis conijce flammę. piper album per hoc significans.Est autem stomacho commodius & acrius q̃ nigrum. Viginti insuper drachmas seminis hyoscyami inijcere iubet,quod ęnigmatice fabam suis Arcadicę appellat,quandoquidem aprum Erymanthium Hercules occidisse fertur, qui in Arcadum terra fuit connutritus. Quin & nardi ipsius drach. j conijciendam censet, quam radicem falsò dictam appellat,quandoquidem spica nardi vere nominatur. Vult autem eã Creticam esse, cum ait: Ab ipsa terra, Pissęo quę Ioue clara manet. Quandoquidem fabularum

scriptores Iouem in Dictæo Cretæ monte educatum aiunt, occultatum ibidem à matre Rhea, ne E & ipse à patre Saturno deuoraretur. Apposuit autem Ioui epitheton Pissæi, quemadmodum multi etiam extra poeticam, in communi sermone dicere solent, per Æsculapium Pergameū, per Dianam Ephesiam, per Delphicum Apollinem, per Vestam Eleusiniam. Quidam verò non Creticam terram, sed Indicam, indicatam esse aiunt, ex qua ebur affertur, ex hoc enim statuam Iouis in Pissa factam ac formatam esse. His omnibus & papaueris succum admisceri iubet, qui recepto à medicis more priuatim opium appellatur, cùm nullus aliorum succorum quantumuis multi sint, in neutro genere, opium videlicet, nominetur. Quando igitur ipsum nomen opion, ex voce o, & pion componitur, ob id sane inquit:

Cum q; pion scribes, voci caput amplius addes
 Masculum Achiuorum nominis articulum.
Inde q; post drachmas expensæ sumito lancis
 Quinq; bis, &c. Hoc est inijce & opij drach. x. Superest postremum quo omnia hæc trita excipiuntur, ipsum mel, itidem coniecturaliter ab ipso appellatum: Natarum tauri textura. qn̄ quidem ex putrescentibus tauris apes generari tradunt. Quòd autem atticum ipsum mel esse velit, ea gratia addidit, Cecropidarum, hoc est Atheniensium. Cæterùm per extremū versum ostē- F dit etiam Asclepiadas hoc pharmacum sic præparare. Ex Tricca. n. generis sui originem ducunt, ex quorum ordine & poeta est. Hæc fermè prima antidotorum dolores sedantium celebris facta est. Iuxta hanc autem alijs partim ad ipsam appositis, partim detractis, aut apponderationibus permutatis, posteri magnum antidotorum dolores sedantium numerum fecerunt: quas etiam colicas vocant, denominatione ab affectione quę maximos dolores habet, deducta. Ego verò primū quidem generales componendi ipsas modos referam: deinde velut cōsueui, etiam particularium materierum seriem quantum latissime se expandit, subscribam. Opium itaq; fortissimum est ex ijs quæ sensum stupefaciunt, ac somnum soporiferum inducunt. Operatur aūt hæc etiam solum sapa dilutum, deinde tomento exceptum ac sedi inditum: item q; fronti ac naribus illitum: si verò cum alio quopiam vim ipsius moderante misceatur, moderatius hæc facit. Verum quæ admiscentur ipsi, aut concoquere, aut mitigare dolorosam affectionem, oportet, aut humores affectionem efficientes discutere, aut secare, aut attenuare, aut iuxta totam substātiam alterare. At verò neque ignorare nos puto optimum esse compositionis scopum, qui trium coniectationi sit intentus: nimirum vt & sensus stupefiat, & nullum in posterum inde circa particulam detrimentum permaneat, amplius q; vt affectio ipsa maxime inde iuuetur. Ad hæc igitur respiciens Philo mihi vide G tur hoc pharmacum, de quo iam proposuimus dicere, composuisse, Ex opij quidem & hyoscyami mistura somnum soporiferū, & sensitiuæ facultatis stuporem inducere volēs. Quò verò citius distribuerentur, & totorum affectorum corporum profundum penetrarent, calfaciētia admiscuit, pyrethrum, & euphorbium, & piper: quæ nocentes humores discutere possunt, & extergere viscosos, ac secare crassos, & ventosos flatus attenuare ac euacuare. Est autem non modica cōcoctoria vis omnium frigidarum affectionum in nardo sita: verū Creticam nardū inijcere nō oportet: neq; omnino eam quæ apud nos nascitur, quam montanam & herbā Narditen magis q̄ nardum appellant. Est igitur Celtica nardus optimum pharmacum, efficiens quæcunq; ēt indica nardus solet, verum ab ipsa viribus deficit, velut etiam à celtica, montana. Quemadmodum autem ex aromaticis appellatis medicamētis Philo solam nardum iniecit, sic posterorum alius aliud apposuit, aliqui etiam plura: quę verò apponuntur, sunt flos iunci odorati, & casia, cinnamomum, amomū, & costus. Quemadmodum autem rursus crocum addidit, crudorum humorum concoctorium item q; affectionum medicatarū, sic alij myrrham & castorium admiscuerunt. Plurimi autem ex ipsis, neq; male in hoc facientes, & hæc familiaria semina, de quibus etiam antea in confectionibus ex seminibus constantibus dictum est, addiderunt: quò videlicet amarorū medicamentorum iniu H cunditatem mitigent, & totum pharmacum ad distributionem & vrinæ propulsionem instigēt. Si verò & humorum crassitudo attenuari expetat, etiam hoc ipsum faciunt: dico aūt apij semen, cumini, dauci, petroselini, anisi, & quæcunq; eiusmodi existunt. Apponam igitur iam & copiam ac seriem particularium materierum, à prioribus medicis vsu ac experientia cognitarum.

De Colicis Pharmacis ab Andromacho conscriptis.

Prima itaq; ipsarum hæc in verba scripta est. ℭ *Colica Cassij.* Anisi drach. vj, seminis apij ʒ xij: nardi ʒ iiij, alij drach. vj: castorij drach. iij: petroselini drach. iiij, alij drach. iij: piperis albi drach. v, & longi drac. v, myrrhæ drac. vj, iunci odorati drach. iij, succi papaueris drach. vj, croci drach. iij: excipe melle cocto. Quidam etiam cinnamomi drach. j, aut casiæ drach. ij. Datur ad summum nucis regiæ paruæ magnitudo ex aquæ calidæ cyathis tribus, minimum nucis ponticę magnitudo. Colica secunda ab Andromacho scripta hæc est. ℭ *Colica Cassij, vt Crispus. Facit & foris imposita.*

† *Alit. xiiij.* Anisi ʒ xii, seminis apii ʒ † xxiiii, nardi indicæ tantundem, castorii drach. sex, seminis petroselini
* Aliter iii. drach. xvi, myrrhæ ʒ xii, piperis albi ʒ xii, & longi drach. x, iunci odorati ʒ sex: opii, croci, casiæ, singulorum drach. xii: costi, acori, vtriusq; drach. vj: excipe melle cocto. Præbe nucis ponticæ magnitudine ex aquæ calidæ cyathis iij. Hæ igitur præscriptæ duę confectiones ex medicamentis de

quibus

A quibus paulo antè dixi compositæ sunt. Quæ verò deinceps sequitur, qua se vsum esse ipse ait, habet etiam alia quædam præter priora, eiusdem generis cum opio & hyoscyami semine existentia, velut malorum mandragoræ succum, aut qui ex radice ipsius expressus est, & succum cicutæ. Habet item phu ponticum, quod partim nardo celticæ, partim petroselino, & vrinam cientibus seminibus, simile existit. At verò syluestris brassicæ semen ex maximè attenuatorijs est, & quæ multum siccare ac discutere possunt. Ex vrinam cientibus est & meon, & asarum. Illyris vero, quam neq; nominauit iridem illyricam, concoctorium est & attenuatorium pharmacum. Stœchas autem à putrefactione vindicat & attenuat. Ipsum pharmacũ autem sic describitur. ℭ *Colica Tullij, qua vtor.* Succi malorum mandragoræ drac. octo, aut succi radicis eiusdem drach. x. phu pontici drach. octo, seminis brassicæ syluestris drac. octo, succi cicutæ drach. xvi: costi, piperis albi, & lõgi, myrrhæ, opij, singulorum drach. octo: opopanacis drach. sex: stœchadis, seminis dauci, mei, asari, singulorum drach. xij: cinnamomi, illyridis, acori, singulorum drach. octo. ℭ *Sequitur post præscriptas Colica Abascanti, quam apud me consonam repperi.* Anisi drach. x. seminis seselis drach. xx: petroselini, nardi indicæ, piperis albi, & longi, singulorum drach. tres & obolos iiij: opij drach. x, myrrhæ drach. x: cumini æthiopici, castorij, vtriusq; drach. v: iunci odorati, croci, vtriusq; drac. v: excipe ac præpara cum melle cocto. ℭ *Colica admirabilis qua vtor, & ad Voluulosos, & qui Stercus sursum euomunt in magnis doloribus. Datur magnitudine fabæ in aquæ frigidæ cyathis ij, aut iij.* Piperis albi, seminis hyoscyami, vtriusq; drach. xl: opij drach. xx, croci ʒ x: spicæ nardi, euphorbij, pyrethri, singulorum ʒ ij: excipe melle cocto. ℭ *Alia non inefficax Adiaptotos ob id dicta, ad omnem etiam Inflationem.* ¦ Sinonis, seminis hyoscyami, piperis albi, singulorum drachmas xl: succi papaueris drac. xx, croci drach. vi, opobalsami drach. ij: excipe melle cocto. ℭ *Colica Terentij Valentis.* Sinonis, piperis albi, seminis hyoscyami, singulorum ʒ xl: succi papaueris ʒ xx: croci ʒ octo, alij ʒ vj: corticis radicis mandragoræ drach. ij, mellis quod satis est: quidam etiam opobalsami ʒ ij. ℭ *Colica Apollonij.* Nardi drach. ij: castorij, fœniculi, succi mandragoræ, costi, singulorum drach. j: asari, † spicæ, vtriusq; drac. ij: opopanacis drach. j, dauci cretici drac. ij, cinnamomi drach. v: piperis albi, & longi, iridis, myrrhæ, singulorum drach. ij: lemniæ sphragidis drach. x, absinthij drach. ij: excipe melle. Datur drachma vna ex aqua. ℭ *Colica * vt Nicostratus, Isotheos appellata, empta talentis duobus. Facit ad Stomachicos, Oculorum dolores & vexationes, Vuluæ labores, ex aqua mulsa incocta ruta.* Croci sesquidrachmam, nardi drach. ij, myrrhę drach. † viij: costi, piperis albi, & longi, chalbani, singulorum ʒ j: opobalsami drach. iiij: cinnamomi, succi mandragorę, castorij, singulorum drac. † ij: seminis dauci drac. iiij & dimidiam, sagapeni ʒ ij, casiæ ʒ iiij: excipe melle attico. ℭ *Colica, vt Scribonius.* Cineris cornu cerui teneri vsti heminam: piperis albi, myrrhæ, vtriusq; drãc. ij: ex tritis cochlearium vnũ exhibeto. Et cochleam vnam crudam tritam cum vini cyathis duobus & aqua calida. ℭ *Colica, qua assiduè vtebatur, perfectè liberans & malum extirpans.* Zingiberis ʒ ij, corticis salicis ʒ ij, rutæ ramulos tres aut quatuor, phœnicobalanorum drach. ij, aquæ cyathos vj: conijcito in vasculum nouũ, & coquito donec tertia pars supersit: & bibendum dato ad triduum post iritationem: & facto intertitio idem facito, ad plures dies pharmacum in potu exhibendo. ℭ *Colica † Tullij bona, qua et ipsa vtor.* Seminis brassicæ syluestris, phu pontici, vtriusq; semissem: piperis albi, & longi, seminis dauci, mei, singulorum drach. † ix: castorij, costi, opii, corticis mandragoræ, nardi indicæ, asari, illyridis, acori, myrrhæ, singulorum drac. vi: opopanacis ʒ iiii, seminis cicutę drach. ij, stœchadis drach. ix, cinnamomi drach. j, casiæ daphnitidis drach. xviii: excipe melle cocto. Da fabæ ægyptiæ magnitudine. ℭ *Colica, quam admiratus est Ariston, vt Diophantus Lycius.* Succi centaureę, castorii, scyllæ assatæ, piperis albi, & longi, myrrhę, rutæ hortensis, hyssopi, abrotoni, iridis illyricæ, singulorum drach. ii: croci, ammoniaci thymiamatis, radicis acori, phu pontici, zingiberis, veratri albi, singulorum drach. j: excipe aceto mulso. Datur etiam drach. j ex aceto mulso. ℭ *Colica, vt Publius in Puteolio & Apollonio.* Polij drac. vi, scordii drach. xii, gentianæ drach. v, seminis rutę syluestris ʒ iiii, succi cyrenaici drac. † iii, rubricæ lemniæ ʒ v, myrrhæ ʒ vii, opobalsami ʒ octo, piperis albi drach. ij & dimidiam, cachryos drach. iiij, verbenacæ herbę drach. ii, pentaphylli drach. v: excipe melle attico. Da magnitudinem nucis ponticæ.

[Marginal letters: A, B, C, D]

[Left margin: Al. ʒ. fu. 2. t. 6. fol. 556. b — Vide infra lite ra G.]

[Right margin: * Aliter xvi. — * Al. apii. — * Aliter vi. — * Marathri, al. Malabathri. — † Al. stœchados. — † Aliter ij. — † Aliter i. — * Al. vncias. — * Græce ζυνεχῶς. al. Σενεκᾶς i. Seneca — * Al. myrrhæ. — † Al. Τραλλε. — * Al. drac. vi. — † Aliter ʒ ii. — † Aliter vi.]

Quæ Asclepiades ad Coli affectus prodidit.

ℭ *Pharmacum insperßile ad Coli inflationes, † Antonij pharmacopolæ. Hoc vsus sanus erat.* Chrysobalani drach. duas: seselis, astragali, vtriusque sextantem: illyricæ, tragorigani, vtriusque unc. j. Hæc simul tusa & cribrata, cochlearii vnius plus minus mensura, ex aquę calidæ cyathis quatuor ante cibum exhibeto. *Aliud.* Gallinarum interanea omnia exempta & in vas fictile coniecta assato, ac trita reponito: vsus verò tempore cochlearium vnum & dimidiũ, & seminis dauci cretici tusi & cribrati tantundem, ex aquæ mulsę calidæ cyathis tribus exhibeto. ℭ *Ad Coli inflationes, Chariclis.* Cumini æthiopici drach. vi, seminis apii drach. v, seminis dauci cretici drach. † ij, piperis albi ʒ j: tusa & cribrata reponito. Dantur ex eo cochlearia duo cum aquæ mulsæ cyathis tribus. *Aliud.* Seminis rutæ syluestris aridi, seselis massilici, vtriusque drach. octo: petroselini drach. quatuor, sinonis syriaci drach. iiij, piperis albi drach. ii: tusa & cribrata exhibe vt dictum est. ℭ *Eclegma Colicis Nectareum. Facit & Pleuriticis, & Dyspnoicis Deducit mulieribus Menses. Est & Concoctorium.*

[Right margin: † Al. Antonini medicamentũ valde generosum. — * Al. drac. ij. — * Al. drac. — † Aliter i.]

Cumini hispani unc.i: piperis albi, zingiberis, vtriusq; tantundem: vini dulcis aut scybelitę, aut E
protropi, sextarios.iii: vini falerni sextarium vnum, mellis attici libram vnam. Arida tundūtur &
cribrantur crassiore cribro, deinde cum vino coquuntur donec tertia pars supersit: deinde affun-
ditur vinum dulce ac rursus coquitur. Mouere autem oportet ramulis rutę virga salicis exceptis,
& salicis cortice obligatis. Habenda est ad manum etiam altera virga similiter rutę ramulos recen-
tiores complectens, quò prioribus exiccatis recentioribus moueas. Postq; autem liquor semel atq;
iterum ebullierit, inijce mel ac rursus coque: & excolatum per saccum liquorem repone. Vsu ex
† Al. mystrum vnū vel duo. petente, † mystra tria, ante & post cibum prębe. ℭ *Alia Scribonij Largi ex Salice, Liberat à tota affe ctione.* Corticis salicis drach.iiii, zingiberis aridę drach.iii, phœnicobalanos vi numero, aquæ sex
tarium vnum & dimidium: coquito omnia rutæ ramulis mouens: & vbi tertia pars liquoris resti
terit, tum excolato: & cyathos duos quotidie bibendos dato. Hoc verò per triduum facere opor-
tet: & post triginta dierum interstitium rursus repetere, quò per annum potiones xxxvi fiant: bi
bitur enim hoc pharmacum per annum totum. In alijs exemplaribus hoc modo habetur: Corti-
cis salicis viridis drach.v, zingiberis sicci drach.iiii, piperis albi drach.iiii: palmularum passarum
maximarum, quas Græci patetos appellant, numero duas aut tres: rutæ viridis ramulos v, aquæ
pluuiæ sextarios iii: coquito ad tertias, & dato vt prædictum est. ℭ *Alia Paccij Antiochi, à Tota af* F
fectione liberans. Cornu cerui recens enati mollissimi vsti ad albedinem cochlearia iii maioris ma-
gnitudinis, piperis albi grana x aut ix, myrrhæ parū odoris gratia: omnia teruntur, & cochlea afri
cana varij coloris vnà cum testa itidem teritur, vino falerno per saccum non excolato affuso: fit au
tem vini mensura cyathorum trium. Hæc omnia in fictili vase permista ad prunas calfacimus, di-
ligenter mouentes, ne quid ex pharmaco subsidat: calfactum verò in ipsis irritationibus bibendū
dato, item q; sequentibus duobus diebus. Oportet autem diem vnam antè, cibum differre, & reli-
quis diebus prandio solo vti, in eo q; assumere cibum qui facilè confici potest. ℭ *Alia Confectio.*
Al.iiii. Succi fœniculi sexta.iiii, mellis attici sextar.†ii, croci drac.iiii: crocum in linteolum purum liga-
to, succum verò & mel mista in vase fictili coquito, & fasciculo croci moueto: vbi verò densata fue
rit ad arteriacæ spissitudinem, crocum quidem expressum reijcito, pharmacum verò reponito.
Vsus tempore mistrum unum aut duo ante cibum dato. ℭ *Colica Sigonis, qua Vsus est Valens, facit*
in summis Doloribus. Dat nucis ponticæ magnitudine, ex aquæ calidæ cyathis tribus, et confestim minuit dolores, &
maximè si pruritus per totum corpus fiat. Facit & ad inueteratos Splenicos, & ad Voluulosas affectiones. Facit
† Additur in antiquis δυσπνοϊκοῖς, i. difficulter spirantibus. *Hepaticis † & ad Febres per circuitum repetentes, ac Vuluæ strangulatus, & Vesicæ affectus. Est & Arteriaca*
bona. Sinonis syriaci aut hispani drach.lx, piperis albi drach.xl, seminis hyoscyami albi drach. xl: G
opij, corticis mandragoræ, vtriusque drach.x: croci drac.vi, mellis cocti quod satis est his excipiē-
dis. Quantitas exhibitionis ostensa est. Alia exemplaria sic habent: Sinonis hispani drach.lx: pi-
peris albi, seminis hyoscyami albi, vtriusque drach.xl: cornu cerui vsti, opij, vtriusque ʒ xx: corti-
** Al. Glichonis.* cis *mandragoræ drach.x croci drach.vi, mellis quod sufficit. ℭ *Confectio Lingonis Colica: data ex*
frigida statim soluit Dolores. Seminis hyoscyami albi drach.xx: opij, seminis dauci cretici, vtriusque
drach.x: petroselini drach.vi: croci, spicæ nardi, pyrethri, singulorum drach.iiii: euphorbij, opo-
balsami, cinnamomi, singulocum drach.ij: excipe melle cocto: & exhibe fabæ ægyptiæ magnitu
dine cum aquæ tepidæ aut frigidæ cyath.iii, in irritationibus. ℭ *Colica sedans Dolorem, qua Vsus est*
Cassius. Facit & ad Internorum affectiones, pharmacum est ualdè bonum. Anisi, nardi syriacæ, myrrhę, sin-
* Al.Apii. gulorum drach.viii: piperis albi, & longi, vtriusque drach.xii: seminis seselis drach.vi, opij tantū-
dem: croci, castorij, petroselini, iunci odorati, singulorum drach.iiii: mellis attici cocti quod satis
est. Datur ponticæ nucis magnitudine. ℭ *Colica sedans Dolorem Lucij: confestim eximit dolores, & in-*
† Al. x, idest uiginti. *scribitur Sicula.* Myrrhæ, succi hyoscyami, opij, singulorum drach.† viii: radicis mādragoræ, pipe-
ris albi, croci, thuris, singulorum drach.x: excipe melle: & præbe fabæ ægyptiæ magnitudinem
Vide supra litera C. ex aquæ calidæ cyathis tribus ad noctem. *Colica sedans Dolorem Euschemo Spadoni inscripta, bibitur in* H
dies triginta. Seminis brassicæ syluestris, phu, cinnamomi, iridis illyricæ, acori, asari, opopanacis,
myrrhæ, nardi indicæ, opij, costi, succi mandragoræ, castorij, singulorum ʒ vi: trium piperis gene-
rum, mei, seminis dauci cretici decorticati, singulorum ʒ xii: stœchadis, seminis cicutæ, singulorum
ʒ viii: excipe melle cocto: ac prebe fabæ ægyptiæ magnitudinem, febre carentibus cum vini mul-
si diluti cyathis quatuor, febrientibus cum aqua mulsa. Hac etiam in infusis vtebatur nucis ponti-
cæ magnitudine, cum fœnigræci decocto cyathorum quatuor, & oleo cui ruta incocta est itē cya-
Al. Bienniti. thorū quatuor. ℭ *Ad Easdem affectiones confectio Breniti.* Croci, opij, opopanacis, myrrhę, iridis,
acori, mandragoræ, asari, costi, nardi indicæ, dauci cretici, mei, singulorum drach.vi: piperis albi, &
longi, gentianæ, stœchadis, casię, phu pontici, singulorum drach.viii: excipe melle.

De Dysentericis. *CAP.* 5.

DE dysentericis equidē quæ in vniuersum nosse oportet, iam antè dictū est, tū in curādi me-
thodi libris, tū ēt nūc in sermone de hepaticis habito. Reliquū est igi' de verè dysentericis
agere, i qbus neq; hepar affectū est, neq; alia aliqua affectio est, pter intestinorū vlceratione, aut nu
dā, aut cū putrefactiōe aliqua obortā, quā medici cōsueto vocabulo nomē appellāt. Quæcūq; igi'
ad tales affectiōes cōmoda sūt medicamēta, & iā frequēti expimēto cognita, ea i pricipio suscribēt.

Quæ

A *Quæ ab Andromacho ad Dysenteriam scripta sunt.*

ℭ *Potio ad Dysentericos & Hæmoptoicos.* Floris rosarum, opij, acaciæ, gummi, singulorum drach.
iij: balaustij tantundem, succi hypocistidis tantundem, gallarum drach. ij, seminis plantaginis tan *Al. vnc.
tundem, & succi eius tantundem, lycij indici drac. † j, succi rosarum drach. j: fac pastillos drachmæ † Al. vnc.
vnius. Vtere varie. ℭ *Ad Dysentericos & Cœliacos, confectio ex Fructibus.* Mala punica integra *Al. unc.
xx, mala cotonea xx, erui sextar. j, prunorum syluestrium sextar. ij, sorborum ephesinorum sextar. *Al. vnc.
ij, rhois syriaci sextar. iij, pyra terentiana xx, mala cestiana xxx, siliquas xl, baccarum myrti nigrarũ
sextar. iij, musti aminæi ad tertias decocti sextar. xlviij: coquito simul ad mellis spissitudinem, &
in figulino reponito. ℭ *Alia ex Fructibus ad Eadem, Stomachum subuersum restituit, Imponitur etiam
forinsecus.* Mala punica x, cotonea xx, mala orbiculata xv, sorborum sextar. duos, mespilorum sex- * Aliter i.
tar. j, glandium sextarium vnum, rhois syriaci sextarium vnum, rubi fasciculum manipularẽ, bac-
carum myrti nigrarum sextarium vnum: palmas passas, patetos Græci dicunt, xxx: acinorum ari
dorum sextarium dimidium, prunorum syluestrium sextarium vnum, siliquas magnas x, œnan-
thes sexuncẽ, cornorum sextarium vnum, mala citria v, passi cretici sextarios xvj: coquito simul
& reponito in vitro: vtere vt priore. ℭ *Ad Dysentericos, qua vtor.* Gallæ, fructus ericæ, opii, sin-
B gulorum drach. iiij: cum aqua redigito in pastillos duorum obolorum. Dato ex aqua aut vino.

ℭ *Ad Dysentericos Clidion.* Nardi, croci, vtriusq; drach. viij: aloes drach. iiij, ego drach. ij: thuris
drach. ij, acaciæ drach. iiij, myrrhæ drach. iiij: succi hypocistidis drach. iiij, alij ʒ vj: rosarum siccarũ
drach. iiij, lycij indici drach. iiij, tragacanthæ drach. iiij: opij drac. iiij, alij ʒ j obolos ij: piperis drac.
ij: alij etiam iridis drach. ij: excipe aqua: quidam etiam cinnamomi drach. ij & dimidiam, gallæ ʒ
ij: fac pastillos obolorum duorum ponderis. Exhibe cum vino myrteo. ℭ *Ad Dysentericos &
Cœliacos, Pastillus Beritij.* Nardi, croci, vtriusque drach. ij: myrrhæ, succi hypocistidis, aloes, opij, tra-
gacanthæ, lycij indici, gallæ, anisi, acaciæ, piperis, rhu pontici, singulorum drach. j: tragacantham
in vino macerato, & reliqua trita commisceto, pastillos q; drac. j formato, atq; ipsos ex vino dato.

ℭ *Clidion ad Dysentericos.* Acaciæ ʒ xxv, succi papaueris drach. † xxii, seminis hyoscyami ʒ * lvi, † Al. xxv.
baccarum myrti tusarum drach. † clx, rhois syriaci drach. lxx, & succi eius drach. ii & dimidiam, * Aliter l.
thuris drach. lxxv: omnia torrefacta terito, & vino nigro excipito. Datur summum drachma vna. † Aliter c.

ℭ *Ad Dysentericos & Cœliacos.* Vini falerni sextar. vj, mellis attici lib. vi, coquito simul ad mul-
tam spissitudinem: vtere pleno cochleario, ad delingendum dato. ℭ *Ad Dysentericos, & omnia In
terna vitia, Pastillus ab Eudemo seniore.* Croci, casiæ fistulæ, vtriusq; ʒ ii: nardi ʒ i: myrrhę, aluminis, suc
C ci papaueris, singulorum ʒ ii: cum aqua pastillos formato: & dysentericis ex vini cyathis duobus
dato, febrientibus ex aqua, hepaticis & peripneumonicis ex aqua mulsa. Ita etiam pleureticis &
tussientibus. ℭ *Aliud, ad Dysentericos.* Seminis fœniculi, anisi, apii, malicorii, singulorum ʒ iiii:
opii ʒ ii: cum aqua redige in pastillos duorum obolorum. Dato vnum ex aqua. ℭ *Ad Dysenteri-
cos & Cœliacos, ex libris Antipatri.* Piperis nigri ʒ iiii, gallæ ʒ iiii, myrrhę ʒ ii, croci drach. ii, nardi drac.
j, lycii drach. j: succi hypocistidis, acaciæ, ramentorum loti, gummi, singulorum drac. ii: opii, aloes,
anisi, singulorum drach. j: rhois obsoniorum drac. duas: excipe succo rubi & vtere. ℭ *Ad Dy-* * Aliter iiii.
sentericos, Cœliacos, & Hæmoptoicos, è Cornelio medico. Myrrhæ, thuris, aloes, croci, opii, rhois syriacę &
coriarię, lycii indici, acacię, malicorii, succi hypocistidis, gallę, balaustiorum, singulorum par pon-
dus: in pastillos cogito: & ad noctem febre carentibus ex vino, febricitantibus ex frigida, dato.

ℭ *Aliud ad Dysentericos, Valentis.* Myricę fructus, rhois syriacæ, opii, petroselini, singulorum
par pondus: torreto, ac terito: & cum aqua in pastillos reducito magnitudine fabę. Da in noctem
febricitantibus ex aqua calida, non febrientibus ex vino. ℭ *Ad Dysentericos ex scriptis Lucij.* Sty-
racis drachmas duas: opii, croci, acacię, gallę, fructus myricę, singulorum drach. j: cum aqua pastil
los facito: ac dato fabę ęgyptię magnitudinẽ cum vino. ℭ *Ad Dysentericos & Hæmoptoicos: statim
D à prima potione cohibet fluxum.* Cochlearum vstarum drach. duodecim, cornu cerui vsti drach. † xx † Aliter drac. v
obol. ii, ℈ baccarum myrti nigrarum drach. xv, opii torrefacti drach. v obo. ij, gallę tostę drach. v obol. vi.
obol. ii, œnanthes drach. vi, succi hypocistidis drach. v obol. ii, radicis mandragorę drach. xii: suc-
ci rhois, terrę asteris, vtriusque drach. xii: rhois culinarii drach. xxiiii, malicorii tosti drach. vii, thu-
ris drach. octo, corticis pinus torrefacti drach. vi, seminis apii drach. xiiii, hyoscyami tosti drac. de- *Al. quinq;.
cem, rhois coriarii sextar. † ii, acacię tostę drach. v obol. ii: vini nigri, quo rhus coquatur vt crassis- † Aliter i.
simus succus fiat. Coquito itaque cum vino, atque colato: & cum succo reliqua subacta in pastil-
los drachmales & triobolares ac diobolares cogito: & pro habitu exhibeto, febricitantibus cum
aquę calidę cyathis iii, non febrientibus cum vini cyathis ii. In aliis exemplaribus cornu cerui dra
chmę sex obol. ii habentur, & succi hypocistidis drachmę septem & oboli ii, & acacię tantundem.

ℭ *Ad Dysentericos Flauij Pyctæ, id est pugilis.* Baccarum myrti aridarum tusarum sextarium vnũ,
rosarum siccarum tusarum sextarium dimidium, fęcis malabathri drach. ii, baccarũ iuniperi drach.
xxx, pyrorum aridorum tusorum sextar. i, corticis pinus drach. xii, myrrhę drach. i, gallas v, siliqua
rum tusarum sextarium vnum. Dantur ad summum drach. viii. Dato aridum cum vino diluto.
Quę verò crassiora sunt, palmulis pinguibus excepta exhibeto. ℭ *Ad Cœliacos: sistit fluorem confe-
stim.* Fructus myricę drach. iiii, rhois cibarii drach. iiii, baccarum myrti nigrarum drach. iiii,

acaciæ drach.ii,succi papaueris drach.i: excipe malorum spissamento: & fac pastillos drachmæ põ E deris,ac vtere cum oui assati vitello. Vbi verò bibendum dare volueris, radicem rubi, aut myrtũ, aut mala cotonea coquito, atq; decoctum horum frigidum cyathorum iij mensura cum pharmaco dato. Facit & lientericis. ℂ *Potio ad Internos Fluores. Forinsecus etiam cum melle coctum impositum facit.* {Seminis apij, hyoscyami, vtriusq; ʒ iiij:} anisi drach.ij, succi hypocistidis sesquidrachmam, seminis rosarum sesquidrachmam, succi papaueris drach. vnam, myrrhæ drachmam vnam, crocomagmatis drach.i. Dantur cũ aqua obol.iij, & duo, & vnus item. ℂ *Potio ad omnem Fluxionem & Inflationem Lucij Tarsensis.* Anisi, seminis apij, vtriusq; drach.ij: seminis anethi, dauci, tordylij, singulorum drach.iiij: opij, seminis hyoscyami, vtriusq; sesquidrach. excipe aqua, atq; ita vtere. ℂ *Potio ad Fluxum Muliebrem sistendum, vt Apollonius.* Coralli obol.iij, balaustij obolos iij, gummi obolum vnum, excipe oui crudi candido: & dimidium totius cum aqua cyath. iiij præbe.

Infusa Dysentericis commoda.

γενομένας i. factas, est in impressis. in antiquis autẽ quibusdam νεμωμένας i. depascentes.

ℂ *Infusum ad Dysentericos, Isidori, ad Exulcerationes *factas in intestino recto.* Cineris chartæ drach.x, aluminis scissi ʒ iiij, auripigmẽti ʒ iiij, sandarachę ʒ iij: squamę ęris, omphacij, vtriusq; ʒ iii: croci, succi papaueris, vtriusq; ʒ ij: calcis viuæ ʒ v: trita misce & excipe vino dulci, ac forma pastillos drachmarum trium, & duarũ, ac vnius, ponderis. Vsus tempore vino austero diluuntur ad strigmentitiã crassitudinẽ, miscentur q; succi ptisanæ cyathi duo. Infundito hæc simul ægroto, ita vt tum de ptisanæ succo, tum de pharmaco, pro viribus ipsius sumas. ℂ *Infusum Faustianum.* Auripigmenti ʒ xij, chartæ vstæ ʒ xxx, sandarachæ ʒ vj: calcis viuæ ʒ x, alij xij: cogito in pastillos quatuor drachmarum: & cum plantaginis succo, in quo spissamenta incocta sunt, infundito, aut vino diluto cyathis iij. ℂ *Infusum, quo vtor, Athenæi, concordat Harpocræ, Magno Philadelpho, Aristolao.* Omphacij ʒ vi, aluminis scissi ʒ vi: calcis viuæ, squamæ æris, utriusque drachmas vj: auripigmenti drach. octo, sandarachæ ʒ iij, chartæ vstæ drach. xv, cum vino myrteo pastillos drachmarum iiij, aut iij, formato. Infunde cum vini diluti cyathis quatuor & aquæ tepidæ cyathis duobus: quandoq; etiam cum aqua pluuiali. ℂ *Infusum, quo vtor.* Chartæ vstę ʒ xxx, auripigmenti ʒ xij, gallæ ʒ ix, calcis viuæ ʒ xvj, bituminis drach.xvj, sulfuris viui drach.xvj, sandarachæ drach.xvi. ℂ *Infusum aliud, vt Idius.* Æris vsti drach. xxiiij: calcis viuæ, aluminis scissi, vtriusque tantundem: chartæ vstæ drach.xxx, auripigmenti drach. xij, sandarachæ ʒ xij: excipe vino myrteo, aut rosarum decocto, quæ cum vino austero ad dimidias coctæ sint & expressæ: forma pastillos, eos q; infunde cum aqua. ℂ *Infusum ab Eubulo.* Squamæ æris drach. *uiginti, chartæ vstæ drach. xvi, calcis viuæ drach.vi, auripigmenti ʒ viij, sandarachę ʒ xv, acaciæ drach. quinq;, omphacij ʒ iij, fæcis vini vstę G drach.i: excipe vino myrteo, & infunde cum vino diluto calido. ℂ *Infusum Heræ.* Chartæ vstę vnc. j, calcis viuæ vnciam dimidiam, cadmię vnc. j, auripigmenti vnc. j: ex hoc arido cochlearia duo cum decocto baccarum myrti, aut vino myrteo, cyathorum iiij, mensura infunde: calcem uerò cum succo plantaginis extingue. ℂ *Infusum aliud eiusdem.* Sandarachę, auripigmenti, vtriusque drach. *octo: acacię ʒ iiij, calcis viuæ ʒ iiij: excipe vino austero, & coge pastillos drachmarum trium. In debilibus verò minus cum vino diluto infunde. *Aliud.* Sandarachę drach. viii, calcis viuę recentis ʒ *x: chartæ vstę drach. octo, alij drach. xxx: malicorij, gallarum, acacię, singulorum ʒ v: męnarum aceto conditarum ad dies viginti vnum, ac vstarum, drach. iij: auripigmenti ʒ xvj: vruntur mænæ in olla cruda: & aliqui arido medicamento vtuntur, aliqui in pastillos cum myrti baccarum decocto cogunt. Si verò non moretur pharmacum retentum, ante eius vsum polygoni succum aut muriam infundito. ℂ *Infusum, quo vtor, Aphtha appellatum.* Rhois syriaci, gallarum vstarum, vtriusque ʒ xv: chartæ vstę tantundem, suberis vsti ʒ xv, panis alexandrini sicci vsti ʒ xv. auripigmenti ʒ viii, sandarachæ ʒ x, acaciæ drach.v, cerussę ʒ †xx, calcis viuæ ʒ x, spumæ argenti ʒ iij: excipe vino veteri, & forma pastillos, alios duarum, alios trium, alios quatuor, dragmarum pondere. In principio quidem per plantaginis, aut sanguinariæ, aut helxines succum infundito: qui si non adsint, per aquã. Si verò vigor sit, & morbus fortis cum dolore, cum fœnigręci aut seminis lini decoctione infunde. In declinatione aũt cum decocto myrti & rubi, vino coctorum. In pueris cyathorum duorum copia, in fœminis trium, in viris quatuor. H ℂ *Infusum, quo vtor, Gemelli.* Auripigmenti ʒ viij, sandarachæ ʒ iiij, calcis viuæ ʒ viij, squamæ æris drach.vi, aluminis scissi tantundẽ, omphacii ʒ viii, lycii indici tantundem, succi papaueris ʒ iiij, succi hypocistidis tantundem: croci drach. ii, ego autem drach.iiii: chartę vstæ drach. xx, aliqui drach.xv: excipe vino myrtite: fac globulos, quorum singuli sint drach.iiii, & trium. Infunde cũ vino diluto ℂ *Infusum Agathij.* Auripigmenti drach.ii, sandarachæ drach. v, calcis viuæ drach. iii, chartę vstæ drach.iiii. Ex hoc pharmacho drach.iii cum sale trito infundito in aquæ frigidæ cyathis.vi. ℂ *Infusum Nicostrati ad Dysentericos, quo Menander vsus est.* Calcis viuæ drach.i, gypsi drach. viii, acaciæ drach. ii, omphacii drachmam i, stibii drach.iii, thuris drach.i, gallę drach. iiii, tragacanthæ drach.ii: cum vino myrteo cogito in pastillos. Reponũtur in reliquiis ab expresso vuarũ succo restantibus stipati, ne trãspirent. *Infusum ad Ad Dysentericos Thamyræ.* Auripigmenti drachmas duas, aluminis scissi drach.ii, cadmiæ tantundem, calcis viuæ nouę drach.i, chartę vstę drachmas duas, suberis ex dolio vini falerni vsti drach.vii & dimidiam: cum sapa aut passo hispano apud

*Al. viii.

*Al. iiii.

*Al. x.

†Al. viii. aliter. v.

Al. Agathini.

A apud te recocto pastillos cogito. Cæterum pastillis rursus tritis cochlearia ij infundito. Reliquis pro viribus cum lenticulæ decocto: si lēticula non absit, rubū cū rosis aridis decoquito, & seorsim myrti baccas cum vino austero coquito, & vtriusq; cyathū vnū misceto: quandoq; verò vini austeri cyathos iiij, & rubi decocti cyathos ij. Facit item in potu acceptū pro viribus ad cochlearij plus minus'ue mensuram ex frigida aqua. ℂ *Infusum, vt Deletius Epagathus.* Auripigmenti drach. xij, succi hypocistidis drach. iij, sandarachæ drach. iij, chartæ vstæ drac. † xxx, calcis viuæ drac. † xxiiij, balaustij drach. xlviij. Balaustium in vino veteri austero coquitur, deinde cum decocto reliqua teruntur, formantur q; pastilli drachmarū quatuor: quidam vnciæ ponderis faciunt. Infunduntur autem ante cœnam in myrti baccarum & lenticulæ decocto. † *Aliter iiii.* † *Aliter xiiii*

Quæ ab Asclepiade ad Dysentericos scripta sunt: Quorum aliqua etiam Cœliacis conueniunt.

ℂ Vini myrtitæ sextar. iij, rhois rubri heminā i: mellis attici cocti lib. i: rhoem & vinum coquito rubi ramulis mouēdo: & vbi tertia pars restiterit, liquorem exprimito, ei q; mel adijcito: ac rursus coquito, donec spissetur. Datur mystrum ante cibum. *Aliud.* Rhois syriaci, farinę polentę, vuæ passæ non exacinatæ, singulorum drach. ij: malicorij tusi & cribrati drach. j: excipe melle cocto. Dato mystrum ante & post cibum. ℂ *Pastillus Cœliacis & Dysentericis.* Ouum crudum recens
B perforato, & in vasculum euacuato, & cum testa subscripta mensurato olei omphacini testam oui vnam, piperis albi tenuissime triti tantundem, rhois syriaci tenuissimè triti tantundem, & gallarum omphacitidum tantundem, farinæ tritici tantundem: omnia subacta & mollita in pastillos redigito, & in sartagine fricta ante cibū dato. ℂ *Aliud. Hoc scimus multos vsos à morbo liberatos esse.* Gallarum subtilissime tritarū cochlearium: piperis albi, rhois rubri, malicorij tenuissimè triti, singulorum æqualē partē: omnia mista oui luteo excipe, & in vacuam mali punici testam conijce, atque obturato cū farina osculo ipsius ad prunas torre: deinde depurgata mali punici testa cochlearium vnum comedendum exhibe. ℂ *Catapotia, Cœliacis, Dysentericis.* Gallarum omphacitidum non perforatarum ʒ iiij, opij hispani ʒ ij, petroselini ʒ i: excipe aqua, fac catapotia, & da magnitudine ciceris, virium tamen ratione circa mensuram habita. ℂ *Aliud Aspasij, pharmacum generosum.* Petroselini, fructus ericæ, rhois syriaci, opij, singulorum ʒ ij, cum myrti decocto in catapotia redigito, ac dato vt dictum est. ℂ *Pastillus sedās Dolorem, Cœliacis & Dysentericis & bibitur & infunditur. Quandoq; etiam ipso pro cataplasmate vtimur excipientes melle cocto.* Seminis hyoscyami ʒ iiij, seminis apij tantundem: anisi, florum rosarum, vtriusque ʒ ij: hypocystidis, {balaustij,} opij, vtriusq; ʒ i: cum aqua trita in pastillos reducito: & obolos tres exhibeto, febrem non habentibus cum uini diluti
C cyathis tribus, febricitātibus cum aqua. ℂ *Aliud. Cœliacis, Dysentericis, pharmacum accommodatum, et bibitur, & infunditur, & forinsecus impositum auxiliatur.* Seminis apij, seminis hyoscyami, anisi, fœniculi, singulorum ʒ iiij: opij, rhois syriaci, vtriusq; ʒ ij: succi hypocystidis, balaustij, singulorum drac. i: † excipe aqua, & coge pastillos: dato vt prædictum est. ℂ *Pastillus Aromaticus, Cœliacis, Dysentericis, Berytij appellatus, pharmacum accommodatum. Sistit confestim.* Croci drach. iiij: nardi indicæ, anisi, vtriusq; tantundem: myrrhę ʒ ij: aloes indicę, succi hypocistidis. lycij indici, succi acacię, succi papaueris, gallarum omphacitidum, tragacanthę, piperis albi, singulorum tantundem: excipe vino, & forma pastillos: dato obolos tres. ℂ *Pastillus Philippi, ad Dysentericos inueteratos, sedans Dolorem: bibitur & infunditur.* Balaustij, acacię, succi hypocystidis, rhois, opij, thuris, myrrhę, baccarum myrti nigrarum, croci, gallarum, lycij, aloes, rhu pontici, malicorij, singulorum ʒ iiij: excipe vino Italico, & coge pastillos pondere obolorum triū. Da non febrientibus cum vino, febrientibus cum aqua mulsa. ℂ *Pastillus sedans Dolorē, præclare inducens Somnū, ad inueteratos Dysentericos.* Chartæ vstæ ʒ x, sandarachę, auripigmēti, squamę æris, aluminis scissi, omphacij, calcis viuæ, singulorū drac. v: croci, opij, vtriusq; ʒ ij: singula diligenter trita in pastillos drachmales cum vino myrtite coagmentato, ac vtitor. Infunduntur ad summum ex eo drachmæ tres, mediū duæ, minimū vna. In conficiēdo
D aūt, omphacium cum opio tibi sit in vino myrtite maceratum. Crocus seorsum teratur, deinde simul mista probè terito, & additis aridis vnito, animaduersione habita ne pharmacum à calce viua exuratur: si tamen tale quid consequatur, de myrtite sufficienter affunde, vt omnia dissoluantur. Oportet autem calente adhuc pharmaco pastillos formare. Vsus iuxta apponderationis variationem fit, secundum quod ægri subtili aut hebete sensu præditi id tolerare possunt, & secundum magnitudinem affectionis. Infundito autem diligenter in non febricitantibus cum vini austeri diluti cyathis sex, in febrientibus cum aqua, aut decocto palmularum, aut rosarum, aut myrti. Ante infusionem detur panis non febrientibus cū vino diluto, febriētibus ex aqua. ℂ *Alius Dysentericis non febrientibus: facit confestim.* Chartę vstæ ʒ x: sandarachæ, auripigmenti, squamę ęris, aluminis scissi, omphacij, lycij indici, succi acaciæ, succi hypocystidis, calcis viuæ, singulorum ʒ v: croci, opij, vtriusq; ʒ ii: excipe vino myrteo, & forma pastillos magnitudine differentes. Infunduntur ad summū drachmæ quatuor. Infundere autem oportet quātitate pharmaci ad magnitudinē affectionis appōderata. Sit q; liquor passum creticū dilutū, & ex eo ad summū cyathi sex infundātur.

ℂ *Epithemata Cœliacis, Dysentericis.* Seminis hyoscyami albi, apii, vtriusq; trientē: anisi, floris rosarum, succi hypocystidis, balaustii, rhois syriaci, singulorum sextantem: succi papaueris vnc. i: hæc singula cū vino myrteo terito, deinde mista in pastillos cogito, eos q; in vmbra siccato. Inde verò

Quinta Classis. ccccc iiij quantum

A.l.5. fa.l.c.6. fo.556.a.

† *Additur in antiquis, & dimidium.*

quantum ſufficit tundens & cribrans palmis paſſis excipito, deinde linteolo infarta ventri imponito. *Aliud.* Succi acaciæ, malicorij, ſeminis hyoſcyami, opij, gallarum, omphacij, rhois ſyriaci culinarij, ſingulorum quadrantem: baccarum myrti nigrarum heminam j: tundito, cribrato, & vino auſtero ſubacta in paſtillos coagmentato, eos q́; in vmbra ſiccato. Vſus iam oſtenſus eſt. E

De Affectionibus & Vitijs Sedis. CAP. 6.

A.l.3.f.17.t.1. c.1. fo.352.h

Sedis vitia & affectus ob multas cauſas difficilem curam accipiunt, multo enim ſenſu particula hæc prædita eſt. Dictum aũt ſæpe eſt eiuſmodi particulas facilè per acriora & auſtera pharmaca irritari. At verò & ipſe retrimentorum alimẽti tranſitus per ſe mordax eſt, & hoc magis vbi eruperit ipſa bilis, & feroſi quidam aliquando humores: Quibus accedit & hoc, quod neq; ſtatum tempus habeant medici ad imponenda pharmaca, ſed plerunq; tempore minime conuenienti ægri ad excernẽdum cõcitantur. Quin & humiditas ac caliditas ipſius loci ſiccantibus ſimul q́; frigefacientibus opus habens, non parum cõfert ad hoc, vt ægre curabilis ani affectio exiſtat: ſiquidem mordent adſtringentia, verùm locus ſubtili ſenſu præditus acrimoniam ferre non poteſt. Ob id igitur aptiſſima ipſis pharmaca ſunt, quæ citra aſpretudinem adſtringunt: qualia maximè ſunt ex metallicis, quæ neq; acria, neq; acerba, penitus exiſtunt: hæc enim lota citra mordacitatem id quod oportet, operantur. Horum itaq; in ſumma dictorum memores deinceps materiæ ſyluam experimento cognitam ſubſcriptam habebitis.

Medicamenta Sedis ſeu Ani, ab Andromacho conſcripta. F

¶ *Medicamentum Sedis quo utor.* Ceruſſæ, ſpumæ argenti, vtriuſque ʒ v: thuris, aluminis ſciſſi, vtriuſq; drach.iii: croci obol.iii, vini & roſacei quod ſatis eſt. ¶ *Aliud ad Sedem, vt Apollonius, quo vtor.* Lycij indici ſextantem, œſypi vnc.i: ceræ tyrrhenicæ trientem, alij ſextãtem: roſacei quod ſatis eſt. *Aliud.* Butyri ſeſcunciam, ceræ ſeſcunciam, medullæ ceruinæ unc.i, œſypi vnciam i, thuris vnc.i, aluminis ſciſſi quadrantem, lycij ſextantem, vini & roſacei quod ſatis eſt. ¶ *Aliud, vt Nicoſtratus.* Ceræ tyrrhenicæ vnc.i, lycij indici ſextantem, balauſtij vnc.dimidiam, œſypi vnc.i, acaciꝫ vnc.dimidiam, roſacei trientem. ¶ *Aliud, vt Herophilus.* Roſarum ſiccarum aut viridium ʒ ij, ceruſſæ ʒ ij, pompholygis ʒ ij, croci drach.ij, ſpumæ argenti lotæ drach. ij, meliloti drach. ij, iunci odorati drach.i, ſucci papaueris drach.i, œſypi drach.i, oui aſſati vitellum i, roſacei quod ſufficit, ſucci plantaginis cyathos duos. ¶ *Aliud, faciens & ad Pruritus.* Spumæ argenti lib.dimidiã: † thuris, terræ ſamiæ, utriuſque vnc.i: œſypi ſextantem, roſacei ſex antem, melini libram dimidiam: arida in vmbra cum vino falerno terito, œſypum q́; infarcito, & affuſis duobus vnguentis terito ac cõmiſceto. ¶ *Aliud ad Sedem, quo vtor, ad Condylomata Inflãmationes ani, ac rimas.* Ammoniaci thymiamatis, lapidis hæmatitæ, thuris, aluminis rotundi, ſingulorum drach.ij: gallꝫ, croci, vtriuſq; ʒ j, terebinthinæ drach.i, ceræ tyrrhenicæ drach.xij, roſacei † heminas.iiij: excipe peſſo, cum ſyriaco, in reliquis cum roſaceo. G ¶ *Medicamentum Sedis ex Cerebellis.* Adipis anſerini curati, ceræ, thuris, medullæ cerui, florum roſarum, pompholygis, cadmiæ, plumbi loti, ſingulorum drach. iiij: ceruſſæ drach.viii, cerebri gruis drach.ii, ſucci papaueris ſeſquidrachmam, œſypi drach.v, ſucci ſeridis heminam vnam, roſacei heminam dimidiam. ¶ *Medicamentum Sedis à Ruſtico, quo vtor.* Roſarum viridium drach.viii, lactis muliebris heminam i, ſpumæ argenti drach.xl, ſucci papaueris drach. xl, oua cruda integra duo, butyri drach.xvi, œſypi drach.xvi, malicorij drach. xvi, mellis drach. c. In alio exemplari heminam dimidiam, ceræ drach. xl, roſacei aut myrtei heminam dimidiam. Verùm Heras pro œſypo adipem anſerinum pari pondere coniecit, & ſpumæ argenti drach.x, lactis † heminas iiii, & oui vitellum aſſatum. ¶ *Aliud à Tyranno.* Spumæ argenti ſextantem, ceruſſæ ſextantem & vnc.dimidiam, thuris vnc.i, myrrhæ vnc.i, cadmiæ ſeſcunciam, aluminis ſciſſi trientem, ceræ trientem, vinum & roſaceum. ¶ *Aliud Samithræ ad multa commodum.* Spumæ argenti drach.xij, ceruſſę drac.† ij, chalcitidis drach.ij, miſyos aſſati drach. i, terebinthinæ drach. vi, olei & aquæ † heminas iiij. ¶ *Pinguis compoſitio ad Achoras & Pſoras.* Spumæ argenti, ceruſſæ, vtriuſque drach.xxxij: atramenti ſutorij drach.xvi, ſulfuris viui drach.viii, olei myrtei & aceti quod ſufficit. ¶ *Alia Pinguis Galli.* Spumæ argenti drach.xxiiii, ceruſſæ drach. xxiiii, myrrhæ drach.viii, thuris drach.x, olei myrtei drach.xiiii, vini auſteri tantũdem. H ¶ *Alia Pinguis, qua vtor, Cleophanti.* Olei myrtei, lentiſcini, roſacei, ſingulorum drach.† xvi: ceruſſæ lib.i, ſpumæ argenti lotæ ſexuncem, vini veteris Italici ſextarium dimidium, ceræ trientem. ¶ *Alia ex nouem medicamentis conſtans, Enneapharmacos dicta.* Mellis partem i, ceræ albæ partem i: medullæ ceruinæ, myrrhæ, vtriuſq; partem i: butyri partem i: adipis anſerini, adipis vitulini, vtriuſq; partem i: terebinthinæ partem j: olei roſacei partem j, aliqui & ricinini partem j. ¶ *Alia Xanitæ multi vſus.* Ceræ drach. xvi, butyri drach.x, œſypi drach.x, adipis ãnſerini drach.viij, terebinthinæ drachm.viij, medullæ ceruinæ drach.iiij, roſacei parum. ¶ *Alia ex Ruta.* Spumę argenti minam vnam: rutæ minam dimidiã, alij minã vnã, aceti drach. iiij, olei quod ſatis eſt. ¶ *Alia ad Obturationes, & alia Sedis vitia.* Plumbi vſti & loti drac.† x, ceruſſæ drach.iiij, ceræ drach.xij, adipis porcini vel anſerini drach. iiij, olei quantũ ſufficit. ¶ *Ad Obturationes & vitia Sedis compoſitio Icodoti, qua Aſtainus curatus eſt.* Oeſypi drach.i, obol.iij, adipis anſerini per hyemen curati drach.vj, per ęſtatem drach.iiij, medullæ cerui aut cameli drachmas ij, ceræ tyrrhenicæ drach.viij, plumbi vſti & loti drach. iiij, ladani drach.ij,

† Additur in quibuſdã codicib⁹ ψιμυθίου, i. ceruſſæ libram dimidiam.

† Al. heminæ quartã partẽ.

† Al. heminæ quartã partem.

* Al. dra.iiii.

† Aliter xii.

† Al. heminæ quartã partem.

† Aliter vi.

* Al. Axanitæ.

* Aliter vitulini

† Aliter viii.

A drach.ij,adipis vitulini drach.iiij,terebinthinæ ʒ iiij,cerussæ drach.ij, spumæ argenti ʒ i: rosacei heminæ quartam partem,hoc est sesquicyathum, hoc est sextantem & vnciam dimidiam: arida cum liquidis committito.Quando verò temporis progressu fuerit induratū,dissoluitur rosaceo, & adipe anserino. Facit & ad contractos articulos. ℂ *Ad Condylomata,quo melius nullum reperitur.* Aluminis scissi drach.iij,ceræ drach.viij,croci drach.iiij,opobalsami drach.vnam,œsypi drac.viij, thuris drach.iiii,aloes drach.iiij: liquescibilia liquefacito,ac cum aridis tritis committito.

Ad Prolabentem Podicem Asclepiadæ Pharmaca ex Quinto Externorum.

A.l.5. fu.2.t.6. fol.b ℂ *Ad Prolabentes* " *Podices,Vt Archelaus.* Recremēti plumbi ʒ viii,rhois syriaci drachmas octo,floris rosarum drach.quatuor, myrrhæ mineæ drach.ii. Admoue siccum, vbi prælaueris vino austero,aut lentisci decocto. *Aliud.* Gallæ omphacinę,malicorii sicci,rhois coriarię,singulorum drac. ii: plumbi vsti drach.iiii,spumæ argenti drach.viii, {thuris drach.ii:} trita inspergito. *Aliud.* Balaustii drach.i,malicorii drach.ii,seminis hyoscyami drach.ii,cerussæ drach.viii, myrrhæ drach.ii: plumbi loti,{thuris,}singul.ʒ ii: tritis vtitor. *Aliud.* Corticis pinus,spumæ argenti, mannæ,singulorum drach.ii: pilularum cupressi aridarum drach.ii,plumbaginis drach.ii: trita insperge,vbi prælaueris vino acerbo. ℂ *Pharmacum nostrum ad Procidentem sedem.* Fructus ericæ, gallarum, aca-
B ciæ,cerussæ,succi hypocystidis,corticis pinus,thuris, myrrhę mineæ, singulorum drach.quatuor: arida trita insperge,vino austero pręlotis locis.

De Hæmorrhoidibus. CAP. 7.

QVę Asclepiades in quinto externorum de hęmorrhoidibus scripsit, in subscripto sermone continentur. Quandoquidem verò plurimę hęmorrhoides opus habent extractione ad facilem pharmacorum impositionem,necesse est etiam huiusmodi compositiones subscribere. ℂ *Extractorium Hæmorrhoidū Magni Tarsensis,Pharmacum accōmodatum.* Piperis,nitri, vtriusqꝫ drach.i: terito & admoueto ante reliquorum pharmacorum impositionem. *Aliud.* Spumę nitri,fellis tauri,staphidis syluestris, singulorum drach.i: trita adhibe, modico addito melle. *Aliud.* Succi absinthii drach.i,fellis tauri,staphidis syluestris,vtriusqꝫ ʒ i. ℂ *Aliud, Vt Diogenes.* Succi cyclamini, mellis, vtriusque parem mensuram: coquito in vase ęreo ad cerati liquidi spissitudinem.

A.l.3. f.17. t.1. c.4. fol. 353. d ℂ *Aliud ex scriptis Largi,quod vix pronuentes extrahit hæmorrhoidas.* Succi " centaureę drach.ii, aluminis liquidi drach.ii,mysios drach.i, staphidis syluestris drach.i: excipe melle, & anum obline, aut lanam ex eo madefactam in sedem inde. Postquàm verò hoc pharmacum promptitudinem induxerit ad egerendum,& tumor hæmorrhoidum prociderit, pharmaca ad hæmorrhoidas cōscripta
C adhibeto.Quando verò aliquod huiusmodi pharmacum illitum sedem ac anum ipsum extrahit, necessariò tales confectiones adhibemus,qualis est & Nicodemi Romę medicantis quę Euaphiō à lenitudine appellatur. Cerussæ vnc.i,spumæ argenti quincuncēm,cadmię bessem,aut pompholygis vnc.i,olei myrtei bessēm,vini boni bessēm,butyri vnc. *Al. vnc. viii ℂ *Ad Sedem inflammatā ac prolapsam.* *Al. vnc. x.
Gallam flauam coctam ac tritam imponito,cum vino si fortiore vti velis: aut cum aqua,si mitiore. Succus item echini facit ad inflammationes & prolapsam sedem. *Aliud.* Corticis pinus drach. viii: pilularum cupressi aridarum drach.ii: prælotis vino austero inspergito. Cæterùm ad ardentes sedis dolores,oui assati vitellum vino albo terito,& cerato rosaceo exceptum illinito. Verum ad pruritus cimoliam tritam cerato myrteo excipito. Ad rimas verò tum sedis,tum pudendi, rasuram linteolorum vrito, eiusqꝫ cinerem cum pari amylo tritum succo foliorum oleæ admisto illinito. ℂ *Pastillus ad Eminentias.* Aloes,croci,vtriusqꝫ drach.ii,& dimidiam: aluminis scissi vnciam vnam: terito vino aminæo,ac vtitor.

Ad Pudendorum Affectiones. CAP. 8.

EXulcerati pudendi cognitio ex manifesto circa ipsum dolore contingit vnà cum hoc,quòd et circa mictiones excernitur quid ex corpusculis vlceri ipsi insidentibus. Discernuntur autem
D hæc ab eis quæ ex vesica feruntur,quòd statim circa primum exitum illa appareant, verum ex vesica delata ipsis vrinis admista sunt. Cæterùm vlcera pudendorum & circa sedem citra inflammationem consistentia resiccantibus valde indigent pharmacis,qualia sunt, quod ex charta vsta constat, & anethum vstum siccum, & cucurbita vsta. Verùm siccis & recentibus vlceribus etiam aloe bonum est pharmacum,si eius aridæ puluillus inspergatur. Omnium autem maximè dolorem sedat,neque vllo minus efficax est pompholyx. Si verò humectiora sint vlcera,pinus cortex per se & lapis hæmatites: verùm si profunda etiam sint vlcera,manna prædictis addatur. Porrò quę circa vterum aut vesicam sunt vlcerationes,iisdē pharmacis indigent: sed instrumentis insuper opus habent,quæ ipsa intromittant,quæ metrenchytæ,& catheteres,Græcis appellantur. Aptiora itaqꝫ sunt arida,qualis est crocus, & pompholyx, & aloe, quæ facile plantaginis aut alteri tali succo miscentur. ℂ *Ad Scroti & Pudendi dolores.* Butyro & resina pari mensura vtere. Aut semen lini cū aqua coquito,& admista myrrhæ fermè decima parte,resinæ tantundem et imponito. ℂ *Ad Pudendum intumescens.* Foliorum vitis tenerorum drach.i,cerussæ drach.v,trita cataplasmatis vice impone. Vtere etiam marinæ aquæ frigidæ perfusione, & quiete, & colis religatione. *Aliud.* Lenticulam in aqua coquito, & cum mali punici cortice tritam imponito. Si verò à sudoribus vlcera in scroto fiant,gallam tritam cum alumine inspergito. Ad tubercula verò in pudendis nascentia,

tia, pyri semen inspergito, & fel hircinum oblinito. Cęterùm fissuras ac rimas pudẽdorum iuuat E
resina fricta cum rosaceo trita ad strigmentitiam crassitudinem, admisto ẽt oui assati vitello. Aut rosacei, & amyli, ac thuris, singulorum vnc. vna. Aut foliorum hederæ aridorum vstorum cinis cum oleo in mortario plumbeo tritus. Ad inflammationes autem pudendorum, vuã passam exacinatam, & cuminum trita imponito. Aut farinam hordeaceam aqua mulsa coquito, & vitis folia tenera cum polenta terito, omnia q; simul imponito. Aut cuminum tritum cum butyri & resinæ æqualibus partibus eliquatis committito. Testiculos porrò vlcere aphthæ non absimili apprehẽsos ex terra cimolia cum aqua oblinito, & exiccari sinito: inde q; aqua calida ablutos myrto arida trita & modico smyrnio item trito conspergito. Excrescentem verò testium carnem cinis sarmẽtitius cum nitro & aqua subactus sanat, cataplasmatis vice impositus.

De Priapismo. *CAP.* 9.

A.l.3.f.26.t.1. c.37.fol.377.c

PRiapismus" est auctio pudendi stabilis in longitudinem ac orbem tumefacti, citra rei venereę appetẽtiam. Est aũt flatus ventosus, videlicet qui membrum ipsum tumefacit, ex humoribus viscosis ac crassis generatus per moderatam caliditatem. Palàm est igitur non oportere membra ipsa calfacere, sed refrigerare leniter per ceratum rosaceum in aqua conquassatum: item per chamęmelinum ceratum tum pudendo, tum lumbis impositum. Victus et pharmaca exhibeant̃ attenua F toriç facultatis citra manifestam calfactionem. Adhibẽda sunt etiam † naturali efficacia prædita per experientiam inuenta: nymphæa q; in potu danda, ac viticis semẽ: ruta ẽt viridis obsonijs admisceatur, verùm hoc à principio ne fiat, multùm enim calfacit, sed posterius post aliorum extenuantium vsum. Quòd si euacuatione vti libeat, per vomitum id fiat: quæ enim per inferiorem ventrem fiunt euacuationes, sæpenumero vicinas partes fluxione infestant. ℭ *Ad Eos, qui se in somno permingunt.* Vesicam caprinam aut ouillam vstam ex posca bibendam præbeto, & ad vesperam siticulosos somnũ petere iubeto. Facit & leporis testiculus in vino odorato ferueactus, atq; ita potatus. *Aliud.* Calaminthã & myrrham in vino ante cœnam bibẽda dato. Oblinat autem & pudendum cimolia terra cum perdicij succo.

† φυσικῶς ἐνεργοῦντα.

Ad Vteri Affectus. *CAP.* 10.

A.l.3.f.21.t.4. c.16.fo.396.a.b

IN vteri "suffocatione contingit sensus ac motus priuatio, & pulsus obscurus ac paruus & penitus interceptus. In aliquibus verò tum sensus, tum motus adest, item q; ratio, verùm vix respirant. Aliquibus ẽt vox intercipitur. Alijs contrahuntur artus. Fiunt igitur & sensus & motus & spirationis interceptiones ob frigiditatem, cum ipsę sola perspiratione totius corporis per arterias contingente contentæ sint, & respirationem per os non expetant: atq; hoc, vt dictum est, ob frigi- G ditatem, qñ sanè in priori tpe probè purgatæ, & concipientes, ac viris coeuntes, his ipsis priuatæ fuerint, vt palàm sit humidum & frigidum in ipsis semen totum corpus perfrigerare. Ad vuluæ igitur strangulatus conuenit agarici ʒ i in potu accepta ex vino. Plantaginis semẽ & succus cum vino. Onyx detractus ex conchylio potatus. Acetum scylliticum absorptum. Cęterùm olfactu excitant strangulatas bitumẽ, castorium, chalbanum, pix liquida, cedria, pili vsti, ruta, allium, cæpa. Eandem in rem cornu cerui suffitur. Et ruta cum melle lana excepta in anum inditur.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER DECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Recensentur Medicamenta, quæ Renum, Vesicæ, Coxæ ac Articulorum, Affectibus succurrunt. H

De Nephriticis. *CAP.* 1.

* δυνάμεις.

Vòd nephriticas antidotos et cõpositiones appellẽt, q̃ renibus affectis cõmodãt, ex ipsa appellatione manifestũ est: Nephriticę.n. nihil aliud q̃ renales sonãt. Est aũt differẽtia ipsarũ generalissima duplex. Quædã.n. calculosos renes iuuãt: q̃dã verò inflãmatos et vlceratos, q̃ ẽt ad vesicã similiter affectã cõueniunt. Maximè verò cõtrariæ inter se sunt prædictorũ pharmacorũ facultates. Quæ.n. ad inflãmatas et vlceratas affectiones componunt̃, mitigatorijs medicamentis opus habẽt: cũ verò impossibile sit hæc citò ad regiones renũ puenire, ob id ipsis pharmaca vrinã ciẽtia miscemus. Quæ verò calculosis auxilian̄t, vnica facultate indigent, q̃ secare & extergere cũ manifesta caliditate põt: sunt aũt talia ferè oĩa amara. Quemadmodũ igit̃ in alijs, sic ẽt in his materiã experimento cognitã deinceps subscribã, initiũ ab ijs quæ ad vlceratas & inflammatas affectiones conueniunt facturus, à quibus ẽt Andromachi sectatores & Asclepiadis orsi, inde ad compositiones calculos frangentes transierunt.

Confectiones

A *Confectiones Renales ab Andromacho ad Renum & Veſicæ affectiones conſcriptæ.*

℄ *Potio.* Seminis lini, ſeminis papaueris albi, ſeminis cucumeris, tragacanthæ, ſingulorũ drachmas duas: amyli drach. quatuor: cum aqua in paſtillos redigito, & ad veſicam vlceratam ac vrinæ emittendæ difficultatem exhibeto. *Alia.* Nuces pineas xxx, amygdalas xx, palmas xv, tragacanthæ drachmas quatuor, ſucci radicis dulcis drach. ij, croci obolum vnum, myrrhæ obol. i: vino pro tropo diluito, ac vtitor vt accommodato. ℄ *Alia, ad Veſicæ affectus et Vlcerationes, Paſtillus, quo Vtor.* Seminis cucumeris drach. xij, ſeminis hyoſcyami drach. vi: ſeminis cicutæ, opij, fœniculi, croci, ſingulorum drach. iij: caſiæ drac. quatuor, amygdalas x, nuces ponticas x, ſeminis apij drach. ſex, ſeminis maluæ ſylueſtris drach. tres: excipe paſſo cretico, & præbe obolos tres non febrientibus ex paſſo. Quidam cicutæ drach. ſex habent. ℄ *Alia, ad Eadem & Veſicæ dolores.* Croci, ſeminis beſaſæ hoc eſt rutæ ſylueſtris, ſeminis maluæ ſylueſtris, ſingulorum drach. ſex: ſeminis hyoſcyami drach. xij, opij drachmas ſex, ſeminis apij drach. xij, nuces auellanas viij, amygdalas xx, ſeminis cucumeris drach. xij, mellis attici quod ſatis eſt. Datur magnitudo nucis ponticæ cum vini mulſi cyath. tribus. ℄ *Alia, ad Profluuia ſanguinis ex Veſica.* Aluminis drachmam vnam, tragacanthę drachmas duas, gummi obolum vnum. Dato ex paſſo quandoque obolum vnum, quandoq; ij. ℄ *Alia, ad* * Aliter xii.

B *Veſicæ affectiones, Vrinam ciens, à Macedone profecta. Facit & ad Hepaticos, Hydropicos, Ictericos, Nephriticos, ac Omnia Veſicæ ſymptomata: frangit etiam Lapides.* Acori drach. l, phu drach. xxv, nardi celticę ʒ xxiiij, ſeminis dauci drach. xxij, cinnamomi drach. xxxii, mei drach. xvi, aſari drach. xxiiij, petroſelini ʒ xvi, opobalſami drach. xvi, & carpobalſami tantundem, croci drach. xxiiij, myrrhę drach. xx, radicis dulcis drach. xvj, nardi Indicę drach. xvi, caſię drach. xij, amomi drach. xvj, vuę paſſę drac. viij, tragacanthę drach. ix: arida melle excipito, & tragacantham vino amineo macerato. Dato nucis ponticę magnitudinem cum vini cyathis quatuor, febricitãtibus cum aqua mulſa. ℄ *Alia ad Veſicæ Vlcera & inflammationes.* Nuces ʺ pineas xx, ſeminis cucumeris ſylueſtris grana xl, amyli obol. tres, nardi drachmam vnam, ſeminis apij cyath. ij: nardus & apium in aquę ſextario vno coquuntur, deinde ex decocto duo cyathi pręſcriptis admiſcentur. ℄ *Alia ad Calculoſos, qua Baſſa Vxor Marij curata eſt. Frangit ita Vt neque rurſus gignantur.* Caſię drach. duas, ſeminis apii drach. iij, myrrhę minęę drach. quatuor, piperis albi drach. ij, thuris drach. tres, lapidis ſyriaci maſculi ʒ j, aut fœminę drachmam vnam: ſeminis paſtinacę, aniſi, vtriuſque drach. ij: ſtyracis drach. iij, ʹiridis illyricę drac. iij, ʹſeminis papaueris albi drac. duas, ſpicę nardi tantundem: amygdalarum amararum mundatarum, aſari vtriuſq; drach. tres: ſeminis ſmyrnij, cyperi, vtriuſq; drach. ii: mellis attici quod ſatis eſt.

A.l.3.f.18.t.2. c.12.fol.360.a

* Aliter ſatiui.

* Aliter i.

C Dato quotidie. ℄ *Alia ad Calculoſos, frangens & paulatim expellens, donec mundam Veſicam reddat, deinde æger pellucida lotia reddat: & quod maximum eſt, curat Vt non amplius renaſcantur.* Seminis ʺ dauci, aniſi, ſeminis cucumeris, petroſelini, myrrhę, ſingulorum drachmas ſex: caſię daphnitidis, cinnamomi, nardi celticæ, ſingulorum drachmas quatuor: terito, & cum aqua ad parui lupini quantitatẽ coagmentato: & ieiunis quotidie per dies triginta ex aquæ cyathis tribus præbeto. Hoc verò pharmacum quemadmodum accepimus, cum quadam religione præparatur: ligneo enim mortario ac piſtillo tunditur: oportet q; eum qui tundit neq; anulum habere ferreum, neq; calciamenta clauis ferreis transfixa. Hoc à ruſtico vt myſterium accepimus. ℄ *Alia ad Nephriticos & omnem Fluxionem, Vt Apollonius.* Corticis mandragoræ toſti ſeſquidrachmam: hyoſcyami ſeminis toſti, ſeminis papaueris nigri toſti, vtriuſq; ſeſquidrachmam: aniſi toſti ſeſquidrachmam: tragacãthi, carnis palmarum, vtriuſq; drachmas três: dato cum melle.

A.l.5.fu.1.t.6. fol.556.d

* Aliter vi.

Nephriticæ Compoſitiones ab Aſclepiade conſcriptæ.

℄ *Antonij Muſæ.* Fructuum pini, qui pityides vocantur, † tuſorum et cribratorum, ʒ xx: ſeminis papaueris ãlbi, tragacanthæ, vtriuſque drach. ij: nardi celticæ, croci, aniſi decorticati, radicis dauci cretici, ſingulorum drach. i: coſti obol. iii: præpara cum protropo, & repone in pyxide. Da nu-

† Al. exacinatorum.

* Aliter nigri.

D cis ponticæ magnitudinem cum protropi cyatho vno, & aquæ calidæ cyathis duobus. *Alia.* Seminis cucumeris ſatiui toſti drach. iij, ſeminis maluæ drach. v, nucum pinearum drach. vi, ſeminis apij drach. vij, ſeminis lini drach. vnam, amygdalarum amararum mundatarum ʒ ix: excipe paſſo, & exhibe vt prędictum eſt. ℄ *Alia ad Nephriticos Oneſidemi.* Amygdalarum amararum ʒ xvi: ſeminis dauci cretici, ſeminis maluæ, vtriuſq; drach. vi: radicis iridis ſylueſtris drach. viii: cornu ceruini vſti, tragacanthæ, nardi celticæ, ſeminis cucumeris ſatiui, ſingulorum ʒ vi: paſſi quantum ſufficit, præpara vt dictum eſt. ℄ *Aliud Pharmacum accommodatum.* Hoc ſcimus multos nephriticos vſos eſſe, & à tota affectione penitus liberatos. Oportet per multos dies in pharmaci huius vſu perſeuerare. Datur & calculoſis, & colicis medetur, ac veſicę affectibus. Componitur hoc modo: Nucum ponticarum purgatarum, amygdalarum amararum mundatarum, ſeminis cucumeris repurgati, ſingulorum drach. iii: ſeminis cicutæ, croci, ſeminis maluæ, opii, ſingulorum drach. ſex: ſeminis hyoſcyami albi, ſeminis apii, vtriuſque drach. xii: cogito in paſtillos cum melle, ac dato obol iii, cum aquæ mulſæ cyathis iii: in alio exemplari, & beſaſa, hoc eſt ſeminis rutæ ſylueſtris ʒ vi. ℄ *Ad Calloſas in Renibus concretiones, Oneſidemi.* Symphytum, & ſion, & artemonium, cum vino coquito: & expreſſi liquoris cyathos duos, cum pari aqua dato. *Aliud.* Maluæ ſylueſtris radicẽ, & rutę ſylueſtris radicem, et apii montani radicẽ, {cum vino} coquito: & eo qui dictus eſt modo

do exhibeto. ℭ *Aliud ad Calculosos inspersile.* Seminis balsami partem i, lapidis qui in spongijs re- E
peritur tantundem: pulegij aridi, seminis maluæ syluestris, ocymi aridi, singulorum tantundẽ: tu-
sa & cribrata reponito, & dato cochlearium cum vini diluti cyathis duobus. *Aliud.* Struthij radi
cis partem i, iridis syluestris siccæ tantundem, oxalidis siccæ tantundẽ, fremij luteum florem haben
tis sicci tantundẽ. Tusis & cribratis, vt dictum est, vtere. ℭ *Catapotia Heraclidæ Tarentini, dissoluunt Vesicæ Tophos, commodant & ad Vesicæ Stillicidium.* Piperis, galbani, vtriusq; ʒ i: succi lybici ʒ ij, myrrhę
ʒ iiij, protropi quod satis est: forma catapotia ciceris magnitudine, & tria deuoranda dato, & *passi
cyath. ij insuper bibendos. *Aliud.* Ammoniaci thymiamatis, piperis, spumæ nitri, singulorum ʒ
i: carpobalsami ʒ ij, myrrhæ ʒ iiij: excipe protropo, & forma catapotia ciceris magnitudine: ac tria
deuoranda dato, ita vt vini dulcis quadrantem insuper propines. Hoc ad dies † xlviij, ægro prælo
to facies. ℭ *Pastillus ciens Vrinam, detrahit Lapillos & Tophosas concretiones.* Asari, petroselini, phu,
mei, singulorum ʒ iiij: acori, seminis anisi, seminis dauci, apij montani, carpobalsami, tragacanthæ,
singulorum ʒ ij: tragacãtham passo dissolutam aridis adijcito, & pastillos formato: inde q; obolos
tres cum passi diluti cyathis duobus exhibeto. ℭ *Alius pastillus Chariclis, educit Arenosas subsidentias, facit ad Affectiones Vlceratas.* Seminis apij, petroselini, anisi, singulorum ʒ xvi: floris iunci odorati,
croci, tragacanthæ, singulorum ʒ vi: seminis dauci cretici, piperis albi, vtriusq; ʒ iiij: præpara vt di- F
ctum est: & da drachmam vnam, cum protropi diluti cyathis tribus. ℭ *Antidotus ex Lapidibus, vt Mithridates, facit Nephriticis & ad Vesicæ affectus: atterit Calculos, & Tophos dissoluit.* Seminis smyrnij,
cyperi, spicæ nardi, seminis papaueris albi, cinnamomi, casiæ fistulę, piperis albi, seminis pastinacę,
singulorum vnc. i: thuris non secti, seminis apii, croci, styracis, iridis, amygdalarũ amararum, acori,
singulorum sesquunciam: lapidis syriaci fœminæ, aut masculi, vtriusq; semunciam: myrrhæ min-
nęæ sextantem: excipe melle. Datur nucis ponticæ magnitudine. ℭ *Alia antidotus "Biennitæ, pharmacum accommodatum, sedans Dolorem. Vtile & Nephriticis hoc est renalibus affectionibus, & ad Vesicæ Vlcerationes. Frangit Lapides, & lutum per urinam expellit.* Iridis drach. iiij: mei, seselis, chamædryos, hyperi-
ci, cneori, canchryos, singulorum tantundem: amomi drach. viij, cinnamomi drach. xii: rosmarini
montani, nardi Indicæ, croci cilicij, petroselini, polii, seminis rutæ syluestris, dictamni cretici, singu
lorum tantundem: glycyrrhizę, lapidis syriaci masculi, vtriusq; drach. xvi: thlaspeos drach. xxiiij:
seminis viticis, myrrhæ, spondylij, singulorum tantundem: cardamomi drach. xlviij: excipe melle
cocto, & præbe nucis ponticæ magnitudinem cum vini mulsi diluti cyathis quatuor.

Quæ Archigenes ad Renum affectiones scripsit in Secundo Pharmacorum secundum genus.

ℭ Ex renibus laborantes nephriticos appellatos conuenienti diæta adseruo. Et ceratum qui- G
dem rosaceum cum styrace ad malagmatis formam redactũ impono. Cæterùm Antiochus apud
Phricen Linophobum, valde iuxta naturalem contrarietatem auxilio fuisse ait ad mali euersionẽ
prototomi caulis decocti cyathos duos ieiuno ad dies nouem exhibitos. Inspergito autem salem
modicum & magis proficies. ℭ *Alia Potio.* Foliorum rosarum, amygdalarum decorticatarum,
thuris, æquales partes: capitum papaueris duplum: excipe protropo, & in vas fictile repone in lo
co non humecto: & obolos duos, cum protropo exhibe. Quidam pro amygdalis amylum conii-
ciunt, & pro protropo aqua excipiunt, verùm cum protropo bibendum exhibent.

De Ischiade coxendicum morbo, Podagra, & morbo Articulari siue arthritide. CAP. 2.

EX genere "arthritidis est tum ischias, tum podagra: quod enim in omnibus articulis arthritis
est, hoc in vno iuxta coxendicem quidam ischiada, hoc est coxendicum morbum, appellant:
iuxta pedem autem podagrã. Incipit igitur plerunq; podagræ generatio ex vno articulo, & pro-
greditur in omnes temporis diuturnitate accedente. Communem habent hi tres affectus humo-
ris redundantiam, quę affectam occupat coarticulationem: qua expleta in omnem partem circum
sitæ neruosæ particulæ tenduntur, & ex his dolor oritur. Aliquando quidem igitur irruens hu-
mor sanguineus est, vt plurimùm verò pituitosus, aut ex pituitoso & bilioso mistus, aut etiam san- H
guine cum ipsis permisto. Quòd si quis exactius interpretari rem velit, non pituitosum humorẽ,
sed qui propriè crudus appellatur, vt plurimùm circa arthritidas prædominari dixerit. Est autem
hic crassus ad similitudinem puris crassioris: vbi verò in ipsis articulis diutius moram traxerit, nõ
solùm crassior, sed & viscosior, redditur. Qui igitur tophi seu calli appellantur, horum generatio
ex his est: & postquam fuerint producti, ne speraueris ad pristinam constitutionem exactè redi-
re articulum posse. Cæterùm differentiæ affligentium humorum facilè deprehendi possunt tum
coloribus, tum symptomatis coincidentibus: item' que per experientiam pharmacorum, quæ ad-
hibentur. Cognitio igitur ipsorum ex colore omnibus exposita est: ex symptomatis verò coin-
cidentibus, tametsi non omnibus, neque ex procinctu, manifesta sit, tamen non adeo difficilis co-
gnitu eixstit. Biliosus enim sanguis multæ caliditatis sensum ægroto exhibet, & calfacientibus im
positis exacerbatur, quemadmodum rursus à frigidis relaxatur. Verùm ad "humoris noxij co-
gnitionem conferet tibi etiam prægressa diæta siue per exercitia, siue per otium transmissa, & per
balnea, post aut ante acceptum cibum. Quemadmodum conferet etiam horum gymnasiorum &
eduliorum tum quantitas, tum qualitas: item anni hora, & regionis ac aeris cõstitutio: insuper q;
& ætas, & habitus corporis: quorum omnium facultates sępe in plerisque locis enarraui. Porrò
principium

* Al. vini dulcis.

† *Aliter xl.*

A.l. 5. fu. 1. t. 2. fol. 530. g

A.l. 3. f. 22. t. 2. c. 5. fol. 401. c. d

A.l. 1. f. 2. d. 3. fu. 1. c. 7. fol. 45. h

A principium curationis sit tibi euacuatio humoris affligere reperti: si quidem humoribus ex ęquo redundarit corpus, venę sectione primum omnium assumpta, deinde purgatione: quibus accedat pharmacorum dicendorum conueniens & tpe, & ordine, vsus, ita vt in manibus & pedibus pharmacis fluxionem repellentibus vtamur, circa coxendicum verò iũcturam id facere vitemus: cum enim in profundo ea sita sit, sanguis ex vicinis & ambientibus vasis ac musculis ad illam compellitur. Mitigatorijs igitur in principio medicamentis opus est in dolore circa coxendicem hærente, quæ neq; refrigerent multũ, neq; fortiter calfaciant, qualibus sanè postea opus habet: exacerbãtur enim per ipsas fluxiones caliditate nimirum plus attrahente ipsas, q̃ impediente. Qñquidem verò pręsentis operis institutum est neque de cataplasmatis, neque de irrigationibus, quicquam dicere, sed de methodo compositorum pharmacorum, ad hanc solam progrediar initio ab ischiade sumpto. Rarò equidem fit ischias ex sanguinis multitudine: & citissime curatur, venis circa poplitem aut talos sectis. Quemadmodum autem sæpe sola sanguinis euacuatio sufficiens auxilium existit, sic contra in omni ischiade, et pręsertim eo qui ex humorum copia exortus est, si quis ante euacuationem totius corporis acribus pharmacis circa partem affectam vtatur, ægre curabilem reddet affectionem, copia nimirum indissolubiliter ibidem condensata: præter alia enim & crassa &
B viscosa fit ob calorem & siccitatem acrium pharmacorum, non dissimile quippiam assationi perpetiens. Tanq; igitur maximam vim ad affectionis curationem habeat totius corporis euacuatio, ab ipsa incipiendũ est nõ solum à cruribus, sed & à cubito primũ, sanguinis detractione facta. Auxiliantur ēt vomitus ipsis ischiadicis magis vtiq;, q̃ euacuationes infernæ per ventrẽ, vt qui reuellant repetentẽ deorsum humorẽ. Faciendi itaq; sunt vomitus in principio ab accepto cibo: postea verò ēt per vomitoria medicamenta, initio à mediocribus facto. In quibus autem vehemẽs humorum densatio, quæ ægre dissolui potest, à medicis intempestiuè acribus pharmacis vtentibus facta est, his cucurbita affixa maximè auxiliatur, & purgatio per efficaciora infusa, quale est & quod ex colocynthide constat. Si igitur ea quæ nunc dicta sunt præ oculis habueritis, medicamentis sanè à prioribus medicis traditis iuxta methodum vtemini. Verum in ipsis recẽsendis auspicabor ab ijs quæ ab Andromacho scripta sunt in illa parte libri de externis pharmacis conscripti, in qua pręscriptis malagmatis propriè appellatis, inde etiam alia omnia prodit, iuxta quencunq; tandem modum inueteratas affectiones iuuantia, in quibus est etiam ischiadicorum appellatorum cura.

A.l.1.f.4.c.11. fol.76.g

Compositiones ab Andromacho conscriptæ ad Ischiadicos.

¶ Seminis rutę syluestris ʒ iiij, silphij ʒ iiij, spumæ nitri ʒ iiij, baccarũ lauri ʒ iiij: abrotoni, colocyn
C thidis medullæ, cardamomi, ammeos, singulorum ʒ iiij: rutæ viridis minæ octauam partem. Quidam horum singulorum ʒ xx accipiunt: & picis, terebinthinæ, myrtei, ceræ, singulorum tantundem: adipis taurini tantundem, chalbani ʒ vi, ammoniaci thymiamatis ʒ vi, opopanacis ʒ iiij, sulfuris viui ʒ iiij. Quòd hoc pharmacum fortiter calfactorium sit, si memoria tenuerimus ea quæ in libris de Simpliciũ pharmacorum facultate scripta sunt, nihil opus recentiore assertione. Est enim vehementissimum & calidissimum medicamentum syluestris rutæ semen, & cum eo silphium, & baccæ lauri, deinde spuma nitri. Post hæc abrotonũ, inde q; colocynthis, & cardamomũ, & ammi. Ruta ēt viridis minus quidem his, non tñ contemnẽdam habet caliditatem, quemadmodum neq; sulfur viuum. Ex profundo itaq; attrahere omnia hæc possunt humores articulũ & iuncturam coxendicis vexãtes. Quò verò emplastrum ex ipsis fieret, picem & terebinthinã † ac myrteũ, & cerã, ac adipem admiscuit is, qui pharmacum composuit. Verum ammoniacum thymiama, & chalbanum, vltra hoc quòd conferunt ad emplastri compositionem, etiam emolliendi ac mitigandi vim quandã habent. Opopanax verò eiusdẽ cũ ipsis est generis, sed fortiori facultate præditus. Alterã porrò cõpositionẽ ad eandẽ affectionem Andromachus sic scripsit. ¶ *Aliud Malagma ad Ischiadicos, & Alia multa.* Ceræ ʒ lxxii, terebinthinæ ʒ xlviij, ammoniaci thymiamatis ʒ xxxiij, propolis ʒ
D xliij, chalbani ʒ xxxvi, bdellij ʒ xxv, croci ʒ v, opopanacis ʒ xij, spumæ nitri ʒ xxx: vnguento irino admoto tundito. ¶ *Aliud Protæ Pelusiotæ, ad Coxendicum, & Capitis dolorem, & ad omnes diuturnos Dolores.* Ceræ ʒ xxiiij, ammoniaci thymiamatis ʒ vij, terebinthinæ ʒ vij, succi thapsiæ ʒ viij, olei cyathũ vnum. Quin & aliã compositionẽ inter malagmata Andromachus retulit hoc modo. ¶ *Ad Ischiadicos ab Hera Cappadoce.* Picis liquidæ heminas iij, aut ij & dimidiam, ceræ lib.i, resinæ pini lib.i, nitri sesquilibram, sulfuris viui lib.i, staphidis syluestris sextarium i, pyrethri lib. dimidiam, fæcis vini vstæ lib.ij, cardamomi sextarium j, chalbani lib. dimidiam: arida cũ liquidis committito. Hoc pharmacum etiam ipse Heras in proprio libro prope finem scripsit, sed non appositum est ad picem, aut duas & dimidiam, sed simpliciter scriptum est, heminas tres. Præscripsit autem hæc verba: Ceratum ad ischiadicos, quod eruit etiam valde inueteratas affectiones: hoc vsus sum in Frontino. Scripsit autem & alias duas ischiadicas compositiones Heras, quarum altera hoc modo habet. ¶ *Ad Ischiadicos valde mitigatoria.* Picis partes ij, sulfuris viui partem vnam: vtraq; trita mista dolenti loco imponito. Verùm prælauare ægrum oportet, vt pharmacum adglutinetur, & supernè chartam superponere, ac sinere donec sua sponte dilabatur: licet etiam lauare charta suprapositta adhuc incumbẽte. In quibusdã exemplaribus, picis pars vna habetur: & licet etiã sic præparare, modo sciamus nos efficacius esse ambo pari mensura misceri. Debilius verò pharmacum, in quo duplum

† *In quibusdã codi. dictiones hæ non habentur, in alijs legitur, καὶ πιτί-νης. et resinã.*

duplum picis ad simplum sulfuris conijcitur. Porrò quæ restat adhuc tertia compositionũ ischia E dicarum, hoc modo ab Hera prodita est. ℭ *Alia Ischiadica. Hac usus sum in Frontino, statim in exacerbationibus.* Ceræ ℥ c, visci quercini ℥ xvi, myrrhæ ℥ vi, terebinthinæ ℥ xxv, chalbani ℥ vj, iridis illyricę ℥ vi, cedriæ heminam dimidiam, cyprini heminam dimidiam: ceram & cedriam cum cyprino liquefacito, deinde resinam & chalbanum: atque vbi iam ab igne auferre voles iridem inspergito, item q; viscum indito. Ablata autem iam olla in promptu sit tibi myrrha trita, ad quam liquefacta diffundes, & mistis simul omnibus vteris. Quidam supra hæc omnia etiam nitri ℥ v addiderunt.

Quæ pharmaca Asclepiades in Quarto Externorum prodidit, quæ Marcellæ inscribit.

Nominat equidem & hic omnia huiusmodi malagmata: apponit autẽ alijs ꝙ ad ischiada, alijs quòd ad splenem, alijs ad latus aut aliam aliꝗ partem, conducant: quædam etiã varij vsus esse ait: Quemadmodum ẽt hoc scriptum ab ipso in hæc verba. ℭ *Malagma Antiochidis, Splenicis, Hydropicis, Ischiadicis, Arthriticis. Præparatum est Fabullæ Libycæ.* Ceræ lib.iij, visci quercini lib.iij, resinæ terebinthinæ lib.iii, retrimenti ab expressa myrobalano reliqui lib.i, spumæ nitri lib.i, floris lapidis asii lib.i, ammoniaci thymiamatis lib.i, olei cyprini lib.iii: acetum ad ammoniacum dissoluẽdum.

Post hoc scribit rursus aliud sic. ℭ *Aliud Fabullæ compositum valde præclarum, ad Easdem affectiones.* Myrrhæ stactæ lib.ii, bdellii onychis lib.ii, medullæ ceruinæ lib.ii, ammoniaci thymiamatis F lib.ii, iridis illyricæ lib.ii, opopanacis lib.i: chalbani, styracis, vtriusque lib.i: mastiches lib.i, floris lapidis asii lib.i, succi sycomororum lib.i, canchryos lib. vnã, piperis albi lib.i: ceræ, terebinthinæ, vtriusque lib.v: tundendum est pharmacum, ita vt qui tundit fęcem vnguenti irini adhibeat, quò mollius pharmacum fiat. Aliud deinceps Asclepiades scripsit hoc modo. ℭ *Malagma quod & Aurei coloris appellamus.* Auripigmenti auricoloris, calcis viuæ, vtriusque sextãtem: aluminis liquidi, & scissi, vtriusq; sextantem: arida tundimus & cribramus, & in pilam coniectis, aceti cyathos octo affundimus, & probe trita liquefactis excipimus. Sunt autem hæc: Cerę, resinę frictæ, & pinus, singulorum lib.ii: olei communis cyath.viii: hæc liquefacta frigefieri sinimus, & erasa tritis admiscemus. Nos ad pharmaci pręparationem etiam myrrhæ sextantem addimus. Alii etiam sandarachę sextantem apponunt aluminis liquidi sextante sublato. Nos aũt coniectis omnibus pręscriptis cõficimus, & fit efficacius. Post pręscriptum aliud subdidit hoc modo. ℭ *Hoc vsus "est Andromachus. Facit Splenicis, Hydropicis, & ad Præcordia distenta. Facit Ischiadicis, Arthriticis, & ad Inueteratos affectus.* Cerę, picis, brutię, vtriusq; lib.i: nos pro pice resinam frictam indimus: resinę pinus lib.i, olei cyath.viii: auripigmẽti auricoloris, aluminis scissi, calcis viuę, singulorum sextantẽ: prępara vt dictum est. Nos apposuimus ad pharmacum myrrhę sextantem, visci quercini trientem. G

A.I.5.fu.1.c.11 fo.547.c.f

Post relata alia quędam ad hydropicos & splenicos recenset, & inde rursus multi vsus compositionem tradit, quam etiam ischiadicis cõuenire ait, hoc modo. ℭ *Andreæ Malagma. Compositio admiranda ad Ea quæ velis perforare, dissoluere, adæquare. Educit ossa corrupta, aculeos, & infixa. Descriptum est etiam à Serapione empirico. Facit & ad Ischiadicos, commodum est Suppuratis, facit & ad Induratas viscerum affectiones. Est & Acopon bonum diutinis resolutionibus, & distortis corporis particulis. Facit etiam ad Ea quæ pingui mucore obsessa sunt: educit enim aliena, & vlcus ad cicatricem perducit.* Grani "cnidii purgati, nitri rubri, salis ammoniaci, aristolochię creticę, radicis cucumeris syluestris, terebinthinę, singulorum drachmas viginti: piperis rotundi & longi, ammoniaci thymiamatis, & vt quidam volunt amomi, & xylobalsami, singulorum drachmas decem: thuris masculi, myrrhę, resinę siccę, visci subacti, singulorum drachmas decem: succi mororum drachmas decem, cerę drach.xxx, adipis caprini drach.xv, fęcis vnguenti irini quantum satis excipiendis erit. Arida tunduntur, & angustissimo cribro excernuntur: liquescibilia verò singulatim diligenter tunduntur: deinde omnia simul miscentur, ac rursus tunduntur admota irini fęce: deinde vbi probe fuerint vnita, emollita reponimus. Quòd si velis acopo vti, accipe pharmaci quadrantem, adipis anserini quadrantem, olei cyprini quadrantem, ac mistis vtitor. Postea verò consequenter sic scripsit. ℭ *Aliud ad Easdem* H *affectiones.* Pyrethri drach.xx: grani cnidij, spumę nitri, vtriusque drach.xx: salis ammoniaci, aristolochię creticę tenuis corticis, radicis cucumeris syluestris, terebinthinę, singulorum drach.viginti: piperis rotundi & longi, ammoniaci, thymiamatis, bdellii, xylobalsami, thuris, myrrhę, cardamomi, amomi, adipis caprini, resinæ siccæ, singulorum drachmas decem: ceræ drach.xxx, visci probe subacti drach.viii, succi mororum drach.viii, fæcis vnguenti irini quod sufficit his excipiẽdis, vini Italici quod satis est: maceratis his quę dissoluere oportet, pro more apparato. In alio exẽplari neq; xylobalsamum, neq; cardamomum, neq; amomum repperi. Post hæc alia pharmaca prodidit, & deinde rursus ischiadicorum meminit, sic scribens. ℭ *Aliud eiusdem Epithema, Ischiadicis, & Arthriticis: auxiliatur confestim.* Fœnugræcum in vas fictile coniicito, & ad ipsum poscam sufficientem affundito, & prunis impositum donec dissoluatur coquito: ad dissolutum verò mellis quod satis est iniice, ac rursus coque: deinde exempta diligenter tere, & in linteolum infarta locis affectis impone, fasciáque obligatos sine. Hoc autem ad biduum & triduum facimus. Cæterum si in terendo pharmacum induretur, ex liquore quantum sufficit addimus: liquor autem tantus sit, vt tractile cataplasma reddatur. ℭ *Aliud quod continenter ad prædicta sequitur, hoc modo.* Symphiti sesquilibram rasam & minutim concisam, ac in mortarium testaceum coniectã, diligẽter terito:

A.I.5.f.22.c. c.10.fol.403.

A rito: & ad tritam mannæ quadrantem addito, atque ouorum crudorum recentium trium numero candidum vnà cum luteo, & rursus terito: & vbi vnita fuerint, his adipis suilli veteris libram vnã adijcito, & conquassata diligenter atq; in linteolum infarta imponito: mitigat confestim. Post præscriptum aliud deinceps scripsit hoc modo. ℭ *Aliud eiusdem Malagma. Ischiadicis statim in irritationibus imponitur. Appellatur Didymæa. Facit ad Attrita, & omnem Neruorum per consensum affectum: dissoluit omnem Duritiem: facit etiam ad alias Inflammationes: delet malignas Cicatrices: facit ad Luxata & Collisa: facit & ad Mammillarum affectiones malignas.* Ceræ, visci quercini, terebinthinæ, iridis siccæ, myrrhæ, chalbani, singulorum drach. xlviij: olei cyprini aut vnguenti ęgyptiaci quod satis est. Chalbanum in oleum cyprinum, aut vnguentum ægyptium coniectum ad ignem dissoluimus: & ceram mollimus, ac reliquis mistam probè tundimus: atq; his chalbanum liquefactum cum cyprino inijcimus, ac rursus tundimus, malagma lenissimum tactui reddendo: quo vtimur. Consequenter ẽt hoc Asclepiades subdidit. ℭ *Aliud eiusdem ex Areo. Facit ad Colicos suprà quàm dici potest, in ipsis vexationibus impositum: & Psoras curat citra exulcerationem.* Ceræ, picis liquidæ, vtriusq; lib. i: {picis aridæ lib. i:} sulfuris viui, aluminis scissi, nitri rubri, singulorum lib. dimidiam: liquescibilia liquefacito: arida verò tundito, & per angustissimum cribrum concernito, & ad liquefacta adijcito, paulatim
B ea inspergendo ac assiduè mouendo: inde q; in pilam translata ac tusa reponito, & vtitor. Deinceps rursum aliud prodidit hoc modo. ℭ *Aliud eiusdem Malagma ex Silphio, Ischiadicis valde commodum.* Ammij ʒ xij: silphij, seminis rutæ syluestris, baccarum lauri purgatarum, singulorũ drach. xiiij: medullæ colocynthidis ʒ ij, nitri ʒ iiij, abrotoni thebaici ʒ iiij, cardamomi ʒ iiij, ceræ põticæ minæ octauam partem: picis, resinæ, {adipis anserini,} ammoniaci thymiamatis, singulorum minæ octauam partem: liquida cum aridis committito. Consequẽter & hoc ab Asclepiade scriptum est ita. ℭ *Aliud eiusdem, quo vsus est Antipater.* Silphii, rutæ syluestris siccę, baccarum lauri siccarũ, spumæ nitri, medullæ colocynthidis, abrotoni thebaici, ammii, cardamomi, singulorum ʒ iiii: rutę satiuæ viridis, picis siccæ, resinæ terebinthinæ, ammoniaci thymiamatis, adipis vitulini, singulorũ * Al. anserini.
minæ octauam partem: chalbani ʒ xvi, opopanacis ʒ iiij, sulfuris viui ʒ iiii, olei cyprini heminas iiii. Vsus tempore oportet prius coriandrum aridum vstum cyprino excipere, & ex eo coxendicem illinere, atque post huius vsum malagma ipsum imponere. Post hoc rursus aliud scripsit hoc modo. ℭ *Aliud eiusdem Malagma, in Ischiadicis humores ex alto euocat ac transfert, liberat q; à tota affectione. Facit & Dissolutis, & Trementibus, & Affectionibus inueteratis.* Picis liquidæ brutiæ lib. iii, fæcis aridæ vstæ lib. ii, nitri rubri sesquilibram, resinæ pini lib. i, ceræ lib. i, staphidis syluestris lib. i, sulfuris vi
C ui lib. i, pyrethri lib. dimidiam, cardamomi sextarium i: picem, ceram, resinam coquito: arida tundito, & cribrato angustissimo cribro, ac cum liquefactis committito: & vtitor. Post præscriptũ adhuc aliud pharmacum subdidit ita habens. ℭ *Aliud eiusdem quo vsus est Philocalus.* Sinapis, fœni græci moliti, vtriusq; sextar. dimidium: pyrethri, staphidis syluestris, nitri rubri, singulorum ʒ iiii: opopanacis drach. ii, chalbani drach. ii, resinæ terebinthinæ lib. i, ceræ lib. i, olei cyprini lib. i: arida cum liquidis committito & vtitor.

Ischiadicorum Cura à Damocrate conscripta, ex Iberide.

Damocratis extat libellus Clinicus inscriptus, in quo versibus Iambicis, quemadmodum solet, de tribus differit medicamẽtis, Ac primo quidem eo, quod ex herba, quam ipse Iberidem appellat constat: Secundo ex semine dolores sedante composito: Tertio verò purgatorio, & ab ipso Hiera appellato. De primo igitur in ischiadicorũ curatione in eo libello hęc scripsit. In Iberide inquit medicum quendam amicum suum per hanc herbam curatum esse: quam herbam, vt dixi, ipse Damocrates Iberidem appellat, vt qui ipse visu herbam cognorit, nomẽ autem eius nullum audierit, cùm etiam id ipsum ignorarit is qui eum vsum eius docuit. Verùm ex signis quę scribit videtur Iberidẽ appellare, quę à Gręcis lepidium nominatur, à regione, in qua amicus eius curatus est,
D appellatione ducta. Describit autem ipsius signa per hos Iambos.

Herba hęc vbiq; multa q; frequens nascitur
Monumenta iuxta antiqua, muros & veteres,
Tritas q; quondam publicè pedibus vias,
Quas iuxta aratrum duxit haud quis agricola.
Semper virescens, foliis nasturtii
Florentibus, vere attamen maioribus.
Caulem cubitalis longitudinis gerit,
Paulo minorem aut rursus ampliorem. Ab hoc
Æstate pendent folia, donec multa hyems
Sarmentitiam deducat hęc ad imaginem, &
Deiecta & exiccata depereant gelu:
Adnata radici tamen cernes alia.
Æstate florem fert colore lacteo
Multum tenuem varium q; valde cauliculus,
Ad quem sequitur semen penitus sic exiguum,

Visum

Visum fere vt fallens, oculos quoq; effugiat. E
Odorem habet radix at inde acerrimum,
Vero similem quàm maximè nasturtio.

Per hos quidem versus figuram herbę indicauit. Consequenter aūt vsum ipsius per huiusmodi.

Hanc erutam larga satis cape copia,
Æstate: nam tunc optima, & fortissima est
Adhuc recens, siccata fit sed debilior.
Tusam hinc probè (nam difficulter tunditur)
Pauca subactamq; excipies axungia:
Cruri q; toti & maximè coxendici
Adhibebis, & ligabis, & sines duas
Horas mulieribus, viris sed quatuor.
Hinc balneo inductos, nec vllo ex vnguine,
Nec smegmate vllo pinguiore collines,
Sudore sed modico exiliente in solium
Merges, manere coge, siquidem sæpius F
Morsum caloris quempiam ac sensum afferat.
Verùm hinc rigatos leniter producito.
Illati enim quamuis manibus sint plurium,
Exibit attamen suis pedibus valens.
Ad multum oleum miscebis hinc vinum modicum,
Et concuties, & illines totos eo.
Ac mox madore terso & pinguitudine
Totum teges crus mollibus tu velleribus,
Iubens obire assueta vitæ munia,
Quæcunq; vult, & non grauatim suscipit.

Hoc auxilium certum atq; constans integrè est,
Et nullo alio adijciendo ei simul indigum.
Expers doloris & vbi manseris, ferè
Quod accidit, radiculam lætus cole.
Quòd si tamen inde affectionis vestigium G
Quoddam supersit, pòst repetes hoc præsidium,
Diebus vt multum decem bis præteritis.

Hoc sane vtendi modo et inueteratos capitis dolores, et alias omnes quacunq; corporis parte inueteratas & ægre solubiles affectiones ac resolutiones, se curasse ait. Et oīno vitia in quibus alij sinapismo appellato, & auxilio ex thapsia conflato, vtūtur, se per hanc herbā persanasse dicit. Porrò de hac Iberide ēt Archigenes scribit in secundo pharmacorū ſm genus, lepidium ipsam appellās. Dicit aūt splenicis & ischiadicis ipsam conuenire. ℭ *Ad Ischiadas & Perfrigerationes, Hygiæni Hipparchi.* Herbā Iberidem quam aliqui lepidium vocant, aut agriocardamū id est nasturtiū syluestre, colligito: & radicem eius tusam ac adipe porcino commollitam emplastri vice imponito ad dolentem locum ad horas tres, inde q; in balneum mittito. Idem præsidium & veteres capitis dolores depellit, in consimili vsu adhibitum, quem Damocrates medicus per versus prodidit.

De Podagricis & Arthriticis affectionibus. CAP. 3.

Dictum antea est in sermone de Ischiade, ex fluxionibus generari eiusmodi affectiones irruentibus in locos iuncturarū: quare ēt curatio ipsarū iuxta eundem fit modum, nimirū vt irruētes fluxiones euacuent. Influentibus igitur adhuc ipsis scopum afferendorum auxiliorum cōi rōni influentium humorum subiicere oportet, ita vt repellamus ac restringamus. Vbi verò amplius non influant, vt discutiamus iam illapsos. Cæterùm materia pharmacorū per quæ hæc fiūt multiformis est, quemadmodum etiam in alijs affectionibus, excogitantibus videlicet à principio prudentioribus viris iuxta quandam artificialem cōiecturam modò hoc, modò aliud eorum, quæ optima per experiētiam sunt iudicata. Quapropter & ego velut in alijs affectionibus, sic etiam in his optima ex eis quæ priores medici experientia cognouerunt, adscribam. H

Pharmaca ab Asclepiade ad Prædictas affectiones in Quarto Externorum prodita, quæ Marcellæ inscribit.

ℭ *Epithema Podagricis, Arthriticis, sedans dolorem. Vsus est in ipsis vexationibus.* Succi papaueris ℥ iiij, croci ℥ i, cum lacte bubulo aut caprino terito: & adiecto pane interno diligenter læuigato, vt molle cataplasma fiat, & rosaceo admoto mollito: ac vtitor leni cataplasmate, forinsecus betę aut lactucę folijs, custodiendi eius gratia, impositis. Quandoque opium & crocum cum lacte trita cerato rosaceo excipimus, & linteolo infarta imponimus. *Aliud.* Styracis ℥ ii, opii ℥ i: confice ac vtere vt dictum est. ℭ *Aliud, confestim à dolore liberat, verùm ante pharmaci impositionem ægrum lauare oportet, et tunc detersis locis imponere.* Succi absinthii pōtici, croci, opii, singulorū drach. i, cerę pōticę ℥ iiii, A.l.3.f.22.t. c.15.fol.404

vnguenti

A vnguenti irini drach.vi, vini cretici quãtum sufficit: & leuigata liquidis excipe, & linteolo infarta impone. *Aliud.* Seminis cicutæ dempto cortice expoliti drach.vi, croci drach.i, {styracis drac. i,} opij drach.i, passi cretici quod satis est: trita excipe rosaceo cerato. ℂ *Epithema Podagricorum, Arthriticorum, facit ad Maximas affectiones. Vsus est eo Erasistratus Sicyonius.* Radicis capparis tusæ & cribratæ chœnicem vnum, seminis hyoscyami chœnicem dimidiũ, radicis chamęleonis nigri chœnicis quartam partem, seminis cicutæ chœnicis quartam partem, radicis mandragoræ chœnicem i: radicis solani, aut vt alij dorienij, chœnicis quartam partem: omnia tusa & cribrata mista in vasculum figulinum reponito, & probè obturata seruato. Vsus vero tempore chœnicis quartã partem inde accipito, & passo tritam in vas fictile non picatum conijcito: & addita fæcis vini aridæ quarta heminæ parte, ad prunas posita diligenter mouendo coquito, donec bis aut ter efferueant: deinde ab igne ablata quam calidissima imponito, aut quomodo perferre ægri possunt. Verum ante huius cataplasmatis vsum pedes multa aqua frigida perfundere oportet, & spongijs detergere, atque ita pharmacum imponere. Supra verò cataplasma linteola tenuissima aceto imbuta imponantur, & fascia circundata ad horas duas pharmacum incumbere sinatur. Postea vero eo ablato excitatas bullas acubus perforare oportet, ab iis enim humor mucosus multus ac glutinosus profluet: post cuius excretionem multa aqua frigida pedes proluantur, & rursus pharmacum, vt dictum est, imponatur, ita tamen vt pro aceto aqua potabili vtamur, & ex ea rigatum linteolũ phar-
B maco superindemus. ℂ *Aliud eiusdem. Hoc pro cucurbitis & hirudinibus utimur: nam Serosos sanguinis humores exugit, facit & ad tofos ac Duritias, Vt inde dissoluantur.* Farinæ fœnigreci sextarium vnum, floris lapidis asii sextarium i: lomenti, fabæ nigræ molitę, farinæ lupinorum, vtriusque sextarium i: omnia mista, & aqua calida subacta, calida imponito, & fascia constringito. Oportet autem prius affectos locos perfundere, aut etiam in solio lauare. Cùm verò fasciæ circundatæ madidæ ac cruentę factę fuerint, pharmacum tollimus: & fotis locis pastillo ex amygdalis amaris vtimur, & malagmate, quod crocum, iridem, & aristolochiam habet: hoc ipsum verò inter malagmata ad podagram descripta habetur. ℂ *Pastillus Podagricis, Arthriticis. Vsus eius est in ipsis irritationibus.* Aloes libram i, succi centaurij sexuncem, thuris non secti trientem, myrrhæ trientem, floris lapidis asii sextantem, opij sextantem, succi mandragoræ sextantem, aluminis scissi sextantem: excipe passo, & fac pastillos. Vsu expetente, lacte dissolutos cum pennis illine, & supra illitionem linteolum passo imbutum impone. ℂ *Alius Pastillus, Iuppiter appellatus.* Aloes drach.xij, opij drach. viij, succi papaueris drach.vi, succi hyoscyami drach.vi, aconiti drac.iiij. hypocystidis drach.vj, glaucij drach. viij, croci ʒ xij, gummi drach. xxiiij. malorum mandragoræ drach.xx, aceti heminas duas: mala cum aceto coquito, & expressa prædictis admisceto: & ex dilutis ac probè leuigatis pastillos for- * Aliter v.
C mato, eosque in vmbra siccato. Vsus ostensus est. ℂ *Malagma Arthriticis, Podagricis, ex cicuta & agarico accommodatum.* Seminis cicutæ sextarium i, agarici sextarium i, fœnigræci sextarium i, nitri vnciam i, ceræ libram i, resinæ frictæ libram i, olei veteris libram i, medullæ ceruinę trientem, illyricę trientem: arida tusa per angustissimum cribrum concernito: liquescibilia verò eliquato, & frigefieri sinito, & sic erasa aridis committito: & contusis ac repositis vtitor. ℂ *Aliud eiusdem.* Ceræ lib.i, olei veteris aut sabini sextarium i, fœnigræci sextarium i, {seminis} cicutæ sextarium dimidium, resinæ frictæ lib.i, nitri rubri dodrantem, floris lapidis asii semissem, medullæ ceruinæ trientem, illyricæ trientem: præpara vt dictum est. ℂ *Aliud Malagma eiusdem ex Tedis, Titi Celsaris. Facit Podagricis, & Arthriticis. Emollit omnem Duritiam.* Visci quercini sesquilibram, thuris libram i, ceræ libram i, tedarum pinguium libram i, resinæ pinus lib.i: liquescibilia coquito, ac pinguibus tedis moueto: postquam vero omnis pinguitudo ab ipsis effluxerit, ab igne ablatum liquorem excolato, atque huic thus tenuissime tritum inspergito, assidueque moueto donec ad compagem manus non inquinantem redigatur: & in mortarium translata reponito, ac vtitor. *Aliud.* Tedarum pinguissimarum libram i, thuris masculi lib.i, resinæ pinus libram i, visci quercini libram dimidiam: prępara, vt prędictum est. ℂ *Malagma ex Lapide Asio, Podagricis, Arthriticis Valde præclarũ. Liberat a tota*
D *affectione. Vsus est in cessationibus.* Visci quercini, terebinthinæ, vtriusque lib.i: spumę nitri, floris lapidis asii, thuris, singulorum libram dimidiam: olei cyprini lib.i, adipis quantum satis est: arida tunduntur & cribrantur, ac cum aqua teruntur ad cerati liquidi spissitudinem: liquescibilia vero eliquantur, & tritis adiiciuntur: quibus simul cõquassatis ac repositis vtimur. *Aliud.* Visci lib. vnã, terebinthinę lib.vnam: lapidis asii, nitri, vtriusque trientem: mannę quadrantem, cyprini sextantem, aquę lixiuij figulini, quod satis est. ℂ *Aliud ad Arthriticos Valde præclarum: auxiliatur confestim, humores in alto absorbens.* Visci libram i, terebinthinę libram i: adipis taurini, floris lapidis asii, utriusque quadrantem: {nitri quadrantem,} calcis viuæ quadrantem, mannæ quadrantem, cyprini libram i: prępara vt dictum est. ℂ *Aliud Diodori.* {Calcis viuę drach.i: thuris terebinthinę, ammoniaci thymiamatis, ana drach.iiii:} adipis taurini ʒ viii, spumę nitri ʒ iii, floris lapidis asii ʒ iii, in alio exemplari ʒ iiii: olei cyath. ii: arida cum liquidis committito. Hoc pharmacum valde commodum est. Resorbet etiam collectiones circa articulos consistentes, & à doloribus liberat. *

Quinta Classis. ddddd Galeni

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBRI SEPTEM

Ioanne Andernaco Interprete.

Ad vetustissimorum Græcorum codicum fidem diligenter aliàs ab Augustino Gadaldino recogniti, & nunc etiam ab eodem aliquibus in locis emendati.

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Ratione & Vsu Componendorum Medicamentorum: ac recenset Emplastra quædam, maximè verò candida, quæ cùm ad Alia tùm ad Cicatricem inducendam accommodata sunt.

Quid in Duobus Galeni Libris de Compositione medicamentorum per genera, qui Romæ vnà cum alijs incendio conflagrarunt, contineretur. CAP. 1.

SCripsimus & iam antea commentarium, cuius priores duo libri in publicum sanè prodierant: sed cum alijs in apotheca, quæ ad viam sacram G est, relicti intercidere, quando Pacis delubrum totum, & ingentes palatij bibliothecæ incendio conflagrarunt. Tunc enim & aliorum complurium, & mei libri, qui in apotheca illa erant sepositi, interierũt, idq; cùm amicorum nullus, qui Romæ degebant, priorum duorum exemplaria habere se fateretur. Efflagitantibus itaq; familiaribus, vt idem opus denuò scriberem, operæpretium mihi visum est prius æditorum mentionem facere, ne si quis antea in illos inciderit, causam quæritet, cur bis de eisdem rebus tractauerim. In illis igitur à primi libri exordio disputationem in eos direximus, qui sophistarum modo, compositorum medicaminum pollicita seu professionem, quantum licuit, abrogare, non nullaq; simplicium calumnijs deprimere, conabantur: dicterijs eos pariter incessentes qui scriptum de illis reliquerunt, alia iecur, alia lienẽ, alia renes, vel vesicam, vel caput, vel pulmones iuuare. Vtrum enim (aiunt) præses quidam eis imperat, quemadmodum in Tragœdia,

Abi quidem tu flumina ipsa ad Inachi,
Thebas at age tu pergito cadmeias. H

Sic in his tu quidẽ ad hepatis portas, tu verè ad vesicam, vel renes duos, proficiscere? An qđ in vẽtriculum ingestum est, iecur quidem excipit, inde verò per vniuersas corporis partes deferẽ? At hoc scomma eos, qui hæc cauillantur, tam esse medicamentorum facultatis imperitos arguit, vt à marino lepore pulmonem exulcerari solum ex omnibus corporis particulis ignorent, vesicam solam à cantharidibus: ab alijs renum lapides conteri: ab alijs rursus ex pulmone atq; thorace faciles fieri excreationes: quemadmodum ab alijs alia in vna quadam particula peculiariter perfici. Atqui variè hunc sermonem in primo cõmentariorum iam antea nobis (vt dixi) conscriptorum libro, sicut rursus in secundo alterum, sumus executi, quòd alij quidã putarent in compositione simplicium medicamentorum contrarias inter se potestates omnino corrumpi. Etenim si aquã (inquiunt) feruentissimam cum frigidissima temperaueris, neutra illarum, qualis prius extitit, permanet, sed tertia quædam ab vtraq; diuersa generabitur. At hîc quoq; vanam ipsorum nugacitatem ostendimus, qui ignorent ex ijs, quæ corpori admouentur, non nulla pro innatis facultatibus, alia pro acquisitis qualitatibus, functionem obire. Quis.n. cicutam aut papauer refrigerandi vim habere dubitat? quin tu si recalfacta ea vehementer, animalis corpori offeras, non secus ac cauterium, vlcus concitabunt. Quemadmodum rursus, vbi sinapi in frigido aere cum aqua tritum, frigidissimo

gidissimo

A gidissimo hyemis tempore, repente corpori raro ac imbecilli applices, horrebit nihilo minus, q̃ si niue aut crystallo ipsum cõtigisses. Sed si id ipsum sinapi longiore temporis spatio corpori nostro admotum fuerit, principio sanè exigui caloris sensum præbebit, dein maioris, postea tam euidentis vt igne vri videamur. E contrario verò cicuta & papauer, †calida exhibita, tantam parient refrigerationem, vt stuporem corporibus quālibet acuto sensu antea præditis inferant. Cum igitur id genus omnia in cõmentarijs, qui vndecim numero sunt, de simplicium medicamentorum facultate definiuerimus, iam ad ipsam disciplinam vtilem descendemus, in qua exercitatus, etiā si facultatum, quas polypharmacos græci nominant, scriptiones minus attuleris, non desiderabis cõmoda cuiusq; morbi auxilia, modò simplicium pharmacorum, vti diximus, materiæ non sis imperitus. Cęterùm hic liber obiter ostendit & Empiricorum medicorum contẽtionem, qui ad insomnia, fortunam, & casum seu incidentiā, (græce periptosim) medicamenta cõposita propè vniuersa referunt, si paucissima quædā excipias, quę cõi omnium hoĩum rõne, quā epilogismum ipsi vocant, inuenisse se dicunt. Quemadmodum, vbi eiusdẽ facultatis pharmaca inuicẽ miscuerimus, quæ alia in alio corpore melius aut peius functionẽ suā obijsse vsu ac experimentis didicimus, rõni cõsonum certè nobis esse videtur (Empiricorum aliqui dicunt, non.n.oẽs) componere plura

†Cod. impressi græci habẽt εἰ θερμὰ προσαχθέντα τοσαύτην &c. Manuscripti, εἰ θερμὰ προσαχθέντα χρόνιον, τοσαύτην &c. i. si calida adhibita, immorata fuerint, tantū, &c.

B huiusmodi, vt vel vnum ex eis corporis curandi naturæ idoneū inueniatur: Quod in hoc vtiq; recentissimo pharmaco, cui nomen inditum est Cephalicum, quasi capitale dixeris, accidisse ferũt, mistis in eo omnibus ijs, quæ vel per se vlcera carne implere cognoscuntur. Sed qua ratione ærugo cerato simplici mista medicamen sarcoticum i. ad gignẽdam carnem idoneum faciat, cùm neutrum ex illis nutriendæ carnis vim habeat, non item exponunt: siquidem ærugo vlceratam carnẽ erodit, vtpote acre & calidum medicamentum: ceratum mite quidem est, nec mordax, verùm nouæ carnis loco sordes parit vlceribus. Nos verò diximus in tertio methodi medendi libro, quomodo videlicet tum hoc, tum alia quæ ex contrarijs eodem pacto constant, inuicem commisceantur: dicetur nunc quoq; particularis exercitatio, morbi cuiusq; apposito exemplo.

Quæ Præscire conueniat eum, qui Medicamenta probè compositurus sit. CAP. 2.

EXpositum est alibi, simplicium medicamentorū vires, non solum cuiusq; generatim noscendas esse, vt quidam scripserũt, dicẽtes ea vel calefacere, vel refrigerare, vel siccare, vel humectare: verùm distinctè, membratim q;, & ex quo sint ordine singula, vti nos docuimus. Nā non nulla quidem medicamina obscurè prorsus vnumquodq; prædictorum efficiunt, quædam manifestò, aliqua validè, sicut alia absolutè. Non satis est ergo nouisse pharmacum hoc calefaciendi, aut refri-

C gerandi, virtutem habere, sed quātam habeat, definire oportet. Calefaciunt igitur resinæ omnes, id q; sibi cõe habent, attamen maioris minoris q; rationem non exiguā in calore sortitæ sunt. Itẽ succi plures non mediocriter ratione ad maius minus q; facta differentes, excalfaciunt. Nam si panacis succum cyrenæo & medico conferas, videbitur tibi hic nihil ceu ad illos esse. At quorsum attinet sermonem ipsorum diuertere longius, cùm eorum differentiæ, quibus in cibo vtimur quotidie, possimus meminisse? Anethum igitur, & ruta, cępa q;, omnia calefacientia, magno inter se variant discrimine. Quapropter in curationibus quoq; particulæ admodū refrigeratæ, medicamẽ quod impensè calefaciat admouebimus: illi verò, quòd paululū à naturali habitu recessit, modico calore præditum: sicut & insigniter refrigeratæ, vehementissimè calefaciens adhibebit. Meritò igitur quatuor nos excalfacientium ordines statuimus, separātes è modicè calidis ea quæ euidenti eiusmodi qualitate præcellunt: tum quæ magna: tum quæ vehementi adeo, vt vrere videantur. In singulis aũt illis quatuor ordinibus diuersis quædam esse velut incipientis differentiæ, non nulla desinentis, & ei, quæ post hanc existit, propinquæ, alia in medio constituta. Itaq; sunt ex ijs, quæ propter caloris vim exulcerāt: quemadmodum etiam ex illis, quæ {exedẽtia seu putrifica latine, } septica græcè nominantur, alia simulat q; corpora contigerint, potestatem suā ostendunt: quædā

D duabus tribus ue, aut quatuor horis, opus habent: nõ nulla diem totum, vel ẽt post eum noctem, vel maius dein spatium, requirunt. Hæc iam vt in calefacientibus, ita quoq; in refrigerantibus, intelligere eum oportet, qui medicamen aliquod cõfecturus est: pari modo & in ijs, quæ humectāt exiccant q;. Cæterùm materię medicaminum quędā à plantis, quædam à metallis, non nulla ab animantibus, proueniunt: quas oẽs in tractatu de simplicibus medicamentis definitè expressas didicistis. Nam cū familiaribus hic mihi sermo potissimū est, qui precibus me adegerunt, hæc nunc propter librorū interitum denuò perscribere. Iam verò vt simplicium medicaminū vniuersorum facultates ad amussim vobis cognoscendæ sunt, quò vbiuis corporibus curationẽ desiderantibus idonea ex ijs, quæ adsunt, facilè possitis remedia cõponere, ita etiam omnium pręter naturam affectuum differentias tenere expedit: quas primùm quidem libro de morborum, altero de symptomatum, differentijs: tertio post illos, in quo de causis morbos efficientibus dissero: comprehensas habetis: ad hæc alijs tribus de symptomatum causis: vno insuper meo de plenitudine, nec non de febrium differentia, commentario: postremò medendi methodo: in quibus affectiones actionem lædentes didicistis, item curationem harum primam esse (quẽadmodum etiam præseruationem) causarum eas parientium. Docti pariter estis, primum curationis scopum à morbosis dispositionibus suggeri: ac cum his vnà patientis particulæ naturam indicari. Præterea aeris nos ambientis

temperamentum,constitutionem,ætatem,tempus,locum, vitæ propositum, & ἔθη i.consuetudines,plures egregij medici inspiciunt: de quibus,vbi eorum vsus fuerit, aliqua simul & hic nobis dicent. Hæc itaq; in memoria vos omnia sic exprompta habere expedit, si quouis loco medicamentorum,tum simplicium,tum compositorum,copiam habere desideratis. Insuper q ab vno interim aliquo sponte nato medicamine ac simplici morbus curari possit, interim verò compositi vsus requiratur: ac quamobrem id agamus,rationem deinceps explicabimus. E

Quis Compositorum Medicaminum Vsus. CAP. 3.

SI solis simplicibus medicamentis vniuersos præter naturam affectus curare liceret,nullus vtiq; cōpositi vnq; vsus foret: at hoc nunc ita comparatum non est,nam sæpe cum corpus aliquatenus calefacere volumus,simplex nullum,quod præstare id queat, habemus: medicamētum enim curans,affectioni cui adhibetur,proportione nimirum respōdere oportet. Ergo si dispositio sit frigida,quatuor numeris à naturali recedens, curaturum ipsam pharmacum totidē gradibus mediocri symmetro'ue calidius esse oportere oībus est manifestū. Porrò cum interim tale simplex nullū adsit,si duo habeamus,quorū hoc numeris quinq;,illud tribus calidius sit, ea si miscuerimus, medium efficiemus, quatuor numeris symmetron exuperans. Iam quædā simplicia citra alterius misturam ne in vsu quidem esse possunt,veluti cum emplastū pharmacon apponere cuipiam volumus,quippe simplex nullum ad talem vsum idoneum est. Ergo neq; bitumē,neq; cera, neq; resina,sicut neq; pix,neq; propolis,ac ladanum,multo minus ærugo,& cerussa,vel spuma argenti, F vel molybdæna,vel aliud quodpiam metallicum medicamen,simili modo nec herbæ solæ, emplaston pharmacum efficere possunt. Quare primi emplastrorum authores non temere ex oleo quoque metallica coquere excogitarunt,quæ liquefieri possint,liquefacere, ac siccas herbas contusas cribratas q; eis adijcere. Rursus in alijs affectibus vnum medicamentum solum ex ijs,quæ suapte natura proueniunt,vsurpamus. Cui tñ non nulla adijcimus,aliqñ virium ipsius vehementiæ obtundendæ,interim insuauitatis mitigandę gratia,quemadmodum Hippocrates in libro de victus rōne in morbis acutis hisce verbis inquit: Si sub transuerso septo dolor sit,ad clauiculam verò si- »
gnum non fecerit,emolliendus est venter vel nigro veratro,vel peplio: veratro quidem daucum, »
vel seseli,vel cuminum,vel anisum,vel aliud quid odoriferum miscendo: peplio autem silphij suc »
cum. Hac dictione manifestò Hippocrates vsum quidem pharmaci purgantis esse ostēdit,sed insuauitatem eius in potu,moram q; in ventriculo,condimentum requirere: multa si quidē, quæ bibuntur pharmaca, tam sunt assumentibus insuauia, vt stomachum subuertant, vomitum q; protinus cieant: quędam licet paululum in ventriculo manere possint,postea tñ euomantur,cū prauas eructationes mouerint. Quemadmodum vero purgantium ceu condimenta sunt eiusmodi medicamina,quorum Hippocrates meminit,ita dolorem leuātium quæ anodyna appellantur Gręcis, G alia vehementiam mitigant,vt cum papaueris succum,vel hyoscyami semen,præbemus,vel mandragoræ radicis corticem. Quare & hic pharmacorum compositionis vsus est: Maximus aūt in morbis,qui contrarias simul facultates desiderant,verbi gratia repellendi & digerendi, vel detergendi ac læuigandi,vel incrassandi simul & attenuandi humores: ac veluti plurimi vsus medicamenta (Græci polychrestotata vocant) & optima, diuersas in se potestates,vt indicabimus,continent. Verū is quoq; medicamentorum cōpositionis vsus est, cū vnum aliquod illorū ad multas venenatas feras,vel exitialia pharmaca,efficax habere volumus, qui vsus etiam theriacam, vt vocant,antidoton comparauit,item mithridation,alias q; multas. Sunt porrò & aliæ quædam vtilitates minores quidem prædictis,attamen quæ crebro nos ad medicaminum compositionem descendere cogunt,quas vniuersas hoc in opere docebimini. Nunc.n.vbi primum emplasti medicaminis,& ad plura vtilissimi à me confecti mentionem fecero,iam institutum aggrediar.

om.1.t.6.cla. c2.117.h

De Emplasto pharmaco Dia Chalciteos, id est ex chalcitide confecto,quod Phœnicinum appellatur. CAP. 4.

QVa ratione composuerim emplastrum ex chalcitide, quod à palma quam phœnica Græci vocant, Phœnicinum appello, medicamen glutinandis vlceribus, cicatrice obducendis, H & phlegmonis curandis, accommodum (vbi liquefactum humidi cerati crassitudinem obtinet) animum exercete, tum permissis Empiricis suam ipsorum fateri inscitiam, tum relictis quoque Thessali sectatoribus, qui optima pharmaca à medicis inuenta contrarijs constare facultatibus ignorant. Exercete inquam ingenium, vt eisdem mecum vtentes methodis,medicamēta possitis conficere,ac sitis re ipsa persuasi vel ea,quæ à maioribus inuenta sunt, omnia ex ratione componi,nimirum quum Empiricorum incidentia nugatoria sit. Dicenda itaque iam est propositi medicamenti compositionis ratio. Oleum vetus & adeps, digerendi vim obtinent: chalcitis & palmæ succus,repellendi adstringendi'que. Ex his igitur pharmacum composui, quo iam complures vti nouistis ideo, quòd omnibus sui generis melius esse ex ipsis operibus comprobatum sit. Etenim ratio compositionem inuenit, experientia de inuentorum virtute decernit, vt etiam rationalium methodorum imperitis artificiose confecta fidem faciant. Porrò cum modo dictis medicamentis argenti spumam miscui, quæ nihil magni adeo momenti adferre potest, neque repellentibus quod influit, neque digerentibus quod iam particulis phlegmone laborantibus

A tibus infixum eſt: quippe ſiccandi virtutem habet, ſed non validam. Quare ipſam ceu aptum medicamen in emplaſtri cōpoſitionem adiunxi: nam cum prædictis incoquitur, donec ſubſtantiam quæ non polluat, conſequatur. Adipem verò inſulſum, & quàm maximè fieri licet, vetuſtiſſimū eſſe conuenit: tum oleum vetus ſimiliter, quod cū ſuillo adipe propinquam virtutem habere quodammodo didiciſtis, licet adeps paulo maiorem emolliendi calefaciendiq́ vim obtineat. Didiciſtis quoq; vetuſtate ipſa tenuiorum partium fieri, & digerere promptius: eo q̃ phlegmonis, quę magnum dolorem inferunt, magis blanda ac mitia eſſe ipſa recentia: ijs verò, quę tales non ſunt, cōmodiora vetuſta. Et quo phlegmone diuturnior, & contumacior, hoc magis vetera proſunt, ac ſola curare valent: modò præterea nihil afflictæ parti influat. Quòd ſi quidquam influat, miſtā eſſe medicamenti quoq; virtutem oportet, cuiuſmodi habet à me compoſitum pharmacum. Itaq; propterea chalcitidem & palmam digerentibus admiſcui, non ignarus paucas omnino phlegmonas diuturnas exiſtere, quibus nihil influat, nā ob humores in eas confluentes diutinæ eſſe ſolent. Dum aūt hæ incipiunt & accreſcunt, adſtringentium refrigerantiumq́ medicaminum virtus prę pollere debet: ideoq́ hoc emplaſton pharmacū aduſq; humidi cerati ſpiſſitudinem liquefactum multis admodū vtile reddit, interim vino adiecto, vel aceto, vel aqua illiqueſcens: non nunquā ex
B oleo immaturo, vel alio quopiam adſtringente, quale eſt hiſpanū, & hiſtricū: vel ex dulci aliquo aſtrictionis experte, vel ēt vetuſto. Ego quoq; ſępe myrteo & melino, vbi validius adſtringere res poſtulabat, medicamentum liquefeci. Hæc igitur cōpoſitio medicaminis tali ſymmetria conficitur: Vetuſti adipis, quem inſtitores axungiam appellant, ſint pondo duo, olei veteris pondo tria, argenti ſpumæ tantundem, chalcitidis pondo vnciæ quatuor. Hęc autem ita coquere oportet. Adipis membranulæ oēs eximuntur, reliquum contundit̄, vt liquari facilè poſſit: mox ad ignem liquefit: deinde per colum deſtillat̄, vt purū fiat, nihilq́ mēbranæ habeat, pondo duo prædicta pēdens: poſtea chalcitidis læuigatæ pondo triens cum olei tribus libris adipi miſcetur: his & argēti ſpumæ pondo tria adijciunt̄: ac oīa vbi ſimul in mortario coierint, conijciuntur in cacabum, ac rudicula palmæ mouentur. Sufficiet aūt tibi ramus vnus maiuſculus, vt ſolida ligni parte mouendo vtaris in modum ſpathæ dictæ: vocant.n. ſic id, quo confecturas mouēt, & nos perſpicuitatis gratia ſimiliter nominabimus. Quod aūt ſolidę rami parti continuum eſt, in orbem purgato, ac tenellos ramuſculos vtrinq; procedentes cōtuſos decide, ſed cortice prius exuto, vt ſegmenta iniecta pharmacum ſucco ſuo imbuant inficiantq́. Igitur ſtatim ab initio ſpatha vtendum eſt, ſed tenuia palmę ſegmenta inijcere oportet, vbi medicamentum cerato ſimilem conſiſtentiā habuerit.

** ἀποῤῥίψας eſt in impreſſis i. abiectos, interpres autē uidetur legiſſe ἀποτρίψας.*

C Nam ſi à principio ea immittas, ſuccus iniectorū, quem manere volumus, ex decoctione cōſumetur. Inſuper ſpathę, qua medicamentum initio mouetur, pars in cacabo intincta poſtq; inaruerit, vt proprium ſuccum non amplius ſeruet, amputatam reijce, reliqua vtere. Hāc rurſus, cū medicamento intincta ſiccata fuerit, ſimili modo abſcato. Conſtare aūt vobis arbitror, q̄ palmæ ramum nō multis diebus antè abſciſum arbore eſſe oportet, quippe tēporis interuallo areſcit, & ſuccum amittit. Pridie igitur per hyemem auferatur: æſtate, vel eodē ipſo die, quo cocturus es pharmacū. Vbi aūt ſic coctum ſpiſſitudinem, vt non inquinet, acquiſierit medicamen, ipſo vteris emplaſtro ad vlcera, quæ cicatricem ægrè ducunt, dyſepoluta græcè vocantur: ad cruenta valet oleo liquefactum: benefacit phlegmonis, podagris, articulorum morbis, bubonibus, phymatis, ambuſtis, pernionibus, fracturis oſſium, contuſionibus, omnibus deniq; affectibus, quos appellant rheumaticos. Iam verò & multi qui hernias abſecant, poſt manus operam ſtatim ipſum cum irrigationibus & cataplaſmatis præparatum imponunt. Si verò chalcitidis vnciæ ſex immitātur, quę eſt ſelibra, medicamen ad magna vulnera glutinanda promptius, atq; ad ea quæ cicatricem ęgrè ducunt, efficacius fiet. Sunt quidem in hoc etiam alia eiuſdem potentiæ medicamenta, ipſi tn̄ cū oleo liquefacto magis q̄ alijs omnibus, in rheumaticis affectionibus fidēdum eſt. Cùm igitur plurima eiuſ
D modi Romæ exiſterent, nullū tam celebre probatum q́ fuit. Cōducit, vt dixi, & podagricis, & articulorum vitio laborantibus quolibet tempore, cùm dolores intenſi non ſunt, qui perfuſiones et cataplaſmata lenientia poſtulent. Incipientibus igitur atq; augeſcentibus etiamnum id genus vitijs, liquefactum pharmacū refrigerari ſinito, idq́ ſpathomela deradens pilę inijcito, cui vinum ſuperfundito, quod vt recipiat, manibus ad pilam ſubigito: erit aūt vinum auſterius, ætate quidē medium, ſubſtantia non craſſum, ſed quā maximè fieri poteſt, dilucidius: nam huiuſmodi, vtpotè ſubſtantię tenuioris in altū corpus penetrat. Tātiſper aūt liquefacto medicamini ipſum infundito, manibus conterens, dū excipiatur, miſceaturq́, nec humidū adnatet, quod cōtrito ac emollito pharmaco miſtū non ſit. Ad hęc etiā ſi nō prius refrigeratū medicamentū deraſeris, liquefacto & adhuc calido vinum ſuperfuſum permiſcere licet. Itaq; in phlegmonωn principijs vim repulſoriam validiorē eſſe oportet: In incremētis verò hęc non nihil imminuenda, quę digerit virtus augenda eſt: Cùm aūt in ſtatum proprium, ſeu vigorem phlegmones tumor peruenerit, pares inuicem eſſe poteſtates conuenit repellendi & digerendi, niſi quis vehemens dolor pharmacum leniens requirat. Cęterùm inclinante phlegmone digerendi vim augebitis, vt prorſus nihil vini eo tempore miſceatis. Prętera dum id liqueſcit, vbi aſtrictioriam qualitatem ſatis excellere volumus, hiſpanum oleum, vel hiſtricū, vel quod omphacinū ſeu omotribes (latinè immaturum ſeu crudū

appellant) inijciendum est. Vbi æquales vtrasq; facultates habere cupias, oleo dulci nec recenti E
nec vetusto liquandum est. Si vt digerat expetis, vetus oleũ, vel cicinum, cõmodè sumitur. Em-
plastri aũt medicaminis in liquescendo huiusmodi fiat symmetria: Oleum paulo copiosius quàm
medicamentũ esto, magis q; æstate, videlicet vt libram vnã absoluat: medicamẽti verò decẽ vncias
iniecisse abundè sufficerit. Clarũ est aũt cuilibet hoc efficacius reddi emplastrum, quo plus medi-
camẽti habuerit: tãto aũt magis mitigare ac dolorẽ tollere, quãto liquidius fuerit ex rosaceo lique
factum. At cerati, quod inungi possit, cõsistentiam recipit, dum medicaminis põdo in olei selibra
liquatum fuerit. Tale verò phlegmonωn inclinationibus ex vsu est. Item sedis, recti q; intestini tu
mores phlegmonodas sponte obortos omnibus melius iuuat. Ipsum aũt tunc liquefactũ oportet
cum oleo copiosiore, vt per cornu recti foraminis, cui vesica suis alligata sit, immittatur, velut in
eiusmodi vsurpare consueuimus. Ad hæc frequenter ipsum in his ex rosaceo liquefecimus, caca
bo vasi, in quo liquescit, prius subiecto, qui calidam cõtineat: prunis verò ardentibus incumbat,
aut flãmæ fumo carenti. Iam verò pro superioris symmetriæ modo liquatũ, vt liquidi cerati spissi-
tudinẽ habeat, & pudẽdi & podicis vlcera persanat, immo & alia omnia vsq; ad vlceratos pernio-
nes, & ambusta. Etenim vniuersa statim inflãmatione liberat, pura q; reddit, & solida implet car
ne, præsertim vbi plus chalcitidis adiectum fuerit. Insuper nemo ignorat vinum quoq; medica- F
mento id effecturo admiscendũ esse. Quòd si acetũ acceperit, ambustis optimè facit & statim, &
postea, quolibet tẽpore impositum, siue illa iam pustulas, siue non, habeant. Constat aũt, si quis in
aqua feruenti vstus fuerit, hunc ẽt affectum, pyricauton id est ambustum igne, nominari. Porrò si
pharmacum antè imposueris quàm phlegmone sit orta, nihil adeo ipsius generationem impedit
prohibet q;. Quapropter, vt dictũ est, nõ nulli qui hernias secãt, statim eo vtunt, neq; prius vulne
re madefacto. Ad hæc cõtusionibus, fracturis, & qualibuscunq; plagis, si liquidũ imponitur, accõ
modatissimum est remedium. Ligamẽtis aũt circundatum fasciarum instar quibus rupturæ deli-
gantur, catagmaticas Græci vocant, œdemata oĩa & inflationes mirificè iuuat. Cũ malo succo
corpus abundat, vel admodum sentiens est, quã primùm contusis & percussis partibus illud im-
pones, hyoscyamus recens adijcietur: qui si non est recens propter anni tempus aut locum, nihilo
magis ipsum desiderabis, si adiungas eum qui per æstatem repositus est, qualis etiã singulis annis
ex Creta vobis Romam apportatur. Hoc magis adhuc dolori sedãdo opportunum, id est anody
non medicamen, succus mandragoræ mistus efficiet: non aũt vos latet & hunc à Creta optimum
fictilibus poculis afferri: cuius vnciã vnam, libræ olei emplastri liquefacti miscere sufficit: atq; in
terim amplius, interim minus impones, prout dispositio postulat. Conducit aũt in eiusmodi cor G
poribus & pharmacũ ex rosaceo liquefactum esse. Cæterùm ex casu contusis partibus, vel ligno
ac lapide percussis, etsi ecchymosis quædam contigerit, protinus ab initio medicamen liquatum
imponi oportet, vino, vt docui, misto. Quod vinũ die tertio, aut certè quarto, si particula inflam-
matione careat, auferri oportet, oleo aũt veteri emplastrũ liquare: nam si plus adstringãtur ecchy-
momata, vix queant per halitum digeri. Hoc medicamento etiam vtor aduersus erysipelata, præ
sertim phlegmonode, & adhuc longè magis ad phlegmonas erysipelatodeas. Principio igitur im
pono ipsum liquatum ex rosaceo, quod oleo omotribe idest crudo, & salis experte constet: tale.n.
erysipelatis est accõmodatissimum. Ita iam liquefacto solani succus in mortario misceatur, qui to-
tus per totum accuratè subigatur excipiatur q;: qui si non adest, psyllij: si æstas fuerit, etiã ompha-
cis i. vuæ acerbæ, cũ portulacæ vel semperuiui succo. Etenim vuæ acerbæ liquor per se plus q̃ opor-
tet adstringit: tanta aũt adstrictio erysipelata promouet, vt quæ calorẽ ipsorũ cutẽ densando inclu
dat. Rursus portulacæ succus, neq; is solus præ lentore potest exprimi. Optimum igitur est qui
ex vua acerba prius tunsa exprimitur, portulacæ in pila committere, & sic iterum contundere: de-
inde vbi ex ambobus mistum exactè vnitũ fuerit, liquorem elicere. Simili modo etiam semper-
uiui succũ exprimes: nam seorsum neq; ex hoc, quemadmodũ neq; ex cotyledone, succum copio- H
sum exprimere quisq̃ potest. At mandragoræ pomorum maturitate vigentium succus recens
adiectus magis aptum medicamen efficiet: quem si tempus non admittat, illius quæ à Creta, vel
alio quopiam loco aduehatur, miscere non dubitabis. Quin & hyoscyami succum miscere ei con
sueuimus, interim meconiũ, ita aũt nominatur papaueris succus. Satius aũt est vnà cũ hoc & glau-
cij quippiam superindere. At his multo imbecillior, sed acquisitu facilis, lactucæ succus est, tum
agrestis, tum hortensis, quam vniuersi Græci huius tempestatis non thridacinen, sed thridaca, no
minant, agrestem solam thridacinen appellantes. His rursus sereos, polygoni, trifolij, & auriculę
muris, succi minus ad refrigerandũ efficaces sunt, quanq̃ & ipsi refrigerant: sed his euidentius lẽ
ticula palustribus locis proueniens. Horum omnium penuria, miscebis acetum & aquã. Porrò
medicamenta hæc vniuersa ascititias qualitates frigidas habeant, vasis videlicet aquæ admodum
frigidæ, aut niui insistentibus. Atqui ipsum quoq; Phœnicinum medicamentum simili modo re
frigeratum erysipelatis admoueatur, donec vehemens ipsorum ardor subsidat. Liquet aũt subin-
de ea, quæ aduentitia qualitate frigida erysipelatosis affectibus succurrunt, immutanda esse, maxi-
mè vbi exactum erysipelas citra phlegmonẽ fuerit. Posteaquã verò vehemens ille ardor quieue-
rit, aut nec perfectum planè erysipelas afflixerit, sed vel erysipelatodes phlegmone, vel phlegmo-
nodes

A nodes erysipelas, non adhuc externum frigus admoliemur, verùm à succis etiam impensè frigidis abstinebimus, eos medicamini liquefacto miscentes, qui mediocriter refrigerant. Atq; ab his iam & lini seminis & chamæmeli succũ misceamus, ipso q; solo postea medicamine liquato vtemur, nihil aliud præterea immittentes. At si qñ liuidum ex frigefacientium vi erysipelas euaserit, tale non amplius erysipelas appellandum est, sed tunc abstinere non à vini mistura modo, sed rosacei quoq; & adstringentium oleorum, oportet: nam solum Phœnicinum veteri oleo liquefactũ, qđ liuorẽ contraxit, per halitum discutere potest: & tunc affectæ partes aqua calida fouentur, & scarificantur. Vobis si fuerit visum hoc interdũ facere, protinus Phœnicini liquefacti humidum medicamen, cui vinum adiectum sit, imponere conuenit, altero die vinum auferendũ. Quòd si iã plus impendiò erysipelas refrigeratũ ab immodicè refrigerantibus medicis acceperimus, vt iam quoq; nigricet, perfusione & scarificatione magis vtemur, atq; citra hæc calcis viuæ quippiam liquido pharmaco immittemus: Si verò laborantes teneri sunt, lotam ipsam vsurpabimus. Tunc prodest ẽt succus coriandri pharmaco inditus, qui sanè & cum cerato rosaceo iuuat non mediocriter. Ad hæc sanè similes q; affectus alia pleraq; medicamenta sequenti sermone dicentur, quædã pari virtute cũ Phœnicino, non nulla ẽt efficaciore prædita. Aduersus aũt rheumatũ i. fluxionum vitia,
B omnium optimum hoc medicamentum est, ac spe maiora frequenter præstitit. Cum itaq; femur aliquando prope inguen cruda phlegmone totũ id affligente suppurasset, crus ita nobis figurabatur, vt sanies ad inguen conflueret. Facto aũt vlcere, dũ hoc longiore interuallo cõtingeret, fluxio quæ in femur decubuerat, euacuata est: sed fistulosa quædã dispositio sub femoris totius cute orta est, vt ipsam, iuxta patellã, quæ genu pars epigonatis Græcis dicitur, diuidere cogitaremus, quò saniei vtrinq; liber esset exitus, medicamentis aũt liquidis inditis largius pertranseundi via promptior. Vbi autem femur soluissem postero die, quo incidere ipsum decreueram, inuenta sunt omnia collapsa, arida, madoris q; expertia. Nemo igitur non nouit, ꝙ rationi consentaneũ erat & postero die, & sequentibus similiter, vti pharmaco, qñquidem particula quotidie coloratior ac oino sanior quã esset reddebatur. Curato itaq; hoc modo adolescente, postea multas rheumaticas affectiones hoc medicamine sanaui, quæ quidem osculum simplex haberent, sed vt glutinari non possent, & fistulosum intus esset. Non est autem ab ipsius pharmaci vsu desistendum, etiam si multis diebus euidens nullum præsidium afferre videatur, vt quod postea vno interim die simul vniuersam vtilitatẽ maximã ostẽdat. Quare bono animo hoc semper in rheumaticis affectionibus vtamini, in teneræ quidẽ carnis homine, vel puero aliquo, vel muliere, post prædictam symmetriam
C quatuor vncias chalcitidis immittentes: in valido ac duro corpore, ex proportione, vel vnciã vnã vel duas apponentes, vt quinq; vel sex chalcitidis vnciæ sint, tres libræ vtriusq;, nẽpe olei veteris & argenti spumæ, duæ vetusti adipis, quẽ institores axungiam appellare diximus. Diluatur autẽ in rheumatum vitijs oleo dulci nec nouo nec veteri, assumat q; vinũ austerũ ætatis mediæ. Hoc pharmacũ coarguit Thessali nugacitatẽ, efficacissimũ auxiliũ ex contrarijs potentijs compositum ostendens, quarum si alterã adimas, nihil faciet prædictorum. Nam neq; ex adstringentibus solũ sine laxantibus ad rheumaticos affectus præclarũ quidꝗ perficiet, vel certè ad phlegmonas incipientes & augescentes, neq; enim leniendi vim obtinebit: neque ex solis relaxantibus discussorium, sine adstrictione cõfectũ, quæ indurata habent emollire. Porrò laxabit perfectè, & mediocriter emolliet, si nõ admodum vetus oleũ & adipem receperit. Quod itaq; Mnaseus pharmacũ condidit, æqualia inuicẽ continet tum oleũ, tum argenti spumam, tũ adipẽ, sed maximè phlegmonis incipientibus increscentibus q; est contrariũ. Habet & nostrũ videlicet hoc pharmacũ eadem omnia, quæ Mnasei, & argenti spumã, & adipẽ, & oleum: verùm si nihil ex ijs, quæ adstringunt acceperit, particulas effœminat, & robur earum dissoluit, ob quod ẽt fluxioni fiunt obnoxiæ. Didicistis enim non semper ob calorem immodicũ, vt quidã arbitrantur, corporis particulas fluxio-
D nibus laborare, sed hoc quidẽ ipsis rarò accidere: ab imbecillitate verò illarũ id genus vitij progigni, quæ vt plurimũ ex intẽperie frigida proficiscitur. Itaq; si humectet eas quispiam calefaciat q; medicamentis laxantibus, dissolutæ prorsus & infirmæ fiunt. Rursus si tumores in rheumaticis affectionibus fortiter adstringat, initio quidẽ proficere videbitur, cæterùm quod restat, cõtumax & scirrhosum faciet: nam magna ex parte tales affectus ne quidẽ ferunt nimis adstringentiũ impositionẽ, vt qui illis & dolore & tensione molestentur. Atqui omnis dolor inflãmata exacuit, irritat q;, & fluxionibus occasionem præbet, quãuis rheumatica intemperie ęger nõ afficiatur. Sed miri nihil est Thessalum medicæ artis operũ inexpertum, & qui affectiones ratione inuenire nequeat, omnem phlegmonarum curationem ignorare. Vobis autem, qui crebrò tũ phœnicini huius, tum aliorum medicamentorum quæ contrarijs constant virtutibus, euidentissima in multis morbis auxilia videritis, conandum est ipsis quoq;, vbi iam cõposita interim desiderantur, eadem methodo ex illis, quæcunq; regio præbet, conficere: cùm phlegmonen suspicamini futuram, vel incepisse modò, quæ magis adstringunt: in augmento ipso, quæ minus: in statu & inclinatione, quæ magis relaxant & digerunt. Semper tamen vtraq; misceatur & repellendi & discutiendi facultas, nisi quando fluxio prorsus constiterit, & corpus vacuum fuerit, tunc ad digerentem, sicut in primis incursibus ad repulsoriam virtutem, tuta est accessio.

De Emplastris quæ ex Argenti spuma præparantur. CAP. 5. E

QVoniam in emplastri mei Phœnicini confectura adipem vetustam & oleum digerendi potestatem habere dixi, chalcitidem verò & palmam cogendi repellendiq́ꝫ: hæc autem medicamen emplastum sine argenti spuma procreare non possunt: ob id visum mihi est de ipsius spumę argenti vsu deinceps verba facere: si quidem phœnicini viribus nec eam obesse qdq̃, nec conducere, sed materiæ ad emplasti pharmaci cõpositionem tm̃ idoneę rationem obtinere putandum est. Non absurdũ itaq; mihi apparet, si de eiusmodi medicamenti excẽpli gratia de spuma argẽti disputationem instituero. Sunt non pauca quę potestatẽ aut nullam aut exiguam admodum pharmaco, quod pręparatur, simul afferunt, commoditatem verò materię prębent, vt vel emplastri, vel cerati, speciem referat. Neq; n. argenti spuma manifestò calida est, sicut nec frigida, nec humida, sed exiguam siccandi habet virtutem in primo abscessu ab ijs, quę ad amussim media sunt inter humida & sicca. Non tñ vis eius est obstruere, sicut nec aperire, itẽ nec abstergere, quẽadmodum nec inquinare euidenter: sed paulum à medijs ad crassius quodãmodo recessit. Verũ hoc quoq; ex diuturna coctione deponit fusa per ignis potẽtiam, & alterata. Porrò sola per se cruda femorum attritus ex itinere iuuat, quo etiam parum exiccare cognoscitur. At neq; acrem vel dulcem, neq; acidam vel amaram, vel austeram, vel acerbam, vel omnino adstringentem facultatẽ, F ipsam habere gustus abundè testis est. Quemadmodum etiã vlcera nec ab ea derodi, nec calefieri, nec refrigerari, nec purgari, nec carne impleri, nec cùm caro supercreuerit, tolli percipimus. Licet itaque nobis in varium vsum administrare argenti spumam, interim ex oleo & aqua coctionem eius adusq; emplastri spissitudinem molientibus, interdum ex oleo & aceto, aliquando ex oleo & vino. Porrò in quibuscunq; istorum coquatur, melius id medicamenti redditur, quod magis coctum fuerit: quod liquidorum, quę miscentur, copia continget. Est. n. ex ijs pharmacis, quæ liquefieri possunt, etiam spuma argenti, dum tota funditur, sicut resina & cera, sed non statim vbi ignẽ contigerit: vnde multis imponit, qui nullo modo ipsam fundi existimant. Igitur si cum oxelæo coquatur, liquescit citius, perinde ac cum ærugine, quæ & ipsa fundi natura solet, vti chalcitis quoque & misy. Ipsorum itaque celerrimè chalcitis funditur, tardissimè argenti spuma: at in horum medio sunt ęrugo & misy. Funditur & sori, sed longiore temporis interuallo, vt quod terrestre magis & saxeum sit quã chalcitis & misy: sed de his iterum dicetur. Argenti autem spumam per oxelęum coquens ocyus liquefacies, per hydrelęum tardius, tñ funditur sic quoq;, si duplum eius sit vterq; humor. Ego certè plus etiam q̃ duplum miscui frequẽter, vt paulo pòst exponã. Atqui melius est statim ab initio hæc tria in mortario miscere, argẽti spumam, aquam, & oleum. Quòd G si candidum medicamen esse cures, oleum purius lucidiusq́ꝫ inijcito, atq; aquam similiter puram ac candidam: coquaturq́ꝫ in loco sub dio Soli exposito, quia nubilus aer pharmacũ denigrat, syncerus magnum ad albedinem adiumentum adfert, sicut aqua etiam in huiusmodi aere aspersa. Ceterùm obseruato, ne coctionem lignis aut carbonibus peruri incipientibus moliaris, nam fumus ei facilè nigredinem conciliat. Perustis igitur antea carbonibus, cùm exactè ardent, tunc coctionẽ auspicare: quòd si illam per hos absolui non licuerit, in alio foco simili modo carbonibus preparatis cacabum superponito. Quę ergo medicaminis candidi faciendi gratia obseruanda sunt, abundè satis indicatum est. Iam verò hoc fit glutinantius, quo plus, vt dictum est, liquoris affuerit: quemadmodum si singulorum trium pondo libram vnam inijcias, firmius adhærebit. At si argẽti spuma non illiquescat, causa est potissimùm, cur id facilè decidat: sicut diutius adhęret cùm argenti spuma cocta funditur, alteraturq́ꝫ. Candidius sanè erit, citiusq́ꝫ coquet, libris duabus aquę in tres vtriusq;, puta, spumæ argenti & olei iniectis: atq; hoc in paruis vlceribus vti consueuimus. Medicamenti quod aqua coquitur potestas nota est, si meminerimus eorum, quæ in commentario de simplicibus medicamentis dicta sunt.

De Emplastro, quod ex Argenti spuma & Hydrelæo conficitur. CAP. 6. H

AQua peculiari substantia semper humectat & refrigerat: ascititio autem calore assumpto, donec ipsum perseruat, excalfacit: frigida facta, refrigerat. Oleum verò si recens sit, pharmaco non renititur, permanet enim humidum & modicè frigidum, quali maximè tenera corpora & vitiosis humoribus repleta indigent. Mulieres itaq; & pueri, atq; ex grandioribus mollem corporis habitum sortiti (sunt autem hi & candidi cute) eius generis medicamenta requirunt. Porrò coctum ostẽdimus ex oleo copiosiore & aqua reddi tam glutinans, vt ne quidem à lotis decidat. Et verò etiam vlceribus, quæ ad cicatricem veniunt, multis diebus subsequentibus pharmacum immanere expedit, quò melius & citius ita cicatrix ducatur. Notum est huiusmodi pharmacum pruritus, desquamata, &, vt vno verbo expediam, parua vlcera persanare, in quibus & subliquidũ, vt vocant, ceratum, aliáque id genus quædam vtiliora sunt ijs, quæ validam potestatem obtinẽt, qualia magnis vulneribus imponimus. De quorum omnium vniuersali virtute in tertio libro de morbis curandis dictum est, in quo generales communesque sermones (vniuersales nuncupant) de quaq; vlceris differentia tradidi, ostendens quales medicamentorum, quibus illa curabũtur, vires esse conueniat. Hic verò particulares materias recenseo, symmetrias miscendorum definiens: & modos, quibus si præparentur, reddantur optima, demonstrans. Ex hydrelæo itaque

argenti

A argenti ſpuma,ſicuti dictum eſt, pręparata, emplaſtrum tactu blandiſſimum ſimul & adhęrendo pertinax efficit: pręterea aſpectu album, refrigeratoriam vim habens mediocrem, cuius auxilio, exulceratis partibus ne quid influat,impedit,& qđ iam influxit,denuo ad partes circumiacentes retrudit, vt res fiat huiuſmodi, qualis cum ſpongiam aqua frigida humentem particulę cuipiam corporis imponimus. Nam illa rugoſum contractum'que totum locum facit, non tantum repellens quod influit,ſed etiam quod in eo continetur, ad vicina elidens. Atq; emplaſtrum modo commemoratum non ex prima facultate, ſed per accidens,exiccare dicetur. Nam propriè quidem & primario ea quę digerunt, & temperamenta ad ſicciorem ſtatum perducunt, nominantur ſiccantia: ex accidenti verò etiam ea,quę frigoris cauſa, id quod influit, propulſant, quod continetur expellunt. In ſumma nullum humectans vel primario,vel ex accidenti, vlceribus commodum eſt, vt in tertio Methodi medendi libro monſtrauimus. De argenti ſpuma quę ex hydrelęo pręparatur, etiam hęc ſufficiunt.

De Emplaſtro,quod ex Argenti ſpuma & Oxelæo componitur. CAP. 7.

DIgrediendum modo eſt ad eam, quę oxelęo conſtat. Itaq; mediocriter exiccans medicamentum fit, ſi vtriuſq; nempe olei & aceti duplo maior portio q̃ argenti ſpumæ miſceatur. At ſi B vetus quoq; oleum ſit,adhuc etiam magis exiccat. Copioſior verò q̃ duplum ſit vtriuſq; menſura, valentius facit pharmacum: quapropter fiſtulas quę non dum callum durum habent, curat. Cęterum ſpumę argenti vna pars iniicitur, illorum ſingulorum duę & ſemis. Quin ẽt tripla vtriuſq; parte non nunq̃ miſta,toto die coxi medicamentum: vnde quidem reddebatur nigrum, ſed perinde ac bitumen probum ſplendeſcebat. Porrò maxima ſiccandi potentia hoc pollet, curat q; vlcera difficilia: & fiſtulas,quales dixi, iungit: vulnera cruenta glutinat: vno verbo,exiccat ſine morſu: huius rei gratia etiam alia vniuerſa vlcera ſanat, maiora minora q;, donec ad cicatricem perueniat.

Æquum eſt & alia quędam eius opera commemorare, quę forſan ne quidem ſperaueris, quantũ ad materiæ humilitatem attinet. Nã cum quis in febre ex parotide ſuppurata iudicatus fuiſſet,parua relicta eſt fiſtula, quam poſt ſex menſes à principio in agro mihi oſtenderunt: erat enim puer filius agricolę,annos natus circiter quindecim. Huic cum ex emplaſtro illo, quanta tunc mihi copia aderat,imponendum dediſſem,ipſe in vrbem reuerſus ſum: ac pluribus negocijs medicis occupatus, oblitus ſum eius qui pharmacum acceperat: ſed poſt duos certè mẽſes in vrbem venit incolumis,cum hoc ego euenturũ, non admodũ ſperaſſem. Immittẽtibus enim nobis ſuillum pilũ per fiſtulã,ad articuli cõmiſſuram vſq; procedere videbatur. Non multos poſt dies, cũ alius puer for- C tè fortuna eiuſdem cum priore ętatis,eodem q; morbo laborans,mihi eſſet oſtẽſus, emplaſtrũ hoc impoſui, quo ille pariter integrę ſanitati reſtitutus eſt. Ab eo tempore plurimos eodẽ vitio huius medicamenti virtute liberaui,tum pueros, tum adoleſcentes, tum mulieres. Igitur ſi vos quoque vti eo ad huiuſmodi affectus volueritis,vetuſtiſſimum oleum,& acetum q̃ acerrimum ex vino videlicet ſolo confectum,iniicitote,non vt quidam aqua miſta ipſum præparant,ſed purum ſit q̃ maximè licet,ac pellucidum: tale ſiquidem tenuius commodius q; ijs erit, ad quæ ipſum requirimus. Hoc pharmaco etiam muſculos induratos ſubinde curaui.

De Emplaſtro,quod ex Argenti ſpuma et Oenelæo præparatur. CAP. 8.

REliquum eſt,vt de argenti ſpuma dicam, quæ ex œnelæo componitur, & eandem prædictis ſymmetriam ac virtutis exceſſus pro humorum copia reſpondentes habet. Etenim æquali portione tria miſſa præparaui,& duplo maiori vtriuſq; liquidi menſuræ quàm argenti ſpumæ, dimidium inſuper,ac interdum & triplum,addidi. Confeci autem non nunq̃ ipſum & hoc modo. Per æſtatem Sole calido argenti ſpumam ex vino falerno conterebam ſingulis diebus quindecim continuis,vinum rurſus,ſi forte primum euaporarat, infundens. Poſt dictos dies coctum medica D men,exiccans abunde factum eſt: quo in rheumaticis quoq; affectionibus perinde ac phœnicino, vſus ſum,ex oleo liquefaciens, vt in illo prædictum eſt. Ac femur iam diu induratum, cruenta q; vulnera eo ſanauimus,atq; ad omnia fuit optimum. Itaq; ſi Falernum ad manum nõ habeas,aliud ſumito colore fuluum,ſed tenue ſubſtantia vt pelluceat,cuiuſmodi eſt Ariuſium,quod in Chio naſcitur: & odorum vehementer Lesbium,in Mitylene paucum,in Ereſſo & Methymna copioſius melius q; proueniens: item,quod falerno ſimile eſt, Tmolite. Eſt & hoc tenuiſſimum,perlucidũ, fuluum colore,dulce mediocriter, nimis quàm odoratum: potes inueteratũ hoc vſurpare ad quæcunq; & falerno vteris. Eſt porrò & aliud vinum Tmolite huic tum colore,tum ſubſtantia ſimile, verum neq; dulce,neq; odoratum: habet autem vim quandam adſtringendi, ſed dulcedine multo inferius eſt. Hæc itaq; ex cocta ſpuma argenti fiunt medicamenta.

De Crudæ Spumæ Argenti Vſu. CAP. 9.

NOn cocta quidem,per ſe,vt annotauimus,attritus emẽdat. Ex aceto autem ſeu vino trita ſiccata q;,vlceribus medetur,quę ob humiditatem vix cicatricem recipiunt. Quòd ſi mordacitatis expertem eſſe cupis,elota vtitor.

Quomodo Lauare oporteat Argenti ſpumam,& Reliqua metallica. CAP. 10.

FAcile aũt eluitur, vt quæ ſtatim propter innatã grauitatẽ liquoribus,in quibus lęuigaĩ, ſubſidat:

dat: vnde totam mordacitatem in aqua lota exuit: acuti verò sensus corpora parum adeo mordacẽ E percipiunt, si ex aceto vel vino eluatur. Porrò conuenit diligenter toto die contritam, cum liquore per noctem relinquere: postero die mane illum auferre, alium mox superfundere: postea rursus terere similiter, iterum q; sequenti aurora liquorem emittere. Quod faciendum est, donec simul cũ humore argenti spumæ velut tenuissima quædam portio (achnen hanc Græci vocant) appareat: cum q; nihil amplius innatat, nihil ẽt magis effundendum est. Attamen cõterere diebus pluribus, & si nihil ei insistat, id q; Sole feruenti, satius est: ita.n. accidit, vt medicamentum exiccet valẽtius.

Porrò nouerunt omnes id æstate non solum in argenti spuma, verum in alijs etiã quæ hoc modo præparantur, fieri commodius. Siquidem cadmia, æris squama, æs vstum, ad hæc item quod vocatur diphryges, cerussa, misy, sori, stymmi, & oẽs lapides, præterea calx, perinde vt argenti spuma, ex liquore aliquo prædicto eluuntur læuigantur q;. Interdum ex marina præparationẽ ipsorum mollior, de quibus in sermonis processu rursus agetur: nunc.n. propositũ mihi est emplastra percensere, quæ Greci iuniores medici cum rho grẹca litera in vltima syllaba & scribunt, & enunciãt. Quẽadmodum in Centrio & Melotride facere oẽs consueuerunt: siquidem in his prima nominũ positio videtur sine rho facta fuisse à verbo quidem centẽin, quod est pungere, cẽntrio nominato, vltima syllaba rho non habente: melõtride verò composita ex mela & ote i. specillo, & aure. At cum F hoc tempore propè oẽs ea cũ rho efferant, non peccaueris cum si simili modo, illis pronũcies, prẹsertim in centrio: quippe ostendimus in opere, quod contra illos, qui solœcismum committentes corripiunt, prodidimus, & ipsos Atticos viros valescentem vsum & cõsuetudinem secutos fuisse. Nam alij quoq; ante me indicarunt Atticorum linguam permultum à proprietate sua decidisse: ac oẽs, quorum eloquentiæ laus ac gloria maxima apud Græcos extat, suẹ quemq; tempestatis morem imitatos fuisse. Et nos itaq; cum omnes inueniamus iam medicamentarios libros emplastri nomen cum rho scriptum habere, vsum præualentem sequemur.

*Al. centio:

*Al. melotide.

De Medicamentis, quæ ex Molybdæna conficiuntur. CAP. 11.

Relatum à me est superius quoq; molybdænam & argenti spumam in eũdem ferè vsum adhiberi. Omnia enim quẹ ex argenti spuma componuntur, etiam ex molybdẹna fieri possunt: sed facultate inuicem differunt tantum, vt molybdæna substantiæ crassioris frigidioris q; sit: argẽti spuma tenuioris, & inter calidam ac frigidam mediæ. Cæterum colores medicamentorum, quæ inde præparantur, molybdẹna non nihil euariat, quatenus fusciores ipsos efficit. Quare & alborũ emplastrorum, quẹ non modo cerussam sed argenti spumam quoq; habent, nullum ex molybdẹna constat: quippe ex huius mistura color albus cinereus redditur. Potestas autem in albo empla- G stro, quod ex hydrelæo componitur, melior etiam euadit, prẹcipuè in teneris corporibus, tantum abest vt pereat. Cum discutere quid volumus, argenti spuma q̃ molybdẹna potior est. Pari modo & in reliquis medicaminibus cunctis, quæ ex argenti spuma compositionis titulum sortita sunt, cum molybdænam adijcimus, color & virtus tantum immutantur medicaminis, quantum paulo ante indicauimus.

De Emplastris Albis, quæ ex Argenti spuma & Cerussa fiunt. CAP. 12.

Vel coloris causa medici cerussam argenti spumæ ad emplastra alba conficienda miscent: vel vt quandam adstringendi, ac refrigerandi vim, medicamento concilient. Videntes autem & huiusmodi nigrescere, cum largius coctũ fuerit, præsertim lignis, & ijs quoque fortasse fumidis, nec in aere puro, mox ab igne tollere coguntur, ob quod ipsum nec aquam copiosam, nec oleum, miscere. Meritò igitur resinam ei adiungere excogitarunt, quo sequax ac sibi continuum fiat, viscosum quid assumẽs, maximè cùm liquida resina immittitur. At ex tali mistura deterius efficitur pharmacũ, cũ mordax quiddã resina reprẹsentet: quod vero siccet, nihil admodum generosum, cuius vsum maxime vlceribus esse necessariũ didicistis. Quẹdam itaq; vel insigniter mordaces sunt resinæ, de quibus vniuersis iterum sermo futurus est. Mitissimæ verò duæ inter eas sunt, prima te- H rebinthina, larix altera nuncupatur. Has igitur miscere satius est, vbi id genus emplastri conficere cogitas. At multo leniora tactu omnia fiunt, tum quæ resina constant, si cerẹ quid adiectum sit: tum quæ ex cera, si resinæ non nihil admistum habeant. Quam ob rem cera quoq; resinæ immittenda est: vt autem color emplastri albus seruetur, albam ceram esse congruit. Est sanè alba, quæ suapte natura prouenit, Pontica: sic enim nominari iam consueuit, licet aliunde veniat, quòd plurima in Ponto alba nascatur, aliis in regionibus paucissima: ac candida quæ Tyrrhenica nominata est, non sponte nascitur, quare nullam euidentem habet acrimoniam. Quæ verò suo instinctu proueniunt, non nullæ acres sunt, quas prius eluere oportet in hunc modum. Liquantur primum ad ignem, deinde in aqua fontis pura demerguntur: vbi permouentur, expurgantur q;. Simili ratione & pix & resina, & quod physema dicitur, lauandum est: de quibus iterum exactius commentabimur. In præsentia, quoniam albi emplastri compositionem tradimus, reliquum eorum, quæ præcepta sunt, deinceps percensebimus. Posteaquam ergo cerussæ, spumæ q; argenti, coctis prius, vsq; dum medicamen ad amussim non inficiat, cera simul cum resina fuerit adiecta, cãdidum iam emplastrum si placet, habebitis: interim aquam iniicientes, interim oleum duntaxat: id'que nunc recens, nunc vetus. Prius enim iam audiuistis, quam virtutem aqua, & oleum vetus habeat.

A habeat. Nouistis item quod omphacinum oleum, & id quod colitur in Iberia, quæ nunc Hispania dicitur, adstringens quippiam pharmaco addit. Histricum non modo exiguam adstrictionem, sed amaritudinem quoq; refert. Proinde differunt tm̃ ex adstringentibus confecturæ ab ijs, quæ dulci oleo constant, quanto initio vlceris & fini potiora sunt omnia, quę non nihil adstringẽs continẽt: in medijs, dulcia. Nã in principio medicamenta repellentia prosunt vlceribus, ne phlegmone corripi incipiant: inde quæ magis relaxent, si non phlegmone adsit, transpiratus gratia: ꝗ si affuerit, etiam ob illam, vt citius dissoluatur. Enimuero clarum est de parua phlegmone verba fieri: siquidem exigua vlcera, in quibus albis hisce emplastris vtimur, magna comitari phlegmone non potest, si error nullus accesserit. Cæterum & vlceribus, quæ iam ad cicatricem veniunt, adstringendi qualitatem vtilem esse nullus ignorat. Tempus igitur iam postulat medicaminum, quæ emplastrum album vtilissimum constituunt, symmetriam exponere.

Pondus Emplastri.

Æqua sit portio vtriusq; metallici, cerussæ & argenti spumæ: & hæc, si videatur, esto singulorũ pondo libra, olei verò mensura amborum simul pondus absoluat: vel vt Romani dicunt, sint põdo libræ duæ, ceræ pondo selibra, terebinthinæ illius dimidium, hoc est pondo vnciæ tres. Quòd B si & thus admisceas, primũ dolori mitigãdo aptũ magis erit: tũ parua vlcera, quæ phlegmone infestat, ocyus concoquet, sed ad cicatricem ducendam erit imbecillius: nam carnem supercrescentem promouet, qm̃ thus carnem generat, vt in tertio quoq; libro de morbis curandis legistis. Satius itaq; est iniicere & aluminis paululum, tum ad cicatricem ducendam: tum alterius causa, quandoquidem laxantia medicamenta plethoricis & vitioso succo abundantibus corporibus adhibita, affectis partibus fluxum concitant. Ex his autem omnibus compositum medicamẽ tumores prę ter naturam in molli corpore, qui nec magni adeo nec dolorifici sunt, discutere poterit, præsertim cũ thus abunde assumpserit. Erit itaq; in prædictis copiosum thus, si æquale ipsi terebinthinę pondus accipiat: sin eius dimidium, minorem digerendi vim medicamentum habebit: magis autem cicatrici ducendę erit idoneum, q̃ quod duplo copiosius id receperit. Iam si plenius adhuc digerere cupiatis, etiam piperis albi pauxillum adiicitote, quod vlcerum cicatrici obducendę nihil obesse potest. Sit igitur aluminis pondo vncia, piperis verò semuncia: ratio siquidem est, huius tres denarios, aluminis sex iniicere. Quoniam vero & aliàs præstat alumen quod scissile nominatur, & colore candidum est, id immittere expedit.

Album Emplastrum ex Pipere, vt Attalus Heras q; composuerunt. CAP. 13.

C IVuat senum vlcera, & eorum, qui mollem habẽt cuticulam: deniq; omne vlcus curat quod & humidius est, & non facile cicatricem admittit: ad hæc abrasa, quæ aposyrmata Græci vocant, vt cutis suspensa sit, interim nigrescens in cubito, tibia, & genu, quibus neq; caro, sed membrana sola os ambiens (periostros dicitur) subiecta est. Hisce igitur, vt omnia ordine recenseam, medicamenti compositio constat: Argenti spumæ, cerussæ, vtriusq; pondo libra: olei duarum librarum mensura: nuncupatur enim à Romanis æquiuocè ponderalis, vt ita dicam, libra solidorum corporum, & mensuralis libra liquidorum, quæ copiosissima in tota vrbe ex materia cornea cõstat: prę ter hæc cerę pondo selibra, terebinthinæ resinę pondo vnciarum triũ, thuris vel dimidio ipsius resinę vel ęquali pondere, aluminis põdo denariũm sex, piperis pondo denariũm triũ. Coctio manifesta est. Initio quidẽ metallica in Sole coquunt, dum planè non inficiat, vel ẽt paulo durius fiat: immittuntur aũt tunc cera & resina: dein cum oĩa in vnum coierint, thus primum, mox alumen & piper addentur. Iniicere aũt conuenit cerussam, quam vocant rhodiacam, si emplastrum candidũ eximie fieri cupias. Quin etiam in ciuitate Dicęarchia olim, nunc Puteolia vocant nõ nulli, qui cerussam præparant, similem rhodiacæ albam facere consueuerunt. Porrò quòd in Sole conficiendum sit emplastrum, & aqua admiscenda, vt albius simul & magis refrigerans fiat, antea discussum est.
D At si mauis ad cicatricem ducẽdam cõmodius ipsum reddere, ab aqua in totum abstineto: olei autem veteris pondo vncias duas ac dimidiã, immo ẽt tres, immittito. Hoc medicamentum non ex eorum numero est, quæ à me primo authore composita sunt, sed iam annis multis antè à Rege nostro Pergamenorũ Attalo, viro omnigenorum medicaminum studioso. Cõstat ratione prædicta. Et sanè admirarer, siquid eiusdem speciei hoc ipso præstantius possit confici. Meminit eiusdẽ Heras quoq; in medicamentorum libro, quẽ non nulli Nartheca id est promptuarium medicamentorum inscribunt, alij Tonon dynameωn i. robur virium, censens oleum vetus attribuẽdum, ei q; parem aquæ mensuram, vel dimidiã, esse miscendã. Cæterũ alia, quę ad symmetriã spectãt, ita habent vt à me scripta sunt, nisi ꝙ ille heminas non libras, tum aquæ tum olei, posuerit, non indicans, quot vnciarum heminam siue ponderis, siue mensuræ, constituant: etenim ponderales vnciæ grauitatẽ corporum, mensurales molem, decernũt. Cum igitur pharmacũ hoc senum vlcera & tenerorum curare dicit, verus est: cum vero omne vlcus sanare scribit, amplius q̃ par est, ei cõdonat & tribuit. Siquidem humidiora, eo q; minus ad cicatricem venientia curat, cacoethes nullum, sicut nec vllũ vulnus cruentũ: ille aũt & hæc omnia ꝓmittit. Attñ derasis ipsum mederi scribens, non falsus est: subinde. n. tam derasum os, vt cutis inde cũ subiecta quadam carne dependeret, medicamento imposito cum ipsa coaluisse vidi: & quod hoc maius est, interdum iam nigricante: rursus aliud q̃ hoc etiam *

etiam admirabilius,in cubiti gibbero,tibia,& genu,quibus nulla caro, sed os conuestiẽs membrana,vel latus tendo solus subiectus est. Quare ad abrasa optimum hoc medicamentum habueritis: ad sinus & abscessus,nec omnium optimum, nec bonitate optimorum secundum: verum ad mediocres hos affectus in teneris, mulieribus, pueris, & senibus,commendatur.Quare & hic plus, q̃ oportebat Heras medicamento detulit: multo autem magis,cùm laudaret ipsum, scribens ad morsus vniuersos esse remedio.Cur enim sermoni appositum esse vult vniuersos? vtrum si etiam ferarum morsus fuerit,an hominum vniuersorum tãtum, dicit? atqui falsum est vtrunq;.In feris quidem clarum est,quæ enim ab efficacibus pharmacis vix curantur, hæc nemo ab illo sanari posse dixerit: ꝙ si de hominibus dicat,& sic oratio incerta indictincta q; est,adeo vt auditores magis offendat,q̃ iuuet. Itaque persuasit aliquis cuidam medico, vt emplastrum hoc adolescenti in pancratio digitum indicem morso imponeret: qui inde tã male habuit,vt in periculo esset,ne pars tota morsa computresceret oborta iam putredine: vix autem diuturna curatione glutinatus est. At cũ non in neruum,sed carnem,læsionem acceperit,nihil mirum est huiusmodi medicamento saluum euasisse.Etenim hominum morsus alijs vlceribus admodũ similes sunt, nisi qui momorderit, vitiosis humoribus abundet,aut diutius à cibo abstinuerit,aut ira correptus sit, vt vniuersum corpus & ẽt dentes bile madeãt: neq; in his tñ eiusmodi quicq̃ mentione dignum medicamen facere videbit. F Atqui ei qui subito fuerit vsus,satis erit,si nihil incõmodi acceperit prius, q̃ pharmacũ aliquod talibus curandis peculiariter dedicatum, morsæ particulæ imposuerit: de quibus mox disputabitur. Nunc vero tantum dixisse sufficiet in ijs,quos siue homo qualem diximus,siue simia,siue canis,siue id genus animantium aliud,momorderit. *

Attalici secundum Andromachum Albi narratio & compositio,quod minus lædit à rabiosis morsos,& neruos uulneratos. CAP. 14.

ALba,quæ oleo recenti & aqua citra piperis atq; thuris misturã conficiuntur, commorsas partes vehementer offendunt,licet animantis saliua quod momorderit, vel pauxillum adeo virus contineat: at minus illis omnibus Attalicum lædendi naturam obtinet,ꝙ terebinthina,oleum vetus,thus, & piper,adiecta sint. Pari ẽt modo in neruorum vulneribus reliqua alba magis nocẽt, sed multo minor ostensa est ex hoc,quod quidem oleum vetus habet, aquam non itẽ.Insuper hoc magis eueniet,si tres vncias thuris integras, & non eius dimidium recipiat.Dictum siquidem mihi est & antea,quod si & hoc pacto præparemus,in huiusmodi albis alumen pharmaco male congruere: nam opus est hic non adstringentibus,sed abunde extrahentibus,quæ in alto neruos punctos affligunt,et venenatam animalium saliuam. Heras hoc emplastrum ex rhodino,vel myrteo, G vel myrrhino,dilutũ,mederi & ambustis igne tradit: & si ẽt hic longè inferius sit pharmacis, quæ ambusta commodè sanant,de quibus ipsis quoq; rursus sermonem instituemus.Præstãtiora enim in his sunt alia candida, quæ neq; thus, neq; resinam habent.Quin & hæc non parum ab ijs superantur,quæ ambustis igne proprie auxiliãt: quemadmodum à me compositum eadem sanare dixi,si acetum adiungas: illud siquidem nullo non tpe commodum est.Quod autem ex pipere albũ constat,excoriatis adustionibus cùm ad cicatricem perueniunt,vtile est: ante, per se nihil cõducit: dilutum verò ex oleo myrteo prodest,non tamen æquali cum ijs medicamẽtis virtute, quæ ad ambusta igne proprie faciunt. Heras morsis ẽt ipsum conuenire scribit. Sed hic quoq; distinctione vtamur oportet, siquidem in duris & ad patiẽdum difficilibus imbecillius est medicamentum: in mediocribus, maxime in senibus, pueris, mulieribus, & vt breuiter dicam molli carne præditis, abunde sufficit. Insuper varis aptum est,quemadmodum & hoc verè prodidit Heras. At de pustulis quæ exanthemata Græcis dicuntur, indistinctè pronunciauit.Etenim ex harũ numero mediocriter subduras persanat: quæ vero plus caloris,aut phlegmonodes quippiam, referunt,iritat, præsertim initio. Post commemorata,deinceps in hæc verba Heras disseruit: Fecit etiã ad duritiã trimestrẽ,quæ ex partu profecta erat,ac perspiratu discussit, non impossibilia dicẽs. At conueniebat ipsum præscripsisse,cuius'nam durities esset,totius'ne vuluæ,an ceruicis solius, vel orificij, vel cornuum, vel externi cuiusdam corporis ei incumbentis.Iam verò id ipsum emplastrum impensius,q̃ natura comparatum sit,laudat aduersus fistulas cum alias oẽs, tum maxime quæ in dactylio id est podice, oriuntur: sic.n.appellauit ipse, cùm illud curare adfirmaret. Simili modo ad podagrã,carbunculos,epinyctidas,condylomata,lepras,vitiligines, sugillata, propositum emplastrum Heras extollit. Si itaq; tanq̃ meliorum penuria eo vsus quispiam mediocre pręsidium attulerit,vere prædicat: sin aũt vt medicamẽ ad hæc optimum adducit,manifesti mendacij arguitur, cum multa alia præstantiora inueniantur. Cæterũ post ipsius laudes his verbis præcipit: Vtere hoc maxime,quum vlcus ab acribus pharmacis, & ijs quæ cruentis imponuntur vulneribus (Græci vocãt enæma)soluitur,et phlegmonen recipit: tum in abscessibus qui circa genu fiunt. Hic quoq; fidei illius erat apponere pro abscessuum quidem ratione,tenera carne præditos, pueros, mulieres, & senes: in vlceribus autem, species eorum adscribere: Vti nos faciemus in sermone de malignis vlceribus: nam istud, de quo nũc loquimur, emplastrum nulli tam cacoethi seu maligno cicatricem obducit. Verum distinguenda sunt ea, quæ cicatricem ægre ducũt, à cacoethibus: neq;.n.omnia cacoethe difficulter cicatricem admittunt. At dicetur sermone procedenti de ipsorum differẽtia, H

& me-

† In aliquibus legitur, ἑλκῶν i. vlceribus. vt ĩtelligatur de vlceribus ex morsu vel punctura.

A & medicaminũ, quæ vtrisq; sanandis dicata sunt. Quin ex solis metallicis album emplastrũ præparare licet, vt paulo antè in sola argẽti spuma cocta admonuimus. Si enim spuma argenti cerussę committatur: deinde olei, & aquæ, vtriusq; duplum misceatur: et coctionem, vt nuper est dictum, carbonibus antea perustis in aere lucido peragas: tum glutinans ac tenax, tum album colore, medicamentum erit: maiore autem refrigerandi virtute præditum, q̃ quod est ex sola argenti spuma confectum. Quemadmodum enim molybdæna frigidioris crassioris q; naturæ est, etsi argenteæ spumæ eam admisceas, sic etiam cerussa, vel magis adhuc q̃ molybdæna: q; si vetus oleum indatur, non parum lentoris & hoc medicamẽ habiturum est, ne videlicet à corpore facile decidat, cuicũq; fuerit impositum. Atqui si emplastrum candidum fieri postulatis, oleum q̃ fieri potest purissimũ simul & lucidissimum inijcitote: multa enim eius generis non sunt. Mitigans verò ac dolorem sedans erit pharmacum, si & adipis aliquid inieceris, veluti ego facere consueui. Adeps verò anserinus sit, vel huius inopia gallinaceus. Si neq; hunc habemus, suillum inijciamus, non ignari quidem magnam esse anserini ad reliquos eminentiam: vtentes autem peioribus etiã, siquando optimi copia non conceditur: nam & cùm cinnamomum desideratur, ad casiam optimam descendimus. Verùm in prædicta symmetria adipis põdus dimidio minus, q̃ vtriusq; metallici, miscere sufficit:
B vt argenti spumæ & cerussæ singulorum pars vna adsit, olei dupla, & aquæ dupla, vel etiam paulo amplior, adipis pars dimidia. Cæterùm, quomodo dicam ijs, qui lance metiuntur, dupla, dimidia, & æqualia, ante paulum ostensum est, dum Romanæ libræ ponderalis cũ mensurali cognominationem, quam vocant homonymiam seu æquiuocationem, interpretarer. Pharmacum hoc varijs modis præparaui: siquidem quatuor pari portione mistis dimidiam adipis, interim quoq; liquidorum vtriusq; vnam & dimidiam, adiunximus. Porrò fiet veluti exemplo symmetria talis, argenti spumæ pondo libra, cerussæ pondo libra: olei, aquæ, vtriusq; pondo libra s: postremò adipis pondo selibra. Est cùm & pondo trientem adiecerim, sicut & aquæ pondo libram integram. Quod aũt idiotæ frequenter dicere solent, & medici ipsis similes, obseruate ne interdum dicatis, nẽpe medicamentum quodlibet generosius fieri, si adiectum hoc fuerit, quodcunq; scilicet nominauerint. Nõ nulli ignorare se fatentur, rogant q; nos, qualis'nam cõpositio præparatio q; sit optima, ignorãtes aliam in alio affectu esse cõmodiorem, simpliciter verò & indefinitè ne vnã quidem optimam. Huius itaq; rei gratia ego simplicium pharmacorũ virtutes accuratè pernoscere operę pretium esse vobis puto: nam composito probè vti non possitis illorum ignari. Nimirum igitur in proposito hic albo emplastro recens adeps admistus medicamentum efficit, quod dolorem ma-
C gis adeo leuat, vt si & inflãmatione laboret vlcus, iuuet ipsum: at cicatrice obducenda minus reddet accommodatum: Quod citra adipem conficitur, facilius quidem cicatricẽ inducit, verùm non ex æquo sedat dolorem. Dictum quoq; est prius, q; aqua admista euidentius refrigeret, sed oleo veteri, magis discutiat. Itaq; qui eam facultatem adsecutus est, vt quo potissimum vlcus indigeat, scire possit, is optimè & ipse componet medicamenta, & iam cõpositis vtetur. Atq; vidistis me subinde medicorum, qui me in consilium aduocarunt, pharmacis multa curasse, à quibus illi sanitatis spem abiecerant. Optimum igitur medicamen dictum est non sermone simplici, sed inter ea quæ hoc aliquid facere pollicentur: quemadmodum ego Phœnicinum optimum esse retuli aduersus rheumatica, si eo iuxta prædictas distinctiones vtamur.

De alijs Emplastris Albis. CAP. 15.

Alba igitur antè cõmemorata, qua dixi ratione iam olim confecta sunt: post quæ alia diuersa medici posteri excogitarunt, quædã adimentes, addentes, & immutantes: de quibus & ipsis præstat dicere, vt in varia medicamentorum cõpositione vos exerceamini. Scripsit itaq; Andromachus in libro, cui titulũ fecit, Virtutes ad exteriora. hisce quodãmodo verbis. ℭ *Album, quo vtor.* Argenti spumæ pondo mina, cerussæ tantundem, ceræ pars quarta, resinæ pars quarta, olei
D heminæ tres, aquæ heminæ duæ. Hactenus Andromachus, nec quibus conueniat adscripsit, nec coctionis eius mentionem fecit. Non nulli viginti vncias minam cõtinere tradunt, quidam sedecim. Atque medicamentũ vtroque modo præparari possit, non tamen rectè mihi parem modum resinæ & cerę inijcere videtur: nam Attalici compositio melior est, quæ ceram resinę duplo copiosiorẽ accipit. Constat aũt, si resinæ & ceræ æqualis portio adiecta sit, emplastrum fore glutinãtius, non tamen ex ęquo suaue gratum q; vlceribus, sed acrimoniam habiturum. Quin etiam eò q; indicare noluit, qualis immitti debeat resina, parum rectè fecit: nos autem haud ignari esse meliorẽ per omnia terebinthinam tum colophoniam, tũ eam quæ phrycte nominatur, illam iniiciemus. At si & laricem habeamus, quid vti prohibet, cùm sibi inuicem propemodum sint adsimiles? Olei heminas tres. atticas puto ipsum scribere, aut certe scripsisset, libras. Atqui miretur quispiam, quomodo Romę degens pro libris heminas nominauerit: eius nẽpe regionis illa sunt nomina, libra, sextarius, vncia. Ex multis pharmacis quondam conscriptis, priusquam Romanorum res eò potentię accreuissent, conieci quam illi vocarent heminam, esse ęqualem vnciis nouem librę Romanę hodiernę. Nunquid igitur & Andromachus tres heminas censet adijciendas, tanquam singulę vnciis nouem valeãt? eadem q; ratione & aquę duas? Vos ergo si simplicis cuiusq; potestatem cognitam antè habeatis, quomodocũq; pręparato vti potueritis ad ea, quę compositionis modus

promittit,

promittit,alijs permittentes inquirere, qualis'nam confectio sit optima: oẽs.n.optimæ sunt & nõ E
optimæ, quemadmodum nobis prius ostensum est. Postea Andromachus aliud subiungit huiusmodi. *Album aliud.* Argenti spumæ pondo denariũ centum sexaginta,cerussæ pondo denariũ ducentorum,ceræ pondo denariũ quinquaginta, terebinthinæ pondo denariũ xxiiij, olei heminæ dimidium,aquæ cyathos vj. Hoc igitur emplastrum priori plus cerussæ, q̃ argenti spumæ,habens,cãdidius euadet,magis q́ꝫ refrigerans quod ad hoc attinet,sed facile decidit,minus q́ꝫ adhæresit,licet sedecim vncias & duas partes heminam habere statuamus, quemadmodũ non nulli aiũt.

Iuuat sanè ipsum ad hæc terebinthinę mistura,ne friabile fiat pharmacum: quoniam oĩno alipes, vt Græci dicunt,id est pinguis expers,& aridũ esset, pauco oleo & aqua addita.Neque in hoc verò adscripsit Andromachus, vel coctionem, vel quid promittat. *Aliud album.* Aliud post hoc ponit tertium,quod eadem alia omnia cum Attalico ex pipere albo confecto continet.Adiecta aũt sunt ei hæc duo,orchis herbæ pondo denariũ octo, struthij pondo vnc.duarũ.Aquam verò nequaquã huic pharmaco adiungit,sed thuris pondo denariũ xxv inijciendum censet,non adscribens vt Heras consueuit: non nulli aũt † xxvi immittunt. Olei tñ & hic ille heminas duas imponit, candẽ nobis obscuritatem relinquens,cuius supra memini. Accusauerit quis eum vehementer,ꝙ pharmacorum pollicita seu titulum non pręfixerit, quippe secundum cum primo & tertio eandem poten F
tiam non obtinet. Heras q́ꝫ sanè laudandus est, qui medicamentorum virtutes adscripserit, vtendi q́ꝫ modos,quos Andromachus in emplastris albis prorsus omisit, raro ad quid valeãt apponẽs: quin nec quo pacto coquendum medicamentum sit, indicauit. Attñ nemo forsan eum accusare possit,ꝙ iam exercitatis in re medica,non idiotis,scribat. Verum ꝙ titulum prætерijt,vel vniuersales potentias,non mediocre peccatum est.Quid enim dicet, qui defensionem eius susceperit? forsan ꝙ peritis simplicium medicaminum virtutum hæc tradiderit: atqui illorum nullus Andromachum desiderat,cum & ipse simili modo possit componere.

† Græc° codex, q̃,q̃; haud scio q̃ rectè, habet δεκαδύο καὶ εἴκοσι, i. duodecim et xx. Sunt, qui legẽdũ putent xxii.

Album Heræ aduersus Rabiosos morsus. CAP. 16.

RVrsus ad Heram reuertamur, aliud candidum emplastrum post Attalicum ijsdem hisce verbis scribentem. ℭ *Candidum aduersus Rabiosorum morsus. Facit exactè etiam ad Aquam expauescentes rabidi canis morsu, præseruat enim statim à periculo vulneri impositum: item deuictis valde catapotium nucis auellanæ magnitudine ex eo dandum est, id'que diebus quadraginta: mutat tamen colorem in splenijs, redditur'que nigrum. Valet & contra Morsus hominum canum'que, Abrasa, & Vlcera quæ cicatricem difficulter admittunt. Tollit etiam Sugillata siliquã vna, Vulnera conglutinat, aufert Phymata, & Rhagadas. Est & Pessus emolliens.* G
Oportet tamen post diem soluere, & nigredinem vlceribus obortam spongia detergere: id'que tantisper faciendum est, donec nigricies amplius nulla appareat. Iam quoque idem Cicatricem ducit, & ad omnia bonum est. Hęc pręfatus Heras deinceps symmetriam emplastri his verbis enarrauit. *Album.* Ceræ albæ ponticæ põdo libras duas,argenti spumæ chrysitidis pondo librã, cerussæ tantundem, myrrhæ pondo vnc.ij, medullæ ceruinæ tantundẽ,thuris atomi id est infecti pondo vnciam,olei veteris sextariũ.Hæc sanè symmetria eorũ est, quæ emplastrum constituunt.Coquendi vero modũ deinceps ita scripsit: Argenti spuma ex oleo coquitˀ: vbi sordium crassitudinẽ habere videtˀ,cera, mox cerussa aspergitˀ, mouetur q́ꝫ: vnita iã nec polluẽtia ab igne tollunṫ,& medulla inijcitur: postq̃ refrixerit medicamẽtum, myrrha & thus miscetˀ: deinde emollitum subactum q́ꝫ manibus, vsui est. In hoc igitˀ Heras commendandus est,qui non reliquerit nobis,quomodocũq́ꝫ lubet,emplastrum coquendũ, sed ipse apposuerit.Procliue.n.erat cerussam cũ argenti spuma, vt in albis alijs,statim ab initio coquere, & nos id plerunq́ꝫ factitare consueuimus, immo & ille ipse in alijs cõscripsit: verum in hoc ipsam secundo inijcere præcipit,non apponens causam,cur id agere præstiterit, etsi ostendat non vnum coquendi modum in omnibus esse similiter vtilem, sed in quibusdam & duos & tres efficere licere,non modo colorem verũ & facultatẽ immutantes medicaminum: quemadmodum in hoc nũc H
proposito cerussam cũ argenti spuma coquere noluit, sciens ipsam & exactũ candorem ex coctione perdere & astrictionẽ, quam habet cũ refrigerandi virtute, deponere. Forsan igitur inquiret aliquis,ecquid cũ emplastri author primus,quicũq́ꝫ fuerit,digerens id esse vellet,conatus tñ est cerussam crudã in eo perseruare? Mihi sanè videtˀ huius gratia ad talem venisse conjecturam, vt medicamentum repulsoriæ quoq́ꝫ virtutis quippiam habeat,etenim eiusmodi nullam habentia, plethoricis corporibus nequaq̃ tuta sunt. Vt ergo conueniat & his,cerussam crudam mistam esse verisimile est. Cæterum neminem latet magna de se propositum medicamẽ promittere, inde ꝙ myrrham & ceruinam medullam assumpserit,sicut & alia quoq́ꝫ eadem cum communibus his emplastris continet.Didicimus aũt myrrham valde siccãs,tenuium q́ꝫ admodum partiũ,esse medicamentũ: medullã rursus nullo inter ea,quæ mollientia vocanṫ,inferiorẽ. De hac facultate, quemadmodũ & de alijs oĩbus secundis in libro quinto simplicium pharmacorũ dictum est. Videtur tñ non ijs tantum medicamenti compositor, sed etiam albæ ceræ ponticæ, quæ vim habet medicamentosam,confidere,atq́ꝫ ideo plurimum eius immittere. Cæterum sextarij (hoc est xesti) Romani Heram meminisse puto: nam apud Athenienses neque mensura,neq́ꝫ nomen hoc erat: nunc ex quo Romani imperare orbi cœperunt,nomen sextarij apud omnes,quę Gręca lingua vtuntur,nationes

A nes existit: ipsa verò mensura Romanæ æqualis non est, quippe alij aliam sextarij mensuram vsurpant. Apud Romanos sextarius libram vnam, semissem, & sextam illius partem pendet, vt oēs simul iunctæ vnciæ sint viginti: quas plurimùm cornibus metiuntur, incisis extrinsecus lineis quibusdam orbicularibus. Non nulli falsò romanum sextarium opinati sunt octodecim mensurales vncias capere. Videtur igitur & Heras cum heminam scribit, sextarij dimidium indicare: num vero nouem vncias ex librali cornu, an decem, innuant, etiamnum ignoratur. Item ad rabiosos morsus'ne aptum sit pharmacum siue bibitum, siue extrinsecus impositum, ratione cognoscere nemini licet. Indicauimus.n. tota substantiæ proprietate eiusmodi medicamenta efficaciam habere, & ob id experiētia iudicari. At experiri nunq; ausus sum hoc pharmacum, quam vim in rabidorum morsibus ostenderet, ꝙ certo sanans haberem medicamentum ex cancris confectum: cum autem hoc non adest, alia quoq; non nulla, quæ nunq̄ prospero successu nos frustrantur. Quare in tam periculoso affectu certis medicaminibus relictis curiosæ experientiæ causa, morsi salutem prodere, graue & iniquum mihi videbatur. Iam quidem de rabiosis morsibus hęc quoque dicta sufficiunt.

Reliqua verò, quæ Heras de hoc emplastro retulit, vt in Attalico, partim sanè vera prędicari, partim impendio magis ab eo extolli, dixerim. Optimum enim est pharmacum, vt inter emplastra,
B quæ sugillatis dictis admouentur: inter ea verò, quæ cruenta vulnera glutinant, non in primis & optimis est. Summatim permultos inuenio non modo huius tempestatis medicos, sed etiam veteres qui libros posteritati reliquerunt, hoc genus emplastra supra veri fidem extulisse, de quibus sequenti volumine agetur. In præsentia ad institutum reuersi, iterum Heræ dicta examinabimus. Ait enim phymatis medicamentum illud mederi, nulla distinctione eorum apposita, quæ ego de Phœnicino protuli. Quædam siquidem calida sunt phymata, et cū vehementia quadam exiliunt: quædam frigida sicca q; sunt: permulta alia inter hæc consistunt, alia quidem exactè media illorū, quæ diximus, alia à medio in vtranque partem paulum inclinant: aliqua plus idem faciunt, non nulla summis vicina, vel à medijs quodammodo & summis pari spatio absunt. Quibus vniuersis emplastrum hoc conuenire non potest, nisi cum mollibus quibusdam id velit liquefacere, vt multi modi fiant, quibus eo vtamur, quos explicasse ipsum, sicut in alijs factitauit, oportebat. Proinde par esse puto, vt hunc laudemus ob ea quæ tradidit, Andromachum accusemus. Cæterum de eo, ꝙ emplastrum istud hominum canum q; morsibus conferat, easdē puta à me rationes audire, quas & de Attalico pronunciaui: similiter etiam de alijs, quæ pharmacum commendant: quemadmodum illud, ita hoc quoq; bonum esse medicamen dicens, sed multum ab ijs, quæ optime ad vnum-
C quodq; illorum faciunt, inferius esse, vt quis eo confidenter vtatur, vbi optima desint omnia. Hoc autem non paruum est in medicamentis, quemadmodum nec in victus ratione, & omnibus quæ circa artem versantur. ‖ Ego contempsi quidem id primum, vt neq; dignum esse iudicarem Hippocrate, qui adhortatur nos ita omnia artis opera perficere, vt iuuent, vel non offendant. Postea verò cognoui magnam vim habere, cum scilicet viderem non nullos medicos in pharmacis se primum rectè gessisse, vt in admirationem sui alios perducerent: eosdem postea in alijs prospero euētu frustratos, vt risui essent. Ideo q; semper conatus sum eiusmodi vti præsidijs, quæ an profutura essent, non nunq; sanè dubitabam, ꝙ autem nihil afferrent incommodi, certo sciebam. Quæ igitur in Attalico emplastro atq; hoc laudauit Heras, non quidem, vt dixi, magna sunt: sed vbi desiderantur, quæ id magnificè efficiant, nemo his vtens manifestam lęsionem inferet, etsi nihil iuuerit. Atqui si quis hoc pharmaco vti volet in phymatis, ab illis quę in Phœnicino docui, ipse intelliget, aliàs aliter ipsum liquefaciēs. Tractabitur aūt vberius deinceps & phymatum tota curatio, vnde spero vos methodū exactā perfectam q; medicaminum, quę illa iuuare possunt, habituros. Vocet aūt vobis emplastrum hoc, Album ad rabiosos morsus, sicut illud quod ex albo constat pipere, Atticalicū. Subiungit mox & aliud emplastrum Heras in hanc sententiam. ℭ *Album Ariabarzanion, quo Xenocrates abscessum iam inalteratum circa tarsum, {ea pars est in pede, quæ carpo seu brachiali proportione respondet,} discussit.* Deinde eorum, quæ ipsi immittuntur symmetriam, & postea coquendi modum præfatus, ad calcem hæc verba apponit. *Maxime facit ad Cacoethe, Pascentia, Contumacia, vniuersaliter ad Omne Vlcus.* Porro cur eorum, quibus constat pharmacum, symmetriæ tertiam partem recitauerit, compertum non habeo, cum alij integram hoc modo tradiderint: Argenti spumę denariū pondo ducentorum, ceræ denariū pondo quinquaginta, olei veteris heminas iij, cerussæ denariûm pondo octoginta, terebinthinæ denariûm pondo triginta duū, cineris buccinorū denariū pondo decem, thuris denariū pondo decē & nouē, & aquę cyathos duodecim. Hęc oïa à me prolata pharmaca Heras ad tertiā partēimminuit, sic: Argenti spumæ denariū pondo sexaginta sex obol.iiij, ceræ denariū pondo sedecim obol.iiij, olei veteris heminā, cerussæ denariū pondo viginti sex obol.iiij, terebinthinæ resinæ denariū pondo decem obol.iiij, cineris buccinorum denariûm pondo tria obolos ij, thuris denariûm pondo sex obolos duos, aquæ cyathos quatuor. Postea coctionem ita subdit: Argenti spumam & cerussam cum aqua & oleo terito, deinde recēti olla igne non acri coquito ferrea spatha sedulo mouens, ne adurantur. Vbi semicocta fuerint, ceram immittito: hac liquefacta, resinam & thus: ac tam diu coquito, dum aliquatenus non inquinet. Posteaq̄ bene habere propemodū videtur, buccinos iniectos reliquo tempore concoquito. Cum perfecte coierint,

1.Epid.com.2. tex.50.clas.3ª. 112.f

coierint, in mortarium demittito, aqua exigua prius subiecta, & subacto vtitor. Hoc medicamentum, vt sine morsu discutiat, præparatum est, quod & cerussæ parum ad argenti spumæ portionem habeat, & cum hac ab initio coctum sit, valideq; exiccet ob buccinorum cinerem additum. Non dissimilis quodammodo facultas est & purpuris & ostreis concrematis: notũ est aũt sine carnibus horum animalium testas concremari. Ac Heras quidem vnũ de facultatibus librũ cõscripsit: Asclepiades cognomento Pharmacion, decem, præter theriacas & gynęcea: apponens & ipse cuiusque pharmaci titulum, in multis ẽt coctionis, in quibusdam vtẽdi modum. Porrò Andromachus multas vires collegit, & ferè non pauciores ijs, quæ in decem libris Pharmacionis Asclepiadis habentur, tribus ipsas libris comprehendens. Primo pharmaca docet, quæ extrinsecus imponuntur: altero quę intrò assumuntur: & tertio quę oculis adhibentur. Reprehẽdere autem ipsum iure possis, vt admonui, quod nec confecturas, nec vsus rationem, nec vires, nec quid promittant, adiecerit. E

Quæ Asclepiades Alba scripserit. CAP. 17.

AD Asclepiadem igitur iam transgressus producam in medium, quę ipse alba emplastra ad finem tertij libri exteriorum tradidit. Nã inscribit eorũ primam Marcellã, secundam, tertiam, quartam, quintam: veluti alios interiorum quinq;, primũ Masonem, secũdum, tertium, quartum, & quintum. Verũ in tertia Marcella ad calcem alba emplastra adscripsit: prioris titulũ esse ait, ad ambusta igne, abrasa, cutem teneram: quod emplastrum Acesin id est medelã, nominari dicit. Omnia verò simul quatuor, argenti spumam, cerussam, oleum, aquam, pari pondere incoqui oportere commemorat. Constat q; hoc pharmacum fragile & alipes effici, hoc est pinguis expers, vt cuti sine deligatura adhærere non possit: nisi.n. vt pręfatus sum ante, metallica plenius cocta fuerint, tale fieri emplastrum necesse est. Coquuntur largius, dum maiorem liquidorum mensuram in mistura cõtinent. Huic aliud emplastrũ Asclepiades subdit, eiusdem quidem tituli, sed non eiusdẽ confecturæ: neq;.n. æquale metallicorum pondus immittit, verum cerussam argenti spumę sesquiplam: quin & seuum vitulinum adijcit, totam symmetriam sic faciens: Cerussę denariûm pondo centum viginti, argenti spumæ denariûm pondo octoginta, adipis vitulini denarium pondo triginta, ceræ denarium pondo vigintiquinq;, olei heminas duas. Hoc pharmacum olei parum habet, ceu ad metallicorum proportionem, si quis heminam statuat valere vnciis nouẽ romanis, quę in cornibus cõsuetis libralibus descriptæ sunt. Qm̃ verò cerussa in ipso superat, eo q; magis adstringens magisq; refrigerãs, quàm superius reddebaẽ, adipem author admiscuit. Sciens aũt bubulũ adipẽ calidiorem esse suillo, & vehementius digerere, cauit perfecti bouis seuum indere: quippe in omni animantium genere iuuenilia perfectis humidiorem, minus q; calidum, adipem habent. Erit igĩ & hęc compositio difficilior quidẽ, ac simplicis albi emplastri quod ante scripsit, sed nihilo vtilior. F G

Ab his tertium aliud profert cicatricem ducens album, ex pari cum argenti spuma pondere, ceræ quarta illorum parte, & terebinthinæ rursus dimidio minore quàm in cera: oleũ & aqua ferè æqua portione metallicis mensuris vtrisque simul indita sunt. Voluit.n. medicamenti author cerussæ, et argenti spumæ, singulorum pondo denariũ centum miscere, ceræ denariûm põdo vigintiquinq;, terebinthinæ denariûm pondo duodecim, olei & aquæ cuiusq; heminas duas. Itaq; Attalici memores emplastri, quod metallica perinde ac istud continet, sicut etiam oleum simul cum aqua, cerã dupla portione ad eam quæ in hoc medicamento additur, terebinthinam similiter, scietis manifesto, quo'nam discrimine medicamenta inter se variant: adiectum nanq; est illis & thus, alumen, ac piper. Quin etiam Asclepiades Attalici illius emplastri commeminit, non vocans id Attalicum, immo nec piper admiscens. Alia verò omnia pariter ita scripsit ad verbum. ℭ *Albũ, quod ad Mnaseum refertur: Facit & ad Diuturna ac Difficilia.* Argenti spumæ, cerussæ, cuiusq; denariûm pondo cẽtum, ceræ denariûm pondo quinquaginta: terebinthinæ, thuris, singulorum denariûm pondo vigintiquinq;: aluminis scissi denariûm põdo duodecim, olei heminas duas. Porrò ne putetis differre, si drachmas centũ alicubi inueniatis loco vnius libræ scriptas: sed illud potius considerate, vtrũ qui scripsit centum denarios, dimidium ceræ ipsis misceat, siue huius dimidium terebinthinæ, vt sint ceræ quidem denarij quinquaginta, terebinthinę vigintiquinq;, an aliam quãdam symmetriã faciat. Si nãq; prædictam, nihil referet dicere libram, & selibram, & tres vncias: siquidem libra denarios sex habet ad nonaginta, selibra octo & quadraginta, sic & huius rursus dimidiũ quatuor & viginti. Quapropter eadẽ proportio seruaẽ nulla insigni differentia, siue centum drachmis metallicorum, siue nonaginta sex, heminę duę olei misceantur. In hoc itaq; non variabunt pharmaca, siue libra nominetur, siue denarij cẽtum. Illa verò Asclepiadis scriptum pharmacum ab Attalico emplastro disiũxit, quod Attalicum sex quidẽ drachmas aluminis scissi, piperis verò albi tres habeat: Asclepiadis album piper non habeat, sed duplum pondus scissi aluminis. Porrò validius adstringere quodãmodo, ideo q; prõptius cicatricẽ ducere Asclepiadis pharmacum, Attali magis digere re, omnes norunt. Vnde, quod dixi & prius, qui rogant, vtrum ipsorum pręstet, medicamentis vti nesciunt: Etenim ad cicatricem ducendã Asclepiadis, ad digerẽdum Attalicũ, est melius. In vniuersum meminisse oportet, quod apud Hippocratem scriptum est in libro de Alimẽto, ‖ prauum videlicet & non prauũ, noxium & vtile, relatione ad aliquid dici. Alia enim ratione pronunciaueris Attalicum hoc emplastro esse præstantius: alia ad multa vtilius illud esse. Deniq; & Asclepiades H

Prope finem.

piades

A piades ipse post hoc modò recitatum, scribens illud ipsum quod ex pipere fit, non vocat Attalicū
sed Pamphilion, ignorans opinor primum ipsius inuentorem. Apponit autem nomen vtentis,
ac vnde acceperit: tum quid valeat, his verbis præfixit. ℂ *Aliud Pamphilion dictum pharmacum accommodatum. Facit ad Vetera, vix sanabilia, Carbunculos, Epinyctidas, Achoras, Psoricos affectus, Sinus glutinat, facit ad Abscessus, Condylomata, & fere Omnibus vtilius est.* Constare ipsum tradit ex cerussa, argenti spuma, cera, terebinthina, duabus heminis olei, eodem modo sicut & Heras: ad hæc item fisso alumine, & albo pipere: aquæ verò non meminit in confectura, sed neq; thuris. Quidam non
quinq; & viginti, sed dimidium immittunt, quin etiam de aqua: cum enim olei veteris heminas
duas infundi scripsisset, postea aquæ duas vel vnam adiecit. Ego & sine aqua medicamentum sæpius præparaui, & ad omnia alia melius fieri apparet, præterq; in teneris corporibus: nam in his
aquam præstat adhibere, præsertim cùm phlegmone tentantur vlcera. Inde aliud Asclepiades
cum superioribus albis emplastris profert, quod rabiosos morsus sanare promittit, quemadmodū
& quod apud Heram scriptum est, pollicebatur. Assumit & hoc præter simplex album, quod ex
argenti spuma, cerussa, thure, cera constat, insuper medullam ceruinam & myrrham: porrò miscet
ei argenti spumæ denariùm pondo quadraginta, cerussæ denariū pondo triginta, thuris denariū
B pondo decem, myrrhæ tantundem, medullæ ceruinæ duobus pauciores quā decem, ceræ albæ denariū pondo quinquaginta, olei veteris sextarium. Primū horum omnium, quæ recitauit, prodidit Asclepiades, quod vocat Rhodiacum, ceu digerens & curans in mammis duritias, & ex his
componitur: Argenti spumæ, ceræ ponticæ, singulorum pondo: cerussæ, adipis suilli elaborati, cuiusq; selibra, hoc est vncijs sex: myrrhæ pondo vncijs quatuor, ouorum tostorum vitellis duobus,
olei hemina vna & semis. Istud etiam sedi benefacere confirmat, non apponens quo nam liquefieri velit, sed nobis coniectandum forsan relinquēs, interim ex rosaceo vnguento, interim myrteo,
aliàs ex oleo quopiam, liquandum esse.

Quomodo Candida Emplastra Componenda sint aduersus Vlcera Cacoethe id est maligna, & Ea quæ cicatricem difficulter admittunt. CAP. 18.

QVæ dysepulota id est vix ad cicatricem venientia, quę item cacoethe id est maligna, appellē,
distinguendum modò est: quia non solum in præsentem disputationem, sed etiam in futuram, commoda præfinitio est futura. Quæ itaq; ex humorum confluxu, vel multorum,
vel acrium, oriunt̄, sine eo ꝙ locus affectus huiusmodi iam dispositionē habuerit, vt, licet bonum
sit quod influit, tñ ipsum corrumpat. Dysepoluta nomino: quæ verò dictam dispositionem iam
C obtinent, præcipuo vocabulo Cacoethe appello. Nunc igitur, qm̄ priores me emplastra quædam
alba, vt quæ dysepulotis cicatricem probè obducant, conscripserunt, propterea ego quoque alia
scribo emplastra, quæ aduersus dysepulota omnia, & cacoethe non nulla, quæ non prauum admodum habent statum, cōposui: nam in illis denuò medicamenta accōmoda dicentur. Primùm &
hîc methodum dicturus sum, qua id genus emplastra complura conficere discetis. Duplex porrò
eius scopus est, alter omnium, quę rōne componuntur, medicamentorum communis: alter peculiaris, colore ab his differens. Quæ igit̄ in commentario de Simplicibus medicamentis cognouistis, sine rosione quidem ac morsu, validè tñ adeo exiccantia, hæc in memoriam reducite. Oīno
autem conueniebat, præterq; ꝙ non mordicent vel adstringūt manifestò, etiam detergere posse:
siquidem caua plurima eius generis vlcera, tanq̄ ab exesione humorum malignorum, facta apparent, eiusq; rei gratia carne impleri desiderant: ostēdimus autem in tertio therapeutices Methodi libro, omnia quæ carnem generant, medicamenta detergendi facultatem habere. Multa etiam
alia siccam obtinent virtutem, huiusmodi vlceribus curandis accommodam. Sed age nunc
repetamus ea, quæ aut cōpositi emplastri candorem tueri possint, aut non adeo lædere. Hoc ex genere est cadmia, pompholyx, calx, ostrea concremata, purpuræ, buccina, & sepiæ pars ossea: parū
D officiet colori & æris squama, & vstæ chalcitidis non fuluum, sed cineritiū, vel subalbidum. Quomodo autem huiusmodi res præparanda sit, rursus in Theriacæ antidoti sermone dicemus. Porrò dictorum quodq; si lauetur, totam mordicationē amittet, quemadmodum cera, quæ medicamini conficiendo admiscenda est, tum resina. Cæterùm ꝙ cera tyrrhenica vel pontica dicta ad candidi emplastri præparationem sit idonea, prius explicatum est: resinæ verò & quæ laryx vocatur, &
terebinthina, aduersus vlcera maligniora magis valent. Thuris quoq; partem aliquam indere nō
ab re fuerit, vt vlcerum maleficorum dispositio coquatur, & ad suppurationem veniat. At non
solum ex prædictis medicamentis vnumquodq; lauandum venit, sed etiam metallica quàm maximè in loco Soli exposito, cū aqua, vel aceto, vel marina, vel vino, leuigare oportet. Pura autem, &
candida, & perspicua, singula hæc erunt, candoris cuiusdam medicamento conciliandi gratia. De
cerussa, oleo, coctionis modo, aere circunfluo, & igne, quomodo quodq; eorum ad albedinem aliquid adferat, antè exposuimus. At quēadmodū in alijs, ita in his quoq; facultatis aquæ, aceti, marinæ, vini q; albissimi peritum, id in compositura miscere conuenit, quod maximè curando morbo profuturum est. Etenim in vlceribus prætumidis ac duris (ochthode Græci appellant) quæ
oras crassas, callosas, multam q; attenuationem requirentes habent, ex aceto, & marina læuigata,
magis, q̄ quæ per aquam, idonea sunt. In quibus aūt acre & mordax est humidū, quod in vlcera

fertur, ex aqua terere potius singula metallica necesse est: Quemadmodum rursus ex vino magis, E
vbi copiosus humor vlceribus influēs apparet. Hęc igitur singula quæ dixi, in vnoquoq; iam nominato humore læuigata diebus pluribus, inieci frequenter pharmacis, quæ ex argenti spuma & cerussa confiunt, ea q; expertus sum omnia cicatricem optimè ducere. Verùm scriptiones quasdā amicis quoq; dedimus, qui huiusmodi pharmaca desiderarent: à quibus ipsis quoq; in experientiam producta, quod titulo promittunt, tueri videbantur. Itaq; argenti spuma cū cerussa prius cocta, & medicamento propè ad non inquinantem consistentiam perueniente, inijcienda est laryx, vel terebinthina resina cū cera candida. His pulchre vnitis adde metallica, quę huiusmodi symmetriam habent: Argenti spumæ & cerussæ pro consuetudine singulorum pondo coquatur cū olei libris duabus, frequenter etiam aquæ selibra addita: liquescit.n. sic argenti spuma citius, & coctio aquam consumit, vt nihil ad humiditatem pharmaco apertè prosit: resinæ pondo tres vnciæ, ceræ duplum sufficit. Quanq; si duas resinæ indideritis interim, quatuor cerę, sic quoq; compositiones non adeo differre inuenient. Thuris ēt pondo vncia semis satisfacit post ceram & resinā iniecta: deinde tres aliorū vnciæ, quæ drachmę quatuor sunt ad viginti. Impones aūt duorum, trium, plurium, ac omnium quę numeraui, quorum singulorū tibi copia contingat: vt si omnia habeas, æquā portionē cuiusq; inijcias, cadmię dico, & pompholygis, buccinorū cineris vel ostreorum, et F
ęris squamę: singulorum denarij sex erunt, qui tres vncias absoluunt. Quòd si & calcem lotam misceas, singulorum drachmę quinque ponētur. Si vstę chalcitidis, singulorum drachmę quatuor, vt ex omnibus sex counitis tres vncię fiant. Verùm chalcitis vsta sit elota, & colore cinereo, non qualem multi ex ijs, qui vrunt eam, faciunt, veluti si dicas ex pallido flauam. Si duo quędam ex his habeas solum, tres vncias ex ambobus ponito, hoc est vtriusque vnam ac semissem. Hęc in pręsentia ad alborum emplastrorum constitutionem vlceribus dysepulotis curandis cognoscere vobis sufficit. Atque subhumida cerata candida etiam ex ijs ipsis præparantur, differunt tamen ab emplastris, q neq; argenti spuma, nec cerussa coquatur: adeps verò vel anserinus, vel gallinaceus, vel suillus, vel vitulinus indatur. Quòd si vinum interim habeas vel acetum, quę albissima lucidissima q; sint, aquę loco ipsa admiscebis.

Democrates de Albo Emplastro. *CAP. 19.*

QVoniam pharmacorum virtutes metris transcriptę facilius memoria tenentur, & exactam ipsorum symmetriam perseruant, satius mihi visum est & horum meminisse. Cùm itaque Damocrates pręter alia alba emplastra, etiam candidum scripserit quod commendat, apponam scripturam ijsdem illius versibus, Iambico trimetro expressis. G

At cum his habere emplastrum medicis conuenit
Album, efficax aduersus abuulsam cutem,
Ambusta, ad vlcera, & per summa corporis
Occasionem citra manifestam ędita.
Ita confit: Cerussę libra sumitur:
Lithargyri, trypherę, eodem simul modo,
Et portio pręterea librę tertia:
Cerę q; purę pontice quinq; vnciæ,
Terebinthinę pondo vncia purissimę:
Thuris q; mannę, vel thuris, quinę vncię:
duę libræ. Candidi olei boni recentis selibra.
Aquę superfundetur his sextarius.
Oleum, cerussa, argenti spuma, aqua coquitur
Leni igne, agitatur sedulo rudicula.
Cùm tota pulchrè desiccata sic aqua, H
Et leue medicamentum apparet, candidum,
Et molle, inficiens nec, terebinthina inditur,
Deinde cera succedet, thus postea.
Ab igne cùm depones ollulam, moue.
Cùm mediocriter est refrigeratum pharmacum,
Mortario superfundas, atq; excipe
In mulieribus, vel delicatis puerulis,
In senibus, habitu aut prauo iuuenibus simul.
Huic tertiam partem immisceto Aluminis,
Quod prodidimus emplastrum non multo antea:
Ac vtitor ad omnia recentia vulnera.
Ipsi verò rhodinon liquefacto immisceas,
Paulum ac cerę, liparon habebis ac bonum,
Album vinum, parum austerum, si affuderis.
Aluminis, cuius meminit, compositio in quinto huius operis commentario.

Galeni

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Exponuntur Emplastra Viridia, Melina, Gilua, ac Cęteris coloribus prædita, tum quædam quoque, quæ Cephalica ac Catagmatica appellantur.

Qui Authores scripserint de Componendis Medicamentis: ac de Ratione ipsorum Componendorum Exemplo medicamenti ex cera, rosaceo, & ærugine confecti. *CAP. I.*

B Vm propositum opus hunc quoq; cum alijs scopum teneat, vt si q͂n librum, quo medicaminum, quibus vtimur, cōpositiones scriptas habemus, perdiderimus, ipsi nos perditis similia possimus conficere, necessariū est primū nos in vniuersum formulā quandam viæ didicisse, qua propositum inueniamus. Deinde per hanc viam in multis particularibus exerceamur oportet, sciētes citra talis studij exercitationem, nullum rectè opus perfici. Et vero graue est, quod iā quibusdā accidit medicis duobus mihi cognitis, quorum alter dolore ex taliū scriptionū interitu cōtabefactus perijt: alter ab operibus medicis destitit. Verùm exercitatis, iudicio meo, præterq; pharmaca vtilia componere, ēt a superioribus nobis medicis scriptorū arbitris esse licet, cōmode q; omnia ea, quę ab illis prodita sunt, vsurpare, atq; illa, quæ ipsi methodo inferius posita inuenerint. Melius igitur est experimentis iam cōprobata sumere eū, qui vsus ipsorum methodū didicerit, licet, quod dixi, necessitas frequenter nos cogat, vt vel experientia incompertis ex tēpore vtamur. Itaq; superiore libro quō ex argenti spuma sola emplastrum præpares docuimus, interim oleo tm̄, interim aceto admisto, vel vino, vel huiusmodi alio: item ex quali ipsorum symmetria emplastrum fieri candidum possit, si probè coctum fuerit. Cęterùm ex his emplastris quædam ducendæ cicatrici accōmodata fieri diximus, quædā vulneribus cruentis glutinandis, quædam phlegmonis exiguis curandis: quædam vlceribus quæ cicatricem ægrè admittunt sanandis, si non cacoethe sint: quædam ad tumores pręter naturam, sed nō magnos neq; duros, discutiendos. Scriptum simul in eo est nō multo post initium, & emplastrū à me compositum, quod Phœnicinum nomino. Præsenti autem hoc libro de viridibus, & melinis, & giluis, & fuscis, & rufis agetur emplastris, quibus etiam adnumerantur quæ dichroma idest bicolora, dicuntur. Inter hæc alia quædam sunt medio inter hæc nomine, vt ex candido melina, & ex nigro viridia, & à similitudine sordium rhypode gręcè appellata quasi strigmentosa: adde quę aerem imitantur, & cœrulea: quædam verò nomine prorsus carentia. Itaq; similia inuicem viribus deinceps scribere commodum est, vt qui in plura incidit, vel librum legit, id quod optimum corpori, eius q; curando affectui sit, eligat. At colore similia tradere, eorum est qui similitudinem non artificialem attendunt: verùm quoniam potentes quidam viri interdum nos iubent emplastrum sibi melinum cōficere, quod vlcera glutinet, vel cicatricem ducat, vel indurata emolliat, vel aliud huiusmodi facere possit, coacti sunt non nulli recentiorum medicorum, vbi similia colore seriatim conscriberent, proprias cuiq; professiones apponere. Quamobrem ego mistam quādam disciplinam conabor effingere, à magis artificiosa auspicatus. Scribo enim prius, quæ caua vlcera carne implent, quorū plurima colore viridia sunt: adnotans, quot ex his glutinantia sint, quot'q; in maligna euadentibus medeantur, atque huiusmodi aliud quidquam possint perficere: Dein de glutinantia non modò recentium vlcerum, sed etiam sinuum: ex his & plura sunt, quæ ad vsq; cicatricem vlcera perducant. Atque horum omnium vnam seriem facturus sum, melinorum aliā, barbarorum (vt vocant) aliam, & fuscorum aliam, nec nō in reliquis coloribus similiter. Producam in alio quoque vno libro similitudines absque coloribus, quæ vlcera cicatricem vix admittentia (dicuntur & chironia) persanant. In alio rursus post istum, quæ tum hæc, tum alia quædam, curant, quæ dicuntur & sunt vsus multiplicis. Ac post hæc omnia, quidquid emplastrorum facultatum reliquum fuit methodo cognoscendum, percensere conabor. Hæc igitur vice proœmij cuiusdam omnium emplastrorum, quæ commemorabuntur, communis præfati, ad ea quæ hoc libro scripta sunt, digrediemur, oratione quadam generali eis præposita, tanq; nihil etiam mihi iam pręcitum sit. Compositiones medicamētorum complurium laudabilium primus omnium, quos nouerim, Mantias Herophileus scripsit: cuius discipulus factus Heraclides Tarentinus non solùm in pharmacorum vsu videtur imitatus illum, sed etiam in ea artis parte, quæ victus rationem docet. Post quos alij sanè quidam non paucis voluminibus, sicut Mantias & Heraclides. Sunt ēt qui vno aut altero tantùm ea conscripserint, quemadmodum Cappadox Heras, qui nec impro-

batum aliquod medicamen tradidit, nec confecturas ipsorum omisit, & vniuersos particulatim E
visus recensuit. Permulta pharmaca pluribus libris studiose scripserunt Musa, & Asclepiades, & Crito. Verum Andromachus vnico libro medicinalia medicamenta ad exteriora corporis vitia: altero, quæ interna curant, memoriæ prodidit: item tertio his minore, oculorum remedia. Paucissimis autem ipsorum tum præparandi modus, tum vtendi, appositus est: neq; verò horum quispiã, nec alius, cuiusq; pharmaci componendi rationem docuit. Ob quod Empirici confidentius, licet absurda, pronunciant, vt qui pharmacorum compositionis inuentionem ad casum referunt: inde nimirum confidentiæ occasionem sumentes, q nemo ex dogmaticis medicis confectionis eorum regulam absolute scripserit. Nam cum dogmatici interrogati rationẽ, qua pharmaca singula composita sint, quibus vtuntur, nihil, quod dicant, habeãt: perditis q; illorum scriptionibus ipsi alia cõponere ex tempore non possint: & ipsi merito contemnuntur, & Empiricis contradicendi maiorem præbent audaciam. Quòd si affectus cuiuslibet eorum, quos curandos suscipiunt, naturam scirent: methodum q; cognoscerent, qua & simplicium singulorum medicaminum vires, & scopum curationis, inuenirent: non vtiq; compositionis rationem ignorarent. Vt exempli gratia, cauum vlcus apertum, græce aperistaton (nihil enim mali est, vt quidam vocant, breuioris disciplinæ gratia sic nos quoq; nominare) quomodo quis sanare queat, consideremus: tanq; si non dum F
aliquod ei curando aptum medicamen inuentum sit. Nam cum docti à ratione fuerimus cauorũ vlcerum curationem subministrari, nascente alia carne loco perditæ, ex ea videlicet quæ subiecta est, cogitauimus fieri nõ posse hoc, si in vlcere sordes, aut copiosa humiditas, insit. Verum sordes medicamina detergentia auferunt, humorem exiccantia discutiunt. Conuenit igitur huiusmodi pharmacorum materias cognoscere non simpliciter secundum genus, vt Dioscorides alioqui scripsit, sed vti nos in commentarijs de Simplicibus medicamentis fecimus, non tantum apponentes vel calefacere, vel refrigerare, vel huiusmodi aliquid aliud quoduis medicamentum facere, verum etiam quòd prima distantia, vel secunda, vel tertia, vel quarta, à medio tale existat. Frequenter etiam, q in horum media vnaquaq;, vel incipiente, vel desinente sit: vt duodecim, pharmacorum quę per excellentiam quancunq; proferuntur, ordines subsistant. Interdum enim vel mediocriter calefaciens, vel exiccans: interdum quod vehementissime quoduis horum facere possit, requirimus. Qui autem simpliciter particulam calefactione indigere intelligit, non magis piper & sinapi, quàm thus, accipiet. Hæc sanè & prius ostẽdimus, diximus verò & in tertio Methodi therapeutices commentario: quasi verò præscientes ea ex demonstratione conuenienti, ad reliqua deducam, hinc præsentis sermonis sumpto initio. Quoniam vlcera carne implenda, pharmaco G
exiccante & detergente mediocriter sine morsu indigere demonstrauimus, conuenit eiusmodi pharmacorum materiam, quæ nam sit, in memoriam reducere. Indicata est autem in libro de Simplicium medicamentorum facultatibus, insuper & conueniens singulorum ordo expositus est. Hoc etenim, sicut dixi, admodum vtile est, vt si quando fortiore quis pharmaco opus habeat, ad quod digrediatur, cognoscat. Verum cum simplex nullum habemus, composito vtimur. Atque primum fingamus nos habere ceram & æruginem, aliud nihil, quod cauo vlceri manifeste conducat: thus dico, irim, aristolochiam, farinam eruorum, radicem panacis, & quæcunque ex hoc sunt genere. Cum igitur sciamus cera sola imposita sordidum vlcus euasurum, vt quod neque detergere, neq; exiccare, possit: ærugine autem adiecta morsum & rosionem illatum iri, atq; phlegmonen excitandam: horum sanè vtrunque deuitabimus, medium autem ex ambobus aliud conficiemus, imbecillius quidem ærugine, valentius autem cera: sed quoniam hæc paululo inferior est eo, quod commodè queat adijci, ærugo autem multum pręcellit, multæ ceræ parum æruginis admiscebimus. Quantam ergo quantæ? hoc enim deinceps venit dicendum. Exactè quidem quãtitatem cuiusque ante experientiam inuenire nemo potest, conijcere tamen, & iudicare, & componere pharmacum prima potest experientia, nullum insigniter improsperum successum habitu- H
rum: Quemadmodum ego aliquando feci in quodam vico, vbi cum neque ipse medicamentum, quod me sequeretur, haberem: neq; alius ex ijs, qui ibidem agebant, copiã mihi facere posset: reperi solum ad compositionem idonea ęruginem & ceram. Quibus acceptis, & ad ignem cera liquefacta cum oleo rosaceo, vt liquidum ceratum fieret, miscui cerati libræ vnciam vnã æruginis, hoc est duodecimam partem: statui enim decimam, vel duodecimam miscere, suspicatus quidem maiorem, vt acriorem, cera futuram: minorem, tanquam imbecilliorem. Expertis autem nobis compositionem visæ sunt partes & decima & duodecima rectè pro corporum differentia commistæ. Ostendimus enim, quod etiam vsus attestatur, valida corpora validiora sustinere medicamina, imbecilliora huiusmodi non ferre. Validiora dico corpora, quæ temperamento sicciora sunt, veluti agricolarum naturam, & venatorũ: imbecilliora, molliora vel natura, vel victus consuetudine, cuiusmodi sunt mulierum, eunuchorum, puerorum, & qui naturali temperamento sunt humidi, cãdido molli q; corpore præditi. Dura igitur corpora ex copiosiore ęrugine cerato admista, carnẽ recipiunt, molliora ex pauciore. Vnde, vt frequenter dictũ est, vnum pharmacum omnibus nequaq; conuenire potest corporibus, sed oportet medium esse, ceu ad mediam temperaturã aptatum: duci vero ad vtranq; eius medij partem, dum quotidiano vsu probatur. Si.n.qđ res postulat

A stulat effecisse videat, in eo manere conuenit: si paulũ deficiat, augere ipsius vires: queadmodum etiam adimere, cùm præter modũ efficax fuerit: Velut in ipso hoc proposito pharmaco quod cerato & ærugine constat, considerare prius oportet, vlcus'ne carne obductum sit, an non dum, sed sordibus humore q; sit refertum: vel prætereà quod carne impletum non est, mordicationis sensus aliquis laboranti ortus sit: & calidior, vel rubicunda magis, pars vlcerata apparuerit. Si igitur imbecillius videatur, melle vel ærugine admistis potentiã eius adaugebis: si validius, oleũ vel rosaceum miscebis, molliens pharmacum, quod linamentis excipiendum est. Cõmodè quidem ceratum & ærugo sic miscentur, quemadmodũ à me non nunquam esse mista retuli. Confectura autẽ medicantibus hæc esto emplastri cõpositi, Viride à colore vocant, sanantis quidẽ & recentia vulnera, quęcunq; non magna sunt, sed quod ex rhodino simul ad mediocris pharmaci consistentiam potest li quefieri. Quin & resinæ, vel colophoniæ, & frictæ nominatæ, vel terebinthinæ, nõ nihil ipsum habere oportebit: ostendimus aũt laricẽ vocatam terebinthinæ quodãmodo esse similẽ. Porrò quãtitas earum misturæ & hîc coniecturalis est. Si.n. plus resinæ quàm ex vsu sit admisceamus, donec manibus subigitur, molle apparet: in linteolum verò illitum, paulo pòst instar pellis durum erit, facilè à corpore decidens. Sin minus iusto resinæ cum cera mistum sit, non habebit hoc quod echeB collon idest glutinans, Grecis appellatur, vt distrahendo eo, plurimum extendat. Liquet aũt si alicui particulæ imposueris, fore vt difficulter agglutinetur, & protinus ab ipsa delabatur. Quæ igitur mediocris mistura, ceu emplastri consistentiæ conueniens? si quidem mihi fidem adhibes, par vtriusq; portio. Nec verò cera, nec resina, sicca vetus q; esto: optimum siquidem ita amborum mistionis coagmentum est, si ambo pinguia & mollia assumantur: si alterum excedat, semper resinã prępollere satius est: quare non nulli vel duplum huius pondus ceræ admiscent.

*forte pro ἐμμέσου i. mediocris, legendũ ἐμμότου, i. linamento excipiendi.

Confectura Simplicis Emplastri Viridis Andromachi, & Virtutis ipsius explicatio. CAP. 2.

AC sanè viride non nulli, sic.n. ipsi nominant, ex dupla resinæ portione cõfecerunt: duas quidem eiusdem libras, vnã verò ceræ, & binos olei cyathos, immiscentes. Æruginis autem alij duas, alij tres vncias, huiusmodi ceræ & resinæ mistioni immittunt. Sed ẽt in præparatione, liquefactis, quæ liquari possunt, æruginẽ inspergũt: quidam vbi refrigerauerint, mox raserint, in mortario misturam moliuntur. Porrò qui medicamentũ cruentorum vlcerum glutinantius facere statuunt, æruginem in pila prius cum aceto lęuigatam iniiciunt, ceratum radentes. Proinde si quis vos roget, quale horum viridium emplastrorũ sit præstantissimum, succurrat id, quod identidem à me prædicatur, respondere omnia esse optima ei, qui affectus, quibus singula offeruntur, cognoC scat, sicut & eos ignoranti omnia pessima. Mei etenim officij est dicere, id exiccare valentius, qđ acetum assumit. Constat aũt, quod plus æruginis continet, id tum validũ esse, tum magis exiccans, tum sordida vlcera rectius purgare. Terminus ipsius est, vt hæc citra morsum efficiat: nam adeo valens, vt iam puris vlceribus impositum morsum pariat, nec ea vnquam carne replebit, sed alio modo humida sordida q; reddet, sicuti illa, quæ parum integrè siccant detergent q;. Iam verò ex acrioribus cauum magis vlcus euadit, & rubicundius calidius q; est, cùm æger etiam ipse morsum eius percipit. Ne igitur quoduis medicamentum simpliciter laudate citra dispositionis, in qua commendatur, appositionem: nec in alio quoquã pharmaco, nec in ijs, quæ modò nobis proponũtur, id agendũ est. Quos igitur viridibus ordine suo descriptis affectus, quibus ea conueniunt, distinguere non piguit, minus peccant quàm ij, qui ne hoc quidẽ fecerũt. Qui verò sine distinctionibus ac indefinitè scripserunt, cũ ad alia transeunt, apponentes, Aliud viride, disciplinam reddunt prauissimã, si modò oportet omnino disciplinã vocare huiusmodi scriptiones. Igitur Andromachus in libro, quẽ externorũ inscribit, paulo post principiũ primè fusca posuit, mox rufa, deinde nigra, postremò ad viridia conuersus disciplinæ huiusmodi initium fecit, præfixo nomine, Viridia. Ac quod principem locũ habet, scripsit his verbis. ℭ *Viride Galli.* Resinæ strobilinę denaD riũ pondo trecentũ, ceræ denariũ pondo c, æruginis rasæ denariũ pondo l, thuris denariũ pondo xxv, aceti quantũ satis est. Cõueniebat igitur ipsum nõ nihil forsitan & de confectura dixisse, nũ etiam thus simul cum ærugine in lęuorem redigi aceto affuso velit, an solam æruginem: vtrunq; enim licet, atq; in multis compositionibus non nulli hoc, quidam illo modo, scripserunt. Verùm in hoc mentem eius conijcere possumus, nempe ambo cum aceto velle conteri, thus puta & æruginem: attamen, in quibus'nam affectibus medicamento sit vtẽdum, significatum prorsus oportebat. Nunquid igitur, quoniam ante hoc, duo quædam emplastra scripserat, quorum priori pręposuit, Ad gangręnas, putredines, nomas vetustas & malignas. secundo, Ad nomas quo vtor, & alia pleraq;. ideo viride istud sine appositione deinceps protulit, ostendens ijsdem ipsum affectibus conuenire? Ceterũ aliud rursus huic subiungens simpliciter dixit, Viride Potamonis: deinde aliud tertium viride, & quartũ, quo vtor. Ad hæc quintum aliud, sextum, septimum, octauum, nonum, decimum, vndecimum, duodecimum, decimumtertium, decimumquartum, decimumquintum, decimumsextum, recensuit, vno duntaxat hoc nomine, Aliud, singulis pręposito, differentia quidem inter se omnia viribus cõmemorans, non tamen vniuersa ad putredines, nomas, & gangręnas idonea, quemadmodum ex ipsorum materia est cognoscere. Vnde etiam constat pro coloris, non virium, similitudine, simul inuicem hęc ipsum conscripsisse. Itaq; nos cuiusq;

eorum potestatem exponemus, à simplicium medicamentorum natura sumpto principio. Nam E hoc longè vtilissimum fuerit ijs, qui non solũ in vniuersali compositionis methodum, ac vsum talium medicamentorum, cupiant intelligere, sed etiam suomet ipsorum marte conficere posse, & quæ à veteribus citra distinctionem tradita sunt, qualem nam potestatem habeant, dignoscere.

Quod igitur primum Andromachus prodidit, inspiciamus, proponẽtes considerantes q; simplicia singula, quibus confectum est. Primùm igitur resinæ strobilinæ in eo meminit, quæ vt in cõmentarijs de simpliciũ medicamentorũ facultatibus asserui, resinarũ longè calidissima est, sicut terebinthina ambabus qualitatibus omnium moderatissima: omnes siquidem resinæ calefaciunt & exiccant, sed hæ magis, illæ minus. Validissima igitur est strobilina: moderatissima, vt dixi, terebinthina. Quin etiam siccat celerrimè strobilina: & quod peculiari appellatione pityinon physema dicitur, resina quidẽ & ipsum genere, cęterũ siccans & calefaciens, siccando aũt à strobilina nõ superatur, calefaciendo plurimùm. Hæ ergo exiccatæ pinguis expertes sunt, ideo q; emplastra bene adhærentia conficere non habent, vt viscosæ & liquidæ. Inter pityinon physema id est piceã, & strobilinam resinam, media calore abietina est, liquida tñ diutius perdurat, sicut etiam colophonia illa, quæ thus redolet, & quæ non nullis sola vocatur colophonia, odoratu suauitatem quandã referens sicut abietina, & colore mediocri prædita vt illa: nascitur aũt admodũ modica, atq; ob id F pretiosa est. Humidissima tñ omnium est altera laricis appellatæ differentia, nam hæc quoq; duplex quodammodo est, vna quidem similis in omnibus terebinthinæ: altera hac acrior, calidior, magis liquida, & odoratu grauior, & gustu amarior, calidior q;. Porrò humida resina quæ in continentibus pineam resinam subsidet vasis fictilibus, consistentia & colore terebinthinæ ad amussim similis, odore & gustu diuersa, ingratior quidem olfactu, sicut etiã acrior & gustu mordacior. Quare satius est terebinthinam omnibus medicamentis, quæ vlcera rectè curabũt, admiscere, quoniam primus præcipuus q; in eis scopus est, vt id, quod offertur, non mordeat. Igitur ad compositum emplastrum reuertamur, in quo Andromachus strobilinæ resinæ denariũm pondo trecentorum, ceræ denarijs centum mistis iubet inijcere, neq; consistentiam neq; virtutem exactè assecutus vel ipse, vel qui id composuit. Neq;.n. glutinans erit, & acre fiet: auxilium verò ei ad vtrunque contulit thus admiscens, verùm pro illorum copia paucum adeo, præsertim cùm æruginis denarios quinquaginta immittat, octauam partem quadringentorum ex cera resina q; collectorum explentes. Atqui nemo hoc illi vitio verterit, vtpote cui consilium fuerit medicamen conficere vehementer exiccans, cùm & alioquin ipsum carni generandæ, ac mediocribus glutinãdis vulneribus, aptum reddere volenti drachmę quinquaginta misceri rectè possint, ita q; lenius, ad carnem pro- G ducendam commodius, adhærendo pertinacius, & ad multa vtilius fieri. Commendãda verò est thuris commistio, ꝙ emplastri coagmentum iuuet, anodynon enim est, & concoquit. Quare si æqua ipsius portio ærugini fuisset coniuncta, hoc est denariùm pondo quinquaginta, glutinantius, vt dixi, redditum fuisset, & mitius medicamentum. Quoniam verò vigintiquinq; adiecit, siccantem æruginis vim seruare curans, emplastrum ad glutinandum maiora vulnera, & vlceribus vix sanabilibus curandis, idoneum factum est: quod q; tale ipsum fore in animo habuerit, aceti quoq; mistura innuit. Penes nos itaque est & vehementius & lenius ipsum facere, vel plus aceti, vel minus miscentes, sicut acrius, vel minus mordax: etenim ex acrioris mistione, quemadmodũ etiam copiosioris, medicamen exiccabit fortius, & cruentorum erit glutinantius, si vinosum acetum sit adiectum. Porrò præstat in compositione plusculis diebus ęruginem ex aceto acri, in Sole calido allæuigare: quod enim in eo mordax est, mitescet, virtus q; nihilo fiet minor. Thus autẽ initio admiscere necessarium non est, verùm huic dies vnus satis est. Siquidem meminisse vos puto & huius quod toties repeto, fortium medicamentorum, cuiusmodi est ærugo, misy, chalcitis, sori, æris squama, vel chalcanthum, ex aceto diebus pluribus contritorum morsum obtundi, bonitatem augeri. Quoniam enim metallica, vt quæ crassioribus natura constant partibus, potestatẽ H suam in altum vsque corporis, quod curatur, non extendunt: ideo vt tenuiora fiant, ijs per trituram & acetum adhibendus est cultus: hæc enim curiosè ita attenuata ad intima vsque penetrant.

Accedit autem & aliud quoddam cõmodum in huiusmodi medicamẽtorum præparationibus, ꝙ diligenter elaborata corporis meatus nusquam inter eundum retenta pertranseunt: eius q; rei gratia & si calidioris naturæ sint, sine morsu munere suo funguntur. Quin & inter humores ipsos in corpore generatos, tenues facilè citra morsum perspirant: crassiores retenti obstructi q; molestant, vbi mordaces fuerint. Eadem ratio est in metallicis medicamẽtis cõbustis, sed illa ex ignis cõmercio non nihil mordax perseruant, quod per lauationes deponunt, ac lenia prorsus redduntur. Quibus autem simile quippiam vstioni ex tritura cum aceto in Sole facta ignis loco accidit, ea neque ex igne genitum calorem consequuntur: si tamen & quæ combusta sunt, ex aceto læuigentur, multo præstantiora fiunt. Igitur tum hæc multorum medicamentorum communia, sunt cognitu necessaria, tum vsus ipsorum similiter, alius quidem in alijs affectibus: in cauis verò vlceribus cum linamentis excepta imponuntur. Propositum itaq; emplastrum si ex rosaceo liquefaciens eo vtaris, prodest sordidis & humidis vlceribus: aperistata verò id est aperta, mordicat: cuius rei causa miscendum ei est ceratum liquidum ex cera & resina confectum, vel ex rosaceo, vel

ex oleo

A ex oleo liquefactum. Poteris interim & myrteo vti, atq; horũ mistionis methodum quandam intelligas oportet. Olei sanè nomen vnum est, qualitas & facultas diuersa. Nam omphacinum frigidius: ex maturis oleis pressum calidius est, temporis autem processu calefaciendi vim auget. Sic etiam quod salem habet, quantum ex illo sumpserit, tanto calidius est, magis q; siccat q; quod ipsius expers est. Quod surculos oleæ, thallos Græci nominant, continet, valentius adstringit. Indicat aũt tibi id quod est vtilius & vlceris forma, & corporis ægri natura: vlceris quidem sanandi, contrarijs: corporis autem vlcerati, similibus. Quapropter medicamentum, quod linamento exceptum immittẽdum est, myrteo liquefacies, cũ generata caro flaccidior quã par est, apparet, præsertim vlcere ad cicatricem perueniente propemodum. Nam cum pauxillum quiddam phlegmones in ambientibus particulis relinquitur, optimum est pharmacũ ex rosaceo liquare. Rosaceum vero præstantissimum esse nouisti, quod solis rosis pluribus in oleo citra salem preparato diutius maceratis confectũ est. Si ergo hæc quispiam in memoria prompta semper habeat: nec oblitus sit, vt præcepimus, omnium simplicium medicamentorum potentiæ: & varia ipse emplastra viridia cõponet, & singulis iam confectis optime vtetur. Emplastrum igitur hactenus in sermone propositum, quod primum viridium scripsit Andromachus, multifariam licet adaptare, partim B pro strobilina resina aliquam aliam adijciendo, partim thus augendo, vel cum eo siccum aliquod carne explens, velut irim, aristolochiam, erui farinam, atq; huius generis alia admiscendo. Quin etiam, quod ora vlceris indurata emolliat, miscendo, compositionem variare licet. Vnde nõ nulli guttam ammoniaci, & chalbanum: non nulli medullam ceruinam, aut vitulinam, aut seuum ad miscuerunt: sicut rursus alij repellẽs aliquod, dum influxus conantur reprimere. Hac ratione igitur alij fissum alumen, alij rotundum, alij gallam omphacinam id est immaturam, adiecerunt: quidam ladanum vtraq; virtute præditum, molliendi videlicet & repellendi, vt labra emolliantur, & nihil ex superioribus influat. Insuper qui vix sanabilia curare studuerunt, vt multiplicis vsus medicamentum esset, adiunxerunt enumeratis chrysocollam, vel diphryges, vel æs combustum, vel squamam, aliqui æris, aliqui stomomatis †ferri. Et propè omnia modo enarrata, viridium emplastrorũ colorẽ seruant: alia verò ijsdẽ facultatibus prædita mista corrumpunt. Quare nec ego omnium memini pro qualibet facultate, sed illorum duntaxat, quæ emplastri compositi colorem tuebuntur: non enim de glutinantibus, vel ijs, quæ carni alendæ sunt, emplastris simpliciter, verum de eisdem viridibus, dicere ẽt statuimus. Quamobrẽ hæc modo narrata, & atramentum sutoriũ, & chalcitis cruda, si breui mensura admisceantur, colorẽ pharmacorũ in sermone præcedentium C reseruant. Itaq; de taliũ compositione abunde satis actum est. Vsum vero ipsorum qm̃ Andromachus omisit, à quo traditum esse conueniebat, nos apponemus, communem vnum de talibus medicamentis vsurpandis sermonem planè necessarium præfati: deinde vniuersalẽ methodum interpretati, particulares, eorum causa qui illam didicerunt, conuenit effingamus. At huiusmodi opus ad dialecticos pertinet in omnibus particulares ipsis perscribere, sicut Heras, Crito, Asclepiades, alij q; complures factitarunt. Atqui etiam tertia disciplinæ species est, quã nos tractamus, neq; in omnibus particularibus medicamentis vsum scribentes, immo nec vniuersim cõmuni methodi disciplinæ soli totum concedentes, sed hanc quidem primam docentes, inde verò vnum vel alterum, vel etiam tertium exemplum, claritatis & exercitij discentiũ gratia accõmodantes. Quẽadmodum sanè ea & nunc re ipsa ostendimus, vt iam in prioribus quoq; fecimus. Nam quatenus medicamentum exiccet detergat q; cũ ex simplicium facultate, quæ id constituunt, inuenerimus, inde simul dispositionem, cui conueniet, indipiscemur. Vbi enim humiditas multa & copiosa sordes est, desiccans euidenter purgans'que medicamentum applicare oportet: vbi apertum (Græci aperistaton vocant) vlcus est, carnis indigum, moderatissimum inter exiccantia detergentia q; cõpetit. Verum minoris maioris q; in eo rationem ab ægri natura sumere conducit. Siquidem du- D rioribus vel ex temperamento naturali, vel ætate, vel loco, vel studijs, corporibus magis exiccantia exhibenda sunt, humidioribus minus. Quapropter primus cuiusq; medicaminis linteolis excepti (emmoton Græcis appellatur) vsus ex prædictis nuper scopis cõiecturali artificio sumitur: Secundus, vt etiam antea monuimus, ex signis in corpore curando apparentibus. Si nanque cauum vlcus citra phlegmonen, & purum inueniatur, nihil nouum tẽtare oportet: si humidius vel sordidius, intendere desiccans detergens'que pharmacũ ratio postulat: si cauum magis quã prius exitit, soluere. Intenditur itaque mellis mistione: mitigatur ex oleo & cerato, vel oleoso quopiã, cuiusmodi est rosaceum, myrteum, & cyprinum, simpliciter præparata sine spissamentis (stymmata Græci vocant) quæ addunt odoris gratia, vel vt confecta diutius ab iniurijs immunia permaneant. Iam vero si contentiosus quispiam nos increpet, tanquam præter id, quod ab initio instituimus, ad medicamentorum vsus orationem deducamus, polliciti nos de eorũ compositione verba facturos, ille considerato, q in vsu etiam confectura quædam fit, silentium sibi imponat. Prima enim pharmacorum, quæ cerato miscentur, in eo confectio est: altera rosaceo, vel myrteo, vel cyprino, vel lentiscino oleo, vel melle apposito constat. Atq; de his satis. Verũ ad emplastra quæ iam per experientiam abunde probata sunt, transeamus. Hæc igitur Andromachus memoratu digna medicamenta vsurpare ipsa scientibus præscripsit. Vnde cum talia sint, ea deligenda,

† Debet addi aliquid vel q̃d simile.

quæ ex paucioribus,paratu've facillimis simplicibus componuntur: tum quæ ad plura valent, & E
proposito maximè scopo seruiunt. Res fiet exemplo ita dilucidior. Finge cauum vlcus apertum in sano corpore: tale verò ab emplastro viridi, quod Lite vocatur, liquefacto ex rosaceo curabit: appellant autem Liten quod ex ærugine, cera, & resina conficitur. Ego sanè, vt ostendi, æquam vtriusque portionem misceo, æruginis decimam, vel duodecimam, vel octauã. Est videlicet duodecima, si ceræ pondo, & resinæ tantundem, æruginis vncias duas miscuerimus: Decima, si duabus æruginis vncijs, viginti ambarum, resinę & ceræ, hoc est vtriusque decem, adijciantur: Quin etiam si octauam æruginis partem cerato ex cera & resina confecto apponamus, etiam sic bene habebit: nam acrius quidem magis'que detergens huiusmodi medicamentum erit, non tamen inutile, duris enim corporibus percommodè adhibebitur. Melior euadet compositio, vbi octauam portionem æruginis confecturæ ex cera resina'que immiscuerimus, ærugine ex aceto quàm acerrimo diebus plusculis antè in læuorem redacta. Præstantior erit, si etiam thuris partem dimidio
*minorem. maiorem, quàm fuit in ærugine, indiderimus. Olei pares numero cyathos æruginis vncijs adiunges, cùm sine aceto & thure medicamen conficis. Quando autem thus, acetum'que adijcis, si quidem fricta resina pinguior quodammodo mollior'que sit, ac æstate pharmacum præparas, miscebis nihil: si verò dura, id q; per hyemem conficis, cyathum vnum infundes. Quòd si liquidarum F
quampiam resinarum ceræ misceas, oleo prorsus carere licet. Liquidissimæ quidem tertiam ceræ portionem addes, minus liquidæ dimidiam. Fiet autem videlicet huiusmodi quædam compositio. Ceram resinam'que liquatam, vbi refrigeraueris, æruginis parti nunc octauæ, nunc decimæ, aliàs duodecimæ commisceto: cognoscens duris corporibus primam symmetriam conuenire, mollibus tertiam, medijs mediam. Æruginem ex aceto læuigabis, si lenius medicamentum voles efficere, thuris pondus dimidium eius, quod ærugo continet, adiungens: sin hoc mitius, thus & æruginem ęquali modo committes. Atqui & resinam cum cera, vbi sine rasura refrigerauerimus, liquefactas, æruginì thuri'que in pila ex aceto tritis superfundimus. Hæ igitur primæ compositiones sunt viridis emplastri, quod cruenta quidem vulnera non adeo magna glutinat, & reliqua adusque cicatricem sanare potest, & carnem in eis producere, ex humido quodam oleoso liquatum. Voco autem oleosa, rosaceum, quo maximè ad illum, quem retuli, modum confecto vtēdum est: & post hoc myrteo, cyprino, & lentiscino. Sed ipsum oleum, vbi medicamento liquescēti caloris quippiam adijcere cordi est, commune hoc miscebis: in quibus refrigerare studes, id q̃d omotribes, hoc est immaturum appellatur: vbi adstringere, myrteum: vbi mistæ facultatis aliquid, concoquens puta & repellens, rosaceum: in quibus modicam adstringendi vim cum ma- G
iore caliditate desideras, cyprinum & lentiscinum. Porrò & pleræque aliæ dixi quemadmodum cōpositiones erunt, dum medicamentis simplicibus modò cōmemoratis, vel carne explentia, vel emollientia, vel adstringentia, vel quę difficilia vlcera curant, commiscentur. Non nulli verò digerentia miscuerunt, sicut etiam cicatricem ducentia. Alijs autem quibusdam omnia commiscentibus, vel confecturam inutilem, vel medicamentum varijs accommodum, pręparare contigit. Quorum materias cognoscentes, tum iam inuentis vti, tum similia componere, ipsi poteritis. Adscribam tamen & ego non nulla celebria, ab ijs denuò, quę Andromachus tradidit auspicatus. Sunt itaque ordine à pręcedenti triginta: quę verò ab ipso commendantur, duntaxat adijciam. Quartum ergo post primum ita expressum est. ℂ *Viride, quo vtor.* Æruginis rasę denariûm pondo nouem, chrysocollæ denariûm pondo nouem, terebinthinæ pondo minam vnciarum sedecim, ceræ minæ dimidium, aceti parum. Quid singula emplastra pollicentur, non (vt prius dixi) præposuit Andromachus, sed ex simplicium medicamentorum materie, ex quibus propositum componit, nulli obscurum est vel ipsum per se, priusquã liquefiat, vlceribus mederi posse, ac liquatum linamēto exceptum immitti. Minam verò sedecim vnciarum inijcit, nam quæ viginti continet, ceu ad chrysocollæ & ęruginis ęquam mensuram, magna est. Post hoc verò H
alijs tribus seriatim productis, rursus aliud sic ad verbum subiungit. ℂ *Aliud, quo vtor.* Æruginis rasę pondo: mannę vncias decem, ego libram inijcio: cerę, resinę frictę, resinę liquidę, singularum pondo quinque: olei cyathum, aceti quantum satis est: ego etiam guttæ ammoniaci pōdo vncias decem pono. Post hæc Andromachus cessat. Liquet autem, si prædictorum meminimus, etiam hoc ipsum emplastrum persimilem superiori facultatem obtinere. Deinde aliud scribens Andromachus, sic exorsus est. ℂ *Aliud Molochinum.* Ac postea simplicium pharmacorum symmetriam, vnde ipsum conficit, his verbis subscribit. Æruginis rasę pondo, picis pondo duo, mannæ pondo, ceræ pondo duo, resinæ pondo duo, olei pondo, aceti quantum sufficiat. Hoc itaque superioribus simile est. Manifestum verò est vtriusque & æruginis, & mannæ parem portionem ex aceto lęuigandam esse: duplam horum, ceræ, picis, & resinæ, hoc est cuiusque pondo duo, cum olei libra liquanda. Et sic in læuorem ex aceto redactis admiscere oportet, vti frequenter nobis dictum est, refrigerantes magis & radentes, quàm infundentes, ne aere iam frigido encerides appellatas fieri contingat. Aliud ab hoc celebre emplastrum subnectit. ℂ *Viride Hecatondrachmon.* Guttæ ammoniaci denariûm pondo octo, squamæ denariûm pondo duodecim, mannæ denariûm pondo octo, resinæ siccæ denariûm pondo duodecim,

A decim, ęruginis denariorum pondo octo, seui vitulini denariorum pondo quatuordecim, resinę te
rebinthinæ denariorum pondo octo, ceræ denariorum pondo triginta, olei quartam cyathi par-
tem, aceti quantum satis est. Hoc & magna vulnera glutinare potest, & sordida vlcera purgare:
vbi ceratum inter liquescendum adsumpserit, carni producendæ est: prius quàm verò liquefactũ
sit, crassas vlcerum oras sanare, & sinus iungere. In totum digerere & repellere potest: nam ex con
trarijs facultatibus mistum est. Quod succedit viride nunc commemorato similis & potentię &
vsus, huiusmodi symmetriam obtinet. ℭ Terebinthinæ pondo minam, serapiadis herbæ dena-
riorum pondo vigintiquinque, æruginis rasæ denariorum pondo decem, seui vitulini denario-
rum pondo vigintiquinque, ceræ denariorum pondo vigintiquinque, thuris denariorum pondo
duodecim, cyprinum aridis adijcitur. Ac emplastrum, quod ab alijs Isis nuncupatur, ipse citra
hanc appellationem in hunc modum conscripsit. ℭ *Viride Epigoni.* Quum autẽ omnes eius me
minerint, nihilo minus & nunc simplicium in ipso medicamẽtorum symmetriã adducturus sum,
quoniã non nulli in eis dissentiunt. Iubet enim immittere æris vsti, salis ammoniaci, æris squamæ,
æruginis, guttæ ammoniaci, aristolochiæ, & thuris, singulorum denariorum pondo octo, hoc est
vnciam: aloes autem, myrrhæ, chalbani, singulorum sesquiplum, hoc est vnciam semissem, quod
B perinde est, ac si dicas omnium vncias vndecim et s: aluminis rotundi denariorum pondo sex. Mi
scet etiam resinæ colophoniæ denariorum pondo ducentorum, ceræ dimidium hoc est centũ, olei
heminæ dimidium. Quosdam ait quartam partem miscere, aceti quantum satis est, dracontij radi-
cis vnciæ dimidium, quod est denariorum pondo quatuor. In fine autem hoc adiecit, quod in Isi-
dis scriptura non continetur, nam Epigonus id apposuit: atque hac ratione Isis ab Epigono dif-
fert. Iam vero post nuper relata addidit Andromachus viride Pasionis hac symmetria. ℭ Re-
sinæ colophonię denariorum pondo trecentorum, ceræ denariorum pondo centumquinquagin
ta, æruginis denariorum pondo octo, aluminis rotundi tantundem, æris squamæ denariorũ pon-
do duodecim, thuris denariorum pondo sedecim, æris combusti denariorum pondo octo, salis am
moniaci denariorum pondo octo, olei dimidium cyathi, aceti quantum sufficit. Hoc medicamen
tum, quia salem ammoniacum prius assumpsit, magis quàm superiora extrahit, magis'que dige-
rit, † in alijs omnibus cum illis conuenit. Fortius autem magis q; ad multa vtile pręscripto post
medium vnum recenset Andromachus, quod *Viride Alcimionis* nominauit in hac symmetria.
ℭ Terebinthinæ denariorum pondo ducentorũ, cerę denariorum pondo centumquinquagin
ta, æris squamæ denariorum pondo decem & octo, æruginis rasæ denariorũ pondo sedecim, alumi
C nis rotundi denariorũ pondo sedecim, chalbani denariorũ pondo sedecim, thuris denarium pōdo
decem, salis ammoniaci denariũ pondo duodecim, æris combusti denariûm pondo sedecim, aristo
lochiæ denariûm pondo decem, aloes Indicę denariûm pondo duodecim, myrrhæ denariûm pon
do sedecim, guttę ammoniaci denariûm pondo decem & octo: chalbani denariûm pondo duode
cim, alij octo: olei heminę dimidium, aceti tantundem. Aliud inde scribit, cui titulus *Athena*, id
est Minerua, sicut ipse ad calcem refert. Porro simplicium eius medicaminũ symmetria, vnde cõ-
ponitur, in hunc modum habet. ℭ Cerę denariũ pondo ducentorũquinquaginta, terebinthi-
nę denariũ pondo ducentorum, frictę denariûm pondo centũ, seui vitulini denariûm pōdo quin-
quaginta, chalbani denariûm pondo vigintiquatuor, mannę denariûm pondo vigintiquatuor, sa
lis ammoniaci denariûm pondo duodecim, ęris vsti denariûm pondo duodecim, aloes denariûm
pondo duodecim, ęris squamę denariûm pondo vigintiquatuor, aluminis rotundi denariûm pon
do duodecim, & fissi denariûm pondo octo, chalcanthi denariûm pondo octo, misyos denariûm
pondo octo, opopanacis denariûm pondo octo, ęruginis rasæ denariũ pondo sex, guttæ ammo-
niaci denariũ pondo sex, minij sinopici denariũ pōdo triũ, aceti heminas tres, olei heminas duas:
minium initio inditur. Athena, hoc est Minerua, vocatur hoc emplastrum, vtilissimum multis, vt
D indicauimus. Quomodo autem vsui erunt emplastra multis vtilia, in sermone de ijs futuro signi-
ficabitur. Ab hoc deinceps aliud viride his verbis conscripsit. ℭ *Viride ex Cyprino Aphrodæ.*
Ceræ denariũ pondo vigintiquatuor, resinæ aridæ denariûm pondo duodecim: æruginis rasę de-
nariûm pōdo octo, Aphrodas denariûm pondo duodecim: mannæ denarium pondo octo, cypri
ni dimidium acetabuli. Contunditur autem cum eo, & difficilibus curatu vlceribus potest condu-
cere. Atque hæc causa est, cur ipsum scripserit, tùm q; paucis constet, tùm q; vtilissimum esse pos-
sit. Cum autem multa deinceps viridia alia multiplicis misturæ & vtilitatis adducat Androma-
chus, visum mihi est ea relinquere, & vt ipsi vocant, Litas duntaxat percensere. Is igitur sic ad ver
bum scribit. ℭ *Aliud Viride Lite, quo vtor.* Resinæ pondo libras duodecim, ceræ pondo libras
octo, æruginis rasæ pondo libras octo, seui vitulini pondo libras duas, aceti pondo librã: ego au-
tem mannæ libram inijcio. Liquet igitur acetum cum duabus æruginis libris, & libra thuris, esse
læuigandum, sicut antea præcepi, deinde liquabilia his miscenda: dico autem seui libras octò cum *
ceræ octo, & resinæ duodecim. Emplastrum hoc Lite ad amussim foret, nisi adipem assumpsisset,
& mannam: ita nanq; ærugo decima amborum simul portio esset, resinæ videlicet & ceræ. Quòd
si resina dura fuerit, omnino etiam olei quid addendum putabis, vti prius expositum est. Quoniã
vero seuum vitulinũ recepit. nec amplius exacte est Lite, vt quod molliens & concoquens medi-
camentum

Marginal notes:

† *Codex antiquus addit, καὶ ῥυπτικώτερον, i. magisq; abstergit.*

* *duas legitur in antiquis. & ita omnino legendum videtur.*

camentum acceperit: multo autem magis, ſi etiam mãnam aſſumpſerit, quę concoquit puri q; mo E
uendo eſt, & carnis gignendæ quandam vim obtinet.

Communis Sermo de Emplaſtris Colore ſimilibus. CAP. 3.

QVód ſanè medicamenta non ſecundum coloris, ſed facultatis ſimilitudinem, vnà ſcribi conueniat, manifeſtũ planè eſt. Vt ergo Andromachus, ſic alij quoꝗ non nulli, ordine tradunt emplaſtra non ſolum viridia, ſed etiam melina, fuſca, & candida. Quo igitur modo fiant cãdida, priori volumine dictum eſt. Viridium vero compoſitionis, licet antea expoſitæ, nunc quoque mentionem faciemus.

Quomodo Viridia fiant. CAP. 4.

AErugo non pauca ijs immittitur, vt & aliorum colorem vincat, & omnia in ſuum permutet. Porrò conijcere oportet eum, qui tale emplaſtrum conficit, præter æruginis quantitatem etiam colorem illorum, quæ ipſi commiſcentur: ad hæc coctionis rationem: in ijs quæ miſcentur quidem, colores pertinaces vitare, cuiuſmodi flaua, & rufa, & nigra medicamenta obtinent. Dico autem flaua & rufa, qualia ſunt melitites, chalcitis combuſta, auripigmentum, ſandaracha: nigra vero, quod genus ſunt pix, bitumen, terra ampelitis, lapis gagates. At inter coquendũ non oportet ęruginem ſuper ignem coeuntibus committere, verum vbi in mortario vnitas facta eſt, admiſcere, ſi colore viride medicamentum permanere deſideras: ſin autem melinum voles emplaſtrum F
conficere, intelligito in coctione æruginem primum in hunc colorem perduci: poſtea in giluum, vt emplaſtrum, quod dichromon id eſt bicolor, appellant, euadat. Etenim à coctionis tẽpore paucis diebus poſt, in ſummo quidẽ emplaſtri fuſcus magis redditur color, in imum vero giluus currit. Qm̃ vero de ipſorum colore quæ conueniebant diximus, rurſus ad facultatis ſermonem reuertemur memoria repetentes, vnde primum hoc in libro exordium ſumpſerimus. Agere autẽ cœpimus, ſiquid meminimus, de medicamentis carnem generantibus: quorum poteſtatis ſcopus eſt, vt mediocriter & ſine morſu detergeant exiccent q;: at ſpeciales confecturæ pro diuerſa ſimpliciũ pharmacorum materie differunt. Cæterum nemo ignorat ea, quæ propriè & primario ſarcotica id eſt carnem progignentia, nominantur, aperta vlcera carne implere, hoc eſt, quæ caua quidem ſunt, non tamen ſordes, aut inflammationem coniunctam habent, magis verò etiam nec prauorũ humorum influxionem, neq; carnem in cauo vlcere intemperatam: nam prædictorum aliquod cauitati ſi immiſtũ eſt, prius illud curãdum. Scopi verò curationis ipſorum ſunt, ſordidis quidem detergentia pharmaca adhibere: eis verò, quæ ex influxione humorũ proueniunt, exiccantia, atq; repellentia id, quod influit: at ſi multum & contumax exiſtat, fluoris cauſa prius amputanda eſt. G
Conſtat autem & inflammatarum partium phlegmonen ſanandam eſſe, carnem autem intemperatam habentium, hanc ad temperiem reducendam. Porrò intemperata illa cum fiat quatuor ſanè modis ſimplicibus, quatuor item compoſitis, per contrarias qualitates ſuccurretur. Sed de his & poſtea. Nunc autem de medicamentis vehementer detergentibus agemus.

De Pharmacis Vehementer Abſtergentibus. CAP. 5.

QVód hæc ex prædictorum genere ſint, quę ob moderatam deterſionem cauis vlceribus, puris, apertis, ſine omni morſu admouebantur, antea diximus. Intenſam verò detergendi virtutem obtinent, quæ copioſas ſordes auferunt. Quare non nulla ex prædictis viridibus medicamentis vna re ſolum, nempe æruginis copia, ab ijs quę ſimpliciter carnem producunt, cuariant. Quędam & aliorum vehementer detergentium miſtura, ſicuti vocatum Iſis, & Machęrionis emplaſtrum, quod nos pro more vſurpamus, Oleoſum ex vſu nuncupant: vbi enim ſinum carne implere proponimus, copioſiore oleo liquefacientes per cornu recti foraminis, modo clyſteris, porcinę veſicę cõiuncti, ipſum infundimus. Quin & vocatis pyulcis, hoc eſt pus trahentibus, in eo vtimur: etenim horum etiam ij, quibus latius foramen eſt, ad huiuſmodi adminiſtrationem commodi ſunt. Perſpicuum autem eſt ſinus oppletos ſordibus ex meraciore hoc medicamento H
purgari, id eſt oleo pauciore adhibito, rurſus puriores ex humectato magis olei vberioris miſtura. Itaque ſi paruę adhuc phlegmones ſinum infeſtantis ſuſpicio quępiam exiſtat, medicamẽtum ex roſaceo prorſus liquefiat: ſin à phlegmone fuerit liber, ex oleo: et ſi citra mordicationẽ veteris miſturam ſuſtinuerit, illo pharmacum liquetur. Cęterum in huiuſmodi vſum non ſolum hoc, ſed Machęrionis quoq; emplaſtrum, & Iſis, atq; alia faciunt, quę maiores noſtri perſcripſere, cerato miſta, cauis vlceribus carnem inducere. Omnia nãq; hęc ſine cerati miſtura ex oleo & roſacco liquefacta ſinibus immittuntur, eo q; conſiſtentia, quæ linamento excipitur (emmoton ſyſtalin Gręci vocant) ſinibus illini non poteſt. Pari modo & medicamentum ſiccum, quod combuſta charta conſtat, roſaceo copioſiore diluentes, ipſis infundimus. Quemadmodũ verò ſinus liquidioribus pharmacis indigent, dum craſſiora imponi nequeunt, ita quę in ſummo caua vlcera affligunt, craſſius medicamentum deſiderant, hac videlicet occaſione, q; liquida ſtatim ab eis decidunt, & linamenta ſicca relinquuntur. Merito igitur in id genus vitijs ceratum valide abſtergẽtibus admiſcemus, in ſinibus oleum vel roſacei plurimum. Atqui hęc in eũ modum abſtergentia pharmaca omnino ẽt digerunt, ideo q; vehementer exiccant: ac commune quoddã ipſorum genus efficitur, quod Gręci polychreſtum id eſt multiplicis vſus, appellant. Accedunt huic generi emplaſtra admodũ acria,

qualia

A qualia ſunt ea,q̃ di halωn id eſt ex ſalibus,nominantur: quę non offerēda ſunt vbi carne quidq̃ ex-
plere cogitamus.Nam præter alia hoc quoq; ſal eximiū habet, vt adſtringat magis q̃ purget: ſicca
re vero nihilo minus q̃ aphronitrum ac nitrum poteſt: ſed illa adſtringendi facultatem non agno
ſcunt, ſicut nec Aſiæ petræ flos: atq; huius rei gratia diſcutere, & ceratis admiſta vlcerum ſordes
tollere, nata ſunt: ſal propter adſtringendi poteſtatem hoc efficere non poteſt. Proinde cum hæc
in memoria habeatis, & methodum compoſitionis vſus q̃; omnium eiuſmodi medicamentorum
audiueritis, deinceps illa quæ à clariſſimis medicis propter optimorum medicaminum cognitio-
nem experimentis probata ſunt, enumerabo, Primum ſanè Mantiæ,atq; eius diſcipuli Tarentini
Heraclidis ſectatoris,permulta pharmaca,quæ ſubſequentibus annis per experientiam probantes
diſtinxerunt, & præſtantiſſima eorum ipſi denuo literis mandarunt: quæ verò minus efficacię ha
bere videbantur,omiſerunt. Iure igitur et ego maiorem facio mentionem eorum,qui illis ſucceſ-
ſerunt. Sunt autem inter eos,qui in medicaminum experientia rectiſſime ſe geſſiſſe videntur,Pe
tronius,Muſa,Heras,Andromachus,Aſclepiades,& Crito. Iam verò Archigenis & Philippi ſtu
dioſi non pauca medicamenta prodidere.Quin etiam liber vnus eſt Menecratis, cui nomen indi-
tum eſt,Inſignium pharmacorum autocrator hologrammatos, quaſi dicas imperator integris lit-
B teris deſcriptus. Quæ ergo pulcherrima ipſis tradita ſunt medicamina, & commendantur, quo-
rum q̃; nos inter omnia relata experientiā habemus,& quibus præceptores noſtri vſi ſunt, ad hæc
ſi quod & nobis inuentum ſit, deinceps adducam, quo ſingula genere contineantur, exponens.
Nunc autem viridibus relatis melina protinus ſubiungam.

Melina Emplaſtra. CAP. 6.

QVemadmodum viridium emplaſtrorum plurima propter æruginem præpollentem talia
fiunt,præſertim quæ ſunt ex ipſis coloratiora,ita quoq; melina. Sed viridia æruginem inco
ctam habent: melina vero coctam quidē, ſed mediocriter: nam ſi amplius coquas, bico-
lora emplaſtra quibuſdam appellata, quibuſdam gilua, efficies. Solent medici viridia ſimpliciter
melina & rufa nominare,quæ non adeo magna vulnera glutinant, & vlceribus cicatricem obdu-
cunt: quæ mos eſt medicis appellare aperiſtata, quaſi dicas aperta. Item ex roſaceo liquefacta cauis
carnem gignunt. Multiplicis vſus ſunt inter ea quæ plura pollicentur. Quædam multa non pro-
mittunt,ſed vnum mentione dignum,videlicet vel vlcera cacoethe bene curare,vel plus digerere,
vel meliceridas, vel duritias emollire, vel huiuſmodi quid non contemnendum nec curatu facile.
Andromachus itaq; quatuordecim melina conſcripſit, ex quorum numero quinq; æruginē ha-
C bent,reliqua ſine hac confecta ſunt. Porrò ex ijs,quæ ærugine cōſtant, vnum quidem primum in-
ter quatuordecim poſitum eſt,alterum verò quartum, poſt hoc aliud ſextum, inde ſeptimum, &
decimum. Quibus ergo nihil eximij appoſuit,omnia ſimul & conglutinant vlcera, & cicatricem
inducunt.Quæ ſi ex roſaceo liquefiant,carnem procreant: quin & mediocribus phlegmonis me-
dentur: ſicut mediocres etiam duritias emolliunt,atq; hoc faciunt euidentius,quæ guttam ammo-
niaci continent: his adhuc ipſis magis, quæ copioſiorem reliquorum proportione eam aſſumpſe
runt.In quibuſdam vero appoſuit ipſe,tenerū,hoc eſt tenerę cuti conueniens videlicet: & cui pręfixit,epiſpaſticon & exippoticon,ideſt attrahens & eruens,innuit membrorum doloribus,ſynan-
chæ, & lateris cruciatui benefacere, vel interiores abſceſſus diſcutere: magis quoddam teſtimoniū
his adferens,q̃ ſimplici ſermone ſcriptis. Igitur omnia ipſa deinceps ſubiiciam.

Melina Andromachi. CAP. 7.

MElinum quo vtor. Spumæ argenti denariorum pondo centùmquatuor, olei ęſtate hèminam, * Al. heminā s.
hyeme † tres cyathos,} ceræ denariorum pondo quadragintaocto, colophoniæ denariorū † Al. heminā.
pondo quadragintaocto, guttæ ammoniaci denariorum pondo vigintiquatuor: æruginis raſæ,
chalbani,myrrhæ,ſingulorum denariorum pondo octo. *Aliud.* Spumæ argenti denariorum pō
D do centum,olei † tres cyathos,} reſinæ colophoniæ denariorum pondo ſexagintaquatuor, guttę † Al. heminā s.
ammoniaci denariorum pondo quadraginta, ceruſſæ denariorum pōdo vigintiquatuor. *Aliud.*
Spumæ argenti denariorum pondo quadràginta, ceruſſæ denariorum pondo ſex, ceræ tyrrheni- * Aliter L.
cæ denariorum pondo ſedecim, reſinæ pityinæ ſiccæ denariorum pondo ſedecim, guttę ammo-
niaci denariorum pondo duorum,olei heminam. *Aliud.* Spumę argenti denariorum pondo cē-
tum: colophonię denariorum pondo ſexaginta quatuor, alij quadraginta octo: ceræ denariùm
pondo octogintaquatuor: chalbani, myrrhæ æruginis,ſingulorum denariûm pondo octo: opo-
panacis denariûm pōdo ſex,olei heminàm æſtate,hyeme verò † tres cyathos.} *Aliud.* Spumæ ar * Al. heminā s.
genti denariûm pondo centum, reſinę pityinæ denariū pondo centum, cerę denariū pondo duo- † Al. heminam
decim,olei † tres cyathos,} vini ſalerni heminæ dimidium. Spuma argenti ex vino læuis fit, do- † Al. heminam & s.
nec ſiccata fuerit,deinde coquitur. *Aliud.* Spumę argenti denariûm pondo centū,olei veteris he
minas † lxx,ceræ denariū pondo centum, æruginis ſcoleciæ denariūm pondo vigintiquinq;,cha- † Aliter duas.
mæleontis nigri denariûm pondo duodecim ac ſemiſſem, chryſocollæ denariûm pondo quadra-
ginta. *Aliud.* Spumæ argenti denariûm pondo ducentorum,olei veteris heminas tres,ceræ dena
riorum pondo centum ſexagintaocto, guttæ ammoniaci denariûm pondo centum, myrrhæ de- *
nariorum pondo quatuor,æruginis denariûm pondo octò,reſinæ colophoniæ denariorum pon- * Aliter xx.
do

do centum vigintiocto, chalbani denariorum pondo viginti, chamæleontis atri denariorum pon E
*Al. viginti. do octo, alij propoleos denariorũ pōdo octo pro chamæleonte. *Aliud.* Olei veteris, in quo chamę leon ferue factus sit q̃ copiosissimus, sextarium: spumæ argenti pondo: vbi ebullierit, argenti spumam inspergito, & coquito. ℭ *Aliud ad Nomas, id est Vlcera depascentia.* Sandarachæ denariorum pondo trium, aluminis fissi denariorum pondo quatuor, thuris denariorum pondo quatuor, myrrhæ denariorum pondo quatuor, guttę ammoniaci denariorum pondo octodecim, ceræ denariorum pondo octodecim, terebinthinæ denariorum pondo sex, adipis suilli denariorum pōdo duũ,
*Al. centumviginti. mellis decimamsextam heminę portionem. *Aliud.* Spumę argenti denariorum pondo centũmocto: ceræ denariorum pondo centũmocto, alibi centum inuenio: guttæ ammoniaci denariorum
*Al. centumviginti. pondo quinquaginta, terebinthinæ denariorum pondo quadraginta, aristolochiæ denariorum
*Al. viginti. pondo vigintiquinque, zeæ radicis denariorum pondo octo, æruginis scoleciæ denariorum pondo sedecim, aluminis scissilis denariorum pondo sedecim, olei veteris binas heminas. ℭ *Aliud Simplex.* Spumæ argenti denariorum pondo centum, axungiæ denariorum pondo septuagintaquinque, olei veteris pondo denariorum septuagintaquinque. Ad molli carne præditos facit, & digerit. ℭ *Aliud Melinum emolliens, Diophantus, Aphra nominatur, Attrahens, & eruens, quo Articuli curantur.* Visci elaborati pondo, ceræ pondo, resinæ terebinthinæ pondo, chalbani vncias tres: lique F factis vtitor. ℭ *Aliud Salome, ad omnem Dolorem, & Anginam synanchen cum cucurbitula, & ad Lateris*
*Al. vnum. *affectum.* Spumæ argenti pondo duo, olei veteris vncias octo, simul coquito. ℭ *Aliud Melinum Heraclidis, interiores Abscessus sine dolore discutiens.* Spumæ argenti denariorum pondo centum, cerussæ denariorum pondo centum, ceræ denariorum pondo octoginta, resinæ aridæ denariorum pondo sexaginta, guttę ammoniaci denariorum pondo quinquaginta, galbani denariorum pondo sedecim, olei veteris heminas duas. Vt autem Rusticus ille familiaris Isidori, Spumæ argenti denariorum pondo quinquaginta, cerussæ denariorum pondo quinquaginta, guttę ammoniaci dena-
*Al. quadraginta. riorum pondo octo, ceræ denariorum pondo vigintiquinque, resinæ aridæ denariorũ pondo triginta, vlmi in sacculis ex corio reconditæ denariorum pondo quindecim, galbani denariorũ pon-
†Al. olei veteris heminam &c. do octo, † olei tres cyathos. Inter hæc emplastra, nullius coctionem scripsit Andromachus. Ego verò ad colorem ipsorum pertinere dixi, scilicet neq; æruginem crudam esse oportere, vt in viridibus: neq; nimis coctam, sicut in ijs, quæ bicolora & gilua nominantur: verùm vbi iam cacabus ab igne auferendus propemodum est, iniici ærugo debet: deinde cùm mutat colorem, & melinum redditur, medicamentum tollere iam ab igne tempus est, si iam nō inquinet: sin minus, paululum super ignem lentissimum remorati sic tollemus, nam in admodum vehemēti facilè in giluum de- G generat. Cuius rei gratia quoq; duo insignia emplastra melina, alterum Menœti, alterum Serapionis, subiungam: quorum coquendi rationem pleriq; tradidere, & vos confecturæ eorum, quæ Andromachus scripsit, exemplum habebitis.

Menœti Melinum. CAP. 8.

SPumæ argenti pondo quatuor, olei pondo tria, terebinthinæ pellucidæ pondo duo, cerę pondo: ęruginis, thuris, chalbani pinguissimi, singulorum pondo vncias quatuor: guttę ammoniaci pōdo vncias sex. Argenti spuma ex oleo ad multam spissitudinem vsq; incoquitur: deinde resina cera q; iniicitur: cum pulchrè soluta hæc fuerint, cacabus deponitur, & refrigerari bene sinit: post illa ęrugo immittitur: & vbi infrà motum fuerit, denuò super ignem lenem coquitur, donec melinum colorem reprę sentet: postremò chalbanum, et thus, lęuia facta, ac in mortarium demissa, vbi ammoniacum ex aceto in lęuorem redactum est, vt sordium imaginem habeat: statimq; manibus subacta excipiuntur: & aceto modico affuso in sequentem diem vsque relinquuntur, ac tunc rursus emollita reponuntur.

Melinum Serapionis ad Vulnera, & ad Resoluendum, Pugilibus vtilissimum. CAP. 9.

SPumę argenti denariorum pondo centum, guttę ammoniaci denariorum pondo vigintiocto, H ceræ denariorum pondo quinquagintasex, ęruginis cypriç denariorum pondo nouem, myrrhę denarii pondo vnius, colophonię denariorum pondo quinquagintasex, chalbani denariorũ pondo nouem, olei tres cyathos, ęstate cyathum & dimidium. Argenti spumam ac oleum coquito: cùm inalterata sunt, ammoniacum, deinde ceram: postq̃ deposueris cacabum, chalbanum, ęruginem, & reliqua addito, atq; molliter incoquito. Huiusmodi coquendi modos melinorum, quę scripsimus, emplastrorum multi me priores tradidere, iuxta quorum similitudinem etiam alia me-
* lina coquere poteritis. Argenti spumā sanè primùm inijcere conuenit, mox resinas & ammoniacum, deinde chalbanum & ęruginem: postea si vel thus, vel myrrham, vel aloë capiat, hęc immittenda sunt, cùm medicamentum ab igne tollitur, quippe coctionem non ferentia. Prędiximus autem lentè coquenda esse, prę sertim cùm ęrugo indita fuerit: quin & ipsam miscendam, vbi cacabum in terram deposueris, ac parum refrigeraueris, id q; magis, si vas paruum sit, in quo coquitur, nam efferuescenti immissa ęrugo, frequenter ex ipso vase diffundi medicamentũ cogit. Porrò in Menœti primo melino, quod ideo Pycticon idest pugillatorium, vt ita dixerim, vocat, qm̃ pugiles potissimùm medicamento eo vtantur, ammoniacũ quoq; ex aceto læue in mortario fieri posse, alijs omnibus in cacabo mistis, deinde ex ipso defusis, prius instituti sumus.

Melina

A *Melina Heræ Emplastra.* CAP. 10.

AD *Strumas Heræ.* Quę ab Hera conscripta sunt, hunc in modum habent. ℭ *Melinum ad veteres Sinus, & si in vacua perforati sint. Idem etiam discutit Strumas quæ in pueris nuper ortæ sunt. Facit etiã ad Artus e loco motos.* Argenti spumæ chrysitidis denariũm pondo centum, resinæ pityinæ siccę tãtundem, ceræ ponticæ denarium pondo duodecim & scrupulos duos, olei tres cyathos, vini falerni tantundem. Argenti spuma ex vino læuigatur, donec siccescat: post vnà cum oleo sic coquitur, quousque mutata fuerit: & tunc resina læuis additur, ac cera coquitur, donec non inquinet.

ℭ *Menœti, coloris aurei, ad Teneros, maxime Eunuchos facit. Aptum est Alrasis, et omni inueterato & recenti Vlceri, itidem Combustis. Est etiam Malagma, discutit Phymata, Parotidas, Strumas, & omnes Duritias. Valet etiam ad Rhagadas, & ad Condylomata. Valde generosum est.* Argenti spumæ denariorum pondo centum, olei veteris denariorum pondo centum, resinæ pityinæ aridæ denariorum pondo quinquaginta vel centum, ceræ denariorum pondo quinquaginta. Argenti spumam cum oleo coquito, *Aliter et donec vnitas fieri inceperit: mox resinam læuem indito: hac liquata ceram: vbi bene habuerit medicamen, in mortarium oleo prius inunctum demittito, & denuo tritum excipito. Est autem glutinãs, nec polluit. ℭ *Hygini Emplastrum ad multa boni coloris. Curat Vlcera vix cicatricem ducentia, & Pa-*
B *ronychia. Hoc melius emplastrum non extat.* Argenti spumæ chrysitidis minam, ceræ tantundem, chamelæontis nigri radicis denariorum pondo trigintasex, æruginis rasę denariorum pondo octodecim, chrysocollæ denariorum pondo quadraginta, olei veteris heminas tres. Argenti spuma cum oleo igne non acri coquitur, vsquedum efferuescere inceperit: deinde ærugo inspergitur cacabo deposito: atq; iterum reposito emplastrum permouetur, quousque proprium colorem receperit: postea cera: quæ vbi bene se habuerint, chrysocollam & chamæleonem assumunt: demisso iam in mortarium acetum superfunditur. Itaque prædictis affectibus bene facit etiam chrysocolla admista, attamen sine hac mitigantissimum est, & præcipue ad neruorum puncturas valet, itidem vbi à musculis vel neruis abluere quid oportet. Horum trium emplastrorum, quæ Heras conscripsit, primum ex vino & confectionem & titulum habet: multi q; nostri tam præceptores q̃ amici eo sine ærugine videlicet præparato vtuntur, scripto autem ab Andromacho & ferè omnibus, qui varia emplastra composuerunt. Proinde non pauci illorum incuriose ipsum conficientes, contemptum emplastro pariunt. Optimum verò est, si vti tradidimus, ex vino falerno conficiatur, cuius penuria giluum vetus, tenue substantia, quatenus potest giluum hoc esse, immiscebimus: nam cãdida hoc peculiariter habent, vt pelluceant. Porrò prestantissima apud nos sunt in Asia tria, Tmo-
C lite vocatum, Lesbium, ac celebratissimum apud veteres Ariusium, in Chio proueniens, quo omnes ad optima medicamenta, presertim antidotos, sicut nunc Falerno, vtebantur. Huiusmodi igitur vinum si in argenti spumam sub caniculæ æstu, vel Sole alioqui calido, mittamus, deinde teramus: vel sine Sole etiam diu teramus, vt humor resiccescat, ipsa q; argenti spuma relinquatur vel omnino madoris expers & sicca, vel propè fiat: medicamentum optimum euadit. Vnus sanè ex præceptoribus meis, postq̃ in vino falerno tritam exiccasset, hoc modo ipsam præparabat: Oleum alio, vinum item alio, vase calefaciens, paulatim argẽti spumã superfundebat interim vino, in quo læuigatæ probe q; permistæ oleum adiiciebat: interdum ab oleo auspicatus, ad vinum transibat. Alternis autem vicibus hoc sæpius agendo vtrunque consumebat, & sic ex mortario in cacabum demittens, pityinam resinam, quam propriæ physema Græci vocant, lęuem ad amussim factam addebat, mox ceram: & sensim, quoad non inficeret, decoquebat. Vtebatur eo & ad sinus diuturnos, illinens prius sanguine columbæ non domesticæ, sed ex eis, quæ in turribus nidum collocãt, (boscadas quidam nominant) quas apud nos in agris extruunt: non nulli has agrestes vocant. Pari modo magnis vulneribus, recentibus, huiusmodi sanguine columbino illinens, medicamẽtum imponebat non mediocri eius confidentia. Vini autem heminam & s indebat, non vt Heras &
D Andromachus, semissem tantum: atque huius occasione medicamen longe melius factũ est. Cæterum vbi ipsum voles boni odoris efficere, opopanacis semunciam, quod est denarios quatuor, miscebis. Coloris gratia ceram candidam ponticam adiicies. Hoc medicamentum vlcera vel ad vsq; cicatricem probe perducit.

Critonia Melina Medicamenta. CAP. 11.

QVę Crito melina scripsit, Buxea nominat. ℭ *Buxeum ad Recentia Vulnera. Idem Cicatricem obducit & extrahit.* Spumę argenti pondo quatuor, cerę pondo totidem, terebinthinę pondo vncias octo, ęruginis tantundem, olei veteris sextarios duos, aceti sextarii dimidium. Spumam argenteam, oleum, æruginem, acetum, vnà super ignem lentum incoquito: vbi vero coitura sunt, resina cera'que adiungatur: & in vnum redactis ad recentia vulnera potissimum vtitor. Scripsit & aliud ante hoc Crito, quod Buxeum vocat, simplex quidem quantum ad mistorum numerum pertinet, magnum vero pollicitis. Scripsit igitur de ipso ad verbum hoc modo. ℭ *Emplastrum ex Chamæleonte, eadem faciens quæ Tyria. Cicatricem Vlceribus difficillimis, callosis, & inueteratis, maximè inducit. Medetur etiam Rhagadys digitorum, Condylomatis, & Duritiis.* Spumæ argenteæ pondo minam, ceræ pondo minas sex, æruginis pondo minas quatuor, chamæleontis pondo minas octo, olei pondo minam. Oleo spumam argenteam coquito rudicula mouens, do-

nec

nec consistat, & fiat melinum: post hoc æruginem inspergito, inde ceram adijcito. Porrò vbi dili- E genter liquata ab igne tuleris, chamæleontem indito: cùm vnitas facta est, in mortarium demittito: vbi subacta, excipito. Iam verò & alia quędam emplastra Crito tradidit in quarto medicamẽtorum volumine, Buxea quidem, vt ipse nuncupat: Melina verò, vt alij: attamen non nulla ex iis citra æruginem componuntur: non nulla æruginem quidem assumunt, sed in alio pharmacorum genere pro facultatis seu virium similitudine dicentur, in Epuloticis, Epulotica: in ijs quæ succis constant, ex succis composita: in mollientibus, illa quæ mollire nata sunt: quemadmodũ & Mnasæi emplastrum multifariã ab eo in hoc opere conficitur. Nunc igitur ad glutinantia ire iam tempus est, colore inuicem, & à melinis, differentia.

De Giluis Emplastris, quæ & Dichroma id est bicolora, dicuntur. CAP. 12.

QVædam ex eadem materia constant, qua æruginem habentia melina, sicut prius quoque diximus, hoc solo differentia, ꝙ diutius coquantur: omnia siquidem propter crudam æruginem viridia, fiunt melina, vbi mediocriter ipsa cocta fuerit: gilua, vbi liberalius. Manifestum igitur melina gilua'que oleum copiosius quàm viridia necessario habere, etsi reliqua omnia eadem recipiant. Atque huius gratia primùm spuma argenti cacabo iniicienda est, in quo tantisper coquetur, dum sordium crassitudinem consequatur: mox ærugo, deinde si metallicum ali- F quod, ceu æs combustum eius'que squama, immittatur. Ac quando spissitudinem acceperint, tunc ceram & resinam, si hæc etiam medicamentum recipiat, indere conueniet: postremo thus, myrrham, aloen, alia'que id genus: sicut celeberrimũ giluum, quod ex dictamno vocatur, Sacrum & ipsum appellatum, velut Isis, quoniam aiunt ea ex sacris Ægypti locis esse allata. Vsum igitur hoc præstat multiplicem, proinde in sequenti sermone simul cum ijs, quæ ad plura valent, paulo pòst describetur. In præsentia de aliis giluis, tum omnino simplicibus, tum ijs quæ inter hæc & polychresta id est multipliciter vtilia, consistunt, verba facturi sumus. Vt igitur viridia emplastra simplicia ex cera, resina, oleo, & ærugine, conficiebantur iuxta dictam illic symmetriam, sic gilua ex argenti spuma & oleo copiosiore, quàm in viridibus, sumpto componuntur. Itaque si emplastrum largius voles coquere, augeas'que oleum, medicamen habiturus es, quod magis siccet, ideo'que vulnerum cruentorum glutinantius: sin autem mediocriter, tantam olei mensuram, quantum argenti spumæ pondus, esse sufficit: libram enim olei mensuralem Romanorum in argenti spumæ libram ponderalem iniiciemus. Iam si pharmacum plenius incoquere placet, non solùm vnam libram & s, sed etiam duas & plures immittemus. Porrò inter hæc gilua emplastra sic præparata plus siccant quæ nec resinam, nec ceram, omnino habent, sed ex solis, vt vocant, me- G tallicis conficiuntur: quemadmodum alii quoque non nulli ex prioribus talia scripserunt. Cæterùm quo ego semper mea industria composito vtor, in hunc modum coquitur. ℭ *Giluum ex Metallicis.* Argenti spumæ cum oleo prius coctæ metallica ex aceto læuigata immitto, et sic coquo, donec non inficiat. Addo his olei libras quatuor, hoc autem quanto vetustius, tanto erit melius, magis'que si id fuerit sabinum: argenteæ spumæ libras tres, aceti quàm acerrimi libras duas: horum trium metallicorum, squamæ ęris nigri, ęruginis, chalcitidis, singulorum æquale pondus, nimirum vncias duas, hoc est denariorum pondo sedecim. At cùm vetus oleum extitit, crassum'que ex vetustate, quatuor libras & s immittito. Nos & quinque interim, id'que per hyemem indidimus, non ignari hyeme plus olei, quàm per æstatem, immiscendum. At argenti spumam prius videlicet coques, donec sordium crassitudinem recipiat. Quòd si & oleum cicinum habeas, id pro vetere vsurpato. Medicamentum hoc cruenta vulnera facilè glutinat, magis'que in duris corporibus quàm mollibus, cuiusmodi sunt, mulierum, puerorum, & eunuchorũ: dilutum quoqꝫ ex oleo cicino vel veteri, ac linteo exceptum impositum'que, mirum est, quàm vlcera curatu difficillima concoquat, quæ pus nequaquam faciunt. Ad hæc sinus conglutinat, & fistulas adstringit exiccat & prorsus claudit. Atque vbi iam ipsum hęc pulchrè velis efficere, metallica pluribus die- H bus aceto longè acerrimo conterito, ac potius in Sole: pari modo argenti spumam tritam exiccatam'que, & oleo postea mistam, eo quo dixi modo incoquito. Attamen ad vlcera, quibus cicatrix difficulter induci potest, metallica sic elaborari, & argenti spumam ita conterere, non est necessum: etenim sine his quoque, epuloticoteron, quasi dicas cicatrici ducendæ promptius, illud euadit. Adiiciatur autem tunc ei diphrygis, & chrysocollæ, singulorum vncia. At hæc non simul cũ squama & ærugine committuntur, vti nec vbi iam coctum medicamentum fuerit omnino, sed eo, quod intercedit, tempore. Tantam enim huiusmodi pharmaca coctionem requirunt, vt exactè cum prioribus in vnum coeant: quod mediocri interuallo accidit, neque multo antè, nec paulo minus, quàm cacabus ab igne tollatur. Solum itaque hoc emplastrum fistulas, sinus, & magna vulnera, glutinare potest. Iuuat ipsum spongia recens, nõ dura, veteri vino respersa. Deligatura in finibus ab imo fiat, ligamento ad orificium perueniente, sicut in sermone de fistulis clarius ostendetur.

De Iis, quæ Cicatricem obducunt. CAP. 13.

EMplastra cicatricem inducentia, siue synulotica, siue epulotica, nominare velis, sicut etiam alia medicamenta epipasta, id est quæ insperguntur, & quæ linamentorum vsu apponuntur,

nihil

A nihil vt ad curationes eorum, differentiæ adfert, si qualis quodq; facultatis medicamentum huiusmodi esse debeat memineris: quam simul cũ reliquis oĩbus in therapeutices Methodi libris explicauimus. Quanto enim glutinantia sarcoticis id est carnẽ generãtibus, siccare magis ostensa sunt, tanto glutinantibus epulotica: nam ipsorum beneficio carnem cauis vlceribus generatam cutem reddere statuimus: ob quod etiam tale pharmacorum genus, siue illinendum, siue inspergendum sit, adstringere oportet. Hic autem illorum duntaxat emplastrorũ mentionem facere cogitamus, siquidem ea quæ linamentis excepta imponuntur pharmaca, ex his, rosaceo vel myrteo liquatis, fiunt. Atq; myrteum rosaceo hoc magis conducit, quo vehementius adstringit. At si neutrum habeas, ex cyprino, lentiscino, & melino, liquanda sunt: si his quoq; careas, ex omphacino, vel eo qđ ab Hispania portatur, Hispanum nominant: vbi nec huius copia adsit, teneros oliuarum surculos contusos alij cuipiam vulgari oleo admiscebis: quod si hos etiam desideres, præstat oleo vetere liquefacere, hinc enim medicamentum siccandi virtute augebis. Proinde pleriq; medicorũ à pharmacis, quæ optimi quiq; medici longi temporis experientia satis probarunt, eo q̃ nobilia reddiderunt, hac ratione solum abstinent, vt ipsi melius quippiam præter maiores habere videantur. Attamen sciendum est his ipsis celebribus medicamentis, quæ ab omnibus laudantur, haud facile alio-
B rum vllum reperiri, quod sit præstantius. Ab antiquo igitur laudata sunt, tum quod ex cadmia, tũ quod ex ladano inscribitur, ad cicatricem ducendã vtrunq; esse præstantissimum. Quanquã apud omnes misturæ simplicium pharmacorum symmetriam eandem non sit inuenire. Quapropter visum mihi est eas, quæ cuiq; Scriptori placẽt, describere, auspicati à proditis ab Asclepiade in tertio de Exterioribus commentario, quæ Marcellas inscribit.

De Epuloticis Emplastris Asclepiades sic memoriæ prodidit. CAP. 14.

POsteaquam vlcera particularia sine alia dispositione ad cicatricem iam tendunt, vtendum est ijs compositionibus, quæ infra scribuntur. ℭ *Emplastrum ex Cadmia, ad Cicatricem ducendam. Hoc Lucius Cathegetes id est præceptor, vsus est.* Cadmiæ vstæ & ex vino præparatæ, chalcitidis tostæ, singulorum denariorum pondo sedecim: ceræ denariorum pondo octoginta, picis colophoniacæ pondo vncias octo, vini Italici quod satis est. Chalcitis & cadmia ex vino terantur, vt humidi ceratí spissitudinem habeant: ceram & resinam perfractam in vas fictile immittito, atq; his olei myrtei pondo libram adijcito: deinde carbonibus superponito, mouens sine requie: cũ soluta fuerint, ab igne tollito: vbi refrixerint, radito, læuigatis q; indito, ac mista excipito. In vsu oleo myrteo subigito: temperatura dispositioni respondeat. ℭ *Aliud ex Cadmia.* Cadmiæ tostæ, chalcitidis tostæ,
C diphrygis, singulorum denariorum pondo sedecim: ceræ, resinæ frictæ, olei myrtei, singulorũ pondo selibram: vini Italici quantum satis est. Præpara quomodo dictum est: ac vtitor nunc diluto, nunc mero pharmaco. *Aliud.* Argenti spumæ, cerussæ, cadmiæ, diphrygis, resinæ, singulorũ denariorum pondo octo: chalcitidis denariorum pondo duorum, ceræ denariorũ pondo octo, myrtei olei quod sufficit, vini aminæi quod satis est. ℭ *Aliud Euphranoris.* Diphrygis, misyos tosti, singulorum denariorum pondo octo: chalcitidis tostæ, molybdænæ, singulorum denariorum pondo duorum: cadmiæ denarij pondo vnius, ceræ denariorum pondo sex, colophoniæ pondo vncias tres, myrtei libras tres, vini Italici quod satis est. ℭ *Aliud ex Ladano accommodatum medicamentum, non solum Cicatricem ducens, sed etiam Callos excindens, & Male curata instaurans.* Chalcitidis, argenti spumæ, ladani, singulorum denariorum pondo vigintiquatuor: bituminis denariorum pondo octo, ceræ denariorum pondo septuagintaduûm: myrtei heminam, alii drachmas decem & octo: vini heminam. Præparato in modum prædictum, cum res exigit, & splenio, & diluto vtitor. *Aliud.* Argenti spumæ denariorum pondo centum, picis denariorum pondo quinquaginta, ladani denariorum pondo vigintiquinque: æruginis rasæ, æris combusti, singulorum denariorum pondo octo: olei myrtei libras duas, æris squamæ denariorum pondo quatuor: conficito
D ac vtitor. ℭ *Aliud quod Pyricauton dicitur, ex Attalicis virtutibus medicamentum accommodatum.* Olei heminam: aluminis fissi, mannæ thuris, argenti spumæ, chalbani, singulorũ denarij pondo vnius: ceræ denariorum pondo vigintiquatuor, anchusæ denariorum pondo octo: medullæ ceruinæ, adipis suillæ, æruginis, cerussæ, singulorum denariorum pondo duûm: ouorum trium lutea. Quæ liquari possunt, siccis immiscentur. Hoc pharmaco aliàs diluto, aliàs mero vtitor. ℭ *Aliud Medicamentum accommodatum. Facit ad Vetera, ac Sanatu difficilia.* Cerussæ, argenti spumæ, aluminis fissi, mannæ, chalbani, thuris, medullæ ceruinæ & vitulinæ, singulorum denariûm pondo quatuor: ceræ, anchusæ, ouorum luteorum, singulorum denariûm pondo octo: olei heminas quatuor. Medullas diligenter tundito, & liquato cum iis quæ liquefieri possunt, mouens anchusa, ex qua possint ea colorari: deinde ab igne sublata, & in aliud vas coniecta, refrigerari sinito: derasa siccis immisceto, deinde in vsum excipito. ℭ *Candidum, quod Magnum dicitur, medicamentum accommodatum. Valet & ad Diuturna Vulnera, & quæ vix cicatricem recipiunt, itẽ Scabiosos affectus. Benefacit & Sedis vitijs rosaceo dilutum†.* Argenti spumæ denariûm pondo centum, ceræ denariũ pondo quinquaginta, cerussæ denariûm pondo centum, terebinthinæ denariorũ pondo vigintiquinq;, thuris denariorũ pondo vigintiquinq;, aluminis fissi denariorum pondo duodecim, olei heminas duas. Componito simili modo: & vtitor interim emplastro, interim diluto medicamine. ℭ *Aliud, cui nomẽ est Pamphilion,*

† Additur in antiquis [illegible] aut myrteum.

ad idem. Insuper Sinus conglutinat, & Fistulis callum exterit. Valet ad Vlcerum fluxiones, tum ad Diuturna, & E *Dysepulota, Scabiem q́; sanat, tollit Sugillata, benefacit Caput dolentibus, & oculorum Epiphoris fronti impositum, nec minus Sedi conuenit dilutum rosaceo vel myrteo.* Cæterum in hunc modum componitur. Argenti spumæ denariũ pondo centum, ceræ denariûm põdo quinquaginta, terebinthinæ denariũ põdo vigintiquinq;, thuris denariûm pondo vigintiquinq;, cerussæ denariûm pondo centum, aluminis fissi denariûm pondo sedecim, piperis albi denariûm pondo trium, olei veteris heminas duas. Liquáto, vt dictum est, nunc diluto medicamine, nunc emplastri modo vtens. Nam in capitis manãtibus vlceribus quæ achores Græcis dicuntur, & oculorum asperitatibus, vel in ijs quas epinyctidas vocant, vel ani vitijs, dilutum pharmacum myrteo vel lentiscino illinitur. ℭ *Aliud Telamonis Pharmacum accommodatum. Facit & ad Carbunculos, Sinus exiccat immissum vel instillatum. Ad hæc Cicatricẽ probe inducit.* Pityinæ, ceræ, calcis viuæ, argenti spumæ, singulorum denariûm pondo quinquaginta: cerussæ denariûm pondo vigintiquinq;, olei tres cyathos. Argenti spumam oleum q́;, dum in vnum coeant, incoquito, mox ceram, inde resinam. Porrò calci & cerussæ in læuorẽ redactis liquabilia indito. Dum vteris, oleo cineri calido superposito medicamen cõfringendo inijcito: vbi incaluerit, mortario superfundito, & diligenter subigito, donec sordium spissitudo fiat. Ab igne deposito vtitor tanq; maximo pharmaco, aliás pennis illinens, aliás instillans. Cęterum carbunculis F vocatis linteolo illitum adhibeto. ℭ *Aliud Moschionis, celebre ad quælibet á Callo vindicanda, & Cicatrice obducenda. Idem & Sedi prodest insigniter.* Argenti spumę, cerussæ, calcis viuæ, singulorum denariũ pondo octo: medullæ ceruinæ, ceræ, vtriusque denariûm pondo sedecim, olei myrtei quantum satis est. Quæ liquari possunt, aridis immiscentur, & mollita curiosè in pastillos digerũtur. Cum vti voles, prius aqua vel lacte diluetur quantum lubet, vt sordium crassitudinem habeat: deinde rosacei quod sufficit, immittitur, vel myrtei: contusum diligenter in plumbeam pyxidem reponitur: vsui est, quemadmodum prædiximus.

Al. συντίθει i. componito.

Epulotica Andromachi. CAP. 15.

CAdmiæ pondo libram, chalcitidis vstæ pondo libram, ceræ pondo libram, resinæ aridæ pondo libras tres, myrtei pondo libras tres: vinum siccis immiscetur. ℭ *Aliud ex Ladano.* Argẽti spumæ denariûm pondo quadraginta, ladani denariorum pondo triginta duûm, chalcanthi denarium pondo octo, aluminis scissilis denariûm pondo duodecim, cerę denariûm pondo centum, squamæ denariûm pondo octo, bituminis denariorum pondo triginta duûm, myrtei quartã heminæ partem: vinum falernum siccis adijcitur. ℭ *Aliter, vt Alcimion, quod præparaui.* Ladani denarium pondo octo, hyssopi denariûm pondo quatuor, propoleos denariûm pondo octo, bitumi G nis denariûm pondo octo, argenti spumæ denariûm pondo quatuor, æris squamæ denariûm pondo quatuor, misyos crudi denariûm pondo quatuor, ceræ denariûm pondo vigintiquatuor, myrtei octauam minæ portionem. ℭ *Aliud ex Hordeis.* Cerussæ denarium pondo quinquaginta, argenti spumæ denariûm pondo quinquaginta, hordei combusti non triti sextarium, ceræ denariũ pondo quinquaginta, olei sextarium: postremum hordeum adiicitur. ℭ *Aliud ad ducendam Cicatricem.* Cadmiæ pondo vncias duas: chalcitidis, cerę, terebinthinę, singulorum pondo vncias quatuor: hyssopi pondo vnciam, myrti pondo vncias quatuor, chalcanthi pondo vncias quatuor: vinum siccis affunditur. *Aliud ad idem.* Resinæ aridę denariûm pondo xviij, diphrygis denariûm pondo quatuor, argenti spumæ denariûm pondo sedecim, ceræ denariûm pondo decem, olei heminas quatuor. Post hęc Andromachus alia emplastra sex percensuit cicatricem ęgrè ducentibus accommoda, quæ sanè hîc nunc adscribere visum non est: dicentur enim simul cum illis quæ vlcera curatu difficilia sanãt, in quarto huius operis volumine. Cum autem Andromachus ibidem ante prædicta modo epulotica alia quædam tradiderit, non præponens, quod apertis vlceribus cicatricẽ inducerent, præsertim in pueris, mulieribus, & eunuchis, summatim in omnibus qui teneram habent carnem, statui hæc quoque huc adijcere. Titulum ipsis à colore Andromachus H indidit, vt qui de ijs hũc in modum ad verbum scripserit. ℭ *Candida Andromachi Epulotica. Album quo vtor.* Argenti spumæ pondo minam, cerussæ tantundem: ceræ, resinæ, singulorum quatuor: olei heminas tres, aquæ heminam. *Aliud.* Argenti spumę denariûm pondo centum sexaginta, cerussæ denariûm pondo ducentorum, cerę drachmas quinquaginta, terebinthinę denariûm pondo vigintiquatuor, olei veteris heminæ dimidium, aquæ cyathos sex. *Aliud.* Argenti spumę denariûm pondo centum: cerussę, cerę, singulorum denariûm pondo quinquaginta: terebinthinæ denariorum pondo vigintiquinque, aluminis fissi denariûm pondo sex, piperis albi denariũ pondo trium, orcheos herbę denariorum pondo octo, olei veteris cyathos duos, † aliter denariorũ pondo duûm, aquę heminas duas. *Aliud.* Argenti spumę denariûm pondo vigintiquinque, cerę denariorum pondo quinquaginta septem, adipis suilli denariûm pondo trigintaseptem, myrrhæ denariorum pondo duûm: ouorum coctorum vitellos quatuor, alii crudorum. ℭ *Medicamen Arete id est virtus, appellatum.* Strigmenti puri heminas duodecim, argenti spumę pondo minas tres: squamę denariorum pondo sex, alii denariorum pondo sedecim: resinę colophonię pondo minas sex, alij denariûm pondo quinquaginta: cerę põdo minam, quidam minas quadragintaquinque: marinę aquę heminas tres.

Al. βέλτιον [illegible] μοι, i. [illegible] mihi visum est

† *Codex antiquissimus addit, Struthii drach. ii, manna drac. xxv. Aliud. Argẽti spumæ drac. lxx, cerussæ drach. cẽtum, ceræ drach. quinquaginta, olei cyathos ij.*

Andromachi

A *Andromachi Panacea, i. Vniuersale remedium.*

* ℭ Argenti ſpumæ denariûm pondo centumquinquaginta, ceræ denariûm pondo quadraginta, terebinthinæ denarium pondo quinquagintatrium, † marinæ veteris heminas duas, ſtrigmenti heminas ſex, ſquamæ denarium pondo ſedecim, ricini heminas duas, ceruſſæ denarium pondo octoginta, guttæ ammoniaci denariûm pōdo vigintiquatuor, ſeui vitulini denariū pondo octoginta, calcis viuæ denariū vigintiquatuor, ariſtolochię denariū pondo vigintiquinq;. Coquito vt didiciſti. ℭ *Candidum Telephanis.* Argenti ſpumę denariū pondo octoginta, ceruſſę denariū pōdo centumuiginti, myrrhæ denariū pondo trium obolos duos, ſagapeni denariū pondo quinq;, thuris denariū pōdo ſex obolos quatuor, olei heminas duas & s. Omnia ſimul incoquito. *Aliud.* Ceræ candidæ pondo libram, myrrhæ pondo vnciam, thuris tantundem, medullæ ceruinæ pondo vncias duas, adipis hyenæ pondo vncias duas, coaguli cerui vel hœdi pondo vncias duas, nitri pondo vncias duas, chalbani pondo vnciam, guttæ ammoniaci pondo vncias quatuor, argenti ſpumæ libram s, ceruſſæ denariū pondo ſex, olei veteris heminā s, marinæ aquæ tres cyathos. Cauniace dicitur. *Aliud.* Argenti ſpumæ denariū pondo ducentorum, ceræ denariûm pondo quinquagintaduûm, olei heminas tres, ceruſſæ denariū pondo octoginta, terebinthinæ denariū pon-
B do trigintaduûm, buccinorum cineris denariûm pondo decem, thuris denariū pondo nouemdecim, aquæ ſextarium. *Aliud.* Adipis ſuilli recentis denariū pondo octogintaocto, ceræ candidæ denariûm pondo quadragintaocto, ceruſſæ denariûm pondo duodecim, argenti ſpumæ denariū pondo duodecim. Facit ad herpetas, carbunculos, condylomata, rhagadas: phlegmonen prorſus arcet, vt Heras Cappadox meminit. In hoc igitur rectè fecit, quod non ſimpliciter ceræ ſcripſerit, ſed candidæ adiecerit: nam ſic fieri poſſit, vti vult, colore candidum. Poſt hæc autē aliud cōmemorans, neq; ceræ neq; vini candorem appoſuit, ſed nos adiungere oportet, ſi emplaſtrum candidum reddere ſtatuimus. Porrò compoſitio eius his verbis ab ipſo Andromacho tradita eſt.

ℭ *Aliud ex Vino, Publij.* Cadmiæ pondo libram vncias nouem, argenti ſpumæ pondo libras duas, ceruſſæ tantundem, vini græci ſextarios duos, roſacei pondo libras quinq;, ceræ pōdo libras tres, oua cruda numero duodecim, thuris pondo vncias tres. Hęc incoquito. Candidorum emplaſtrorum coquendi rationes in priori commentario percenſui: ſimul que methodum non coquēdi modò, ſed etiam eorum compoſitionis, oſtendi. Et fortaſſe nihil amplius eiuſmodi emplaſtrorum doctrinæ adijciendum reſtat: ſed quia hic liber non ſolum de carnem generantibus emplaſtris, quæ quidem vt plurimùm viridia ſunt, verùm etiam de glutinantium & epuloticorum om-
C nium ratione egit, quæ vlcera malignitate carentia cicatrice obducunt, quoniam'que melina ac gilua percurri, ideo candida quoque emplaſtra, quorum in illo libro mētionem nullam fecimus, in hoc producere viſum eſt. Cæterùm vt nihil præſenti commentario deſit, non pigebit adijcere emplaſtra, quæ ab ipſis cephalica & catagmatica id eſt capiti fracturis q; medentia, nominantur: & magna vulnera, ſinus'que glutinant: cùm verò diluta fuerint, linamentis excipiuntur, & fiunt ſarcotica id eſt carnem progignentia.

De Catagmaticis & Cephalicis, i. ad fracturas & caput, accommodatis Emplaſtris. C A P. 16.

QVi plurima ac optima pharmaca prodiderūt (antea omnes nominatim citauimus) genus quoddam emplaſtrorum cephalicum & catagmaticum vocant, à caluariæ fracturis potiſſimum nomen eis imponentes. Sunt aūt talia abſtergendi, digerendi, & ſiccandi, poteſtate prædita. Pleriq; paululum ex adſtringentibus pharmacis eis admiſcuerunt, id q; duplicis vſus gratia ſicut diximus, nempe vt id, quod affectis partibus influit, repelleretur, & abſtergentium facultatem in profundum vſq; deduceret. Porrò docuimus nos antea, niſi adſtringentia elaborent tritura, quoadusq; in puluerem redigantur, noxā magis q̄ præſidium eſſe allatura ijs, quę trahendi vim obtinent. At optimè elaborari oſtendimus ea, ſi ex aceto acri leuia fiāt. Itaq; huiuſmodi phar-
D macorum ſeriem ab ijs, quæ Aſclepiades tradidit, iam auſpicabimur.

De Emplaſtris ad Fracturas idoneis ab Aſclepiade traditis. C A P. 17.

PRimum in tertio extrariorum medicamentorum his verbis perſcripſit. ℭ *Nigrum Ariſton id eſt optimum, Catagmaticum.* Hoc pharmaco vſus ſum in fracturis oſſium multorum, ita vt eorum plura mouerentur ac innatarent, omnes'que hortarentur innatantia illa oſſa auferri. At hoc Ariſtum id fecit, quod præter omnium opinionem eſt viſum: nam fluitantia & ab alijs oſſibus ſeparata ita copulauit, vt alijs conferruminauerit. Hæc recipit, Argenti ſpumæ, bituminis, ſingulorum denariûm pondo ducentorum: picis aridæ, ceræ, ſingulorum denariûm pondo centum: reſinę terebinthinę, denariûm pondo quinquaginta: aluminis ſciſſilis, propoleos, ſingulorum denariûm pondo triginta: guttæ ammoniaci denariûm pondo vigintiquatuor, æruginis denariûm pondo decem, olei ſextarios quatuor: preparato, vt prædictum eſt. Alia præpoſito generi ſimilia in eodem libro Aſclepiades conſcripſit in hęc verba. ℭ *Aliud Pithionis ad Fracturas, quo Helenus uſus eſt. Valet etiam ad Vulnera ex ictu. Cum exhibebis, ſpongia calida madefacta ſplenium relaxare oportet, nam medicamentum valdè glutinat. Benefacit idem ad Strumas & Fiſtulas. In ſinubus autem & fiſtulis ſpleniū excindere conuenit, hoc eſt in orificio, vt humor, qui excernitur locum habeat: item ſimul cum medicamento lauandum eſt.* Præparatur hoc pacto. Bituminis iudaici pondo libras quinque vncias quatuor, pi-

† *Sunt, qui legendum putent, minus veteris cum apud auctores marinæ veteris nusquam mentionem fieri dicant.*

cis brutiæ ſiccæ pares portiones, reſinæ frictæ pondo libras octo, ceræ pondo libras quatuor, thu E
ris libras quatuor, ſquamæ rubræ pondo libram vncias quatuor, olei per æſtatem pondo libram, hyeme pondo libram & ſemiſſem aceti heminã. Quæ liquari poſſunt, liquefacito: thus & ſquamam ex aceto trita reliquis admiſceto, attendens ne ebulliant, mouens'que in mortarium demittito: contuſa & ſubacta excipito, ac vtitor. In alio exemplari ſquamæ rubræ pondo libram dimidiam offendi. Liquet autem efficacius eſſe, quod copioſiorem ſquamam receperit. ℭ *Moſchionis Pharmacum, ad Fracturas, recentia Vulnera, & Neruos præciſos confectum: item ad Diuiſa cum contuſione. Bene facit etiam Fracturis cum vulnere: etenim vulneribus ſuccurrit, & oſſa cum deligatura conuenienti impoſitum ad callum perducit. Nec minus incipientibus Hydropicis, & Teſtium contuſionibus prodeſt, Emminẽtias circa anum reprimit, & Rhagadas butyro dilutum ſanat, & Faucium tumores quos Græci bronchocelas appellant. Diſſoluit omnem duriciam. Inſuper valet ad Luxatum & peruerſum articulamentum: itidem ad Calloſos exceſſus in manibus, pedibus'que, quos clauos appellamus, ita valet, vt ſine exulceratione auferat. In ſumma pharmacum eſt longè vtiliſsimum.* Hoc modo conficitur. Argenti ſpumæ pondo minam (mina verò in hoc pharmaco habet denarios centumſexaginta) picis denariûm pondo centumſexaginta, ſeui vitulini denariûm pondo centumſexaginta, reſinæ terebinthinæ denariûm pondo octoginta, mãnæ thuris denariûm pondo octoginta, ceræ denariûm pondo quadraginta, æruginis denariûm F
pondo octo, opopanacis denariûm pondo octo, chalbani denariûm pondo octo, olei cicini heminam, aceti tantundem, liquoris ſycamini heminam, picis liquidæ heminę dimidium. Argenti ſpuma læuiſſima & cicinum oleum in vas fictile æreum'ue iniecta, & ſuper ignem poſita incoquuntur: poſteaquam ebullierint, ſeuum & manna thuris adduntur, mouentur'que continuè: cùm coiuerint, pix, cera, reſina admiſcentur: & coctis quoad vſque non polluant, chalbanum aſpergitur, deinde ærugo & opopanax ex aceto reſoluta. Liquor verò ſicomori, & pix liquida, in alterũ vas transfuſa coquuntur: vbi coiuerint, priori pharmaco admiſcentur: rurſus'que ſupra ignem poſita, vſque dum non inquinent, coquuntur: & in vinum demerſa relinquuntur triduum: inde ſubactis vtimur in linteolum illinentes. Oportet autem poſt medicamenti impoſitionem vittam reſperſam vino exprimere, & tunc pharmaco circundare. Quemadmodum verò Lucius pręceptor noſter pręparauit, ita habet: Adeps & oleum prius liquantur: vbi diſſoluta fuerint, manna thuris læuiſſima, & argenti ſpuma, inſpergitur: his in vnũ coactis ſequentia facimus. Atq; tum in hoc pharmaco, tum in eo, quod proximè ſubſcribitur, minam denarijs centumſexaginta valere ait. Vnde clarum eſt Alexandriæ minam ipſum intelligere, quæ vncias viginti pendet, & ſingulę vnciç denarios octo habent: ſic enim accidet minam centũſexaginta denarios continere. ℭ *Aliud* G
Claudij Philoxeni Apelum (forte quaſi hiulcis conueniens) inſcriptum, ad Cruenta, & Fracturas. Facit etiam ad Prædicta vitia. Argenti ſpumę minam, quę valet drachmas centumſexaginta: ſeui vitulini drachmas centumſexaginta, thuris drachmas octoginta: opopanacis, reſinę terebinthinę, drach. lxxx: cerę drachmas quadraginta: ęruginis, aluminis ſciſſilis, chryſocollę, chalbani, ſingulorum drachmas duodecim: olei cicini heminam, aceti quantum ſit ſatis: poſtremũ thus, & ęruginem, & opopanacem, & alumen, & chryſocollam, & id genus reliqua prius aceto diſſoluta & curioſe lęuigata inijcito. In alia ſcriptura ſic habet: Argenti ſpumæ drach. centumſexaginta, picis drach. centũ ſexaginta, ſeui vitulini drachmas centumſexaginta, reſinæ terebinthinę drach. octoginta, mannæ thuris drach. octoginta, ceræ drach. quadraginta: opopanacis, ęruginis raſæ, vtriuſque drach. ſedecim: chryſocollę, aluminis ſciſſilis, vtriuſque drachmas duodecim: guttę ammoniaci drach. ſex, ciceos heminam, aceti tantundem: vt catagmatica componito. ℭ *Oenanthe Catagmaticum, accommodatum pharmacum ad idem.* Argenti ſpumæ denariûm pondo centumſexaginta: picis vinarię denariûm pondo centumſexaginta, hanc ex Italicis dolijs defluentem capimus: reſinę terebinthinæ denariûm pondo octoginta, thuris denariûm pondo octoginta, ſeui vitulini elaborati denariûm pondo octoginta, medullæ ceruinæ elaboratę denariûm pondo octoginta, cerę denariûm pondo H
quadraginta: œnanthæ ſiccę, ſymphyti radicis, centaurij comæ, ſingulorum pondo libram: ęruginis raſæ, opopanacis, ſingulorum denariûm pondo octo: papaueris ſucci, myrrhæ, aloes, chalbani, ſingulorum denariũ pondo octo, aceti heminas tres, olei cicini heminam. Symphyton, œnanthen, centaurion, non minutim contuſa, ac in acetum iniecta, ad tertias coquimus, & humore expreſſo ad pharmaci confecturam vtimur. Prodeſt medicamentum etiam podagricis. Alibi ſic ſcriptum eſt: Argenti ſpumæ, picis vinariæ, ſingulorum denariũ pondo centumſexaginta: medullę ceruinę, reſinę terebinthinę, ſeui vitulini, thuris, ſymphyti radicis, ſucci ſycamini, ſingulorum denariûm pondo octoginta: œnanthes aridę, centaurij, ſingulorum pondo: ceræ denariûm pondo quadraginta: æruginis, opopanacis, ſtyracis, papaueris ſucci, mandragoræ ſucci, myrrhæ, aloes,
* Al. heminas. chalbani, chryſocollæ, aluminis ſiſſi, ſingulorum denariûm pondo duodecim: aceti ſextarios tres, olei cicini libram. Præparato quemadmodum prædiximus, & in vinum italicum demergito, vt in catagmatico Moſchionis fecimus.

De Emplaſtris, quæ propriè Cephalica nominantur. *CAP.* 18.

CApitis fracturarum, quæ ad craſſæ membranæ duplicaturam vſque peruenere, emplaſtra cephalica dici conſueuerunt. Eorum virtus eſt, vt oſſiũ ſquamas ſurſum attrahant ac in priſtinum

A num locum reuocent,& fragmenta tum in capite tum in aliis corporis ossibus educant. Non nulli communi genere hæc etiam vocant catagmatica,propriè verò nuncupatis fortiora sunt. Siquidem catagmatica ab eis dicta purgandi siccandiq; facultatem habent: hęc autem acrimoniam et quandam sortita sunt,vt ex alto in superficiē extimam non ossa modò, sed his multo magis quoq; humorem crassum aliquem,& viscosum,vel omnino deprauatum,attrahāt. Meminit huiusmodi emplastrorum Asclepiades in tertio libro de Exteriorum medicamētis, quæ sane in quarto huius operis libro tractamus. Quoniam verò ad cacoethe vlcera & chironia, quædam ipsorum conuenire dixit,tum quod ad Deileontem authorem refert cephalicum,tum hoc sequens ex nigro viride cephalicum,tum post hæc Philotæ cephalicum, tum deinde Isin quod & ipsum cephalicū appellat,aliaq; non nulla huiusmodi,huius generis esse putandum est. Ideo nunc quoq; ipsa nō apposui,sed ad catagmatica & cephalica ab aliis medicis memoriæ mandata transgrediar, vbi generalem vtriusq; potentiam exposuerim. Quæ verò & antea,& in hoc libro protulimus, & in opere de Simplicium medicamentorum facultate,in memoriam reducentes, cognoscere vos expedit cephalica catagmaticis esse valentiora,eo q; cum cerato carnem producere natura sunt apta. Quapropter & sarcoticis alio quodam modo genere similia sunt. Nam vbi ex cerato vim remiserint, B sarcotica fiunt,quæ linamentis excipiuntur,adiecto videlicet interim oleo,aliàs rosaceo,non nunquam alio quodam huiusmodi.

De Quibus Heras Catagmaticis & Cephalicis scripserit. CAP. 19.

PRimum id genus emplastrorum Isin vocatum Heras scripsit, medicamentum ad satis multa idoneum: deinde quod ex herbis appellant,quod & ipsum multiplicis esse vsus attestatur id, nempe q cephalicum existat. Quin & quod confectum ex scylla scriptum deinceps est,cùm multi satis vsus pharmacum existat,idem pollicetur. Insuper post hæc omnia aliud emplastrum manifestò his verbis exposuit. ℭ *Aliud Cephalicum. Ad Capitis fracturas facit, Ossa facilè reducit,& Squamas separat,reliquaque Omnia facit, quæ & ante ipsum pastillus.* Squamæ æris rubri denariûm pondo xxv,aluminis denariûm pondo viginti,aristolochiæ dactylitidis denariûm pondo viginti, guttæ ammoniaci denariûm pondo vigintiquinque,thuris denariū pondo vigintiquinque,myrrhæ denariûm pondo duodecim, seui taurini pondo libras quatuor, ceræ libras quatuor, terebinthinæ pondo libras iiij,pityinæ siccæ pondo libras quatuor,olei heminam, aceti quantum satis est. Sicca ad læuorem terito, quot sufficiat diebus sub æstu caniculæ: ammoniacum madefactum prius aceto infundito,demum quæ liquari possunt rasa: ac in vnum coactis vtitor. In quibusdam exem C plaribus adscriptum est,olei veteris. At cùm hoc ipsum emplastrum dixerit efficere, quæ & ante ipsum pastillus,visum mihi est illius quoque compositionem subscribere,quæ secundum Herę ipsius verba ita habet. ℭ *Pastillus Cephalicus triplici mistura constans. Facit ad Capitis fracturas, item ad Phymata, Fistulas, Podagras,Callos, Coxendices.* Terræ erythriadis pondo minas duodecim, squamæ æris rubri pondo minas quatuor,ichtyocollæ ponticæ pondo minas quatuor.†Erythrias & squama seorsum teruntur: deinde simul acetum acre affunditur,vt mellis crassitudinem habeant, & læuigantur: resiccatis acetum rursus admouetur: hoc fit diebus viginti sub caniculæ æstibus: post ichtyocolla ex aceti hemina confringitur,& lento igne liquatur: mox terra squamaq; addit: quæ in vas ęris rubri coniecta, Soli octo diebus exponuntur,bis quotidie mouentur,donec coiuerint: post hæc exempta paulatim in mortario conteruntur aceto affuso, vsquedum constiterint: inde pastilli finguntur & collyria,tum longitudine tum crassitie inæqualia, & refrigerata reponūtur. In vsu ad vnam medicamenti partem ex aceto læuissimam factam tres cerati rosacei portiones admisceto: vtitor platysmate primùm, mox splenio,in capitis fractura,desuper lanis succidis ex aceto adiectis. Porrò collyrio fistulis imposito, splenium ex hoc cum cerato superdandum est.

*Aliter ii.

† In aliquibus additur, in lib. autē Herę repetitur mina vna.

ℭ *Aliud Eiusdem ad multa valens.* Posuit aliud quoq; multiplicis vsus emplastrum, ad fracturas D quoq; conueniens,de quo sic ad verbum inquit. *Emplastrum ad Fracturas artuum cum vulnere,& sine vulnere,item ad Male curata,& Sinus.* Picis aridæ pondo minam,argenti spumæ tantundem, mannæ † eius dimidium,}- seui vitulini pondo minam,ceræ tyrrhenicæ pondo minas quatuor,opopanacis denariū pondo octo,æruginis rasæ pondo minas sedecim, æris cyprij decimamsextam minę portionem,chalbani denarij pondo vnius,terebinthinę minę dimidium,ricini vel olei veteris heminam,aceti heminę dimidium. Argenti spumam,oleum,& seuum, lento igne incoquito: vbi colorem mutauerint,picem, resinam, chalbanum adijcito: postea coquito donec coeant: & tunc subtracto igne sinens paululum refrigerari, mannam, mox opopanacem, & ęruginem ex aceto tritam,in ollam fundito: ac vbi tantillum incoxeris,dum bene habeat,tollito. Vtimur facultate,frigidam affundentes ęstate, hyeme gelu adimentes. Cęterùm vbi medicamentum tenerius facere animus est,vel vt os maturius abscedat,medulla cerui ipsum diluimus. Iam verè in hoc pharmaco Heras minam sedecim vnciarum esse velle planè ostenditur, aliàs enim decimamsextam minę partem non scripsisset. ℭ *Aliud.* Huic deinceps aliud ad eadem hisce verbis Heras subdidit: *Emplastrum Phlegmonas arcens. Ad Puncturas neruorum, ac fracturas. Hoc frequenter & ad Articulos luxatos ipso die vsi sumus,tum in Fracturis,item in Contorsione tali,vel genu. Discutit Humores incoctos circa genua summè se attollentes,præsertim si partes affectæ duobus vel tribus diebus ante, erui farina oxymelite madefacta*

† Al. pondo minam.

illita sint. Summatim ad omnem Conuulsionem, & Rupturam valet, nam mirificè Phlegmonen arcet. Argenti E
spumæ denariûm pondo vigintiquinque, bituminis aridi denariûm pondo centum, picis aridæ
denariûm pondo quinquaginta, ceræ denariûm pondo quinquaginta, resinæ pityinæ denariûm
pondo vigintiquinq;, guttæ ammoniaci denariûm pondo quindecim, aluminis fissi denariũ pon
do quindecim, æruginis denariûm pondo quindecim, propoleos denariûm pondo quindecim,
olei veteris libras tres. Argenti spuma cum oleo coquitur: & vbi confluere cœperint, bitumen
adijcitur: vsq; dum probè liquefactũ fuerit, incoquitur, liquatur enim pedetentim: dein pix, po-
stea resina, cera, ammoniacum, propolis adduntur: singula autem adhibe contorquẽdo, ignem q;
subtrahendo: quibus sic spissatis, vt non amplius inquinent, æruginem, ac scissile alumen, adiun-
gito: tum feruore remisso, in ollam, in qua frigida sit, trãsfundito. Hoc, postquam fractura reliqua
callum cepit frustulis pluribus innatantibus, vsi sumus, id q; paucis diebus eò rem perduxit, vt cal
lus etiamdum frustula comprehenderet. Valdè est in multis vsui. Inde aliud quoque deinceps
eiusdem generis cum prædictis emplastris in hunc modũ Heras recensuit. ℭ *Emplastrum ad Fra
cturas, & ad Hydropicos.* Picis aridæ pondo minam, picis liquidæ heminæ dimidium, liquoris syco
mori heminam, argenti spumæ pondo minam, thuris pondo minam, chalbani denariûm pondo
octo, terebinthinæ minæ dimidium, adipis vitulinæ pondo minam, ceræ pondo minam, opo- F
panacis denariûm pondo octo, æruginis rasę denariûm pondo octo, ricini non adulterati hemi-
nas quatuor, aceti acris heminam. Argenti spuma & thus cum ricino & seuo leniter incoquun-
tur: deinde pix adijcitur, cera, resina, chalbanum purgatum & pauco aceto dilutum: reliqui aceti
tertia pars æruginis, duæ opopanaci, admiscentur, & hæc immittuntur. In alia autem ollula picis li-
quidæ, sycomori, & ricini liquoris pars octaua, † ne ærugo ✳ densetur: deinde mediocriter coquũ
tur, vt vnitas fiat: cùm bene vnita videbuntur, in vino reponitur pharmacum. Hoc multis hy-
dropici succurrimus, inijciẽtes ipsum, ac moroso minus victu regentes, solum q;, vt bene conco-
querent, prouidentes. Cùm verò profecisse se multùm ægri sentiunt, descendimus ad emplastrũ
ei subiunctum, quod ex salibus dicitur.

† *Al.* ἵνα μὴ ὥς ἰξὸς, *i. ne tanquã uiscũ.*

Catagmaticum Andromachi. *CAP. 20.*

PRimum Catagmaticum Andromachus ita scripsit. ℭ *Catagmaticum, quo continuè vtor.* Ar-
genti spumæ pondo minam, picis pondo minam, ceræ pondo minam, seui taurini pondo
minam, thuris pondo minam, picis liquidæ heminæ dimidium, liquoris sycamini heminam, tere-
binthinæ pondo minam, opopanacis denariûm pondo ŏcto, chalbani, denariũ pondo ŏcto, ærugi
nis denariûm pondo octo, ricini heminam. Non nulli etiam butyri pondo minam addunt, guttæ G
ammoniaci denariûm pondo vigintiquinq;: ex vino austero diluitur. Mox post hoc aliud hac
sententia scribit. ℭ *Aliud Catagmaticum.* Argenti spumæ pondo minam: ceræ minæ dimidium,
alij quartam partem: picis pondo minam, terebinthinæ pondo minam s, seui vitulini pondo mi-
nam, opopanacis denariũ pondo octo, æruginis denariũ pondo octo: chalbani denariûm pondo
octo, alij sex: ricini heminam, aceti tantundem. Gallus iniecit scissilis denariûm pondo xij, chry-
socollæ denariûm pondo duodecim. Aliud superioribus catagmaticum hoc modo Androma
chus subnectit. ℭ *Nigrum Catagmaticum.* Argenti spumæ denariûm pondo ducentorum, bitu-
minis denariûm pondo ducentorum, picis denariûm pondo centũ, cerę denariũ pondo centum,
scissilis denariũ pondo triginta, propoleos denariũ pondo triginta, terebinthinę denariûm põdo
quinquaginta, guttæ ammoniaci denariũ pondo vigintiquatuor, æruginis rasæ denariûm põdo
decem: olei sextarios quatuor, alij duos adijciunt. Veteres etiam lapidis pyritæ denariũ pondo se
xaginta. Hęc igitur ab Andromacho ordine scripta sunt, seorsim verò inter viridia postremũ
emplastrum quoddam his verbis expressum inuenio. ℭ *Aliud Viride Cephalicum ex collectaneis
Aphrodæ.* Squamæ denariûm pondo quadraginta, terrę erythriadis denariûm pondo viginti, ari
stolochiæ denariûm pondo triginta, ichtyocollę denariûm pondo sedecim, salis ammoniaci dena H
riûm pondo duodecim, misyos denariûm pondo duodecim, myrrhę denariûm pondo duodecim,
thuris denariûm pondo trigintasex, ęris vsti denariûm pondo sedecim, aluminis fissi denariûm
pondo duodecim, rotundi denariûm pondo sedecim, bryonię denariûm pondo duodecim, cha-
męleontis nigri denariûm pondo duodecim, resinę vstę denariûm põdo octodecim, guttę ammo
niaci denariûm pondo octodecim, argenti spumę denariûm pondo duodecim, *illyridis denariũ
pondo duodecim, chalcanthi denariûm pondo duodecim, fellis taurini tres cyathos, aceti congiũ.
Sub caniculę ęstu pastillos fingito, qui singuli denarios quatuor pendant, cerę quartam partem
misceto, aceti heminas sex, olei tantũndem.

* Aliter xx.
* Aliter xx.
* Al. legitur ἐν ἄλλῳ εὗρον θείου ἀπείρου, i. in alio ĩuen: sulfuris ignem non experti.
* Aliter heminę dimidium.

De Emplastris Glutinantibus. *CAP. 21.*

QVidam hęc sanguinaria & vulneraria id est cruentis & vulneribus adhibenda, nuncupant.
Opus eorum est coniungere diuisas partes, & conglutinare, vt in pristinam vnitatem
particula reducatur. Verùm non modò cruenta protinus glutinantur, vbi sangui-
nem ex diuisione profluentem adhuc spongia deterserimus, deinde suturis aut fibulis coarcta-
uerimus: sed etiam sinus veteres, cùm ab omni inflammatione immunes, & puros medicamen-
tis appositis effecerimus, committuntur, coeunt q;. Dictum est in therapeutices Methodi libris
medicamentum

A medicamentum primariò atq; ex sese sordis detersorium appellari, secundaria verò ratione carnem producens & glutinans. Non enim tanquam ipsum carnem generet aut vniat, neq; tanquã hæc naturæ solius opera non sint, sed quòd talibus impositis medicamentis, vlcera carne replentur ac coeunt, appellationem hanc sortita sunt. Opus ipsorum proprium est affectam partem recrementis vacuare, ne videlicet sanies carnis generationem glutinationem q; impediat. Indicatum porrò est glutinatoria carne explentibus esse ficciora, item quę carne explent detergẽdi vim omnis morsus expertem referre: glutinantibus autem non abstersorijs prorsus, verùm desiccantibus solùm, esse licet. At cùm cicatricem quoq; ducentia pharmaca multo his (præterquam q abũdè adstringunt) ficciora sint, statuamus demum & quæ glutinant & quæ coniungũt, moderatius istis exiccare. Finis autem glutinantium est nullam inter coitura subnasci humiditatem permittere: Cicatricem verò contrahentium non hanc tantùm impedire, sed etiam num cõsistẽtem in ijs, quæ mox cicatricem ducent, consumere, ad hæc callum obducere & adstringendo indurare. Quæ carne implent, sanguinem ad refectionem idoneum tum pro quantitate tum pro qualitate tuentur, ac tantum talem q;, quanto natura & quali ad carnis generationem indiget. Cæterùm mordicationis prorsus expers medicamen purum vlcus seruat, si quidem tale acceperit: si verò sordidũ,
B necesse est tantum pro sua ipsius potestate detergens sit, quantum crassitudinis sordes habuerit: quin etiam carnem recens iunctam mordere & exedere debebit. Vnde palàm colligitur id, cùm tale existat, vlceri carnem non esse inducturum, nec cauitatem carnis repleturũ, sed quòd potius colliquabit imminuet q;. Atq; huius rei causa medicamentum, quod sordibus copiosis repurgandis est, quo de antea dixi, non semper carnem potest gignere, nisi vel ex vberiore oleo, vel rosaceo liquatum: sicut quod oleosum & quod ex charta inscribitur, detersionis vehementiam remittat, vel ex cerati mistura mordicationem deponat. Huiusmodi sunt plures multiplicis vsus medicamenta, quemadmodum Machærionis emplastrum, & Isis. Scopus igitur singulorum id genus in therapeuticæ Methodi libris declaratus est, simplex facultatum materia in alio opere priori, cõposita in præsenti tractatur. Ac primùm sanè in eo meminisse oportet naturę corporum, quę curanda susceperis. Nam humida, eo q; mollia, quemadmodum mulierum, puerorũ, eunuchorum, & qui muliebriter degunt, imbecillioribus medicamentis indigent: virorum corpora, potissimũ qui ex virilibus munijs & Sole durum corporis habitum conciliarunt, ab imbecillibus nihil præsidij sentiunt. Quapropter nec glutinantia vtrorunq; corporum communia sunt, sed quæ ex argẽti spuma oleo & aceto præparantur (in priori libro de ipsis egimus) imbecillam mollem q; carnẽ
C glutinant: quæ bitumine ærugine squama aloe & myrrha constant, robustam & duram. Itaq; bitumen ipsum per se in harum virtutum scopo continetur. At nulla ratione solum ex oleo liquatũ vsurpare poteris, vt quod friabilius sit, q̃ medicamento emplastri forma faciendo cõueniat. Vt igitur emplastrum fiat, ceram & resinam ei admiscemus: à quibus denuò virtutem eius solutũ iri scientes, interdum æs vel eius squamam, sæpe aloen vel myrrham, vel in summa siccans aliquod medicamentum, non ineptè adijcimus.

Ex Bitumine Barbara. CAP. 22.

PRima hîc quoq; ab Andromacho scripta apponam ipsis illius verbis.

Barbara Andromachi.

¶ *Barbarum, quo vtor.* Ceræ, picis, resinæ, bituminis, singulorum denariûm pondo ducentorũ: thuris drach. vigintiquatuor, olei heminam. *Aliud.* Picis pondo lib. ij: bituminis, ceræ, singulorum pondo libram: guttæ ammoniaci, mannæ, singulorum pondo vnc. sex: cerussæ pondo vnc. iij, olei heminæ dimidium, aceti heminas quatuor. Hoc Aphrodas admiratus est. ¶ *Aliud Nigrum.* Picis aridæ, resinæ aridæ, bituminis, singulorum pondo libram: cerussę pondo vnc. vi: mannæ, atramenti sutorij, æruginis rasæ, singulorum pondo vnc. iij: olei heminæ dimidium, aceti tan-
D tundem. ¶ *Aliud ex emplastris Galli.* Seui caprini denariũ pondo triginta, æruginis denariũ pon
do octo, ceræ denariûm pondo quinquaginta: aristolochiæ, bituminis, picis, singulorum denariũ * Aliter xx.
pondo vigintiquinq;: guttæ ammoniaci denariûm pondo duodecim, chalbani denariûm põdo
duodecim s, silphij denariũ pondo octo, mannę denariũ pondo duodecim: preparato. ¶ *Aliud,* * Aliter xx.
quod Inuictum dicitur. Ceræ denariûm pondo centum, sæui taurini denariûm pondo triginta, bituminis denariûm pondo vigintiquinq;, picis denariũ pondo vigintiquinq;, terebinthinæ denariũ
pondo vigintiquinq;, nitri denariûm pondo vigintiduũ s, aristolochiæ denariũ põdo duodecim, * Al. xii & s.
chalbani denariûm pondo octo, myrrhæ denariûm pondo octodecim, thuris denariũ põdo duo-
decim s, ammoniaci denariûm pondo octo, amomi drach. octo, *cardamomi denariûm pondo xij, * Aliter xx.
opopanacis denariûm pondo octo, medullæ ceruinæ denariûm pondo quindecim, æruginis de- * Al. cardamomi i. nasturtij.
nariûm pondo duodecim, aloes denariûm pondo octo, bdellij denariûm pondo sedecim, olei heminas duas. Ego verò adieci propoleos denariûm pondo duodecim. ¶ *Aliud, quod cruentis Vulneribus imponitur, Iuliani.* Argenti spumæ, bituminis, ceræ, picis brutiæ, singulorum denariũ pondo quinquaginta: resinæ frictæ denariũ pondo quindecim, æris squamæ denariũ pondo duodecim, thuris denariûm pondo quatuordecim, chalbani denariûm pondo octo, chalcitidis denariũ pondo quatuor, aloes denariûm pondo sex, gallæ denariũ pondo quatuor, myrrhæ denariûm pondo

quatuor,ariſtolochiæ longæ denariûm pondo ſex, ariſtolochiæ rotundæ denariûm pondo qua- E
tuor,olei veteris heminas quatuor,nosolei heminas tres.

Barbara Heræ.

Quod Heras cõſcripſit barbarũ,ſic habet. ℭ *Nigrũ Emplaſtrũ,ad cruenta Vulnera,ad Diuiſiones notatu dignas,maxime capitis,ad Fiſtulas,Sinus, Fracturas. Conuenit etiam Hepaticis,& Lienoſis,citra inflammationem glutinat. Benefacit etiam Neruis, Cartilaginibus, & Oſsibus præciſis. Cohibet etiam mirifice Sanguinem erumpentem. Inſuper valet ad Tubos & Sinus, glutinat enim inſigniter. Item in Abſceſsibus humore ablato hoc imponitur. Eſt etiam ad Sanguinem cohibendum præſtantiſsimum, præſertim in iis, qui ſanguinem reiiciunt: duas verò in pelles illinito,& vnam pectori & lateribus imponito,alteram dorſo:præter opinionem ſanguinem ſiſtit. Valet inſuper ad Canum hominumq; morſus,in totum phlegmonen arcet. Idem ea, quæ vulneribus adhibentur, ſuperat, vt experientia indicauit. Hyeme diebus ſeptem ſoluitur,per æſtatem quinq;, ſi verò neceſsitas vrgeat, tribus.*

Ceræ,picis,bituminis,pityinæ,ſingulorum pondo libram: mannæ pondo vncias ſex,ceruſſę põ
*Al. ſemiminã. do vncias quatuor,chalcanthi põdo vncias quatuor, opopanacis põdo vncias duas: olei ſemũnciam,alii ſelibram: aceti heminas duas. Ceram,bitumen, oleum,acetum paululum relinquens, in olla recenti liquato: deinde picem & reſinam adiicito: in minima fruſta diligenter concidito: vbi ſemicoctum fuerit,tollito ollam: & aliquandiu refrigerato, atramentum ſutorium percolatum læ F
uigatum q; ex duabus aceti heminis paulatim inſpergito, ne efferueſcat: quando autem effundis, leuiter ignem ſubminiſtrato mouens: cùm non inquinat,cacabum deponito: opopanacem in reliqui aceti parte pridie madefactum infundito,vt diſſoluatur: mox ceruſſam mannam q; vnà pariter trita inſpergito: & paululum tepefaciens,vt in vnum coeant,obſerua ne opopanax & manna adurantur: refuſa in mortarium ibi refrigerari ſinito: ac rurſus ſubacta reponito, atque vtitor.

Porrò manifeſtum eſt etiam alia barbara,quæ tum Andromachus,tum reliqui tradiderunt, eodem modo confici oportere. Quidam opopanacem cacabo non iniiciunt, ſed læui ex aceto facto, liquata in mortario ſuperfundunt. Cum eo nõ nulli miſcent mannam & ceruſſam,quemadmodũ ego quoq; ſæpius feci in mortario terens ex aceto, & quæ liquari poſſunt, liquefacta infundens. Subinde verò atramentum ſutorium duntaxat cum opopanace læue factum cacabo indidi, mannam ceruſſam q; inſpergens. ℭ *Aliud Barbarum, Heræ.* Heras ſoli huic præſcripſit, barbarum, ego verò antecedens etiam ſimiliter appellaui, etſi nigrum ab ipſo nuncupatum: quoniam plerique ex recentioribus medicis emplaſtra ex bitumine, barbara nominare conſueuerunt. Heras de ipſo ſic ad verbum. ℭ *Barbarum ad recentia Vulnera, Sinus, Canum hominumq; morſus, Condylomata, Inflammata,ad Articulorum vitia omnia in principio,& Podagram.* Ceræ,picis,reſinæ frictæ, bitumi- G
nis iudaici,ſingulorum pondo minam: argenti ſpumæ denariûm pondo decem, ceruſſæ denariũ pondo quinq;, æruginis denariûm pondo quinque,opopanacis denariûm pondo quatuor, olei
*Al. heminam. heminam,aceti cyathum. Cera,pix,bitumen,reſina incoquuntur, donec illiquata fuerint: deinde reliqua ex oleo trita iniiciuntur: his ablatis ab igne,& aliquantulum refrigeratis acetum paulatim
*Al. αἷς i. quibus. inſtillatur. Talis ſanè barbarorum emplaſtrorũ formula eſt. Ego vbi paucis expoſuero quomodo ipſe vtar,ſermonem de eis finiam. Sunt autem duo,vnum ad maxima vulnera, alterum ad minora. Quod itaq; ad maxima adhibetur,hæc recipit.

Barbarum Galeni.

ℭ Picis pondo libras octo,ceræ pondo libras ſex & vncias octo, pityinæ pondo libras quinq; & vncias quatuor,bituminis pondo libras quatuor,olei pondo libram & vncias ſex: argenti ſpumæ,ceruſſæ,æruginis,ſingulorum denariũ pondo vigintiquatuor: thuris pondo ſelibram, aluminis liquidi denariũ pondo xii,fiſſi pondo vncias quatuor: opopanacis, ſquamæ, chalbani, ſingulorum denariũ pondo duodecim: aloes, opii, myrrhę, ſingulorum denariûm pondo quatuor: terebinthinæ pondo vncias vigintiquatuor, mandragoræ ſucci denariũ pondo ſex: aceti heminas ſex,quę valent libras quinq;. ℭ *Simplicioris Barbari ſymmetria eſt talis.* Picis,ceræ, reſinæ pityinæ, H
reſinę frictę,bituminis,horum quinque ſingulorum pondo libram: argenti ſpumę denariũ pondo decem,ceruſſę denariûm pondo quinq; ęruginis denariûm pondo quinq;,opopanacis denariûm pondo trium, olei hyeme pondo vncias nouem, ęſtate pondo vncias ſex. Quę liquari poſſunt, ſiccis in mortario aceto acri lęuigatis affunduntur. Quòd ſi ſedando dolori aptius voles medicamentum reddere, hyoſcyami ſucci denarii pondo vnius s, item opii tantundem, admiſceto.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

De Medicamentis, quæ ad Vulneratos, Punctos, Contusos, ac Quocunq; pacto affectos Neruos adhibentur.

De Vulneribus Neruorum. CAP. I.

B ET hæc amici cõmentaria vobis paro, qui iam ex ipsis medicinæ operibus cõperistis, q̃ efficax sit nostra neruorũ vulneratorũ curatio, nempe ex qua oẽs seruati sint, non aũt manci nec claudi redditi, quæ aliter curatis accidere conspexistis, quẽadmodũ ẽt nõ nullos conuulsione correptos, vel cũ dolore vel putredine vel febre mortuos. Par aũt est hosce libros ad aliorum quoq; manus peruenturos, qui scriptis bene vti nõ possunt, vel quia à præceptore medicæ artis speculationem non didicerunt, sed oĩno rudes, quasi vix initiati & prorsus inexercitati permanent: aut quia perperã edocti, adhæserunt ijs, qui cõposita medicamenta sola experiẽtia citra rõnem esse inuenta asserunt. Etenim ij manifestò cõtentione sua errant. Altero modo nõ minus prædictis errant ij, qui nullum pharmacum ex simplicibus facultate contrarijs cõfici oportere arbitranť. Verũ hos medicamenta superiore libro citata coarguunt, vt quæ magnas ipsorũ vires ex contrarijs inuicẽ simplicibus cõpositis ostentent: immo ẽt in libris hunc subsecuturis præstantissima pharmaca ex contrarijs virtutibus composita indicabuntur. Nunc de nostra curandi rõne, quam in neruorum vulneribus excogitauimus, toto hoc libro differemus, ostendentes quantam eiusdem facultatis medicaminum copiam, tum ex generalis sanandi scopi indeptione, tum ex simplicium virtutis cognitione, inuenerimus.

Quis Communis Vulneratorum Neruorum Curationis modus, & quæ Medicamenta specialia. CAP. 2.

C SPectauimus omnes præceptores præsidio, quod iam recentiores medici Sanguinarium seu cruentis opitulans (græcis Enæmon dicitur) & glutinatorium appellare solent, vti: nam initio medicamentum aliquod ex enæmis imponentes, vulneris oras cõmittere seu glutinare moliebantur. Si vero phlegmone eas obsederat, calida aqua liberaliter fouebant, oleum affundẽtes: ac tritici farinam ex hydrelæo decoctam, epiplasma applicabant. Quin etiam gladiatores in patella vulneratos, supra q; hanc in lato tenui q; tendine, pari modo ab ipsis curatos vidi: forsan melius dicas non curatos, sed perditos, paucissimi enim illorum & ij claudi superuixerunt. Et verò etiã permultos in manu summa tendones, per quos digiti flectuntur extenduntur'que, vel contusos, vel minimo punctu læsos, putrescentes adeo conspexi, vt coctis præsertim diutius in aqua similes apparerent: non enim secùs exoluuntur, & consistentia emollescunt, qui superiorem sanandi modum experiuntur. Itaq; ipsum reprobaui, vt qui partem vulneratam putrefaceret. Quoniam verò putrescentia omnia ab humiditate ac caliditate id pati prænoscebam, curationem per siccantia refrigerantia q; moliendam esse deprendi. Rursum apud me cõtemplatus frigidum verè ab Hippocrate || neruis inimicum dici, optimum fore neruorum vulneribus medicamentum intellexi, 5. Aph. 18. Ex. quod & siccaret, & medium esset inter calefaciens & refrigerans, vel non multũ à medio ad calorẽ ord. 39. a
D recederet: calidum verò etiam esse satis posse, modò siccandi potestate polleat, etenim calor citra humiditatem putrefacere nihil habet. Insuper illud quoq; cùm cogitando adinuenissem multũ referre, nudæ parti affectę medicamentum offeras, an per alia corpora ei præposita, conuenire aduerti alijs in nudato neruo vti pharmacis: alijs cùm punctus fuerit, partibus quæ ipsi præiacent illæsis. Vbi etenim nudo neruo medicamentum adferas, ibi prædictam auxiliorum integram indicationem assumi cõuenit: præpositis autem partibus saluis, tenuius pharmacũ inueniendũ est, cuius virtus interiacentes particulas permeando non dissoluatur, sed in altum penetret: Hoc autem efficere tale pharmacum posse, si validè siccet, & si non calore & frigiditate medium sit ac symmetron: neq; offendere, dum efficacia ipsius calefaciendi vel refrigerandi in particulis, quæ neruoso corpori præpositæ sunt, penetrandis, imbecillior est reddita. Atqui inuento iam præsidiorum scopo in substantiæ eorum tenuitate, deinceps materiæ mentionem facere oportet. Plurima igitur, quę calefaciunt, tenuiorum esse partium: permulta rursus, quæ refrigerant, crassiorum: in simpliciũ medicamentorum speculatione didicimus. Quippe vna solùm inter ea qualitas acida cum tenui substantia non nunquam fit, eo q; inter omnia, quæ refrigerandi vim obtinent, tenuiorum partium acetum est acerrimum, quod etiam caloris exigui particeps esse demonstrauimus. Calefacientium verò liquores probi tenuissimam habẽt substantiam, & apud omnes iam homi-

nes Cyrenæus primas tenere cognoscitur: qui si non adsit, etiam medico vtimur, & ijs, quæ cum E ipsis ab orientalibus plagis afferuntur, cuiusmodi est, quod sagapenum appellamus. Hoc genere comprehenditur & liquor Euphorbij in occiduis orbis regionibus natus, siue liquorem ipsum, siue aliud quid nominare velis: nobis in toto commentario euphorbium hoc medicamētum vocare sufficiet, quemadmodum iam omnes consueuerunt. Quin immo & inter ea, quæ in nostra regione proueniunt, & Panacis & Tithymallorum liquores subtili facultate præditi sunt. Et verò etiam omnes nominati liquores generosè calefaciunt: Opobalsami verò, qui subtilis & ipse est, nō admodum calefacit. Ex terrestribus autem Nitri spuma tenuem substātiam habet: item quod ex aqua facilè soluitur Aphronitrum, si ad corpora terrestria videlicet relationem fieri inaudiamus. Subsequitur Nitrum nomine Berenicium: & Asia petra, cuius flos etiam omniū terrestriū est subtilissimus. Porrò ex metallis Auripigmentum & Sulfur, tum subtilia, tum calida sunt: quibus succedit Misy, Æris squama, & Chalcitis, paululum simul adstringentia. Quare vsta quoque chalcitide frequenter in subtiliorum medicamentorum compositionibus vtimur. Citra calorem verò manifestum tenuium partium metallica sunt Spodium & Pompholyx: adde, quod vocatur Psoricum: subtilis abundè est & Chrysocolla. Cæterùm inter succos Laurinum simul cum eo quòd valide calefacit vt ad sensum, tenuem esse dicimus. Nihilo enim minus eo calefacit facultate Cedri F nus, calore tamen qui sensibus subijcitur, propter substantiæ suę tenuitatem, illi cedit. Eiusdem cū cedrino generis est lixiuia, quæ stactè id est stillatitia dicitur: atque inter hanc ipsam, ea quæ ex materia subtili vsta fit, cedrinum oleum virtute superat. Ex malo igitur & ficu, eá que magis agresti, quam vocant caprificum, item ex tithymallis combustis, huiusmodi lixiuiam conficimus. Præstātissimus est ex tithymallis, qui characias nūcupatur. Cæterùm ex seminibus frumentarijs, vti nominant, subtilissimum est Eruum, sine insigni calefaciendi potestate, Lolium verò cum insigni: Hordeum nequaquā calfacit. Mediam inter ea materiam obtinent, qualitatibus amara, quæ multum tenuibus substantia cedunt, crassi licet nihil habentia. Non nulla ipsorum à medijs tantillum declinarunt, alia ad calorem, alia ad frigiditatem: quorum omnium materias in opere de Simplicibus medicamentis executus sum, quemadmodum etiam omnium nucum (græcis Acrodrya dicuntur) in quarum numero sunt amygdalæ amaræ & pistacia. At stirpium materię in præsentia non memini, redire enim ad principium cogito, atq; exponere, quando, quoq; modo, singula per rationem nobis inuenta vsurpauerimus. Hinc enim puto bonæ indolis iuuenes incitatum iri, vt medicamentorum materiam cognoscant ipsimet inspicientes, non semel aut bis, sed frequenter, quoniam sensibilium rerum cognitio sedula inspectione confirmatur: cuius rei indicium est euidentissimum, quòd gemini per omnia similes esse nobis videantur: differentes autem ijs, qui ipsos inspicere consueuerunt. Itaq; herbarum fruticū & arborum materiā prius, quàm è terra eximantur, cōtemplari pulcherrimum est, dum fructus videlicet futuri sunt, dum eduntur, dum augescūt, & dū vigent. Hæc siquidem continua eorū speculatio docebit te, quando potissimum ipsos commodè decerpas, ac in siccis domunculis repositos custodias, ne à Solis radijs exurantur, neq; ab humiditate ex tecto vel muris madefiant. Id optimè fiet, si domus neq; subterraneæ sint, neque alijs vicinæ, neq; sub tegulis, sed ostia ad meridiem spectantia habeant, prope quæ tamen medicamenta reponi non debent. Amici vos admoneo, vt in hoc quoque me sequamini, si artis opera pulchrè obire velitis: nouistis enim, quomodo ex omni natione præstantissima quotannis medicamenta mihi adferantur, eo quòd perditi illi omnigenarum rerum coemptores (græcè rhopopolas vocant) varijs modis ea contaminant. Præstiterat forsan non hos solùm, sed multo magis etiam mercatores qui illa aduehunt incusare: atque his multo magis ipsos herbarios: item nihil minus eos, qui radicum liquores, succos, fructus, flores, & germina ex montibus in vrbes conferunt, hi siquidem omnium primi in eis dolum exercent. Quisquis igitur auxiliorum vndiq; copiam habere volet, omnis stirpium materiæ, animalium, metallorum, & absque metallica natura terrestrium corpo- H rum, quæ ad medicinæ vsum ducimus, expertus esto, vt ex eis & exquisita, & notha cognoscat: deinde in commentario meo, quem de Simplicium medicamentorum virtute prodidi, sese exerceat. Nisi enim hoc modo instructus ad præsentis operis præsidia veniat, verbó tenus quidem medendi methodū sciet, opus verò nullum ipsa dignum perficiet. Fingat nanque ipsa, quæ de neruorum vulneribus prædixi, quædam aliquis cognoscere, adulterata verò medicamenta per ignorantiam compositioni inijcere, vel neque omnino exactè facultates ipsorum intelligere, an non erit necessarium frequentius hunc errare, quàm rectè agere? mihi quidem vel admodum videtur. Iam verò accuratè virtutes cognoscere ab eo multum differt, quod est cognoscere. Etenim solum cognoscere, scire est, an medicamentum siccare, vel humectare, vel refrigerare, vel calefacere suaptè natura nos possit: accuratè verò cognoscere præter hoc etiam virtutis quantitatem sciuisse est. Quædam enim pharmaca calorem tepidum generant corporibus nostris admota, quædam moderatum, quemadmodum alia hoc paulo validiorem, non nulla iam sic feruentem vt vrere possint. Conuenit igitur medicum non modò affectus qualitatem, sed etiam ipsius, vt ita dicam, quantitatem, coniectasse: nam haud ita propriè quantitas in qualitate dicitur, quanquam dicatur tamen, vt febris magna & parua. Ac tantus vsus est eorum, quæ sic dicuntur,

A cuntur, vt iam proprij vim obtineant ipsa, perinde ac pyxis, excusor, pictor, quercus incisor: in totum quæ ex vocato à grammaticis abusu inceperunt, deinde vero propria dici credita sunt. Hæc quidem attulimus propter eos, qui parum opportuno tempore de sermonis proprietate argutantur. Quod autem dicere desij, tale est, nempe, Quod exiccari desiderat, non simpliciter siccante indiget medicamento, sed conuenienti mensura: copiosa quidem humiditate auctum, insigniter exiccante: parua, parum hoc faciente: quemadmodum multa, admodum resiccante, non tamē extremè, neq; in summo, siccitatis enim quantitatem, humiditatis copię, respondere conuenit. Ego itaque dum communem neruorum vulnerum curationis modum immutare primum ausus sum, conieci in quantam humiditatem caliditatem q; affecta pars recidisset. Et cum adolescens quidā mihi ostensus esset in primo articulo medij dextræ manus digiti, totum circa neruum locum humentem adeo ex contusione habens, vt iam computresceret: partem sanè putrescentem cataplasmate ex lixiuia stillatitia & hordei farina (sic autē nosti me omen lysin Græcis dictam nominare) foui: non putrescentem vero, sed tensam dolentem q; oleo calente liberaliter perfudi: inde cùm lana sicca madorem exhauxissem, ceratum tam humidum illeui, quàm in fracturis vtimur, cui euphorbium sit admistum. Confectum autem mihi fuerat hoc quoq; mea industria huiusmodi occasione. Profectus ad me quispiam hyeme vehementi, ostendens q; genu, facile dicebat rigore id
B affici, statim vero calefacientibus iuuari. Rogabat igitur huiusmodi aliquod medicamentum darem, vt qui profectus in frigore inalgeret doleret q; vehementius quàm aliàs. Nunc igitur, inquit, loturus discedo, mittam autem ex balneo qui medicamentum accipiat. Hæc cùm dixisset abijt. At ego cùm tale nullum medicamen ad manus haberem, euphorbium cum oleo triui, & ceram liquatam immiscui: paulo post cùm amicus pharmaco ferendo puerum misisset, exhibui. Dolore protinus cessante, inde in alijs particulis similiter effectis vti præcepimus, de quibus mox dicetur.

Nunc ad nerui vulnerati sermonem redeo pp eos, qui nihil, quod ego nunc dico, intelligunt, vitio autem vertunt dictiunculas: quos inuenire auguror neurotrotus (quasi neruisaucios dicas) perperam eos nominari, qui in tendonibus vulnus acceperint: tendones enim ipsis puto vocari, extra manum toti carpo id est brachiali, et digitis supertensi sunt. Quanq; sanè non ignorē manifestius magis q; proprie tenontotrotus (id est in tendonibus vulneratos) ipsos nominari: tamen cum omnes neurotrotus i. in neruis sauciatos, nuncupare soleant, & ego ne quis innouare me appellationem dicat, consuetam pro vera suscepi, etsi nec illa sine ratione abire in consuetudinem potuerit plerisq; medicis tendones etiam neruorum nomine iam vocitantibus. Verum siue in neruis, siue in tendonibus vulneratos appellasse mauis, neq; ob has voces incolumes erunt, neq; conuulsione laborabunt, quemadmodum neq; manci fient, nec morientur: appellatio siquidem nec
C seruauit hominem vnquam, nec perdidit, sed medicamentorum facultas vtrunq; efficit. Atq; ego hæc immutans, putrescentes, conuulsos, mancos, non nullos etiam pereuntes, sanos viuos q; reddo. Nam neruos contusos habentes sicut ille habuerat, neurotrotus (id est in neruis vulneratos) non neurothlastus (id est in neruis contusos) nuncupare anticiparunt. Cæterum curatio cōis est, & periculum æquale amborū, nempè contusorum & vulneratorū vel neruis vel tēdonibus. Itaq; homo ille putredine iam circa primū medij digiti articulū orta, cùm superiacentiū tentione dolore q; infestaretur, multo melius habere cœpit die postero, quo vice hordei farinæ, eruorum farinam stactæ lixiuiæ cōmiscuimus. Ac tertio sanè cū similiter ēt curaretur, iam quidem in alijs particulis dolorem omnino non percepit, ex cōtusione verò neruosum quoddam corpus crassæ membranę persimile exertum est: quod mediocriter me commouente facile totum semiputridū excidit. Videbatur omnibus contēplantibus hoc corpus neruus totus esse qui computruisset, vt qui ignorarent, quo pacto tendones hi neruosis mēbranis conuelati per brachiale procedunt, & super totos digitos extenduntur: mihi verò putridū ex contusione attollenti tendo saluus apparuit. Cū igitur
D vel pastillo vno, vel trochisco, vel vtcunque vocasse libet, quorum in numero est & ille Polyidę, soluto ex hepsemate, vel siræo id est sapa (nā & hoc pro arbitrio nominare liceat) apparentem nerui particulam prius iunxissem: rursus eodem modo & cataplasmate, & vnctione ex euphorbio, in ijsdem locis sicut prius, vtroque vsus sum. Quarto iam die omnia cōposita circa contusum quidem antea, vlceratū vero tunc primū digiti articulum intuitus considerabam, quorsum à cataplasmate transgrederer. Visum igitur est si neruus inflāmatione prorsus vacaret, ad cicatricem ducentia transire: si vero phlegmones ipsius scirrhosum quidq; remaneret, aliquod ex abunde siccantibus exhibere. Qm̄ igitur non nihil ex ea reliquum esse videbatur, medicamentum ex dracunculi radice confectum prius vsurpaui, quod alia eadē cum ægyptio pharmaco, quæ Isis vocatur, continet: assumpsit aūt dracunculi radicem. Ab hoc verò deinceps Athene i. Minerua dicta vsus, inde ad ea, q̄ cicatricē ducunt, perrexi. At cū alium curarē pastillo sapa diluto nudatas vulneris partes illinens, euphorbiū extrinsecus imponebā, tm̄ ceræ ac resinę miscens, vnde emplastri crassitudo simul fieret, & euphorbij vires conseruarent. Cæterū qūo ad hos scopos respiciens medicamentū cōponas, deiceps declarabimus. Etenim aliud quoq; ex aceto pharmacū cōfecimus, hoc spectātes, vt ipsius spissitudo, & subtilis aceti virtus, cū refrigerātis facultatis exolutiōe incolumis pmaneat. De his sanè, qūo cōposita sint, post paulū tractabitur. Nūc quia neruis vulneratis medendi modū

* προσεσταλμένα.

ex

*περιττώσει. ex rationali indicatione nugatorio illo empiricorum casu repudiato inueni, totam cogito ipsam E
dicere, ita vt nullam distinctionem prætereram, sermonem ab initio rursus repetens. Quãdo igi
tur vulneratum aliquem protinus suscipio, interim per liquida pharmaca curationem molior, in
terim emplastris, lanam extrinsecus quàm mollissimam oleo calente imbutam applicans. Quòd si
medicamentum ex aceto vsurpem, aceti parum oleo admisceo, ac bis ter'ue quotidie soluo, & oleo
calente foueo. Si noctes longæ fuerint, etiam in his soluere consueui: id q; magis facio, dum vlcus
à medicamentis mordetur: nam vbi initio tali medicamento vtenti æger nec se morderi, nec dole-
re, nec tensionem percipere mihi dicat, die soluo & foueo mane semel, & vesperi iterum. Oleum
vero quo fouemus, satis calens esto, verum ita, ne vulneratam partem offendat: sicut enim frigidũ
huiusmodi affectibus maxime est contrarium, sic tepens non omnino vtile. Nanque in primo de
Simplicibus medicamentis volumine didicimus, vt aqua in eo, quòd calens aut frigida sit, maxi-
me contraria facere nata est. Ita quoque oleum, nam frigidum corpori admotum, perspiratum
quodammodo ipsius obstruit, immo prohibet: calidum vero, digerit ac extenuat. Quod tibi etiã
ex carnibus in eo coctis licet condiscere: similiter enim vt prærãcidas friabiles efficit, etsi protinus
cum animans mactatum est, in eo coquas, aut sartagine frigas. Propter quod et ego fomentum ex
oleo satis calente vsurpare malui, tepidum semper vitans, adhuc autem magis frigidum. Porrò ab F
aquæ vsu in tota curatione ita tempero, vt ne attingat quidem vlcus: proinde cum sanguis initio
statim à vulnerata parte eluendus est, ex oleo id facere expedit. Vbi autem iam ægri mediocriter
habentes lauacro vtuntur, neque tunc affectum locum in aquam demergere ipsis concedendum:
magna siquidem ex parte nerui in manibus vulnerantur. Memini cuiusdam ex huiusmodi vul
neratis, qui cum diem quartum citra omnem dolorem ageret, partem q; affectam absque phleg-
mone videret, multo in frigore domo egressus ad opus quoddam necessarium, ei'que diu immora
tus, domum rediit membro vniuerso ad ceruicem vsque tenso, id'que cum ingenti ipsius dolore.
Postquam verò quodam me accersente profectus ad eum, vidi quibus in malis esset, oleum ex iti-
nere refrigeratum à particula auferri iussi, calente vero totũ membrum foui: deinde ceruicis par-
tem aduersam lanis oleo respersis, & medicamento liquido ex euphorbio simul cum castorio ho-
minẽ statim mitigaui, & somno post hæc accedente vsq; ad vesperam oĩa cessarunt symptomata.

Præ omnibus igitur danda opera est, vt lana permaneat calida, siue oleo tantum, siue oxelæo hoc
est aceto & oleo, quoque imbuta fuerit: fiet hoc si aliæ lanæ siccæ extrinsecus circumponantur, &
æger intra tectum, cum hyems fuerit, ad quintum vsque vel septimum morbi diem sese contineat.
Nam si eousque nec phlegmone aliqua tentetur, vacet'que prorsus dolore, & nullam sentiat ten- G
sionem, in posterum tutus erit. Curabis autem, ne in aceto vinosum aliquid appareat, quemad-
modum oleum quoque vt omni astrictione vacet. Neque igitur quod crudum vel immaturum
dicitur, adhibebis: neque id quod ab Hispania vehitur, ac vocant Hispanum: immo nec aliud
quodlibet ex iis, quæ oleæ surculos habent. Optimum oleum est tenue, quale in Italia Sabinum:
alibi vero in nationibus Romano Imperio subiectis, quæ nullam adstringendi vim obtinent.

Iam vero qualis res sit rationalis indicatio, & quanto ditior quàm nuda experientia citra me-
thodum, vel hinc condisces. Cum permultis neruorum vulneribus sæpe in itinere, in naui-
gio, in agro, vel in ciuitate, sed procul à meis ædibus incidissem: nec medicamenti ex euphorbio
copia adesset, nec illius quod ex aceto conficitur, nec alterius: pharmaca, quorum forte fortuna
eo loco facultas erat, vulneri imponentes, propositum semper sumus assecuti. Noui etenim me
ipsum in agro propolim recentem liquidam & pinguem, quam agricola habebat, vulneri impo-
suisse: interim fermentum "solum, interim ambo commista. At fermentum quàm vetustissimum A.l.4. f.4. t.4.c.
esse: propolim vero contra habere conuenit, quantum ad tempus attinet: sin autem vetustior 3.fol.476.c
sit, ex oleo iuxta ignem, vel in Sole, emolliatur. Rursus in alio quodam rustico succum tithy-
malli fermento mistum imposui, quem prope ipsius cortem succreuisse conspexeram: quippe H
fermentum vt recens contemnebam. Non nunquam & propolim ex oleo liquefactam fermen-
to subegi, sed prius aceto quàm acerrimo dissoluto. Præstat oleum esse vetus in huiusmodi mi-
stionibus, puta ex oxymelite & fabarum farina, vel eruorum, vel lolii, vel ciceris, vel lupinorum
amarorum, vel tenuiori polentæ puluere, vel hordeacea farina: Quibus, in vrbibus, vsus sum ca-
taplasmatis, non solum in iis, quos iam phlegmone prehenderat, sed etiam protinus ab initio. In
agro cum & picem liquidam apud fabrum inuenissem, fermento mistam imposui. Item apud
alium eruorum farinam illo subactam: cuius penuria etiam prædictarum quæuis misceri potest.
Quin etiam oxelæum solum, quod caleret, lana exceptum statim, dum aliud nihil haberem, ob-
tuli, confisus aceto abunde acri & vetusto. In alio refrigerato, quod ante horam vnam, vel longius
etiam tempus neruus contusus esset, quousque mihi quoddam idoneum medicamen adferretur,
expectaui, partem oleo foueri præcipiens: interim aceto prius admisto, quoniam aer per æsta-
tem calidissimus erat, mistura ex vtroque diutissime foui, donec aliud medicamentum allatum
fuit. Singulis autem prædictis farinis permistam quoque stacten sæpe illeui, & mox à princi-
pio, & postea, cum homo medicamine quodam, quod cruentis imponitur, non probe vsus esset.

Hæc itaque omnia, quomodocunq; applices, medicamina calida qualitatibus offeras. Et ve-
rò

A ro etiam cùm domo mea egredi festinans aliquando, medicamentum nullum in promptu cõpositum haberem, dedi cuidam familiari vetus euphorbium: iniunxi q; læue factum ex oleo veteri, donec humidi cerati spissitudinem haberet, tẽdinis puncturæ in manu admoueret. Reuersus igitur interrogaui vulneratum, multum'ne caloris in parte affecta sentiret: ille mediocrem quendam respondit se percipere. Rursus igitur quæsiui, an mordicationem à medicamento in vulnere sentiret: ille cum se non morderi, sed veluti pruritum quendam sentire dixisset, pharmacum ad noctem vsq; adhærere permisi. Quoniam vero cùm imposita abstulissem, calor in affecto loco mediocris mihi apparuit, neq; punctura hians, satius mihi visum est eodem vti medicamento: & verò cũ vulneratus altero die prospere haberet, item tertio, & quarto, ad finem vsque idẽ pharmacum vsurpaui: Quod contemplatus quidam, in alio vulnerato similiter recenti euphorbio in eundem modũ vsus est: quare necessario calor ægrum multus, & commorsus, & dolor in vlcere subsecutus est, adeo vt homo ad me deductus sit, tanq̃ hoc præter omnium opinionem accidisset. Atque ego statim re intellecta, quod impositum erat abieci: fotu autẽ per oleum ipsi adhibito medicamẽtum ex aceto imposui: quod si non in procinctu fuisset, pharmacum ex euphorbio copiosioris ceræ particeps admouissem. Quapropter non oportet, vti paulo ante diximus, probatorum medicaminũ
B facultates ac species ignorare, nec quæ celeriter virtutem mutant, tum quæ rursus diutino tempore conseruant. Nam ex iis, quæ caducum ac statim euanescentem calorem habent, euphorbium est. Id autẽ cognosces, ẽt si non manduces, colorem contẽplatus: quippe non vt ab initio cinereũ, verum suppallidum & subflauũ redditur inueterascens. Statim etiã siccum abunde videtur tunc, & vix inter læuigandum ex oleo recenti protinus imbibito dissoluitur. At subito ipsum oleo miscendum non est, sed prius in mortario sensim terendum, ne dilatescat. Quid item opus est dicam, quod etiam gustanti tibi recens, percipiatur feruentissimum, vt linguam adurat, vetus autem exiguam efficiat caliditatem? Iam alijs quoque multis pharmacis euanidã potentiam pauculis annis habere contingit, attamen euphorbium post thapsiam: hæc enim anno admodum imbecillis redditur, vt bimula prorsus expiret: euphorbium vero cum principio bonum fuerit, & probe repositum asseruatum'que, etiam anno tertio adhuc vim aliquam retinet, interim & quarto: quinto autẽ et sexto iam exoluitur, deinde procedente tempore in totum elanguescit. Porrò id, quo me aliquando cũ inueterato oleo sine cera vsum esse dixi, quinque annorũ aut sex erat euphorbium. Vnde vsum ipsius mensura comprehendere nemo potest. Nam recens oleo decuplo † cũ cera tripla commiscetur: veterascens copiosius ei immittendũ est: trimum vero et quadrimum, vel dupli
C catum prioris pondus, vel æquale ceræ. Cum igitur pharmacum consistentia simile acopis dictis vnctionibus habere volueris (quæ spissitudo liquidi ẽt cerati est) oleũ ceræ quadruplum esse curabis. Vbi verò ad emplastri speciem fiet, ceram omnino æqualem oleo miscere oportet, maxime si sicca fuerit, & vetusta: sicut recens & pinguis pauciore oleo indiget, vt ceratum in emplastri modum efficiat, id q; magis adhuc per æstatem. Itaq; si ceratum emplastri formula facere statueris, ceræ ex oleo liquefactæ, qua dixi symmetria, sextam recentis euphorbij partem admiscebis, vt illius vna sit drachma, ceræ sex, olei item sex vel quinq;. Sed quoniam cera glutinans ac viscosa non est, quemadmodum resinæ & pix, ideo hanc vel illam, vel vtriusque partem, cerato admisceo. Clarũ igitur est, dum hæc miscentur, non amplius oleum pari illis portione affundendum. Etenim cera ad liquiditatem multo pingui indiget: at resinæ quæ quidem aridæ prorsus sunt, pauco: liquidę et siccam quandam substantiã ad emplastri crassitudinem assumere postulãt. In ceris igitur non magna humiditatis ac siccitatis differentia est: in resinis, sicut etiam in picis genere, contra, aridæ ab humidis permultum differunt. Omnium ergo resinarum siccissima est, quam non nulli frictam, alij colophoniam, appellant. Huic succedit, quæ ex fictilibus impura nec fricta sumitur: quã si purges, in frictam mutabitur. His ambabus siccior est, quæ dicitur pityinon physema, ac si dicas piceã
D germinatio. Hanc sanè ceu squalidam, in præsentis emplastri compositionem non esse idoneam ratus abieci: vsus autem sum fricta & liquidis. Iam vero ex his quoque non nullæ diutius liquidę permanent, quemadmodum terebinthina: aliæ cito inarescunt, sicut strobilina: media vtriusq; est abietina. Quin etiam facultate calidior est quidem strobilina, mox vero abietina, deinde terebinthina. Cupressi resinam miscere non ausus sum, vt quæ non nihil adstringeret. Putabit forsan aliquis nobiscum dissentire Dioscoridem Anazarbeum in sermone de resinis hæc verba scribẽtem
« primo de medica materia commẽtario. Ex omnibus resinis principatus terebinthinæ datur, post
« eam lentiscinæ, tum ei quæ de picea raditur & abiete, post quas pinea strobilina'que numeratur. In his enim Dioscorides tanquam de infima strobilina, optima vero terebinthina, sentire videtur. Verum ego ex his tribus resinis strobilina, abietina, terebinthina, principem certè strobilinam calore, secundam abietinam, postremam terebinthinam, esse dixi. Quemadmodum igitur, qui
* inter Italiæ vina austera optimum ponit vinum Italicum, alius ad qualitatem vnam sermonem referens, alius absolute de tota ipsorum substantia pronuncians, verus deprehenditur: Eadem ratione etiam inter resinas optimam, tanquam medicamentum in multiplices vsus accommodatum, merito terebinthinam affirmaueris, non tamen caliditate primas obtinere. Itaque vt aiebam, licet tibi quamlibet resinam ceræ miscenti simplex ceratum glutinantius efficere, quod

† *Additur in antiquis ἢ δωδεκαπλασίῳ, i. et duodecim partibus superante.*

ex oleo & cera duntaxat componimus. Hîc vero experientiæ quoq; vtilitas est, quę de coniectu- E
ra nostra decernat. Potes enim vbi triplicatã ceram terebinthinæ commiscueris, intelligere, empla
stri'ne spissitudinem iam medicamentum acceperit: an adhuc liccius sit, ac copiosiorẽ insuper resi
nam desideret. Quapropter vbi hunc in modum experienti tibi, mediocriter habere visum fuerit,
miscebis tunc medicamẽto, quod conficis, duodecimã partẽ euphorbii. At si ignores an euphor A l.4. f.4. t.4 c.
bium exacte sit calidum, an non nihil à tali discedat, post confectionem linteo paululum illius me 2. fol.476.a
dicamenti illitum tuæ ipsius tibiæ vel cubito horis aliquot imponito: postea si modice calefacere deprehendis, bene temperatum esse medicamentum arbitraberis. Quòd si vel nullum sensilem calorem dat, vel iusto feruentiorem, integrum est aut pharmacum remittere, aut intendere: remittere quidem mistura cerati, intendere apposito euphorbio. Atqui si Propolim pinguem habeas, eã omnibus resinis aptiorem fore tibi intelligito, vt quę vaporosam spiritus crassitiem, humores'que superfluos elicere, ac ex alto foras ductitare, suapte queat natura. Siquidem resinæ cum cera, emplastri spissitudinis gratia, non tanquã curationis consilio, assumuntur, propolis autem curationis ipsius scopo continetur. Atq; hac aliquando sola, vt dixi, recenti, quantum ad humiditatem attinet, vsus sum in agricola quodam duro corpore: ac mirum est, quomodo sola adusque finem adhibita adiuuerit, adeo vt nullius pharmaci præterea venerit necessitas. Alteri qui puncturam pro- F
fundiorem haberet, tithymalli cuiusdam exiguum quid liquoris admiscui. Mollioribus vero corporibus medicamentum tactu durius apparet, nisi olei mistura vehementer ipsum mollias. Quin & alia medicamenta omnia quæ neruorum vulneribus adhibentur, liquida & mollia esse conuenit. Mollitiem igitur quoduis oleum conciliare, robur vero medicamẽti vetus oleum tueri potest.

Vt autem propolim in agro non nunq̃ accommodaui, tanq̃ melius pharmacum ijs quæ tũ assuerant eligens, ita Fermentum rursus in alio admoui medicamenti inopia, qm̃ hoc quoq; in alto fixa extrahere & discutere sciebã. Quanto autem vetustius fermentum, tanto est præstantius. Porrò huiusmodi res non solum facile in agris reperiuntur, sed etiam sulphur viuum, quo non nunquã
* Al. spumam nitri. & ipso sum vsus miscens cum tetrapharmaco. Huic igitur & Aphronitrum, & bereniciũ Litrũ, & Aphrolitrum non lapidosum sed vere aphrolitrum, quod spumæ consistentiam habet, adijciẽs frequenter vsurpaui non modo in agris aliorum penuria, sed etiam præsentibus enumeratis medicamentis hoc nomine, vt animi sensum experientia explorarem, probarem q;: Ac vulneratus talis rei solo vsu conualuit, fotus videlicet oleo. Hoc enim commune tibi esto in omnibus medicamentis, quę hic dicuntur, neruorum vulneribus conducere. Iam vero & quod à medicis vocatur
Arsenicum, ab ijs autem, qui attice omnia volunt proferre, Arrhenicum, adiunxi tetrapharmaco, G
quod animo conceperam, experientia volens pertentare: rursus cum id non adesset, sandaracham, vti vocant, sicut calcem restinctam & viuam, lotam & illotam, minus autẽ viuæ, plus restinctæ, & plus adhuc lotæ adieci. Cæterum de exacta cuiusq; componendę quantitate paulo post dicemus, vbi hæc simplicia omnia, vsus q; ipsorũ distinctiones, retulerimus. In hoc enim sermone propter empiricos, qui ex periptosi (id est incidentia seu casu) plurima compositorum medicaminum inuenta esse putant, visum mihi est commemorare neruorum vulnera curandi rationem à me citra casum repertam inde, q̃ sanationis ipsorum scopum, & simplicium pharmacorum facultates, cognoscerem. Etenim ex casu vnum aliquod simplex medicamentum inuenitur, rationalis autẽ methodus plurima simul inuenit, & varias ipsorũ cõpositiones. Quæ igitur ex alto humores educere digerere q; natura possunt, neruorum vulneribus ex vsu sunt. Quandoquidem vero non nulla caliditatem immoderatam, vel mordacem vehementer acrimoniam, vel acidam qualitatẽ, coniunctas habent, alia ipsis pharmaca admisceri ratio est, quæ prædictos excessus sine virtutis offensa temperare queant. At hoc fieri recte non potest, nisi cuiusq; medicamenti non modo qualitatis genus, sed etiam quantitatem, in eo cognoscas. Quædam nanq;, vt ostẽdimus in cõmentario de Simplicibus medicamentis, in primo calefacientium ordine collocantur, à temperatis paululum ab- H
scedentia: alia in secundo, magis inde declinantia: alia tertio: non nulla quarto, quę vrere iã queãt. Igitur pro vehementiæ virtutis cuiusq; pharmaci proportione, miscendorum facultas inuenitur, modo simplicium omnium temperamenta intelligas. Empiricorum hæresis sola genere consimilia propter vniuscuiusq; medicamenti naturæ ignorantiam miscet: & qui hanc nouerunt, sola eadem miscent, quia excessus quantitatem certò non cognoscunt. Quod itaque ipse primum præparaui medicamentum, ex multis eiusdem generis compositum est, quoniam non dum cuiusque virtutis quantitatem exacte pernoscebam. Inieci etenim non nihil arsenici, sulfuris, misyos, calcis lotæ & illotæ, & pompholygis, similiter spodij, item squamæ æris, chalcitidis vstæ lotæ & illotæ, ad hæc non vstæ. Hæc igitur prius in aceto quàm acerrimo diebus multis, Sole æstiuo, læuia reddidi. Quæ superfundi his debebant, cera erat necessario, & mellis non nihil prius expurgati, resinæ propemodum omnes, propolis, pix, & ladanum: liquida cyprinum, susinum, opobalsamum, amaracinum, gleucinum, cedrinum, & oleum ricininum & vetustum: ex singulis autem liquoribus, quos non multo ante recensui, paulum aliquid. Postremo aliàs aliud auferens experientiæ gratia, nihilo simpliciora singula, quibus in hunc diem vtor, inferiora esse animaduerti: ipsorum autem symmetriæ mox ponentur. Itaq; ex aceto & liquoribus talia confeci, ceræ, resinarum,

propoleos,

A propoleos, & picis non nihil adiungens, pari modo ex columbarum stercore & herbis tenuium partium. Minus ergo molesta sunt liquida pharmaca cum alijs, tum neruorum maxime vulneribus. Vtimur etiam emplastri modo compositis propter eos, qui se lauare volunt: lanis enim ablatis ac tali pharmaco solo adhærente minore cum molestia lauant. Prædictum enim est neque tunc vulnere affectam partem aquis respergendam, si in manu id contigerit: pes vero, si is læsus sit, vt non madehat fieri non potest, sed tunc à balneo primis quatuor diebus abstinendum est.

Quoniam verò omnium huius tempestatis hominum, & eorum iam etiam, qui ruri degunt, fortitudo perijt, qui lauare se quotidie consueuerunt, equidem qui non adeo delitijs affluunt (sunt hi maximè pauperes) vt plurimùm obtemperantes nobis habemus: diuites verò & præsertim potentes admodum illos, vel ægrè obtemperantes, vel prorsus im morigeros experimur. Optimum igitur fuerit nec ipsis mederi: verùm cùm, nescio quo modo, alius ob aliam causam, quidam nostrûm inuiti, quidam vltrò, ipsorum mollitiem tolerare coguntur, tale quippiam factitare consueui: Vulneratę parti pharmacum aliquod in emplastri modum imponens, extrinsecus iterum multiplices pannos oleo tinctos plures superinijcio: quibus rursum extrinsecus fasciam ex linteis accommodo: quam deinde in ipso rursus balneo, cùm ęger in solium est ingressurus, oleo prius per-B fundo: & loto videlicet iam omnia imposita aufero, vtor que prædicto totius curationis genere.

At verò patet omnibus eum, qui pulchrè neruorum vulneribus prospecturus est, etiam particularum naturæ peritum esse oportere. Nam antea comprehensum est tendines pariter, in quos musculi plurimi desinunt, non mediocriter condolescere, primùm quidem conuulsionem generantes, dein putrescentes & ipsos vicinas simul partes vniuersas inficere. Non nulli autem eorum ceu membranæ, tenues lati que sunt, quales in femorum terminis ad genua spectantibus, tum intra manus, infra que pedes subtensi sunt. Oēs enim qui in manibus pedibus que sunt, satis quidē coeuntes cutem contingunt: qui verò in patellam perueniunt, à circumposita cute cata darsin id est per excoriationem, abscedunt. Mihi etiam hoc fortè fortuna contigit: etenim neruorum vulnerum curationem iuuenis adhuc, cùm primum ex Alexandria in patriam reuerterer, annos vigintiocto natus excogitaui. Quia verò singula pharmaca, quæ adinueneram, medicis amicis non solùm ciuibus sed etiā vicinis exhibueram, vt omnia vsu ac experimentis firmarentur: visum que erat, haud noui quomodo, ciuitatis nostræ pontifici, gladiatorum curationem mihi soli tradere, q̄uis iuueni adhuc, vigesimum nonum enim tum primùm attingebam: tunc vulneratos in priore inferna q; femoris parte inuento præsidio curaui: in ijs sanè, qui per transuersum percussi erant, re-C liquū tendinis ipse amputans, vt tuta esset mihi curatio: qui verò paruum, vel per directū, vulnus acceperant, cum securitate simul & metu totam sanandi deductionem exercens. Nam cùm omnes ante nos medici plurimùm aqua calente ipsos fouerent, & triticea farina ex hydrelæo modicè decocta illinirent, ego sanè aquam omnino non obtuli: oleo autem frequenter respergens simul cū prædictis pharmacis, statim omnes sanitati restitui. Quandoquidem verò multi superioribus annis fortuito perierunt, mihi tamen ne quidem vnus vel ex neruorū vulnere, vel alio, mortuus est, alter pontifex succedens illi, qui mihi tum medendi officium commiserat, similiter & ipse à septē mensium interuallo gladiatorum curationem fidei meæ concredidit: siquidem primus autumnali solstitio, secundus vigente vere, pontificatum gessit. Rursus post hunc, omnibus à me seruatis, tertius, quartus, & quintus, pari modo gladiatores mihi curandos tradiderunt, vt iam permultùm illam medendi curationem exploratam habeam. Quin etiam hoc tempore tale quid industria inuenimus, cui animum aduertere maximè illos medicos conuenit, qui vulnerum curationem rectè administrare cupiunt. Contemplatus enim gladiatorem quendam ex iis quos equites nominant, transuersam diuisionem in priore ac inferiore femoris parte habentem, eam que satis altam: ac vulneris labrum intuitus, sursum alterum reuulsum, infra alterum quasi ad patellam de-

A.l.4. f.4. t.4. fol.475.h D tractum: non dubitaui distantes inuicem musculorū partes suturis contrahere, curatione illa, quæ cata platos i. per latitudinem dicitur, neglecta. Itaque veritus tendines ipsis consuere, denudatis prius illis sic altioribus suturis vsus sum, haud ignarus carnosam ipsam musculorū partem periculo vacare, tendines verò non item: quamuis hoc nullū ex preceptoribus facientem viderim. Quidam siquidem ipsorū in huiusmodi vulneribus solas cutis oras consuebant: non nulli in carnosis partibus musculos ipsos suere ausi, id in superficie ipsorum facere solebant: proinde siquando vulnus insigniter altum, non secundū membri longitudinem, contigerit, summā quidē musculi partem glutinabant, reliquam vero totam inglutinatam relinquebant. Etenim in vulneribus iuxta membri longitudinem factis deligatura vulnerati musculi partibus inuicem contrahendis sufficit: per transuersum vulneri accepto cùm deligatura nihil prodesse possit, ex sola sutura totum absoluitur: has igitur nisi quis altas faciat, musculi in profundo partes inglutinatæ permanent. Cæterùm non nulli opus à me confectum imitantes, anatomes imperiti, ab omnibus musculis sub-
* iectas membranas auellunt nescientes has simul cum musculis tuto consui, tendines autem similiter ipsis dilatatos non mediocri cum periculo. Verùm quomodocunque illi dilatati fuerint, tamen crassiores adhuc duriores que membranis sunt: tenues abunde illos videbis, & in omnibus iuxta abdomen musculis, præterquàm duobus rectis, quibus obliquorum membranosæ aponeuroses,

roses (ij sunt neruosi ex musculis exortus) incumbunt. Alius tendo nullus præter enumeratos E membranæ modo dilatatur: quippe seruant omnes, qui dilatantur, crassitudinem magnam satis, vt neminẽ latere queant. Atqui sympathia id est consensus, superpositarum partiũ vsq; ad ipsum neruorũ principiũ, non minus q̃ iis, qui iuxta femoris articulum, musculis, tum in cubiti gibberum, quẽ Græci ancona vocant, tum in calcaneũ insertis, accidit. Dilatantur itaq; vtriusque tendines, sed ita vt crassitudinem notandam retineant: calcis tendo ex sura descendens magis adhuc robustus crassus q; ceu ex tribus neruosis exporrectionibus cõpositus apparet. Latuit autẽ hoc ætate nobis maiores anatomicos, sicut & pleraq; alia in totis musculis, ac multo etiã magis in venis, arterijs, & neruis. Multi verò iam ex meis sodalibus etiamnum hæc omnia nouerunt, & discipulis ostendunt, libris meis anatomicis perlectis. Memini sanè ex anatome, euidẽtium nihil, vt quis putauerit, cõe cum opere de medicaminibus cõponendis habentium, timens ne ex huiusmodi inscitia errantes vel vniuersam curandi rationẽ suspectam haberent, vel frustra mẽbranas auellerent, fugientes inde, sicut falsò existimant, noxã futuram. Quemadmodũ alij quidam, cùm non valeant ligamenta cognoscere, ea tanq; neruos & tendines vulneratos suspecta habent à periculo alioquin remota, quomodocunq; afficiantur, vtpote insensilia, et ex ossibus non ex musculis sicut tendines orta, vel ex cerebro spinali q; medulla, vt nerui. Optimè igitur, velut alia pleraq;, etiã in his per- F multi medici clarissimi dixerunt, medicinæ partes mutuam opẽ requirere, tum quæ manu, tũ quæ medicamentis, tum quæ victu medetur (primã græci chirurgicen, alteram pharmaceuticen, tertiã diæteticen nominant,) ac sanè maximè illã quæ manu curat, reliquis duabus indigere. Itaque si frequenter in simijs cuiusque tendinis & nerui positum ac magnitudinem contempleris, exactè poteris etiã si humani corporis incidendi copia tibi vnquam suppetet, singula, vt vidisti, celeriter inuenire: quòd si inexercitatus omnino facias, nihil inde promouebis. Quemadmodum nec medici bello germanico, barbarorum corporum insectionis potestatem habentes, amplius quippiã didicerunt ijs, quæ coqui intelligunt. Etenim empiricorũ anatome casu contingens prolixũ nugamentum est simile capris, quæ iuncis manualibus cõpunguntur. Hac nugacior est ex libris anatomicis institutio, non absimilis ijs, qui secundum parœmiam ex libro gubernare dicuntur. Quandoquidem enim contemplati palam à præceptore ostensos in corpore neruos, & tendines ipsorũ, nisi denuò eos videant, & tertiùm, & sæpius deinceps, loci accuratè, in quo positi sunt, non meminere, multo minus ex lectione poterunt addiscere. Itaq; huius tẽpestatis empiricorũ optimus, cum libros omnes anatomicorũ perlegisset, puerũ stilo in interiore brachij regione, supra medias ipsius partes in schola quandoque punctũ pharmaco emplastico curare aggressus est, cuius expe- G rientiã ex nerui vulnere curatio paulo antè acceperat, puerum'que ob id ab inflãmatione ac dolore immunẽ videns in totum curatũ putabat, verùm repetente septimo die conuulsus perijt. Ille igitur cùm factum, quasi cuius ratio, aut causa dari non facilè posset, nobis recenseret: ego verò medicamenti cõpositionis scripturã recitaret, postulassem: ei, cùm id statim egisset, hæc protinus subieci, nunquid recensendo, quæ puero neruum vulnerato nuper contigerunt, plus aliquid narrationi adiecisti, quàm quod medicamenti mirificè puerum recens vulneratũ curantis experimentum habueras? Vt autem ille confessus est nil se aliud sermoni addidisse: rursus igitur, inquam, audi à me quid gestum sit. Notabile vulnus erat nerui percussi, quod medicamento hoc curatum esse dicis: & quidem audacter in id genus vulneribus iterum eo vtitor: puncturas autem neruorũ angustam cutis diuisionem habentes tale pharmacum sanare non potest: sicut nec id, quod puncturis medendis dicatũ est, ipsi neruo nudo adhibitũ: quippe multo calidius est, magisq; mordet, q̃ vt nudus neruus mordicationem eius & ardorem sustineat. Vbi verò & cutis, & membrana super ipso, item caro præposita est, mordax medicamentum, si tenuium etiam partium sit, eadem ratione neruo medetur, qua pharmacum tuum, quando ipsum solum nudum neruum affectum contigerit. Præcipua autem danda opera est, vt oræ angustiorum punctuum apertæ sint, vt ca- H lidum medicamen extrinsecus applicatum per eas vapores educat, attrahens humiditatem circa affectum locum in alto latentem. Ob quam rem in id genus puncturis orificium duabus in cutem sectionibus secundum rectos angulos diuidere oportet. Atq; tum hæc, tum alia multa prius relata, dixi ei, qui in pueri neruo vulnerati curatione errauerat adeo, vt ex praua medendi ratione ipse conuulsus interierit. Itaque omnes norunt etiam punctæ partis naturam indicare non nunquam vulnus absque periculo, non nunquam suspectum esse, cùm neruum subiectũ viderimus, vt in puero ad brachium puncto: non enim sermone locus potest exprimi, vbi, quę per alam in totam manum pertendunt, brachio inseruntur. Et sanè hîc quoque demirari est empiricorum litigandi studium, qui quidem in alijs omnibus medicinæ opus quodlibet subinde contemplatũ melius ipsum imitari concedunt, quàm si raro viderit: itidem melius eum quolibet opere perfungi, si frequenter illi adsueuerit: Sola verò, quæ ex corporum incisione cognoscuntur, posse quempiam firmiter assequi, modò anatomicorum virorum historiam perlegerit, cùm vel ex ijs, qui à præceptore ostensas corporis partes conspexerunt, nemo semel vel iterum speculatus ad amussim memoria tenere possit, sed frequenter illum conspicere conuenit. Nerui autẽ non modò magni in alto particulas multas corporis permeant, sed in cutẽ quoq; solam distributorum tanquam

radices

A.l.1.f.4.c.1. fol.70.g

A radices quædã sunt: in quibus vulnerati nisi probè curentur, subiacentiũ neruorũ magnorũ affe-ctũ consensoriũ obtinent, vnde ij prodeũt, quos in anatomicis administrationibus accuratè pertra-ctauimus, ab omnibus, qui me præcesserunt, omissos. Atq; has radices nisi crebro in simijs fueris intuitus, fieri non potest, vt cùm humanum corpus in consectionem nactus fueris, exactè depre-hendas. Quemadmodum multo minus in anatome fortuita, quam & speculationẽ vulnerariã no-minant, locũ ex sola lectione inuenire queas: quanq̃ nec aliquis permulta vulnera ipsemet inspice-re poterit, si ea excipias quę in bello contingunt, in quibus & ipsis nemo, dum saucium citò curare studet, contemplatur, vbi vulneratis partibus nerui, vbi arteriæ, venę q; subiaceant. Videnť itaq; in huiusmodi affectuũ curationibus anatomes imperiti similes ijs, qui iter in lectica cæci faciunt, eo q; vehementer errant. Verùm qui inter ipsos & partium experientiam ex incisione cognitam, & methodum confectionis vsus q; medicamentorum coniunxerit, is semper neruorum vulnera, vti nos, sine omni periculo curaturus est, vt nec principalior vlla pars condoleat, nec vulneratus neruus aut contusus inflammatione laboret: vbi iam hæc sunt, multo minus vel putredo, vel clau-dicatio, vel conuulsio, vel ipsa mors comitabitur.

Confectiones Medicamentorum ex Metallicis, ad Neruorum Vulnera. CAP. 3.

A.l.4.f.4.c.4. c.2.fol.475.t B EX metallicis medicamentis adstringentia vitare consultum est, præsertim vbi cõpositi phar-maci vsus in punctura eueniat: quæ verò detergendi vim obtinent, sicut æris squama, ex vsu sunt. Cæterùm omnia metallica cùm crassiorũ partium existant (multùm enim terrestris substan-tiæ in se continẽt) artificij non nihil in præparando requirunt, quò tenuiora fiant. Hoc igitur ex aceto facere q̃ acerrimo excogitaui, pręsertim quod ex vino non austero confectum est. † Ac si ex tali non sit, sed admodum vetus, }eo vtitor. Attende tñ diligenter in gustu, ne tibi vel minimã vi-ni qualitatem referre videatur, tale quippe acetum validam exedendi, secandi q; vicina, potestatem non habet. Iã verò metallica ex acerrimo, & q̃ fieri potest vetustissimo, substantia q; tenuissimo, læ-uigare oportet eum, qui consistentiæ crassitudinem deuitat. Præstat autem id in Sole æstiuo perfi-cere. Sunt quidem ex metallicis, quæ nec comminui nec cribrari postulant, cũ facilè ab aceto sol-uantur, sicut chalcitis, & misy: non nulla & contundi & cribrari & postea læuigari desiderãt, quẽ-admodum æris squama. Cùm igitur primum præpararem medicamentum, immiscui ei & arseni-cum, postea superfluũ esse putaui: etenim ex æris squama & misy, & chalcitide, medicamen cõposi-tum iri abundè mihi satis videbatur. Miscui autẽ prima confectione etiã æruginem combustam: nam quæ ignem experta non erat, tanq̃ iusto mordaciorem suspicatus sum: deinde tñ nõ vstę pau-

† Al' ac si ex tali sit, ac [illegible] vetus sit.

C xillum simul adieci, quantum aliorum portio ferebat. Pari modo chalcitidem sanè paucissimam, vstam verò æqualem misy & æris squamæ, indidi. Præstantius aũt omnibus compositis fore spera-ui, immo ẽt experientia deprehendi, in quo plurima æris squama inesset, dein chalcitis combusta, postea misy. Quæcunque igitur miscebis pharmaca, ad Solem, vt dixi, ęstiuo tempore, multis de-inceps diebus in puluerem ex aceto quàm acerrimo redigantur: quanto enim longiori tempore trita fuerint, hoc tenuiorem substantiam consequentur. Ideóque angustis vulneribus aptiora, si-cut in neruis denudatis, admodum tenuia exedentiáque cauenda sunt: ob quod pręcticti pastilli omnibus id genus conueniunt, siquidem non nulla adstringentia quoque assumpserunt. Porrò celebres ex illis sunt, qui ad Andronem, Polyidam, & Pasionem, authores referuntur. Sunt & alij quidam quartus, & quintus, illis valentiores, quibus ego subinde vtor. Symmetrię verò ipsorum perfectę sermonis processu dicentur. Nunc de eorundem vsu tantùm explicasse sufficiat, quòd tritos ipsos aridos, postea rursus sirço id est sapa, adiecto ita terere conuenit, donec sordium spis-situdinem recipiat medicamentum, & æqualiter læue fiat. Vocant autem nunc omnes apud nos & siræon, ex musto decocto natum: id autem nihil vinosum habeat, quale non ex austerarum vuarum, sed quàm maximè dulcium, musto præparatur, neque ex primo fluente, sed postremo.

D Si igitur tale mustum extiterit, coquendum est, dum ad dimidiam partem mensuræ consumatur: sin minus tale, ad tertias coquendum est. Huiusmodi quidem decocto pastillos soluere expedit, vt mellis crassitudine linamentis excepti, neruis denudatis imponantur, maxime q; ex ipsis tem-peratiores, qualis Polyidæ est. Ac multo sanè magis, si corpus sit tenerum ac molliusculũ: in quo & prorsus à pastillorum vsu te abstinere tutius est, alijs vtentem pharmacis, de quibus iam sermo factus est, iterúmque fiet. Neruo autem nudo linamentis cooperto, extrinsecus vnum aliquod ex ijs, quæ ad angusta vulnera conueniunt, superdandum est. Quorum sunt quatuor genera, vnum hoc quod ex metallicis conficitur, alterum quod ex liquoribus: inter quæ refertur & illud, quod ex euphorbio constat: tertiũ ex columbarum stercore: & quartũ praon idest mite, à me appellatũ, quo etiã ad neruos tenerorum corporum omnino denudatos vtor. Ex his quatuor vnum quod-dam toti affectæ particulæ circundandum est ita, vt sanarum quoque partium multum vnà com-prehendat, præsertim superpositarum: quas bis die, vel ter, si necessitas incidit, perfusione fouere oportet. Quin etiam nocte interim, linamentis quidem denudato neruo impositis, cæterùm eo, quod extrinsecus admotum erat, ablato. Porrò cùm permagna humanorum corporum sit dif-ferentia, tum in natiuis ipsorum temperamentis, tum ætatum mutationibus, insuper vitæ studijs, nulla ratione, quod componitur medicamentum, omnibus conuenire potest. Quã ob rem duo in

promptu

promptu habeto, alterum valentius eiusdem generis reliquis, alterum mitius: quibus inuicem mi E stis, dum vsus postulat, permulta inter hæc media iuxta misturæ quantitatem constituas. Si nanq; parem vtriusq; portionem confuderis, mistum exactè medium amborum erit: qp si alterius plus adijcias, tm à medio ad illud summum recedet, quanto mistura superauerit. Esto igitur valentissimum metallicum ex his constructum, vnam partem crudæ chalcitidis habens, duas misyos similiter crudi, tres ęris squamę: Inualidissimum, vnam itidem misyos & chalcitidis, sed vtriusq; combusti, squamæ quatuor. At verò amborum medium, quo subinde vsus sum, tale esto: Misyos, chalcitidis, æruginis, cuiusq; vsti pars vna, æris squamæ partes tres. His, sicut prædixi, contritis ceræ in valentissimo duplum: in altero duæ partes & s miscentur: in medio, quod intra hæc consistit, partes duæ, & quarta: sicut in primo trium, quod valētissimum esse dixi, oēs partes numero sex, ex misy, chalcitide, & squama collectæ, nascuntur. His ergo duodecim ceræ partes adijcientur. At in medicamento inualidissimo si metallicorum sex partes existant, ceræ duodecim apponas: in mediocri amborum medium, sunt autem inter octodecim et duodecim media quinq; & decem. Siue igitur denarium vnum statuas vnam esse partem, omnium videlicet, tot denarios adiicito, quot partes, siue vnciam, siue libram: sic enim apud Romanos consuetudo est nominari tot vncias vel libras.

*Al. octodecim

Porrò mensura quidem apud ipsos est, qua oleum metiuntur, insecta discreta q; lineis totam in F duodecim partes diuidētibus: atq; integra mensura ab eis libra nominatur: duodecima vero eius portio, vncia. Metallica igitur & cera in lance alijs vncijs ponderantur, oleum cornu metiuntur. Itaque prædictis pharmacis omnibus iuxta ceræ proportionem oleum immittatur, superet'que in singulis ipsis dimidio: vt si cera vncias octo compleat, oleum duodecim hoc est integram libram pendat. Esto autem id sabino simile, partium tenuiorum minime q; adstringens: at etiam si vetus sit, præstat: acerbum verò, & quod ex oleæ surculis confectum est, nequaquam conuenit. Cæterùm omnibus medicamentis commemoratis, vbi metallica ex aceto pluribus diebus in mortario trita fuerint, thus candidissimum et pingue admisceatur: deinde rursus vnà cum metallicis diebus aliquot læuigetur, priusquam ceratum eis immisceas. Quātā verò ex omnibus metallicis copia colligitur, huius partem dimidiam thus contineat: quòd si mollius medicamentum facere postulas, amplius q; dimidiam: sicut vbi acrius expetis, minus dimidio, adiungas. Et verò etiam ceræ cum oleo liquatæ resinam quandam ex ijs, quas recensuimus, misceas licet, sciens acrius ipsum adiecta strobilina fieri, mollius terebinthina, medium vtriusq; abietina. Ex harum genere larix quoque est, prædictis plane humidior: consistentia verò similis liquidæ piceæ, quam loco terebinthinę institores vendunt ignorantibus eas discernere: est autem talis resina odore, gustu, & facultate, q; te- G rebinthina acrior. Cùm hac igitur, & terebinthina, persimilem potentiā larix obtinet, sed tenuioribus partibus maiore q; discutiendi virtute prædita est. Miscebis igitur ceræ sextam superiorum resinarum partem, volens medicamentum emplastri figuram induere: nam vni ceræ pondo, resinæ vncias duas adijcias: sin autem liquida insigniter fuerit, vel vnam tantùm miscere satis est. Attamen si, vt in modum emplastri pharmacum fiat, nihil curas, resinam addere nō admodum opus est: & chalbani verò æquale thuri pondus indes, vbi mitissimum reddere medicamentum statuis: dum valentius, dimidium: quando ipsorum medium, id quod inter æquale & dimidium est. Verbi gratia, si quatuor thuris denarij fuerint, duos chalbani impones, validū permanere medicamen postulans: mite, quatuor: medium, tres. Vt enim molle, & dolorem leuans quippiam habet, ita quoq; putrificum, quod sanè & plurimis mollientibus accidit. Quare cùm neruo denudato pharmacum adhibes, non adeo chalbanum esse commistum oportet: quòd si nudus ille non est, haud mediocriter ipsius admistio dolori auferendo conuenit: ideo q; tale etiam medicamentum acuto sensu prȩditis, teneris & cacochymis paratum habere expedit, in quo plus chalbani adiectum sit. Omnia siquidem metallica exasperant, dolorem q; concitant, & ex liquidis acetum: vnde meritò ex illis confecta pharmaca aspera videntur, & dolorifica: ob quam rem & fotus ex oleo, & chalba- H ni mistura similiter ipsis idonea est: nihilo autem minus tenuium partium adeps chalbano dolorē sedat. Quare velim te aliud quoq; medicamen ex his aliquod præparatum habere, quod ex metallicis composito miscere possis tùm in dictis corporibus, tùm in ijs quæ asperum & dolorificum quandoq; medicamentum perceperint. Deligēdus autem adeps, qui tenuiorum partium existat, cuiusmodi sunt agrestium animantium, maximè leonis, pardi, hyenæ, & vrsi: ad hæc volatilium, maximè anserum: horum inopia agrestium gallorum gallinarum q;, ita verò anserum quoq; syluestrium: nam animalium, quæ in vrbibus aluntur, & tanquam in ocio cōclusa sunt, humidior est adeps & crassior. Cæterum quò pharmaci consistentia cerati spissitudinem habeat, ceræ tertia vel quarta pars admisceatur: vel si adeps humidus nimiū esse tibi videatur, licet & ceræ dimidium adijcere: quemadmodum & vbi sicca fuerit, quartam: cum mediocriter habet, tertiā. Porrò huiusmodi ceratum quod vtile nobis futurum est, dia steaton i. ex seuis, nominetur.

De Medicamento, quod ex Euphorbio componitur. CAP. 4.

DIctum mihi est & antea vetus euphorbium recentiori multo inferius. Si igitur anniculum sit ēt Cyrenæo magis liquore excalfacit, prȩsertim eo, quem nūc habemus: ex quo per aquę irrigationem stirpes augent, & ad liquoris copiam generandā præparāt. Nam post annum vnum

abunde

A abundè calidum eſt,deficit autem iam non mediocriter à recenti: bimum, adhuc magis à nouo de
generat: quemadmodum trium aut quatuor annorum,etiam hoc magis: vetuſtioris virtus omni
no reſoluitur. Cognoſces autem,vt dixi,quam ætatem,quam q́ꝫ vim obtineat,& colorem & con-
ſiſtentiam eius reſpiciens. Colore quidem vetus nouo flauidius pallidius q́ꝫ apparet, conſiſtentia
durius & ſiccius. Iam ſi guſtu voles diſcernere non coniecturalem eius dignotionem,ſed firmam
habiturus es: quod verò dixi calfactoriam vnctionem ex eo me confeciſſe extemporali vſu exigē
te,exactiſſimè pharmaci facultatem tibi indicabit. Conſtat autem hac ſymmetria. Vna pars eſt
euphorbij,tres ceræ,olei duodecim: ceram quidem euphorbio triplo copioſiorem, oleum verò q̃
ipſa cera,quadruplo eſſe conuenit. Vbi igitur in hunc modum medicamentum compoſueris,fri-
cata eo parte aliqua manifeſtò licebit dignoſcas,quãtam virtutem obtineat: maximè autem in bal
neo innoteſcit, ſiquidem ab aere quidem mordetur,ſed magis adhuc validè ab aqua, cùm euphor
bium ſit calidum,recens,& forte. Tale igitur conſecutus, & hanc ipſam commemoratam vnctio-
nem audacter puncturis imponito,vbi oras conniuere metus eſt. Si imbecillius fuerit,auge men-
ſuram euphorbij pro imbecillitatis ratione,interim partem vnam ac dimidiam inijciens, interim
duas,non nunquam etiam pares ceræ,& plures ſi vetus nimium extiterit. Primus ſanè vſus in pũ
B cto neruum,vel tendonem,ad ſecundum te deducet. Si nanq; & vulneratus ipſe mordicationem
ſenſiſſe dicat,tibi q́ꝫ ipſi partes puncturam ambientes calidæ appareant, tum ipſa punctura magis
ac par eſt elata,& oræ inflammatione ſubafficiantur, vel olei copioſioris miſtura vim medicamē-
ti remittes,vel compones aliud ad *priorem ſymmetriam, aut euphorbio vetuſtiore, moderatum *προτέραν id eſt priorem. in antiquis tamē legitur πραοτέραν, i. mitiorem.
ita efficies. Quòd ſi econtrario quã dixi eueniat, virtutem pharmaci adaugebis. Sin mediocriter
omnia habere videbuntur,ſeruabis. Itaq; confectura ceram triplo euphorbio copioſiorem con-
tinens aliarum eſt valentiſſima, cùm illud (quemadmodum diximus) recens additur: quincuplo
autem habens,inualidiſſima: quadruplo capiens, medio inter vtraſq; ordine conſiſtit. At ſi vn-
guenta proponis efficere,qualia à medicis acopa i. laſſitudinem leuantia,nuncupantur,oleum ce-
ræ quadruplum immiſcebis: Si verò vt in fracturis liquidum ceratum parare, duplum: quando
cera & ſicca & pinguitudinis expers fuerit,etiã amplius q̃ duplum: plerunq; verò ſufficit vnius
partis dimidium duplo apponere,vt tota ceræ menſura duarum partium & s fiat. Atqui in modũ
emplaſtri medicamen cupiẽs componere, oleum pari menſura ceræ miſcebis, ſiquidem ambiens
fuerit calore temperatus: ſin cera vetus & arida, & ille frigidus ſit, paulo amplius: ſicut cùm cera
eſt pinguis,ambiens calidus,paulo minus. Id autem minus duodecima vtroq; verſum medij por-
C tio eſt,etenim & vndecim & tredecim non nunquam olei vncias ceræ libræ miſcui, tum pro eius
conſiſtentiæ quantitate,tum aeris circunflui caloris frigoris q́ꝫ. Rarò autem paulo plus, vel mi-
nus,verùm vt colligationem,pinguitudinẽ,viſcoſitatem q́ꝫ haberet,nec friabile eſſet,aut facilè diſ
ſolueretur,aut à cute decideret,adiunxi reſinam ei potiſſimum,ſi aderat,terebinthinam veram,ſin
minus paratiſſimam vbiq;,quam frictam & colophoniam appellant, eam q́ꝫ pari cum cera pon-
dere. Conſeruat enim medicamentis,quibus iniecta eſt,priorem cõſiſtentiam, vbi & ipſa medio-
criter habeat: quippe notum eſt vt in omnibus alijs, ſic in reſina quoq;, maioris minoris q́ꝫ ratio-
nem conſiſtere. Itaque ſi pinguior liquidior q́ꝫ non nunquam appareat, ſciendum eſt ceratum,
quod ex cera cum oleo liquata proueniet,liquidius multo,quã fuiſſet, euaſurũ: Summatim in ner
uorum vulneribus, quum interim ab exacta: media q́ꝫ,medicamentorum emplaſtri modo confe-
ctorum conſiſtentia erratum fuerit,ad molliorem potius tendere,ſi inquinaturũ quoque ſit quod
confectum eſt: ſimili ratione, & quod conſiſtentia mediocri eſt. Pix autem cerati conſiſtentiam *
ſeruat: optima verò ſicut dictum eſt,in talem miſturam pinguis exiſtit,quemadmodum & reſina.
Si liquidam reſinam inijcias, quali conſiſtentia eſt terebinthina, tertiam ipſius partem ceræ eſſe
oportet. Atq; ipſa terebinthina recens,veteri longè eſt liquidior. Meme ntote igitur,quod de ce
D ra & reſina audiuiſtis,id in omnibus obſeruare: nec enim ex ſiccis & aridis,vel tempore vel ex pri
maria natura,verùm ex mediocribus conſiſtentia,tantum cuiuſq; miſcendum eſt in medicamen-
torum compoſitione,quantum à me ſcriptum inueniatur. Eſto igitur quod vim & ſubſtantiam
prædicti medicamenti mediocrem habet,ceræ,reſinæ frictæ,& olei,pares portiones continere,ip-
ſius euphorbij ſextam,vt ſingulorum ſit illorum libra,euphorbij vnciæ duæ. Quòd ſi mollius ip-
ſum reddere voluerimus,octauam euphorbij partem inijcere ſufficit,hoc eſt vnciam & s: in recẽ-
te & calidiſſimo,velut præcenſui, euphorbio ſymmetria hac definita, nam ſi vetuſtius ſit,eo'que
imbecillius,copioſius hoc aliorum portione eſſe debere prius indicauimus. At ſi non reſinam
duntaxat,immo etiam picem,inijcere eſt animus, ſelibram vtriuſque miſcebimus, vt modus ceræ
ſit æqualis: quanquam multo præſtat medicamentum,ſi reſinæ picis'que loco propolim cerę pa-
rem adiungas. Quòd ſi ipſa pinguitudinem non habeat ſimiliter reſinis, ſi adhęrens pharmacũ,
vt faſcijs ligari non opus ſit,eſſe curemus,terebinthinam,vel laricem nominatam, vel etiam ſyn-
comiſten pineam, indemus: voco ſyncomiſten, quam in alueis & dolijs comportant ligna mul-
ta ac lapidoſa corpora in ſe habentem: quæ liquata, dum percolatur, pura tunc, ſicut colophonia
& fricta dicta redditur. Quin & reſinas autorrhytus id eſt quaſi ſpõte fluentes admiſcere licet: no-
minant ipſas in Lacedæmone, ac alijs regionibus non nullis,protorrhytus, quaſi primifluas di-

xeris: in Cilicia verò nuncupant talem resinam capnelæon, liquidis omnibus resinis tum liquidiorem, tum calidiorē, tum partibus tenuoribus præditam: quare potentiæ quidem hæc medicamenti quod cōponis conferet, ac maximè inijcienda, cū euphorbiū roboris expers fuerit. Porrò & inter alias resinas odoratior est, sicut terebinthina, & abietina. Enimuero dictum est antea terebinthina abietinā esse calidiorē, hac verò strobilinam. Differt autem à prædictis resinis quod vocatur strobilinum Physema, & pityinum, adeo siccum, pinguedinis expers, arescens q; vtrunq; celeriter, vt in pila contundatur, & cribro secernatur: quare ad propositi medicamenti cōpositionē neutiquā hæc conueniunt. Vsus tamen sum frequentissimè, cū euphorbium anniculū existeret.

Porrò dum cōponitur, olei ceræ, resinæ frictæ, singulorum pondo librā misceo: picis pinguis selibram: & his liquefacti euphorbij pondo vncias duas: si imbecillius sit, tres: si terebinthinam ceræ adijcere voles, vnam. Mediocrē pharmaci consistentiā facies, si cera terebinthinam liquidā & recentem triplo superet. Huius verò exiccatæ temporis spatio resinæ dimidium pondus oleo adæquato. Totum aūt ex tribus mistum, oleo inquam, cera, & terebinthina, cū fit libræ vnius ac semissis, euphorbij anniculi vnciam vnā accipiet: si tale non extiterit, vnam & semissem. Vnde sicut iā subinde dictauimus, euphorbium pro tēporis ratione augere nobis est integrum. Quin etiam, si vulneri impositum pharmacū primo vsu videtur quodāmodo imbecillius, euphorbium oleo læuigatum medicamini emplastroso manibus ante subacto licet admiscere: sic.n. nobis facientibus promptè vnitatē accipit. Cæterùm in prima pharmaci cōpositione satius est ceratum rasum, seorsum vbi præparaueris, ita læui facto euphorbio ex oleo admiscere: quippe ijs, quæ liquata sunt, ipsi superfusis in mortario plerunq; fiunt encerides nominatæ, præsertim ambiente frigido. Aquā verò ceræ liquefactæ cum resina cōmittere non est necessarium, sicut ego ab initio factitabam, tātum ei admiscens, quantum in ipsa coctione consumendum erat.

Medicamentum ex Liquabilibus confectum. CAP. 5.

Liquabilia voco medicamenta, tum quæ ignis commertio colliquantur, tum quæ ex humidis quibusdā, velut aqua, aceto, & vino. Ex aceto itaq; citra ignem liquescit gutta ammoniaci, sagapeni liquor, & panacis similiter, quē appellatione cōposita opopanacem vocant. Igni verò liquescunt propolis, cera, resina, ladanum, seuum, chalbanum, verū hoc in duplici vase colliquare melius est. Nominamus autē sic, cum in cacabo, qui aquā calidā habeat (prunis.n. incumbit) vas alterum consistit, præter liquabilia etiam chalbanum continens. Habeto autē tale quoddam confectum medicamentū saltem vnum, & si duo habere præstaret: Quorum validius erit huiusmodi: Opopanacem ex aceto dissolutum diutius cōterito: huic postea liquefacta super igne propolim, chalbanum, resinam terebinthinā, misceto. Singulorum itaq; aliorum pars vna esto, propolis verò recentis pinguis q; sex: quod si sicca vetus q; contigerit, præstat omnino tali non vti: at si aliam nō habes, duas portiones, nō vnam, miscebis. Sin absit propolis, eius loco picem pinguem immitte, qualis est brutia, & quæ ex regionibus circa Pontum apportatur, pinguis simul & odorata, quam in nigrum amaracinum inijciunt, quale prius omne conficiebatur: nunc.n. & sine ea subalbidum amaracinū componunt. Quòd si tali ēt careas, alia vtitor terebinthina, sicut prædiximus, duplicata. Ego non nunquā vel solum medicamentum ex pingui pice confectum imposui, quo etiā ad canū morsus vtor. Hoc nanq; solam picē pinguē ex aceto acri coctā huiusmodi symmetria continet: Sextarium vnum Romanum aceti, libram vnam picis, opopanacis quadrantem, quod est vncias tres. Hoc pharmacum vlcus ex rabiosi morsu cicatricem ducere non sinit, sed punctis in neruosa aliqua particula idoneum est, quippe quod puncturæ oras conniuere nequaquā permittat. Quoniam verò durum est, in duris solùm corporibus eo vtemur, qualia sunt fossorum, & messorum. Sin autem puero, vel muliere, vel molliore corpore puncto, hoc tantum quispiam vestrum præsens habeat, idē cū vnguento aliquo discussorio, amaracino maximè & opobalsamo, colliquare licet, deinde cū irino & comageno: Hæc si non adsint, gleucino, susino, & cyprino: His quoq; desideratis, oleo veteri liquefaciat, vel si in Alexādria fortè fuerit, ricinino & raphanino: hęc liquidem copiosissima in illa ciuitate habentur, sicut etiam in vniuersa Ægypto. Atqui in illis regionibus sinapinum oleum haud ægrè reperiri potest, cuius & ipsius parte aliquando mista pharmacum acerrimum fore nemo ambigit, vt ad puncturas conuiuentes aperiendas conducat. Patere autem cuilibet arbitror ex prædictis, si & loco opopanacis sagapeno prius in pila ex aceto trito liquefactiam resinam propolim & adipem quampiam acriorem adijcias, eiusdem generis medicamen futurum. Alterum verò mollius est genus pharmacorum liquabilium, sed acetum non habet, quod resinis & propoli & seuis tantùm præparatur, cera quoq; propter spissitudinem adiecta, ex cuius mistura pharmacum tactui cōmodius redditur. Adeps porrò tenuium partiū acris q; esto, sicut leoninus, & pardalinus, & post hos hyænæ & vrsi. Sed de anserino quid attinet dicere, præsertim cùm anseres rusticæ fuerint? Quin & tauri vetustus adeps & hircinus huc conuenit: nam cùm mistæ naturæ ac facultatis existant, temporis interuallo (quia terrestres acres'que sunt) ad maiorem acrimoniam declinant, similiter videlicet plurimis quæ vetustescunt: sic nanque & ipse porcinus adeps omnium cùm sit mollissimus, temporis processu acrimoniam acquirit. Idem vino, aceto, & melli accidit. In horum autem medicamentorum genere sunt etiam medullæ, longè

A longè verò præstat ceruina, & vitulina. Horum acrius coagulum, & iam vehementiori pharmacorum generi propinquum existit. Itaq; & huiusmodi aliquod pharmacum habere te consulo, vt cùm à forti aliquo medicamento supra modum morsam partem vulneratam indignatã offenderis, oleo prius fotam huiusmodi quopiam contegas, sic nanque placata ea rursus ad acrem curã di modum redire poteris. Ego itaq; dum partem in neruo vulneratam quandoq; soluissem, vulnus iritatum contemplatus, pharmacum liquidum forte fortuna præsens, quod ex adipe constat, Ad aures inscriptum, in vase duplici calfactum, affectæ particulæ illeui, ac subitò inde auxilium ipso ægrotantis sensu accessisse percepi: quippe statim omnis dolor quieuit, atq; deinde à nobis soluta secundum naturam habere visa est.

De Pharmaco ex Columbarum Stercore confecto. CAP. 6.

COlumbarum in rusticorum turribus agentium stercus acre est, quo interim ruri vsus sum in adolescente nerui vulnere affecto. Atq; hoc agricola cùm vidisset, qui fundi curam gerebat (erat.n.non imprudens) imitatus semper vsurpat, & neruis vulneratis medetur. Porrò compositio, & vsus idem est medicamini ex euphorbio, aliĳs nimirum eodem modo habẽtibus, sed euphorbĳ loco stercore indito. Verùm stercus hoc subtilitate euphorbio cedit, eo q; duris corporibus in B agris ex vsu est. Miscui aliquando ipsum & metallicis experiundi gratia, statim à principio cum eis terens ex aceto ad Solem, sicut nuper docui, multo q; acrius medicamentum euasit, quemadmodum & cùm æruginem viuam, id est non combustam, acceperit.

De Pharmaco Dia botanon i.ex herbis, composito. CAP. 7.

INsuper ex herbis tenuium partium ad neruos vulneratos medicamentum composui, initio quidem ex dictamno amaraco & aristolochia tantùm, postea verò & ex aliĳs, mei ipsius periculum faciens, an rectè compositionem ipsorum coniectura assequerer: atq; omnia, quò volebã, perduxi. Idoneæ verò ad id herbę amaritudinem sine adstrictione gustu referant, vel acrimoniã quidem, non tamen immodicam: tales sunt præter prædictas, maron, amaracum, polium, argemone, chamępitys, centaurium, quæ q; eius notæ in simplicium medicamentorum doctrina commemoratæ sunt, quemadmodum etiam radices omnium aristolochiarum, dracunculi, cucumeris agrestis, bryoniæ, althææ, iridis, acori, mei, asari, phu, gentianæ, & panacis: omnium enim id genus materiam in simplicium pharmacorum commentarĳs exposui. At radices herbas q; totas nõ modò scire oportet accuratè contusas tenuibus cribris secernere, sed etiam denuò exactè læuigare, vt arida collyria, quo q; vsq; in puluerem redigantur. Nam quod crassis constat partibus, ner- C uos vulneratos nihil iuuat, qui subtilia, vt diximus, pharmaca requirunt. Cæterùm concisum medicamen læuigatũ q; liquido aliquo excipiatur cerati speciem habente, ea symmetria, quæ in euphorbio prius indicata est. Quantum.n.in illo bimuli euphorbĳ, tantum ĳs dictamni, mei, & acori, inĳciendum est, & quæ his similiter calida gustu percipiuntur: quantum verò illis trimuli, tantum his aristolochiæ, iridis, dracunculi, gentianæ, aliorum q; id genus, quæ perinde atque hęc amara sunt, immittemus.

De Sumptuosis Pharmacorum Confecturis, ad Neruos vulneratos. CAP. 8.

NOn ab re fuerit etiam eiusmodi pharmaca cognoscere: vsus enim ipsorum quandoq;, sed rarius incidit, quemadmodum simpliciorũ frequenter. Vbi enim quispiam pharmacorum medicinæ q; studiosus non plura quingentis myriadibus habens, vllo simpliciore vti dedignabatur, multo magis vel diues aliquis, vel Monarca, odoratum simul, & quod multa constet pecunia, volet habere pharmacum. Porrò diues citatus, cuius in primo de præcognitione ex pulsibus suppresso nomine memini, quemadmodũ & nunc, qualis erat, ex duabus ipsius actionibus huiusmodi condisces. Vlcus famuli malignum ipse sanare conabatur: vbi autem nihil promouit, mihi hominem tradidit: ac cùm videret curatum, medicamenti scripturam postulabat, nesciens multas D quidem malignorum vlcerum esse differentias, multas item medicamẽtorum, sed arbitratus vnũ pharmacum omnibus posse mederi. Cùm igitur, qui applicabat, neque artificiosè ipso vteretur, postquam audiuit, quibus constaret, essent q; omnia vilis pretĳ, hoc, inquit, mendicis serua, me autem sumptuosius aliquod doceto. Quin etiam puellum diu ex auribus laborantem, vbi ipse multis, quibus vsus erat medicaminibus citra methodum, nihil attulisset præsidĳ, nobis quoque curandum adduci præcepit: postea q; audiens re quadam vili puerum sanatum, non postulauit à me pharmaci scripturam. Hic igitur ipse contemplatus multis, quibus nerui vulnerati erant, digitos & abscisos & putrefactos, quosdam verò perĳsse, vel mancos redditos: deinde intelligẽs nullum ex eis, qui à me curati essent, periclitatum, omnes verò celeriter sanos euasisse: pharmacum cupiebat aliquod à me accipere odoratum simul & sumptuosum, quo neruorum vulnera posset sanare. Ego sanè multas iam sæpe tum familiaribus tum amicis medicis scripturas iuxta prædictam methodum ex tempore compositas tradideram, vt experimentis compositionis ipsorum ratio confirmaretur: sumptuosum verò, cuiusmodi ille volebat, pauperculis hominibus nullum vtiq; dedi, ratus melius esse remedia ex paratu facillimis cõponi. Cùm igitur diues ille odori sumptuosi q; medicaminis compositionem aliquam sibi dari petĳsset, plures ei scripturas donaui prædicta methodo factas: quas ille cum experiri festinaret, tum liberis, tum seruis, neruis vulne-

ratos sibi conquirere iniunxit: medicamentis autem supra omnem spem operatis primùm sanè E me laudauit, vt qui citra inuidiã ac liberaliter scripturas ei cõicauerim, postea etiam donis prosecutus est: etenim ad huiusmodi quoq; officia promptus erat. Porrò medicaminũ, quæ ei dederam, confectura est talis. ℭ Cinnamomi, dictamni, mari, singulorum † denariũ pondo quadraginta. Hęc nãq; odorata sunt & subtilia. At amaracũ quasi non boni odoris nequaquã miscere cogitaui: deinde qm̃ Romæ ægrè poterat inueniri, sicut & marum: videbã aũt illum ægrè parabilibus gaudere, quemadmodũ & sumptuosis: apposui scripturæ ẽt illius pauxillum quiddam partis vnius, vt puto quartam vel quintam portiunculã. Hæc contusa, cribro q; subtilissimo secreta, mi scere iussi cerato ex opobalsamo optimo & cera tyrrhenica facto: cõmodum verò esse conieci, si ceræ partes octo, opobalsami decem, receperit. At ne friabile medicamentum foret, sed sibi cohærens vnitum q;, etiam resinæ terebinthinæ, quæ & ipsa est odorata, modò sit optima, partem vnã adieci. Verùm si generosius, vt dixi, medicamentũ facere proponas, non vnã cuiusq; herbæ commemoratæ partem immittas, sed amplius, vt vna & semis fiat. Hoc igitur ab experientia probatum est medicamen. Alterũ præterea ex eodẽ cerato, & liquore cyrenæo cõpositũ, mistura pro portione euphorbij facta. Tertium q; aliud ex ambobus mistis cõfectum. Quartũ deinde, quod stacten myrrham accepit. In quibus aũt neruus nudus est, ibi ceratum ex cera, quæ myrepsice id F est vnguentaria vocatur, & vnguentis apud Romanos dictis spicato & foliato composui, duodecimam partem pompholygis ei admiscens siue eloti masculino genere, siue elotæ fœminino, malis dicere: nihil.n.quomodocunq; dicas, vel præsidij vel nocumenti pharmaco adferes. Licet autẽ tibi & ex tyrrhenica cera ipsum præparare. Nec prohibet quicquam, sine prædictis vnguẽtis tyrrhenicam cerã ex nardo proba liquefacere, in duplici nempe vasculo, quod in omnibus vnguentis cõmune est. At raso cerato, spicæ nardi, amomi, folij malabathri, & pompholygis eloti, pares singulorum portiones miscebis. Etenim in puncturis, sicut prædictum est, acrioribus pharmacis est opus, quæ vulnus apertum perpetuò seruent: denudatis autem, mediocri adstrictione cum digerendi virtute absq; morsu prædita afferre conuenit. Quanq; & amomũ adstrictionis sit aliquatenus particeps, magis autem ipso nardi spica, & malabathri folium.

† *Al. partem unam.*

De Medicamentis ab Alijs medicis aduersus Neruorum Vulnera proditis. CAP. 9.

VNiuersam neruorum vulnera curandi rõnem, quam ego deorum quadam prouidentia composui, nullus ante me conscripsit: medicamenta tamen, quę neruorum vulnera quædam curare promitterent, cõposuerunt sine distinctione, & vario vtendi modo, neq; in angustis punctibus sanandi rationem, qualis futura esset, indicantes: neq; in latioribus vulneribus, vel denudato G neruo, vel tendine, vel contuso: multo minus si pars affecta phlegmone infestaretur, vel etiã gangræna propemodũ. Porrò ″vnũ quendam nostræ ætatis medicũ pharmaco vtentem vidi, perinde ac meis ex metallicis præparatis, indistinctè quidem & ipsum: qm̃ vero ex paucis sponte nascẽtibus ipsum cõponi audieram, quod aũt multis constat, ego illo tempore præparaueram: cogitaui pluribus ademptis aliud rursus ex paucis compositum inspicere, ac experientia inquirere, multo ne ab eo, quod varia mistura paratur, inferius esse videretur, an paulo. Quouis igitur modo curaui etiam medicaminis, quod medicus nostræ ætatis habebat, scripturã accipere: & statim simile præparatum eadem & ipsum polliceri & præstare, quæ varium illud, comperi. Huius igitur cõpositio in hunc modũ scripta erat. ℭ Ceræ pondo vncias sex, olei vncias nouẽ, misyos põdo drachmas sex, chalcitidis denarij pondo vnius, squamæ ęris pondo vncias duas & s, thuris pondo vnciam & s, chalbani pondo vnciã. Quæ liquari possunt, hoc est cera & chalbanũ, liquefacta metallicis in aceto acri prius accuratè tritis superfunduntur. Hoc pharmacum haud scio quis cõposuerit, neq; enim apud Asclepiadem Pharmacionem scripturam inueni, nec apud Petronam, nec Andromachum, etsi omnes antiquiores medici optima medicamenta conscripserint. Planè autẽ constat nec apud Heram Cappadocem, nec Mantiam, nec Heraclidem Tarentinũ, reperiri, qui H magnam pharmacorum experientiam habuerunt: immo nec apud Archigenẽ, aut Philippum, aut apud aliquem eius discipulũ. Insuper Sorani libris de medicamentis perlectis oĩbus, item Menecratis, Critonis, Damocratis, & aliorum, qui medicaminum cognitione claruerunt, apud nullũ hoc modo citatum pharmacum comperi. Quæ verò apud viros iam dictos habentur, deinceps scripta indicabo: ac initium à Pharmacione Asclepiade facturus sum, qui in tertio Interiorum medicaminum, quas etiam Marcellas inscribit, hunc in modum docet. ℭ *Andromachi Aegyptia ad Vulnera cruenta, ″vt Asclepiades præscribit. Facit ad Neruos, Musculos q; præcisos: item ad Punctus, Contusiones, Attritus, Artus fractos. Valet etiã ad Abscessus, est item Lippientibus collyrium, iuuat Capite dolentes, & ad Multas dispositiones ″vtile est remedium.* Argenti spumæ, ceræ, singulorum denariûm pondo centũ quadragintaquatuor, guttæ ammoniaci denariûm pondo septuagintaduûm, terebinthinæ denariûm pondo trigintasex, lanæ succidæ combustæ denariûm pondo duodecim: squamæ æris, squa mę stomomatis, thuris, aristolochiæ rotundæ, singulorum denariûm pondo octo: olei ricinini heminas tres. Argenti spuma & oleum incoquuntur: ac vbi mutata fuerint, cera resina q; adijcitur: cũ non inquinant, ammoniacum indas dilatando, & tunc lanas succidas, ac reliqua. Hoc medicamentũ quanto vulius ex stomomatis squama euasit, tanto deterius ad neruorum vulnera factum est: si

A.l.4.f.4.t.4.& 4.fol.47.6.f

*Exteriorum.

*Al. octodecim

A est: si nanq; punctus solùm fuerit, etiam æris squama superuacua est. Quippe nullum metallicum his conducit, nisi prius ex aceto acri pluribus diebus læue factum fuerit, quanquã in nudis neruis & tendonibus bonum fuerit remedium. At si iam phlegmone coniũcta est, liquare ea ex rosaceo conuenit, & sic emmoto hoc est in linteolos illito, vti: vbi verò non adest phlegmone, molliora humidiora q; statim ab initio potiora sunt medicamentis durioribus ac siccioribus, præstat q; liquata ipsa in digerente quodam vel mitigatorio medicamine vsurpare. Voco digerentia quidẽ vetus oleum, & ricininum, & sicyonium: mitigatoria autem rosaceum, chamæmelinum, & quod ex althæa conficitur. His fortiora, eo q; durioribus corporibus magis idonea, sunt, quod ex cucumeris agrestis radice in oleo decocta, & quod ex iride, bryonia, & aro paratur. His valẽtius est ex dracunculo, aristolochia, & panace factum. Porrò nos frequenter etiam ex abietis semine, oleo, item ex populi flore confecto, vsi sumus, nam hæc diutius sabino oleo intingimus. Quæ igitur de eiusmodi medicametorum vsu dicta sunt, vos memoriter seruantes ad alia, quæ explicanda veniunt, traducere operæpretium esse arbitror. Quod autem nobis institutum erat facere, aggrediemur: apponemus enim & alia eiusdem facultatis medicamina, quale est & quod ab Asclepiade post prædictum his verbis scriptum est. ℂ *Claudij Philoxeni chirurgi Aegyptium ad Prædicta vi-*
B *tia.* Argenti spumæ, ceræ, singulorum denariũm pondo centumsexaginta, guttæ ammoniaci denariũm pondo octoginta, propoleos denariũm pondo quadraginta: resinæ siccę, terebinthinæ, squamæ æris, thuris, denariũm pondo sedecim: lanæ succidæ combustæ, squamæ stomomatis, singulorum denariũm pondo octo: opopanacis denariũm pondo quatuor, ricini heminas tres. Hoc igitur pharmacum superiori esse simile omnibus apparet, & vtendi modum eundem cum nuper à me citato habebit. Quin etiam ad hæc duo emplastra aliud tertium Asclepiades sic ad verbũ inquiens tradidit. ℂ *Giluum Haliei. Facit ad cruenta Vulnera, & Neruos præcisos: item ad Vetera cicatricem ægrè ducentia & fluentia Vlcera. Quin & probè emollit Duritias, maximè in mamis oborientes. Vtimur eo ad Canum hominum que morsus. Summè facit ad Pastinacæ, Draconis, Aliorum que sæuorum piscium ictus. In totum virtutem habet mirabilem.* Argenti spumæ, ceræ, singulorum denariũm pondo centum: terebinthinę, mãnæ thuris, chalbani, minij synopici, singulorum denariũ pondo octo, olei sextariũ. Nec ipse ergo Asclepiades hoc pharmacũ ad pũctus tendinũ ac neruorũ, sed ipsis præcisis, vtile eẽ promittit, cùm videlicet maius vulnus extiterit, & neruus nudus appareat: quippe aptiora tunc sunt medicamenta, quæ mitigatoriam & mediocrem vim obtinent, cuius generis est nuper ab ipso citatum. Itaq; hæc tria emplastra in medio ferè libro Asclepiades produxit: superius etiam
C aliud multiplicis quidem vsus emplastrum, melius autem ijs tribus, ceu ad neruos præcisos corruptos q; tradidit. Verba Asclepiadis ita habent. ℂ *Moschionis Catagmaticum. Valet ad recentia Vulnera, Neruos præcisos, & cum contusione Diuisiones. Facit etiam ad Fracturas cum vulnere, etenim vulneribus auxiliatur, & Ossa callo obducit conuenienti deligatura impositum. Prodest Hydropicis incipientibus, item facit ad Testiculorum contusiones, tollit Circa anum eminentias, sanat Rhagadas butyro dilutum, ad hæc Gutturis tumores quas Græci bronchocelas appellant, soluit omnem Duriciẽ. Curat Attritus, & Fractos articulos, item Pedum manuum que callosas excrescentias, quos clauos vocamus, vt eos etiam citra exulcerationem auferat. Summatim, medicamen est vtilissimum.* Confectio hæc recipit. Argenti spumæ pondo minam, quæ continet denarios centumsexaginta: picis aridæ denariũm pondo centumsexaginta, seui vitulini denariũ pondo centumsexaginta, resinæ terebinthinæ denariũm pondo octoginta, mannæ thuris denariũm pondo octoginta, ceræ denariũm pondo quadraginta: æruginis, opopanacis, chalbani, singulorum denariũm pondo octo: olei ricinini heminam, aceti parem mensuram, liquoris sycamini heminam, picis liquidæ tres cyathos. Argenti spuma tenuissima & cicinum oleum in vas fictile vel æreum coniecta, igni q; suprapos ita, coquuntur: cùm efferbuerint, seuum & manna thuris adijciuntur, mouentur q; assiduè: vbi confluxerint, pix, cera, resina induntur, & donec nõ am-
D plius inquinent, incoquuntur: deinde chalbanum, post ærugo, & opopanax, ex aceto soluta inspergũtur. Liquor sycamini, & pix liquida, in aliud vas transfusa coquuntur: & cùm commista fuerint, seu confluxerint, priori pharmaco immittuntur: & rursus supra ignem posita, quousque non inquinent, incoquuntur, ac in vinum demissa triduo relinquuntur: postea subactis manu, in linteolum q; illitis, vtimur. Oportet autem post medicamen impositum, linteum vino madefactũ exprimere, & tunc medicamento circundare. Porrò nostri præceptoris Lucij confectio sic habet. Seuum ac oleum prius liquefacimus: ac vbi soluta fuerint, mannam læuissimã factam, & spumam argenti inspergimus: postquam confluxerint, reliqua facimus. Cæterùm laude dignus est hîc quoq; Asclepiades, qui confecturæ medicaminum modum adscribat, non, vt Andromachus, omittat, qui nec, quam virtutem habeat, apponit. Denique primum è tribus ab Asclepiade traditis, à me scriptum emplastrum Ægyptium, quod & ipse Andromachi esse cõfirmat, neque cuius sit virtutis, nec quomodo præparandum sit, aut vtendum, Andromachus indicauit. Verum simpliciter tanquã vulgare quoddam pharmacum libro de exterioribus facultatibus, quem ipse secundum inscripsit, proiecit. Primum enim omnium scripsit, quod ipse nominat Pantagathium, quasi dicas ad omnia valens, deinde hoc Ægyptiũ, aliud vt dixi nihil adiungens. Habet enim eius dictio in hunc modum. ℂ *Aegyptium.* Argenti spumæ denariũm pondo centumquadragintaquatuor,

*Al. octodecim

*Al. centum.

*Aliter tres. †Addit in antiquis, thuris denariū pondo octo †Al. duodecim.

gintaquatuor, ricini heminas sex, ceræ denariûm pondo centumquadragintaquatuor, guttę ammoniaci denariûm pondo septuagintaduū, terebinthinæ denariûm pondo xxxvi, lanę combustę denariûm pondo octodecim, squamæ stomomatis denariûm pondo octo, squamæ ęris denariûm pondo octo, †aristolochiæ denariûm pondo octo: non nulli myrrhæ denariū pōdo quatuor, opopanacis denariûm pōdo †duûm. His ad finē adscripta sunt, marinæ aquæ ad irrigandam cerā heminas octo. Quid sibi velit, cùm dicat, ad irrigationem ceræ, manifestò non scimus, intelligere.n. plura licet. Mirandum verò, quomodo in alijs omnibus cum Andromacho conueniat, mensuram ricini parem non ponat: Andromachus enim heminas sex, Asclepiades tres scripsit. Neq; verò etiam apposuit, quod in fine scripturæ ab Andromacho adiectum est, Non nulli myrrhę denariûm pondo quatuor, opopanacis denariûm pondo duū. Rursus adiunxit ipse, In combustis lanis succidis. quod in Andromachi scriptura non habetur. Post dictum Ægyptium theriaca 'em plastra quinq; retulit Andromachus: deinde aliud Fuscum, quod ad Eubulum authorem refert: postea rursus aliud Fuscum, quod Mineruam nominat. Post hæc iterū alia fusca simpliciter duo, quibus subnectit aliud, vbi sic ad verbum scriptum est. ℭ *Fuscum Nygmaticum, hoc est ad neruorum punctus vtile, Andromachi.* Guttæ ammoniaci denariûm pondo octo, ceræ nouæ denariûm pondo octo, terebinthinæ denariûm pondo octo, æris combusti denariûm pondo octo: picis aridæ denariûm pondo quadraginta, vt autem Zeno ait, minæ dimidium, & quartam partem: argenti spumæ denariûm pondo quatuor, aloes indicæ denariûm pondo duûm, aristolochiæ denariûm pondo duûm, chalbani denariûm pondo duûm: æruginis denarij pondo vnius, alij denariûm pondo duûm: thuris denariū pondo duûm: olei hyeme quartam heminæ partem, æstate octauam: aceti tres cyathos, quibus ammoniacum dissoluatur. Hoc verisimile est ab ipso nominari Nygmaticū, vt quod neruorum puncturis ex vsu esse queat.

E

F

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Docet Medicamenta, quæ faciunt ad Putrida, ac maligna Vlcera, ad Nomas, & Reliqua quæ vix ad cicatricem perueniunt.

De Methodo parandorum Medicamentorum ad Maligna Vlcera & ægrè cicatricem admittentia. CAP. I.

Rimus sanè liber in alborū emplastrorum confecturis, tum alijs, tum eorum quæ vlceribus cicatricem ægrè ducentibus conueniunt, finitus est: vbi distinximus cōiter appellata dysepulota i. cicatricem difficulter admittentia, ab ijs, quæ propriè cacoethe hoc est maligna, dicuntur, & ipsa nimirum dysepulota. Qm̄ verò quædam saniei humorum q; vlceratis partibus influentium vitio cicatricem ægrè admittunt: quædā ipsa affecta sede influentē succū qualibet probū corrūpente: vlcera secundo modo habentia, dysepulota & cacoethe propriè noiant: in quibus interim totam partem affectam excidere, vel adurere, non nulli cogūtur, aut medicamentis crustā inducentibus, aut igne vtentes. At cū ampla sit latitudo vtrinq; in eo, q̄ alterū altero magis minus've dysepulotū malignum q; est, tm̄ medicantium pharmacorū esse numerum oportet, quantus ipsorū quoq; vlcerū extiterit. Meritò igitur oēs, qui vnū duntaxat medicamentū vlceribus malignis cicatricē inducere promittens habēt, successu crebrò frustrantur. Nam duo minimū, quæ idem pollicentur, eādem q; facultatem ostendūt, diuersa alioquin inter se non simpliciter maioris minoris q;, verùm vt apertissimè dicam, maximi ac minimi ratione, in promptu adesse illi conuenit, qui omnia id genus vitia curare proposuerit. Quēadmodū igit cōmētario therapeutices Methodi, in vniuersis affectibus primā oīum communem auxiliorū potentiā inueniri docebamus, dein materias, quibus illa continetur: ita nunc quoq; in vlceribus dysepulotis generalem pharmacorum, quibus illa curabuntur facultatem, quę tandem sit, prius inuentā esse oportet. Indicata verò mihi est & hæc in illo opere, cùm quidē nullus vitiosus habitus vlceratas partes infestat, duos scopos habens, vnum, vt id quod influit, repellat: alterum, vt quod affectæ parti inhæret, infixum q; est, discutiat. Hæc autem contrarię vires pręstant: siquidem influxum reprimunt, quæ sunt adstringentia pharmaca: digerunt impacta iam excepta q;, trahendi potestate prædita. Porrò quæ adstringunt vt plurimum exasperant, atq; hac occasione molesta sunt: trahentia verò ac digerentia ex alto humiditates, non citra acrimoniam id efficiunt.

H

A id efficiunt. At acrimoniam dolor quidam necessario sequitur, vlceratam partem mordens. Atq; sic propter dolorem, quem exasperantia mordentia q; concitant, humores vlceratis partibus influentes iritari contingit: vnde quoq; vlcus phlegmone obsideri excedi q;. Ex quibus dictis colligitur vlceribus dysepulotis pr̄sidia inueniri difficulter posse: multo magis adhuc malignis. Quare talis pharmacorum materia, quo ad eius fieri possit, inuenienda est, vnde vlcus citra dolorē siccescat: quod accurate fieri nulla ratione licet medico ignorante, quem effectum medicamen exhibitum ostenderit. Quippe ambobus componentibus mordente puta & adstringente, necessario validum existit: verum sordes & humiditatis copia id genus vlceribus incumbens, veluti propugnacula quædam vlceratis particulis facta mordicationem pharmacis valentibus exoluunt. Itaque attendendum est, quantū primus vsus humiditatis in vlcere deficcauerit: vel, si etiam sordes habeat, quantum harum quoq; absterserit: ac ita secundùm, tertium q; vti illo debemus, donec purum & siccum vlcus apparuerit. Vbi vero primum id tale conspexeris, ad aliud medicamentum te conferes, eiusdem quidem speciei, sed priore imbecillius: nam validiora, dum medendo vlcus dolorem inferunt, fluores mouent, & phlegmonas concitant. Quòd si rursum multo imbecillius priore pharmacum adhibeas, vlcus humidū sordidum q; euadet. Hac igitur parte artificio vtens
B medicus, eo qui solo experimento innititur, melior est, q; sciat vlcus non alia medicamētorum virtute curari, q̄ dum affecta pars eam siccitatem cōsequatur, quam in naturali statu sita possidebat: quod factum intelligimus, vbi neq; tenuis amplius sanies influat, neq; pus producatur. Hanc dispositionem vlcera nanciscentur, quo dixi modo, siccescētia, hoc est adstricta, discussa q;: dein vbi sicca quidem fuerint, verum sordida adhuc appareant, detersorijs pharmacis repurgantur: de quibus ipsis quoq; non nihil in opere de simplicibus medicamentis cōmemorauimus. Omnis autē absolutissima methodus est tractatu de morbis curandis perscripta, in quo prius exercitatum esse conuenit, qui hinc perfectè frugem reportaturus est. Hoc vobis amici, quibus ista scribūtur, cōstare manifestò admodum noui: itidem rationem sine exploratiōe in operibus facta probabilem non esse, quæ nunc à me dicūtur, demonstrant. Etenim vidistis subinde illis ipsis pharmacis, quibus sine methodo medici quidā vtentes nihil proficiebant, multa me eius generis vlcera persanasse. Quamobrem in memoriam reducite medicamenta citra demorsum exiccantia: sunt autē ipsorum pleraq; metallica. Atqui hoc etiam memineritis, q; combustis elotis q; mordicatio, quę prius adfuit, edomatur ac interit. His igitur in præsentia vti vobis licet: elotis quidem in pueris, eunuchis, mulieribus, & qui molli natura carne sunt præditi: item qui ad sentiendum habiles admo-
C dum sunt, & vitioso succo laborant: In alijs corporibus etiam illota vsurpare potueritis, manè primum ipsa ijs, qui curantur, vbi probè concoxerint, adhibentes. Si verò & corpus totum præparationem quandam requirat, & hanc prius factam esse oportet: præcepimus de his in commentario de morbis curandis. Non nullis siquidem vel purgatio sola sufficit, quibusdam sanguinis detractio, alijs vtraq; hæc adhibere profuerit. Sunt in quibus superiacentem varicē excindere opus est: vel lieni, vel iocinori, prospicere: aliquibus ambientes vlcus partes scarificare, quemadmodū interim labrorum callos amputare. Si horum nullo egemus, humoris copia simul cum sordibus inspicienda est: atq; ita ad idoneum medicamen veniemus, rursus simplicium singulorum memores, quæ desiccant, non tamen vlceris sordes abstergunt: item quæ abstergunt quidem, non tamē probè desiccant. Quæ verò vtrunq; possunt efficere, prospiciemus ex quoto quodq; ordine existat, quod maximum inter ea censeo, quæ ad curationē pertinent, neglectum tn̄ medicinalis materiæ scriptoribus. Nam hi soli omnes ipsius vires dicere studuerunt, sicut etiam Dioscorides, quem nulli eorum, qui in ea quasi arena desudarunt, secūdum esse quisq; dixerit. Ego igitur deinceps omnia pharmaca recensebo, quæ vlcera citra mordicationem exasperationem q; manifestam exiccare possunt. Incipiam à metallicis, quibus etiam terræ species adnumerantur. Porrò cùm variè
D inter se differant in eo, q; magis minus q; siccent, à medijs orsus ad vehemētius vel obscurius exiccantia me conferam. Siccant igitur modicè lemnia sphragis, & cadmia, atque hac magis ea, quæ sua sponte nascitur citra permutationem, in torrentibus aut riuis ac in cypriorū montibus alijs q; in locis inuenta, præcipuè verò vbi metalla sunt. Porrò consueui eā magis siccantē reddere, p ęstatem in Sole pluribus deinceps diebus terens ex aceto, aut vino colore giluo, substantia pellucido. Cuiusmodi est in Italia Falernum, in Asia Tmolite, quod vinorum maximè siccare natū est. Hoc genere cōprehenditur & Ariusium in Chio natum: item odoratum Lesbiū in Eresso & Mithymna. His succedūt oīa vetera, cùm ex albis & adstringentibus inueterata sunt, in Italia Signinum, Tiburtinum, & Marsum, in Sicilia vocatū ab incolis Amineū: in Asia Aphrodisieum, & Misyū. Sufficit enim mihi facultatum vniuersalium veluti exempla exposuisse. Iam verò Cadmiā ex aceto acri similiter multis per æstatem diebus in Sole præparo, siccatam q; repono, vt vlceribus malignitatem assumentibus inspergi possit. Valentius hoc pharmacum est chalcitis combusta eodem modo prius in puluerem redacta: per se autem ignem non experta tam valens medicamentū est, vt crustas faciat. Lotam igitur ipsam, deinde siccatam habere satius est: minus enim lota, q; vsta desiccat, ac lōgè mitior est minus'que mordax. Persimile huic medicamentū est etiā Ærugo cōbusta: quæ verò ignem non experta est, fortissimum medicamen est, sicut etiam chalcitis: verū

hęc non nihil etiam adstringit, & ea multo magis Chalcāthum, quod inter metallica maxime sic- E cat: at ærugo huius potentiæ omnino particeps non est. Misy autem & Sori, vt didicistis, chalcitidi genere cognata sunt, ex vna, vt ita dicam, radice producta: tenuius tamen misy apparet, ac minus mordax & vrens: crassius sori est, & vtroq; siccat imbecillius: quemadmodum ‖ & Stibi maiorem adstringendi siccandi q; vim ac sori possidet. Porrò Diphryges appellatum pharmacū vlceribus ægrè humiditatis vitio ad cicatricem venientibus, aptissimum est: validè nanq; siccat, etsi modicè mordeat. Enimuero id quoq; præter acrem tum qualitatem, tum potentiā, vim habet adstrictoriam: quas tñ ambas fortiores & chalcitis cruda, & chalcanthum repræsentat, siue id masculino genere, siue fœminino, siue neutro, appellasse quis malit: nā hoc vobis semper succurrat, de nominibus contendendum non esse, vbi speculationem ipsius artis vsui necessariam ediscere statueritis. Quin & Alumen quodlibet vlcera satis exiccat, generosè adstringens. Vnde nemo solis his ad vlcera vtetur, sicut nec cruda chalcitide, & ærugine: vsta vero & hæc & misy vtilia sunt: vt elota morsum quidem remittunt, verum minus siccant. Itaq; lotis ipsis vti tutius est, quoniā permulta corpora, quibus mederi cogimur, vnam quandam dispositionem habent, qua vehementē commorsum ferendo non sunt. Audiuistis autem ipsa frequenter, sed & nunc iterum commemorabo, atq; ad omnem sequentem sermonem memoriter teneri operæpretiū esse arbitrabor. Quę F igitur plethora vitioso q; succo laborant corpora, ad hæc quæ tenera carne prædita, & ad sentiendum insigniter habilia sunt, facile ex morsu phlegmonen recipiunt. In carne molli præditorum numero continentur mulieres videlicet candidæ, pueri, eunuchi, viri cute alba: insuper qui regionem frigidam incolunt, humidi hi quoq; & pituitosi, eo'que molles & albi: quemadmodū ij, qui calidum tractum inhabitant, vt Ægyptum, & Arabiam, duros corporū habitus & siccos sortiuntur. Itaq; horum vobis veluti memoribus appositurus sum quandam & aliam pharmacorum simplicium materiem, quæ malignis vlceribus curandis sit idonea. Sarcocolla igitur & Ichtyocolla, & his magis adhuc Chrysocolla tali facultate prædita est. Huc optimè facit & Plumbum combustum: post hoc sori, stibi'que, hæc quoque combusta: insuper plumbi recrementum probè siccat: quemadmodum & ferri squama, euidentius tamē stomomatis. Porro Æris squama, præter q̄ siccat, etiam abstergit purgat'que, vnde pura quoq; vlcera efficit: quod reliquæ squamæ nō possunt. Quare si hæc omnia medicamenta arida vlceribus malignis ac contumacibus inspergis, mirifice videbis citra mordicationem ea deliccari, sicut vbi buccinorum testas concrematas, purpurarum, ostreorū, aliorum'que id genus, adhibueris. Quin ‖ & quod græcè Diaphanes, Romanis lapis dicitur specularis, ex ijs est, quæ leniter ac sine morsu exiccant: qui vstus vlceribus ægrè cica- G tricem admittentibus non item malignis ac rebellibus conducit: quippe minus exiccat, quā illa requirant. Idem potest Vitrum vstum, ac Ignitum illud, quod in calfactorijs ærariorum fabrorū officinis consistit. Cæterùm Ægyptiæ spinæ fructus, Galla omphacitis hoc est immatura, Rheō, Malicorium, radices herbę'que nō paucę vltra siccandi, etiam adstringendi potestatem habent. Nam & Aristolochia, iris, acorum, artemisia, panacis radix, argemone, chamæleontis nigri radix, cyperum, dracunculus, gladiolus, affatim exiccant. His euidentius adhuc Centaurium, & polium: quibus paulo imbecillior est terra nomine Erethrias, vti valentior est Ampelitis. Talis sane medicamentorum simpliciū ad vlcera maligna ac contumacia materies existit. Extrinsecus autē non nulla ipsis apponuntur, quæ quidem per se vehementis potentiæ gratia non admoueri, sed alijs misceri, solent, veluti ærugo ignem non dū experta, calx viua & illota, & molle apholitrum, quod re vera aphrolitrum est: quanto enim spumantius, tanto præstantius est vtraq; facultate, tum qua minus mordet, tum qua magis digerit. Didicistis enim & in opere de Simplicibus medicamentis subtiliora crassioribus hac virtute inter omnia, quæ simili specie comprehenduntur, præcellere. Porrò nihil tam nobis euitandum est, quàm pharmaca generis oleosi, ‖ quæ Hippocrates malthacode idest mollicina, nominat: cuiusmodi sunt omnes adipes, præsertim porcorū, dein resinæ, po- H stea cera: Alia verò ratione & quæ indurata remolliunt (malactica Græcis dicuntur) non conueniunt, chalbanum, bdellium, gutta ammoniaci, styrax, medullæ: Item alio modo acria, piper, zingiber, sinapi, canchri, multa'que eius generis alia.

A.l.1.t.1.c.7. fol.99.f

A.lib.2.t.1.c. 385.fo.138.g

lib. de ulcerib. à principio.

Quomodo Medicamentis Siccis modo commemoratis in Vlceribus ad cicatricem ægrè venientibus, & malignis, vtendum sit. CAP. 2.

HViusmodi vlcera vitioso plena humore necessario existunt, pleraque verò ipsorum etiam sordes copiosas continent. Quoniam ergo siccum aliquod pharmacum ipsis sumus insperguri, conuenit prius ea linteolo molli, puro, & sicco, extergere. Vbi vlceris cauitatem medicamento impleueris, platysma emplastri labris attenuandis accommodati extrinsecus superdandum est, atq; huic rursus linamentum vndique æquale foris injiciendum, cui spongiam ex aqua aut vino tinctam applicabimus. At in primis curandum est, vt spongia frigida permaneat: quod ex facili fiet, si frigida ipsam continue citra deligaturæ solutionem foueas. Sed fasciam ei injicere ac circundare debes, vt Hippocrates in ‖ commentario de Fracturis edocuit, maximam offensam fore ratus ex deligatura, quæ ad elegantem formam, non vsum, conducit. Si igitur fascia vna fuerit, inferne sursum tribuenda est, siue tibia, siue genu, siue talus, siue cubitus, siue manus summa, siue alia

com.3.t.10.& 15 cla.7a. 243. d.&h. Et lib. de Medico circa medium.

A alia quæuis pars,laborauerit.Quòd si duabus vti velis vt in fracturis,altera à parte affecta sursum feretur duntaxat: altera deorsum prius,mox in superiore parte desinet, eodem q; cũ priore perueniet.Quamobrem hasce fascias ex linteis,nõ panniculos esse, vt oẽs nouistis,expedit. Tertio autẽ quoq; die non singulis soluendum membrum est,sic vt aqua non adhibita,quo dixi modo nuper, molli puro & sicco linteo saniem vlceri abstergas. At si ambientes vlcus partes plegmonodes quippiam repræsentent, humidum medicamen latum extrinsecus platysmati superaccõmodãdũ est ex meo phœnicino,non simpliciter liquefacto,sed cui plurimũ, quoad fieri potest,vini adstringentis adiectũ sit.Neq; tñ obuio quouis oleo liquare ipsum conuenit,verũ si rubor quispiam,vel omnino calor,in circumpositis vlceri partibus exuperet, adstringente & refrigerante aliquo id faciendum est: sunt huiusmodi myrteum & melinũ: si hæc non adsint, adhibeto, quod omphacinũ & omotribes nominant. Si durities maior extiterit,oleo veteri, vel ricinino,ipsum phœnicinum liquefacies. Sed tutius fuerit,si nihil in ambiente vlcus loco vitiosi appareat, superpositæ regioni liquidum medicamẽtum admouere,quod repellat,siquid prius vel prauum,vel plus q̃ par est, in fluat,maximè cũ in crure vlcus obortum superpositam venam varicosam habeat. Quæ dum magna est,ac colore nec rubrum nec probum sanguinem,sed atriorem magis q; melãcholicum, cõti B nere videtur,excidenda venit. Interim verò contigit, vt vena tali excisa vlcus statim ad cicatricem veniret,etsi iam annum durarat,verũ ipsius loco iuxta diuisionem,vbi vena erat excisa, vlcus malignum ac cõtumax oriretur,cui cicatrix induci non potuerit. Igitur id genus vitijs præstat, viribus ægri consultis,à venæ incisione auspicari, deinde pharmaco purgare,melancholicum humorem vel cũ hoc ẽt pituitosum educente,qm̃ is quoq; vnà non nunq̃ cum melancholico influit,dũ varices generantur.Postea ipsam venam vlceri suprapositam in longum scarificare commodum est. Vbi abunde vacuaris, ei ipsi venæ sectæ prius medendum. Postquam exactè iam cicatricem ducere videtur,tunc maligni vlceris curationẽ, vt prædictum est, aggredere. Iam verò lien inter dum male affectus,vitiosi talis humoris author est,sicut & iecur.Quibus vbi prospexeris, sic tandem ad vlcus curandum venire oportet. Pari modo,si vniuersum corpus cacochymum vel plethoricum existat,prius expurgare vacuare q; ipsum expedit, quàm medicamentum vlceri admoueas. Porrò intra vlceris per arida medicamenta curationem,quotiescunque solueris, aduertendum est,qualem'nam in particula effectum ędiderint. Sciendum q;,ac in memoria habẽdũ, quòd quæ desiccare,non autem detergere,valent,cuiusmodi sunt illa quæ adstringendi qualitatem obtinent,vlcus purum non efficiunt: at quæ præterquam q siccant, adhuc etiam detergunt, ea non C modo siccam,sed puram quoq;,totam partem exulceratam efficiunt. Præterea notandum venit pura vlcera ab ijs medicamentis,vnde prius, cum essent sordida, nihil mordicationis percipiebãt, nunc morderi: Quæ causa est,vt à valentioribus abstersorijs pharmacis ad mitiora,minus q; mordacia,digrediamur,vbi vlcus ad amussim purum inuenerimus: quemadmodum rursus in sordidis ad magis abstergentia transimus,nisi ex mordicatione sordida apparuerint. Hoc siquidem medicis etiam bonis existimatis nõ nunquam imposuit,vt ad abstersoriũ valentius acrius q; se cõferrent: vnde iterum vlcus erosum,ex ęquo sordidum,vel etiam magis adhuc,altera solutione visum fuerit carne à medicamento colliquata ipsum fœdãte: nam in prauam saniem degenerat colliquescens caro. Cæterum quicquid ex his ipsis tenuioris consistentię est,à pharmaco difflatur: reliquũ ibidem circa ulcera concretum, sordes ipsis redditur. Quare animum attendere oportet, vtrum vlcus carne,quæ subest, exesa ac colliquescente sordidum euaserit: an quia medicamen sordibus auferendis aptum requirat,impositum vero tale non sit. Indicat autem vlceris maior facta cauitas,tum oræ rubentiores calidiores q;,cum medicamenti acrimonia sordidatur. Forsan igitur superuacaneum fuerit in præsenti commentario compositorum medicaminum vsus rationem modum q; adscribere,quippe in Methodo curandi explicatum: at quæ necessaria sunt, & magnam D noxam adferunt neglecta satius est bis ter'ue, vt fidelius memoriæ inhæreant,repetere. Ponamus igitur & hoc etiam in talium vlcerum curatione,si quidem citra totius corporis offensam fieri poterit, ægro à balneo abstinere, perfricari linteis largiter,mox oleo,deinde halteribus hoc est saltatorijs pondusculis exerceri,si crus fuerit affectum: vel cursu, si partes superiores male habeant. Quòd si à balneo temperare sine totius corporis noxa nõ poterit,soluere deligaturam non oportet,verum vt ligatum est,membrum lauare,& aquam calidam ex spongia exprimere, aliã q; mox frigidam infundere, vt nullus in deligatura calor sit reliquus. Iam si curatio succedere videatur, etiam absque spongia alligata sanari potest,si phœnicinum liquefactum, vt dixi, extrinsecus imponas,& citra spongiam,quæ fascijs comprehensa velut in fracturis,ægrotæ corporis parti orbiculatim circundatur.

Compositio Medicamentorum,quæ in modum emplastri fiunt. CAP. 3.

QVoniam malignorum', & difficulter cicatricẽ recipientiũ vlcerum curationis summus est scopus,vt medicamentũ citra morsum exiccet,aqua verò & oleũ maxime oĩum humectãt, ab eis abstinẽdũ est ita,vt nec p se adhibeant,nec siccis quæ recẽsuimus misceant medicamẽtis.Itaq; cera deligẽda est neq; natura,neq; vetustate sicca, verũ recẽs & pinguis natura.Qua in Sole emollita,aridorũ medicaminũ dictorũ,quodcũq; volueris,excipere poteris: sin aũt Sol absit,

apud

apud ignem calefacta subigatur, & in calidam aquam demergatur: non enim aqua per totam mi- E scetur, sed statim ab ea emollescente defluit, anteq̃ vlceri fuerit imposita. Symmetria vero mixturæ est talis. ℭ *Mediocre Medicamentum hoc modo efficitur.* Quarta pars metallicorum ceræ adijcitur: valẽtius erit, si tertia sumatur. Porrò cũ ipsa metallica minus magis ꝙ immordacia siccaq; existant, virtus in ijs, quæ magis siccant, intendetur: quæ minus, remittetur: quemadmodum rursus tutior leniorum vsus est, mordaciorum periculosior. Dictum nanque frequenter est, non nullas naturas corporum, tum cutem tum carnes magis sensorias habere: quibusdam has ambas minus esse sensorias. Item pro maioris minoris q; sensus ratione doloris etiam affectus sequitur, vt & phlegmones. Accedit huc non mediocris differentia, ꝙ quis molli sit carne, vel duriore, boni mali q; succi, vel plethoricus, vel vacuus, vel medio quodam modo inter enumeratos affectus. Vnde colligo vnum omnibus idoneum medicamentum præparari non posse: sed qualecunq; ex similibus specie confectum fuerit, hoc vti sciet ille, qui methodum isto libro traditam artificiose didicerit. Exempli gratia in subiecta materie si pares vtriusq; æruginis, & æris combusti, partes misceas, aluminis scissi partis vnius dimidium: vt totum tribus, vel duobus denarijs, s, vel vncijs totidem, constet: sufficiet decem ceræ denarios adijcere denarijs, decem vero vncias vncijs, in temperati & medij facultate pharmaci compositionẽ: Melius fiet, minus q; mordebit, si loco aluminis scissilis diphry F ges accipiat: cuius vno denario integro iniecto, quemadmodum æris quoq; & æruginis, medicamen erit præstantius. Quòd si æruginem mordacius facturã suspicari, lene prorsus ipsum fieri postulemus, combustam apponimus. Insuper si expurgare sordes statuerimus, æris squamæ denarij dimidium addetur, vt tota medicamenti symmetria talis euadat: Æris, æruginis vstæ, diphrygis, singulorum partes æquales, hoc est cuiusq; denarij pondo vnius: æris squamæ denarij dimidium: hæc pingui cera, vt dixi, mollita excipiantur. Vbi siccior paulo fuerit, q̃ vt commemorata excipiat, miscendum est myrteum molliendo, vel melinum, vel lentiscinum, vel ricininum, vel cyprinum, vel omotribes oleum vetus, vel recens Hispanum, vel quod apud nos ex oleæ surculis pręparatur. Aut si omnino nihil oleosum medicamento adhibere placet, laricem resinam admisceto: cuius si copia non est, terebinthina eius loco vtendum. Cæterum hoc semper in memoria tenendum est ijs, qui hæc legunt, maximè ad primum, quod dictum est, tanquam præstantissimum veniendum esse, mox ad secundum, & tertium, deinde ad alia quæ post tertium sunt, ceu pro pharmacorum virtutis et potentię proportione, sermonis ordinem nobis vsurpantibus. His igitur auditis quispiam, & simplicium medicamentorum viribus intellectis dijudicare poterit, quæ maiores nostri ad vlcera cacoethe pharmaca conscripsere. Sicut verbi gratia Asclepiades cognomento Pharma G cion in tertio Exteriorum in hunc modum tradidit.

Quæ Medicamenta memoriæ prodiderit Asclepiades. CAP. 4.

AD *Chironia & curatu difficilia Vlcera Medicamentum accommodatum.* Æris squamæ pondo vnciã, æruginis rasæ pondo vnciã, ceræ selibram, resinæ laricis pondo vnciã s. Ea quæ liquari possunt, aridis affunduntur: quibus exceptis, ac curiosè mollitis vtitor: item platysma exiguum soli affectæ parti, vt vlcus tm̃ comprehendat, inijcito. Cęterum ambientes particulas pharmaco, quod phlegmonen arceat, circundare oportet: inter curandũ tertio quoq; die soluere, deinde fomentis mitigare, idem q; emplastrum quod à latitudine platysma vocatur, abluendo emollire, ac rursus imponere donec cicatricẽ inducere incipiat. Hęc est medicamenti scriptura. Pulchrè verò author ipse adiunxit, Ad chironia. nominant.n. sic vlcera, nõ mediocriter sed maximè maligna cõtumacia q;. Generosum hoc medicamen est, vt quod ex tertia cerę parte metallica contineat, æruginem sanè pharmacũ valentius, ęris squamã multo illo moderatius, attamẽ & ipsum generosum. Mediã ac symmetrã habet temperiem, vt ẽt modicè maligna curet, si non triplex, sed quadrupla, ceræ portio alijs cõmista fuerit: Moderatius adhuc extiterit, si quincupla adijciat̃, vt non dum cacoethe, sed ęgrè cicatricẽ ducentia, persanet: Quemadmodũ ẽt si metallicorum sex partes cera capiat, vt sit ęru H ginis & squamę vtriusq; denarius, cerę duodecim, laricis quot exigit proportio: quę erit, si tres ipsius denarij imponantur. At vbi cera pinguis est, etsi minus resinę addatur, spissitudinem, quanta sufficit, medicamentum habebit: siquidem huiusmodi pharmacis resina ob consistẽtiam inditur, veluti & myrteum, vel lentiscinum. Ego certè attico non nunq̃ œsypo ceram emollitã miscui: ac vsu didici, vel nihil, vel parũ adeo medicamentũ ab illis, quę sine hoc p̃parata sunt, superari. Manifestum aũt est me hęc ad futuri medicaminis robur referre: nã auxilium ad aliquid spectat, quippe mollius pharmacũ ad moderatiora cacoethe id est minus malefica, magis q̃ vehementius cõducit. Vbi igitur vlcus ipsum minus malignum est, orę verò prętumidę ac durę, Græci ochthodeis appellant, potior in his est œsypus. Benefacit ẽt his cerui vituli q; medulla, quã lęuem ante factã ceræ prius admiscere oportet: dein sic in vnitatẽ coactis ijs metallica trita, vt in puluerẽ redigant̃, excipienda sunt, vt quę mordicationem pariant Omnia verò sicca ac terrestria pharmaca, quantum satis est, antea lęuigent̃, vt est galla, cytinus, malicorium, ęgyptię spinę fructus, qm̃ id genus oĩa ęgrè fiunt lęuia: sicut facile, quę ex succis & liquoribus resiccatis proueniũt, myrrha, aloe, acacia, & quæ his sunt genere finitima. Cęterum rectè Asclepiades ad finem superioris medicamẽti scripti hæc verba adiecit: Et hęc triduo soluito, fomentis q; mitigato, idẽ q; emplastrũ ablutum emollito, rursus q;

A sus q; apponito. Nisi.n.diutius cuti pharmacũ adhæserit, nihil efficiet. Quod & plerosq; medicos latuit, arbitrãtes, si ter die saniẽ ab vlcere deterserint, melius se facturos ijs, qui bis idẽ faciũt: qui verò semel soluũt, ab ipsis quoq; ægris tanq̃ negligẽtes male audiũt. Conuenit hic quoq; vos meminisse, quod in plerisq; nostris cõmẽtarijs dictũ est, qualitates videlicet oĩum vicinorũ corporũ mutuo in se quicq̃ agere, etsi alterũ ipsorum multo sit validius: hac nanq; rõne specie quodammodo inter se similes fiunt spatio tpis, tametsi permultũ differant: vbi aũt qualitas medicamenti curãdo corpori similis specie fuerit, vtilitas maior sequitur. His igitur rationibus, qui primus emplastro añ imposito vti statuit, laude dignus est: & nos ipsum sequi multo magis decet, cũ quod ratione inuenit, experiẽtia cõprobatum cognouerimus. Nec temere triduo quoq; ipsum foueri, singulis videlicet solutionibus, præcipit: nã, quia valẽs medicamentũ est, meritò lenitionem desiderat. Satius igit̃ est in vlceribus non ita malignis, cerã quadruplam vel quincuplã amborum simul metallicorũ esse. Post hoc pharmacũ, aliud Asclepiades deinceps tradidit, quod his cõstat. ℭ Æruginis pondo vncijs duabus, squamæ pondo vncijs duabus, diphrygis pondo vncia, ceræ pondo libra, laricis pondo vncijs tribus. Hæc rursus symmetria simpliciũ medicamentorũ eadem est, q̃ superioris, solo diphryge superãs: alia certè oĩa priorũ duplicata sunt. In illa.n. scriptura æruginis & squa-
B mæ, vtriusq; pondo vnciã adijciebat, ceræ modum ambabus triplo maiorem: siquidem oẽs vncias, sex eius admiscendas censuit, resinæ verò semunciã, supra vtriusq; metallici portionem. Secunda scriptura, illius quidẽ, loco vnciæ & semissis, tres ĩponendas iubet: metallicorũ verò pro vna vncia singulorũ duas, ceræ libram, cũ in priore scriptura selibrã immittat. Clarũ itaq; est diphryges solũ in secunda eũ apposuisse. Ac si vnciã ipsius immittendã alijs duplicatis præcipit, modò simplicibus vniuersis in priore scriptura mistis diphrygis semunciã addideris, talẽ medicamenti consecturã habiturus es: Squamæ pondo vnciã, æruginis põdo vnciã, ceræ selibrã, resinæ laricis pondo vnciã s, diphrygis semunciã. Eadẽ oĩno & hæc est priori, si diphryges excipias, quod tã moderatum est pharmacũ, vt ẽt solũ inspersum vlceribus, quę cicatricẽ difficulter admittunt, medeat̃: similiter & æs cõbustum. Valentior aũt longè ærugo, vt vel sordida admodũ & humida curandi terminos excesserit, si solã eam inspergas, excedit.n. & mordet insigniter. Porrò in chironijs vlceribus, alijs mista pharmacis tantum de vehementia quidem virtutis suæ remittit, auget aũt illorum, vt cõpositũ ex omnibus pharmacum fiat præstantissimũ. Qua verò rõne prædictis medicaminibus ærugo mista fuerit, hac & viua calx, exigua proportione aliorũ multis à quibusdã adiecta. Extincta mediocre est pharmacũ, elota prorsus leue, & mordacitatis expers. Hoc igitur emplastrũ exẽpli gra-
C tia adscripsi, q̃ iuuenes in particularibus exerceri velim, nec vniuersalibus solis esse contentos. Rursus autem reuocato ad initium sermone ad Andromachi medicamenta digrediar.

De scriptis ab Andromacho Emplastris ad Vlcera Maligna. CAP. 5.

Apponã igitur causa exempli, quæ ex cõpositis medicamentis ad cacoethe vlcera conuenire vsu probata sunt, ab ijs exorsus, quæ scripsit Andromachus: quẽ nõ iniuria queas accusare, q̃ citra distinctionem pharmaca tradiderit. Hac.n. omissa permultos medicos malè ipsis vti cõtingit, ideo q; non nunq̃ scopum mirificè adsequi, interim ab illo errare, permultũ delabentes. Cùm igitur par esset, vt ipse diceret, Hoc ipsum validissimũ est, ab hoc rursus aliud moderatissimũ, hoc verò imbecillissimũ, ille oĩa subinde scripsit nulla distinctiõe apposita. Auspicatur igitur ea ipsa hoc titulo: ℭ *Cicatricem inducentia.* Mox ita subdit: Cadmiæ tostæ pondo libram, chalcitidis vstæ põdo librã, ceræ pondo libras quatuor, resinę aridę põdo libras iij, myrtei pondo libras iij: vinum aridis miscetur. Ab his verò deinceps in hunc modũ scribit ad verbũ: *Medicamentum ex Ladano.* Et symmetria apposita, iterũ deinceps ait: *Aliter vt Alcimion.* Deinde hîc quoq; symmetrijs expositis infert inquiens. *Pharmacum ex Hordeo.* Post huius cõpositionẽ in hanc sententiã iterum scribit. ℭ *Aliud Cicatricem inducens.* Resinæ siccæ denariũ pondo octodecim, diphrygis denariũ põ-
D do quatuor, spumæ argenti denariũm pondo sedecim, ceræ denariũ pondo x, olei cyathum & dimidiũ. vt hoc sit ei medicamẽtũ ab initio sextũ. His subiungit iterum alia sex, vnicuiq; prępones, *Aliud*, volens nimirũ cicatricem inducens nos inaudire. Quinq; igitur sunt epulotica, quibus vti mos est, nec malignis, nec ægrè cicatricẽ ducẽtibus, idoneis. Sextũ ad vlcera quidẽ dysepulota, id est q̃ cicatricem difficulter recipiunt, non tñ iam ad cacoethe, q̃ nobis maligna dicuntur, valet. Reliqua verò sex adiecta malignis prosunt, virtute inuicẽ diuersa: Quibus alterutrũ oportebat, nẽpe vel rationalem ac methodicam disciplinam conficiendo, adscripsisse in eorũ vehemẽtia differentiam, tanquam nobis intellecturis ad maligniora vlcera valentioribus vtendum remedijs, ad mediocria imbecillioribus: Vel Empiricorum more posuisse, quædam horum medicaminum phagedænicis, in summa q; exesis, ac pastis, esse vtilia, quædam cauis, quædam vehementer sordidis: ijs verò, qui phlegmonodem simul aut scirrhosum affectum habent, aut labra vlceris dura, vel prætumida, vel nigra, vel alterius cuiusquam coloris, singulis propria: Horum autem nihil ille effecit. Postea sex facultates cicatricem inducendi ordine retulit, quarum ego compositionem cum proprijs distinctionibus narraturus sum. Primum itaque ab eo scriptum, quod tamẽ à principio septimum est, satis validum, vt quod æquale habeat pondus æruginis & squamæ: remisit autem minuit' que vim ipsius ceræ mistura, quæ octo partes vtriusque singillatim, quatuor

tuor amborũ ſimul explet. Etenim æruginis, & ſquamæ, cuiusq; vnciam miſcere præcipit, ceræ vn E
cias viij: admodũ q; cõmodè cauit, qui id cõpoſuit, miſcere aliquod mollicinũ, græcè malthacodes dicitur: oleum dico, & ſeuũ, & œſypum, & butyrũ, & reſinã. At ſi pinguis cera non adſit, metallica ægrè miſcebuntur. Ac ſi iuxta ignem vel in Sole calido miſcere ipſa cogamur, paulo pòſt pharmacum indureſcet. Quapropter cum vlceri fuerit impoſitum, ſagum ſuum æger durum contingere putabit: quippe eiuſmodi medicamenta oĩa talem habẽt vſum. Si verò calidis manibus tractet, tm̃ ex ipſis recipit magnitudinis, vt emollitũ dilatatũ q; toti vlceri imponat, atq; ẽt oras cõtegat. Cũ altum vlcus extiterit, totũ ipſius cauum medicamine indito replebit. Poſt q; hoc rurſus aliud platyſma ſuper accommodabit, quod & labra comprehẽdat. Huic deinde rurſum linteus pannus frigida madẽs tantus vndiq; obijcitur, vt medicamentũ occultet. Poſtremò extrinſecus ſpongia mollis faſcia ex linteo excepta, vel ſemel vel bis affectam partem orbiculatim ambiente, tantæ magnitudinis, quò totũ vlcus cũ labris, ac ſuperpoſitorum ipſis aliquid ſubiectorum q;, complectatur. Deligatio à duobus principijs fiat: vocant ſic quoties tota pars media vinculi affecto loco incumbat,
* Al. caput. crùs aũt vtrunq; in oppoſitum deducatur. Poſtremo ſi pannus tã ſit validus, vt ſemel iniectis ſpongiam tuto contineat, illic terminis conſuetur, eo, quod ſuperfluit, forfice adempto: ſin imbecillis, rurſus vtrunq; crùs ducetur, ſimili robore ad id, quod affectũ eſt, attractum: quod in primis obſeruare conuenit, cũ in primo faſciæ traiectu, tum vel maximè in ſecundo. Quin nec illius obliuiſci F
de fract. cõ. 3. tex. 5. cl. 7. 242. g. Et tex. 8. 243. b te oportet, cuius primus, quorum ad nos memoria peruenit, ‖ Hippocrates inuentor extitit, olim ab omnibus ante ipſum medicis, nunc ab ijs, qui artem parum legitimè didicerunt, commiſſi. Putant. n. ſatius eſſe partem exulceratam incompreſſam ſeruare, vtrinq; verò ligamentum ei circumponere: quod q̃ ſit incõmodum ac noxium, Hippocrates demonſtrauit. Igitur vbi hęc primo die peregeris, altero aqua frigida ſpongiam perrigato. Si ambiens aer calidus, & ſiccus fuerit, bis hoc ter've in dies ſingulos faciendũ eſt: ac deligatura tertio quoq; die ſoluenda, per hyemem ẽt quarto. Cæterum inſpiciẽda eſt, à medicamẽti virtute facta inalteratio, tũ in vlceris cauitate, tum in labris, tũ in locis ea ambientibus. Porrò vnde hæc diſcas, libri de Tẽperamentis ſuppeditabunt: nec non in opere therapeutices Methodi de his vlceribus tractatum eſt. Vel. n. ſiccius, vel humidius, vel calidius, vel frigidius, q̃ prius, & totũ membrũ affectũ, & ſingulæ eius partes, apparuere. Inſup cõſiderabimus, nũ quid ex oris ademptũ ſit: vel emollitæ quodãmodo, vel attenuatæ ſint: itẽ color'ne mutatus, & an ſordiũ copia eadem remãſerit. Vnde cognoſces vtrũ fortius, vel mollius, vel ſimile priori medicamen imponendũ veniat. Poteris ſanè & primũ ipſum ex facili immutare, ſi mollius voles reddere, miſto inter molliendũ paululo cuiuſdã olei adſtringentis, aut myrtei, aut roſacei, aut G
melini, aut lentiſcini, aut maſtichini, aut cyprini: Sin validius, aut ſquama, aut ærugine, ex quibus vtriſq; paulũ ad amuſſim læue reddes, vt ſubigendo adijcias. Nos, vti nouiſtis, vel mite aliquod pharmacũ vlceri inſpergimus, ei q; medicamẽ emplaſtrodes ſuperimponimus. Nulli dubiũ eſt mitia pharmaca mihi dici, diphryges, ſarcocollã, chalcitidẽ vſtã, itẽ cõbuſtũ & æs, & æruginẽ, & chalcanthũ: quę ignẽ non experta, acria oĩa ſunt: cõbuſta, moderata: lota poſt combuſtionẽ, lenia mordacitatis q; fiũt expertia. Præſtat aũt ſicut prædiximus, & emplaſtrũ miſtioni adaptare, aliquod q; ex alijs medicamẽtis imponere, quorũ deinceps meminit Andromachus: id q; nõ modo ſimpliciũ vires, ſed menſurã quoq; inſpicientes, vt in eo quod iã cõmemorauimus. Quatuor. n. partes ceræ, cũ æruginis & ſquamæ, vtriuſq; vna, miſcentur: tres fortius ipſum efficient, ſicut quinq; imbecillius. Eodẽ modo in alijs agendũ eſt, puta in eo, quod prædictũ ſequit, octauũ ordine, tali ſymmetria. ℭ Chryſocollæ denariũ pondo duũ, ſquamæ denariũ pondo duũ, cerę denariũ pondo ſex, dyphrygis denariũ pondo duũ, ſquamæ argenti denariũ pondo octo, roſacei vel myrtei parũ. In hoc pharmaco chryſocolla & diphryges ipſa per ſe inſperſa malignis vlceribus curãdis ſufficiũt. Squama validius, aſperius, mordacius q; medicamentũ eſt: eo q; argenti ſpumã author admiſcuit, ſubueritus ſquamæ violentiã, cupiens q; ipſam mollioris pharmaci miſtura mitigare ac exoluere. H
Sin abſq; cera quatuor illa iuxta dictã tẽperaturã miſceas, medicamẽ aridũ inſperſile, Gręci vocant epiſpaſton, habiturus es, ad malignorũ vlcerum curationẽ non inefficax. At vbi emplaſtrũ facere conaris, cera miſcẽda eſt. Et pp metallicorum copiã, neceſſariò ẽt liquidorũ in præſenti facultate meminit Andromachus, roſacei nẽpe, & myrtei: cera nãq; modica nimis eſt pro metallicorũ mõ. Cũ igitur chryſocollæ, ſquamæ, & diphrygis, binos denarios: argenti ſpumæ octo miſceri iubet, quatuordecim videlicet vniuerſos efficiens: vel cerã pinguẽ permultã, vel oleoſum aliquod, pharmaco affundere debebat. In ſuperiore medicamẽto cera quadruplo metallica ſuperabat: vnde ſpuma argenti ablata, ex alijs licet pharmacum cõponere, quemadmodũ ego non nunq̃ factitaui. Q̃d ſi fiat, myrteo non opus erit, cera, vt dixi, pingui adhibita: ſi dura ſit, liquidũ aliquod miſcere oportebit. Quam ob rem non nulli in id genus pharmacis ceræ appoſuiſſe videntur, alij nouæ, alij rece-
* Al. viginti. tis, nõ per Ioue ipſius ætatẽ, ſicut in alijs medicaminibus, ſed humiditatem requirẽtes. Eſt etenim
* Al. ſ, i. q; ſ. Sũt, qui legẽdũ putent, s, id eſt hemina dimidium. re vera melior noua, ſed non iam vt bimulã, trimulam've reijcias. Cęterũ ad ſequens emplaſtrũ ire tẽpus eſt, quod habet in hũc modũ. ℭ Diphrygis denariũm põdo octogintaquatuor, argẽti ſpumæ denariũm pondo ducentorũ quadraginta, ceræ denariũm pondo trecentorũ octõdecim, olei heminas ſex. Poterit aũt hoc pharmacũ vlceribus non dũ malignis, verũ cicatricem ęgrè recipientibus

A pientibus eam obducere, quoniam exiccat, sed non valide, ut quod post ipsum scribitur: minori tamen symmetria cõficiendum est, idem enim ei hoc est. ℭ Diphrygis denarium põdo quatuordecim, argenti spumæ denariũm pondo quadraginta, ceræ denariũ pondo quinquagintatrium, olei myrtei pondo vncias decem. Nam Andromachi pharmaca horum sescupla sunt. Hoc igitur cicatrici obducendæ re vera est respondens ex cadmia confecto, & glyceæ nominatæ, de quibus sequẽti sermone dicemus. Huic subscriptum validius quidem est, non tamen primo ex hisce sex, verum septimo à primordio finitimum: In quo squamam & æruginem ceræ quadruplæ commiscuit: diphrygis enim adhuc denariorum pondo sedecim, argenti spumæ denariorum pondo quadragintaocto, ceræ denariorum pondo sexagintasex, adijcit. Inde horum copiæ gratia coactus est & myrtei olei heminã s*, affundere. Numeretur ergo hoc quoq; inter ea, quæ cicatricem generant. * Al. et s.

Quod statim subiũgitur, eiusdem generis est, mitissimum uerò minime q; mordax, ex plumbo combusto & eloto, spodio, cadmia, diphryge, & terebinthina compositum. Zenonem aiunt chalbanum quoque miscere, quod mihi prædictis videtur superfluum. Scribit igitur ipsius symmetriam talem. Eloti plumbi denariorum pondo duorum, spodij denariorum pondo quatuor, cadmiæ tantundem, diphrygis † denarij pondo vnius.} Excipit ea terebinthinæ denarijs sex. Zenonem dicit chalbani addere † denarij dimidium.} Si quidem ceu molliendis labris callosis, ac duris, eo q; Græcè ochthodesi id est verrucosis, appellatis id facit, probè admiscet: sin ad vlceris malignitatem & contumaciã, nõ item: tametsi enim chalbanum quoq; receperit, etiam sic à malignorum vlcerum prauitate vincetur. Magis autem uerisimile videtur duodecim hæc ordine se consequentia pharmaca ad cicatricẽ ducendam idonea scripsisse. Etenim præter duo ex ipsis, puta septimum à principio, & octauum, alia omnia vlceribus quidem ægre ad cicatricem venientibus, sed non dũ malignis, medẽtur. Item duodecimum inter ea similiter quidem cicatricẽ obducit, imbecillius aũt est, q̃ vt cacoethe persanet. Compositio quoq; huius hæc capit, Molybdenæ denariũm pondo cẽtum, diprhygis denariũm pondo sedecim, soreos denariũ pondo decem, misyos cyprij tosti denariũ pondo octo, resinę terebinthinę denariũm pondo octo, cerę denariũ pondo quadraginta, myrtei denariũ pondo quadraginta. Porrò minoris symmetriæ, quæ huic proportione respondeat, omnia eiusmodi pharmaca conficere oportet, scientem ipsa confestim duram ac saxeam duritiem acquirere. Tantum igitur cuiusq; præparare satius est, quanti vsus fuerit, præsertim si hyems usum ipsorum excipiat. At si quartam singulorum partem capias, molybdænæ quinq; & viginti denarij erunt, quatuor diphrygis, duo & semis soreos, tosti misyos duo, terebinthinæ duo: & ceræ & myrtei pares portiones, vtriusq; decem, amborum simul videlicet viginti. Porrò in omnibus eius notæ pharmacis, illa quæ liquari possunt, liquefacta & refrigerata, deinde rasa, siccis diligenter in puluerem redactis admisceto. Nam si liquida ipsis affundas, sæpe fient grumi ceræ modo (enceridas Græci vocant) maxime cum frigus fuerit. In Sole feruenti si mistura fiat, licet ea superfundere, mouendo vehementer rudicula primum, deinde cochleario: præstat autem in hisce omnibus rudiculam palmæ esse ramusculũ. Hæc Andromachus indistinctè, sicut diximus, duodecim pharmaca tradidit, hoc ipsis tantum communiter præponens, Epulotica hoc est ad cicatricem ducendam idonea. Ego vero differentiam ipsorum manifesto (vt arbitror) exposui, quę cordatum virum ad dextrum particularium vsum veluti manu ducere queat. Insuper aliorum polychrestωn id est multiplicis vsus, medicamẽtorum meminit, vt ad alios plerosq; affectus, ita ad vlcera dysepulota id est ægrè cicatricem ducentia, aptorum, quæ nos sermone procedente percensebimus, vbi pharmaca, propter variam vtilitatem polychresta Græcis dicta, aggrediemur. In præsentia peculiariter de ijs sermo nobis est, quæ ad maligna, & dysepulota faciunt, ea'que potius maligna, quæ chironia non nullis appellantur, quemadmodum & ipsi Andromacho. Ordine itaque ex duodecim medicamentis modo relatis, cum duo ad carbunculos prodiderit, vnum ad herpetas, D quartum aliud post tria hisce verbis conscripsit. *Epuloticum ad Chironia, Dioscoridis.* Magis varium quidem medicamentum componens, non tamen septimo illo suprascripto valentius, in quo ceram quadruplo copiosiorem, quàm vtriusque, nempe squamæ & ęruginis, miscebat. At in nunc proposito, pauciore cera metallicorum proportione iniecta liquari ipsam pauco myrteo iubet aut rosaceo, quantitate eorum non adscripta. Iam verò vniuersam eius sententiam ex Andromachi verbis apponam. ℭ *Cicatricem obducens, ad Chironia, Dioscoridis.* Chrysocollæ denariorum pondo duorũ, æruginis rasę denariorum pondo duorũ, cerę denariorum pondo sex, diphrygis denariũm pondo duũm, spumæ argenti denariũ pondo octo, rosacei vel myrtei modicum, vt liquefiat. Hoc pharmacum ad amussim superiori illi conuenit, quod inter cicatricem obducentia locum, vt dixi, octauum obtinet, post id positum, quod squama atq; ærugine constat, sola illud ęrugine nimirum superans. Ideo'que cicatricem illud inducentibus adscripsit: maiora tñ de ipso pollicetur, ad chironia conuenire id dicens. Et vero post hoc quoque optimi medicaminis mentionem facit in istũ

A.l.4.f.4.t.3.c.9.fol.472.h modũ. ℭ *Medicamentum obducendis Cicatricibus ex collectaneis Primionis, ad Desperata.* Hoc nomẽ, Desperata, vlcera illa, quorũ curationem pleriq; aggressi non absoluerunt, sed tanq̃ ab insanabilibus destitere, ei significat. Fidendum huic medicamento, quòd præter alia vsu quoque probatum est. Hanc autẽ eius compositionẽ scribit. Soreos denariũ põdo vigintiquatuor, aluminis scissilis denariũm

Margin notes: † Al. denariũ pondo iiij. † Al. denariũ pondo iiij.

narium pondo sedecim, malicorij denarium pondo sedecim, calcis viuæ denarium pōdo sedecim, E thuris denarium pondo trigintaduum, gallæ denarium pondo trigintaduum, ceræ denarium pōdo centum viginti, seui vitulini denarium pondo † centum sexaginta, } olei veteris heminã. Hęc est simplicium medicamentorum symmetria ad præsentis compositi præparationem. At quomodo illud præparandum sit, omisit, vt in alijs ẽt multis, quæ confecturę narrationem requirunt, nam in hoc quidem vel admodum facilius est, vt paulo post dicemus. Cæterum vos scire in primis volo, vt siquando vitulinum pingue desideretur, eius loco vetus suillum, quod nominant axũgiam, admiscendum, verum salis expers, & non multorum nimis annorum. Vetus itaq; oleum abunde satis digerit, sic adeps quoq;, id q; citra mordicationem ambo efficiunt: bubulus similiter quidem digerit, sed non æquè morsu caret: medium locum obtinet vitulinus, quo porcino acrior, hoc bubulo mollior. Itaq; pharmacum, quo de sermo institutus est, validissima continet, sori, alumen scissile, malicorium, gallam, non digerendi facultate eximia, sed adstringendi vt vocant, prædita. Clarum est autem gallam semper adijciendam esse, quæ vocatur omphacitis id est immatura: alumen verò Ægyptium, & scissile: cuius penuria rotundum, quod scissili quidem est crassius, sed non minus adstringens. Quòd aũt malicoriũ putamen mali granati vocatur, oẽs nouerunt. Breui adeo tempore viget, si velis aridum contundere, & in puluerem redigere, seu læuigare: nanq; dum arescit malicorium, imbecilliorem quoq; vim sortitur, cum humore eius discusso pereuntem. Quare F tutius est succosum prius ex vino decoquere, donec optimè læuigari possit. Vinum autẽ austerũ prorsus, sed neq; recens, esse oportet, nam austera nisi vetera sint, crassarum partium existunt: neq; vetustũ adeo vt iam acre existat, etenim recens penitiora corporis non permeat, vetus acre & mordax est. Ergo ætate medium potius est, quod plurimum intra quinque & decem annos consistit.

† Al. sexaginta.

Postulat locus hic in memoriam reducere, quod multi sæpe dictarunt, de austeris, acerbis, in totum de adstrigentibus, vinis, cibis, & pharmacis: ac primum de harum vocum significationibus agendum est. Austerum enim Græcis idem sibi vult, quod mediocriter adstringens: Acerbum, quod valide ac vehementer id facit. Genus vtriq; cõe adstrictionis vocabulo signatur, non etiam vtrum valide an obscure ea fiat, declarante. Omnia igitur adstringentia contrahunt ac dẽsant meatus: ad hæc vinciunt ac continent partium sibi inuicem cohęrentium substantiam: atq; minus magis q; hoc pro adstrictionis quantitate efficiunt. Cæterum stringendo ac densando summa corporis quod adstringitur, virtus illorum excluditur, & in altum ire prohibetur. Ob quam rationem pulchre non nulli medicorum huiusmodi pharmacis alia subtilium partium, & acri potestate prædita, indere cogitarunt: à quibus veluti ductæ adstringentium vires in profundum corpus perueniant. G Hoc igitur pharmaci propositi author considerauit, qui calcem viuã ei addiderit: at in Andromachi libro calcis vox omissa est, viuæ nomen adscriptum, medicis compendij gratia & pleraque alia sic interpretantibus. Nimirum igitur in ipsis medicamentis ad vlcera vix cicatricem recipientia & maligna compositis, squama simpliciter apposita, citra adscriptionem æris: & scissile, sine vocabulo aluminis: & terebinthina, absq; adiectione resinæ: subaudimus, quæ ipsi sic in dictione omiserunt, quemadmodum & nunc in vocabulo, viua, calcem: nuncupant enim per excellentiam ipsam, restinctam, & viuam, appellatione non minus & alijs, quę vtuntur, accõmodata. Itaq; viua calce mista emplastri huius author acerbis medicaminibus validum compositum reddidit, vt virtus eius in imum vsq; penetret. Qm̃ verò ex valentissimis confectura est: ac nullum mitigatorium, nec leniens, nec concoquens aliquod continet: merito thus ei, quod puri mouendo pharmacum est, admiscuit. Si igitur sicco composito vtereris, vlceri ipsum inspergens, sic vehemens admodum esset, mordax, asperum, & exedens: at quia emplastrum id facere proposuimus, perspicuum est vnicuiq;, resinam, vel ceram, vel adhuc adipem, vel medullam miscendam fuisse: ac si nondum ex his emplastri spissitudinem acceperit, oleum aliquod affundendum. Cum autẽ addo aliquod, inaudiendum est tibi præterq̃ quod propriè & simpliciter oleum dicitur, ẽt quod cũ adiectione rosaceum nominatur oleum, vel myrteum, vel cyprinum, vel eius generis aliquod: distinctum nanq; est iam sæpius, quid discriminis sit, rosaceum vnguentum dicas, an oleum rosaceum: H & vnguentum cyprinum, an cyprinum oleum: alia q; similia. Merito igitur eiuscemodi pharmacorum misturam non eandem oẽs fecerunt, qui id genus emplastra composuere. Nam q; plures huius differentiæ causæ existant, non ratione, sed mea ipsis experientia, deprehendi. Non nunquã enim ex paucis numero simplicibus medicamentum subito præparaui, interim ex pluribus, aliàs ex plurimis, vel omnibus, eiusdem generis. Insuper quia nõ nulla apud nos abunde copiosa, quędam ex toto non essent aut paucissima eo tempore, ex ijs quæ habebam medicamentum cõposui vsu ita postulante: deinde cum experimento id probatum inuenissem, ita semper vsurpaui. Sæpe fortiora quædam pharmaca composita, quædam imbecilliora, vltro facere instituens, vt variis affectibus accõmodata haberem, diuersas compositiones aggressus sum: præterea hac ratione motus, q; pars exulceratione laborans plures requirat facultates: vt cũ simul & caua est, & fluida, & sordida, & oris prætumida ac dura, & fluxionem ex superioribus recipit. Si nanq; pharmacum ad omnia, quæ sic exulceratis partibus acciderunt, valere cupias, diuersarum virium materias miscere necessarium est. At si vnum aliquod primũ, quod vrget, sanare studeas, alijs neglectis non est quod

pharmacorum

A pharmacorum varietatem requiras. Clarũ est igitur & illos, qui ante me eiusmodi medicamenta confecerunt, ob prædictam rationẽ dissensisse: veluti verbi gratia in proposito pharmaco, vitulinum pingue author cepit, ꝙ oras induratas emolliat. Proin duplicem ei vsum adhibere debebat, vnũ vt molliusculo medicamini (malthacodes appellauimus) ad vnitatẽ siccorum faciendam, quę primum erant vtilia: alterum, vt & ipsum aliqua partis affectæ symptomata seu accidẽtia persanaret. Verũ multo vtilius medulla ceruina induratis oris adhibet: quæ si nõ adsit, vitulina: sin vtraq; desideratur, humida aliqua & non acris resina. Nam oẽs resinæ humiditatis gratia simul & viscositatis, quã habent cognatam, sicca medicamenta veluti colligant: quia vero non euidentem habent acrimoniam, vlcus nequaq̃ irritant. Quapropter non nulli merito talibus medicaminũ confecturis admiscuerunt vel terebinthinam, vel laricem nominatam, resinam. Meminisse autem vos inter componendum oportet illius ẽt, quod a plerisq; medicorum negligitur, a quibusdã per ignorantiam committitur. Credunt enim institoribus, vetus oleum dare se affirmantibus, ignari, qũo ipsius loco vendant adipem suillum veterem, ex oleo communi liquatum temperatum q; sed mẽbranulis prius diligenter exemptis. Apparet enim sic, crassum inspicientibus: si odoreris, vetustatis graueolentiam repręsentat. Similitudo igitur est fœtoris: qui vero vtriusq; ad vnguem memi-
B nit, manifesto alterum ab altero discernit: alia siquidem est odoris adipis, alia veteris olei, proprietas. Accedit huc, ꝙ crassitudo ipsius adulterati continua non est, nec similaris, quemadmodum olei veri. Quin & crassius in vasis fundo, tenuius in summo, euadit: ob quod etiã id adulterantes permouent, dum emptoribus tradunt. At si re vera quoq; sit oleum sine tali astu sua spõte natum, nomen quidem hoc obtinet vetus: vis aũt trimuli nõ est propinqua trigenario: aut quod annorum quatuor est, nullam confinitatem cum quinquagenario habet: siquidem temporis spatio, cum inueterarunt tum oleum, tum adeps, mordacitatem quandam acquirunt. Sed hęc quidem sunt maxima, maxima vero & facultatis permutatio: maximã enim digerendi facultatem tum oleum, tum adeps, quando inueterata sunt, habent. Atq; hoc ego expertus sum ideo, ꝙ oleum ac adipem vetustissima forte quadam haberem à patre multis annis obseruata: quæ ipse rursum ambo admodũ iuuenis adhuc, copiosa reposui, vt iam inueteratis eis vti possem, vbi patris essent consumpta. Sed ẽt post hæc iterũ ambo sæpe recondi, vt vetustescerent, tanta q; mihi nunc illorum copia est, quãta vel centum annis victuro sufficiat. Propterea pharmacũ, de quo sermo est, oleum & adipem quadraginta annorum recipiens, semper apud me vlcera diuturna præter modum maligna, q̃ opinio ferret, melius sanauit. Sunt huiusmodi vlcera, in quibus ipsa affecta pars in tã vitioso habitu consi-
C stit, vt q̃uis sanguis nutriẽdi causa ad eam perueniens probè sit concoctus, tñ mutet ipsum, corrũpat q;: siue, id quod influit, adeo prauo succo præditum est, vt ẽt si pars nihil passa fuerit, ab illo certe ipso solo erodatur. Mirificè igitur medicamenti compositor adstringentia pharmaca repellẽdi facultate prædita assumpsit, vt nihil parti affectæ, dum curetur, influat: quædam digerentia, vt sanies in laborante particula contentæ per halitum digerantur, vacuẽtur q;. Symmetria vero ipsorum ita habet. ℂ Aluminis scissilis, & malicorij, vt quæ validissimè adstringant, minus iniecit, vtriusq; denariũ pondo sedecim in idem miscens: soreos sesquiplum vtriusq;, hoc est denariũ pondo vigintiquatuor, minus quidem adstringentis, non minus autem siccantis: scissilis quoq; & malicorij æquales vtriusq; portiones indidit: gallæ ad triginta denarios, duos apponens: vt omnes ex pharmacis denarij octogintaocto colligerentur. His opposuit valide digerens & siccans medicamentum calcem viuam, contẽtus sedecim denarijs, qui adstringentium vires sufficiunt deducere. Centũ igitur et quatuor denarijs ex metallicis medicaminibus collectis, plus quoq; thuris adijcere conueniebat: & hoc mitius euasisset pharmacũ, quo copiosius illud recepisset: cæterum vehemẽs ipsum seruare curans, minus adiecit. Tibi autem licet bifariam ipsum componere: nam vbi priora quinq; cõtriueris, omnia q; simul commiseris, aceruo in duas portiones diuiso, alteri parti sedecim
D thuris denarios, alteri duplum indito, deinde liquato: & postq̃ refrigeraueris, radito ceratum ex liquabilibus medicamentis confectum: quod et ipsum in duas partes seiungito, alterã ei, quod plus thuris habeat, alteram reliquo, admiscens. Atq; de ceræ & adipis symmetria prima coniectura latitudinem magnam satis obtinet, nobis haud planè intelligentibus, quale tandem crassitudine medicamen futurum sit: at postq̃omnia mista fuerint, clarum fit, tenerius an durius æquo sit redditũ. Quare in altera compositione diligentius nobis coniectandum est & de his ipsis, & simul cum his de oleo. Sicut enim citra rationalem methodum medicamenta componere, ita vim illorum certo & accurate cognoscere, sine experientia nemo potest. Hoc itaque medicamentum Andromachus ipse desperatis auxiliari dixit. Ab hoc vero deinceps quoddã ad paronychias tradidit. Ac post hoc rursus sic ad verbum scripsit. ℂ *Ad Cacoethe Vlcera in Valeria Secunda.* Subaudiendum nimirum est, vsus sum. Materia sanè pharmaci innuit curatione quidem se à vehementibus relinqui, sed posse ea, quæ vehementium medicaminum adhibitione irritantur, mitigare. Compositio itaq; eius hæc capit. Tyrrhenicæ denariũm pondo octo, subaudi videlicet ceræ: seui taurini denariũm pondo quatuor, terebinthinæ denariũm pondo quatuor, plumbi vsti denariũm pondo quatuor. Linamentis excepto vtitor. Hęc ipsius verba sunt. Male aũt fecit, ꝙ ad quę cacoethe seu maligna conuenire id dicat, non declarauit: Nec, quod vehemens sit, aut mitigatorium adiecerit: diuersa

nanq;

nanq; sunt mitigatoria pharmaca. Nam quædam tantillum etiam affectus iuuant: non nulla vero E vel paululum offendunt: aliqua nec iuuant nec offendunt, sed dolores tantum leniunt, de quibus aliàs agemus, multa eius generis longo vsu explorata scripturi: ac quædam mirificè adeo symmetrijs composita, vt omnino iuuent: interim etiam ipsos tantum affectus agrestium, vt ita dicam, vlcerum persanent. Verum ex illorum materie est cera tyrrhenica, & plumbum vstum, non tamen terebinthina, & taurinum seuum. Verum de eiusmodi vlceribus ac pharmacis sermo, vt dictum est, peculiaris in posterum nos expectat: Nunc de curatu difficilibus, vel chironijs, vel quomodo cunq; appellasse velis, disserere propositum est: ex quorum numero sunt & hæc quinq; vniuersa in quarto Critonis libro conscripta.

Quæ Medicamenta Crito scripserit. Medicamentum ex Ladano. CAP. 6.

Optimum medicamen Epuloticum, ex Ladano. Conuenit Prætumidis cum duritia Vlceribus, & cauis: deligatum vero membrum in diem quartum continendum est. Picis aridæ denariorum pondo centum, æruginis rasæ denariûm pondo vigintiquatuor, æris combusti denariûm pondo quindecim, squamæ rubræ denariûm pondo vigintiquatuor, ladani pondo vncias nouem, argenteæ spumæ pondo libras tres, olei sextarium vnum s, vini optimi sextarium vnum s. Hoc emplastrum præparaui & ego materia recepta, quæ nullum malthacodes hoc est mollicinum, pharmacum contineret: sic enim vocat || Hippocrates omne genus medicaminum, quę connatam humiditatem habent, qualis in pingui est, singulis que oleosis medicamētis, & quidem in ipso oleo, & aqua. Quin & resina, cera que mollicinum quippiam obtinet. In medio ipsorum, dico autem siccorum temperamento & mollicinorum, pix consistit: eo que ambobus generibus citra offensam admiscetur: quemadmodum tum argenti spuma, tum arida pharmaca, quæ circa mediam temperiem versantur, etiam si non nihil ad vtrumuis excessum interim declinent. Hoc genere comprehenditur pix quoq;, quæ secundum siccitatis ac humiditatis oppositionem manifesto iam à medijs recessit: secundum alteram oppositionem calefacientium & refrigerantium, non item: calefacit enim modice, atq; ideo medicamentis quæ pus mouent, admiscetur. Quam ob rem in proposito medicamine arida pix medijs attribuitur, atque hac magis argenti spuma, & alia quæ siccandi vim obtinent. F

Lib. de vlcerib. à principio.

Porrò cum & hic error committi possit, disputationem de ipsa instituam, theoremate primum ad multa vtili in memoriam reuocato: q̃q̃ id in alijs operibus, maxime de Simplici medicina, & Therapeutice satis abūde sim executus. Calidum enim & frigidum, humidum & siccum medicamē appellamus, quod corpus nostrum calefacere, vel refrigerare, vel siccare, vel humectare queat, ad optimum hominis temperamētum collatione facta. Medium verò quoddam hoc est inter alia G temperamenta vitiosa, quæ etiam calida, vel frigida, vel humida, vel sicca nominamus, à præpollēte in ipsis siue qualitate, siue facultate, siue substantia, siue temperie malis dicere, denominationem facientes. Eadem ratione neq;, si à superante in mistura elemento vniuersam temperiem denominare velis, rerum scientiam offendes: ostensum enim est in medendi Methodo præsidia per indicationem, ab ipsis quidem affectibus, contrariæ illis temperaturæ inueniri: à tota verò animantis cuiusq; natura, atq; à singularum rursus partium, propriæ & similis. Vnde si & vlcus simplex cauū habeat quis, ab ijsdem quidem genere, sed quæ non mediocrem differentiam in particularium speciebus habent, curatio sumetur. Atq; ob id demonstrauimus vlcerum omnino similium quædam medicamentis, quæ admodum siccent, persanari, puta radice panacis, aristolochia, achoro, iride: non nulla solo thure, licet hoc carnem non inducat, sed illas naturas ad suppurationem perducat, quas aristolochia carne replet. Sicut autem in corporibus curandis differentia particularis permagna est, ita quoq; in vlceribus. Nam simplex, cauum, & purum vlcus à mediocriter siccantibus curatur: sordidum verò, & malignum, et oris prætumidis ac duris quidem, sed carne iuxta cutem fluida, validissime siccantia requirit. In his igitur vlceribus, quoniam & de ipsis verba facimus, thus est imbecillum medicamen, vt ne pus quidem cōcoquere, vel mouere possit. Argenti spuma hoc H est validius, sed medijs tamen et ipsum inferius. At pix arida mediorum gregi annumeratū: quemadmodum hanc superat exiccando æs combustum, chrysocolla, & diphryges. Porrò euidenter siccat chalcitis combusta, ærugo, misy, atramētum sutorium, æris squama: atque altero modo quęcunque acerba sunt, galla omphacitis idest immatura, malicorium, alumen. Exedunt autem non vsta, chalcitis, ærugo, misy, & calx. Quæ iam fortissimas facultates habent, in omnibos corporibus eādem actionem ostendere videntur: imbecillia manifestam differentiam indicant. At si mentem adhibeas, neque minus in valentibus pharmacis magnum actionis discrimen deprehendes, quàm in mollibus & duris corporibus obeunt: etenim mollia citius accendunt, vehementius molestāt, & maiores phlegmonas concitant. Cū igitur hæc nō modo ad præsentia, sed ad alia quoq; multa, quæ hoc commentario continentur, vtilia dixerim, rursus ad propositum pharmacum reuertar, in quo picis aridæ denariûm pondo centum à Critone scriptum fuisse retulimus, argenti spumæ pondo libras tres, cum neutrum propria facultate vlcus cacoethes persanare queat: verum, vt medicamen, quod componitur, emplastri speciem induat, rectè præsidijs admista sunt. Quantitas autem ipsorum artificiali coniectura sumpta dicto nuper pondere statuta est, cauente hoc illo, qui composuit, ne tam exiguum vtriusq; validis medicamentis misceatur, vt mordacia erodentia que fiant,

A fiant,ægris molesta: vel tam multa mole, & pondere, vt ipsorum virtutem dissoluant. Nam æris squama admodum siccat abstergit'q3,atq3 hac etiam magis ærugo: quæ ambo efficacia sunt,& carnem exedunt. Æs combustum nec à quoquam intendi nec resolui postulat, mediocri facultate p̄sentibus commodum. Constat autem olei mensuram ex illis, quibus cum miscetur, & coctionis quantitate, conijci: nam quæ metallica præparas ad siccandum sine vllo morsu, coquere diutius oportet. Atq3 hæc ratio est,cur Crito coctionem quoq3 ipsis hisce verbis apposuerit: Argēti spumam & oleum coquito,donec aliquatenus coiuerint: deinde spumam æris,æruginem, dum confluxerint & colorem bonum acquirant,mox picem,adijcito: posteaquam refrigeratum fuerit, ladanum ex vino tritum,obseruans ne ex hoc adiecto efferuescat: postremò supra ignem lenē vnita defundito, subigito'q3. Hæc quidem coctionis scriptura est. Licet etiam copiosiore oleo adiecto diutius coquere primùm argenti spumam: deinde his iniectam æruginem,squamam,& æs: etenim vbi diutius coquuntur,duplicem in huiusmodi vlceribus potentiam consequuntur,quippe magis siccant,& minus mordent. Itaq3 de alijs simplicibus pharmacis, quæ in proposito emplastro Crito percensuit,satis mihi dictum est. Ladani autem sermonem vitaui,q̃ etiam solum ex vino tritum vlceribus ægrè ad cicatricem venientibus conducat, non quia vini potentiam requi
B rat,sed quia durius est,quàm vt emplastro conueniat: sed si oleo admisto id coquas,pharmaci vim obtundas: adeo autem validum non est,vt obtundi desideret,quemadmodum ærugo, vel chalcitis,vel squama,vel tale quippiam,& propter id mollius.Est autē tale recens: nam vlceribus difficulter cicatricem ducētibus accōmodatissimum est. In Cypro igitur,vbi plurimum nascitur,medicus quidam recens adhuc & molle,id genus vlceribus ipsum molliens imponebat: q̃ si paulum induruisset,ex myrteo emolliebat: huius inopia ex cyprino,vel rosaceo. Aliud autem medicamentū non multo post hoc in quarto volumine Crito hisce verbis conscripsit. ¶ *Pharmacum ex Chamæleonte,facit ad eadem,quæ Tyria.Inducit egregiè Cicatricem Vlceribus curatu difficilibus,callosis, & Veteribus.Medetur itidem ani Rhagadiis, Condylomatis,& Durities.* Argenti spumæ minā,ceræ minæ dimidiū, æruginis minæ partē quartā,chamæleontis octauā,olei minam. Oleum & argenti spumam incoquito,rudicula mouens,donec crassitudinem accipiat,& fiat melinum: quod vbi feceris,æruginē inspergito: deinde ceram diligenter liquatam adijcito: & ab igne sublato chameleontē indito: cū in vnitatem coierint, in mortariū fundito, ibi'q3 subactum excipito. Hoc medicamen vice ladani,chamæleontem eiusdem sanè virtutis accepit: ambo nanq3 vlceribus vix sanabilibus cicatricē inducunt.Differunt tñ,q̃ illud æs combustum habeat,minimè verò cerā: hoc ceram quidem, sed
C æs non contineat. Atq3 hîc rectè auctor fecit, qui in illo ceræ loco ladanum ad siccorum medicaminū vnitatem faciendam vsurpauerit: hîc verò nihil tale habens ceram miscuit,quæ sanè remollit mediocriter,non tamen cicatricem generat: potuisset aūt & hîc plus olei infundere, sicut vetus,vel ricininum.Ego verò huiusmodi pharmacis lentiscinum quoq3 inijcio, quod plurium facultatum est particeps: siquidem emollit non nihil,digerit,& adstringit: quibus omnibus difficilia cicatrici obducendæ vlcera cum oris induratis indigent.

Quæ Medicamenta prodiderit Heraclydes. *CAP. 7.*

OPportunum iam est etiam pharmacorum ab Heraclide Tarentino in tertio libro ad Astydamantem scriptorum meminisse. Vir nanq3 fide dignus est,si quisquam alius, qui sola experimentis suis probata commemoret. Is igitur vir hunc in modum conscripsit ad verbum.

¶ *Aduersus Vlcera Vetera.* Squamæ pars vna,æruginis rasæ partes quatuor, cerati myrtei partibus octo excipiuntur. Heraclides itaq3,tanquā medicis cōmentariū scribens adiecit, Cerato myrteo excipito. Sunt autem pleriq3 huius tempestatis tam audaces, vt priusq̃ à præceptoribus habitum quendam medicum acquisierint,huiusmodi libris confidentes, optimis pharmacis citra methodum vtantur,ideo'q3 frequenter de prospero successu frustrentur. Iam verò myrtei cerati plus
D minus've adijcientem,nunc humidiore & molliore medicamento,nunc duriore & ficciore, vti licet: in primo quidem vsu latiore coniectura,sicut dictum est,in secundo propius accedente.Nam vlcus intuentes,si minus quā par est exiccatum sit, vehementius pharmacum reddemus, vt magis siccet: sin plus ac conuenit, mollius ipsum copiosioris myrtei cerati mistura faciemus: quia metallicorum vis non solùm ab hoc,sed etiam quouis cerato resoluitur. Ab hoc cùm deinceps scripsisset, *Alia,* inaudire aūt videlicet oportet Virtus ista subiunxit: ¶ Squamæ læuigatæ acetum affundito, ac sub canicula læuigato, mellis spissitudinem faciens, vel incoquito: postquam siccum fuerit,in pulueren redactum, cerati partes octo misceto: ac vtitor ad recentia vulnera, & vetera vlcera,& rasa,& attritus, & perniones non nimis vlcerosos. Hæc vobis de hoc pharmaco sunt intelligenda. Ad alia quidem,mediocriter octo partes cerati squamæ adieceris: ad vetera nimium,hoc est curatu difficilia,si partes sex aut quinque illius apponas,nihil peccabis: valentioribus.n.indigent. Inde hanc de medicamento narrationē sic scripsit Heraclides dicens: Potes insuper squama super ignem resiccata vti. Illius autem sermo innuit,si alio quopiam tempore medicamētum conficiamus,loco caloris ex Sole, igne vtendum esse: quanquā huiusmodi omnia æstiuo Sole meliora fiant multis diebus trita,quædam ex vino,quædā ex aceto. Subtiliora igitur fiunt, quæ ex aceto læuigantur: atq3 ob id melius detrahunt,attenuant,siccant'q3: verùm ad cicatrices ducen-

das ex vino trita meliora. In vsu sunt hæc prius exiccatis, deinde prępurgatis vlceribus, quæ cicatricem ęgrè recipiunt. Siccabuntur itaq; ijs quæ validè siccant, purgabuntur per detergentia, cicatricem ducent adstringentibus. *Aliud.* Deinceps aliud pharmacum scripsit Heraclides, eiusdem quidem materiæ, sed non validum, quia argenti spumæ multum cum diphryge mistum est. Etenim argenti spumæ trigintaquinq; denarios, diphrygis octo, in id conijciendas esse consulit: atq; hæc cerato excipit, quod ceræ denarios quadraginta, olei tres heminas, capiat. Ego subinde vsus sum solo diphryge cum tali cerato, non quidem ad phagedęnica, & chironia, & putrida (multum enim virtute abest ab ijs, quæ talia curant) sed ad illa quæ citra magnam malignitatem ægrè cicatricem ducunt. Quare si & argenti spumam ipsi admisceas, eam'q; copiosam, medicamen reddes imbecillum. Post hoc, aliud ad eadem ita scriptum est. ℭ Ceræ denariũ pōdo duodecim, resinę terebinthinæ denariûm pondo trium, squamę denariũ pondo quatuor, ladani denariũ pondo quatuor, bituminis denariûm pondo trium. Ladanum & squama separatim teruntur, deinde alia liquefacta ex myrteo oleo miscentur: quòd si molle ladanũ fuerit, liquefacito. Hac scriptura palàm indicauit Heraclides ladanum durum mortario solum ipsum esse læuigandum, humidum simul & molle super ignem liquandum, vel solum, vel cum oleo modico: quod me non modicè in hoc, verùm in gutta ammoniaci quoq; perpetuo facientē vidistis. Est verò &, quod post hoc sequitur, medicamentũ à Tarentino cōscriptum ad eadem, hac symmetria cōpositum. ℭ Chalcitidis denariũ pondo vigintiquinq;, cadmiæ denariũ pondo duodecim & s. Seorsum terũtur: vinum {originale, quod Græcis dicitur} aparachytō, miscetur: vbi efferbuerint, superfunditur, vt hæc modicè irrigentur: postea læuigantur, donec siccescant: Ad hæc liquatorum ceræ denariorũ quinquaginta, resinæ terebinthinæ denariorum triginta, myrtei heminæ partis octauæ, cerato è siccis confecto denarij viginti miscentur. Hoc quoq; medicamentum nihil habet ex ijs, quæ malthacode hoc est mollicina, nominauimus: verùm in mistione ad ceratum, qui exercitatus est methodis rationalibus à me propositis, is conuenientem in singulis vlceribus mistionis quãtitatem cōmodè faciet. Pulchrè autem vinum aparachyton hoc est cui marina non addita est, calidũ chalcitidi & cadmiæ affundit, vt qui chalcitidis acrimoniam caloris ipsius beneficio auferre studeat.

Aliud huic proximum insigne pharmacũ scriptum est, ex tot & talibus simplicibus cōpositũ. ℭ Squamæ stomomatis denarij quatuor: æruginis rasæ denariũ pondo duũ, in quibusdam exemplaribus scriptum est denarij pondo vnius: chrysocollæ denariũ pondo quindecim: cerę denariũ pondo xxv, in quibusdam verò exemplaribus nec ceram nec æruginem inuenimus. Læuigatis alijs ceram cum resina modica liquefacito, ne pharmacum durescat: vbi commiscueris, vtitor: desuper autem spongiam aceto expressam imponito. Demetrius Bithynus aiebat ipsam chrysocollam solam calente admodum cera exceptam se vsurpare. Ostendit item Heraclides hoc in medicamine resinam non primo vsu eiusmodi pharmacis misceri, sed vt lentorem quendam ad emplastri spissitudinem conciliandam ipsis exhibeat, præsertim cum cera nec natura pinguis, nec recens, sed dura atq; arida fuerit: & quidem stomomatis squama præterquã quòd adstringendi vim habet, etiam validè exiccat. Demetrium autem Bithynum dixit chrysocolla sola cera excepta vti, quod nimirum rectè faciēs Demetrius in hunc modum vsurpauit: quemadmodum ego quoq; sępe non chrysocollam duntaxat, sed alia quoq; singula ipsa per se molli cera resoluens ad huiusmodi vtor. Nemini verò dubium est me alia singula dixisse, nimirum ea, quæ id genus vlceribus prodesse suprà recensui: & terere in singulis, quæ curo, ægrè sanabilibus vlceribus talia medicamenta cum cera componentem. Interdum enim chrysocollam cera excipio, non nunquam æs combustum, vel squamam, eam'q; vel stomomatis, vel ferri, vel æris: interim æruginem viuam, vel combustam, sicut etiam misy & chalcitidem. Aliquando ex austeris aliquid miscemus, quorum suprà meminimus, quoties id quod influit, repellere conamur: ex quorum numero est alumen, malicorium, galla, cytini, balaustium, alia'q; his similia. Itaq; fide mihi adhibita nullum hactenus cōmemoratum medicamen repudiandum esse, exercete vsus eorum methodum, qua voti compotes fiatis, quemadmodum ego. Cæterũ cùm alia quoq; duo haudquaquã contemnenda medicamina deinceps à Tarentino scripta sint, non ab re mihi visum est ea quoq; addidisse. Eorum itaque prius sic tradidit. ℭ Squamę denariũ pondo quatuor, mannę denariũ pōdo quatuor, aluminis scissi denariũ pondo duũ, misyos denariũ pondo duũ: trita ex aceto in pastillos digerito, quin singuli pendant denarios duos, & reponito. Cùm vsus poscet, cerę denariũ pondo quatuor, resinę pityinę denariûm pondo duũ, seui taurini denariũ pondo quatuor: liquata refrigerare sinito, pistillo'q; misceto: vtitor ad vulnera tanquã glutinatorio, & quod inflãmationem arceat. Hęc quidem Tarentinus. Nos verò sic tēperato ad vlcera cōmodè vsurpari dicimus, verùm ad cacoethe tale ceratum miscendum non est, quippe cera sola, veluti in prioribus declaratum est, hîc sufficit. Ac si ex mollicinis quippiam miscere oportebit, id exiguum myrteum, vel cyprinum, vel rosaceum esto. Nihil item lędes, si resinam laricem appellatam adiungas: nec si terebinthinam, quę licet minus idonea sit aduersus hoc genus vlcera, non tamen reijcienda est. Alias vero resinas nisi prędictarum magna sit inopia, miscere non oportet. Sic de seuo intelligendum venit: neque enim hoc apponere debemus, nisi vlceris oras emollire cupiamus. Porrò quod taurinum pingue

inter

* Aliter unius & s.

* Aliter xxv.

*· Al. τετάσθαι i. extendere.

* Aliter xl.

A inter alia omnia, quæ mansuetorum animantium sunt, maximè siccet, non semel audiuistis: quip
pe superat ipsum subtilitate, tum leonis, tum pardi, tum hyænæ adeps. Potius igitur est, vbi adipē
miscere oportet, anserinum indere, vel magis anserum in pascuis degētium, satis enim est tenuis,
& mitigans. Iā cùm adhuc restet medicamentum superiori proximum, in quo disciplinæ prin
cipium fecit, ita fatus Heraclides, Ipoterion quasi dicas expressionum, pręsertim ad teneros: quo-
niam alterius tum materię, tum virtutis, quam diximus conuenire ijs, qui valida medicamenta nō
sustinent, sed mordentur, exagitantur, & fluxionem acquirunt: sermonem de eo differemus, cùm
de id genus medicamentis agemus, exponendum. Nunc ad similia præscriptis descendam, tantū
insuper de ijs apponens, quòd etiam altero libro, quem Stratiotem hoc est militem, Heraclides in
scripsit, eadem pharmaca repetijt, in tertio sibi ipsi duntaxat dissentiens. Hic enim simpliciter scri-
psit, ceræ denariûm pondo quadraginta. verùm in Stratiote, appositum est, alij denarium pondo
sedecim. atq; hoc rectius est, quia multa cerę mistura medicamenti vim minuit. Præterea in libris
quos ad Antiochidem scripsit, horum ipsorum medicaminum meminit Heraclides, atque in pri-
mis primi, quemadmodum in his, ita in illis quoq;, commentatus. *Ad nimis quàm Inueterata & Cal
losa hoc Veteris.* Squamæ parte vna, æruginis in quibusdam exemplaribus punctis distinctum. Δ.
B scriptum est: in alijs lineam suprascriptam habet oblongam Δ', vt vel quatuor partes, vel vnius
quartam partem significet. Itidem in prædictis exemplaribus variè ipsum scriptum inueni. Qua
re in hoc quoq; vtilitas propositi operis est, vt pharmacorum differentias possis pernoscere, nam
solus ipsis rectè vti possis. Hoc igitur ipsum medicamen quod propositum est, si quatuor ærugi-
nis portiones capiat, admodum acre futurum est. At si quartam æruginis partē inijcias vni squa-
mæ portiunculæ, mediocre pharmacum habebis, puta ad maligna: potissimum q; si non ex sola
cera, sed cerato ipsas temperes. Prædiximus ceram, & mollem & nouam esse oportere: si talis nō
sit, apud ignem paratum, calefaciendam, vel in Sole, & cum myrtei pauxillo emolliendam: ita q;
æruginem & squamam ei commiscendam. Ostendimus quoq; in huius commentarij principio
optimum hoc esse pharmacum, ex squama & ærugine confectum, si cera quadrupla adiecta sit.
Atque ob id frequenter ipso vtor, cum æris combusti æquali pondere, plurimum admisto. Ap-
posuit autem medicaminis huius vsui in libro, quem ad Antiochidem Tarentinus ædidit, ea quæ
suis commentarijs suprà nominatis omisit. Vniuersam igitur ipsius seriem orationis adducam:
habet autem in hunc modum. ℭ *Ad Vetera quidem admodum & Callosa hoc Veteris.* Squamæ parte
vna, æruginis quarta: hæc læuigata, myrteo cerato duro, quod octo partes contineat, excipiuntur,
C vsui que sunt, sed prius aqua frigida vlcus eluitur. Apposuit præterea elui oportere vlcus aqua fri
gida. Modò producam quæ ex Andromachi pharmacis eadem promittentibus omiserā. An-
tea nanq; emplastra dūtaxat retuli: quæ verò medicamenta ex pastillis præparata, ceratis admistis
dum vsus postulat, ægrè sanabilium vlcerum epulotica hoc est ad cicatricem ducendam apta, esse
dicit, vel quæ sicca insperguntur, ea in præsentiarum subiungam, ab illo quod inter arida iuxta fi-
nem scribitur, exorsus.

Sicca Andromachi. Aristum Cicatricem ducens. CAP. 8.

OSsiûm combustorum denariûm pondo duū, mannæ denarij pondo vnius: cadmiæ obolo- * Al. ostreorū.
rum pondo quatuor, aliàs denariū pondo quatuor. Tritis vtitor etiā ad nomas. ℭ *Aliud
aridum, ad idem.* Piceæ corticis denariûm pondo sex, aristolochiæ, denariûm pondo sex, pumicis de
nariûm pondo quatuor, resinæ siccę denariûm pondo quatuor, mannæ denariûm pondo sex, cla
rum est, colophoniā ipsum dicere: iridis illyricę denariū pondo duū. Lęuigatis vtitor. ℭ *Aliud
Cicatricem ducens, etiam malignis.* Picęę corticis denariûm pondo sex, cornu ceruini combusti dena-
riûm pondo quatuor, cadmiæ denariûm pondo octodecim, mannę denariûm pondo quatuor, * Al. cerussę.
æruginis rasę denariûm pondo duū. Tritis vtitor. *Aliud.* Gallę denariū pondo quatuor, cerussæ
D denariûm pondo octo, myrti denariū pondo quatuor, spumæ argenti denariûm pondo octo, re-
trimenti plumbi denariū pondo quatuor. Tritis vtitor. Horū quatuor medicaminum, primū
simplex est admodum, sine morsu siccans, obscuræ adstrictionis particeps. Secundum ob picee
corticem adiectum, sensibilem adstringendi potentiam obtinet, qualem habere conuenit ea, quæ
cicatricem probè ductura sunt. Tertium non modò corticem picęę sed ęruginem quoq; capiēs,
ijs conducit, quæ sordiciem facilè vlceratis adnascentem fouent: quippe sordes ipsorum tollit, &
cicatricem non impedit. Quartum loco picęę corticis, myrtum habet, alia q; citra mordacitatem
exiccantia. Post hęc, vbi alia tria arida scripserit, quartum ita ad verbum subdit. ℭ *Aliud Ari-
dum ad Excrescentia, Cicatricem ducens sine morsu, Vt Harpocras.* Sandarachę, chrysocollę, arsenici, pares
singulorum portiones. Facit & ad maligniora. Hoc pharmacum nihil cum prioribus similitudi-
nis habet, sed vlceribus propter nimiam humiditatem carne excrescentibus conuenit, vt quæ etiā
repurget. Nam talis potentiæ est sandaracha, & arsenicum, quibus vnum ex ijs, quę mirificè mali-
gna iuuant adiectum est, nempe chrysocolla.

Quæ adscripserit Archigenes. CAP. 9.

QVæ Archigenes de id genus vlceribus in secundo medicamentorum libro scripsit, sic ex
illius dictione ad verbum sonāt. ℭ *De Vlceribus quibus callus obduci non potest, & Veteribus.*

Vlcera vetera ita cicatricem ducent, communi quodam expurgatis oleum vetustissimum cum E linamentis imponitur. Vel ęrugo rasa cum cerato rosaceo, quod paulum resinæ habeat, excepta imponitur. Item squamæ æris rubri quã plurimum cerato myrteo exceptũ, vsurpatur. Vel amyli eloti partes tres, seui vitulini partes tres, ceræ tyrrhenicæ pars vna: liquatis quæ liquari possunt, amylum miscetur, & vsui est. Vel diphrygis & squamæ æris, singulorum denariûm pondo quatuor: mannæ denariũ pondo octo: ex aceto probè læuigentur, dum mellis spissitudo fiat: ceram denarijs trigintaduobus cum olei hemina & s liquefactam superfundito, ac vnita vtitor. Linamẽto excipito vel paucius oleum, & splenion facito. Vel chalcitidis, cerussæ, parem mensuram: salis communis duplam: argenti spumę portionem duplo, quàm salis, maiorem: vino oleo q́ȝ alternis læuigans, vt liparo hoc est pingui, medicamento vtitor. Vel argenti spumæ, cerussæ, diphrygis, æquale pondus: calcis viuæ duplum, cum myrteo cerato vsurpato. Vel diphryges, squamam, gallam, pari mensura: æruginem dimidia, cum cerato myrteo: non nulli & pityinam resinam admiscent. Vel cucumeris agrestis radicem inspergito: desuper verò linamentum filatim excerptum ex frigida repurgat, & cicatricem obducit. ¶ *Ad Vlcera in quocunq; corporis loco, quæ cicatricem ægrè ducunt.* Erysimi semine læuigato, misto q́ȝ, dum sordium habeat speciem, splenij modo imposito, celerrimè vlcera ad cicatricem perueniũt, vel maligna. ¶ *Aliud, Cicatricem inducens senilibus.* Ad F senilia retrimẽto plumbi cum myrteo cerato vtitor: si vetustum ipsum cupias, adipem porcinum addito. Quæ nigricant vlcera, † prius pane hordeaceo fouebis, & pani cocto) butyrũ & cerussam pari pondere diligenter in vnitatem rediges, & vteris.

† *Aliter ubi prius panibus fouebis hordeaceis nuper coctis.*

De Putridis & Nomis. C*AP*. 10.

PVtridis & nomis erui farinam, alumen liquidum, panis similaginei internam micam, porci veteris vel alterius carnem salsam vetustam illotam, terebinthinam liquidam, mel optimum, pari mẽsura: imponito omnia læuigata. Vel aristolochiæ ac cicinorum foliorum succi æquales partes, æruginis dimidiam ex aqua, sed mellis spissitudine illinito, paulum partis incolumis apprehendens. Si crusta non decidat, elaterij, ęruginis, parem modum adijcito. Benè facit ad putredines, sori tritum crassius inspersum, & supra siccum linamentum concerptum. Vel aristolochiã rotundam, & gallam, ęquali põdere ex oleo circumline. Vel cucumeris agrestis radicem, vel brassicę, vel betę, vel lapathi, folijs illigatam, calido cinere recondito. Cùm autem emollita fuerit, contritam imponito: validè purgat. Vel summos germinantis oleę surculos in vino coctos cum melle aspergito: vel chalcitidem inspergito, desuper verò panniculos siccos filatim excerptos accommodato. Elaterium, vel lini semen tritum cum chalcantho imponito. Vel thymo, & G staphide agresti aut satiua, cum ficis coctis aspergito. Vel ficulneis folijs in puluerem redactis cũ melle. Vel nitrum cum cumino. Et farinam cum melle. Vel ficus agrestis radicem cum melle. Vel squillæ coctę ex melle. Vel veratri cum melle. Faciunt itidem hęc ad phagedęnas, nigritias, & nomas. Vel soreos denariûm pondo duodecim, chalcitidis denariûm pondo decem, misyos denariûm pondo quatuor, cum aceto acerrimo tribus cyathis conterito donec inarescant, & excipito: vtere verò specillum ex eis tingens, atq́ȝ in vlcus deuoluẽs: deinde linteolum simplex ex œnelęo madens superimponito. Quòd si phlegmone adest, alterci semen quod hyoscyamon dicitur, cum polenta, vel brassicam cum melle, inspergito. Quibus autẽ vermes adsunt, cerussam & poliũ ęquali pondere cum pice liquida inungito.

De Vlceribus Cancrosis. C*AP*. 11.

CAncrosis & malignis vlceribus cancri fluuiatilis combusti, cadmię, pares portiones tritas inspergito. Aut cinerem cancrorum cum cerato imponito. Aut erysimi semen læuissimum ex melle fęculentum faciens, splenij modo imponito. Summè facit ad chironia, & vetusta, & cicatricem ęgrè ducentia: item ad contumaces & malignas nigritias tibiarum, & quę in mammillis sunt: strumas, ac parotidas extrahit, si inspergas seui bubuli pondo libras tres (vt quidam aiunt, H quinq́ȝ) terebinthinę pondo vncias quinq́ȝ, mannę pondo semunciã, terrę sardę dictę, qua tinctores vtuntur, pondo vncias quinque: quę liquari possunt, aridis misceto, ac in vnũ coactis vtitor. Aut lentem coctam cum melle, aut oleę virentis surculos, aut vtrunq́ȝ, inspergito. A 14. f. 3. t. 2. c 18. fol. 460. c

De Vlceribus Callosis. C*AP*. 12.

IN ijs quę callum contraxerunt, & pretumidas oras ac duras habent, dulcia q́ȝ vocantur vlcera, communiter quidem per experientiam bene facient vrentia, propriè verò litrum torrefactũ. Calcem viuam cum vrina pueri incorrupti circũlinito: aut ęruginem, thus, salem, mel inungito.

De Emplastris, quæ Asclepiades ad Huiusmodi Vlcera conscripsit. C*AP*. 13.

PRæstantissima de id genus vlceribus Asclepiades tradidit cognomento Pharmacion. Cũ.n. vnum sit omnibus ipsis cõmune, nempe vt difficulter ad cicatricem veniant: quedã, ꝙ malè curantur, vel molliusculo victu à medico reguntur, cicatricem non ducunt, nullam de se malignitatem habentia: quędam verò suo vitio ęgrè sanantur, vel ꝙ praui humores ipsis influant, vel ꝙ exulcerata pars talem iam affectum habuerit, vt quãuis probus qui influit sanguis existat, ipsum corrũpat. Asclepiades igitur eiusmodi vlcera tribus distinguẽs generibus, de singulis propriũ sermonem instituit, quę ego quoque illius verbis deinceps adscribam, enarrans decernens q́ȝ si

ambiguitas

A ambiguitas quæpiam in sermone appareat. Itaq; de primo horum vlcerum ac medicaminum genere ita Asclepiades ad verbum disserit. ℭ *Vbi callum partes contraxerint, & ægri ad cicatricem veniunt, confecturis infra positis vtendum est. Andreæ Emplastrum, omnem Excrescentiam reprimens. Item Vlceribus cruentis ac Vulneribus conuenit, Inflammationem arcet, facit ad Pasta, Sinus iungit. Valet ad Vlcera fluentia, diuturna, & quæ difficiliter cicatricem admittunt.* Argenti spumæ pondo tria squamæ æris, chalcitidis, æruginis rasæ, singulorum vncias tres: aceti heminam, olei veteris pondo libras octo. Præparatur, sicut prædictum est. ℭ *Asteris Medicamentum ad idem accommodatum. Probe autem etiam digerit.* Argenti spumæ pondo libram, olei veteris pondo libras duas s. æruginis pondo vnciam, chalcitidis pōdo vnciam, squamæ rubræ pondo vnciam vnam, aceti heminam. ℭ *Amphionis ad idem.* Argenti spumæ pondo libras duas, olei veteris pondo libras quatuor, chalcitidis pondo vncias nouem, squamæ æris denariûm pondo quatuor, aceti heminam: conficito in eundem modum.

ℭ *Turpiliani quod philosophorum dicitur. Facit ad Vlcera fluida, & diuturna, ægre q; Cicatricem sumentia: Ossa corrupta reducit.* Argenti spumæ pondo libras tres, olei veteris sextarios tres, chalcitidis pōdo libras ij s, æris squamæ denariûm pōdo xxv, aceti heminam. Argenti spumam & oleū vsq; ad consistentiam incoquito: deinde squamam læuissimam factā adijcito, assiduè mouens: ac cum bene B habet, chalcitidem ex aceto tritam paulatim medicamento aliquatenus refrigerato immittito: deinde ponēs supra ignem rursus incoquito, vsq; dum non coinquinet: cū in pilam demissum rursus contuderis ac subegeris, excipito, & ad supradicta vitia vtitor. ℭ *Isis vocatum Emplastrum silluum, ad Fluentia, Diuturna, Maligna valet, ac Vix curabilia, maxime in partibus extremis. Conficiendum est mollius ac tenerius, densatur enim repositum, & siccius euadit.* Ita habet. Argenti spumæ denariûm pondo cētum, minij sinopici denariū pondo octo: diphrygis, ceræ, chalcitidis cōbustæ, singulorum vnciā, in alio exēplari, singulorum pondo denariûm quatuor: chalcitidis crudæ denariûm pondo duū, olei heminas duas. Argenti spuma & oleū coquuntur, dū iterū ac tertio efferuescant: hoc facto, aquæ modicū digitis instillat̄: mox diphryges, chalcitis tosta læuis facta inspergit̄, sub manu aquā instillando, donec non amplius medicamen inter coquendum strepat: vbi constiterit, ceram indito. Adsint autem chalcitis cruda, & minium, ex oleo modico contrita: cū bene habet pharmacū, hæc immittito, continuè mouens: cum rectè se habet, in pilam conijcito, ac rursus tundito, subigito q;: excipiens vtitor. ℭ *Aliud Scribonij Largi Pharmacum accommodatum.* Ceræ denariûm pōdo centum, argenti spumæ denariū pōdo quinquaginta, olei myrtei heminā vnā: misyos combusti, chalcitidis vstæ, aluminis scissi vsti, cerussę, resinę terebinthinę, singulorum denariûm pondo xij: * Aliter l.
C componitur eodem modo. ℭ *Aliud. Compescit in oculis Staphylomata. Valet ad Vlcera curatu difficilia.* Minij sinopici denariûm pondo xv, argenti spumę denariûm pondo cētum, ceræ denariûm pōdo quadraginta, pityinæ denariûm pondo xx, chalcitidis denariûm pondo xxx, salis ammoniaci denariûm pondo vnius, thuris denarij pondo vnius, olei heminam. Præparato, quo dixi, modo.

ℭ *Aliud, vt Aphrodas. Facit item ad Condylomata, & Rhagadas contumaces.* Argenti spumę denariū pondo quadragintaocto, terebinthinę denariûm pondo xxviij: misyos tosti, chalcitidis tostę, singulorum denariûm pondo octo: minij sinopici, chalcāthi, singulorum denariū pondo quatuor: olei veteris heminam, aquæ heminam, cerę denariū pondo quadraginta: ricini pondo libram, alij cyāthi dimidium: sicca ex aqua læuigantur. Atq; de his hactenus. *Al. heminæ.

De Secundo Vix sanabilium Vlcerum genere, de quibus Asclepiades hoc modo scripsit ad verbum.

ℭ *Ad Fluentia Vlcera, & curatu Difficilia confecturis infra scriptis vtemur. Medicamentum ex Chamæleonte, quo vsus est Philoxenus ad Fluentia & Aegrè curabilia Vlcera.* Argenti spumę pondo librā, olei veteris pondo libras duas, chamæleontis radicis pondo trientem, aristolochiæ pondo trientē, chalbani pondo vncias duas, gallæ pondo vncias duas, thuris pondo vncias duas: cōficito, sicut prius.

ℭ *Aliud, quod Thebano adscribitur.* Argenti spumæ pondo libram, olei veteris sextarium vnum, D chalcanthi denariûm pondo vigintiquatuor, chamæleontis denariûm pondo xij, aristolochiæ tantundem, chalbani denariûm pondo octo, thuris denariûm pondo octo: componito similiter.

ℭ *Aliud ex Arundinibus, ad Fluentia, & Chronica Vlcera, item ad cuiuslibet Serpentis ictum.* Argenti spumę pondo libram, olei veteris pondo libras duas: chamæleontis nigri radicis, aristolochiæ, gallarum immaturarum, singulorum pondo denariûm quatuor: chalbani, guttæ ammoniaci, thuris, singulorum pondo vncias ij: prępara mouens radicibus arundinū viridiū. ℭ *Aliud Casiti nominatum Gangrænicum, Pharmacum accommodatum.* Argenti spumæ denariûm pondo centumuiginti, olei sextarios duos & dimidium, chamæleontis nigri radicis denariûm pondo sedecim, aceti sextarios duos & dimidium, æruginis denariûm pondo octo, piceę corticis denariûm pōdo octo, myrrhæ denariûm pondo quatuor: præparato sicut priora. ℭ *Nigrum ex Pyrite lapide vocatum, quod ad Damonicum refertur. Valet ad Fluentia, Difficilia curatu, & Phagedænica Vlcera. Facit item ad Fistulas impositum, emollit que omnem Duritiam.* Argenti spumæ, bituminis, singulorum denariûm pondo centûm: picis, ceræ, singulorum denariûm pondo octo: pyritis, terebinthinæ, vtriusq; denariū pōdo xxv: propolis, aluminis scissi, singulorum denariûm pondo quindecim: ammoniaci thymiamatis drach. xij: chalbani, aloes, vtriusq; drach. viij: æruginis, mānę, vtriusq; drac. v: olei veteris sextarios duos. Argenti spuma cum oleo incoquitur, donec coiuerint: mox bitumen, pix, cera, resina, *Aliter xx. *Aliter l.

propolis inijcitur: quibus liquefactis refrigeratis q; ærugo & lapis pyrites immittitur, deinde ammoniacum: cùm cacabus ab igne sublatus modicè refrixerit, alumen, chalbanum, manna q; inditur: & mediocriter cocta in frigidam demittuntur, ac diem noctem q; linuntur. Subactis vtitor. E

¶ *Aliud. Facit ad Curatu difficilia.* Picis, ceræ, pyritæ, singulorum pondo denariũ duodecim: guttę ammoniaci denariûm pondo decem, bituminis denariûm pondo quinquaginta, argenti spumę denariûm pondo quadraginta, propolis denariûm pondo octo, scissilis denariûm pondo quinq;, æruginis denariûm pondo duũ, olei sextarium. ¶ *Aliud Nigrum ex Salicibus ad idem.* Misyos peregrini, aluminis rotundi, chalcitidis, cretæ sutoriæ quæ melanteria Græcis dr̃, æruginis rasæ, aluminis scissilis, gallarum immaturarum, cerussæ, singulorum pondo selibram: ceræ, resinæ siccæ, picis brutiæ, bituminis, singulorum pondo libras duas: aceti acris sextarij dimidium, olei omphacini pondo libras duas, salicis surculorum tenerorum foliorum pondo libras duas. Folia salicis in acetum mittito, igni q; supraposita coquito mouens sine requie, dum tertia liquoris pars relicta fuerit: sicca verò tundito, & cribro tenuissimo secernito: deinde in mortarium coniecta his humorem expressum adijcito, terito q; diligenter, tanq; cephalica medicamina. Quæ autẽ liquefieri possunt, vsq; dum non coinquinent, coquito: posteaq; refrigerata raseris, læuigatis immisceto: ac in pilam coniecta excipiens vtitor. ¶ *Indum Tharsei Chirurgi, ad eadem.* Cerę, resinæ frictę, picis ari- F dæ, bituminis liquidi zacynthij, singulorum pondo libras duas: cerussæ, æruginis, chalcitidis, misyos peregrini, melanteriæ, aluminis & scissilis & rotundi, gallæ omphacitidis hoc est immaturæ, malicorij, thuris, singulorum pondo selibram: aceti, quantum sufficit. Quæ liquantur eò spissitudinis, vt non inquinent, coquito: sicca tundito, tenuissimo cribro cernito, aceto perfundito, & liquabilibus excipito. ¶ *Aliud Cyzicenum. Facit ad Diuturnos affectus, & Neruos præcisos.* Thuris quã optimi, ceræ, myrrhæ, aristolochiæ, chalcitidis, illyricæ, chalbani, singulorũ pondo denarium quatuor: terebinthinæ, argenti spumę, singulorum denariûm pondo octo: olei heminam. Oĩa in vas æreum conijcito: super cinerem molliusculum coquito mouens, donec in frigidam descendens mellis habeat spissitudinem: deinde tollito mouens. Hoc in pelliculam illitum imponito, & soluito hyeme post septimũ diem, æstate à quinto. ¶ *Aliud ex collectaneis Philoxeni.* Thuris, myrrhæ, croci, illyricæ, bdellij, squamæ æris, {chalcanthi,} chalcitidis, aluminis rotũdi, & fissi, misyos peregrini, guttæ ammoniaci, propolis, visci quercini, opopanacis, malicorij inclusi, singulorũ denarium pondo iiij: aristolochiæ denariûm pondo octo: ceræ denariũ pondo centum, quod minã inscribit: seui taurini denariûm pondo centum: resinæ terebinthinæ denariûm pōdo lxxv, quod græcè triatettara nuncupat. Resina in ollam fictilem nouam coniecta coquatur, donec odorem G amittat: deinde seuũ & cera purgata adijciantur, liquentur q;: sicca tundantur, & tenuissimo cribro incernantur. Deinde ab igne deposita, quæ liquefacta sunt, aliquandiu refrigerari permittantur: quibus sicca inspergito, curiosè mouens: myrrham verò, thus, bdellium, opopanacem, ex aceto trita ea habere oportet: quibus ea, quæ in olla sunt, immittenda, terenda q;, ne in grumos ceræ modo coeant. Cum bene habuerit pharmacum, pyxide lignea irino prius illita reponito.

In impressis græcis legitur ..., in antiqs ...

De Tertio genere Vlcerum, quæ Vix ad sanitatem perueniunt, Asclepiades hæc ad verbum scripsit.

¶ *Ad Vlcera quæ nequaquam coeunt: aut si coeunt, rursus soluuntur, vel carne corrupta, vel etiam ossibus subiectis labefactatis: huiusmodi confecturis vtendum est. Ad Chironia, & quæ Difficilem curationem habent, Medicamentum confectum.* Squamæ æris, æruginis rasæ, singulorum pondo vnciam, ceræ pondo selibram, resinæ laricis pondo vnciam s. Quę liquantur, aridis misceto, excipito q;, ac vtitor curiosè subigens, latiusculum ceratum soli affectæ parti inijciens, vt vlcus tantum comprehendat: ambientes verò particulas medicamine, quod phlegmonen propellit, cicundare oportet: tertio curationis die vlcus soluere, dein fomentis lenire, ipsum q; ceratum ablutum emollire, ac rursus imponere, donec cicatrix appareat. ¶ *Aliud accommodatum.* Æruginis, squamæ æris, singulorum pondo vncias duas: diphrygis pondo vnciam vnam, ceræ pondo libram, laricis pondo vncias H tres: præparato, ac vtitor, sicut prædictum est. Post hæc de medicamentis, quę nominantur Cephalica idest capiti accommodata, sic ad verbum Asclepiades tradidit. ¶ *Deileontis Cephalicum ad Diuturna, & quæ difficulter sanantur. Ossa corrupta educit.* Æris squamę, mannę thuris, resinæ siccæ, singulorũ denariûm pōdo centũ: aceti heminas xij. Terito squamam ex aceto, & cum læuis facta fuerit, thus in minutissimum puluerem redactum adijcito, & resinam: pastillos fingito, quos in vmbra desiccabis. In vsu, cùm callum auferre conaris, medicamenti partem vnam, cerati ex rosaceo confecti æqualem sumito. In alijs verò sit medicamenti portio vna, cerati partes tres vel quatuor: nam temperamentum subiectis affectibus conuenire oportet. ¶ *Cephalicum Melanchloron idest ex nigro viride, quo vsus est Tryphon Archæus. Facit ad Diuturna, & Vix sanabilia. Ossa corrupta reducit.* Æris squamæ pondo denariûm xij: mannæ thuris, guttę ammoniaci, resinæ pityinę siccę, seui vitulini curati, resinę terebinthinę, singulorum pondo denariûm sedecim: cerę, olei, vtriusq; quartam minæ partem: aceti heminam: conficito ad modum prædictum. *Philotæ Cephalicum, ad Diutina, Difficilia q; sanatu. Ossa corrupta reducit, & Callos consumit.* Terrę erethriadis denariûm pondo centum, ęris squamæ denariûm pondo quinquaginta, ichthyocollę denariûm pōdo xxv, aceti heminas duodecim. Ichthyocollam minutim cõtusam in vas vitreum conijcere oportet, acetum affundere,

Alit. uino.

A dere,vt irrigetur,dissolutam medicamini præparato immittere: vbi miscuerimus, pastillos efformare: vsus indicatus est. ℭ *Dionisii Samij.* Terræ crethriadis pondo minam,æris squamę pondo minę dimidium,ichthyocollæ quartā partē,thuris octauam,æruginis rasę octauā,myrrhę decimā sextā,aceti cōgios duos. Cōponito sub ęstu caniculę,in Sole oia cū aceto simul terēs: ichthyocollā verò tenuē faciens aceto modico in vase vitreo imbuito: deinde cum miscueris ijs, quę sunt in mortario,pastillos fingito quatuor singulos denariorū,quosdā octo, & desiccato. Vbi vtendum erit,medicamenti partem vnam cū tribus cerati ex rosaceo confecti sumito, splenijs lanam succidā aceto madentem superdato, fistulis pharmaci partem vnam, cerati rosacei duas, collyria faciens imponito. ℭ *Emplastrum Dia botanon hoc est ex herbis, vt Lucius præceptor conficiebat.* Anagallidis flore cœruleo denariûm pondo quinquagintasex, papaueris agrestis denariûm pondo quinquagintasex: hyoscyami viridis foliorū,& porrorum viridium, singulorum denariū pondo quinquagintasex: squamæ ęris denariū pondo xxv,mannę denariûm pondo xx, resinę pityinę siccę denariûm pondo sedecim,aloes denariū pondo sex,aluminis scissilis denariûm pondo quatuor,rotundi tantundem,salis ammoniaci denariū pondo quatuor,cerę pondo minam,olei veteris heminas duas,aceti quantum satis est. Herbis diligenter contusis,aceto q́; solutis,humorem ad medicamē-
B ti confecturam exprimito. ℭ *Isis Cephalica id est capiti accommodata, ad Chironia, & Curatu difficilia. Est item Cruentis idoneum,quod Græci enæmon appellant.* Cerę denariûm pondo cētum, resinę colophoniacę denariū pondo ducentûm: guttę ammoniaci,squamę ęris,thuris combusti, aristolochię tenuis,ęruginis,salis ammoniaci,singulorū denariū pōdo octo: chalbani,mannę,myrrhę,aloes singulorum pondo denariûm xij: aluminis rotundi denariū pondo sex,olei veteris heminam, aceti quantum sufficit. Præparato ac vtitor interim mero,interim diluto medicamine.

De scriptis ab Hera vtilibus Emplastris ad Vix sanabilia Vlcera. CAP. 14.

ALia sanè quędam emplastra vsus multiplicis tradidit, quę vlceribus quoq; ęgrè cicatricem ducentibus & malignis esse accommodata affirmat. Vnius verò propriè ad ea sola conducentis meminit, sic ferè de ipso scribēs ad verbum. ℭ *Emplastrum ipsius Hygini ad multa vtile, boni coloris: Facit bene Vlceribus,quæ ad cicatricem ægre perueniūt: item ad Paronychia,quo nullum extat præstātius.*

A.1.4.f.4.t.4. c.10.t.474.c

Argenti spumę chrysitidis pondo minam,cerę pondo minā, chamęleontis nigri radicis denariū pondo xxxvj, ęruginis rasę denariū pondo xviij, chrysocollę denariū pondo xxxx, olei heminas tres. Argenti spumam cum oleo leni igne coquito,donec inferuescere incipiat: deinde cū ab igne deposueris, ęruginem inspergito: iterum coquens moueto,quousq; colorē proprium receperit:
C mox ceram indito,cùm bene medicamentum habet, chrysocollā, & chamęleontem: in mortariū dimissis acetū instillato. Valet ad cadē chrysocolla etiam contenta,quanq; & sine hac longè mitigantissimum est, summe q́; iuuat neruorum punctus, item cū à neruis vel musculis eluere quid oportet. Ac rectè fecit Heras,ad finē sermonis de emplastro, scribens chrysocolla addita nō esse mitigatorium,seu leniens: quippe adstringens aliquid pharmacum hoc continet,at quę ob dolorem videlicet mitigantur,relaxantibus indigēt. Nam in hoc solum accidens mitigari postulat, & subinde mitigantia dolorificum ipsum affectū offendunt. Verū vehementiori malo succurrētes, dolorē primo lenimus,deinde sic ad ea,quæ morbum curare possunt,accedimus. Itaq; Chrysocolla,sicut & prius dictum est,medicamen est ex ijs,quæ ad vlcera vix curabilia mirificè faciunt,quēadmodum pleraq; alia,quæ pręterq; q̄ vehementer siccant,ēt non nihil adstringunt. Porrò nullū huiusmodi medicamentum est mitigatorium. Quoniam verò minæ,& heminę meminit,spumę argēti minam vnam inijcere præcipiens,olei heminam (dictū nanq; mihi est etiā in superioribus commentarijs,non nullos viginti vncijs,quosdam sedecim, minam æstimare, vt heminam alios vncijs nouem,alios duodecim) distinguenda quoque hęc veniunt. Sumetur autem distinctio ab ijs,quæ pharmacum promittit,& metallicorum quantitate. Etenim propter pollicitationem co-
D qui affatim postulat,eo q́; plus olei accipere: ob metallicorum autem mistionem, quæ non pauca sunt,oleosam humiditatem exigit. Cùm igitur nec pingue,nec medullam, nec resinam liquidam capiat,oleum augere ratio est. Itaq; si minam ceu viginti vncijs ęstimemus,olei certè tres heminas infundemus,singulas vnciarum xij: sin autem sedecim reputauerimus, olei heminam ceu vnciarum nouem licet immittere. Potest etiam addi,si vncias duodecim pendat,propter coctionē diutius celebrandam: nam id talibus medicamentis est vtilissimum vel metallicorum causa, quorum non mediocris copia existit. Si enim chamæleontis denarios trigintasex adnumeres,ęruginis quidem octodecim,chrysocollæ quadraginta denarijs, fient vniuersi nonagintaquatuor, qui & ipsi copiosi olei misturam requirunt,maximè cùm ceræ denarios simul centū addi præcipiat,omnino enim vel sic multo oleo erit opus. Hoc igitur emplastrum Heras conscripsit, adfirmans vlceribus ægrè cicatricem contrahentibus ex vsu esse. Alijs verò vsus multiplicis eodem in libro scriptis,post multa ipsorum opera subdidit: *Cicatricem ægrè sumentibus, vel Malignis quoque, vel Chironiis idonea.* Nam & Aribarzanion ab ipso dictum commendat aduersus maligna, pascentia, & difficilia curatu: Item Isim vt gangrænas coercentem. Deinde tertium his verbis auspicatur: *Boni coloris, Cruentis idoneum, Cicatricem inducens.* Quod chironiis simul auxiliari dicit: Insuper quartum, cui nomen indidit,Panacea: ad hęc quintum, Icesiam. De emplastris igitur, vario vsui accommo-

datis sequenti libro disputabimus, vbi simul ea quę Heras cõmendauit, adscribentur: Hic autem E quæ vix sanabilibus (chironia non nulli vocant) medentur, longo vsu tum à præceptoribus nostris, tum à nobis ipsis explorata: quorũ non nulla ab antiquioribus quoq; viris præclaris approbata sunt, quemadmodum & illud, quod in libro, cui titulus est Mantiæ pharmacopola de re medica, scriptũ inuenio. Verba ipsius ita sonant. ℭ *Aeruginosum Mantiæ.* Æris vsti, † põdo minas quatuor, resinę pityinę siccę denariûm pondo octo, cerę denariûm pondo octo, ęruginis denariũ pondo x, olei heminam, terrę cimolię denariûm pondo iiij, thuris denariûm pondo quatuor, squamę ęris denariûm pondo quatuor. Sicca læuigata in mortario finito, ceram liquefactam cum oleo tritis superfundito, finito q; pauxillo tempore combibere, aceti heminam addito: per triduum terito, quantum aceti excipiatur, immittens, vt liquidi cerati fiat spissitudo. Vtitor ad omne vulnus & ad vetera & vix ad cicatricem venientia vlcera, & quæcunq; cancrosa sunt, cum panniculis filatim cõcerptis: supra splenium vero lanam succidam vino oleo q; madẽtem leuiter alligare oportet, biduo per æstatem soluere, hyeme triduo, ac vlcera tepente aqua abluere, in profundis vulneribus ipsas oras leuiter linamentis intercipere: quippe medicamen linamento excipi aptum est, & pus mouet. Hac ratione pura fient vlcera, & crusta excidet, ceram miscendo æqualem ærugini ad cicatricem perueniet. Exterit & carbunculos citra dolorem, omne q; pascens malignum sistit, F persanat q;. Vtitor quoq; ad herpetas, & vngues putridos: similiter aũt & ad omnia vino & oleo vtendum est cum lana. Præterea dentes erosos medicamine repleto. ℭ † *Bonum nostrum.* Ceræ, picis, bituminis, singulorum pondo libram: mannæ, ęruginis, cerussę, singulorum pondo selibram: malicorij, gallę, spinæ ægyptiæ, iridis illyricę, aristolochię rotundę, chalcanthi, singulorum pondo trientem, hoc est vncias quatuor: aristolochię verò longę, & ęris combusti, vtriusq; pondo sextantem, hoc est vncias duas. Sicca ex aceto pluribus diebus terito, vt etiam prius ostensum est: ijs probè elaboratis, quæ liquari possunt, cum oleo liquatis, heminam ipsis superfundito, mannam inspergens: vbi liquefacta frigefeceris, & derasceris, aridis ex aceto læuigatis sic admisceto, vt ne inter fundendum grumos ceræ modo facias, id'que potissimum ambiente nos aere frigido.

† Al. denariũ pondo.

*

† In antiquis græcis non nullis additur, contitum Galeni.

ℭ *Aliud nostrum.* Bituminis, aluminis liquidi, singulorum pondo libram: picis, resinæ pityinæ, ceræ, pondo libras duas: aristolochiæ rotundæ, gallę, spinæ ęgyptiæ, singulorum pondo vncias octo: malicorij, ęris vsti, mannæ, aristolochię longę, singulorum pondo vncias quatuor: olei ricinini, aut veteris, si illud non adsit, pondo libras duas, quarum singulę vncias duodecim contineant, vt omnes simul vnciæ collectæ sint vigintiquatuor. Pręparato hoc quoque eodem modo cum prędicto, metallica ex aceto teruntur, deinde sicca adijciuntur, rursus'que lęuigantur: postea G cum luti spissitudinem habuerint, liquata miscentur, vt prędiximus. *Aliud.* Bituminis, resinę terebinthinæ, picis brutiæ, singulorum pondo: olei denariûm pondo vigintiquatuor: argenti spumę, cerussæ, mannæ, æruginis, squamæ, opopanacis, singulorum pares portiones denarijs olei vigintiquatuor: ladani pondo vncias duas, quæ valent denarijs sedecim: aceti heminas duas. Hoc quoq; pharmacum perinde ac superiora duo, conficitur. *Aliud.* Chrysocollæ, squamæ, stomomatis, singulorum denariûm pondo quatuor: æruginis, & chalcanthi, vtriusq; dimidium, hoc est singulorum pondo denariũ duũ: ceræ denariûm pondo vigintiquinque, hoc est vncias tres, & denarium vnum: resinæ terebinthinæ pondo vncias duas, hoc est denarios sedecim. Ceram cum terebinthina liquefacito, deinde alijs admisceto, bifariam medicamentum conficiens, interim vt prius citata aceto conterens arida, interim sine hoc curiosè læuigata liquefactis misceto. Esto autem terebinthina liquidior, sicut plerũq; larix appellata. In summa, omnibus his pharmacis, quæ chironijs conuenire palàm est, laricem resinam si loco terebinthinæ misceas, non peccabis.

Aliud. Ceræ pondo vncias tres, hoc est denariûm pondo vigintiquatuor: æris vsti, squamæ, æruginis, singulorum pondo denariûm duũ, vt trium horum simul denarij sex existant. Cera esto pinguis, vt quæ cum rosaceo vel myrteo modico emolliatur. Arida probè læuigata excipiátur, H quemadmodum in omnibus medicamentis, quę ad chironia parantur, vehementer est necessarium. Quin etiam vbi sicca ceræ fuerint admista, melius est ea diu in mortario contundere. *Aliud.* Ceræ pondo vncias sex: æruginis partem sextam, quæ est vncia vna: ęris combusti, resinæ laricis, singulorum pondo denariũ trium, vt ambo simul habeant denarios sex. Cera pinguis esto: in'q; aquam calentem proiecta, quò mollior fiat, manibus subigatur, æruginem & æs in eam recipiendo, postea contundendo in pila, vbi resinæ quoque mistio paulatim instillando fiet. *Aliud.* Cadmiæ pondo vncias tres, dimidio chalcitidis ponderi misceto, quod est vnciæ semissi. Tritis probè vinum austerum affundito, & rursus læuigato: vbi mellis consistentiam habuerit, ceratum, ex cera, & resina fricta, compositum immittito. Sint autem cuiusque pares portiones vnius vnciæ, vt ambæ duas vncias efficiant, myrtei liquefacti pauxillum adijcito. *Aliud.* Olei veteris, vel ricinini heminam: ceræ, picis, bituminis, singulorum pondo: mannæ, æruginis, cerussæ, dimidio minus, quàm in prædictis, quod est cuiusq; selibram: malicorij, gallæ, spinæ ægyptiæ, iridis, aristolochiæ rotundæ, chalcanthi, singulorum trientem, qui valet vncias quatuor: æris combusti, aristolochiæ longæ, cuiusq; sextantem, qui pendit vncias duas. Quæ liquantur, aridis antea ex aceto læuigatis commiscebis, vt prædictum est. *Aliud.* Cadmiæ, chalcitidis, singulorum pondo denariûm quadraginta.

A quadraginta. Ex vino tritis pluribus diebus, ceratum quod ex oleo & cera constat, immittes. Sint
aũt olei libræ duæ, ceræ denarij ducenti. At satius est hoc minori symmetria conficere, Cadmiæ,
& chalcitidis, singulorum denariũm pondo decem, ceræ & olei, cuiusq; denarios quinquaginta,
inijciendo. *Aliud.* Cadmiæ combustæ, chalcitidis vstæ, terebinthinæ, ceræ, singulorum parem
mensuram. Arida ex vino conteres. ℭ *Aliud ex Ricino.* Æruginis denarij pondo vnius, alumi-
nis liquidi pondo libram: malicorij, æris combusti, mannæ, singulorum trientem, qui valet vn-
cijs quatuor: gallæ duplum adijcias, quod est vncias octo: picis, pityinæ, singulorum põdo libras
duas: bituminis dimidio minus, hoc est pondo vnũ: cui aluminis liquidi ẽt indideris, aristolochiæ
rotundæ, & gallæ, singulorum pondo vncias octo: longæ aristolochiæ dimidium, hoc est vncias
quatuor: olei ricinini põdo libras duas. Metallica ex aceto cõteruntur, vt in superioribus. *Aliud.*
Ceræ põdo vnciæ tres: æris cõbusti, squamæ, æruginis, singulorum pondo duo. Ceram prius in
aqua calente calefacies: manibus rosaceũ admiscens emollies: deinde arida excepta in mortario cõ
tundes diutius, vt verè omnium fiat vnitas. Tertio quarto'ue die hoc & alia huiusmodi omnia sol
uito, spongiã extrinsecus ex aqua vel posca imponens. *Aliud.* Ceræ pondo vncias sex: resinæ
laricis eius dimidium, hoc est vncias tres: æruginis triplo minus, q̃ laricis fuit, hoc est vnciã: picis
B brutiæ pondo denariũ trium, chalcitidis vstæ similiter denariũ pondo trium. Conficito & hoc vt
prædictum. *Aliud.* Æris combusti, squamæ, æruginis, parem cuiusq; mensurã: ceræ sesquplam
misceto. Ceram, vt prędictum est, calente prius aqua madidam subigito: ac interea dum hoc agis,
vel rosaceum, vel myrteum adijcito: deinde in pilam immittito. Præstat autẽ trium pondo ceram
æqualem miscere quàm recentissimam, mollissimam, pinguissimam, ne multo humore oleoso in
digeas. *Aliud.* Æruginis, terebinthinæ, pares vtriusq; partes: ceræ triplo plures: aluminis scis-
silis, cadmiæ, squamæ, singulorum quadruplum, vt ęruginis pars vna sit, item terebinthinæ vna,
cerę tres: squamę, cadmię, aluminis scissilis, vniuscuiusq; quatuor. Vbi arida contuderis, cribraue
ris, in puluerem exactè redegeris, in mortarium coniectam ceram & terebinthinam contundito,
sicca aspergens, pistillum myrteo vel rosaceo madefaciens in aere calido, nã in hoc facilè tunden-
tur, maximè si id æstiuo Sole fiat. Vsus est is, qui aliorũ quoq;, nimirũ vlcere prius deterso aphro-
litro, & postea eloto per melicratum, tũ per spongiã probè purgato, vt madoris sit expers: deinde
super id platysmate hoc est latiore linteo, cui emplastrum illitum sit, imposito: postea duplici lina
mento aqua frigida tincto extrinsecus superdato, pręterea noua spõgia molli: & tertio aut quarto
die id resolues. ℭ *Acerum hoc est absque cera, nostrum.* Argẽti spumę pondo libras tres, olei ricinini
C veteris pondo libras quatuor s, aceti quàm acerrimi libras duas: ęris squamę nigrę, chalcitidis,
ęruginis, singulorum pondo vncias duas. Argenti spumam cum oleo prius coquere oportet, do-
nec strigmenti spissitudinem accipiat: deinde metallica pluscùlis diebus ex aceto trita adijcere: at-
que sic incoques, quousq; non coinquinet. Licet ẽt statim ab initio argenti spumam cum oleo &
aceto diligenter mistam coquere: ac vbi semicocta fuerint, squamam, chalcitidem, & ęruginem
immittere. Voco aũt nunc libram olei & aceti Romanam, quę vncias duodecim peculiares cõti-
net. Quin & sex olei libras tribus argenti spumę pondo interdum committo: & nimirum secun-
dum hanc symmetriam diutius incoquuntur. Cùm pręparas & hoc pharmacum, præstat argen-
ti spumam cum solo oleo esse coctam: deinde metallica cum aceto inijci. Vbi verò tria fuerint, cu
iusq; vncias duas dixi immittendas aceti libris duabus, argenti spumæ tribus, olei ricinini veteris
libris sex, vel, vt prius dixi, quatuor s. Hoc medicamentum & fistulas iungit, & callosas iam exic
cat, contrahit, & claudit. At si bona victus ratione vsus quis fuerit, non resoluuntur: plenitudine
verò insigni collecta, periculum est ne pars ex fluxione infestante phlegmone rursus tentetur, &
fistula aperiatur. Et verò inueteratis vlceribus, & dysepulotis hoc est cicatricem ægrè ducẽtibus,
quæ & chironia nominant, non solùm pharmacum impermixtum imponimus, sed ẽt liquefactũ
D oleo veteri, vel ricinino, ac linamento exceptum: etiam si puris vel minimum non dum in vlcere
antea fuerit, concoquit ipsum, & generat, & crassum efficit. Cęterum vlcus triduo solues, si nihil
prohibet. Quòd si stomomatis squama fuerit, pręstat: sin minus eam habeas, nec nigram, cyprij
æris squama inijcietur. Confeci aliquando hoc emplastrum, phrygij quoq; lapidis vncia admista,
interdum etiam chrysocollæ vncia, sicut & amborum nõ nunquam: glutinat & magna vulnera.
ℭ *Aliud ad Teneros & ex ijsdem Vlceribus nimis grauiter conflictantes.* Cerę pondo, rosacei pondo, ce-
russæ pondo vncias octo, salis ammoniaci pondo vncias quatuor, squamę cypriæ pondo vncias
duas, thuris pondo vnciam, calcis viuæ pondo vnciam, aluminis fissilis pondo vnciam, æru-
ginis pondo vnciam, malicorij põdo vnciam. Vsus prædictis idem est. Nouem in prę-
sentia sunt pharmaca citra rosaceum composita, decimum enim illud. Ex nouem
quinque sunt pari pondere, calx viua, malicorium, thus, alumen scissile,
& ærugo. Squamæ duplo maius pondus est, & hãc sal ammonia-
cus duplo exuperat, hunc cerussa, huius sesquipla rursus
cera in libram vnam reducta, quam &
rosaceum habet.

Galeni

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA

LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Continet Multiplicis vſus Emplaſtra, Paſtillos, & Arida.

De Medicamentis Vſui Multiplici accommodatis. CAP. 1.

DE medicamentis Polychreſtis futura hic eſt diſputatio, vocant autem Græci polychreſta, quæ multis affectibus conueniunt. Suntq; non nulla ipſorum non modò ſpecie, ſed etiam genere diuerſa, omnia verò ex contrarijs conſtant medicaminibus, etiam iuxta ſecundas qualitates ac vires, non tantum primas. Patere arbitror cuiuis primas me appellare caliditatem, frigiditatē, ſiccitatem, & humiditatem, atq; ex harum cōiugatione quauis compoſitas: F Secundas verò, quæ ipſas ſequuntur, vt in quinto libro de Simplicibus medicamentis vberius percenſui, oſtendens non nulla non ſolùm compoſita medicamina, ſed ſimplicia quoque, vt naſcuntur, emollire, quædam indurare: quemadmodum alia obſtruere, alia reſerare: alia ſordes gignere, alia abſtergere: alia attenuare, alia craſſitiem admoliri: alia denſare, alia rarefacere: alia carnem inducere, alia repurgare: alia cicatricē ducere, alia exulcerare: alia trahere, alia repellere: aliasq; ſimiles eorum differentias. Porrò dictum mihi eſt & ſuperioribus commentarijs, quæ contrariorum facultate medicaminum neceſſaria eſſet miſtura, cuius etiam nunc paulo pòſt mentionem facturus ſum. Melius enim mihi videtur duo quædam triáue medicamenta celebria, quæ multiplicem vſum exhibeant, præſcribere, deinde compoſitionis ipſorum rationem interpretari. Exordiar autem ab ijs, quæ nemo non nouit, quippe in Heræ libro, cui titulus eſt Nartex id eſt promptuarium medicaminum, prodita, tum apud alios qui libros de medicamentis condiderunt. At quia ſuperiori libro de virtutibus, quæ vlcera dyſepulota hoc eſt vix cicatricem ducentia, curant, verba fecerim, animus eſt nunc quoq; emplaſtra illa multiplicis vſus primum exponere, quæ cauſa malignorum (non nulli chironia nominant) compoſuimus. Alia verò vſus dicta multiplicis, ꝙ multis quidem affectibus alijs conferant, non tamen etiam chironijs, ea rurſus ſeriatim referre propoſuimus. G

Quæ ſcripſerit Heras. CAP. 2.

ITaq; cū opere medicamentorum Heras Cappadox emplaſtrum quoddā ad huiuſcemodi vlcera mirificè faciens tradiderit, inde ſumā exordium, verba ipſius adſcribens, quæ in hunc modū ſonant. ¶*Boni coloris, Cruentis idoneum, Cicatricem ducens. Conglutinat, perfectè implet, atque Cicatricem ducit ſolutum cum cerato, magis q; adhuc circa cicatricem inducendam efficax eſt. Valet etiam ad Chironia Vlcera, aliaq; ſimilia ſummopere. Nam Callos conſumit, deinde genuinam carnem generat, valde album.* Ceræ pondo libras duas, frictæ pondo libras tres, æruginis raſæ pondo vncias ſex mannæ pondo vncias tres olei heminas quinque, aceti ſextarium. Liquabilia ſiccis admiſcentur. Vſus eſt emplaſtri ad vulnera, cum roſaceo temperatum pus generat, cerato ſolutum ad cicatricis generationem repurgat. Quidam tamen reſinæ frictæ libras duas, & terebinthinæ tantundum, ingeſſerunt: atq; ſic præparatum ærugine raſa ipſum exceperunt, vt collyrij tenorem haberet: atq; hoc impoſuerunt, vbi callos conſumere ſtuderent: promptè enim hæc facit, vt etiam oſſa ſeparet. Meritò igitur & emplaſtrum hoc Heras commendat ceu ex æruginis, & aceti copia, efficax, ſi quid in ſuperiore libro dictorum meminimus. Laudat item Panacea ab eo vocatam, quam deinceps verbis illius appono. ¶*Panacea Heræ à non nullis Sanitas nominata. Ad omnem Paſsionem, & malignitatem. Siſtit autem* H *Nomas, neque cruſtas facit, neque circumpoſitis partibus duritiem conciliat. Rumpit ac tabefacit omne corruptum, vt nihil à liquidā ſtaphide differat. Cohibet Sanguinis eruptionem tum aliam, tum quæ per hæmorrhoidas fieri ſolet, myrteo dilutum. Item Hæmorrhoidas ipſas tabefacit, & conſumit. Inſuper Fiſtulis medetur, & Carbunculis. Sanat Aegylopas, & Chironia, vt vocant. In ſumma Vix Sanabilium, & diuturnorum genus † latentibus quidem locis, veluti vtero, vnguento cyprino liquatum: exterioribus autem præſtat, vt alia ſingula, ſic apponere. At omni Vlceri impoſitum, quamuis agreſti, mitius ſtatim id efficiet, dolores minuet, & vigilias. Hæc eius virtus eſt.* Chamæpityos denariûm pondo quatuor, ſymphyti denariûm pondo quatuor, chamæleontis denariûm pondo quatuor: marrubij denariûm pondo quatuor, apud alios ſex: polij denariûm pondo ſex, centaurij tenuis denariū pondo ſex, helenij denariū pondo quatuor, ariſtolochię denariū pondo quatuor, thuris denariū pondo duodecim & ſemiſſis, myrrhæ denariū pondo trium, aloes denariū pondo ſex: chalbani denariū pondo ſex, oboli vnius & ſemiſſis: olei denariū pondo cētum octoginta, mellis triginta, propolis denariûm pōdo duodecim s. aluminis ſiſſi denariū pōdo ſex, oboli vnius & ſemiſſis: terebinthinæ denariûm pondo ſex, oboli vnius & ſemiſſis: chalcitidis denariûm pondo ſex, oboli vnius & ſemiſſis: bituminis denariûm pondo quinquaginta, terræ ampelitidis denariū pōdo quinquaginta, argenti ſpumæ denariū pōdo quinquaginta, gallæ denariū pondo

*Al. bonum.

* Liquida ideſt ὑγρᾶσ, fortaſſis ἀγρίας leg. i. agria uel ſylueſtri.

† *Al. ex antiquis clarius. in latentes quidē locos, ueluti uterum, infunditur vnguento cyprino liquatum &c.*

A pondo trium, pulueris iridis denarium pondo trium. Cōtusæ pridie herbæ & radices oleo immittuntur: vbi nocte tota in eo durauerint, manè argenti spuma, ampelitis, bitumen inijcitur: supra ignem lenem incoquuntur: vbi spissitudinem adepta fuerint, olla ab igne tollitur. Sint aūt in alio vase mel, resina, chalbanum, propolis colliquata, quæ oportet simul cōmiscere, in ollā fundendo: deinde arida, quibus cum medicamen coquitur, donec non coinquinet: rursus ab igne deposito myrrha læuis facta, & thus inspergitur. Est aūt aduertendum, neq̄ efferuescat, & quantū fieri potest in amplo spatio coquatur, difficulter.n. restingui potest, si quid attingat. Hæc quidē Heras de Panacea. Nobis aūt materiē ipsam à medicamentis, quæ priore libro scripta sunt ad vlcera vix sanitatē recipientia, differre notādum est. Nā illa solis constant metallicis, quædā paucis, quædam pluribus, pauca illorum radices ac herbas continent: at panacea hæc secus habet. Recipit.n. hæc chamæleontem & centaurium, quorum vtrunq; maligna vlcera iuuare idoneum est. Accipit preterea aristolochiā, & iridem, imbecilliora quidem centaurio & chamæleonte, quantū ad malignorum vlcerū curationem attinet, non tñ repudianda. Herbas aūt valentes assumit, quæ vel solę malignā vlcera curare possunt sæpenumero, chamepityn, polium, & symphyton: quibus valentius est marrubium, & helenion. Itaq; marrubio ēt solo vti queas in ijs, quæ carnem abunde humidam
B circa vlcus habent, & sordidiorem: helenion verò neque ijs conuenit solum insperſum, sicut nec aliud quoduis acre. Siquidem didicistis in opere de Simplicibus medicamentis, acriū & amarorū medicaminum discrimen, nempe acria iritare, mordere, calefacere, & fluorem in affectis partibus concitare. amara verò exiccare citra morsum & calorem, eo q; exulceratis partibus conducere. At quoniā ex herbis istis compositionem paranti, institutum erat emplastrum inde nō siccum, quod inspergi possit, efficere: ad emplastri verò confecturam, vel ceram, vel resinam, vel omnino argenti spumam diutius coctam adiecturus erat, vnde virtus herbarum solueretur: miscuit ipsis nō nulla medicamenta tam valida, vt vlceribus per se exhiberi nō queant. Valida aūt hæc duplicem communem vim & qualitatem obtinent, non nulla austeram acerbam q;, alia acrem & acerbam. Huius igitur gratia ex ijs, quæ acrimoniā sortita sunt, helenion miscuit: ex validè aūt adstringētibus, (hæc.n. austera, & acerba nominamus) alumen, & gallam immaturam. Qualitates aūt vtrasq; valētes habet chalcitis, quēadmodum & vires quæ in ipsis sunt, cùm sit acris & adstringēs. Enimuero dictū est superius necessariam esse malignis vlceribus, & præsertim cùm fluori sint obnoxia, qualitatem austeram. His ergo omnibus, quæ dixi, admista argenti spuma est, resina, & thus, quò pharmacum emplastri formam acciperet. Sed argenti spuma ex media materia est. Thus concoquit,
C & pus mouet, si tanq̄ ad probè temperatam naturam respicimus: nam id humidioribus corporibus carnem producere ostendimus. Quin etiam ex medicamentis quę concoquunt, quę q; vim à pure mouendo, quasi purificam vel expurgatoriam dictam habent, nullum valenter digerit, sicut nec acre: siquidem talia mediocriter excalefaciunt, immo & emolliunt magis, quā exiccāt. Quare thus ēt rectè admistum est in propositi emplastri compositione, vti mitigatoriū quid & lene accipiat. Huius nimirum potentiæ oleum quoq; est, emplastri coquendi causa secundum primam rationem adiectum, secum verò duas facultates inferens, mitigatoriā videlicet, & quæ valida pharmaca obtundit, siue hæc acri, siue austera virtute sint prædita. Certè ampelitis terra siccat, & digerit, nihil manifestò acre continens: propterea malignis vlceribus idonea est, & si solam per se tritam inspergas. Chalbanum verò & ipsum eò, q̄ concoquit, emollit, mitigat, & dolorē sedat, prædictæ compositioni adiectum est, cùm thus easdem vires, sed imbecilliores habeat, chalbano facultates ambas valentiores possidente. Terebinthina resina ipsa quoq; simul cùm detergendi discutiendi q; facultatem habeat, ēt affectus tales q̄ concoquat, quidpiam obtinet. Bitumen verò cum calore nō admodum vehementi siccare nouimus. Quibus omnibus emplastri author medicamētum tractoriæ virtutis propolim nimirum admiscuit, qm̄ eius vsum multiplicem esse voluit. Omnia
D verò, quæ multiplicem vsum præstāt, maximè varias potestates habere necessitas est, vt pluribus vitijs medeantur. Sic ēt non parum mellis addidit sciens ipsum siccans, digerens q;, putrescentibus esse accommodatissimum: quippe & ipsum ex ijs est, quæ non putrehunt, & mista à putredine reseruat, præterq̄ extremè ad putrescendum idonea, quę humida sunt & calida. Atque mel copiosius alijs, medicamenti compositor indidit: nā si tria, quę coqui desiderant, excipias, bitumen, argenti spumam, terram ampelitidem, alijs maius est. Atq; his ipsis bitumini, argēti spumę, & ampelitidi tm̄ adiecit olei, quantum coctioni cōmodum erat futurum, coniectura & ab alijs sumpta, quę sicca pharmaco immittuntur. Insuper omnibus perfectè coctis myrrhā & aloen voluit inijci, quæ ambo citra mordicationem siccant: verùm differunt, q̄ aloe adstringat, myrrha tenuiorum partiū sit, magis q; siccet. Cæterùm haud scio, cur Heræ visum fuerit minoribus symmetrijs Panaceam hanc conscribere, quam alij maioribus conficiunt: siquidem non nulli omnia duplicata habere ipsam tradiderunt, alij quadruplo copiosiora. Chalbani sanè denarios sex, obolum vnū s Heras numerauit: alij dec̄e & semissem: quemadmodum alij rursus vigintiquinq;, augētes simul * & alia ad proportionem, vt nusquam dicatur in symmetria obolus vel semiobolus. Itaq; aduertere vos oportet Panaceas apud alios scriptas huic cōferentes, vtrū omnia duplicata, an quadrupla, habeant: ac si sint omnia aucta, non putare illas ab hac esse diuersas. ¶ *Isis à quibusdā Epigoni dicta.*

*Al. duodecim.

Multiplicis

Multiplicis vsus est medicamentum, quod Isidem appellant, ab omnibus commendatum. Ego E vero apponam modo, quæ Heras de illo memoriæ prodidit. Hæc illius verba sunt. *Medicamentum à non nullis Epigoni dictum, ab alijs Isis. Facit ad omne Vulnus, & ad Vulnera capitis cum ossium præcisione, sanat citra reparationem. Valet ad Punctus, item Paxillos infixos, & Hominum catque anum morsus. Venenum trahit uiperæ, scorpij, draconis marini, pastinacæ. Curat Fracturas artuum cum uulnere, callum enim obducit citius tutiusq́;. Fistulas omnes recentes, ueteres Foueas seu dehiscentia ulcera, Sinus, Phymata, Parotidas, Abscessus in mammis, & alis futuros, aut factos, sanat. Aduersus Fluxionem nobis uenientibus, Strumas adhuc aufert cum tunicis, celerrimè pus educens. Sistit Oculorum fluxiones fronti impositum, tollit Liuorem. Gangrænas non patitur latius serpere. Putredinem purgat. In summa ad quoduis bonum est.* Hęc recipit. Ceræ denariorum pondo centum: terebinthinæ denariorum pondo ducentorum, secundum alios centum: squamę æris rubri denariorum pondo octo, æruginis rasę denariorum pondo octo, aristolochię rotundæ denariorum pondo octo, thuris denariorum pondo octo, salis ammoniaci dena-

*Al.rotundi riorum pondo octo, guttæ ammoniaci denariorum pondo octo, aluminis combusti denariorum pondo sex, ęris vsti denariorum pondo octo, myrrhę denariorum pondo duodecim, aloes denariorum pondo duodecim, chalbani denariorum pondo duodecim, olei veteris heminam, aceti acris heminas duas. Quæ liquari possunt, siccis in mortarium superfunduntur. Sic quidem F Heras Isim scripsit, non etiam particularem omnem vsum ei apponens, vt in alijs consueuerat. Insuper quod ad Epigonum illud refert, à plerisque dissentit, quos exactius de Epigono scripsisse arbitror, cum alia, tum illud quoque, nempe quod in carcere conclusus cùm quendam admodum potentem curasset, eius rei gratia fuit dimissus. Adiecisse verò ipsum aiunt præscripto medicamini, dracunculi radicem: atque ego semper ita vsus sum, quoniam & pręceptorum meorum vnus vsurpabat, apponens in prędictam symmetriam Herę, dracunculi denarios octo, insuper &

*Al.heminæ. olei cyathi dimidium, aceti heminam: ad hęc colophoniam resinam, non, vt Heras, terebinthinam. Sed & in emplastri confectione ab illo dissentiebat, chalbanum aceto cum alijs in pila elaborans, atque ita admiscens ea, quemadmodum & Heras inquit, liquabilibus: deinde medicamētum manibus plurimùm emolliebat, attingens acetum quàm acerrimum: postea in vase ęreo reponebat, et perfusum longo tempore seruabat: atque ita excipiens vtebatur. Appellauit ipsum, velut alij quidā, Hermonis sacri scribæ: alibi scriptum inuenias ex adytis templi Vulcani in Ægypto hoc quoque esse, quemadmodum & illud, quod ex dictamno constat. Symmetriam verò simplicium medicamentorum quę id constituunt, omnes propemodum ęqualem scripserunt, proinde titulus licet diuersus existat, non opineris aliud esse, atq; aliud, & quod ex adytis sacrum dicitur, G & Hermonis sacri scribæ, & Epigoni: nam omnes has appellationes habet. Liquatum autē cum cerato liquido purgat, & vlcera cicatrice obducit. Quidam ex cerato triplicato dilui ipsum tradiderunt, non nulli duplicato, vtriq; symmetriam indiffinitè distinguentes. In quibus etenim vlcus purum satis efficitur, si tribus cerati partibus temperatum fuerit, non oportet duplicatum adijcere: in quibus autem minus purgatur, ibi ceratum duplo maius assumendum. Nouimus enim efficacius omne id genus medicamentum esse, quod non multo cerato miscetur: imbecillius, quod multo. Nihil mali est autem de dracunculo quoque eatenus dicere, quod per æstatem caule exiccato, & herba tota, radicem amputare oportet: deinde in domo sicca Solem non habente repositam, paulo post dies sex vel septē in orbiculos diuidere, eos q; filo traiectos in sicca domo & à Sole remota rursum suspendere: ac sic vbi medicamentum præparare voles, radicem contundere: quæ ipsa quoque seorsum tusa & læuigata probè, vt puluis fiat, malignis vlceribus medetur.

℄ *Emplastrum ex Dictamno.* Item quod ex dictāno emplastrum conficitur, sacrum appellant, dicentes & hanc scripturam in Vulcani templo iuxta Memphim inuentam esse: omnes ipsius huiusmodi symmetrijs meminerunt, vel parum adeo ab his differentibus. Sufficiet autem verba Heræ & de ipso adscripsisse, quæ in hunc modum habent. *Sacrum ex Vulcani templo in Memphi. Facit* H *ad recentia Cruenta, fluentia, ad Neruorum præcisiones, Vetera vlcera, suppascentia, Contusa, Putredines, Carbunculos, Nigritias, Vlcera fluentia, Cicatricem ægrè admittentia, Parotidas, Perniones, Abscessus, Strumas, Furunculos, Duritias. Tela educit, aculeos, ossa ex capite. Sanat ferarum Ictus, scorpionum Morsus, phalangiorum, muris aranei, hominum. Valet ad omnem colli Dolorem, humeri, articulorum, vice malagmatis. Sistit Oculorum fluores, non modo recentes, sed etiam veteres. Tollit Capitis dolorem inunctum, rosaceo dilutum. Et Vteri dolorem sedat tum illitu, tum suffitu. Necat insuper Feras suffitu.* Hæc recipit. Olei veteris heminas duas, argenti spumæ denariūm pondo centum, æruginis rasæ denariūm pondo octo, squamæ denariūm pondo sex: colophoniæ liquidę, alij pineæ, denariūm pondo quinquaginta:

*Al.xxvi. mannę denariūm pondo duodecim, guttæ ammoniaci denariūm pondo sedecim, æris combusti denariūm pondo octo, diphrygis denariūm pondo sex, gentianę denariūm pondo sex, aloes denariūm pondo octo, chalbani denariūm pōdo duodecim, propolis denariūm pondo octo, cerę dena

*Al.viginti. riūm pondo vigintiquinq;, aristolochię denariūm pōdo decē, dictāni cretici denariūm pōdo decē. Argenti spumam & oleum in olla magna supra prunam incoquito, vt omnino aut ferè nō inquinet: deinde cacabum deponens ęruginem indito squamā q; & coquito, ne prorsus inficiat. Postea rursus auferēs, resinā, ammoniaci guttā, inijce cribrata, mouēs donec feruere desinat: mox cum re-

posueris

A posueris paululum q; dimiseris, tollito, atq; æs diphryges q; inspergito, rursus coquens, quoad nō
inquinet, interdum enim his iniectis remittitur: postea deponens, ceram addito, iterum coquito,
vsq; dum non polluat, quod celeriter accidit. Dein cùm deposueris, propolim immittes, ac repo-
nens denuò, paulisper lines: cùm depones, addes aloen, mannam, dictamnum, aristolochiam, gen
tianam: his abundè refrigeratis singula læuissima insperges mouens: si non inficiat, tolles, sin mi
nus, leni igne coques. Hæc quidem Heras de emplastro scripsit. Composuimus autem id nos in-
terdum & sine combusto ære, & diphryge: vnde quę in alto latebant, magis attrahebat, emollie-
bat q; magis, discutiebat q;: non tamen vlceribus ægrè cicatricem ducentibus idoneum. Quin
etiam ipsum citra dictamnum confecimus, rursus alijs apponentes chrysocollę denarium pondo
sex, vt maligna vlcera fęlicius sanaret. ℭ *Icesium nigrum.* Medicamen titulo Icesium, vsus mul-
tiplicis: quidam gignendi casu scripserunt, Icesij. Heras itaque de ipso hęc tradit. *Icesium ad Vul-
nera & Canum morsus, Duritias diffundens, ad Parotidas, Condylomata, & Maligna. Item est Attrahens, & glu-
tinatorium. Valet insuper ad Aquam inter cutem.* Argenti spumæ denariûm pondo centum, bituminis
Iudaici denariûm pondo centum, terrę ampelitidis denariûm pondo cētum: mannę, propolis, sin
gulorum pondo denariûm vigintiquinq;: chalbani denariûm pondo duodecim, scisilis denariū
B pondo duodecim & s, terebinthinę denariū pondo duodecim s, iridis denariū pondo sex, olei im-
maturi heminas sex, mellis heminam vnam, chalcitidis denariū pondo septem s, gallę omphaciti-
dis denariū pondo sex, myrrhę denariū pondo sex. Argenti spuma, bitumen, ampelitis cū oleo in
coquuntur: vbi semicocta fuerint, propolis, resina, & chalbanū ex melle separatim cocta miscent:
postq̄ constiterint, reliqua adijciuntur: mouentur autem spatha ex tædæ ligno confecta. Huius
emplastri misturæ pondus non idem oēs, vt in sequentibus ostendetur, tradiderunt. ℭ *Nigrum
ex duabus Aristolochijs.* Celebre quoq; emplastrum vsus multiplicis est id, quod ex duabus aristolo-
chijs conficitur, quod ipse Heras quoque his verbis descripsit. *Nigrum ex duplici Aristolochia.
{ Facit ad Antiqua Callosa, ægre Cicatricem inducentia, Depascentia. Est etiam Enæmum cephalicum, Ossa redu-
cit, & est Glutinatorium. } Facit ad Articulos solutos. Fluori obnoxia repurgat, implet immissum.* Picis pōdo li-
bram, ceræ pondo librā, bituminis pondo libram, terebinthinæ pondo librā: mannę pondo seli-
bram, vel vncias septē: æruginis rasæ pondo selibram, cerusse pondo selibrā, chalcanthi pondo vn
cias quatuor, aristolochiæ longæ pondo vncias quatuor, illyricę pondo vncias quatuor, malicorij
pondo vncias duas, gallę immaturæ pondo vncias duas, æris cōbusti pondo vncias duas, spinę pō
do vncias quatuor, aristolochię rotundæ pondo vncias quatuor, aceti heminā, ricinini vel olei ve-
C teris* heminā. Quæ liquefieri poterunt, simul liquato: deinde cerussam, æruginem, & chalcanthū *Al. coylas y.
cū aceto læuia facta inspergito: mox supra ignē, vsq; dum coiuerint, arida infriato igne subtracto:
dehinc defusa subigito. Hęc tū Heras, tum alij, de ipso scriptum reliquerunt: Ratio aūt eius qui
id cōposuit, non obscura est, recordantibus, quæ hîc & in prioribus cōmentarijs dicta sunt. Cōstat
enim ex contrarijs facultatibus, attractricibus, & repultricibus, quæ commune habent, vt exiccēt.
Superat aūt in eo repellentium virtus, quæ adest adstringentibus, chalcantho, malicorio, gallæ, æri
cōbusto, & spinæ: ob hoc etiam ad solutos id est laxatos articulos conuenire ipsum affirmat. Ari-
stolochiam aūt & iridem adstrictorijs admiscuit, vtpote rarefaciendi & digerendi potestate prædi
ta. Vt aūt emplastrum fieret, nec siccum, sed vt superinduci posset, medicamentum, oleum & cera
mista sunt: cera quidem ceu materies solum, sicut & oleum, si cōmune fuerit hoc, nec ricininū vel
vetustum: quippe didicimus hæc calefacere & digerere. Terebinthina verò resina præterquam
quòd emplastri consistentiam medicamento conciliet, cùm cera hoc sola facere non possit, etiam
emolliens quid & digerens detergens q; obtinet. At cùm thus eadem præstet, manna adstringen-
di vim totam & qualitatem assumpsit: uocant enim sic thuris micas cōcussu elisas, corticis parum *Al. ὀλίγον, i. paucam.
item participes. Iam & bitumen abunde siccat, ad emplastri confectionem idoneum medicamen.
D Atq; hæc de illius compositione sufficiunt. Porrò emplastri huius author, cùm vellet medicamen
ta valenti virtute prædita miscere, æruginem & acetum ipsis adiecit, quæ siccare, exedere, & vsque
in profundum corporis penetrare, atque alia deducere possunt. Miscentur autem hæc cum dige-
rentibus, vt humores crassos particulis, quas curamus, infixos attenuent. Restat igitur & de ceruf-
sa quippiam dicere, quam ceu ad emplastrum conficiendum aptam, non vt aliquid cooperaturam
admiscuisse illum est perspicuum. Ego verò argenti spumam potius adiecissem, quę & emplastris
conuenit, & refrigerat: cerussa verò alijs quibusdam vtilis, ad propositi emplastri vires nihil præ-
sidij affert. ℭ *Emplastrum Azanitæ.* Emplastrū Azanitæ varij vsus, & nobile, de quo Heras ita *Al. Azonitæ.
scribit. *Emplastrum Azanitæ.* Picis aridæ pondo vnciam, cerę pondo vncias tres, adipis suilli pon-
do vncias trēs, seui taurini pondo vncias tres, œsypi pondo vncias tres, resinę pineę pondo vncias *Aliter vi.
quinq;. Facit ad maligna omnia, gangrenas, fistulas, recentia vulnera, ambusta igne: perfrigeratis
prodest vt acopon: item pessulus est emolliens. Cōuenit autem & ad vteri vlcera, phymata, & pa-
rotidas. Cum vlcera caua fuerint, copiosiore vtitor medicamento: vbi ad cicatricem inclinare vidē
tur, parciore. Porrò medicaminis proprietas est concretum humorem sordidū per summa gigne-
re. Benefacit lippiētibus, palpebris suprapositum. Oleum medicaminis affectui opponitur quare
obseruato ne infundas. Cum aūt præparas, picē, cerā, seuū taurinum inijcito: vbi fuerint liquata,
adipem

adipem suillum, mox resinam: postremò œsypum, vbi refrigeraueris: totum aũt igne non flamma liquefacito. Maximè valet in quibus nerui, vel musculi percussi sunt, item ad maligna. E

℄ *Emplastrum Haliei seu Piscatoris, ex Sinopide.* Haliei celebre, & multiplicis usus emplastrũ nihil minus quàm priora, Heras ita tradidit. *Haliei ad Vetera, & quæ Cicatricem ægre ducunt. Item Digerit, præsertim in mãmillis Duritias. Vtimur eo tanquam optimo ad plurima.* Ceræ pondo minam, argenti spumæ pondo minam, mannæ pondo denariorum octo, terebinthinæ denariorum pondo octo, chalbani denariorum pondo octò, sinopidis denariorum pondo octo, olei veteris heminas duas. Oleum & argenti spuma dum non inquinent, incoquuntur, deinde cera resina q;: liquefactis ipsis, sublatis q; ab igne sinopidem immittito, & chalbanum, postea mannam. Idem facit ad marinorum ictus summè. Vsus quãdoq; eo sum in quodam à pastinaca percusso, summó que dolore vexato, & mirificè profecit: similiter & in ijs, qui à scorpione morsi erant. Hactenus Heras. Deinceps verò Critonis emplastra inspiciamus.

*Aliter r.

Quæ scripserit Crito. CAP. 3.

HEras quidem librum vnum de medicamentorum compositione fecit, cui titulus est Nartex id est medicaminum promptuarium. Quinq; verò tales Critonis præter illos de exornatione seruantur. In quarto horum quinq; emplastra prædictis similia specie commemorat: quædam F vt Hæras in totum simili modo confecta: non nulla insuper, quorum Heras non commeminit, quæ ego mox ordine apponam, non etiam si cuiusdam aliter quàm ab Hera descripti mentionẽ facit, omittens, quemadmodum in Icesij emplastro factitasse apparet: alia nanq; pondera & mensuras huius emplastri Crito scripsit, sicut alij quidam, non vt Heras posuit. Incipiam igitur à primo Icesij, in cuius simplicium medicamentorum pondere inter oẽs non conuenit. ℄ *Emplastrũ Icesii.* De Icesii medicamento hæc ad verbum scripsit Crito. *Icesii ad omne Vulnus recens, Vetus, Contusa, Luxata, Fracturas, Phlegmonas, & omnem Dolorem, quem protinus sedat. Facit ad Abscessus, Phymata, Strumas, Carbunculos, Parotidas, Phygethla, Condylomata, Impetigines, Clauos, Nigritias, Hæmorrhoidas phlegmone tentatas, Fistulas, Ambusta igne. Dilutum myrteo vel rosaceo, valet ad Vlcera, Aculeos, Tela, Canum hominũ q; morsus, Ferarum ictus. Item ad Sanguinem cohibendum vtitor, & loco Malagmatis ad omnia. Oleum verò non adhibendum est. Iam Lippientibus in linteolo collyrium adhibetur: sint autem splenia semper maiora. Iuuat quoque Hydropicos.* Terræ ampelitidis, bituminis, argenti spumæ, singulorum pondo minas duas: ceræ, thuris, terebinthinæ, propolis, singulorum pondo †minas sex: ‡chalbani, fissilis, singulorum pondo minæ dimidiũm: myrrhæ, gallæ, iridis, singulorum denariũm pondo duodecim: chalcitidis denariũm pondo sex, mellis heminas duas: olei omphacini congios duos, quidam heminas duas. G Ampelitis, bitumen, argenti spuma cum oleo coquuntur, humore prius expresso, vt fiant læuia: incoquuntur autem igne non acri: spatha ex tædarum ligno assiduè mouentur, ne subsidant, nã citissimè comburuntur. Quæ liquari possunt, in alio vase liquefacito, melle prius seorsum cocto, vt coeat, ac in cacabo pulchrè consertis misceto, rursus.n. resoluitur his præmissis: deinde arida insperguntur aliquatenus refrigerata, postremò thus. Ac vbi in unitatem coierint, vtitor. Hanc scripturam ab Herodoto accepi. Hæc sanè Crito de Icesio scripta reliquit. Videtur autem in simplicium medicamentorum, vnde totum componitur, symmetria ab Hera dissentire: ac partim hæc discordia manifesta est, partim dijudicari vix potest. Etenim Heras rectè faciens omniũ pharmacorum pondus in denarios redegit: Crito autem ampelitidem terram, bitumen, argenti spumam, non pro denariorum pondere scripsit, sed duas singulorum minas inijciendas censuit. At ab his dissensit qui de ponderibus & mensuris scripserunt, quantum videlicet minæ pondus existat: non nulli enim sedecim vnciarum esse dicunt, quidam viginti: alij etiam distinctionem faciunt, Alexandrinam ponentes viginti vncias pendere, aliam sedecim: atq; hoc quidem adhuc leuius est. Verum ex ijs qui minam in denarios redigunt, alij centum, alij plurium, denariorum esse confirmant: quia & vnciam pleriq; septem denarios & semissem valere malunt, alij septem duntaxat, reliqui octo. Hæc igitur cũ ita se habeant, quot denariorum minã à Critone positã æstimare oporteat, inuenire operosum est. Apparet aũt in alijs quoq; cẽtum denariorum minam esse velle: ac si ita res habet, duplicatã Icesii compositionẽ ab eo scribi putabimus, cũ Heras trium horũ medicaminum priorum terræ ampelitidis, bituminis, & argenti spumæ, singulorũ denarios centũ posuerit, Critone pondus in ducẽtos redigente. Videamus igitur an sequẽtia duplicato cõsentiant, quædã nanq; apparent, quædã non item. Meminit ergo post tria prima, cerę, thuris, terebinthinæ, propolis, singulorũ minæ dimidium, hoc est denarios quinquaginta, immittendũ præcipiens: etenim proposuimus tanq̃ mina centum denarijs valeat, symmetriã esse scriptã. Quod si est, in thure, pro manna videlicet posito, Crito cũ Hera conueniet, pari mõ in propoli: non tñ terebinthina, quippe vigintiquinq; denarios Critonẽ scripsisse oportebat, cũ Heras duodecim & semissem statuerit. Porrò in cera maximè viri controuersant discordant'q;, quippe cũ Heras cerã omnino nõ inijciat: didicimus enim illius vim esse, mediocriter emollire. Cæterũ apud Critonẽ deinceps scriptũ est, chalbani, scissilis, singulorũ quarta minæ portio. Atq; in hoc vir Heræ suffragat. Nã quarta pars minæ, quæ cẽtum pendet denarios, vigintiquinq; denarios efficiet, qui duplũ sunt duodecim & semissis ab Hera scriptorũ. Iam verò à minæ vocabulo digressus in sequẽtibus Crito myrrhæ, H

†AP minæ dimidiũ, & ita legendũ est, vt inferius patet.

‡ Quarta portio legendum est, vt infra apparet.

A rhæ, gallæ, iridis, singulorum denarios duodecim cum prædictis miscendos iubet, in hoc Heræ consentiens: siquidem ille sex cuiusq; adijciendos præcepit. Inde rursus Crito chalcitidis denarios sex tradidit, hic non parum ab Hera discordans. Nam cum omnia duplicata sint, conueniebat & chalcitidem non sex verùm quindecim denarios habere, vbi Heras septem & s scripsit. In melle quidem viri concordes sunt, cùm Heras heminā vnam, Crito duas posuerit. Restat autem de oleo quæstio magna, non solùm inter duos illos, sed alios quoque, qui medicamentum hoc scripserunt, sicut procedente sermone dicemus. Hi igitur inter se hactenus differunt, etenim Heras olei immaturi heminas sex scripsit: melius enim sic quàm, vt alij quidam dixerunt, cyathos sex. Quippe in coctione argenti spuma, bitumen, terra ampelitis, vbi semicocta fuerint, tùm alia singula Heras immittenda existimat: atqui semicocta fieri non possunt, cyathis sex immissis: scimus enim plerosq; ex iis qui pharmaca componunt, subinde centum argenti spumæ denarijs, duas heminas indere. Atq; hoc iam etiam totum antea in primo huius operis volumine comprehensum est, nempe metallicorum quoq; vncias nouem, heminam esse licere, sicut quidam putarunt. Quin & duodecim inijcere possumus, vt alij præcipiunt, probè docti, si medicamen diutius coctum fuerit (licebit autem hoc ipsum copiosiore oleo imposito) maiorem siccandi vim acquirere: quòd si
B ab igne statim sublatum fuerit, minus propter olei paucitatem exiccaturum, emolliturum autem magis, & mitigaturum. Quare sex cyathi omnino repudiandi sunt: sex autem heminæ, quæ singulæ vncias nouem faciunt, inijciendæ. At si largius medicamentum voles incoquere, quò siccet euidentius, nihil obstat, etiam duodecim vnciarum heminas infundere. Itaq; Hera sex heminas scribente, liquet Critonem duodecim heminas immittere oportuisse, vt simul in hoc, sicut in alijs, duplicata mensura existat. Verum scripti sunt ab eo, olei omphacini congij duo. Iterum hic quoq; damnandi sunt, qui heminas duas posuerunt. Ergo si congium sex heminarum esse statuamus, virorum consensus manebit: si verò non heminas sex, verùm sextarios sex, ponamus, non parua dissensio orietur: multa nanque erit copia, vt ad portionem aliorum, si olei sextarios duodecim infundas. Hæc quidē in præsentia de Heræ & Critonis in proposito pharmaco discordia. Cùm verò ad Andromachum venerimus, dicetur itidem non nihil de illius cum vtroque, partim consensu, partim controuersia. ℭ *Isis viridis.* Iisdem hic quoque scripsit, quemadmodum alij propè omnes. At quia diligentius tùm vsum ipsius vniuersum, tùm præparationem tradidit, ac simul non nihil ab Hera discessit, visum mihi est etiam ab hoc scripta ad verbum subiungere. *Isis quam non nulli Epigoni vocant. Per se ad Squamarum abscessus facit. Item crassa Ossium fragmenta innatantia iu*
C *uat, linamento vel splenij modo imposita. Valet ad Aculeos, omnium que Ferarum ictus, & morsus. Sanat omnes Punctos, & Vulnera ferro facta in bello, & aliter. Curat etiam Fistulas imposita, & vt collyrium indita. Discutit Callos, & conglutinat. Alteri temperata ad omne Vulnus linamento, & splenij instar, adhibita valet. Prodest ad Maligna & diutina, ac ab alijs corrupta: in quibus derasis prius, medicamento diluto vtitor. Mirificè facit & ad Sinus conglutinandos, dum magni fuerint: nam exiccandis illis coniungendis que conuenit: linamento quoque imposita, tum per se, tùm alteri mista, in quibus Adenes aliquos, vel insitas membranas eliquare volumus. Vtitor etiam ad Fracturas cum vulnere & sine hoc: callum enim ducit celerrimè, & partes affectas adstringit. Insuper in quibus aliud malagma nō proficit, ipsa exactè prodest: & Vngues ex offendiculo vacillantes, vel confirmat, vel extrudit: & Dentes ex ictu motos stabilit. Summatim infinita sunt, quibus differenter adhibita, conducit. Est autem & diluta hæc: Intemperata pars vna sumitur, cerati partes duæ non nunquam, atq; adhuc magis diluitur. Sed vsus & exercitatio in hoc requiritur: fit nanque ceratum interim & per resinam pityinam.* Compositio autem talis est. Guttæ ammoniaci, æruginis rasæ, salis ammoniaci, squamæ æris, æris vsti, singulorum denarios octo: aluminis rotundi denarios sex: aristolochiæ, thuris, singulorum pondo denariûm octo: myrræ, aloes, chalbani, singulorū denariûm pondo duodecim: ceræ pondo denariûm octo: resinæ colophoniæ pondo denariûm sex, non nulli terebinthinæ tantundem: olei veteris hemi-
D nas duas, aceti heminas duas. Epigonus verò & dracunculi radicis succi denariûm pondo duodecim, & marubij succi tantundem, & sereos succi denariûm pondo octo. Omnia diligenter contusa ac cribrata mortario inijciūtur, ac paulatim acetum in Sole affunditur, donec terēdo totum acetum consumatur: vbi læue factum fuerit, liquefacta & refrigerata rasa q; diligenter, ijs quæ in mortario sunt, admiscentur, ac subacta excipiuntur. Hæc scripsit Crito. Ego verò sine liquore sereos ipsam præparaui, & non nunquam de alumine ademi, vsus q; sum in neruorum vulneribus hoc medicamento simili modo, quo medicamento quod ex metallicis confectum est, quod in sermone neruorum vulneratorum scriptum est: nam valentius efficitur: aceto acerrimo vndique circunfusum, reponitur, & diebus circiter quindecim emollitur. ℭ *Medicamentum Machærionis.* Celebre simul & multi vsus est. Conuenit affectibus vlcerum, de quibus totus hic liber scribitur. Sic autem Crito ipsum protulit ad verbum. ℭ *Machærionis. Ad omnia recentia Vulnera: conglutinat, & phlegmonen arcet præsertim vbi contusio fuerit. Rabiosi canis morsum summè curat, ampliori loco impositum ac mutatum frequentissimè. Pilulæ quoque modo sumptum fabæ magnitudinis diebus triginta ad omnem Passionem facit, maximè phagedænicam: item ad aurium, naturalium que vlcera. In Ossibus denudatis carnem producit, Narium vlcera sanat. Est etiam viride, diluitur rosaceo vel omphacino.* Hæc recipit. Aristolochiæ rotundæ pondo vnciam, chalbani pondo vnciam, opopanacis pondo vnciam, æruginis rasæ pondo

pondo vnciam, iridis illyricæ pondo vnciam, guttæ ammoniaci pondo vnciam, myrrhæ pondo vnciam, terebinthinæ pondo vncias septem & semissem, ceræ vncias sexaginta & semissem, olei omphacini pondo vncias septem & semissem. Dimidium olei cum ærugine ad lęuorem teritur, reliquum cũ cera & terebinthina coquitur. E ℭ *Dysrachitis Damocratis ad verbum.* Et hoc ex celebriũ late q; vsu patentium pharmacorum numero existit, scribit de eo Crito hunc in modum. *Dysrachitis. Mirum in modum facit ad Sinus callo vndique circundatos, et Fistulas, impositum: si orificium sit, quod linteolum medicamento illitum queat excipere, imponito, ac citius proficiet. Vtitor eius virtute in Humectis, Fluentibus, & Diutinis dispositionibus, tertio quoque die vt plurimum ipsum mutans. Podagricos quoque iuuat mirificè in accessionis principio illitum ac in latum circumpositum, qui & ad consuetas ambulationes, & vitæ vsus dimittantur. Citra balneum ad triduum, diesque aliquot, permaneant: non enim materiæ dat accessum vt affectus increscat. Conuenit que omni Vlceri ad sex partes cerato admistum: inueterascens melius euadit.* Aluminis rotundi denariûm pondo octo, squamæ denariûm pondo duodecim, æris combusti denariûm pondo quatuor, aristolochiæ denariûm pondo nouem, chalbani denariûm pondo decem: guttæ ammoniaci denariûm pondo duodecim, alij decem: thuris denariûm pondo nouem, myrrhæ denariûm pondo nouem, styracis denariûm pondo quindecim, misyos denariûm pondo trium, chalcitidis denariûm pondo trium, scyllæ medullæ denariûm pondo octo, picis liquidæ denariûm pondo quatuor: iridis illyricæ denariûm pondo nouem, secundum alios quatuor: terebinthinæ denariûm pondo decem, alij septem: pityinæ denariûm pondo decem, alij sex: ceræ denariûm pondo septuagintaquinque, olei pondo libram & semissem, quidam etiam medullæ cerui denariũ pondo octo adijciunt. Squamam, æs, misy, chalcitidem, scyllam, ex aceto prius quàm acerrimo in Sole terito, vt læuia fiant: maximè læuigatis aristolochiam, & iridem adijcito. Hæc prius contusa, tenui q; cribro discreta, rursus aceto circunfusa teratur: atq; hoc tam diu facito, q̃ aspredinem sentias, nõ parcens aceto sumptitando. Postq̃ læuia fuerint, alumen addito, facito q; hęc, donec & illud in puluerem redigatur: deinde myrrham, mox thus, ab hoc ammoniacum, postea styracem, postremò picem indito. Hęc in calido Sole vruntur, quò styrax elaboretur. Vbi iam lęuitatẽ & sordium crassitudinem nacta fuerint omnia, ceram, resinas, & oleum liquefacito: et paululum decocti chalbano superfundito, id q; congregatum in pila terito, ac quæ liquefiunt modicè refrigerata indito: tunc chalbanum demittens dissoluens q;, in vas fictile percolato: ac vbi deraseris, cum ijs, quę in pila sunt, permisceto.

F

*Al. xx.

Emplastrum ex Salicibus.

QVod ex Salicibus constat, pręclarum & in multos vsus idoneum similiter pręd ictis, Crito hisce verbis recensuit. G ℭ *Emplastrum ex Salicibus. Prodest cruentis Vlceribus impositum, Articulis solutis, Fistulis inditum, Flaccidis carnibus humidis que, præsertim quæ in extremis partibus extant. Valet item ad Erysipelata, Alios que plurimos affectus sine vsturis.* Mysios, chalcitidis, æruginis, cerussę, gallæ, aluminis scissi, & rotundi, cretæ sutoriæ seu melanteriæ, singulorum pondo vncias sex: ceræ, resinę pityinę, picis, bituminis, salicis foliorum, singulorum pondo vncias duas: olei heminas quatuor, vncias quatuor: chalcanthi pondo vncias sex, malicorij pondo vncias sex, aceti sextarios sex. Salices ex aceto incoquantur, donec relicti fuerint sextarij duo: deinde ęrugini, cerussæ, & cretę sutorię, prius tritis folia immittito, simul q; ad lęuorẽ terito, deinde sicca lęuigata, rursus q; exprimito, postea liquefacta superfundito. Hoc Asclepiades sine chalcãtho & malicorio pręparat, sicut in secũdo huius operis cõmentario docuimus. Aliud post hoc ex salicibus Crito in istã sententiam ędidit. ℭ *Ex Salicibus Lite, vt Herodotus.* Cretę sutorię melanterię ue, gallę omphacitidis, aluminis scissi, rotundi, singulorum pondo, vncias sex: ceræ, bituminis, picis aridę, salicis foliorum, pityinę, singulorum pondo libras duas: olei pondo libram, aceti sextarij dimidium.

*Al. duas.

Quæ tradiderit Asclepiades eiusdem generis Emplastra. *CAP. 4.*

H

HIs annumerantur ex suprascriptis, tum quod ad Halieum refertur ab omnibus cognitum, tũ quod ex dictamno constat: sed quia Asclepiades manifestò de ipsis scripsit, ob id etiam nunc eorundem mentionem faciam. Porrò commodum ex eo, quod bis vel ter scribitur, aliud insuper accedit, puta vt cognoscamus, in quibus simplicibus miscendis, ac ipsorum pollicitis, scriptores illorum inter se conueniant, in quibus item discordẽt. ℭ *Haliei Giluum. Ad cruenta Vulnera, & Neruos præcisos valet. Item Vlceribus vetustis cicatricem ægrè ducentibus & fluentibus conducit. Quin & emollit optimè, præsertim in mammis ortas Duritias. Medetur Canum hominum que morsibus. Insigniter valet & ad Pastinacæ, & Draconis, Aliorum que sæuorum piscium ictus. In summa virtutem habet mirificam.* Argenti spumæ, ceræ, cuiusq; denariûm pondo centum: terebinthinæ, mannæ thuris, chalbani, minij sinopici, cuiusque denariûm pondo octo: olei sextarium: præparato, sicut prædiximus. ℭ *Haliei Giluum quomodo conficeret Galenus.* Argenti spumæ, ceræ, cuiusque denariûm pondo centum: terebinthinæ, myrrhæ sinopidis, æruginis rasæ, squamæ, singulorum denariûm pondo octo: aristolochiæ denariûm pondo octo, thuris denariûm pondo vigintiquinque, diphrygis denariûm pondo sex, chalbani denariũ pondo duodecim, guttę ammoniaci denariũ põdo duodecim, olei heminas duas: cõficito queãdmodũ supiora ℭ *Emplastrũ Venatorũ, pharmacũ cõfectũ. Facit ad Quadrupedũ ictus,*

A *ictus, morsusq́; , & ad reliqua venenata.* Argenti spumæ pondo minam: olei veteris, squamæ æris ru-
bri, ceræ, resinæ frictæ, singulorum pondo: guttæ ammoniaci pondo trientem: chalbani, minij sy
nopici, singulorũ pondo vncias duas. Argenti spumam, squamam, & oleum, ad spissitudinẽ vsq;
incoquito, deinde ceram ac resinam inijcito: cum liquata fuerint, ab igne tollito, & ammoniacum
dilatatum immittito: vbi refrixerint, chalbanum, & ammoniacum indito, sinopicum inspergens:
ac in mortarium defusis mollitis q; vtitor. ℭ *Emplastrum Chalcidei, Conglutinat, Inflammationem arcet
Diuisiones cum contusione iuuat, Sinus coniungit, resiccat, & Abscessus prohibet, Ossa corrupta educit. Maximè
autem & in partibus extremis valet. In vniuersum mirabilis ei virtus est.* Argenti spumæ, squamæ æris,
resinæ pityinæ, ceræ, singulorum denariûm pŏdo centum: guttæ ammoniaci, chalbani, cuiusq; de * Aliter, nouē
nariûm pondo sedecim: diphrygis denariûm pondo duodecim: aristolochiæ læuissimæ denariũ
pondo quadraginta, olei veteris sextarios tres. Argenti spuma, squama q; ex oleo coquuntur: ac
vbi colorem mutauerint, diphryges immittitur, deinde cera, resina pityina, vel pinea: liquatum
vt non inquinet, ab igne tollitur, ac ammoniacum elotum inijcitur: postquàm liquefeceris, aristo
lochia pharmaco iam refrigerato inspergatur, & continue moueatur: deinde in mortarium im-
mittito, ac subigito, excipiens q; vtitor. ℭ *Ex Dictammo Sacrum, virtute mirandum. Benefacit Ner-*
B *uis Musculis q; præcisis & contusis, vetustis & sanatu difficilibus. Ossa corrupta elicit. Aculeos, & telorum cuspi
des, quæ infixæ sunt corpori, eximit, nec minus digerit. Iuuat Capitis dolores & Oculorum fluxiones. Est etiam Ma
lagma Pleuriticis & Hepaticis idoneum. Efficax est & ad cuiuslibet Virulenti ictus.* Argenti spumę dena-
riûm pondo centum, colophoniæ denariûm pondo quinquaginta, ceræ denariûm pondo vi-
gintiquinque: guttæ ammoniaci, aristolochiæ singulorum denariûm pondo sedecim: man-
næ, chalbani, vniuscuiusq; denariûm pondo duodecim: æruginis, dictamni, æris vsti, aloes,
propolis, singulorum denariûm pondo octo: diphrygis, æris squamę, gentianæ radicis, singulorũ
denariûm pondo sex: olei veteris hyeme heminas duas, per æstatem vnam ac semissem. Præpara-
tur quo dixi modo. Huius scriptura ab Hera in horum pondere variat. Nam Asclepiades dictã-
ni denarios octo, Heras decem, inijcere præcipit: & vero etiã aristolochiæ, & guttæ ammoniaci,
hic cuiusq; denarios sedecim, Heras sex quidem † guttę ammoniaci, aristolochię vero decem. Cæ †Al' additur,
terum Heras oleum indistinctè scripsit, solum heminas duas eius iubens infundere: Asclepiades & viginti.
autem hyeme tm̃, æstate verò vnam & semissem. ℭ *Diophanti Chirurgi, quo vsus est Phylacus.* Argē
ti spumę denariũ pondo centumquinquaginta: cerussæ, picis, squamæ ęris, ceræ, singulorum de-
nariûm pondo octodecim: ęruginis, resinæ pityinæ siccę, † mannæ, thuris, propolis, singulorum † Al' aristolochię, singulorũ denariũ pondo sex.
C denariûm pondo xij, chalbani, aristolochiæ, cyperi singulorum denariûm pondo sex: dictam-
ni, trifolij, guttæ ammoniaci, singulorum denariûm pondo trium: illyricæ, artemisiæ, polij, marru-
bij, singulorum denariũ pŏdo duûm: olei veteris heminas duas. Ad dictum modum præparatur. † Nec hoc loco, aristolochię pondo eodē scribitur.

De scriptis ab Andromacho eiusdem generis Emplastris. CAP. 5.

EMplastra varij vsus, simul & cicatricem ægrè ducentibus idonea, hoc in libro percensere sta-
tui, ex quorum grege sunt & decem illa longe optima inter ea, quę scripsit Andromachus.
ℭ *Viride Euangei.* Resinę terebinthinæ, secundum alios siccę, denariûm pondo quinquaginta,
alij vero centum: cerę denariûm pondo xxv: thuris, squamę, chalbani, aloes, myrrhę, singulorum
denariũ pŏdo triũ: salis ammoniaci, opopanacis, æruginis rasæ, æris vsti, aristolochiæ, guttæ am-
moniaci, scissilis, secundũ alios rotundi, singulorũ denariûm pondo duũ: ichthyocollæ denariũ
pondo iij, aceti heminas iiij: olei quartam heminæ partem, secundum alios octauam. Vtitor, ver-
miculari ærugine non imposita. ℭ *Strigmentosum Emplastrum, quo vtor.* Ichthyocollæ pŏdo vnc.
iij, sarcocollæ pondo vnc. ij, † erethriæ pondo selibram, terræ samiæ pondo vnc. iiij, myrrhæ pon †Additur lapidis asij pondo vncias iii.
do vnc. iiij, thuris pondo vnc. vj, squamæ æris pondo vnc. viij, salis ammoniaci pondo vnc. iij,
ęruginis rasæ pondo vnc. vj, aluminis scissilis pondo vnc. ij, aloes indicæ pondo vnc. iiij, chalbani
D pondo vnc. iiij, ceræ pŏdo libras ij, terebinthinæ pŏdo libras ij, olei pondo † libras iiij, aceti quod † Al' vncias. iiii.
ichthyocollę irrigandæ sufficit. Sicca læuigata liquidis inspergũtur. ℭ *Aliud Viride.* Resinæ pi-
tyinæ denariûm pondo ducentorum, guttæ ammoniaci denariûm pondo quinquaginta, opopa-
nacis denariûm pondo octo, ceræ denariûm pondo centum, propolis denariûm pondo octo, chal * Al' quĩque.
bani denariûm pondo viij, squamę æris denariûm pondo xij, æruginis denariûm pondo xij, alu-
minis rotundi denariũ pondo viij, misyos denariûm pondo vij, salis ammoniaci denariũ pondo
viij, chalcitidis denariûm pondo v, sulfuris ignem non experti denariûm pondo viij, thuris dena
riũ pondo duodecim, fellis taurini sicci: denariûm pondo sex, vel humidi denariûm pondo xij: *Aliter duodecim s.
cyprini heminas sex, alij quatuor: aceti quod satis est. ℭ *Viride Epicuri multa promittens.* Ceræ de-
nariûm pondo ducentorum, colophoniæ denariorum pondo trecentorum, squamæ denariorum
pondo sedecim, æris vsti denariûm pondo sedecim, eruginis denariũ pondo sedecim, aristolochiæ
tenuis denariûm pondo sedecim, aloes denariûm pondo xxiiij, aluminis rotundi denariûm pon-
do xij, myrrhæ denariorum pondo xxiiij, chalbani denariorum pondo xxiiij, salis ammoniaci de-
nariorum pondo sedecim, aceti heminas iiij, olei heminas ij, interim pauciores. ℭ *Viride multa
promittēs Alcimonis vel Nicomachi, ad Fistulas, Nigritias, vel Nomas. Glutinat Ossa, & reducit, Strumas discu
tit.* Chalbani denariorum pondo sedecim, æris vsti denariorum pondo viij, squamæ denariorum

pondo vigintiquatuor, cerę denariûm pōdo quinquaginta, seui caprini vel vitulini denariûm pō E
*Aliter l. do triginta: thuris, resinæ siccæ, guttæ ammoniaci, terebinthinæ, nitri, aristolochiæ, singulorū denarium pondo xxv: bryoniæ denariū pondo xij, orcheos herbæ denariûm pondo xij, iridis aridæ denariū pondo iiij, aloes indicæ denariū pondo xij, scissilis denariûm pōdo viij, fellis taurini dena * riū pondo viij, aceti heminā, olei heminā. Cū inficit, rosaceo. ¶ *Viride ad Herpetas, item ad Chironia & Difficulter ad cicatricem venientia Vlcera, vt Andromachus.* Hordei cōbusti denariū pondo x, æru-
*Al. viginti. ginis denariûm pōdo octo, ceræ denariûm pondo lxxx, cyprini heminam. Hoc medicamen æruginē multam cōtinet, pro ceræ & cyprini symmetria: nā hordeum cōbustum si per se inspergitur, chironia vlcera iuuat, neq; intēdit ceræ & cyprini vires, neq; æruginis resoluit. Ablato ipso, simile pharmacū redditur multis, quę superiore libro ad huiusmodi vlcerum curationē scripta sunt. Nō tñ multum cyprini assumetur, præsertim si cera pinguis existat, sed quantū ad ceram ærugini admistam emolliendā capere necessariū est. Superiora omnia emplastra hoc nomine vano vsui seruiūt, qđ medicamenta emollientia, trahentia, digestoria, cōcoctoria, insuper citra mordicationē siccantia, assumpserint, plurima ipsorū ēt valide adstringentia, quorū virtus est humores affectę parti influētes repellere. Porrò dictorū medicaminū potestatis materias nominatim in operis de Simplicibus medicamētis sexto, septimo, octauo, nono, decimo, & vndecimo libro expressas habetis. F Multorum aūt hoc cōmentario nominatim memini, ac iterum meminero. Quin etiā hoc pharmacū in præsentia apposui, eorū quæ nuper dixi mentionē facere desiderans: quia id quoq; superiore libro commemoratis genere simile est, ac proprium magis videbatur illis ipsum appendere.

¶ *Icesium nigrum Andromachi.* Hoc emplastum Andromachus non vbi viridia tractat: sed superius propè initiū, in symmetria multū euarians, vt prius Critonē & Herā prodidisse indicaui, scribitur hoc pacto. Bituminis denariorum pondo trecentū, terræ ampelitidis denariorum pondo ducentorum, argenti spumæ denariorum pondo lx, chalbani denariorum pondo xxxvj, terebinthinæ denariûm pondo xxxvj, scissilis denariū pōdo xxxvj, propolis denariûm pondo septuagintaduûm, mannæ denariū pondo quinquaginta, myrrhæ denariûm pondo xij, iridis denariûm pōdo xij, chalcitidis denariûm pondo sex, gallæ denariū pondo x, olei cōgium vnum & dimidium, mellis heminæ dimidium. Rectè fecit, qui de mina ambiguitate relicta, omnia per denarios conscripserit, vt de solo congio quæstionem instituamus. In hoc enim melius egerunt, qui sex heminas posuere, à triplicato autem bitumine proportione illius, quod Heras immiscuit, scripturam exorsi sunt. Etenim Heras cētum denarios, hic trecentes posuit, etsi in quibusdam exemplaribus non fide dignis, ducentos inuenerim. Terra sanè ampelitis duplo eam, quam Heras scripsit, pla- G nè exuperat. Argenti autem spuma, quam & ipsam ampelitidi pondere æqualem esse conueniebat, multo minus ab eo iniecta est: nam denarios sexaginta huius miscet. Chalbani vero trigintasex denarios immittens, proportionem cum Hera & Critone non seruat, quemadmodum in alumine scissili: paululum enim hic ab exacta proportione declinat, quæ ad trigintaseptem & s peruenit. In terebinthina sanè parū ab Hera dissidet tātum scilicet, quantum in chalbano & scissili: à Critone verò plurimū, qui minā s inijcere iubeat, quod aliarū ipsius misturā ꝓportione, ad quinquaginta denarios excedit. Iam verò in propoli non nihil discordat, quantum ad duplicatam pro
*Al. lxxv. portionem spectat. Item in manna à Critone & Hera recedit, quippe centûm denarios, ceu ad illorum proportionem, iniectos esse oportebat. In chalcitide etiam multum admodum à proportione subtraxit. In alijs parua controuersia est, nisi in melle, cuius heminas tres tanquam ad illorum proportionem immisisse ipsum cōueniebat, at is heminæ dimidium adijcit. Ita quoq; in oleo, tres congios miscuisse debebat, si non à Critone discrepare voluisset: si verò cum Hera cōuenire, octodecim heminas: verum ipse congium & dimidium conscripsit.

Vt Tarentinus Heraclides Icesii Nigrum Emplastrum tradiderit. CAP. 6.

AD omne Vulnus, maximè quæ in extremis partibus sunt, dolore vindicat & conglutinat. Item Canum mor- H *sus, & Furunculos sanat. Duritias discutit, præsertim mammillas obsidentes. Ani Condylomatis succurrit.*

Argenti spumæ denariûm pondo centum, bituminis tantundem, terræ ampelitidis idem pondus, mannæ denariûm pondo vigintiquinq;, propolis totidem, chalbani denariûm pondo duodecim & semissis: aluminis scissi, resinæ terebinthinæ, pares mensuras: iridis denariûm pondo sex, chalcitidis denariûm pondo septem & semissis, gallæ denariûm pondo octo, myrrhæ tantundē,
† Al. heminę dimidium. mellis heminam vnam, olei immaturi † heminas sex. Argenti spuma, bitumen, & terra, cū oleo coquuntur, & spatha ex tedarum ligno mouentur: cum constiterint, propolis, resina, & chalbanum adduntur: hæc autem prius melle incoquuntur: quibus mistis, olla statim ab igne tollitur, & siccainsperguntur. Hæc cum Heraclides tradiderit in libris ad Antiochidem, demiror quomodo non nulli post eum scripturam ipsius non obseruauerint. Heras sanè vbique Heraclidem imitatus esse videtur, præterquam in myrrha & galla. Nam dum Heraclides vtriusque horū denariûm pondo octo miscet, Heras vtriusq; sex iniecit. Insuper Asclepiades in secundo libro de Exterioribus, omnia proportione quadruplo maiore quàm Heras tradidit. Adde quòd olei omphacini heminas duodecim, Crito cōgios duos, cōscripserit, & si omnia duplicata compositio ipsius habeat. Quare nō nulli mihi videntur adscripsisse, heminas duas. Quod ipsum rursus tum veritati,

A tati, tum Heræ & Tarentini scripturæ, magis aduersatur. Siquidem Heras centum octoginta denarios posuit, in pondus non mensuram oleum reducens, tanquã hemina denarios sexaginta pẽdente. Nam Attica nouem Italicas vncias conficit: pendunt enim nouem Italicæ vnciæ, quas in cornibus insectis metiuntur, septem vncias ponderales & semissem, quæ sexaginta denarij fiunt, singulis vncijs octo denarios recipientibus. Quare etiam hic cum Heraclide Heram consentire videas, cum tres heminas inijciat, † Asclepiades duodecim, quoniam omnia in ipsius compositione quadrupla sunt. Heras autem, quoniam pharmaci in Tarentini scriptura magna moles fieret, videtur mihi quartam omnium portionem posuisse. Nam in myrrha, vt dixi, & galla paululum mutare videtur. Ac cùm alij quoq; hoc Icesij emplastrũ tradiderint, qui exactius, in eo cuius præparationem ex coctione coniecimus, Tarentino concordes facti sunt: qui autem negligentius, vel in vno solum, vel in pluribus simplicibus, dissonasse ab Heraclide videntur. Proinde superfluum fuerit de ijs mentionem facere: præparandum enim medicamentum est, vt Heraclides iussit, vel vt Heras, qui parum adeo inter se differunt. ℭ *Heraclides Liten Icesion hanc esse dicit.* Bituminis denariûm pondo quinquaginta, argenti spumę denariûm pondo quinquaginta, olei heminas decem: coquito: vbi coierint, ceræ denariûm pondo quinque inijcito: chalbani, myrrhæ, sinB gulorum denariûm pondo quinq;.

† *Al. Heraclides.*

Cyzicenum Heræ. CAP. 7.

HOc quoq; inter celebria emplastra refertur, ab omnibus probè conscriptum, magno in simplicium medicamentorum symmetria consensu. Non nulli tamen discordãt, vt innotescet, cum subiungemus, quomodo quisq; componendum censeat. Heras igitur de præsenti emplastro ita ad verbum scribit. ℭ *Cyzicenum. Facit ad recentia Vulnera, & Vetera depascentia. Duritias præsertim in mammis discutit, extrahit, repurgat, implet, glutinat, cicatricem ducit. Tollit Cancrosas durities, Male curata reficit. Et in quibus scalpello vti non licet, vt in ceruice, collyrij loco vtitor. Abscessus furentes mitigat, Chymata discutit, Ganglia & contractiones siue coitus dissoluit abrumpit q;. Tela, ossa, lignorum fragmenta educit, Crustas citra dolorem deijcit. In depascentibus, magnis splenus vti oportet. Insuper Strumas dissipat, Hæmorrhoidas cohibet, & Vesicæ morbis summè prodest.* Hæc autem recipit. Thuris, myrrhæ, croci, iridis illyricæ, bdellij, singulorum denarios quatuor, squamæ denariûm pondo duodecim: chalcanthi, aluminis scissi, rotundi, guttæ ammoniaci, misyos, putaminum mali granati dulcis, singulorum denariûm põdo quatuor: aristolochiæ, gallæ omphacitidis, vtriusque denariûm pondo octo: chalcitidis denarium pondo quatuor: † visci quercini, opopanacis, æruginis rasæ, acaciæ, floris rosarum, singuloC rum denariûm pondo octo: terebinthinæ pondo minam, alij denariûm pondo quinquaginta: liquoris papaueris denariûm pondo sex: ceræ minas duas, secundum alios denariûm pondo quatuor: seui vitulini curati minam, alij denariûm pondo cẽtumquinquaginta: aceti communis heminas uiginti: vini, quod sufficit, in sicca immittitur. Hęc de Cyziceno cum Heras scripserit atque Andromachus, videbitur quibusdam maxima esse dissensio, cum Heras thuris, croci, myrrhæ, & eius, quod deinceps ab eo positum est, denariûm pondo quatuor immiserit, Andromachus octo. Verum quod iam prius obseruandum nobis esse dicebam, id etiam nũc dicturus sum. Si omnia simplicia pharmaca licet duplicata horum, quæ alij scripserunt, misceas, eadem fiet symmetria, quemadmodum si & triplicata omnia inijcias: ac nũc Andromachus omnia ferè duplicata miscuit, cum Heras simplicia ipsa indiderit. Ac etiam hic discrepant, quòd ille aloen addat, Hera secus faciente. Quin etiam in panacis radice differentia est, cum Heras opopanacem tantum scripserit, Andromachus non hoc solum, sed etiam panacem: solent autem sic vocare radicem herbæ, quam panacem appellant. Adiecit autem Andromachus papaueris liquorem, doloris euitandi gratia: acaciam verò & rosarum florem, tanquã adstringentia. Porrò coctionem pro more suo Heras adiunxit, Andromachus omittit, quippe qui ipse etiam raro illam soleat apponere. CæteD rum ex eo, quòd in calce aceti communis heminas duas & vinum siccis infundit, planè innuit se arida ex vino vel aceto læuigari velle, deinde liquefacta his superfundi: Heras autem neque omnino aceti aut vini meminit, & ad calcem coctionis ita adscripsit: Cæterum arida & opopanacem in cacabum coniicito: & vbi vnita fuerint, defundito, mollito q; irino vnguine manus inquinãs.

* *Hæc dictio in aliquibus exemplaribus non inuenitur.*

Al. xvi.

† *Al. additur Ammoniaci guttæ drachmas quatuor.*

Aliter v.

* Aliter cviii.

* Aliter ii.

Ego ipsum Andromachi more conficio, opopanacem cum siccis in mortario terens: si valentius, & quod magis digerat, medicamentum facere desiderem, acetum inter læuigandũ admiscẽs: si magis adstringens repellens q; vinum: quemadmodum rursus & id nũc austerum, nunc giluũ, nunc vetus, nunc ætate medium assumens: Nam quod austerum est nec vetus, magis adstringit: quod vetus nec austerum, valentius digerit.

Cyzicenum, vt Asclepiades. CAP. 8.

SCriptum est hoc emplastrum iam & in quarto, vbi omnia ordine, quæ ad malignitatem pharmaca habere consuluit, commemorauimus. Et verò nunc, quia ipse pariter ab Hera & Andromacho euariat, satius mihi esse videtur ipsius verbis in tertio libro de Exteriorum pharmacis tradita subiungere. ℭ *Cyzicenum. Facit ad Diutinos affectus, & Neruos præcisos.* Thuris quàm optimi, ceræ, myrrhę, aristolochiæ, chalcitidis, illyricæ, chalbani, singulorum denariûm pondo quatuor: terebinthinæ, argenti spumæ, singulorum denariûm pondo octo: olei heminam. Omnia in

vas æreum coniecta, supra leuem prunam coquuntur mouentur q; , donec in aqua frigida demer E sum, mellis spissitudinē habeat: postea mouēdo tollitur. Hoc illitum pelliculę imponitur: hyeme post septimum diem, æstate post quintum, soluitur. ℭ *Aliud ex ijs, quæ ad Philoxenum referuntur.*

Thuris, myrrhæ, croci, illyricę, bdellij, squamæ æris, chalcanthi, chalcitidis, aluminis rotundi & scissilis, misyos peregrini, guttæ ammoniaci, propolis, visci quercini, opopanacis, malicorij pręclu si, singulorum denariū pondo iiij: aristolochiæ denariū pondo octo: cerę, seui taurini, singulorū
* Al. lxxv. denariū pondo *centū, quod minā inscribit: resinæ terebinthinæ denariū pondo quindecim, quod tres quartas appellat. Resina in ollam fictilem coniecta, donec odorem amittat, cōcoquitur: deinde seuum & cera derasa inijciuntur, & liquefiunt: arida contunduntur, & cribro tenuissimo incernuntur. Postea liquida ab igne tolluntur, quibus aliquatenus refrigeratis arida insperguntur, & curiosè mouentur. Habere autem oportet ex aceto trita, myrrham, thus, bdellium, opopanacē, quibus quę in olla sunt, adijciuntur, teruntur q; , ne grumi cerę modo fiant. Vbi autem rectè habuerint, in lignea pyxide irino vnguento prius illita reponuntur.

Emplastrum ex duabus Aristolochijs vt Andromachus. CAP. 9.

DE hoc in eam sententiam scribit Andromachus ad verbum. ℭ *Emplastrum ex duabus Aristolochijs.* Resinę frictę pondo libram, cerę pondo libram, picis pondo libram, ciceos vel olei F veteris heminā vnam & cyathos duos, cerussæ pondo vnc. vj, ęruginis pondo vnc. vj, chalcanthi pondo vnc. iiij, mannæ pondo vncias sex, aristolochiæ longæ pondo vnc. iiij, rotundæ pōdo vnc. iiij, erethrię pondo vnc. sex, illyricę pondo vnc. iiij, gallę vncias duas, aceti heminam: ego amplius malicorij pondo vncias duas. Sicca ex aceto teruntur, deinde liquabilia.

Emplastrum ex Dictamno Damocratis. CAP. 10.

DIximus frequenter metricas scriptiones non solū ad memoriā, sed etiam ad misturas exactè cōmensurandas, prosa oratione conscriptis esse cōmodiores. Cuius gratia etiam nunc medicamentum ex dictamno perfectam in Damocratis scriptis symmetriam perseruans apposui.

Emplastrorum vnum insignium numero adscribitur,
Solum q; , quod recipit dictamnum creticum
Dictum. Medetur prosperè serpentium
Percussibus venenatis, ac morsibus
Quadrupedum cunctorum, etsi rabies quędam agat.
Iuuat vlcerum callos, & neruos perditos,
Et musculos, & alto chartilagines
Corpore putrescentes, quę incumbunt ossibus. G
Colli, mammillarum, dorsi quoq; vlcera,
Persanat, & diu si iam durauerint.
Ac omnia simul, quę facere paulo antea
Dixi, emplastrum nomine scilicet Ægyptium.
Hoc admodum cùm sit bonum, quidam omnibus
Vnum boni sreputant vsu pręstantius,
Haudquaquam nempe experti multa pharmaca.
Concinnatur misturis his. Lithargyri
Drachmas habet ducentas: istis additur
Olei vetusti libræ quarta portio,
Alij magis quartam volunt partem heminæ.
Et quinquaginta cerę drachmas ponticę,
Colophonię probæ q; plus cera duplo:
Alij malunt terebinthinę parem modum. H
Æruginis quoq; , aloes nec non indicę,
Item combusti æris, & diphrygis boni,
Cuiusq; sedecim, semissem q; ponito.
Quaternas & vigenas drachmas chalbani,
Mannæ pares, thuris q; bis duodecim,
Ammoniaci viginti bis q; & quinq; bis,
Et sedecim iungantur propolis atticæ,
Aristolochię longæ bis drachmæ decem,
Æris cyprij squamę drachmæ duodecim,
Et gentianæ radicis siccissimę
Æquale, cunctis herbę his dictamni quoq;
Siccę, sed habentis florem, drachmas bis decem,
Læuis. Lithargyrum at cum oleo demittito
Ollæ recenti, cui patulum os figulus dedit.
Pruna leni coques, mouens rudicula,

Quousq;

A Quousq; spissitudo mellis attici
Fiat. † Paribus at squamæ immissis partibus,}
Rursus magis coquas: ac postquam pharmacum
Giluum fuerit, æs misceas & diphryges:
Crassum q; reddens pharmacum, vt non polluat,
Ceram, resinam q; vnà dictis addito.
Quibus liquatis, vbi probè coiuerit
Emplastrum, ab igne tolles: cum q; adieceris
Propolim q; mannam q; aloen, atq; chalbanum,
Ammoniacum q;, tunc vbi refrixerit,
Feruor q; ignitus pharmaci subsederit,
Aristolochiam perquam leuissimam,
Et gentianam dictamnum q; inspergito,
Spatha atq; medicamentum agitando sedulo,
Manibus tibi magdalias ipse effingens habe,
B Ea q; mala, ad quæcunq; est prædictum, vtitor.

† *De Pastillis Asclepiadis.* } CAP. II. † *Al. hoc totum expurgitur, ac inferius apponitur.*

QVemadmodum emplastra à colore, non à facultatis professione, nominant quidam medici melina, candida, fusca, & gilua: ita pastillos græcè trochiscus, ab efformationis figura vocant, non ad vnum affectum sed ad admodum multos conferentes. Nos quoq; igitur ipsos imitati, deinceps omnes præclaros siue pastillos, siue orbiculos (vtroq; enim nomine appellantur) describemus. Rectè autem illi singulis, quid possent efficere, preposuerunt, præsertim Asclepiades, cuius etiam primi pharmaca, quæ in tertio de Exterioribus libro prodidit, apponam.

* ℭ *Pastillus Asclepiadis. Aristarchi Tharsei pastillus ad plura vtilis. Facit ad recentia Vulnera & vetera. Prodest Teredinibus, & Fauis. Curat Fistulas, Aures suppurantes, Ossa corrupta, Nomas. Reprimit omnem Carnis excrescentiam, tollit Pterygia, valet ad Vteri affectus. Sanat Ozænas, Phagedenas, Condylomata. Iuuat Inueterata & quæ difficilem curationem habent. Vtilis est principio Phthisicis, Lienosis, Cœliacis, Dysentericis, tribus obolis in potu familiari datus. Succurrit Synanchicis, Gingiuarum nomis. In summa Exterioribus & Interioribus vitiis auxiliatur.* Myrrhæ denariûm pondo sex, croci denariûm pondo trium, crocomagmatis denariûm pondo trium, cytinorum denariûm pondo sex, chalcanthi denariûm pondo sex, aluminis scissilis denariû pondo sex, aloes denariûm pondo sex: vino falerno excipiuntur, fiuntque orbiculi seu pastilli, & in vmbra deficcantur. Vbi vsus necessitas est, humido congruenti diluuntur ad commemoratos affectus. ℭ *Pastillus Neapolitani.* Myrrhæ, thuris, singulorum denariûm pondo sex: gallę, lycij, aluminis, crocomagmatis, aloes, singulorum pondo denariorum octo: cytinorum denariorum pondo duodecim, æris denariûm pondo octo: vino falerno excipiuntur. * *Al. de Pastillis Asclepiadis.*

C (marginal letter at "minis scissilis")

ℭ *Andronius inscriptus.* Cytinorum denariorum pondo decem, scissilis denariorum pondo quatuor, chalcanthi denariû pondo duodecim, myrrhę denariûm pôdo quatuor: thuris, aristolochię, gallæ immaturę, singulorum denariû pondo octo: passi heminas duas. Apud Heraclidem verò ita habet. Malicorij denariû pondo decem, aristolochiæ denariûm pondo octo, gallarum denariû pondo octo: salis ammoniaci, thuris, fissilis, denariûm pondo quatuor: chalcanthi denariûm pondo duorum, myrrhæ denariûm pondo quatuor, hæc passo excipiuntur. ℭ *Polyidæ Sphragis.* Malicorij denariûm pondo sex, myrrhæ denariûm pondo octo, aluminis scissilis denariûm pondo v, thuris denariûm pondo quatuor, aloes denariû pondo octo, chalcanthi denariûm pondo iij, fellis taurini denariû pondo sex: vino dulci excipiuntur. ℭ *Coracine Sphragis. Facit ad Tonsillarum phlegmonas, & Vuas laxatas. Gingiuas madentes resiccat, Nomas curat, & Sedis affectus. Fistulis Callum exterit.*

D Aristolochiæ creticæ rotundæ, cytinorum, chalcitidis tostæ, thuris, myrrhę, chalcanthi, crocomagmatis, aloes indicæ, fellis taurini, singulorum pondo denariûm octo: passi quantum satis est.

ℭ *Pastillus ad Nomas.* Brathyos denariû pondo quinquaginta, myrrhæ denariû pondo triû: *soreos, cyperi, chalcanthi, thuris, singulorû denariû pondo duû: vino excipiuntur. Aliæ scripturæ habent, oleę foliorum denariû pondo duû: myrti siccæ, orcheos herbę, vtriusq; denariûm pondo quatuor: arsenici, quod auripigmentum vocant, denarij pondo vnius: myrrhę denariûm pondo iiij. ℭ *Ex scriptis Heraclidis.* Orcheos denariû pondo duû, arsenici denariû pondo iiij, gallę denariû pondo octo, squamę denariû pondo sex, soreos denariû pondo octo, myrrhæ denariû pondo duû, thuris denariû pondo duû, acaciæ succi denariû pondo duû: vino excipiuntur. ℭ *Pastillus ex Plantis seu Stirpibus inscriptus.* Malicorij, myrti foliorum, nucis putaminum siccorum, spinæ fructus, singulorum denariû pondo octo: gallę denariû pondo iiij, salis fossitij denariû pondo octo. Oia côminuuntur, friâbilia in aceto macerant, ac in vas fictile conijciuntur: deinde torrent, & cû aceto leuigantur. Vbi bene habuerint, myrrhæ denarios iiij, thuris denarios ij, inijcito, & pastillos fingito: vsus eius est cum aceto. ℭ *Pastillus, qui à Terentio inscribitur Stypticus hoc est adstringens. Facit ad quamlibet Nomen, & Ani affectus.* Sandarachæ, misyos, chalcanthi, aluminis scissilis, singulorum pondo denariû duûm: myrrhę, squamę æris, aloes, chalcitidis, singulorû pondo denariûm trium:

Marginal notes: * Aliter iii. * In aliquibus hęc dictio non est. * Aliter ii. * Aliter ii. * Al. [illegible] cet postea.

cytinorum mali punicæ, rosarum floris, gallę, singulorum pondo denariûm iiij: acacię succi pon E
do denariûm octo, mali granati putaminum pondo denariũ octo: excipiuntur myrtorum decocto ad dimidias coctorum. ℭ *Pastillus ad Serpentia, Arei ad Herpetas.* Terræ cimolię pondo dena-
*Al. sex. riũ octo, misyos torridi denariũ pondo sedecim, minij sinopici põdo denariũ trium. Singula cum aqua seorsum terito: deinde simul miscens in pastillos digerito: vsus est ex aceto. ℭ *Alius ex Origano.* Origani, oleæ foliorum, acacię, chalcanthi, salis hispani, singulorũ denariûm pondo duûm: aceto excipiuntur. ℭ *Ex collectaneis Largi Medicamentum confectum.* Argenti spumæ, vel cerussæ, pondo denariûm trigintaocto: aluminis fissi pondo denariũ xij, acacię pondo denariũ octo, cro-
†Al. vnc. ii. ci, thuris, diphrygis, opij, singulorum pondo † denariûm duûm: ex aqua terito, ac formato pastillos: vsus est ex aqua. ℭ *Aliud valde generosum.* Aluminis rotundi, chalcitidis, cretæ sutoriæ seu melanteriæ vel soreos, singulorum denariũ pondo duũ: misyos, malicorij, vtriusq; denariũ põdo iiij: chalcis viuæ denariûm pondo sedecim, aceti sextarium. Mali cortex in aceto decoquitur, ac cum dissolutus fuerit, teritur cum acacia, postea cæteris adijciuntur: & vbi bene habent, fiunt pastilli: cum opus est, diluuntur aqua. ℭ *Pastillus Threpti ad serpentia Vlcera, & vbi Pastionem oportet sistere. Facit etiam ad Oris vitia, ad Aures suppuratas. Item Cutis vitia, quæ exãthemata vocant, tollit. Carnis Excrescentiam reprimit. Narium Vlcera, & Sedis affectus sanat.* Corticis malorum punicorũ pondo dena F
riũ x, gallę omphacitidis pondo denariũ octo, aristolochię tantundem, aloes pondo denariũ iiij, myrrhę pondo denariûm viij, fissi pondo denariũ duũ, thuris pondo denariũ quatuor, chalcanthi pondo denariũ iiij: passo excipiũtur. ℭ *Pastillus Gilui Hieracis Thebani ex Halicaccabus i. vesicaris. Facit ad Capitis vlcera, Epinyctidas, & Narium vlcera, quæ Græci Psydracas nominant. Iuuat Rhagadas, & quæcunq; citra dolorem ad cicatricem voles ducere.* Cerussæ pondo libram, spumę argenti pondo libras x: aluminis fissi, halicaccabi hoc est vesicariæ corticis, chalcanthi, sinopidis, singulorum pondo selibram: aceto excipiunt. ℭ *Lucij Præceptoris pharmacum confectum.* Aluminis, æruginis corinthiæ, minij synopici, singulorũ mensuram heminæ ęqualem: aceto diluuntur. ℭ *Ex libris Arei ad Psoras depascentes, Serpentia, Carnem excrescentẽ, Pterygia, Aures suppurantes, Vlcera curatu difficilia. Sanat Rhagadas & Condylomata.* Scissilis, minij sinopici, ęruginis rasæ, gummi, gallę, cytinorũ, singulorũ pares portiones, aceto diluunt. ℭ *Magni Philadelphi ad prædictas dispositiones.* Aluminis fissi, ęruginis corinthię, calcithidis, minij sinopici, gummi, singulorũ pares mensurę partes: aceto subiguntur.

ℭ *Pastillus ad Erysipelata.* Croci pondo denarij vnius, opij tantũdẽ, cerussæ pondo denariũ duũ: passo diluuntur. Alia lectio habet, glaucij pondo denariũ octo. ℭ *Andromachi Crocosus.* Argẽti
*Al xlviii. hoc est vnc. sex. spumę pondo denariũ quãtuor, hoc est vncię dimidium: cerussę vncias iiij, sulfuris ignem nõ ex- G
perti pondo vnciam: croci, opij, singulorum pondo vnciam vnã: succo solani excipiuntur. Cum opus est, passo diluũtur. ℭ *Caij Neapolitani.* Cerussę, acacię, glaucij, opij, cuiusq; parem mensurã: passo subigito, & continuè perungito. *Aliud.* Cerussæ, acaciæ, singulorũ pondo denariorũ octo: guttæ ammoniaci pondo denariũ iiij, croci pondo denariorum duũ, opij pondo denariorũ duũ: succi polygoni, vel sereos, vel solani, vel cynoglossi. ℭ *Ex libris Agathini.* Cerussæ pondo denariorum sex: mannæ, thuris, singulorum denarij pondo vnius: crocomagmatis, sulfuris ignem nõ experti, singulorum pondo denariũ duũ: ex ouis assatis vitellorum pondo denariorũ sex: passo excipito. ℭ *Ad Rhagadas & Condylomata. Curat etiam Ani Rhagadas et Nomas, Menesthei pharmacum.* Aloes pondo vncias sex, croci pondo vncias tres, aluminis fissi pondo vncias tres: vino diluunt, & fiunt pastilli: in vsu liquor dispositioni respondeat. ℭ *Apollophanis, ad Rhagadas & Condylomata.* Stimmeos denariũ pondo viij, acacię denariûm pondo sex, ęruginis denarij pondo vnius, opij denariũ pondo duũ, thuris denarij pondo vnius s, myrrhę denariũ pondo duũ, gummi denariûm pondo iiij: vino maris experte pastillos fingito. *Vt Nicolaus.* Stimmeos pondo denariũ viij, aca-
*Al. denariũ pondo xx. cię tantũndem, ęruginis pondo denarij vnius, opij pondo denariorum trium, myrrhę pondo denariûm iiij, gummi tantũdem: vino excipito. ℭ *Magni ad Rhagadas, & Condylomata, sistit Nomas.* H
Aloes pondo denariũ octo, acacię pondo denariũ iiij, gallę pondo denariorum duũ, croci pondo denariorum duûm, thuris pondo denarij vnius, myrrhę pondo denarij vnius: vino subiguntur.

ℭ *Pastillus Dia chylon idest ex succis, inscriptus, ad Nomas & Scabiosos affectus.* Licij indici, aloes indicę, myrrhę, ęris, aluminis scissi, chalcanthi, cytinorum, thuris, singulorum põdo denariũ iiij: succi myrtorum heminę dimidiũ: cõponito, & in pastillos digerito. ℭ *Petronij pastillus, qui Virtus appellatur, medicamentum ad Rhagadas, & Condylomata, in magnis Doloribus accomodatum, & cito liberat.* Stimmeos, acacię, plumbi combusti & eloti, singulorum pondo denariũ sedecim: cineris cyprij, ericę fructus, aluminis fissi, thuris, chalcanthi, myrrhę, opij, singulorum pondo denariũ viij: vino excipiuntur, & fiunt pastilli. Cum vtendum erit, passo diluuntur.

Pastilli ab Andromacho conscripti libro de Exterioribus. CAP. 12.

P*Astillus Darij, qui per anum immittitur.* Stimmeos pondo denariûm sedecim: acacię tantundẽ, alij octo: ęruginis pondo denariûm quadraginta: succi papaueris pondo denariûm trium, quidam duûm: gummi pondo denariorum iiij, myrrhę pondo denarij vnius: thuris pondo de-
Al. duorum. nariorũ triũ, alij ũnius: vino, vel vt alij aqua, dilũũtur. ℭ *Pastillus Multiplicis vsus, & Pus educens, & relaxans.* Corticis thuris pondo denariorum duûm, ęris squamę pondo denariorum iiij: cum vino factos

A no factos ex melle diluito. ℭ *Musæ Remedium.* Aluminis scissi, aloes, myrrhæ, chalcanthi, singulorum pondo denariûm sex: croci, crocomagmatis, singulorum pondo denariûm triũ: cytinorũ pondo denariũ iiij: mulso ex falerno facto excipiuntur. ℭ *Ad Erysipelata ex Agathocle.* Cerussę põdo denariûm octo: aluminis rotundi, crocomagmatis, sulfuris ignem non experti, singulorũ pondo denariûm duũ. Tritis solani succus superfunditur: & pastilli, dum vsus postulat, vino austero formantur. ℭ *Isidori ad Nomas.* Lanæ succidæ pondo denariûm xl: scobis plũbi, squamæ, bituminis, singulorum pondo denariũ x: aluminis fissi, rotũdi, mali punici corticis, gallæ, misyos, chalcitidis, thuris, singulorum pondo denariûm v: myrrhæ pondo denariûm duũ: amurcę heminas octo, vel siccæ quinq;. ℭ *Pastillus Niger, quo vtor.* Malicorij denariûm põdo x: aristolochię, gallæ, singulorum pondo denariûm octo: aluminis fissi, aloes, singulorum pondo denariûm iiij: myrrhæ, chalcanthi, pondo denariûm duũ: thuris pondo denariûm iiij: vino excipiuntur. Et cum res exigit, vino dulci diluuntur. ℭ *Pastillus ex Vesicarijs.* Argenti spumæ pondo denariûm viginti quatuor: cerussæ pondo denariũ xij, vel vigintiquatuor: halicaccabi radicis pondo denariũ *Aliter iiii. octo: chalcanthi, aluminis scissi, singulorum pondo denariûm iiij: minij quantum ad colorẽ acci *Al. viginti. piendũ satis est: ex aqua subigunt. ℭ *Pastillus ex Origano.* Oleæ foliorum viridiũ pondo denariũ

B octo, mali punici corticis pondo denariûm sex, origani pondo denariûm iiij, acaciæ pondo denariũ xij: chalcitidis, aluminis scissi, misyos, singulorum pondo denariũ iiij: vino austero diluuntur.

ℭ *Pastillus ex Rhu.* Gallæ pondo denariûm triũ, acaciæ pondo denariûm iiij: chalcanthi pondo denarium v, chalcitidis † denarij dimidium, ‡ aluminis fissi pondo denariũ octo, rotundi pondo *Al. denarium põdo dimidiũ. denariûm iiij, misyos pondo denariûm triũ, malicorij pondo denariûm v, squamæ pondo denariũ iiij: myrrhæ: aloes, aristolochię, singulorum pondo denariûm duũ: thuris corticis pondo denariũ iiij, taurocollę pondo denariûm trium: rhu excoriarij chœnicis quartam partem, alij dimidiũ: aceti heminam vnam & s, ex quo rhus madefiet ac teretur. ℭ *Polyidæ Sphragis.* Aluminis fissi pondo denariûm trium, thuris pondo denariûm iiij, myrrhæ tantundem † vel pondo denarium † *In quibusdã* octo, ‡ chalcanthi pondo denariũ duũ, cytinorum põdo denariũ xij, fellis taurini pondo denariũ *cod. hæc nõ ha* sex, aloes põdo denariûm octo: vino austero excipiuntur. ℭ *Pastillus Andronius.* Cytinorũ põ- *bentur.* do denariũ x, gallæ pondo denariûm octo: myrrhę pondo denariũ iiij, secũdum alios octodecim: *Al. xxviii. aristolochiæ pondo denariũ iiij, chalcanthi põdo denariũ duũ: aluminis fissi tantundem, alij põdo denariûm iiij: misyos cyprij pondo denariũ duũ: passo diluuntur. Vtere ad multa polychresto pharmaco. ℭ *Pastillus Achillæ.* Spumæ, misyos, aloes, singulorum pondo denariũ duũ: ari-

C stolochiæ pondo denariũ octo, aluminis fissi pondo denariũ quatuor, myrrhæ pondo denariûm duûm, thuris pondo denariûm quatuor, gallæ pondo denarium octo, chalcanthi põdo denarium † duũ, corticis mali punici põdo denariorum octo, fellis taurini pondo denariorum duûm: aceto *Aliter viii. subiguntur. ℭ *Pastillus ad Nomas Isidori celebris.* Mannę, thuris, singulorum põdo denariũ xxx: cytinorum, aluminis fissi, gallæ, cuiusq; põdo denariorum octo: chalcanthi, aristolochiæ, myrrhę, misyos cyprij, calcis viuæ, singulorum pondo denariorum x: acaciæ pondo denariorum octo: excipiuntur vino, vel aceto: & læuigata vsui sunt. ℭ *Pastillus alius ad Multa.* Gallę pondo denariorum octo, cytinorum pondo denariorum xij, æris combusti pondo denariorum octo, æruginis pondo denariorũ sex, aluminis fissi pondo denariorum octo: chalcanthi, acaciæ, fellis taurini, thuris, aloes, lycij, myrrhæ, aliàs & misyos, singulorũ pondo denariorum octo. Sub canis æstu, multo aceto teruntur. ℭ *Pastillus Apollonij Archistratoris Smilinus, vt Alcimion, in vsum multiplicem.* Cerussę *Al. Melinus. pondo denariũ decem, argenti spumæ pondo denariorũ v, aloes pondo denariorum quinquâginta, aluminis fissi pondo denariorum iiij, thuris pondo denariorum quatuor, myrrhæ pondo dena *Aliter iii. rij ûnius, cimoliæ pondo denariorum xxv: vino excipiuntur, interim cum vino & rosaceo vtitor. *Al. duorum.

ℭ *Ad Erysipelata, quo vtor.* Argenti spumæ pondo libras septem, cerussę pondo denarij vnius:

D opij, † sulfuris ignem non experti, ‡ croci, singulorũ pondo vncias tres: passo excipiuntur. Cum † In aliquibus vsus est, passo diluuntur. ℭ *Glaucij ad Multa faciens.* Aluminis liquidi pondo denariorũ c, myr- non leguntur hęc rhæ pondo denariorum octo, croci pondo denariorũ octo: passo diluuntur. ℭ *Ad Erysipelata bo* verba. *nus.* Acaciæ pondo denariorum octo, misyos pondo denariorum iiij, opij pondo denariorũ duũ, thuris pondo denariorum iiij: cum aceto excipiuntur. Facit etiam ad Herpetas. ℭ *Alius ad Eadem.* Opij pondo denariorum quatuor, acaciæ pondo denariorũ quatuor, diphrygis pondo denariorum quatuor, aluminis fissi pondo denariorum quatuor: ex aqua diluũtur. Cum aceto vtitor.

ℭ *Alius ad Erysipelata.* Cerussæ pondo denariorũ octo, sulfuris ignem non experti pondo denariorum quatuor, papaueris pondo denariorum duûm, rutæ foliorum pondo denariorum duûm, aluminis fissi pondo denariũ iiij, cimoliæ pondo denariûm duûm, amyli põdo denariorum duũ: melle & aceto diluuntur. ℭ *Ad Herpetas Tyberij Cæsaris.* Diphrygis, meconij, aluminis fissi, acaciæ, singulorum pondo vncias tres: aceto vel aqua diluens vtitor. ℭ *Ceranitis vsus multiplicis.*

Arsenici denariorum pondo trigintaduûm: aristolochię denariũ pondo trigintaduũ, alij octo: iridis denariorum pondo trigintaduûm: gallę pondo denariorum sedecim, alij octo: aluminis rotundi denariorum pondo sex, chalcitidis denariorum pondo sex, squamæ æris denariorum pondo sedecim, chalcanthi denariorum pondo octo, resinæ siccæ denariorum pondo octo, aceti con-

gios quatuor, caniculæ sub æstu æreo mortario & cochleario læuigantur. Quod si æreũ mortariũ E non habeas, squamæ minã inijcito, quæ valet denarijs centum. ℭ *Pastillus cognomento Bithynus in Sicilia confectus, ad Nomas, Fistulas, Pterygia, cum duplici cerato, ad Herpetas, Erysipelata, & alia.* Mali punici corticis denariũm pondo vj, gallę denariũm pondo vj, iridis illyricæ denariũm pondo iiij, aristolochiæ denariũ pondo vj, chalcanthi denariũm pondo iij, aluminis fissi denariũ pondo sex, chalcitidis denariũm pondo vj, misyos denariũ pondo iij, nitri denariũ pondo ij, thuris denariũ pondo duũ, cadmiæ denariũ pondo vj, æris squamæ denariũm põdo iiij, chrysocollæ denariũm

†Al unius. pondo † duũ. Ex aceto sub caniculæ æstu præparato. ℭ *Pastillus ad Condylomata, & Ani inflammationes, & Pterygia.* Thuris, acaciæ, stimmeos, singulorũ denariũ pondo † ij: æruginis, myrrhæ, opij papaueris, gũmi, nardi celticæ, singulorũ denariorũ pondo † ij: ex vino austero trita inunguntur.

†Al. xxxx.

†Al. vnius.

Arida variæ speciei seu generis, à prænominatis authoribus indicata, quibus singula conueniant.

ℭ *Quæ scripsit Andromachus in calce operis de Exterioribus.* CAP. 13.

*Aliter l. ARidum exedens sine morsu. Sandarachæ denariorum pondo duorum, arsenici denariorum pondo ij, chalcis viuæ denariorum pondo iiij, mannę denariorum pondo quatuor: tritis vtitor. ℭ *Facultas Sanguinem comprimens, qua vtor.* Chalcitidis, misyos, mannæ, singulorum denariorum pondo iiij, alij ij: tritis vtitor. ℭ *Flaua, qua vtor.* Chalcitidis pondo denariorum c: atramẽti sutorij, Græci vocant chalcanthon, denariorum pondo l: misyos torrefacti denariorum pondo xxv, F æris combusti denariorum pondo xij & s: læuigatis vtitor. ℭ *Sanguinem supprimens, magna.* Misyos cyprij denariorũ pondo vij, atramenti sutorij totidem, corticis piceæ denariorum pondo iiij, mannæ thuris denariorum pondo iiij, squamæ æris denariorum pondo iiij, æris vsti denariorum

*Aliter ii. pondo xv, chalcitidis denariorum pondo xv: calcis viuæ denariorum pondo octo, alij denariorum pondo xl: gypsi torrefacti denariorum pondo iiij, alij v: tritis vtitor. ℭ *Sanguinem cohibens*

* Al. σφόδρα. i. vehementer. *Aphrodæ.* Chalcitidis denariorũ pondo sex, mannæ thuris denariorum pondo ij: resinæ terebinthinæ frictæ, singularum denariorum pondo iiij: vtere tritis ad hæmorrhoidas. ℭ *Aliud vt Harpocras.* Sandarachæ denariorum pondo ij, arsenici denariorum pondo iiij, calcis viuæ denariorũ pondo octo. Pastillos fingito ex aqua diebus xxxx, terens, & sic inungito. ℭ *Aliud ad Hæmorrhoidas, quo vtor.* Arsenici denariorum pondo viij, sandarachæ denariorum pondo viij, elaterij denariũ pondo quatuor, thapsiæ denariorum pondo ij, chrysocollæ denariũm põdo quatuor, calcis viuæ denariorum põdo iiij: tritis vtitor. ℭ *Aridum Galli, varij vsus, ad Pterygia.* Argenti spumæ denariorum pondo viij, ęruginis denariorum pondo x: læuigatis vtitor: commendatur. ℭ *Ad Pterygia bonum.* Chalcitidis, caricarum combustarum, malicorij, squamę æris, singulorũ pares por G tiones. Cum opus est, mel coctum misceto: emplastri modo imponito: alternis diebus soluito, ex purgans, non madefaciens, nec respergens. ℭ *Anthera idest florida, qua vtor.* Sandarachæ denariorum pondo trigintaduũm, alij sedecim: aluminis fissi, myrrhæ, fęcis croci, singulorum denario

* Aliter lxiiii. rum pondo sedecim: iridis totidem, cyperi denariorum pondo sexagintasex. ℭ *Florida Magni.*

* Al. xiiii. Casiæ denariorum pondo xxiiij: aluminis fissi, gallæ, soreos, misyos, singulorum denariorũ pondo iiij: sandarachæ denariorum pondo viij, malicorij denarij pondo j, myrrhæ obolos iiij, cinnamomi obolos iiij, croci denariorum pondo ij, myricę fructus denariorum pondo duũm. Tritis vtitor. ℭ *Aridum Cephalicum idest capiti accommodum.* Iridis denariorum pondo iiij: thuris, panacis, aristolochiæ, singulorum denariũm pondo ij: tritis vtitor, etiam ad nomas. ℭ *Aridum Cicatricem inducens.* Ostreorum combustorum denariorum pondo ij, mannæ denarij põdo vnius, cadmiæ obolos iij: contritis vtitor, & ad nomas. ℭ *Aliud Aridum Cicatricem inducens.* Piceæ corticis denariorum pondo vj, mannæ denariorum pondo sex, aristolochiæ denariorum põdo sex: pumicis, resinæ, singulorum denariorum pondo iiij: iridis illyricæ denariorum pondo xij: lęuigatis vtitor. ℭ *Aliud Cicatricem ducens, & ad Cacoethe.* Piceæ corticis denariorum põdo vj, cornu ceruini combusti denariorum pondo iiij, cadmiæ denariorum pondo xxij: cerussæ, mannę, singulorũ H denariorum pondo iiij: ęruginis rasę denariorum pondo ij: contritis vtitor. *Aliud.* Gallæ dena-

*Aliter xii. riorum pondo iiij, cerussæ denariorum pondo octo, myrrhæ pondo denariorum iiij, argenti spumæ denariorum pondo octo, retrimenti plumbi denariorum pondo quatuor: trita vsurpantur.

ℭ *Maiæ siue obstetricis, generosum ad Condylomata & Rhagadas.* Gallę, molybdęnæ, singulorum denariũ pondo viij: myrrhæ, cerussæ, singulorum denariorũ pondo iiij: tritis vtitor. ℭ *Auxilium ad Omnia.* Iridis loco molybdęnę, argenti spumę duas partes inijcito, reliquorum cuiusq; vnam.

* ℭ *Aridum exedens, Lecanij Arei.* Arsenici pondo libram, calcis viuę denariũm pondo ij. In aqua terito diebus triginta, mutans quotidie bis aquã in Sole: deinde resiccatis vtitor. ℭ *Encathisma quasi insessio, idest quod insessu curat Hæmorrhoidas, Phanij.* Atramenti sutorij, aluminis fissi, chalcitidis, misyos crudi, sandarachæ, singulorum denariũ pondo iiij. Trita omnia habeto vbi vsus venerit,

* Al. sextarii vnius. veterem vrinã salitam viri vnius, † sextariorum duorum } mẽsura in fictilem peluim inijcito: medicamenti verò denariũm pondo xij superfundito vrinæ, vt semper duo sextarij seruentur. Hoc vtitor insidens diebus vij, nam in his actionem promouet: vbi sordidum in fundo substiterit, anũ circũlinito. ℭ *Aridum carnes Cicatrice obducens citra erosionẽ, Harpocratis.* Sãdarachę, chrysocollę, arsenici, pares singulorũ portiões. Itẽ ad cacoethe facit. ℭ *Pastillus ad Nomas, dictus Asclepius.* Chal

citidis

A citidis,arſenici,pares portiones:calcis viuæ duplum. Habet etiam ſandarachæ æqualem reliquis portionem. ℂ *Ad Ani vitia.* Alumine liquido nucis magnitudine cũ mellis cyathis duobus coćto vtitor. ℂ *Siccum ad Nomas quo vtor.* Squamæ,arſenici, chartæ cõbuſtæ,plũbi vſti,ſingulorũ
*Aliter ij denarium pondo iiij: ſulfuris ignẽ non experti denariũ pondo quinquẽ: læuigatis vtitor. *Aliter.* Squamæ,arſenici,ſulfuris,plumbi cõbuſti,æris,ſingulorum denariũ pondo iiii: ſandarachæ dena
*Aliter iij rium pondo quatuor,æruginis denarij pondo vnius,chartæ cõbuſtæ denarium põdo iiii: vtitor cum rhodino vel melle. ℂ *Criſpi odoriferũ ad Nomas.* Squamæ,arſenici, ſandarachæ, ſingulorum denariũm põdo ij: gallæ denariũ pondo iiii,myrrhæ denarii pondo vnius,thuris tãtundem,atramenti ſutorii denarium põdo ii,chartæ cõbuſtæ denariũ pondo iiii: læuigatis vtitor. ℂ *Antipatri ad Nomas.* Chryſocollæ pondo ℥ vi,arſenici põdo ℥ vi: arido vtitor,& cum rhodino. ℂ *Aliud*
†Aliter vj *vt Alcimion.* Arſenici denariũm pondo: †ii,ſquamæ denariũm põdo iii,chryſocollæ denarij pondo j. Sicco & cum rhodino vtitor: aqua dilutum cicatricem ducit cum cerato rhodino. ℂ *Aliud Publij ad Nomas.* Calcis viuæ denariũm pondo iiij: arſenici,ſquamæ,chalcitidis,ſandarachæ,ſingu-
†Al. denarium pondo duorũ. lorum denarij pondo vnius: tritis vtitor: non nulli ſandarachæ †denarij pondo vnius. ℂ *Medicamen ex Plantis,ad Nomas probum.* Mali punici corticis, chryſocollæ, aloes, ſingulorum denariũm
B pondo iiij: arſenici,ſandarachæ,ſingulorum denariũm pondo ij: aluminis fiſſi denariũm pondo
fortaſſe,myrti. iiij,chalcitidis denariũm põdo iiij,myrrhæ ſiccæ denariũm põdo vij,oleæ ſiccæ foliorum tantundem: tritis vtitor. ℂ *Aliud Alcimionis.* Myrti ſylueſtris denariũm põdo viij: malicorij,oleę folio rum,myrti nigræ,& corticum,ſingulorum denariũm pondo xij: ſpinarum cineris denariũm põ-
†Al.duorum. al duodecim. do viij,ficuum cineris denariũm pondo †vxj, orcheos herbæ denariũm põdo viij: arido cũ melle vtitor. ℂ *Aureum,quo vtor.* Malicorij denariũm põdo xxv,aluminis fiſſi denariũm pondo x: atramenti ſutorij,miſyos,ſingulorũ denariũm põdo viij: ſquamæ denariũm põdo xvi,gallæ dena
†Aliter xv. riũ põdo xv,melãteriæ ex clauis cõfećtæ denariũ põdo †v: chalcitidis,ęris cõbuſti,ſingulorũ dena riũ põdo viij: lęuigatis plurimũ ex aceto vtitor. ℂ *Aliud recens efficacius ad Nomas,Philini. Inalterat,*
†Al. vnam. *& Pus educit.* Aphronitri pondo libras †ij,mellis tantundem. Aphronitrum melle ſubaćtũ vrito, deinde læuigato: admiſceto iridis illyricæ pondo ℥ vj: trito vtitor,& cum melle. *Aridum Erodens.* Arſenici,ſandarachæ,ſingulorum denariũ pondo ij: calcis viuæ denariũ pondo iiij,alij trium: læuigatis vtitor. ℂ *Aliud.* Calcis viuæ,arſenici,attramenti ſutorij,ſingulorum põdo denariũ iiij: ex aqua calida plurimum terito. Reſicatis ac tritis vtitor. ℂ *Aridum Erodens Melitonis.* Auripigmenti,ſandarachæ,calcis viuæ,pumicis,ſingulorum denariũ pondo iiij: In aqua xxx diebus cõte-
C rito,ſed quotidie illa mutata: vbi inaruerit tritis vtitor. ℂ *Aridum inſigne ad Hæmorrhoidas præclari Apollonij Tarſei.* Chalcitis vſtæ,ſquamæ,arſenici cõbuſti,attramẽti ſutorij,ſingulorũ denariũ põdo iiij: diphrygis denariũ põdo duũ,ſoreos combuſti obolos iiij,argenti ſpumæ combuſtæ obolos quatuor,aluminis fiſſi denariorum pondo quatuor,æris vſti tantundem: læuibus fáćtis vtitor.

Quæ Aſclepiades in librorum quinto de Exterioribus,quos Marcellas inſcribit,arida conſcripſerit. CAP. 14.

ANdromachus arida,quæ affećtui cõueniunt,iis quę affećtis proſunt,admiſcuit: Verũ Aſclepiades in quinto ſeorſum quę ad affećtum conducunt, ſeorſum item, quæ parti affećtę vtilia ſunt,expoſuit:nam parte omiſſa,tradidit cicatricem ducentia,cruſtas inferentia, ad nomas conuenientia & carbunculos,tum quæ vocant à ſanguine continendo,iſchæma: Cum loco autem af fećto,quæ ad polypodem,ozęnas,& ſanguinis profluuia ex naribus,ad oris nomas,gingiuas humidas,in genis duras excreſcẽtias,ad paronychia,pterygia,ani rhagadas, & hæmorrhoidas. Quædam etiam à parte affećta denominationem ſortiuntur,conueniunt tamen & alijs partibus,cuiuſmodi quoq; cephalica id eſt capiti ſuccurentia,à medicis dićta,quę eximiè oſſibus cõducunt,quan quam & totius corporis exulcerationes carne replere poſſunt: non.n.capiti quatenus caput eſt,
D prodeſſe ſunt nata. Nimirum etiam,niſi os denudatum ſit,vſum ipſorum non requirimus: ſed in nudatis,quoniam pinguia pharmaca vitamus,ſiccis ſolis vtimur,fugiẽtes emmota à medicis Græcè appellata,ꝙ linamentis inunćtis offerantur. Quemadmodum autem oſſibus in capite denudatis vſus ipſorum aptiſſimus eſt,ita etiam in alijs omnibus denudatis oſſibus, ſiue brachij,ſiue cubiti,ſiue radij,ſiue femoris,ſiue tibiæ. Quare nos etiam arida ab Aſclepiade ſcripta deinceps proditu ri,cùm ipſum prima omniũ cephalica ſcripſiſſe inueniamus,prima ponemus,quòd non ſolum oſſibus in capite denudatis,verùm & alijs omnibus ſimili modo affećtis,ipſa ſint accommoda. Deinde quæ cicatricem ducunt,percenſebimus,omnia his interiećta prætergreſſi, quę affećtum locum attingunt. Poſtea quę predićto iam mihi ordine ſequuntur,omnia aggrediar. Non nulla ſanè ex ſiccis medicamentis duplicem vſum obtinent,vt & ſiccis ipſis vti poſſimus, & cum alijs quibuſdã miſtis,ſicut idem Aſclepiades quoq; indicat.

Arida Cephalica.

ℂ *Aridum Cephalicum, quo vſus eſt Lucius præceptor, tollit Squamas,Oſſa corrupta educit, Caua implet. Medicamentum pingui caret.* ℂ Iridis illyricæ, panacis,ſingulorum denariũ pondo iiij: ariſtolochię denariorũm pondo ij, mannę tantundem: alij ſine ariſtolochia. Omnia contunduntur,& cribrantur. Vti licet per ſe & cum melle. ℂ *Medicamentum ex Silphio Calloſa conſumit, & Sordida purgat,&*

gat, & Caua replet. Vlcerum relictas tunicul as exedit. Resinæ pityinæ siccæ denariũ pondo duodecim: E

*Al. pumicis. loreos torrefacti vino restincti, iridis illyricæ, aristolochiæ, singulorum denariûm pondo octo: silphij denariũ pondo quinquaginta, æris squamæ denariũ pondo duûm, thuris denariũ pondo quatuor: arido, & cum melle vtitor. ℭ *Medicamentum ex Eruis, Xenocratis.* Eruorum ruffforum farinæ denariũ pondo viij, illyricæ denariũ pondo decem, mannæ denariũ pondo quinq;, aristolochiæ denariũ pondo quinq;, squamæ tantundem: tritis, & cum melle vtitor. Aliæ lectiones habent, bryonię radicis denariũ pondo octo: mannæ, squamæ, iridis, singulorum pondo denariûm duodecim: erui denariũ pondo decem, aristolochiæ longæ denariũ pondo quindecim. ℭ *Medicamentum quod ex Serapiade inscribitur. Squamas tollit, Carnem facit, ex ijs quæ valde resiccant.* Serapiadis, orcheos, iridis illyricæ, marrubij sicci, singulorum denariũ pondo octo: erui farinæ pondo denariũ

*Al. viij. decem, aristolochiæ denariũ pondo quinquaginta: sicco, & cum melle vtimur. ℭ *Tryphonis Cephalicon, aufert Squamas.* Piceæ corticis, squamæ ęris, pumicis combusti, singulorum denariũ pondo sex: mannę thuris, aristolochiæ, iridis illyricę, resinę pityinę, singulorum denariũ pondo quatuor: myrrhę, aloes, singulorum denariorum pondo duorũ: sicci, & cum melle vsus est. In Athenęi scripturis sine picęę cortice medicamentum est. Habet aũt & gallę pares mannę portiones.

Arida Cicatricem inducentia. F

De omnibus vlceribus recentibus, & vetustis curatu facilibus, & difficilibus, in medicatorię methodi libris, tertio, quarto, & quinto disseruimus. Quin etiam in huius operis prioribus, cauorum vlcerum sine omni casu pharmaca carne replentia, virtutem tersoriam sine vllo morsu obtinere docui: quę autem cicatricem inducunt, cum eo, quòd citra mordacitatem adstringunt, magis exiccare: quę verò supercrescentem carnem tollunt, calida esse & acria. Quin etiam quę optima esse inter ea, quę cicatricem ducunt existimem, tùm in commentario de morbis curandis prædixi, vbi omnium affectuum curationis methodi ostensę sunt: tùm prius in hoc pręsenti opere cũ de ijs, quę vlceribus conueniunt, ageretur. Asclepiades autem pharmaca, sicut & Andromachus, cicatricem inducentia conscripsit, non distinguens, vtrum nullo alioqui malo conflictantia vlcera, an quę proprię ęgrè ad cicatricem venientia dicuntur: quę permultum inuicem differre ostendimus, cùm singula proprium curationis scopum habeant. In quibusdam tamen adscripserunt, ꝙ & ad cacoethe faciant, vel rursus ad condylomata & rhagadas. At quanquam Asclepiades magis Andromacho distinguere soleat, tamen in ijs, quæ cicatricem ducunt, distinctionem nullam posuit. Verùm quæ ego recensui, tùm in medendi methodo, tùm in hoc opere, indicabunt, si mentem adhibeas, quo modo singulis descriptis vtendum sit. ℭ *Aridum Cicatricem inducens Asclepiadis,* G *Cineritium, quòd cineris speciem referat, nominatum, ex Magni medicamentis.* Calcis viuæ denariũ pondo sex: mannæ thuris, squamæ, singulorum denariûm pondo quatuor. *Aliter.* Calcis viuæ denariũ pondo duodecim: squamæ, mannæ, singulorum denariûm pondo quatuor, sed vt Archibius vult, squamæ denariũ pondo octo: mannæ denariũ pondo octo, vel quatuor: in alijs scripturis calcis viuæ denariûm pondo octo. *Vt Heliodorus.* Calcis viuæ, mannę thuris, singulorum denariûm pondo octo: squamę denariũ pondo quatuor. ℭ *Rursum Cicatricem ducens.* Misyos torrefacti denariũ pondo octo, squamæ ęris denariũ pondo decem, mannæ denariûm pondo sex: tritis vtitor. ℭ *Magni, Cicatricem ducens.* Diphrygis, squamæ, singulorum denariũ pondo quatuor: illyridis, mannæ, singulorum denariũ pondo duũ: contritis vtitor. ℭ *Medicamentum ex Pumice.* Pumicis torrefacti vino restincti denariũ pondo octo: squamæ, mannę, singulorum denariũ pondo quatuor: iridis, resinę pityinę siccę, singulorum denariũ põdo quatuor: tritis vtitor. ℭ *Aliud Ptolemæi celebris. Facit & ad Curatu difficilia.* Picęę corticis denariũ pondo sex, cadmię tostę denariũ pondo octo: squamæ, cornu ceruini cõbusti, mannæ, singulorũ denariũ pondo quatuor: tritis vtitor. In alijs exemplaribus habet, plumbi combusti & eloti denariũ pondo iiij, molybdænæ denariũ pondo octo. ℭ *Arida Crustas inducens.* Diximus quoq; hæc acris & adurentis esse potentiæ. H Quare etiam vsus ipsorum est, tùm in his, quæ propter nimiam humiditatem ac intemperiem partis affectæ, tùm propter putredines partibus quibusdã innatas, proueniũt. *Crustas obducentia, Asclepiadis. Melinon Lucij præceptoris, quod Crustas inducit, Callos excindit insperfum & compressum summo specillo. Compescit autem, & difficilibus Curatu Cicatricem inducit, si quis in tenui pharmaco vtatur.* Qui ergo dictũ puluerem vsurpat, Chalcitidis crudæ denariũ pondo viij, cadmiæ denariũ põdo iiij, ieiunus cum saliua excipito tm̃, vt solum ipsum pharmacum humectet: deinde collige, & operculo claudens, sine melinum fieri: vbi in vmbra desiccaueris, leuiter circunferens pistillum, trita excipito, sicut prædictum est. Apud alios vocatur medicamentum fuscum. Excipitur aceto acerrimo, & siccatur læuigatur q;. In alijs scripturis sicut Eunomus Asclepiades vsus est. Habet autem sic. Chalcitidis denarios xij, cadmiæ denarios vi, sandarachæ tantundem: aceto excipiuntur. *Aliud.* Chalcitidis, chalcanthes, cadmiæ, singulorum tostorum paria pondera ieiunus excipito saliua. ℭ *Quod*

*Al. denarios quinque. *inscribitur Eutonon i. robustum.* Chalcitidis tostæ†, chalcanthi, sandarachæ, cadmiæ, singulorum pondo denariûm octo: sicca inspergito. ℭ *Dia tessaron, i. quod ex quatuor constat.* Chalcitidis tostę, mi- * syos, diphrygis, singulorum pondo denariũ iiij, chalcanthi vstæ denariũ pondo iiij. ℭ *Crustã inducens valde generosum.* Aluminis fissi, atramẽti sutorij, gallarũ, misyos cyprij, singulorũ denariũ põdo xvi:

A do xvi, ſor eos denariũ pondo † iiij: cõtritis vtitor. ℭ *Confectum, vt Eunomus.* Miſyos peregrini denariûm pondo xvi, ſoreos denariûm pondo xij, æris cõbuſti denariũ pondo † ij, lapidis ſiſſi cõbuſti denariûm pondo viij: atramẽti ſutorij, ſandarachę, aluminis ſiſſi, ſingulorũ denariûm põdo iiij: tritis vtitor inſpergens, & ſpicillo comprimens. ℭ *Ad Nomas.* Putrida vlcera cũ ambientes partes depaſcunt, nomas propriè appellant: ac conſtat tales affectus vehementiſſimis medicamentis indigere, nam in ipſis ſæpe etiã cauterijs vtimur. ℭ *Ad Nomas, Aſclepiadis Pharmacum Lucij præceptoris ad Nomas.* Sulfuris viui, auripigmenti, ſquamæ, ſingulorũ denariûm pondo † duũ: æris cõbuſti, quantum color exigit: arido, & cum melle vtitor. ℭ *Publij præceptoris.* Auripigmenti denariûm pondo iiij, ſquamæ denariûm pondo duûm, elaterij denarij pondo vnius, chartæ quantum ad colorem ſatis eſt. ℭ *Vt autem Eunomus vſus eſt.* Arſenici, ſquamæ, ſingulorũ denariorũ pondo iiij: ſulfuris viui, elaterij, ſingulorum denariorum pondo duorũ: chartæ combuſtæ quantũ ad colorem ſufficit. In alijs ſcripturis eſt, ſandarachę denariorũ põdo iiij, ſquamę denariorũ pondo vi, arſenici denariorum pondo iiij, elaterij denariorũ pondo duorum, chartæ combuſtæ denariorum pondo iiij. ℭ *Medicamentum Arei ad Nomas, quod etiam Sordida purgat citra mordicationem roſaceo dilutum. Facit etiam ad Vuluæ exeſum. Dedit Theotropus.* Arſenici, chartæ combuſtæ, plumbi vſti & eloti,

† Aliter ...

† Al. viij

† Al. vnius.

B ſquamæ æris, ſingulorum denariorum pondo iiij: ſingula per ſe teruntur, poſtea ſimul miſcentur. Vtitor ad prædictos affectus. ℭ *Ptolemæus autem ita vſus eſt:* Plumbi combuſti, arſenici, ſquamæ, chartæ combuſtæ, ſingulorum denariorum pondo iiij: ſulfuris viui denariorum põdo duorum: tritis vtitor. ℭ *Vt autem Apelles. Medicamentum confectum, quod Dia chartu id eſt ex charta, inſcribitur, Nomas non ſolùm ſiſtit, ſed etiam incipientes prohibet. Facit & ad Dyſentericos, infuſum roſaceo.* Cùm autem ait inſtillatum dyſentericis, ſuſpitionem ſubeſſe de nome indicatur. Compoſitio ita habet. Chartæ combuſtæ, plumbi combuſti, æris combuſti & eloti, arſenici, ſquamę ſtomomatis, ſingulorũ æquas portiones: ſulfuris viui dimidium: tritis vtitor vel cum melle, vel rhodino. ℭ *Moſchionis ad Nomas.* Elaterij, chartæ combuſtæ, ſquamæ æris, ſingulorum denariorum pondo duorum: auripigmenti denariorum pondo iiij: æruginis ſcoleciæ, ſalis ammoniaci, ſingulorũ denarij põdo vnius: tritis vtitor, & cum rhodino. ℭ *Odoriferum Lucij præceptoris.* Squamæ, gallæ, vtriuſque denariorũ pondo iiij: ſandarachæ, arſenici, ſingulorum denariorum pondo duorum: myrrhæ, attramenti ſutorij, vtriuſque denarij pondo vnius: thuris denariorum pondo duorum: elaterij denarij pondo vnius: chartæ combuſtæ, quantum colorem efficit. ℭ *Nos autem ſic.* Squamæ, gallæ, myrrhę, ſingulorum denariorũ pondo viij: ſandarachæ, arſenici, elaterij, ſingulorum denariorũ pondo iiij:

C thuris denariorũ pondo iij, atramenti ſutorij tantũndem, chartæ quo colorem acquirat. ℭ *Vt Paſion.* Arſenici, ſquamæ, ſingulorum denariorum pondo duorum: chalcanti denarij pondo vnius, ſandarachæ denariorũ pondo duorum: myrrhæ, thuris, gallæ, ſingulorum denarij põdo vnius: chartæ denariorum pondo quatuor: tritis & cum roſaceo vtitor. ℭ *Heraclides hanc ſcripturam habebat.* Gallæ denariorum pondo vj: arſenici, ſandarachæ, ſquamæ, ſingulorum denariorum pondo quatuor: thuris denariorum pondo trium, calcanthi tantundem, myrrhæ minææ denariorum pondo duorum, chartæ denariorum pondo octo. ℭ *Vt Cleobulus.* Squamæ, ſandarachæ, arſenici, ſingulorum denariorum pondo duorum: myrrhæ, thuris, attramenti ſutorij, gallæ ſingulorum denarij pondo vnius: chartæ, vt colorem accipiat.

* Al. denariũ pondo iiij.

Ad Carbunculos. CAP. 15.

CArbunculus vlcus eſt cruſtam citò cum inflãmatione totius partis circundatæ valida faciens, vt & febres vehementes, & extrema pericula inferat. Quare ipſi cruſtæ valens medicamentum imponere oportet, & ex ijs, quæ ad nomas conducere dictum eſt: circumpoſitas autem partes cataplaſmatis fouere, quæ æqualem vim habeant, vt repellant, & mediocriter refrigerent, & digerant. Verum de cataplaſmatis in proprio libro dictum eſt. Nunc ab Aſclepiade ſcripta percenſebimus.

D ℭ *Ad Carbunculos medicamenta ab Aſclepiade prodita. Medicamentum Maſsiliotæ.* † Hoc propter vires expoſuit, ꝙ carbunculos ad ſuperficiem perducat, & multos auferat.} Chryſocollæ, nitri toſti, lapidis aſij, arſenici, ſandarachæ, miſyos toſti, chalcitidis, aluminis ſiſſi, diphrygis, ſingulorum denariũ pondo quatuor: trita omnia ſingillatim ſimul q; in vas ęreum cyprium reponimus. Dum vſus poſcit, imponimus, apprimentes ſpicilli latitudine, donec carbunculus nigreſat. Dein de ſupraponimus infraſcriptũ viride, quod ita habet. Thuris, æruginis raſæ, ſquamę æris, ſingulorum denarij põdo vnius: aluminis ſiſſi obolos iiij, ſalis ammoniaci obolos iiij, ceræ denariũ põdo vij obolos iij, reſinæ pityinæ aridæ denariũ põdo xv, olei veteris heminam vnam. Arida in Sole cũ aceto teruntur: quæ liquefieri pñt, liquantur, & immittuntur: vbi rurſus cõtuderis, aſſumens vtitor. Apud Demoſthenẽ Maſſiliotã, q pharmacũ cõpoſuit, olei habet duas heminas. ℭ *Apionis ad Carbũculos.* Nitri rubri, arſenici, ſandarachæ, chalcitidis, atramẽti ſutorij, diphrygis, ſingulorũ parẽ mẽſurã: aceto læuigentur: & exiccatis, rurſus q; tritis, vtitor. ℭ *Apollonij Organici.* Chryſocollæ, aluminis ſciſſilis, & rotũdi, ſandarachæ, ochrę, miſyos crudi, atramẽti ſutorij, ſingulorũ denarij põdo i: tritis vtitor. ℭ *Florida Magni ad Putredines, Nomas, Carbunculos, Pterygia, Aures ſuppurantes. Valet etiã ad Oris Nomas.* Aluminis ſiſſi denariũ põdo viij, chalcitidis denariũ põdo vi, ſandarachæ denariũ põdo iij, mali punici corticis ſiccæ denariũ põdo ij, atramenti ſutori denarij põdo † vnius, miſyos

† In antiquis Codi. ita legit. ταύτην ἐξέθηκε τῇ πόλει τὴν δύναμιν, διὰ τὸ τοὺς ἄνθρακας ἐπιπολάζειν, καὶ πολλοὺς ἀφαιρεῖσθαι, i. hoc medicamentum ciuitati dedit, quod carbũculi abũdarent, ac multos perderent.

† Aliter denariũ duorum.

misyos denariûm pondo duũ: nitri, omphacini sicci, singulorum denariũ pondo duûm. Sicco, & cum melle vtitor. E

ℭ *Aliud Diodori.* Gallæ omphacinæ denariũ pōdo quatuor: misyos, chalcitidis, auripigmenti, sandarachæ, singulorum denariũ pondo duûm: aluminis fissi, atramenti sutorij, lapidis asij, diphrygis, nitri rubri, singulorum pondo denarij vnius: tritis inspergito, comprimēs scalpelli summo. ℭ *Sanguinem sistens Asclepiadis, Lucij præceptoris medicamentũ confectum.* Chalcitidis denariũ pondo xvi, mannæ denariũ pondo xij, terebinthinæ aceto subactæ. Siccis consperge locos, vnde sanguis profluit. In alijs duabus scripturis inuenimus, Chalcitidis denariũ pondo

† Al. xx. viij, mannæ denariũ pondo xvi, terebinthinæ frictæ † tantundem. ℭ *Dioscorides Tharseus tradidit Areo Asclepiadeo pharmacum mirificè Sanguinis profluuia comprimens.* Chalcitidis denariũ pōdo viij, mānæ denariũ pondo xvi, resinæ siccæ denariũ pondo viij, gypsi tantundem. Alia contunduntur, cribrantur, miscentur, in ærea pyxide reponuntur. Vbi vsus postulat, pares portiones medicamenti cum gypso miscentur. ℭ *Ex libris Heraclidis, medicamentum ad Hæmorrhoidas. Hoc Vsus est ad Sanguinis ex naribus profluuia, lanam intingens & conuoluens, tanquam ellychnium.* Acidi mali punici corticis pondo ℥ iij, aluminis ægyptij pondo ℥ iiij, chalcitidis pōdo vnciam: tritis vtitor: naribus verò lanam medicamento repletā imponito. ℭ *Hercules cognomento, ad Sanguinis eruptiones, hoc loco cautery vsus est. Crustam autē inducit. Facit etiam ad Pterygia, reprimit omnē Excrescentiam, Ossa reducit, remouet Squamas.* F Soreos, atramenti sutorij, chalcitidis vstę, rhu coriarij, singulorum denariũ pōdo iiij: tritis vtitor.

ℭ *Sanguinem sistens compositum.* Misyos peregrini denariũ pondo sex, atramenti sutorij totidem:

Al. quatuor. picee corticis, chalcitidis, singulorum denariũ pondo quatuor: mannæ denariũ pondo viginti, gypsi denariũ pondo quatuor: tritis vtitor. *Aliud.* Thuris pondo vnciam, misyos peregrini pōdo denariũ quatuor, gallæ omphacinæ denariũ pondo quatuor, chalcitidis denariûm pondo quatuor, suberis combusti denariûm pondo octo, rhu coriariæ denariûm pōdo quatuor: tritis vtitor.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Hic quoque Multiplicis vsus Emplastra declarantur, maximè vero quæ ad Nomas faciunt, Quæ item attrahunt, digerunt, & discutiunt.

Quid Differant Vlcera Aegrè curabilia à Nomis: & de Vsu methodi componendorum medicamentorum. CAP. I.

Vperiore commentario emplastra dicta Gręcè polychresta, quod multis conueniant affectibus, distinguentes, ea collegimus, quæ præterquam alijs, etiā vlceribus ægre ad sanitatem peruenientibus, mederi pollicentur. In præsentia verò ad aliud emplastrorum genus multiplici vsui accommodatum digrediar: quæ singula tum ad alia multa faciunt, tum ad particulas putrescentes, aliter affectas, quàm vlcera quę propriè dystherapeuta i. curatu difficilia nuncupātur. Etenim has putrilago depascitur, eo quod turba medicorum hos affectus nomas i. depastiones, appellat: illa verò vno loco sine putrilagine circumscripta sunt, vt & phagedenæ dictæ vicina quidem depascunt, non tamen ea putrefaciunt febres quod inferunt, quod ijs, quæ depastionem cũ putrilagine sustinent, accidere consueuit. Summa curationis erat in prædicto vlcerum ęgrè curabilium genere (chironia quoque vocant) medicamenta inuenire, quatenus licet mordacitatis expertia, validè autem exiccantia. At hæc quæ nunc scribentur, omnia mordacia sunt, si quis ipsis solis non cerato temperatis vtatur. Quæ autem cerato miscentur, purgare quidē vlcus sordidum & carne replere possunt, atque ēt duritiem quādam & tensionem discutere, non autē difficilia curatu sanare. Indicant ipsorum virtutem affectus, quibus bene adhiberi credita sunt. Quod iā superius admonui, & nunc dicturus sum, meminisse videlicet oportere illorũ, quæ in opere de Simplicibus medicamētis prodita sunt. In cuius primis quinque libris methodum seu rōnem exposui, qua medicaminum facultates inueniant, simul quoque in pluribus exēplis eius exercitatione ꝓposita: in sequentibus verò singulorum nominatim mentionē feci. Nā illorum memor, ex facili rōnem eorum qui hęc pharmaca à nobis modo proposita cōposuerunt, assequeris: & videlicet ipse quoque alia cōficies, quocunque tpe prius expertorũ inopia laboraueris: multa siquidē hmōi nō paucis contingunt in itinere, cùm alio, tum maximè nauali. Qñ quidē etiā in patria quidā manentes, pharmacorum apparatũ, vnde ęgros curabant, amiserunt, vt præ tristitia ipsi tabefacti, perierint. Optimũ igitur medicamenta iā explorata secundum dictam methodum vsurpare: sin aũt, vt dixi, non nunquam hęc desideremus, habitum talem nos habere, quo similia H

A milia iam abunde expertis possimus componere: quemadmodum & me sæpe agentem in itinere & alibi vidistis. Non nulla igitur, quę proprio marte in huiusmodi temporũ occasionibus cõdidi, postquã experientia probassem, nihilo peiora vel celebratissimis apparuerũt. Nam primã ipsorũ compositionem ex coniectura artificiali molimur: postea verò cum non nulla per experimẽtum probatissima visa fuerint, non nulla à scopo absint, secunda rursus correctio fit, & tertia nõ nũquã qua ad perfectionem eius quod præstare volumus, ipsa redigimus. At sine methodo & in prioribus & in therapeutices libris exposita, vti prædictis rectè nemo põt, tñ abest vt similia ipsis conficiat. Iam igit̃ huiusmodi emplastra exordiar. Emplastrum Dia Botanõ i. ex herbis, appellatum, propè oẽs, qui insignia emplastra in vno libro vel pluribus collegerunt, tradidere, non multum in misturæ simpliciũ pharmacorũ symmetria discrepantes. Incipiã ergo & hic à Critone, emplastra prius illa cõmemorans, quæ in quarto de simplicibus medicamẽtis, ita ad verbum literis mãdauit.

Emplastrum Dia Botanωn. i. ex herbis, Critonis. CAP. 2.

E*Mplastrum ex Herbis quo vtor. Facit ad Carcinomata, Putredines. Strumas ad suppurationem perducit, & exprimit. Lepras amouet, Furunculos soluit, Podagricis prodest, Callosas duritics emollit. Item Cephalicum, sine foratione Squamas tollit, Ossa educit, aliquatenus tamen ossa abradit. Idem ad Neruorum vulnera, & ad* B *Nomas, linamento exceptum valet, repurgat, implet cum rosacco cerato, vna ipsius parte ad duas cerati, interdum tres vel quatuor, adiecta. Cum myrto cerato duabus partibus vel tribus Cicatricem ducit.* Herbarum ex siccis locis maritimis, anagallidis quę cœruleum florem habet, papaueris ceratidis, marrubij, alterci foliorum tenerorum, singulorum denarium pondo quinquagintasex. Hęc in pilam seu mortarium coniecta teruntur, quousq; contusa sint ac dissoluta duntaxat, ne eorum succus absumatur: postea iniecta in mortarium terantur. In alio autem mortario habentur squamę ęris rubri denarij vigin*tisex, mannę denarij octò, resinę pityinæ siccę denarij sedecim, aloes totidem, fissi aluminis denarij quatuor, rotundi totidem. Hæc in Sole lęuigãtur, vt sordium crassitudinem cum aceto habeãt. Deinde herbæ mistę, donec probe coeant, teruntur. Postea ceratum facito † ex chię cerę denarijs centum. ℈ secundum alios mina: olei veteris heminis duabus: radito & misceto. Heras ita. Quidam vero duas anagallidas immittũt: aliqui & chrysocollę, & terrę erethriadis, & salis ammoniaci, & auripigmenti, & scissilis, singulorum denarios quatuor. Porrò quę Asclepiades de hoc emplastro præceperit, tum quia in precedẽti libro indicata, tum quia his ferè similia sunt, superuacuũ mihi videtur denuo de ipsis scribere, cõem oibus sermonẽ nunc aggressuro. Primũ sanè qui medicamentum hoc composuit, herbis acribus vsus est, vt humores prauos afflictis partibus infixos C vehementer digereret. Atq; ideo ex siccis & maritimis locis esse iubet. Cõtrarias autem ipsis alias frigidæ virtutis vsurpauit, ad acrium vehemẽtiam leniẽdam mitigandam q́;, Quales sunt altercũ, & papauer: habent.n. quippiam ẽt doloris mitigatorium, puta stupidam refrigerationem propinquis partibus inferẽtes. ‖ Stupor.n. mediocris dolorem soluit, ait Hippocrates. Apposuit aũt ex metallis quoq; æris squamam, & alumen scissile: de quibus prius diximus, quòd sane vtrunq; medicamen vlceribus malignis conuenit. Aloen verò miscuit ex ijs, quæ adstringunt, & sine morsu exiccant, medicamentis: Item mannam ex ijs, quę concoquunt, leniunt, & ad suppurationem perducunt: Pityinam ceu materiam emplastro conficiendo idoneam, sicut & ceram & oleum. At simul cum hoc acrium medicaminum vehementiam ipsa mitigant: pityina tamẽ ẽt siccare potest, & quo siccior, hoc magis, qualem inijcere precipit. Non nullos ait miscuisse pharmaco chrysocollam & terram erethriadem, ambo curatu difficilium vlcerum remedia. E contrario sal ammoniacus & quod auripigmentum vocatur, propter acrimoniam vlcera natura apta sunt irritare; atqui etiam putridis conueniunt. Proinde non admodũ vtile est propositum nobis in sermone pharmacum ad vlcera chironia. In quibus verò putredo aliqua subest, hanc comprimere idoneum est, saniem quæ illam facit, discutiens. Eadem medicaminis potentia & strumis medetur. Verũ quia D detersoria quædam continet, ideo quoq; lepras purgat: etenim consilium in hoc affectu est, cutis induratam summam partẽ, veluti deglubere: id quod ea efficiunt, quę præterquã q̃ supra modũ siccant, ẽt detergẽt. Nam si cutis vitium in naturalem habitum redire possit, nemo exiccatã supra modũ siccaret: quoniam verò quod leprosum iam est, curationem nullam habet, proximum fuerit (qui in omnibus insanabilibus scopus cõis est) incurabilem partem ex corpore excindere. Excinduntur autem non nunquam ferro, interdum igni, non nunquam medicamentò, vel adurentibus, vel digerentibus simul & detergentibus, quale est modo commemoratum. Quemadmodum igitur hic sermo omnis leprę cõis est, sic & ille qui de carnis repletione tractat. Nam quia carne explentia dicta medicamenta (sicut in tertio libro de morbis curandis ostensum est) virtutẽ habent detersoriam citra mordacitatem: quæ vero huius sunt materiæ, in hoc pręsens pharmacũ nobis propositum abstersorium quidem est, mordicationis autẽ non est expers: Ideo humidum ceratum ex cera resina q̃ in oleo liquefactis confectum ipsis miscemus. Siquidem cera & oleum, vt acrimoniam obtundunt, ita sunt emplastica, eo q̃ sordes producũt. Resina vero morsus expers, emplasticam virtutem non habet, sed detersoriã, vlceribus quidẽ iã mordacẽ, nõ vlceratis blandã & sine morsu. Cęterũ misturæ symmetriã coniectura quidem ante experientiam, verum scientificè post experientiam, deprehendemus, noscemus q́; simul purũ vlcus detersoriam vim sine morsu requirere:

* Aliter xx.

† Aliter [illegible] i. quod [illegible] cerę drachmas centum.

‖ Aphor. 25. ex 5. & De liquidorum vsu circa finem.

ſu requirere: ſordidũ validius, quippe cuius propugnaculum eſt ſordities: purum autẽ nudũ con- E tingenti occurrit. Quin etiam ex corporibus ipſis, non nulla ſenſibilem magis ſubſtantiã habent, quædam minus: alia molliorem, alia duriorem: quæ ratio eſt, cur Crito in propoſito medicamento ad vnam partem ipſius, non nunq̃ duas cerati, aliqñ tres, vel quatuor, miſceri iubeat: Non tñ diſtinctè pronũciauit, quãdo duas, quãdo plures, adijcere oporteat, tãquã qui pharmaco vtetur, verſatus iã in arte ſit, & quæ à me nunc dicuntur ſecum æſtimare queat. Roſaceo quidẽ præparari ceratum præſtat, nõ tamẽ inſignis exceſſus in huiuſmodi vlceribus eſt, ẽt ſi oleo liquefiat: attamẽ in ijs, quæ phlegmones quippiam habent, roſaceum oleo potius eſt. Porrò carne implẽda omnino à phlegmone tuta ſunt. Pulchrè autẽ Crito adſcripſit in vlceribus, quę ad cicatricem duci poſtulant, myrteo oportere ceratum præparari, adſtrictione.n. illis opus eſt. Hæc in præſentiarũ dixiſſe ſatis ſit tum de medicamentis carnem gignentibus, tum de ijs, quæ cicatricẽ inducunt. Etenim vſus, & compoſitionis ipſorum methodus, in medendi Methodi libris expoſita eſt: in particularibus autem materijs exercitatio, cum huius ſit operis, hoc ipſo libro exponetur.

Emplaſtrum Διὰ Σκύλλης, *i. ex Scilla.*

Non eſt in antiquis.

* Aliter xx.

* Quidam codices habẽt loco æris, chalcitim, cũ tñ neutrum horũ in enumeratione ſimpliciũ medicamẽtorum huius emplaſtri habeatur. Quia ergo bis mentio fit ſcyllæ, fortè loco ſcyllæ ſemel legendum chalcitis.

* Aliter xx.

* Aliter xij.

Aliud deinde eiuſdẽ generalis potentiæ emplaſtrũ, his verbis Crito cõſcripſit. ℂ {Scyllæ,} ariſtolochię rotundæ, {ſingulorum} denariũ pondo xxx, alij xv: iridis denariũ pondo xxx, alij F xv: pityinę ſiccæ denariûm pondo xxx, alij xv: ammoniaci, myrrhę, ſtyracis, ſquamæ æris rubri, ſingulorum pondo denariũ xv: ſcyllę toſtę denariũ pondo centum & octò. Aceto acerrimo diebus xl terito, qñ caniculæ ſidus oritur: ſquama primùm, & ſtyrax, paulatim ex vtroque, deinde gutta ammoniaci, & æs*, & ſcylla, inijciuntur, vt elaborentur, paulo pòſt reſina, inde myrrha: cum læuia facta fuerint: reliqua ſicca miſcentur. Expletis aũt diebus, eiuſmodi ceratũ facito: Ceræ pondo v, alij denariûm pondo ducentorum quadraginta: terebinthinæ pondo librã, alij denariũ pondo xxx: olei ſextarios duos & s, alij heminas vj: chalbani denariũ pondo xxx, picis liquidæ tantundem, proſtremò chalbanum indito: deinde vbi refrigeraueris curioſè excipito. Hæc quidem medicamenti compoſitio. De vſu aũt eius hęc ad verbum Crito ſcribit: Syncero medicamine vtitor, in capitis fracturis, fiſtulis, nomis, & excreſcentijs: item ad ora venarũ adaperta, & hypophoram id eſt vlcus dehiſcens. Sin voles diluere, quò carni generandę idoneum fiat, & cicatricem inducat, parti vni medicamenti duodecim cerati roſacei adijcito: in ambuſtis vni parti octò immittito. Hæc ſanè de vſu pharmaci Crito rectè tradidit, tanquam acri ipſo & aperienti & digerenti, ideoq; & exiccanti, vſus in fiſtulis, ſupercreſcrentia carnis, putredine hoc eſt nome, & oſculorum adapertionibus, quemadmodũ ſunt in ſinibus & anguſtis orificijs: In capitis autem fracturis, cũ G ſine foratione curationem molimur: ſunt autem tales, quæ aduſq; membranas cerebri non perueniunt: Verùm carnis producendæ gratia, roſacei cerati partes quãtuordecim miſcẽs, donec ad cicatricem peruenerint: Melius autem eſt dicere, donec vlcerum concauitas repleta fuerit: neceſſariò enim depaſcentia vlcera, quod dixi idem eſſe in putrilaginoſo, à validis medicamentis curantur, quale eſt & modò propoſitum. Primùm quidem putreſcentes particulæ auelluntur, atq; hinc cauæ redduntur. Vbi verò putredo ceſſauerit, purgationem repletionem q́; requirunt: ac poſteaquam repleta fuerint, tunc etiam cicatricem inducentia deſiderant. Ipſum autem pharmacum, cum cerato non dum miſtum fuerit, quia acre eſt, non ſolùm carnem generare non poteſt, ſed etiam ſupercreſcentia aufert, quemadmodum ipſe Crito dixit. Atque huius meminiſſe maximè oportet, quod dictum eſt & in ſuperiori emplaſtro, quod ex herbis appellauit, multa videlicet ex calfacientibus & abſtergentibus compoſita, licet admodum acria, ſi cum cerato temperentur, carnem progignere. Non nulli deſperant de ipſis, cum vel duplo copioſiore cerato miſto mordere adhuc conſpiciant, adeo vt carnem producere non poſſint, quemadmodum in hoc emplaſtro habet. Nam cùm multo acrius, magis q́; mordax ſit, eo quod ex herbis inſcribitur, ad carnem creandam, inutile eſt, quamuis quadruplo miſtum cerato fuerit. Prudentis igitur eſt, & in huiuſ- H modi medicamentis vſurpandis verſati, initio quidem ſtatim intelligere, quot partes cerato miſceri oporteat: ſi autem poſt vſum primum medicamentum acrius adhuc apparuerit, quàm vt carnem generare queat, conijcere quantum adhuc ex cerato adijciendum veniat: ſicut Crito in propoſito factitauit. Neque enim exiſtimes eum prima ſtatim coniectura inueniſſe duodecim cerati partes miſceri oportere, ſed ſciuit copioſius quàm quod emplaſtro ex herbis immittitur, miſceri: quanto vero copioſius, poſt primam coniecturam reperijt. Si nanque octo partibus miſtis mordax etiamnum apparebat, decem admiſcuit: quemadmodum ſi etiam decem, ad duodecim peruenit. Quoniam verò, vt dixi, pro ſordium copia, & vlceris humiditate, tum eorum quæ ſimul afficiuntur ſentiendi acumine, & hebetudine, item mollicie & duritie corporis habitus, cerati quantitatem immutare conuenit, quod ſæpe dictum eſt, conſiderare nos expedit, recordantes quantitatem vſus in huiuſmodi omnibus deſcribi, quum vtroque facilis illinc via ad alia vſq; ad ſumma fiat: ſumma dico omnium eiuſdem generis ſcoporum completiones. De quibus ſi vnum exemplum nunc propoſuero, vos ſemper ipſius meminiſſe oportet, neque ſæpius de eo velle audire. Dico igitur ſcopos congeneres eſſe (hoc eſt ſimili genere comprehenſos) plurimi quidem cerati miſcẽdi vlcus purum & ſiccum eſſe, corpus eius qui curatur facili ſenſu & molle: pauciſſimi

A le: paucissimi verò adijciendi, humiditatem multam in vlcere ac sordiciem, corpus ægri durum parumq; sentiens. Bene tamen omnibus quæ id componũt digerentibus, chalbani squama admista est, medicamentum exiccans, sed quod non parum adstringat. Non solùm autem in hoc emplastro cognoscendũ vobis est propter cerati copiosam misturam carne explens, & vlceribus malignis cicatrici obducendæ idoneum, euadere, sed etiam in alijs omnibus, quæ eiusdem virtutis sunt. His subiungit Crito medicamentum dia Acones i. ex cote, quo se vti affirmat, ita componendum præcipiens. ℭ *Dia Acones i. ex cote, pharmacum, quod nobis in vsu est. Facit ad omnia Diuturna, & peculiariter ad Capitis dolorem, fronti impositum. Valet ad Laterum dolores longos. Iuuat Podagricos, Ischiadicos. Scapularum dolores, Dentium cruciatus, attritis partibus impositum. Educit etiam & extrahit Menses pectini suprapositum. Auxiliatur Stomacho laborantibus, tum ijs, qui Fluxu vexantur, & Cibum vel alimenta non retinent. Est etiam prorsus vtile sine adustione, & Iis quæ acre medicamentum non sustinent. Conuenit etiam ad Duritiem Iocinoris, & Lienis, nec non ad Strumas, & Ischiadicos. Propriè iam vsus in ipsis fiat diebus septem: si molles sunt, quinque. Aquam pars vel oleum non attingat, donec vlcuscula, quæ psydracia dicuntur, fecerit, & saniem crassam attraxerit. Deinde albo cerato soluens ex aqua vtitor: sin efficacius voles, medicamento acone, quod ex pipere constat.* Ceræ, chalbani, terebinthinæ, pityinæ frictæ, olei laurini, olei veteris, singulorum pondo libram: squamæ æris pondo libram † & semissem, æruginis pondo vncias sex, guttæ ammoniaci pondo vnciam: sinapis, adarcæ, sulfuris, singulorum pondo vnciam: abrotoni, centaurij, atramenti sutorij, salis ammoniaci, thuris, salis communis, aluminis rotundi, argenti spumæ, propolis, cocci cnidij, singulorum pondo ℥ iij. Omnia simul contunduntur, & cribrata adstringentibus cum oleis excipiuntur. Hæc sanè propositi emplastri compositio est, non parum superiori præstans caliditate: sinapi enim habet, & adarcen, sulfur, & coccum cnidium, tanto calore prędita, vt vlcus faciant quibus diutius adhęserint. Iam & laurinum ex ijs est, quæ abunde calfaciunt, deinde atramentum sutorium, & sal: didicistis autem hæc adstrictionis quoq; non esse expertia, salem paucæ, sed atramentum sutorium multæ. Verum de adstringentium medicaminum mistura cum digerentibus, antea in emplastris vsus multiplicis, expositum est. Omnino enim quippiam varijs vtile esse non potest, nisi contrariæ quoq; virtutis participet: si enim digerens virtus simpliciter sola esset, ad vnam speciẽ affectuum conduceret, quam digerere conueniret: si vero adstringens ad aliam vnam, vbi quod influit, reprimendum est. Quare incipientibus ex humorum influxu generari affectibus adstringentia conueniunt: Digerentia verò sine adstringentium mistura, vbi nihil propter euacuationem prius factam influere potest: nam si superfluitas quædam humorum existat, non solùm digeritur humor in affectis partibus contentus, sed etiam ad ipsas accedit: cum digerentia ad se trahere nata sint, sicut contentos & contiguos humores, ita etiam in corporis profundo repositos. Miscentur ergo digerentibus sistentia & reprimentia, meritò, cùm qui ad ipsorum compositionem descendit, ratione hac vsus sit, experientia verò attestante rationi. Quare non iniuria, licet consilium scopumq; habeat in proposito calefacere, & exiccare, eo q; etiã vlcera concitare, mistum est & adstringentium quidpiam. Sed non sufficiunt ad multa vehementer calefacientia pharmaca, duo hæc, attramentum sutorium, & sal. Quin etiam æris squama pari ratione mista est, & alumen, quod à vehementer adstringendo Græce stypteria appellatum est.

B (margin beside "do libram")

† Cod. manuscriptus habet libram vnam.

*Al. vnam.

*Al. sinapis põdo vnciã s.

C (margin beside "humorum existat")

Aliud emplastrum celeberrimũ scripsit Crito, quod Mesianum appellat, diuersum materiæ genus habens à superiore, & illo, quod mox à me ordine suo describetur. Vocat hoc Crito ipse Anicetum idest Inuictum, ex acribus pluribus medicamentis compositum, cum mesianum tale non sit, vt postea suo tempore demonstrabitur. Quin etiam cephalica alia nominans, quorum generalis virtus paulo post explicabitur, post mesianum tradita, inuictum ab ipso appellatum subiungit, eiusdem virtutis cum pręscripto, quod dia acones i. ex cote, vocitabat. Verba Critonis in hũc modum sonant. ℭ *Aniceton, quasi dicas Insuperabile. Facit ad plurima. Extrahit, rumpit, purgat, glutinat excolat † splenij modo, & cùm canalibus impositum, ac dilutum ex oleo & aceto, constringit vndiq;. Discutit autẽ Duritias. Et Neruorum contractiones iuuat sine perfusione impositum, ne refrigerentur. Et vnguenti vice dilutum facit vt Acopon, hoc est medicamentum lassitudinibus accommodatum: sistit enim morborum principijs Lassitudines, & eas quæ † sine causa manifesta } proueniunt. Est etiam Malagma extremarum corporis partium in magnis splenijs impositum. Item Cruenta glutinat, suturis vel fibulis iuncta, si plicatum linteum ex solo aceto splenio imponas, æstate quidem frigidum, hyeme autem calidum. Facit ad Plantæ pedis vitia, ad Contusiones, Putredines, & Digitorum affectus, item Fracturas cum vulneribus. Licet neq; carnem generante, neq; quod cicatricem inducat, alio vti, sed soli credere. Valet ad Hominũ, canũ, et ferarũ morsus. Maximũ hoc est quod pollicetur, nempe Abscessus latentes in colo & peritonæo, prohibere ne fiant, antequã in vomicam exierint, aut factos extenuare, & in intestina conijcere. Imponendũ autem est spleniũ loco, & desuper centunculum ex aceto et oleo calente, fouendum q; bis quotidie. Non soluetur autem nisi triduo vel quatriduo. Deinde post fomenta, madorem rursus imponito. Vocatum autem est insuperabile, propter miranda & multa ipsius opera.* Squamæ æris denarium pondo quinquagintaocto: pyrethri, staphidis agriæ, cocci cnidij, synapis seminis, cachryos, columbini stercoris, aristolochię tenuis, æruginis, cyperi, erucæ seminis, cumini, singulorum denariũm pondo sedecim: nitri, salis ammoniaci, singulorum denariũ pondo trigintaduũm: lauri baccarũ, mannæ, iridis

D (margin beside "lat † splenij modo")

*

† Per splenium & per canaliũ idest solenõ appositionẽ. qd autem sit splenium & solen, abũde ab Hippo. in libro de fracturis habetur.

† Al. ἐξ ἄλλης αἰτίας, i. ex alia causa.

iridis, singulorum denariû pondo cẽtumviginti: aceti acris sextarios sedecim, decocti caricarum E
cyathos quatuor & semissem. Tunsa cribrata q; omnia simul, cum aceto ad læuorem teruntur sub æstu caniculæ. Vbi siccum & viride euaserit, ficum decoctum adijcitur, & simul emollita tolluntur, & in olla æris rubri reponuntur. Decoctum autem caricarum ita habet. Caricarum pinguiũ pondo libras quinque, aquæ sextarios sex: coquuntur, donec sextarij duo relicti fuerint. Vsus est, vna pars medicamenti aceto diluti, vt sordes repræsentet, ad sex partes resinoceri idest resinę cum cera iunctę. Est autem syncerum Resinocerum, ceræ pars vna, resinę frictę tres, cũ oleo pauco liquefacto: medium, cerę pars vna, resinæ duæ: dilutum verò, & abũde temperatum, cerę pars vna, resinæ tantundem: dissolutum, cerę partes duæ, resinæ vna: quod suprà quã dilutum, ceræ partes tres, resinæ vna. Scribitur etiam agresti licheni i. impetigini, conuenisse, purum iniectum. Hæc Crito ad verbum prodidit. Ego à fine eorum, quæ dixit, sermonis principium statuam. Agrestes impetigines nominant, cum à medicamentis imbecilliter siccantibus nihil iuuari vident, à validis autem iritari. Opus igitur in ipsis est medicamento efficaci abunde, non tamẽ vehementer mordaci: quod, vt dixi, ex artificiali coniectura compositum experientia probatur. Constat propositum pharmacum ex multis acribus tenuiorum partium & digerentibus: habet autem & quędam citra mordicationem detergentia, & non nulla parum adstringentia. Itaq; acria ex ijs, quæ cõtinet, F
sunt pyrethrum, sinapi, coccus cnidius, columbinum stercus, ærugo, baccæ lauri, nitrum, sal ammoniacus, item acetum acre, tale nanque inijciendum censet. Detergẽtium summè quidem lenia immordacia q; sunt iris & aristolochia: atq; his adhuc magis, vt ex genere cõcoquentium iam sit, mãna: generosius autem cachrys & staphis agria: his adhuc præcellit cuminum, & erucę semen. Cyperum sine morsu quidem exiccat, sed non nihil etiã adstringit: quemadmodum & æris squama, validum & ipsum medicamẽ. Oportebat enim, vt prius demonstratum est, medicamẽtum hoc adstringentis virtutis vtcũq; esse particeps, eo q; squama copiose admista est. Si verò & mãna re vera manna sit, & non thus, ipsa quoque aliquantulum adstringit. Iniecta est autem & hæc multo copiosior, q̃ squama meritò, vt acrium pharmacorum vehementiam leniat, simul q; humores in afflicta parte cõtentos coquat. Porrò caricarum decoctio mitigãtissima est, & maximè coquit, simul q; quodammodo digerit. Hæc igitur omnia mista multi vsus medicamentũ iurè effecerũt. Acetũ verò efficaciam eorũ plurimũ iuuat, in quo pharmaca æstiuo Sole conteri pręcipit: omnia enim sic præparata tenuem substantiam acquirũt, eo q; in corporis altum virtus ipsorũ penetrat.

Quæ Heras eiusdem generis Emplastra tradiderit. CAP. 3.

EMplastrum ex herbis quo modo Crito pręparet prius posui: & ipse Heras similiter conficit, G
sicut Crito eius meminit. Differt tamen in confectione emplastri ex scilla cõfecti nam ammoniaci, myrrhæ, resinæ pityinæ, styracis, squamæ, & scillæ tantũ cũ alijs Crito miscet, quantũ Heras: sed in aristolochia & iride discordat: quippe Heras scripsit aristolochiæ rotundæ denariũm põdo triginta, iridis siccæ tantũdem, alij quindecim: Crito autem sic protulit, aristolochiæ, iridis, singulorum denariũ põdo quãtuor. Rursus quoq; post hæc Heras iuxta cõfectionis finem tradit, †Ex pletis diebus ceratum huiusmodi facito: Ceræ pondo libras quinq;, alij denariũ pondo ducẽtorũ quadraginta: terebinthinæ pondo libram, alij denariũ pondo trigintà: olei veteris sextarios duos & s, alij heminas sex.⁎ Mihi verò non placet pro quinq; libris ceræ denariũ pondo ducentorum quadraginta, medicamento miscere. Interim nanq; loco libræ, centum denarios ipsi scribunt, interdum loco minæ: atqui nullus vnquam libram tam exiguam posuit, vt denarios quadraginta octo penderet. Hoc enim accidit, dum pro quinq; libris denarij ducentiquadraginta immittuntur, sic neq; pro libra terebinthinæ denarij triginta.

*Al. xl. cum tñ supius in cõfectione emplastri legatur xxx, alij xv.

†Eadẽ tñ legũtur superius in Critonis p confectiõe, p. 255 f

* *Alias centum triginta.*

Emplastrum Serapionis. CAP. 4.

ET hoc Crito in opere medicamentario in hæc verba conscripsit. ¶ *Emplastrum Serapionis, quod non nulli Aegyptium, alij Venerem vocant. Facit ad omne Vulnus, cui innitendum est omni desperatione abiecta. Valet ad Punctus, Aculeos, Parotidas, Perforationem, Phymata, excolando Conglutinat. Tollit omnem Duritiem, iuuat Epinictidas, Articulorum epiphoram, Aurium contusiones. Sanat & Vlcera senilia, Chronia, & quæ crassas oras obtinent.* Olei veteris heminas tres, argenti spumæ denariorũ pondo ducentorũ, guttæ ammoniaci denariũ pondo centum sexagintaocto: resinæ colophoniæ, pityinæ, denariũ pondo sexagintaocto: ceræ denariũ pondo centumsexagintaocto, chalbani denariũ pondo viginti: æruginis denariũ pondo quinquaginta, alij viginti: myrrhæ denariũ pondo quatuor, alij octo. Argenti spuma coquitur ex oleo, donec mediocriter coiuisse visa fuerint. Deinde olla ab igne deposita gutta ammoniaci immittitũ, postea resina, postremò cera. Vbi singula curiose liquata fuerint, ne adurantur, olla ab igne rursus sublata chalbanum aspergitur & ærugo: iterum super ignem ponitur, coquitur q; donec melinum fiat, & iustam crassitiem nãciscatur: Postremò sublato myrrha adijcitur, ac vbi moueris defundito, pelle q; excipiens reponito.

Vt Andromachus prædicta Emplastra conscripserit. CAP. 5.

TRes huius emplastri confectiones tradidit Andromachus, primam à præscripta Critonis nõ nihil dissentiẽtem: deinde alias duas magis euariantes. Titulum aũt medicamenti & præparationem

A ratione rectè prius Crito conscripsit: Andromachus in hanc sententiã de ea precepit. ℂ *Emplastrum ex Herbis.* Anagallidis cœruleum florem habentis, marrubij, papaueris agrestis, alterci viridis, singulorum denariûm pondo quinquagintasex: squamę denariûm põdo xxv, thuris denariũ pondo octo, resinæ siccæ denariûm pondo sedecim, aloes tantundem, aluminis fissilis denariûm pondo iiij, ceræ pondo minam, olei veteris heminas duas, aceti ✻. Multi quidem vtriusq; anagallidis: Theocritus autem & terræ erethriæ, & chrysocollæ, & salis ammoniaci, & auripigmenti, singulorum denariûm pondo iiij, in emplastrum ex herbis coniecit.

Alia Emplastra ex eodem genere, de quibus scripsit Andromachus. CAP. 6.

AD *Gangrænas, Putredines, Nomas veteres & cacoethes, Isidori Antiochei.* Argenti spumæ denariûm pondo quâtuor, æruginis rasæ denariûm põdo viij: olei cyathos sex, Talius *Aliius cyathos xij: & æruginis scoleciæ ✻. Argenti spuma & ærugo in cacabum læuigata mittitur, olei tres cyathi superfunduntur, coquitur pruna non acri, mouetur q; spatha lignea, donec viride fiat. Postea ab igne sublata, ac mortario superfusa contunditur, dum calidũ est, diutius: deinde rursus tres olei cyathos in ollam fundito, moueto q;, ne aduratur: quousq; melinum fiat, incoquito. Ac rursus eximens terito, vt collyria: iterum q; excipiens in ollam coquito mouendo, quousq; rubrum colorẽ
B accipiat. Quin etiam tertio ex cacabo in mortarium defusa diutius terito: atque iterum quarto in olla coquito, vt in vnum coeant. Rursus q; dum calet, defusa trita q; excipito, & in rubra pyxide deponito, ad prędicta q; vtitor. Post commemoratum emplastrum alterius deinceps his verbis Andromachus meminit. ℂ *Humidum Emplastrum ad Nomas, quo Vtor, & ad Alia multa.* Cerę, resinæ terebinthinæ, singulorũ denariûm pondo viij: adipis taurini curati denariûm pondo iiij, chalcitidis denariûm pondo duûm, squamæ æris denariûm pondo triûm, mãnæ thuris denariûm pondo duûm, gallæ immaturæ denariûm pondo iiij, olei myrtei heminas quinq;. Arida cum aceto & melle sumuntur, deinde sic liquabilia superfunduntur.

* Al.xxiiij.

Ad Artis opera Methodo & Exercitatione opus esse. CAP. 7.

QVòd auxiliorum quædam ratio sola inuenit: quædam experientia, quæ & ipsa rationẽ non requirit: non nulla vtriusq; opem postulant: subinde vobis demonstratum est. Ad hęc etiã ꝙ quæ ratione & experientia comperta sunt, coniecturali via ad eorum, quæ inquirũtur, inuentionẽ vtuntur: quæ verò per rationẽ sperata sunt, experientia cõfirmantur: Quin etiã spei cõiecturalis non mediocrem, quemadmodum & in vniuersa vita, maioris minoris q; esse differentiam: non enim pluuiam hyemali solstitio, & caniculæ ortu, futuram similiter speramus, quæ hye
C mali frequenter, sub caniculæ æstu raro accidit. Porrò cum omnia artium opera frequenti firmentur exercitio, non satis est generalia ipsarum addiscere duntaxat, sed etiam in particularibus exerceri subinde oportet: † nam actionum vsus seu exercitatio, ad perfectorum possessionem via est. Quare ego quoq; in omnibus cõmentarijs, quos vobis amici petentibus cõposui, non solis communibus theorematis contentus fui, sed exẽpla multa etiã exercẽdi gratia adieci, quibus ipsorum cognitionẽ vobis euidentiorẽ, magis q; firmam, fore sperabam. Quemadmodum igitur in alijs omnibus medicinæ partibus, ita & in neruorum vulnerum curatione scripsi, primum vobis rationalem viam ostendens, qua ad præsidiorum inuẽtionem perueniatis: Deinde materias, quibus vires à ratione inuentas contineri didicistis, siquidem in commentarijs, qui vndecim numero sunt de Simplicium medicamentorum facultate, particularium materiarum vires vniuersas, vel plurimas, eas q; vtilissimas exposui. Nam vt præsidijs nunquã destitueremini, hoc esse necessarium demonstrauimus, nõ solum vt vos ipsi quoq; in pręparatorum ab alijs medicaminum inopia, auxiliorum copiam haberetis (sicut olim Erasistratus, quum stomaticum medicamen in illo profectionis loco ad manũ non esset, interdum herbarũ succos, quibus abundabat, vsurpauit) sed etiam vt si illorum authorum scriptiones perierint, ipsi queamus similia perditis cõficere. Insuper vt ab alijs
D inuentis rectè vtamur, exercitatio ex proposito opere accedens profuerit. Quid opus est, vt dicã illam quoq; adiumento esse, vt quæ compositis medicamentis superfluo iniecta sint, & cõtra quæ primi illorum authores omiserint, discernere possimus: sicut in tertio libro ostendimus, sermonẽ de medicamentis ad neruorum vulnera idoneis facientes. Ita vero & nunc indicabimus, exercentes vos in ijs, quæ me seniores medici inuenerunt. Vniuersalis etenim methodus neque cum distinctionibus exactè, neque sine ijs imperfectè à quoquam priorum tradita est: immo nec medicamentum, quod curare promittat neruos ab acuto aliquo punctos, cuiusmodi sunt acus, & puerorum styli, quisquã memoriæ prodidit, quod ipsum hoc solum facere optimè possit: at ego certè eorum innumerabilem copiam prædicto libro percensui. Quidam tamen ipsorũ nimirũ diligentiores, cum multi vsus pharmaca notatu digna scripsissent, pręter alia, quæ facere ipsa pollicentur, adiunxere interdum quidem & neruorum vulneribus esse accõmoda, interim neruorum & musculorum præcisionibus, aliqñ etiam puncturis ipsorum vel contusionibus auxiliari. Vobis autẽ ex ijs, quæ didicistis licet cognoscere ante experientiam, possibilia'ne quis, an impossibilia, de quibus scripsit polliceatur. Præterea & ea sine quibus descripta medicamenta agere nata sunt, vobis intelligere integrum est, in quibus ipsis est vtendum. Vt igitur ceu exẽpli gratia exordiar emplastrum quoddam, pharmacum multiplicis vsus, quod Andromachus in libro de medicamentis

† Ex antiquis ita legendũ, nã quæ p imperfectas actiões fit exercitatio, ad perfectarũ &c.

extrinsecus corpori adhibitis, ordine secundum posuit, haud indicans ad quæ maxime ipso vtendum sit. Exerceri rursus vobis licet, quomodo ex cõmemoratis simplicibus medicamentis compositi vires sint cognoscendæ. E

Fusca Aegyptia Andromachi. CAP. 8.

ANdromachus enim ita ad verbũ prodidit. ℂ *Fusca Aegyptia.* Argẽti spumæ denariũ pondo quadragintaquatuor, ricini heminas sex, ceræ denariũ põdo cxxxxiiij, guttæ ammoniaci denariũ pondo lxxij, terebinthinæ denariũ pondo xxxvj, lanarũ cõbustarũ denariũ pondo xviij: squamæ stomomatis, squamæ æris, aristolochię, thuris, singulorũ denariûm pondo viij. Non nulli myrrhæ denariûm pondo iiij, opopanacis denariûm pondo ij, marinæ aquæ denariorum pondo quinquaginta ad ceram conspergendam. Hæc quidem scriptura pharmaci boni & re vera vsus multiplicis est: verum ipse dicendum omisit, in quibus eo vtendum erit. Si igitur cuiusq; simplicis medicamẽti virtute ante exposita, quemadmodum nos in vndecim libris factitauimus, & methodo quapiam vniuersali compositionis medicaminum scripta, sicut à nobis quoq; præcedente libro factum est, viuentibus amicis huiusmodi scriptiones exercitij gratia protulisset, vt ad quos affectus vtile esse compositum medicamentum posset, decernerent, nimirum hominis institutum laudassemus: quoniam verò nihil horum egit, quis non ipsum omnino accusatione dignum censeat? Vnde medicamẽtarij ipsius libri, qui complurium optimorum medicaminum compositiones habent, merito à medicis neglecti sunt: nam inter sexcentos vix vnus artis absolutionem habere videtur: alij idiotarum modo satis habent, si medicamentis manifesto scriptis rectè vti queãt. At quid oportet dicere de huiusmodi medicis? Cum etiam empiricorum nõ nulli, vt vocant, quãuis celebres ex artis operibus conspiciantur, tamen ignorare se fateantur, quá nam ratione vnumquodque compositorum pharmacorum inuẽtum fuerit. Atqui quid ego dico ratione? protinus enim ne vllum ex eiusmodi medicamentis inuentum esse ratione pronunciant. Inutilis igitur ipsis est fusci huius emplastri scriptura, quæ colorem tantum in titulo docet, vires non item, quas ante colorem scriptas esse præstiterat. Quoniam itaque Andromachus virtutem ipsius dicere neglexit, nos ex mistorum specie & facultate inuenire conemur. Argẽti spumam medij temperamenti calfaciendo & refrigerando, paulum ad siccitatem inclinare didicistis: Præterea vsum eius in emplastris esse duplicem, nempe si non liquefiat, ceu materiæ duntaxat momentum adferre: si liquata fuerit, etiam siccare posse, id q; magis, si diutius cocta fuerit. Nunc tamen quæstio est, quatenus incoqui debeat, cum Andromachus sex heminas ricini, quod est olei ricinini, miscendas esse tradiderit. Quot enim vnciarum Romanæ libræ, heminam esse velit, non explicuit: & si melius erat hominem, qui Romæ degerat, librarum, sextariorum, & vnciarum meminisse, relinquere autem cotyles idest heminæ, vocabulum Græcis ciuitatibus extra Italiam vsitatum. Si ergo in omnibus ipsis idem nomen heminæ esset, nulla vtiq; foret quæstio: nunc vero cum permagna quantitatis inter eas sit differentia, cõueniebat ipsum monere, se vel atticam, vel alexandreoticã, vel ephesiam, vel aliam quampiam heminam dicere. Nam permulti, qui de mensuris & ponderibus scripserunt, nouem vncijs Romanæ libræ heminam medicos in pharmacorũ libris ęstimasse produnt: alij duodecim vncijs ab eis reputari affirmant, sicut Romæ olei libram ex more appellant. Iam vero quendam audiui, qui heminam à medicis in pharmacorum commẽtarijs traditam sedecim vncias Romanas pendere diceret. At non parum refert ad medicamẽti virtutẽ, vel magnas vel paruas heminas inijcere. Ego sanè olei libram Romæ vocatam, quam per incisuris distincta cornua metiuntur, ponderaui quandoq;, discere cupiens quantum grauitatis pondus contineret, inueni duodecim olei mensurales, decem vncijs põderum æquales. Quare medicos in libris de medicamentis accuratius scribere oportebat, quales videlicet vncias, vel libras, medicaminum liquidorũ immitti vellent, mensuralesńe, an ponderum: perspicuum enim est, liquidorum horum corporũ, sicut etiam solidorum, alia grauiora, alia leuiora esse. Ac singulorum liquidorum, quæ in pharmaca mittuntur, pondus alio libro declarauimus, sed in præsentia id quod propositum est repetamus. Etenim si nouem vnciarum mensuralium singulas heminas esse statueris, ex tribus septem & viginti vncias produces: si in octo denarios quanq; vnciam diuidas, denarios ducentos & sedecim habebis: si duodecim vncijs singulas heminas æstimes, fient nimirum sex & triginta vnciæ, denarij vero ducentioctogintaocto, singulis vncijs in octo denarios diuisis. Expertus sum ego plerunq;, cum argenti spumam ex oleo coxissem, commoderatam ipsius misturam libræ quidem argenti spumæ ponderali, mensurali vero olei parem fieri: q; si copiosius oleum inijcias, & coctã videlicet diutius, maiorem vim siccandi assumere. In candidis emplastris coloris gratia cerussam quoque argenti spumæ miscemus, omnino æqualem pondere. Immittitur autem hemina nouem vnciarum iuxta ponderalem argenti spumæ libram, colorem seruare volentibus, eo q; diuturnior coctio nigriorẽ argenti spumam efficiat: sed oleo pauco indito medicamẽtum glutinans euadit. Proinde quidam vel terebinthinam resinam, vel quam vocant colophoniam quantum licet pellucentem, miscuerunt, conantes neq; colorem offendere neque medicamenti virtutem, adijcere q; resinæ mistura tenacitatem, quo non facile decidat: quippe medicamentum, si tanto oleo tantum argẽti spumæ & cerussæ coquatur, arenidum ac friabile redditur. Non nulli eadem ratione cocto F G H

* Al. cxliiij. * Al. quatuor. * Al. viij.

medicamini

A medicamini albam ceram indiderunt. Spumæ tñ argenti duplum olei habenti si nihil etiam resinosum vel cerosum immittas, ex coctione glutinans erit, & multo magis, si cum argenti spuma olei triplum misceas, hoc est si tres olei mensurales vncias cū tribus argenti spumæ ponderalibus committas. Consentaneum igitur est Andromachum nouem vncijs mēsuralibus oleum ricini immitti iubere, vt sex heminæ vncias quinquagintaquatuor expediant mensurales, quod idem est, ac si dicas, mensuræ Romanæ libras iiij & s. At clarum est ricini inopia interim vetus oleum eius loco assumendū esse. Ego subinde & sicyonium inieci emplastris digerentibus: & cùm illud non adesset, aliud mea ipsius industria simile illis effeci, radicibus cucumeris agrestis bryoniæ & althææ in eo decoctis. Quòd verò propositum medicamē digerens emolliens q; Andromachus esse cupiat, ricinini olei, & copiosa guttæ ammoniaci mistura, palàm indicat: nam argenti spumæ ceram pondere parem, ammoniacum dimidium, esse præcipit: et si in multis nobilibus emplastris non dimidium, sed quarta pars, vel quinta, crebrò septima & octaua, non nunq; decima, pondere ad argenti spumæ proportionem medicamenti huius immittatur. De cera didicimus, q in huiusmodi pharmacorum compositionibus materiæ locum obtinet, non virtutis efficaciam adiuuat. Adest verò & ei vis quædā emolliendi exigua, sed non illius ergò medicamini præsenti admista B est, quemadmodum nec terebinthina resina, quanq; multo viribus, q cera, præstātior: etenim magis mollit, q illa, item calfacit & digerit, ex quibus cera ne alterum quidem efficit. Verùm gutta ammoniaci sola imposita squalidum aridum q; reddet medicamentum. Quantum verò ad emplastri confectionem, hoc est emplastropœiam (neq; enim ita appellasse nocet) attinet, vtilis est tum cera, tum resina: quippe mollit digerit q; medicamen vel solius ammoniaci beneficio, quod quidem inter emollientia principatum occupat, in digerentibus verò concertat. Porrò si, quæ in libro quinto de Simplicium medicaminum facultate dicta sunt, in memoriam reuocaueritis ad intelligendum quale nam huiusmodi medicamentis temperamentum esse oporteat, nihil adhuc recentiori disciplina indigebitis. Nam Primæ facultates effectiuę medicamentis sunt, in calore, frigiditate, humiditate, & siccitate: Secundæ mollientes, digerentes, repercussoriæ, attractrices, coctrices, detersoriæ, & exedentes: Quemadmodum & Tertiæ dicuntur quæ glutinant vulnera, cicatricem inducunt, & carnem generant. Cōpositū igitur ex oleo ricinino & gutta ammoniaci medicamentum abundè potest digerere, emollire, & nimirum etiam siccare, vbi materiam idoneam assumpserit, cerā, resinam, & diutius coctam argenti spumā. Ad hæc verò iubet inijcere lanas combustas, aristolochiam, medicamenta, quæ plurimū digerunt & exiccant. Præterea meminit pharC maci quod concoquit & digerit, nempe thuris. Quòd si myrrhæ nō nihil & opopanacis adijcit, (quosdam enim ait & ex ijs aliquid miscere medicamento) illam sanè scimus non ignauiter calefacere & exiccare: opopanacem verò & generosius adhuc hæc vtraq; efficere, insuper attenuādi digerendi q; facultate præstare: sed huius quidem pauxillum inditur, timente, opinor, eo qui ipsum apponit, medicamenti acrimoniam, & volente non solum digerens emolliens q; emplastrum, sed vulneribus quoq; idoneum, efficere. Propterea igitur & squamam æris & stomomatis cum ea miscuit, quæ prę terq; q validè siccant, adstringendi etiam vim sortita sunt. Ergo propter horū misturam propositum nobis in sermone emplastrum Ægyptium cruentis vulneribus, vlceribus q; alijs non paucis, bonum medicamen redditur. Quin etiam ad abscessus, & omnia quæ discuti postulāt, subinde audiuistis medicamenta, quæ simul cū digerentibus ēt adstringentium aliquod capiunt, tutiora fieri: quę verò sine adstringentibus digerunt, efficaciora quidem, sed non perinde tuta. Sæpe enim fluxiones attrahunt, dum corpus, quod curatur, plethoricum est, vel prauo succo obnoxium: sin autem vacuum corpus est, ac superfluitatibus liberum, promptius medicamēta, quæ magis discutiunt, sola, sine adstringentibus assumpta, ad finem perueniunt: at cùm pauca id genus corpora, quibus medicamenta afferuntur, reperias, iccirco securius esse visum est miscere D etiam non nulla repellentia. Ita sanè & emplastro digerenti, quod ex sale conficitur, quidam adiecerunt chalcanthi paululum, quanuis & sal ipse adstringens quippiam possideat. Igitur propositum medicamen fortiter digerere compertum est, vt etiam pus iam non admodum copiosum sine cutis perforatione discutere queat, emollire callosa & quomodocunq; indurata: item magna vulnera conglutinare, quemadmodum & vlceribus iam ad malignitatem declinantibus cicatricem obducere, alijs q; omnibus affectibus qui digerendi simul & repellēdi virtutem desiderant: in quibus sunt & quæ fronti, dum oculi fluxione laborant, imponuntur, vocata à medicis anacollemata. Idem hoc pharmacū conueniet & neruis denudatis, etsi in parte sua ipsorū quapiā abscecti fuerint: etenim pcīsi, periculo, quod ex cōsensu oritur, carētes, adhuc etiam subiectis sibi partibus, in quæ inferuntur, sensum adimunt: indigent sanè & hi quoq; tali pharmaco, nā quæ humectāt, facilè eos putrefaciunt. Ob quod & pastilli siccantes, etsi abundè adstringant, tñ denudatis neruis conueniunt, qui non dum ad phlegmones vigorem peruenerunt: hi nanq; indignantur irritantur q; ab huiusmodi pharmacis. Sed de his postea. Quæ de proposito emplastro dicenda restāt, apponamus. Quoniam plerunq; medici ex inscitia id genus emplastra dura imponunt, cū liquata linamentis excipere præstaret, vel etiam in confectione statim molliuscula reddere: postea cum in magnis diuisionibus, vbi nerui denudati sunt, experimentum de ipsis fecere, sperant in pun-

cturis multo vtiliora fore, ignorantes & hic maximam quandam speculationem, de qua disserui E
modo, vos docens, quę ratione inueni, inde per experientiam confirmari cognoui: propterea etiã nunc admoneo. Multo nanq; calidiora, & quæ digerant magis, pharmaca, punctus neruorum requirunt, quàm cum omnino denudati fuerint vulnere insigni facto: quippe nudi acria calida q; admodum medicamenta propter erosionem morsum q; non ferunt, verum relaxantia digerentia q; adstringentibus mediocriter mista postulant. At quoniã etiam melius est ambientes vulneris particulas acribus & tenuibus, multum q; digerentibus, quale est ex Euphorbio confectum, cõtegere, nos sanè propositũ emplastrũ satis posse, quæ prædixi, efficere coniectauimus: ei q; pręparato experientiæ testimoniũ accessit. Postea interim in Asclepiadis & Critonis libros medicatorios incidens, deprehendi ipsos non vt Andromachus quoq; indistinctè, sed cum manifesta distinctione, virtutem ipsius scriptitasse. Igitur tum huius gratia, tum q in confectione in quibusdam ab Andromacho dissentiant, satius visum est mihi etiã eorundem verba subiungere, deinde ita & de ipsorum discordia in medicamenti compositione non nihil dicere.

Quæ Asclepiades & Crito de proposito Aegyptio Emplastro conscripserint. CAP. 9.

DE emplastro Ægyptio ab Andromacho tradito Asclepiades in hũc modũ differit. ℭ *Andromachi Aegyptium, Cruentis vulneribus accommodatum. Facit ad Neruorum, Musculorum q; præci-* F
siones, Punctus, Contusiones. Iuuat Attritus, Artuum fracturas. Est & Lippientibus collyrium. Confert Capite dolentibus. Summatim ad Multos affectus vtile est pharmacum. Argẽti spumæ, ceræ, singulorum denariũ pondo cxxxxiiij, guttæ ammoniaci denariũm pondo lxxij, terebinthinæ denarium pondo xxxvj, lanæ succidæ combustæ denariũm pondo x & viij: squamæ æris, squamæ stomomatis, thuris, aristolochiæ rotundæ, singulorum denariũm pondo viij: ricini heminas tres. Hæc præfatus Asclepiades deinceps coquendi modum tradit, Andromacho neq; hanc partem compositionis in emplastris obseruante, siquidem in omnibus ferè omisit. Verum de coctione dicta sunt non pauca in
AP. primo. libro quarto, & nunc paulo post dicetur. Æquum autem est inspicere controuersiam, quã Asclepiades in simplicium medicaminum quantitate cum Andromacho suscepit: non enim sex heminas ricini vt Andromachus, sed tres inijcere præcepit. Cæterũm in aristolochia nullam Andromachus distinctionẽ fecit, ipse rotundam adiecit: sicut & in lana cõbusta, succidam addidit, quanq; idem pondus quod Andromachus immittat. Hæc igitur ipsius verba sunt: Lanæ succidæ cõbustæ denariũm pondo duodeuiginti, aristolochiæ rotundæ denariũm pondo viij. Quę vero ad calcem posuit Andromachus, neq; omnino Asclepiades meminit, neq; de myrrha, neq; de opopanace quicq; locutus, multo minus de marina, quæ manifesto Andromachus præposuit, Marinæ, in- G
† *Al. vncias octo.* quiens, ad cerã irrigandam † denariũm pondo quinquaginta. Hoc enim nec Asclepiades, nec Crito adiunxit, attamen aristolochiã rotundam Crito æquè ac Asclepiades indidit, quemadmodum & lanæ succidæ denarios octodecim, & olei ricinini. Ita enim ad verbũ scripsit, heminas sex.
* Aliter octo.
* AP. iij.

Coctionem emplastri Asclepiades his verbis docet: Argẽti spumam, & ricinum incoquito, donec in vnum coeãt, deinde squamas: vbi color bonus apparet, reliqua immittito. Apud Critonẽ hoc modo traditur: Argenti spuma cũ ricino coquitur, dum mellis spissitudinẽ habeat: hoc facto squamæ insperguntur, abundè q; incoquuntur, quousq; digitos nõ inquinent: postea terebinthina & cera: vbi in vnum coierint, ammoniacum, prius apud ignem digitis emollitum: cum iam ab igne deponitur, lanæ succidæ puluis inspergitur, postremo thus: deinde ita tollũtur. Porrò & ad quæ medicamentum valeat, accuratius Crito his verbis exposuit: Ægyptia omnem diuisionem contusionem q; à phlegmone præseruat. Valet ad quoslibet ferarum morsus, iuuat phlegmonas sine vlceribus factas. Benefacit etiam neruorũ & musculorum doloribus sine causa † obortis.
† *Additur in quibusdã cod.* φανερῶς, *idest manifesta.*

Alia Andromachi Fusca. CAP. 10.

SCripsit alia quoq; fusca Andromachus superiori quodammodo genere similia: vocat alterũ Athenam hoc est Mineruam, alterũ Nygmaticum, idest puncturis accommodatum. Miner- H
ua quidem ad plures affectus, quàm Nygmaticum, conuenit, præsertim cũ vlceribus consistentes: quàm magis varia est, magis q; adstringentibus insuper pharmacis participat: Nygmaticum verò magis hac laxat, & doloris mitigantius est. Itaque de priore medicamento ita ad verbum scriptum reliquit. ℭ *Fuscum, Minerua.* Argenti spumæ denariũm pondo c, terebinthinę denariũm pondo trigintasex, ceræ denariũm pondo xxv, minij sinopici denariũ põdo xxiiij, guttæ ammoniaci denariũ pondo xxxvj, chalbani denariũ pondo xij, aloes denariũ pondo viij, diphrygis tantundem: æris cõbusti, mastiches, singulorum denariũ pondo sex: aristolochiæ denariũm pondo v, propolis tantundem, mannæ denariũm pondo sex, squamæ ęris denariũm pondo sex, lapidis asij denariũm pondo trium, trifolij seminis denariũm pondo ij, symphyti radicis denarij pondo vnius obol. iiij, olei heminas iiij. De altero fusco sic ad verbũ Andromachus scripsit. ℭ *Fuscum, Nygmaticum.* Guttæ ammoniaci, ceræ recentis, singulorum denariũm pondo viij: terebinthinæ denariũm pon-
* *Al. viii.* do trium, æris cõbusti denariũ pondo viij, picis aridæ denariũ pondo xxxx. Vt Zeno vult, minæ dimidiũ, & quartam portionem: argenti spumæ denariũm pondo iiij: aloes indicæ, aristolochiæ,
† *Al. quartã heminæ partẽ* chalbani, denariũ pondo ij: æruginis denarij pondo j, alij duũm: thuris denariũ pondo ij: olei per hyemem † heminas quatuor, per æstatem octauam partem: ammoniacum ex tribus aceti cyathis diluitur.

A diluitur. Iam verò & alia multa cum his emplastra prodidit Andromachus, nihil aliud ipsis apponens q̃ coloris nomen: quæ constant quidem ex contrarijs facultate medicamentis, sed alia ipsorū laxandi & doloris tollendi vim maiorem obtinent, quædam digerendi & detergendi, nō nulla adstringendi. Quare nos ēt ipsos omnibus fidentes commodè vti conuenit ad vlcera, quæ vix cicatricem recipiunt, & cacoethe, fortius adstringentibus: vbi lenire & laxare proposueris, magis relaxantibus: vbi trahere & discutere conaris, ijs quæ calefaciendi virtutem prępollentem habēt, quæq́ prauos humores in profundo ad sese trahunt. Quibusdam & hoc adiectum est, Fuscū Lite quo vtor. Tria.n.deinceps talia non variæ misturæ descripsit, quorum ipsorum etiam confectionem ipsiusmet verbis allegare melius esse videtur. ℭ *Fuscum Lite, quo vtor.* Argenti spumę denariū pondo xxiiij, ricini heminam vnam: æris combusti, mannæ, resinæ, singulorum denariū pōdo iiij: colophoniæ denariū pondo viij. ℭ *Aliud Isidori ad Dolorem sedandum.* Argenti spumæ, ceræ, singulorum denariūm pondo xxxvj: olei heminam vnam & s, resinæ colophoniæ denariū pōdo xv, squamæ æris denariūm pondo ix, mannæ denariūm pondo quinquaginta: incoquito. *Al. triū. ac. xv.

ℭ *Aliud, quo vtor.* Argenti spumæ, resinæ siccæ, singulorum denariūm pondo cxliiij: squamæ denariūm pondo xxiiij, olei heminas iij. Quemadmodum autem his commemoratis tribus adB iunxit, alijs q̃ ipse vtatur, alij q̃ dolori leniendo sit, ita de alijs testimoniū perhibuit, theriacas ipsa nominans. Tertiū igitur ab initio his verbis traditum est: *Theriaca, qua vtor.* Hanc sequit̄ alia rursus, cui præscriptum sic est: *Eupatorios Theriaca.* Verum de Theriacis postea dicemus, nūc autem de fuscis adhuc, quæ prodidit Andromachus, dicere cogito: quorum q̃ vires ille & confecturas neglexit, accusandus est. {ℭ *Aliud Fuscum.*} Statim igitur primo omnium scripto amicus quidam medicus vsus est, permulta facienti. Etenim vlcera, quæ cicatricem ægrè ducunt, præsertim vbi callosa & dura labra vlcus amplectantur, claudit. Prodest ēt putredini, fistulis, sinus iūgit, & magna vulnera. Summatim multiplicis vsus est. Cōponentiū ipsam pharmacorū symmetria hunc in modum scripta est. Argenti spumæ denariūm pondo cxliiij, olei heminas v: calcis viuæ, thuris, æris combusti, terebinthinæ, aristolochiæ, singulorum denariūm pondo xlviij: picis, ceræ, ammoniaci, singulorum denariūm pondo xcvj. Ita quidem Andromachus scripsit. Licet tibi ēt minori mistura ipsum præparare, singulorum quæ numerauimus quartam partem miscendo, fiet enim compositio talis: Argenti spumæ denariūm pondo xxxvj: calcis viuæ, æris combusti, thuris, terebinthinæ, aristolochiæ, singulorum tertiam argenti spumæ partem, hoc est denariū pondo xij: deinde picis, ceræ, guttæ ammoniaci, singulorum duplo maius pondus, q̃ in dictis quinq; me-C dicamentis erit, aristolochia dico, terebinthina, thure, ære combusto, & calce, quam viuam & recētem esse oportet. Ita pharmacum etiam ad putrida vtile fiet. Cum autem Andromachus omnia medicamenta per denarios scripserit, melius egisset, si & olei secundum eandem symmetriam meminisset, vt quod inijceretur, totidem denarios penderet: aut si non hoc, certe cōueniebat ipsum Romanorum libræ mentionem facere: nunc autem heminam scribit, consuetam de hac mensura ambiguitatem nobis relinquens, nouem'ne videlicet mensurales vncias, an duodecim, esse heminam velit. Mea quidem sententia perfecta symmetria sex vncias ponderis capiet, quia Romanorum libra xij vncias pendet. Si ex quarta parte componis, nota est proportio, nec latere arbitror, vel si denarios quis dicat ad absolutam symmetriam quadringentos octoginta assumi, eo q̃ ponderalis vncia octo denarijs valeat. Insuper aliud quoddam inter fusca ab Andromacho positū est, quod & ipsum calcem viuam recipit, eiusdem cum superiore generis. Præponit autem ei.

ℭ *Fuscum Eubuli.* Et secundum hanc symmetriam præparat. Argenti spumæ pondo libram, ceræ pondo minam: æris combusti, æruginis, terebinthinæ, singulorum denariūm pondo xij: resinæ siccæ denariū pondo xvj, guttæ ammoniaci denariūm pondo viij, thuris denariūm pondo xij, opopanacis denariūm pondo viij, olei heminas iiij, aceti totidem: in quibusdam exēplaribus scriD ptū est heminæ dimidium. Et nimirum dupliciter conficere ipsum licet, scienti copiosius acetū valētissimū medicamē efficere. Quin etiā aliud fuscum, cui hoc ipsum p̄ponit. ℭ *Aliud Fuscum.* Refert Andromachus singulorum cōnexūm, hoc est pharmacū, ex marina pręparatū, similibus vitijs, quibus præscripta, accōmodū. Cōpositio eius talis est. Argenti spumæ, ceræ, singulorū minæ dimidiū: chalcitidis quartam minæ portionē, squamæ æris denariū pōdo xvj, thuris denariūm pondo viij: terebinthinæ quartā partem & octauam, minæ videlicet: guttæ ammoniaci quartam partem: marinæ aquę heminam, alij heminę dimidiū: ricini heminas tres: ammoniacum marina diluitur. Hęc sanè Andromachus retulit, eatenus cōfectionis mentionē faciens, vt diceret ammoniacum cū marina prius videlicet diluendū. De chalcitide verò & squama nihil posuit, quanq̃ & hæc ex marina læuigari queant, sicut ēt coqui cum argenti spuma, cera, & terebinthina. Vt igitur nullū aliud fuscū à quouis alio quęratis, adijciā alia duo eiusdē authoris. Vocat alterum ipsorum. * Aliter octo.

ℭ *Phtheirophagi.* Quod hæc recipere dicit. Argenti spumę denariū pōdo c, resinę denariū pondo l, guttę ammoniaci denariū pondo xxx, ceræ denariūm pondo l, æruginis rasæ denariū pondo xij, squamæ æris denariūm pondo duū, aristolochiæ denariū pondo viij, centaurij radicis tantundem, olei heminas ij. Irionis autem medicamentum ex his cōstare ait. ℭ Argenti spumæ, picis siccæ, vtriusq; pondo denariū cxlviij: † terebinthinæ, guttæ ammoniaci, singulorū denariū pō- †Al. Terebinthinæ drach. lxxij, guttæ ammoniaci drach. xij.

Quinta Classis. kkkkk iij do

† Al. mannæ thuris, singulorum denariorum pondo septuagintaduû: sed,an bene, & inferius et capite 14, alij iudicent.

do septuagintaduûm: }† mãnę thuris denariûm pondo centumduûm, seui vitulini denariûm pō- E do centumquadragintaduû, ceræ denariûm pondo xxxvj: aristolochię, ęris combusti, ęruginis rasę, chalbani, opopanacis, singulorum denariûm pondo nouem: aceti heminę dimidium: olei, ricini, vtriusq; heminam vnam & s. Perspicuum est terebinthinę, guttæ, & thuris, partes, duplo ponderc ab argenti spuma, pice, seuo vitulino, superari velle: ceræ quadruplo: aristolochiæ, æris vsti, æruginis, chalbani, opopanacis sexcuplodecuplo. Atq; hoc pharmacum abunde in vsum venit multiplicem, quemadmodum & alia præcedentia, quibus omnibus audacter vtendû est. ℭ *Hellespontia vt Andromachus.* Celebre & hoc emplastrum inter fusca retulit Andromachus hac symmetria. Argenti spumæ denariûm pondo centum, picis denariûm pondo quinquaginta, ladani denariûm pondo xxv, æruginis rasę denariûm pōdo viij, ęris combusti tantundem, squamę denariûm pondo duûm, olei veteris denariorum pondo ducentorum.

Hellespontia Heræ. CAP. 11.

QVoniam verò Andromachus ab Hera in pharmaci compositione differt, visum mihi est & Heræ prodita adiungere, quæ ad verbum ita sonant. ℭ *Hellespontia perspiratu digerens, Phlegmonē propulsans. Valet ad Strumas, Panos, Parotidas. Impositum spenium attrahit, pus maturat, rumpit, conglutinat. In summa omnibus igne Combustis benefacit. Mitigat etiam Podagricos.* Olei veteris denariûm pondo centum, picis siccę denariûm pondo quinquaginta, ladani denariûm pondo xxv, ar- F genti spumæ denariûm pondo centum, æruginis rasę denariûm pondo octo, chalbani denariûm pondo quatuor. Argenti spuma ex oleo trita coquitur: cùm autem coeunt, pix & ęrugo immittuntur, deinde ladanum chalbanumq; : atq; sic in mortarium transfusa molliuntur, & vsui sunt.

* Aliter iii & s.

* Aliter j.

Quidam vt boni coloris sit & fuscum, miscent etiam squamæ denariûm pondo octo, nam alioqui fit nigerrimum. Hoc in podagris etiam non semel vsus sum, & cessit felicissimè. Oportet autem tædas lignorum loco vsurpare. Manifestum est autem viros inter se dissentire in alijs paululum, in olei verò symmetria plurimum: nam duplo copiosius, q; Heras, Andromachus immittit.

Potest item præparari aliter, cùm sciamus, si plus olei iniectum fuerit, diuturniorem fore coctionem innuere, ipsumq; medicamen magis exiccans futurum: sin minus, remorari coctionem futuram, & pharmacum inualidius exiccaturum.

Quæ scripsit Damocrates Vsus multiplicis Medicamenta.

ℭ *Tyrium Emplastrum.* CAP. 12.

POst hęc referam emplastrorum adherescentium,
Sine fascijs, quis vsus & confectio. G
Ad diuisiones faciunt nōn magnas bene,
Et carnis ipsius ampliora vulnera.
Medicantur à quadrupede & morsos corpore
Summo: recentes discutiunt furunculos,
Quibusq; iam pus est, vapore digerunt.
Item auferendo crustas, ijs celerrimè
Cicatricem inducunt opera nulla manus.
In fronte posita fluxus quàm promptissimè
Lippientum cohibent, sola quamuis ceperis.
Huius generis, pręstantius primum efferam
Emplastrum facilè inuentu, cui color bonus
Atq; efficacia, Tyriam nos dicimus,
Tyriam colore referat id q; purpuram,
Si quo decet, modo fiat. Sic prępara.
Sit libra iniecta quinquies lithargyri H
Boni, semel cerę capiatur, insuper
Ter pityinę pinguis lignosę ac neutiq;.
Æruginis pręstantis ęris, chalbani,
Ærisq; combusti, pariter squamę bonæ,
Cuiusq; misceto quaternas vncias.
Pinguis olei † sex & decem } pondo addito.
At curiosè emplastrum coquito in hunc modum.
Lithargyrum mitte ex oleo lęuissimam,
Fictilem in ollam nouam, sed hanc maiusculam.
Vbi conteres manibus, mouebis ac spatha,
Deinde flamma acri atq; continua coques.
Cùm mellis accipit iam spissitudinem,
Ærugo & squama misceantur, incoqui
Permittito satis, dehinc æs adiungito.
Rursus coqui paruo relinquens tempore,

* In antiquis non habetur dictio μὴ id est non.

* πύον i. pus. al. ὑγρὸν i. humor.

* Aliter librę ii.

* Al. quinque & s.

Paulum

A Paulum defundens ex olla medicaminis,
Refrigeratum manibus,& digitis teras.
Boni coloris atq; durum vbi conspicis,
Sic pityinam ceram q; reliquis indito.
Deinde cunctis ritè vnitis paululum,
Stillato rursus: & colorem si bonum
Et temperamentum vides, mox tollito
Ab igne fictilem,& subactum chalbanum
Apponito. Si pharmacum sit durius
Multo, resolues oleo, faciens sic bonam
Temperiem. In aliud inde vas transfundito:
Frigidum,& subactum manibus ita reponito.

Aliud Eiusdem cum superiore Generis subijciam.

Medetur, antè quos citaui, affectibus:
Nec est, quod vlceribus malis, diutinis,
B Callo q; pressis, applicet fœlicius
Cicatricem: etiam q; ore natas pustulas
Persanat absq; rosione, rhagadas
Ani, nodosas durities: callos demit.
Sic præpara. Lithargyri minam boni,
(Sed mina libra est, eius & pars tertia)
Minæ semis probatæ ceræ ponticæ,&
Æruginis minę quadrantem rasilis:
Atri chamęleontis octauam probi
Partem, radix bona est regione Cretica
Nascens primùm, Cilicia deinde: præter hæc
Olei vetusti plus q̃ mina paululo.
Quòd si non fuerit, vsurpato vel recens.
Lithargyron lęuem, simul q; oleum, noua
Totum figlina conditum, rudicula
C Mouens coquito. Vbi constiterit,& melinon
Fuerit, adijcito æruginem, ceram dein:
Qua iam liquente ab igne tollens ollulam,
Chamæleontis paululum conspergito.
Vnita cùm, frigerata q;, quod satis,
Transfundito in pilam: post sic reponito.

Aegyptium.

Ægyptium perseruans absq; phlegmone
Diuisa quælibet, contusa q; omnia,
Quadrupedum morsus cunctorum, et serpentium,
Item subortas absq; vlceribus phlegmonas,
Neruos dolentes † citra causam, } & musculos.
Laudans hoc Andromachus dabat sodalibus
Suis, in pharmacis peritus maximè.
Aiebat esse ter quadraginta quidem
D Denarios lithargyri & duodecim
Bis alteros, ceræ quoq; albæ ponticæ
Totidem, ammoniaci ter viginti lucidi
Et duodecim alios, thuris & bis quatuor.
Squamę verò æris,& squamæ stomomatis,
Cuiusq; rursus mistura bis quatuor.
Puræ terebinthinæ ter addas duodecim,
Octodecim heminas olei q; ciceos,
Combustæ totidem sordidę lanę heminas.
Docebat ipsam isto modo comburere:
Ollæ recenti, quę sit ore latior,
Impone lanam copiosè succidam,
Operculum gypso prius vel *glutino
Vel terra figulari, cui sit commista aqua,
Illinito: sed largo igne mox comburito:
Contusa, facile quando cribro incernere

† In antiquis legitur διχ' αἰτίας φανερᾶς, i. citra causam manifestam.

* Aliter ii.

* Al. uel calce.

Fuerit,habere rectè tunc videbitur. E
In clibanis quoq; ipsa & in fornacibus
Ignitis,nimium similiter exurere.
Ita capiebat tritorum,quem est par,modum.
Coquere lithargyron iubet læuissimam,
Totum'q; ricinum: temperatis inuicem,
Mellis'q; facta tandem spissitudine,
Squamam aspergere: concoquere & quantum sufficit,
Vsqueadeo,dum non inquinet,& tunc addere
Terebinthinam & ceram: dein cùm coiuerint,
Ammoniacum confectum digitis mollius.
Posturus ab igne ollam,thus tritum inspergito.
Penultimum ac lanæ immundæ puluisculum,
Sed antè thus,pauxillulo aut pòst tempore.
Quidam volentes istud proprio pharmacum
Dici titulo,cùm depositus est caccabus, F
Squamæ vnius bis octo indunt denarios.
Squama autem vtuntur æris,non stomomatis.

Aliud.

Nihil priore peius agit Ægyptio,
Eadem at melius & quandoq; si confecerit
Crassum accuratè medicamentum quispiam,
Vtetur ad eadem ipso non improsperè.
Olei libras & ricini quinq; continet,
Chrysitidis'q; argenti spumæ quatuor,
Squamę ęris ter'que sedecim denarios,
Terebinthinę præstantis ter duodecim,
Mannæ'que thuris tantundem,pondo duo
Ammoniaci synceri,cerę ponticæ
Albę duas libras semissem & insuper.
Coquito oleum,squamam,nec non lithargyron, G
Donec coierint,& color sit optimus,
Fiat'que satis emplastrum durum: deinde sic
Terebintinam pones ceram'que,hinc mollius
Ammoniacum digitis confectum: postea
Feruente ab igne caccabo deposito
Mannam inijcies iam frigerato pharmaco.
Frequenter hoc feci citra lithargyron,
Molybdænæ bonę pari sumpto modo,
Vsus'q; sum,ad quę dixi,iam suauissimè.
Probatioris'q; id coloris condidi.

Emplastra ad Digerendum & Extrahendum. *CAP.* 13.

QVi compositorum medicaminum virtutes descripserunt,emplastra quędam ab extrahendo epispastica,sicut alia à discutiendo diaphoretica,noiarunt: alijs vtranq; extrahendi & digerendi facultatem adesse testati sunt,etenim vicinę sibi virtutes sunt eorũ, quę in alto latent,attractrix,& attractorum digestrix. Nam quę trahunt, etiam non nihil omnino discutiunt: H & quę discutiunt,pariter trahunt: verùm in digerentibus medicamentis discussoria virtus,in trahentibus attractrix,ꝓpollet. Constant itaq; attractrices simplicibus pharmacis, quę humorum superfluitates ex profundo in cutẽ extimam possunt extrahere. Discussorię ex ijs conflantur,quę attractum possunt suaptè natura digerere. Vt aũt emplastrum fiat, quemadmodũ supra dictum est, huic argenti spuma,illi resina,alij cera,alij oleũ, reliquo pix admiscetur: quæ nec insignẽ digerẽdi potentiam,nec extrahendi continẽt,sicut vel ꝓpolis,vel calx,vel medulla,vel chalbanũ,vel alię petræ flos,vel spuma nitri,vel aphronitrũ,vel acetum,vel lixiua stacte,piper,sinapi & struthium: sales'que,tũ qui edi possunt,tũ ammoniaci: ad hæc pleraq; alia,de quorũ facultate in cõmẽtario Simpliciũ pharmacorũ dictum est. Nunc aũt emplastra, quę iam experimento satis probata sunt, exequar, tñ adhuc ipsis adijciens,ꝙ nõ nulli etiã adstringentia pharmaca extrahentibus miscuerunt, veriti,quod accidit,vbi humorũ superfluitas fuerit: Trahunt siquidẽ plus interim, quã conuenit, vt non solũ ex particula quæ curatur,attractionẽ in alto,sed etiam ex omnibus vicinis,moliantur. Comprehensum est & antea, cùm de carnem generantibus facultatibus ageremus, extrahentia & digerentia,velut omnia, quæ magis quàm oportet detergunt, carnis explentia fieri cerati mistura: in quibus virtus quidem valida est,copiosioris: in quibus imbecilla, paucioris. Quòd si cõpositum

A positum extrahendi vel digerendi præditum potestate medicamentum, adstringens quoque ali-
quid habeat, tali pharmaco ad carnem generandam, propter vim adstrictoriam vtendum nõ est:
quæ ad vulnera glutinanda, & sinus, tum ad vlcerum cicatricem ducendam vtilis est, ad carnis pro
ductionem non ita. Dictum mihi est abunde iam de hoc.

Andromachi Emplastra ad Digerendum & Extrahendum.

¶ *Halicon, i. Salsum, ad multa.* CAP. 14.

SAlis cõis pondo libras iiij, squamæ ęris pondo ℥ iiij, magmatis pondo selibram, mannæ pon-
do libram, ceræ pondo lib. xiiij, olei cyprini pondo libras xvi, acetum adijcitur. ¶ *Aliud Theu*
dæ Sarcophagi ad Cacoethe, Fistulas, Teredines, & Strumas. Resinæ terebinthinæ, thuris, cerę, singulorũ
pondo ℥ iiij: argenti spumæ pondo vnciam, quidam auripigmenti æquale põdus pro argenti spu
ma ponunt: squamæ rubræ pondo ℥ iiij, ęruginis rasæ pondo ℥ viij, salis ammoniaci pondo ℥ vi,
aceti heminam. Ego amplius capio, nempe olei heminam, vini heminam, aceti scillitici tãtundẽ.
¶ *Aliud ad Digerendum Candidi, quo Vtor.* Terebinthinæ pondo libras tres, ceræ pondo libras quin-
quaginta: chalbani, nitri, asij, singulorum pondo ℥ ij: thuris pondo libras iij, medullę ceruinæ * Aliter viii.
pondo ℥ iiij, guttę ammoniaci pondo selibrãm, propolis pondo vncias tres, olei laurini pondo ℥ Aliter lib. iii.
B vi, seui taurini pondo selibram. Quę sicca sunt, liquidis admiscentur. ¶ *Aliud ad Strumas authore*
Nymphodoto. Asij lapidis denariũm pondo viij, aphronitri tantundem: seui vitulini, calcis viuæ,
singulorum pondo denariûm xvi: ceræ denariũm pondo xxiiij, terebinthinæ denariûm pondo
xxxij. ¶ *Aliud ad Discutiendam Bronchocelen, hoc est Gutturis tumorem, quo Clemens Sertorius curatus est,*
& ad Duritias. Argenti spumæ denariũm pondo quinquaginta, resinæ pityinę denariûm pondo
quadraginta, olei veteris heminas x: chalbani denariũm pondo iiij, {in alio ℥ i:} æris combusti
denariũm pondo xx, guttæ ammoniaci denariũm pondo quadraginta, aluminis fissi denariûm
pondo iiij, † mannæ thuris} tantundem, ceræ denariũm pondo quinquaginta: postremo chalba- † Aliter, mãnę, thuris, singulorum.
num & mannam inijcito. ¶ *Aliud ex Aspidibus, ad Discutiendum Strumas, item ad Podagras.* Terebin
thinæ, lapidis asij, bituminis, singulorum denariũm pondo trecentorum sexaginta: aphronitri, vi
tulini, ceræ, baccarum lauri, guttæ ammoniaci, singulorum denariûm pondo trecentorũ quadra-
ginta: lapidis pyrites denariũm pondo octoginta, calcis viuæ denariûm pondo † centum octo,} † Al. minam i.
aspidum cineris pondo denariũm centũquadraginta, olei veteris heminas duas: postremo cinis
pharmaco refrigerato inspergitur, sin minus, perit. ¶ *Aliud ad Extrahendum, Sarceuthitæ.* Tere-
binthinæ pondo minam, ceræ tantundem, nitri pondo † minas ij,} bdellij denariûm pondo tri- † Aliter cxx.
C gintaduo, guttæ ammoniaci tantundẽ: olei, marinæ vel muriæ, cuiusq; heminas ij: minii denariũ Al. olei hemi nas xii.
pondo xxxij. ¶ *Aliud Ctesiphontis, quædam Dissoluens, quædam Cogens & crispans.* Aphronitri pon-
do libram, † mannæ thuris} pondo libram, lixiuæ stactæ pondo libram, quidam etiam aceti li- † At mãnę, thuris, singulorũ.
bram addunt. ¶ *Aliud ex Sale, ad Extrahendum.* Salis communis denariûm pondo octoginta, ce-
russę tantundem, olei veteris heminas quâdraginta, atramenti sutorij denariũm pondo xxiiij, ace * Aliter tres.
ti cyathos iij. ¶ *Aliud ex Sale aliter.* Cerussæ, salis communis, singulorum denariûm pondo quin
quaginta: olei veteris heminas † viij, aristolochiæ denariũm pondo octo, propolis denariũm * Aliter ij
pondo x. Hoc Silo commendabat. ¶ *Aliud ex Terra pelagia ad Digerendum.* Argenti spumę põdo
minas iiij: terrę pelagiæ, salis ammoniaci, cerussæ, cærę, singulorum quartam minæ portionem:
aceti heminam, olei heminas iiij. ¶ *Aliud Cyrti ad Attrahendum.* Iridis illyricæ, mannæ, terebin-
thinæ, aphronitri, pumicis, singulorũ denariũm pondo quinquaginta: guttæ ammoniaci dena-
riûm pondo xxv, chalbani denariûm pondo † xvj, canchryos denariûm ponco xij s: cerę dena- † Aliter vj
riûm pondo centum, alij octo: olei heminam. ¶ *Aliud Dia daphnidωn i. ex baccis lauri.* Resinæ,
nitri rufi, cerę recentis, baccarũ lauri, colophonię, seui vitulini, guttę ammoniaci, singulorũ dena-
riûm pondo septuaginta: cyprij decimamsextam heminę partẽ: non nulli autem visci denariorũ
D pondo quinquaginta. ¶ *Aliud Attrahens, Harpali.* Guttæ ammoniaci denariũ pondo viij: cerę,
iridis, mannę, piperis, sulfuris viui, pumicis, singulorum denariûm pondo iiij: terebinthinę dena-
riũ pondo viij, olei parum. *Aliud Attrahens Harpali.* Terebinthinę pondo minas octo, pumicis
denariũm pondo xv, nitri denariũ pondo xvi, guttę ammoniaci tantundem, cerę denariorum
pondò quatuor, minij quod possit ea colorare: arida cum aceto subiguntur. *Aliud.* Sinapeos de * *Aliter quin quaginta.*
nariorum pondo iiij, nitri tantundem, cerę denariorum pondo viij, terebinthinę denariorũ pon-
do trigintà: baccarum lauri, calcis viuę, singulorum denariorum pondo iiij: olei decimamsextam * Aliter viii.
heminę portionem, cyprij denariorum pondo viij. ¶ *Aliud ad Pus discutiendum.* Cerę, terebin-
thinæ resinę, picis siccę, seui vitulini, nitri rufi, baccarum lauri, calcis viuæ, pumicis, guttæ ammo-
niaci, singulorum, æquale pondus, ¶ *Aliud Nicomedis Regis.* Ceræ, nitri rufi, resinæ frictæ, singu
lorum denariûm pondo centum: guttæ ammoniaci, propolis, singulorum denariorum pondo
xxv: visci quercini denariũ põdo † duodecim s, olei sextariũ, lixiuæ stactæ tãtundẽ. ¶ *Aliud Di-* † Aliter xii.
scutiens Melicеridas. Olei veteris denariũ pondo centum, argenti spumæ denariũ pondo nonagin-
ta vnius: guttæ ammoniaci, chalbani, vtriusque denariorum pondo nouendecim. *Aliud.* Ar-
genti spumæ denariorum pondo centum, salis communis denariorum pondo sexaginta, olei ve-
teris heminas † sex. ¶ *Aliud Attrahens & Digerens, Ad multa Vtile.* Argenti spumæ, cerussæ, chal- † Aliter vnam.
bani,

bani,singulorum pōdo libram: salis fossitij,æruginis rasæ,singulorum selibrā: olei sextarios tres, E
† Al.iij. atramenti sutorij pondo ℥ † ij. ℭ *Aliud ad Digerendum è Struthio.* Argenti spumæ pōdo libras † ij,
† Al.librā vnā. olei pondo libras iij: cerussæ, picis, terebinthinæ,singulorum pondo ℥ iiij: ceræ pondo ℥ ij,mannæ pondo ℥ iij,aristolochiæ pondo ℥ ij,struthij tantundem,gallæ pondo ℥ iij,vini boni heminas tres: vinum vltimum infundito. ℭ *Aliud ad Digerendum, vt Scribonius.* Argenti spumæ pondo quinq;, olei pondo quinq;, pityinæ siccæ pondo quinque,propolis pondo viij,visci de quercu lecti pondo quadrantem. ℭ *Aliud Trahens & Digerens.* Ceræ nouæ,resinæ pityinæ siccæ,nitri,singulorum denariūm pondo centum: olei heminas tres: non nulli thuris denariū pondo centum, lixiuiæ stactæ heminas iij. Ad duritias,guttæ ammoniaci denariū pondo xij misceto,chalbani tantundem: æruginis rasæ,propoleos,visci de quercu lecti,paria pondera. ℭ *Aliud ad Strumas Minutiani,quo vtor subinde.* Terebinthinæ pōdo vnū,ceræ pōdo † viij,propolis pōdo vnum,chalbani pō
† Aliter s.
† Alites s.
† Aliter s.
† Aliter s.
do † viij, visci de quercu lecti pondo † viij. His liquefactis, fæcis combustæ ℥ duas inspergito, aphronitri pondo † viij. Deinde vbi carbonibus imposueris, olei heminas tres inijcito: postea sublatis,cucumeris agrestis radicis vnciam inspergito,gladioli radicis ℥ iiij, alij floris tantundem. ℭ *Aliud Antipatri.* Nitri,terebinthinæ,olei veteris,singulorū pondo libram: aquæ sextarium, & amplius: vbi cocta non ebullierit,immittito guttæ ammoniaci pondo ℥,duas,chalbani pondo vnciam,bdellij pondo ℥ i, thuris pondo ℥ ij,sandarachę pondo ℥ ij, lapidis asij pondo ℥ duas. Alius & sandaracha ex oleo pauco læuigantur: liquabilia raduntur,& aridis miscentur. ℭ *Aliud ad Digerendum Antipatri.* Molybdænæ pondo denariūm trecentorum, ceræ denariūm centumquinquaginta,terebinthinæ denariūm pondo xxx,chalcitidis denariūm pondo vj,chalbani denariū pon po viij,myrrhę denariūm pondo viij,mannæ denariūm pōdo viij: olei per hyemem heminas iiij, per æstatem tres. ℭ *Aliud Xenocratis,Dolorem sedans,ad Digerendum,vt Castus. Medicamen Polystomi ad Podagram.* Cerussæ denariūm pondo centumquinquaginta,ceræ pōdo tria,terebinthinæ denariū pondo xxx,aphronitrum denariū pondo xxx,olei veteris heminas tres. ℭ *Aliud ad Digerendum Meliceridas,Alexandri.* Salis hispani,argenti spumæ,cerussæ,singulorum pondo libram: ceræ pon
† Aliter vel. do vnciam,terebinthinæ tantundem,chalbani & opopanacis pondo vncias duas,sinapeos pon-
* Aliter i. do ℥ vj,olei veteris pondo tria,aceti † sextarios viij. ℭ *Aliud Sanitas,Digerens,& Extrahens,ad Ma-*
† Al. sextariū. *millas ex Visco.* Argenti spumæ pondo libras duas,olei pondo libras duas,visci quercini pōdo triē tem,gallæ tantundem. ℭ *Aliud Pus vacuans sine ruptura, vt Asclepiades.* Resinæ pōdo libras duas,
† Aliter ii. ceræ pondo libras ij,nitri pondo libras † viij,butyri pondo libram, adipis leonini pondo libras sex,olei veteris pondo libram: simul liquefacito. Quotidie emplastri modo imponens medicametum,vtitor. ℭ *Aliud Exipoticū i.expressoriū,Humores & Abscessus,maximè in genu, & articulamentis,sine incisione extrahens,à Phlegmone præseruat,Vulneribus vtiliter admouetur.* Plumbi stercoris,terebinthinæ,singulorum denariū pōdo centum: olei veteris heminas duas, postremo resinā. ℭ *Aliud* G
† Al.Procliani authoris. *Digerens,Cutem rumpens. Cicatricem ducit, † humores euocat, quo vtor.* Visci quercini denariūm pondo sexaginta,picis denariūm pondo quinquaginta,guttæ ammoniaci denariūm pondo cēntum, ce-
* Al. quinquaginta. ræ denariūm pondo quinquaginta,resinæ frictæ denariū pondo xv,lapidis pyritis denariū pōdo x,chalbani denariūm pondo viij: mannæ,iridis illyricæ, cachryos, stercoris columbini, singulorū denariūm pondo iiij: alibi & mellis heminas iiij. {In alijs quibusdam, & propoleos denarium pō do xx: liquefactis quæ liquabilia sunt,sicca insperge.}

Quæ scripserit Asclepiades Attrahentia. CAP. 15.

ALbū *Attrahēs. Facit ad Strumas,& Parotidas,& particulares Abscessus.Curat Fistulas,& Aegylopas, vt sine incisione liberet. Valet ad Rheumatica,& curatu difficilia. Benefacit Hydropicis.* Argenti spumæ,cerussæ,salis, singulorum denariūm pondo octoginta: olei veteris sextarium. Sal, cerussa,argenti spuma,ex oleo ipsis adiecto teruntur: deinde curiosè mista,& in vas fictile coniecta,coquūtur: mouentur q; assiduè, donec non inquinēt: dehinc in mortarium transfusa,rursus q; tunsa,excipiuntur, & vsui sunt. *Aliud.* Argenti spumæ denariorum pondo centum, {cerussæ denariorum pondo decem,} salis denariorum pondo quinquaginta, olei heminas tres,ceræ denariorū pondo quinquaginta,terebinthinæ denariorum pondo duodecim: præparato ad modum prædictum. *Aliud.* Mannæ denariorum pondo sedecim, aluminis scissi denariorum pondo octo, olei veteris heminas duas. *Aliud.* Argenti spumæ pondo libram, cerussę pondo libram, salis fossitij pondo libram,ceræ denariorum pondo quinquagita, terebinthinæ denariorum pondo vigintiquinque,mannę denariorū pōdo sedecim,aluminis fissi denariorū pondo viij, olei veteris heminas duas & semissem. ℭ *Aliud Lucij ad Prædictas dispositiones Medicamen compositum. Facit ad Vlcera rheumatica, diuturna, & vix sanabilia.* Argenti spumæ,cerussæ, salis ammoniaci, atramenti sutorij,pityinę, singulorum pondo denariorum centum: olei veteris sextarios tres, aceti sextarium vnum, cerę pondo denariorum quinquaginta: pręparato ad modum pręedictū. ℭ *Aliud Salubre, pharmacum ad Prædictos affectus compositum.* Argenti spumę, cerussę, salis, aluminis liquidi, singulorum denariorum pondo centum: olei veteris sextarios decem, aceti sextarium vnum, cerę pondo selibram, resinę terebinthinę pondo selibram: conficito ad modum prædictum. ℭ *Aliud Nigrum Attrahens. Valet ad Strumas, Parotidas & particulares Abscessus, dis-* H

soluit

A *soluit omnem Duritiem. Præstat item Malagmatis boni vicem, sicut vsus est Antonius Herbarius. Item facit ad Articulorum vitia.* Salis fossilis pondo libram, argenti spumæ pondo libram, strigmenti purissimi pondo libras quatuor, chalbani denariûm pondo quinquaginta. Salem & argenti spumam conterito, deinde strigmento adiecto studiosè rursus tundito: in vas fictile coniecta, igniq; supra posita coquito, mouens sine requie: & cùm non amplius inquinat, ab igne deposito chalbanum ligneo pistillo tunsum addito: vbi soluta fuerint, in pilam transfundito, ibiq; contusis vtitor. ℭ *Aliud, quo vsus est Andromachus. Facit ad Strumas, Parotidas, Mammarum duritias, particulares Abscessus. Contentum Humorem extrahit, Sinus iungit, iuuat Fistulas, Aegylopas. Facit ad fluentia Vlcera, vetera, & vix sanabilia.* Cerussæ, salis fossitij, singulorum denariúm pondo octoginta: atramenti sutorij dnariũ pondo duodecim, olei veteris heminas tres, aceti heminas quatuor. Salem in tenuissimum puluerem redactum cerussamq; ex oleo coquito: ac dum non inquinet, moueto. Vbi bene habuerint, depositis ab igne atramentum sutorium aceto tritum immittito: & exiguum continuè inspergens caue, ne efferuescat: deinde in mortarium transfusa, rursusq; tunsa excipito, & vtitor.

Quæ scripsit Asclepiades Discutientia, ex illius verbis. CAP. 16.

B TVmoribus dissolutis, & in humorem digestis, infrascriptæ compositiones conueniunt. *Cerine Ctesiphontis. Valet ad Strumas, Ganglia, Parotidas, Mammarum abscessus. Vt nullum aliud pharmacum, Tumores resoluit, & quicquid humidi continetur, rarefaciendo elicit. Sinus glutinat, iuuat Fistulas, & Aegylopas, vt citra incisionem liberet. Est etiam Malagma vtile Ischiadicis {seu coxarijs, id est coxæ morbo laborantibus} Podagricis, arthriticis, post accessiones impositũ toto affectu leuat.* Hęc recipit. Cerę, terebinthinę, nitri, olei veteris, singulorum pondo libram: aquę heminam. Nitrum & aquam terito, vt ex toto soluantur: & in vas fictile cõiecta, igni imponito: vase cooperto coquito, ex interuallis moueto. Cum autem strepere adeo desierit, liquabilia inijcito, mouẽs assiduè, donec non inquinent: in mortarium transfusa rursus tundito, inde excipiens vtitor. Vel hac ratione pręparatur: Quę liquari possunt, prius liquefacimus: & cùm dissoluta fuerint, nitrum ex aqua læuigatum adijciemus, idq; paulatim mouentes assiduè, cauẽtesq; ne efferuescat. ℭ *Alia, qua vsus est Menecrates, præcipue in Strumis, & Mammarum duritie, quippe perforat eas, & contentum humorem excernit. Sinus iungit, & ad cicatricem perducit.*

Ceræ, resinę terebinthinæ, resinæ lignosę, chalbani, olei veteris, aphronitri, singulorum pondo libram, † myrrhę cineris } sextarium, qui pendit vncias tres. Resinas in vas æreum aut fictile iniectas, igniq; impositas, liquefacito. Vbi percolaueris quantum satis est chalbano emolliendo, postea liquabilia simul mista, quousq; non inquinent, coquito: deinde ab igne reposita refrigerari si- † Al. συκίνης τέφρας, i. ficulnei cineris.
C nito: & his aphronitrum adiungito, mouens continuè: & contusa cineribus leuissimis inijcito: postquam permiscueris excipito, & vtitor: quinto quoq; die soluito, deinde tertio, donec tumores forati fuerint: postea quotidie inter curandum soluito. ℭ *Alia ex Aphronitro, à quibusdam Dionysia dicta, Pharmacum ad Prædictos affectus compositum, quo vsus est Largus.* Cerę, terebinthinę, mannæ, aphronitri, singulorum pondo libram: olei sextarium, aquæ lutulentæ sextarium, misyos crudi põdo vncias duas: componito, sicut dixi. ℭ *Aliud ex Asio, Medicamentum, ad Prædicta vitia compositum.* Ceræ terebinthinę, nitri, singulorum pondo libram: thuris selibram: lapidis asij floris, olei cyprini, vtriusq; selibram: aquę lutificę quod satis est. Arida cum aqua lutifica dissoluuntur, vt sordium crassitudinem habeant, & studiosè læuigantur: quæ liquari possunt, liquefiunt, & refrigerantur, tritis immittuntur: vbi contuderimus, excipientes vtimur. ℭ *Aliud Asianum Neapolitæ, facit ad Eadem.* Cerę pondo libram vnam & semissem, nitri rubri pondo libram, lapidis asij floris pondo libram & semissem, mannę pondo selibram, myrrhę pondo ℥ iij, olei veteris pondo libram, aquę lutificę heminam: pręparatur superiore modo. ℭ *Aliud ad Easdem affectiones.* Cerę, terebinthinæ, singulorum pondõ denariûm centum: nitri spumæ, olei veteris, mannæ thuris, singulorum pondo libram: lapidis asij floris pondo selibram: chalbani, propolis, guttę ammoniaci, * *Al. libram vnã & dimidiam*
D singulorum denariũ põdo xij: aquę lutificę quod sufficit. ℭ *Aliud Giluum ex libris Damocratis, Eadem efficiens.* Argenti spumę, cerussę, salis fossitij, singulorum pondo libram: minij sinopici põdo selibram, cerę pondo ℥ † ij, terebinthinæ totidem, olei veteris heminas tres, aceti quãtum sinopico soluendo sufficit: conficito vt superiora. ℭ *Aliud ad Eadem.* Argenti spumę, cerussæ, salis fossitij, singulorum pondo libram: minij sinopici pondo selibram, cerę pondo ℥ quatuor, chalbani pondo vncias duas, resinę terebinthinæ tantundem, olei veteris heminas tres, aceti quo rubrica dissoluatur: conficito, vt dixi. ℭ *Aliud ex Mastiche ad Eadem.* Cerę pondo libram: mastiches, mãnę thuris, sinopidis, aphronitri, singulorum pondo selibram: olei myrtei pondo vncias tres, marinę aquæ vncias tres. ℭ *Aliud Neapolitæ ad Eadem.* Argenti spumę, cerussę, salis fossitij, singulorum pondo libram: minij sinopici, ceræ pityinę, singulorum pondo selibram: chalbani pondo vncias duas, olei heminas tres, aceti quantum satis est. † *Al. quatuor, Galbani vnc. duas, resinæ terebinthinæ & cæt.*

Discussoria scripta à Damocrate. CAP. 17.

AD digerendum Melinum Emplastrum efficax
Infantium strumas non veteres, insuper
Et duritias musculorum, item & cutis,
Et phlegmonas, quæ durant multo tempore,

Carnem

Carnem replet,ducit cicatricem probè, E
Sic conficitur. Excellentis lithargyri
Pleruncp libram,item corussæ selibram,
Ad hæc recepta pondo libram quoq; noui
Pinguis olei.Immissa ast ollæ lithargyrus
Ex oleo coquitur: vbi iam spissitudinem
Habet sordis,læuem cerussam tum capit.
Cùm non inficiens,temperie & bona admodum,
Paulo q; durius videris,immittitur
Cera,& pityina: quibus liquatis ollula
Ab igne feruens tollitur: tunc protinus
Ammoniacum,tum cera manibus,vt solet,
Atq; digitis subacta iuxta ignem,inditur.
Postea mouetur pharmacum rudicula,
Rursus q; mollitur manibus: sic conditur.

Aliud. F

Aliud ad omnia hæc. Strumas ipsas verò
Magis resoluit,& laborantes iuuat,
Præcordia ne abscessus,quibus est cautio,
Tumore quopiam atq; metu exerceat.
Hanc obtinet confecturam,nigrum quia est
† Al. perlucidę siccissimę. Picis † humidæ,siccæ,}pondo libras duas,
Densi q; vitrei duas bituminis,
Frictæ pityinæ quatuor,ceræ capit
Tres,thuris vnam libram & partem tertiam,
Squamę æris vncias pariter bis quatuor,
Recentis olei communis quinq; vncias.
Thus,squama teritur,quibus aceti apponitur
Mensura iuxta. Vt curiosè trita sunt,
Et crassitudinem mellis tenent,coques
Ceram reliqua q; tum simul oleo nouo: G
Et sic læuigatis calida supra fundito,
Vbi diligenter manibus omnia robore
Commiscueris,contectum pelle condito.
Nam exasperatur,crustula atq; obducitur.

Damocratis Compositiones ex Sale, Discussoriæ.

Hoc præparato simul,vt præstans pharmacum,
Bonæ cerussæ,& argenti spumæ bonæ,
Cuiusq; pondo, denas q; salis vncias.
(Omnis vero est sal albus multùm pharmaco
Futuro vtilis: atqui longè præstantior
Ammoniacus,confectus & purus mari)
Et tres vetusti libras olei pondere.
Oleum coquito,reliqua & trita simili modo,
Quò duriora adus cp sint malagmate:
Nam seposita multo remollescunt magis. H

Aliud.

Aliud melius,nam duritias discutit
Cunctis valentius inueteratas nimis.
Et bronchocelas,& magnas melicerìdas,
Et contumaces strumas,nec non ancylas.
Sic conficitur.Libram salis læuissimi
Tenuis,duas cerussæ,tot at chalbani,
Fac vncias,totidem puræ propoleos,
Aristolochiæ binas pariter vncias,
Præstantis olei libras annosi duas.
Crassissimum si fuerit,addes alteram.
Coquito similiter,temperatum q; probè
Ab igne tollito: læuigatam tunc quocp
Aristolochiam insperges,inieceris vbi
Mollita,propolim scilicet atq; chalbanum.

Aliud

A *Aliud ad Digerendum Damocratis ex Calce viua.*

Valde bonum, strumas soluit per halitum,
Omnem tumorem reprimit: nec non hepatis
Vel splenis affectus aquosos curat, &
Excretionem vrinæ valde promouet,
Et inueteratos dissoluit coxendices.
Nempè Vlpianus hoc iuuenis industrius
Vtens auxiliabatur ægris plurimis.
Sed continet libram ceræ vnam ponticæ,
Vnam q; frictæ, præterea vnam pityinæ,
Calcis recentis viuę quoq; pondo vnciam,
* Aluminis fissi similiter vnciam,
Æquale pondus arsenici q; pontici.
His suaueolentis paulum aceti affundito.
Maiore tere in mortario, quoad sit satis.
B Ceræ q; resinę q; miscens paululum
Olei, liquato flamma ignis quàm acerrimi.
Ac temperans omnia, faciens malagmata,
Nec pharmaci inquinantis crassitudinem
Reponito. Vtens excipe nouo splenio.
Aiebat optimus medicamenti pater
Morbis diuturnis præsidium suscipi
Istud bonum: quibus item longa visceris
Cuiuslibet inflammatio præcordia
Indurauerit, auxiliari vel maximè.
Quippè id sudores excitat, precordijs
Duritiem tollit, morbos soluit protinus.
Retenta naturalia diu menstrua,
Paucis diebus adeo impositum prouocat.
Nos calce dempta, duplum alumen indimus,
C Et melius pharmacum erat, haud faciens pustulas.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER SEPTIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de Emollientibus, Relaxantibus, & Laborem tollentibus, Emplastris, quæ Malagmata, Chalastica, & Acopa dicuntur.

Quæ sint Medicamenta Emollientia, de Ratione vsus ipsorum, de Indurescentibus partibus, ac de scyrrho. CAP. I.

D Malagmata vocant medici, quæ partes preter naturam induratas emolliunt, calida omnia temperamento mediocri prædita, nõ tñ exiccãtia, quemadmodũ nec humectãtia manifesto. Nã cùm exactè molliẽtia medium quodãmodo ordinem inter humectantia siccantia q; sortiãtur, indurescentiũ substãtiæ veluti fusionẽ quãdã moliuntur. Nominãtur aũt malactica. i. molliẽtia, licet in alijs paululũ ad siccandi humectãdi q; virtutem inclinent, si modo subiectã partiũ, quas cõtingunt, substantiã queant diffundere, quod nimirũ propter moderatum in eis calorem accidit. Ac quòd vbi durities diffusa fuerit, digerẽtiũ medicamentorũ vsus veniat, in quinto de Simpliciũ facultate medicaminũ, & in xiiij therapeutices Methodi libro cõprehẽsum est. Indurescẽtia igitur quę ex recta medẽdi methodo nõ curata scirrhũ contrahũt, optimè curabũtur, si medicus spectet, quãtũ ægri corporis substãtia à mediocri humiditate ac siccitate recesserit: quẽadmodũ ẽt si affectus cõstitutionẽ, quatenus sit aucta, inspiciat: præterea cõsideret inter ipsa pharmaca quę magis, quæ minus, emolliant. Huc nãq; spectãti primus vsus emolliẽtis medicaminis, cõiecturalis quidẽ erit, sed cũ artificio. At post vnũ aut alterũ diẽ nũ intendere medicamẽti virtutẽ, an remittere cõueniat, intelliges, vt in prioribus, & medẽdi Methodo dictũ ẽ. Quapropter medici emolliẽtia & digerẽtia pharmaca cõposuerũt, ceu scopos

pos ambos sibi proponentes, tum vt partis duritiem, quę iam in scirrhũ degenerat, diffunderent: tũ vt per halitum digererent: non vicissim vtroque vtentes, quemadmodum me frequenter facere conspicitis, verum semper duo ipsa composito medicamine moliẽtes. Notum porrò est omnibus, in mistura vel emollientia vel digerentia esse copiosiora, tum maioris minoris q; rationem in ipsis esse nõ exiguã. Cõstat quoq; subinde paria facultatibus misceri: ac necesse est, sicut in alijs medicamentis, ita in his ẽt, si probè mederi cupias, plura eiusdem generis pharmaca vel certè duo parata habeas, validissimũ puta totius generis, & moderatissimũ, vt ex varia ipsorũ mistura cõuenienti facta, multa, quæ intra summa cõtineantur, medicamina efficias. Non enim adeps eandem virtutem obtinet, quam bdellium, styrax, & gutta ammoniaci: queadmodum nec inter ipsos adipes anserinus, & gallinaceus, vel pardi, vel leonis, vel hyenæ, vel alterius cuiuspiam animalis: nam secundum animalis temperamentum ẽt adeps est, nempè calidiorum magis excalfacit, sicciorum vero euidentius siccat. At vulgus medicorum nouit leoninum adipem in vtroq;, calfaciendo, dico, & digerendo, longè esse valentissimum. Proximum locum habet pardi adeps, adeo vt parũ emolliat. Minore aũt in calfaciẽdo ac digerẽdo præditus virtute est anserinus, habet q; plus quiddam in molliendo: pari spatio ab hoc recedit adeps gallinaceus. Hi igitur oẽs tenuiorum partiũ substantiã inter quadrupeda animantia obtinent. At differentia rursus permagna in illis est, cum F suillus quidem mollissimus, ac humidissimus, eo q; aliorum imbecillimus sit, vt teneris corporibus conueniat, cuiusmodi habent mulieres, pueri, eunuchi, & viri delicatiores, in vmbra, ocio, & frequentibus potabilis aquæ balneis, effœminati. Caprarum vero & boum pingue, quanto suillo est validius, tãto magis corporibus natura durioribus: & inter duriora scirrhosioribus conuenit: taurorum hircorum q; in validioribus tum corporibus tum affectibus proficit. Eadem verò & alijs in minoris maioris q; ratione inter se est differentia. Porrò ab imbecillioribus auspicabor, si prius de duritiei ac scirrhi affectu quædam prælibauero. Nam cum phlegmone laborantibus & indurescentibus commune sit accidens, digitis prementibus reniti, distinguuntur affectus, doloris sensu & indolẽtia: hoc enim non amplius vtrisq; commune est. Quemadmodum verò in alijs omnibus, quæ suapte natura recidere in se mutuo possunt, inest confinium vtriusque aliquatenus particeps, ita quoq; vlcerum phlegmonosorum, cum scirrhis absq; phlegmone, quales induratis accidunt, media quædam est dispositio, doloris quidem expers, si non digitos imprimas, dolens aũt si id facias: quam clarioris breuioris q; disciplinæ gratia, vel phlegmonen scirrhosam, vel scirrhum phlegmonosum dicemus, non hic tumoris magnitudini animum attendentes. Nam phlegmone & scirrhus nomina sunt formæ affectuum, non quantitatis in altero ipsorum: cum phle- G gmone vel propter partis inflammatę magnitudinem, vel ob tumorem præter naturam, magna euadat: parua aũt, cum aut paruum locum possederit, aut exiguũ tumorẽ habuerit. Dicetur nũc mihi paruæ phlegmones scirrhi q; parui curatio, sicut & magnę magni q; pro affectuum specie: hinc enim, & aliorum quæ magna & parua dicũtur, curationis notio intelligetur. Itaque magna phlegmone cataplasmatis ac humidis quibusdam medicamentis sanatur: parua, quum scirrhosa durities mista fuerit, itidem cataplasmatis, interim vero medicamentis cerati modo confectis & liquidis, insuper & emollientibus emplastris. Talibus autẽ & parua durities tollitur, sed in hac quidem simplex scopus, quemadmodum & phlegmone cõsistente est: quum vero durities phlegmonosum quippiam habuerit, compositus quoq; scopus efficitur.

* ἐλκῶν ẽ ĩ impreſſis, in antiquis ẽ ὄγκων i. tumorum

De Medicamento, quod, quia liquidum est, Parygron Græci appellant. CAP. 2.

AC ideo quoq; medicamen quodãmodo compositũ est, veluti & hoc, quod Parygron nomĩnãt, omnibus cognitum: magnificè vero cùm ab alijs quibusdã, tum Hera, commendatum. Medetur enim id particulæ parua adhuc phlegmone conflictanti, non multo post confectionem tpe, sed protinus impositum: vbi vero duritiẽ à dolore alienam pars affecta acquisierit, vel paulo recenti vetustius vtile est: quemadmodũ ẽt, si phlegmonoso affectu omnino sit libera, melius H in ea vetustius medicamentum proficit. Enimuero medicamenti tps pro duritiei intẽtione videlicet æqualiter augere conuenit, & si partem valde induratã ne vetus quidem pharmacum emollierit. Quippè varia hoc parygrum dictum medicamentum & promittit & põt, quoniã materiã mistam quoq; seu variam obtinet. Siquidem adeps suillus & cera molliẽtium sunt imbecillima: argẽti spuma verò & cerussa nihil habẽt, quod emollire possint, quemadmodũ antea didicimus.

Porrò Heras, qui pharmaũ choc omnium maximè laudauit, ex hisce ipsum conficit his verbis. ℂ Adipis suilli recentis curati pondo ℥ xliiij, ceræ pondo ℥ xxiiij, cerussæ pondo ℥ vi, argenti spumę tantundem. Quæ liquari possunt, siccis superfunduntur: temporis autem spatio medicamentum consistit, spissatur q;. Sicut cerã & adipẽ suillum imbecillæ molliendi virtutis esse dixi, ita quoq; si oleo pauxillum ceræ misceas, id quod à medicis Cerelæon dicitur efficies. Oleum autem videlicet esse conuenit, nec quod vocant omphacinum & omotribes, quasi dicas immaturum & crudum, nec quod oleæ surculos in confectione assumpsit.

Generalis Mollientium pharmacorum Differentia ac facultas. CAP. 3.

ITaq; tã imbecillia mollientia ẽt paruis medicãtur inflãmationibus: his aũt fortiora breuẽ duritiẽ sine phlegmone ꝑsanant: his adhuc validiora maiores: quemadmodũ & q̃ duritiẽ in scir-

rhum

A rhum prope degenerantem curant, efficacissima sunt, cuiusmodi est medullarũ genus, in maioris minoris q; ratione inter se differentium, vt deinceps explicabo: item bdellium vtrunq;, arabicum & scythicum: insuper styraces, siquidem & horum efficacissimus est colore pallidus, qui etiã optimus in Pãphilia nascitur, qui vero hoc magis fuscus est, vbiq; ꝓuenit, potẽtia multo pallidiore inferior, at tpis processu & ipse aureum colorem acquirit. Hoc itaq; (priore inquam) in antidotis propter caritatem vtimur, ac tu propterea Principi quodcunq; ex styrace præparans, semꝑ hoc vteris. Item si familiariũ quis in pharmacorum sumptibus magnificus existat, illi quoq; ex hmõi styrace medicamentum compones, in alijs optimum ex fusco genere deliges, & odore potissimũ & colore iudicium eius sumens, nam niger deterior est. Cæterùm his, quæ indurescentia validè emolliũt, gutta Ammoniaci adscribitur, ea q; magis pinguis & noua. His minus, sed tñ & ipsa efficacia sunt, caprarũ, boum q; Pinguia: inter ea ipsa, hircorum, ac taurorum validiora sunt: boum verò & caprarum his quidem imbecilliora sunt, non tamẽ & ipsa actionis expertia: hœdorum autem & vitulorũ his ipsis adhuc imbecilliora sunt, porcillo tñ efficaciora: At leonis, pardi, hyænæ, & anseris euidentius his digerunt, non magis emolliunt, quanto ẽt subtiliorem substantiã caprino & bubulo seuo habent. Cæterùm gallinaceum mediam inter anserinum & suillum sedem occupat.
B Quemadmodum & Medullarum optima est vitulina. Ac Resinæ, quæ nõ acrẽ odorẽ habent, si dictorum cuipiam miscentur, tenacitatem medicamentis cõpositis præbẽt, emolliendi virtutem non auferũt. Aptissima est, quæ chia vocatur & larix, post has pinea, inde abietina: strobilina verò vehementer acris est: pityina seu picea, quã propriè physema nominãt, pinguitudinis expers admodum exiccat. Has igitur fugere, chia verò & abietina vti, oportet, nõ ipsis per se, verùm cum cera & quopiam alio, quod affectui conducere videatur. Et verò Pix brutia facultatem eandem obtinet, vt quæ glutinans quiddam ac pingue habeat. Cæterùm pix alia nõ miscẽda est, sicut nec bitumen, vtpote iusto164 sicciora: enimuero ea quę exiccant, mollientibus esse contraria didicimus. Qm̃ verò pineam & frictam resinam & colophoniam appellare consueuerunt, sciendum venit & aliam quandam esse colophoniam chiæ mastichę persimilem, molliens aliquid habẽtem, quemadmodum illa & thus: insuper Ægyptia mastiche non nihil emollit, sed maior virtutis ipsius portio concoquit, digerit q;. Item & Thus quandam molliendi vim obtinet, verùm hoc quidẽ coctum ex vsu est, veluti & fœnigræci semen: etenim & hoc probè coctũ emollit, ac magis adhuc pingui permistum. At quæ citra coctionem ob consistentię siccitatem dilui, liquari, mergi q; * desiderant, oleoso quopiam indigent: cuiusmodi sunt oleum ipsum, cùm nihil adstrictiõis habet, *Al. λύεσθαι i. solui.
C item balneorum strigmenta, prętерea quod vocatur susinum, ad hęc multo etiam magis comagenum. Huius quoq; ordinis est butyrum, tum althęæ & fœnigræci decoctũ. Porrò inter tã mollia & validissima, quod genus sunt bdellium & styrax, gutta ammoniaci idẽ potest, quod & propolis: atqui hoc in bdellio distinguendum est, ꝙ scythicum altero arabico multo ad hęc sit pręstãtius, præcipuè nouum & molle, quod ẽt pingue nominant. Cõsuetudo siquidẽ hęc est inter recẽtiores medicos in huiusmodi pharmacis, quod emolliẽtius est, pinguius appellasse: hoc aũt videlicet humidius quoq; est. Cæterùm chalbanum & qui opopanax dicitur, præterquã quòd digerũt, ẽt qd molliens habent: opopanax aũt digerendo, chalbanum molliendo coquendo q;, præcellit. Talis sanè mollientiũ pharmacorum facultas est. Tu verò cum vel scriptũ aliquod in libris medicamentarijs discusseris, & examinaueris, vel ipse cõposueris, auditis nuper pharmacorum secundum maioris minoris q; rationem differentijs, intellectis item corporum affectuum q; diuersitatibus, valida validis, imbecillia imbecillius, adhibebis. At vbi post primam medicamenti impositionẽ aliud applicas, oleo simplici pinguia partem affectam fouere conuenit. Porrò ex ijs, quæ ἐγκόλλα i. tenacia, nominantur, nullum auferendum est prius, quàm sua sponte abscedant: immo etiam si laueris, permittenda sunt. Vitanda autem medicamentosarum aquarũ lauacra, præsertim quæ chal-
D canthosa, aluminosa, & sulfurosa sunt. Hæc quidẽ sufficiunt viris cordatis ac prudentibus, qui q; in medicinæ operibus exercitati peritiam aliquam sunt adepti.

Specialis Mollientium pharmacorum Differentia ac Facultas. CAP. 4

QVoniã verò oẽs eiusmodi nõ sunt, & proposuimus hoc cõmentario, nõ vt in opere de morbis curãdis methodum solã exponere: verùm simul cum particulariũ vno atq; altero exemplo, pharmaca vsu cõperta subiungere oportet, quæ maiores nostri in pharmaceutica i. medicamentaria artis parte celebres literis mandauerunt: ad speciales mollientiũ pharmacorũ differentias perueniemus, à mollissimis, quæ & paruis inflãmationibus medẽtur exorsi. Ex cõpositis emollientibus alia quidẽ (vt ita dicã) imbecilliora primo ordine statuuntur: quædam nõ multo his validiora, secundo: & quædã alia, tertio: ad hæc non nulla, quarto. Cæterùm primi ordinis mollientibus ad exiguas durities & in mollibus seu teneris corporibus vti, sicut prędictũ est, expedit: ad fortiora his corpora & affectus, secundi: quemadmodũ & tertij, & quarti, pro illorũ ratione. Subscribã aũt & eorũ cuiuslibet propria. ℭ *Emollientia Medicamenta Primi ordinis.* Butyrũ, resina colophonia, & cera cãdida nõ vetusta, singula tria põdere æqualia, inuicẽ liquata, primi ordinis mollientia sunt. Et liquidũ medicamen, quod parygrũ appellatur, eorũ numero adscribitur, cũ recens fuerit: veterascens aũt maiorẽ digerẽdi vim acquirit. At emolliẽtiũ imbecillimum est, cera

cum

cum butyro liquefacta,aut ex susino,aut commageno: atq; his imbecillius est quod dicitur Cere- E
læum,quasi ex cera oleo q; confectum,cùm in libram olei laxantis nulla adstringenti virtute p̄di-
ti,ceræ vnciæ xij vel xvi,iniectæ fuerint. Iam ex ouis cerata facta exiguam quandam relaxandi po
testatem possident. Valentiora his, verum imbecilla adhuc & ipsa,cerata ex œsypo, resina, &
cera,pari pondere liquefactis: sin aũt vetustiora quodammodo ipsa fuerint, olei cuiusdam laxan-
tis,vel susini,vel commageni,vel adipis suilli,vel gallinacei, vel anserini misturam requirunt.

¶ *Mollientia Medicamenta Secundi ordinis.* Quemadmodum in simplicibus medicamentis quatuor
congenerum ordines fecimus,qui maioris in se minoris q; rationem distinguũt: aliquorũ autem
ambiguam esse virtutem diximus,vtrum ad primi ordinis finem,an in secũdi initio, locanda sint:
ita de secundo,tertio,& reliquis deinceps.In quibusdam vero audacter pronuncians,alia in prin-
cipio huius,alia in termino huius ordinis, consistere dixi: sicut non nulla citra appositionem,vel
primi,vel secundi,vel tertij,vel quarti ordinis esse retuli. Multum vero experientiæ particularis
in varijs & corporibus & vitijs seu affectibus huiusmodi pronunciata desiderant. Quare si quis
post me æquè studiosus & veritatis vehemens amator extiterit, ne temere ac subito,vbi bis ter've
vsus expertus q; sit,ferat sententiam: frequenter.n. ei ex longa experientia, queadmodum & mi-
hi vsu venit,in secundo ordine dicta,in tertium incipientem transponi oportere videbuntur, vel F
in principium tertij absolute.Cum enim corpora quibus medicamẽta adhibetur, ipsi q; affectus,
non exiguum differentiæ excessum in maioris minoris q; ratione obtineant, difficillimum est de
omnibus eadem pronunciare.Accedit huc, ꝙ ipsa simplicia medicamenta non paruo diuariant
discrimine.At ego quum in præstãtissimis virtutem pro vnaquaq; specie ac genere ostenderim,
si quis in deterrimo per experientiam examinationem moliatur, examinabit quidem falso, non
autem facultatis ipsorum ordines distinxerit. Itaq; tutissimum est medicaminum ipsorum inter
se differentiam secundum maioris minoris q; rationem accurate scribere,quemadmodum & in
alijs feci,& nunc facturus sum.

Varias enasci Differentias secundum maioris minoris que rationem,in Emollienti emplastro Mnasæi,
Pro Varia simplicium tum quantitate,tum ætate,tum coctione. CAP. 5

SAnè quidẽ emplastrum Mnasæo authore cõpositũ rectissimè secũdo molliẽtiũ ordini adscri
pseris,omnibus certè,qui eius meminerunt,conuenientibus ex oleo veteri, argenti spuma,&
adipe suillo cõponi: in quãtitate vero horum singulorum discrepantibus,atq; eo,ꝙ nõ nulli ex re
centi adipe,quidã ex veteri, quem iam oẽs vocare solent axungiã,componant. In his quidẽ imbe-
cillimum fiet ex argenti spuma,suillo adipe,& oleo,neutro veteri: validius,oleo quidem ex ijs ve- G
teri,altero aũt recenti addito: his validius,ex ambobus vetustis. Ex eo igit ꝙ recẽs aut vetus oleũ
adeps q; immittitur,quatuor differẽtiæ prodibunt,aliàs quidẽ ambobus recentibus,aliàs vetustis:
nõ nunqua oleo quidẽ veteri,adipe vero recẽti: vel cõtra,oleo quidẽ recenti, vetusto aũt adipe in
dito. At ex trium ipsorum simplicium medicamentorum mutua symmetria aliæ plures differen-
tiæ emanabunt,vel.n.pari pondere & mensura hæc tria miscentur,ac multi affirmãt,ab ipso Mna
sæo confectum tribus paribus cõstare: vel duobus quidẽ paribus,tertio nõ pari,sed minori, aut co
piosiori: vel tribus mistis imparibus: vnde clarũ euadit multas fore differentias. Copiosa siquidẽ
* argenti spuma iniecta medicamen potestate mollius fiet: pauciore,validius. Ac magis emolliet,si
plus adipis immittamus: digeret fortius,si oleum augeamus. Præterea aliud quiddã accedit copio
siore oleo imposito,quod magnam vim ad medicamen,vt magis digerat,efficiendum obtinet: est
aũt hoc,sicut primo libro diximus,si magis incoquas. Si igitur solã argenti spumã in oleo copio-
siore coquas,medicamentum euidentius exiccabit: † in vberiore verò coques,vbi plus olei indide
ris,si emplastri spissitudinẽ habiturum sit: ꝙ si id nõ cures,sed æquali tpe tum id, quod minus olei
cõtinet,tum quod plus habet,incoquas,liquet potestate emollientius futurum,cui oleum vberius
* mistum fuerit,quemadmodũ si & cruda argẽti spuma oleo cõmista acopo vti velis. Quare quod H
iã sæpe dixi,semper ipsius meminisse volo,nõ sicut quidã sententias absolutè de pharmacis ferũt,
sic & nos facere,absolute dicentes hanc medicamenti cõpositionẽ illa esse potiorem: nam vtraq;
ad diuersos speciе affectus rectè cõposita esse põt,interim ad eundẽ diuersis tẽporibus. Hæc igit
omnia modo à me relata qui prius audiuit,nõ diligẽs mõ vel memor,sed natura ẽt prudẽs,vtiliter
& cũ fructu leget ea,quæ distinctè & scripsi & scripturus sum. Ac in propositis medicamẽtis di-
stinctiones ibi exponã triũ quatuor'ue syllabarum appositione cõprehensas: qualem,inquã appo
sitionẽ in pharmaco præsenti libro ꝓposito Mnasęi,Andromachus appẽdisse videtur.Nã in me-
linorũ emplastrorũ catalogo vndecimum ordine cum id scripsisset, nõ simpliciter dicere conten-
tus fuit,vt in prioribus cõmemoratis,Aliud,atq; Aliud,ipsis præponẽs, sed Tenerũ adiecit. Itaq;
hoc volebam ipsum in omnibus fecisse,& in ipsis melinis à tenerrimo incepisse: inde verò digres
sum ad paulo fortius innuisse adscribendo pauxillo quodã secundũ hoc, quã illud, esse valentius,
hoc rursus tertium esse fortius,deinde hoc quartum: Veluti rursus si aliqua æqualem putarit ha-
bere potentiã,id ipsum admonuisse: vel si periculũ timeret in eiusmodi pronũciatis, certè simpli-
cia emollientia pharmaca prædoceret,maioris ac minoris ratione in ipsis definita, vt qui molliẽtia
emplastra multa deinceps ab ipso scripta legit,validius quidẽ esse intelligat,quod ex styrace, am-
moniaco,

†Forte, diutius vero coques.

A moniaco,bdellio,propoli,chalbano,seuo taurino,hircino q;, & medullis confectum est: imbecillum,quod nullum ex his continet,sed vel omnia inualida virtute,vel hisce quidem ipsis valentiora: media verò temperaturis,viribus q;,q vel vnum aliquod validum vel duo, imbecillibus mista sint. Constat enim interpositam maioris minoris q; latitudinem omnibus medicamẽtis non exiguam inesse,in communi vniuersis ipsis virtute generatim æstimatis: iuxta quam pharmaca con genera & conformia græcè ὁμογενῆ & ὁμοειδῆ id est eiusdem generis ac eiusdem speciei, dicũtur, quemadmodũ & alia generis vel speciei differentijs euariantia. Cùm igitur hæc mihi prædicta sint,quibus instructus,non magno negocio & valentiore virtute & imbecilliore prędita queas dignoscere, narrationẽ ipsorum aggrediar: deinde conscripta ab expertissimis medicamentorũ viris,siue emplastra siue malagmata voles appellare, percẽsebo. Auspicabor autem à medicaminibus ab Asclepiade in quarto libro Exteriorum, quibus titulum indidit Marcellas,æditis.

Asclepiadis Malagmata. CAP. 6.

A *Mythaonis Malagma ad Præcordiorum tensiones. Soluit omnem Duritiem. Facit etiam ad difficiles Articulorum motus.* Guttæ ammoniaci pondo vncias trigintasex,ceræ tantũdem,terebinthinæ pondo vncias octo,bdellij pondo vncias octo: thuris, myrrhæ,vtriusque pondo vncias quatuor: chal

B bani pondo vncias octo,cyprini heminas quatuor. Myrrha,thus, bdellium,vino madefiunt: ammoniacum aceto diluitur: omnia contunduntur pistillo cyprino inuncto, quousque perfectè dissoluantur. Hoc medicamentum vetus celebre q; est, sicut & quod Asclepiades post hoc in istũ modum tradidit. ¶ *Diasmyrnon Apolophonton, id est Medicamentum ex myrrha,mortem differens, confectum, ad Præcordiorum tensiones. Soluit omnem Duritiam. Benefacit Hepaticis, Splenicis, Nephriticis. Valet ad omnem Neruorum sympathiam. Articulorũ dolores,detensiones q; leuat.* Ceræ,terebinthinæ, guttæ ammoniaci,bdellij,myrrhæ,propolis,iridis,styracis, singulorum pondo vncias sedecim: irini vnguenti fæculæ,quantum sufficit: vini odorati, quod satis est. Præparato, sicut prædiximus. Quod succedit huic,ab Asclepiade scriptum dignius quidem ac celebrius suprà scriptis existit,verùm ad induratorum solutionem illis inferius. ¶ *Aliud Dioscoridis Medicamentum confectum, ad difficiles Artuum motus,& Ligationem,hoc est obstrictos articulos,Græci vocant Ancylas. Tollit omnem Duritiam. Facit ad Interaneorum affectus,Abscessus q; profundos.* Ceræ pondo minam: resinæ frictæ, chalbani, iridis illyricæ,singulorum minæ dimidium: irini fæculæ, quod satis est: vini, quantũ sufficiat. Medicamen tusile est, conficitur sicut priora. Pharmacum antedicto succedens ab Asclepiade scriptum idem est ei,quod Heras ad calcem medicamentarij sui libri conscripsit: paulùlum verò quiddam in sym

C metria quatuor simplicium pharmacorũ euariat,vti innotescet cùm ambo scribemus. Prius autem ab Asclepiade proditi mentionem faciemus, quod ad verbum ita habet. ¶ *Lucij præceptoris ad Articulos recenti cicatrice contractos, quas Ancylas nominant,inscriptum. Facit ad Abscessus in alto corporis obortos,item ad Neruorum contractiones,& Articulorum ligationes quas Ancylas vocamus. Succurrit Opisthotonicis,id est cùm ceruix in posteriorem partem reflexa est, nec prorsum retrahi potest. Valet ad omnem Neruorum dolorem ex consensu. Est etiam Acopon bonum irino,vel cyprino,vel laurino solutum. Emollit & veteratas contumaces q; Duritias.* Bdellij,seui vitulini, guttæ ammoniaci, iridis illyricæ, singulorum pondo denariorum sedecim: opopanacis,chalbani,cachryos,styracis,thuris, singulorum pondo denariorum octo: piperis grana numero centumsexaginta: irini fæculæ,quod satis sit: ceræ, terebinthinæ,singulorum pondo selibram: vini quod satis est. Tusile est medicamen, superiorũ modo conficitur.

Vbi igitur Heras ab Asclepiade in simplicium symmetria dissenserit,quod pollicitus sum,iam indicabo. Primum omnium scripsit Asclepiades medicamentum, Bdellij denariũm pondo sedecim: Heras autem non bdellij,sed bdellij pondo denariũm octoginta, qui quinquies sedecim adæquant. Deinceps Seui vitulini denarios sedecim scribẽte Asclepiade,Heras quinquies totidem posuit,sicut & bdellij: nam octoginta denarij, quinquies sedecim cõprehendunt. Tertium ab his

D medicamentum Asclepiades subiunxit,Guttam ammoniaci, & huius sedecim denarios inijciendos censuit. Itaque iuxta priorum proportionem Heram quoq; octoginta denarios scripsisse conueniebat: posuit autem non octoginta sed centum, quare viginti plures illo indidit. Aliud post cõmemorata pharmaca protulit Asclepiades hisce verbis, Iridis illyricæ denarios sedecim: Heras huius proportionem seruauit,octoginta scribens. Quintum post prædicta medicamenta Opopanacis denarios octo Asclepiades scripsit: Heras autem hîc quoq; proportionem seruauit, quadraginta ponens. Chalbani denarios octo Asclepiades iniecit: Heras etiam in eo proportionem representat,quintuplam censens immittẽdam: quippe quadraginta denarij, quinquies octonos absoluunt. Septimum medicamen Asclepiades ita exposuit, Cachryos denarios octo. Oportuit igitur & Heram,si proportionem obseruabat, quadraginta indere: nunc autem non sic, verum duplices,puta sedecim,ipse cõscripsit. Octaui,Styracis Asclepiades meminit,denarios octo inijciẽs: Heras propositionem huius, quintuplo immisso obseruauit. Nonum pharmacum posuit Asclepiades, Thuris denarios octo miscens: Heras nõ quintuplum, sed duplum sumere præcipit. Decimi, Piperis meminit Asclepiades centumsexaginta granis immissis: cui Heras rursus consentiens octingentos iniecit. In quibusdam exemplarijs haud noui, quomodo viginti scripta sint, quemadmodum in alijs centum & octo. Vndecimũ tradidit Ceram Asclepiades, sicut & Duodecimum

Margin notes: * Al. iiij. — * Al. viginti

decimum Resinam terebinthinam, vtriusque selibram immittendum existimas. Ratio igitur exi E gebat & Heram, si proportionem volebat referre, quintuplum vtriusq; indere, quod erat singulorum libras duas, insuper libræ dimidium: ille verò non ita, sed libras tres, & vncias quatuor miscere iubet. Vnde clarum euadit Heram cachryos duplum ad proportionem imponere, sicut & thuris. Ammoniaci verò guttam quadruplo copiosiorem adiecit, quemadmodum & terebinthinæ ceræq; triplo: etenim in his tertia parte exuperauit: atq; hac re totam medicamenti compositionē, Asclepiadis consecturæ similem effecit. Exuperans enim in symmetria cachryos emolliens nihil habentis, sed digerens duntaxat, adauxit ei & emollientia, thus puta, ceram, & terebinthinā.

Hoc igitur medicamētum Lucij quidem præceptoris nominat Asclepiades: vbi vero differat ab Hera, percensui. Cæterum extremi mollientium ordinis est, vt quo nullum induresсentia magis emollire comperias. Porro medicamenti author huc etiam animi intentionem direxit, vt quod in scirrho induratis continetur, digerat, discutiatq;. Reliqua pharmaca præcedentia, parum iam dicta superant. Habent enim in se ipsis amplius incrassatorum viscosorumq; humorum incisoria, quæ sæpe tumoribus scirrhosis ex vsu sunt, cum viscosi humores illos produxerint. Itaque opopanax modicè attenuat, vocant autem sic radicem panacis, cuius caulis liquore expresso opopanacem faciunt: est enim detersoriæ nō incisoriæ virtutis. Acetum autem cum stercore caprino secat, deterget, digeritq; vehementer non modo humores incrassatos ac lentos, verum solidas etiā partes ipsas. Quędam apposita sunt medicamini ordine propositum sequenti, quod Alcimionis titulum habere dixit. Scribit ergo de priore hunc in modum. ℂ *Aliud malagma Marci Telentij Asclepiadis, valde generosum, ad idem. Præcipue vero valet ad Vteri inflationes. Inscribitur Asclepiadeum medicamentum, eo quod ad Asclepiadem Bithynum authorem refertur.* Myrrhæ † denariūm pondo trium, } opopanacis pondo selibram, ceræ pondo libram s, chalbani pondo vncias tres, mannæ pondo selibram, guttæ ammoniaci pondo selibram, resinæ frictæ pondo libram s, aceti heminam. Vtendum est eo etiam ad omnem neruorū ex consensu dolorem. ℂ *Aliud, Alcimionis Titulo inscriptum.* Cerę pondo libram & s, resinæ colophoniæ pondo libram & s, guttæ ammoniaci pondo libram s, chalbani pondo vncias tres, myrrhæ pondo vncias tres, opopanacis pondo libram s, propolis pōdo vncias tres, aceti sextarios duos, stercoris caprini pondo vncias tres. Ammoniacum teritur, aceti sextario iniecto: deinde his myrrha, thus, opopanax adduntur, rursusq; læuigantur: propolis post chalbanum contunditur: cera, resinaq; coquitur, olei heminis duabus affusis: vbi confluxerint, propolim & chalbanum adijcito, mouens continuè: postquam dissolueris, ab igne sublata refrigerari sinito, & derasa læuigatis indito: cum vnà miscueris, excipito, ac vtitor. Post nominatum malagma, aliud in Asclepiadis libro scriptum est, quod quidem molliendi facultatis parum, calfactoriæ verò plus obtinet: habet autem non gentianæ succum modo, sed peucedani & sagapeni etiam liquores, calida admodum pharmaca. Cęterum mistum ei est & aphronitrum, & lapidis asij flos, attenuantis incidentisq; potestatis medicamina. Iam sulphur viuum calefacere omnes norunt, quēadmodum & vinum picatum. Subiungam & hoc medicamentum ipsius Asclepiadis verbis.

† Al. vnc. iij.

In hac descriptiōe deēt thus, cuius tū mox meminit in cōiectura.

ℂ *Malagma Pharmianum ad Prædictos affectus inscriptum. Summè facit Pleuriticis, quippe dolores subito in ipsis accessionibus soluit impositum. Oportet autem, vbi ipsum imposueris, rubore in parte affecta excitato splenium auferre, ac rursus interuallo temporis imponere. Item Diuturna vitia dissoluit.* Ceræ pondo, † libras quinq; } guttę ammoniaci libras tres, frictæ tantūndem, terebinthinæ pondo librā, thuris pondo libram s, myrrhæ pondo vncias sex, aloes totidem: œsypi, gentianę succi, peucedani liquoris, singulorum pondo vncias tres: sagapeni pōdo vncias iiij, aphronitri pondo vncias sex, lapidis asij floris pondo vncias sex, opopanacis tantundem, propolis pondo vncias tres, sulfuris viui pondo vnc. iiij, vini picati sextarios v. Picatum & gentianæ succum incoquito: quæ liquari possunt, vbi liquefeceris, refrigerari sinito: guttam ammoniaci, thus, myrrham, & aloen conterito: in pilam coniectis liquidum affundito, soluta studiose cōterito: arida vero tunsa, cribrataq;, leuigatis indito: ac rursus diligenter tunsis liquida feruefacta adiungito, absq; grumis, qui encerides dicuntur: cum miscueris, excipito, ac vtitor. Post prædictum aliud deinceps malagma persimile Asclepiades hisce verbis conscripsit. ℂ *Aliud Neapolitani, præparatum est Aquiliæ Secundillæ.* Vini picati sextarios sex, ceræ pondo libras sex, guttę ammoniaci pondo libras tres, frictæ tantūdem, terebinthinæ pondo libram s, thuris pondo libræ semissem: myrrhæ, aloes, aphronitri, lapidis asij floris, gentianæ radicis succi, singulorum pondo vncias vj: sagapeni pondo vncias iiij, sulphuris viui pondo vncias iiij, propolis pondo vncias iiij, panacis radicis pondo vnc. iij, sampsuchi pondo vnc. iij, piperis albi pondo vncias tres. Præparato, ac vtitor, vt prædictum est.

† Al. librā vnā.
* Al. vnc. iij.

Andromachi Malagmata. CAP. 7.

M*alagma durum & aridum.* Picis pondo libras tres, ceræ pondo libras duas, resinæ pondo libram, chalbani pondo vncias duas, guttæ ammoniaci tantūndem, mannæ pondo vncias quatuor, aceti sextarios tres. *Aliter.* { Mannæ libram vnā, } picis pōdo libras quatuor, cerę pondo libras duas, resinę pondo libram, guttæ ammoniaci pondo libram, { succi radicis peucedani vncias sex, œsypi vnc. iiij: } chalbani pondo vncias vj, alij pondo librā: aceti sextarios tres. ℂ *Aliud Aristocles.* Picis pondo libras iiij, ceræ pondo libras viij, resinæ frictæ pōdo libras quatuor, terebinthinæ

* Al. viij.

A thinæ pondo libras iiij: guttæ ammoniaci pondo libras duas, vncias octo: chalbani pondo librã,
vncias iiij. ℭ *Aliud ad Artuum ligationem, quas Ancylas Græci vocant.* Bdellij denarium pondo sede
cim, thuris denarium pondo sedecim, guttæ ammoniaci denarium pondo octo, opopanacis dena
riorum pondo octo, chalbani denarium pondo octo, seui vitulini denarium pondo sedecim, pipe
ris grana centumsexaginta, styracis denariũ pondo octo, cachryos denarium põdo sedecim, iridis
illyricæ pondo sedecim, terebinthinæ minæ dimidium, ceræ minæ dimidium, cyprini heminas iiij,
vini, quod satis est. ℭ *Malagma ex Meliloto.* Nardi celticæ denariorum pondo decem, cyperi dena
riorum pondo octo, cardamomi denarium pondo octo, iridis illyricæ denariorum pondo octo,
myrrhæ denariorum pondo octo, croci denariorũ pondo iiij meliloti denarium pondo xxv, gut-
tæ ammoniaci denariorum pondo octo, terebinthinæ denariorum pondo quinquaginta ceræ no * Al. xx.
uæ denariorũ pondo centum, cyprini heminæ dimidiũ, aceti quod satis est: quidam guttæ ammo-
niaci denariorum pondo centum. Ad interiora omnia. ℭ *Diaspermaton, i. ex Seminibus.* Guttæ
ammoniaci denariorũ pondo quinquaginta ceræ denariorum põdo quinquaginta, terebinthinæ
denariorum pondo quinquaginta, fœnigræci denarium pondo xxv. seui taurini curati denario-
rum pondo xxv. iris illyricæ denariorum pondo xxv, nitri denariorum pondo xxv, mellis † hemi † Al. hem. s.
B nas sex, } aceti heminã, panacis denariorum pondo xxv, cyprini parum. ℭ *Vt autem Hippocrates.*
Fœnigræci seminis, anisi seminis, styracis, bdellij sordidi mannæ, thuris, cardamomi, cyperi noui,
panacis radicis, iridis illyricæ, aphronitri, singulorũ denariorum pondo xxv: guttæ ammoniaci te
rebinthinæ, singulorum denariorum pondo quinquaginta: seui taurini denariorum pondo sexa
ginta, meliloti denariorum pondo sexaginta, ceræ denariorum pondo ducum, mellis heminæ di- * Al. centum.
midium, { vini heminam vnam. } ℭ *Aliud, vt Harpocras.* Fœnigræci, nitri, panacis, iridis singu-
lorum denariorum pondo octo: terebinthinæ, guttæ ammoniaci, ceræ, singulorum denariorum
pondo centum: seui taurini denarium pondo centum, mellis pondo libram, aceti sextarios duos: * Al. quinqua-
apij seminis, cumini, fœniculi, singulorum denariorum pondo quinquaginta: meliloti denarium ginta.
pondo quinquaginta, alij xxv: sampsuchi denariorũ pondo quinquaginta: cardamomi { ameos,
singulorum } denariorum pondo quinquaginta: cyprino excipitur. ℭ *Malagma ex [illegible] ad
multa.* Ceræ nouæ, baccarum lauri, fœnigræci læuis, sampsuchi, singulorum denariorum põdo cen
tum: terebinthinæ libras centumquinquaginta, nitri denariorum pondo trigintaduum: piperis * Al. drachmas
denariorum pondo trigintaduùm, alij sedecim: cyperi denariorum pondo sedecim cyprini hemi
nas duas, vel styracini. ℭ *Malagma ex Baccis lauri.* Ceræ denariorum pondo septuagintaquinq;,
C picis brutiæ denariorum pondo septuagintaquinq;, baccarum lauri denariorum pondo septua-
gintaquinq;, nitri denariorum pondo septuagintaquinque, resinæ frictæ denariorum pondo se-
ptuagintaquinq;, chalbani denariorum pondo duodecim, piperis albi denariorũ pondo sedecim,
cyprini denariorum † pondo sex. ℭ *Aliud Malagma boni coloris, ad Multa accommodatum.* Ceræ pon † Al. heminas
do libram, resinæ frictæ pondo libram, guttæ ammoniaci pondo vncias sex, aluminis liquidi põdo sex
vncias sex, salis floris pondo vncias sex, quidã visci pondo vncias sex. ℭ *Malagma Apollophanis.*
Ceræ denarium pondo octoginta, guttæ ammoniaci denarium pondo octoginta bdellij denario
rum pondo octoginta, iridis illyricæ denarium pondo octoginta, resinæ terebinthinæ denarium
pondo xxxx. mannæ thuris denariorum pondo xxxx: irino contunduntur. ℭ *Malagma ex Alu-
mine, aliter.* Ceræ denariorum pondo centum, picis denarium pondo quinquaginta, aluminis li-
quidi denariorum pondo xxv, ego autẽ quinquaginta: visci denariorum pondo quinquaginta.
ℭ *Ad Ischiadicos bonum.* Rutæ agrestis seminis, silphij, baccarum lauri, aphronitri, abrotoni, colo
cynthidis, cardamomi, ameos, singulorum denariorum pondo quatuor: rutæ viridis, picis, tere-
binthinæ, guttæ ammoniaci, ceræ, seui, singulorum † põdo selibram: † chalbani denarium pondo † Aliter minæ
sex, opopanacis denariorum pondo quatuor, } sulfuris ignem non experti denarium pondo iiij. [illegible]
D ℭ *Ad Lienosos.* Ceræ pondo minam, resinæ pondo minam, guttæ ammoniaci minæ dimidium. [illegible]
aluminis liquidi denariũ pondo quinquaginta, strigmenti heminã, capparis radicis denariũ pon- [illegible]
do quinquaginta, calaminthæ radicis denarium pondo quinquaginta: myrobalani fæcis, quod [illegible] pondo xx.
magma vocant, denariorum pondo quinquaginta: aceto aridis, oleo liquabilibus adiecto, vtitor.
ℭ *Malagma Polychreston, i. vsus multiplicis.* Sinapios denariũ pondo iiij, mannæ denariũ pondo ij,
rutæ denariũ pondo iiij, aphronitri denariũ pondo iiij, capparis radicis denariũ pondo sex, guttæ
ammoniaci denariũ pondo iiij, myrobalani denariorũ pondo xxv, & corticum denarium pondo
quatuor. lapidis asij floris denariũ pondo iiij fœnigræci denariũ pondo iiij, cardamomi denarium * Al. [illegible]
pondo quatuor, ceræ denarium pondo septuagintaquinq;, resinæ denariũ pondo centum, mellis
† heminas sex. } irini sedimenti heminam: acetum ammoniaco duabus heminis superfunditur. † Al. [illegible] s.
ℭ *Polyarchion ex epistola.* Cyperi, cardamomi, mannæ, ceræ, singulorum pondo minam: terebin
thinæ frictæ pondo minam s, liquidæ pondo minas tres, cyprini quod satis est: ego bdellij pondo
minam. ℭ *Altera scriptura.* Cyperi, cardamomi, bdellij, thuris, balsami, singulorum pondo mi-
nam: ceræ pondo minam s, resinæ frictæ põdo minas iiij. cyprini heminas sex, vini odorati hemi-
nam vnam s. ℭ *Vt ego vtor.* Cyperi, cardamomi, amomi, bdellij, singulorũ pondo minam: ceræ
pondo minam s: resinæ frictæ, terebinthinæ, pondo minas quatuor: cyprini heminã: calię, cinna-

momi, guttæ ammoniaci, nardi indicæ, croci, myrrhæ, singulorum quartam minæ portionem: vi- E
ni odorati quantum sufficit. ℭ *Malagma ad Multa Vtile, Apollonij.* Ceræ, picis, resinæ frictæ, singu
lorum denarium pondo centumviginti quinq;: nitri, thuris, singulorũ denarium pōdo quinqua-
ginta: seui vitulini & taurini, butyri, singulorũ denarium pondo septuagintaquinq;: œsypi dena
rium pōdo quindecim, aquæ cyathos sex. ℭ *Malagma ad Hepaticos bonum.* Guttæ ammoniaci de-
narium pondo centũquadragintaquatuor, alij centumduũ: bdellij denarium pondo centumqua-
dragintaquatuor, croci denarium pondo xij, myrrhæ denarium pondo xij: ceræ denarium pondo
centũquadragintaquatuor, alij centum: aceti quartam partẽ heminæ, cyprini heminam: ego autẽ
pono heminas x. ℭ *Malagma ad Rheumatismum Stomachi & Intestinorum.* Oenanthes pōdo vnciã,
* Al. vnam. omphacij pondo vncias iij, phœnicobalani carnis pondo vncias duas, acaciæ pondo vnciam, ro-
sarum pondo vnciam, omphacij pondo vncias quatuor, aloes pondo vncias iij, gallæ pondo vn-
cias quatuor, aluminis rotundi pondo vncias iij, picis pondo vncias quatuor, ceræ pondo vncias
tres: alij thuris, myrtei, pondo vncias tres: vinũ aridis affunditur. ℭ *Ad Hydropicos & Flatuosos.*
* Aliter s. Picis liquidæ pondo librã, ceræ pondo libram, nitri pondo vncias sex, sulfuris viui vncias sex, alu-
* Aliter s. minis fissi pondo vncias sex. ℭ *Aliud Malagma ad Ischiadicos, Alia q; multa.* Ceræ denarium pon-
* Al. lxxv. do septuagintaduum, terebinthinæ denarium pōdo quadragintaocto, guttæ ammoniaci denariũ F
pondo trigintaduum, propolis denariorum pondo quadragintatrium, chalbani denariorum pon
do trigintasex, bdellij denarium pondo vigintiquinq;, croci denariũ pondo quinque, opopanacis
denarium pondo duodecim, nitri spumæ denariũ pondo triginta. Irino vnguine tundens vtitor.
ℭ *Aliud Malagma Andreæ, Polychreston i. multis Vtile.* Pyrethri denarium pondo octo, croci gnidij
* Al. xx. denariũ pondo octo, salis ammoniaci denariũ pondo octo, cucumeris agrestis radicis denariũ pō-
* Al. viginti. do octo, resinæ pineæ denarium pondo octo, terebinthinæ denarium pondo octo, ceræ denarium
pondo triginta: liquoris sycamini denarium pondo xij, alij decem: aphronitri denarium pondo
viginti, thuris denarium pondo sexagintaquinq;, bdellij denarium pondo decem: guttæ ammo-
niaci denarium pondo decem, alij viginti: myrrhæ denarium pondo x: aristolochiæ denariũ pon
do decem, alij viginti: piperis albi denarium pondo decem, & longi denarium pondo x, xylobal-
sami denarium pondo decem, cardamomi denarium pondo decem, œsypi denarium pondo xv,
* Aliter xv. hebisci radicis denariorum pondo decem, gladioli radicis denariorum pondo decẽ, styracis dena-
riorum pondo decem, capparis radicis denariorum pondo decem, iridis illyricæ denariorum pon
do decem, aloes indicæ denarium pondo decem, chalbani denarium pondo decẽ: visci de quercu
* Al. xx. lecti denariorum pondo decem, alij duodecim: adipis anserini denariorum pondo octo, resinæ sic- G
cæ denarium pondo duodecim: sedimenti iridis, quod satis est. ℭ *Aliud Amythaonis ad Thoracis, Præcordiorum, & Stomachi dolores: item ad Articulorum impeditiones, quas Ancylas Græci, ligationẽ Latini vo*
* Al. viginti. *cant. Insuper valet ad Abscessus, & Duritias emollit.* Guttæ ammoniaci denariorũ pōdo quinquaginta,
* Aliter xx. ceræ denariorum pondo viginti, bdellij denariorum pondo quinquaginta, resinæ terebinthinæ
denariorum pondo viginti, iridis illyricæ denariorum pondo decem, chalbani denariorum pon-
do quinq;. Bdellium & ammoniacũ vino perfunduntur, deinde etiam liquata miscentur, & irino
adiecto simul læuigantur. ℭ *Malagma Antipatri ad Colicos Omnia q; interiora.* Silphij denariorum
pondo duum, elelisphaci denariorum pondo quatuor, casiæ denariorum pondo quatuor, melan-
thij denariorum pondo quatuor, staphidis agriæ denariorum pōdo quatuor, chalbani denarium
pondo quatuor, struthij denariorum pondo quatuor, sulfuris viui denariorum pondo quatuor,
panacis denariorum pondo septem, propolis denariorum pondo septem, pyrethri denariorum
pondo septem, guttæ ammoniaci denariorum pondo septem, nitri denariorum pōdo septem, asij
floris denariorum pondo vigintiquinque, ceræ denariorum pondo centumquinquaginta, resi-
næ denariorum pondo centumquinquaginta, olei heminam. ℭ *Aliud Malagma Callinici ex collectaneis Paccij, ad Omnia.* Ceræ nouæ denariorum pondo centum: guttæ ammoniaci, terebinthinæ, H
bdellij pellucentis, singulorum denarium pondo quinquaginta: alterci seminis denarium pōdo
triginta, liquoris papaueris denarium pondo viginti: meliloti, myrrhæ, aristolochiæ, piperis, gen
tianæ, styracis, singulorum denarium pondo quindecim: thuris denarium pōdo octo, croci dena-
riorum pondo octo, olei heminam, papaueris albi seminis denarium pōdo quadragintaocto, nu-
cleorum pineorum denarium pondo viginti. ℭ *Aliud Malagma Leucopyron.* Terebinthinæ pon
do libras iiij, ceræ pondo libras tres, guttæ ammoniaci pondo vncias sex, chalbani pondo vnc. ij,
opopanacis pondo vncias duas, mãnæ pondo vncias duas, seui taurini pondo vncias duas, cypri-
ni parum. ℭ *Aliud Emplastrum, Malagma generosum Crispi.* Myrrhæ, opopanacis, chalbani, singulo
rum pondo vncias sex: panacis radicis, mannæ, thuris, guttæ ammoniaci, singulorũ pondo libras
* Al. vnam. duas: ceræ, resinæ frictæ, singulorum pondo libras tres: aceti † heminas duas. ℭ *Aliud ad Coxen-*
† Al. sextarios duos *dicum, Capitis, omnes q; Diuturnos dolores.* Ceræ denariorum pondo vigintiquatuor, guttæ ammonia-
ci denariorum pondo septem, terebinthinæ denariorum pondo septem, thapsiæ succi denario-
rum pondo octo, olei heminam. ℭ *Aliud ad Aquam inter cutem Cleophantis.* Ceræ, resinæ pineæ,
aphronitri, singulorum denariorum pondo centum: chalbani denarium pondo duodecim, pro-
polis denariorum pondo duodecim, guttæ ammoniaci denariorum pondo duodecim s, cypri-
ni heminas

A ni heminas duas, aceti heminas duas. *Aliud Dolorem sedans, Nicostrati ad Podagram.* Cerę pondo
libram, guttæ ammoniaci pondo vncias sex, opopanacis pondo vncias iiij s, meconiæ pōdo vnc. * Aliter iij.
tres, cyprinum ad contusionem illorum adhibetur. *Aliud ad Apellas, quos Græci Lipodermus vocant, authore Epidauro.* Thapsiæ radicis pondo denariū trium, piperis nigri* denarij pondo vnius, * Al. longi.
seui vitulini denariū pondo xij, thuris denariū pondo iiij, xylobalsami denariū pondo duū, resinæ
denariū pondo sedecim, ceræ denariū pondo viij: liquata siccis superfundito. *Aliud Malagma
apud Asclepiadem Dolorem, summouendo,* tensionem subito tollens.* Ceræ tyrrhenicæ pondo minâm: seui * ἄτανον est in impressis, manuscriptus aut ἄπονον, id est dolorem.
taurini, adipis anserini, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, singulorum pondo minam: chalbani mi-
næ dimidium, œsypi pondo vncias iiij, rosacei heminas iiij, vnguenti telini idest ex fœnogręco cō
fecti heminam, olei boni tantundem. Hæc igne non acri liquefacito, mouēs sedulo: Sint autem lę
uia in pila contusa, iridis illyricæ denariûm pondo tercentumsexaginta, aristolochiæ denariū pon * Al. minas ii.
do centumoctoginta, hypocystidis lęuigatæ denariū pondo nonaginta, gallæ lęuigatæ denariûm * Al. vitulini.
pondo trecentorumsexaginta: mannæ, bdellij, singulorum denariûm pondo centumoctoginta:
cinnamomi, croci cilicij, myrrhæ, casiæ, nardi indicæ, iunci floris, calami aromatici, amomi, piperis,
rhû succi, testudinis marinæ sanguinis, androsæmi herbæ, pyrethri, singulorum denariûm pondo * Al rhei.
B trigintaquinque: aceti veteris heminam, in quo omnia medicamenta iniecta emolliūtur, tundun-
turq́; quousq; lentum ac elaboratum sit medicamentum: deinde reponitur. Valet etiam ad tho-
racis ac pulmonis rheumatismos. Item sincipitio dolentes confestim liberat. Vocatur autem medi
camentum, Æsculapius. *Aliud ad Coxendicum dolores optimum ab Hera Cappadoce acceptum.* Picis li
quidæ heminas tres vel duas, ceræ pondo libram, pityinæ pondo libram, sulfuris viui pondo li-
bram, nitri pondo libram semis, staphidis agrię sextarium, pyrethri pondo libram, fæcis combustę
pondo libras duas, cardamomi sextarium, chalbani pondo selibram: liquida siccis commiscentur.

Aliud Malagma Bacchij, quo Cæsar vsus est. Adipis suillæ pondo minas duas, ceræ pondo minas
duas: helenij, calami aromatici, panacis radicis, salis fossitij vel ammoniaci, singulorum denariûm
pondo quinquaginta: bdellij pellucentis, guttæ ammoniaci, singulorum pondo minas duas: iun
ci floris, iridis, singulorum pondo minam: thuris, piperis, chalbani, singulorum denariûm pōdo
vigintiquinq;: coquito vt Cardamelęum. *Aliud Malagma Aureum ad Arthriticos hoc est articulari
morbo laborantes.* Resinæ strobilinæ pondo libras duas: axungiæ, chalbani, singulorum denariorū
pondo duodecim: ceræ denariorum pondo vigintiquatuor, baccarum lauri denariorum pondo
duodecim: incoquito vt nouisti. *Aliud Malagma ad Laterum dolorem.* Cyperi, cardamomi, man-
C næ, guttæ ammoniaci, terebinthinæ, ceræ, irini, singulorū pondo libram. Ammoniacum seorsum
coquito, liquabilia lęuigato, ac cum irini cyatho liquefactis ammoniacum aspergito: deinde arida
misceto, irino manus inquinans. *Aliud Malagma* Cloniaci boni coloris.* Auripigmenti pondo vn * al. cluiani
cias tres, aluminis fissi pondo vnc. iij, calcis viuæ pondo vnc. iij, resinæ frictæ pōdo libras trēs, cerę * Aliter j.
totidem: acetum aridis, oleum liquidis additur: vtitor itidem in lienosis.

Damocratis Malagma. CAP. 8.

QVoniam metris conscripta & memoriæ facilè commendantur, & medicamentorum sym-
metrias exactè conseruant, ideo Damocratis quoq; pharmaca apponere cōsueui: inter quę
& hoc infra adscriptum numeratur:

At vsus omnino & malagmatis boni
Subinde veniet medicinæ cultoribus,
Ad musculos conuulsos, articulos quoque
Ruptos, & artuum fracturas: insuper
Ad crassitiem neruorum, nec non musculos
Cum phlegmone induratos. Ad morsus ad hæc
D Est efficax, lichenas & lepras demit
Vt plurimùm decem diebus additum.
Mutatur altero die vel tertio.
Picis nitidæ siccissimæ libras duas,
Vnam pityinæ pone, vnam & ceræ bonæ,
Ammoniaci rursus, liquidi atq; aluminis,
Fac singulorum vnam, duos acerrimi
Sextarios aceti. Rarò chalbani
Quidam vncias duas miscent, diutinas
Citius duritiem emollire qui expetunt.
Sic præparato. Partem aceti tertiam
Ammoniaco atq; alumini superaddito:
Ac lęuia reddens in magno mortario,
Mellis recentis liquidi crassitudinem
Fingito: picem cum cęteris in fictili
Nouo incoque, vt perfrictu quin siccaueris

Totum, planè absit minimum, atq; superfundito E
Sic leuibus in mortario factis probè:
Et rursus ipsa tundito, donec receperint
Flauum colorem, perquàm similem melino.
At si statuis prorsus miscere chalbanum,
† Al. cũ cera † Post ceram }-immittes, & resinam pityinam,
Ab igne postquam caccabum posueris.
Quidam iniiciunt contra mannæ parem modum,
Alumen auferentes ex medicamine.
Vtuntur ad id vitij genus, & glutinant
Diuisiones his recentes viribus.
Tu hoc vtitor vel à primo statim die,
Ad quos affectus rettuli, cùm prenderint:
Ad pustulas, nec non has consequentia:
Sed splenio madentem aceto spongiam
Desuper iniicito, vinculo coarctans molliter. F
Sic & lienosis ipsum perutile est.
Vbi suspicaris scirrhum cuiquam visceri
Futurum, intrepidus vtitor malagmate.

Post hoc pharmacum Damocrates scripsit, quod ex sale cõfectum dicitur, hunc in modũ exorsus.
Si in horum aliquo maneas diebus plusculis,
Et hoc parato medicamentum quàm optimum.

Deinde aliud quoq; ex Sale post hoc commemorat: rursus q; post ambo aliud strumas discutere promittens, & iocinoris lienisq; aquosos affectus. Mihi verò satius visum est, hæc medicamenta inter emplastra digerentia referre.

De Relaxantibus Medicamentis. CAP. 9.

VOcantur medicamẽta quædam relaxantia, græcè chalastica familiari omnibus propè recentioribus medicis vocabulo, inde nimirũ, sicut & nomen ipsum indicat, quod tensas laxant particulas: quippe relaxari ac intendi contraria inter se dicuntur. Hippocrates itaq; hunc in modum quodã in loco scriptũ reliquit: ‖ Cuti duræ emollitio, intensæ relaxatio, cõuenit. Si igitur propriè G quis dictionibus vti velit, nõ nulla medicamina induratorũ corporum malactica i. emolliẽtia, esse dicet: ea nimirum quæ ipsorũ soluunt duritiem, quemadmodũ & relaxantia quæ tensioni medentur. Porrò in phlegmonis cutẽ tendi contingit, interim à subiecto tumore symptoma hoc capientem: interim & ipsammet simul inflammatione laborãtem: non tñ phlegmones substantia partis inflãmatę durities est, sed è conuerso planè, sicut in libris de ipsa ostendimus, humiditas. Atqui in ijs, quæ scirrho conflictantur, nõ præpollens in affecta parte humiditas est, verùm durities. Attamen vtriusq; affectus similis genere quodammodo generatio est, & curatio: nascitur enim ex cõfluxu humorum: curatur iisdem euacuatis, quanq̃ euacuationis modus in vtrisq; idem nõ est, sed vti in therapeutices Methodi cõmentario declaratum est, in quo etiã aliorum omniũ affectuum sanandi rationẽ explicuimus. Inflammatis quidẽ particulis tum repulsoria medicamentorũ qualitas morbi initio, tum discussoria, semper ex vsu est: scirrhis autem sola discussoria sine repellẽte. Itaq; summè indurata scirrho, summè insanabilia sunt. Porrò dignoscere ea oportet, eo nempe signo, quod nullus affectis partibus sensus superfit. At in quibus sensus quidem est, sed obscurus, hæc curantur pharmacis humorẽ incrassatum videlicet digerentibus, non tñ validè ac vniuersim hoc agentibus, sicut digerẽtia medicamina faciunt, cuiusmodi vocant Gręci epispastica & exipotica i. H attrahentia & excolantia. Mirari verò non oportet mutationẽ in duritiem ex inflãmatis accidere, cũ simul & confluens humor crassior est & viscidus, & curatio medicamentis valde exiccantibus administratur. Quemadmodũ enim & in exterioribus permulta corpora quæ ipsum ignẽ contingunt, torrentur, ex aqua verò rursus emolliuntur: ita etiã in inflammatis affecti loci humiditas à calefacientibus & exiccãtibus validius pharmacis relictũ aliquod viscosum crassum q; retinet, tenui discusso. Et hac ratione in morbis articularibus calli proueniũt, & in renum vitio calculi. Quòd si verò fluxio quæ phlegmonen commisit, consistentia sit tenuis, & curatio eius siccantibus & calefacientibus pharmacis adhibeatur, nihil scirrhosum relinquitur: immo refrigerantia vehementer adstringentia q; scirrhos procreare solent, ac multos ex erysipelatis immodicè refrigeratis scirrhosos tumores habere conspicimus medicorũ, qui eos sanandos susceperunt, inscitia. Prima ergo medicaminum, quæ phlegmonis, & quæ scirrhis medentur, differentia est ea, quam diximus. Altera, quæ propter dolorem inflammatis coniunctum, non sustinet valens medicamentũ affectę particulæ offerri. Quippe hæc cum dolore actionem ędunt inflammatis ob affectũ statim dolentibus, eo q; mollissima remedia desiderantibus: at vehementiora, præterq̃ quod dolores non soluunt vel mitigant, adhuc etiã exacuentia maiores phlegmonas concitant. Itaq; primus vsus in dolentibus

Lib. de liquidorum vsu a principio.

A bus phlegmonis est, qui medicamentis abundè humidis simul & modicè calidis administratur: Alter paulo crassioribus, siccantioribus q; constat: Tertius relaxantibus nominatis, quæ non nulli malagmatis adscribunt. Sunt autem inter ea maximè emollientia sanè, quæ cerati speciem consistentia referunt, cùm ex butyro, cera, adipibus, oleo q; relaxante componuntur. Misceri ipsis œsy pi, resinæ, & picis parum, sicut & thus, & chalbanum: præterea non nihil iris illyricæ. Porrò inuenit Menecrates, vt ipse ait, & alij quidam ei attestãtur, medicamentum Dia chylon i. ex succis, appellatum, phlegmonis non dũ vehementer dolentibus esse remedio. Inscriptus est liber, quo pharmacum tradidit, Autocrator hologrammatos. Certè Autocrator, quasi dicas Imperator, q̃m huic dicatus est: hologrãmatos, quia sine notis, integris syllabis expressus est duo, tria, quatuor, quinq; alius q; quilibet numerus, vel resinæ, vel picis, vel alterius cuiuspiã medicaminis. Hoc autem fecit Menecrates, q; sæpe non modò nolentibus errorem cõmittere in scripturis contingit, sed etiam p inuidiam quibusdam volentibus, dum o literam θ faciunt, per mediam rotundam lineam alia per transuersum ducta, ι verò literæ alia similiter transuersim apposita: sicut etiam vna linea ex γ & ρ derasa, literæ ι characterem relinqui contingit. Pari modo ex multis literis, alijs appositione, alijs compositione, alijs ablatione, mutari notas seu characteres illos indicantes accidit. At nihilo plus B Menecrates posteritati consuluit, cũ ij, qui eius librum scribunt, appellationes numerorũ non integris literis, sed characteribus eas significantibus, notent. Iurè igitur Damocratis libri medicamẽtorum metris descripti in pretio habiti sunt. Et, si omnia hunc in modum tradita forent, optimum nimirum esset. Quoniam verò non pauca probatorum medicaminũ relicta sunt, ideo alijs quoq; medicamentarijs libris indigemus, quibus variorum medicaminũ compositiones nõ nulli cõscripserunt. At verò medicamentum ex Succis à Menecrate inuentũ, trimetris hisce versibus Damocrates cum alijs quibusdam duobus similibus ei præpositis prodidit.

Dia Chylon Damocratis ex Menecrate. CAP. 10.

PRæfati igitur, quo tandem pacto vulnera
A phlegmone secura rectè glutines,
Posthac agemus, quomodo, cùm phlegmone
Obsedit ipsa, curare queas commodè.
Cùm musculo læso, vel neruo quopiam,
Vel & propinqua quando ossi membranula
Puncta, diem post quartum continuus dolor,
C Et phlegmonæ, febres q; cum symptomatis,
Multa vigilia fit delirio, & siti,
Ac siccitate linguæ, crescunt q; omnia
Quotidie, & magis mala in peius ruunt.
Et fæculenta sanies, tenuis, vulnera &
Rubra: insuper habent omnia hæc quum corpora,
Distensiones, phlegmonas, œdemata,
Turgores, varijs tum abstine cataplasmatis
Quod mos iuuenibus est facere, quò phlegmonum
Status effugientes non dent calumnijs
Occasionem. At arti qui fidit suæ,
Hunc deuenire cum languentibus in metus
Oportet haud, expectantem, dum vicerit
Natura, vel fortuna quædam iuuerit.
Ergo pares, quibus consului affectibus,
D Quod & podagricis medicamentum conuenit,
Ægris in omni tempore impositum manens.
Promptam agilitatem nam intermissionibus
Id gignit corpori, citò nec permiserit
Callis, nec facilè crebris angi insultibus.
Morbos initio prohibet increscere,
Cogit autem vigentes mox decrescere,
Nisi ad alia descendas facilè medicamina.
Hunc pharmaci in modum fit compositio.
Lithargyri læuissimi chrysitidis
Libras duas miscens, quatuor axungiæ
Valdè vetustæ, †annosæ, atq; crassissimæ,
Et non olentis, non nigræ, non asperæ:
Sic nanq; sumet pharmacum efficaciam.
Liquatæ diligenter olla axungiæ,
Membranulas salem q; mox sustollito,

† Ex antiquis ita legendũ. libram autẽ vnã ac vnc. iiii, olei annosi crassissimi, & nõ olẽtis, non nigri, non asperi.

In vas aliud ipsam percolans amplius, E
Adiecto q; oleo, rursus cura, ferueat.
Non omne pones oleum, sed partes duas:
Tertia manebit in expedito condita,
Si sit necessum iungere, ne absit longius.
Vteris omnino per hyemem, cum inditum
Medicamini crassum oleum longo tempore
Euaserit: lithargyrum & feruentibus
Inspergito, leui igne & assiduo coquas,
Spatha mouens, præstiterit quam esse pineam,
Cum ceperit mediocri coctum tempore
Medicamen hoc emplastri spissitudinem,
Nec non fœtorem simili pacto pharmaci,
Confestim ab igne caccabum deponito,
Faciens per ęstatem pauxillo durius,
Sed hyeme mollius, non inquinans tamen. F
Moueto, adusque, quo modicè ita refrixerit,
Sic deinde rursus manibus durioribus,
Totum subactum ex olla transferri iube.
Cum poscet vsus, iterum validè mollies,
Molli q; diligenter pelliculæ illinens,
Permagna super accommodabis splenia.
Emplastrum verò hoc, siquando efficacius
Desideres ad neruos crassos, musculos,
Duras q; mammas, atq; articulos insuper
Tumentes fieri, pondo radicum indito
Agrestis maluæ purarum ac recentium,
Sectarum in partes digiti crassitudine
Ac longitudine. In olla feruentibus
At cum madorem totum, & vires pharmacum
Ex igne deposuerit, colo traijce G
Maluę radiculas: lęuem & lithargyron
Inspersum coque tum, vt prædixi: & reponito
Simili modo rursus, eodem q; ipso vtitor.
Ambas eodem tenere id virtutes ait
Primus Menecrates inuentor pharmaco,
Vir qui fuit habitu medicam erga artem optimo.
Etenim recentia seruat citra phlegmonen
Vulnera, eadem nec non diuisa glutino
Iungere, quę sunt & phlegmone obsessa vlcera
Nimis: medicari & vulneratos musculos
Suasit, sine quopiam alio, quę succurrere
Possunt cataplasmatis, fomentis, spongijs.
Ad omnia, quę facere confirmaui prius
Medicamen ex lithargyro & axungia,
Facit. Optimum verò pessum diutinis H
Recentibus q; vteri inflammationibus,
Implere caua dilutum rosaceo
Vel myrteo bono, & cicatricem addere.
Summatim omne cataplasma, nec non pharmacum
Extrinsecus quod ipsis superinijcitur,
Superfluum esse dicit isto vtentibus.
Profecto dignum scriptione est pharmacum,
Cuius fides iam vel recepta est inuidis.
Hunc in modum ipsum pręparari dictitat.
Septem olei libras ęstiuis temporibus
Indes (aliàs eius dimidium repperi)
Pinguis, recentis pariter atq; axungię:
Sed hyemæ, sicut tradit, inieceris nouem.
At sex lęuissimi modo lithargyri,
Fœnigręci addit dimidium sextarij

Et seminis

A Et feminis tantundem combusti lini.
Maluę q; agrestis pondo statuebat tria
Radicis, etiamnum cui succus sit recens.
Quaternis bis coquere ex aquę sextarijs,
Ollæ orificio amplo recenti fictili.
Maluę radix purgata, concisa itidem
Et tenuis & contusa, vt fuerit indita,
Mox addito fœnigræci elutum probè
Lini q; semen. At cum succum emiserint
Coctura, spissitudinem q; acceperint,
Habeto succum, expresseris quem linteo.
Trutina at quaternas quando expenderis libras
Olei, commiscens, totum coque carbonibus.
Cum vero tenues bullulæ ex maioribus
Crebræ, contentis cacabo prodiuerint,
B Lithargyrum læuem protinus aspergito,
Igni q; non acri, sed assiduo coque,
Frictus sit dum vsq; succus cum pinguedine.
Erit ipsum medicamentum emplastrum melinum,
Boni coloris, non inficiens, nec nimis
Durum. Vetustis hoc qui inuenit pharmacis,
Vocabat ipsum iurè è succis pharmacum.

Aliud.

Et hoc eodem prodit genere pharmacum,
Alijs licet misturis ipsum præparent.
Affectus ad quos retuli, prorsus facit.
Summatim omnibus, & crudis, & quæ concoqui,
Facile mutari nequeuntq;. Ingentia
Et musculorum & membranarum vulnera
Persanat, ipsorum nam facile subuenit
C Punctibus. Arthriticis iniectum item omnibus,
Infestatos iam mitigabit diutino
Dolore. Picis assumit quàm siccissimæ
Libras duas, cerę q; totidem ponticę:
Puræ terebinthinę & liquidæ libras duas,
Mannę q; thuris veri vnam pondo libram:
At selibram, vel hac pauxillulo minus,
Albi recentis butyri pinguissimi.
Reliqua diu liquentur, & quidem igne acri,
Assiduè cernens, amplius ne pharmacum
Colore inficiat digitis contritum tuis.
Quibus peractis sublata ab igne ollula
Mannam liquatis inde sic aspergito,
Mouens medicamentum diu rudicula.
Sic frigeratum, & mollitum reponito.
D Huic copiosum q; & recens rosaceum
Contemperans, caua atq; ad carnis indiga
Adeo vlcera vtere, tendonum q; phlegmonas,
Tum quę non facile in pus mutantur candidum.

*Al. κεκαθαρμένου, i. mūdati.

De Acopis, hoc est Lassitudinem tollentibus. CAP. II.

QVid Acopa medicamenta promittant etiā nomen ipsorum ostendit. At κόπους id est lassitudines, Græci homines vocant affectus ex multo vehementi've motu corporibus vel totis, vel particulis quæ amplius laborarūt, oborientes. Porrò molestæ sunt dispositiones hæ, potissimum ijs qui agitantur, mouentur q;: vehementiores autem, iā & conquiescentibus negocium facessunt. Cæterum postea medicis in vsu fuit, & si non ad lassitudines medicamen ab ipsis sit compositum, sed vel ad dolorem diuturnum in alto corporis latentem, vel motum difficilē, vel sensum difficilem, vel particulę duritiam, vel tensionem, vel tumorem scirrhosum, appellare similiter acopa & id genus omnia, modo humidam consistentiam acopis similem habeant: quæ liquidis ceratis, cuiusmodi & in luxatis fracturis q; vtimur, est propinqua. Quippe talis consistentiæ humidissimum est, quod à iunioribus medicis Cerelæon appellatur: deinde illitus acopi: post hos liquidorum ceratum, crassiore substantia præditum: mox ceratum tenerorum & molliū, vti vocant:

vocāt: postremo amolynta hoc est non inquinantia, similia his quæ propriè Epithemata dicūtur. E His succedit emplastrorum consistentia, quæ & ipsa in maioris minoris q; ratione haud mediocrē obtinent differentiam. Quare nō nulli medicorum quędam nomine à sola consistētia ita desumpto, Ceratomalagmata nuncuparunt: medicamenta inquā inter ea, quæ corpori imponūtur, non ēt quidem humida, duritiem verò tantam nec dum cōsecuta, quantā emplastra possidēt. Cū igitur oēs citatæ differentiæ non medicamentorum virium, sed consistētiæ formę, sint indices, Acoporū appellatio quondam sanè medicaminum facultatem, postea consistentiā significauit: huius q; rei causa cum distinctionibus ea nominare coacti sunt, hoc quidem Acopon relaxās, illud emolliens, vel calefaciens, vel à dolore tollēdo anodynum, vel metasyncriticum appellātes: sicut ēt ad hunc quendam affectum conferre, verbi gratia paralysin, coxarum laterum q; dolorem, vel cōmuniter ad vniuersos dolores. Natiuum igitur est medicamen simplex omnium lassitudinum præsidium, oleum videlicet, quod & citra adiectionē nominatur, quoniā vetustis tēporibus solū quoq; erat: posteri cicinum apud nos ei apposuerunt, in Ægypto.n. & hoc vetustum erat: & rursus post cicinum raphaninum, sinapinum, & sesaminum, alia q; eius generis, quemadmodum etiam apud nos crininum id est ex lilio, mastichinum, & lentiscinum: quę q; his magis varia sunt, vel vsq; ad vnguenta. Itaq; neminem latere arbitror medicamēta Acopa apud veteres dicta, omnia liquidę cōsistentiæ esse necessario, quippe oleum solum lassitudines externis partibus ingruētes curat: in alto affligentes vehementiores q;, cum iniecto aliquo laxante pharmaco mediocriter calefaciente, veluti chalbano, resina terebinthina, ad hanc colophonia quadam nominata & fricta: quibus calidiores sunt abietina & strobilina: terebinthina vero larix paulo calore pręcellit. Cæterum id genus omnia relaxantibus oleis miscentur, quale est sabinum, iniecta interdum & cera. Iam vero acopon vnguen est in ijs, qui iam ēt in corpore alto dolent, & Medicamen ex semine abietis, chamæmeli, anethi, & floris populi nigræ, quorum mox dicemus confecturam. Præterea susinum, & gleucinum, & comagenū, ex acoporum vnguinū grege est, & quæ ex pinguedine & adipe cōponūtur, suillo quidē moderatissimè relaxanti, gallinaceo aūt his vehementius, & hoc adhuc magis anserino: at adeps leoninus & pardi validior est, vt iam vehementer calefaciat, eo q; insigniter discutiat: in medio horū consistunt bubulus, caprinus, vulpis, & hyenæ. Hęc sanè vniuersa in genere sunt eorum, quæ propriè Acopa dicuntur, hoc inuicē discrimine variantia, q alia magis, alia minus, calefaciant. Quapropter non nulla genere toto acoporum vnguinum excidisse videbuntur, si in mollibus ea corporibus examines: etsi durioribus, cuiusmodi agrestium sunt, vtilissima appareant: nam subinde etiam diximus dura corpora valentiora pharmaca sustinere, mollia verò & humida, veluti puerorum, mulierum, & eunuchorum, eiusmodi medicaminum potentiā ferendo nō esse. Insuper cuiuis notum est, & quæ vocantur Myracopa, ex acoporum cū vnguentis tēperatura fieri nihilo cæteris præstātiora, nisi odoris suauitate. Quemadmodū igitur à vetustioribus longo vsu explorata scribere consueui, ita nunc quoq; faciā ab Asclepiadis scriptis sumpto exordio. G

Quæ Asclepiades in quarto Exteriorum Acopa & Myracopa conscripserit. CAP. 12.

A*copon ad Lassitudinum molestias, benefacit Neruis condolescentibus. Hoc Themiso vtebatur. Medicamen est vehementer bonum.* Sampsuchi sextarium vnum, rorismarini sextarium vnum, fœnigræci sextarium vnum, cardamomi sextarij dimidium, brathyos sextarij dimidium, vini dulcis sextarios tres, olei venefrani trepondo, ceræ pondo duo. Arida in vino triduū macerari finito: quarto die oleū adijcere oportebit, atq; vbi sedulo agitaueris, ac super prunā posueris, mouendo coquere: qn̄ continue efferbuerit, liquorē exprimere, cerā derasam huic adijcere, & rursus supra ignē coquere: vbi cera liquata fuerit, ab igne tolles, sines q; refrigerari. Postea vitreo vase vel stāneo repones, ac vteris nūc solo, nūc vno vnguētorū admisto. ℂ *Aliud.* Sāpsuci sextariū vnū, rorismarini sextarium vnum, fœnigręci sextarium vnū, lauri surculorū pondo vi, iunci floris pōdo ℥ iij, vini veteris sextarios iij, olei dulcis sextarios iij: ✠ radicis cucumeris agrestis, nardi celticæ, singulorū lib. s: ceræ libras iij. Præparato, ac vtitor, sicut prædictum est. ℂ *Aliud medicamen confectum. Benefacit Solutis, ac Tremulis. Item valet ad omnem Neruorum ex cōsensu dolorem. Vsus est Menius Rufus. Succurrit Podagricis, Arthriticis, Ischiadicis que, vt toto liberet affectu. Vsus eius est in interuallis: at in accessionibus diluto medicamine vtimur.* Sāpsuchi sextarios duos, fœnigræci sextariū vnū, rorismarini sextariū vnū & semissē, meliloti sextariū vnū, illyricæ pōdo vnū, cyperi pondo vnū, brathyos pōdo vnum, cachryos pondo vnū, cardamomi selibrā, iunci floris selibrā, casiæ selibrā, abrotoni selibrā, myrti fructus selibrā, lauri fructus selibrā. Omnibus contusis, ac in vas duplex vnguentariū coniectis, vini tmolitis sextarios octo affundito: triduo madefieri finito: deinde olei sabini pōdo xvj, irini pōdo vnū, lentiscini pondo vnū, syriaci pondo vnū, gleucini pondo vnū, myrtei pōdo vnum, laurini pondo vnum immittito: igni superposita incoquito: deinde liquorē ex coctis expressum in vas aliud trāsfundito: rursus q; sine decoctis incoquito, cerę selibra adiecta, resinæ laricis lib. i, myrrhæ stactę lib. vna. His liquatis vtitor, sicut prędictū est. *Aliud.* Sampsuchi pōdo ij, fœnigræci sextarios ij, rorismarini sextarios ii: brathyos pōdo ij, †sextarios ii: ✠ meliloti pōdo ij, cyperi pōdo vnū, iridis macedonicę pōdo vnū, cachryos pōdo vnū, cardamomi pōdo vnū, calami aromatici selibrā, iūci floris selibrā: casię fistulę, costi, elelisphaci, singulorū selibrā: baccarū lauri selibram, cucumeris agrestis radicis selibram. H

† In quibusdā cod. græcis manuscriptis hæc verba non adsunt.

A cis selibram, myrti surculorum selibram, vini tmolitis odorati sextarios viij, olei sabini pondo viginti quatuor, irini pondo vnum, cyprini pondo vnum, lentiscini pondo vnum, gleucini pondo vnum, myrtei pondo vnum, ammoniaci pondo vnum, hedychroi pōdo vnum, malaba*thrini pōdo vnum, myrrhæ stactæ pondo vnum, opobalsami pondo vnum, ceræ pondo xv. Arida imbuuntur ac madefiunt, quemadmodum præcepimus, triduo: & his oleum, & pleraque vnguenta adiiciuntur: malabathrinum, amaracinum, hedychroon, stacte, & opobalsamum, postrema reseruatur, vt † in medicamenti confectione, } cera iam liquefacta hæc indantur. Quomodo autē preparandum sit medicamentum, & quis eius vsus, iam ostendimus. ℭ *Acopon, quod ex Melle inscribitur. Valet ad Lassitudinum molestias, Neruorum contractiones. Benefacit Opisthotonicis, & Canina conuulsione affectis. Dicitur Tetramyron i. ex quatuor vnguentis confectum.* Mellis vncias tres, irini vncias tres, rosacei vncias tres, cyprini vnc. iij, gleucini ℥ iij, ceræ vnc. iij, terebinthinæ vnc. iij. Mel seorsum coquitur: quæ liquari possunt, liquefiunt: & in mortarium coniecta omnia simul contunduntur, læuigantur q; & excepta vsui sunt. *Aliud.* Cyprini, irini, rosacei, gleucini, singulorum heminas sex: ceræ denariorum pōdo xxiiij, terebinthinæ denariorum pondo viij, mellis denariorum pondo sex: præparato, ac vtitor, sicut prædictum est. ℭ *Aliud vocatur Lexopyreton, id est febrē finiēs.* Rosacei, irini,

† κατὰ τὴν [illegible] est in impressis, vt transtulit interpres. In antiquis, [illegible] i. post medicamenti confectionem.

B ni, gleucini, cyprini, singulorum heminas quatuor: ceræ denariorum pondo xii, terebinthinæ denariorum pondo quatuordecim, myrrhæ stactæ denariorum pondo iiij, mellis cocti denariorum pondo sedecim: conficito, vt docuimus. ℭ *Aliud ex collectaneis *Aphrodisei.* Rosacei, irini, cyprini, singulorum heminas quatuor: ceræ denariorum pōdo duodecim, gleucini heminas quatuor, adipis anserini denariorū pōdo duodecim, terebinthinæ denariorum pōdo quatuor, stactæ denariorum pondo quatuor, opobalsami denariorū pondo duorū, mellis cocti denariorum pōdo viij: cōficitur superiorum modo. ℭ *Aliud Acopon, Dysodes i. fœtidum dictum, ad Idem.* Ceræ denariorum pondo viij, terebinthinæ denariorum pondo viij, chalbani denariorum pondo sex, guttæ ammoniaci denariorum pondo sex, olei veteris heminas duas, medullæ ceruinæ denariorum pōdo viii. Præparato ad modum prædictū, & vtitor mero & diluto. ℭ *Aliud ad oēm Neruorum ex cōsensu dolorē.* Resinæ terebinthinæ denariorum pondo quinquagintasex, ceræ denariorum pondo xxviij, guttæ ammoniaci denariorum pondo trigintaduorū, chalbani denariorum pondo xxxij, medullæ ceruinæ denariorum pondo vigintiquatuor, mellis cocti denariorum pondo vigintiquatuor, olei veteris heminas duas: ammoniacum aceto soluitur. *Aliud.* Ceræ denariorum pondo xxiiij, terebinthinæ denariorum pondo xxiiij, chalbani denariorum pondo sex, guttę ammoniaci dena-

*Al. Aphrodæ.

C riorum pondo sex, olei veteris heminas duas, medullæ ceruinæ denariorum pondo viij, styracis denariorum pondo xvi*: præparato similiter. *Aliud.* Ceræ denariorum pondo vigintiquatuor, terebinthinæ denariorum pondo sedecim, chalbani denariorum pondo vi, styracis denariorum pondo viij, olei veteris heminas duas, mellis heminam vnam s: medullę ceruinæ denariorum pōdo viij, salis floris quantum satis est: ammoniacum aceto soluitur. ℭ *Aliud. Benefacit Ischiadicis, & Opisthotonicis. Sanat omnem Neruorum ex consensu dolorem.* Ceræ pondo vncias sex, terebinthinæ pondo libram vnam, guttæ ammoniaci pondo vnciam vnā*, opopanacis pondo vncias duas, chalbani pondo vncias duas, medullæ ceruinæ pondo vncias duas, medullæ taurinæ pondo vnc. ij, œsypi pondo vncias ij, olei irini heminam, mellis pondo vncias tres*. conficito ratione prædicta. ℭ *Aliud ad vehementes Lassitudinum affectus, & Neruorum contractiones.* Ceræ denariorum pōdo quinquaginta, terebinthinæ denariorum pondo xxv, aphronitri denariorum pondo vj, œsypi denariorum pondo vi, mellis cocti denariorum pondo vi, guttæ ammoniaci denariorum pondo sex, medullæ ceruinæ denariorum pondo vi, chalbani denariorum pondo vi, seui taurini denariorum pondo vi, baccarum siccarum lauri denariorum pondo vi, olei heminam, vini marinę expertis heminam: præparatur sicuti priora. ℭ *Aliud Ascuntianum inscriptum.* Cerę pondo vnc. ij, chalba-

*Aliter xxviij

*Aliter iiii.

*Aliter vi.

D ni pondo vncias tres, nitri pondo vncias tres, terebinthinæ liquidæ pondo vncias tres, œsypi pondo vnc. ij*, seui taurini pondo ℥ ij, olei cyprini pōdo vncias quatuor, olei melini pondo vncias iiij, irini pondo vncias quatuor, mellis pondo vncias quatuor, olei communis pōdo vncias tres, olei veteris pondo vncias quatuor, guttæ ammoniaci pondo vnciam vnam, thuris pondo vnciam i, præparatur vt alia. *Aliud.* Olei veteris sextarium vnum s, terebinthinæ pondo libram vnam, guttæ ammoniaci pondo vncias duas, ceræ pondo selibram, chalbani pondo vncias tres*, œsypi pondo vncias duas, thuris pondo vnciam vnam, æruginis pondo vncias duas, mellis † heminas duas, } medullę ceruinæ pondo vncias tres, seui anserini pondo vncias duas*, vini heminas duas, aphronitri pondo vncias duas: conficitur instar superiorum. ℭ *Aliud Chloracopon i. Acopon viride. Succurrit Opisthotonicis, Ischiadicis, Solutis, & Tremulis.* Myrrhæ denariorū pondo iiij, guttæ ammoniaci denariorum pōdo iiij, thuris denariorum pōdo iiij, nitri denariorum pondo iiij, æruginis denariorum pondo quatuor, opopanacis vncias decem, chalbani pondo vncias quatuor, terebinthinæ pondo libras duas, cerę pondo libras duas, malabathrini vnguenti sextarij dimidium, cyprini sextarij dimidium: aceti, quantum sufficit. Ammoniacum, myrrham, nitrū dissoluito: iam solutis opopanacem, chalbanum adiungito: his læuigatis liquata superfundito, misceto q; excepta vtitor. *Aliud* Myrrhæ denariūm pondo quatuor, terebinthinæ pondo libras duas, ceræ denariorum

*Aliter vi.

*Aliter i.

*Al. vnc. iiii.

nariorum pondo duorum: guttæ ammoniaci, thuris, nitri, ęruginis, singulorum denariorum pon E
do quatuor: vnguenti melini sextarij dimidium, cyprini pondo vncias tres, irini pondo vncias iij, olei veteris sextarios tres, opopanacis pondo vncias tres, chalbani pondo vncias quatuor, aceti quod sufficit: preparatur, vt dictum est. ℂ *Aliud ad Diuturnos affectus Valde generosum.* Ceræ pōdo minam vnam, olei veteris sextarios quatuor, terebinthinæ pondo libram vnam, myrrhę pondo vncias quatuor, thuris pondo vncias quatuor, opopanacis pōdo vncias quatuor: cucumeris agrestis radicis, æruginis, nitri, singulorum pondo vncias quatuor: piperis albi pōdo vncias duas, chalbani pondo vncias quatuor, medullæ ceruinę pondo vncias quatuor, vnguenti cyprini pondo vncias quator, irini vnguenti pondo vncias quatuor, vnguenti melini pondo vncias quatuor, rutę viridis surculorum pondo vncias tres, aceti quod satis est. Cucumeris agrestis radices, & rutam cum aceto incoquito, deinde liquorem expressum aridis inijcito, lęuigata accurate liquatis excipito: ac interdum pharmaco syncero, interdum diluto vtitor. Hoc aūt pro ratione subiectorū affectuum fiet. ℂ *Aliud Bassi Pharmacum confectum. Hoc ipso Vsus, cum Neruorum resolutione prius tentaretur, seruatus est.* Olei myrtei pondo vncias quatuor, cyprini pōdo vncias quatuor, olei veteris pōdo libram s, attramenti sutorij pondo libram s, cerę pondo libram, terebinthinę pondo libram s, chalbani pondo vncias tres, mannę pōdo vncias quatuor, opopanacis pondo vncias duas, bryo- F
nię radicis pōdo vncias quatuor, æruginis pondo vncias quatuor, aphronitri pondo vncias iiij, piperis pondo vncias duas, pyrethri pōdo vncias quatuor, adipis hœdini pondo vncias sex, euphorbij pondo vncias quatuor, aceti quantum satis est. Bryoniam, pyrethrum, cum aceto incoquito: deinde liquorem expressum, aridis q; probè lęuigatis adiectū, liquatis excipito: vsus ostensus est. ℂ *Aliud ex Castorio, Solutis, & omni Diuturno malo auxiliatur.* Oesypi pondo vncias tres, medullæ ceruinæ pōdo vncias quatuor, terebinthinę pondo vncias tres, guttę ammoniaci pondo vncias duas, chalbani pondo vncias duas, castorij pondo vncias duas, piperis albi pondo vncias duas, euphorbij pondo vncias duas, adarces pondo vncias duas, nitri spumę pondo vncias duas, opopanacis pondo vncias duas, olei styracini pondo vnciam vnam, olei irini pondo vncias duas, olei veteris heminam vnā, cerę pondo libram s: componitur aliorum modo. ℂ *Aliud, cuius Vsu Bassus longo tempore Paralysi infestatus, etiam ab hoc morbo conualuit.* Olei myrtei, melini, cyprini, singu-
*Aliter s. lorum vncias quatuor: olei veteris selibram, cerę pondo vnum, terebinthinæ selibram, chalbani vncias quinque, thuris vncias quatuor, opopanacis vncias duas, ęruginis vncias duas, bryoniæ radicis vncias quatuor, aphronitri vncias quatuor, piperis vncias duas, pyrethri vncias duas, adipis hœdi vncias sex, euphorbij vnciam vnam, aceti quantum satis est. Cōpositio huiusmodi me G
dicaminum cōmunis est. ℂ *Alia Collinitio Podagricorum, ac Articulari morbo laborantium ex Sale confecta: toto affectu liberat. Vsus eius est quotidie.* Salis inquinati, hoc est ipsius terrę pōdo, aluminis fissi pondo, fęcis vini Italici sextarium, lapidis asij floris vncias iiij. Arida studiosè conterito, & fæce addita accuratè lęuigato: quibus olei veteris sextarium affundito, rursus q; condito, ac excepto vtitor. In alijs scripturis melle attico excipitur. *Aliud.* Salis inquinati pondo vncias tres, alumi-
* Al. vncias vi. nis fissi pondo vncias tres, lapidis asij floris pondo vncias tres, thuris pondo semunciam, myrrhę
* Al. vncias vi. pondo semunciam, fęcis vini Italici sextarij dimidium: præparato vti prędiximus. ℂ *Alia Illinitio Patroclo Cæsaris liberto compostra: leuat toto affectu. Vtēdum est quotidie & manè ante balneū, & post ipsum: ad hæc Vesperi. Sumētes ex pharmaco, quod satis est, soluētes q;, oportet pedes inungere, & citra cōtusionem infricare.* Thuris denariorum pondo decem, piperis albi denariorum pondo decem, aphronitri denariorum pondo viij, myrrhæ denariorum pondo quatuor, guttę ammoniaci denariorum pondo sex, aceti quantum sufficit, olei cyprini heminam vnam s. Sicca contunduntur, cribro q; tenuissimo incernuntur: reliqua aceto dissoluuntur, lęuigantur q;: deinde omnia simul miscentur, & tritis cyprinum inditur: exceptis autem vtimur. *Aliud.* Thuris denariorum pondo viij, myrrhę denariorum pondo viij guttæ ammoniaci denariorum pondo viii: aluminis scissilis, piperis H
albi, singulorum denariorum pōdo viii, nitri denariorum pōdo viii, aceti quod satis est, olei cyprini heminas duas, cerę pondo selibram. Quę liquari possunt, liquefiunt, & tritis adiciuntur.

ℂ *Aliud Neapolitæ Medicamentum, Ischiadicis, Arthriticis & Podagricis cōfectū: toto affectu liberat.* Thuris, piperis albi, guttę ammoniaci, myrrhę, lapidis asii floris, aluminis fissi, nitri, centaurii succi, singulrum pōdo vncias duas: fęcis vini Italici sextarium vnum: olei cyprini, laurini, myrtei, styracini, crę, singulorum pondo libram vnam: terebinthinę pōdo selibram, chalbani pōdo vnciā, opopanacis pōdo semunciā: liquata tritis miscentur. ℂ *Aliud Domitio Nigrino compositum quod toto affectu liberat.* Myrrhę stactæ pōdo vncias duas, thuris pondo vncias duas, guttæ ammoniaci pondo vnciam vnam: nitri rubri, vel salis inquinati, pōdo vncias duas: aluminis fissi, lapidis asii floris, colocynthidis partis interioris, mandragorę succi, mellis, euphorbii, singulorū pōdo vnc. ii: vnguē
*Al. podagricam. ti crocini, melini, styracini, malabathrini, laurini, gleucini, hedychroi, amaracini, adipis vituli marini, singulorum pondo vncias sex: huius penuria vtendum est medulla cerui vetustissima: cerę
* Infra pagin. 271. d. scriptū est Aburnio. pōdo libram, chalbani pōdo vnciam, terebinthinę pōdo selibram, opopanacis pondo semūciam, fęcis vini Italici sextarium: pręparato, quemadmodum suprà dictum est. Hac confectura vtemur post podarcem, cui titulus est Pōpei pretiosa, Sabērnio Valenti compositam, ℂ *Medicamentum ex Populo,*

A *ex Populo. Benefacit Ischiadicis, Arthriticis, Solutis, Tremulis. Valet item ad Usum quotidianum.* Populi nigrę
ſurculorum pondo minam, cucumeris agreſtis radicis pondo libras quatuor, caſię fiſtulę pondo li
bras duas, vnguenti crocini pondo libras duas, croci pondo vncias tres, vini odori ſextarios xij,
olei ſabini ſextarios decem, ſampſuchi pondo libras quatuor, cerę pondo libras quatuor. Surcu-
los populi diligenter contuſos in vaſe duplici vnguentario contineto: ac his ſampſuchū cucume
risq; radices in craſſiora fruſta conciſas adijcito, his vinum ſuperfundito. Omnia diebus nouem
macerari ſinito: ſequenti die oleum adijciatur: & rurſus accurate tunſa igne non acri incoquito.
Poſtea liquori expreſſo, ceram deraſam & medullam læuem factam indito, igni impoſita coqui-
to. Vbi liquata fuerint, ab igne tollens, crocinum adiungito, moueto q; cōtinuè. Crocinum vero
læue factum, terreſtris teſtudinis ſanguine excipito, vt olei veteris craſſitudinem habeat. Porro iu
gulatur teſtudo, iuxta clauiculam arundine vtrinq; transfixa. Liquata croco iniecta rurſus tundi-
to, exceptis q; vtitor. Medicamentum toto affectu leuat. Multo aūt preſtantius euadit, ſi teſtudi-
nis ſanguinē copioſum recipiat. ℭ *Aliud. Valet ad Moleſtias ex perfrictione, & Contuſiones ex ictibus.*
Populi nigrę ſurculorum pondo minam, cucumeris agreſtis radicis pondo minas quatuor, caſię
fiſtulę pondo libras duas, medullæ ceruinæ pondo libras duas, croci pondo libras tres, vini odo-
B rati ſextarios duodecim, olei libras decem, ſampſuchi pōdo libras quatuor, ceræ libras quatuor:
ſanguinis terreſtris teſtudinis quantumcunq; indideris, medicamētum nihil offendes, ſed potius
iuuabis: præparatur modo prædictorum. ℭ *Aliud Acopon Dia Phrynon id eſt ex rubetis ranis. Hoc
Vſus Vir Xyſticus id eſt iaculator, & Acopo & Malagmate, a toto affectu cōualuit.* Cōfectio ita habet. Olei
veteris ſabini pondo libras tres, cucumeris agreſtis radicis pondo libras tres, cerę pōdo libras tres,
apochymatis pondo libras tres, adipis ſuillę veteris pondo libras tres: ranas rubetas magnas
numero tres, vel ſi hæ non ſint paruas quinq;: medullæ ceruinæ pondo vncias tres, aphroni-
tri pondo vncias tres, ſulfuris viui pondo vncias tres, olei laurini pondo vncias tres, olei irini pō-
do vncias tres, vnguenti malabathrini pondo libram, ſampſuchi pondo libram. Radices in craſ-
ſiora fruſta ſectas, ac in oleum ſimul cum ſampſucho coniectas, ſupra prunas incoquito. Vbi radi
ces inaruerint, humorem exprimito, radices quidem & ſampſuchum abijcito: ranas in ſportulam
textam imponens, huius q; oras conſuens, & oleo expreſſo committens, rurſus vas coopertū igni
ſupraponito: vbi iam ſatis magnum temporis ſpatium interceſſerit, vt ranę illiquatæ fuerint, ſpor
tula depoſita humore expreſſo abijciatur: reliquo oleo liquata indito, mouēs ſine requie: poſtre-
mo medullam & chalbanum adiungito: poſtquā ſoluta fuerint, ab igne tollito: ac modicè refrige
C rari permittens, arida tunſa, ac tenuiſſimo cribro ſecreta inſpergito, mouens aſſiduè: in mortariū
demiſſis, iterū q; tunſis, malabathrini vnguenti pondo & ſemiſſem adiungito, & rurſus tundito:
excepta vaſe plumbeo, vndiq; obturato, vt nihil perſpiret, ſeruato. Vteris medicamento interim
vt malagmate, facta morbi inclinatione, interim vt enchriſmate. i. illinitione. Nam pharmaci,
quod ſatis eſt, capientes, ſoluentes q; vnguento, vt cerati humidi ſpiſſitudinem habeat, vtimur.
ℭ *Aliud Haliei confectum Pharmacum, in quo Verſans Halieus, cum affectu adeo infeſtaretur, vt corpore diſtorto
eſſet, vſurpabat: & toto malo liberatus eſt. Data eſt confectio Valerio Paulino.* Habet aūt in hūc modū. Olei
ſabini libras iij: populi nigrę ſurculorum libram, qui cū non adſint, ſampſucho vti oportet, duas
ipſius partes adijcientes. Habet aūt & ſampſuchi, cyprini, irini, maſtiches, ſingulorū libram: myr-
rhæ ſtactę ſelibrā, ceræ trientem, apochymatis libras iij, adipis ſuillæ pinguis libras iij, ſulfuris viui
vnc. iij, nitri ſpumę ℥ iij, chalbani lib. iij, medullæ ceruinę ℥ iij: teſtudinum terreſtrium x ſanguis
immittendus eſt medicamini præparato, & iam trito. Porrò conficiendum eſt, vti diximus. In vſu,
medicamenti libram i. auferentes, opobalſami ℥ iij, vnguenti malabathrini ℥ i, condimenti gratia
illi indere cōuenit. Hoc in quotidianos vſus ita præparat. ℭ *Aliud id ipſum Haliei, a Valerio Pauli-
no aliter confectum.* Cerę pondo libras iij, cucumeris agreſtis radicis pondo libras tres, apochymatis
D pondo libras tres, adipis ſuillę pinguis pondo libras iij, olei ſabini pondo tria, cyprini pondo, ſuſi
ni pondo, crocini pondo, † ſtactæ pondo ſelibram, medullę ceruinę pondo & ſemiſſem, chalbani † *Additur in*
pondo & ſemiſſem, rubetas quinque: ſampſuchi, vel populi nigræ ſurculorum, pondo tria: ſulfu- *antiquis, maſti*
ris ignem non experti pondo vnc. iij, aphronitri pondo ℥ iij, teſtudinum plurium ſanguinem: cō- *ches libram*
ficito, quemadmodum prędixi. ℭ *Aliud Flauij Clementis confectum pharmacum. Huius Vſu nouimus ho- vnam.*
mines toto corpore diſtortos a Podagra Chiragra q;, adeo conualuiſſe, vt citra noxam obambularent. Olei ſabini
pondo xij, cucumeris agreſtis radicis pondo xij, cerę pondo, terebinthinę pondo, medullę ceruinę
pondo, chalbani pondo, ranas numero ſex. Oleum diuidimus, & ſeorſum in eo ranas, ſeorſum
item radices, incoquimus: deinde liquore percolato ad pharmaci confectionem vtimur. Pharma
cum autem acopi vſum preſtat, Valerio Paulino ſcripturæ hunc in modum adijciente: Sampſu-
chi pondo vnum & ſemis, vnguenti crocini pondo, malabathrini pondo, opobalſami pōdo ℥ iij,
teſtudinum x ſanguinem, medullę ceruinæ pondo duo, chalbani pondo duo, adipis ſuilli veteris
pondo tria, apochymatis pondo, ceræ pondo tria ſemis, ſulfuris viui pondo vnciam, aphronitri
pondo vnc. iij, rubetas tres, teſtudinum xv ſanguinem: & loco crocini ſyriaci pondo, ſampſuchi * *Supra cap. 18.*
pondo ſemis ponitur: ſuperiorum modo preparatur. ℭ *Aliud Pompeij Sabini. Polyteles i. pretioſum,* [illegible]
inſcribitur. Abirnio Valenti præparatū fuit. Vtile eſt Iſchiadicis, Arthriticis, Podagricis, Tremulis, & ad omnem *eſt Sabino.*
Neruorum

† *Al libram vnam.*
Al. pondo s

Neruorum diſpoſitionem. Compoſitio talis eſt. Sampſuchi pondo duo,fœnigræci † pondo duo, me E
liloti pondo,roriſmarini pondo,brathyos pondo ſemis,cachryos pondo,cyperi pondo,abrotoni
pondo,cardamomi pondo ſelibram baccarum lauri pōdo ſelibram,vini odorati ſextarios xxiiij,
vnguenti irini pondo xv,cyprini pondo ij,ſyriaci pondo ij,ceræ pondo duo, terebinthinæ pon-
do,chalbani pondo vncias duas,opopanacis pondo vncias tres,guttæ ammoniaci purgatæ pon-
do vncias quatuor: piperis longi,nitri rubri,lapidis aſij floris,colocynthidis partis interioris,alu-
minis fiſſilis,ſingulorum pondo ℥ iiij: thuris pondo ℥ iiij,centaurij pondo ℥ iiij: mandrogoræ ſuc-
ci, myrrhæ ſtactæ, mellis cocti, ſingulorum pondo ℥ iiij: rubetas ranas magnas numero vi,teſtu-
dinum terreſtrium x ſanguinem. Medicamentum variè componitur. Aromatica ſicca q́ꝫ craſſius
contuſa,vaſi q́ꝫ duplici vnguẽtario iniecta,vino ſuperfuſo,triduum macerari permittimus. Quar-
to die vino,quantũ ſatis eſt,ablato guttam ammoniaci,thus,chalbanũ, & opopanacẽ imbuimus,
& reliquos ſuccos: hæc diſſoluta læuigamus: quibus factis læuibus tunſa cribrata q́ꝫ alumen, ni-
trum rubrum,colocynthidem,lapidis aſij florem,piper,& reliqua arida immittimus,ſimul q́ꝫ teri-
mus: his myrrham,ſtacten,& mel adijcimus. Sic iam pręparatis, omnia liquida his,quæ in vino
macerant,affundito: igni ſuperpoſita coquito,mouens continuè. Vbi bona vini pars cõſumpta
fuerit,humorem exprimito: cui ranas imponens,ſicut ſupradictum eſt,incoquas, & tunc liquida F
adijcias. Hæc liquata ab igne deponens,læuigatis indes,ac rurſus tũdes: exceptis vtitor. ℭ *Aliud
Acopon Metaſyncriticũ. Auxiliatur Iſchiadicis, Arthriticis, Solutis, & Tremulis. Vtebatur Iulius Secũdus Diu
turnos affectus demolitur, Capite dolentes adiuuat.* Adarces pondo ℥ ij,myrrhæ ſtactæ pondo ℥ ij, aphro-
nitri pondo ℥ ij: euphorbij,opobalſami,ſingulorum pondo ℥ ij: ſtyracini vnguenti pondo. Ari-
da tunduntur,cribantur q́ꝫ: his myrrha,ſtacte,& opobalſamum adijciuntur: denuo tunſa ſtyraci-
no excipiũtur. Ac interim per ſe,interim alteri mixtum vſui eſt medicamen. Coctionem quoque
adiuuat. ℭ *Aliud Orphito compoſitum,cuius Vſu Thoracis affectu moleſto, & iam Inueterato liberatus eſt.*

† Al. pondo vncias vi.

Adarces pondo ℥ ij,myrrhæ ſtactæ pondo ℥ ij, aphronitri pondo ℥ iij,euphorbij † pondo vnciæ
dimidium,malabathrini vnguenti pondo,foliati Romanis dicti pondo ſelibram, cerę pondo ℥
ij,opobalſami pondo ℥ ij. Præpararur in modum prædictum. ℭ *Aliud Neapolitæ, quod Agrippæ*

† Aliter vi.

compoſitum fuit. Adarces ablatis arundinibus pondo ℥ iij,euphorbij pondo ℥ † iij,aphronitri pon-
do ℥ iij,ſtactę pondo ℥ iij,opobalſami pondo ℥ iij,vnguenti malabathrini primi pondo, foliati pō
do ac ſelibram, hedychroi pondo ſelibram , crocini pondo ſelibram,nardi aſianæ conſecratoriæ
primæ pondo ſelibram,ceræ pondo vncias tres: conficito vt priora. ℭ *Aliud Myracopon,hoc eſt ex
Acopis & Vnguentis conſtans, Regium ad inueteratos affectus. Item coctionem adiuuat.* Calami aromatici, G
carpobalſami,amomi,cardamomi,iunci floris,caſiæ roſam ſpirãtis,meliloti, ſampſuchi,brathyos,
fœnigræci,cyperi,nardi,piperis albi, ſingulorum pondo ℥ iij: myrrhæ troglodyticę pondo ſeli-

† *Additur in ãtiquis. Adarces ſelibra, nitri ſelibram.*

bram,euphorbij pondo ſelibram, † vini falerni ſextarios xvi, vnguenti malabathrini primæ confe
ctionis pondo ij,nardi primę compoſitionis pondo,foliati primi pondo,opobalſami pondo, cro
cini pondo,ſtyracini primi pondo,amygdalini pondo,comageni pondo,gleucini pōdo,irini pō
do,hedychroi pondo ij,amaracini primi pondo ij. Coquitur vnguenti modo. Nimis quã bonũ
medicamentum eſt. Celeri Primipilario compoſitum eſt. Benefacit iſchiadicis, arthriticis, ſolutis,
tremulis. Valet ad conuulſa,rupta q́ꝫ: item ad ſcirrhoſos viſcerum affectus. Et cõcoctiones iuuat
ventriculi orificio & dorſo illitum. ℭ *Aliud compoſitum Aquiliæ Secundillæ.* Euphorbij, opobalſa
mi,myrrhæ ſtactæ,ſingulorum pondo ℥ ij: nitri ſpumę pondo ℥ iij,cerę tantundem, vnguenti ma
labathrini pondo,foliati pondo ſelibram,crocini pondo ſelibram,nardi vnguenti pōdo ſelibram,
hedychroi pondo ſelibrã,amaracini pōdo ſelibrã. Cõficitur,quo dixi modo. Hæc quidẽ ſufficie-
bant. Etenim Aſclepiades cõiecturas ipſorum & vſus accurate tradidit: Andromachus aũt, vt ſo-
let,negligentius,neq́ꝫ ad quid eorum ſingula valeant,indicans,ſed nobis conijciẽdum relinquẽs:
nam ceu ad artis peritos ſcripturas ſemper conſcripſit. Verum q̃m nõ nulla acopa inuicem ſibi ſi- H
milia,in ſymmetrijs diſcrepant,ideo hæc quoq; appoſui,ꝙ lectores ex ijs,quæ Aſclepiades docuit,
de ijs ſimul ratiocinari queant,cuiuſmodi acopa,quibus vitijs potiſſimum conducant. Dicemus
autem & nos,vbi vniuerſales quoſdam ſermones de ipſis retulerimus,vnde accuratiore via ac ra-
tione ad eorundem vſus,qui mentem dicendis adhibebunt,peruenient.

Quæ Andromachus Acopa ſcripſerit. CAP 13.

ACopum viride Haliei. Ceræ,terebinthinæ,olei veteris,ſingulorum pondo & s: aphronitri
pondo ℥ iiij,chalbani pondo ℥ iij,æruginis raſę pondo ℥ iij, opopanacis pondo ℥ vi, guttæ
ammoniaci pondo ℥ iij,mannæ pondo vnc.iij,aceti pondo ℥ ii,melini pondo ℥ ii, cyprini pondo
vnc.ii,irini pondo vnc.ij,ſeui caprini pondo vnciam. ℭ *Aliud Acopum bonum.* Cerę pōdo xvi,
aphronitri pondo ℥ viij, baccas lauri numero viij,piperis albi denarij pondo vnius, crocomag
matis quantũ ſufficit,medullæ ceruinæ denariûm pondo duûm,myrrhæ denarij pondo vnius,ce
ræ denarij pondo vnius,vini rhodiaci denariûm,aceti parum aridis adijcitur. ℭ *Aliud Baſſi Stoi-
ci.* Cucumeris agreſtis radicis pondo,{caſtorij pondo ℥ ij, medullæ ceruinæ pondo ℥ vi,olei ve-
teris pondo ij,ceræ pondo vnum, } aphronitri pondo ℥ iij, baccarum lauri ſextarios duos, ru-
tæ viridis faſciculum manipularem, roriſmarini tantundem, olei ſabini veteris pondo decem.
Radices

A Radices & herbę oleo incoquuntur, deinde exprimuntur, postea liquata superfunduntur.
Aliud. Opopanacis pondo vnciam, resinę pondo vnciam, resinæ pitynæ pondo ij, ceræ pondo,
guttæ ammoniaci pondo vnc. vi, œsypi pondo ℥ ij olei veteris sextarium vnum semis, salis floris
pondo vncias duas. *Aliud.* Ceræ pondo, medullę ceruinæ pondo ℥ ij, vnguenti babylonij pon-
do, hedychroi pondo, stactæ pōdo, malabathri pondo vnciam, nardi pondo vnciam, opobalsa-
mi pōdo vnc. vi. In marina vel muria medullam liquato, liquabilia curata simul cōmittito, postre-
mò opobalsamum: at si liquidum sit acopon, plus ceræ indito. ℭ *Aliud Acopon Quadrati.* Irini
vnguenti vnciam, cyprini vnciam, laurini vnciam, olei veteris ℥ iii, terebinthinæ vnciam, medul-
lę ceruinę vnciam, {cerę vnciam, } œsypi vnciam, piperis vnciam, nitri denarium pondo iiij, sul
furis ignem non experti denariûm pondo iiij, pyrethri denarium pondo iiij, mellis vnciam. Li-
quata siccis miscentur. ℭ *Aliud Acopon fœtidum.* Terebinthinę denariûm pondo lvi, ceræ dena-
riûm pondo xxviij: œsypi, mellis, medullę ceruinę, guttę āmoniaci, chalbani, aphronitri, interdū
opopanacis, baccarum lauri, singulorum denariûm pondo vi: olei veteris sextarium, vini hemi-
nas ij: quidam castorij denariûm pondo trium addunt. ℭ *Aliud ex Sampsucho.* Cerę pondo, olei
omphacini sextarios iij, sampsuchi sextarium, fœnigræci sextarium, vini veteris sextarios qua-
B tuor. maluæ fasciculum: herbæ mercurialis, quam Græci linozostin vocant, fasciculū: cucumeris
agrestis radices. ℭ *Aliud, vt Antimachus.* Sāpsuchi noui, rorismarini, aspalathi, brathyos id est
herbę sabinæ, fœnigræci, singulorum sextarios duos: ceræ pondo, vini veteris sextarios iij, gleuci- *Aliter i.
ni sextarios iij. ℭ *Aliud à Philocle acceptum.* Olei decocti permultum, radicum cucumeris agrestis
sextarios iii, ceræ minam, terebinthinæ minam, medullæ ceruinæ denariûm pondo xxv, adipis an-
serini denariûm pondo xxv, chalbani denarium pondo xij s. sampsuchi sextarium, rorismarini
sextarium. Hæc postrema cum vino odorato tum læuigantur, tum miscentur: fit autem & malag
ma cera copiosiore iniecta. ℭ *Aliud Acopon confectum, vt Asclepiades.* Aphronitri denariûm pon-
do trium, piperis grana quadraginta, & longi totidem, thuris denariûm pondo xvi. His tritis vi-
ni odori chij vel rhodij heminam superfundito, mellis denarios ix: deinde in patella liquato ceræ
tyrrhenicæ denariûm pondo xij, seui taurini denarium pondo xlij. ℭ *Aliud, quod erat Asclepiadæ te-
sti.* Crocomagmatis denariûm pondo quatuor, medullę ceruinæ denariū pondo xij, œsypi dena-
riûm pondo vi, adip is anserini vel suilli denarium pondo xii, terebinthinæ denarium pondo xii,
irini denarios xviij: cyprini, gleucini, singulorum denarios xviij. Mel liquatur, deinde siccis ad-
miscetur: ac vbi simul cum his quæ in mortario sunt, læuigaueris, in vsus condes. ℭ *Aliud Aco-*
C *pon Barbaricum, ex Euphorbio, ad Ischiadicos, aliaq; multa.* Opopanacis pondo vnciam, tyrrhenicæ pon
do vnciam, terebinthinæ pōdo ℥ ii, chalbani pōdo vnciam, guttæ ammoniaci pondo ℥ ii, euphor-
bij pondo ℥ ij, castorij pōdo vnc. ij, piperis albi pondo ℥ ij, medullæ ceruinæ pondo ℥ iiij, œsypi pō-
do ℥ iiij, limnestridis pōdo vnciæ dimidium: styracini, laurini, amaracini, singulorum vncias três: *Aliter vj.
olei veteris sextarios ii, hedychroi vnc. vi: præparato vtitor. Valet ad desperatos neruorum affe-
ctus, item propriè ad ischiadicos. ℭ *Aliud Acopon, quo Aruntius Aquila curatus est. Benefacit Coxen-
dicum dolori, omniq; Neruorum distensioni.* Opopanacis pōdo ℥ ij, {chalbani pōdo vnc. i, terebinthinę
pōdo ℥ ij: piperis albi, castorij, vtriusq; pōdo ℥ ii: } œsypi pōdo ℥ iiij, casię pondo vnc. iiii, medullæ
ceruinę pondo vnc. iiij, cerę pondo, styracini pondo ℥ vi, irini pondo vnc. vi, laurini pondo vnc.
vi, olei veteris pôndo, euphorbij pōdo ℥ ij, guttę ammoniaci pondo ℥ ij. Euphorbium cum pauco *Al. pondo ii.
melle misceto. ℭ *Aliud Glyti, vt Philoxenus grammaticus.* Cerę pondo libras duâs, guttę ammonia *Aliter i.
ci pondo libram, chalbani pondo libram s, styracis pondo libram, bdellij pondo libram, myrrhæ
pondo vnc. ij, thuris pondo ℥ ix, œsypi attici pondo libram, propolis pondo libram, resinę terebin
thinę pondo libram, olei veteris pondo ii: cyprini, irini vnguenti, amygdalini, singulorum pon-
do ij: syriaci pondo iii, opopanacis pondô: prępara. ℭ *Aliud Acopon Viride, vt Clemens Sertorius,* *Al. pondo i s.
D *quo vtor.* Æruginis rasę pondo ℥ vi, resinę frictę pondo vnc. quatuor, olei myrtei pondo, lentiscini
pondo, olei veteris pondo, laurini pondo ij, syriaci pondo, gleucini pondo tria, adipis âgnini vn- *Al. [illegible]
cias tres, cerę pōticę libras iij, chalbani pondo libram: myrtei tenerorum foliorum, rutę foliorum
viridium, rorismarini viridis, lauri foliorum tenerorum, singulorum ℥ vi: herbę saluię selibram.
Viridia tunduntur, & oleis per noctem & diem macerantur, deinde cum liquabilibus incoquun-
tur: cùm ab igne deposueris, ęrugo inditur, percolata reponuntur. Facit ad omnem neruorum
laborem. ℭ *Aliud Acopon calefaciens, vt Castus, ad Diuturnos affectus, & Conuulsiones.* Pylelei sexta-
riū, syriaci vnguenti tantundem, iridis illyricę parem modum, terebinthinę pondo librā, axungię
pōdo libram, rasurę naualis pondo vnciam. Incoquito, ruta viridi mouens. ℭ *Aliud Acopon Orio
nis Pexoris bonum.* Cerę pondo libras vi, propolis pōdo libras v, iridis illyricæ pōdo libras quatuor,
terebinthinę pondo libras iiij, opopanacis pondo libras iij olei veteris pondo iiij, chalbani pondo
libras duas, olei lentiscini pondo iii, myrtei pondo iii, guttæ ammoniaci pondo libram, medullæ
ceruinæ pondo libras iii, œsypi pondo libras vi, baccarum lauri pondo libram, styracini pondo
tria, amygdalini pondo tria, seui vitulini pondo libras iij, & leonini pondo libram semis, opobal-
sami pondo libram semis. Pręparato diligenter. ℭ *Aliud Myracopon bonum.* Malabathri, hedy-
chroi, nardi crocini, babylonij, singulorum selibrā: stactę, opobalsami, cerę, comageni, singulo-
rum

rum ʒ vi: aloes ʒ ij, mellis ʒ iij: conficito. ℭ *Aliud Myracopon, quo vtor.* Ceræ candidæ pondo ʒ ij, E
adipis anſerini odoramentis conditi vnciam, ſeui taurini odoramentis conditi vnciam, adipis leo-
nini odoramentis conditi ʒ ij crocodili odoramentis conditi vnciam, medullæ ceruinæ vnciam,
ſalis ammoniaci ʒ ij. piperis albi ʒ ij, thuris vnciam, cinnamomi ʒ iij, aphronitri vnciam, iridis illy-
**Al. ſextarios duos.* ricæ ſextarios ij, nardi vnguenti ſextârium, malabathri alexandrini ſextarios ij, ſtactæ libras ij, ſyria
ci crocini libras ij, mellis libras iiij, opobalſami ſextarium, comageni libras ij. Parato, vti nouiſti.

ℭ *Aliud Myracopon.* Ceræ tyrrhenicæ ʒ vi, āmoniaci ʒ iiij, euphorbij libras iiij, piperis albi ʒ iiij,
limniſtridis ʒ iiij, magmatis malabathri ʒ vi, opobalſami pondo, malabathri pondo, ſtactes vnc.
vi, foliati vnc. vi, nardi pondo tria.

Gleucini, Muſtei Vnguenti confectiones. CAP. 14.

G*Leucini confectio iuxta Andromachum.* Poſt prædicta acopa Andromachus Gleucini confectio
nem deſcripſit, non malè ipſa acopis vnguinibus adiungens: quippe ad dolorem laſſitudi-
nem q; tollendam longè eſt accõmodatiſſimum. Traditur autem ab eo ſic ad verbum. ℭ *Gleu-
cini confectio, qua vtor.* Myrrhæ põdo libras ij, nardi Indicæ põdo libras ij, coſti põdo libras iij, ſtyra
cis pondo libram: bdellij, ſampſuchi, xylobalſami, lentiſci, cardamomi, ſpathæ, iridis illyricæ, my-
ſyos, aſari, ſingulorum pondo libras ij: meliloti pondo libram, nardi gallicæ pondo libram: aſpala F
thi, calami, ſingulorum pondo ſelibram: ariſtolochiæ longæ pondo libram s, roriſmarini ſeminis
†*Al. ſextariũ vnum.* ſextarios ij, thuris pondo libras iij, caſiæ pondo libras iij, fœnigræci † ſextarios ij, ſphagni põdo li-
bras ij, amomi põdo † libras ij, corticis thuris pondo libram, roſarum ſiccarum pondo libras ij,
†*Al. libram vnam.* brathyos pondo vncias vi, fœniculi pondo libras ij, balſami fructus pondo libras ij, croci pondo
vncias tres, baccarum lauri pondo libram, piperis albi pondo libram, opobalſami vaſcula tria, ma
*Aliter vi. labathri foliorum pondo libras duas, nucleos pineos virides ij, rutæ viridis pondo vncias ij, ſalis
* ammoniaci denariũm pondo quatuor, nitri denariũm pondo quatuor, vini veteris ſextarios ii,
muſti boni fictilia ij s, olei veteris libras v. Præparato diebus quadraginta. Hæc præfatus Andro
machus non adhuc confectionis modum, ſicut Crito, adiecit. Inſuper quot libris Italicis fictile aut
ſextarijs æſtimet, ſilentio prçterijt, ℭ *Gleucini confectio Critonis in ſecundo de Ornatu.* Crito ad libri
calcem, Gleucini confecturam his verbis tradidit. *Gleucinum vim habet Calefactoriam ac remitten-
tem. Vuluæ & Neruis præſidium eſt.* Huius confectiones multæ ſunt, quæ verò ſimplex dicitur, hunc
in modum habet. Muſti recentis vuæ maroneæ metretam in vas ſtanneum coniectam, ſupra pru
nas incoquito: ac vbi ter quater've efferbuerit, metretam in fictile demiſſam, Soli exponito: olei
omphacini congios ſex addito: lentiſci minas ſex, alij minæ dimidium: nardi, calami, aſpalathi, ſin G
gulorum tantundem: palmæ elatæ minam, cyperi minam, cardamomi octauam minæ partem,
amomi tantundem, meliloti vncias v: ſint autem omnia læuia. Deinde diebus viij commouens,
muſtum q; repurgans vtitor. ℭ *Gleucini confectio ſecundum Dioſcoridem libro Primo de materia. Scripſit
autem ille in hanc ſententiam.* Gleucinum ſimplex componitur ex oleo omphacino, lentiſco, calamo,
nardo gallica, ſpatha, aſpalatho, ſertula campana, coſto, & muſto: vinaceis vaſi, quod aromata vinũ
& oleum continet, circundatis xxx diebus: ſingulis bis mouetur: poſtea expreſſum vnguentum
reponitur. Vis eius eſt calefacere, emollire, & remittere. Benefacit rigoribus, neruorum vuluæ q;
affectibus: omni acopo efficacius eſt, vt quod emolliat. ℭ *Gleucini confectio vt Heras.* Quoniam
Heras Gleucini confectionem luculentius ipſis iuxta finem operis medicamentarij edocuit, illius
quoque ſcripturam ad verbum ita ſubiuncturus ſum. ℭ *Olei Gleucini compoſitio ad Perfrictiones, &
Neruorum vitia potiſſimum. Iuuat Opiſthotonicos, id eſt quibus ceruix reflexa eſt in poſteriorem partem, nec in an-
†*Al. lana irrigua.* teriorem inclinari poteſt. † oleo irriguo locis affectis iniecto.* *Olei venefrani pondo ducentã octo, vini falerni
ſextarios xxx, muſti aminei ſextarios centumocto, helenij pondo duodecim, ſpathæ pondo v, aſ-
*Aliter ccl. palathi pondo v, hedyſari pondo ij ſemis, artemiſiæ maternæ pondo ij ſemis, {cyperi pondo ii:}
myrrhæ pondo tria, alij pondo: piperis albi pondo ij ſemis, ſplachni ſeu muſci pondo ij ſemis, xy H
lobalſami pondo ij ſemis, ariſtolochiæ longe pondo vnum vncias tres, myrti ſiccæ foliorũ {pon-
† yliter x. do vnc. i, roriſmarini ſicci vnc. v, foliorũ lauri ſiccæ} vnc. † xij, bdellij pondo ij ſemis, iridis illyricæ
pondo ij ſemis, ſtyracis pondo vnum vncias tres, caſiæ ſiccæ pondo vnum vncias tres, ladani pon
do vnum vncias tres, cardamomi pondo vnum vncias tres, croci pondo vnum vncias tres ſemis,
balſami fructus pondo ij ſemis, thuris pondo v, crocomagmatis pondo v, panacis pondo vnum
vncias tres, calami aromatici pondo v, aſari pondo ij ſemis, caſiæ nigræ põdo ij ſemis, amomi vuæ
Aliter vnum. pondo vnũ vncias tres, iunci floris pondo v, coſti pondo quinque vncias tres, nardi gallici põdo
v: ſertulæ campanæ, quæ melilotos dicitur, pondo vnum ʒ iij: ſampſuchi pondo vnum ʒ iij, roſarũ
† Al. libras ii s ſiccarum pondo vnum ʒ iij, fœnigræci † libræ dimidium, opobalſami vaſcula v, malabathri vn-
guenti pondo. Arida tunduntur, & rariore cribro incernuntur, vino q; macerantur: bdellium,
etſi aridum non fuerit, & ipſum contunditur: ſin pingue extiterit, vino ipſum in pila contunden
do ſoluitur. Hæc in vas exiguum vnguentarium ſtanneum q; coniecta, ſed ita vt nihil expiret
opertum, diebus duodecim & totidem noctibus ſinuntur: muſtum verò cum his permaneat,
vua purè expreſſa vt nihil roris Contineat. Porrò muſtum in magnum ahenum condito, vt etiã
ſeruori ipſius locus ſit: omnia in vino macerata adijciuntur. Oleum vinum q; bis die ſpatha
vnguentaria

A vnguentaria ad horam agitantur: ſpatha vero accurate detergatur, ne id quod acidum factum ei
a dhæret, medicamẽtum offendat, dum rurſus immittitur. Præparetur autem vas operculo, & de-
ſu per pluſculis centonibus accurate circundetur: vaſi ſubſit reſtis. Cum iam dies quindecim præ
terierint, ammoniacum, & ipſum amomum inditur, craſſius cõtuſum. At triginta dies duplici va-
ſe ſupra prunas duas vel tres feruere vnguentum permittendũ eſt, opobalſamo adiecto. Vaſe aũt
depoſito ac modice refrigerato vnguentum defundere, reliqua ſportulis, vt ſunt calida, exprimere
oportet: primũ manibus, deinde prælo molientes aliquid vnguenti gratia, in ipſum malabathrũ
conijcere, ſi vnguentum in calente aqua fuſum immittamus: item ſpatha permouere, vt miſcean-
tur. Poſtea diem vnum ſinentes, vitreis vaſis aut teſtaceis gummi illitis reponemus.

Quæ ſcripſerit Heras Acopa. CAP. 15.

A*copon ad Paralyticos, ſummatim ad omnem Dolorem.* Rutæ viridis pondo, pulegij ſicci pondo, cy-
peri pondo, nitri denariũm pondo quinquaginta, fœnigræci pondo, linozoſtis ſiccæ pon-
do, marrubij pondo, roſmarini pondo, ariſtolochiæ pondo, amygdalarũ amararum deſquamata-
B rum modij dimidium, iridis põdo duo, terebinthinę pondo duo, baccarũ lauri põdo duo, cucume
ris agreſtis radicis pondo duo, guttæ ammoniaci pondo duo, brathyos libras duas, veratri albi li-
bras ſex, myrti viridis libras tres, lauri foliorũ ſiccorũ libras tres, ceræ pondo quatuor, bdellij pon-
do quatuor, vini heminas duas, albi vini congios duodecim, olei congios quatuor. Contuſis craſ
ſius ijs, quę tundi debent, aquam affundito: ac rurſus tunſis vinum oleum q́; adiũgito, & noctem
ſic eſſe ſinito. Sequenti die incoquito, dum hęc innatantia decocta fuerint, & oleum à coctis qua-
litatem acceperit. Hęc omnia fiunt pedetentim. Dein ſublatis, expreſſis q́; recrementis, ceram, re-
ſinam, & bdellium adijcito. ℭ *Aliud Viridæ Acopon ad Iſchiadas, & Neruorum reſolutionem. Hoc vſus
ſum in Ph*ortē.* Reſinæ terebinthinæ pondo, mãnę vncias quatuor, chalbani vncias quatuor, aphro * Al. Frontino.
nitri vncias quatuor, guttæ ammoniaci vncias quatuor, opopanacis vncias quatuor, ſeui caprini
vncias ſex, æruginis vncias quinq;, cyprini heminam, irini heminam & ſemiſſem, melini ℥ iiij, ſyria
ci vncias tres: piperis vncias tres, quidã vero vncias quatuor: olei veteris ſeſquiſextarium, adarces
vnciam, aceti quod abunde ſufficiat. Æruginẽ, opopanacem, & aphronitrũ cum aceto terito, reli-
qua liquefacta ſuperfundito. ℭ *Aliud Acopon ad Coxendicum dolores diutinos, Articulorum ligationem,
& Paralyſim, admodum eſt efficax.* Olei veteris & irini pondo ſex, laurini pondo ſex, pyracini pon-
C do ſex, ceræ pondo ſex, terebinthinę vncias duas, piperis vncias duas, euphorbij vncias duas, {gut
tæ ammoniaci vncias tres, caſtorij vncias duas,} opopanacis vncias duas, chalbani vncias duas,
medullæ ceruinæ vnc. duas. Liquabilia vbi liqueſeceris, ſiccis affũdito, ac vnitis vtitor. ℭ *Aliud
Acopon ad Coxarum dolores, & in vniuerſum ad Omnia.* Myrrhę partem vnam, pyrethri partem ac di-
midiam: læuigatis gleucinum affunditur, vt medicamentum ſtrigmenti ſpiſſitudinem accipiat.
Vbi opportunitas accidit, rhodino admiſto vtitor.

Democratis Acoporum compoſitiones. CAP. 16.

PLurima medicinæ cum ſtudioſi dictitent
Acoporum de vſu myracoporum q́; omnium,
Hæc, quæ ſient, dicam, & quo conferant modo,
Qua'ue ratione facias quodq; pharmacum.
Ergo & dolores neruorum hæc omnia leuant,
Carnis q́; totius & muſculũm, quibus
Moleſta laſſitudo eſt, aut perfrictio,
D Aut his dolores ſimiles ſine patentibus
Cauſis oborientes. Quin laſſitudini
Obnoxios, & frigori, haud faciles parant,
Siqui vſi prius ita prodeant ad munia
Vitæ neceſſaria obeunda. Corporis
Et carne partes pabulo indigas ſuo
Explent, perunctis aſſumpto a cibo locis.
Qui conualeſcunt ægre, hos, & ſenes iuuant,
Ipſis per hyemem ad veſperam linentibus.
Quę porrò acopa faciunt, alio vobis loco
Exponam: & horum ſcripta ſubiungam ordine,
In quem vel vſum quoq; veniant, mox tranſigam.
Nunc referam, quo primum liceat facere modo.
Nanq; ammoniaci bis quinas quidem vncias,
Sine vncias mauult quis, ſeu pondus aliud,
Idem q́; thuris, at quaternas chalbani,

Cerui medullæ tantundem: parem modum E
Simul attici q; deinde mittunt œsypi,
Terebinthinæ perlucidæ centum & bis duas,
Mellis recentis optimi rursus decem,
Æqualem tribuunt ponticæ ceræ modum,
Adipis recentis anseris mollis decem,
Vini falerni quinq; plures'ue heminas
Aut pauciores paulo conijciunt quoque,
Itidem olei veteris bis viginti boni.
Id autem graueolens haudquaquam commiseris,
Sic nanq; fiet, gratum vt sit hoc vtentibus.
Paratur sic. Maiusculo in mortario
Simulatq; thus in grumulos confregeris
Et ammoniacum, vinum affundens protinus,
Atque hæc dimittens macerari mediocriter,
Tere cochleari: in mellis spissitudinem F
Cogantur: addito mel vnà, atque œsypum,
Cerui medullam, quæ in pila counies.
Ac deinde cera in ollula liquescito,
Oleum q; totum iuncta & adipe & chalbano:
Terebinthinam q; colliquefacies, simul
Superfundens coeuntibus in mortario:
Sed spatula parua, vt refrigescant, permoue.
Tum subigito tantisper hæc omnia manu,
Vnita bene dum appareant, & humidi
Mellis boni q; crassitudinem habuerint.
In stanneum vas condito, vel buxeum,
Hoc sedulo vsus optimo ceu pharmaco.
Est commodissimum & mulieribus quoque,
Quis est oborta phlegmone intus: vteri
Duritiam abigit inde, simul & scirrhi metum, G
Vbi pessulo vsurpare pharmacum iubet
Litum vtero, quod indere hoc solent modo.
Benefacit hoc idem ad dolores aurium
Expertium visceris, sine q; fluxu graues.
Sergetici autem mittis irini vnguinis
Aut portionem quartam, aut trinam pharmaco,
Calido q; lanam intinctam addis foramini.

Aliud.

Et Viridacopon hoc efficax supra modum,
Vnde & laborum exordijs facit magis
Arthriticis, podagricis quoque efficax.
Hoc ante balneas medicamento litis
Et pedibus & neruis incrassatis simul,
Plures fuisse sanatos conspeximus.
Habet boni thuris pondo libram vnicam, H
Ammoniaci guttæ pondo libras duas,
Aphronitri quàm albissimi solum libram,
Tantundem puriusculi attici œsypi,
Myrrhæ q; lectæ, & non lignosi chalbani,
Opopanacis q; puri, singulûm omnium
Octo vncias exacte perpendens libra:
Quatuor euphorbij recentis vncias.
His asperi pares dato limnesij,
Hoc nominant adarcen vnguentarij
In Italia institores, qui'ue coemunt:
Ceræ admodum bonæ duo pondo ponticæ:
Terebinthinæ tot puræ, semissem insuper:
Olei laurini, cyprini q;, & gleucini,
Sergetici, irini q; singulam libram:
Olei veteris, recentis quoque lentiscini,

A Cuiusq; rursum horum immittes pondo duo:
Aceti modicum, quo misturas simplices
Siccas abunde contritas contemperes
Liquidis vnguinibus, & ceræ, terebinthinæ,
Ac chalbano, liquori panacis, & alijs.
Vbi calida atq; adhuc feruentia in pilam
Conieceris, cochleari & manibus contere
Valenter. Vnita omnia sic reponito
In pyxidem, qualem paulo prius.
Audacter inueteratis q; omnibus vtitor.

Aliud.

Et hoc parabile passim Acopon, item bonum.
Potissimum per hyemem, si est profectio
Vsquam, malo opportunis facile subuenit.
Quod puri recipit chalbani tres vncias,
B Sed vnam opopanacis recentis vnciam,
Floris salis tres, & quaternas œsypi,
Ammoniaci guttæ bonæ pondo libras
Octo, atq; ceræ vnam, pityinæ torridæ
Non fœtidæ quaternas bis pone vncias,
Olei sabini bis quaternas & libras,
Plus hyeme ceu libram oportebit indere,
Vini falerni nigri denis vncijs.
Sic præparato. Ammoniacum in mortario
Contundito, atq; deinde vinum affundito,
Paulisper macera, curiose conterens
Florem salis: tunc etiam adijcias œsypum,
Terens tum, ac faciens mellis spissitudinem.
Liquatis colliquandis, inde chalbanum,
Tum opopanacem adiunctum, rursus liquefacito.
C Leuigatis q; prius in pila, vnitis probe
Super q; fundito, & manibus miscens ita
Pharmacum adhuc feruens vitreo vase condito.

Aliud Myracopon.

Et hoc Myracopon optimorum inest gregi.
Nam suauitatis plenum est. Iuuat insigniter
Quos nominaui paulo affectus antea.
Stactæ bonæ receptat ternas vncias,
Opobalsami tres, & mellis tres attici,
Ceræ q; puræ ponticæ tres, vnguinis
Crocini syriaci quoque quaternas vncias:
Ammoniaci quàm albissimi, & leuis salis,
Sextantem: candidæ & puræ terebinthinæ
* Vnam vnciam, atq; partem ipsius vnicam:
Et cinnamomi, nec non malabathri quoque,
D Libram adde, & partem libræ tertiam insuper.
Sin absit autem malabathrum forsan tibi,
Adiunge nardi tantundem gangitidis:
Istud bonis mediocriter vnguentum additur,
Abunde medicamentosum vt nullum inuenis
Aliud: vel irini tantum sergetici
Vel cyziceni pondo, idem amaracini.
His vteris, vbi non adsit quod diximus
Malabathrum: arbitror moderatum myracopon
Nihil minus sanè auxiliari vtentibus.
Sic confit. Accurate mel factum leue
Adiunge, & stacten tritam modice misceas,
Opobalsamum q;, ac rursum exacte contere.
Cera, crocino, terebinthina pura duplo
Iniectis vasi, prædicta liquescant aqua
In alia olla: liquefactis inde malabathrum.

Quinta Classis.

Et cunctis vnitis modice, vt non ferueat, E
Duplex depone vas protinus ex caccabo.
Exacte frigerato, & raso pharmaco,
Et addito ijs, quæ iam prius recensui,
Mortario læuigato rursus, dum probe
Totum vniatur, fiat q; vnum pharmacum.
Voles at si ipsum reddere efficacius
Ad vitia neruorum, simul ad diutina,
Affectiones longas, tensos musculos,
Euphorbij recentis etiamnum & boni
Toti vncias duas admisceas ponderi,
Cum sale q;, melle q;, insuper opobalsamo
Elęuigatum ante, quo satis erit tempore.
Ita q; omnia dicta in vnum cum redegeris,
In pyxidem, vel vas vitreum, reponito.
A balneis in vsum potius ducito. F
Cum Regi facies Principi've myracopon,
Perfacile vel para ignis sine commercio,
Opobalsami collectis ternis vncijs,
Et optimi malabathri quindecim vncias,
Et cinnamomi tantundem boni cape,
Ceræ q; non olentis candidissimæ
Denarios decem. Sic ipsum præpara.
Partem malabathri tertiam, & ceram quoque
Concisam multa in frusta minutissime,
Argentea in tenui recondc phiala.
Aqua calente plurimum, vt liquaueris,
Ipsum refrigerato, deinde radito.
Tum leuia iungens rursus in opobalsamo
Et cinnamomo totum contere vniens,
Quod restat ipsis suprafundens malabathrum. G
Terens adunito manibus, sic condito
Argenteum in vas aut vitreum, sed crassius:
Sic nanq; tuto habebis semper pharmacum.
At si trientem libræ addas gangitidis
Nardi, medicamen reddes longe suauius
Præstantius q; ad vitia adhuc recentia
Synchrisma, cinnamomon tibi ni suppetat,
Minimo quidem peius habebis, vere at bonum,
Alio omni & multo myracopo præstantius,
At si proponis id facere efficacius
Ad quos retuli modo affectus, atlantici
Euphorbij iunges quaternas vncias.
Nam sic erit suaue, nec inefficax,
Misturis licet confectum paucioribus.
Cognouimus quosdam vti multis pinguibus, H
Medulla multa, & non nullis aromatis,
Liquoribus, vnguentis, & oleis aliquibus,
Quibus contra vsus, cognoui esse talia
Expertium boni, qui non probauerint
Misturas, neq; naturas horum simplices.

Galeno

GALENO FALSO ASCRIPTVS LIBER
DE PONDERIBVS ET MENSVRIS

Augustino Gadaldino Mutinensi interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Ponderum ac Mensurarum doctrina ex varijs auctoribus collecta traditur.

Quas res Pondere, quas Mensura metiamur. CAP. I.

Ondus grauitate mensum iudicatur: mensura vasculi concauitate: vasculum quãtitatis siccæ vel humidæ est mensura: Ita vt tres eius, quam metimur, quantitatis differentiæ sint: vna ponderis: altera substantiæ siccæ, quæ in cumulum possit aggregari: tertia humidæ. Cum vero q̃plura ac pene infinita sint tum pondera tum mensuræ pro regionibus ac consuetudinibus vtentium, nos sane de eis, quæ maxime familiaria apud omnes sunt, sermonem habebimus.

De Notis Ponderum ac Mensurarum. CAP. 2.

C Sed quoniam non nulli non integris literis, sed per notas seu characteres, hæc ipsa pondera ac mensuras significant, satius vtique fuerit nos veteres sectando, primum ipsas notas declarare.

Primum igitur χ littera, vbi superadditum α elementum habuerit, Chalcum idest æreum (grę̨ce χαλκοῦν) vt vides, significat, χ̃. Si vero suprapositũ ο habuerit, Choa (grę̨ce χόα) significat, χ. Si † οι, Chœnicen (græce χοίνικα) † χ̃. Si η, Chemen (grę̨ce χήμην) χ̈.

† Aliter, γ.

Κ vero litera, si quidem ε elementum sibi suprapositum habeat, lineam q̃; rectam, quæ per obliquum inferius cornu ipsius secet, Ceratium idest siliquam (græce κεράτιον) significat, κ̃. Si vero υ, Cyathum (græce κύαθον) κ̌. Si vero ο, Cotylan idest heminam (græce κοτύλην) κ̊.

† Aliter, χ̇.

† Linea vero aperistictos (idest quã nihil aliud circũsignat) recta, oblique omnino posita, Obolũ (græce ὀβολον) significat ⟍. Duæ vero aperistictę, duos obolos ⟍⟍, qui Gramma idest scrupulum seu scriptulum (græce γράμμα) faciunt: quod quidem à Γ cui prope sit ρ à linea quadam recta sectum indicatur, ☧.

† Alio mõ hic locus vertitur. Linea vero circũflexa, quam nihil aliud circũstat, & quæ oĩno per obliquum ponit̃, obolum significat ∽. Duæ vero circumflexæ & cæt ∽∽. Tu tamẽ cõfer cũ græcis codicibus, in quib⁹ verba, vt nos vertim⁹, iacẽt, quãuis ĩ aliquib⁹ hoc mõ ∽ ∽∽ characteres notentur.

Duæ autem lineæ, quæ se in altera extremitate contingant, ita vt angulum ad similitudinem duorum cornuum ipsius Κ ad rectam seu perpendicularem lineam spectãtium faciant, Drachmã,

D quæ & Holca etiam cognominatur, significant, <. Proprie tamen Holca (græce ὁλκή) ab antiquis per λ, quod in medio habeat ο, notabatur, λ̣.

Nam si id ipsum λ † in medio habeat ι, Libram (græce λίτραν) significat, λ. } Quidam etiã alij alteram ipsius λ lineam per obliquum altera linea secantes, Libram indicant, λ̸.

† AP. adiunctũ habeat, libram significat. λι.

Γ vero intra suum ipsius angulum ο habens, Vnciam (græce οὐγγίαν) significat, Γο.

μ vero, si in medio habeat ν, Minã (græce μνᾶν) significat, μ́. Si υ, Mystrũ (græce μύστρον) μ̌. Si ε, Medimnum (græce μέδιμνον) μ̇. Si ο, Modium (græce μόδιον) μ̊.

τ autem, quod post se habeat ρ, ei q̃; incumbens υ, Tryblion (græce τρύβλιον) denotat, τρ̌.

ξ autem si supra se ε habuerit, Xesten idest sextarium (græce ξέστην) significat, ξ̇. Si ο, Oxybaphum, idest Acetabulum (græce ὀξύβαφον) ξ̊. Quidam vero per ξ à linea recta sectum, Xesten notant, ξ̸.

η vero suprapositum μ habens, Heminam (græce ἡμίναν) significat, η̃.

Κ autem & ρ quibus μ incumbat, Ceramium idest amphoram (græce κεράμιον) significat, Κρ̃.

De Ponderibus. CAP. 3.

Mina Attica & Ægyptia habet vncias 16. Mina Romana vncias 20.
Libra vncias 12.

Vncia drachmas 8, quæ & Holcæ dicuntur. E
Drachma habet siliquas 18. Alij vero dicunt scrupulos 3.
Scrupulus habet obolos 2.
Obolus siliquas 3.
Siliqua habet sitaria idest granula 4. Alij vero dicunt æreos 2, duasq; tertias alterius partes. Nam obolus æreos 8 habet.

De Mensuris Humidorum. CAP. 4.

Amphora Italica habet choas 8.
Chus idest congius, sextarios 6.
* Al. Cotylas. Sextarius cochlearia 2: Quæ & Tryblia dicuntur. Alij dicunt Sextarium habere pondus libræ 1 & semissis.
Trybliũ habet vncias 9.
Cochlearium idem pondus habet.
Cotyla siue Tryblium (nam idem sunt) habet mystra magna 3, acetabula 4.
Nam magnum Mystrum habet acetabulum 1 & tertiam ipsius partem.
Acetabulum habet sesquicyathum. F
Cyathus habet chemas paruas, vel mystra parua 2.

Si vero etiam pondus mensurarum humidorum scire velis, permulta sanè sunt substantiarum humidarum iuxta inclinationem differentiæ, vt in olei & vini & mellis exemplo dicemus. Mel igitur vino grauius est quarta parte amplius q; etiam decima: quod in vniuersum, proximum est tertiæ: habet enim eadem mellis ad vinum quantitas seu moles, totum vini pondus ac tertiam insuper ipsius partem. Oleo mel dimidia parte grauius est: habet enim totum olei pōdus, ac dimidiam insuper ipsius partem. Vinum oleo nona parte excedit: nam totum olei pōdus, & nonam insuper ipsius partem, continet. Maioris autem declarationis causa, in tabula, mensurarum pondera singillatim subijciemus, cum pro comperto constitutum sit Oleum Vinum & Mel de omnibus sibi ordine subiectis enunciari.

	Olei		*Vini*		*Mellis*	
Amphora Italica habet	Libras	72.	Libras	80.	Libras	108.
Chus habet	Libras	9.	Libras	10.	Libras	13. et semisse.
Sextarius habet	Vncias	18.	Vncias	20.	Vncias	27.
Cotyla habet	Vncias	9.	Vncias	10.	Vncias	13. et semisse. G
Mystrũ magnũ habet	Vncias	3.	Vncias	3 scrup. 8.	Vncias	4. et semisse.
Mystrũ paruum habet	Drachmas	6.	Drach.	6 scrup. 2.	Drach.	9.
Acetabulum habet	Drachmas	18.	Vncias	2. scrup. 12.	Vncias	3. scrup. 9.
Cyathus habet	Drachmas	12.	Drach.	12. scrup. 4.	Vncias	2. drach. 2.

ORIBASIVS vero ex Adamantij sentētia ait Sextariũ Italicũ Vini quidē mēsura vncias 24, pondere libram 1 ac vncias 8 habere: Mellis vero mensura libras duas & dimidiam pendere.

De Mensuris Aridorum. CAP. 5.

† Al. 3. Artaba Ægyptia habet modios † 5.
Modius Ægyptius & Italicus habet Chœnicas 8.
Chœnix sextarios 2.
Sextarius semisextarios 2, quas & Heminas appellant.
* Al. Mina. Hemina habet cyathos 8.
Medimnus Atticus continet hemiecta idest semisexta 12.
Semisextum habet chœnicas 4. Ita vt Medimnus pendat modios 6, chœnicas 48, sextarios 96. H

Harum mensurarum pondus exponere haud facile est, quod infinitæ ferè iuxta inclinationē sint materiarum diuersitates secundum artis medicæ doctrinam: quēadmodum ante nos, præstantes medici præceptoresq; mirum in modum declararunt.

DE SIGNIS ET NOTIS PONDERVM ET MENSVRARVM CAP. I.

SIgnorum ac notarum doctrina cum maxime necessaria sit, haud obiter sanè describenda est: vt si qua in medicamentorum confectionibus symbolice posita inuenerimus, pondus ab ipsis significatum statim cognoscamus.

μ igitur elementum, cui ν supraponatur, μνᾶν idest Minam significat, μ̆.
* Al. adiacens. λ subiectum habens ι, λίτραν idest Libram denotat, *λ.
* Aliter. λι. Γ subiectum ο habens, οὐγγίαν idest Vnciam, significat, Γο.
Apud aliquos autem inueni ν supra se habens ο Vnciam significare, ν̊.
μ supra positum habens ε, μέρος idest Partem significat, μ̊.
λ transuerse collocatum, si cornua ad dexteram vergentia habeat, Drachmam significat, < : si ad sinistram, Drachmæ dimidium, >.
S Romanum apud non nullos quidem Triobolum: apud nos vero cuiusq; ponderis dimidium significat,

A significat, S: Trãsuerse vero positũ, si vnicũ sit, Obolũ significat, ∽: si duo sint, duos obolos ∽∽.
C græcum elementum intus conuersum, Semiobolum denotat, Ɔ.
ξ suprapositum ε habens, ξέϛην, ideſt Sextarium, significat, ξ^ε.
K suprapositum habens υ, Cyathum (græce κύαθον) significat, K^υ.
Λ ipsi ο suprapositum, Holcam (græce ὁλκὴν) quæ & drachma ẽt cognominatur, significat, λ^ο.

De Ponderibus & Mensuris. CAP. 2.

Mina Italica habet drachmas 144. Mina attica drachmas 1*22. Vt Mina Italis sit libra & semis: Atticis libra 1, vnciæ 3, drachmæ 4.
Vncia apud Atticos continet drachmas 7: apud Italos drachmas 8.
Drachma habet scupulos 3.
Vncia autem continet scrupulos 24.
Libra continet vncias 12, † holcas 2. Holcam verò etiam Drachmam cognominant.
Scrupulus habet obolum 1, æreos 4.
Obolus habet æreos 6.
Æreus autem & Siliqua omnium ponderum sunt minima, ad ęquandam trutinam imposita.

* Vel hic legendũ 124, vel inferius drach. 2, vbi drach. 4 legitur.

† Al. legitur, Di drachma habet holcas, id ẽ drachmas 2.

B Medimnus habet semisexta 12.
Semisextum habet choas 2, chœnicas 4.
Chus habet chœnicas 2, sextarios 8.
Vt Medimnus contineat chœnicas 48, sextarios 192.
Chœnix habet cotylas 8, sextarios 4.
Sextarius cotylas 2, cyathos 12.
Et hoc modo Græcorum plurimi res metiuntur.
Apud Italos autẽ Chus inuenitur, qui mẽsura quidẽ sextarios 6, cotylas 12 habeat: pondere vero aquæ pluuialis, quæ minime fallax est, drachmas 72. Chœnix item Italis habet sextarios 3, cotylas 6. Et hoc pondus Atticis Tryblium nominatur.
Acetabulum est quarta pars cotylæ.
Habet autem sextarius pondere drachmas 120.
Proprie vero Græca Cotyla olei pendet libram 1. Sextarius librãs 2. Cotyla Italica pendit olei vncias 8, vini vncias 9.
Scire autem oportet mensuras iuxta pondus pro materiæ diuersitate haud mediocriter variari.

C 'Ex libris Cleopatrae de Mvndiciis

De ponderibus & Mensuris.

Mina ponderis est nomen: habet autem vncias 16, drachmas 128, scrupulos 384, obolos 768, thermos, id est lupinos 1152, siliquas 2304, æreos 6144. Attica mina habet vncias 12 & semissẽ, drachmas 100, scrupulos 300, obolos 600, lupinos 900, siliquas 1800, ęreos 4800. Ptolemaica mina habet vncias 18, drachmas 144, scrupulos 432, obolos 864, lupinos 1296, siliquas 2592, æreos 6912.
Libra habet vncias 12, drachmas 96, scrupulos 288, obolos 576, lupinos 864, siliquas 1728, ęreos 4608.
Vncia habet drachmas 8, scrupulos 24, obolos 48, lupinos 72, siliquas 144, æreos 384. Vocatur etiam alio nomine Tetrassaron Italicon, ideſt Quatrussis Italicus.
Drachma habet scrupulos 3, obolos 6, lupinos 9, siliquas 18, æreos 48.
Denarius Italicus habet drachmam 1.
Drachma etiam ãlia ęquiuoce vocatur ipsa Ægyptiaca, quę est sexta pars drachmæ Atticę, obolũ 1 pendens.
D Scrupulus habet obolos 2, lupinos 3, siliquas 6, æreos 16.
Obolus habet lupinum & semissem, siliquas 3, æreos 8.
Semiobolus habet siliquam & semissem, æreos 4.
Lupinus habet siliquas 2, æreos 5 & tertiam alterius partem.
Semiobolus vero Atticus alterius semioboli quatuor quintas habet.
Siliqua habet atticos ęreos 2, & duas tertias partes alterius ærei.
Æreus habet semioboli quartam partem. {Ita vt semiobolus 4 ęreos pendat.}
Stater pendit drachmas 4. Appellant q; ipsum Tetradrachmon.
Dupondium etiam similiter pendit drachmas 4.
Nux etiam regia pendit drachmas 4.
Cheme magna habet drachmas 3. Parua drachmas 2.
Assarium id est As, habet drachmas 2.
Cochlearium habet drachmam 1.
Cyathus habet drachmas 10, siue vnciam 1 & quartam eius partem, scrupulos 30, obolos 60, lupinos 90, siliquas 180, ęreos 480. Est autem Cyathus sexta pars cotyles.
Cotyle, mensura quidem habet cyathos 6: pondere vero drachmas 60, vncias 7 & semissem,

scrupulos

ſcrupulos 180, obolos 360, lupinos 540, ſiliquas 1080, æreos 2880. E
Tryblium eandem capit menſurã quã cotyle, nã menſura capit cyathos 6, pondere drachmas 60.
Sextarius menſura habet cotylas 2, pondere drachmas 120. Vocatur autem ſextarius apud Ægyptios Inion.
Acetabulum menſura habet cotyles quartam partem, cyathum j & ſemis: pondere drachmas 15.
Concha magna eãdem ſeruat menſuram, quam Acetabulum: nam menſura habet ſeſquicyathũ, pondere drachmas 15. Concha minor, menſura habet ſemicyathum, pondere drachmas 5.
Myſtrum magnum habet ſextamdecimam cotyles partem, quæ ſunt drachmæ 3 cum dimidia & quarta. Myſtrum minus habet cotyles vigeſimamſecundam partem: quæ ſunt drachmæ 2, ſcrupuli 2, & ſiliqua 1, & vndecima ferè ipſius pars.
Chus hẽt menſura quidem cotylas atticas 12, ſextarios 6, chœnicas 4: pondere drach. 720.
Chœnix habet menſura quidem cotylas 3 pondere vero drachmas 180.
In Georgicis inueni Cotylam trium eſſe quartarum ſextertij.
Choa vero ſextariorum 9, cotylarum 12.
Amphorea ſextariorum 36, cotylarum 48.
Metreten ſextariorum 72, cotylarum 96. F
Medimnum ſextariorum 108, cotylarum 144.
† Alias 90.
Metretes vero apud Syros habet ſextarios † 6, apud Italos vero 120.
Tryblium & Acetabulum ſimiliter habent cotyles quartam partem.
Cyathus cotyles ſextam partem.

ALITER DE EISDEM

Mina Attica habet vncias 12. Alia mina habet vncias 15. Ptolemaica vncias 18.
Libra habet vncias 12.
Vncia habet drachmas 8.
Drachma habet ſcrupulos 3.
Scrupulus habet obolos 2.
Obolus habet lupinum 1 & ſemiſſem.
Lupinus habet ſiliquas 2 æreos † 5.
Semiobolus Atticus alterius ſemioboli quatuor quintas habet.
Siliqua habet æreos atticos 2 & duas alterius quintas.
Æreus habet ſemioboli quartam partem. Vt 4 obolos pendat ſemiobolus. G
Stater pendit drachmas 4. Vocant autem & ipſum Tetradrachmon.
Dupondium habet drachmas 4.
Nux regia ſimiliter pendit drachmas 4.
Cheme magna habet drachmas 3. Cheme parua drachmas 2.
As habet drachmas 2.
Cochlearium habet drachmam 1.

† Si hic qnq.ẽ legẽdũ, iſerius paulo poſt, duos & ſemis, legere oportebit: ſi ibi, duos & duas quintas, hic quatuor, & quatuor quartas alterius, ẽ legendum. Forte tñ, ſi ſuperiora conſiderentur, hic legendum eſſet, quinque & tertiã alteri⁹ ptẽ, inferius vero duos & duas alterius tertias.

DE MENSVRIS ET PONDERIBVS VETERINARIORVM

VNcia habet drachmas † 8.
Drachma habet ſcrupulos 3, obolos 6.
† Al. 7 & ſemis.
Cotyle habet vncias 12, acetabula 2.
Acetabulum facit vncias 6.
Acetabulum habet cyathos 3.
Cyathus habet myſtra 4.
Myſtrum facit vnciæ dimidium.
Myſtrum habet cochlearia 2. H
Cochlearium eſt myſtri dimidium.
Cochlearium facit ſcrupulos 6.
Scrupulus facit obolum.
† Al. vnciã i. & ſemiſſem.
Siclium (i. Sicilicus) † vnciæ dimidium.
{Cyathus myſtra 4. Vt ſit myſtrum vnciæ dimidium.}
{Myſtrum facit cochlearia 2. Vt cochlearium ſit vnciæ quarta pars.}
Mina habet vncias 15, holcas 112 & ſemiſſem.
Libra habet holcas 90.
Denarius habet ſcrupulos 4.

De Menſuris Humidorum.

Amphora Italica habet choas 8.
Chus habet ſextarios 6.
*Al. Tribana
Sextarius habet cotylas 2, quę & Trybliã dicuntur.
Cotyle eandem menſuram continet, quam tryblion.
Tryblium habet myſtra magna 3, acetabula vero 4.

Myſtrum

A Myſtrum magnum habet acetabulum 1, & tertiam partem.
Acetabulum habet ſeſquicyathum.
Cyathus habet chemas paruas vel myſtra parua 2.

	Olei	*Vini*	*Mellis*
Amphora Italica habet	Libr. 72.	Libr. 80.	Libr. 108.
Chus.	Libr. 9.	Libr. 10.	Libr. 13. & ſemiſſem.
Sextarius	Vnc. 18.	Vnc. 20.	Vnc. 27.
Cotyle	Vnc. 9.	Vnc. 10.	Vnc. 13. & ſemiſſem.
Myſtrum magnum	Vnc. 3.	Vnc. 3. ſcrup. 8.	Vnc. 4. & ſemiſſem.
Myſtrum paruum	Drach. 6.	Drach. 6. ſcrup. 2.	Drach. 9.
Acetabulum	Drach. 18.	Drach. 20.	Vnc. 3, drach. 3.
Cyathus	Vnc. 1. & ſemiſſem.	Drach. 13. ſcrup. 1.	Drach. 18.

DIOSCORIDAE DE MENSVRIS ET PONDERIBVS.

EGo chariſſime de ponderibus & mẽſuris ita perſcrutatus ſum, quippe à minimis initium ſumpſi, & ad Minam vſq; multiplicando aſcendi.

B *De Ponderibus.* CAP. 1.

Siliqua idem pondus habet, quod Æreus.
Obolus habet æreos 3. Vnde ſemiobolus habet pondere ſiliquam & ſemiſſem.
Scrupulus pendit obolos 2, ideſt æreos 6.
Drachma, & quæ Holce dicitur, pendit ſcrupulos 3, id eſt obolos 6.
Vnciam habet drachmas 8, ſcrupulos 24.
Libra habet vncias 12, drachmas 96.
Mina ſecundum medendi vſum pendit vncias 16, ideſt holcas 128. Mina Italica pendit vncias 18. ideſt ſeſquilibram, drachmas autem 144. Mina Alexandrina pendit vncias 20, ideſt holcas 160.

De Menſuris Humidorum.

Vini. CAP. 2.

1 Amphora habet libras 80.
2 Vrna libras 40.
3 Chus id eſt congius libras 10.
C 4 Semicongius libras 5.
5 Sextarius habet libram 1, vncias 8.
6 Hemina, id eſt cotyla, vncias 10.
7 Quartarius habet vncias 5.
8 Acetabulum, ideſt quarta pars cotyles, æquat vncias 2 & ſemiſſem.
9 Cyathus, ideſt ſexta pars cotyles, æquat vnciam 1 & ſemiſſem, & ſcrupulos 4.
10 Cheme eſt cyathi quarta pars, æquat drachmas 3, ſcrupulum 1.

Aquæ.

Idem eſt pondus aquæ & aceti. Aiunt autem, ſi aqua pluuiali vas repleatur, minime fallax, ſed iuſtiſſimum pondus eſſe.
1 Amphora habet libras 72.
2 Vrna habet libras 36.
3 Congius habet libras 9.
4 Semicongius habet libras 4 & ſemiſſem.
5 Sextarius habet vncias 18.
D 6 Hemina, quę & cotyle eſt, habet vncias 9.
7 Quartarius habet vncias 4 & ſemiſſem.
8 Acetabulum, quod eſt cotyles quarta pars, habet vncias 2 & drachmas 2.
9 Cyathus, qui eſt ſexta pars cotyles, habet vnciam 1 & ſemiſſem.
10 Cheme, cyathi quarta pars, habet drachmas 3.

Mellis.

1 Amphora habet libras † 108. † Aliter 120.
2 Vrna habet libras † 54. † Aliter 60.
3 Congius habet libras † 13 & ſemiſſem. } † Aliter 15.
4 Semicongius habet libras † 6 & vncias 9. † Al. 7 & ſemiſſem.
5 Sextarius habet libras 2 & † vncias 3. † Al. ſemiſſem.
6 Hemina habet libram 1 & vnciam 1 & ſemiſſem.
7 Quartarius habet vncias 6 & drachmas 6.
8 Acetabulum habet vncias 3 drachmas q; † 3. † Aliter 2.
9 Cyathus habet vncias 2 & drachmas † 2. † Al. ſemiſſẽ.
10 Cheme, quæ eſt cyathi quarta pars, habet † drachmas 4 & obolos 3. } † Aliter drac. 5.

De Menſuris.

DE MENSVRIS, ET PONDERIBVS E

Medimnus habet ſemiſexta 12.
Semiſextum habet choas 2.
Chus habet chœnicas 4.
Chœnix habet cotylas atticas 3: pondere autem, holcas 180.
Chus menſura quidem eſt cotylarum atticarum 12: pondere vero pendit drachmas 720.
Sextarius menſura quidem eſt cotylarum 2: pondere vero drachmas 120 pendit.
Cotyle habet cyathos 6: pondere vero drachmas 6. Cotylam Attici etiam Trybliū appellant.
Acetabulum, menſura eſt cotyles quarta pars, quod eſt ſeſquicyathus: pondere vero hēt drach. 15.
Cyathus eſt drachmarum 10.
Cheme eſt cyathi quarta pars, drachmæ 2 & ſemis.
Myſtrum magnum eſt cotyles decimaoctaua pars: pendit drachmas 3 & ſcrupulum 1. Myſtrum paruum eſt cotyles vigeſima quarta pars: pendit drachmas 2 & ſemiſſem. Myſtrum iuſtiſſimum habet ſcrupulos 8.
Cochlearium habet ſcrupulos 3.
Nucis baſilicæ ſeu regiæ magnitudo pendit drachmas 7. F
Nucis ponticę magnitudo pendit drachmam 1.
Balani ideſt glandis magnitudo pendit drachmæ dimidium.
Fabæ ægyptiæ magnitudo pendit obolum & ſemiſſem.
Orobi magnitudo pendit æreos 2.

DE SIGNIS PONDERVM AC MENSVRARVM

Cum expoſitio ſignorum pondera ac menſuras indicantium neceſſaria ſit, eam hic deſcripſi, vt ſiquando ea ipſa ſigna in medicamentis notata inueneris, haudquaquam errare poſſis.

ν itaq; quod ſupra μ ſit poſitum, μνᾶν, ideſt minam, ſignificat, μ̓.
λ quando ſubiectum habeat ι, λίτραν id eſt libram, ſignificat, λ̣.
Γ quod ο ſupra vel infra ſe habeat, οὐγγίαν id eſt vnciam, ſignificat, Γ° ̥Γ.
Apud non nullos autem inueni ν, quod ſupra ſe ο habeat, vnciam ſignificare, ν°.
μ quod ſupra ſe habeat ε, μέρος, id eſt partem, ſignificat, μ̊.
λ obliquum, ſi ad dexteram cornua vergentia habeat, drachmam ſignificat < : ſi ad ſiniſtram, drachmę dimidium, > .
S Romanum, apud aliquos quidem triobolum: apud nos vero cuiuſq; ponderis dimidium ſignificat, S. Si autem tranſuerſe ponatur, obolum 1 ſignificat, ∽ . G

FINIS QVINTAE CLASSIS

AAAAA BBBBB CCCCC DDDDD EEEEE FFFFF GGGGG HHHHH IIIII KKKKK LLLLL MMMMM NNNNN OOOOO PPPPP QQQQQ RRRRR SSSS S TTTTT VVVVV XXXXX YYYYY ZZZZZ
aaaaa bbbbb ccccc ddddd eeeee fffff ggggg hhhhh iiiii kkkkk lllll mmmmm
Omnes ſunt quaterniones præter mmmmm ternionem.

VENETIIS APVD HAEREDES
LVCAEANTONI IVNCTAE.



GALENI

LIBRORVM
SEXTA CLASSIS

DE CVCVRBITVLIS, SCARIFICATIO-
nibus, Hirudinibus, & Phlebotomiæ
pręcipuo artis remedio traditæ.

QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE,
*non parum ornatior prodiens, pluribus casti-
gationibus ad antiquorum exemplarium
Græcorum fidem locupletata.*

*Locis etiam Hippocratis nunc primum
in margine signatis.*

Ὄργανα εἰς κλινικήν.

VENETIIS APVD IVNTAS M D LXV.

QVÆ SEXTA CLASSE HABENTVR

Hos libros omnes multis in locis emendauit Auguſtinus Gadaldinus ad vetuſtiſſimorum exemplarium græcorum veritatem.

GALENI

DE HIRVDINIBVS REVVLSIONE CVCVRBITVLA, CVTIS CONCISIONE SIVE SCARIFICATIONE

Ferdinando Balamio Siculo interprete.

De Hirudinibus. CAP. 1.

NOn nulli captas hirudines includunt, easq́ꝫ ad multiplicem vsum accõmodant. Vbi enim mitescunt, carni facile admouentur. Quæ vero modo captæ fuerint, per diem adseruandę, exiguoq́ꝫ sanguine alẽdæ sunt: atqꝫ ita fit, vt quicquid virulentum in se continent, exprimatur. Quando autem ijs vti opus est, ea pars, cui hirudines admouendæ sunt, nitro prius fricanda, inungendaq́ꝫ, vnguibus'ue ipsis scalpẽda est, hoc enim pacto auidius adhærescũt. Oportet etiam eas ipsas in tepidam aquam,
C quæ vase lato & mundo contineatur, infundere, mox spongia cõprehensas mucore & sordibus manu purgare, atqꝫ ita admouere. Vbi vero admotæ fuerint, ne ea pars, cui inhæserint, frigescat, oleum tepidum superinfundes. Si autem manibus aut pedibus affigendæ sunt, in aquam, in quam hirudines iniectæ sint, manus aut pedes immergantur. Si vero non firmiter hæserint, earum caudæ forcipe incidendæ sunt: nanque ita, vbi sanguis effluxerit, ab attrahendo non desistunt, donec cinere aut sale os earum aspergatur. Postquam autem exciderint, quod relinqui ab eis venenosum solet, cucurbitula exhauriendum est: vel si id minime fiet, fotu per spongiam adhibito vtendum est. Quod si inde cruentæ lachrymulæ adhuc effluxerint, farinam cyminumq́ꝫ admoueto, lanamq́ꝫ subinde modico madentem oleo alligato. Cæterum si manare sanguis non desinat, linteolum aceto madefactum, gallam'ue combustam, vel spongiam in liquidam antea picem immissam mox crematam, imponito. Illud quoque compertum habere oportet, hirudines ipsas sanguinem illum attrahere, qui carni adiunctus est, non qui in imo corpore continetur. Earum vero vsus pro cucurbitulis esse solet. Præterea remouendæ tunc sunt, cum dimidiam sanguinis partem extraxerint. Quin etiã prohibendum, nec permittendum est, vt sanguis eousq́ꝫ effluat, quousq́ꝫ sit satis: siquidem pars ip
D sa frigescit, tum ob ipsas hirudines, quæ natura frigidę sunt, tum etiam ob aerem ambientem.

De Reuulsione. CAP. 2.

VEhementes humorum fluxiones reuulsione cohibendæ sunt, ne nimium confertæ alioquin prorumpant. Sunt autem remedia, quę per reuulsionem adhibẽtur, huiusmodi. In pectus videlicet, aut ventrem, siquid defluxerit, ad manus retrahendum est: vomitus vero ad partes inferiores: veluti quæ ex acribus clysteribus fluxiones proueniunt, vomitus contra præsidio auertuntur. His vero ambabus fluxionibus, cum superior atque vnà inferior venter vrgetur, eas ad vrinam sudoremq́ꝫ reuocabimus: vrinę autem fluxum ad sudorem aluiq́ꝫ deiectiones. Est quoque auxilium quod ex diuersis contrarijsq́ꝫ partibus reuellit cucurbitula, si mammis proxima apponatur. Item adiumento est, si vbi nimium sanguinis fluit è naribus, aut per loca muliebria immodici effluxus labuntur, præcordijs (hypochondria Græci dicunt) affigatur. Acria quoqꝫ medicamenta finibus* admota, eas fluxiones retrahunt, quibus caput aut viscera vexant. Atqꝫ vt summa rem cõplectar, ita reuulsio efficit: In humoribus videlicet partes superiores petentibus ad inferiores: & contra, si inferiores petant partes, ad superiores: & contra, ad dexteram similiter partem aut læuam, item in anteriorem aut posteriorem, siquid defluxerit, ad oppositas partes reuulsio facienda est.

* κόλποις. i. finibus. [illegible] κώλοις i. artubus.

De Cucurbitula. CAP. 3. E

CVcurbitulæ purgatis prius corporibus vtiles quidem, sed in repletis (quæ plethorica Græci vocant) prætermittẽdæ sunt. Idemq; initio phlegmones si vel cerebrum ea, vel cerebri membranulas, vel alias corporis partes occupauerit, seruandum est, eisq; abstinendum: sed cum nihil amplius adfluxerit, totumq; exinanierimus corpus, & vsus rei inflammãtis vel mouendæ vel amoliendæ, vel extrorsum abstrahendæ tulerit, illas adhibebimus. In his quoq; affectionibus dum gignuntur, non quidem membris ipsis quæ cœperint laborare, sed eis quæ laborantibus coniuncta fuerint, reuulsionis gratia cucurbitulæ sunt imponendæ. Initio vero quæ repercutiendi vim habeant, sunt adhibẽda. Cucurbitula exhaurire materiam, dolores soluere, phlegmonem minuere, inflationes discutere, appetẽtiam cibi excitare, imbecillo vẽtriculo vires restituere, animi deliquia leuare, si quæ profundas partes fluxiones infestent eas transferre & siccare, sanguinis eruptiones prohibere, & quicquid menstrua vitiauerit attrahere, ijsq; alleuiationem præstare potest.

De Scarificatione, seu Cutis Concisione. CAP. 4.

F

COrporis partes scarificandæ sunt, quæ phlegmone vel duritie vrgentur, quę vel tesæ fuerint, vel dolore aliquo affliguntur: quæq; fluxionibus vexantur, vbi eæ ipsæ fluxiones desierint: aut cum acrem materiam subesse viderimus, seu vis aliqua venenosa extrinsecus illata fuerit: præterea si ab altera ad alteram partem deducere materiam volumus, sicuti scarificatis cruribus, affecto capiti medemur: Siq; exuberans materia in corpore minuenda est, atq; ob id potissimũ exuberantia illa oriatur, q materia ipsa quę emitti solet supprimatur, scarificatione vtimur: quemadmodum sanguinis profusionibus suppressis (quas hæmorrhoidas Gręci appellant) crura ipsa lota quidem prius, vel spongia calido fomento adhibito, scarificantur. Eodem nanque anno venam frequenter incidere, minime quidem rationi consentaneum arbitramur: quandoquidem cum larga sanguinis copia vitalis quoque spiritus emittitur: quo sanè absumpto, crebrius quidem moles vniuersa frigescit, tum animales functiones omnes deteriores redduntur. Quamobrem ab ignobilioribus membris vtpote à cruribus sanguis educendus est. Vtilis quoque oculis scarificatio est, quos diutinæ fluxiones infestant: tum capitis vitijs: item particulis quæ pectori dorsóue adiunctæ sunt. Prodest præterea compactę materiæ, anginæq;.

Post hęc quatuor capita, Oribasium de eisdem rebus ex Galeno et alijs præstantissimis medicis tractantem impressimus, ut pleniorem in primis de hac re cognitionem habeas: postea ut consideres, an supra scripta capita priuatim scripserit Galenus an magis ab aliquo ex Galeni & aliorum libris, vel ex ipso potius Oribasio excerpta sint.

Oribasii

ORIBASII

DE CVCVRBITVLIS SCARIFICATIONE

Hirudinibus, Deriuatione, & Reuulsione sermo, in septimo & octauo Medicinalium collectionum ad Iulianum Imperatorem libro.

Augustino Gadaldino Mutinensi interprete.

EX LIBRO SEPTIMO

De Cucurbitula ex libris Galeni. CAP. 15.

Vcurbitulæ euacuatis prius corporibus vtiles sunt: nam vbi ea plethorica sunt, cucurbitulis nõ vtimur. Eadem etiam ratione vbi cerebrum eiusq; membranæ phlegmone vexantur, cucurbitulis in affectuũ principijs non vtimur, quemadmodũ sanè nec in vlla alia particula phlegmone laborante: sed vbi tum nihil amplius influxerit, tum totum corpus ante vacuauerimus, vsusq; postularit, vt aliquid eorum quæ in parte phlegmone laborante continentur, moueamus, eruamusq;, vel ad exteriora extrahamus. Dum vero affectus etiamnum fiunt, cucurbitula minime membris laborare incipientibus, sed ijs quæ his continuata sunt, reuulsionis causa imponenda est: in principio vero repellentibus est vtendum.

De Cucurbitula ex libris Antylli, ex Secundo sermone de Euacuantibus remedijs. CAP. 16.

*C IN mediocri dolore & in similibus, leuibus vtimur cucurbitulis, quæ scilicet sine incisione aptãtur. At in quibus roborare volumus, vehementibus est vtendum. In oppletis vero particulis, quemadmodum & in ijs quæ à corrupta vexant materia, cum incisione admouemus. Oportet autem, antequam eas adhibeamus, ventrem iam emollitum fuisse: aut omnino nullam infestantium excrementorum adesse suspitionem: ac prius comedisse omnino, vel aquam prius bibisse à leui nutrimento & iam subducto. Maxime vero oportet, si sanguinem detrahere volumus, vt primo pars parum fricetur: Postea si ruborem sufficientem tumoremq; à cucurbitula acquisierit, scarificetur: sin minus, tertio cucurbitula affigi debet, quousq; pars tum tumefacta tum rubefacta fuerit. Quòd si ne tunc quidem tumor nec rubor effectus fuerit, spongijs partes fouendę sunt, quousque coloris euadant phœnicei, & ita deinceps scarificandæ. At si quis præcognouerit corpora non rubefactũ iri, veluti in ijs qui pingue habent abdomen, vel in refrigeratis, & in mulieribus quæ pepererint: ante cucurbitularum applicationem cataplasma illis partibus imponendum est. Aliquando vero tumor validus à leuibus cucurbitulis fit, & colore liuidior: ac postquam scarificatus fuerit, parum vel nihil effluit: cum sanguis crassior existat, & quod antestat, sit carnosius. Itaq; in his, spongijs præcipue fouendus est locus, ac tenuis beneq; fluxilis reddendus est sanguis. Cauẽdum D porrò est ne prope mammas cucurbitulę ponantur: incidentes enim interdum in ipsas mammæ, & admodum tumescentes, difficilem reddunt auulsionem. Sanè applicãdæ sunt cucurbitulę cum modico igne: nam si vehementes apponantur, vapore inflammantes contendentesq; corpora, nihil effatu dignum attrahunt. Notum autem est ita figurandas esse partes, vt sanguis in ipsis nõ immoretur, crassescensq; impedimento sit effluxioni: sed vt pronus ad inferiora effluat. Post ablationem vero cucurbitularum, si quod extractum fuerit, satis sit, partes postea curabimus: si non satis, cucurbitulas denuo apponemus. In capite cum multo igne haud sunt infigendæ: vehementer enim attrahunt, difficulterq; auelluntur: Quæ vero cum mediocri igne affiguntur, id quod opus est, perficiunt. Qñ autem non possunt nisi difficulter auelli, spongijs ex calida eas circumplecti oportet: sic enim remittuntur: quòd si ne ita quoque remittantur, perforare ipsas oportet.

De Cucurbitularum Differentia à Materia & à Figura sumpta.

CVcurbitularum differentiæ à materia sumptę tres sunt, Vitreæ, Corneæ, Æneę. Nam Argẽteas, quia vehementius igniuntur, reijcimus. Æncarum frequentior est vsus. Vti etiam vitreis possemus, in quibus sanguinis vacuationem considerare opus est. Corneis item in capite vti

possemus, vbi æneas difficulter auulsum iri existimaremus: & in timidis quoq;, qui ob flammam E perterrēsiūt. Quod ad figuram spectat, differentia præcipue in æneis est. Sane elatiores, humilioribus magis attrahunt. Humiliores in capite magis accommodantur: propterea quod haud vehementer trahunt. Quæ plana habent labra, corporibus latitudinem habentibus; quæ resima, curuis & gracilibus commodius affiguntur. Quæ acutum os habent, illis competunt, in quibus scarificatione quidem non vtimur, sed per leuium cucurbitularum applicationem vehementer attrahere volumus, labrorum acuitate ad attractionis violentiam conferente. Quæ obtusa habent labra, tum in alijs membris tum præcipue in capite vtiliter applicantur. Ænearum cucurbitularum tractus, quemadmodum etiam vitrearum, per ignem fit: Cornearum, sine igne: quippe in extremo sunt perforatæ, cumq; aptantur, vehementer per foramen exuctæ, attrahunt: statim vero foramen digito cera'ue clauditur.

De Cucurbitulis ex libris Herodoti, ex Sermonibus de Euacuantibus remedijs. CAP. 17.

CVcurbitula vero potest capitis materiam vacuare, dolorem soluere, phlegmonem minuere, inflationes discutere, appetētias reuocare, imbecillum exolutumq; stomachum roborare, ani F mi defectiones remouere, quæ in profundo sunt ad superficiem tansferre, fluxiones exiccare, sanguinis eruptiones cohibere, mensium circuitus suggerere, φθοροποιοὺς δυνάμεις id est facultates corruptionem inducentes (seu medicamenta mortifera) attrahere, rigoribus finem imponere, circuitus soluere, à cataphora id est inclinatione in somnum excitare, somnos conciliare, grauitates alleuare. Hæ & his similes sunt cucurbitularum facultates.

De Scarificatione ex Antyllo, ex Sermonibus de Euacuantibus remedijs. CAP. 18.

SCarificamus partes corporis aut phlegmone laborantes, aut induratas, aut distentas, aut dolore affectas, aut fluxionibus vexatas nimirum vbi iam fluxio cōstiterit, aut acri materia imbutas, aut vbi virulenta facultas extrinsecus inciderit: aut cum ex alijs partibus in aliam, traducere materiam studemus, sicuti crura affecto capite scarificamus: aut vbi materiam in corpore redundantem minuere volumus, præcipueq; cùm redundantia fiat ob materiæ, quæ de more expelli sit solita, suppressionem, sicuti suppressis hæmorrhoidibus, crura scarificamus. Sanè pars quæ scarificari debet, prius, si fieri potest, lauanda est: sin minus, aqua tepida quousq; rubefiat, est perfundenda, aut spongijs fouenda, aut Soli igni'ue exponenda, ac postea scarificanda. Infigendæ vero sunt incisiones, G in cruribus quidem & abdomine, κατ᾽ εὐθυωρίαν {id est per rectitudinem seu longitudinem:} in thorace item & dorso ac ceruice, eodem modo: in capite vero secundum capillorum positionem: in fronte autem per transuersum. Magnitudine porro inter sese sint æquales incisiones: & quæ inter eas sunt interualla, inter sese æqualia sint: Scarificationisq; initium ab infernis partibus sumatur: ita enim sanguis ad superficiarias partes decurrens, eam quæ scarificari deinceps debebit, non obscurabit. Incisionum situs per æquales inter se ordines fiat. Scarificatio autem non κατὰ πληγὴν id est per percussionem, sed κατὰ συρμὸν id est per tractum, est facienda: hoc enim pacto citra dolorem fiet.

De Scarificatione ex Libris Apollonij. CAP. 19.

CVm ad corroborationem & ad quācunque corporis conseruationem, plurimam etiam haberi vtilitatem ex sanguine compererim, qui sæpissime quidem quantitate abundat, aliquando vero secundum qualitatem in deterius vertitur: opinatus sum, vbi ipse abundat, imminutionem: vbi corruptus est, alterationem conuenire. Ac venas quidem sæpius eodem anno secare, non esse idoneum arbitratus sum: considerans quod vna cum sanguine multus etiam spiritus vitalis excer H nitur: dum autem hic absumitur frequentius, vniuersa corporis moles refrigeratur, & omnia naturalia opera deteriora euadunt. Iudicaui ergo ab ignobilissimis particulis, sicuti à cruribus, sanguinis extractionem per scarificationē fieri debere: quantitate habitu hominis vsuq; mensurata: Optimum vero præsidium est tum ad conseruationem sanitatis, tum ad eiusdem recuperationem, vbi ipsa ab aliquibus eiuscemodi causis euersa fuerit. Nemo tamen me phlebotomiam explodere suspicetur. Ego enim illam in maximis periculosissimisq; affectibus non omitto: in quibus sanè abunde affatimq; sanguinem effundere est opus: nā proinde vt affectus sunt vehementes, ita quoque affatim vacuationes faciendæ sunt. Plethoram autem commoderatam, quæ aliquid mali factura sit, ac iam euersionem in morbosum statum attingat, tibia quæ scarificationibus vexata fuerit, innoxiamq; totam quam volumus sanguinis illigationem reddiderit, citra validam totius molis commotionem, soluit: sæpius enim plus quàm par sit, congregatur. Quare tardandum non est, vt, quotiescunque plenitudinis signa inciderint, ipsam eo quo ostendimus pacto, tollamus. Præstat enim tum viscera, tum quæ in toto corpore sunt vasa, intemperate non repleri, neque distendi, sed potius in terminata quadam relaxatione esse, vt naturalis spiritus expedite permeare possit.

Scarifi-

A *Scarificationem Mulieribus quæ probe non purgantur, Alijsq; multis Affectibus prodesse.* CAP. 20.

MVlieribus, quibus purgatio prospere non succedit, scarificatio mire auxiliatur: nam quod illic ad debitam purgationem deerat, id hac via vacuatur. Statutum autē purgationis tempus expectare oportet: tuncq; cum nihil vel parum sponte fluxerit, eatenus detrahente hoc auxilio vti debemus, quatenus visus postularit. Quibusdā ēt mulieribus, vt de more menstruæ purgationes iterum redirent, hoc auxilium maxime contulit: nam continua in inferiores partes sanguinis eductio, inclinationem viamq; ipsi præbet. Ego sanè etiam valde ætate prouectas, quibus iam pridē nihil menstrui ferebatur, vbi aliqua corporea molestia conflictarentur, hac curatione subleuo. Hæc enim mulierum propria est, multumq; habet efficaciæ: quippe quę naturalis excretionis modum imitetur. Porro vacuare interdum soleo scalpello, idest smilio: interdum autem per hirudinum applicationem. Oculos etiam cum quidam ex longo tempore ab incessabili fluxione infectos haberet, hoc p̄sidio sanatus est: cùm nos alijs etiam localibus circa oculos auxilijs vsi fuissemus, totiusq; corporis curam gessissemus. Senex etiā quidam, cum prius quidem longis, postea vero breuioribus interiectis interuallis, à strangulosa circa pulmonem angustia vexaretur, simili modo curatus est. Ea autem quātitas, quæ conueniens esse videbitur, vacuanda est, refrigeratioq;
B est vitanda: ac nutrimētum deinceps commoderatum, tribus quatuor'ue diebus est exhibendum. Et sanè dum pestilentia vehemens Asiam deprehendisset, multosq; perdidisset, meq; etiā morbus attigisset: secunda morbi die, remissione fœbris facta, crus scarificaui, duasq; ferè sanguinis libras detraxi: hacq; de causa periculum vitaui. Pleriq; igitur etiam alij hoc præsidio vsi, superstites euasere, erant enim plenitudinis signa. Illiq; præcipue seruabantur, qui sanguinem copiosum exhauriebant. Igitur capitis etiam dolores moderatos, tonsillarum phlegmonas, ac dolores circa latera recentes tollit: nam diuturniora eiuscemodi symptomata localibus scarificationibus dissoluimus. Quin & qui à morbo resumuntur, difficulterq; in naturalem sibi ipsis habitudinem redeūt, nihil æque sanè ad conuenientem bonamq; renutritionem ducit, vt sanguinis per scarificationem exhauritio.

De Hirudinibus ex libris Antilli, ex Sermonibus de Euacuantibus remedijs. CAP. 21.

QVidam captas hirudines diu includunt, eisq; ad multa vtuntur. Ipsæ.n. si mitescunt, carnem facile apprehendunt: cum aliæ non nunquā peregrine sese gerant. Oportet autem has quidem, cum primum eas experti fuerimus, applicare: quæ vero nuper captæ sunt, per dies seruare, exiguum sanguinis pro nutrimento inijcientes: ita enim earum virulentia exprimetur.
C Sanè cum eis vti volumus, locus cui hirudines applicādę sunt, nitro prius fricandus, ac sanguine alicuius animalis, vel argilla liquida inungendus, vel fouendus, vel vnguibus scalpendus: promptius enim apprehendent. Oportet autem ipsas in aquam tepidam & purā, in vase lato magnoq; contentā, inijcere, vt commotæ virus abijciant: mox vbi eas spongia comprehenderimus, ac mucorem lentoremq; purgauerimus, manu admouebimus. Atq; vbi omnes inhæserint, oleum tepidum particulæ, ne refrigescat, infundemus. At si manibus pedibus'ue affigendæ sunt, pars ipsa in aquam, vbi hirudines sunt, inijcienda est. Quòd si etiā eis vbi repletę fuerint, vti oportuerit, vel quia paucę hirudines prę̨sto adfuerint, vel quia paucę apprehēderint, earū caudas forpice incidere oportet: nam effluente sanguine trahere nunq̄ desinunt, quousq; nos salem vel nitrum vel cinerem, earum osculis inspergamus. Vbi vero exciderint, si locus cucurbitulam capere potuerit, per eius appositionem, virus extrahere debemus: valide nimirum ipsam apponentes, celeriterq; auellentes: si vero cucurbitulæ capax non fuerit, spongijs fouendus is est. Cæterū si corpora vel oscula sublachryment, mannam, vel cuminum, vel farinam inspergito, ac postea lanam pauco madentem oleo conuoluito: sin sanguis etiam inde erumpat, linteola, vel aranearum telas ex aceto inijcito: aut gallam vstam, aut spongiam nouā pice liquida intinctam, ac vstam, imponito: deinde char
D tula aceto irrigata imponenda ac illiganda est. Hæc autem in partibus quæ in medio corpore habentur, sunt peragenda. Nam in artubus (quæ græce κῶλα.i. membra longa hoc est brachia & crura appellantur) solum etiam vinculum pro cohibendo sanguine satis est: quod postero die soluēdum est: siq; sanguis constiterit, abijciendum: si vero nō constiterit, eisdem vtendum est. Scire autem oportet hirudines non ex profundo sanguinem trahere, sed eum qui carnibus adiacet, exugere. Eas autem in illis vsurpamus hominibus, qui scarificationum incisiones pertimescunt: vel in illis partibus, in quibus cucurbitula ob earum paruitatem, vel gibbositatem & inæqualitatem, aptari non potest. Hirudines auellimus, quando eius sanguinis quem arbitramur exhauriri oportere, dimidiam partem attractam fuisse coniecerimus: & postea tādiu effluere permittimus, quoad qui satis sit, excretus fuerit. Cum vero particula tum ab hirudinibus, quæ natura frigidę sunt, tum ab aere refrigeratur: fouenda ipsa est, ac recalfacienda: sanguinisq; fluxus non per refrigerātia, sed per astringentia & emplastica, vt diximus, est cohibendus.

De Hirudinibus ex Menemacho. CAP. 22.

HIrudines locis affectis applicātur, vel eis qui proximi nō pinguibus sunt: nā oleū earum appetentiā subuertit. Porro in angustiā stricti calami ab vtraq; parte haud perforati, vel operculum parui calami, vel quidpiā simile, cū aptādæ sunt, demitti debent. Earū numerus à duabus ma

gnitudin-

gnitudinibus loci nimirum & affectionis, sumendus est. Auferantur, oleo calido earum labijs in- E
fuso. Mordacitas autem satis in partibus vlceratis exoluenda est. Quod post earum ablationem effluit, digitus impositus cohibet. Excretionis quantitas ab hirudinum erectione conspicitur: sed A euidentius ea etiam apparet, si congregata fuerit, quando hirudines à corporibus diuulsę sanguinem euomuerint. Sanè si hirudines ægre adhęrescant, loci, quibus aptanda sunt, superficietenus sunt scarificandi: vbi enim illæ sanguinem gustauerint, auidius ipsum appetunt.

EX LIBRO OCTAVO

De Deriuatione ex libris Galeni. CAP. 18.

DEriuatio (græce parocheteusis) eiusdem est generis cum euacuatione facta per particulam, quæ fluxionem suscipit. Fit autem per aliquam vicinarum partium: exempli causa: Quando per gurgulionem vel palatum fertur fluxio, per nares certe ipsius deriuatio congruenter fiet, irritatione à nobis facta vel prouocatione per acria medicamenta. Quando vero ad oculos vel aures succi vergunt, deriuare ipsos non in nares tantum, sed & in ipsum etiam os debemus, medicamentum id quod ex origano & sapa confectum est, idq; etiam quod ex sinapi constat, diluēda gar F
garizandaq; exhibentes. Scimus etiam qꝫ staphisagria, idest pedicularis herba, commāducata, pyrethrum, omniaq; id genus acria, succorum abundantiam, quę in oculos vel aures ex capite fertur, ad os traducunt. Deriuatio etiam fit si id quod per asperam arteriam in pulmonem defluit, ad stomachum diuertamus, hoc enim magis eligendum: Nec secus etiam si mulieri per sedis venas sanguis irrumpat, eum quoq; ad vteri venas traducamus. Riuare igitur (gręce ὀχετεύειν) est per riuos ducere: Deriuare vero (id est παροχετεύειν) est à riuis ad latera diuertere.

De Reuulsione ex libris Galeni. CAP. 19.

VEhementissimos succorum influxus reuulsorijs præsidijs confertim ingruere prohibemus. Reuulsoria autem præsidia sunt, vincula quidem artuum, vbi succi in thoracem & ventrem inclinant: Vomitus autem, vbi ad inferiora declinat: Quemadmodum etiam acres clysteres, vbi ad vomitum vergunt. Has vero ambas succorum inclinationes, eam inquam, quæ per superiorem, & eam quæ per inferiorem ventrem fit, ad vrinas ac sudores retrahes. Quin & vrinas quoq; tum ad sudores, tum ad alui quoque deiectiones, reuelles. Reuulsorium etiam pręsidium est, quæ iuxta mammas apponitur cucurbitula. Quæ vero hypochondrijs affiguntur, sæpenumero sanguinis ad nares impetum potenter reuulsisse conspexistis: quemadmodum etiam sanè immodicas per vterum irruptiones. Acria etiam medicamenta artubus imposita, succos ad caput visceraq; vergentes, reuellunt. In summa, reuulsio facienda est, deorsum quidem, vbi succi ad superiora: sursum, vbi ad inferiora vergunt: Et vbi introrsum, ad exteriora: vbi extrorsum, ad interiora: Ita quoq; si dextrorsum inclinat, in sinistrā: si sinistrorsum, ad dextrā reuulsio faciēda est: Sic sanè fluxiones quæ retro inclinant, in priora reuellēdæ: quę in priora, in posteriorem regionem abducendæ sunt. G

GALENI DE VENAE SECTIONE ADVERSVS ERASISTRATVM LIBER

Iosepho Tectandro Cracouiensi interprete.

Denuo ab Augustino Gadaldino ad Græcorum exemplariumm fidem emendatus

ARGVMENTVM LIBRI

Increpat Erasistratum, qui posthabito Venæ sectionis auxilio, Neque efficacibus, Neq; tutis Remedijs vteretur.

Vide de hac re lib. 5. methodi cap. 15.

Aduersus Erasistratum, qui cum in Minimis plerisq; Curiosus esset, Semel tantum idq; obiter, de Venæ sectione mentionem fecit. CAP. 1.

C Ihi equidē illud inquisitione nō parua dignum vr̄, cur nam Erasistratus, cum cætera quæ ad artē spectant, abunde satis pertractaret, ac circa minima quæq; tātopere curisous esset, vt & quorundā holerum cataplasmatūq; decoquendi rōnem cōscripserit († quorū facultates vsumq; si vnquam aliquis alius declarasset, non iniuria eorundē conficiēdi rationē omittere potuisset; } q̄nquidem id nullius pretij sit, taleq; quod à quouis ex vulgaribus inueniri possit) de venę sectione interim, tā potenti ac magno auxilio, quodq; vel veterū s̄nia non minus efficacissimis remedijs extolleretur, ipse nullā mentionē fecerit. In illius.n.operibus fermè ne nomen quidem vnquā venæ sectionis, præterq̄ semel, reperiri pōt: vbi ipsemet, quemadmodū vnicuiq; considerare facile est, obiter potius præterq; institutū, quā studio insigni, de sanguinis reiectiōe agēs, illius meminit: id qđ ex suis scriptis intelli-

« ges, quę sic habēt: Deligaturę vero, quæ circa alas & inguina fiūt, non sunt faciēdę more quorun-
« dam, qui vulgatam curandi rōnem imitātes, nihil aliud consequunē, q̄ q sanguinē vinculis abun-
« de exprimant. Quòd.n.in deligatis corporis partibus sanguis plurimus recipiatur, ex venarum
« tensione, earūq; sectione coniectandum est: ex incisa siquidē corporis parte, cum ea deligata fue-
« rit, copiosior is effluit. Dū vero sanguinis reiectio cōtingit ex deligatura in tibijs ac brachijs facta,
« plurimū eius ibidē recipieē. Postq̄ etenim q circa thoracis partes adest, diminutus fuerit sanguis,
« tū ipsa quoq; reiectio multo minor pauciorq; fiet. Hoc aūt ipsum facere volunt ij, qui sanguinem
« D reijciētibus venā secāt. Sed in hac re Chrysippus multo consultius agit, quippe qui non solū præ-
« sentia inspiciat, sed ēt iminentis periculi curā gerat.† Huic.n.periculo quod in reiectione accidit,
« aliud ex inflāmatione adhæret, in quo quidē offerre aliquid perquā difficile est: rursum aūt ei qui
« à venę sectione famē longo tpe tolerare debeat, ne dissoluaē verēdum est. Cęterum Crysippus si-
« mulatq; nutrimentū in corpore iā elaboratū in loca solutu difficilia transtulerit, q eo tpe quo dis-
« solutionis periculū imminet, hoc pacto cibū differre possit, in prōptu est. Et hac quidē ille medē-
« di rōne vsus nunq̄ offerre coactus est, ob idq; summa quæq; ingenio supauit, ac q sibi ipsi vnde-

quaq; constet, frequētissimas meruit laudes. Quòd aūt nullius momēti hęc sint & indigna oībus modis, quę vel ad Erasistrati solertiā, quam ille sibi in hac arte vēdicat, vel ad auxilij vires referanē, cuilibet constat. Q̄nquidem si neq; apud Hippocratē, {neq; apud Dioclē, } neq; apud Euriphontē, neq; penitus apud quēquā alium qui ætatē Erasistrati præcesserūt, tale genus auxilij in scriptis repereretē, forte suspicari quis posset illū, tanq̄ de eo cuius vsus non dū fuisset inuētus, aut apud celebres medicos approbatus, iure optimo verba nō fecisse: Verum cū permulti alij fuerint, quibus non in vno tm̄ eodemq; leui affectu, sed ēt in plurimis acutissimisq;, frequens huius auxilij vsus iam constiterat: ac eo pacto tum Hippocrates omnium bonorum artis medicæ author, tum vetustissimi quiq; illo vsi esse animaduertuntur: qua quæso re Erasistratus commotus id adeo spreuit, vt ne

† Clarius. in quibus, satis sibi eē debebat, ubi ad quid cōferrēt tantū dixisset, alteri cōfectionis modū relinquere.

† clarius. Huic eni periculo quod ex reiectione ē, periculū inflāmationis proximū ē: in quo offerre quide nō facile: ei uero qui post uenæsectionē lōgo tēpore sine cibo permanserit, periculū ē ne exoluatur. Hæc locū inferius declarat Gal. pa. 13. 4

vt ne rationem quidem vllam illius in enarrando habuerit? Etenim & quòd illud non improbauerit ad certos affectus reliquorum præsidiorũ more, ipsum referendo indicare, & causam ob quã id probauerit præscribere eum oportebat. Atqui hic in huius præsidij viribus enarrandis tantopere inops fuit, vt neq; significauerit recipiendus'ne sit an posthabendus vsus illius, neq; vnquam quid de illo sentiret proferre ausus fuerit, nisi in vno tantum, vt superius dictum est, affectu. Quãquam vel ex ijs quę ipse reticet, opinionis suæ summam manifestam facere videtur: nequaquam enim, si vsum illius probasset, silentio præterijsset. Neq; etiam cum minima quæuis quæ ad leuandos affectus accommoda erant, describenda putaret, hæc vtpote tam magna, aliquem etiam si ab eo non didicisset, propria opera consequi posse persuasum habebat. E

Quibus Rationibus Erasistrati Sectatores dogma de Non Secanda Vena tuerentur. CAP. 2.

CAusa vero, ob quam venæ sectione ipse non sit vsus, fortassis diuinatione opus habere cuiquam videbitur. Quî enim quis rescire possit q̃ ea ipsa Erasistratus cognita habuerit, quorum nullam diffusa oratione ille mentionem fecerit? Nihilo minus fuere nõ nulli qui in explicanda illius sententia quæuis vaticinari conati sunt: verum hi dum inter se ipsos, discrepant, in maximis erroribus versari, manifeste sunt deprehensi. Nam nemini ex illis eadem stat sententia: & quod multo grauissimum est, neque ab ipsis Erasistrati commilitonibus, discipulisq; Chrysippi F Cnidij, quo primum auctore de explodẽdo venę sectionis vsu dogma suscitatum est, de illius sententia quicquam certi constitutum est. Hæc autem quę Apoemantes Stratoq; protulerunt planè ridicula sunt: vterq; enim dicit perdifficile esse venam secare, vel ob internotionẽ vasis, vel ob arteriæ incisionem: nocumentum quippe illico ingens imminere, siquando loco venę arteria diuidatur. His addunt q̃ quãdoq; aliquis præ timore mortuus sit: & alter etiam ante vasis sectionem, alter vero eo iam secto referri nunq̃ potuerit: tum q̃ quidam irreparabili sanguinis fluxu defecerit. Sed prætereo illa quoq;, quæ à reliquis dicuntur, nam alij quidem eorum asserunt vacuationis mẽsuram coniectura assequi multo esse difficillimum, ideoq; necesse esse, vt aut diminute euacuanti nihil plus contingat: aut mediocritatem excedenti maxima impendeat noxa: quid enim (aiunt illi) venæ sectio modum exuperans, à cæde differt? Alij vero dicunt, q̃ cum transultus spirituum (græce paremptosis) ex arterijs in venas fiat, necessario inanitionem sanguinis per osculorum reserationem ipse spiritus sequatur. Sunt & alij qui affirmant venarum euacuationem inflammationis affectũ in arterijs iam constituto, planè superuacaneam esse. Atqui vniuersa talia quanquã credibilia alicui appareant, sunt tamen re vera falsa, indignaq; quibus adhiberi fides debeat: quæ his omnibus longe facilius habenda fuisset, si hæc in medium protulissent, quæ dicta fuerant à cæ G teris quibusdam, qui ex succorum natura disputandi initium deprompserunt. Et quanquam vel aduersus hos longiore sermone alicui conueniret instare, huius tamen rei impręsentiarũ ea propter nulla est occasio, quia orationem sic in immensam prolixitatem excrescere oporteret: præterea nihil obstat quo minus ea quę tum ab Erasistrato, tum à quouis alio ex Chrysippi discipulis dicta sunt, reprehendere aggrediamur.

Quæ fuerit Erasistrati Opinio de Ortu Febris & Inflammationis, ac de ipsarum Medela. CAP. 3.

COmmodissime igitur sermonẽ mihi instruxisse videbor, si prætermissis alijs ab ipsius Erasistrati placitis initiũ fecero, orationemq; ipsam quantũ eius fieri potest breuissime absoluero. Cæterum ille arteriam spũs, venam aũt sanguinis, receptaculũ esse asserit: Deinde vero vbi grandiora receptacula diuisa fuerint, magnitudine quidẽ illa diminui, numero aũt effici plura: ac cum nullus locus detur vbi circa terminum vnius, vas aliud non existat, illa vndequaq; per corpus delata in tam minutos fines desinere, vt contentus in illis sanguis præ extremorũ osculorum conniuentia intus retineat: ob idq;, etsi oscula venarum arteriarumq; inter se vicina sint, sanguinem tñ proprijs terminis circũseptum, ac nullibi in vasa spiritalia insilientem permanere: & eousq; sanè animal legibus naturę dirigi: Simulatq; vero cã quędam violenta irruerit, tum sanguinẽ ipsum in H arterias transferri, & animal iam necessario ægrotare: Causas item huius rei aliquas, pręcipuamq; illarum sanguinis multitudinẽ esse, à quo & venę tunicã distendi, reserariq; fines q prius clausi fuerãt, trãsfundi ẽt in arterias sanguinẽ: qui postea spũm à corde delatum perturbãs, eiq; motũ suum alterãti resistens, si quidẽ è directo atq; ꝓpe principẽ partẽ cõstiterit, iã id febrim esse: si aũt ab ipso retrò repellat ac in finibus arteriarũ condenset, inflãmationem tum existere. Et talibus ille rõnibus inflammationem ex plenitudine adstruit. Verum quæ ex vulneribus contingit, eam quoque sanguinis ex venis in arterias transultu causari ait, cuius rursum transultus causam illam quæ ad euacuationem fit, successionem esse putat: Cum enim scissis arterijs, post inflictum vulnus spiritus vniuersus ex læsa parte effusus fuerit, & periculum instet ne vacuus fiat locus, sanguinem illo tempore, spiritus euacuati, quiq; locum illum prius replebat, gressum per osculorum reserationes consequi solere: Si ergo spiritus foras emissus fuerit, hũc quoque effundi: occluso autem illo atq; obserato, etiam hunc vi spiritus à corde demandati impulsum, in locis vulneri vicinis cunctũ coaceruari, & ea ratione inflammationem efficere. Sed concedamus age ipsi quæcunq; hoc tempore de febribus & inflammationibus dixit, vera omnia esse: nam alibi demonstrauimus ea nihil in se veri continere: Doceat igitur ipse nos iam medicaminum seriem. Ait enim cum in multis

« A alijs locis, tum in primis in tertio de febribus tractatu sic verbatim: Circa ægritudinum igitur ini-
« tia ac inflammationum generationes omnem sorbitionum oblationem auferre oportet: inflamma-
« tiones enim, quę febres faciunt, vt plurimum ex repletione fiunt. Si itaque hoc ipso tempore obla
« tiones concessę fuerint, & concoctione distributioneq; suas actiones perficientibus, vasa alimento
« repleta fuerint, inflammationes multo vehementiores persæpe fieri contingit. Hæc quidem ille de
inflammationibus protulit, quæ citra vulnus ex plenitudine eueniunt. De illis vero, quæ ex vul-
« nere suboriuntur, in primo de febribus libro denuo in hanc sententiam recenset: Illis autem subse
« quuntur medendi rationes, quo vulnera omnia ab inflammatione libera efficiant. Medicamenta
« enim, cum sanis partibus illinuntur, claudendo atq; obturando prohibent, ne sanguis desuper fu-
« sus in loca dissecta irruat: quandoquidem in illa, quæ affectu carent, eo quod multæ arteriæ illic ve-
« næq; recludantur, sanguis, qui in arterias transilierat, facile in venas quoque transumetur. Quam-
« obrem consequens rursus est, vt vulneratis nihil prorsus inflammationis tempore offeratur: ve-
« næ nanque, cum alimento vacuæ existunt, longe facilius sanguinem qui in arterias insilierit, fulci-
« pient: quod vbi contigerit, inflāmationes minus contingent. Proinde, quod multitudo euacuan
da sit, quod q; venæ distentæ ac repletæ, in seipsas iterato sanguinem recipere non possint, assentire
B ipsi Erasistrato nos fatemur: verū, quo nam pacto hæ euacuandæ sint, in dubium à nobis vocatur.

*Præstantiorem ex venæ sectione, quàm ex inedia fore vacuationem, quodq; Erasistratus negligens fue-
rit in imitanda natura, ac scriptis Hippocratis legendis.* CAP. 4.

POstquam itaque euacuationem faciendam esse confessum iam semel sit, ego eam omnium fa cillimā atq; expeditissimam, venæ sectione perfici arbitror, vtpote per quā ipsas etiam inflam mationes solas celerrime euacuare possimus: cum è diuerso inediæ, præterquam cp longū tempus requirant, etiam vniuersum habitum æqualiter euacuant. Atqui illud nequaquam conuenit. cur enim quis id euacuet, quod euacuatione opus nō habet? Aut cur eliquet carnes, cum sanguinem subtrahere liceat? Vt interim noxas reticeam, quæ ex longis inedijs necessario euenire solent, ac virtutem defatigatam, & succos biliosiores amarulentiores q; redditos, frequentes item cordis mor sus atque inquietudinem, tum deiectionum alui retentionē, & omnia denique excrementa acrio- ra maligniora q; effecta. Quorum Erasistratus nihil animaduertens, cæcorum more, qui amplam compendiosam que & planam viam in propinquo habentes, sæpenumero angustam ac asperam prolixam q; errabundi ineunt, & ipse tam propinquam satis que expeditam & amœnam semitam
C spernens, ad impeditam illam ac longam sese contulit: quippe qui hoc tantum considerauerit, num, quo ipse contendit, via eo vergat, non autem an compendiose, & sine noxa ducat. Nam, quod vel inedia ad plenitudinis euacuationem conferat, ego quoque consentio, verum longo tempore, magno que cum nocumento eam efficere id dico. Attamen sapientem Erasistratum, qui quorundam iudicio Hippocrati par esse videtur, non puduit, quod neglecto tam insigni præ- sidio, nihil credibile aut rationi consentaneum attulerit, quin potius, velut de re abiectissima pe- nitus que nullius precij, verba fecerit. At Hippocrates ille medicus te, ô Erasistrate, nulla ex par- te inferior, non sic de venæ sectione pronunciauit, sed, quæ tu verbis saltem admiraris, ea ille ope- re palàm est executus. Admiraris tu siquidem naturam ipsam, vt artificiosam simul que proui- dam animalis gubernatricem, nullibi tamen eam imitaris. Aut, cum illam plurimis morbis san- guinis euacuatione medentem frequenter animaduerteris, cur ne in vno quidem vnquam hoc
« idem tu ipse fecisti? Cur etiam naturæ, quam laudas, opera silentio supprimis? Cur præterea, quā
« do apud Hippocratem reperisti multa huiusmodi scripta: ‖ Mulieri sanguinem vomenti men- 5. Aph. 32. Ext. or. 40 d
« struis erumpentibus solutio: &, ‖ Ab atra bile habitis similem effectum hæmorrhoides præstant.
Sanguinis item fluxus copiosi, per nares soluuntur: apud te nihil tale, sed vnico solum verbo lau- 6. Aph. 21. Ext. or. 48 d
D data natura, opus autem illius nullibi scriptum reperitur. Porrò mihi sufficiebat, vt opera illius antea ad perfectum addiscerem, à quibus postea initio sumpto ad inuestigandum reperiendum q; id, quod æquum putabam, idoneus euasi. Liceat ergo mihi venia eorum, qui te admirantur, dicere, quod in conspicuo est, quod scilicet mihi aut modis omnibus demens, aut in naturæ operibus quā minime versatus esse videaris. Alteri enim ex his duobus, vel quia illa nunquam cognouisti, vel quia cognita iamdudum non sis imitatus, obnoxius existis. Aut fortassis in cubiculo aliquo per- petuo delitescens, neque aliquando ægrotum aliquem contemplatus, hæc scribebas: hinc q; adeo non iniuria naturæ opera ignoras, quæ alioqui pro extrema dementia tua semper es præpostere admiratus & imitatus: nec non, postq; scribendi prouinciam inijsti, legem scribendo es transgres- sus. Oportebat enim primū te opera naturæ mihi describere, deinde declarare: & quæ illa integre ac perfecte proprijs conatibus incitata, & quæ morbosis causis præpedita diminute agat: nam hu- iusmodi ratio viam ad inuenienda medicamina nobis suppeditat. Cum etenim didicero, quæ pro- be ab illa perficiuntur, superaddito eo, in quo illa deficit, facile ei adiumento esse potero: rursum, si ipsa nihil penitus mouet, id quod quandoq; morbosarum causarum vehementia superata pati- tur, tum ego illud omne suggerere enitar. Tu vero nihil horum indicans, domi q; te continens, vt qui forte ægrotorum visitationē, vt fertur, paruipendas, quod tibi videbatur, scripsisti. Cæterum

si tu ipse

si tu ipse non perspexeras, Hippocratis monumenta relegenti tibi addiscere integrum erat, & quę E perfecte, integre q;, ac vt ille loqui consueuit, ἀρτίως, i. absolute natura mouente iudicetur, & qua ratione illam quis iudicium non aggredientem, pulcherrime imitari possit: quo etiam pacto aggredientem quidem eam, verum debiliter mouentem adiuuare oporteat. Si enim in his exercitatus fuisses, talia te consulente audirem, qualia apud Hippocratem quoq; inaudio: ‖ Quæ iudicantur, & iudicata sunt, ἀρτίως, i. integre, neq; mouere, neq; nouare, siue medicamentis, siue alijs irritationibus, sed sinere. Istud quidem habes proprium naturę integre mouentis pręceptum. Quod vero huic succedit, naturæ, & ipsum, verum diminute ad iudicium mouenti congruit, eam q; ob rẽ illi auxilio esse iubens, dicit. ‖ Quæ ducere oportet, hæc, quo maxime natura vergit, per loca conferentia ducenda. Natura siquidem tunc temporis expellere conatur id, quod eam infestat: cum autem prę imbecillitate finem operi imponere non possit, nostris auxilijs indiget. Propterea etiam lateris inflammatione laborantes curãs, iuxta humorum vergentiã inanire eos consueuit. Quid enim ait? ‖ Cum ergo dolor ad iugulum extenditur, aut grauitas in brachio, vel circa mammam, aut supra præcordia existit, interna cubiti vena secanda est. Neq; dubites copiosum detrahere sanguinem, donec rubicundior multo, aut pro puro, rubido q; liuidus effluxerit, vtrunq; enim contingit. At, si dolor sub septo transuerso fuerit, neq; ad iugulum ascenderit, tum aluus, vel nigro vera- F tro, vel peplio subducenda est. Rursus vero in quopiam renalium affectionum cõcursu præfatus: [a] ‖ Et in rene dolor grauis [b] † per ilia vsq; ad coxas tendens è directo} infert poplitem secare, hoc est, venam, quæ in poplite est, incidere.

1. Apho. 20. Ex. ord. 9. g

1. Aph. 21. Ext. ord. 10. a

de Vict. rat. in mor. acu. cõm. 2. t. 10. & 11. 7[a].

A ‖ 6. Epid. cõ. 1. t. 6. 3[a]. 155. g

De vsu sectionis venæ in frigidis, ac reliquis ex multitudine affectibus medicorum rationalium, Empiricorum, ipsius q; naturæ testimonio. *CAP.* 5.

ILlud vero quo modo dictum est? Ex Margei famula ne sanguis quidem prodijt, nam, [c] ‖ vt filiolã hæc peperit, ilico os [d] † ad vertebras coxarũ} detortũ est. Porrò dolor ex vena prope talũ secta cessauit, quãuis tremores corpus iam occupassent. Atqui nunc ad occasionem ipsam, eius q; fomitem transeũdum est. Hippocrates siquidem te, & occasionẽ morbi, & generationem occasionis perpendere iubet, id quod tu mea quidem sententia multitudine sanguinis præsertim molestiam inferẽte, non de alio quoquã, præterq̃ de venæ sectione dictum affirmare possis. Ergo præfatæ mulieri, licet iã tremore correpta esset, ille secare venam non distulit, cum è diuerso nemo alter in tremoribus æque, atq; hydropisi, alio'ue frigido affectu vllo, sanguinẽ detrahere vnq ausus fuit. In talibus.n. ex calidi succi euacuatione adhuc multo magis corpus necessario refrigeratur, & innatus calor, q per affectum antea quoq; frigefactus fuerat, extinguit. Hippocrates vero, vt ipsemet G fatetur, multitudinẽ sanguinis ante ipsum affectũ accumulatã cõsideraust: muliercula.n. à purgamentis, †quas secundas vocãt} non fuerat expurgata. Fomes aũt, seu nutrimentũ occasionis, hoc est generatio, prima q; causa, ob quam non sit probe expurgata, est ipsa contorsio vteri, qui ad coxam contortus fuerat. Proinde, cum retẽtio euacuationem, situs vero vteri locum, per quẽ euacuatio instituenda est, illi indicaret, venã talo proximam incidit: talem q; Hippocrates sese in cunctis præstitit. Sed ne laudibus virum hunc extollentes Erasistratæos tristitia afficiamus, vt, qui ipsi, ante eos q; Erasistratus, aduersus illũ inimico animo esse mihi visi sint, missa faciamus nunc Hippocratis monumẽta: alio enim tempore totam illius de euacuatione artẽ declarare constituimus: quin potius transferamus nos ad illos, quorum aliqui empiricam, rationalem q; sectã vnà sunt amplexi, quandoquidem ex his à venę sectione abstinere inuenio neminem. Nam inter dogmaticos, Dioclem, ac Plistonicum, Dieuchen q;, & Praxagoram, vnà cum Philotimo, atque Herophilo, & Asclepiade, venæ sectione vsos fuisse compertum habeo: quanq̃ Asclepiades contentionis adeo studiosus fuit, vt oĩa fermè priora dogmata lacessiuerit, neq; alicui prioris seculi homini, immo ne Hippocrati quidẽ pepercerit, hinc q; adeo veterũ medẽdi rationẽ, mortis meditationem nominare non sit veritus. Atqui neq; hic eo impudentiæ venerat, vt venæ sectionẽ è medicinalium auxi- H liorum numero explodere auderet. Quin etiam, neq; inter recentiores, aut vetustiores aliquis, nõ Athenæus, non Archigenes, neq; Agathinus, tum deniq;, neq; ex empiricorum cœtu quisquam: hi enim cum nihil eorum obseruent, quæ rationi consentanea sunt, omnia q; experientia sola decernant, tñ ex his neminem mihi proferre poteris. Quando autem isti in omnibus alijs rebus ferè dissentientes, in hac sola conueniant, mihi planè concordia suspicione vacante nihil magis fide dignum esse videtur. Sed, ne præ testium multitudine opera naturæ, quã tu, s. laudas, obscuriora reddamus, mittamus hos, si lubet. Non'ne ipsa mulieres cunctas singulo mense euacuat, sanguine superfluo foras effuso? Muliebre enim genus, vt quod domi ageret, neq; vehementibus laboribus exerceretur, aut sub claro sole viueret, ac ob vtraque hæc multitudinem humorum coaceruaret, ipsam euacuationem plenitudinis, tanq̃ remedium naturale, obtinere opus habebat. Et vnũ quidem istud naturæ opus est: alterum vero purgatio post partum contingens existit: licet & fœtura ipsa, species sit euacuationis. Nam ex sanguine vteri conceptus nutriri solet. Tum vero, postq̃ editus est fœtus, generatio lactis in mãmillis, vacuatio hęc quoq; est quãtitate sua non parua: vna siquidẽ, & lactis, & menstruorum substantia est, amborum q;, vt quisq̃ dixerit, riuorũ fontes communes, venæ sunt. Quamobrem, quibuscunq; per ætatem menses fluere cessarunt, his neq; in mamillis lac amplius

B † Legendum est græce. νάρκη μηροῦ τοῦ κατ' ἴξιν id est stupor femoris è directo positi. uide. 6. Epide. sect. 1[a]. t. 6.

C ‖ 2. Epide. sect 4.

D † ad coxam, & crus.

† puerperij.

A amplius colligitur: quæcunque etiam purgandi tẽpora adhuc habent, ac interea la.ctant hę nõ purgantur. Præterea cum mulieri lactanti sanguis per locos eruperit, illico lac huic euanescit. Ad hęc quęcunque animantia vtero non gerunt, his neque lac vnq̃ adest: rursus quibus id suppetit, illa etiam ad concipiendum à natura idonea sunt. At si iam addidicisti quot commoda ex hmõi euacuatione muliebre genus maneant, quotque nocumenta ijsdem suppressis sequantur, haud video qui sufferas, quo minus sanguinem superabundantẽ modis omnibus euacuare acceleres. || Mulier enim, Hippocrate teste, podagra non laborat, nisi menstrua defecerint. Sed cur ego contra hominem Hippocrati inimicum, verbis Hippocratis vtor? Velim itaque audias iã veritatẽ ipsam me pręcone tibi denunciantem, quod mulier si probe expurgetur, neque podagris, neque articulorum doloribus, neque lateris inflammationibus, neque peripneumonijs capiatur: sed neque epilepsiæ, neque apoplexiæ obnoxia sit, aut spirationis vel vocis ablatione rite purgata vllo tẽpore infestetur. Num vero menstruis fluentibus, aut phrenitide, aut lethargis, aut conuulsionibus, vel tremoribus, rigoribus'ue mulier aliqñ correpta est? Num etiam vel melancholia laborantem, aut mania vexatam, aut quæ ex thorace spueret, vel vomeret ex ventre sanguinem, aut cãpite laborantem, aut synanche pręfocatam, aut aliquibus id genus magnis & vehementibus affectibus impetitã, cui menses recte excernerentur, qñque conspexisti? Verum his retentis eam cuilibet malo implicari facile est, huicque rursum euacuationes medent. Sed posthabitis mulieribus te ad mares iã confer, vt discas. s. quod quibuscunque pro consuetudine, superflua per hæmorrhoides euacuantur, hi omnes vitã morbis minime impeditã agunt: quibus itẽ inanitiones supprimunt, hi in perniciosissima quæque labunt. Vtrum igitur neque horum, vbi vel synãchen vel peripneumoniã incurrerint, sanguinem euacuabis, aut potius ne desciscere videaris ab ijs quę perperã didicisti, tot hoĩum interitum paruipẽdes? Tu fortassis hoc facies: ego autem nõ hæc solum, sed etiam spasmum hydropemque sanguinis euacuatione sæpius sum medicatus: in hunc. n. modum erudiuit me tum longa experientia, tum ratio ipsa, quæ mihi suggessit vt occasionem ipsam, eiusque momẽtum sic inuestigarem. Quod autẽ experientia quoque istud me docuerit, si empiricorum commentaria legeris scire poteris.

6^a. Aph. 29. Ex ord. 49. b

* cephalæa.

Communi Hominum Naturæ, ac Brutorum quoque animalium Consensui, Erasistratum, ac omnes, qui Venæ sectionem paruipendunt, aduersari. CAP. 6.

NE igitur in posterum cum Hippocrate solo (quod euacuationem sanguinis laudauerit, cum vel in tremorem, vel in hydropem, vel in alium quemuis frigidum affectum, mas quidẽ ob hęmorrhoidum, mulier vero ob mensium retentionem inciderit) tibi controuersiam futuram rere, C sed & cum vniuersis medicis qui experientiam sectãtur, vel potius cum vniuersa hominum vita. Videris. n. tu communem oĩum subuertere sententiã, pręsertimque si neges quod à natura cuique insitum sit, vt considerare possit sanguinem ob nimiam multitudinem euacuandũ esse. || Quis enim contraria contrariorum esse remedia ignorat, vt quod sentẽtia hæc non Hippocratis tm̃, sed omnium hominum communis sit? Tu vero pre odio quod aduersus Hippocratem cõcepisti, mea quidem sententia etiam alijs multo es dementior, idque cum habeas naturam te ad hæc ipsa quotidie manu ducẽtem: nam hæc inediam adiectione, ac repletiones euacuationibus, & frigus calefactionibus, caloresque refrigerationibus curat. Quid enim aliud est offerre cibum, q̃ plenitudinem suppeditare? quid rursum excernere fæces, q̃ intestina repleta exinanire? quid item meiere, q̃ repletioni vesicæ mederi? Pleraque enim animantia frigore lacessita, latebras ac calidos specus in penetralibus terræ sibi inuestigant. Aliqua etiam æstatis tempore calore anhela, sese in aquam frigidam conijciunt, & in vmbrosis locis ventoque peruijs immorantur. Ego pręterea frequenter vidi canem vomitum sibimet studiose prouocantem: auem quoque ægyptiam clystere imitatam: quæ omnia ab hominibus, vt qui ratione compotes sint, multo faciliore conatu perficiuntur. Accerse ergo hominem quempiam rei medicæ expertem, ad ægrotum, qui bona sit habitudine, iuuenis, multo D abundans sanguine, quique præ synanche aut peripneumonia suffocetur, postea hominem interroga siquid cognoscat quod huic affectui succurrere possit. Quis adeo demens est, vt sanguinis euacuationem non pronunciet? Cæterum Erasistratus ob contentionem quam aduersus Hippocratem præ se fert, ne id quidem, quod communi oĩum hoĩum suffragio receptum est, probare videtur, & ea propter reperitur vel gruibus ipsis insipientior: has siquidẽ æque atque aquilas, pręlongo vsque ad vltimos terrarum terminos volatu, partim frigus, partimque æstum euitantes, quo contraria contrarijs semper propulsent, videre licet. Atqui, vt & antea dictum est, perspectum habere quod ijs euacuandus sit sanguis, quibus ex eius multitudine periculum imminet, id præstantiam artis Hippocraticæ non dum æquat: ego enim tum qua ratione, tum quo tpe, qua'ue quãtitate euacuatio instituenda sit, mihi declarari mallem. Scire nanque qñ vel venam quæ in fronte est, vel illas quæ in hirquis oculorum, seu sub lingua existunt, vel quæ humeraria vocatur, vel subalarem, vel quæ per poplitem penetrat, quæ'ue prope talum adest, incidere oporteat (prout de his omnibus Hippocrates docuit) hoc ipsum ego ratiocinationem medicorum arbitror esse. Verum quod cõtraria contrarijs medicanda sint, quodque euacuatio repletioni opponatur, tm̃ abest vt admirer, vt etiam huiusmodi cogitatione bruta animãtia participare dicam. Si aũt auribus apertis aut animo potius, ac deposita erga Hippocratem simultate, veram rationem amplecti volueris, aliquid iam

In libro de Flatib' paulo post principium.

quod illius arte dignum esset, dicere tibi possem. Eousq; n. Diocles Plistonicusq; ac Herophilus, E et Praxagoras atq; Philotimus, nec non alij medici permulti inter se cōsentiunt, ꝙ ipsi quidem nō per sese, verum diuinum Hippocratem secuti repererint, quo tpe quęlibet venę, quas supra cōme morauimus incidendæ essent. Cæterum ꝙ ab atra bile habitis similiter hæmorrhoides conferāt, etiam si illud Hippocrates perspicue docuerit, non tamē omnes sciunt, sed quicunq; syncere in illius scri ptis versati sunt: hi soli.n. quomodo hæmorrhoides dysenteria ac varices fiant, ab ipso perdidicerunt. Item ꝙ non semper horum vnumquodq; si existat, prohibendum est, sed ꝙ quādoq; coadiuuandum: vel natura quiescente (qñ sic confert) ei totum committendum: adeo ignorant illi qui dysenteriam varicesq; & hæmorrhoides immature præpropereq; medicari discunt, vt & ea moliantur quę facere nequaq̄ debebant. Porro ego quoq; vidi non paucos ob huiusmodi euacuationes, quæ medicorum imperitia cohibitæ fuerant, aut atra bile, aut insania vexatos: ipsorum quoq; aliqui tum intercostali inflammatione, tum renali morbo correpti sunt: non nulli vero ex ventriculo sanguinem vomebant, aut eundem tussiendo ex thorace spuebant, aut *{ attonito morbo} aqua'ue intercutanea interibant. Hæc illa sunt, quę mea quidem sententia medicus vna cum pręclara euacuationis arte cognoscere debet.

*paraplegia.

Sanguinis Missionem Non modo non Prohiberi, quia Vacuandi Sanguinis Quantitas ignoretur, sed Cæteris Vacuationibus omnibus Certiorem Mensuram, ac Tutius Auxilium præbere. CAP. 7. F

QVantum autem de sanguine exuperante euacuandum, idq; cum non sit magni momenti, cur Erasistratus tanq̄ ex magnis quoddam contempsit? Aut cur homines illi aduersus omnes obstrepere paratissimi nugantur, cū illū incusent, dicantq; euacuationis perinde atq; aliorum auxiliorum rationem ignorasse? Aut cuius nam, per deos immortales, illū adeo exquisite tenere mensuram arbitrantur, vt neq; excedat in quantitate, neq; deficiat vnquam? num clysteris, aut purgantium medicamētorum alicuius, aut vrinam cientium, vel cibi vllius potus'ue? Tēpus itaq; esset ipsis, vtpote oīa suspicione infesta reddētibus quiescere omnino. Aut cur ergo Erasistratus purgantibus medicamentis vtitur: ac vinum aqua frigida dilutum, tum alijs quibusdam, tum maxime cholericis exhibet: Chrysippumq; præceptorem suum, vt qui inuenerit præsidium nulli veterum cognitum, quodq; & solum cholericos iā morti proximos restituere possit, his verbis satis inuidiose laudat? Non etenim quouis tempore id prebet, sed vsum auxilij huius ad occasionem vehementer præcipitem traduxit. Ego vero hac in re ipsum non accuso, præsertim cum tam absolute oīa quæ ad occasionem spectant, disquirat. Illud tñ in eo quis demirari possit, quod si quando Chrysippicum quicq̄ doceat, tum, vt ex verbis eius colligere licet, vehemēter sit audax, G nihilq; ipsum prorsus neq; momentum occasionis, neq; mēsurę difficilis coniectura, neq; affectus periculum perterrefacit: sed putet adeo exquisite simul clareq; illum & mensuræ & occasionis rationem docuisse, vt decreta sua non medicis solum, verum & popularibus vsui futura arbitretur: at rursum cum ex veteribus medicis aliquem ob rerum inuenta laudare opus habeat, illic vndequaq; tergiuersetur. Age ergo declaremus illis, ꝙ mensura in venę sectione multo facilius deprehendatur q̄ in cæteris quibusuis auxilijs. Nam & coloris mutationem sępenumero dispicere licet, hocq; duobus modis fieri potest, interdum quidem sanguinem ipsum fluentem, interdum autem ægrotum considerando. Ad hæc animi quoq; defectio in plurimis affectibus vacuationis terminum obtinet: Sāguinis item fluentis vigor labescens, & pulsus mutati. Adde ꝙ & medicus huius solius euacuationis liberam habeat facultatem sistendi quandocunq; illi placuerit, aliorum autem nullius. Nam vbi dandum sit aliquod medicamentum siue deiectorium, seu vomitorium, seu vrinarum euacuatiuum, aut thoracis vel capitis purgatorium, horum scilicet omnium prima exhibitio in tua potestate sita est, cetera autem fortuna administratrice obtingunt. Ingens præterea in propinationibus pharmacorum purgātium periculum est, cum vel non commouetur purgatio: vel quod in aluum attractum est, nō facile excernitur: vel cum dolore, morsibus, torminibus, refri- H geratione, pulsuū euanescentia, ac animi defectu exprimitur, vel cum corpus vehementer perturbatur, interimq; paululum admodum euacuatur: aut euacuatio modum excedit, hoc enim ipsum tanq̄ oīum maiorum extremum in hac parte frequenter contingere solet: neq;.n. vt venæ incisæ fluxum, quem superimposito digito mox sistes, sic profluuiū alui tibi sistere licebit. Veruntamen nemo ex medicis superuenientium symptomatum metu perculsus à propinatione pharmacorū abstinet, sed postq̄ errorem commiserit tum demum cauēdum sibi ab illorum vsu proponit. Sed quid ego purgatoria refero, ac in enarrationē fortium medicamentorum tempus tero, cum & cibi cuiusq; in mēsura erratū maxima afferat nocumēta? quorum magnitudinem in extenuatis & imbecillibus hoibus, quiq; celeri nutritione egent, cōsiderare facile possumus. In his enim siquid minus æquo nutriat, virtutem tabidam reddet: contra vbi quid modum exuperans naturæ oneri potius q̄ nutrimento fuerit, illam penitus suffocabit, extinguetq;. An igitur à cibi exhibitione abstinebis, eo quod mensuram illius nō sine negocio assequi possis? Atqui ea quoq; ratione à medendi prouincia penitus abstinebis, nihil.n. in medica arte reperias, quod nisi certa mensura vsurpatū prodesse possit. Cæterum in sola venæ sectione ne hoc quidem culpare queas. Proinde errata, quæ vtrinq; circa mediocritatem contingunt, non paruæ noxæ sequūtur, maximeq; quia excessus perni-

A perniociosissimos esse nemo neget: verum in quo minus periculum est, in eo excedere modum non fuerit necesse. Sit.n.si ita sors ferat, mediocris detractio trium heminarum: vbi si quatuor detraxeris, noxam maximam inferes: duas rursum si euacuaueris, cõmodabit quidẽ id satis, læsionis vero nihil afferet: licebit nanq; tibi vnam illã heminam vel clysteribus, vel inedia, vel frictionibus, vel sudoribus exhaurire, preterquam q̃ & denuo detrahere si voles, non vetaberis. Sed qua ratio ne ego tam multa in medium affero, contendere cupiens cum hoĩbus insulsis, qui ad hoc q̃ nihil rationi consonum loquantur, etiam ea ipsa non agnoscunt, quæ ipsimet laudibus efferre solent? Admirantur.n.dicta Erasistrati, ac nomen sibi ab illo vendicant, Erasistratæos sese appellãtes: verum documentorum illius adeo ignari sunt, vt quiduis potius q̃ sententiam illorum enodare valeant. De venæ ergo sectione tam prolixa tamq; absurda nugantur, vt iure optimo quis non solũ imperitiam illorum, verum etiam impudentiam detestari possit: quippe cum Erasistratus in libro de sanguinis reiectione, in quo solo venæ sectionis meminit, aperte dixerit, q̃ Chrysippus ob id non vtatur detractione sanguinis, quo æger qui propter inflãmationes necessario in inedijs continetur, perdurare possit: ipsi tñ nihil minus q̃ hoc dicunt. Aut vis ne ea gratia vt homines hos Erasistrato obtrectantes in posterum quoq; audiamus, idq; cum verba Erasistrati in promptu no B bis adsint? atqui hoc nequaq̃ æquum est. Audiamus ergo dicta ipsius, vbi ait: Multo consultius " agebat Chrysippus, non solum q̃ præsens erat inspiciens, sed & impendentis periculi curã agẽs. " † Hæret enim illi, quod in reiectione contingit, ex inflammatione periculum, in quo offerre non " facile est: Ei vero qui post venæ incisionem longo tempore sine cibo permanserit, periculum est ne dissoluatur. Aperte enim illum à periculo, quod ex inedia accidit, cauere dicit, illudq; necessario secuturum putat, quia æger ob inflammationem fame longo tempore sit excruciatus.

† *Vide supra pag. 5. d. quomodo locus hic legatur.*

Perperam Erasistratum in Euacuatione, ac Reuulsione, quæ Inflammationibus medentur, Inediam Venæ sectioni prætulisse. CAP. 8.

HIc quoq; nihil moror Erasistratæos blatterantes cur ille hominibus inflammatione laborantibus nihil offerre iusserit: verum ipsum Erasistratum per verba: quorum antea mentionem feci, semet interpretantem habeo, ex tertio nimirum de febribus, vbi de inflammationibus quę ex plenitudine fiunt, disserit, & ex primo de vulneribus. In vtrisq;.n.cõmentarijs non semel, sed sæpe, venas quæ inedijs exinanitæ sunt, vt sanguinem affluentem denuo recipiant, aptiores fieri di" cit. Quid.n.ait? His vero consequens est, vt vulneratis inflammationis tempore nihil offeramus: " venæ.n.cum à nutrimento exinanitæ fuerint, sanguinem qui in arterias trãsilijt, facilius suscipiẽt. C Inedia ergo tanq̃ euacuatorium auxilium quoddam inflammationes discutit, eamq; neq; alia de causa inflammatione laborantibus iniũgi dicit, q̃ q̃ venæ euacuatę sanguinem in arterias insilientem sic facilius suscipiant. Deinceps vero cum venas euacuare velit, possitq; id (ita me dij ament) sine molestia vlla celeriterq; perficere, longos ille insumit labores. Verum ego non video quo pacto se ipsum quis implicando magis prodere possit: Non secabo, inquit, venam, vt æger ad sustinendas inedias sufficiat. Porrò cuius rei gratia inflammatione correptos fame excrucias? vt, inquit, venas exinaniam. Cur ergo eas à principio non euacuasti? Proinde pudet me iam hominis qui in tam grauia errata inciderit, qui præter hæc, quibus tum perspicuis ipsius artis decretis tum suis proprijs rationibus repugnat, etiam hoc ipsum ignorare deprehensus sit, qua de causa inediæ suscipiãtur: quanq̃ de vsu illarum multo antea Praxagoras satis copiose clareq; scripserit: tũ Hippocrates & Diocles, quantum ad hoc spectat, nihil prætermiserint. Hic vero ita rudis est, vt inedias solas ad venarum euacuationem assumendas, eaq; sola ratione laborantibus succurrẽdum putet: deinde, per Iouem, euacuatorio remedio opus habens, neglectis efficacibus illis, quæ ue quocunq; quis velit, celerrime ducere possint, ad oĩum leuissimum transeat. Verum age concedatur tibi & hoc, quod inflammationes ex vulneribus medicari eodem modo possint, quo & illę quę ex D multitudine pendent, quid tãdem faciemus cũ multitudine ipsa, quæ in venis etiãnum manẽs eas extendit? aut etiam cum eadem in arterijs impacta fuerit, quo nam pacto illi succurendũ erit? Ego sane in huiusmodi oĩbus venę inanitionem summe idoneam esse arbitror. Incumbat ergo in thoracem tanta multitudo, vt periculum sit, ne aliquod vas in eo rumpatur, num vel sic venam nõ incidemus, aut membra potius laneis vinculis excipiemus? Illi quidẽ istud mediusfidius suffecerit, qñquidem cum his loco reuulsiui præsidij vtendum censeret, non intellexit venæ sectionẽ in reuellendo multo esse efficaciorem: plurimis enim irrestringibili sanguinis profluuio laborãtibus, vena secta fluxum sistimus. At Erasistratum hoc quoq; ignorasse existimo, nam non cuiusuis hominis est scire quæ venę, cum ex aliqua corporis parte sanguis profluit, incidendę sint. Postquam igitur venæ sectio efficere quàm maxime ea omnia potest, quibus hoc tempore indigemus, illum sane euacuationem vnà cum reuulsione prætermisisse certum est. Quid ergo tu amplius cessas, tempusq; inaniter insumis, & hominem conficis, cum possis illum vindicare & à vasorum ruptura, & quæ illam insequitur inflammatione, & à famis cruciatibus, qui inter remedia inflãmationis à te instituũtur? Si.n.multitudo rupturã efficit, tu illa euacuata id quod futurum erat prohibebis: quod quidem si feceris, etiam ex ruptura inflãmationem de medio tolles: hac rursum sublata non amplius inediarũ vsus nobis erit amplexandus. Tu aũt eò quòd inediam cuiq; cõsulere cupis, vi-

deris mihi ipsemet affectuum qui famis cruciatibus opus habeāt author existere. Quid graue erat, E
si ea quæ lædebat euacuata, nihil negocij deinceps præstolari?

Inter Remedia quæ Multitudinem emendant, Nihil Venæ sectione præstantius: Qua omissa Erasistratum neq; Inedia neq; Reliquis euacuatorijs præsidijs vti potuisse. CAP. 9.

SEd frustra ego forte tantum laboris insumo, quò præsentem hunc sermonem tibi in memoriam redigam. Sanè enim tu ipse nos docuisti in primo de salutaribus libro, vbi de multitudinis generatione quæ in venis consistit præfatus, illius quoq; remedia ordine scribis, euacuationē scopum quidē omnium ipsorum statuens: aliud vero illius genus, alij affectui conferre inquiens. Præterea quæ exinaniant plethoran.i.repletionem (sic enim alimenti multitudinē in venis cōgestam appellandam censes) tum exercitia, tum lauacra copiosa, tum ipsam tenuē victus rationē esse iubes. Neq; idem euacuatorium auxilium cunctis conferre dicis, vt quòd neq; omnes omnium illorum vsui simul assuefacti sint: sed alij lauacra, alij rursum exercitia, non nulli item vomitiones à cibo magis vsurpent. Ad hæc φ non ijsdem morbis omnes obnoxij sint: verum hic epilepsia, ille sanguinis sputo, alter etiam vel hepatis vel lienis affectibus, facile corripi possit. Nullo igitur pacto epilepticum quenq̃ balneis euacuare attentabimus, id quod tu quoq; cauendum recte putas. Etiam vero neq; si cui de vasis in thorace ruptura timor instet, huic exercitia iniungemus: periculum enim est ne illorum vehementia, etiam si non adsit multitudo, ob virium tamen imbecillitatem ipsius exercentis vena aliqua circa thoracem rūpatur. Qua ergo ratione illi succurrere debeamus, quæso nos edoce: siquidem quòd euacuādum sit vel tu ipse fateris, hincq; adeo euacuatoria illa præsidia, hoc est exercitia, lauacraq; frequentia, & tenuem victus rationem abs te habemus. Cæterum exercitijs ne tu ipse quidem vti putaueris: Quòd autem ad lauacra attinet, vtendum'ne his in rebus sic affectis, an nequaquam vtendum sit, tu planè nihil pronunciasti. Ego vero illud quod euidenter apparet experientia corroboratum, aperte dicam: tum si de te quoque vaticinari mihi licuerit, quod tibi forte visum fuit, aperiam. Tu enim ipse in tractatu de sanguinis reiectione, deligationibus, inedijsq; vteris, tanq̃ quibus solis plenitudinem reuellere, non autem balneis euacuare, oporteat. Arbitror nanque te vbi vena iam rupta sit, lauacra inhibiturum, cum interim reticueris si, vbi futuræ rupturæ suspicio adsit, vti illo velis. Porrò vt tu aliter sentias, mihi nihilo minus euidens illud satisfacit, quòd vniuersis sanguinis fluxionibus ex balneo maxima noxa contingat: & causa huius perspicua est: Sanguis siquidem calido lauacro in vapores resoluitur, ac in spiritus redigitur, proptereaq; ad motum incitatur & in tumorē attollitur: ad hæc corpora calidis lotionibus, mollia debiliaq; efficiuntur. Quî igitur fieri posset, vt cum ipsa iam molliora effecta G
sint, isq; qui ea rupit, motum simul tumoremq; nactus sit, non facile afficerentur? Proinde haudquaq̃ per balnea illos euacuare conabimur, quibus ne propter multitudinē sanguinis venę rumpātur, periculum impēdet. Reliquum itaq; est, vt ad tertium euacuatiuorum auxiliorum genus, puta tenuem diætam, confugiamus. Age sanè postquam hanc quoq; tribus modis operatus fueris, nempe tenues paucos'ue aut nihil nutrientes cibos offerens, vel nequaq̃ offerens, vel à cœna vomitum iniungens, videamus in primis quomodo tenuiter cibabimus: nunquid sumpta cœna vomitum prouocantes? Atqui si modo quadantenus ipsis vomitionibus intrepide vti volemus, sic exercitiorum vehementiam nos euitare oportebit: hoc enim neque plebeium quenquam latet. Superest ergo vt vel inediam præcipiamus, aut pauca nutritionisq; expertia alimenta exhibeamus. Verum hæc quamuis non insigniter, nutriunt tñ & ipsa: nos vero non addere aliquid, sed auferre potius cupimus. Vltimo igitur laboriosam illam ac re vera perniciosam, æque atq; sacram aliquam anchoram, quęq; oībus affectibus opitulari possit, famē accersemus, ac deinceps & Apollonium & Dexippum ea gratia maledictis incessemus? At hîc te recordari percuperem illorum quæ ipse de hac re docueris: nā tu ipse de inedia sic videris sentire, tanq̃ ea ex numero euacuatiuorum auxiliorum nequaq̃ sit. Verum simulac prius quod volo demonstrauero, tum et testimoniorum quæ adducis, faciā mentionem. Nā inedia inter res existentes nullū obtinet locū, nihiloq; magis subsistit q̃ vel cæcitas vel surditas, quæ oīa rerum existentiū priuationes sunt. Ipsa.n. ciborum adiectio ex rebus consistentibus est, vnde & hanc opusq; eius, corporis nutritionē esse inuenies: rursum subtractio eorūdem, non eadem cum rebus existētibus est. Neq; etiam proferre poteris aliquod opus illius, qualis.s. illa est quæ in sudoribus venæq; sectione ac clysteribus contingit euacuatio, nec nō in edulijs nutritio. Media igitur amborū, hoc est euacuationis & nutritionis, inedia est, vt quæ neq; nutriat, neq; euacuet. Quāobrem ergo ille multos ob inopiā ciborum famis tempore interijsse dixit? Non mehercule ob inopiam ciborum respondebimus, nam eadē quoq; ratione animantia in latebris degētia sine ciborum copia perdurare nequaq̃ possent. Perdurāt vero hæc, idq; ipsomet Erasistrato asserente, qui & causam huius rei affert: Vniuersa nāq; aīalia per exteriorem cutis superficiem, secūdum quod magis vel minus de raritate participant, trāspirare ait: quòd autem vel magis vel minus rara superficies contingat, tum multas alias causas esse, tum illas non minimas, quę secūdum caliditatem & frigiditatē, ac quietē motumq;, corporum permutationes fiunt. Si enim qui nos ambit aer calidus existit, & aīans exercitijs vacauerit, plurimum tūc ex eo defluere contingit: At in contrario rerum statu, vbi videlicet ambiens nos frigidus, insuperq; animal

A animal sine motu degat, desiari illico exteriorem superficiē, defluereq; nihil prorsus aut vndequaq; parum: & ob id fere quęcunq; latibula incolunt, alimentis opus nō habent. Cum.n. hę sub hyber num frigus, quo tempore in cauernis cōmorantur, toto corpore frigidæ segnesq; ac densæ ob quie tem redditæ sint, & exterior superficies iam adstricta fuerit, nihil tunc defluere par est, neq; etiam quod euacuatum est, repletione indigere: alioqui nutrimento opus haberent: ad quod inuestigā dum eapropter incitatur, quo defectui, quem ex inanitione perceperunt, opem ferant. Patet ergo hinc q & euacuatio, quæ in tota superficie contingit, defectus sit causa: & indigētia ciborum ideo incumbat, quia quod inanitum est, repleri denuo desideret. Atqui posteaq̄ causa defecerit, ob quā solam animalia cibis indigebant, necessarium omnino est, vt & indigentia ipsa vna deficiat: atq; ea de causa animalia latebras incolētia sine cibis degere possunt, siquidē neq; adiectione indigent. Manifeste itaq; didicimus, q non inedia, sed potius raritas cutis euacuet, quā si frigore atq; quiete densaueris, quid cōmodi amplius ex famis cruciatu expectabis? Præterea cui de sanguinis sputo periculum imminet, necessario tum exercitia, tum oēs supercalfactiones euitandæ erunt: ex vehementia etenim horum venæ rumpi plerūq; possunt. Supercalfactiones item ijsdem modis quibus & lauacra obsunt. Corpus ergo citra vllam calfactionē euacuabis: si.n. id vel lauacris, vel exer B citijs calfeceris, ipsas venas ad ruptionem dudum inclinatas maiorem in modum lędes. Quę ergo sic affectis consulendi ratio nobis superest? Inediæ nāq;, nisi hominem exercitari aut quouis modo calfieri contigerit, euacuare nō possunt: venæ vero sectionē veluti & alia fortiter purgātia medicamenta, quemadmodum manifeste apparet, summe arbitror fugimus. Hæc est illa admirabilis sanè euacuantium presidiorum opulentia, qua abundant hi qui ad inediā confugerunt, quaq; sola si vtemur, iā nobis nihil reliqui fecimus, vt quod sola euacuare nullo modo possit: rursum quibus adiuncta euacuat, ea ipsa maiores longe noxas q̄ commoda ex euacuatione habent. *

GALENI DE VENAE SECTIONE ADVERSVS ERASISTRATÆOS QVI ROMÆ DEGEBANT LIBER

Iosepho Tectandro Cracouiensi interprete

Ab Augustino Gadaldino ad vetustissimorum exemplarium Græcorum fidem diligenti cura emendatus

ARGVMENTVM LIBRI

Ostendit Nunq̄ vsum fuisse Erasistratum Venæ sectione: & q Cum id non intellexissent eius Sectatores, Tum inuicem sunt aduersati, Tum in grauissimos errores inciderunt.

Quibus de Causis Galenus Erasistratæos Romæ coactus est redarguere. CAP. I. *De hac re uide 5. meth. ca. 15.*

D  Vm Romam initio venissem, incidi in medicos quosdam, qui à venæ sectione tantopere abhorrebant, vt cum aliqn̄ æger quispiam propter plenitudinem iā præfocaretur, ne tum quidem hoc auxilio vti vellent. Præterea mulierculam quandā, quæ viginti vniusq; annorum ætatē agebat, ac ex menstruæ purgationis retentione faciem rubicūdam obtinebat, tussiebatq; paulūlum, & difficulter spirabat, illi curare adorti, primum quidē membra illius laneis vinculis leniter excipiebant, & in inedia exigere iubebant, venam aūt secare nolebant, nosq; id facere volentes prohibebant. Quia vero domesticis ipsius mulieris familiariter vtebantur, & ętate me erāt multo superiores, facile ipsis est habita fides. Ego quidem illis venę sectionē tum tpis suadere non conatus sum, sed interrogaui num mihi per eos liceret sanguinē ad vias vteri, remedijs quæ hoc efficere possent, prouocare: quod cū illi prōpte concessissent, adij familiarē ipsius ęgrotę obstetricē, quā & exhortatus, vt vsum illorum experiretur. Verum illa remedijs hmōi, tpe quo factū id oportebat, vsam fuisse se affirmabat, quando.s. menstrua purgatio futura in expectatione erat: recitabatq; remedia ordine, quæ mulieri obtulisset: & hæc quidem commoda alioqui erant, eamq; ob rem quo minus efficacia fuissent, nequaquā

illorum imbecillitate factū esse videbat. Postq̃ igitur ego ista percepissem, simulq; à retētione san- E
guinis quartum iam mensem præterijsse animaduerterē, denuo cum medicis illis cōgressus, vt ad
venę sectionē sese conuerterent persuadere eis conabar. Cum aūt id facere noluissent, illorum ani
mum demirabar, maximeq; si eniterentur, vt omni conatu apertis circa vterū venis q̃ plurimis san
guinem superfluū illinc euacuarent: si vero alia quæpiam vena secaret, noxiam ex eo euacuatio-
*Al. tanti nem euenturā arbitrarent. At ijs respondentibus, ꝙ vel absq; tālis auxilij præsentia sanguis exu-
perans sola inedia euacuari posset, taciturnus discedebam, nihil bonæ spei de muliere propter tus-
sim ac spirādi difficultatē concipiens. Aut.n.rupto vase ipsam ex thorace pulmone'ue sanguinē
sputo eiecturam, aut synanche, vel laterali inflāmatione, vel peripneumonia, correptā iri pręmedi
tabar: optabamq; votis omnibus, veluti in delectu malorum fieri contingit, vt mulier laterali saltē
inflāmatione corriperetur. Incutiebat quippe mihi terrorem tū acuitas periculi, quod ex synāche
peripneumoniáq; subitura esset: tū ex ruptione vasis in pulmone lethale nocumentū, id quod po
stea re ipsa est subsecutum. Dum.n.illa vehemētius tussiret, sanguis ēt vnà extrorsum ferebatur.
Atqui iā vel vulgo nō pauci medicos obiurgabāt, ꝙ illi mulierculæ venā incidere vetuissent: spe-
rabantq; oīno futurū, vt ēt si id prius non fecerint, hoc tn̄ tempore verecundia ducti, vsum præfati
auxilij concederent. Cęterum cum hi neq; tum quicq̃ cōmouerent, sed potius vincula membrorū F
fortius adstringerent: iuberētq; vterum remedijs iritare, ac mulierem inedias sustinere, ego et ob
ętatem & celebre nomē virorū, nihil me amplius profecturū credens, illinc discessi. Mulier quoq;
ipsa non ita multo tpe interiecto, insanabili spirationis difficultate coercita interijt. Synanchici
pręterea nō nulli vbi eis à venæ sectione interdictū esset, istorū opera perierunt q̃ celerrime. Fuit
& alter quispiā, qui veris tpe, cum per totā hyemem magnopere repletus sine exercitijs degeret,
ac totam faciē vnà cum ipsis oculis adeo rubicundā haberet, quemadmodū si quis pronus capite
in terram defixo, cruribusq; in altum protensis sub hmōi figura perseueret, quinto tandem die re-
pēte præ anhelitus difficultate suffocatus est. Hos ēt insecuta est mulier, numero quarta, quā illi
venæ sectionis hostes, retentione menstruæ purgationis non pauco tpe grauatam, eodē pacto ad
interitum ferè pertraxerant. Nam primis tribus diebus ipsam in inedia conseruabāt, febri.n.conti
nua laborabat. Quarta vero luce pauxillum quid sorbitionis exhibentes, quintam sine cibis transi
gere iusserunt: in qua illa grauissime exacerbata desipiēs prosiliebat, & clamore iam extra fores ab
illa sublato, vix tandē ab ijs qui eò confluxerant retineri potuit. Verum hanc natura copioso san-
guine ex naribus effuso seruauit: & dabat̄ occasio qua non sine admiratione discere poteramus,
quātam habeat facultatem ad hmōi affectuū medelam ipsa sanguinis subtractio: mox.n.post san- G
guinis è naribus proruptionem mulier ab oībus symptomatis libera euasit. Ego vero, quanq̃ an-
tea sermonē cum medicis instituere veritus fueram, ꝙ ea considerarē quę illi pro non admittendo
venæ sectionis vsu dicturi fuissent: cum tn̄ oēs aīaduerterēt mulierem manifeste ex sanguinis eua
cuatione seruatam esse: saltē mortuos illos ad memoriā eis reuocandos duxi, quibus siquis venam
*afferebamq; secuisset, forte fuissent & ipsi seruati: afferebāntq; ad hęc rationes quasdam. Hi vero verba vltro ci
troq; inuoluentes se ipsos implicabant, nihilq; prorsus certi statuebant, ac postremo ad Erasistra-
tum confugiebant, quem vtpote primo de reiectione sanguinis libro dicebant declarasse, ꝙ vin-
cire ipsa membra, q̃ venam secare longe præstaret. Aiebant præterea illum in opere quod de fe-
† vt qui esset eorū oīum memor, q̃ in libro de sanguinis &c. bribus inscripsit, venæ sectionis neq; à principio meminisse,† cum alioqui ea oīa recensuerit quæ
de sanguinis reiectione indicauerat. Ridendus.n.modis omnibus esset, si venę sectione in eo affe
ctu qui ea maxime indigere videbatur omissa, de alijs verba facere non destitisset. Afferebāt quo-
que ꝙ Erasistratus ipse nō solum in opere de febribus, verum & in reliquis tractatibus omnibus,
venæ sectionem reticuerit: neq; etenim vel in quo de affectibus alui tractat, vel in quo de resolu-
tionibus, vel vbi de podagricis morbis disserit, aut cum de salutaribus agit, venæ sectionis auxilio
vsus est vnquam, idq; cum ille in de salutaribus tractatu multitudinem sanguinis præcipuā mor- H
borum causam esse arbitratus sit. Porrò ego ea quę dicebāt iterum demiratus, illos de hac saltem
re interrogabam, num prorsus venę sectione non vtendum censerent, vel cum quis pulmonis vl-
*inflāmatione cēratione laboraret, vel synanches more præfocaretur, vel vbi menstrua purgatione, hæmorrhoi-
dibus'ue suppressis, sanguis redundans ad partes thoracis propelleretur. Illi autem ad hæc respon
debant, ægrotos qui ab Erasistrato in commentarijs de diuisionibus descripti fuerāt nobis in me-
dium adducentes: inter quos in primis Critonem quendam, ac puellam ex Chio oriundam, pro-
ferebant. Et ꝙ illum quidem à principio synanchicis cruciatibus correptum, atq; vehementer re-
pletum, hanc vero menstruis retentis sanguinisq; multitudine versus pulmonem impetu delato,
Erasistratus (quemadmodum ipsemet in scriptis testatur) per venę sectionem nunquam curasset.

Cæterum cum illi hæc adhuc loquerentur, superueniens Teuthras quispiam ciuis & commilito
meus, vt erat moribus planè ingenuis, Non flectes istos vnquam, inquit, vt qui eousque stolidita
tis processerint, vt & illos in memoriam reuocent, qui Erasistrati opera interiere. Quid enim, in-
quit, aliud in causa esse potuit, ꝙ illi, quos nobis isti proponunt, perierint, nisi quòd in eis prætér-
missum sit venæ sectionis auxilium? Cur item alij permulti interierunt, qui per tempus euacua-
ri ab his prohibiti sunt? Et eos deinceps omnes vnà cum ipsis affectibus, quos perpessi fuerant,
quo-

A quorumq; ego non multo antea memini, nominatim ordineq; recensuit: ibiq; in cachinnum effu sus manu me comprehendit, attrahensq; inuitum a medicis abduxit. Quin etiam in sequenti die Erasistrati de diuisionibus commentaria in publicum producta coram vniuerse philosophorum cœtu relegebat, partim vt indicaret Erasistrati culpa & Critonem & puellulam illam Chiensem perijsse, partim vero vt medicos natu grandiores ad colloquium prouocaret: Verum illi quia decertare cum adolescente infra dignitatem illorũ putabant, tum non comparuerunt: mos enim illo tempore erat, vt aliquis quotidie palam ad publicas quæstiones responsa daret. Quæsitum ergo a quopiam fuerat, nũ Erasistratus recte fecerit ꝙ venæ sectione nunꝗ; sit vsus. Hoc problema quan do ita visum erat ijs qui eo audiendi causa conuenerant, ego explicaui: propterea q; Teuthras hor tabatur me, vt ea quæ illic locutus fuissem, puero quem se ad me missurum receperat, dictare non grauarer: quia breui in Ioniã abnauigaturus erat, ardentioreq; animo velle se ea prorsus habere di cebat. Ego itaq; amici consilijs acquiescens, sermonem illum scriptis mandaui. Porro accidit vt liber per illum passim diuulgatus per multorum manus præter sententiam meam vagaret. Atqui oratio [a] † familiari doctrinæ} magis, ꝗ; [b] † publico cuiq; operi} quadrans, contexta erat: amicus. n. ille, vt præfatus sum, eã dictari tñ cupiebat. Quanꝗ; aũt liber [c] † tam humili stylo cõscriptus esset,} B multisq; defectibus respectu perfectæ orationis scateret, tñ eo ipso ille multo maiora effecisse videbatur, ꝗ; sperare quis potuisset. Omnes etenim ij, qui sese hoc tempore Erasistratæos vocant, contrariam priori rationem ineuntes, iam inde venam secare consulunt, non solum cunctis ijs quos paulo antea commemoraui, verum etiam quauis febre correptis. Quapropter iuxta Stesichori dictum arbitror me apud illos palinodiam aliquã emeruisse, in qua eos cum primis admonendos cẽseo, vt in sermonum commercio quãtũcunq; velint contentiose se gerant, deposita tñ in vtranque partem propensionis temeritate ægrotis parcere discant. Neq; enim venæ sectio inhibẽda est per omnia, neq; rursus illos, quibus Erasistratus inediã iniungit, omnes (id quod huius tẽporis Erasistratæi vniuersi asserunt) venæ sectione egere arbitrandum est. Huc accedit ꝙ non facile cognitu sit quibus omnibus huius auxilij vsus conferat: tum vel mensura, vel vena quæ secari debet, vel sectionis tempus, non sine negocio reperiatur: propterea q; illam in quouis morbo Erasistratũ puto adeo neglexisse, vt & in illis qui eã magnopere requirere videbant, ille ipsa vti vetuerit. Et hinc sane per inflammationis tempus in inedia, vt aiunt, ægrotos degere iubens, hæc ad verbum scribit: “Venæ enim posteaquam euacuatæ fuerint, sanguinem qui in arterias insilijt facile suscipient: “quod vbi contigerit, inflammationes minus accident. Si ergo inediam, inquiunt illi, velut euacua C torium auxilium præcipit, multo sane commodius ad venæ sectionem sese contulisset. Et ꝙ quidẽ ipse, vbi celeriter euacuare cupit, multo commodius ad venæ sectionem transiisset, probe illi dicunt: nihilo minus tamen hoc loco scopos qui illius vsum aliquando impediunt, prętermiserunt: quos ego processu sermonis recensere conabor.

A † ἀκουστηρίῳ.
B † συγγράμματι
C † τοιοῦτος ὤν

Quàm Dissentiant Erasistratæi in ipsa Erasistrati de Venæ sectione sententia percipienda. CAP. 2.

QVæritur vero nũquid absolute factu pręstantius sit, verũ an Erasistratus pręsidium hoc ali qñ vsurpasse reperiatur. Hoc aũt cum ego Romam primum appulissem, omnes qui ex Erasistrati discipulis erant, antea negabant: nunc vero probatissimi quos ego noui, ab his tãquam in re minima discrepare manifeste animaduertuntur. Vt enim cæteros pretereã, Stratonem ipsum tibi in memoriam redigã, qui Erasistrato erat summa necessitudine iunctus, ac eam ob rem “cum in patriam scriberet, & seruiuisse se illi hactenus diceret, inter alia hæc subiungit: Erasistratus “iure optimo laudibus extollendus est, præcipueq; ꝙ ea omnia quæ veteres per venæ sectionẽ cura “re conati sunt, ille citra illius vsum medicatus est.[a] Quanquam vel Strato ipse, curandi rationes [b] sẽ absq; venæ sectione instituisse in commentarijs suis aperte [c] fatetur. Neque vero mirum est ꝙ Erasistratus Chrysippũ Cnidiũ in omnibus sequat, quippe qui statuerit se venæ sectione (id quod & D ille fecit) non vsurũ. Idem quoq; & Aristogenes & Medius cæteriq; oẽs, qui Chrysippi sententiæ subscribunt, fecisse videntur. Quantũ ergo ad ægrotantium salutẽ attinet, multo melius est si credamus ꝙ Erasistratus vsus sit venæ sectione: quantũ aũt ad huius seculi Erasistratæos, id non credere longe præstiterit. Extremę enim dementiæ esset, si quis Erasistratum eapropter in affectibus paulo ante enumeratis venæ sectionem silentio præterijsse putaret, quia ille alioqui venas euacuãdas palam censeat, hucq; totius curationis scopum statuisse alicui videatur, eo ꝙ illum in quibusdã affectibus famem consulere animaduerterit: nãq; aperte constat istud euenire ijs qui venæ sectionis auxilium, parem ipsis inedijs facultatẽ obtinere dicunt. Quod si tantundẽ non valeat, & quasdam distinctiones necessario postulet: quas inuestigare poterit is qui exacte perdidicerit, quando ipsam euacuationem vel per venę sectionem, vel per inediam solam, vel per vtraque, commodius facere liceat: iam euidenter ratio eos conuincit. Scripsisset etenim Erasistratus distinctiones has, si mõ, vt isti volunt, venę sectioni tribuendũ quicquã putasset. Eoq; pacto oratio istorum in vtranq; partẽ inclinando se ipsam prodit. Si nanque hæc eadem facultate pollet, Erasistratus & in tractatu de febribus, & in alijs plerisq;, quorum superius cõmemini, de venæ sectione aliquid scribere non temere posthabuit. Si vero venæ sectionis præsidium eandem cum inedia dignitatem non obtinet, non recte illi sentiunt, qui nos ex ijs quæ de inedia scripta sunt, de venæ sectione quoque coniecturam

* nũc nõ quid
A * Et sane uel &c.
B * semper
C * uideatur

ie[illegible]turam facere debere aiunt. Quanquam & in hac parte sermo ipsorum inediã inutilem esse indicãs, E se ipsum denuo [a] implicat. Nam si ob id inedias probamus, quod venis per eas euacuatis affectus minui cõtingat, multo hercle cõmodius fuerit, vt euacuatione semel adhibita ab inedijs abstineamus, vt quae & aegrotos ingenti molestia afficere soleant, & vigilias ac inquietudinem, orificijq; vẽtris affectionem, tum succorum corruptionẽ, nec non alui atq; interdũ vrinae suppressionẽ inferant.

Neque in Puellae Chiensis, neque in Critonis historia venae sectionis ab Erasistrato habitam fuisse mentionem, sed vtrobique quòd ea omissa sit, monstrasse. CAP. 3.

QVod aũt Erasistratus re ipsa venae sectione nunquã sit vsus, ex aegrotis quos in commentarijs de diuisionibus recensuit, manifeste colligere licet: in ijs.n.cum omnia ea explicet quae inter medicandum vnquã gessisset, venae sectionẽ nullibi reperiẽ cõmemorasse. Caeterum cum prolixum sit omnes per illum recitatos aegrotos nunc proferre, sufficit eorum tm̃ recordari, qui vel à grandioribus natu medicis, vt tamen declaratum est, adhuc in memoria habentur, praecipueq; eam, cuius ex illis in priore, alter item in posteriore diuisionum libro, descriptus sit. Praeterea cõmoda occasio est, vt impraesentiarum verba ipsa adscribamus, quibus Erasistratus cuncta quę circa aegrotos acta sunt ordine enumerat, in hunc modum in libro priore scribẽs: Puellulę Chiensi ea acciderunt. Primum quidem illi purgationes longo tempore suppressae fuerant. Deinde subse F cutae sunt tussiculae, vnà cũ reiectione pituitae. Processu vero temporis & sanguinis [b] vomitus superuenit. Tum quod ad circuitum purgationum attinet, interdum illae in quatuor, interdum duobus mensibus, redibant. Etiã ijsdem fermè diebus quibus purgationes fiebãt, ipsa reiectio accidere solebat, diebusq; tribus aut quatuor perdurabat. Quapropter inde perspicuũ erat illã id genus excretiones loco purgationũ sortitã fuisse: [c] † nã & febricula ijs ipsis diebus insecuta fuerat: quae postea [d] emẽdabatur. Haec Erasistratus praefatus, deinceps de remedijs hoc pacto scribit: Primis autem temporibus ipsa potionibus [e] † caeterisq; calfactorijs, deinde etiam per extrorsum applicata, reliquamq; adeo quae ad hoc quadrabat victus rationem medicari occepta est. Erat enim circa vteri os [f] non intensa durities. Verum cum remedia nihil omnino promouerent, ac vno perpetuo circuitu grauitas in lumbos incumberet, humiditasq; nulla compareret, illico febres cõtinuae intensioresq; prioribus exortae sunt, quas & tusses vehementes, postq; corpus iam mollius factum esset, insecutae sunt. [g] † Altera igitur die periculosum arbitrati durãtibus adhuc febribus purgationes facere, à medicamentis penitus abstinuimus: reliquis vero remedijs vsi sumus: quemadmodũ & in huiusmodi & in alijs affectibus consueuimus. Praeterea ad medendi rationem ipso purgationum circuitu obseruato, cibaria subtrahebamus. Eaq; ratione reiectio sanguinis nõ amplius quàm se- G mel eademq; pauxilla superuenit [h] †. His ille nihil aliud superaddidit, nisi, Quin etiam purulentae reiectiones profluebant. Atqui hic de venę sectione mentio nulla est, cũ tamen, prout omnes operum ipsius artis periti norunt, principium auxiliorum ab illa fecisse oporteret. Sed fortasse quis ex illorum numero, qui ad omnia non grauanĩ prompte respondere, defensurus Erasistratum dicet, quòd remedia huiuscemodi per illum administrata non sint, verum potius ab eo ea gratia nũc prodita esse, quò nos nihil eorum latere possit, quae acta essent. At opinionem istorum redarguit id quod infertur, dum haec ait: [i] † Altera igitur die periculosum arbitrati durantibus adhuc febribus purgationes facere, à medicamentis penitus abstinuimus: reliquis vero remedijs vsi sumus: quemadmodum & in huiusmodi & in alijs affectibus consueuimus. Praeterea ad medendi rationem ipso purgationum circuitu obseruato, cibaria subtrahebamus. In his enim Erasistratus aperte indicat se non aliorum medendi rationem recitare, sed suam ipsius enumerare, atque omnia quę circa aegrotam fecisset perscribere. Nam & /abstinuimus/ & /arbitrati/ nec non /vsi sumus/ ac /obseruato/ & /subtrahebamus cibaria/ alterum ex duobus manifeste declarat, aut quòd Erasistratus propria remedia recitauerit, aut ea quibus alij vsi sunt, ipse fuerit amplexus. Porrò si ea amplexus est, quorum alij authores fuerunt, iam nobis euidenti coniectura colligere licebit, quid ille de venae se H ctione senserit. Per ipsam enim ciborum subtractionem rursus nobis alterum duorum insinuatur, aut quòd illa in totum subtrahi, aut diminui debeant: id quod Erasistratus se in muliercula hac aegrota, quo tempore purgationis circuitus aduentabat, fecisse fatetur. Conueniunt ergo haec in hac re cum omnibus scriptis illius, quòd ille solam inediam aegrotis seruãdam consuluerit, venaeq; sectione nullo in loco sit vsus. Nisi rursum hic aliqui dicant, mulieri illi venam quidem sectã fuisse, verum id auxilium in enarratione omissum esse, eò quòd nos ipsi id adhibitum esse autumare possimus, quamuis per illum non sit declaratum. Cur ergo de inedia quoq; nõ reticuit, cum de illa vel eadem ratione nobis suspicari liceret? Eadem autem ratio est, tum de potionibus, tũ [k] † de supercalfactione, deq; ijs quae foris applicata sunt. Si.n.neq; de his penitus Erasistratus quicquã scripsisset, tamen omnino quod ea à medicis peracta fuissent, cogitare poteramus: quippe qui animo conceperimus vniuersis auxilijs illud commune esse, quòd illa administrata fuerint, quamuis de eis nihil praescribatur. At Erasistratus exquisitae perspicuitatis gratia omnia simul enarrare constituit, ne sumpta inde occasione aliquis haec quidem, tanquam aegrotae adhibita fuissent, adijcere posset: illa vero veluti iam praetermissa, subtraheret. Praeterea quoque haec Erasistrati enarratio, opinioni istorum euidenter repugnat. Si enim muliercula venae sectionem subijt, inedia frustra est vsurpata:

A † in Graecis impressis [illegible] legitur: in antiquis [illegible] habetur.
B † reiectio.
C † Alias in antiquis. reiectiones autem fuerant et febriculae ijs ipsis diebus.
D † [illegible]
E † In Graecis [illegible]
F † In quibusdam antiquis cod. graecis particula [illegible] non habetur.
G † A caeteroque igitur circa vteri adhibenda abstinuimus, difficile esse arbitrati, durantibus adhuc febribus, purgationes facere.
H † In Graecis impressis [illegible] manuscripti habet [illegible] sed certe nihil postea, sed et quandoque recurrebat in purulenta reiectio.
I † A caeteroque igitur circa vteri adhibenda abstinuimus, difficile &c.
K † de fomentatione et subditis, s. pessis.

A vsurpata: quin potius si veritas fatenda est, non frustra solum, verũ etiam non sine noxa. Sed istud
paulo post indicabimus: Nunc vero illam frustra accersitam esse, vt explicemus, oratio ipsa postu
lat. Postq; enim per tempus purgationis, quæ circuitu quodam fieri solebat, sanguine ad superna
perlato periculũ immineret, ne mulier qñq; sanguinem expueret, Erasistratus plenitudinem mi-
nuere cupiens, ad inediam se contulit: atqui hæc superuacanea plane est, si modo venæ sectio qua
momento temporis sanguinem superfluum euacuare facillimũ fuerat, accersatur. Proinde illi qui
Romæ mulieres medebantur, rei quæ contigerat experientia maxime commoti, tẽpore quo eru-
ptio menstruorum futura expectabatur, venæ sectionẽ vsurpabant. Neq; vero quietẽ illis impera
bant, neq; ieiunium, sed melicratũ offerebant, victuq; humectante ac lauacris affatim vti concede
bant. Ab his enim si vel mediocri quãtitate sanguis fuerit subtractus, purgationes confestim exo-
riri solent, præsertimq; si infra poplitem aut prope talum venæ sectio fiat. Sed è diuerso si quis ve
na secta inediam sustinere imperauerit, non solum menses prius fluẽtes cohibebit, verũ etiam pur-
gationes quæ iam inculpate euacuabantur, reprimet. Sanguis nanq; ciborum inopia arefit, & den
sior se ipso redditur, eamq; ob rem ad fluendum ineptus euadit. Quæ igitur tum lotæ fuerint, meli
cratumq; & cibos idoneos assumpserint, ac vinum neq; austerũ neq; crassum biberint, his purga-
B tiones proculdubio contingent. Ob idq; ego inedias post venæ sectionem non frustra tantum, ve
rum etiam non sine noxa assumi dicebam. Cęterum venæ sectionem puellæ illi Chiensi non adhi
bitam fuisse ẽt ex ijs quæ superuenerant, patet. Sanguinis enim aliquantum expuebat, quem ne-
quaq; expuisset si euacuationem experta fuisset: demum cum præ spirandi difficultate mortua sit,
ne hoc quidem sic perpessa fuisset. Maximũ præterea experimentum Romæ nostra tempestate à
venæ sectione est sumptum. Contigit enim cum vulgo mulieres aquã frigidissimam ex niue pota
rent, vt aut nullo pacto, aut prorsus diminute purgarentur: has tñ medici venæ sectione adeo in-
columes conseruarunt, vt neq; sanguinem spuerent, neque laterali inflammatione aut pulmonis,
aut synanche caperentur. Non ergo puellam illam Chiensem ab Erasistrato per venæ sectionem
curatã fuisse suspicentur: neq; enim ipse cũ alia quæuis enarraret, auxiliũ venæ sectionis, tanquam
rem parui momenti prætermisisset. Neq; ẽt ob inediã ille, hæc aũt multitudine sanguinis præfoca-
ta interijsset. Sed de hac impræsentiarũ ista dixisse sufficiat. Trãslato vero ad Critonẽ sermone,
orationi huic verba Erasistrati adscribemus, quæ de illius affectibus fecit: sic enim habent: Crito
ni quidem repletio, initium ægritudinis fuit. Accessit ad hæc q in plenitudinem synãchicam iam
inciderat, quæ sane nihil aliud est q̃ paristhmiorum ligulæq; inflãmatio. Plerunq; ergo contingit,
C vt qui in eam inciderint, suffocentur, ac nisi celerrime illis succurratur, breui intereãt. Cum autem
Crito quoq; in horum numero esset, prima quidem die illum more consueto spongijs calfaciẽtes
medicati sumus, eo'que tempore cataplasmata illi applicata reliquimus, vt in curatione perpetuo
essent. Exhibita ẽt ei sunt catapotia ex castoreo ad aluum ciendam, quæ his cõmode subducta est.
Neminem nõ animaduertere arbitror diligentiã narrationis omnium eorum quæ circa Critonẽ
acta sunt. Nam & calfactionem per spongias factam, & vsum cataplasmatum & catapotiorum re-
tulit, adeo'que quo'd per spongias calfactus sit manifeste declarauit, ac reliqua vt ordine gesta erãt
studiose enumerauit: de venæ autem sectione ex composito siluit, nempe q auxilium istud ceteris
vilius putauerit. At tenuia illa quæ in his enarrationibus continentur, commemorare mihi nũc in
tegrum non est: quanquam Erasistratus ipse rursum paulo post ait, Apparebat itaque nobis q af
fectus ipsi ad pulmonem heparque [a] † permutari incepissent, [b] † & synanche iam illuc deflueret,
eo'que febres augerentur. Hoc loco affectuum permutationem [c] sine hypochondriorum tensio-
ne factam esse arbitratus est: vbi quà'm diligentissime animaduertendum censeo, considerandũq;
quale illud sit, quod tibi in dictione hac occurrat, qua affectus permutari incepisse ait: num. s. id ad
partes quæ inflammantur permutatas pertineat, an ad sanguinis qui inflammationem concitauit
D transfluxum. Mihi siquidem primum ex predictis ne cogitari quidem posse videtur: alterum aũt
illorum verum esse constat: nam & ego multitudinem in aliquã partem decumbentẽ sæpius cohi
bui, quã illa propria virtute deinceps in aliam quãuis repellendo trãsponit. Istud ergo Critoni cõ
tigisse apparet, veruntamen neq; tum temporis Erasistratus venæ sectionis vnq; meminit. [d] † Sed
cur se totum thoracem vna' cum hypochondrijs ipsis, cataplasmatis fouisse ait? Quemadmodum
autem ex partibus quæ circa ligulam & tonsillas sunt, sanguinis exuperantis permutatio ad loca
inferiora fiebat, ita quoque illo ex inferioribus ad caput sursum perlato, cõtingebat partim febres
excitari, partim aggenerari symptoma, quo principium neruorum affectum esse indicabatur. Au-
di itaque & hanc Erasistrati sententiam: Cum autem ab ægritudinis principio iam decimus dies
adesset, ac ab instantia sextus, quo tum febris vehementi insultu redijt, tum obuersio ceruicis ac-
cidit, & vna hora transacta tanta insensibilitas hominem inuasit, vt & lotium per lectum emit-
teret: non multo quoque postea instantia febris aderat. Deinceps inferens ait: Videbatur itaque
nobis quo'd affectus rursum versus caput permutari incepissent, ac circa hanc permutationem fe-
bris redijsset, quę postea cum iam partes capiti vicinæ afficerẽtur, intensa permanebat. Atqui vel
nos aduersus hominem sequenti sermone insurgamus. Rectissime tu quidem Erasistrate dicis,
affectuum permutationem ad caput factam esse inquiens: multo vero melius fuerat, [e] † si nõ quo-
rumuis affectuũ, verum eorum qui à plenitudine causabantur, dixisses: vt enim corporis affectas
partes

A † permutationem fecissẽt. et sic ubiq; inferius.

B † Al. ex antiquis. & synãche quidẽ illi allemaretur – febres aũt augerentur.

*C * In antiquis ἅμα τῇ καθ᾽ ὑποχόνδριον διατάσει. i. simul cũ hypochõdriis tẽsione.*

D † Sed quid ait? se totum thoracem unà cum hypochondriis ipsis, cataplasmatis fouisse.

E † Al. ex antiquis. si non affectuum dixisses, sed ipsius affectuũ causæ, hoc est plenitudinis.

partes permutari incepisse nemo dicere possit, ita neque ipsos affectus. Arbitror enim quod; mul- E to consultius diceret, quieuisse quidem priores affectus, alios vero cã permutata exortos esse, ᵃ † q̃ in principio totius narrationis eadẽ rõne qua & repletio ipsa, aderat: ᵇ † quã si ipse euacuasset, neq; vnquã morbus earũ rerũ quæ circa ligulã impactæ erant, permutationem ad infernas partes molitus fuisset, neq; ẽ diuerso illæ deinceps versus caput ferri potuissent. Quapropter Critonẽ hunc eodẽ pacto, quo & ancillula Chiensis interierat, quia illi vena secta non fuisset, mortuũ esse cõstat. Sed illud quoque Erasistratus ipse persensisse animaduertit: ᶜ † neq;.n. aliã ob cãm ait, ꝙ huic interitus cã fuerint ea q̃ ad pulmonem delabebant: & ꝙꝙ statim ab initio hominẽ plethorico affectu implicitũ esse cognouisset, tñ maximo ductus errore hæc euacuare non præuenit. Si igit̃ adstruere quisquã velit, Erasistratũ, ꝙ & peritissimus medicus esset: & affectus illos tũ Critoni ex repletione, tum puellæ Chiensi ob menstruorum retentionẽ, contigisse compertũ haberet: subtractionem sanguinis nequaꝙ ptætermisisse, quin potius vtrisque sanguinẽ subduxisse, verũ id in enarratione consulto prætérijsse: quid vetat & me dicere, qualecunque illud ex euacuatorijs remedijs sit, applicatũ quidem ægrotis id esse, in enarratione nihilo minus non esse recitatum? Ecquis.n. sanæ mentis medicus ferre me non posset, si dicerẽ symptomata illa, quæ vsq; ad mortẽ apparebant, propter plenitudinem illis accidisse, interitũ aũt ipsum non alia de cã insecutum, nisi ꝙ plenitudo euacuata F non fuisset? Quis ẽt ferret istos qui dicunt, ꝙ ex ijs q̃ Erasistratus egisset, minuta tm̃ perscripserit: at de venæ sectione, eaq; quæ per elleborũ scãmoniam'ue fit purgatione, quia hæc auxilia p se clara sint, nullã mentionem fecerit? Atqui siquis sola cõi sñia, qua repletionẽ euacuandam esse indicatur, venæ sectionem significari asserat, vt quæ ẽt inter euacuatoria remedia annumeretur, quid inhibet eadem lege, alia cuncta euacuatoria præsidia intelligi? Ne ergo amplius ab Erasistrato solam venæ sectionem ægrotis adhibitam esse dicant, verum reliqua quoque cuncta, puta clysteres, vomitiones, purgationes, lauacra, exercitia, frictiones, gestationes, inunctiones, ᵈ calefactoria cataplasmata, cæteraq; id genus, quibus omnibus ille aliquando vti potuerat. Si vero non hoc solũ sufficit, ꝙ euacuandus æger sit, neq; istorum auxiliorum is finis existit: sed in primis ᵉ modum euacuationis adijcere, postea q; quibus rebus hæc adamussim indagetur declarare, ac his occasionẽ & mensuram & vtendi rationem addere opus sit: sequitur sane ꝙ qui saltem de scopo auxiliorum cõmuni verba fecerit, is nõ dum vlla ex parte particularium meminisse potuerit. Si enim cõmune quid protulisse suffecerit, frustra ille cataplasmatum, inediæ, calfactionisq; per spongias factæ, mentionem habuit. Siquidem neq; cataplasmata, neq; inediam, nisi ab eo didicerimus, nostra opera inuenire possumus, venæ autem sectio, Erasistrato quoque tacente, vnicuique manifesta est. G

Ex ijs quæ in Sanguinis detractione Considerari solent, cum ab Erasistrato in minimus alioquin curioso omissa sint, Conuinci illum ab ea prorsus Abstinuisse. *CAP. 4.*

SEd ꝙuis illis illud quis concesserit, absurdũ cum sit, tñ ei qui auxilio hoc commode vsurus est, multæ etiãnũ, eædemq; pergrandes considerationes supererũt. Inter has aũt Prima est, an, quẽadmodũ aliqui sentiunt, ꝙlibet venã semper secare nihil differat, aut propriæ venæ in singulis affectis partibus contineant, quæ ipsarũ plenitudinẽ ꝙ celerrime euacuare possint. Secũda vero, vtrũ semel aut sæpius subtrahere conueniat. Tertia item, qua rõne in his intentiones inuestigãdæ sint, quas vbi quis exquisite cõsiderauerit, mensurã euacuationis cõiectura assequi possit. Quarta, ĩ qua de occasione, ad quã in primis venæ sectio fienda est, num.s. ea eligibilis sit, per demonstrationẽ doceatur. Qui igitur à venæ sectione prorsus abstinet, apud hunc harũ rerum omnium consideratio perit, ẽ medioq; tollitur: eam autem adhibenti, vt omnia ista sequantur necesse est. Quanquã & in reliquis omnibus præsidijs eadem est ratio, veluti veratri, scammonij, vini, lauacrorũ, cibiq;. Si.n. in ægrotis curandis aliquo dictorum nobis vti nequaquã conceditur, tũ neq; occasio amplius, neque quantitas, neq; vtendi modus, neq; quicquam aliud ad inuestigãdum reliquũ fiet: At ille qui vsum istorum probat, hæc omnia discutere necesse habet, idq; non solum in efficacibus auxilijs, in H quibus si vel parui momenti quid prætermittatur, confestim maxima noxa ægrotis imminet, verumetiam in minimis quibusq;: saneq; ita quotidie euenire videmus. ᶠ † Proinde siquis medicus homini ægroto gratificaturus auxilium aliquod describit, is neq; omittit occasionem qua nutrire ipsum iubet, neque cibum facultatesq; ipsius non determinat: neq; vel quantitatẽ, vel parandi modum, vel vtendi ordinem reticet: quin potius vnumquodque horum illis qui tum ibi adsunt, quo pacto id fieri debeat, singulatim explicat. ᵍ † Quin etiã pleriq; in libris passim describunt, qua ope quibus'ue auxilijs omnia hæc administrari soleant: quorũ non nulli quibus alioqui prolixitas sermonum cordi non est, in huiusmodi enarratione orationem protrahunt, idq; genus disciplinæ nõ multiloquium, verum diligentem solertiam, esse putant. Hippocrates ẽt cum in plurimis suis operibus breuitati summopere studeret, tamen quod ad venæ sectionem attinet, non est grauatus scribere, tum partem corporis in qua vas secari oporteat, tum euacuationis mensuram, vnà cum occasione ipsa. Erasistratus aũt, quem assectæ nunc sui venæ sectione vsum fuisse prædicant, multiloquus fuerit licet, tamen, vt ego paulo post indicauero, principio venæ sectionis nomen alijs præsidijs

A † Forte legẽdum in græcis codicibus, ἥ τις ἦν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς ὅλης διηγήσεως ἔφη, πληθώρα. i. q̃ sane erat (ut ipse in principio totius narrationis dicebat) repletio.

B † Hũc locũ clarius ita uertẽ. Hac igitur si euacuasset, id quod ad ligulam fluxerat, nequaquã ad ĩfernas partes permutatione fecisset, nec rursus illic ad caput ascẽdisset. Scias ãt ubi in ĩpressis legitur ἐκεῖνο ĩ antiquis esse ἐκεῖθεν.

C † Clarius. Quid.n. ait? huic uidẽtur cã ĩteritus fuisse ea, q̃ ĩ pulmonẽ irruerunt.

*D * Al. ξηραίνοντα. i. exiccantia.*

*E * τρόπον. i. modũ. sed forte legendum τόπον. i. locũ, ut ipse ẽt inferius manifestius declarabit.*

F † Antiqui codi. græci habent οὐδεὶς γοῦν εἰπὼν ἰατρὸς, ἄνθρωπος οὗτος τραφήτω, χαρίζεται &c. ut sic uertatẽ. Nullus igitur medicus, qui dixerit, hõ hic nutriatur, rẽ gratam facit, qui occasionẽ et non addat, qua nutriendũ esse laborantem iubet: neq; cibum ipsum præfiniat, neq; quantitatẽ, neq; parandi modum, uel ipsum utendi ordinem.

G † Clarius ex antiquis. Proinde ẽt omnes in auxilys quæ administrari iubent, omnia hæc ex ordine in libris scribunt.

A sidijs ne adscribere quidem dignatus est: deinde etiam omnia quæ iam recitata sunt vtpote tēpus, mensuram, vasis situm, vtendiq; rationem prætermisit. E contra vero qua ratione & offa * inspersa, & cataplasmata ægroto offerenda sint, perscribere non est veritus: immo neque olerū decoquēdi modum silentio prætereundum putauit. Audi itaque quæ ille in opere † de aluī curatione scribat: « Prima quidē adiectione farina crassiuscula, tosta ac probe quassata, offerēda est. Cum aūt illā « offerre volueris, in vasculo aliquo frigido infusam, ac aquæ commistā exhibeto, non vna vice vni« uersum id quod daturus es, verum bis aut ter commiscens, ne offa arida effecta ac solutioni inepta, « * multum humiditatis suscipiat: nullum enim horum confert. Ad edendum vero danda sunt afflatim cichoria in aceto non acri infusa, ac inter cibos consumenda, solidaq; ea decoquenda, duas ol« las preparando: & in prima quidem iniecta illa decoquere oportet: postquam autem probe admo« dum cocta fuerint, ac in altera olla aqua iam bullierit, transponere ipsa in eam conuenit. Verum ci« choria reuincta sint, vt facile quouis transferri possint. At vbi ad perfectum cocta erunt, tū aqua effusa, sale oleoq; condienda sunt, exhibendaq; vt offerantur. Nū ergo putas quicquā adhuc scribi posset curiosius, ab hoc præsertim qui adeo tenuia considerauit, vt & admonere operæpretium duxerit, ꝙ cichoria, quo͛ facilius hinc inde transferri possint, vincire oporteat? Patet enim cuique

B ꝙ ea quæ soluta sunt, non facile transferri quouis possint, ob idq; non solum nos qui medicam artem profitemur, verum & coquos olera elixantes curæ habens, ipsos quo pacto illa liganda sint, edocuit. Eodemq; animo est præditus, sicubi vel cataplasmatis alicuius conficiendi modum tradit, vel tot stadia inambulare, vel toties perfricari, aut aliud aliquid huiusmodi iubet. Ob quæ omnia plerique illius superfluam curiositatem non solum † non laudant, } verū & vituperijs incessunt, tanquā qui modum terminosq; constituerit, quantitate in infinitum sese extendentes. Quis ergo credat hunc, qui tantopere alioqui curiosus sit, vt alijs auxilijs, sic & venæ sectione vsum fuisse, cum de illa non alibi, nisi semel, vbi de sanguinis reiectione agit, mentionē fecerit? Atqui ille neque tū ea vsus est, sed omnino econtra, Chrysippū, eo͛ ꝙ venæ sectionē neutiquā vsurpauerit, summopere laudauit, † insuperq; demonstrationes quasdā attulit, quibus Chrysippi de venæ sectione dogma modis oībus asserere conatur ⁎ . Nā hic illā magis sanguinē spuentibus, ꝙ̄ ijs quibus aliqua corporis pars inflāmationi obnoxia est, quadrare dicit. Cæterum de hac quoque re alio loco dicetur: Nunc vero quod antea eloqui exorsus erā, repetēdū est, ꝙ Erasistratus .i. quasi alioqui vniuersos suos sermones in immensum extrahere non consueuisset, & bis terq; interdum in diuersis operibus eādem sententiā replicasset, illis tamen vel semel quinque syllabas adscribere cōtempsit,

C quibus interpositum cæteris auxilijs phlebotomiæ .i. venæ sectionis nomen enunciare sibi integrum erat. Taceo hic, ꝙ & quantitatem illius, vt in alijs fecit & tempus, reliquaq; eiusmodi, prout superius significatum est, indicare omnino debuerit. Proinde non nulli medici fuere, qui quātitatem euacuationis, signis quibusdam definierunt, veluti si vel color, vel tenor, vel sanguinis fluxio mutetur, aut pulsus tempore subtractionis ex debilitate collabantur ac sudores prorumpant, aut ea quæ aliqui labores vocant, aut denique vomitus vehementiores, exuperantes ue alui deiectiones appareant. Alij etiam vsq; ad animi defectionē, euacuationem producendam putant, præsertimq; si quid in illa pro euacuationis portione cōtingat. Nā & ob id bilem pituitam ue, cum ea in os ventris influxerint, persæpe animi defectionem manifeste fieri videmus. Aliqui item tum coloris in toto corpore permutatione, tum pulsuum alteratione, commoderatam subtractionem conijciūtur: eamq; ob rem modis omnibus illos improbāt, qui arbitrātur multo consultius esse, vt cōsiderata ex certis indicijs noxij humoris natura, denuo redeatur ad illius euacuationem, ꝙ̄ si eadē ⁘ semel copiosa fiat. Nec defuerunt quidā, qui ēt constitutā quandā mensurā illius proponere auderent, perinde quasi duabus heminis atticis, aut paulo plus minus ue moderata subtractio circūscriberetur: quippe cum ex commoderata proportione, adhibitis ad id & ætate hominum & natura,

D & tempore anni & regione, nos ipsi maius minus ue cuiq; quadrās inuenire possimus. Quare & Erasistratus certum nobis numerum frictionis tradit: quo ēt si ab exquisita illa mediocritate aberrauerimus, nullā tamen notabilem noxam incurramus. Mensuram autem de venæ sectione nullā plane protulit: nam, sat scio, de venis quæ incidi solent, non pauca scripsisset, maximeq; cū & Hippocrates tum eius, quæ infra poplitem propeq; talos est: tum illius, quæ vel in fronte recta est: vel earum, quæ sub lingua existunt, frequenter meminerit. Præterea hoc loco referre non est opus, quātum ad venas circa cubitum attinet, quo͛d neq; Erasistratus reticuisset, num illæ omnes in omnibus morbis secandæ sint, an quemadmodum Hippocrati placet, aliæ in alijs. Eius enim, qui tam diligenter omnia scriberet, proprium officium fuerat, si quid in hoc præsidio a͛ germana mensura discreparet, ad certos terminos redigere, ac quam sententiam in venis explicandis haberet, id quod & alij medici factitarunt, adscribere. Quidam enim nihil interesse dicebant quancunque venam quis incidere vellet, vt quo͛d ex vnaquaque æqualis totius euacuatio fieret. Rursum alij ingētem vel in hac re diuersitatem contingere censebant: nam aliquas ipsarum celerius, aliquas autem longa temporis mora affectam partem euacuare asserebāt. Cum igitur ille nihil tale scripserit, nec venæ sectionis scopos declarauerit, clare vnicuique patet eum vniuersas has rationes ideo intermisisse, quia præsidio hoc nunquam sit vsus. Perinde enim vt qui nunquam in ægroto aliquo

ca-

* πόμα [illegible]

† περὶ κοιλίας .i. de [illegible] [illegible] [illegible] nus et memi- [illegible] .1.

* non multum.

† Al. [illegible] [illegible] negligunt.

† Al. ex antiquis. insuper demonstratio, qua Chrysippi de venæ sectione dogma asserere videtur, nō magis eorū qui sanguinē [illegible], est cois, quam aliorū oīum, quibus aliqua corporis pars phlegmone laborat [illegible]. Cæterū & c. Vide ēt superius pag. 5. c. d. & infra pag. 13. a. b

cataplasmata expertus est, is & differentias ipsorum & conficiendi modum, & occasionem rationemq; vtendi describere nequaquam potest (solum enim ijs, qui illa quoq; more Erasistrati administrauerunt, necessario incumbit de horum singulis disserere) eodẽ pacto quicunq; venæ sectione penitus non sunt vsi, occasionem illius, modumq; vtendi, & mensuræ scopos, tradere nequeũt. Verũ qui illa vtuntur, eos in primis & de his omnibus, & multo magis de venarum differentia distinctim tractare operæpretium est, ac ad illa vt si nihil aliud, hoc tñ commonefacere, quòd nihil differat si hæc vel illa secetur, quia cunctæ inflammatas partes ex æquo euacuare possint. E

Erasistratum Hac etiam ratione à Venæ sectione Abstinuisse, quòd in febrium, ac inflammationum curatione, in quibus conuenit maxime, mentionem de ipsa non fecerit. CAP. 5.

VErum eiusmodi rerum nihil scribere, ac vsum omnem auxilij de medio tollere, in eo præsertim affectu, qui illud omnium consensu præcipue requirebat, quis id manifesto argumento esse non diceret, ꝙ Erasistratus auxilio ipso nunq; sit vsus? Quid enim difficultatis fuerat cũ in tractatu de febribus hæc verba faceret: Igitur circa ægritudinum principia ac inflammationũ gene- » rationes oĩs sorbitionum ciborumq; adiectio prorsus subtrahenda est. si illic adscripsisset, Vtendũ » vero venæ sectione. quo totius orationis series talis esset: Circa initia ægritudinum ac inflamma- » tionum generationes, omnis sorbitionum ciborumq; oblatio auferenda est, vtendum vero venæ F » sectione? Inflammationes enim quę febres faciunt, vtplurimum ex repletione fiunt. Si ergo in huiusmodi temporibus adiectiones offerantur, easq; concoctio ac distributio pro suarum actionum facultate vicissim reddant, & vasa nutrimento impleantur, adhuc multo maiores ac vehementiores inflammationes fieri tunc continget. Commodius itaq; fuerit cibaria non exhibere, illicoq; venæ sectione vti. Et talis quidem dictio esset, si ille vt inedijs, ita & venæ sectione, vti voluisset: verum cum id non adscripserit, quomodo quis virum crediderit eius remediũ vsum laudasse? Cum vero neque in alio quopiam opere medicinali hoc fecisse illum constet, aliquid etiã multo firmius de illius sententia pronunciare audebit. Quis enim arbitrari posset, ꝙ Erasistratus, cum alioqui loquacitate quàm prolixissima gaudeat, grauatus fuerit vel semel suis commentarijs quæ cõscripsit, quatuor aut quinque syllabas addere? Ego itaq; ẽt si nulla Erasistrati monumenta iã superesient, omniaq; perijssent, id quod & Chrysippi libris fere imminet, tamen discipulis illius sentẽtiam sui magistri profitentibus credere magis adducerer, ꝙ his qui Erasistratum neq; aliquando viderunt, neq; vllos illius discipulos, alios'ue qui ad illos discendi gratia proficiscebantur, aut qui ijs rursum familiariter vterentur, conspicati sunt: sed potius ea temere post tot annorum sæcula asserunt, quæ neque ipsi cognouerunt, neque ab aliquo qui cognouerit, audiuerunt, neq; Erasistratum quatuor G saltem vel quinque syllabas de hac re scripsisse animaduerterunt. Nam τέμνειν φλέβα, hoc est venam secare, quatuor syllabis exprimitur: φλεβοτομία vero quinque syllabas vsurpat: proinde id quod superius verbis Erasistrati per me adscriptum est, puta, vtẽdum vero venæ sectione, nouem syllabis græce effertur. Quiescant ergo illi iam, qui tum studiosis, tum ęgrotis ipsis artis commoda eripere conantur, dicentes Erasistratum quidem vsum venæ sectione esse, verum eius mentionem ob id non fecisse, quia illa, quàm cataplasmatum olerumq; decoquendi ratio, multo euidentior esset. Si enim artis studiosi eam ob rem venas secare in animum inducent, quia quemadmodum venæ per inedias euacuatæ inflammationes discutiant, ita & venæ sectio, omnes sanè deinceps illos quos Erasistratus inediam sustinere iubet, venæ sectione curabunt. Atqui vel hoc vile etiamnum, abiectumq; est.

Errare etiam quàm maxime Erasistrateos, ac ipsi Erasistrato Aduersari cum Venæ sectionem suscipiunt. CAP. 6.

CÆterum si adolescentes, qui neq; de venæ sectionis mensura, neq; de venarum secãdarum ratione, quicquam audiuerint, ad præsidium hoc sese accingãt, id statim, vt dictum antea est, ab ipso quoque initio maximum afferret nocumentum. Præstiterit igitur illos neque penitus venæ H sectionem aggredi, quàm citra respectum dictorum, auxilio manus admouere. Plures enim hac ratione perierunt, quàm quibus non fuerat vena secta. Nam medici natu grandiores venas tunc temporis nunquam secantes, alijs euacuatorijs auxilijs vtebantur, quæ idem quod & venæ sectio verum longiore tempore efficere poterant: nisi si ob affectæ partis dominium vel plenitudinis excessum, mors ægrotum præoccuparet. Sed qui nostra tempestate febres cunctas in principio venæ sectione indigere putant, non mediocri hercle noxa ægrotos afficiunt. Sic enim sibimet de huiusmodi auxilio persuaserunt, tanquam si ab Erasistrato ita scriptum esset, vt ego non multo antea additis ipsi orationi nouem syllabis significaui, quò sententia talis fieret, nam eius denuo meminisse consultius fuerit: Igitur circa ægritudinum principia & inflammationum generationes » ab omni prorsus sorbitionum ciborumq; adiectione abstinendum est: vtendum vero venæ se- » ctione. Talem enim Erasistrati sententiam nostri temporis medici ægrotis minime consulentes esse volunt, cum alia quidem tempora scopiq; ipsius inediæ, alia item venæ sectionis habeantur: quæ ego omnia in præsenti commentario ordine idoneo explicabo. Nunc siquidem veluti cum illi à senioribus persuasi nouam auspicabantur palinodiam, sic mihi quoque propositum meum omnino immutandum est, eaq; ratione inhibendum censeo illis, qui hactenus venas temere secarunt,

A carunt, ne eas in posterum penitus secent. Vt enim Plato ait, Minus aberrare eos consentaneum est, qui ea non aggrediuntur quæ non norunt, quàm qui illa tractant quæ nunquam didicerunt: nam hoc idem & isti faciunt, sibi ipsis persuadentes, quòd & quibus venam secare expedit & cætera id genus quæ à me recitata sunt, inuentu facilia existant: hincq; adeo in cuiusque morbi initio inediam vnà cum venæ sectione ex æquo vsurpant: ac hoc ipso, si vera fateri licet, Erasistrati sententiam modis omnibus inuertunt. Nam & venas secant, & extemplo à venæ sectione nutriunt, cum ille contra venas secare inhibeat, sineq; nutrimento degere studiose consulat. Quia vero isti [a] † veritatem multo magis quàm Erasistratum in honore habẽt, ostendere eis operæpretium est, quòd sermo ille quem de sanguinis reiectione conscripsit, non proprie ad illum solum affectum pertinet, vt qui vnicuiq; phlegmoni sit communis. Verba autem sic habent: [b] † Adhæret enim ijs « tempore reiectionis ex inflammatione periculum, in quo offerre nõ facile est. A venæ vero sectio « ne inediam longo tempore toleräti, ne virtus eius exoluatur, periculum imminet. [c] † Sic ille de ijs « qui sanguinem vomunt, verba facit, & ea de causa eis venam secare prohibet. Cæterum quòd ipse inflammationem subsequi suspicatus sit dum ait: /offerre non facile est, hoc est, dare cibaria: &, à venæ sectione inediam longo tempore toleranti, ne virtus eius exoluatur, periculũ imminet/ vni B cuique in conspicuo est. Neque enim illic ad sanguinis reiectionem quicquã proprie spectat, quo quis à venæ sectione absterreri possit: verum vtraque hæc, hoc est, neque propter inflammationes cibos dare, atq; id [d] † tempore venæ sectionis} factitantibus periculum de resolutione virium imminere, cum febribus quoque communia sunt. Porrò si diligentius animum aduerteris, reperies Erasistrati sermonem hunc venæ sectionem in febricitantibus multo magis quàm sanguinẽ spuẽtibus detrectare: à principio enim dum sanguis reijcitur haudquaquam vas ruptum inflammatione corripitur: at febrium initia vel Erasistrato teste, necessario inflammationis principium habent. Proinde si ad corroborandam rerum incertarum fidem ijs quæ manifeste apparent vtẽdum est, vidi ego plurima vulnera, quæ priusquam ægris vena secaretur, coalescebant. Fieri ergo nihilo secius potest, quòd vas ruptum nullo pacto inflammetur, dummodo nos cætera rite administrauerimus, sanguinisq; [e] † quantum nobis visum fuerit in tempore euacuauerimus. Preterea si Erasistratus dicit, quòd necessarium sit tempore quo affectæ partes inflammatione corripiuntur, inedias sustinere: ideoq; virtutem venæ sectione antea dissoluere veretur: multo magis ab ipsa in febricitantibus, quàm in sanguinem reijcientibus, nobis cauẽdum est. His etenim, venam ruptam priusquam inflammetur coalescere possibile est, & multo magis si euacuati fuerint: febricitanti-C bus autem partem aliquam iam inflammari necesse est. Cæterum quòd possibile sit vas sine inflãmatione conglutinari, id alicui etiam ex reliquis vulneribus credibile apparebit. Frequenter enim vidimus, cum quibusdam singulari certamine pugnantibus integrum crus brachiumúe abscissum esset, coaluisse tamen vulnus antequam inflammatio oboriretur: quod quidem multo magis continget, si, vt Hippocrates ait, sanguis copiosus illico fluxerit. Sæpius etiã foramen in cauas thoracis partes illatum, in tribus diebus conglutinatum conspeximus. Quin etiam nuper in palæstra aliquis insigni plaga accepta, extemplo vehementer tussiendo, duas fermè sanguinis cotylas reiecit: sed ille, quia ei statim vena secta esset, aliaq; quibus opus habebat, facta fuissent, neque omnino deinceps tussiuit, & nunc quoq; sanus incolumisq; degit. Ex his itaque dispicere licet, ꝙ si quis vel adhuc Erasistrato obtemperare velit, abstinere magis à venæ sectione in ijs debeat quæ iam inflammari inceperint, quàm quæ non dum inflammatione sunt correpta.

A † Al. non veritatem, sed Erasistratum.

B † Vide supra pag. 5 d. quo locus hic illic legatur.

C † Al. ex antiquis. Sic sermo, non quia spuant sanguinẽ, iccirco prohibet uenã laborãtibus secari, sed quia ipse inflammationem [suspi]catus sit subsequuturã esse, in qua ait, offerre quidẽ, hoc est dare cibaria, nõ est facile: ei uero qui post uenæ sectionẽ longo tẽpore sine cibo permanserit, periculum est ne uires exoluãtur. Neque hoc loco ad sanguinis et c.

D † post sectionem uenæ.

E † qui phlegmonẽ facturus erat, quantum nobis &c.

Ex eisdem Erasistrati verbis, quæ ab eius Sectatoribus adducuntur, Conuinci quòd ipse Venæ sectione non sit vsus. CAP. 7.

D PRæterea ne illud quidem minus clarum est, ꝙ Erasistratus venæ sectionem neq; cum inedijs, neq; ante ipsas inedias, vnꝙ; vsurpauit. Veruntamen non nulli eò contentionis dementiæq; peruenerunt, vt cum sermones hos audiuerint, discutiendorum eorum nullam sanè rõnem inueniant: tanꝙ vero nihil illis obiectum esset, propriam sermonum farraginem auspicantur, vnam illam sententiam in ore habentes, quam Erasistratus his verbis asserit: Consequens etiã est ꝙ circa « inflammationis tempora vulneratis nihil sit offerendum: venæ enim euacuatæ, sanguinem qui in « arterias insilierit, facilius suscipient: quod vbi contigerit, inflammationes minus euenient. Et sic illi persuasi ꝙ ipse venę sectione vsus sit, hinc aperte colligi posse aiunt. Quo.n. loco ipsam inediam veluti euacuatorium præsidium ille accersit, multo sanè magis, inquiunt, ad venæ sectionẽ se accinget. Aduersus quos siquis dicat, quòd per ea quæ allegant, Erasistratum quidem venæ sectione ante inediam vsum esse non demonstrent: sed potius consequens esse ostendant, quòd ipse postea illam vsurpauerit: isti hunc ridentes, Tu tandem, aiunt, quid consequens sit cognoscis, Erasistratus autem non cognouit? quasi vero ille ingenio exercitato non fuerit præditus, tuq; illo multo sis promptior, ac rationibus magis polleas. Si itaque volueris, illi vt te discendi causa frequenter, consulemus, quò scilicet quid ad quanque rem vel consequens, vel pugnans sit, cognoscere assuescat. Atque his verbis habitis illinc discedunt: in posterum vero, vt collocutoribus aliquam contumeliam inurant, adiungunt sibi hominum perfrictæ frontis cateruam adeo copio-

ſam, vt præ illorum clamoribus nemo loqui quicquam poſſit, eiuſmodiq; finem congreſſuum ſtatuunt. Sed nos impræſentiarum eum non quærimus qui conuicia ſpargenti vices referat, verum in primis quidem num Eraſiſtratus venæ ſectione aliquando ſit vſus: Secundo autem, quaſnam hoc auxilium vires habeat, indagamus. Atqui horum vtriuſque proprie habentur demonſtrationes. Quod enim Eraſiſtratus venæ ſectione non ſit vſus, teſtantur & monimenta illius, & diſcipuli fide digniſſimi, Chryſippiq; vniuerſum auditorium: Cæterum de auxilij huius facultatibus non eadem eſt ratio: nam de his enunciata quædam quàm ueriſſima, nec non & concluſiones ſelectæ afferuntur. Præterea ſiquis iſtis quoque poſthabitis, ſolum rerum ordinem ſequi voluerit, vel ſic ſcripta Eraſiſtrati, quia nihil tale in his proditum ſit, modis omnibus periclitabuntur. Reputa igitur hæc in animo, præſertim exordio illinc ſumpto, vbi ille in de reiectione ſanguinis Chryſippũ laudibus extollens, quòd loco venæ ſectionis membra vinculis excipere conſueuiſſet, hæc ad verbum ſcripſit: Hoc ipſum autem facere volunt ij, qui ſanguinem reijcientibus venam ſecant. At Chryſippus multo conſultius agit, vt qui non ſolum id quod inſtat præ oculis habeat, verum & impendentis periculi curam gerat: † adhæret enim his tempore reiectionis ex inflammatione periculum, in quo offerre non facile eſt: à venæ autem ſectione inediam longo tempore toleranti, ne virtus illius exoluatur, periculum imminet. Atqui hic cauſam non adiecit, ob quam tempore inflammationis inediam iniungat, vtpote quæ ab illo declarata eſt, cum in hanc ſententiam ſcriberet: Conſequens eſt quòd vulneratis circa inflammationis tempora nihil ſit offerendum: venæ enim euacuatæ, ſanguinem qui in arterias inſilierit, facilius ſuſcipient: quod vbi contigerit, inflãmationes minus contingent. Quapropter ille inedias tempore inflammationis ea cauſa laudat, quia illæ venas euacuent: verum ſi ambas has ſententias in vnũ redegeris, ſermo integer talis erit: Chryſippus ſanè rectè fecit, qui non ſecuerit venam ijs qui ſanguinem reijciebant, eò quòd illi paulo poſt euacuatorio auxilio, puta inedia, indigebant. Præterea idem iſte ſermo ſi compendioſius quoque dicatur, eiuſmodi erit: Sanguinem reijcientes nequaquam ſunt euacuandi, quia paulo poſt inflammatione ingruente euacuatione opus habebunt. Etiam vero clarius is hoc pacto explicaretur: Ante inflammationis tempus venas euacuare non licet, ipſis quippe euacuatis inflammationes ceſſant. At ſermo iſte euidenter ſibi ipſi repugnat, niſi ſiquis ſuppetias illi laturus, duo hæc temere adijciat, quòd videlicet ſatius ſit vt corpus per inflammationis tempus euacuetur, non ante: quodq; inedia ſit magis quàm ipſa venæ ſectio vſurpanda. Sed ſi hæc dicat, nos hunc neque quod propoſitum fuerat demonſtraſſe, neque ſibimet conſentanea dixiſſe, reſpondebimus: in hocq; has partes diſcrepare dicemus, quòd ordinem ſermonum non obſeruent. Omnibus enim hominibus, qui præſertim tantum mentis poſſident, vt conſideratione etiam pauxillum quid conſequi poſſint, perſpicuum eſt, quòd huic qui ſanguinem in arterias tranſilientem per euacuationem venarum ad proprium locum reducere velit, id primo quoque tempore ſit faciendum. Manifeſtum etiam eſt, quòd euacuatorio auxilio quàm celerrime vtendum ſit, vt quo & breuiſſimo temporis ſpatio, & ſine vlla corporis perturbatione, euacuationem quamuis perficere poſſimus. Quantum enim inediæ perſæpe lædant, ſuperius demonſtratum eſt. Proinde in hũc modum alicui dicere integrum erit: Arbitror equidem ridendos eſſe eos qui Eraſiſtratum quandoque ſanguinem reijcientibus venam ſecuiſſe putant, quandoquidem vbi inediam tanquam euacuatorium præſidium laudat, multo hercle magis ipſam venæ ſectionem laudaturus fuerit: vbi quoque inflammationis tempore euacuatione opus eſſe arbitratur, ſub illius initium magis quàm cum futura eſt, ipſam laudaturum fuiſſe in confeſſo eſt. Neque etenim Eraſiſtratus rerum adeo imperitus erat, vt non multo citius ſanguinem ex arterijs in venas reduci putaret, cum neque circa inſultus initium ille vehementer eſſet denſatus, neque à calore febrili tantopere eliquatus, vt ob id craſſiuſculus efficeretur. Nam qui hoc ipſum aſſereret, ſemet potius deridendum quàm illos quos accuſat exhiberet: quandoquidem cum Eraſiſtratus ipſe ſcribat venæ ſectionis vſum ea cauſa non eſſe vſurpandum, quia inflammationis tempore longe melius ſit vt aſſumptionem euitemus.

E F G H

† *Vide ſupra pag. 5. d. et pa. 13. a. quo hic locus legatur.*

* *Exuctus*

Deſiderantur hoc loco non pauca.

Aduerſus quendam Eraſiſtratæum, quòd cum Eraſiſtratus multis locis Repletionem curarit, de Venæ tamen ſectione non fecerit mentionem. *CAP. 8.*

Continere immedicabile, aut profectò non facile ſanabile, qualia ipſis quoque hæmorrhoidibus accidunt. Porrò cum nos membrorum deligaturas diceremus multitudinem abſque venæ ſectione attrahere ad ſe poſſe, ille hoc ait impoſſibile in plethoris eſſe, ob quas Eraſiſtratus brachia manusq; ac tibias aduri dixit, fieriq; id, quia vaſa propter ſanguinis multitudinem intenderentur. Qua ratione ergo in illa id quod in profundo eſt delabi amplius poterit, cum & ſine illo ne ipſa rumpantur periclitari iam videntur? Atqui iam declarauimus quòd Eraſiſtratus Chryſippum laudauerit non appoſita, vt ego nunc ſcribendo faciam, aliqua ſermonis diſtinctione, verum abſolute ſententiam ſuam prodens. Oratio nanque ſic habet: Deligationes vero laneis vinculis circa alas ipſas ac inguina faciendæ. Deligationes enim inquit,

* *παρατήμπραδζ. quã dictionẽ hic et infra interpres uertit aduri. cæteri aũt im pleri uertunt.*

A inquit, faciendę, neq; interim vtrum hoc auxilium plethoricis solis nihil commodi afferat, alijsq; é diuerso emolumento sit futurum, sermoni addidit, sed simpliciter pronunciauit, quo de omnibus dictum istud intelligamus. Atqui, aiebat ille, si de omnibus id intelligendum esset, ipsemet istud declarasset in hunc modum scribens: Deligationes in omnibus faciendæ. verum simpliciter protulit, Deligationes laneis vinculis circa alas inguinaq; faciendæ. eò quòd nos ipsi suspicari possemus orationem hanc de illis tantum habitam esse, in quibus ad membra sanguinem transferri possibile est: nam in quibus id fieri nequit, ne vincula quidem eorum membris sunt adijcienda. Cur ergo, aiebamus nos, hoc quod nunc dicis, Erasistratus non scripsit? an quia ijs qui adeo repleti sunt, vt eis brachia, tibiæq;, ac cubiti adurantur, sanguinem subtrahere necessarium sit, cæteris vero sola membrorum deligatio sufficiat? Quoniam, inquit, non hominibus vulgaribus scripsit, verum ijs qui ea quæ res ipsas necessario consequuntur, cognoscere atque operari possint, impossibiliaq; nequaquam aggredi in animum inducant. Non'ne ergo, inquiebamus, si aliquando plethorica dispositio corpus occupauerit, etiam si Erasistratus istud nō scripserit, venæ sectione opus esse dices? In confesso enim est, quod hoc omnibus cognitum sit, ideoq; ab Erasistrato non est descriptum: cæteros nanque affectus quicunque sine repletione fiunt, Erasistratus seorsim mederi B iussit. Verum cum ille ad hæc obstreperet, primum quidem hortatus eum sum, vt sententiam ex tertio de febribus descriptam audiret: deinde vero & eam quæ in priore de salutaribus commētario habetur. Nam quæ in tertio de febribus reperitur, hæc est: Igitur circa ægritudinum principia, ac inflammationum generationes, omnis ciborum sorbitionumq; oblatio subtrahenda est, plerunque enim inflammationes, quæ febres suscitant, ex repletione fiunt. Si ergo in huiusmodi tēporibus oblationes dentur, & eas cōcoctio distributioq; pro suarum actionum facultate vicissim distribuant, venæq; alimento impleantur, adhuc longe maiores ac vehementiores inflammationes sæpenumero fieri accidit. His verbis Erasistratus nomen plethorę.i.repletionis aperte descripsit, modumq; illius curandi tradens inediæ commeminit, venæ vero sectionē silentio plane præterijt. Quapropter ad Erasistratæum illum me conuertens, quater, inquam, ò amicissime mētitus es, quandoquidem Erasistratum repletionis medicandæ rationem separatim scripsisse patet. Idem nanque vel in priore salutarium libro, ipsaq; illius præfatione recitat, quò cuique cognitū esse possit, illum cum repletionis remedia ordine scriberet, quiduis potius quàm venæ sectionis meminisse. Dictio autem sic habet: Summā in quibusdam sanitatis curam rationemq; habere oportet, ideoq; qua via quis eum qui in repletione fieri consueuit affectum cognoscere atque obseruare C possit, in primis colligendum est. Incipiente enim ea, à dissoluentibus abstinendum quàm maxime est: si autem illa non dum adsit, antequam ægritudinis initium fiat, illis vtitor. Atqui plures modi extant, quibus huiusmodi affectus dissolui potest, neq; ijdem cunctis quadrant. Sed de his iam ordine dicere cōstituimus. Qui ergo corpus laboribus exercere consueuerunt, his multo prę stantissimum fuerit, vt illos paulo plures quàm pro consuetudine ineant, ipsisq; affectum hunc dissoluere tentent: ab exercitijs vero sudores in balneo proritent. Porrò siquid supercalefactione exiccatum est, tum pluribus lauacris vti, hisq; omnibus peractis in multa quiete longo tempore nullas oblationes assumentem degere, consuetum est. Illo enim tempore repletio summopere sustollitur, præsertimq; si post exercitia & lauacra quis longo temporis spatio nulla oblatione vtatur, quiescatq; postea aliquandiu. Prandium vero subtrahendum est, sed & cœna minor solito assumenda. Tum qui offeruntur cibi nutrimento ferè careant, veluti sunt olera pleraque, tam cruda quàm cocta, cucurbitæq;, ac cucumeres, peponesq; teneri, & ficus recentes: legumina item cum oleribus cocta. Panis quoque omni vitiò careat. Nam sic vniuersa talia partim aluum lubricā reddent, partim nutrimenta quæ ex illis fiunt, neque copiosa neque fortia efficient. Verum à carnibus piscibusq;, ac omnibus rebus cum lacte chondroq; & amylo elixatis, & cæteris id genus ali- D mentis dicto tempore abstinendum, vel prorsus paucis vtendum. Huic autem victus rationi diligenter ob id insistendum, quò repletio iam consistens, secure sustollatur. Cæterum qui corpus laboribus exercere non sunt assueti, his plura exercitia commodum nō est iniungere [a] †: [b] quànquā hæc alioqui, prout plurima alia, euacuationes tutas faciant. Præterea vero quicunque ad vomendū propensi sunt, vt à cœna vomitiones instituant, omnibus communiter vtile est. Ne autem ad aliquid aliud minus idonei fiant, vomitus ab oblatione non multum temporis intercedat, sic enim cibi adhuc in superioribus partibus existentes facilius euomentur: proindeq; alimenta quæ ex ipsis cibis generantur, non multo ante vomitionem distributa sint. Ad hęc postero die [c] † lauacra, sudoresq; prouocare oportet. Quin etiam euacuato iā corpore, atq; repletione [d] restaurationem nacta, paulo post ad consueta redeūdum. His ergo verbis Erasistratus clare per omnia indicauit, quod ad repletionis affectum medicandum alijs omnibus auxilijs vsus sit, venæ autem sectionem nunquam adhibuerit: istudq; & in sequente operis parte innuit, dum in hūc modum loquitur: Hęc vero animo reuoluenda sunt, quod non omnes homines ad quosuis affectus æqualiter propensi sunt, sed vbi aliquando idem symptoma, veluti repletio est, intra plurimos contingat, [e] † in omnibus ad quæ consueuit loca, impetu fertur, & in alijs quidem ad hepar, alijs rursum ad aluum: nec

A † Hæc addenda ex antiquis exēplaribus græcis. ne si quando q; lassitudo præexistenti affectioni superuenerit, ægritudinis principium fiat. sed aquæ potiones, & lauacra & inedias oportet iniungere.

B * hæc enim, pro ut plurima alia, euacuationes tutas faciunt.

C † tum prandere, tum sudores et lauacra facere oportet.

D * ἀποκατάστασιν.

E † Al. ex antiquis clarius. nō omnibus ad eadē loca ipetu ferri cōsueuit, sed alijs quidem &c.

desunt quibus illa vel epilepticos affectus, vel articulorum dolores conciliet. Opus est ergo, vt E »
vnusquisque ea quæ illi contingere consueuerunt considerans, curam affectibus prouenientibus »
idoneam instituat. Non enim eadem ratione ad epilepsiam inclinato, qua sanguinem spuenti cura »
tio exequenda: verum illi perpetuo labore defatigari, huic autē à laboriosis exercitijs cauere ope- »
ræpretium est: verendum nanq; est ne ex defatigatione initium ruptionis suboriatur. Sed & qui »
epilepticis affectibus obnoxius est, in {labore continuo ac} inedia & *cibi paucitate se cōtineat, »
frequentia autem lauacra, quæ'ue vehementem permutationem afferunt, modis omnibus euitet. »
Quos vero renales affectus plerunque infestant, his cibi concoctu faciles offerendi, ac lauacra assa- »
tim iniungenda: †potus autem constringendi facultate careat, ne lotium acrius redditum loca per »
quæ excretio ipsa fertur, arrodat: ad hęc exercitijs diu insistere, huiusmodi hominibus noxiū est. »
Quibus autem vel ad splenem vel iecur fluxio ferri cōsueuit, his à laboribus nimijs frigidaq; ablu- »
tione abstinendū, inedijsq; & paucitate potationū, ac lauacris curatio in vniuersum procuranda. »

** Al. potiōis.*

† Potū aūt sub trahere, nō est conueniens.

Erasistratum Perperam docuisse Repletionis Curationem phlebotomiam omittendo: ac de Noxa quæ ex Inedia euenire solet: Argumentum præterea Libri de Curandi ratione per Phlebotomiam. CAP. 9.

IN his rursum Erasistratus suam sententiam clare ostendit. Nam eos, quibus ex repletione vel F
sanguinis sputum, vel epilepticus morbus imminet, neq; fortiter purgantibus medicamentis
euacuare vnquam, neq; frequenti frictione vti voluit: quæ ipsa etsi debilior sit, quàm quæ huius-
modi morbis ad amussim opitulari possit, præstantior tamen non paulo vna inedia existit. Frequē-
ti enim frictione non paucos istorum euacuauimus, cum alias præ animi ignauia neq; purgās me-
dicamentum assumere auderent, neq; venæ sectionem sufferrent. Siq; auxilium hoc in omnibus
sufficeret, forte quis ipso venæ sectionis loco semper vti posset. Constat autem quòd interdum
multo minus debiliusq; reperiatur, quàm quale corporis repletio exigat, maximeq; quia illi qui
frictionibus non assueuerunt, si plus æquo perfricti fuerint, dolorosis affectionibus illico corri-
piantur. Non nulli econtra densam duramq; cutim cum habeant, etiam si plurimam subierint fri-
ctionem, nihilo minus quàm paucissimam euacuationem experiuntur. At, si quis medicus in ar-
tis operibus diligenter versabitur, ipsa experientia edoctus, quantopere stomachi inanitio ad ac-
cersendum paroxysmum epilepticum faciat, sine negocio cognoscet. Dispiciet etiam illos qui ob
solam stomachi læsam actionem epilepsiis corripiantur, ex inedia vehementer lædi, velut & Dio
doro grammatico vsu venit. Is enim siquando in quodam ludo literario existens famem diutius
sustineret, illico epilepsia correptus conuellebatur. Huic itaque præsentaneo remedio succurreba G
mus, iubentes vt circa tertiam aut quartam diei horam, panem ex vino temperato assumeret:
hocq; præsidio vsus annis permultis sanus degebat, quippe qui huius solius rei curam gerebat,
vt cibos in cœna assumptos quàm optime concoqueret. Aliquando autem cum propter ciuilia
quædam negocia in foro ad meridiem vsque sine cibo perdurare cogeretur, humi prostratus de-
nuo conuulsus est. Hic igitur, veluti indicaui, propter stomachi vitium epilepsia vexabatur. Ma-
nifestum etiam est, quòd stomachus læsus, si modo ad hoc idoneus fuerit, alias partes non pau-
cas vnà secum exacerbet, ac ad consensum trahat. Hoc loco autem aduertendum est, quòd in hu-
iusmodi affectibus, os ventris, stomachus à medicis appelletur. Cæterum vel multi ante nos fue-
runt qui hos affectus iam pernouerant, ideoq; de his plenius tractare alibi præstiterit: impræ-
sentiarum vero hucusque dictum de ipsis sit, quò obiter declaremus multos epilepticos ex solo
stomacho longioribus inedijs perturbato, in exacerbationem incidere. Proponatur ergo homo
aliquis, qui adeo repletus sit, vt brachia & cubitos, coxas tibiasq; sibi exuri sentiat, tempus vero
anni ver incipiens: neque enim hoc ipsum exemplum perraro contingit, immo nos per id tem
poris homines sæpissime hoc pacto affici conspeximus: Huic accedat, quòd is exercitiorum
ac frictionum sit penitus expers, facilèque ab inedijs lædatur: Nobis porrò inuestigandum fue H
rit, qua ratione hunc euacuare debeamus. Nunquid ergo euacuationem instituemus lauacris
frequentibus, aut exercitijs, aut inedijs, vomitionibus'ue à cœna factis? nam præter hæc apud
Erasistratum nulla alia repletionis remedia reperiuntur. Atqui ipse exercitijs vti ijs, qui id non
consueuerunt, nequaquam concedit: à lauacris etiam illos, quia epilepticis affectibus obnoxij
sunt, arcet: arcebit item, mea quidem sententia, eosdem à vomitionibus, vt quæ caput euiden-
ter replere soleant. Cæterum inedia inter ea quæ caput replent adeo eminet, vt ex illa tensio ve
hemens circa brachia, manusq; oriatur: neque tamen ea quoque ad euacuandum satis virium ob
tinet, quin potius si qui stomachum affici aptum habuerint, ijs insignem læsionem infert. Quo-
modo igitur ipsam euacuationem adornabimus? num frictionibus solis? Verum earum Erasi-
stratus prorsus non meminit: præterea fieri non potest, vt illæ in insuetis tot tantæq; fiant, quæ
sufficienter euacuent. Aut postremo illum laneis vinculis excipiemus? At Erasistratus huius rei
nullam hoc loco mentionem fecit, id remedium ad solam sanguinis reiectionem cohibendam
referens. Concipiatur autem in animo, quòd etiam de hoc ipso consideratio satis luculenta sit
facta: veruntamen illis qui eò repletionis venerunt, vt & membra exteriora sibi aduri putent,

** πάλιν est in impressis. sed in antiquis legitur πᾶσιν. i. omnibus.*

** κοπώδεσιν. i. lassitudinarijs.*

auxilium

A auxilium hoc quàm molestissimum ac nullius momenti esse antea dictum est. Neq; etiam credibile illud est, ab Erasistrato in libro de sanguinis reiectione recitatum,† quòd scilicet reiectionis tempore ex inflammatione periculum immineat: in quo ille ea propter ægros sine cibis degere iubet, quoniam eorum quos curandos suscepimus, virtutem venæ sectione prius dissoluere non liceat. Haudquaquam enim necesse est vt inflammatio repletionem insequatur, dum illam euacuare præoccupauerimus. Et quanquam id quoque, si quis eminus consideret, in rebus salubribus persuasibile magis quàm verum videatur, Erasistratus tamen plenitudinem, quæ aut epilepsiam aut reiectionem sanguinis effectura est, euacuare per venæ sectionem nunquam est ausus. Sic etenim in obseruandis Chrysippi placitis pertinax est, vt neque venæ sectione, neque fortiter purgantibus medicamentis vnquam vti in animum induxerit. Atqui tum venæ sectione, tum purgatione aliqua plenitudinem commodissime euacuare poterat. Tamen ille de his nihil scripsit ibidē, quemadmodum neque cum de paralysi vel de podagra ageret: illic enim etiam in repletionem causam * reijcit, ac deinceps neque venæ sectione, neque aliquo efficacium illorum & purgantium medicamentorum vtitur. Præterea opinionem suam in libro de sanguinis reiectione longe clarius prodidit, idq; in illa operis parte, vbi homines quosdam ex consuetę excretionis retentione, sanguinis B reiectionis periculo subesse asserit. Cum nanque inter alia retentionum genera, hæmorrhoidum quoque cohibitionem annumeraret, non simpliciter has euacuatione indigere ait: verum prout in cæteris operibus consueuit, sic & ibi omnes quas ipse compertas habuerat, medelarum species, sola venæ sectione excepta recensuit. Dictio autem sic habet: " Præsentibus igitur ijs, quibus sanguinis exuperantia frequenter fieri consueuit, sudorum & lotij excretiones quadrarent. Conueniret etiam subtractio eorum quæ offeruntur, ac deâbulationes in locis planis, non celeriter peractę. Verum in his rursum plenitudinem, & sudoribus, & lotio, & inedijs, inambulationibusq; euacuādam censens, vsum venæ sectionis non adhibuit. Pręterea si neque prius quàm inflammatio fieret, neque cum facta iam esset, neque cum futuram suspicaremur, venæ sectionem vsurpandam in hoc libro indicauit, superuacaneum sanè fuerat illum in alijs operibus de eadem mentionem facere, præcipueq; postquam curationem inflammationis aut iam factæ, veluti primo de febribus: aut futuræ, aut de qua suspicio esset, aut incipientis, vt ex alijs patet: longe antea descripserit. Veruntamen hoc quidam ex Erasistratæis non animaduertentes, dicere contendunt illum euacuatorio auxilio, puta venæ sectione, vsum fuisse, cum tamen ipsemet Erasistratus manifeste contrarium asserat. Nam simulatque circa inflammationis tempus offerre cibos perdifficile esse dixisset, ea de causa C futura iam inflammatione venæ sectionis vsum explosisse se indicauit. Ista ergo oratiōe palàm declaratur, ꝙ quibus inediam consulturi sumus, eisdem à venæ sectione modis omnibus interdicere debeamus. Non ergo consentaneum est, vt quis circa vnum eundemq; ægrotum, vtraque auxilia, nempe inediam & venæ sectionem vsurpet. Hinc quoq; perspicue patet Erasistratum, siqn̄ is inediam ægrotis iniungit, eo tempore venæ sectione nō esse vsum, ac propterea illius in alijs operibus, vt & superius significatum est, nullam mentionem fecisse. In omnibus enim illis, veluti declarauimus, inediam suadens, venæ sectionem (perperam quidem istud ille faciens) è medio sanè tollit, vt à nobis alio quoque prius in opere demonstratum est: minus tamen peccat quàm illi, qui oēs illos qui inedia vtuntur, statim & venæ sectione opus habere existimant. Ego enim sequenti cōmentario ostendere aperte conabor, ꝙ non solum omnes illi venę sectione non indigeant, verum ne plethorici quidem ipsi, nisi prius qualem illa plenitudo naturam obtineat, discernatur: huicq; accesserit de habitudine ætatéque ægrotantis, ac de tempore, & regione, atque constitutione consideratio: tum quæcunque antecesserunt, quæ'ue ipsum ægrotum etiamnum molestant symptomata. Ob singula enim hæc permultos venæ sectionem non nunquam citra noxā experiri non posse ostendam. Præterea & alios plerosq; tibi ob oculos ponā, qui D absque repletione cum sint, venæ sectione nihilo minus opus habent. Posteaquam autem de his singillatim disseruero, tū & occasionem & mensuram venæ sectionis ordine explicabo. Addam etiam istis eam quæ in secandis venis differentia est. Declarabitur quoque, semel'ne an pluries sit subtrahendum. Ad hæc vero non minore opera disquiretur, quibus'nam, cum adhuc cōmoda valetudine fruūtur, veris tempore, vel purgationem, vel venę sectionem, vsurpare conferat.

† *Vide supra pag. 5. d. et pa. 13. a. & e. q̄uo hic locus ic*[illegible]*atur.*

GALENI DE CVRANDI RATIONE PER SANGVINIS MISSIONEM LIBER

Theodorico Gaudano interprete

Denuo ad Græcorum exemplarium fidem ab Augustino Gadaldino diligentius recognitus.

ARGVMENTVM LIBRI

Explicatur vniuersa Methodus Secandarum Venarum, Affectus scilicet, Scopi, Mensura, Locus, Tempus, & Reliqua quæ ad venas & arterias cum ratione secandas intelligere necesse est.

De Quæstionibus, quibus omne Venarum probe Secandarum Negocium continetur. CAP. I.

QVi de sanguinis emissione speculanẽ, vnũ sibi primumq; proponunt, nẽpe, vt q̃ corporis affectiones euacuatione indigeant, cõsiderent: Ac deinde alterũ, quæ nã ea q̃ sanguinis fit detractione: nã multi sunt affectus, qui alia quapiã euacuatione quidẽ indigeãt, sed nõ sanguinis missione. Tertio post hæc vt dijudicent qui innoxie hanc ferre euacuationem possint: quippe cũ sæpe fiat vt affectio venæ sectionem desideret, cæterũ laborans eã ferre nequeat, siue pp ætatem, siue pp anni tp̃s, siue pp regionis naturã, siue ob os ventriculi vitiatum, quod persæpe per abusum stomachum appellitant: ac nos sanè ẽt, compendij nimirũ cã, hac appellatiõe toto hoc vtemur libro. Sed & sunt qui tametsi vel maxime, quod ad morbũ pertineat, sectione venæ indigeant, ob totius tñ corporis habitum ferre nequeant. Quæ si quis ẽt definire aggrediaẽ, particularis excipiet contemplatio, sicuti in alio quouis auxilio: Mox aũt de venis quæ veniunt secandę: nã de istis quęsitum est multum, nihil'ne referat quam quis secare venam volet, oẽs.n. omnibus æque affectibus prodesse: an, sicuti Hippocrati, ac propè medicorum clarissimo cuiq; visum est, multum intersit, hanc an illam incideris. Porrò hac quoq; speculatione absoluta, succedit de scopis siue intẽtionibus oratio, quibus videlicet quis animum attendens, vacuationis mensuram coniectura queat assequi. Ad hæc omnia, in quibus semel auferre præstet, in quibus vero repetitam facere ablationem, quam ἐπαφαίρεσιν nominant, expediat: Tum in quibus inanire ad animi conueniat deliquium, in quibus autem id tanquam summũ malum vitandum. Hæc igitur prospiciat necesse est, qui probe hoc vti remedio volet.

(margin: * περὶ μέρους. i. de parte.)

Quibus libris Chrysippo Erasistratoq; , ac horum Sectatoribus occurratur, qui Venæ secandæ Vsum, vel sustulerunt prorsus, vel perperam intellexerunt. CAP. 2.

SAnè de oĩbus istis in medendi methodo tractauimus, sicut & seorsum aduersus Erasistratũ, q̃ perperam ab hoc abstinuit remedio. Deinde alium etiam librum conscripsimus ad eos Erasistratæos qui vsum esse hoc auxilio virũ asserunt. Itaq; odio sanè dignissima est scelestorũ sophistarum tum versutia, qui cũ mentiri se sciant, astu tñ contraria præ nouarũ rerũ studio adstruant: tum sapientiæ vanę aucupiũ, qui rerũ vtilissimarum ignari, contraria tñ verbis asseuerant. Horum alterum Chrysippo Cnidio accidit, qui venæ incisionem ex omni medicinalium præsidiorũ numero tollendam censuit. Secuti hunc sunt sui discipuli, & ipsi apud Græcos clari, Medius, & Aristogenes. His ẽt magis Erasistratus, ad summos euectus honores, Chrysippi seruauit sententiam. Post quem ipsius discipuli, principio quidem præceptoris decreto insistebant, sed tp̃is successu eorũ ex numero quidam ab ijs defecerunt, pudore affecti impudẽtissimo. Nam quid aliud in illos dicam, qui

A qui asserere sustinent phlebotomię auxiliũ recipere Erasistratũ: tametsi nusq̃ in cõmentarijs vllo in morbo hoc consulere cõspiciatur. Immo consentaneũ est, inquiũt, qui inediã tanq̃ euacuatoriũ auxilium adhibeat, multo magis phlebotomiã admittere. At qui hæc asserũt, oẽs ad ea tundẽdam esse venam aiunt, ad quę Erasistratus cibo abstinendũ præcepit. Cũ ergo ille in opere de febribus scribat adhibendã morborũ principijs inediã, sequit' vtiq; oĩbus detrahẽdũ esse sanguinẽ, id quod sane isti ẽt arbitrant, illo vtiq; in tpe. Verum maximũ id malũ fuerit, si ita faciendũ adolescentibus artem discẽtibus persuadeat: multoq; ẽt perniciosius, si non alia quoq;, quæ discernere conuenit, respiciant. Quocirca alio libro ea exponere necesse habui, quò videlicet adolescẽtibus cõmonstrarem & Erasistratum venę sectione haudquaq̃ vsum (id.n. præstat eos credere, q̃ oĩbus vno ordine venam incidere, quibus ille ciborũ vsu interdicit) & maximũ laborantibus inde prouenire cõmodum, si quis recte vtatur. Itaq; aliud mihi denuo, mea quidem sñia, de phlebotomia scribendũ non fuit, cum nimirum remedij huius vsus quidem in medẽdi sit methodo expositus, simulq; in opere de tuẽda valetudine: in duobus aũt libellis, quorum alter ad ipsum Erasistratũ inscribitur, alter ad Romæ agentes Erasistratæos, prauas illius opiniones indicarim. Cum tñ precibus me suis obtundere non cessarent cõplures amicorum, quos piget, vt mihi vr̃, curandi librum perlegere, coactus B tandẽ sum ad hæc scribenda descendere, ne.s. inuidere illis videar: mox vero serie conuenienti oĩa quæ de hoc auxilio proferri possint, enarrare. Atq; adeo iam tempus est orationem ordiri.

Quid Affectus, Affectio'ue: & Quibus ex libris Petenda principia, quæ ad Secandæ Venæ viam ac rationem maxime faciunt. CAP. 3.

AFfectionis vocabulum, velut alibi diximus, ab afficiendo dictum, æque atq; illud, de multis effertur rebus. Sed nunc recessus in statum præter naturam, qualescunq; ij fuerint, affectiones siue affectus toto hoc libro nominabimus. Quæremus autem omnium primum quot, qualesq; eæ sint vacuationem poscentes: deinde quæ nam ex ijs venam incidi postulent. Qm̃ autem omnia quæ in quęstionem veniunt, duo inuentionis organa obtinẽt, nempe rõnem & experientiam: idq; cum in artibus omnibus, tum per omnem propè vitam: necesse esse arbitror, & nunc quoq; me aut ratione sola, aut sola experientia, aut iunctis ambobus, quæ proposita sunt scrutari. Porrò qm̃ ratio ipsa partim ex communibus tantum notionibus progrediens inuenit & demonstrat: partim vero etiam quę ex istis inuenta sunt, ad demõstrationem adhibet: vtraq; ratione omnes vti artes demonstrauimus: ac nos quoq; in præsentia, vtra earum vtilis reperietur, eam rebus nostris accommodabimus. Sanè priori ratione omnes per totam vitam homines vti assolent: al C tera vero nõ oẽs, nam propriè ad artifices attinet. Etenim gæometra primum artus suæ theorema per solam priorem rõnem demonstrat: deinde in secundo non sola ea vtitur, sed ad [a] eius demonstrationem quod [b] ẽx prima} probatum est, vnà adhibet. Quãtum vero deinceps à primo recedit theoremate, tantum ẽt à prima ratione abscedit. Deniq; vero & paucissimis vtitur, per ea quæ demonstrata sunt, alia demonstrans, & per illa rursum alia, & iterum per illa alia, vt tandem demonstratio ad ea quæ plebi incredibilia sunt, procedat, nempe ad Solis, Lunæ, & terræ, non solum magnitudinum, sed & distantiarum cognitionẽ. Ex quibus tãdem inuentis horologia construunt & clepsydras, qui hac videlicet via incedunt, Lunęq; ac Solis deliquia prędicunt. Sic igitur & nostra artificialis ratio, multis vtetur quæ in alijs operibus sunt demõstrata, puta q cõplures sunt facultates quæ aĩalia gubernãt, quarũ alias naturales, alias aĩales appellamus. Generationis aũt principia in rebus oĩbus pro materia quatuor habent elementa, quæ per sese mutuo tota misceri inq; inuicẽ agere sunt nata. Quapropter nulla hoc libro Asclepiadis fiet mentio, vt cuius elemẽta falsa ostendimus & in decimotertio de demonstratione commẽtario, & in opere de Asclepiadis placitis, in quo quintus & sextus, elementorũ eius confutationẽ continent. Demonstratum est ẽt & in commentario de elementis ex Hippocratis sententia conscripto, de qualitatibus effectricibus, quarum D noĩa sunt, Caliditas, Frigiditas, Humiditas, & Siccitas, et de humorum tum differẽtia, tum generatione. Porrò de medicamentis humorẽ vnumquęq; purgãtibus paucula quędam in libro de Elemẽtis, sed separatim in alio libro tractauimus. Vtilis quoq; in rẽ præsentem tractatio de temperamentis est, elemẽtorum sequens tractationem: verum oĩum maxime liber de plenitudine, in quo ostensa est & vt ad vires plenitudo, & vt ad capacitatem in qua continetur. Atq; hæc plenitudo à medicis κατὰ τὸ ἔγχυμα nũcupatur. Optimũ ergo fuerit, vt qui scienter volet expẽdere quę hoc volumine dicenda veniunt, de Plenitudine librum prius perlegat: quæ vero & ille ante perlecta requiret, ipse indicabit. Nec vero mirum cuiquam videri debet, si tantis sit opus vt probe de vena secanda contemplari liceat: non.n. ad huius tantum auxilij inuentionem, sed & aliorum oĩum, necessaria est eorum, quæ modo recitauimus, cognitio. Nam si citra illorum notitiam recte curare possemus, [a] † haud esset cur ea tanti faceremus. Sed hæc præfari necesse fuit. Tempus autem nũc est orationem ordiri, considerando quot sint affectiones vacuatione indigentes. Ergo si quis eas experiẽtia collectas exponat, sola opus est ad explicationem memoria: At si via rationali, commune & generale [b] † inueniat necesse est: ex illius deinde in species differentiasq; sectione vsque ad species vltimas, affectuum numerus vacuationem indicantium, inuestigandus est. Sic enim constare vniuersa, quæ per rationalem viam inuentionem sortiuntur, monstrabimus.

A * In ãtiquis αὐτῆ .i. ipsius .s. secundi theorematis.

B * διὰ τοῦ πρώτου .i. per primũ .s. theorema.

A † οὐκ ἀν ἐσπουδάζομεν αὐτά, i. est haud [illegible] elaborau[illegible], seu compe[illegible] [illegible].

B † Additur ĩ ãtiquis πρώτου .i. primo.

Quæ

Quæ Corporum Affectiones Vacuatione indigeant. CAP. 4. E

IGitur cum artis medicæ officium sit omnes partium corporis functiones, vbi corrumpuntur quidem, recuperare: tueri aũt, vbi saluæ fuerint: hæq; ad constitutionem sequantur naturalem: necesse est hanc, dũ præsens est, seruare, intereuntem vero recuperare. Cum ergo primarias actiones à similaribus corporibus perfici ostensum sit, ab instrumentarijs vero secundarias, videndum est tibi, qui in corpore continentur humores, quam aut vtilitatem aut noxam partibus eius afferant. Posteaquam igitur in libro de plenitudine demõstratum est bifariam & fieri & dici plenitudinem, nempe vno significato vt ad vires: altero vt ad continentium humores vasorum laxitatẽ, quod quidam vocant κατὰ τὸ ἔγχυμα, vtriq; vacuatione est opus: siue in homine valetudinario, siue valente euenerit. Sanè quemadmodum qui onus gestat, non protinus vbi grauatur ac fatigatur, iã cecidit & victus ab eo est: ad eũdem modum vbi virtus à plenitudine grauatur, fieri potest vt non dum homo ægrotet. Siquidem non nulli qui consueta etiamnum munia obeũt, sentire sese graues, pigros, segnes, atq; ægre mobiles referũt, atq; ea est vt ad virtutem plenitudo: Velut vbi post exercitia tendi videantur (quemadmodum Erasistratus dixit, Implẽtur brachia & cubitus) non exigua est ea alterius plenitudinis nota: quam κατὰ τὸ ἔγχυμα vocari à quibusdã proposui, quandoquidem κατὰ τὰς ἐγκεχυμένους, id est in infusis per vasa humoribus, cõsistit & intelligit. F

* παρατίμπρανται.

Dictum autem est in libris de sanitate tuẽda, vbi in toto corpore sensus prouenit vlcerosus, ac potissimum dum mouemur, talem affectum mali succi esse sobolem. Attamen id non paucis cõsuetas etiamdum res agentibus vsu venire conspicitur. Quãdoq; autem & in partibus quibusdam corporis, non in tota mole, indicia existunt affectionum illis in partibus cõsistentium similium ijs quas in toto corpore consistere dictum nunc est. Nam caput aliquando solum grauari sentimus, aut vlcerosam quandam affectionem habere, aut musculos tẽporis quos κροταφίτας nuncupant, intendi, idq; aut simpliciter, aut cum maiore quadam caliditate. Sic & in iecinore, liene, ventre, costis, septo transuerso, grauitatem sæpenumero percipimus. Similiter in ore ventriculi aut grauitatem, aut morsum, aut nauseam, aut ciborum fastidium, aut absurdum appetitum, quandoq; sentiscimus. Ad hæc autem fixi in parte quapiam dolores, idq; aut ob humorum copiam confertim ingruentium, aut propter spiritum flatuosum, vacuationem indicant, sicut qui ab acri humore partem excedente rodẽteq; proueniunt. Sunt autem qui ab intemperie nascantur, atq; inter eos ipsos quidam ab ea sola citra humores, alij vero cũ humoribus. In omnibus itaq; istis modo propositis, infestantium tum humorum tum vaporum euacuationes a pathematis, id est passionibus, hominem liberant. Non tñ vena secta prorsum est opus, sed sufficit purgatio, frictio, balneum, & inunctio cum digerente medicamine. Ergo qui vena incisa iuuentur affectus, deinceps dicamus. G

Quo pacto Cor & Reliquæ corporis Partes ab Humoribus alterentur. CAP. 5.

NOn solum nutrimentum animantis partibus ex sanguine est, sed calor quoq; naturalis perseuerantiã ex sanguine obtinet: queadmodũ ex lignis cõburi idoneis qui in foco est ignis, à quo ædes totas calescere conspicimus. Itaq; quemadmodum ignis hic offenditur, interim quidẽ congestis in eum confertim lignis, interim vero tametsi non multis tamen admodum madentibus, non nunquam aũt omnino nõ impositis, aut valde exiguis: Sic qui in corde est calor, interdũ se ipso minor efficitur aut propter sanguinis copiam, aut propter ingẽtem inopiam, aut propter qualitatem frigidam: interim vero maior aut propter calidam sanguinis qualitatem, aut propter pauculam inopiam. Quicquid autẽ cor in caliditate frigiditateq; perpetitur, eius protinus & aliæ corporis partes participes fiunt. Euenit autem & vna in parte persæpe præter naturam tum caliditas, tum frigiditas, sicuti sæpenumero in alijs commẽtarijs demõstrauimus: Idq; duplici ratione ꝓuenit, interim ob humores calidos aut frigidos, interim vero ob solam intemperiem. Cæterum quæ membratim accidunt caliditates aut frigiditates, eas quæ parti quidẽ affecte vicinæ sunt, vnà alterant, at in totum extendi corpus priusquam cor mutent, nequeunt. Eundem in modũ & cordis corpus duplici modo alterari ostensum est, aut per intemperiem, aut propter humores calidos vel frigidos, aut ob alicuius horum inopiam. Porrò humores calidos frigidosq; fieri demonstrauimus pro cibi potusq; mõdo, & ob pleniorem corporis animiq; tum motum tũ quietem. Cæterum quemadmodum in ventre frequenter prauæ fiunt coctiones, ijs quæ assumpta sunt, in pituitam aut bilem conuersis, aliam'ue præter naturam corruptionem perpessis, aut crudis & alterationis expertibus plurimo tempore manentibus, & in flatum versis: Ita vbi sanguinis fraudamur generatione, humorum in arterijs venisq; affectiones proportione respondebunt ijs, quæ à frustrata in ventre concoctione proueniebant. Qm̃ autem calida simul humidáq; omnia celerrime putrescere apparent, & præcipue si in locis calidis sint, consequitur necessario, quod ex ventre distribuitur nutrimentum, quando à natura non superatur, inq; sanguinis boni generationem nõ conuertitur, alia's aliam perpeti putredinem. Atqui cum quæ ex materia calida putrescunt calidiora ẽt euadant, calidior quoq; erit proinde sanguis putrescens. Hic autẽ vbi calidior fuerit, calidior quoq; sensibiliter pars in qua putrescit, euadet. Porrò autem, quoniã à notabiliter calidis vnà quæ vicina sunt, incalescunt, vnà quoq; cum sic affectis partibus, quæ circũquaq; vlterius sunt, incalescent, idq; calore acri ac mordaci: eiusmodi enim est qui à putredine ꝓficiscitur. Ergo si pars H

Al. qualitate

quæ

A quę hoc pacto incaluit, insignis fit, & calorem suum in cor protendere valeat, siue quod vicina ipsi sit, siue quod ex principalibus, siue quod calida, vna et ipsum accendet, vt quod natura calidissimũ sit. Quod si semel illud accẽsum fuerit, facile totum ipsius iam corpus simul excalfiet, quemadmodum ab ingenti in foco flãma quæ illam continet domus. Vocãt autem id pathema Græci quidem πυρετόν, {Latini vero febrem.} Sed & non nũquam priusquam putrescere incipiat sanguinis multitudo, in partem aliquam confertim decumbẽs, aut prorsum eam extinxit, vt actio interiret, aut certe nõ contemnendam noxam inflixit. Nam hoc pacto apoplexiæ proueniũt, multo nimirum sanguine in principium animantis confertim incumbente. Nam vbi in aliã partem præceps ruit, tumorem inibi præter naturam efficit: ex hoc genere est phlegmone. At vbi crassior est, melancholięq; magis naturam refert qui decubuit sanguis, scirrhosus tumor efficitur: sicut si pituitolior sit fluxio, laxus: sin biliosa, erysipelas exiſtit. Discriminata hæc ad vnguem habes in ijs quæ modo recensuimus operibus. Nunc aũt, vt dixi, quæ sunt demonstrata, hypothesium loco, hoc in sermone assumens, consequẽtem illis esse sermonem de venę sectione demonstro. Igitur cũ plenitudo duplex sit (optimum .n. fuerit hinc auspicari) & ea, quę ad vires refertur, facile in putredinẽ perueniat, atq; etiam interdum in partes quasdam ingruẽs, inibi tumores præter naturam excitet: & altera quoq;, B quæ κατὰ τὸ ἔγχυμα appellatur, sæpe in partes decumbat, ac tumores creet, immo & apoplexias & ruptiones venarum moliatur: eam celeriter euacuare tentandũ, priusquam magnũ aliquod malum in homine admittat. Porro fusissime expositum est in tuendę valetudinis volumine, quo pacto vtranq; affectionẽ & agnoscere & sanare oporteat: sicut vbi febris aut sanguinis reiectio præ plenitudine inuasit, aut apoplecticarum infirmitatum aliqua, quomodo & illas curare oporteat, in curandi methodo diximus. Quare de his nũc cõscribere superuacaneum censeo. Nam si perinde vt in illis tractatibus scripsi, ita & hic scribam, bis eãdem de re verba facere cogar, ac propterea in longum etiam sermonem extendere. Sin in compendium sermonem hunc contrahã, duorum alterum subibo periculum, aut vt ob breuitatẽ obscurus fiam, aut distinctionem aliquam vtilẽ prętercam. Verum quoniam haud mea voluntate hunc aggressus sum sermonem, si quod dictorum peccatum eueniat, ipsi culpam ferent, qui auctores fuerunt vt hoc onus susciperem: sicut si recte atq; ex sententia accidat, vtilisq; appareat, laudem illis omnem cedo.

Qui Scopi in mente habendi, Quibus' ue indicijs discernendi, Vt Sanguinem mittamus. CAP. 6.

RVrsus ergo orationi sumatur principium. Qui res consuetas adhuc factitant, sed princeps illis pars aliqua aut totum corpus grauatur tenditur' ue, ijs necessaria est euacuatio. Porro si C ætate nec puerili sint, nec senili, de secanda vena consilium inito, præ oculis habens principales hosce scopos, nempe plenitudinis tum quantitatem tum qualitem, & virium robur atq; infirmitatem: deinde naturalem totius corporis habitum, tempusq;, & regionem, vitãq; anteactam: tum an cibi potusq; copia, & præcipue affatim nutrientium, qui sic affectus est, sit vsus: ad hæc consuetudinem, & res præter consuetudinem actas, quosq; motus exercuerit, quas excretiones habuerit, aut præter solitum compescuerit: ad omnia autem hæc num gracilior aut crassior euaserit. Sane vtriusq; plenitudinis quantitas ex propriorum signorum magnitudine definietur. Quanto enim grauior sibi homo videtur, tantum & plenitudinem quo ad vires creuisse constat. Ad eũdem modum quantum auctus fuerit tensionis sensus, tantum & alteram inauctam plenitudinem, quam à quibusdam κατὰ τὸ ἔγχυμα, vocari diximus. At vtriusq; plenitudinis qualitatẽ partim ex coloribus agnosces (memor colorem humorum esse, si quidem modice à calore frigoreq; externo affectum totum corpus fuerit) partim ex ijs quæ humorum naturæ coniuncta sunt. Etenim calidiores, calidior totius corporis sensus sequitur, frigidiores vero frigidior: Tũ eos qui in venis quidẽ aceruãtur humores, tumor, vasorumq; distensio: qui vero in carne, sensus in ea aut grauitatis, aut tensionis, sicut certe & caliditatis [a] †. Porro dispensantium nos facultatum infirmitatem ac robur D proprijs indicari functionibus ostendimus: arbitrarijs quidem, ea quæ in neruis, & horum principio cerebro: pulsatiuis aũt, ea quæ in arterijs & corde: at à functione quæ in bona editur nutritione, aut nutritione abolita, tum colore bono aut malo, tertia facultas, nempe nutrix, quam à iecore proficisci demonstrauimus, agnitionem sortita est. Vbi ergo extantibus plenitudinis signis valẽtes facultates fuerint, venam incides, videlicet si tensiua quidem sit affectio, [b] † nullo discrimine, magisq; etiam in phlegmonode: Sin infesta sit degrauans plenitudo, haud semper sanguinis{mo lienda detractio est: fieri enim potest, vt crudus per corpus collectus sit succus. In quo aduertendum diligenter est, quantum valeat robustaq; sit virtus, & quantum [c] humor ipse sit refrigeratus: nam exoluta ab id genus affectibus virtus, adhibita sanguinis missione, in extremum malum recidere solet, vt nequaquam postea restitui possit. Quod vbi euenit, periculum non leue consequitur, potissimum si febris accedat statu æstiuo, stomachoq; male affecto, aut toto adeo corpore natura molli, & tẽperie humido: eiusmodi enim hominibus multa accidit per halitum digestio, repentinaq; syncopa, etiam si febris haud magna inuadat. Si vero horum nihil sit, cæterum hyems fuerit, regio ue natura frigida, tũ natura quoq; hominis frigidior, ijs per sanguinis missionem & totum corpus grauiter refrigeratur, & accidunt non nulla quæ ad grauem sequuntur refrigerationem, symptomata. Quocirca qui sic affectu sunt, eos sanguinis missione vacuare nõ conuenit, sed

A † *Addit in oribasio libro septio collectionum medicinaliũ, uel frigiditatis.*

B † [illegible]

C * *[illegible] ... sit ge[illegible]*

ſed frictionibus, mediocriterq; excalfacientibus vnctionibus, tum potionibus humorum craſſitu E dinem incidentibus, ac modice calfacientibus: Nam quæ valenter calfaciunt, nimis ſubito vires deijciunt, vt in reliquam curationem non ſufficiant: ſæpe etiam febrem auxere: itaq; & inde viribus noxa obuenit. Quapropter humorum incidentes craſſitudinem tum cibi tum potus mediocris ſunto in excalfaciendo facultatis.

Quibus Morbis Præcauendis Veris tempore Vel Venæ ſectio Vel Purgatio conueniat. CAP. 7.

PORRO qui ſanguine ex pectore reiecto in præſens quidem curati: cæterũ eam ſortiti ſunt corporis ſtructuram in thoracis pulmonisq; partibus, vt vel pauculo plus collecto ſanguine, ꝓtinus aut vaſis alicuius oſculum reſeretur, aut ipſum rumpatur: ijs etiam ſi nullum in corpore etiã dum ſymptoma extiterit, ineunte tamen vere ſanguinem mittere oportet. Similiter qui prompte morbum comitialem, aut apoplexiam incurrunt. Ad eũdem modum, ſi aliorum morborum cuipiam obnoxium eſſe hominem cognorimus, puta peripneumoniæ, pleuritidi, anginę, cõmittendum non eſt, vt expectemus dum aliquod euidens plenitudinis ſymptoma appareat, ſed anteuertere ſanguinis detractione præſtat. Eodem modo quibus hæmorrhoides retentæ ſunt, potiſſimum ſi natura ſint atrabilaria. Quiq; quotannis æſtate plethoricis morbis corripi aſſolent, & hos F quoque veris initio vacuare expedit. Eadem ratione & qui ipſo etiam vere illiuſmodi malis vexantur. Sũt autem quidam oculis imbecillioribus, aut ſcotomaticis quas vocãt hoc eſt vertiginoſis obnoxij paſſionibus, qui & ipſi principio veris inaniri poſcunt. Sed illud prius videndũ, quid ſit quod in illis accruetur. Siquidem non nullis amaræ bilis ſuccus plus cæteris colligitur: quibuſdam bilis atræ, aut pituitę: alijs ex æquo omnes, in quibus ſanguis abũdare dicitur. Hos ergo omnes vacuabis, Sicuti etiam podagricos et arthriticos veris principio, exhibito videlicet aut medicamento purgante, aut ſanguinis diminutione. Equidem complures ipſe ſanaui, qui tribus quatuor'ue annis per interualla pedum laboraſſent doloribus, exundante humore veris initio expurgato, aut ſanguine diminuto. Cæterum id neminem latere puto, illos in omni deinceps victus vitæq; ratione agere moderatos. Nam intemperantes, vinoſosq;, ac ventri gulæq; deditos, neq; purgatione, neq; ſanguinis miſſione magnopere adiuueris, nam per vitæ intemperantiam, crudorum humorum copiam ocyſſime colligunt: verum his ne manum quidem admouere tentãdum eſt. Eis vero qui præceptis ſalutaribus obſequentur, ſummopere profueris, ſi principio veris primum quidem euacuaris: deinde autem ad exercitia, victusq; rationem ſalubrem deinceps perduxeris. Quæ de iſtis dixi, hæc tibi dicta putato & de omnibus, qui morbis ijs quos modo dicebam G capi ſunt apti, nempe aut comitiali, aut apoplexia, aut vertigine, aut ſanguinis reiectione, aut melancholicis.

Non nunquam Abſq; Plenitudinis indiciis Sanguinem mitti oportere: ac de Ortu eorum Affectuum qui Rheumatici Vocantur. CAP. 8.

PORRO non ſolum vbi adeſt plenitudo, ſiue ea vt ad vires ſit, ſiue vt κατὰ τὸ ἔγχυμα, mirifice prodeſt venæ ſectio, verum etiam citra plenitudinem initio phlegmones, quæ aut propter ictum, aut propter dolorem, aut partium debilitatem prouenit: quippe cum dolor ſanguinem ad ſe trahat, & ſæpe partium debilitas phlegmonẽ, abſq; vt in corpore plenitudo ſit, procreet. Oſtenſum eſt enim in virtutum naturalium commentarijs, infirmam natura partem prompte grauari, ſi vel paulo plus accruetur aliq̃ñ in ea excrementi: quinetiam ꝙ pars quælibet vim poſſideat ſicut familiarium attractricem, ita quoq; alienorum excretricem: tum quòd duplex ſit alienum, alterum quantitate, alterum qualitate: Itaq; partem quamuis, quæ licet ab humoribus in ſe contentis non grauetur, tamen excremẽta quædam habeat in qualitate pręter naturam, ad eorum excretionem per venas inibi ſitas tanquam per canales inſurgere. Porrò ſi quod propellitur, prauus ſit ſanguis, ſiue alius quiuis ſuccus, ad propinquam primum veniat partẽ neceſſe eſt: Vbi rurſum duo- H rum alterum eueniet, aut enim cõcoctus aut corruptus in aliam tertiam haud trãsfluet: aut, ſi neutrum aſſequatur, denuo ex parte ſecunda in aliam labetur, atque iterum ex illa in aliam: neq; ceſſabit quoad in talem quampiam illabatur, quæ amplius ex ſe propellere quod in ipſa redundat, nequeat. Accidit autem id illis partibus, quæ vim excretricem vicinis omnibus imbecilliorem obtinent: ſiquidem haud etiam in illas quæ præ virium robore non admittant, repellere quod moleſtum eſt valent. Nam & hoc quoq; nobis in illis monſtratum eſt commentarijs, quòd non ſolum pars quælibet recrementum in vicinam protrudat, verum ꝙ & recipiat quidem, ſed contra ſæpe remittat, & contra repellat, in ſeſe haud admittẽs: quo in certamine victoria potiť validior. Quapropter partes infirmiores omnium primæ excrementitijs morbis corripiunť. Huiuſmodi quapiam ratione rheumaticos vocatos affectus prouenire ſcito, toto videlicet corpore infirmo, quæ vna eſt mali habitus ſpecies: principibus vero illius partibus, paulũ licet inſit ipſis ſanguinis, grauari tamen ſolitis, eumq; ad carnoſas cutis partes protrudentibus, potiſſimũq; ad adenas excipiendis recrementis idoneos tum ob ſubſtantiæ laxitatem, tum quia omnium partium minime robuſtas habeant naturales virtutes, ſicut & pinguedo. Nam cum quatuor eæ ſint, vt oſtenſum eſt, prima attractrix, ſecunda retentrix, tertia excretrix, & quarta alteratrix, alias quidem tres imbecillimas,

*In græ. ĩpreſſis legitur διαφθαρέντα ut uenit interpres hic. in antiquis aũt διαφορηθέντα habetur. i. digeſtus per halitũ. et ita uidetur legiſſe Calaber.

A cillimas, adenes carnesq; obtinent: at vnam alteratricem haud ita multo cæteris partibus minorẽ.
Post adenes sequitur pulmo, fluxioni recipiendæ promptissimus. Nam & hic tres facultates infirmas possidet, & corpus ipsum laxum. Deinde est lien. Porrò cerebrum aut perinde vt illi, aut ẽt plus, excipiendo fluxui est habile: cæterum hoc illis potius est, q̄ constructionem habeat eijciendis ijs quæ accepit promptissimam: habet enim ingentes ventriculos, qui pronis meatibus euacuantur. Quibus ergo carnoso genere pulmo, lien, ac cerebrum, naturâ robustiora sunt, in ijs ad adenas & carnes fluxiones perueniunt, vbi totus nimirum habitus infirmus fuerit, velut in rheumaticis affectibus accidere solet. Merito ergo his curandis scopus est, non euacuatio, sed corporis totius roboratio: quanquam tamen curationis initium illis à misso oriatur sanguine: †ac si excrementa prauam etiam qualitatem habuerint, vnà adhibeatur purgatio: In quibus maxime corporibus neutrius proprium expectãdum plenitudinis symptoma est, puta grauitas quidem eius, quę vt ad vires est, tensio vero eius quę vt κατὰ τὸ ἔγχυμα. Eadem ratione in ijs quibus pars quęepiam grauiter icta est, aut vtcunq; aliter incipientem habet phlegmonen, eam si magnam fore suspicamur, curationem ab inanitione auspicamur, aut purgatorio medicamine exhibito, aut vena incisa, prout nimirum alterum altero magis conuenire iudicamus.

† Aliqui uertũt. Si vero excrementa qualitate praua fuerint, purgationem adhibemus.

B *Inter Scopos Sanguinis detrahendi qui nam ipsam Detractionem, qui ipsius Quantitatem dicantur indicare.* CAP. 9.

Recte ergo admonemur in ijs quæ adiecta sunt libro de victus ratione acutorum, sanguinẽ mittere, si magnus sit morbus, & æger florenti sit ętate, roburq; adsit. Perperamq; Menodotus in sola syndrome plethorica seruari venæ sectionem inquit. Contra.n. prorsum sanguinis mittendi scopi, primum in se plenitudinem non comprehendunt, sed fientis, (vt sic dicam,) passionis suspicionem. Nam si eam magnam fore apparet, oĩno sanguinem mittemus, etiam si nulla existat plenitudinis nota, tantum inspecta ætate, viribus, & regione, quæ sola in ijs quæ adiecta sunt libro de ratione victus recenseri conspiciuntur. Vigentes enim ætate, propter pueros & senes in distinctionem assumpsit. Cæterum primi principesq; mittendi sanguinis scopi sunt, morbi magnitudo, & laborantis robur: & hanc esse primam dicendum est syndromen, nõ plethoricã, in qua seruata sit sanguinis missio: in illa enim & hæc comprehenditur, vt quæ morbi magnitudinẽ adaugeat. Quippe non solum vbi iam adsit morbus grauis, sanguinis detrahendi tempus est, sed vbi futurũ suspicamur. Anteuertit.n. Hippocratis doctrina, qua nos docet quæcunq; morbis iã præsentibus recte perageremus, melius esse vt ipsa morbis incipiẽtibus, aut imminẽtibus, anteuertendo C faciamus. Quare & propositos scopos ad sanos trãsferre liceat. Siquidem & his sanguinẽ mittere expedit, vbi nimirum magni alicuius morbi metus imminet, rõne habita & ętatis, & virium. Nam siquis vt magnũ incurrat morbũ sit habilis, licet nullum ẽt in corpore symptoma acciderit, venam tamen secandam censemus: Satis est enim ætatem & vires inspexisse. Itaq; tria sunt q̃ agnitionem cõtinent, morbi magnitudo aut pręsens, aut imminens: ętas florens: & viriũ robur. Forte vero negligentius in ijs quæ adiecta sunt libro de victus ratione acutorum, exposita videri possit vna ætatis particula. Nec.n. florentem duntaxat dixisse recte habet, sed addenda est & quæ illã præcedit, & quæ sequitur, vti videlicet duę tantum distinctioni eximanĩ, nempe puerorũ, & senũ. Verum senum ętas in virium verbo comprehendi potest: nulli enim qui ea ætate est, robur inest. Quibusdam vero medicis ne pueris quidem robur inesse visum est, sed perperam rẽ intelligentibus, sicut alibi nos ostendimus. Itaq; si magnum fore morbum expectamus, aut iam præsentẽ inspicimus aut incipientem, venam tundemus, virium habita ratione, tantumq; ex oratione exemptis pueris: dicemusq; minus perfecte positam ætatis dignotionem ab eo, qui conscripsit ea quæ adiecta sunt libro de victus ratione acutorum: Satis.n. sunt ad incidendam venã hi duntaxat scopi. Neq; enim vbi tanta crudorum humorum copia accumulata est, vt secãdam venam prohibeat, D ratio redarguitur: nam istis virium robur nõ adest. Estq; hoc indicium eos haud posse sanguinis missionem perferre, quando vnà cum dolore corporis totius, qui exciderit ab indicando sanguinem abundare, pulsus adest in vehementia & magnitudine inæqualis, exuperantibus per ipsius inæqualitatem, imbecillibus & paruis. Definitis itaque tribus mittendi sanguinis scopis, nempe morbi magnitudine aut præsente, aut imminente, aut incipiente: ætate florente: virium robore, extra puerorum ætatem: ad alia antedicta mittendi sanguinis indicia, quæ non pauci medici adijcienda censuerunt, nunc accedamus. Coindicant autem hæc detractionis quãtitatem, non ipsam sanguinis detractionem. Itaq; ex morbo, ætate, & viribus, minuendus esse sanguis cognoscitur: At vacuationis quantitas non ex istis modo, sed ex alijs deprehenditur. Ea sunt, plethorica vocata syndrome: aeris nos ambientis temperies, in tempus & locum diuisa: eaq; quæ in anteacta acciderunt vita circa comesorum tum quantitatem, tum qualitatem: excretionęsq; ac motiones, aut factas, aut non factas. Sed quæ nam sit in his diuersitas, paulo post viderimus.

de Vict. rõne I mor acu. cõ 1. t. 19. 7ª. 136. e

De Ratione Vacuandi eos, qui Cum plenitudinis indicijs Sanas obeunt Actiones. CAP. 10.

IN præsenti autem de vtriusque plenitudinis notis contemplabimur, an vbi eæ in homine solita negocia obeunte apparuerint, mittendus illi omnino sanguis sit: an id necessarium non sit, vbi nulla magni affuerit morbi expectatio. Porrò quid hac de re sentiam, neminem vestrum ambigere

gere arbitror, vt qui sæpe affueritis sanguinis missionem suadenti, tum podagricis, tum arthriticis, tum epilepticis, ad hæc melancholicis, quiq; sanguinem antea expuissent, aut in thorace structuram sortiti essent ad id malum idoneam, præterea vertiginosis, quiq; assidue corripi solent angina, peripneumonia, pleuritidibus, hepatidibus, ophthalmijs vehementibus, aut, vt in summa dicam, magno quopiam morbo. Nam in illiusmodi omnibus necessarium esse remedium minutionem sanguinis arbitror confestim adhibitã post habitam virium atq; ætatis rõnem. Hæc enim si forte aliquando nõ dicantur, subintelligere oportet. At qui nihil eiusmodi vnquã antea perpessi fuerint, omniumq; corporis partium inculpatam sortiti constructionem, geminam me vacuationis viam proponere nostis, per venę sectionem quidem, si in victu sint intemperantes: citra hanc, si temperantes. Licet.n. frictionibus multis, balneisq;, & ambulationibus, alijsq; motionibus, ad hęc vnctionibus digerentibus, celeriter plenitudinem exhaurire, si vtiq; videbitur non esse crassi sanguinis abundantia. Talis est vt plurimum maxime melãcholica, raro vero crudorum quos vocant humorum. Cæterum in redundantia humoris melancholici sanguinem mittere præstat, aut certe omnino medicamento vti atram bilem expurgante. At vbi crudi succi exuperãt, ante quàm morbus inuaserit, caute vacuabis: sed vbi iam febris corripuerit, vti ante monui, nequaquam. Habebis vero eorum indicium tum colorem veluti plumbeum, aut ex pallido album, oĩaq; potius q̃ rubrum, tum pulsuum inæqualitatem. Si vero etiam admodum creuerit talis plenitudo, tum & corporis illis grauitas inest, atq; ad motus pigritia, tum mẽtis tarditas, & sensus hebetudo. Cõtra vero si quibus ex compressis hæmorrhoidibus cumulatus in corpore sanguis extiterit, audacter venam incides, etiam si antea grauem experti morbum non fuerint. Fieri enim potest, vt apti quidem ad eiusmodi aliquem fuerint, cæterum ob inanitionem quæ ex hæmorrhoidibus fit, nõ dum perpessi. Porrò si quæ illis partes prauam sortitæ structuram appareant, ac potissimum in thorace, omnino eis ocyssime sanguinem detrahes. F

De Ratione Euacuandarum Mulierum, quibus Menstrua suppressa sunt, ac quòd Sanguinis missio Reuellendi gratia inanitis etiam corporibus adhibetur. CAP. 11.

IDem me sentire nouistis & de mulieribus, quibus mẽstrua restitit purgatio. Neq; enim profecto proroganda in his euacuatio est, non tñ necesse est illis venam scindere: quippe cum malleolorum scarificationes superfluitati quandoq; euacuandæ satis esse queãt: quæ & alioqui hoc ẽt habent, q̃ mensium vacuationem ciere possunt, sicut etiam in malleolis ac poplitibus incisę venę. Nam plenitudines à suppressis mensibus ortas, omnino per crura euacuabis, siue venam secare oporteat, siue scarificare. Sectæ enim in cubito venæ mulierum reuellere purgationem assolent. G Porrò quæ ex mulieribus albidiores sunt, sanguinem aceruare tenuem solent: quocirca adhibitis malleolorum scarificationibus maxime iuuantur: At quæ nigriores sunt, secta vena curato: crassiorem enim sanguinem, ac magis melancholicum colligunt, magis vero etiam si magnas habere venas appareant, quod illis accidit quæ graciliores sunt ac nigriores. Carnosis vero & candidis paruæ insunt venæ, quibus malleolos scarificare, q̃ venam secare præstiterit, quippe cum hæ paruas in cruribus venas habeant: itaq; etiam si probe secentur, quod iustum tamen sit, non profluat.

Cæterum non contemnenda venæ sectio est, tanquam non sit auxilium reuulsorium cum me sępenumero conspexeritis in valida sanguinis è naribus eruptione eo vsum repente fluxionem sedasse. Expedit autem, vti vidistis, non eò vsq; sanguinem educere, dum ad extremum vires ducantur, sed quoad quod symmetrum moderatumq; sit, eductum videatur, prorumpentisq; sanguinis impetus nõ dum flaccescat, sed validus permaneat: secare in cubito venam, si ex dextra nare prorumpat sanguis, in brachio dextro: sin ex altera, in sinistro. Simul autẽ cùm hoc agis, artubus vincula iniicito aut ex lana, aut ex canabe: tum hypochondrio directe supposito cucurbitam admittito. Nam hæc nos faciendo, vt scitis, semper erumpentem ex naribus sanguinem compescuimus, cum antea experiundo quæ scribunt in nares inserenda medicamenta, atq; in frontem illinenda, H infirma omnia compererim. Itaq; ad ea quæ supra de sanguinis missione dicta sunt, & hoc quoq; Menodoti opinionem conuincit, qui putarit plethoricam vocatam syndromẽ remedij nos admonere. Nam quæ dicta est affectio, plethoricæ planè contraria est. Adhibemus autem ad eam sanguinis missionem, non vt euacuatorium, sed vt reuulsorium remedium.

Quando Melius succedat Partita Sanguinis Detractio: quando Semel confestim, vel ad Animi deliquium vsq; vacuandum. CAP. 12.

NIhil æque artem medicam in agendo coniecturalem efficit, vti cuiusque remedij quantitas. Etenim cum frequenter compertum habeamus tempus instare exhibendi aut cibi, aut potus, eiusq; aut calidi, aut frigidi: quantum tamen dãdum sit, certo haud nouimus. Idem vsuuenit in purgantibus medicinis. Nam quòd laboranti prębendum sit medicamen, aut bilem tum flauam tum atram, aut pituitam, aut serosum excrementum euacuans, exacte nouimus: cęterum quãtum præberi debeat, nescimus. Atqui talis exhibitio corrigi postea nequit. Nam quod semel in ventrem deuoratum est medicamentum, quo minus omne deuoratum sit, fieri nõ potest: neq; possibile est, vbi plus quàm conueniat, iam purgetur homo, partem oblati auferre. At in sanguinis missione summum id bonum est, euacuationem dum voles posse sistere, ac rursum quo videat tempore,

*Al. οὐκ ἐπιστάμεθα βεβαίως. i. nõ scimus firmiter.

A tempore, fluere sinere, quoadusq; recte habere appareat. Quapropter præstat, nisi quid vrgeat, priori missione minus detrahere, iterumq; eã repetere, immo si lubet, & tertio. Vbi ergo multa euacuatione est opus, verũ vires sunt imbecilliores, in his euacuationem partiri expedit, vti nimirum & me fecisse vidistis in ijs, quibus crudiorum inerat humorum copia. Nã pauculo sanguine detracto, protinus melicratum exhibeo probe coctum cũ incidentium medicaminum quopiam, velut hyssopo, origano, & interim etiã nepita, aut pulegio, aut certe cũ melicrato oxymel, aut oxyglycy: ac sic rursum sanguinem minuo, vel ipso eodem non nunq̃ die: interdũ die postero, in quo rursum exhibito propositorum medicamentorum quopiam, iterum de sanguine quid aufero: ac rursum tertio die similiter bis. Cæterum vbi feruescentis inest sanguinis plenitudo, acutissimam accẽdens febrem, subito ac simul euacuare expedit: eamq; inanire tentandum, vel ad animi deliquium vsq;, virium modo inspecto robore. Itaq; memini quibusdam sex detractas protinus cotylas aut postridie, aut tertio quarto've: quibusdam primo etiam die, cũ febris principio noctis cœpisset, aut medio, ac quæ pridie comederant, probe fuissent concocta. Non nullis autẽ pridie inæqualitatem, aut sudõrem, aut dolorem capitis alterius've alicuius partis se sentire querentibus, ac proinde parce esitantibus, vbi febris præcedente inualuisset nocte, primo etiam die me sanguinem B detraxisse memini. Nam in quibus tibi sanguinis feruentis copia apparet, quàm ocyssime eum vacuare conator, priusq; in principem aliquã partem ingruat. Quamobrem nec per noctem sanguinem aliquando mittere verearis. Siquidem ridiculum est, quod quidam factitant, à secũda diei horã ad quintam aut sextam solummodo sanguinem mittentes, haud alio quouis tempore: quos si non clysteres, cibum, aliaq; exhibere remedia quocunq; tempore noctis vidissem, grauiter profectò in illos inueherer: Quoniam vero omnia agunt haud præfinito vno horarum numero omnibus morbis communi, sed vt affectus moneat, in sola autem missione sanguinis dictum modo tempus semper obseruant, tolerabilis est illorum error. Sic itaq; affectis ægrotis, vt diximus, expedit & ad vsq; animi defectum sanguinẽ educere. Noui enim ex ijs quosdam necessario ex animi deliquio refrigeratos, ac toto corpore affluentibus madoribus & aluo rupta, celerrime morbo liberatos. Vtile est autem pulsuum diminutionibus animum aduertere, tangendo eos sanguine etiamnum fluente, sicut in alijs omnibus dum sanguis mittitur, facere consueui, ne videlicet nobis nec opinantibus, pro animi deliquio mors occupet: quod sanè tribus euenisse medicis noui. Venam secabat eorum vnus mulieri febricitanti, aliorum vterq; viro, sed ad tantum animi duxere deliquium, vt vires recuperari non possent. Proinde satius est tam copiosis vacuationibus ab- C stinere, nisi magna incumbat necessitas. Quin & reuulsionem, non leue & ipsam auxiliũ, quodq; sæpe secta adhibetur vena, quanto maiorem in numerum particulares auxeris detractiones, tanto efficaciorem effeceris. Hæc itaq; prænouisse præstabat.

*Al. grauitatem. & ita et legit Oribasius.

Quæ Præuidenda ante Venæ sectionem, vt Tuto Sanguinem mittamus. CAP. 13.

RVrsum autem à principio ad propositam reuersi speculationem, exponamus quæ summe necessaria esse compertum habemus ijs, qui innoxie venæ sectiones obire semper volent. Primum omnium scire conuenit, dum propositi scopi huius præsidij augentur, maiorem indicari euacuationem: dum vero exoluuntur, tantum detrahendum de sanguinis missione, quanto illi minores euaserint. Morbi itaq; magnitudo cum virium robore primi erant mittendi sanguinis scopi, ille quidem quæ facienda sunt indicans, hic tanquam illum haud prohibens, id quod contraindicare iuniorum medicorum quidam appellant. Non nunquam enim affectio mittendum sanguinem commonet, cæterum virium contra robur prohibet. Quibus ambobus scopis presentibus, constat, vt ante diximus, nullam esse crudorum humorum tantam talemq; plenitudinẽ, quę hoc inhibere auxilium possit. Deinde considerandum quæ sit naturalis hominis temperies. Nã D quibus amplæ sunt venæ, quiq; modice graciles sunt, nec candidi, neque tenera carne præditi, copiosius euacuabis: contrarios autem parcius, quippe qui exiguum habeãt sanguinis, carnem'que facile transpirabilem. Hac ratione nec pueris venam tundes vsque ad quartumdecimum ætatis annum: post quem si multus congestus sanguis appareat, tempus'que anni vernum fuerit, regio'que natura temperata, & pueri natura bene sanguinea, sanguinem minues: multo'que magis si aut peripneumoniæ, aut anginæ, aut pleuritidis, aut alterius acuti grauisq; morbi, periculum incumbat. Detrahes autem primum, vt summum, ad cotylam vsq;. Quòd si postea perpẽdenti vires, permanere validæ videantur, dimidium eius adijcies, reiterata missione. Didicisti autem vehementi pulsui cum æquabilitate, tanquam minime fallaci virium robustarum signo, fidem semper habendam esse, ex abundanti autem & magno. Itaq; & septuagenarijs, modo dicti adsint pulsus, si affectus iubeat, venam secabis. Sunt enim quidam & in hac ætate multi sanguinis, viresq; habent robustas: sicut alij sicci, & pauci sanguinis, & facile arescẽtes quauis percussa parte. Itaq; nõ numero annorum solummodo animum aduertes, quod quidam faciunt, sed & corporis habitui. Nam sunt qui sexagesimo ætatis anno venæ sectionem non ferant, cum quidam qui septuaginta nati sunt annos, perferant. Verũtamen minus his vtiq; detrahes, etiam si eandem habere affectionem, quam florens corpus, appareant.

*Al. nigrescentes. & ita Oribasius.

Quibus Indicijs Vacuandi Sanguinis Mensuram discernamus. CAP. 14. E

OPtimum autem fuerit, priusquam aperiatur vena, hæc omnia considerare, & maxime hemorrhoidibus suppressis, aut muliebri purgatione. Vbi vero incisa vena sanguis effluit, mutationi eius et maxime cum adest iam phlegmone, labascenti q; fluxionis robori, potissimum autem pulsuum mutationi tanquam indicio haudquaquam mendaci, animus diligenter attendẽdus est: continuo q; quiescendum pulsu alterascente aut in magnitudine, aut in quauis inequabilitate. Nã de mutatione in imbecillitatem, quid attinet dicere? didicisti enim in hac qualitate certam fieri discretionem firmarum, infirmarum q; virium. In quibus autem iuxta sectam venam phlegmone est ingens, optimum est sanguinis & in colore & in consistentia mutationem expectare, sicut indicauit Hippocrates in libro de acutorum victu, quando de pleuritide verba facit: alius enim est qui in phlegmone est sanguis, ab eo qui secundum naturam, vt pote plus excalfactus. Nã si antea crudior erat, rubrior modo & flauior efficitur: sin eiusmodi prius fuerat, ad atredinem vergit adustione. Proinde Hippocrates de pleuriticis huncin modum scripsit: ‖ Secanda vero in cubito vena interna: nec verearis multum detrahere, donec rubrior flauior q; multo fluat, aut pro puro & rubro liuidus, vtrũq; enim euenit. Siquidem signum constituit assumpti alicuius in sectam venam ex phlegmone sanguinis, mutationem in eo apparere. Non tamen omni ex parte hęc expectanda F est: sed est quando antequam fiat mutatio, cessare conueniat, id q; duplici nomine, ob infirmas videlicet vires, aut phlegmones malignitatem: interdum enim nihil ab ea emittitur, sed inibi fortiter constrictus est. Si tamen vires exclui euacuatione non dum videantur (id quod ex pulsu scies, & si cui sanguis mittitur, ætate sit florenti) expectanda est mutatio, potissimum si ambiens sit temperatus. † Duo enim hæc sunt, ob quæ maxime coniecturalis efficitur euacuationis in hoc auxilio quantitas, laborantis natura qualis sit, quam vtiq; ad amussim nouisse non liceat: & ambientis temperies qualis sit à misso sanguine futura. Nam cũ febrilis calor multum sanguinis digerit, atq; abstinenter laborans victitat, necessario breui illum nutrimẽtum ex sanguine destituit, interim q; virtus exoluitur. Absumitur autem ob laborantis quidem temperiem si calida humida'que sit, cuiusmodi est puerorum: ob ambientem vero si regio sit calida, & tempus æstiuum. Proinde minus detrahimus, q; plenitudo commonet, quod ad ætates quidem attinet, in pueris: quod ad corporis habitus, in candidis, & quibus mollis tenera q; est caro, quales Galli sunt: quod ad tempus, sub Cane: similiter etiam in regionibus & cõstitutionibus. Alia vero ratione, vt & ante propositum est, in contrarijs, hoc est in frigidis tum temporibus, tum locis, largam euacuationem fugimus, propter insequentem nimirum refrigerationem. Quapropter vnum definire in quoq; dictorum va G cuationis modum scripto non licet. Memini enim quibusdam ad sex vsq; libras sanguinem detractum fuisse, ita vt febris protinus extingueretur, nec vlla sequeretur virium afflictio: quibusdam vero sesquilibram haud citra leue saltem virium detrimentum: quibus siquis duas vacuasset, extreme læsisset. Quapropter vtiliter quibusdam vnam quoq; detraxi aliquando, immo vero non nunquam hac quoque minus, id'que ex vena aut cubiti, aut poplitis, aut tali. Nam ex venis quæ ad magnos oculorum angulos conspiciuntur, aut sub lingua, quod certe mentione dignum sit, effluere non solet: sicut nec siquis summa in manu aut pede venam secet, quemadmodum putant, qui lienem curari aiunt à venæ quæ ad secundum paruum digitum sita est, sectione, de qua fusius deinceps differetur.

de vict. Acu. cõ. 2. t. 10. 7ª. 117. b

† Oribasius legit δύο γάρ ἐςι ταῦτα δι᾽ ἃ μάλιστα ἀγνοεῖται τὸ ποσὸν i. Duo enim hæc sũt, ob quæ maxime ignoratur quantitas euacuationis ĩ hoc auxilio, laborantis natura, cùm qualis ipsa sit ad amussim dignoscere nequeamus, et ambiẽtis &c. Quanquam nõ multũ hæ duæ scripturæ ad modum inter se differre.

Quòd Natura Euacuatione è Directo soleat Affectus omnes persanare. CAP. 15.

QVæcunq; igitur de hoc scemate siue speculatione, à medicis dicta sunt, ea si scribere aggrediar, opus erit libro ijs singillatim dicato, eo q; ingenti. Cæterum quemadmodum in alijs, quæ hactenus definita sunt, effeci, vt f. & mentem meam vobis exponerem, qui eam à rebus ipsis probari vidistis, idem nunc quoq; faciam, sumpto initio ab ijs quæ quotidie in laborantibus videntur: quæ quidem Hippocrates diligenter obseruata, memoriæ prodidit. Est vero eorũ H vnum primarium q; caput, hoc scilicet: Quibuscũq; κατ᾽ ἴξιν eruptio sanguinis accidit, summum id commodum laborantibus affert: hoc autem κατ᾽ ἴξιν quòd in rectum intelligatur, omnibus confessum est, cũ clarissime sæpenumero hac voce κατ᾽ ἴξιν in hoc vtatur significato: Quibus vero contra euenit, nihil iuuat, aut etiam interdum nocet, q; vires scilicet citra morbi leuamen deijciat atq; exoluat. Non enim in liene turgente ex dextra nare erumpens sanguis, nec in iecore ex sinistra, vllam fert vtilitatem: sed reuulsio quibus in directum adhibetur, euidentem vtilitatem celeriter ostendit: quibus contra, haud etiam. Dextra igitur nare sanguis erumpens, ad dextrum hypochondrium fixa cucurbitula, clare celeriter q; sistitur: sicut ad sinistrum, ex sinistra erumpens. Porrò reuulsionis causa, si venam seces, in directe quidem oppositis sanguinis eruptionibus, citissime conspicuam videbis vtilitatem: at si contra seces, nihil profuerit.

* πλῆθος est in codicib. græcis. Oribasius aũt legit πάθος i. passio.

Venæ Sectionem e Directo patientis Partis fieri oportere: Ac de Venis quæ in Cubito secantur. CAP. 16.

SIc affecto liene haud æque adiuuerit circa anularem digitum sinistræ manus incisa vena, atque si internã cubiti secueris: multum enim iuuat afflictum lienem sanguinis ex sinistro brachio detractio. Præstat autem non semel quantum conueniat extraxisse, sed in duos dies id partiri satius est. Inuenire tamẽ nequeo, quam ob rem medici lienosis sanguinem detrahere neglexerint: siquidem

* in græcis cod. non habetur hæc particula negatiua.

A ſiquidem ego ingentem perpetuo vtilitatem prouenire conſpexi, ſi vel libra duntaxat vna detra-
cta foret. Vacuationis tamen menſura ex dictis ſcopis conijcienda eſt. Quin & pleuriticis, quæ è
directo laborantis lateris adhibita fuit ſanguinis miſſio, clariſſimam ſæpe vtilitatem attulit: quæ
vero ex brachio oppoſito, aut omnino obſcuram, aut certe poſt temporis interuallum. Ad hæc,
oculorum perſæpe dolores grauiſſimos è directo venæ, quam humeralem nominant, ſectio in-
tra horæ vnius ſpatium compeſcuit. Conari autem in omnibus affectibus præſtat, poſt modicā
ſanguinis miſſionem iterato mittere: interim eodem die, ſi ita expedire videatur: interim poſtri-
die: niſi quando, vt ante dictum eſt, ad animi deliquium euacuationem ducere conueniat. Itaque
dolentibus oculis humeralis vocata vena, quæ'q; ex ea deriuata eſt, in cubito inciſæ, luculentum ce
leriter commodum afferunt: Affecto vero latere, aut pulmone, aut ſepto tranſuerſo, aut liene, aut
iecore, aut ventriculo, ea quæ per alas ad cubiti iuncturam pertingit. Hoc autem caſu maxime in-
terior ſecanda venit: quòd ſi non, certe ea quæ ab ipſa diducta in iuncturæ apparet flexura. Noui-
ſtis ſanè paulo ante ab humerali vena prædictam diduci, ipſam connectentem. Nam hi tres ſunt
loci mittendi ex cubito ſanguinis, interior, exterior, medius. Igitur interior vtilis eſt in ijs, quibus
inferiores collo partes patiuntur: Exterior vero in ijs, quibus quæ his ſuperiores ſunt, vt facies,
B aut caput. Medius locus interdum vtraſque habet diductas venas in vlteriorem brachij partem
tendentes, ac deinde hic coeuntes: interim vero celeriter in vnum mutuo congredientes, in ipſo
videlicet iuncturæ flexu: ac non nunquam obſcuram earum alteram, claram vero alteram. Itaque
vbi vena quæ parti affectæ propria eſt, obſcurior fuerit, & ad mediarum aliquam accedas, conare,
quæ à propria diducitur, potius incidere. Eſt vero vbi & quæ inferiores ſunt cubiti iunctura, eas
quæ in vlna exiſtunt ſcilicet, nihil ſecare prohibeat, vbi nimirum quæ in cubito ſunt, non appa-
reant, ſed eas certe quæ in rectum ſunt affectis. Porrò tam perſpicuum ſæpe celere'q; remedium,
quæ è directo affectis partibus venæ ſecantur afferunt, vt & qui patiuntur, & familiares ipſorum,
ſæpenumero obſtupeſcant.

*Hiſtoria Oeconomi Romani diuitis, Qui fuit ab Oculorum inflammatione, ac cæcitatis pe-
riculo, per Sanguinis miſsionem è Directo, liberatus.* CAP. 17.

ITaq; ego olim rogatus ſum à diuite quopiam in ſuburbijs Romanæ vrbis, vt rerum ſuarum
Oeconomum inuiſerem, cui cæcitatis imminebat periculum, nam ita ille dicebat: certe magno
dolore vexabatur, id'q; diebus iam viginti. Diuitis autem illius familiæ præfectus erat medicus ſe-
C ctæ Eraſiſtrateææ, anxie ſemper venæ ſectionem refugiens. Vbi ergo laborante inſpecto, iuuenē
eum multi ſanguinis cognouiſſem: ac oculos quidem non dum vlceratos habere, cæterum phleg
monen maximam fluxionem'q;, tum in ambabus palpebris denſitatem, atque in altera quaſdam
etiam aſperitates: à quibus oborta caligine ægrotus magis magis'q; dolebat, ac phlegmone flu-
xio'q; acerbabantur: his inquam conſpectis, cognita'que omni ratione curationis, qua medicus il
le vſus fuerat: me quidem aſſidue in ſuburbium venire poſſe negabam, cæterum ex vſu eſſe vt tri-
duum vt minimum hominem paruis temporum interuallis inſpicerem. Permitte igitur illum in
quam mihi, ſi videtur, tres hoſce dies. Immo vero, inquit, vt facias obſecro, gratiam'que habebo:
quin iam hominem tecum ad ædes tuas in urbem abduc. Venit autem circiter horam quintam:
ac prima protinus detractione tres ſanguinis libras exhauſi, deinde hora nona aliam. A quibus
mirifice refectus, inunctus eſt poſtero die mollium collyriorum quopiam, cui admiſtū erat quod
vinum habet, ſicuti in eiuſmodi facere conſueuimus, illitu ſub palpebris facto, ſpecilli cuſpide in
ſummo medicamen impoſitum ferente. Id primum quidem mane faciebam, deinde ad horam ter
tiam, poſtea ad nonam. Poſt quas inunctiones ſub occaſum Solis in balneum ductus eſt. Poſtero
deinde die, palpebris extra verſis bis inunctus eſt, maiore copia collyrij illius quod vinum recipit,
D molli illi collyrio admiſta: dein ad veſperam lotus eſt. Poſtridie vero mane obuius diuiti illi egreſ
ſus, eò loci vbi ex vehiculis deſcendere ſolent, ſalutauit illum oculis apertis, phlegmone'q; ac flu-
xione planè liberis, qui ante biduum illos ne aperire quidem pre fluxione atque dolore potuerat.
Itaq; res incantationi ſimilis viſa eſt, adeo vt & ipſe ille curationis celeritatem admiratus, exclama
ret, vna'q; qui cum eo erant omnes in clamorem prorumperent: cum nos interim haud magnum
quippiam feciſſemus, niſi tantum ex medici illius comparatione, qui ſummum malum attulerat
venæ ſectionis metu. Porrò ex palpebris reſtabant extergendæ laboranti tum denſitates illę, tum
aſperitates, cæterum id fieri non poterat citra medicamentum mordax. Atqui ferre illud neutiq;
potuiſſet, niſi prius vacuatus foret: dictum enim ſæpe à nobis demonſtratū'que eſt, Acria omnia
medicamenta parti cuiuis admota, niſi vacuum corpus omne fuerit, atq; ad amuſſim excrementi
expers, fluxionem attrahere, phlegmonen'que efficere. Percontatus itaq; tunc diues, quæ'nam ea
fuiſſet incantatio, re'que omni intellecta, exinde Eraſiſtrateæum illum medicum αἱμοφόβον, quaſi
dicas ſanguifugum, nominabat. Hæc itaq; narratio vtriuſq; indicationem continet, tum quòd in
affectionibus eiuſmodi venam ſecare oporteat, quod in præſenti oratione propoſitū nobis haud
erat: tum quòd è directo laborantium partium: præterea humerales venas ſecandas, vbi ſuperio-
res pectore partes laborant.

Quæ venæ Quibus affectibus secandæ: Ac de Ratione Euocandorum menstruorum. CAP. 18. E

POrrò quemadmodum prædictæ oẽs partes in cubito secta vena iuuantur, vti dictum est: sic quæ his inferiores sunt, illis quæ per poplites & malleolos decurrunt. Sunt autem dictis inferiores coxendix, vterus, vesica. At renes cui parti adscribi debeant, ambigunt: siquidem inferiores sunt ijs, quas prius recensuimus: superiores vero quàm eæ quas secundo loco. Itaq; misso ex cubito sanguini interdum auscultant, vbi videlicet recens fuerit phlegmone, copiaq; sanguinis affluerit: Quibus vero affectio inest, quam proprie nephritin noïant, eam quæ in poplite est secare expedit, aut certe quæ in malleolis sunt. Porrò vteri inflammationes magis etiam quàm renum, à venis in crure sectis iuuantur. Nam quæ ex cubito fiunt euacuationes, aliud etiam habent adiunctũ malum, nempe quòd purgationes menstruas comprimant, sanguinem ad superiores corporis partes retrahendo: Quæ vero fiunt ex cruribus, tantum abest vt retrahant, vt etiam menses promoueant: Ac vbi id facere volueris, tempus consueti mulieri circuitus tribus quatuor'ue diebus anteuertẽs, aut vena incisa, aut scarificatis malleolis cruris vnius, pauculum euacuato: deinde postero die similiter facito in crure altero: vt tñ ẽt istis diebus in quibus vacuas, & ante eos quatuor aut quinq; extenuantem victum procures. Conscriptus est autem à nobis seorsum liber de Victu extenuante. Sed mulieribus sine huiusmodi victus ratione menses abunde prouocant & nepita, & pulegiũ. F Exhibebis ea in melicrato cocta, sed antea contusa, arida, cribroq; subtili discreta, ac rursum trita vsq; dum pollinem tenuitate referant: ita deniq; melicrato insperge. Porrò conuenientissimum potui tẽpus est à balneo, inuolutis adhuc linteo. Atq; hæc quidem medicamenta mitia sunt. Valentiora sunt, sauina, & dictamnum, cæterum vsus ante dictis similis. Datur autem & hoc tempore medicamentum, quod proprie Amarum appellatur, centum habens drachmas aloes missus aliorum medicaminum cuiusq; sex. Optimum est, vbi cinnamomum acceperit. Sed hæc obiter sint dicta, quanquam non à re ipsa aliena, quandoquidem sanguinis ex vtero † fluxui auxiliantur, cũ euacuatiõe ex cruribus, quæ fiat aut malleolis scarificatis, aut incisa in talo aut poplite vena. Memini me ischiadas siue coxendices, vno die facta ex crure euacuatione curasse, nimirũ vbi non ex frigore, sed impletis sanguine quæ in coxa sunt venis, prouenissent. Quare secta in poplite vena commodior ita affectis, est quã in malleolo: scarificatio autem nihil perspicuo illis prodest.

† clarius, fluxui coadiuuat, τῇ ῥοῇ συνεργεῖ.

De Ratione Vacuandi per Sectionem Venarum In initijs ac finibus fluxionum: Ac eo quoq; tempore cum Præseruare ab Imminentibus morbis Voluerimus. CAP. 19.

POrrò, vt summatim dicam, incipientes phlegmonas reuulsu euacuare oportet: quæ vero inueteratæ iam sunt, ex ipsis, si fieri potest, affectis partibus: quòd si nequeat, saltem ex vicinis. G Etenim in incipientibus, auertere quod influit expedit: in inueteratis autem, ipsum tãtum quod affectæ parti infixum est, euacuare. Euacuabitur porrò id optime per venas coniunctas cum ijs quæ in partibus ipsis sunt sitæ. Huic rationi experientia quoq; subscribit. Quocirca quæ in gutture & arteria, graui torquentur inflammatione, in principio quidem secta in cubito vena, post principium autẽ sub ipsa lingua, magnifice prodest, incisis videlicet venis quæ sub ea sunt ambabus. Sic induratæ phlegmonarum in oculis reliquiæ, secta quæ ad magnum decurrit angulum vena, mirifice iuuantur: Sicut capitis grauitates, & inueteratos in eo ex plenitudine dolores leuare manifeste solet fusa in fronte vena: At incipientes, aut etiam vigentes, per cucurbitam in ceruice procurata retractio, interim quidem solam, interim cum scarificatione. Cæterum præuacuatum esse corpus vniuersum oportet. Eadẽ ratione incipientes in occipitio dolores, aut etiam vigentes, incisa frontis vena iuuat. Quippe reuulsiones cum euacuatione adhiberi magis debent in fluxionibus incipientibus: quæ vero fiunt ex ipsis partibus affectis, aut illis vicinis, in phlegmonis quæ velut scirrhi naturam referũt. In quibus autem corporibus nulla dum particula affecta est, cæterũ vacuationem vere ineunte anteuertimus, in ijs si quidem talis sit homo qui quotannis æstiuo tempore febrilibus morbis obnoxius esse assolet, atque eorum suppeditationem euacuare H studemus, æque pars quæuis in sanguinis detractionem accommoda est: sicut sanè ẽt si arthriticus sit, omnibus articulis laborans: Quibus autem eximie pars quæpiam, vbi prius euacuati non fuerint, infestetur, haud æque liceat ex quauis parte euacuationem moliri, verum sicut in ijs qui pati iam occipiunt. Quamobrem podagricos ex cubito euacuato: comitialibus vero morbis vertiginibusq; obnoxios, potius ex cruribus. Cæterum si retentæ hæmorrhoides mittendi sanguinis occasio sint, si quidẽ cohibere eas voles, quæ in brachio sunt: sin prouocare, quæ in cruribus sunt, venas secare conuenit: At in ijs quibus repressi sunt menses, semper in cruribus. Nõ enim, vt in hæmorrhoidibus quidam eiusmodi liberari euacuatione volunt, quidam habere etiam gaudent, ita quoq; se res habet in mensium purgatione. Quippe cùm hæmorrhoidum euacuationem vereamur, ne in tantam euadat immoderationem, vt hominem vel protinus interimat, vel hydropicum, aut cachecticum hoc est habitus mali, reddat: At vteri purgationibus, vt quæ secundum naturam sunt, tale nihil euenit. Accidit tamen aliquando, vt ex vtero per erosionem sanguis erumpat, in quibus non idem est curationis scopus: siquidem haud effluere sanguinem volumus vti ex mensibus, sed planè sistere consilium est. Communis ergo in his omnibus, ijs qui vere ineũte ad sanguinis missionem accedunt, hæc ratio est, Si quidem insigniter infirmam partẽ aliquã habeant

A beant, in quam quæ colligitur plenitudo decumbat, per reuulsionem euacuare: At si tale nihil sit, qua cuiq; magis placebit, excepta tamen aut hæmorrhoidis, aut mensium retentione, vt paulo ante definiuimus.

Aduersus eos qui Primis tantum Morbi diebus Sanguinem mittebant. CAP. 20.

DE hoc sane potestate & supra dictum est: veruntamen satius fuerit & hic quoq; omnia percurrere, omnibus quæ ante dicta sunt, in vnum collectis, & si qua non distincta sunt, vna discretis. Igitur vniuersim hoc sciendum, in sanguinis missione dierum numero primum haud esse attendendum, sicut quidam scripsere: Ac non nulli, admodum ridicule, post tertię diei paroxysmum, quando videlicet, vt aiunt, dignotio quædam habetur, qualis sit in forma & moribus atque adeo tota natura sua morbus. Alij extremum terminum mittendi sanguinis definiunt diem quartum: intra quem missionem sanguinis concedunt in paroxysmorum interuallis adhibendam, electo quo libeat die. Alij detrahere festinant, quibus sanguinis detractionem ex vsu esse statuerint, transfluente etiamnum eo, ac vbi nec dum firmiter in parte aliqua superfluitatem recipiente inhæserit, vnum modo considerantes, num corruptio aliqua cibi in ventre concoquēdi sit facta, aut tarda concoctio, aut etiam cibi in eo contineantur. Ergo q̄ maturandum sit, in quibus vacuatio ex B vsu est, nisi prius concoqui aut cibos, aut in primis venis contentos semicoctos succos, oporteat, rectissime præcipiunt, habenda q; fides. Verum quoniam quintum sæpe diem, aut sextum ab initio expectant, priusquam nos ad curandum accersant, expediet nihilo secius quoq; sanguinem detrahere, etiam si huius auxilij primum tempus sit omissum. Quocunq; enim die mittendi sanguinis scopos in laborante inueneris, in eo auxilium illud adhibeto, etiam si vel vigesimus is ab initio extiterit. At qui nam fuerint hi scopi? Morbus ingens, Robur q; virium, excepta ætate puerili; et aere nos ambiente valde calido. Porro autem q̄m prius exoluitur tēporis tractu in plerisq; morbis virtus, idcirco & mittendi sanguinis occasio dierum numero deperditur: non tanq; primario id dies efficiant, sed re aliqua intercedente, nempe virium dissolutione. Itaq; siquando vel secundo a principio die vires exolui videantur, a vena secanda abstinebimus.

De Hora in Detractione Sanguinis eligenda. CAP. 21.

SEd enim quod in ipso rursum die in quo sanguinem mittimus, obseruanda sit febris declinatio, clarere satis arbitror: quanquam quibusdam id non satis sit notum, qui mane tantum tundendam esse venam, aut ad summum in horam vsq; quintam aut sextam, existimāt. Verum siquis memoria teneat quæ toto supra libro sunt dicta, nihil tale committet, sanguinem mittens quauis C diei noctis q; hora, modo respiciat In febrientibus quidem particularium paroxysmorum declinationem: In quibus aūt aut ob oculorū lippitudinē, aut aliud simile, citra febrē, hoc opus est auxilio, non declinationem omnino, cum oīno febris non adsit, sed magnitudinem aut doloris, aut phlegmones, aut totius affectus, in quo secta opus est vena, inspicere conuenit. Cum autem nihil eiusmodi aut vrgeat, aut prohibeat, præstat mane venam incidere, haud protinus ex somno excitis, verū circiter horam vnam iam antea vigilantibus. Dictum est autem, quod & lauacro vti quibusdam expedit: quod si verum est, & præeunte quoq; ambulatione non nullis. Cæterum in quibus vere ineunte venam incidere aggredimur, aut propter febris metum, aut alterius cuiuspiam affectus, scio me sanguinem misisse quibusdam etiam, posteaquam rerum solitarum quippiam obiissent, siue in ludo literario, siue in officinis, siue in foro, siue in ædibus. Iteratæ tamen detractionis tempus, in quibus simpliciter quidem vacuare conamur, eodem die esto: At in quibus reuellere, si vel duobus deinceps diebus fiat, melius fuerit. Porro intento semper animo in omnibus id genus in laborantis vires esto, manu iugiter arteriis illius admota: sunt enim quidam tam ad patiendum apti, vt confertam inanitionem non ferant: quo casu, refectio primo die ęgroto, iterare secundo detractionem expedit.

D *De Affectibus, qui Arterijs in Capite dissectis iuuantur.* CAP. 22.

QVod autem arterias antiqui venas appellabant, & a nobis alibi demonstratum est, & ante nos aliis confessum extitit. Ob id ipsum ergo, ac præterea ob disciplinarum affinitatem, cōpendii gratia satius mihi visum est, haud alium conscribere librum de arteria secanda, sed orationi de secāda vena annectere, atq; id ipsum in hac parte, in qua consideramus quas venas ob quas partes affectas secare oporteat. Sicut enim alias venas ob alias affectas partes ostendimus secandas, sic quoque & quæ in temporibus sunt arterias, & quę post aures, incidere medicis mos est: In temporibus quidem, infestātibus oculos fluxionibus tum calidis, tum spirituosis: Post aures vero, in vertiginosis maxime, & ijs qui diuturnis doloribus capitis calidis ac spirituosis affliguntur. Iam vero & ob alios quoque affectus in capite consistentes diutinos, sunt qui arteriarum post aures vtuntur sectione. Non tñ in vlla alia particula patiente eam adhibuerunt, tametsi multæ sint, quibus hoc potius auxilio, quam venæ sectione, sit opus: Vbi enim calidus spirituosus q; infestus est sanguis in arteriis aceruatus, illic communibus parti affectæ sectis arteriis est opus: verum propter difficilem eruptionis sanguinis compressionem, arterias medici incidere metuunt: quippe cum, siquis in secanda forte vena arteriam vulnerarit, ægre statim sanguinis eruptionem compescat: ac vbi res optime cadat ad cicatricem perducta diuisione, tamen aneurisma fiat.

De

De Periculo impendente ijs, quibus Non recte Dissectæ sunt Arteriæ: et Quo pacto Galenus Somnij monitu Eas ausus est dissecare. CAP. 23. E

QVin & interijsse quosdam noui ab arteria interiori in cubito venæ subiecta, nō nullos quidem protinus ob vinculum circumpositum, volentibus medicis sistere sanguinis eruptionem, in gangrænam incidentes: alios postea in aneurismate manu curando defunctos, necesse enim hic est laqueo vasculum constringere. Itaq; maiusculas proinde arterias medici refugiunt, paruas autem tanquam haud ita multum profuturas: quanquam & ipsæ quoq; non nunquam haud paruum attulisse commodum visæ sunt, cum hoc quoq; & citra aneurisma cicatrice claudantur. Quin & si maior sit arteria, & ipsa quoq; citra aneurisma cicatrice includi potest, tota nimirum dissecta: id q; ipsum sæpenumero imminens ex sanguinis profluuio discrimē sustulit: clare enim apparet, cum tota transuersim per se totam discinditur, reuulsis vtrinq; partibus ambabus, vnam sursum, alteram deorsum concedere. Atq; id quidem & venis verum moderate vsuuenit, sed arterijs semper plus quam venis. Sanè vero quę mihi occasio extiterit secandæ arteriæ, nunc iam tibi edisseram. Monitus per quędam insomnia, quorum duo perspicuo mihi visa sunt, accessi ad dextrę manus arteriam, inter indicem & pollicem sitam: siui q; fluere, donec sponte sanguis resisteret, nā ita somnium præceperat: effluxit autem non tota libra. Subito itaq; diuturnus extinctus dolor est in illa maxime parte fixus, qua iecur septo transuerso committitur. Mihi quidem hoc ætate iuuenili euenit. At minister dei Pergami, diutino lateris cruciatu laborans, liberatus est arteria in summa manu incisa, aggressus & ipse illud insomnij monitu. Porrò alteri cui ex vulnere in malleolo inflicto dissecta arteria fuerat, sanguinis quidem cursus haud quieuit, donec ego vocatus totam dissecui: ac medicamento ex aloe et manna & ouorum albumine, pilis leporum molliusculis imposito, vsus fui: citrá que aneurisma curatum est vulnus, obducta videlicet arteriæ osculo carne. Vir autem ille quartum iam annum haud exiguis temporum interuallis coxæ dolore vexatus, exinde prorsum sanus extitit. Hæc itaq; mihi persuaserunt, vt subinde in summis artubus, immo & in capite, arterias secarem in omnibus doloribus, qui à calida spiritusa q; substantia nasci videbantur, et maxime in mēbranis: quarum dolor punctioni similis est, ac sensim expanditur, pungente quidem sensu vna in parte, tanquam in affecti loci centro, infixo: tensionis vero sensum percipiente omni circumcirca ad centrum particula.

SEXTÆ CLASSIS FINIS

aaaaaa bbbbbb cccccc dddddd

Omnes sunt terniones, præter dddddd duernionem.

VENETIIS APVD HAEREDES
LVCAEANTONII IVNCTAE.





GALENI

LIBRORVM SEPTIMA CLASSIS

CVRATIVAM METHODVM tum diffuse tum breuiter descriptam, victus rationem in morbis acutis, singulorum morborum facile paranda remedia, priuatã quorundam morborum curationem, chirurgię constitutionem, fracturarum ac luxationum sanationem, fasciarum deniq; & laqueorum & machinamentorum tractatum continet.

QVARTA HAC NOSTRA EDITIONE, *non minimum splendoris consequuta, quàm plurimis locis ad Græcorum codicum antiquorum veritatem restitutis.*

Locis etiam Hippocratis nunc primum in margine notatis.

Librorum index sequenti folio continetur.

Τὸ Θεραπευτικόν.

VENETIIS APVD IVNTAS M D LXV.





Hos sex libros quos Vidius olim conuerterat, nunc idem etiam diligenter recognouit.



GALENI

METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS LIBRI QVATVORDECIM

Thoma Linacro Anglo interprete.

Denuo ad Græcorum codicum fidem ab Augustino Gadaldino aliquot in locis emendati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Thessalum ac reliquos Methodicos reprehendit, qui in Sanitate ac Morbo dignoscendo plurimum aberrarunt: docet quæ Principia methodi, qua Morbus tum dignosci, tum curari, debet.

Retardatam ea de causa fuisse horum librorum editionem, quòd ignauissimi ad bonas artes excolendas, maiorumque studia amplexanda, Galeni tempore homines extiterint. CAP. I.



C Vanquam & tu sæpe aliàs, charissime Hiero, & alij quidam amici me nunc hortantur, vt sibi medendi methodum cōscribam: & ego sanè, tum vobis in primis gratificari, tum vero posteros pro viribus iuuare cupio: semper tñ sum cunctatus, ac distuli, id q₃ multis de causis: quas nūc quoq₃ satius (opinor) fuerit prius, q̃ opus ipsum aggrediar, exponere, sunt enim ad ea, quæ post dicentur, sanè nō inutiles. Earum igitur omnium illa præcipua fuit, quòd frustra me scripturum timebam, cū nemo propè dixerim, hac nostra ætate veritatis inquisitioni sit deditus, sed pecuniam, & ciuilem potentiā, & inexplebiles voluptatum delicias, omnes eousq₃ suspiciāt, vt, siquis sapientiæ quouis studium sectetur, pro insano hunc habeant: quippe qui primam ipsam & vere sapiētiam, quæ diuinarum humanarum q₃ rerum est scientia, ne esse quidem oīno existiment: Medicinam vero, Rhetoricē, Geometriam, Arithmeticen, Musicen, ac reliquas id genus artes esse quidem autumēt, cæterum finem earū studiose persequendum minime censeant. Me vero ex iis, qui me vnice diligere sunt visi, non nulli sæpe increpant, quòd plus iusto veritatis studio sim addictus, quasi nec mihi ipsi vsui nec ipsis in tota vita sim futurus, nisi & ab hoc tanto veritatis indagandæ studio desistam, &
D mane salutando circumeam, & vesperi apud potentes cœnem: His enim artibus tum amari, tum amicitias cōciliari, tū vero pro artificibus haberi: nequaq̃ † ex iis, quæ in propria professione sint cōsequuti: Neq₃ enim esse, qui de ea iudicent, vbi omnes totum diem diuersis studiis transigant, mane quidem omnes simul salutationibus occupati, post autem distracti, ad forum quidem & lites non exigua turba: ad saltationes autē & aurigas alia maior: iam vel aleæ, vel amoribus, vel balneis, vel ebrietati, vel comessationi, vel demū alicui corporis voluptati deditus sanè non exiguus numerus: vesperi vero rursum omnes ad symposia simul collecti: vbi post, quā {vino} se imple uere, non lyra cithara'ue, aut aliud musicum instrumentum in orbem circunfertur, (quod sicut olim in eiusmodi cōgressu tetigisse honestum, sic contra non tetigisse admodum erat turpe) sed nec sermones vlli habentur, quales in symposiis agitari solere veteres prodiderūt, nec aliud honestum quicquam: immo inuicem sibi propinant, & de magnitudine poculorum certant, vtpote inter quos optimus censetur, non qui plurimis instrumentis musicis, aut etiam sermone philosophico vti nouit, sed qui multos, eos q₃ maximos calices exiccauit, adeo, vt mihi mane etiamnum ebrij ex his pleriq₃ videantur: non nulli vero etiam euidenter adeo vinum olere, quàm si modo hausissent. Eo q₃ iure fit, vt, cum ægrotare cœperint, medicos aduocent, nō quidem optimos, vtpote quos per sanitatem noscere nunquam studuerunt, sed eos, quos maxime familiares habent,

† ἐκ τ[illegible] ες πα[illegible] των

qui q; ipsis maxime adulantur: qui & frigidam dabunt, si hanc poposcerint, & lauabunt, cum iusserint, & niuem vinum q; porrigēt: postremo quicquid iubebitur, mancipiorū ritu facient, contra, q; veteres illi medici ab Æsculapio oriūdi, qui, tanquā Duces militibus, & Reges subditis, imperare ęgris voluerūt, nequaquam vero Getarum, & Tibiorum, & Phrygum, & Thracū emptitiorum ritu parere, atq; obsequi. Itaque, non qui melius artem callet, sed qui adulari aptius nouit, apud istos magis in pretio est: huic q; omnia plana peruia q; sunt: huic ędiū fores patēt: hic breui efficitur diues, plurimū q; potest: huic discipuli multi à cubiculis, vbi iam fuerint exoleti, traduntur. Quod Thessalus ille intelligens, non solum cætera Romæ diuitibus assentabatur, sed etiam artem sex mensibus traditurū se professus, quàm plurimos discipulos facile comparauit. Si enim neq; Geometriæ, neq; Astronomiæ, neq; Dialectices, neq; Musices, nec vllius deniq; bonarū disciplinarum indigēt, qui medici sunt futuri, quemadmodum Thessalus iste generosissimus promittebat: nec etiam longam experientiam, & operum artis vsum desiderāt: cui non promptum sit artem aggredi, ceu facile medico futuro? Atq; hinc adeo fit, vt nūc etiam sutores, & tinctores, & fabri tum materiarij tum ferrarij, proprio magisterio relicto, in medicinæ artis opera insiliant. Nam, qui pictoribus & vnguētariis mixturas suas præparant, etiam de primo loco certant. Atq; ob hæc ipse medendi methodum scribere sum cunctatus: quam vtiq; & viri veteres inceperunt, & posteri eorum perficere sunt conati. Atq; olim quidem nō parua lis erat eorum, qui in Co atq; Cnido habitabant, vtri videlicet inuentorum multitudine reliquos superarēt: quippe geminum hoc genus Asclepiadarum adhuc in Asia supererat, deficiente nimirum, quod in Rhodo viguerat. Certabant autē cum his honestum illud certamen, quod Hesiodus prædicabat, etiam medici, qui Italiam incolebant, Philistion, Empedocles, Pausanias, & horum sectatores: erant q; tres hæ certātium inter se nobilium medicorum scholæ. Plurimos quidem atq; optimos discipulos Coæ fortuna contulit: ab hoc Cnidiæ: nec tamen in paruo habenda pretio erat, & quæ in Italia noscebatur. At horum nemo nec mane potentium fores ipsos salutaturus, nec vesperi cœnaturus, frequentabat, sed sicut Hesiodus cecinit,

* Al. καλοῦς.

E

F

Nanque alium ditem cernens, cui deest, quod agatur, »
Ipse solum vertit tauris, & semina ponit. »

Ita & illi inter se perpetuo certabant, non vtiq; de aranda serendaue terra, (quippe quæ, vt Asclepiadarum genere inferiora, sic Ascræo poetæ erant non indecora) sed de Apollinis Æsculapij q; arte tum exercenda, tum vero semper augenda, ac pro viribus perficienda. Nunc vero honestum illud certamen intercidit, aut certe minimum eius inter homines adhuc superest: regnat autem inhonestum, nec est, qui hoc auertat, aut malo medeatur, vt Hesiodus, G

Lis ne te inducat mala deuitare laborem, »
Dulce malum alterius cui sit. »

Hæc enim lis, vt Hesiodo etiam diuinior poeta cecinit,

Armatur primum tenuis, mox improba cœlo »
Inserit alta caput, terris vestigia figens. »

In Thessalum summæ arrogantiæ atque inscitiæ hominem, qui se Hippocratem, à quo Academici Peripatetici ac Stoici ratiocinationes de natura mutuati sunt, gloriatus est superasse. CAP. 2.

HVius litis stimulis agitatus ille Thessalus Hippocratem ac reliquos Asclepiadas maledictis incessit, ac totius terrarum orbis theatrū in suis ipsius libris constituens, inibi iudicatur, vincit q;, & contra omnē antiquitatem coronatur, ipse q; à se victor declaratur. Hæc facit tum in eo libro, quē de Communitatibus scripsit, tum in Syncriticis: quin in reliquis quoq; oībus cōtumeliosus esse non desistit, veluti in epistola, quam ad Neronē mittit, his ipsis inter initia verbis vsus: Cum nouam sectā condiderim, & quæ sola vera sit, propterea, q;, qui ante me medici fuerunt, oēs »
nihil vtile prodiderunt vel ad sanitatem tuendam, vel morbos propulsandos. Pergens autem in H »
epistola, Hippocrates, inquit, noxia pręcepta tradidit. Ausus est & Aphorismis eius cū summo »
dedecore contradicere. Et, cum ostendat se in Hippocratica disciplina nec à quoquam institutū, nec eius opera sub præceptore legisse, tamen non veretur etiam, talis cum sit, palmam sibi ipsi tribuere. Quo magis aliquæ esse meę partes videntur (quanq; alias parum assueui improbos acerbe taxare) aliquid contra hunc ob veterum contumeliam dicere. Quid improbe, quę bona sunt, calumniari tentas, vt multitudini placeas, cum liceret tibi in veritatis contēplatione excellere, si diligens esses, ac veritatis amator? Quid ita ruditatis auditorū patrocinio abuteris ad veterum blasphemiam? Num paternæ artis socios, impudentissime Thessale, iudices medicorū statues? Istis scilicet iudicibus vinces proculdubio, siue contra Hippocratem, siue contra Dioclem, siue contra Praxagoram, siue contra reliquos oēs veteres dixeris. Quin potius viros antiquos, Dialecticos, scientes, qui verum falsum q; discernere sunt periti, qui cōsequens ac repugnans distinguere, qui demonstrandi methodum à pueris sunt meditati, hos, inquam, iudices in cōsessum introducito. His sedentibus aude quippiā Hippocratem accusare. His pronunciaturis aggredere scelesta illa tua barbara q; voce cōtra Hippocratem, primum illud differere, Non oportere de hominis natura curiosum esse: deinde, siquis hoc donet, male illū de ea inquisiuisse, ac falsò omnia præcepisse.

Ergo

A Ergo quis iudex erit? num Plato? quando huic saltem iniurius esse minime es ausus. Ego vero ne discipulos quidem eius refugiam, non Speusippum, non Xenocratem. Aristotelis vero, vel rogem, iudicium subeas, & cum eo Theophrasti. Optem vtique & Zenonem, & Chrysippum, & eorum, qui hos sectãtur, quemlibet iudicem eligas. Horum nemo, vir audacissime, Hippocratis de natura hominis scita damnauit: quæ tu mihi nec legisse vnquã videris: nec, si legisti, intellexisse: &, si intellexisti, iudicare certe de iis minime gentium potuisti, vt qui sub patre male lanas carpente, in gynæcio sis altus. Nec enim putes nos, vel egregium genus tuum, vel claram doctrinã, latere: nec te Hippocrati & reliquis veteribus in surdo theatro maledicere: sed, qui sis, & vnde venias, quo genere ortus, qua educatione vsus, qua disciplina imbutus, prius ostende, atq; ita demũ dicito, Illud ipsum prius vir audacissime monitus, nõ esse cuiuis in vlla bene instituta ciuitate concessum, publice dicere: sed, si quis vir clarus est, qui genus possit, & educationem, tum vero eruditionem concionatore dignam ostendere, huic dicere permittunt leges. Tu, cum nihil horũ ostendere habeas, audes tamẽ, homo generosissime, Hippocratẽ accusare: facis q; in nugacibus libellis tuis Græcos sedere iudices: fers autem ipse sententiam, nec illorum expectas: et palmam tibi ipsi das modo de omnibus medicis, modo de omnibus in vniuersum Græcis. Hæc enim insignis audacia sapientissimi scilicet Thessali est, omnes se medicos vicisse, sed se ipso litigatore, se ipso agonotheta, se ipso iudice: post hos etiam reliquos Græcos in certamen prouocasse, Rhetoras, Geometras, Grammaticos, Astronomos, Philosophos: inter quos cõstitutum, ac lanificis elocutione vsum, censere se omnium primum esse: quippe medicinam reliquas omnes artes præcellere, se vero medicos omnes superasse: quod vnũ forte fortuna recte collegit. Si enim medicina est omniũ artium præstantissima, in ea vero Thessalus primas partes obtinet, vtiq; omnium hominum ita sit primus, ac Socratem & Lycurgum præcellat, cæteros q; omnes, quos Pythius vel vt viros bonos, vel vt sapientes, vel vt musarum ministros, vel vt Iouis famulos, vel deniq; vt alio quolibet munere diis gratos laudauit. Agedũ igitur Thessalo hymnos de cetero omnes cantent, scribãt q; victoriæ carmina: & publicum orbis theatrum constituatur: accedito q; aliquis, qui canat eũ, qui in textrina sit altus, vicisse Demosthenem, Lysiam, & reliquos Rhetoras: superasse Platonem, Socratem, & ceteros Philosophos: palmã eripuisse Lycurgo, Soloni, & aliis legislatoribus: victorẽ denique totius hominum generis coronatum esse, Rhetorum, Philosophorum, Legislatorum. Nam, si Geometras, etiam & Grammaticos, ac Musicos nominatim post tantos titulos commemorem, contumeliosus in hominem videar: vbi enim Lycurgus, Solon, Plato, Socrates, & Pythagoras dant manus, num pulchrum etiam sit Hipparchi, Archimedis, Aristoxeni, Aristarchi & aliorum quorundam id genus meminisse, hominum (vt Thessalus dicat) nullius precij? Sed quis tam magniloquus poeta nobis existet, qui hæc canat? Quis nũc dabitur Homerus, qui hexametro tono hanc Thessali victoriam celebret? aut quis Lyricus, qui veluti Pindarus alte in dithyrambis canat, qui'que, sicut olim Bacchi, ita nunc Thessali præconium efferat? An horum potius nullum requirimus, sed eorum, qui iambos scribunt, Archilochum aliquem, aut Hipponactem, aut ex Tragica scena quempiam, qui sic hominem compellet?

« Quiesce dum miserrime in stratis tuis,
« Nanque haud vides, quæ te putas nosse probe.

Orestis mihi somnium narras Thessale. Quale'nã id theatrũ est, in quo tu vinces Hippocratem? Qui iudices erunt? Qui'nam præmia proponent? Vis'ne, primũ Platonis suffragium legamus? « fortasse enim hunc iudicẽ non reiicies. Atqui ille hæc ad verbum ait: Animæ igitur naturã apte « putas intelligi posse, nõ cognita totius natura? Immo, siquidem Hippocrati vni ex Asclepiadarũ « genere fides est habenda, ne corporis quidẽ naturam absq; hac methodo. Recte ais amice: opor- « tet tamen cum Hippocrate sermonẽ conferẽtes, num cum eo cõcordet, ęstimemus. Sane quidẽ. « D Igitur de natura considerare, quid est, quod Hippocrates recta q; ratio dicit? Num ad hunc modũ « de cuiusq; rei natura primum illud perpẽdi oportet, sit'ne, de quo volumus vel ipsi scientes esse, « vel alios facere scientes posse, simplex, an varias species habeat? Mox, si simplex sit, facultas eius « tota ęstimãda est, quã videlicet ad quid agendũ obtineat, aut quã ad patiendũ ab alio sit sortitum. « Sin plures habeat species, his enumeratis, quod in vna feceris, id in vnaquaq; exigere oportebit: « nempe quid illa facere per suam naturam sit apta, vel quid ab alio pati. Audistin vir bone Platonem simili methodo animæ naturam inueniendam esse censere, qua corporis naturam Hippocrates? An adhuc vis, multas hominis dictiones ex multis librorum eius locis deligam, in quibus ille Hippocratẽ omniũ, qui ante se fuerunt, maxime admiratur? An potius, cum id alibi fecerim (nempe in eo opere, in quo de Hippocratis & Platonis placitis disserui) illuc, qui id scire volet, remittã, vbi, vt arbitror, clarissime ostendimus, in plurimis maximis q; rebus horũ hominum inter se consensum: atq; alio me conferens, alium tibi iam aduocẽ in testem, cœtum nempe Peripateticum, qui & ipse Hippocratis physiologiæ principia confirmat? Quin de hoc quoq; proditum à me in aliis cõmentariis est: quorũm vnus de elementis secundum Hippocratem inscribitur: post hunc alij tres de tẽperamẽtis: mox alij duo, alter de inæquali intemperie, qui etiam ad tractationẽ de tẽperamẽtis pertinet, alter de optima corporis cõstitutione: deinde etiã tres de naturalibus facultatibus.

cultatibus: hos igitur siquis leget, clare perspiciet rationum Hippocratis de natura Aristotelem E interpretẽ esse. Quin etiã de morborũ discrimine, quot hi, qui q; sint, ac de symptomatis pari modo, præterea de horum vtrorũq; causis, primus omnium, quos nouimus, Hippocrates recte principia dedisse videtur: post eum vero Aristoteles fusissime ea est interpretatus. Hæc ita esse intelliget, qui commentarios nostros, quos de singulis horum scripsimus, legere non grauabitur. Quare, si Peripatetici iudicium exercebunt, Hippocrates (arbitror) vincet: Thessalus, vt impudens et nequam, eiicietur. Sin Stoicis philosophis in cõsessum admissis iudicium permittetur, ex iis placitis, quę ipsimet statuunt, Hippocrati palmam dabunt: quippe ‖ calidum, frigidum, siccũ, & humidum primus Hippocrates inuexit: post eum Aristoteles demonstratione asseruit. Eadẽ Chrysippi sectatores parata cum accepissent, minime sunt obluctati, sed omnia ex horũ mistura constare cõfirmãt, atq; hęc inter se mutuo agere ac pati, artificem q; naturã esse. Omnia deniq; alia Hippocratis dogmata de natura recipiunt, nisi ꝙ in re tenui est illis cum Aristotele dissensio: quippe cũ recte Hippocrates affirmet totum ‖corpus esse (vt græce dicitur) σύμπνουν καὶ σύρρουν, quasi cõspirabile & confluxile dicas, omnes q; animalis particulas mutuo à se affici, recipiũt quidem hoc vtriq;, dissident tamen in eo, ꝙ Aristoteles qualitates tantum in se mutuo transire, omnino q; misceri: Stoici non has modo, sed etiam substantias ipsas existimẽt. Quòd autẽ hoc definire medico F superuacuum sit: quod q; ad medicinæ opus abunde sit, si tantum concedantur ea, quæ ab vtrisq; sunt demonstrata, item ꝙ qualitates virtutes q; in mistis totæ sint totis permistę: hęc & ante à me sunt demonstrata, &, si res poscet, nunc demonstrabuntur. Quare & Platonis, & Peripateticorũ, & Stoicorũ iudicio, Hippocratis physiologiæ victoria dabitur. Immo vero ex physiologia omnes ante dicti sapientiæ professores ostendunt neminem posse morbos commode curare, qui corporis vniuersi naturam non perspexerit. Nunquid igitur, si de palma sub horum sapientiæ professorum iudicio certasset Thessalus, vicisset, qui omnis suæ physiologiæ Hippocratem auctorẽ habent? Quid autem, si Geometris, Astronomis, Musicis, aut Rhetoribus iudicium cõcedet, putemus'ne hos Hippocrate prætermisso alij vlli palmam daturos? Ego sanè nec alium quẽuis primas esse laturum arbitror, omnium q; minime impudẽtissimum Thessalum, vt quo nemo Geometriam, Astronomiam, Musicen, ac Rhetoricẽ magis dehonestarit. Itaq; hac saltẽ ratione apud hos in parum amico theatro certauerit. Verũ hos fortassis in theatrum minime inducet, vtpote quos ipse prior inimicos reddiderit, sed iis sapientiæ professoribus dũtaxat, qui in Dialectice sunt periti, vt qui verę falsæ q; orationis iudicandæ facultatem exercuerint, iudicum partes concedet. Atqui, si Platonem, Aristotelem, & Chrysippum, ceu parum in hac facultate exercitatos transibi G mus, quos'nam, quęso, alios inueniemus? Quare si nec aliarum artium professores iudices admittet: nec, qui in Dialectice cęteris omnibus sapientiæ professoribus præstiterunt, illi suffragabuntur: qui tandem erunt, qui eum vicisse iudicabunt? Qui illi frequens theatrum constituent? Qui victorem renunciabunt? Qui deniq; coronabũt? Ipse videlicet se ipsum: id quod in illis egregijs libris suis fecit, in quibus se ipsum iudicauit, coronauit, victorem'que declarauit.

Aduersus Thessalum, qui nulla methodo duos in totum morbos, Fluxum scilicet & Clausum asseuerauit. CAP. 3.

AT fortassis illud sibi gloriæ memoriæ q; inter homines occasionẽ fore est arbitratus, si optimis viris lacessitis, nos sibi respõdere cogeret. Verum ita & Zoilus celeber clarus q; fit, qui Homeri statuam flagellauit: & Salmoneus, qui Iouem est imitatus: reliqua q; flagitiosorũ hominum non exigua turba, qui vel meliores non sunt reueriti, vel in deos ipsos fuerunt cõtumeliosi. Verũ hi non bonam de se opinionem reliquerunt: nec æmulatur quisquã, qui compos sit mẽtis, nec Homeromastiga Zoilum, nec dementẽ Salmoneum, quãuis maledicis Zoilus in admiratione sit, & Salmoneus sacrilegis. Sed quid hos memoro? cum & qui loculos præcidũt, similia perditorum studia, & proditores proditorum suspiciãt: nec est prorsus quispiam, qui proprium cœ- H tum, in quo palmam mereatur, nõ desideret. Adeo si Thessalus inter coquos, tinctores, lanificos, sutores, textores, ac fullones, de victoria certans scripsisset, vtiq; & retulisset de Hippocrate victoriam, & nemo nostrũ ei repugnasset. Nunc, cum omnes homines iudices facit: ex horum autem numero sunt & Plato, & Aristoteles, & Theophrastus, & Chrysippus: nequaq̃ omne punctum solus feret, sed alicui fortassis prouocare ad aliũ iudicẽ licebit. Quanq̃ enim Hippocrates certare cum Thessalo, vtpote indigno se, nolet, at forte Erasistratus non negliget, multo'q; minus Herophilus, atque his etiam minus Asclepiades: alij q; multi iuniorum medicorum, quibus est ad contentionem natura propensior, minime impune abire contumeliam sinent, qua pariter omnes Græcos Thessalus aspergit, sed producto in medium homine omnes eius libros crassissima ignorantia refertos Gręcis ostendent: Qui tot ac tantis libris scriptis, & tot nugacissimorum versuum millibus effusis, nusquam in vllo operum suorum demonstrationem vllam afferre tentauit, sed tyranni ritu duos tantum esse in omni victus ratione morbos iubet, nempe fluxum, & clausum, non intelligens se differentiam quandam morborum dixisse, quam vtiq; prisci (vt ostendemus) probe norunt. Cęterum nemo tam rudis fuit, vt differentias morborum ipsos esse morbos putaret: ac remediorum indicationem ab iis sumeret substantia ipsa prætermissa. Atqui hic Thessali

paruus

Marginalia: 1. de Nat. hu. t.14.1ª.29.h — Lib de Alimẽto circa mediũ

A paruus scilicet error, quem vel puer in liberalibus disciplinis altus statim aduertisset: hic, inquam, paruus error eò insolentiæ hominem euexit, vt magnum & præclarum aliquid inuenisse se putaret: perinde ac siquis, cum omne animal rationale esse, aut irrationale dixerit, non animalium differentias, sed aliud quippiã dixisse se putet, cum. s. huic illud quoq; similiter sit dictum. Omne animal mortale est, vel immortale. Quippe oppositio, quæ in singulis differentiis notatur, coniuncta de omnibus speciebus dicitur. Omne enim animal, aut mansuetũ est, aut ferũ. Omne animal, aut pedatum est, aut apes. Omne animal, aut cornutum est, aut cornuũ expers. Nec est inter differentias inuenire oppositionem vllam, quæ sit altera præstãtior, aut potior, nec quæ magis omnibus insit particularibus. Verum non conuenit, cum de animaliũ numero quæritur, vnam differentiarũ oppositionem respondere. Hoc enim pacto duo erunt animalia vniuersa, nec vllum magis rationale vel irrationale, ꝙ mortale vel immortale, aut ferum vel mansuetum, aut reliquarum oppositionum quælibet. Quod siquis differentiis omissis (sicut plane ratio exigit) equum, bouẽ, canẽ, hominẽ, aquilam, apim, formicã, leonem, & ouem respondeat, reliqua q; omnia per species animalia connumeret, constat hunc quærenti, quot sint in totum animalia, rectè respõdisse. Quin, si multa quidem sermone animalia memoret, testetur aũt enumerare se omnia non posse, sic quoq; B commodissime respõderit. Similis agitata quæstio de morborum numero, & omnibus antiquis medicis est, aliis septem eos in totum esse affirmantibus: aliis plures his pauciores ue dicentibus: omnibus tamen ad species, quæ in substãtia, non quæ in differentia essent, respectum habẽtibus. Nemo enim ita erat indoctus, aut Logicæ speculationis † rudis, vt differentias specierum pro substantia loquendo vsurparet: quemadmodũ Thessalus iste, qui è gynæcio exiliens, tantis viris maledicit, ipse nec genus habens, quod referat, nec educationem, nec eruditionem, qualem illorum quisq;: quorum alius Aristotelis, alius Platonis, alius Theophrasti, aut deniq; alterius cuiusquã eorũ, qui in Logica cõtemplatione fuere exercitati, familiaris fuit. Veluti igitur rogatus quispiã, quot sint in vniuersum vocis elemẽta, si duo ea esse responderit, quippe aut vocalem omnino, aut consonantem esse, quicquid vocis sit elementum, is verum quidem dixerit, cæterum ad quæstionem non responderit: Ad eundem modũ, arbitror, siquis omniũ morborũ numerum cõprehendere studens, speciẽ quidem vllam morborum, veluti phlegmonen, scirrhum, vel œdema, referre non curet, solas autem differentias memoret, siue clausum & fluidum, siue rarum & densum, siue durũ & molle, siue tensum & laxum, verum hic quoq; dixerit, minime tñ ad quæstionem responderit. Primum nanq; in eo error est, ꝙ nõ omnis differentia generi addita, ad speciei cõstitutionẽ C aliquid cõducit, sed quæ ex generis propria diuisione nascitur: quippe hę demũ differentiæ sunt, quæ species constituant: reliquæ oẽs, alienæ. Etenim animalis propriæ differẽtiæ sunt, mortale et immortale, rationale & irrationale, mãsuetum & ferum, alia q; id genus. Molle vero ac durũ, graue & leue, rarum & densum, magnũ & paruũ, animalis differentię non sunt, sed substantiæ. Itaq;, etiã si cum animali, vel molle vel durũ, vel densum vel rarum, vel magnum vel paruum cõponas, ad speciem cõstituendam nihil sanè plus contulerint: sin vel rationale & immortale, vel rationale & mortale animali adieceris, efficitur iã illic Deus, hic homo. Ita vero, & si rõnali animali duas illas differẽtias peculiares addideris, quæ sunt gressile & bipes, sic quoq; speciem quampiam effeceris, nempe hominẽ. Vnde fieri non potest, vt vllius rei specificas differentias inueniat, qui eam † definitione, siue substãtiæ ipsius oratione, ad vnguem nõ circũscripserit. Alius deinde error incidere solet iis, quibus parum exercitata ratio est, ꝙ cum vnam aliquã differentiarum oppositionẽ inuenerint, speciẽ aliquã propositi generis se putent inuenisse: ceu paulo ante de vocis elementis est dictũ. Siquidem, qui vocalem & consonantem dixit, non dum omnia humanę vocis elemẽta dixit, sed duas tantum primas & generales differentias. Quod si vocales rursus in longas, breues, ancipites q; diducat: tum consonantes in semiuocales, & mutas: item q; tum longas, tum breues D vocales bifariam, ancipites vero trifariam: sed et mutas primũ in aspiratas, tenues, ac medias: dein rursus tripartito harum singulas: mox semiuocales propria (ne frustra multis morer) sectione secet, ita quatuor & viginti elementa vocis, qua Græci vtuntur, inueniat: quippe id tm̃ dixisse, ꝙ elementorũ vocis quædam vocales sint, quædam consonantes, nõ dum omnium elementorum artificem, aut planè scientem auditorem reddidit: sed, si quis, vbi in longas, breues, & ancipites diduxerit, adiiciat duas esse breues, nẽpe ε & ο, duas ꝑterea longas η & ω, tres vero ancipites α ι υ, sic sanè artificẽ auditorẽ de omnibus vocalibus effecerit: item q; de cõsonis ad eundem modum. Itidem, siquis tradere de morborum numero instituat, quot hi in vniuersum sint, non debet, arbitror, is in prima statim differẽtia subsistere, sed diuisa ea procedere, donec ad aliquam infimarum specierum, & quæ amplius in aliam distrahi non possit, perueniat. Id vero, ꝙ haud cuiq; sit promptum, sed ei duntaxat, qui in diuidendi methodo magnopere sit exercitatus, intelligere quiiq; poterit, primũ si omnia legerit, quæ de eo genere methodi in principio Philebi a Platone sunt prodita, dein si Sophistam etiam & Politicũ legerit. Iam vero difficilior adhuc res videbitur, siquis primum Aristotelis librum de partibus animalium legerit. Conatur enim in eo libro omnes animalium differentias enumerare: at, vbi multas dubitationes mouit, vix tandẽ suspectè ac timide pronũciare quippiam audet. Et, cum Aristoteles & Plato tantam tam q; difficilem rem esse cen-

† [illegible]

† In cod. quodã græco inter hæc dictio nõ habetur, et certo videtur abũdare, cũ ĩ seu oratio substantiæ, idẽ sit quod definitio.

fuerint genera in proprias differentias exacte diuidere, ac post hos Theophrastus, & alij philosophi rationem absoluere tentauerint, vtpote ne apud illos quidem satis adhuc constantẽ, homo audacissimus Thessalus absolute, citra q; vllam rationem adhibitam pronuncians, credendũ sibi censet duos in totum esse in victus ratione morbos, & eos quidem simplices, ac primos, & veluti elemẽtares: nam tertium ab his ratione gignit, ex ambobus cõpositum. At si vlla methodo hæc, sicut iactas, inuestigasti, cur hanc nobis non dixisti? Sed contra planè, q̃ pro grauitate nominis, quod tibi arrogas homo temerarie, atq; à methodo alienissime, rem pronunciasti: qui ne principium quidẽ ipsum vnq̃ attigeris, à quo cœpisse necesse sit eum, qui recte cuiuslibet rei species, & differentias peculiares sit inuenturus. De re enim qualibet, ò puer, vnum principium optimum, » nosse id oportet, de quo proposita quæstio est, aut prorsus est aberrandum, Plato quodam loco » ait, non ad diuidendum modo quiduis, ab ipsa quæsitæ rei essentia nobis esse inchoandum censens, sed etiam in omni disquirenda re eiusmodi semper principio vtendum. Ergo hic quoq; (arbitror) par erat, vbi, quid morbus sit, quid symptoma, & quid passio, diligenter prius dixisses: ac dein quà conueniant, differant q; ipsorum singula, definiuisses: sic demum tentare in proprias ea differentias diducere, secundum eam, quam sapientiæ professores tradiderunt, methodum: aut, siquam potiorẽ ea, quæ ab iis prodita est, explorasses, hanc ipsam prius astruere: tum illud ostendere, ac Græcos docere, hunc, qui in textrina sit altus, superasse Aristotelem & Platonem in methodis logicis, humo afflixisse Theophrastum & Stoicos in Dialectice, clarissime ostendisse oẽs eorum sectatores, ne primos quidem morbos, qui essent, vnq̃ nouisse: dico & Herophilum illũ Dialecticum, & cõdiscipulum eius Philotimum, & præceptorem eius Praxagoram, qui ab Æsculapio originem traxit, & qui cum his & ante hos fuerunt, Erasistratum, Dioclem, Mnesitheum, Dieuchen, Philistionem, Plistonicum, ipsum deniq; Hippocratẽ. Porrò simplici verbo dicere oẽs in victu morbos esse duos, non methodo, non demonstratione, non ratione vlla probabili, non lenimento aliquo, non alia re prorsus {orationi} adhibita, præterq̃ eiusmodi in veteres blasphemia, id facere, imperãtis hominis est, non docẽtis. Esto vero taceas, qua logica methodo insistens, hęc inueneris: at certe, vnde saltem de veritate sermonis iudicasti, adhibitum aliquid oportuit. Nam inueniendi eius, quod quæritur, logicæ methodi facultatem præstant: At, quæ fidem iis faciant, quę recte sunt inuenta, duo sunt apud oẽs homines instrumenta, nempe ratio, & experientia. Quippe ad eum, qui interrogauerit, Cur huic febricitanti frigidæ bibendæ potestatem feceris, duplex responsio est: Altera, quæ ortum naturam q; febris docet, ac de morborum temporibus disserit, tum ad eundẽ modum aquæ frigidæ naturã explanat: vbi hęc proposuit, conatur docere in hoc morbo, atq; hoc tempore aquã frigidam congruũ remediũ esse: Altera de nullius horum natura sollicita, ad experientiam confugit, nempe q in tali morbo atq; tempore sępe frigidã profecisse vidit. Debebat igitur (opinor) & Thessalus vel experimentũ, vel rõnem assertioni suæ probationem adhibuisse, nõ, sicuti tyrannus, imperare, ac sibi citra demonstrationem credẽdum exigere. At quam (inquiunt) audire demonstrationem postulas? ita enim contra nos interrogãt eius sectatores: neq; id iniuria, vt qui nec eò vnq̃ peruenerint, vt notionem demõstrationis tenerent, cum nec Geometriam, nec Arithmeticẽ, nec Dialecticen, nec Resolutoriam, nec deniq; logicam vllam speculationem attigerint. Quocirca respondendum his ita est: Nimis serò, quid demonstratio sit, discere postulatis: nec fieri potest, vt breui tempore speculationem, quæ subtilitatẽ mentis desiderat, assequamini, præsertim qui nec subtiles rationes audire sitis assueti, & peruersi in diuturno errore versati. Sed istos mittamus, vt qui ne intelligere quidem, quæ veræ disciplinæ sint, valeant † nedum ipsas discere, aut recte iudicare.

† *Additur in antiquis, μὴτ' εἰδότας ἀκούειν, id est neque sciant audire.*

Quæ sit vera Methodus inueniendæ in vnaquaque facultate veritatis: & quàm ab ea Thessalij, & plerique veterum medicorum aberrarint. CAP. 4.

NOs vero vnà cum iis, qui exercitati sunt, & demonstrationem intelligunt, & natura sunt sagaces, (neq; enim Thessalios asinos docere profitemur) ad id, quod propositum nobis ab initio est, accingamur: ac statim vnà cũ ipsa medendi methodo tradenda, etiã causas ipsas, vnde errarint medicorũ plurimi, qui tradere eã sunt conati, exponamus: quippe ad firmiorẽ veritatis fidẽ id quoq; non parum conducere videtur. Ac primum quidẽ illud cauebimus, ne simul de ambobus tum methodo, quæ rõne nititur, tum experientia, quę ratione nõ vtitur, agamus. Non enim de omni remediorum inuentione nunc loqui statuimus, sed tm̃ de ea, quæ hæc methodo explorat, ita vtiq;, vt de Empirice ipsa & à nobis in alio opere est proditum, & ab ipsis Empiricis medicis, quos vocant, plurimũ elaboratum. Atq; vtinam Rationales oẽs medici propositũ ita prememerent, nec experientiam & rationem miscerent, atq; in vnum confunderent, sed quam vtraq; vim habeat, quantum q; ad propositum artis finem conducat, seorsum tractarent, atq; perpenderent.

Ergo methodo quippiã inquirere inuenire q;, ex aduerso opponitur ei, quod est fortuito temere q; reperire. Est autem id cum via quadam & ordine ita, vt in disquisitione aliquid primum sit, aliquid secundum, & tertium, & quartum, atque ita de reliquis omnibus deinceps, quoad demum ad ipsum, quod ab initio est propositum, sit peruentum. Ac Empirici quidẽ rationabiliter fatentur nec inueniendi, nec docendi, apud ipsos esse necessarium ordinem: nam nec arte vlla ratione ue

A tione'ue experientiam niti: immo vnius fortunę fautorem ad ea, quæ quærit, inuenienda requirere. Qui vero rationem inuentionis suæ auctorem statuerunt, ac ordinem: vnam q; viam, quæ ad finem ducat, proposuerũt: ijs fuerat quidem necessarium à primo aliquo auspicatis, de quo inter omnes homines cõueniret, sic trãsire ad reliqua. Cæterum hanc rationem non sequitur pleraq; medicorum pars, immo principia quoq; ipsa controuersa sumit, nec illa demonstratione confirmat: tum ad reliqua simili modo transit, legislatorum ritu sanciens verius, q̃ demonstrans. Quæ omnia inde adeo his accidunt, φ nihil prius de demonstratione sunt meditati: sed simul & inquisitis insistunt, & ad eorum fidem demõstratione vti audent, simile profecto quiddam ijs molientes, qui sphæram, aut cubum, aut conum, aut cylindrum, aliud'ue id genus metiri aggrediuntur, cum tñ omnis Geometricę ac Logisticæ rationis sint ignari, imo vero nec cubiti palmi've, aut pedis mensuram præparatam habeant: ac deinde ijs, qui vel demonstrationẽ ab ipsis exigunt, vel tacere censent, irascuntur. Veluti enim in illo ridiculus erit is, qui rectanguli trigoni, cuius alterum (exempli causa) latus circa rectum angulum quinque sit pedum, alterum duodecim, dicat aream non esse triginta pedum, sed quadraginta, nec eius rei demõstrationem vllã afferat: ita hic quoq; ridiculus est, qui quicquam affirmat, quod demonstrare non possit. Ergo, sicuti in demonstratio

B ne de triangulo (neq; enim recedendum nobis ab exemplo est, qui indoctos istos methodicos à disputatione nostra iam abegimus) ipsum, quod propositum est, ex duabus his propositionibus colligebatur, vna, quę spatium id, quod lateribus pedum quinque & pedum duodecim continetur, sexaginta pedũ effici dicit: altera, quę triangulum dimidiũ eius esse spatij proponit, atq; ostendit: harum vtraq; rursus vt demonstrationis fidem reciperet, alijs propositionibus egebat: mox illę alijs, quoad peruentum ad primas esset: hæ vero nec ex alijs, nec per demõstrationem, sed ex se fidem faciũt: sic arbitror et in ijs oĩbus, quę in medicina demonstrant̃, ad primas & indemonstrabiles propositiones, & quæ ex se fidem faciant, omnia esse perducenda. Ac, si omnes de medẽdi methodo sic dicere aliquid instituissent, prorsus, sicuti inter Arithmeticos, Geometras, & Logisticos, ita inter ipsos quoq; conuenisset: quippe apud quos discere ab ipso statim initio licet, quid quoq; nomine, quo vsuri sunt, significetur: quas præterea propositiones indemonstrabiles (quæ axiomata vocãt) ad disceptationem sint sumpturi: veluti lineam esse longitudinem citra latitudinem: superficiem, quę longitudinem latitudinem q; tantum habeat: et triangulum esse hoc, quadrãgulum illud: ac reliqua ad eundẽ modum. Ab his, vbi axiomata huiusmodi vsurpãda sibi esse prædixerint, quòd scilicet, quæ eidem sunt equalia, inter se etiam esse æqualia: &, si æqualibus

C ęqualia sint adiecta, tota fore ęqualia: postea demonstrare theoremata iam tentant, nihil extra ea, quę à principio præsumpserunt, adijcientes. Pleriq; tamen medicorum, sicut ipse scis Hiero charissime, interrogati, vnde nam principium inuentionis suæ sumpserint, tantum abest, vt indemõstrabilia principia, & quæ oĩbus hominibus in cõfesso sint, proferant, vt nec, quò sibi ipsis consona respondeant, inueniãt: sed sursum ac deorsum Euripi more agantur, contraria quilq; in progressu sermonis ijs, quę ab initio statuerũt, afferentes. Siquidem sapiẽtissimus iste Thessalus, cũ apparentes esse cõmunitates dixisset, paulo post non solum non alium quenquam priorum medicorũ vidisse eas asseuerat, sed nec ipsum, qui primus eas peperit, Themisonem. Huius nãq; vnius esse monstrosas illas cõmunitates fatetur, ceu patris legitimos filios. Post hos vero, qui secuti sunt oẽs, & inter se, & ab ipso Thessalo dissentiunt, nec easdem communitates tradentes, nec omnino inter se vel in vno concordantes. Id quod sæpenumero tibi, ipsis etiam Methodicis pręsentibus, ostendi: fortasse q; aliqñ maius ocium nactus, de incõstãtia eorum scribam. At nunc tñ saltem * διαφωνίας.
ad rem propositã sumi expedit, oportuisse eos, præsertim sectę auctores, exposuisse prius, de qua re singula nomina dici vellent: sicut Empirici faciunt, qui apparere ea dicunt, quę sub sensum cadunt: nosci vero, quę memoria tenentur: apparere simul & nosci, quæ & ante aliquando sub sen-

D sum venerunt, & nunc simili modo veniunt. Num igitur ita ipsi quoq; apparere communitates dicunt, ceu sensu cognitas? an, & quæ ratione comprehendimus, apparentia nominant? Empirici nanq; non admodum concedunt quicquam ex ijs, quæ sola ratione nosci videntur, apparens dici. Rursus veteres philosophi duplex esse genus apparẽtium decernunt, Vnum, quod ipsi Empirici comprobant, nempe eorum, quę sensu aliquo noscuntur, veluti albi nigri, duri mollis, calidi frigidi, & similium: Alterum indemonstrabile, eorum nimirum, quæ intelligentiæ primo occursu patent: veluti, quę eidem sunt æqualia, ea etiam inter se esse æqualia: &, si æqualibus ęqualia addantur, tota etiam ęqualia fieri: &, si ab ęqualibus ęqualia demas, quę restant, etiã ęqualia fore. Huius esse generis aiunt, & φ nihil citra causam fiat, & φ omnia ex ente quopiam, & φ ex eo, quod omnino non sit, nihil fiat: simili modo, nihil corrumpi in id, quod ante penitus non sit: item, quòd affirmare vel negare de quoq; sit necesse: alia q; id genus non pauca, de quibus in logicis tractatibus agitur, & ipse in commentarijs de demonstratione, quàm potui, dixi clarissime. De his inter eiusmodi principia, huiusmodi logica nũcupamus, quidam Philosophorum cõtendunt, atq; ambigunt: hi tamen hactenus saltem sunt modesti, φ omni demonstrationi fidem suam abrogant, intelligentes (arbitror) tametsi id non dicant, illud saltem se certo scire nihil omnino demonstrari posse, si logicis principijs fides non sit adhibita. At, qui eousque rudes amen-

tes q;

tes'q; sunt, vt ne id quidem intelligere queant, hi demonstrare quidem conantur, cæterum quæ, E qualia've, {& quot} demonstrationis principia sint, nec noscere, nec quærere volunt, nec aliū docentem audire sustinent: sed absolute pronunciant, & verba loquuntur, quę nec quid significent, ipsi clare explicare valeant. Merito igitur eorum æmulis centum voluminum opera scribuntur, partim inuestigantibus, de quo quodq; dici nomē Thessalus voluerit, partim nihil tale inuenientibus, cui omnia ab eo particulatim dicta consentiant. Nam, quę demum apparentes illę cōmunitates sint, aut quo modo apparentes, dicere non possunt, ne si iterum atq; iterum totidem libros scripserint: quippe quod apparet, aut sub sensum omnino cadat, oportet, aut sub intelligentiam, vno semel occursu vtrunq; sine vlla demonstrationis ope: quod vero intellectui se vno occursu non exhibet, protinus id controuersum est, ac demonstratione eget, nec artem vllam à tali principio incepisse conuenit. Hæc si in logicis methodis exercuissent, & ipsi ea intelligerēt, & tempus nostrum frustra non contererent. Nunc, qm̄ inexercitati rudes'q;, per amentiam audent demonstratione vti prius, quàm, quid ea sit, didicerint, necesse est cum similibus sui, oēs aberrent, prorsus'q; nugētur: ac eos, qui recte demonstrant, minime intelligant, sed tempus inaniter consumāt. Ergo cum his nequaquam, vt cum rationalibus animalibus, vel disputandum amplius est, vel ijsdem impense contradicendū prius, quàm didicisse, quæ'nam res demonstratio sit, velint: & quatenus exercitatum esse oportet, qui ea probe sit vsurus. F

De descriptione Nominis Morbi, ac de Methodo Nominum recte imponendorum. CAP. 5.

Tecum vero omnem deinceps sermonem conferam, ipsis vsus methodis, quas in commentarijs de demonstratione tradidi. Quippe non solū principia omnis demonstrationis esse ea, quæ tum sensui, tum intelligentiæ manifeste se exhibent, sed etiam in omni re quærenda nomen ipsum assumi in disputationem oportere, in illis docuimus. Nunc neutrum præcipere statui, nec quemadmodum inuenire, nec quēadmodum demonstrare conueniat: sed ijs, qui iam didicerūt, & exercitati sunt, simul aliquem laboris opportunum fructum reddere, inuenta nimirum nō tenui re, quam nunc instituimus: simul, siqui sunt, quibus artiū maxima cordi est, quæ circa animū hominis versatur, ipsos quoq; in minoribus prius exercitare conuenit. Quippe id tenaciter seruare in omni methodo oportet, vt in ea te multis sæpe leuioribus problematis prius exerceas, q̄ maioribus manum admoueas. Hoc igitur nobis veræ disciplinæ principium esto: quod vtiq; statim inter initia facturi fueramus, tum artem ipsi inquirentes, tum alijs preeuntes, qui adhuc peruersi non essent. Quoniā omnis morbi curationem inuenire propositum est, necesse est morborum numerum prius sciri. At, qm̄ fieri nequit, vt aut differentias generis vllius, aut species inuenias, ipso, quod diuiditur, non plane explorato, oportet profecto nunc etiā, quid morbus sit, narremus, quò sic diuisionē eius rite adeamus. Qua igitur ratione id methodo inueniamus? Qua'nā alia, nisi ea, quam in libris de demonstratione præcepimus? nempe vt de notione ipsa prius conueniat, cum sine hac, propositæ rei substantiam inuenire non liceat. Ipsam vero notionem, quæ omnibus in confesso sit, sumendam diximus, vt quæ aliàs principium iure non dicatur. Quæ igitur est de ęgrotando omnibus hominibus confessa notio, & de qua maxime subiecta re verbum hoc ęgrotare enunciant? Nunquid, vbi citra offensam oīum corporis partium actiones obeunt, & valere se tunc dicunt, & minime medicis egere putant: vbi vero naturaliū corporis actionum senserint quāpiam vel male geri, vel prorsus nō geri, & ęgrotare se illa parte corporis existimant, cuius actionem læsam vident, & medicum de remedio consulunt? Ego sanè omnes homines ita video tum morbi, tum sanitatis, nomen vsurpare. Quin etiam eam, quam dixi, notionem oēs obseruant, non in his modo nominibus, sed etiam nihilo minus in omnibus, quæ cum his coniugata sunt, tum nominibus, tum verbis. Quippe cū & valere illum existimēt, cui nullius partis actio sit vitiata: & ægrotare, cui sit vitiata: & valentem eum nominent, cuius omnes corporis partes actiones suas secundum naturam edant: & ęgrotantem, cui male affecta pars aliqua sit. Nec quisquam omnino Grecorum aut alijs nominibus vtitur, aut de alia re enunciat iam dictorum nominum quoduis: id quod diffuse in medicinalium nominum interpretatione ostendimus. Atque hoc saltem mihi per omnem disceptationem memoria teneri maxime velim, nominum quidem interpretationem ex Grecorum me consuetudine facturum (sicut in commentarijs de demonstratione dixi) ipsius autem rerum essentiæ tum inuentionem, tum inquisitionem, tum demonstrationem, nō ex ijs, quę multitudini videntur, immo ex sumptionibus scientificis, quę lemmata grece vocant: de quorū inueniendi ratione in illis est proditum. Ergo accepto eo, quod omnes confitentur, principio, nempe illud in medendi methodo propositum esse, vt ægrota corpora in sanitatem vindices: id vero est, vt naturales partium actiones, siquę vitiatæ sint, corrigas: iā, quod deinceps est, inquiramus, quot numero in totum res sint, quæ loco inter se sibi sunt propinquæ: necubi aliqua, procedente sermone, vel pro morbis accipiamus, cum sint his similia: vel pro sanitate, cum ad huius naturā prope accedāt. Proponamus aūt claritatis causa particulas aliquas, in quibus confirmetur, quod dicimus, ac primum quidē ante cęteras oculum. De hoc igitur oībus hominibus non medicis modo, sed etiam alijs quibuslibet conuenit, eius opus esse, vt videat. Seu vero opus, seu actionē inter loquendum dicam, in præsentia saltem non refert. Ad eundem modum, G H

A dum, nec, ſi quis aſpicere, oculorum eſſe opus dixerit: nec, ſiquis aſpectum, aut viſum, aut viſio-
nem, aut quomodocunq; aliter nominet, quicquam refert: quādo etiam, ſiquis ſolœciſmum com
mittens nominet, ad rei ipſius ſcientiam nihil id afferat incommodi, modo, de qua re nomen pro
nunciet, clare explicet, in hoc enim præcipua doctrinę vis eſt. Nominetur igitur oculus pars cor
poris: neq; hic referat, partem'ne, an particulam quis dixerit. Quicquid enim totum complet at-
que integrat, id totius videlicet corporis, quod complet, particula ſiue pars nominatur. Eſt enim
pars ex ijs, quæ ad aliquid dicuntur, quippe pars totius integri'q; pars dicitur: æque profecto, vt
totum & integrum per relationem ad partes & particulas proprias nominatur: eſt'q; ſicuti dex-
trum ad ſiniſtrum, & ſiniſtrum ad dextrum, ita & totum ad partem, & pars ſe habens ad totum.
Ergo, ſiquis hac ſeruata notione malit partem dicere, q̄ particulam: aut ſiquis contra, particulam
potius, q̄ partem: is mihi ad rerum inuentionem impedimento non ſit, cæterum imperitum ſe
linguæ latinæ prodit: quemadmodum certe, ſiquis integrum à toto ſecernat, is quoq; linguæ la-
tinæ eſt ignarus. Dictum vero alibi (vt ſcis) diffuſe de nominum vſu eſt. Ac nunc, quantum ſatis
ad rem ſit propoſitam, adijciam, illud duntaxat indicās, non oportere nominibus ſeduci, nec, qui
in ijs diſſentiunt, hos ſtatim in rebus quoq; ipſis diſſentire putare. In quo genere omnes (vt vno
B verbo dicam) non medicos modo noſtrę tempeſtatis, ſed etiam philoſophorum pleroſq; parum
exercitatos vides: vt quorum pauciſſimi nominum diuerſitatem à rerum diuerſitate diſtinguere *διαφωνίαν.
norint. Verum huius quoq; rei methodum in Logicis ſpeculationibus tradidimus: cuius oppor
tunitas, ſi quando aliàs, vtiq; nunc quoq; ad vſum venit. Quæ'nā igitur fuit ea methodus? Nem
pe vt à rerum incipias differentia, non autem nominum: tum oſtendas quatuor, exempli gratia,
eſſe res, quæ in vicino ſunt poſitę: poſt deinde, vt demonſtratione confirmes neq; plura eſſe, neq;
pauciora, quæ in propoſita diſceptatione contineantur: poſtremo vt accommodato rerum cuiq;
ſuo nomine ſic reliquum ſermonem abſoluas, nec mutās dehinc, nec transferens nomen vllum,
ſed, cui rei ipſe ab initio impoſueris, de eadem perpetuo vſurpans. Quippe ita & dilucida doctri
na efficitur, atq; à cauillationibus, quas homonymia parit, libera: &, quod fruſtra eſt additum, fa-
cile deprehenditur, &, quod deficit, cito inuenitur: &, quæ conſonant diſſonant'que, maxime in
eiuſmodi explicationibus, exacte diſcernuntur.

Quid'nam Actio & Paſſio exemplo viſus, & oculi: quid Latio, & Alteratio, Pars, & Inſtrumentum. CAP. 6.

ERgo illud repetamus denuo. Viſus, oculorum actio eſt: locutio, linguę: inceſſus, crurū. Ipſa
C rurſus actio, motus eſt actiuus. Iā horū ipſorū motus, prioris habitus eſt imutatio: Actiuus,
qui à ſe editur: Paſſiuus, q ab alio quopiā extrinſecus poſito excitat̄: veluti volatio, actio eſt aīalis
volatilis: & inceſſus, aīalis greſſilis: quod aūt ab alio ſic agitur, vt locū mutet, id vtiq; non agit, ſed
patitur. Egit nāq;, qui ex Piræo Suniū cōmeauit, quippe motus actiue eſt, id eſt ex ſe ipſo, & pro-
pria natura: contra, paſſus eſt, qui ex Pireo Sunium nauigauit, vtpote qui naui vectus eſt. At, qm̄
motum prioris eſſe habitus mutationem diximus: ea vero immutatio dupliciter fit, nempe aut in
qualitate, aut loco: vtiq; mutatio, quę in loco agitur, latio dicitur, quæ in qualitate, alteratio, ita vi-
delicet vt latio ſit immutatio, vel demutatio, vel mutatio prioris loci (de induſtria.n. multis ſum
vſus noībus, maxime.ſ. inſinuare ſtudens, q licet vnius rei multas definitiones efficere, quæ voci-
bus tm̄, non ēt notionibus differāt) alteratio vero, vel mutatio in qualitate, vel demutatio eius, q̄
prius fuit, qualitatis, vel immutatio in qualitate, vel trāſmutatio qualitatis, vel quōcunq; aliter au
ditori, quod dicitur, clarum fore ſperaueris, quippe huc tibi varietas interpretationis ſit vtilis. Er
go viſio (nam redeundū ad oculū eſt) actio partis eſt: oculus vero ipſe aīalis eſt particula, nā par-
ticulam, an partem dicas (vt prędiximus) nihil refert. Inſtrumētum vero appello animalis partē,
quæ perfectā edere actionē poſſit: veluti oculus viſionē, & lingua loquelā, & crura itionem. Ad
D eundē modū & arteria, & vena, & neruus, tū inſtrā, tum partes aīalis ſunt. Pro hoc nanq; noīum
vſu non à nobis modo, ſed etiam veteribus definito, oculus quidem & pars aīalis, & particula, &
inſtrumentum vocabitur: cornea vero tunica, particula quidem, & pars, non aūt inſtrumentum.
Simili modo & quę rhagoeides, & quæ arachnoeides, & quæ amphibleſtroeides gręce dicuntur,
quippe quarum ſingulæ primū quidē ac maxime oculi particulę ſunt: &, quia is ēt faciei pars eſt,
itidem & illæ faciei ſunt partes, ſed ſecunda quadā ratione: ita vero & totius corporis partes ſunt
propterea, q facies ipſa totius corporis eſt particula. Homœomeres vero, id eſt ſimilaris pars, eſt,
ſicut ipſum clare indicat nomē, quæ vndiq; in ſimiles diuiditur particulas: veluti in oculo vitreus
humor, & cryſtallinus, & tunicarū propria cuiuſq; ſubſtātia. Porrò hęc latius indicata ſunt in diſ-
ſectionū cōmētarijs. Hic vero ea tm̄ dixiſſe ſat eſt, quorum ad id, quod inſtat, meminiſſe eſt opus.
Eſt aūt opus oſtendere in ſingulis particulis plura ineſſe, quæ inter ſe diſſideant, nec tn̄ à medicis
ſint percepta: hoc autem vtile eſſe prædiximus ad nomina nobis recte vtenda, vtique cuius cauſa
nunc id tractandum ſuſcepimus: indicabitur autem & ad ipſam nobis propoſitam methodū ma
xime neceſſarium. Eſt enim inſtrumentum oculus, actio vero viſio: vna ex particulis eius ſimila-
ris, ac primum viſionis inſtrumētum, cryſtallinus humor: ſicuti in libris, vbi de ijs egimus, mon-
ſtratum eſt: id nanq; eſt, quod alterari debet ab aliquo extrinſecus occurrentium colorum, vt ani-
mal

mal videat: alterari vero nõ potuit, nisi purum omnino perspicuumq; esset. At purum ita perlucidum q; esse nõ posset sine eo, quod nunc obtinet, temperamento: quippe ostensum est vnamquãq; rerũ talem esse, qualis est, pp calidi, frigidi, humidi, & sicci temperamẽtum. Ideo q;, si quid horum magnopere immutatũ sit, aut planè non videbit, aut male videbit aĩal. Verum hoc nobis parum adhuc constat, modo artẽ quærere orsis: nec oportet aliquid ex ijs, quæ post sunt inquirenda, velut scitũ præsumere: nec ipse huius gratia, eorũ, quæ de crystallino alibi demõstraui, mẽtionem feci, sed claritatis causa eorum, quæ nunc sunt dicenda. Vidẽtes.n. oculum probe munus suũ obire, ac rursus nequaquã videre atq; illud sanitatem eius, hoc morbũ, vel vitium, vel quicquid libet, vocãtes, nihil.n. ad rem propositã refert: quærimus deinceps, quæ demũ sit eius noxæ causa. E

Aduersus Thessalum, Iulianum, Olympicum, & reliquos Methodicos, de Sanitatis ac Morbi definitione. CAP. 7.

VNde, inquies, ad hoc moti? Certe ex indemonstrabili axiomate, de quo tñ inter oẽs conuenit propterea, qꝫ intelligentiæ euidens est. Quod ergo est id axioma? Nihil absq; causa fieri. quippe hoc non concesso, non datur aut læsæ visionis, aut prorsus amissæ, causam requirere. Sed, qm̃ id ex ijs est, quæ intelligentiæ sunt manifesta, præsumentes iam aliquam subesse læsionis causam, ad eius inquisitionẽ venimus. Ergo hãc causam seu affectũ aliquẽ corporis, seu corpus certo modo affectum, appellare velis, nihil sanè ad rem propositam interest. Illud oĩno fateberis, aut morbum ipsum hãc esse: aut, si quidẽ morbus est ipsa actionis læsio, affectũ, qui huic officit, morbi causam esse. Existit'q; hoc loco rursus de noĩe controuersia, ipsum'ne oculorũ affectũ, à quo visus læditur, morbũ vocemus, an ipsum actionis vitium. Verum, siue quis actionem vitiatã morbum dici velit, vtiq; multo prius statuat, necesse est, sanitatẽ esse naturaliter se habentẽ actionem: siue affectum, qui actioni incommodat, multo quoq; ante, qui fm naturam est, siue hunc affectũ, siue constitutionẽ dici velit, sanitatis vocabulo appellet. Quippe committere, vt cum in actionibus posueris sanitatẽ, in affectibus existimes statuendũ morbũ: aut cõtra, cũ in partiũ cõstitutiõe sanitatẽ, in actionis vitio morbũ: tũ reliquis methodicis, tũ vero principe huius insaniæ Thessalo digna sententia est. Etenim oẽs ferè, qui sunt indocti huius insani qꝫ dogmatis sectatores, sanitatẽ esse naturaliũ actionũ firmitatẽ ac robur aiunt: morbũ vero nequaq; actionis læsionẽ & infirmitatem, sed alij corporis quendã affectũ, alij corpus certo modo affectũ. Qua quæ'nam, obsecro, maior dementia sit? Hoc.n. vel quiuis deprehẽdat, nõ oportere in altero sanitatẽ, in altero morbum, sed in eodẽ omnino genere ambo constitui: siquidem contraria sunt, quæ in eodem genere plurimum inter se dissident, veluti candidũ, et nigrum: etenim vnum est horum genus, color. Ideo q;, si contraria inter se sunt sanitas, & morbus, in quocunq; genere eorum, quæ naturaliter se habẽt, statuetur sanitas, in eodẽ, cum præter naturã se habet, ponetur morbus. Quare, si sanitas actio est, quæ fm naturam se habeat, oĩno morbus præter naturam actio fuerit. Sin aũt affectio quæpiam, aut constitutio naturaliter se habens, sanitas est, & morbus affectio cõstitutio've præter naturam necessario fuerit. Ac Thessalus quidẽ finire morbum ne aggressus quidem vsquã est: quin potius hariolandum nobis reliquit, de qua re vocabulum id enunciet. Quòd enim nihil interesse cẽseat inter morbum & pathos, iam tibi ex ipsius hominis commentarijs ostẽdimus, in quibus trãslatitie ambo ponit, transfert q; vtrũq; in alterius locum, ceu nihil intersit, hoc an illo modo loquaris. Eius vero sectatores vniuersi sursum deorsum q; aguntur, ratiocinantes, ac se tegentes, omnia'q; facientes, vt vel obscure loquantur, vel oĩno nihil, vt Thessalus ipse atq; ante hunc Themiso, qui fundamentũ illis huius insaniæ iecit. Quòd si tibi ea, quæ Proclus, & Rheginus, & Antipater, ad hæc quæ Eudemus, Mnasæus, Philo, & Dionysius in hoc genere prodiderũt, dicere velim, vtiq; à proposita tractatione, quæ & scientifica est, & ipsum, quod vtile sit, docere conatur, imprudens excidam. Verum de horum diffidentia licebit aliquando, fortasse etiam in sequentibus, mentionem facere: vna q; cum his Menemachi, qui oẽs eorum res astutius turbauit, atq; confudit: & nugacis Olympici, cum q; hoc etiam Apollonidæ: & Sorani, &, qui adhuc viuit, Iuliani, quem vtiq; & nos conuenimus, vt viua videlicet hominis voce meras nugas condiscerem: sed nec is explicare potuit, qd pathos & morbus esset. Cuius rei vel maximũ signum est, qꝫ, cum viginti plus anni iam sint, ex quo illũ Alexandriæ cõuenimus, scripserit q; iterum atq; iterum institutiones, (nam has assidue transponit, transformat q;, nunq̃ ijs, quas scripsit, contẽtus) nusquam tñ earum est ausus, quid morbus sit, prodere, tametsi certe adeo ea, quæ nihil ad rem pertinent, in ijs agitet, vt etiã illud inquirat, Sit'ne pictura medicis ex vsu. Et tñ, tam multa talia'q; cum scribat, nec dissimulare queat, (sicut nec Menemachus) quin methodicæ sectæ absurditatem clare norit, ne in hodiernum quidem diẽ in institutionibus suis vsquam scripsit, quid morbum pathos've nominet. Mihi certe ipsum interroganti, adeo multa obscura q; respondit, vt nihil eorum, quæ dixit, planè intelligerem, cogerer'que illud tantum homini dicere, qꝫ mihi desciscere ab Olympico videretur, quanquam is auus doctrinæ ipsius fuerat. Nam Iulianus hic Appollonidæ Cyprij, ille Olympici discipulus fuerat. Ergo Olympicus (vt dixi) sanitatem mõbum'que finire ausus, illam esse affectum dixit, qui absentia sit morbi: Rursus mòrbum mutationem à naturali in id, quod præter naturam sit, stabilem. Quorum sanè vtrique permulta insunt à ratione aliena, quæ & tunc Iu- F G H

* pa·hos que.
* pathos.

liano

A liano exposui,& nunc summatim dicã. Quod.n. (inquam) confusionẽ facit,id est,ꝙ Olympicus
non illud tm̃ absolute dicit, sanitatẽ affectum esse positum extra morbum, sed ẽt illud definitioni
adijcit,quem affectum definimus naturalium actionum cõstantiam,et firmitudinem: haud enim
conijcere valeo,in sola ne actionum constantia, an in corporis affectu, an in ambobus,sanitatem
statuat: sed forte,vt vtiq; cum reliquis methodicis assolet confuse aliene q; abuti Grecorum voci-
bus,ita nunc quoq; affectum non ad corpus, sed ad actiones refert: vt nimirum ad hunc modum
definitionẽ intelligas: Sanitas affectio est actionis in absentia morbi. Porrò iustum,arbitror,fue-
rat alterum duorum definitioni adiecisse, aut actionum, aut corporis, vt videlicet aut ita se habe-
ret finitio: Sanitas est affectus actionũ in absentia morbi: aut certe talis: Sanitas est affectio corpo
ris in absentia morbi. Quin etiam,si ambo iungere voluisset,ita quoq; licuisset vt dilucide, sic bre
uiter dicere: Sanitas est affectio tũ actionũ,tum corporis in absentia morbi. Quid aũt, cum subij-
cit, Quẽ affectum definimus constãtiam, ac robur actionum naturam suam tuentium,vtrum ne
pars hæc putãda est eius,quod prædictũ est,iungenda q; tota definitio est ad hunc modũ? Sanitas
est affectus corporis in absentia morbi,& constantia actionum,quę fm naturam se habent,ac ro-
bur: an ista ipsa per se ipsam perfecta definitio est,ac,quid sanitas sit, docẽs,ꝓut sanè nõ nullis me
B thodicorum placuit, qui sanitatẽ esse dixerunt constãtiam fm naturam se habentium actionum?
Verũ,si hæc absoluta est,haud scio,quid doceat ea,quæ ante dicta est,quę affectum esse sanitatem
precipit. Quippe illud,quod dixit,in absentia morbi,eiusmodi planè est,quod vel puer rideat: cũ,
si ita definire permittẽ,manifestũ sit & morbum fore affectũ corporis in absentia sanitatis: ita vi-
delicet,vt vtraq; definitio,non quid sit id, quod queritur, sed quid non sit, doceat. Sed mittamus
(inquam) si placet & hęc,cum sint ad rem non admodũ necessaria. Illud certe præterire dissimu
lare q; non licet,ꝙ in sanitatis explicatione oĩa actionibus tribuantur,vel solis,vel ẽt confundẽdo
inuoluendo q;, ac obscure quodã modo miscendo ipsum affectionis vocabulum, quemadmodũ
fecit Olympicus: in ipsius vero morbi definitione, nulla sit actionũ mẽtio: nã illud dicere satis ha * pathos.
buit,morbum esse mutationẽ corporis à naturali statu ad eũ,qui preter naturã sit, constantẽ & sta * pathos.
bilẽ. At debuerat,inquã,aut in actionibus,aut in affectibus,vtrũq; cõstituere. Quid vero mihi re-
sponderit,& sæpe tibi iã mi Hiero narraui, & nũc repetere non erit alienum. Nihil (inquit) miri
est in actionũ quidem constantia cũ robore sanitatẽ poni: in affectu aũt corporis preter naturam,
morbum. Neq;.n.contraria sunt, vt tu reris, inquit: est.n.eorum aliquid medium,quod nec sani-
tas sit,nec morbus. Quo ego sermone audito, abij stupefactus simul ac dolens: fatẽdum enim est,
C quod accidit. Antea.n.neminem vnquam eorum,qui in ea opinione prorsus sunt stupidi,conue
nerã: tum aũt primũ conueniens merito obstupui,nõ ꝙ is solus adeo sine sensu esset, sed ꝙ multo
se etiam agrestiores tot haberet discipulos,qui, cum statim in initio doctrinæ suæ methodicos ita
errare viderent,tñ à secta non desciscerent: aut,si oĩno non viderent,prorsus essent attoniti. Nam
quid,quæso,ad rem,morbum sanitati nõ esse contrariũ propterea, ꝙ aliquid eorum sit medium?
Patet enim hac r̃atione non fore album nigro contrarium propterea,ꝙ eorum sint media flauũ,
& fuscum,& rubrum,& pallidũ, & reliquorũ colorum singuli: nec calidum frigido, quippe ho-
rum quoq; sunt media,tepidum,& temperatum. Ac sapiẽtes istos methodicos, cum nec leui nec
spernendo lapsu sic sint inter initia statim lapsi, speremus ne veritatẽ vllam eorum, quæ sequanẽ,
posse intelligere? minime profecto: qppe, q̃ in arte medica spectanẽ, oĩa ex his pendere docebi-
mus,id q; merito: siqdẽ in ijs artibus,q̃ methodo aliqua traduntẽ, carũ constituẽdarũ principiũ est
finis ipsius notio. Ac in huius qdẽ notitia, alijs quoq; ꝑmultis varie est erratũ, alijs medicinæ finẽ
esse affirmãtibus,vt plurimũ sanare: alijs,ea facere,quę sint ad sanitatem cõducibilia: alijs,morbo-
rum causas adimere: alijs,pro se quenq; oĩa peragere: alijs, prout cuiq; succurrit: ac de his definire
seorsum cõueniet. Nemo tñ adeo fuit stupidus, vt in alio genere poneret sanitatẽ, in alio morbũ:
D sed vel actionibus naturaliter se habentibus tribuit,vel partium cõstitutionibus,quos aliqui affe-
ctus vocant. Siue autẽ in actionibus naturaliter editis sit sanitas,in ijs, quæ præter naturam sunt,
erit morbus: siue in constitutionibus naturaliter se habentibus,in ijsdem præter naturã se haben-
tibus erit morbus: siue in affectibus, in his ipsis erit & inualetudo. Neq; enim profunda vlla spe-
ctatione ad hoc est opus: tm̃ sufficit non esse peruersum. Nam quis,obsecro, dubitet, si videre sa-
nitas sit,morbum esse vel cęcutire,vel oĩno non videre? Quis non intellegit, si audire sanitas sit,
esse morbũ vel ægre audire,vel prorsus non audire? Pari modo, si cõcoquere, bona valetudo est,
male cõcoquere,vel planè nõ cõcoquere ĩualetudo est. Et si suo aliquẽ arbitrio moueri sanitas est,
vtiq; morbus fuerit & conuulsio,& palpitatio quem palmon vocant,& neruorũ resolutio, & tre
mor: et deniq; quicquid voluntariũ motũ vel penitus destruit, vel ẽt certo mõ impedit. Ad hæc,
si naturaliter sentire sanitatis opus sit,insensibilitas,et difficilis sensus,& stupor,& dolor ęgritudi
nes erũt. Rursus,si ordinate respirare sanitas est,vtiq; spirãdi defectus, vel difficultas,morbus est.
Atqui,si hi morbi sunt,dubiũ non est particularũ affectus,ex qbus hæc ædunẽ,morborũ esse cau-
sas,nec oportere aut phlegmonen, aut scirrhũ,aut erysipelas,aut abscessum,aut vlcus,aut œdema
morbos dicere. Quòd si hæ ægritudines sunt, manifestũ est nullũ illorũ esse morbũ. Quippe duo
rerum genera sunt nusq̃ inter se similiũ,sed omnifariam dissidentiũ,& tota natura differentium:

alterum horum generum corpus vocant, alterum actionem. Ergo oculus, & lingua, & auris, & crus, atq; id genus singula, corpora sunt certo modo affecta: visus, auditus, sermo, incessus, actiones prędictorum sunt corporum. Si itaq; in certo quodam corporum habitu ęgritudo constituitur, certe in certo quodam actionum habitu non statuetur: qñ, si in hoc morbus cōsistat, planum rursus est in corporũ affectu non esse. Verũ, q affectus ipse causa sit, actio vero id, quod ab affectu corporis efficitur, id vero est, quod oĩum maxime & fatendum medico sit, & tenendum. Adeo, quisquis hoc ignorat, is in re labitur, quę plane est ex necessarijs. At, qui vel actionis lęsionem vel corporis affectum, morbum, vel quoquo nomine appellat, quanq; parum cōuenienter nominat, potest tñ de rebus ipsis rectam habere sententiam. Contingit aũt non ex noĩum, sed rerum recta opinione, recta morborum curatio. Iam hoc ipsum multos medicorum ignorantes inuenias, putantes q; in rebus dissidere eos, qui corporum affectus morbos esse censent, ab ijs, qui in actionis vitio eosdem cōstituunt. Atq; horum omnium errorum (quod & sępe iam dictum est, & post dicetur) vnica causa est, q, qui inuenire quiduis logice sunt aggressi, non fuere in logica methodo exercitati: sed simul, veluti ratione cogitationeq; exercitati fuissent, ab experientia desciuerũt: simul, cum in illis inexercitati fuissent, magnopere sunt lapsi, siquidem millies eos de noĩbus tanq; de rebus litigantes inuenio. Rursum, vbi rem quāpiam maximam ignorarint, nomẽ se ignorare putantes, veluti in eo, quod nunc est propositum, discernere nequeunt corporis quidem statum causæ rationem sustinere: actionem eius, quod ab eo perficitur: sed nec, quod sanatur, id esse corporis affectum. Quippe comitatur necessario hũc naturaliter se habẽtem naturalis actio: contra, si a natura recesserit, actio statim præter naturã se habeat, necesse est. Porro in hoc totum vertitur: est q; hoc principium ac veluti primum quoddam elementum omnis methodi, quæ de medẽdo instituitur. Cæterum, an hoc ipsum appellare morbum oporteat, an actionis vitium, id est de nomine dubitare. Dicemus autem aliquid & de noĩum vsu, sicut in alijs prius iam fecimus. Verum nunc de ipsis non dum distinguo, quo videlicet hoc ipsum, rerum fide magis comprobem: o stendam q; , quod nam sit huius de medendo methodi principium & radix. In quo cum alij multi ex ijs, qui rationales se dogmaticosq; appellãt, tum vero probi isti methodici, sunt falsi. Atq; aliud q; dem ijs, qui prudentes sunt, iam quodam modo apparet, nihil esse aliud, quod a medicis curetur, q corporum affectum, veluti proximo libro monstrabitur.

De Causarum, Affectuum, Actionum, ac Symptomatum generibus, ex quibus vniuersa dignoscendorum ac curandorum morborum methodus pendet. CAP. 8.

NVnc illud nobis propositum erat, vt ignorãtiam eorum corrigeremus, qui, quot in vniuersum res sint, quæ in præsenti disputatione proximę inter se habeantur, ignorãt. Videtur. n. vnum genus esse ipsorum corporum, alterum actionum. Ac corporum quidem genus pręcedere actiones, eas q; gignere: has vero sequi, id q; , si corpora naturaliter se habeant, inculpabiles ac naturales: sin præter naturam sint affecta, aut nullas prorsus, aut omnino certe impeditas. Tertium præter hæc genus est causarum, quæ hos affectus creãt. Nam, quam rationem habet affectus ad actionem, hanc alterum quippiam ad ipsum affectum omnino habeat, oportet, illo duntaxat euarians, q affectus cum actione vna consistit, nec potest vsquam aut proba actio esse sine corporis naturali affectu: aut vitiosa, nisi cum corpus sit vitio affectum. Eius aũt affectus, qui actionem impedit, causæ possunt quidem non etiam esse: possunt aũt & adhuc nunc manere. Ergo diuersę omnino ab affectibus causæ sunt. Ac tertium hoc iam inuentum genus diuersum est, & ab actione, & eo, qui hãc gignit, affectu. Ab hoc quartũ aliud genus est {affectus} eorum, q, cum corporibus & naturaliter & pter naturã se habentibus insint, actioni nec cōmodant, nec incōmodant: sicut, exẽpli causa, color corporis ex diuturna in Sole mora niger ex candido factus: aut cōtra, vbi versatus in vmbra quis sit, ex nigro candidus: aut ruber, lotis: aut pallidus, expauefactis. Quippe hæc nec actiones sunt, nec corporis affectus, qui sint actionis causæ: multo q; minus ipsæ causæ, quæ affectus, qui præter naturam sunt, creant: sed sunt symptomata, quæ diuersas corporum alterationes necessario sequuntur, siue hæ secundum naturam, siue præter naturam, se habeant. Ergo, cum quatuor definita genera iam sint, ex quibus vel noscendis, vel non noscendis, probe secus ue incipiendam esse medendi artem monstrabimus, liceat de cætero cuiuis, prout volet, ijs nomina imponere: veluti affectum corporum præter naturam se habẽtem, cum actionem aliquam vitiat, morbum, si placet, appellato: ipsum vero functionis vitium, insigne quoddam morbi symptoma. Quæ alia ratione accidunt, ceu colores, ea quoq; , si volet, appellato symptomata, cæterum ea distinguat a functionum vitio: &, si illa insignia, morbi symptomata vocet, hec, familiaria propria q; nominet. Quædam etiam præter hęc, si volet, nec familiaria, nec propria, sed forte quadam incidentia. Quartum vero ab ijs genus statuito, quod sit insalubrium, siue (vt ita dicam) morbificarum causarum. Atq; harum, quæ quidem in ipso animalis corpore consistunt, internas nominet: quæ extrinsecus, externas: {nisi malit (vt nunc vulgus medicorum insueuit) illas antecedentes, has primitiuas vocare.} Positis autem pro arbitrio vel hoc vel alio modo nominibus, dummodo clare, et ex vsu legentium, nec mutet postea, nec transponat eorum vsum, sed perpetuo per omnem disputationem obseruet, quo, & quæ dicat, facile intelligamus, & refutationes redargutiones q;

* προηγούμενα
* προκατάρχοντα.

A tiones q; omnes ad aliquid clarum distinctum q; referamus. Qualiter, inquis, & ad quē modum? (nam idipsum quoq; indicandū adhuc arbitror propter stupidos istos methodicos) nempe esto, dicat aliquis, phlegmonen affectum esse præter naturam: ipsam vero lęsam phlegmone laborantis particulæ functionem morbi insigne symptoma, veluti pedū quidem {lęsum} ingressum, oculorum visum, aurium auditum: ruborem autem, tensionem, & renixum, & tumorem, qui pręter naturam sit, ac phlegmonis succedat, diuersum quoddam genus siue symptomatū, siue accidentium, siue quo alio nomine appellare malit: illud modo sciat, clare'q; definiat, nō esse idem genus cum vitio actionis. Rursus sanguinis redundantiā (si forte hæc fuit) internam phlegmones causam: externam vero, & quæ hanc præcessit, ciborum abundantiam. Ergo, sicuti ipse exempla sermonis habendi clara posui, & quatuor genera distinxi, ac notio'nes eorum dixi, ita & Thessalo, * Al. causas. arbitror faciendum fuit, præsertim post tot & tantos viros, quos se vicisse prædicauit, nouam sectam condituro. Nunc vero nec ipse apertum quicquam attulit, nec sectatorum eius quisquam.

Refelluntur, quæ Olympicus, ac Thessalus de ea, quæ est inter pathos & symptoma, differentia prodiderunt. CAP. 9.

OLympicus enim, cum ausus sit definire, quid pathos sit, non eius, sed symptomatis retulit B notionem. In summa igitur, nec quid pathos sit, nec quatenus à morbo differat, intelligunt. Verū hoc nos in sequentibus docebimus, simul enim omnia dici non possunt. Verū concesso iis « idem esse morbum, ac pathos, inspiciamus ea, quæ dicit Olympicus. Pathos (inquit) est conuersio « corporis à naturali habitu in eū, qui præter naturā est, permanens. Post paulum progressus ait, « Sciēdum est differre à symptomate pathos, q pathos, vt pauloante dixi, affectus corporis est præ « ter naturam permanens: symptoma, quod huic accidit, quod q; in iis, quæ præter naturā sunt, spe « cialem, ac magis etiam particularem figurationem habet. Hæc est egregia interpretatio sapiētis Olympici, qui pathos ac symptoma finire est ausus. Quæ sane tot vitiis scatet, vt mihi in mentē veniat illud stulti ad cribrū, negantis inuenire se, quid eius obturet, aut non obturet. Quid enim primum ex ipsis dicas, aut quid omittas? quippe oīa refutare, quæ perperam sunt dicta, longū sit. Num oīs mutatio ab eo, quod secundum naturā se habet, ad id, quod præter naturā est, morbum censetis, si modo permanentia illi adsit? At vos tum coloris vitiū, tum atrophiam. i. affectum, in quo corpus non nutrit, symptomatis, nequaq̄ morbis annumeratis. Quid aūt cacochymia. i. vitiosus succus? quid cachexia. i. malus corporis habitus? quid succi defectus? quid vero ipsa redūdantia? non'ne præter naturam sunt? Si ergo permanentia his accedat, inter morbos numerabūtur. C Atqui nec ipsi id vultis, & merito sane. Etenim supra id, quod præter naturam sit affectus, adiici oportet etiam aliquā ab eo lędi actionē: nam, quoad illesæ hæ oēs seruantur, etiā si millies corpus sit alteratū mutatum q;, nullus tñ eorū affectuū adhuc morbus est. Quod enim curationē desiderat, aliud plane non est, q̄ affectus, qui vitiat actionem. Siquidem quod primū maxime q; oīum desideramus, id naturalis est actio: propter hanc, & naturalem siue affectum, siue constitutionem nominare velis. Videre nanq;, & audire, & loqui, & ingredi indigemus, non aūt oculis, auribus, lingua, aut cruribus: nā, si videre alia particula liceret, quis oculorum esset vsus? Et, si alio quouis instrumēto audire liceret, quæ auriū esset vtilitas? Pari modo & lingua, & cruribus minime profecto esset opus, si loqui atq; ingredi sine his possemus. Ac videre quidem, nostra ipsorū causa indigemus: oculis non nostra, sed ideo, vt videamus. Iam linguā, aures, crura non propterea requirimus, vt instrumentis & multis affluamus partibus, sed loquelæ gratia, & auditus, & incessus. * Al. ociosa. quippe demortua quauis particula, quæ abscindi potest, veluti digito, pede, aut summa manu nō patimur hanc ociosam gestare, ac veluti pondus alienum circunferre, illud clare hoc ipso declarantes, haudquaquam nos particulis illis, sed functionibus egere. Veluti igitur totam particulam actionis causa requirimus, eodem (arbitror) modo naturalem quoq; eius constitutionem actio- D nis gratia desideramus. Sicuti enim supra diximus, causæ vicem ad actionem constitutio præstat. Quæ vero constitutionem, vnde actio nascitur, necessario sequuntur, sanis quidē nobis accidentia, ægrotantibus symptomata nuncupant. Atq; hæc quatuor genera sunt oīum, quæ in corpore nostro habentur, seu secundum naturā nos, seu præter naturam habeamus, actiones, constitutiones, quæ has præcedunt, quę sequunt: his dehinc nomina, qui volet, imponito, singulis seorsum: &, si Dionem, aut Theonem appellare velit eorum quodlibet, mea nihil refert: illud modo intelligat seruet q; vbique, quatuor in vniuersum res esse, quæ sitæ inter se proxime sint. Et, quoniam huc sermonis veni, videor mihi hoc iuste exigere, vt sicuti nos illis permittimus, quæ velint, nomina indere, ita illi inuicem nos vsitatis & antiquis vti sinant. Alioqui sane graue atq; adeo iniurium sit, si illis solœcismum committere tyrannorum ritu licebit, nobis vel gręce, {vel latine} loqui non concedetur. Vocanto, si placet, sanitatē, ipsarum functionum constantiam: quanq̄ ostensum à nobis est affectum constitutionem q; partium, cuius ope functiones secundū naturam edimus, hygian, i. sanitatem ab omnibus Græcis appellari. Atq;, id cum statuerint sanitatem, morbū tamen censento non actionis vitium, sed qui præter naturam sit affectum. Tanquam ergo nos illos nec græce {latine've} nec dialectice nominantes, non impedimus, ita illi nobis permittant & græce {latine'ue} & dialectice non omnem, qui præter naturam sit, affectum, sed qui actioni incommodat,

incommodat, morbum nominare: qui præter naturam sit, nec tamen actionem obturbet, non E morbum, sed morbi symptoma. Rursus, sicut illi permanentiam adiiciunt, nec indicant, quot horas eiusmodi affectus moratus, morbus sit censendus, ita illi nobis concedant illud permanentiæ nomen subtrahere. Nam, si quis siue tribus horis, siue quatuor, siue horę tantũ dimidio, toto corpore vehemẽter sit arreptus sic, vt neq; sentiat, neq; moueatur, hunc nos apoplecton, siue attonitum dicimus. Æque, si quis conuulsus toto corpore sit, hunc etiam comitiali morbo laborare, nulla nec horarum, nec dierum ratione habita: quippe nomina id genus, naturæ rei, non temporis modi sunt indicia: non aliter q̃ album, & nigrum, & calidum, & frigidum: alioqui mirum meher cule sit, si aqua calida, calida non sit, nisi perpetuum diem talis perduret: aut qui sex horis febricitauit, non febricitauerit: oportuisse enim vt febricitauerit, durasse malũ: quanq̃, quod tempus id sit, quod duratione illam, iusta'ne fuerit, an secus, determinet, nemo eorũ tradidit: vtrum'ne dierum aliquis numerus sit, {an mensium,} an horarum: aut cur durabilẽ dicãt, cum licuerit diuturnum dicere: aut cur hoc quidem mutantes non nulli eorũ, difficile solubilem dicant. At certe hoc non generaliter morbi, sed longi morbi proprium est: perinde ac facile solubile, breuis. Verum existimare referre, ægre solubilem, an durabilem, an diutinum dixeris, non'ne extremæ est ruditatis? Iam illud profecto magis mirum, ꝙ ipsi veluti à graui somno experrecti, distinguere pathos à F symptomate aggrediuntur: cum auctor stupiditatis eorum in secundo de methodo, sic scribat: Eadem nanq;, cum præcedunt, pathe dicuntur: cũ succedunt, symptomata. Quãuis etiam longe mirabilius hoc ipsum sit, q̃ ea, quæ ab illis dicũtur, vtiq; iecinoris phlegmonẽ, si primo statim die irruat, pathos esse concedere: sin alteri cuipiam secundo, aut tertio die succedat, abire in symptoma: quanq̃ quid diem secundam memoro, cum melius sit horã secundam à morbi inuasione dicere? An enim in secundo die phlegmone iecinoris in symptoma migrabit, in secunda ab initio hora nõ migrabit, nec symptoma erit? cum illud saltem, quod est, alicui, quod præcessit, superuenire illi omnino competet. At, quod tam celeriter, inquiunt, superuenit, ab eo, quod vnà irruit, non distat. Rursum igitur dictũ ab illo clare oportuit, quot horis determinet, distinguat q; quod superuenit, ab eo, quod vnà inuadit. Ac Thessalus quidem eiusmodi est. Olympicus vero, ceu in arcem ipsam sapientiæ euectus, non ita pathos à symptomate discernit, sed pathos id esse, quod dictum est, symptoma vero, quod huic accidit, mirifice videlicet, ac dilucide essentiam eius interpretatus: quippe, quid ipsum symptoma, quod pathos comitatur, sit, adiicere (vt arbitror) ac definire oportuit, num corporis aliquis affectus, num læsio quæpiam actionis, num pariter vtrunque esset. At ille quidem minime id dicit, sed nobis videlicet diuinare est opus. Illud vero, quod defi- G nitioni apposuit, nempe specialem, atq; etiam magis particularem in iis, quę pręter naturam sunt, figurationem habens, quã non excellentiam claritatis habet, atq; etiam nominum græcam, perlepidam q; interpretationem? Si magis specialem quandam figurationem, in iis, quæ præter naturã sunt, symptoma habet, quid ergo est, quod magis generalem notã habet? non enim dixit, an sine collatione ad generale, magis speciale liceat inuenire. Sin ad nihil omnino referẽs, magis speciale pronunciat, oppido q̃ diligenter, clare q; interpretatur: quanq̃ & paucis, & dilucidis verbis dicere ei licebat omnia, quæ circa corpus animalis præter naturam sunt: vel morbum esse, vel causam, vel symptoma. Quibus omnibus cum illud præter naturã sit commune, morbus actioni offi cit, causa ipsum pręcedit, symptoma eum sequitur, ipsum videlicet natura duplex, alterum actionis lęsio: alterum affectio quædam morbum sequens. Verum (vt dixi) si quis omnes eorum erro res excutere velit, finem dicendi non inueniat: ipse'que mi Hiero optime scis eorum nos ne millesimam quidem ipsorum partem refutare conatos. Ergo, si illud tantum adiecero, primum hunc librum hoc loco claudam: nempe ꝙ in ipso statim methodi principio non pauci medicorum falluntur, vtiq; qui Thessali, ac Themisonis sunt æmuli, qui q; methodicos se appellant, insignibus, ac maximis erroribus: cum his vero nõ pauci eorum, qui se analogisticos, dogmaticos, ac logicos H nominãt. Siquidem, nisi quis omnes affectus, à quibus actio lęditur, inuenerit, numerum ipsum morborum, quantus, qualis q; sit, ad vnguem definire non potest. Id cum quidam eorum facere nunquam vel tentauerint, tyrannorum more, quæ ipsis videntur, citra demonstrationẽ pronunciant. Alij non modo ipsi non demonstrant, sed nec à demonstrantibus discunt. Ac plurima (vt scis) medicorum pars, qui nunc sunt in pretio, eiusmodi est: nec id fortasse mirum. Nam, vbi philosophorum plerique citra demonstrationem credendum sibi postulant, quid de medicis mirere, quibus nec vacat veritatis inquisitioni vacare? vt qui mane in salutationibus (ita enim appellãt) sint occupati, vesperi cibo distenti, ac ebrij. Verum ego veteris tibicinis exemplo, mi Hiero, vel cum musis ipsis certauero: cum alioqui turpe putem, tibicinem, qui præsertim haud magnã rem prospere moliebatur, adeo repertum fuisse laudis cupidum: me autem, qui medendi methodum ab antiquis inquisitam, non tamen hactenus exacte proditam, inuestigare, absoluere q; valeam, propter eam, quæ hac tempestate regnat, ignauiam, grauari, atq; cunctari, ac differre. Quare contra nunc affectus, q̃ ante, mihi videor. †Non enim proprium vobis, qui me ad medendi artem totam ordine perscribendam hortati estis, hoc munus dedico.} Ac primus liber hic mihi finiatur: totius, quod sequitur, operis secundus ad hunc modum deinceps incipitor.

* Al. causam.

† *Al. ex ant. cod. Vobis enĩ, qui me ad medendi artẽ totã ordine perscribendã hortati estis, quibus & dedico, gratias habeo.*

Galeni

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Quid sit Morbus, ac quæ prima ipsius genera: & quo pacto statuendæ sint Indicationes, quibus vniuersa morborum curandorum methodus, tanquam fundamentis subsistit.

Affectum, à quo immediate actio læditur, proprie dici Morbum, quando & ad ipsum remouendum vniuersa curatio dirigitur. CAP. I.

B Væ corporibus nostris à naturæ suę modo egressis, Hiero optime, accidũt, eorũ quatuor traditę differẽtiæ sunt: Vna ipsius functionis vitiatę: Altera eius, qui hãc peperit, affectus: Tertia causarũ, quę ipsum præcesserunt affectum: Quarta symptomatum, q̃ hunc necessario cõsequuntur. Quod itaque vel cũcta hęc esse morbum oporteat, vel horũ quædam, vel certe ex his vnũ, id promptum colligere cuiuis est. Cum.n. ęgrotantibus præter hęc nihil insit, vtiq; præter hæc morbus non fuerit. Quod ergo reliquum est, aut oïa hęc collecta morbus erit, aut horum quędã, aut vnum saltem oïno. Sed enim oïum esse collectionẽ, pręter id, ꝙ neminem vsquã habuit authorem, ẽt dici nõ potest. Nam quæ, quęso, morbi causa, aut quod morbi symptoma erit, si oïum pariter collectio morbus censebitur? Neutrum profecto erit. Ergo duo pręter morbos genera relinqui necessum est: alterũ causarum, quæ hos creant: alterum eorũ, quæ necessario sequũtur, non tñ homini officiunt. Verum, si hæc abstuleris, reliquũ est, vt in altero duorũ statuatur morbus, aut ipsis functionibus afflictis: aut, qui has edunt, affectibus. Fuit q; & antiqua sanè de hoc controuersia, & hodie dissident inter se oẽs, nõ modo medici, sed ẽt philosophi, alij ipsius actionis vitia, alij affectus vnde actio prodit, morbos noïantes. Et dissidere viros in rebus tam obscuris minime est mirum: non intelligere tñ C eos, ꝙ de noïe contendãt, sanè taxatione est dignum. Quippe, si inter oẽs conuenit, ad affectum, qui functioni obest, curationis consilia dirigi, quid ad artis officia conferat definiuisse, affectus'ne an lęsa functio morbus sit appelladus? Vtrouis enim modo appellantibus ęger sanitati restituet, modo quis affectui commodis pręsidijs occurrat: hic nanq; est, quem alterare mutare q;, & prorsus submouere oportet, non vitium functionis. Nemo enim ipsam claudicationẽ sanat, (id enim esset ridiculũ) sed affectum, qui hanc efficit, veluti phlegmonen, si huius vitio claudicatur: atque hanc & perfundit, & cataplasma superimponit, & scarificat, & per halitũ digerit, & omni ratione discutere tentat, vtpote cùm hac abolita, reddatur rectus incessus: nec hac submota claudicationẽ corrigere prorsus sit opus, cum nec remaneat quicquam prauę functionis, si, qui huic obfuit, prorsus sit amotus affectus: quoad vero huius quicq̃ relinquit, necessum est ad portionem eius, actionem vitiose edi. Hũc itaq; affectum, seu morbum appellasse, seu pathos, {vitium've,} seu morbi causam, seu pathus {vitij ve} causam quis velit, id nihil ad curationem nec prosit, nec obsit. Sed, neq; si Theonem aut Dionem hunc vocet quis, modo rite sanet, nec hic quidẽ ęgrotanti officiat. Quinimmo, siquis prorsus innominato eo, tamẽ quæ ex vsu ægrotantis sunt, adhibeat remedia, non solum hic nihil offendet, sed etiam bellissime curabit. Verum, qui alterum docere volet, quæ D ipse tenet, huic prorsus nominibus propter res vti est opus. In quorũ vsu claritas quasi meta spectanda erit. Nam, qui sic nominare queq; studet, vt qui discit, clarissime intelligat, is optimus prę ceptor fuerit. Quoniam igitur & nos iam docendi munus ingredimur, necesse est alicubi rebus nomina imponamus: an vero dilucide, id vos æstimetis, licet. Ergo affectus, qui actionem vitiat, Morbus appelletur: hunc siquid sequitur, Symptoma: quod illum excitat, Causa.

Qua ratione Veteres medici Nomina Morbis imposuerint, & quibus ex libris Morborum ac Symptomatum numerus & Causæ declarentur. CAP. 2.

HIs ita distinctis, inspicienda diligenter est nominum diuersitas, quæ ægritudinibus imposuerunt ipsorum primi authores. Subinde enim à lęsa particula sunt indita, vt Grecis Pleuritis, id est laterum compunctio: Peripneumonia, id est pulmonum phlegmone: Ischias, id est coxẽdicum morbus: Podagra, id est pedum vitium: Nephritis, id est renum vitium: Arthritis, id est articulorum vitium: Ophthalmia, id est oculorum phlegmone: & Cephalalgia, id est capitis dolor: & Dysenteria, id est intestinorum tormina. Subinde ab ipso symptomate, vt Eileos, id est tenuioris intestini morbus: Tinesmos, id est desidendi assidua cupiditas: Spasmos, id est cõuulsio: Palmos, id est palpitatio: & Tromos, id est tremor: Paralysis, id est neruorum resolutio: & Apepsia, id est cruditas: Dyspnœa, id est difficultas spirandi, vel inordinata spiratio: Apnœa, id est

defectus spirãdi: & Agrypnia, id est vigilia: & Paraphrosyne, id est deliriũ: & Coma, id est sopor. E Sępe ab ambobus simul, vt Cephalalgia: & Otalgia, id est auriũ dolor: & Cardialgia, id est cordis dolor: Odontalgia, id est dentium dolor: Hysteralgia, id est vteri dolor. Sepenumero à causa putata, vt Melancholia, ab omnibus Cholerę, ijs qui sunt à Cnido medicis. Hinc etiam fortassis & Leucophlegmatias hyderos, quę aquę intercutis est species, nomen accepit. Non nũquam à similitudine ad aliquid extra positũ, vt Elephas, siue Elephantiasis, Cãcer, Polypus: Staphyle, id est vua: Leuce, id est vitiligo alba: Myrmecia, id est Formica, siue sessilis verruca: Atheroma, id est tuber, cui pulticulæ simile quid inest, quã Gręci Atheran dicunt: Steatoma, quod seuo simile quid cõtinet: Staphyloma, id est oculi morbus, cum in summa tunica quiddam acino simile eminet: Meliceris: Anthrax, id est carbo: Alopecia, id est arcę in capite: Ophiasis, id est vitium serpẽtis formam repręsentans: Sycosis, id est ficus: Satyriasmi, & Priapismi, pudendi præter naturam erectiones. Ipsorum vero morborum, quæ nec locum affectum nomine repræsentent, nec causam, quæ eos effecit, perpauca sunt nomina, Phlegmone, Gangræna: Scirrhus, id est durities vix sentiens: Erysipelas: Apostema, id est abscessus: Oedema, qui tumor est laxus citra dolorem: Empyema, id est collectũ in thorace pus: Vlcus: Exarthrema, id est luxatio: Catagma, id est ossis fractura: Spasma, id est conuulsum: Rhegma, id est ruptum: Coloboma, id est mutilũ, siue curtum: F Dothien, id est furunculus: Ionthos, id est varus: Phyma, id est laxarũ partiũ phlegmone. Quanq̃ horum quoq; non nulla partim locum corporis siue particulam afflictam subindicare videntur, partim à pręgrauante symptomate nominari. Quòd si quid citra huiusmodi insinuationẽ est nominatum, at certe differentias suas multiformes habet: veluti vlcus tametsi ipso nomine, vnitatis solutionem in carnosa parte nõ indicet, atq; ita afflictam partem vnà insinuet, at particulares eius differentię varie sunt nominatę, Chironium, Telephium, Cancer, Herpes, Phagedæna, omnia q; id genus, partim ab ijs, qui primum ea sanarunt, vt Chironium: partim ab ipsis, qui ijdẽ sunt affecti, vt Telephium: Cancer autem à similitudine ad animantem: Phagedęna à symptomate, simi liter Herpes. Verum Phagedęna vlcus omnino est, id q; depascens, siue exedens, siue quomodocunq; appellasse libet: Herpes non semper vlcus est, quoties q; cum exulceratione est, non vtiq; seruata veteri sede, vicinas partes depascit, sed, sicuti nomen ipsum indicat, ritu serpentis bestię, relicto priore loco trãsit ad alterum. Cauum vero vlcus, & sordidum, & purum, & ęquale, & quod hypersarcon grece dicit, id est cuius supercrescit caro, hęc magis proprias sortita sunt appellationes, non tñ similiter oẽs, sed ęquabile à propria nimirum differentia, sicuti & cauum, & supercrescens. At cruẽtum, & purum, & sordidum, non à proprijs differẽtijs, sed ab externis symptomatis sunt appellata. G Ergo, cum tam impar noĩum impositio veteribus fuerit, multo q; ẽt magis cũ Epinyctida, & Acrochordona, id est pensilem verucam, & Nyctalopa dicant: primum, quod noctu est enatum: alterum, quod summam occupat cutem: tertiũ, quod noctu visum aufert: alia q; eiusmodi multa faciant, nam si omnia numerem, (quod ipse fugere iussi) superuacua persequi videar: Id omni modo agendum est ei, quem veritatis studium tenet, vt ab ea, quã nomina imaginationem faciunt, recedens, ad ipsam rerum substantiam se conferat, atq; hanc inspiciat: tum, quot in vniuersum sint & morbi, & symptomata, & proximę siue internę horum causę, requirat. Nos igitur id alijs cõmẽtarijs fecimus, quorum vnus de ęgritudinum numero est, inscriptus aũt est de Morborum differentia: alter de Symptomatum est differẽtia. Adeo vero in eo opere causas horũ vtriusq; seorsum explorare studuimus (dico tũ morbi, tum symptomatis cuiusq;) vt ad pręsentẽ disputationem nihil amplius desideretur, sed pręparata oĩa iam sint. Itaq; ne legenda quidẽ, quæ hic dicemus, vlli suaserim, prius, q̃ in illis sit exercitatus. Quippe, siqs illis tã numerosis theorematis neglectis huc se cõtulerit, nec ipse fructum pcipiet, &, quę recte sunt tradita, temere incusabit.

*AP. ἐκ ὀλίγα .i. non pauca.

Quid differat Morbus & Pathos, & quòd omnis Morbi dignotio ex ijs pendeat, quæ corpori secundum naturam insunt. CAP. 3. H

AC in illis quidem particulatim omnia, tum morbos, tum symptomata, tum causas inquiro. Hic duobus adhuc additis, quę necessaria erunt ijs, qui medendi artem exercebunt, tum me ad vsum inuentorum prodendum conferam. Quę nam sunt, inquies, duo illa, quæ dicere paro? Certe vnum, quid inter morbum, & quod Gręci pathos vocant, intersit, indicabit: Alterũ, q̃ sine corporis elementis, & quibus primum cõsistit, noscendis, non possint morbi inueniri, ostendet. Hęc igitur nos accuratissime tradere studebimus. Qui ea legent, oro, ne prius ad ipsam methodum medendi se conferant, q̃ & ipsi, quot in totum morbi sint, per se inquisierint: &, quę prodita à nobis sunt, curiose inspexerint. Ergo ceu hęc fecerint, incipiam, quę promisi. Tres esse in corpore affectus pręter naturam ostensum iam est, Causas, morbos, symptomata. Causas, veluti redundãtiam vel corruptelam: Morbos, vt phlegmonen, vlcus: Symptomata, vt malum colorem, & gracilitatem. Diuersa ab his sunt, quę immodice à corpore excernuntur, aut quę pręter naturã retinentur, & functionum vitia, omnia scilicet cõi nomine symptomata dicta, cęterum non vni generi subiecta. Quippe affectus quidam corporis est vitiosus color: quod excernitur aut retinetur, affectus non est, sed affectum sequit̃. Similiter actio vel lęsa, vel integra, affectus sanè non est: particulę autem, vnde editur, affectum necessario comitatur. Ac œdema quidem & phlegmone

ex ijs

A ex ijs sunt, quæ absolute esse dicuntur: Eodē modo & redundantia (si ea sit) sanguinis, & corporis pallor. Actio vero ex eorum numero non est, quę esse absolute dicuntur, aut certe non similiter, sicut iam comprehensa: siquidem nullo temporis spatio manent eius partes, sicuti profecto nec sermonis, nec etiā motus vllius, sed horum quilibet in ipso (vt sic dicam) fieri esse suum obtinet. Cum vero duplex sit motus genus, vnum in loco, aliud in qualitate, prius latio, secundum alteratio dicitur. Ac omnis quidem actio, motus est actiuus: Omnis alteratio, eius, quod alteratur, motus est passiuus: patitur nanq;, quod alteratur. Ergo affectus, dum alterātur, mouentur: cum à motu cessauerint, iam alterati sunt, non autem amplius alterantur. Quicquid enim quocunq; modo se habet, aliquo omnino affectu est præditum: quod autem in constanti ægre q; auferibili affectu est, id habitu iam quodam affectū est. Sanè alteratur is, qui nigrescit: alteratus est, qui iam obnigruit, siue (vt sic dicam) nigrefactus est. Itaq; alteratio generatio est qualitatis, aut affectus, aut quomodocūq; appellare velis. Nec, si alterationem esse depositionem, vel mutationem eius, quod prius fuit, dicas, id pugnet cum eo, quod dixi, alterationem generationem esse qualitatis: cum ambo in idem recidant, nam, & quę prior in corpore qualitas fuit, mutatur, & nunc noua gignitur. Quippe eius, qui in Sole versatur, candor mutatur, nigritia gignitur: † rursus eius, qui

B igni se calefacit, } frigus mutatur, calor fit. Quoties vero cuiuspiam, quod substantia non sit, generationem esse dicimus, non idē eo sermone significamus, sicut cum absolute generationem proferimus. Nam, quæ absolute generatio nominatur, via est in substantiam: quæ vero huius, vel illius generatio dicitur, via est in illius (vt sic loquar) entiam, siue subsistētiam. Verum hoc, veluti extra rem, sit dictum. Quod vero propositum nobis in disputatione maxime fuit fermè iam definitum est, nempe aliqua, in generatione, & mutatione, & alteratione, &, vt semel dicam, in motu, ipsam essentiam habere: aliqua in ipsius substantię constantia. Ac sanitas quidem, & morbus, & quæcunq; symptomatum causarum q; affectus vel habitus sunt, ex permanentium constantium q; numero sunt: actiones oēs alterationes q;, in quacunq; re fuerint, in ipso fieri essentiam suam possident: & corpus, secundum quodcunq; mouetur, secundū idem patitur, motus q; eius pathos, siue passio est. Sanè prisci motus oēs, etiam qui naturaliter se habēt, nisi actiui sint, pathe græce, id est passiones, nominant: sicuti etiam ipsos actiuos motus, actiones. Eo pacto & Plato sensuum alterationes, pathe, id est passiones appellat: cum iunioribus aliter (nescio quomodo) sit visum, vt videlicet de solo eo, qui pręter naturam sit, motu id nomē vsurpent. Ac à veteribus quidem pathos priuatim de omni extrinsecus motu dicebatur: nunc per abusum etiā affectus, qui ex

C passione iam prouenere, nec amplius in motu sunt, pathe, id est passiones, appellāt, † non tamen diuturniores, aut ægrius auferibiles. Sed eiusmodi nomenclaturæ à iunioribus sunt inuectæ. Diximus autem alibi diffusius de medicinalium nominum vsu: nec illud nobis ad considerationem propositum nunc est, sed tantum, quēadmodum ipsi vtemur, claritatis gratia distinguere necessarium est visum. Nam contrariū sanitati affectum, à quo lędi actionem dicimus, morbum tantum appellamus, siue diutinus hic, siue breuis sit, siue momento duret. Ex reliquis affectibus, qui pręter naturam sunt, eos, qui hunc præcedunt, causę q; rationē obtinēt, causas tm̄ dicimus, nō pathe: Qui illum sequuntur, si actionum offensę sunt, & symptomata, & pathe: eodem modo & immodicas vel inanitiones, vel retentiones. Qui vero affectus sunt, veluti vitiosus color, supra passionis & symptomatis appellationem, etiam affectus vel affectiones vocamus, ita nimirum, vt sunt. Omnium igitur horum cōmune id est, ꝙ præter naturam sunt, & causæ, & morbi, & symptomatis. Proprium aūt morbi quidem est actioni incommodare: symptomatis hunc sequi: causæ præcedere. Ergo nec is, qui morbum esse motum præter naturam dixit, intellexit, quid diceret: quēadmodum in proximo libro docuimus methodicorum non nullos definiuisse, adiecta ex superabundanti, constantia: nec is, qui mutationem esse ab eo, quod ꝭm naturam, ad id, quod præter

D naturam, voluit: quippe quæ non magis morbi, ꝗ̄ causæ & symptomatis definitio est, quando omnia ea affectus sunt præter naturam. Verum, si breuis spatij sunt, cōstat acuta esse: sin ęgre auelluntur, diuturna. Noson autem, an Nosema dicas, nihil interest: quemadmodum etiam nō interest, Pathos, an Pathema dicas. Atqui pathus, id est passionis, appellationem de morbo dixisse veteres, quemadmodum & Arrhostian, id est infirmitatem, & Asthenian, id est imbecillitatem, ostensum nobis est in ijs, quæ de medicinalibus vocabulis scripsimus. In quibus illud quoq; traditum est, nihil referre, dicere † valetudinem infirmā, an infirmitatē valetudinis: } nam & ipsos, qui ęgrotant, appellant non solum Nosuntas, id est ægre habentes, sed & Asthenuntas, id est parum valentes, & Camnontas, id est laborantes. Reliquum nunc fuerit, vt, cuius causa hęc oīa diximus, in medium adducto, ad aliquid eorū, quæ proxime tractanda sunt, deinceps transeamus. Id quid sit, rogas? Certe non aliud, ꝗ̄ quod sepius iam ante dictū est, Primum ac maxime id medicos studere, id'q; ferè proprium eorum munus esse, vt morbos adimāt: quippe simul cum hoc non modo actionis vitium statim euanescit, sed etiam reliqua omnia symptomata tolluntur. Siquidem primùm ac maxime actionis ipsius, quæ secundum naturam edatur, omnes egemus, propter illam vero & sanitatis: sed & functionis incommodum amoliri omnes cupimus, ob id vero etiam morbum ipsum. Cęterum non functionis vitio, sed morbo ipsi, id est affectui præter

† In quibusdā codi. hæc non habentur.

† Antiqui cod. quos vidi et impressi, legunt, ὀ μὴν χρονιώτερόν γε οὐδὲ δυσλυτώτερον ἡ διάθεσις τῆς ἕξεως, ὥσπερ οὐδὲ ἀῤῥωστία, i. non tamē diuturnior aut ægrius auferibilis est affectio, q̄ habitus: quēadmodum nec imbecillitas. Linac. r tn̄ meliorem lectionem videtur habuisse.

† Arrhostiā an Arrhostema.

naturam, qui actioni incommodat, applicamus remedia. Quisquis igitur ex ijs, quæ particulis na E turaliter insunt, & quæ temere accidunt, & quę actionis sunt causæ, distinguere non potest, quomodo credibile est, vt ipse affectum, ex quo primum actio lęditur, inuenire possit? Nam, quę temere corporibus accidunt, etiā si millies sint alterata, nocere profecto actioni non possunt, quandiu, à quibus fiebat, omnia naturam suam tuentur. Horum vero si vel vnumquodlibet sit alteratum, actionem quoq; ipsam statim lædi intantum est necesse, inquantum ab eo, cum secundum naturam se haberet, est adiuta.

Tribus Exemplis ostenditur Dignotionem Morbi ac curationem, ex intellectione Affectus, qui secundum naturam inest, pendere. *CAP.* 4.

AC mihi quidē res tota explicata iam est, clare q; ostensum, ijs præsertim, qui intelligere vera possunt, fieri non posse, vt omnium morborum numerū methodo quis comprehendat, nisi idem omnium causarum actionis numerum, corpore secundum naturam se habēte, norit. Nihil tamen ex iam dictis intelligere adhuc possunt, quicunq; vel rudiores sunt, & ingenio crassiore, vel methodicę sectę nugis innutriti. Denuo igitur, quod nunc generatim dictum intelligētibus est, illis quoq; speciatim exponamus, vnum aliquod atq; alterum veluti exemplum sermoni proponentes. Cur lingua sapores percipit, nec vlla pars alia? Num propter colorem, aut situm, aut F magnitudinem, aut figurā? Quippe ea affecta, nec commode sapores sentiente, aut colorē eius ad naturam suam reducemus, si videlicet huic actionem debet: aut iam dictorum quoduis, si ab illo agendi vim accipit. Quod si propter aliud ab his quippiam, constat, si illo tm̄ tenus ad naturalē habitum sit restituta, nullo etiam reliquorum fore opus. Nam esto, exempli gratia, densitas certa pororum causa sit, cur succi saporem diiudicet: nunquid horum symmetriam, quæ in sanitate visitur, tuebimur: rursus q; ametriā, id est à iusto modo recessum, quoties laborat, corrigemus? Esto (si placet) mediocris calor causa sit, cur saporem intelligat: num hic quoq; manifestum est cæteris neglectis vnam adhibendam curam, vt illud seruemus, à quo agendi facultatem accepit? Iam, si propterea, ꝙ ita in sicco humido q; attemperata sit, idcirco sentiat, quis non reliquis posthabitis huc tantum intendat, vt neq; iusto siccior sit, nec etiam humidior? Quis rursus, si hoc verum est, non facile prompte q; colligat duos esse vniuersos linguæ morbos, alterū siccum, alterum humidum? Veluti rursum, si per moderatum calorem & frigus habet, quod sentiat, quis nō hic quoq; duos esse morbos eius intelligat, caloris frigoris q; à modo recessum? Nō aliter quoq;, si propter tenuium meatuum competētiam sensum est nacta, promptum profecto hic quoq; colligere est, omnino eam ex horum contrario habitu esse vitiandam: duplexq; vitium fore, densitudinē eiusmodi meatuum, & raritudinem. Sed num etiam plura dicam, quo stupidos istos inducā, vt, si nihil aliud, illud saltem intelligant, nō posse quenquam nec inuenire, nec demonstratione asserere, morborum numerum, qui non ex ijs, quę particulis insunt, tum quę causæ actionis sint, tum quę temere accidant, norit? Num etiam alterum adhuc tertium q; exemplum adijciam? sæpe nanq; multitudine exemplorum, stupidorum animi veluti à somno excitātur. Age igitur ita homines interrogemus: Idcircone corpus calida, frigida, dura, mollia, lenia, & aspera, omnia deniq; tāgibilia sentit, ꝙ candidū colore est, aut nigrum, aut rufum, aut vno verbo, ꝙ talis coloris est? an propter horum nihil, sed aliud quippiam? Neminem enim arbitror latere, quin, si quid probe sentiēdi munere vtetur, id tantum illi tuendum custodiendum q; sit, ex quo vno probe sentiendi facultatem accepit. Nam, si ex eo ꝙ candidum fuit, id dotis obtinuit, eius nimirum tuēdi maxima erat habenda cura, sicut nigri fugiendi. Sin contra ex eo, ꝙ nigrum fuit, sentiendi vim habuit, omnes, arbitror, alios colores fugere formidare q; oportebat. Ad eundem modum, & si inde adeo sentit, ꝙ flauum, vel rufum est, fugiendi, arbitror, alij colores sunt, ceu sensum vel penitus abolētes, vel vitiantes. Præterea, si eo, ꝙ durum sit, sensu est præditum, si molle fiat, deterius sentiet: Æque vt, si eo, ꝙ dēsum sit, si ad raritudinem mutetur. Iam, si tenuium meatuum symmetriæ acceptam sen H tiendi vim refert, vbi ab hac recesserit, vitiabitur. Et generaliter, vt sentiat, id tantum ipsum adsit, oportet, vnde sensum obtinuit: atq; id tantum corrigatur, vnde sensus est læsus, cum à natura recessit. Num igitur tertio exemplo est opus? an hęc abūde satisfaciunt? Sanè prudentibus vel hæc superuacua puto, vt qui vniuersale intelligere sine exemplis possint: rudibus autem, & auersis, & contentiosis, ne si tertium quidem addam exemplum, quicquam fortasse profecero. Veruntamē, quando duo iam dicta sunt, & inaniter tempus nostrum semper terunt, non fuerit alienū, vnum etiānum ijs exemplum adijcere. Proponatur itaq; iam, quemadmodum ventriculus male concoquens nobis sit corrigendus. Verba autem faciemus, non solum contra methodicos, sed etiam contra eos rationalium, qui non cognita ipsius actionis prima causa, quam continentem etiā nominare sunt soliti, methodo quadam ac ratione constitui posse artem putant. Esto igitur, quispiā dicat (ab ijs enim, quæ obuiam promptam q; absurditatem exhibent, cœpisse præstat, quo eos, si fieri potest, ad ea, quæ confusa magis sunt intelligenda sensim perducamus,) esto, inquā, aliquis dicat hunc quempiam, qui nunc cruditate laborat, ꝙ multos deinceps dies solo lacte est altus, ventris colorem mutasse, album q; ex rubro reddidisse, idcircoque ventris sui functionem vitiasse. Fortasse iam rides, & iure profecto rides. Verū, si scias, quàm sit simile & huic de coloribus citra vllam

[margin: * σκαιότεροι. ; * σκαιοῖς.]

A vllam demonstrationem adhibitam quiduis pronunciare. et tibi de exiguorum meatuum (verbi
gratia) symmetria, aut alio quolibet affectu, non, arbitror, iure ridebis: nam aut in rete riuum ver-
tes, aut non in hunc. Nam esto impudens sit, qui causam minus probe concoquendi colori impu
tet. dicat q; q, qui ex naturali colore ventriculus ruber est, nunc vero redditus est plane albus, id-
circo cruditate laboret, est necesse. Libens sane audiam, quid tu contra hunc obijcias. Ego enim
aliam rationem non inuenio, q; vt iubeam, qui ita dicet, prius ostendat, an omnino propter colo-
rem, iustam ac naturalem actionem ventriculus edat. Tu si quam aliam habes, libẽs audiam. Sed
nec habes, nec habere aliam contradicendi rationem potes contra eum, qui colorem crudita-
tis ventriculi causam esse dicit, q̃ exigere, vt doceat, quo modo ex naturali colore consecutus sit,
vt concoqueret ventriculus. An igitur huic, qui colori cruditatis causam imputat, fides non adhi
bebitur ante, quàm doceat etiam hoc nomine agere ventriculum: tu, cum vel tenuium meatuum
symmetriæ vitio, vel alij cuipiam hanc ascribas, credi tibi postulabis prius, q̃ doceas, quo pacto ex
symmetria in illo genere agat? At non hoc aio, inquit, nec aliud quicq̃ esse concoctionis cõtinen
tem causam, sed prorsus id ignorare me fateor. Atqui, si ei, qui colori actionis causam tribuit, ne-
cesse est etiam, eidem læsionem actionis imputet: qui vero tenuium meatuum symmetriam actio
B nis causam dicit, etiam horum ipsorum à iusto modo recessum, eandem vitiare fateatur: tum, qui
temperamento quatuor qualitatũ, caloris, frigoris, humoris, et siccitatis, actionis causam assignat,
etiam eorundem ipsorum intemperiei offensam eius ascribat: vtique & tibi necesse erit eo, quod
secundum naturam est, prius præsumpto, ita, quod præter naturã est, inquirere: aut, si ipsum, quod
secundum naturam est, non nosti, nec, quod egressum à natura est, nosti. Etenim vos etiam ipsos
audio contra Empiricos dicere, fieri non posse, vt, qui id, quod secundum naturam sit, non norit,
dignoscere id, quod præter naturam sit, possit. At nosco, inquit, quod secundum naturã se habet.
Quæro, totum ne, an partẽ eius aliquam? atq; pars ipsa, quam nosti, est ne actionis ipsius causa,
an vẽtriculo inest ociose? Nam quid demum eius nosti? situm videlicet, & magnitudinẽ, & con
textum, & figuram? At nihil horũ actionis est causa. Sed nec Empiricos horum quicquã latet:
quippe qui & se partium dissectione, cum occasio hanc offert, vti fatentur, & ex illa se hæc intelli
gere, non tñ actiones vsus q; particularum. At noui, inquit, & actionem: est enim circumplexus
& attritio. At, nisi causam eius noueris, nec morbum intellexeris. Nam, si quatuor qualitatũ me-
diocris temperies, actionis sit causa, earum intemperies oĩno vitij causa erit. Tu vero reris phleg-
monen, & scirrhum, & ædema, & abscessum, alia q;, quæ oculis vsurpari possunt, solos esse ventri
C culi morbos, quamuis ne hæc ipsa quidem, veluti Empirici, solis oculis, manibus, & reliquis sen-
sibus apprehendas: sed ad ipsam essentiam eorum tentas ascendere, atq; hanc diligenter disquire-
re, videlicet non contentus ijs symptomatis, quæ sensui apparent. Quę tñ symptomata Empiri-
cis definiunt, ac circunscribunt suã syndromen: sic enim ipsi appellãdam censent symptomatum
congeriem, quę in affecto sunt loco. Sed nec curationis indicationẽ ex apparentibus symptoma-
tis accipis. Non enim, an tumor præter naturam: nec, an renitens: nec, an cũ dolore: nec, an ruber:
sed, an sit in finibus arteriarum impactio ex coincidentia, consideras: ac curationem (vt ipse fate-
ris) ad hoc referens exploras. An non ea est Erasistrati docendi ratio, vbi de febribus agit? sicuti
rursus alia Dioclis, alia Praxagoræ, alia Asclepiadis? Itaq; non à symptomatis, quæ in phlegmo-
nes apparent loco, indicatio præsidij his sumitur, sed ab ipsa substantia. Neq; enim, an tumor à na
tura egressus: neq;, an renitentia: neq;, an dolor pulsatilis: sed, an & coincidentia et impactio in fi-
nibus pulsatilium, aut obstructio in exitu venarum, aut putredo aliqua succorum, aut corpuscu- *arteriarum.
lorum ratione contẽplabilium, in laxitatibus ęque ratione speculabilibus intentio sit, æstimarit.
Quare hi omnes ab affectu phlegmone laborantis partis, non à symptomatis, quæ hanc sequun-
tur, pręsidiorum indicationem sumunt. Ad eundẽ, arbitror, modum, & siquis calidum, frigidum,
D humidum, & siccum causatur. Verum hic, etiam si ventriculus citra phlegmonen, aut vlcus, aut
abscessum, aut alia id genus, eo tantum, q; frigidior euaserit, non recte cõcoquat, tamen remedijs
non destituitur. At, qui phlegmonas, scirrhos, alia q;, quę oculis videre licet, tantum esse morbos
putant, ridicule planè cruditates, quæ sine ijs fiunt, ex imbecillitate vẽtriculi incidere dicunt, ceu
affectum aliquem priuatum seiunctum q; imbecillitatem esse velint, non autem, velut in suppu-
rantibus, aut scirrho grauatis, aut phlegmone affectis, aut alia quauis ratione laborantibus, inesse.
Quippe omnia hæc vitia, siue in ventriculo, siue in iecinore, siue in pectore, siue in alio quouis
accidant, illico partem, in qua sunt, ad propriam functionem edendam imbecilliorem reddunt.
Sed id nõ satis illis erat ad indicanda remedia: alioqui frustra inqrunt affectus, frustra q; ad ipsam
morbi essentiam subeunt, tanquam non aliter detur idonei compotes esse remedij. Non igitur,
qui imbecillitatem vitium esse dicunt, vbi nullo ex ijs, quæ ipsi morbos definiunt, affecto ven- *πάθεσι.
triculo animal cruditate laborat, ij, dum à nobis refellant, expectant: sed ipsi se ipsos redarguunt, *πάθει.
cum nõ proprium aliquod, sed commune omnium dicant, quod q; nec illis ipsis iudicibus, reme-
diorum inuentionem indicare facile possit. Quippe illud, roborare imbecillitatem, nomen nu-
dum, ac veluti meta potius est, quò curans dirigit, non curatio: nam quid faciendo ijs, qui inuali-
di ad actionem sunt, robur vindices, non dicunt. At in hoc curatio consistebat, &, nisi ventriculi

affectu inuento, vt remediorum sis compos, fieri non potest. Quippe, si refrixit, calfaciendus est: E si humentior est effectus, siccandus est: pari modo, si immodice incaluit, refrigerãdus est: si siccatus, humectandus est. Atq; hæc quatuor simplices curationis rationes sunt. Alteræ quatuor compositæ sunt. Si frigidiore ac sicciore tẽperamento redditus ventriculus est, calfaciendus simul humectandus q; est. Sin humidior & calidior iusto euasit, siccãdus ac refrigerandus est. Pari modo, si calidior ac siccior est effectus, tum refrigerandus, tum humectandus est. Sin humidior ac frigidior, q̃ pro natura est, siccandus ac calfaciendus est. † Quare octo tum ventriculi ipsius affectus sunt, quas illi imbecillitates dicunt: } tum octo medendi rationes.

† In antiquis legitur, vt Linacer vertit. Ex ĩpressis tamẽ ita verti põt. quare & octo sunt ipsius ventriculi affectus, qui sunt causæ ipsius (vt ipsi dicunt) imbecillitaus.

Aduersus eos medicos, qui Naturalis Actionis causam negarunt inquirendam, vt Methodus Dignoscendi & curandi morbi constitueretur. CAP. 5.

NEc, sicut Empiricis, sic vlli dogmatizantiũ dicere licet, sint hæc, an non sint, nihil esse opus intelligere. Funditus nanq; logicam sectam subuertent, si ignorato affectu, curationis tñ facultatem abunde sibi superesse dicant. Etenim ab vsu ipso omnes, quomodo curandum sit, intelligent, si ab ipsius rei natura indicationem non sument. Ac Empirici quidem, & q̃ inuenire posse non putent quicquam eorum, quę abstrusa sunt: & q̃ id etiam, si inuentum sit, non desiderent, quippe obseruatas à se esse curationes in apparentibus concursibus: merito nec scire se, an octo F affectus sint, quibus ventriculus imbecillus fit, aiunt, & citra eiusmodi superuacuã morositatem remedijs se abundare. Qui vero & rationem se habere profitentur, cuius ope etiam abstrusa inquirant, & ipsorum inuentionem præsidiorum præstare indicationem dicunt, hos quomodo nõ pudeat dicere, aut nõ nosse se, an octo affectus sint, aut eos ad medendum se non requirere? Neque enim id tantum dicere satis est, non nosse se, sed refellere par est eos, qui se scire affirmãt, ceu parum vera professos. Quoad vero nec ipsi id faciunt, alij q; non pauci demonstrationis fide confirmant omne corpus pro certo quatuor qualitatum temperamento opus suum edere, rationabilius est illis accedere: nisi forte, qui nuda afferunt verba, plus sibi credi postulabunt, q̃ qui cum demonstrationum fide loquuntur. Atqui illi, si non aliud, saltem suadere ac docere auditorem student, non cogere iubere q;: hi totum contra, tyrannorum ritu iubent, ne queramus actionis causam. Verum nos hoc nomine Dionysium, Phalarim, cæteros q; tyrannos odio prosequimur, q̃ iubent imperãt q;, non suadent, ac docent, sicut Solon, Draco, & Lycurgus. At, inquit, ego intra limites artis maneo: vos & ab ijs exceditis, & ad naturalis philosophiæ principia nos reducere conamini. An igitur homo lepidissime, ne hoc quidem ipsum demonstrabis, qui nam videlicet medicinæ artis sint limites: quæ q; nouisse expediat ei, qui ratione, remediorum inuentionem molie G tur: sed terrifico vultu tuo nos reddere attonitos putas? Audio quidem et te illud dicere, nõ oportere actionis inquiri causam. Audio & Empiricos dicere, nec actiones ipsas esse considerandas. Audio non minus illum, qui dicit, non tantum has esse æstimãdas, sed etiam causas, vnde nascantur, quærendas. Num igitur ex eo esse me iniquorũ iudicum numero iubes, qui prius, q̃ omnes, qui inter se dissideant, audierint, vni statim ferunt suffragium? An primum, quæ vestrum quisq; dicat, seorsum audire vis, dein conferre, atq; perpendere, quis tum sibi, tum apparentibus consentiat: quis rursus nec secum, nec cum ijs, quæ apparẽt? Atqui, si ita faciam, Empiricos audiam, etsi, quæ dicunt, stabiliter non demonstrent, saltem ea lenire conãtes. Vos ne id quidem facitis. Nam sanè libenter audierim, quis vestrum vel lenimen aliquod, vel demonstrationem aliquam afferre sit conatus, cur actionis causam inquiri nõ expediat. Quæ enim à me methodus supra est posita, inquirendam esse demonstrauit: Vos, q̃ inquirenda non sit, nec demonstrationem vllam, nec rationem vllã probabilẽ afferre conamini, sed tñ elato supercilio tetrice nos obiurgatis, abscedere à summa physiologia iubentes, nec sic quærere hoĩs naturam intelligere, vt philosophi faciunt, qui ad prima vsq; elementa ratione ascendunt. Illud quoq; vobis vel dixisse tantum satis videtur, nempe arteriam, & venam, & neruũ, principia continentia, & veluti elementa eius physiologię, H quæ de homine instituitur, ponẽda esse. In quo quidam Herophilum laudauit, q̃ ita ad verbum dixerit: Esto hæc prima esse, tametsi prima non sint. Sed, qui ad demonstrationẽ prouocat: ac hypotheses istorum, qui sic opinãtur, pugnare secum ostẽdit: hunc auersamini ac fugitis, prorsus q; non auditis, & contemnere simulatis, ibi q; rationem fastiditis, ijdem scilicet, qui contra Empiricos rationem demonstrationem q; extollitis. Nam, q̃ secum dissideãt rationes omnium, qui vel ex dimidio dogmatizant, etiam ijs, qui tenuiter in demonstrandi methodo sunt exercitati, facile perspicere licet. Cum enim phlegmone ventriculus laborat, atq; inde adeo concoquere nõ valet, quæ nam phlegmones causa sit, quærendum censent, atq; inde præsidiorum copiam coniectant spreta Empiricorum inuentione. Cum vero citra phlegmonen, aliud ue id genus vitium, solius intemperantiæ culpa cõcoquere non valet, hic rursus auxiliorum facultatem ab experientia petunt. Atqui hæc secum non conueniunt, cum Empiricorum opinio sibi constet: pręterea demõstret efficiat q;, quod volunt, ex ijs, quæ vos ipsi non inficiamini, lẽmatis. Quippe, si fieri vllo modo potest, vt ex ijs, quæ apparent, symptomatis curandi ratio coniectetur ignorato affectu, vtiq; non hic possibile in alio fuerit parum possibile, sed æque in omnibus possibile erit. Ergo ne hoc quidem loco rationem vllam afferre poteritis, quo minus, vbi affectum explorare nequitis, ex-

perientia

A perientia ipſa ſatis ſit ad remediorum inuentionem. Omnia igitur tyrãnorum ritu imperatis: vti vero demonſtratione nec ipſi vultis, (preſtat enim ita fortaſſe dicere, q̃ non poſſe vos) nec ijs, qui vti tum volunt, tum poſſunt, acceditis. Itaq; quid aliud ſunt diſceptationes veſtræ, quam lites, & contentio, & prouocatio ad conuitia, et pugnas? cuiuſmodi preceptorum veſtrorum quidã perpetuo exercuit, aut irridens, ſi quis calidi vel frigidi mentionem faceret, tanquam balneatoribus magis q̃ medicis ea nomina conuenirent. aut vehementer increpans quaſi longiſſime a medendi arte digreſſum: aut Eraſiſtrati grauem illam authoritatem obijciens. Verum hæc, vt primo auditu oblectabant, ita, cum ſecundo & tertio audiui, moleſta ſane fuerunt, ceu ſcurris, q̃ medicis, magis congrua. Si enim ſemel authoritas eorum, qui vltra non eſſe procedendum iubent, legitimus teſtis eſſe ad demonſtrationem putabitur, omnia iam mere nugæ erunt, nec finis in diſputatione vllus, niſi, qui nunc viſitur, inimicitia, pugna, conuitium. Quippe, qui à logicis demonſtrationibus digreſſi credi quippiam cenſent propterea, q̃ Herophilus, aut Eraſiſtratus ita iuſſit, hos neceſſe eſt omnis generis conuitia pugnas q; ſequi, admiranda ſcilicet diſputationum, quæ nunc habentur, pręmia. Fingamus enim, alius dicat, huic, qui cõmode non cõcoquat, ventriculum frigidam & ſiccam intemperiem contraxiſſe, proinde q̃ humectandũ ac calfaciendum eſſe: Alius,
B q̃ naturalis eius habitus mutatus ad frigidius et humidius ſit, calidum ſiccum q; victum adhibendum ſuadeat: Tertius autem quiſpiam accedens, q̃, quæ comprehenſa ſunt, non recte ſint dicta, id ne tentet quidem oſtendere, ſed tantum eos, qui dixerint, obiurget, quaſi ſuperflua ſcrutentur, & teſtes adhibeat Eraſiſtratum, vel Herophilum: non'ne (vt dixi) diſſidij hinc mutui q; conuitij initium excitabitur? Quippe illos contra neceſſe eſt Atheneum, & Mneſitheum, & Dioclem, et Pliſtonicum, & Hippocratem, & Philiſtionem, & ſexcentos alios tales opponere teſtes. Si enim teſtibus decidenda lis erit, non modico hi vincent. Nam, q̃ tum inſalubris intemperamẽti* plures ſint ſpecies, tum cuius q; earum diuerſa curatio, vbi nõ Hippocratis modo, & plurimorum aliorum medicorum, ſed etiã Platonis, Ariſtotelis, Theophraſti, Zenonis, Chryſippi, & omnium illuſtrium philoſophorum teſtimonio comprobarint, vtiq; & q̃ citra naturã corporis exacte inuentam fieri nequeat, vt vel de morborum differentia quicquam inuenias, vel auxiliorum conuenientium copię ſis compos, iiſdem ipſis tum philoſophis, tum medicis confirmabunt, his q; non tyrannorum ritu, ſicut iſti, iubentibus, ſed euidenti ratione probãtibus. Contra hęc igitur, qui calidum, & frigidum, balneatorum, non medicorum dicunt eſſe vocabula, dicterijs videlicet vtentur, & riſus mouebunt, moriones, phrygas, aut ſcholaſticos narrãtes. Quippe conſcij ſibi ſunt nõ
C modo nihil demonſtratione confirmatũ ſcire, ſed nec, quid demum demonſtratio ſit intelligere. Ergo ex his dicterijs neceſſe eſt, oriatur diſſidij initium. Vt enim primum omnium memorem, quæ nugantes ſine demonſtratione dicere non dubitant, cõſidera, quo pacto neceſſe ſit ex eo pugnam ſubſequi. Nam, vbi contra dicta eorum nuda, & demonſtrationis expertia, ac contra teſtes ipſos, quibus credendum cenſent, alij tum celebriores, tum longe plures teſtes opponunt, neceſſe eſt vel cedere, vinci q; vtroq; nomine, † & q̃ demõſtrare recuſarũt, ⁊ & q̃ numero teſtium ſint impares: vel perfricta fronte Eraſiſtratum omnibus illis teſtibus dicere maioris eſſe fidei. Siquidem hic neceſſum eſt alterum negare eſſe maioris fidei aut Hippocrate & Mneſithæo medicis, aut Ariſtotele & Platone Philoſophis: alterum eſſe maioris fidei inſtare: deinde varie vltro citro tam immodeſta contentioſa q; contradictione iactata alterum eorum impelli, vt dicat † non eſſe, alterum bene ſane, ſi tu Eraſiſtratum in ordinem redigas. ⁊ Hæc enim quotidie fieri in medicorũ diſputationibus, ò Hiero, vides. Ea vero ſemel data porta, omnia iam muliercularum verba ingeruntur: &, cum mutuis ſe maledictis aſperſerint, inutiliter amiſſo tempore diſcedunt. Atq; hanc turpitudinem, non eſt, q̃ dicat aliquis non eſſe ab ijs, qui demõſtrationem fugiunt, inceptam. Fugiunt autem multifariam, vt ſcis, alij cum grauitate tantum increpantes: alij ſcurrile aliquid com-
D mẽti: alij in riſum ſannas q; diſceptatione abrẽpta. Quòd ſi quis ſermoni ſtare, demõſtrationes q; audire audet, primum quidem omnino non intelligit: neq; enim poteſt, qui demonſtratiuæ methodi ſit imperitus, eos, qui ipſa vtuntur, intelligere. Quòd ſi aliquatenus intelligit, at, q̃ dogma ſuum, in quo eſt innutritus, propugnare omnino decreuit, contra tendere aggreſſus, dein deprehenſus, quæ nec rite eludant, nec colligant, ſed vana nugacia q; ſint, dicere, iraſcitur, & deuouet Dialecticos, ceu malorum authores, q̃ videlicet pituitam à naribus ipſorum detergẽt, ipſis q; mederi conantur adhibitis ſcilicet non melle & placentis, ſed allijs & cæpis, quę etiam pituita tentatos gallinaceos ſanare ſolent. Quippe millies affuiſti ijs, cũ à diuerſe eludentibus argumentis non aliter, q̃ ab ipſo allio & cæpis cogerentur lachrymari. Nec te profectò latet multos ſępe nobis priuatim faſſos, ſentire iam ſe ſuam ſectam, q̃ ſit abſurda, nec tñ hanc poſſe publice mutare, cum alioqui nec alia noſſent, vnde haberentur in pretio, & iam vulgo propter hęc & noti & in pretio forent. Itaq; ob hęc ipſe quoq; ſæpius diſtuli commentarios de medendi methodo ſcribere, pro cõperto plane habens pauciſſimos huius tempeſtatis ab ijs adiutum iri. Etenim, niſi magna quępiã* mirã q; mutatio humanarum rerum fiat, actum de bonis ſtudijs eſt, vtpote confuſis ac corruptis nemine veritatẽ ipſam, ſed tm̃ ſcientiæ famã quærente. Optime.n. profectò ſcis ne quinq; quidẽ vſq; inueniſſe nos, qui eſſe potius, q̃ videri docti cuperent. Atqui, niſi quis ſapientiã ipſam ꝓpter

* νοσώδους morboſi, vt ſe alias verti.

† ἐν τῷ μὴ συναινῆσαι πρὸς τὴν ἀπόδειξιν.

† Al. non tibi ſane ita bñ erit, ſi Eraſiſtratũ negligas.

* καὶ δαιμονία.

se ipsam expetat, ne tempus quidem vllum inueniet, quo se in logica methodo exerceat, immo E
*ἀσχολίαν. diuitijs,& famæ,& potentiæ ciuili inhians, in horum ambitu vitam omnem consumet.

Aduersus eos, qui Morbos à sola plerunq; Intemperie fieri negarunt: & quot sint Prima Morborum Genera, quæ in Similaribus, & Instrumentalibus partibus oriuntur. CAP. 6.

Ergo dimissis his, rursus ad propositum redeamus. Est autem ab initio propositum illud, qui omnem morborum numerum methodo non inuenerit, hunc maxime in ipsis medendi methodi foribus lapsurum: cum constet totidem esse medendi rationes, quot sint morborum ideæ. Ergo sic in enumerandis morbis egisse, vt neq; priuatis proprietatibus attentus infinitos statuat, nec in primis statim generibus subsistat, id in promptu cuiq; non est, sed ei tantum, sicut antea di *Al. inuεστιῶς. ctum est, qui in diuidēdi methodis sit exercitatissimus. Principium vero diuisionis eorum est, vt etiam alibi diximus, vt essentię ratio rei diuidendæ constituatur. Igitur illud monstratum nobis est, morbum omnino vnum ex ijs esse, quę pręter naturam sint. Hęc aūt quatuor cum sint, actio offensa: affectus, vnde actio prouenit: affectus ipsius causa: & quæ hunc subsequūtur symptomata: siue functionem ipsam vitiatam, siue, vnde hæc prouenit, affectum, morbum nominare velis, nihil id medendi methodum immutare ostēsum est, modo vnum illud intelligatur, primā ipsam curationē, quam etiam non nulli continentem appellant, affectus esse, qui actioni incommodat. F Porrò ostensum à nobis diximus, rationabilius hunc morbum appellari: non tamen vetare nos, quin, sicui id cordi sit, actionis noxam morbum nominet: affectum, q hanc creet, morbi causam. Præsumpto igitur, q morbus vocetur affectus is præter naturam, qui functioni officiat, inquisiuimus deinceps, quot in vniuersum morbi essent. Vbi clarū obiter fecimus, siquis via ordineq; processurus sit, nec (sicut vulgus medicorum facit) tyranni ritu imperaturus, huic primum inueniendum esse affectum illum, qui functionis effectrix sit causa. Hūc sanè nos eucrasian diximus esse calidi, frigidi, humidi, ac sicci. Proinde q; primū morbum in similaribus esse ex horum intemperie ostendimus. Alius quispiā corpusculorum, & meatuū symmetriam statuet, propterea q; ex indebito meatuum ipsorum modo ęgrotare animātes. Cæterum, siquis nec ipse actionis causam, in quo nam entium sit genere, audebit statuere: nec ijs, q statuunt, contradicet, ac nihilo secius tamen ratione methodo q; se procedere arbitrabitur: hunc egregie improbum esse diximus, vt qui nec tutum se ab Empiricorum accusatione facere possit, & secū planè pugnet: quippe eiusmodi homines ex dimidio logicos esse, qui, qua ratione phlegmone, scirrhus, œdema, & alia id genus fiant, multo labore disquirunt, lædi autem etiā citra hæc omnia ex sola intemperie actionem non intelligūt, sed empirice talia curant. Quisquis igitur, quantum hi aberrent, scire volet: tum quot G morbos transiliant, quanto q; plures ignorent, q norint: librum de morborum differentijs perlegat. Intelliget enim Hippocratem primum omniū recta institisse via: quæ cum à posteris absoluenda fuerat, non modo nemo eorum absoluit, sed pleriq; etiam, quæ probe fuere inuenta, corruperunt. Proxime autem, vt viam, quæ inchoata est ab eo, perficerēt absoluerent q;, Aristoteles & Theophrastus accesserunt: &, si fateri verū oportet, potestate absoluerunt, cū constituerint aliud esse in corporibus similaribus morbi genus, aliud in ijs, quę instrumentalia dicātur: Quippe à si-
ιον. milaribus functiones edi, eo q; esse cuiusq; instrumēti vnam tantum similarē: reliquas vero, quæ cum hac quoduis instrumētum perficiunt, eas vsus alicuius gratia, illius, quæ prima erat actionis causa, factas esse: sed & horum tamen rursus cuiusq; esse per se actionem, veluti in oculis. Satius enim fortassis sit, quæ in alijs diffuse ostendimus, strictim hic cōmemoremus. Ipsum visus instrumentum est crystallinus humor: reliquæ oculi partes, eius causa sunt factæ: quarum omniū vsus narrauimus in decimo operis de partium vtilitate libro. Cęterum, quanquam crystallini maxime causa omnes sunt factę, singulæ tamē earum aliquam seorsum actionem sunt nactæ: ac vena quidem, & arteria, & neruus toti animanti communem: membranulæ oculi omnes, cum sint nutrimenti participes, omnino naturalibus facultatibus sunt præditæ, ac perinde etiam functionibus, H quæ ab his proficiscuntur. Quoties igitur crystallinus humor ex intemperie laborat, omnino læditur oculorum functio: cæterum non est eorum, vt organa sunt, morbus: at, quod hypochyma vocant, nullius similarium est morbus, sed oculi totius, vt instrumenti. Ad eundem modum, si in finibus venarum, quæ in cauo iecinoris habentur, obstructio ex lentis, aut crassis succis subhæsit, digestio quidem in corpus per has morabitur, ægritudo tamen totius iecinoris, ceu instrumenti censebitur nulla similarium eius partium ægrotante: quòd si intemperies venas eius infestauerit, ipsarum quidem illarum morbus primum erit, ex accidente vero etiam iecinoris. Ac Erasistratus quidem in phlegmones substantia tradenda est lapsus, cum nec in particulis, quæ phlegmone
*arteriarum. laborant, in finibus pulsatilium impactio necessario cernatur: nec arteriæ spiritum tantum, cum in naturali habitu sunt, contineant: veluti in tractatione de his ostendimus. Si igitur phlegmone eius generis morbus sit, cuius autumat: & scirrhus eius generis, cuius ille opinatur: & reliquorū singuli, sicut ipse obscure, et multi sequaces eius clarius explicare conantur: vtiq; solidas ipsas partes liberas propemodum à morbis relinquit, nisi quatenus vlcerari, collidi, incidi q; valeant, atq; id genus aliud quidpiam pati. Laborare vero eas se totis eiusmodi morbis, quales nos octo intemperantias ostendimus, id nusquam dicit. Atqui corpora vniuersa, etiam quę difficillime afficiuntur,

tur,

A tur, veluti æs, lapis, ferrum, saltem calfieri, frigefieri, siccari, humescere q; cernuntur, vt vtique mirum sit, si tantum arteria, & vena, & neruus, nihil eiusmodi sentiēt. Atq; hoc etiam magis mirū, si patientur quidem, functionem tamē legitimam edent: Veluti (si ita fors tulit) in corde facultas quędam est, (vt ipse quoq; Erasistratus confirmat) qua laxatur, & contrahitur: hanc autem lædi profectò oportet, si viuenti animali cor sit exemptum, quemadmodum sæpe factum in sacrificiis videmus: quippe, si non læditur, perpetuo mouebitur, nec tantum ad tempus aliquod, vt nunc cernitur. Manifestum est igitur læsam esse, proinde q; mouere desinere. Illud igitur consideratu non inutile erat, cum potest saltem facultas ea lædi, etiam ante, quàm cor sit exemptum, quæ'nam sit eius læsio: quæ'nam alia, præter intemperiem: nam neq; figura eius mutata apparet, nec cauitas, nec ligamentum, nec osculum, nec alia vlla pars perdita, sed tantum naturalis temperies mutata. Ergo omnes hi similarium partium morbi omnino, vt dictū est, ab illo sunt omissi. Siquidem, vbi sanguis in finibus arteriarum impactus actionem vitiat, id arterias ipsas, quatenus instrumenta sunt, male habet: vt vero similares particulæ sunt, octo quidem secūdum nudas qualitates intemperies habent, octo q; rursus cum fluxione. Oportet igitur, quisquis horum cum certa sciētia demonstrationes cœpisse velit, à libro de elementis incipiat: post deinde reliquos singillatim (vt B dictum est) legat. Sunt vero proximi huic commentarij de temperamentis. Ab iis proximus est, qui de inæquali intemperie inscribitur: mox, qui de naturalibus facultatibus: alij q;, qui de animæ affectibus sunt proditi, id q; de vnoquoq; deinceps, & seorsum. Hos excipiūt, qui de particularum vsu sunt inscripti: quos sequuntur, qui de morborum, symptomatum q; differentiis titulū habent. Plerique vero medicorum, nec tantum experientiæ applicātes animum (cum tamen liceret ex Empiricorū institutione bonis esse medicis) & perfectioris rationis cupidi, cum aut iis, quæ citra demonstrationem sunt enunciata, credant, aut vitiosis demonstrationibus fallantur, non solum nihil excogitant boni, sed etiam, quæ per experientiam sunt cognita, corrumpunt. Siquidem ratio non leue momentum obtinet ad experiētiam vel ornandam, vel corrumpendam: sed, quantum recta ratio ornando adiicit, tantum, vel etiam amplius, vitiosa detrahit. Atque hæc me sæpe medicorum vulgo prædicantem audis, qui prius, quàm in methodis logicis se exercuerint, vel, cum demonstrare aliquid tentant, se ipsos fallunt: vel, cum diuidere quiduis in species ac differentias, hic quoque imperitorum coquorum ritu non per membra incidunt, sed conterunt, collidunt, ac dilaniant, ueluti in eo, quod nūc est propositum. Consulo igitur (vt scis) talibus omnibus, experientię animum intendant: cum non leue instet periculum iis, qui supra vires aliquid C moliuntur, ne & id non consequantur, &, quæ intelligere, aliàs possent, omnino amittant. Ergo cum iis, qui tum recto sunt ingenio, tum discere parati, ipsi rursus sermonem conferamus, illud tantum ex iis, quæ inter initia diximus, commonentes, non esse committendum, vt vtraq; simul confundantur misceantur q;, & quæ per experientiam sunt inuenta, & quæ sola ratione sunt inuestigata: sed cum vtrunq; seorsum sit tractatū, post ambo coniungantur. Ergo, cum ipsi de experimentali inuentione alibi egerimus, de logica in his commentariis differere proposuimus. At mihi videor iis præsertim, qui cōmentarios nostros de morborum symptomatum q; differentiis perlegerunt, cum quibus scilicet mihi deinceps sermo erit, iam clare ostēdisse maxime in ipsis statim foribus lapsum Thessalum esse. Lapsus enim non leui lapsu & Asclepiades erat, vbi inter initia de elementis corporis male sensit: Cæterum multo & maiore & grauiore Thessalus, quippe qui omnes in victus ratione morbos in duos, similiter illi, cōtulit affectus: multos vero medicinalium scoporum ademit, quibus ille est vsus. Pessimum autem grauissimū q; illud admisit, quòd nec ipsas actionum noxas, nec affectus, qui earū causæ sunt, morbos censet, sed solis vacuationibus, vel statis vel præcipitatis intentos esse vult, cum nec, quid sit plus iusto sisti præcipitari'ue vacuationem, clare nos doceat. Quippe vel ad vires, vel ad causam, uel ad affectum, uel ad id, quod D per sanitatem semper est obseruatum, referri iudicium oportet. Ex quo factum arbitror, ut pugna inter eius sequaces non parua sit orta, ut qui tum de reliquis omnibus inter se diffideāt, tum de eorum, quæ pathe uocant, & notione, & subsistentia. Verum, si nunc de pugna eorum historiam moueam, deflectam ad inutilia sermonem. Omnem igitur deinceps sermonem faciam, ceu cum illis agam, qui commentarios de morborum ac symptomatum differentiis, præterea de causis eorum legerint: ad hæc, qui ea omnia, quorum paulo'ante memini, reuoluerint. Atq; hinc ordiar. Quoniā actiones omnes à similaribus corporibus proficisci ostēdimus, reliquas uero omnes singulorum instrumētorum particulas usum quempiam ipsis præbere, duplex sane morborum genus erit, alterum in partibus similaribus, alterum in totis organis. In similaribus intemperantiæ: in totis organis unum in figura spectatur, aliud in particularum numero, aliud in cuiusq; quantitate obseruatur, quartum in positura. Vtrarunque uero partium, id est similarium instrumentalium q;, communis est ipsa unitatis diuisio. Ergo sex in uniuersum morborū sunt genera. Vnum ipsorum similarium proprium, nempe intemperies: quatuor, ut modo dictum est, instrumentorum cuiusq;: & cum his sextum quod tum similaribus tum instrumentalibus est commune, ipsius unitatis solutio. Horum cuiusque differentiæ ad ultimas usque species in libro de morborum differentia sunt traditæ.

* Al. secta.

Quid

Quid sit Indicatio, & quo pacto ex intellectione eorum, quæ multitudine differunt, ac specie vnum sunt, Methodus communis indicationis oriatur de affectibus passionibus que ac symptomatis amouendis. E
CAP. 7.

† τὴν γὰρ οἷον ἔμφασιν τῆς ἀκολουθίας.

HIs sic se habentibus, iã de medendi indicationibus est dicendũ, sed hoc ipso indicationis vo-
cabulo prius exposito. † Quippe ipsam sequentis siue agẽdi insinuationem, indicationẽ
dicimus. Nam inuenitur quidẽ & ab ipsa experiẽtia id, quod consequens faciendum've sit, cęterũ
nõ ita quasi in pręcedẽti aliquo designatum: proinde q; nemo Empiricorũ dicit id illo indicari:
quanq; certe hoc sequi illud dicunt, & hoc pręcedere illud, & consistere hoc cũ illo. Deniq; omnẽ
artem horum obseruationem memoriam q; esse dicunt, nempe quid cum quo, & quid à quo, &
quid post quid identidẽ sit visum. Ergo ex ipsa rei natura ordiri, atq; ab ipsa, quod sequẽs sit, citra
experientiam inuenire, id est indicatione inuenire. Definito iam hoc quoq;, ac rursus, quod ante
diximus, ad memoriam reuocato, omnem medendi methodum seiunctam ab experientia proce-
dere: nec recte facere eos, qui ambas doctrinas Empiricam Logicam q; in vnum cogunt, atq; cõ-
fundũt: quæ reliqua sunt, prosequamur. Fuerit autem omniũ, quæ reliqua sunt, ordine primũ,
quod & proposita iam proxime sequitur. Sequitur autẽ primum, ac maxime illud, quod omnis me-
dendi methodus, per indicationem fit: quippe, quicquid ab experientia seiunctum est, id totum F
indicatio nominatur. Quare, quisquis condere medendi methodum ad vnguem parat, huic à pri
mis est indicationibus auspicãdum: atq; hinc ad eas, quæ deinceps sunt, trãseundum, rursus q; ab
his ad proximas: ita q; pergenti, nõ prius desistendum, quàm ipsius compos sit finis. Porrò finis
propositæ nunc nobis tractationis est, inuenire cuiusque morbi remedia. Quod'nam igitur viæ,
quæ huc perducit, statuetur principium? Nempe morbi ipsius cognitio, qualis scilicet is natura
sit, vt prius est ostensum: quippe, si id, quod curatur, is est, ratio profectò est ab ipso quoq; indica
tiones esse incipiẽdas. Ergo primum, quę generalis communis q; morborum omnium indicatio
sit, inuestigandum est: ab hac deinde ad alias speciatim descẽdendum. Quippe necesse est omnes
morbos vnius eiusdem q; participatione morbos appellari, veluti, arbitror, & hominẽ, & bouẽ,
& canem, & reliquorũ singula. Vnum nanq; idem q; in omnibus hominibus habetur, cuius gra-
tia omnes eandem appellationẽ hominis sortimur. Pari modo canibus vnum idem q; omnibus
inest, cui cogitatione innitimur, cum canem intelligere volumus. Similiter q; in omnibus equis
vnum idem q; inest, propter quod omnes equi dicũtur. In homonymis autem hoc clarius perspi
cere licet. Nam omnibus quadrupedibus animalibus, quæ latrãt, vnum idem q; inest, vtiq; quod
& quadrupedia sunt, & latrabilia. At marinis illis rapacibus belluis, quas ipsas quoq; canes appel G
lamus, vnum rursus idem q; inest, quod terrestribus non est, ita, vt his cum illis in canum natura
nulla sit, nisi tantum nominis, conuenientia. At hominis cum homine, veluti Socratis cum Alci
biade, non nominis modo, verũ etiam eorum, quæ iis insunt, societas est: nam & animalia, & bi-
pedes, & pedestres, & rationales, & mortales sunt: deniq; nihil vlli singulariũ hominum, quà ho-
mo est, inesse deprehendas, quod non & reliquis hominibus insit. Cęterum terrestribus canibus,
ab iis, qui sunt marini, multa insunt diuersa, seu corporis spectes formam, seu animi mores. Quip
pe ille cicur est hominis q; amans, hic insidiator & ferus: ille terrestris, hic marinus: ille quadru-
pes, hic nõn: rursus, ille latrabilis, hic ad latrandum minime habilis. At non terrestrium canum
hic latrabilis est, ille non: nec rursus hic quadrupes, alter nõ quadrupes, sed omnibus ipsis vna for
ma inest, qua canes nominantur. Nec vero substantiis modo id inesse videtur, verum etiam ipsis
accidẽtibus, vel vt affectus sunt, vel vt actiones, vel vt passiones. Verbi gratia, homo inambulans
ab homine inambulãte nihil differt secundum ipsam inambulationem, sed nec vstus ab vsto, nec
cęsus à cęso, nec albus ab albo, nec niger à nigro: verum in maioris minoris q; ratione singuli ho
rum non paruam obtinent differentiam, veluti magis minus've albus: verum quatenus albus,
vnũ idem q; cum altero albo possidet, ita nimirum, vt, qua homo est, vnũ idẽ'que cum alio quoli H
bet est hoïe. Et in singulis deniq; significatorũ vnũ idem oĩbus inest. Ita igit & ipsum ægrotare,
& valere se habẽt: illud enim ægrotantibus oĩbus inest, hoc valentibus, vtiq; vnũ idem'q; vtrũq;.
Et, veluti nomine hominis vnũ, ita etiã nomine sanitatis vnum significatur. Declarat aũt et quo-
tidianus inter nos sermo, quod, in quibus homonymia non est, in his vnum est, quod significatur. Si
enim dicat quispiã vulneratum sibi esse lapide caput, nemini, qui audiat, sermo est obscurus, aut
ambiguus, sicut est, cum dicitur deuoratum esse à cane Coriscum. Siquidem à quo cane, statim ro
gabit auditor, propterea videlicet, quod duo sunt canum genera, terrestre alterum, alterũ marinum.
At non, quo lapide, aut quod caput, rogabit: cum & omnis lapidis, qua lapis est, vna species sit, et
omnis capitis, qua caput: canis vero, vt canis, sanè non vna, sicut nec linguę, qua lingua, quando
& tibiæ, & calceamenti, & animantis pars lingua est. Ac, siquem audias ministro iubentẽ, vt lin-
guam afferat, incertũ est, quam linguam dicat: sin ventrem, aut vesicam, aut iecur afferre iubeat,
non item. Ergo singulis significatis vna certa subiecta res est, non tamen cuiq; voci vna res subii-
citur: interdum enim tantummodo significatur per vocem, nec quicquam subiicitur. Verum de
his, quæ ita dicũtur, differere, præsentis propositi nõ est. Quibus autem non tantum significatur
aliquid, sed etiã res aliqua subiecta est, his quotquot significata fuerint, totidem sunt & rerũ ideæ.

* ἄπουν est in antiquis. i. sine pedibus.

Ac

A Ac vocis quidem vnum significantis vna necessario erit & rei species: numero tamen plures has esse licet, sicuti α. Eo q; septem esse vocales dicimus: elementa Græcorũ idiomate quatuor & viginti, ad communem videlicet omnium speciem, quæ vna est, referentes, nõ ad particulares, quæ chartis, lignis, membranis, & lapidibus sunt scriptæ: quarũ maximus numerus est, nec potis numerari, pene q; in infinitum extensus: nam possunt in toto temporis spatio infinita scribi tum α, tum β, tum γ: eodem modo & reliquarum literarum singulæ. Verum ea in vniuersum quatuor esse & viginti numero dicimus, non particulares intelligentes, sed tantũ species, quibus (vt arbitror) ipsa nomina indimus. Quippe nõ hoc, quod in charta scribitur, α dicit: illud, quod in ligno pingitur, nõ α dicitur: immo tũ hoc, tum illud: id q; siue describas in terra, siue in lapide: siue scalpas, siue coloribus pingas. Sed nec pueros docet quispiã multa α, & β, & γ, & reliquorum singula, immo quodq; horum vnum, simul autẽ omnia vigintiquatuor. Simili genere, si equum vnũ puero indices, aut camelum, vbi alium rursus equum, aut camelum aspexit, non rogat, quod animal id sit, sed illum equum, hunc camelum nominat, atq; illum, quem prius, cum hoc, quem nũc cernit, eundem esse dicit, quãuis fortassis alter mortuus iã sit, alter (hic videlicet quem cernit) superfit. Iam vinũ homines heri hodie q; idem bibisse se dicunt, nempe specie idem: interim tria se
B vina hodie bibisse narrant, aut etiam vnum, ad speciem vbiq; respiciẽtes: Præterea quindenas fores vno sigillo obsignatas, ad speciem scilicet in omnibus his sermonem referentes. Adeo q; est euidens, ac omnibus natura insitum tum hominibus, tum brutis, vt aliud quid ceu in substantia subiectum, aliud ceu specie vnum intelligãt, vt vel asinorum (qui tamen omnium brutorum stupidissimi videntur) aliud esse specie vnum, aliud numero, notitiam non fugiat. Conspecta nanq; camelo, asinus se retrahit, & fugit, ac timet, si nunquam antea camelum cõspexit. Sin autem videre iam assueuit, quãuis aliam aliam q; illi demonstres, tamen propter consuetudinem nõ amplius timet, sed veluti vnam speciem intuetur & illam, cui insueuit, & hanc, quæ nũc primum apparet. Ad eundem modum nec homines timet propter consuetudinem, sed hos quoq; velut vnam speciem videt. Verum, si curatorem inspexit, non solum vt hominem, sed etiam vt hunc hominem agnoscit, & micat auribus, & caudam quatit, & rudit, & lasciuit, cum eum aspexit, vtiq; indicãs se familiarem agnoscere. Hunc itaq; tum vt hominem, tum vt familiarem noscit: eum autem, quẽ primum iam videt, vt hominem similiter, vt familiarem non similiter. Quare non nos modo, verum asini quoq; iam aliud vt numero idem tum vident, tum etiam noscũt, ac meminerunt: aliud vt specie. Ac Dionem curatorem (esto enim ita vocetur) aliter vt hominẽ, aliter planè, vt curato-
C rem suum agnoscũt vernaculi asini, vtiq; communem eius cum aliis hominibus speciem, vt hominis, capientes: priuatam vero ac secretam, vt Dionis tantum. Ergo tantũ abest, vt veteres philosophos laudem, tanquam amplum aliquid magnæ q; subtilitatis inuenerint, quod idem ac diuersum, vnum ac non vnum, non solum numero, sed etiam specie, sit inaudiẽdum, vt etiam ipsis asinis hoc inesse natura dicam. Sanè adiiciunt veteres philosophi non tantum numero ac specie aliquid idem dici, verum etiam genere. Verum id iam ad rem propositam non desidero. Mihi enim vnicum illud satisfacit, quod ipsis asinis stupidiores ostendi, qui non cõcedunt aliud specie vnum, aliud numero dici: magis q; his etiam, qui vnum esse phreniticum, & vnum Empiricum dicunt, vnum tamen esse hominem non concedunt: aut qui non intelligunt specie quidẽ vnum esse hominem, numero non vnum, nec Socratem vnum esse, tum specie, tum numero: phreniticum autem specie esse vnũ, multitudine nõ vnum: cũ fieri non possit vt Dion, Socrates, Theon, & Coriscus, pariter, si ita fors tulit, phreniti laborantes, cum quatuor sint, vnus multitudine sint, sed specie vnus, multitudine non vnus. Absurdius autem multo est, quod Empirici dicunt, cum vnum esse Empiricum dicunt, deinde rogati, quomodo vnum dicant eum, qui viuit, cum eo, qui mortuus est, & eum, qui est in Græcia, cum eo, qui est in Ægypto, mirificũ responsum afferunt:
D Quatenus, inquiunt, Empiricus est, hactenus etiam vnus est. Hoc enim extremæ stupiditatis est, si adiectis illis /quatenus & hactenus/ nec quæ ipsimet loquuntur, intelligunt. Si enim hactenus Serapion & Menodotus vnus sunt, quà Empirici sunt, profectò in aliis vnus nõ erunt: quãdo, si omnifariã vnus essent, superuacue, arbitror, ac frustra addita essent illa /quatenus & hactenus/ cum promptũ esset simpliciter dicere vnum esse Serapionem & Menodotum: ita nimirum, vt, si de ipso tantum Menodoto loquens, adiectione non egeres, sed absoluto sermone diceres, Menodotus est vnus. Ergo, si vnus absoluto sermone est Menodotus, Serapion autem & Menodotus non absoluto sermone vnus, sed quatenus Empirici, omnino profectò ipsis alia quæpiam inerũt, quibus duo sunt, & nõ vnus ambo. Efficitur q; hoc illud, quod antiqui philosophi dixerũt, aliud numero & idem & vnum esse, aliud specie: Nec esse mirum, si Menodotus Serapioni in aliquo idẽ sit atq; vnus, in aliquo nõ idẽ, neq; vnus: quatenus enim Empiricus, idem: quatenus aũt hic resimus, ille naso adunco, aut candidus, aut niger, aut magnus, aut paruus, nõ idem. Nunquid igit͂ sic est vterq; eorũ homo, vt vel naso est adunco, vel resimus, an sic, vt Empiricus est? An hoc quoq; puer intelligat, ꝙ quà homo, vnus sunt: quà hic resimus, ille grypus, non vnus? Num igit͂ extremi stuporis est, aut pertinaciæ, aut, nescio, quo nomine merito appellẽ, fateri vnũ esse phreniticum, quà phreniticus, simili modo lethargicum, & pleuriticũ, hominem vero, quà homo est,

non

non vnum? Preterea Empiricum vnum dicere, qua est Empiricus: equum vero, vt equus est, nõ E vnum? Cum audire liceat Aristotelem, & Theophrastum affirmantes, specie quidem posse alterum alteri idem esse, numero vero non idem: atq; etiam ante hos illum, qui ipsos huiusmodi significatorum distinctionem docuit, audire dicentem nihil esse miri vnum esse multa, & multa vnum. Quippe adeo dilucide omnem hanc disceptationem Plato in principio Philebi absoluit, vt mihi vel ipsis stupidis videatur esse dilucidus. Asini nanque norunt tum hominem, tum camelum, tum bouem: præterea hunc hominem quendam, hunc camelum, hunc bouem. Eodem modo viam norunt, non tantum absolute vt viam, sed etiam vt hanc aliquam viam. Nam in ingressu viæ, quam nõ nouit, asinum statue, attende q; vt illam perambulet, ac totam peragat, in neutram partem declinans, nisi sicubi in diuersa scinditur, vtique declarans se speciem ipsam viæ meminisse, & clare agnoscere. Quippe inambulat eam, quæ trita est: quatenus autem ignorat, fallitur: neque enim ex recordatione eius, quę insectilis, vna q; numero est, hanc, quam non nouit, peragere potest. Manifestum vero est cum hanc viam, qua nunc primum insistit, quatenus via est, vt specie noscentem inambulare: quatenus vero numero vna est, catenus ignorare, propterea, quòd & nusquam ad non tritam diuertat: &, quà in duas scinditur, nesciat, vtra sit eundum. Quod tamen omnino non ignoraret, si secundo, aut tertio, nunc per hanc ingrederetur. Nam, quoniam alterũ F nouit, alterum non nouit, propterea videlicet, quòd communem viæ speciem cognoscit, propriã autem huius vel illius ignorat, vtique, quatenus nouit, nõ fallitur, quippe qui tritæ insistit: quatenus ignorat, fallitur subinde in triuiis, nescius, quam eligat. Duplicem ergo cognitionẽ habent & asini, communium specierum alteram, priuatarum alteram. † In summa, } siue vnam speciem appellare commune illud velis, siue genus, siue communitatem, si illius hanc, quam ipse nunc interpretor, notionem custodias, de nominibus contendes, rem tamen mutare nõ poteris. Et de nominum quidem impositione alius fortasse quispiam tecum contendet, vtiq; qui æque in rerum contemplatione, vt tu, parum est exercitatus. Cæterum nos saltem non contendemus. Illud potius te monebimus meminisse, quod Plato ait: Multa enim vnum esse, & vnum multa. Mirificũ sanè dictum. Nec facile est contendere cum eo, qui horum vtrumlibet statuat: etenim, si hoc obserues, non erit, quòd contendas, vt nunc contendis, partim ignorantia, partim adductus pertinacia. Sed, siue quis vnum esse phreniticum dicat, vnum esse consenties: siue multa, ita quoque consenties: simili modo & Empiricum, & Dogmaticum, & Methodicum: non aliter sanè & medicum vnum esse, ac multos dices, vnum quidem, quà medicum, non vnum vero particulari multitudine. Non enim de Empirico loquens, illud /quatenus/ adhibebis, de medico loquẽs id tolles. G Neq; rursus de medico loquens adiicies, de homine loquens auferes. Nec phreniticũ vnum esse dices, quà phreniticus, ægrotantem vero non vnum: siquidem hic quoq;, qua ægrotans est, vnus est. Dediscc igitur tandem nugas illas, quibus in aliis libris captiose vtens censes ostẽdi tibi ipsum hominem solum, & seorsum à particularibus hominibus: tanquam ipse ostendere possis Empiricum citra Menodotum, & Serapionem, & alios particulares Empiricos: aut etiam phreniticũ seorsum à particularibus phreniticis. Vbi igitur est error, vnde q; hęc mutatio, vt asinis adeo ipsis sint stolidiores? nempe vnde in aliis quoque infinitis falluntur. Quippe vbi à notionibus ad rerum substantias transire tentant, deinde per logicæ contemplationis imperitiam falluntur, vtiq; subuertentes cum rerum addubitatione etiam ipsas notiones. Siquidem excipit eos hic quæstio de generibus, & speciebus, quæ nõ modo homines, qui in logicis methodis non sunt exercitati, sed etiã, nisi acriter intendant, aliquos ex iis, qui sunt exercitati, potest fallere. Cęterũ non oportet propterea, q de rerũ substantia dubitant, à manifestis recedere notionibus: nec putare cõsultum aliquid inuenisse vtrosuis, vel Empiricos si vnũ dicant, non adiecto, quo significato vnũ sit: vel Methodicos, si pro genere, vel specie, vel cõmuni, communitatẽ vsurpent. Mihi enim melius visum est notione ipsa clare iam definita (nempe qua phrenitici sunt, hac esse omnes vnum: qua vero hic iuuenis, ille senex, aut gracilis, aut obesus, aut vir, aut mulier, hac multos) veteri elocutione H de cętero vti, ac cũ Aristotile, Theophrasto, & Platone loquendo periclitari, qui omnia id genus specie esse vnum dicunt, multitudine vero non vnum, non phreniticum modo, aut lethargicum, aut Empiricũ, sed etiã Dogmaticum, & Methodicũ, & hominem, & equum, & virũ, & mulierẽ, & reliquorũ singula. Quòd si ad particularia descẽderis, veluti hanc mulierẽ, quæ indicari digito potest, hanc sanè nõ possis specie quidẽ vnam dicere, multitudine vero multas. Quippe hæc mulier, quæ indicari digito potest, vna est vtroq; modo, & specie, & multitudine, quod etiam aliter numero dicere solemus. Hi vero ita non faciunt, sed alij communitates nominant, ceu vero non magis dubitari de iis, quàm generibus & speciebus possit. Alij, quatenus hoc quippiam est, vnũ esse dicunt: quatenus autẽ non vnum, nequaquam explicant. Etenim par erat hos quoq;, quemadmodum ostendunt, quòd Menodotus, & Serapio, & Theodas, & Glaucias, & Apollonius, & Callicles, & Diodorus, & Heraclides, & Lycus, vnus omnes sunt, quà Empirici: ita rursus, quemadmodum non vnus omnes, sed multi sunt, exponere. Siquidem in his exponendis alicubi planè deprehendissent idem tum vnum, tum multa, non modo esse, sed etiam dici posse. Menodotus nanque & Serapio, quà Empirici sunt, vnus sunt, immo vero & quà medici, & quà homines.

† λοιπὸν

A mines. Quid vero qua animalia? Nam id quæri ab his operæpreciu m est. Num hactenus quoque Menodotus & Serapio vnus sunt? Nam, si id negent, nec nos concedemus, quatenus Empirici sunt, eatenus duos homines esse vnum. Sin concedant hac quoq; duos esse vnum, nempe quatenus ambo sunt animalia, protinus illud subijciemus: Recte igitur ab antiquis philosophis dictū est aliud numero, aliud specie, aliud genere esse, quod tum idem, tum vnum est. Dehinc rursus interrogabimus: Phreniticus Menodotus, phreniticus Serapio, idem ne est, an diuersus? Si respondent eatenus †vnum phreniticum esse, vnum q; & eundē ambos, } qua phrenitici, rursus percontabimur: Quid autem, qua ęgrotantes? num hac quoq; ambo vnus sunt? Si negent, neq; nos illis concedemus, qua phrenitici. Sin annuent, vtique rem aliquam ponemus, cuius vna sit species, de qua omnes homines morbi nomen enunciant. Non enim phrenitis res aliqua fuerit, cui vna sit idea, atq; eatenus omnes, qui ea sunt affecti, vnum efficiens: morbus autem similiter vnum non faciet eos, quos occupauerit. At nulla est, inquit, ita distincta species, aut animalis, aut morbi, sicut hominis, & phrenitidis. Quid ais improbe? An nihil tibi significare videtur hæ voces, animal, & morbus, sed similiter efferri, vt blityri, & scindapsus? An significāt quidem, verum nulla res substat, quæ vocibus respondeat, veluti in Scylla, & Centaurus? an etiam significant, atque id, quod B significatur, vnum est? Quippe, si nulla sit res, quę his vocibus animal & morbus indicetur, non recte dicis hominē esse animal, aut phrenitim morbum. Sin est res aliqua, & vere dicis, tum hūc, qui aduenit, animal esse: tum hunc, qui decumbit, ęgrotare: est vtiq; omnino aliquid eorum, quæ ipsis insunt, de quo vocem vtranq; enuncias. Verum ad hæc intelligenda, parum es exercitatus, tametsi ea ex primis sint, quæ in logicis institutionibus tradantur. Cæterum quid hoc ad ipsam veritatem? Non enim profectò ex iis, quæ tu non intelligis, iudicanda veritas est, sed ex iis, quæ quispiam intelligit, qui & natura prudens sit, & ea didicerit, ac exercuerit, nec idem contentiosus sit, sed veritatem amet: quorum nullum in te est, quanquam medius fidius haud scio, an ista, natura prudentem desiderent. Quis enim nescit non idem significare Socratem, ac resimum, sed Socratem totius esse subiectæ substantiæ nomen, reliquorum autem nominum nullum de tota corporis substantia dici, non simum, non ventrosum, non caluum, sed horum aliud figuræ nasi esse nomen, aliud defectus capillorum in capite, aliud magnitudinis esse ventris? Atq; hæc sunt, quæ respectu partium dicuntur. At, si candidū aut nigrum Socratem dicam, de omnibus, arbitror, corporis partibus nomina pronunciē, cæterum non totam substantiam, sed vnum ex iis, quæ illi accidunt, indicem, nempe colorem. Quin etiam, si obesum dicā aut gracilem, durum aut mollem, hir C tum aut glabrum, aut cætera id genus, quæ Socrati accidunt, ne sic quidem de omni eius substantia appellationes affero: sed vnum aliquid eorum, quæ ipsi accidunt, ostēdo. Ad eundem modum & sedere ipsum, & inambulare & moueri, & dormire & vigilare, & singula id genus nomina de nulla profectò substantia dicimus: sed aliquid eorum, quæ Socrati insunt, his significamus: quæ nimirum in superioribus vel actiones esse, vel passiones, vel affectus quosdam diximus.

Satius ergo fuerit, nunc quoque sub hac te formula exerceam, quemadmodum etiam in superioribus ostendimus, non à nominibus, sed à rebus orsum. Incipe vero à te ipso primum, æstima q; simplex'ne res sis, an composita: vtrum'ne pes sis, an nasus, an oculus, an caput. Constat enim nullum te horum esse, sed nec sine his: verum & ex his & ex reliquis partibus vniuersis, quarum singulæ debitam habeant posituram, totus es compositus. Esto igitur nomen Themiso. At, cum Themisona claudum esse aio, eò, quòd dico claudum, pedum affectum significo: Themiso vero totius est nomen. Quin etiam simus cæcus'que à parte dicitur Themiso: rufus vero & crassus non à parte, sed ab affectibus, qui toti insunt, non aliter, quàm inambulans, sedens, disputans, & viuens. Num igitur intelligis non esse hæc totius substantiæ tuæ signa, sed alia à parte quapiam esse nominata, alia ab vno affectu? Cum vero bonum te iustum ue quispiam dicit, num etiā pro D spicis hæc esse affectuum nomina, qui in animo tuo consistunt? Atqui, si noris, quòd hæc ad portionem se habent cum albo & nigro (quippe sicuti ista corporis, ita illa animi affectionū sunt nomina) intelliges, arbitror, & artificem & inertem, {vel siquod nomē artifici est contrarium,} ab animi affectibus esse imposita. Iam, si artifex vnde nomen accepit, scias, scies, arbitror, medicus quoque vnde sit appellatus. At, hunc si, vnde dictus sit, cognoris, non est, quod magnopere labores, vt inuenias, cui demū inditum sit nomē Empirici. Sane ipsum, quod à vobis exigo, nec adeo difficile, nec magnum est. Quippe ipsa prædicamenta diuidere logicæ speculationis est initium: cuius esse vos omnino expertes facile declarant ea, quę temere nugamini. Vel nunc igitur resipiscentes, posthac incipite, quæ corpori accidūt, nominare, veluti quòd hic albus est & niger, aut certe vehementer calidus adeo, vt ægre ferre calorem possit. Deinde calorem ipsum, qui adeo auctus sit, vt occasione eius corpus laboret, nec probè perfungi actione possit, permittite volēti appellare febrem: siquidem omnes homines eum, qui ita sit calidus, febricitare dicūt. Nec sanè rem magnam facietis nomen mutantes, nisi quòd tempus vestrum perdetis. Illud potius vir bone facito: Cum Themisonem febricitare dices, & Dionem febricitare, & multos deinceps ad eum modum febricitantes nominabis, perpende diligēter, nunquid in iis omnibus vnum idem q; sit ipsum (vt sic dicam) febricitare, an diuersum: inuenies enim vnum esse idem q; specie: multitudine autem

† Al. vnum & eūdem ambos esse.

A. 4. f. 1. t. 1. c. 311. b

ne aũt,quod ẽt numero dicimus,non vnũ. Cum aliter tibi, nec vt reſpõdeas,fas ſit,nec intelligas. E
Ergo,q febricitat,is,quà febricitat,vnus planè eſt:qñ,& qui delirat,quatenus delirat, ẽt eſt vnus. Quid vero & qui ſimul febricitat & delirat? nunquid & is vnus eſt,qua ſimul & febricitat & delirat? Sanè id neminem latere arbitror.Ponatur igitur ambobus iis vnum nomen,febricitãti,dico, ac delirãti: vocetur q́ʒ phreneticus,qui ita laborat. Quòd ſi nõ intelligis, quemadmodum ambobus vnũ nomen ſit poſitum,admonebo te fortaſſe nominum, quæ ipſe vſurpas. Quippe equum aliquid appellas,nempe animal (vt ita dicam) hinnibile, ſiue quod ad hinnitũ ſit habile: an igit̃ intereſſe cenſes,equum dicas,an animal, quod ad hinniendum ſit habile? Ego ſanè non cenſeo. Atqui,ſi id ita eſt,ambobus illis nominibus,& animali,& hinnibili,quò vtiqʒ breuior eẽt ſermo, equum indidiſti. Ad hunc etiam modum, ſi, quod pedeſtre & bipes animal ſit, pro tribus nominibus vno interpretari velis,hominẽ vocabis. Et ſanè ſolutio cuiuſqʒ nominis in ſuã oratiõnem,* ad eum modum abſoluitur. Quin etiam,vt conijcias componas q́ʒ oratiõnem in vnum nomen, non aliter,quàm iam dicto fit modo: cum videlicet & ſimplicium cuiuſqʒ notionẽ ſecũdum ipſius nomen tenes,& ſimul ex duobus ſimplicibus rurſus alteram notionem efficere compoſitam potes: mox illi nomen imponere: ſubinde rurſus ipſi cõpoſitæ alio ſimplici adiecto,vbi ex tribus iam ſimplicibus vnam notionem feceris, huic quoqʒ nomen aliquod imponere. Quomodo,inquies, & qua ratione id? ſiquidem non grauabor exercendo eos, qui reſipiſcere à diuturna iſta ignorãtia non recuſant,longius progredi. Calor,ſimplicis rei nomen eſt. Præterea actionis læſio, ſimplex quædam res eſt. At tantus calor, quantus iam actioni officiat, non etiam ſimplex res eſt. Quòd ſi etiã totum vexet corpus,multo profectò minus iam ſimplex eſt. Ergo,quò minus multis vtantur homines,ad compendium alioqui natura procliues, eiuſmodi calorem febrẽ vocant. Quippe expeditius dictu eſt febricitare Dionem,q̃ tantũ in toto corpore caloris habere, vt multas functiones corrumpat. Ergo,cũ affectum ipſum ſignificare volunt, febrim: cum vero eũ, qui affectu laborat,ab affectu ipſo nomen declinant,vocant q́ʒ febricitantem, ad eum modum, quo à candore cãdidum, & à nigrore nigrum.Itaqʒ cõpoſitæ rei nomen febris eſt,atqʒ hoc etiam magis febricitans.Simplex autem eſt delirium: verum,ſi ſimplex hoc cum cõpoſito copules, homo ipſe phreniticus,affectus phrenitis nominatur: Queãdmodũ & homo ipſe,ne animal rationale mortale dicamus,breuitatis cauſa homo eſt nominatus, ipſo hominis vocabulo orãtionis vim quandam comprehendente. Atqʒ id eſt,quod veteres philoſophi oratiõnem nominis dicere appellãt. Ceterũ non ducunt in infinitũ, ſed vſqʒ ad ſimplicia ſubeunt. Nam, cum hominem in animal & rationale & mortale ſolueris, poſtea ipſum animal ſolues in ſubſtantiam ſenſilem: at non ipſam G ſubſtantiam amplius ſoluere poteris, nec etiam ſenſile: quippe ſimplex primum'que eſt horum vtrunqʒ.Quo fit,vt mihi mirari ſubeat de iis, qui phreniticum & hominem eſſe concedunt: morbum vero & animal eſſe non concedunt: quippe quod perinde eſt, ac ſi cõpoſita eſſe des, de ſimplicibus dubites, quaſi non priora cõpoſitis natura ſimplicia ſint. At non vidi(inquit) ipſum per ſe animal.Sed nec hominẽ inſulſe vidiſti,& tamen te ipſum ais hominem eſſe. An illud fateberis, animal autem eſſe te non fateberis? Nuſquam (inquit) vidi per ſe morbum. Sed nec phrenitim vnquam ſolam vidiſti,ſed in Theone,aut Dione, aut alio quopiã homine. Quare hoc planè puerile eſt,eo,quòd nuſquam morbum ipſum per ſe ſolum videris, idcirco putare morbum nõ eſſe: quippe ita nec febrim, nec phrenitim, nec aliud quippiã id genus eſſe dabis, vt quorum nullum vſquam ipſum per ſe ſolum videris.Sanè expediebat potius non ita,ſed,vt dictum ſupra eſt,à rebus ipſis cœpiſſe,cogitatione q́ʒ ipſa ſpectaſſe,quot eſſent in totum ſimplicia: mox proprio nomine cuiqʒ impoſito,ex ipſis iam compoſita nectere. Ergo ſubiecto corpori vnum hoc primũ inſit, quòd ſentit. Num,cui id ineſt,animal nõ appellabis? Non,inquies. Atqui de nomine hoc pacto heſitabis.Sed nec ſenſile corpus eſſe cõcedes? Iam ita de rebus ipſis falsò opinaberis.At,ſi & corpus aliquid ſenſile eſſe,& nomen hoc animal de eiuſmodi corpore dici concedes, audebis poſtea H dicere animal nihil eſſe? Ergo nec album aliquid erit,nec inambulans, nec currẽs: quippe ab iis, quæ ipſi accidunt,dicitur corpus album,inambulans,& currens: ipſorum vero accidentium hoc albedo,illud inambulatio,tertium curſus dicitur.Eodem modo ſenſus,vnum quid eſt ex iis,quæ corporibus accidunt: ſentiẽs vero ipſum eſt corpus: hoc vero etiam animal nominatur.Quis igitur,vbi ſentiẽs corpus aſpexit,omiſſo hoc nomine,animal,aliud quærat, quod de eo dicat? Num corpus duntaxat intelligitur,tanquã Centaurus, an res quoqʒ aliqua huic appellationi eſt ſubiecta? Patet proculdubio eſſe ſubiectã aliquam. Age quid ſenſus? intelligitur'ne tantũ, an aliquid eſt eorum,quæ corpori inſunt? Mihi vero etiam id clarum eſſe videtur, nempe ſenſum vnũ eſſe ex iis,quæ corpori inſunt.Atqui,ſi neqʒ corpus tantummodo intelligitur, ſed etiam ſubſiſtit: nec etiam ſenſus,immo is quoqʒ ſubſiſtit: qui fiet,vt ambo coniuncta compoſitum efficiant nõ ens? Nam id iam perridiculum ſit,corpus quidem eſſe ac ſenſum, nihil tamen eſſe ſentiens corpus: ſicut illud magis ridiculum,ſentiens quidẽ corpus eſſe,animal autem nihil eſſe, ceu aliud quiddam animal ſit,& non hoc: aut quicquam interſit, oratiõne, an nomine indicare aliquid velis.Æque abſurdum ſit & morbum negare aliquid eſſe. Quippe, ſi affectus nihil ſit, morbus quoque nihil erit: ſin affectus aliquid eſſe detur, vtiqʒ & morbus aliquid fuerit. Quicunque enim affectus functioni

* λόγον

A ctioni officit,is est morbus. At non potes (inquiunt) ostēdere mihi,ipsum per se morbū. Immo nec phrenitim vir bone,nec febrim: quę tamen & ipsa esse fateris,sicuti multa alia. Nam microlo giam nominum,quam philosophi quidam scite sunt commenti, sed quæ omnem in vita loquen di consuetudinem subuertit sic,vt ne ipsi quidem in suis ipsorum operibus ea vti possint,imprę sentiarum omitto,vt qui & alibi de ipsis diffusius egerim: & in opere de elementis, quęcūq; sunt necessaria dixerim. Intelligo autem micrologiā,qua diuidunt in genera,græca illa τὸ ὄν, τὸ ὑπάρχον, & τὸ ὑφεςὸς, {latine ens,& subsistēs, siue subsistās dixeris,} quippe,quę translatitie nobis tū hic,tum in sequentibus,{latine} ponentur. Vt autem omnes in omnibus refutem, fieri omnino non potest. Sed enim,quod nō modo propria morbi notio sit, sed etiam res aliqua subiecta. quę hanc appellationē sit sortita,satisfaciant ad præsens, quæ hactenus sunt dicta: clarius autē idem ipsum in progressu sermonis intelligetur, vbi de primis indicationibus absoluta disputatio erit. Quæcunq; vero nunc dicta de morbo sunt,ea mihi & de symptomate & passione esse dicta censeo: præterea sanitate,& paritate,& robore,& potentia,omnibusq; aliis,quorum nomina & notiones de rebus quibusdam subiectis sunt dicta. Omnia nanq; hæc corporibus insunt, partim vt affectus,partim vt actiones,partim vt passiones: præterea quædā ceu naturaliter insint, quædam B ceu præter naturam. Indicatio quoque ex singulis eorum seorsum præbetur, à plurimis tamen medicorum prætermissa.

* ἀδιαιρέτως. i. nullo discrimine.

* ἀρτιότητος

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI

Docet, qua via, ac ratione Vlcera curanda sint, quæcunque maligna non sunt.

Prima fundamenta methodi, qua Vnitatis solutio curanda est. CAP. I.

A. 4. f. 1. t. 1. c. 7. 18. d

C SI igitur Hiero,indicatio,quæ ab ipsa rei natura primū oritur, quod agendū sit,inuenit,necesse est remediorū inueniendorū initium ex morborū ipsorum natura sumi: siquidē absurdum sit aliud esse,quod curandi rationē pręscribat,aliud,quod curet: etenim indicare de se quidque magis potest, quā de alio. Hoc autē clarius fiet in sequentibus. Verum , quō omnibus in confesso est primas indicationes ex affectibus esse sumendas, certe laborandū pluribus frustra nō est,vt hinc esse incipiendū doceā. Illud potius monstrare tentemus,neq; totū hoc esse,nec prorsus magnā aliquam partē,veluti Methodici putant,sed minimā,& tantū initiū. Igitur iidem ipsi aiunt calculum,qui in vesica sit,propterea,quod toto genere præter naturā sit,ablationē sui indicare. Ad eundē modū verrucas,& myrmecias,& atheromata,& steatomata,& meliceridas,& alia id genus. At intestinū, quod iā in scrotum decidit,omnia q;,quæ luxata sunt,quod videlicet loco ipso præter naturā se habent, reponēda se in suum locū docent. Atqui tantū abest,vt horum quippiam artificij cuiusquā sit,vt etiam priuatorū cuiq; patere possit: quippe qui membrum,quod luxatū sentiunt,reduci in artus iubent: pręterea verrucam tolli,& vlcus ad cicatricem duci,& aluum fluentē sisti. Verum, quibus hæc rationibus fiant,id sanè nesciunt: atq; id est,quod adiici à medico debet. Itaq; indicatio, quæ à morbis sumitur,principiū tantū est,& (vt sic dicam)carcer,vnde medendi ratio promouet,nulla prorsus D ipsius medicinæ artis adhuc portio,aut certe nec magna nec propria, sed quæ etiam plebi sit communis. Ergo,cui facultas est illa inueniēdi,ex quibus perfici possit,quod à prima indicatione suggeritur,is merito morborum est curator. Qui si per experientiam inuenit, obseruator & empiricus est nominandus: sin ratione quadam & methodo,logicus,& methodicus,& dogmaticus. Ergo plebeius quidem (altius enim idem repetendum est) medicum adit, reponi sibi membrum iubens: aut os,quod forte fractum est, formari atq; componi: aut melicerida sibi tolli: verum , quo pacto horum quodq; peragatur , id sanè inuenire medicæ artis est munus. Ac Empirici quidem per experientiā inueniri omnia contendunt: Nos partim experientia , partim ratione , cum neq; illa inuenire omnia queat, neque sola ratio. Veruntamen confusam mistamq́ue tradendam esse doctrinam non censemus,sed seorsum empiricam, & seorsum logicam, quò facile appareat, quā habeat vtraq; vim. Nunc vero de ea, quæ ratione paritur, inuentione dicere statuimus. Num igitur est nobis methodus aliqua,qua vsis inuenire prædictorum singula liceat? dico,quod superuacaneum genere sit,adimere: &,quod motū loco sit, id proprio loco reddere: &,quod vnitatis solutum sit, vnire: an empiricen ad hæc requiremus? Ego sanè methodum esse aliquam,qua quęsita inueniantur, planè mihi persuasi: eiusq; principium esse id,quod singuli morbi faciendum dictāt. Vnitatis nanq; solutio vnitionem postulat. Ea in osse fractura dicitur,græce Catagma: in carnosa parte

* ἀκροχορδόνας. i. verrucas pensiles.

sa parte vlcus: sicuti etiam vulnus, & ruptio, quod Rhegma: & conuulsio, quod Spasma dicitur: E
Vulnus quidem solutio quædam ex vulnerando in carnosa parte relicta: Ruptio, & conuulsio citra vulnerationem facta. Prior enim carnosæ partis diuisio est, posterior neruosæ. His omnibus vnitio molienda indicatur. Quæ an præstari vbiq; possit, an in multis non possit, hoc vtiq; internoscere primum iam artificis est. Quippe nemo plebeius nouit nec neruosam transuersi septi partem, nec intestina tenuia non posse, quem indicāt, finem recipere. Sed & de preputio, & de tenui buccarum parte, quod similiter se habet, idem ignorat. Præterea an caries in osse, quæ Teredon grece dicitur, sanari queat, sicut erosio in carne, compertum nō habet. Iam, an coalescere fractura possit, veluti vulnus, præterea an callo agglutinari possit, non intelligit. Pari modo in capitis fracturis vulgus omnino non nouit, sit'ne expectanda calli generatio, an aliter curandū. Porrò multo adhuc magis ignorat, an corde vulnerato, aut pulmone, aut ventriculo, aut iecinore, fiducia sanationis sit. Nec in summa quicquam vltra primam indicationem vulgaris quisquā nouit. Itaq; hoc ipsum primum artis est opus, vt intelligas, sperare'ne † id, quò tendis } debeas, an secus. Eius rei duplex cognitio est, nec potest addi tertia, Altera per experiētiā, cui longo vsu est opus: Altera per ipsius rei naturam: siquidem hæc tum cuiusq; particulæ substantiam æstimabit, tum actionem, tum vsum, situm q;. A quibus procedens, non solum, quod sanari non potest, preuidebit, sed etiam de inueniendis ei remediis deliberabit, quod recipere sanitatem potest. F

* σκοπὸν, & vbicunq; dictionē hanc ast'risco notatā videris, scopos græce legitur.
† τὸ τέλος.

De inuentione Remediorum, quæ Cauum Vlcus carne implent. CAP. 2.

CONstat autem, quòd à simplicissimis incipiet. Porrò nihil est simplicius vlcere, quod in summa carnosa parte fit. Huius ergo, si quidem vlcus tantum sit, curationis scopus vnitio est. Sin etiam cum cauitate sit, duplex eius propositus est finis, sicuti etiam duplex est affectus, nempe vlcus, quod est vnitatis solutio: & cauitas, quæ ex amissa aliqua animalis propria substantia est contracta. In quo genere sæpe fieri non potest, vt alterius propositorum finium sis compos: veluti si non modo caro ipsa, sed etiam subditum illi os perierit: quippe impleri ad vnguem cauitas eiusmodi non potest, cicatrice induci certe potest: sed hæc vlceris sanatio est, cauitas autem insanabilis remanebit. Hoc igitur ipsum aut per experientiam, aut rationis ope, dignosci omnino oportebit. At Thessalus nec his vtitur, nec tertium quicquam adiicit: & tamen nugari non erubescit. Sed id mittamus. Illud potius doceat imitator Thessali medicus, quo pacto cauum in carnosa parte vlcus nullo ex iis, quæ subsunt, leso sanabimus. Sarcotico (inquit) medicamento, id est quod carne impleat, imposito. Bene sanè, magna facilitas: fortasse autem stupiditas potius erat dicendum, si, cum sarcoticum dixit, satisfecisse se quæstioni putat: quippe, si sarcoticum iā scimus, G
quid amplius requirimus? Dic nobis, quod illud sarcoticum sit, quo es vsurus? Thus, reor, inquies, aut irim, aut aristolochiam, aut erui farinam, aut panacem: nam de siccis medicamentis principio mentionem faciam. Age igitur, hæc medicamenta quo pacto inuenisti? Experientia, inquis. Quid igitur est, quod per te amplius est adiectum? Siquidem, quod cauum implendum sit, id quidem vel priuatus nouit: at, ex quibus id, & per quæ medicamenta fiat, experientia docuit. Thessalus vero nec vt empiricus, nec vt logicus, medicamentum illud nouit: vt empiricus, quia videlicet non vult: vt logicus, quia non potest: nam ego eum vt empiricum id scire planè noui. Cum enim duo sint omnis inuentionis instrumenta, nempe experiētia & ratio, qui, quod inuentum est, nouit, sed tamen rationem eius dicere {in promptu} non habet, is prodit se per experientiam id inuenisse. Vt igitur, quantum erret, intelligat, aurium nobis operam paulisper accommodet. Volo enim paucis cum solius experientiæ professore agere. Etenim hunc quoque dicere par est, quo pacto siccum hoc, quod carnem producat, medicamentum inuenerit: quod vtique Cephalicon nominant. Porrò componitur id ex iride, & aristolochia, & eruo, & thure, & manna, {id est purgamento thuris.} Est autem & aliud, quod præter iam dicta corticem panacis recipit: sicuti etiam aliud, cui elota cadmia admiscetur. Dicat itaq; mihi, hęc quomodo sint inuenta. Et quid (inquit) attinet de inuentione eorum quærere, ac non rectè potius inuentis vti? H
Atque hæc quidē initio statim respondent: a† post vero interim ex somnijs inuenta esse potuisse talia dicūt: } interim forte quapiā aliud fuisse in aliud effusum: mox aliquem vti misto ausum, cæterum audaciæ eius spem non dicunt. Hęc igitur manifestæ sunt nugæ. Tertius his inueniendi modus planè est b rationalis. Siquidem simplicium illorum priuatim quispiam vnumquodq; vt sarcoticum expertus, mox carnem aliquando non facere cernens, ratione deprehendit non omni naturæ eorum quodq; competere. Si enim, cui aristolochia vlcus carne non impleuit, huic thus contulit: cui autem thus non profuit, huic iris admota, fuit vtilis: rationabile erat (arbitror) non omnes ab omnibus similiter affici. Hoc vbi semel in c ratiocinationem venit, optimū factu est visum quàm plurima eiusdem speciei in idē miscere, quo nulli corporis naturæ deesset, quod conueniat. d† Atqui amice in commistis speciebus non seruatur actio suæ cuiusq; substantiæ, sic, vt in vnaquaque corporis specie adsit, quod morbo curando conueniat. } Nam, si aut corporis naturam inuenire possent, aut adhibiti medicamenti vim, non esset fortasse iis tali varietate opus, vt quibus vnum illud medicamentum, quod vni corpori conueniret, inuenire in promptu semper esset. Nunc, cū ignorant vtrunq;, e† parū rectè } omnia miscent: vnum scilicet, quod omnibus

A † Addēdum ex codicib⁹ grę cis impressis & manuscriptis. in cōgressu vero (id est κατὰ σύμβασιν, sic enim ipsi hoc verbo vocāt, interim quidē ex insomniis &c.
B* ἐπιλογιστικός.
C ἐπιλογισμόν.
D † In aliquibus antiqs hæc nō leguntur.
E † οὐ καλῶς i. nō male, ē in antiq. qbusdā.

A nibus naturis quadret, moliri medicamentum studentes. Hanc ego componendorum medicamentorum rationem primis illis medicis excogitatã arbitror, atq; vt antiquũ inuentum recipio. Ceterum tñ eam à vera medicinali methodo abesse reor, quanto certe rationabilior est trã fusis in se mutuo cribris. Quippe nisi illud primum cogitet, solius se compositionis, quę ex similibus specie medicamentis conflatur, non eius, quæ ex contrarijs initur, methodũ dixisse: mox in eius miscellæ multitudine vnum fortasse esse medicamentum, quod laboranti sit vtile, fortasse vero nec vnum: contra septem octo'ue, quę ex vsu nõ sint, ita vt pluribus numeris obsit eiusmodi medicamentum, q̃ prosit: hæc, inquã, nisi reputet, plus eum ignorare de re ipsa, q̃ nouisse dixerim. Oleum nanq; cauo *ulneri infusum, aduersissimum omnium medicamentum est, cum si ita mederi velis, vsu ipso intelliges sordidum ac male olens vlcus fieri. Quòd si tempus quoq; anni calidius sit, ac vitio mali succi homo laboret, aut fluxionibus obnoxius natura sit, aut etiam in victus ratione delinquat, timor est, ne illi pars ea computrescat, in qua vlcus est factum. Timor vero est, & si cera, siue sola, siue in oleo soluta vtare. Atq; hæc quidem putrescere vlcus facient. At, si æruginem ad læuorem tunsam insperges, ea quidem nullo modo putrefaciet: dolorem tñ ac mordicationem inferet non paruam: præterea exedet, ac phlegmonen excitabit: quòd si largius vtere,

li.4.f.4.t.3. 7.473.d B conuulsionem quoq; accerset. Quoniam "igitur neq; oleum, neq; ærugo, neq; cera cauum vlcus implere carne potest, constat, ꝙ ex iis, qui experientiam profitentur, nemo vsquam ea miscebit. At ego sanè hæc miscebo, immo debita mensura non hæc modo, verum etiam alia mille pharmaca ex iis, quę cauo vlceri sunt inimica. Quippe si non iisdem facultatibus lædunt, sed quodã modo contrariis, imparia quidem immodica'q; profectò fuerint, vt ad cauum vlcus implendum. Verũ, quemadmodum ex duobus temperamentis immodicis vnum efficiatur modicum, id in medicamentorum componendorum rationibus docuimus. Non est igitur difficile ex oleo, cera, & ærugine medicamẽtum, quod carnem producat, conficere. Si enim noris eiusmodi vlcus mediocriter siccandum esse, nõ siccare autem nec ceram nec oleum, vtiq; intelliges nec alterum seorsum, nec ambo simul cauum vlcus implere posse: immo vero nec æruginem solam, vt quæ immodice siccet. Ergo, si omnia miscueris, modice siccum efficere medicamentũ poteris. Quis vero cuiusq; esse *modus debeat, id mihi in libris, qui de medicamẽtorum compositione sunt inscripti, iam traditum est: nunc quoq;, si res postulet, indicabitur in sermonis progressu. Nam primum omniũ abigendus mihi à sequentibus libris amethodus iste Thessalus est, sed indicato prius illi, quantũ à recto aberret. Nam prudenti, vel quæ nunc dicta sunt, satis ostenderint, qualis esse debeat me-

C dendi methodus. Verum non est cum talibus sermo. Itaq; etiam necesse est, cum istis adhuc disputemus, hinc sumpto initio. Omnis, quæ præter naturam est, cauitas impleri postulat: quare & quæ in carnosa etiam accidit parte. Ipsa vero impletio, inueniendorum remediorum finis, quò tenditur, est. Vt vero, quę impleãt, inuenias, & multa ratione opus est, & multiplici particulatim indicatione, & methodo rationali exacta. Etenim sæpe vidisti difficilia sanatu vlcera curare nequiuisse nec eos, qui experientiam profitẽtur, istos inquam, qui remediis scatent: nec etiam eos, qui *rationem sibi vindicãt, omnes. Quippe Thessalij isti, quos Methodicos nominant, sunt autẽ re, vera à methodo alieni, tanquã asini ad lyram, ne ad audiendam quidem eiusmodi speculationem sunt idonei, nedum, quod rectum est, *ratiõne inueniant. Vidisti autem subinde in eiusmodi vlceribus Empiricos quidem aliàs se ad aliud medicamentum transferre, cum nulla profectò ratio transitum ipsum monstraret: verũ, quoniã multa sunt experti, quæ cauum vlcus impleant, ipsam vero, vt iidem vocãt, idiosyncrasian, id est, corporum proprietatem, in qua singula eorum pollere sunt visa, nec dignoscere nec meminisse possunt, ideo nunc quoq;, ad quod transferant, non intelligentes, sed sperantes in multis particularibus experiendis, obiter, quod conueniat, omnino inuentum iri, aliàs ad aliud transiliunt, fortunæ potius, quàm *rationi eius, quod conducat,

D inuẽtione permissa. Similes his sunt, tametsi id nolunt, & qui ex Dogmaticis ad naturalia corporum principia subire ratione non valuerunt. Quippe hi (vt ante ostẽdimus) ex dimidio Dogmatici sunt †. De istis vero amethodis Thessaliis, quid etiam loquare? Soli igitur ij, qui vera methodo curant, tum singulis id genus vlceribus idonea medicamenta & victum aptum inueniũt, tum liquidissime rebus ipsis ostendunt, quantopere conducat, quantum'que ad medendum lumen prestet ipsa de natura tractatio. Etenim prætermitti negligi q; aliquãdo, quod vtile sit, iis, qui ab alio pharmaco ad aliud assidue transeunt, non semel tibi ostendi, vno aliquo ex medicamentis, quibus illi fuerant vsi, eiusmodi vlceribus sanatis. Spreta vero eiusmodi medicamenti facultas ab iis merito est, quòd uidelicet & propter intempestiuum usum nõ solum non prodesse, sed etiã obesse est uisum, & quòd in primo usu nihil aliquando, quod esset euidens, effecit. Vidisti porrò non minus oculorum nos grauissimos dolores sanare aut balneo, aut uini potione, aut fomentis,

l.3.f.3.t.1. 3.224.c aut sanguinis missione, aut purgatione, quibus nihil aliud adhibet medicorum "uulgus, q̃ medicamenta hæc, quæ ex opio & mandragora & hyoscyamo fiunt, maximam planè oculorum perniciem: utpote quæ nulla re alia sublati ad præsens doloris speciem præstant, quàm ꝙ ipsum sensum *enecant. Multos q; nosti ab eiusmodi medicamentorum usu, cum liberalius fuissent admota, nunquam postea naturalem statum recepisse, sed ex his principio quidem obscure atque ægre

Septima Classis. cccccccc uidisse,

* Al. [illegible] inuenisse.

* vlceri.

* μέτρον.

* ἀναλογισμόν.

* λογισμῷ.

* λογισμῷ.

† Impressi codices græci hæc addunt: qui ne prima quidem elementa potuerũt assequi. quę tñ in antiquis nõ habẽtur, & superflua eẽ videtur.

* Al. [illegible] id est obstupefaciunt.

vidisse, tempore vero suffusione, quam hypochysin vocant: vel pupillę nimia dilatatione, quam E mydriasin appellant: vel tabe: vel corrugatione, quam rhetidosin vocant, occupatos. Nosti profecto non minus & illud, cum ab ephebis usq; mecum sis versatus, nec sub ullo me usquam præceptore vidisse eiusmodi opus, sed id per me ratione excogitasse, & quod longo tẽpore aphorismum

6 Aph.31. Ex. ord.49.c. illum, "Dolores oculorum meri potio, vel balneum, vel fomentum, vel vena incisa, vel purgatio " tollit, considerauerim: quam'q; ex reliqua Hippocratis diligentia sperarim ne in hoc quidem vel " falsum quippiam, vel quod fieri non possit, præcipi: id'q; fuisse, quod me ad inquisitionem incitauit, quoad ipsa Hippocratis insistens via inueni, quo pacto discernerem, quando, quomodo'q; dictorum quoq; sit utendum. Qua ratione multis, qui talia viderũt, manifestum feci, quanta medicinalis methodi vis sit: quanti'q; mali occasio fuerint, qui non seruata veteri medicina, nouas sectas condiderint. Itaq; & vos præterea me, quanquam à principio recusantem, orando tamen impulistis, ut omne hoc opus tractãdum susciperem: quod, Deos precor, aliis quoq; hominibus alicui

† τῶν καλῶν. sit usui. Certe minimã spem habeo propter eum, qui nunc regnat, †bonarũ artium} contemptũ, diuitiarum vero, existimationis, & ciuilis potẽtiæ admirationem: ad quæ quisquis se conuertit, is nulla in re veritatẽ inuenire poterit. Verum hæc, prout Deo placebit, ita fientur. At nos medendi methodum, quæ veteribus quidem exculta est, nunc vero neglecta iacet, pro virili restitue F mus, repetita nimirum, quam de cauo ulcere inchoauimus, disputatione. Ac de prima quidẽ inuentione eorum, quæ eiusmodi ulcus carne impleant, satisfaciant, quæ paulo ante diximus: concedamus'q;, si libet, Empiricis, quæ dicunt omnia. At de inuentorum usu & sæpe tibi in ipsis rebus ostendi, & nunc nihilo minus ratione demonstrare conabor, quemadmodum Empirici, ubi solenne cuiq; medicamentum nihil profecit, apte ad aliud, certa'q; ratione transire nesciant. Atq; id iure accidit: siquidem, cum causam improsperi successus prioris medicamẽti ignorẽt, nec, quo eam in secundo declinent, habent. Quippe, cum causam ignorent, cur munere suo medicina fungatur, nec, cur fallat, intelligere valent. Hoc vero ignorato, neque ad aliud transire rationabiliter possunt, quando nec in illo vitare eandem causam possunt.

Qua Methodo Vlcus Cauum curari debeat. CAP. 3.

AGedum igitur ipsi iam Hippocraticam veram'q; caui ulceris sanandi methodũ tradamus. Porrò hanc ab ipsa rei substantia ordiri oportet. Itaq;, quoniam in cauo ulcere id nobis proponitur, ut caro, quæ periit, restituatur, scire licet generandæ carnis materiam, sanguinem bonũ esse: opificem (ut ita dicam) authorem'q;, naturã. Verum non satis est naturã simpliciter dixisse, nisi etiam, quorum natura, sit adiectum, & ubi. Constat autẽ, quod subiectorum corporum, quibus G superinduci caro debet, natura ipsa gignẽdę carnis opifex est. Porrò cuiusq; corporis natura monstrata est ex calidi, frigidi, humidi, ac sicci temperatura consistere. Quare manifestum est iustum horum temperamentum in subiectis particulis, quibus restituturi deficientem carnem sumus, opificis habere rationem. Ac primum quidem in omni cauo ulcere duo illa consideranda nobis sunt, Et quod subiectum est, iusta'ne temperie sit, id est an secundum naturam se habeat: quippe monstratum est sanitatem in similaribus corporibus, ipsarum quatuor qualitatum esse iustam temperiem: Et præterea sanguis, qui affluit, bonus'ne, ac mediocris sit. Si igitur horum alterutrum uitiosum sit, multi sanè affectus præter naturam existunt. Nobis tamen una cauitas in carnosa parte proponitur. Fingamus igitur & sanam esse partem, & sanguinis confluxum citra ullum uel in qualitate uel quantitate uitium. Porrò his ita se habentibus, nihil est præterea, quod obstet, quò minus prima carnis generatio prospere contingat, id'q; nullius externi medicamenti ope. Quippe causis ambabus, unde nascit', præsentibus, nullo'q; extrinsecus, quod impediat, obstante, non potest prohiberi carnis generatio. Verum in ipsa primæ carnis generatione duplex

* λογισμοῖς. prouenire excrementũ necesse est, ueluti etiam in commẽntarijs de natura docuimus, quod omnem qualitatis alimenti mutationem alterum crassius, alterum tenuius, excrementum sequitur. His H excrementis etiam per uniuersum corpus semper prouenientibus, quod tenuius est, ipsa inuisibilis est perspiratio. Quæ "etiam subinde fit uisibilis, quoties uel naturalis calor languet: uel nutrimento utitur, quàm iustũ sit, ampliore: uel motus quispiam uehementior animali contingit. Alterũ est sordes, quæ in summo corpore nostro colligitur. Quin etiam in ulceribus tenuius excrementum sanies, (græce ichor) appellatur: quod crassum est, sordes. Ac ex tenui quidem excremento ulcus humidum redditur, ex crasso sordidum: eo'q; duplicibus medicamẽtis eget, utiq;, ut humidum est, siccantibus: ut sordidum, quæ ipsum expurgent. Ergo, cum nullo unquam tempore natura cesset, certe nec tempus ullum erit, in quo non ambo hæc in cauo ulcere colligentur. Quare nec tempus ullum erit, in quo non utrunq; medicamentorum genus desiderabit, utique & quod siccet, & quod expurget. Ac, cuiusmodi quidem genere esse medicamentũ debeat, inuentum iam est. Verum non est id satis. Siquidem specie aliqua inuenta est opus, quæ sit ulceri admouenda. Hæc igitur quomodo & qua methodo inuenietur? Nempe ea, quæ in libris de simplicium medicamentorum uiribus est tradita. Ostendimus nanque in iis quædam medicamenta siccare, quædam humectare, quædam refrigerare, quædam calfacere: non nulla per coniugationem uel calfacere & siccare, uel frigefacere & humectare, uel calfacere & humectare, uel refrigerare & siccare:

A.lib.4.f.1. c.1.471.2

A care: esse q; in singulis eorum maioris minoris q; rationem multitudine sanè infinitam, cæterum ad vsum medicinalem limitibus, qui facile comprehendantur, circunscriptam, primo quodam in his, & secūdo, & tertio, & quarto statuto ordine gradu'ue. Cuius igitur ordinis erit medicamentum, quod carni producendæ sit aptum: quod q; modice tum siccare debere, tum detergere proposuimus? Certe primi ordinis. Quippe, quod super hunc fuerit ita, vt non modo humoris, qui influit, redundantiam consumat, sed etiam affluentem sanguinem ipsum populetur, id renci carnem, ceu materiam eius absumens, prohibebit. Porrò talia esse ostensum est thus & hordeaceam, & fabaceam, & erui farinam, & irim, & aristolochiam, & cadmiā, & panacem, & pompholygē. Omnia vero hæc tum maioris minoris q; discrimine inter se dissidere, tum alia eorum simplices qualitates vincentes habere, alia cōpositas, monstratum est. Siquidem aristolochia & panax tum cæteris plus siccant, tum natura magis calent. Hordeacea fabarum q; farina multo his minus siccant, nec vllum calorem obtinent. Thus vero moderate calet, minus tamen illis siccat, adeo, vt quasdam corporum naturas omnino non siccet. Erui farina, & iris, horum atque aristolochiæ & panacis medium locum tenent. Verum, quod sermo noster vtiliter attigit, denuo repetamus. Quippe thus in humida corporis natura carnem producere potest, in sicca nō potest. Scire nanq;

A. 4. f. 4. t. 1. c. 464. b

* δυνάμεις. i. facultates.

B licet duas esse primarum indicationum differentias, quod secundum naturam se habet, custodiā sui indicante, & propterea, quæ similia sui sint, postulante: quod prĕter naturam est, sublationem sui, eo' q; contraria, requirente. Perit enim quidq; in contrariū, & à contrario. Atq; vlcus quidem quò est humidius, eo sanè medicamēto, quod magis siccet, indiget. Corporis vero natura quanto est humidior, tanto quod minus siccet, medicamētum postulat. Quare, si qua sunt vlcera, quibus par est humiditas, quod in sicciore corporis temperamento consistit, vtiq; magis siccari postulat: quod in humidiore, hoc sanè minus, quò natura naturæ interest: siquidem productam carnem ei, quæ ante erat, similem esse oportet. Vbi igitur pristina siccior fuit, nouellam quoq; sicciorem fieri conueniet: quare vberius hæc siccari, quanto' q; magis sicca fuerit, tanto, quod admouetur medicamentum, magis siccam facultatem habere debebit. At in humidiore natura tanto rursum iis, quæ minus siccent, medicamentis est opus, quanto caro ipsa minus est sicca. Thus igitur, vt ad humani corporis naturam, eiusmodi obtinet temperamentum, quod cum temperatis & mediis naturis consentit, humidiores autē paulo liberalius siccat: sicuti rursum iis, quæ ad summum sunt siccę, paulo est humidius. Merito itaq; thus in quibusdam tum vlceribus, tum naturis pus quidē mouet, carnem non producit: in quibusdam etiam carnem producit. Itaq; si obseruaueris, ratio-

A. 4. f. 4. t. 5. c. 472. d

C ni respondere euenta deprehendes. In humidiore nanq; natura producere carnē potest, in sicciore nō potest. Præterea in modice humidis vlceribus carnem efficere potest: in iis, quæ præhumida sunt, prorsus non potest. Vides' ne igitur clarissime, qui recta methodo curare vlcus velit, quot huic theorematis sit opus? Nam, postquam inuētum est humorem omnino huic vitio inesse, vtiq; siccans parandum medicamētum indicauit. At, quoniam ipsorum siccantium quædā magis siccant, quædam minus, partim ex vlcerum diuersitate, partim ex ægri natura, quod expedit, est desumptum. Itaq; nō modo de corporis natura meditatus sit, oportet, quisquis commode sanare vlcus debet, verum etiam diligenter speculationem omnem de medicamentis didicisse, tum sicci humidi' q; corporum temperamenti notas callere. Contemplare igitur, quanta sit Methodicorum istorum pronunciandi temeritas, qui vnum id sibi ad cauum vlcus sanandum satisfacere putant, si sciant, ꝙ carne est implendum. Non enim in hoc curandi ratio consistit, immo in eo inueniēdo, quod carne sit impleturum. At, quod implebit, iam (inquit) experientia est inuentum. Dic proinde, & quod sanabit, inuentum experientia esse: nec frustra gloriare, nec methodū extolle. Quanquam apud ipsos quoq; Empiricos experientia, quæ sine certa limitatione sit, damnatur. Scribunt nanq; in commentariis de medicamentis ad hunc modum: Emplastrum ad eos,

D qui molli sunt corpore, & pueros, & mulieres. Norunt' q; thus in naturis eiusmodi carnem in cauis vlceribus (modo aliud nullū symptoma sit) producere, eadē' q; implere: vtrum tñ eiusmodi corpora humida sint, atq; idcirco modice siccantia desiderent, an alia euentus causa sit, sanè non norunt. Rursus enim ad senilia corpora aliud scriptum medicamentum inuenies, aliud q; ad ea vlcera, quæ ægre ad cicatricem veniunt, oras' q; prætumidas habent, quæ ochthode Græci vocāt: multas' q; alias discretiones in omnibus suis medendi commētariis scribunt, quibus, quoad licet, ad curandæ naturæ proprietatem appositum pharmacum inueniunt. Quippe discretiones in quaq; arte proprium à communi secernere conantur: quantò' q; plura quis discreuerit limitauerit' q;, eò propius ad proprietatem accedit. Ipsum vero ad vnguem proprium nec scribi omnino potest, nec dici. Eo' q; tum Empirici ij, qui in arte fuere diligētissimi, tum Dogmatici ferè omnes, fatentur nullam scribi posse curationem ad vnguem exactam. Sed id, quod ad coniecturam de laborantis natura desideratur, alij ex proprio cuiusq; medentium vsu, alij ex artificiose ratiocinando, adiiciendum esse affirmant. Nemo tamen eorum adeo fuit præceps, vt omni vlceri cauo vnam se habere medicinam, quæ carnem restituerit, profiteretur. Non enim apud vllum inuenies eiusmodi pharmacum, quod omne vlcus cauum sanet, immo pro modo humoris sordis' q; atq; ipso laborantis tēperamento immutādum medicamentum esse. Missa ergo hic Methodico-

rum impudētia, age videamus, quid Empirici dicant, qui ex proprio cuiusq; vsu exercitatione q; E adiiciendum aliquid censent ad propria laboranti inuenienda remedia. Siquidem (vt sæpe diximus) nulla est in arte medica nec res nec medela, quæ specie dicibilis non sit: sed, quod nec dici, nec scribi, nec omnino præcipi potest, id quantitas in quoq; est. Nam in vlceribus humor & sordes dici possunt, quantitas in neutro dici potest: quanq̃ hic quoq; accedere propius ad indicandam eam studemus, exiguam copiosam q; sordē dicentes, preterea tenuem & crassam, & prorsus multam & admodum paucam, & mediocrem & competentem, aliter q; ad hunc modum varie nominātes, quò videlicet, quàm proxime licet, ad quantitatem indicādam accedamus. Diligenter igitur attēdas nunc, velim, vt intelligas, quantum præstet methodo quiduis, q̃ sola experientia, facere. Esto nanq; notum sit hoc vel illud pharmacum ad cauum vlcus implendum facultatē habere in iis, qui, vt nos loquimur, humidiore sunt temperamēto: vt autem obseruator & Empiricus, iis, qui molli sunt carne, ac mulieribus & pueris: deinde nunc tali admotū nihil prosit. Nos igitur, cuius causa nihil profuit, inuestigabimus, atq; hanc in duo ęstimāda reducemus. Nam aut parcius siccauit medicamentū, aut nimium: horū que notas habebimus sordem, et saniem. Nam, si plusculum sordis sit, totū que vlcus humidius, intra modum siccauit: sin purū, & absq; humore cernitur, vltra. Statim igitur mensurā quoq; excessus defectus que ex ipso notarū mōdo intelligemus: tanto que pharmacū, quod deinceps applicabitur, vel siccius, vel non tale admouebimus. F Empiricus autem, si admotum cuipiam medicamentum carnem non restituit, id quidem videt, cęterum ignarus, parcius ne, an nimium siccando id euenerit, transire ad alterum non potest. Ad eundē plane modum & Erasistratus Herophilus que ex dimidio (vt dictū est) Dogmatici, male vlcus sanabunt: quippe qui ea tantum vitia curare ratione tentant, quæ instrumentaliū partium sunt propria: vlcus vero (vt iam dictū est) cōmune similariū instrumentalium que est: ideo q; id, quatenus in similaribus prouenit, eatenus empirice curabunt. Quin etiam, si ea curare tentent, quorum substantia omnino periit, aut etiam manca curta que est, in his quoq; necesse est, à logice curando multifariam aberrent. Si enim, quod periit, substantia quæpiam similaris sit, necesse est eum, qui regignendæ huic consulet, totius esse naturæ peritum. Ac de his quidem post dicetur. Illud interim clarissime ostēsum arbitror, nō esse cuiusq; probe vlcus curare, primam que omniū indicationem, quæ vel plebeis patet, minimam esse curationis partem. Nam & calorem, frigus, humiditatem, ac siccitatem, actiuas qualitates esse, demonstratione accepisse necesse est: & deinde, quæ nobis tum de temperamentis seorsum dicato volumine sunt scripta, tum quæ huc pertinent in aliis voluminibus, omnia nouisse. Atq; hactenus quidem de vlcere cauo sermo est habitus, ipsam tantum cauitatem curantibus nobis: siquidem, quæ vlceris propria curatio sit, non dū traditum est. Perficitur autem ea quoque iuxta eandem methodum: quippe quæ tum à laborātis partis temperamento, tum à medicamētorum facultate, accipitur. Porrò ambo hæc à tractatione de elementis pendent. Etenim, nisi illud in methodo concessum sit, quatuor qualitates geniture & corruptelę causas esse, nec methodū inchoasse, nec prouexisse, nec absoluisse fas est. At vero, vt illas agentes mutuo patientes q; ostendas, id ad speculationem de elementis pertinet. Quod igitur in præcedentibus ostendimus, id nunc præsenti sermone confirmatur, Nempe nihil posse me dicum de vlla similarium partium agitare sine naturāli, quam vocant, speculatione. Verum illic de similaribus duntaxat id est ostensum: hīc iam sermo noster quodam modo insinuat ne in ipsis quidem instrumentalibus cuiquam integram inuenire curationem licere, qui illam nō attigerit. Porrò idem in toto opere etiam euidentius monstrabitur. G

A.li.4. f.4.1 c.3.47.2.g

* ποσοῦ.

De Ratione curandi Simplex Vlcus, & planum. CAP. 4.

VErum ad ipsam vlceris, quod solum consistit, curationē transire nunc tempestiuū videtur. Fuerit autem solum, si nec affectus vllus simul adsit nec symptoma. Esto igitur, quæ exulcerata est particula, nec fluxione vexata, nec malo succo vitiosa, nec omnino extra naturalem temperiem: sed nec vlla ei cauitas adsit, nec vlla cutis amissio. Nam id quoque bona pars medicorum præterit, nō intelligēs post, q̃ cauum vlcus carne iam impletū ac planum effectum, nihilo minus tamen hiat, duplicem adhuc particulæ affectum superesse, alterum substantiæ cutis amissionem, alterum continui solutionem. Ergo, quoties vnum id habetur, nempe continui solutio, siue ea summæ est cuticulæ, (quam epidermida vocant) siue cutis totius, siue etiam pariter subiectæ carnis, vitiū quod vlcus dicitur, ita existit, postulat que tantū agglutinari. Quippe, si cōmissæ simul sint cutis oræ, nihil erit in medio cutis generis diuersi, quemadmodum in eo, quod iam repletum est, planū que redditū: in hoc enim oræ vlceris se nō contingunt, sed totius vlceratæ partis cutis periit: quam vtiq; restituere oportet. At in eo, quod acuto aliquo est diuisum, vna agglutinatio requiritur, non etiam cutis generatio. Quoties ergo vlceris simplicis propositum sit inuenire curationem, præsumendum in sermone est diuisam esse carnosam particulam citra vllius portionis amissionem. Nam latum, quod cicatrice induci postulat, omnino cuticulam, quam epidermida græce vocauimus, desiderat. Hanc igitur tum gignere, tum sibi vnire oportet: duo q; tibi hoc loco existunt, ad quæ, sicuti in cauo vlcere, consilium diriges, propterea, q affectus ipse geminus in ambobus est. Quo igitur (ipsorum inquiet forte aliquis) planum vlcus à cauo discernitur, si & H

geminus

A geminus vtrobiq; est affectus, & geminus curanti propositus finis? nempe multitudine amissarum partium. Quippe in cauo vlcere non ipsa modo periit cuticula, verumetiam reliqua cutis natura vniuersa, & subiectæ carnis portio aliquando non exigua: in repleto vlcere caro non deest, exterius tamen cooperimentum desideratur. Ac, quæ eius generis vlcerum curatio sit, post dicemus. Nunc eius, quod vlcus tantum sit, nec alium vllum affectum adiunctum habet, quænam debita curatio sit, præcipiamus. Ergo, quoniam hic sola diuisio proponitur, diuisorum oras vnà

li.4. f.4.t.1. t.46 j.d

coniunctas esse oportet. An nō id solum, verū etiam coniunctas manere? Porrò bifariam simul manent, quæ commissa sunt, cum alia per se, alia ope aliorum maneant: per se quidem, quæcunq; secum concrescunt ac coalescunt: aliorum ope, & quæ colligantur, & quæ glutino aliquo tenentur. Ac, quæ cōcrescant, omnino mollia naturaliter sint, oportet: talis sanè est tum caro ipsa, tum quæcunque ex carne cōsistunt. Quæcunque vero dura sicca q; sunt, eorum diuisæ partes coire simul nequeunt, sed glutinum aliquod vinculum'ue, quo commissa maneāt, requirunt. Et talium quidem corporum sanatio in sequentibus præcipietur. Nunc de iis, quæ vniri possunt, inceptum sermonem peragamus, hic quoque ipsam coitionis coalescētię q; causam inuestigātes. Est vero, sicuti in cauis vlceribus vt caro producatur, ita in simplici vlcere vt oræ ipsæ secum coalescant, na

B tura certe causa adeo, vt, si, quæ dissident, in idem ad amussim componas, citra omnem reliquam extrinsecus molitionē coalescant. Oritur q; tibi iam alius attendendus finis, nempe orarum adductio: à quo orsus, quibus id efficias, inuestigabis. Quippe aut vinculo ex duobus initiis circundato, aut sutura, aut fibulis (quas gręce ancteras vocāt) impositis, aut horum quibusdam, aut oibus, quæ diducta sunt, in idem adduces. Expedit autem, quod circumiicitur, neq; molle nimium sit, & algæ ritu fragile (bryōdes græce vocant,) quò videlicet tutò cōtineat: neq; rursus ita durū, vt prę-mendo offendat. Tum vero ipsa circumductio nec ita laxa sit, vt nihil efficiat: nec ita vehemēs, vt

ibidē.c.3.g

premendo dolorē excitet. Hæc si feceris, fuerit q; vlcus solum citra vitiosum succum, aut fluxionem, aut intemperiem, aut phlegmonē, aut aliud quodlibet vitium, proculdubio coibit. At, si vel præ eius magnitudine fieri nequeat, vt disiunctæ ipsæ partes exacte ad imum vsq; sibi cōiungantur, videlicet nec sutura, nec fibulis, nec deligatura pertingere ad eas valente, vel etiam sanies iam illic sit collecta, vel dolor quispiā adiunctus, eiusmodi vlcus ex sola partium commissione agglutinari omnino non potest: Quando, quod dolet, plus aliquid affluere facit: atq; etiam, si, quod affluit, pro iusto naturæ modo se habeat, attamen vires ipsæ partium, quæ tum propter dolorē tum etiam ex vulnere sunt imbecillæ, nec, quod iustum est, ferent, sed veluti ab iniusto grauabuntur.

C Atque hinc omnino superuacua sanies proueniet: mirum etiam, nisi & phlegmone. Iam vero, si etiam citra dolorem sanies in medio adductorum labrorum vlceris interuenerit: aut etiam locus quisquam medius interfuerit, qui sanie quidem sit vacuus, sed aere plenus: non potest eiusmodi vlcus sola dissidentium partium cōiunctione glutinari: quādo & sanies iam vnionem dispescit, &, quæ coniungendis interueniunt loca vacua, interiorum laterum frontes prohibent se contingere. Quare illæ saltem vlceris partes, vt coeant, etiam carne prius impleri naturæ opera postulāt. Porrò hæ adeo planè sunt exiguæ, si modo diuisæ vlceris partes rite sint coniunctæ, vt vnius diei spatium desiderent, aut ad summum bidui. Hoc igitur tempore medicamento opus est, quod particulam siccet, vt, & siqua sanies iam subsit, hanc consumat: &, siqua in vacua loca influxura est, hanc prohibeat. Nunc igitur medicamentum, quod carnem producat, & mediocriter siccet, rursus mihi ad memoriam reuocabis, vt intelligamus, siccius'ne eo esse glutinatorium debeat, an secus. Sanè, quod carnem producit, si totum, qui confluit, sanguinem consumeret, ipsam materiam creandæ carnis sic adimeret: at glutinatorium aut omnino carnis generatione non eget, aut planè exigua: quare plus siccet, oportet, quàm quod carnem producit. Ergo tum hac ratione tenui quadam differentia inter se dissident: tum vero altera non parua, quatenus scilicet, quod carnem

D producit, statim etiam detergendi vim obtineat, oportet, quò nō modo redundantiam humoris siccet, sed etiam sordem auferat: glutinatorium vero nec detergeat, nec expurget, sed cōtra prorsus substantiam omnem in idem cogat. Cuiusmodi facultatem habēt medicamenta ea, quæ austera & adstringentia vocantur: hæc nanque in idem cogēdi, ac stipandi, non detergendi, neq; purgandi facultatem habent. Quo fit, vt, vbi carni producendæ studemus, maxime cauendū sit à medicamēto, quod adstringat, vtpote quod sordem vlceribus arctius affigat, q; vt facile possit absolui. Vinum igitur omnis vlceris, quà vlcus est, optimum est medicamentum. Quòd si nec illud (qua vlcus) sermoni sit adiectum, idem tamen, arbitror, intelliges: quippe recordationis tantum causa est additum, (ne quis obaudiat) nō sicut necessarium aliquid definiens. Adeo, si memorem te eorum omnium, quæ in proximo libro sunt tradita † de rebus singulis tum nominandis, tū vero subiectis} præstiteris, nihil est, q talia tibi de cætero definiam. Illud tantum abunde mihi erit, si per singula eorum simplices affectus à compositis secernam. De quibus mihi nō nihil prius est dictum, ac nunc nihilominus est dicēdum, non adeo mehercle rei ipsius causa, quàm q plerique medicorum dictione ipsa decepti, cauum & æquabile, recens & inueteratum, sordidum & purum, liberum phlegmone & phlegmone impeditum, putant differentias esse vlcerum. Necesse igitur est distinguere, quæ propriæ vlcerum differentiæ sint, & quæ aliorum affectuum complexiones.

† Περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ὀνομασημαινομένων τε, ὑποκειμένων πραγμάτων.

xiones. Verum hoc posterius paulo. Sanè solennis veteribus doctrina (quæ vtinam nūc esset in usu) maxime naturalis est. Quippe ij simplicis cuiusq; affectus propriam curationem dicūt, præcipue q; omnium Hippocrates. Medendi nāq; methodus ad hunc modum bellissime procedet, si de singulis simplicibus seorsum præceperimus: post deinde de compositis omnibus alteram aliquam methodum indicauerimus. Veluti enim, si duo vere essent in victus ratione morbi, clausus & fluens, {id est, qui in retentione, & fluore spectarentur,} cum seorsum vtriusq; curationem dixissemus, de coniunctione amborum esset agendum, sicut Thessalus ipse censet: eodem, arbitror, modo, quoniā vlcerum, quà vlcera sunt, vna omnino est species: tum phlegmonarum, qua phlegmonæ sunt, altera itē species vna est: oportet, vbi seorsum vlceris, seorsum rursus phlegmones, curationem tradideris, post deinde ambas in idem coniungere. Id igitur si fecerimus, omne profectò vlcus tum siccari debere, tum etiam adstringi, pro dicta iam methodo inueniemus, non tamē detergeri: contra, cauitatem in carne siccari quidem postulare & abstergeri, minime autem adstringi. Quin etiam ad eundem modum, quem prius diximus in cauis vlceribus, nunc ad portionem naturam corporis æstimabimus, mollis'ne ac * laxa sit, an dura sicca & * compacta. Siquidem prior, quanto est humidior, tanto medicamentis minus siccātibus eget: Posterior, quatenus est siccior, catenus rursum, quæ vehementius siccent, magis q; adstringant, desiderat. Empiricus F enim, arbitror, hic quoque pueros, & fœminas, & qui tenero sunt corpore, memorabit, iuuenes, agricolas, & nautas his opponens. Ceterum, cum non intelligit, q in pueris & fœminis propter humiditatem temperamenti eiusmodi medicamenta visa sunt cōducere, rursus altera messoribus ac nautis propter siccitatem conuenire, nec cuiusq; corporis curationē exacte coniiciet, nec erroris causam deprehendet. Quo fit, vt nec intelligat, quemadmodum se ad potius transferet, vbi parum cessit iis, quæ per experientiam prius nouit. Hæc igitur summatim de glutinatoriis medicamentis diximus. Hinc vero altera quædam methodus succedit ad eorum præparationem compositionem q; pertinens. Siquidem cauo vlceri, quicquid volumus, statim applicamus, siue siccū id, siue humidum medicamentum sit: licet enim omni parti vlceris ea tum inspergere, tum illinire: at in vulneribus, quorum maior est profunditas, id non licet: quippe, vbi semel oras coniunxeris, cōtingere, quæ in imo sunt diuisa, non possis. Considerandum " igitur est nō modo, an siccās adstringens q; modice medicamentum sit, verū etiam an peruenire ad imum valeat. Nam & cerussa & lithargyrus siccant, adstringunt q; modice, sed, si ea cineris ritu circa vulnus inspergas, nihil proficies, neq; enim ad fundum peruenit medicamenti vis, quod ita sit siccum: humiditatem igitur quandam desiderat, quò simile emplastici sit, vel etiam humidioris cuiusquam medicaminis. Verum hæc operis eius, quod de medicamentorum compositione præcipit, propria speculatio est, non eius, quod de medendi ratione instituitur. Quòd siquid ea ad rem propositam indigebimus, id procedente opere attingemus. G

* βρυώδης.
* σύντονος.

A.l.1.f.4.c.183.c

Quid differant Glutinatoria medicamenta ab iis, quæ Cicatricem inducunt. CAP. 5.

NVnc ad vlcus, quod cicatrice induci postulat, reuertar: de quo paulo ante dixi eius quoque primum, quò tenditur, finē ex eodem esse genere, cuius est & caui. Quippe regignere aliquid opus est, quod periit, non tantum vnire, quę dissident: ceterum diuersa ratione hic gignere, quod desit, quàm in cauo: quando illic sanguis, hic caro pro materia sit. Siquidem, quod cauum est, impletur ex gignēda carne, quæ ex sanguine ortum habet: at ad cicatricem perducitur, quod iam est impletum, ex gignenda cute, quæ ex subiecta creatur carne. Cæterum caro eadem specie cum ea, quæ periit, gigni in cauo vlcere potest: cutis talis omnino, qualis erat, quæ periit, prorsus restitui non potest, sed simile quiddam cuti, & quod eius officium suppleat, potest, non tamē planè cutis. Ac causa quidem, cur sicuti caro adeps'que regignuntur, ita cutis, quæ prorsus perierit, regigni nequeat, ex naturalibus problematis est petenda: quemadmodum autem tum naturam, tum vsum cutis imitemur, hinc accipiēdum: eius q; rei methodum iam tradamus. Quoniam tegere carnem naturali aliquo tegumento propositum est (quippe id est ducere ad cicatricem vlcus) aut cutis nobis generanda est, aut summa caro cuti similis efficienda. Verum, vt cutis regeneretur, fieri omnino nequit: quod superest igitur, efficere est tentandum. At quæ igitur huius efficiendi est ratio? Nempe alteratio: quippe, vt carnis pars quæpiam non amplius caro permaneat, sed veluti cutis euadat, postulamus. Quo pacto igitur (inquies) alterabitur? Profectò alicuius alterantium qualitatum ope. Incidit enim rursus hoc loco, vel nolentibus nobis, de elementis sermo: sine quo nec, quod cicatricē inducat, inuenire medicamentum licet, nedum quod carnis producēdæ, aut agglutinandi facultatem habeat. Ergo, quoniam cutis carne ipsa tum siccior est, tum etiam densior, si carnem siccabimus & adstringemus, cuti etiam persimilem reddemus. Habes medicamenti, quod cicatricem inducit, summam. Verum ea non satisfacit: nam & glutinatoria tum siccabant, tum etiam adstringebant. Ergo, quo hæc ab illis distent, id, si ipsam rerum substantiam inspicias, inuenies. Nam, quoniam in " glutinatione vlcerum siccandum, quod affluit, est, quò videlicet affecta pars superuacuis vacet: in cicatrice ducenda non modo, quod affluit, verū etiam humor, qui in ipsa carne continetur, est consumendus: multo profectò siccius, H

A.l.1.f.4.c.83.a

quod

A quod cicatricem inducat quàm quod agglutinet, esse conueniet: quando glutinaturo vnũ id propositum est, vt eius, quod secundum naturam est, redundantiam consumat: qui cicatricem inducet, non hoc modo, verum etiam vt ei †, quod secundum naturam se habet, aliquid deradat. Galla igitur immatura hoc loco, & mali corium, † & Ægyptiæ spinę fructus, modice siccãtia pharmaca sunt: Chalcitis, & æs vstum, & æris squama, & misy, & fissum alumen, multo his sunt valentiora, misy quidem & chalcitis præcipue, mitior autem æris squama, atq; etiam hoc mitius æs vstum: quod etiam si lauabis, vtiq;† minus mordens} medicamentũ habebis. Porrò hoc quoque ad speculationẽ de componendis medicamentis pertinet, quæ sanè medẽdi methodum ordine sequit. Nam medicamentorum facultates nosse, id quidem medendi methodum præcedit, tractatũ'que de his alibi est: compositio vero medicamentorum, medendi methodum sequitur. Quippe, vbi hæc vniuersale præcepit, dico autem siccandum, aut humectandum, aut calfaciendum, aut refrigerandum esse: tum vel modice id faciendum esse, vel valenter, vel leuiter: intelleximus'que cuiusq; simplicium medicamentorum facultatem, hanc'que per se & seorsum perpensam: tum profectò, quo pacto quis ea commode ad vsum miscuerit, considerare conueniet. Existit igitur eo pacto duplex de medicamentis peritia, altera de eorum viribus: altera de compositione ac præpara-
B tione. Verum ad id, quod superest methodi de vlceribus, redeundum est.

† *humido, additur in antiquis.*

† Antiquus addit, & balaustia.

† *ἀδηκτότατον. est in antiquis, i. minime mordens.*

De Methodo Vlcerum Curandorum, quibus caro supercrescit. CAP. 6.

li. 3. f. 4. t. 3. 1. 475 B SVperest ″autem (vt arbitror) de supercrescente carne dicere, quam hypersarcosin Græce vocat pleraq; medicorum pars. Est porrò is quoq; morbus ex eo genere, quod in quantitate magnitudine'ue partium spectatur: licet enim, pro arbitrio voces. Ex eodem genere & cauitas erat, de qua iam egimus. Ergo, veluti, quod vlcus cauum vocant, non vnum est vitium, sed pariter & cauitas, & vlcus: ita vlcus, quod supercrescentem carnem habet, non vnus est morbus, sed simul caro supercrescens, & vlcus. Indicat autem magnitudo, quæ præter naturam est, primam indicationem, (quam etiam veluti metam inueniẽdorum remediorum diximus,) ipsius scilicet exuperantis ablationem. At hæc sola medicamentorum ope perficitur, non opera naturæ: videlicet contra, quàm in carne restituenda aut glutinatione se habuit. Hęc enim naturę ipsius sunt opera pharmacis tantũ, quæ actioni eius obstant, submouentibus: at supercrescentis carnis detractio, nullum quidem naturæ opus est, sed medicamentis perficitur, quæ vehementer siccent. Porrò proxima sunt eiusmodi medicamenta tum iis, quæ valenter detergẽt, tum iis, quæ cicatricem in-
li. 4. f. 4. t. 3. 1. 472. G ducunt, sic, vt non pauci ″interim per errorem medicamentum, quod carnem minuit, vel pro eo
C quod sordem deterget, vel pro eo quod cicatricem inducit, accipiant: vt (ne ab exemplo nostro recedamus,) misy & chalcitim, si humidæ naturæ applicabis, potius carnẽ demere, quàm cicatricem inducere, deprehendes. Vnde, si quando iis vti ad cicatricem inducendam in aliorum penuria cogimur, parcissime ipsis vtemur, summum tãtum specillum in ea ad exactissimum leuorem tunsa demittentes, ac post velut tenuissimum quendam pollinem partibus, quæ cicatrice induci postulant, imponentes: quòd si minuere, quæ supercreuere, studemus, liberalius imponemus. Sanè ærugo magis etiam, quàm hęc, minuere carnem potest, ita, vt genus eorum, quę cicatricẽ inducant, omnino sit egressa. At, si illa etiam aduras, vt minus acria, sic ad cicatricem inducendam reddes magis apta: si vero etiã laues, adhuc fient mitiora. Meministi vero, arbitror, & tu eius, qui celebri illo viridi medicamento sordidum vlcus citra rationem curabat, mel quidem ei admiscẽs, multis autem deinceps diebus æque sordidum reperiens: deinde inops consilij, nec habens, quò se verteret, (accidebat enim, vt non modo non purgaretur sordes, sed etiã vt de subiecta quoq; carne non nihil vnà detraheretur & colliquaretur propterea, quòd medicamentum valentius, quàm pro laborantis natura, erat,) plus deinde (vt erat egregius medicus) mellis assidue medicamento adiiciebat, quò videlicet adhuc valentius purgaret, ceu non satis id medicamentum prius
D adhibitum fecisset. Eueniebat autem planè contra: quippe, quantum ille intendebat medicamenti acrimoniam, tantum caro subiecta colliquabatur. Quod vero in vlcere ex liquata carne sordis apparuit, id medico, ceu medicamentum nihil efficeret, imposuit. Atque huius quidem ignorantia etiam in discernendi peritia erat, non solum in medendi methodo. Etenim, si quàm maxime similiter sordidum {& humidum} ex vtroq; medicamento vlcus deprehenditur, at certe cauitas maior ex valenti, &, quod colliquat, medicamẽto efficitur: quin etiã labiis præaltis, rubrum'que, & phlegmone quodam modo affectum, vlcus cernitur. Aliquando vero mordicationem quoque manifestam ex huiusmodi medicamento æger sentit, Quod vero minus, quàm par est, siccat, nec mordet, nec quicquam efficit eorum, quæ retuli. Patere autẽ & in his arbitror Empiricum, etiam si experientia quàm maxime distincta discreta'que vtatur, trãsire tamen, vbi quid nõ cessit, ad id, quod expedit, artificiose non posse, immo vni illi id licere, qui vera methodo (quã ipse nunc instituo) medetur.

Quid Differat ratione recta curare à curatione Methodicorum, ac Empiricorum. CAP. 7.

QVippe, quam Thessalij isti amethodi methodum profitentur, nomen duntaxat esse nudum intelligis, omnis effectus vacuum. Qui, cum tanta, tam'que multiplex saltem methodus sit in vlcere sanando, neque Empiricorum discrimine ad inuenienda remedia sunt

vſi, neq; ſicut Dogmatici, ab ipſa rerum natura indicationem agendorum ſumpſerunt: ſed ſolum E
id, quod nec vulgares lateat, proponentes, nempe cauum vlcus carne impleri poſtulare, plenum
cicatrice induci: quod carne ſupercreſcente luxuriat minui, ſordidum expurgari, † mundum vel
cicatrice induci vel agglutinari: ⁊ vlcerum curationis methodum quandam explicaſſe ſe putant:
tantum ſcilicet abſunt, vt intelligant humidioribus naturis minus ſiccantes medicinas conduce-
re, ſiccioribus, quæ magis ſiccent. Ergo, quod in tota diſputatione noſtra manifeſte apparuit, id
denuo reſumendum eſt, vt & nos illi quàm maxime ſimus attenti: & reliqui omnes, qui veterem
methodum corrumpunt, quantum aberrēt, clarius intelligāt. Incipiam vero ab eo vlcere, quod
carne impleri poſtulat, vnum id pro exemplo proponens, quando etiam proxime de eo ſermonē
feci. Ab hoc, de omni ſimul in vniuerſum curatione loquar. Ergo illud non ratione modo, ve-
rum etiam experientia conſiderantibus apparuit, non omnem naturam eadem medicamenta re-
quirere, ſed infirmiores molliores q; mitiora, validiores ſicciores q; valētiora. Ita vero tum in iis,
quibus cicatrix inducebatur, ſe habebat: tum etiā, quæ glutinatione egebant. Omnino enim nul-
lum vehementium pharmacorum ferunt molles naturę. In eiuſmodi vero ſermonis noſtri decur
ſu perſpicuum plane fit, tum ægri naturam eſſe conſiderandam: tum cuiuſque hominis propriā
eſſe curationem: tum ſupra hæc illud tertium, nempe, quoniam cuiuſq; naturæ proprietas ineffa F
bilis eſt, nec exactiſſima ſciētia comprehenſibilis, hunc eſſe optimum cuiuſque particularis ægri-
tudinis medicum, qui iam methodum quandam comparauit, ex qua & dignoſcere naturas poſ-
ſit, & coniectura conſequi, quæ ſint cuiuſque propria remedia. Porrò exiſtimare communem
quandam eſſe omnium hominum curationem, ſicuti ſtupidiſſimi methodici putant, extremæ eſt
dementiæ. Atqui illi ob id ſtata eſſe putant omnia medicinæ artis theoremata, hoc eſt eiuſmodi
eſſe, quæ ſcientes homines faciant, firmam q; ſui notitiam præſtent: † ipſorum q; artem, notitiam
quandam eſſe ⁊ communitatum, non proprietatum, tanquam communem & generalem homi-
nem, non particulares curarēt. Ergo, ſicuti in aliis omnibus ſtatim inter initia ſunt lapſi, ſic in hoc
quoque. Siquidem curatur non homo communis & generalis, ſed noſtrum quiſque, alius videli
cet aliud temperamētum naturam q; obtinens. Hi vero vnam eſſe omnium hominum curatio-
nem exiſtimant. Ego contra, ſi cuiuſque priuatim naturam explorare ad vnguem ſcirem, vtique,
qualem fuiſſe Æſculapium mente cōcipio, talem me eſſe putarem: ſed, quoniam id fieri non po-
teſt, certe vt, quoad homini licet, quàm proxime accedam, tum ipſe me exercere decreui, tum
alios, vt idem faciant, adhortor. Ac conantur quidem, quantum poſſunt & Empirici, vt à com-
munibus ſecedere, ita propius ad ea, quæ propria ſunt, accedere: verum, quantum hi quoque ab G
eius rei perfectione abſint, ſupra eſt dictum. Non enim hæc in pueris, vel mulieribus, vel ſeni-
bus, vel mollem carnem albam q; habētibus, alia q; id genus, pro certis diſcretionibus (ſicuti illis
placet) ſunt ponenda, immo, quemadmodum in humore & ſiccitate corpus ſe habeat. Ac Empi
ricos quidem medicos, tum ob alia multa, tum ob id probare maxime conuenit, quòd accedere,
quantum licet, ad ęgri proprietatem conantur. Poſt enim reliquas diſcretiones omnes, quas ad-
hibent, etiam, quæ à conſuetudine ſumitur, adiiciunt, tanquam hinc remediorum, quæ ægro ma
gis ſint propria, compotes futuri. Dicetur autem à nobis in ſequentibus de cōſuetudine fuſius,
vbi pro cognoſcenda proprietate laborantis naturæ, etiam diſcrimen à conſuetudine priſcis in-
uentum eſſe probabimus. Hanc itaque cum reliquis Empirici recipiunt: & præter hanc, ipſum
etiam medicum, qui ſępe ęgrum inuiſit, quàm eum, qui non viderit, commodius curaturū aiunt.
Poſtea tamen, cum hęc omnia adiecerint, ſtabilem ſe atque ſcientificam habere notitiam propriæ
curationis ęgri adhuc non dicunt. At vero impudentiſſimus Theſſalus illud modo vnum intel-
ligens, ꝙ cauum vlcus ſit implendum, cōſtantia tamen & firma dicit eſſe medicinæ theoremata:
quanquam hoc ſaltem omnes (vt ante iam dictum eſt) homines ſciunt, non ii modo, qui nunc
ſunt, poſtquam Theſſalus iſte, alter videlicet Æſculapius, in lucem hominum venit, ſed etiam, ar H
bitror, qui ante Deucalionem, & Phoroneum fuerunt, ſi modo hi rationales erant. Immo vero
præter hoc, quòd carne eſſe implendum cauum vlcus nouerunt, etiam illud non ignorarunt, qui
medicamenta noſſet, quæ tale vlcus carne implerent, hunc medicum eſſe. Atq; hæc ſi per expe-
rientiam ſunt inuenta, conſtat empirice nobis eſſe curandum: ſin ratione inuenta ſunt, logice:
non enim profectò aliud inuenit, alio autem nunc commode vtetur. Verum de eo nobis cum
Empiricis lis eſt. Quod autem dicere cœperam, vera ipſa medicina de laborantis natura conie-
cturam fecit. Nominat, arbitror, id vulgus medicorum græce Idioſyncraſian: omnes q; id incō-
prehenſibile fatentur, ideo q; ipſam veram medicinæ artem Aeſculapio Apollini q; concedunt.
Pendet porrò omnis hæc ratio ex duplici principio, Empiricis obſeruatoribus q; ab iis, quæ ma-
nifeſte apparent: Logicis autē ab ipſis elementis. Nam, ꝙ alii aliud medicamentum proſit, etiam
pueri iam fermè ſciunt: & ratio pariter, quæ ab elementis ducitur, id confirmat. Si nanq; quinde-
cim differētias in hominum temperamentis ex minoris in iis maioris q; ratione, id q; in humida
tantū natura ſtatuas, neceſſe profectò eſt, medicamentorum etiam, quibus ſis vſurus, quindecim
differentias noueris: quarum alię magis, alię minus ſiccent, quò nimirum, quod cuiq; naturæ cō-
gruat, inuenias. Quòd ſi etiam in ſicciore natura aliis quindecim poſitis, ad has quoque pari mo-
do alia

† Codices gręci legunt, mundū cicatrice induci, recēs agglutinari.

† Ita legūt antiqui cod. vt Linacer, ſ. εἶναι τε τὴν τέχνην αὐτῶν γνῶσίν τινα &c. impreſſi aūt vice verſa. εἶναι τὴν γνῶσιν αὐτῶν τέχνην τινα. id eſt ipſorūq; notitiā, artē quādā eē.

A do alia quindecim medicamenta requiras, habebis in totum triginta medicamenta, quæ triginta naturis conueniēt: quibus vti is demum solus commode poterit, qui in corporum temperamentis diligēter se exercuerit. Nunquid igitur, si totum corpus temperamento sit licciore, ab ijs, quæ magis siccent, medicinis iuuabitur: si vero pars quæpiam eius, cæteris partibus natura sit siccior, quę minus siccent, requiret? An liquido patet hic quoq;, quæ pars siccius temperamentum obtinuit, hanc etiam, quæ magis siccent, postulare: quæ humidius sit sortita, minus siccantia? Atq; hoc totum prętermittunt amethodi isti Thessalij, qui vnam omni particulæ congruere medicinam putant. Empirici autem, quantum in hoc Thessalios istos Methodicos superant, tantum à veris Methodicis Logicis q; superantur. Habent enim profectò illi quoq;, ab ipso scilicet vsu edocti, aliud medicamentum ad ea vlcera, quæ in oculis accidunt: aliud ad ea, quę in auribus, aut articulis, aut carnibus, aut sola cute. Cęterum, quòd nec in ijs se transferre ad aliud possint, ex ijs, quæ supra diximus, facile patet.

Quo pacto in curandis Vlceribus, Corporum temperiei Aeris q;, ac Partium naturæ, ratio sit habenda. C A P. 8.

QVoniam autem & de his satis iam dictum est, rursus ad disputationis initium reuertamur: misceamus q; vlceri omnes, qui simul cum ipso incidunt, affectus, ab intemperie primum
B orsi. Si enim exulcerata caro, vel prius etiam ex quauis occasione, vel ipso vlcerationis tempore, iusto calidior frigidior'ue est effecta, vtiq; medelam exigit, quæ nō modo moderate siccet, sed etiam intantum calfaciat, refrigeret'ue, inquantum subiecta caro à naturali suo habitu recessit: cum fieri non possit, vt in vlcere, vel carnis productio, vel sinus impletio, vel agglutinatio, vel cicatricis inductio rectè vnquam cedat, nisi subiecta caro pro naturali modo se habeat: nec frustra dictum supra est hęc omnia naturę esse opera: purgari tñ sordida, minui'que supercrescentia etiam carne naturalem statum non seruante possunt propterea, q tm̃ hæc medicamentorum sunt opera. Quocirca legitimi vlceratarum partium temperamenti, quoties eas vel carne implere, vel glutinare, vel cicatrice inducere studes, maior tibi solicitudo erit. Seruari nanq; debebunt naturæ motus, quos comprehensorum singula comitantur. At aliàs non seruabuntur, nisi prorsus se pro naturę suę ratione pars habeat. Veluti igitur, si phlegmone cum vlcere vnà esset, prius, quàm hęc discussa sit, nemo id vel carne implere, vel glutinare, vel cicatrice inducere tentarit: ad eūdem, arbitror, modum etiam, si sine phlegmone sola subsit intemperies, nullum horum fore prius sperabimus, q̃ illa sit sanata. Rursus igitur hinc indicatio quædam ad medicamentorum, quæ superius comprehensa sunt, inuentionem oritur: quippe omnia ea siccantia erant, sed dissidebant in-
C ter se pro intensionis remissionis q; modo. Cęterum definitum antea non est, quatenus in calefaciendo frigefaciendo q; se haberent: sed methodus hoc quoq; inuestigare quodammodo cogit.
l.4.f.4.t.3. c.fol.47.a.b Non enim tantum, an siccet, sed an ēt non valde calefaciat, aut refrigeret, expendi oportet. Ergo altercum, & mandragoram, & *mēconium, ceu supra modum refrigerantia, fugies, tametsi siccant ea quoq;, quantum sit vlceri ex vsu. Resina vero, & pix, & asphaltus, quanquam modice siccant, tamen immodice sunt calida: ideo q; eis nemo vtetur solis, nec aliter, nisi cum leuiter refrigerantibus admistis vnum ex omnibus medicamentum fecerit, quod sit temperatum. Si igitur hęc ita se habent, sicuti profectò habent, inspici etiam conueniet & circundantis nos aeris temperiem. Siquidem, veluti medicamentum quoddam, is quoque corporibus nostris forinsecus incidens, vbi immodicus calore vel frigore est, sanationem moratur. Danda igitur opera est, vt medicamenta eius excessui occurrant. Ideo q; Hippocrates in calidioribus anni temporibus, ijs, quibus frigidior facultas sit, medicamētis vtitur, calidioribus autem per frigidiora. Non ignoras profectò hic quoq; ex stupidis Methodicis quendam fateri, quo pacto in calore, & frigore se habeat, qui ægrum continet, aerem se inspicere, non tamen anni tempora inspici permittere: quasi nomina ipsa temporum anni prosint obsint've, non eorum temperamenti ratio: aut non huius cau-
D sa veteres medici ad ea respexerint. Verum, quòd, qui certa methodo curare vlcus debet, huic necesse sit, tum ad prima elementa vel maxime venire, tum anni tempora, & corporum temperamenta nō in toto modo verum etiam in singulis partibus considerare, abunde mōstratum reor.

*Antiqui co... legunt μηκώνειον. impre... κώνειον i. cicutam.

Rursus vero repetēdum hoc etiam loco est, quod prius diximus in indicatione, quæ à sicco humido q; sumitur. Nam, sicuti in illis humidior natura humidiora, siccior licciora medicamēta exigebat: ita nunc calidior calidiora, frigidior frigidiora requiret, contrariam scilicet semper ijs, quæ pręter naturam, et ijs, quę secundum naturam sunt, indicationem pręstātibus: quippe, quę secundum naturam sunt, similium sibi indicatiua sunt: quę pręter naturam, contrariorum, si modo illa seruari, hęc submoueri necesse est.

De curando Vlcere cur indicationes contrariæ inuicem extiterint, ac de Triplici fonte Indicationum curatiuarum. C A P. 9.

AC, quòd tum corporum temperies, tum anni tempora, tum partium naturę, consideranda illi sint, qui probe vlcus sit sanaturus, clare me docuisse existimo: ad hęc, q prima quidem medicationis indicatio à solo sumatur affectu, remedia tamen inde inueniri non posse, nisi prius ad corporū elementa sit ascensum, & ęgri temperamētum perpēsum, non corporis modo vniuersi, sed etiam afflictę particulæ, cum hoc quoq; ambiētis temperie æstimata: quæ vtiq; cum ad *præsentes

*ἐπιδήμους

sentes status, tum vero regiones extenditur. Quòd autem contrariæ subinde in vna curatione indicationes sint, atq; has quemadmodum tractare conueniat, latius quidem dicetur in sequentibus: non tamen alienum sit nunc quoq; paucis de ipsis egisse. Etenim, quòd ægri temperamentum sit humidius, particula ipsa, quę laborat, siccior: aut contra, quòd hęc sit humidior, totius temperamentum siccius, mirandum non arbitror: pari modo in calore, & frigore, quòd cõtrario temperamento sit pars cum toto. Veluti igitur, si totum corpus medio temperamento esset, (quod esse optimum docuimus) nihil planè, quantum ad laborantis naturam attineret, in medicamẽtis nouaremus: ita, vbi vel siccius, vel humidius, vel calidius, vel frigidius iusto cernitur, eatenus intendere vires medicamentorum oportet, quatenus corpus ad naturalem intemperiem est versum. Non enim, arbitror, excidit nobis, quæ naturalis intemperies sit, & quæ præter naturam: dictum enim de ipsis est in alijs, ac præcipue in libro, qui de inæquali intemperamento est inscriptus. Pone igitur totum laborantis corporis temperamẽtum humidius esse, eo q; medicamenta desiderare, quæ minus siccent: ipsam vero ægram particulam ex earum numero esse, quæ sicciores sint, (qualia esse diximus, quæ minus sunt carnosa, cuius generis sunt, quę circa digitos, & articulos habentur: prętereа quę circa aures, & nasum, & oculos, & dentes, sunt: ac, vt semel dicam, vbi crebræ chartilagines, & membranulæ, & ligamenta, & ossa, & nerui sunt, adeps vero, & caro, vel omnino nulla est, vel perquam exigua,) diuersa in his est ea, quæ à patiente particula accipitur indicatio, ab ea, quæ ex ægri sumitur natura. Quare, si, quanto ægri temperamentum iusto est humidius, tanto particula iusto sit siccior, nec adijciendum, nec detrahendum pharmaco quicquam est, sed tale adhibendum, quale, si vlcus in medij temperamenti particula corporis mediocriter temperati consisteret, adhiberemus: Sin siccior debito particula magis fuerit, quàm corporis temperamentum iusto est humidius, vtique in tantum intendi siccitatem medicamenti conueniet, quantum particulæ temperamentum totius temperamentum excedit: veluti, si quatuor numeris sit exulcerata pars medio temperamento siccior, ægri natura gradibus tribus humidior, manifestum est particulam, quæ nunc exulcerata est, siccius vno gradu desideraturam medicamentum, quàm quę pars sit temperata. Quòd autem hæc omnia coniectura sint accipienda, tum quòd optime conijcere poterit, qui in ratiocinando de his sit exercitatus, liquido patet. Ac in talibus quidem omnibus contrariæ subinde indicationes vno tempore fiunt: neq; enim est, quod de indicationibus, quæ à calido & frigido sumũtur, etiamnum dicam, vtpote, quæ ad portionem dictorum intelligi possunt: In alijs vero, etiam temporibus † quibus perficiẽdæ sunt, } indicationes separantur: oportet q; in principio præsertim curationis alteram cessare, alteram officio fungi: Sicut, exempli causa, cum vlcus cauum simul sit, & admodum sordidum: quippe affectus præter naturam in hoc triplex est, vlcus, cauitas, & sordes. Ordo vero sanationis à sorde expurganda ordietur, quòd videlicet nec glutinari quicquam, nec carne impleri potest prius, quàm purum fuerit. Secundum locum exiget cauitatis sanatio. Si nanq; vel glutinabimus, uel cicatricem inducemus, vel (vt summatim dicam) curabimus vlcus, cauitatem implere nõ poterimus. Pone ergo non solum tria hæc particulam obsidere, sed etiam phlegmonen, vel erysipelas, vel gangrænam, vel intemperiem aliquam simplicem compositam'ue: num nam hic manifestum est, quòd, nisi quis illam prius sanauerit, implere carne cauum vlcus non poterit? Quippe dictum supra est carnis generationem ex sana, quæ subiecta sit, ortum habere: ex ea vero, quam phlegmone premit, & intemperata, & vno verbo ægrota, caro gigni noua non potest. Ergo in oĩbus eiusmodi complexionibus triplex tibi propositus finis erit, vnus veluti à causis sumptus eius, quod post futurum est: alter, vt quod rationem obtinet eius, sine quo non: tertius eius, quod veluti accelerantiũ & vrgentium nominatur. Siquidem iusta subiectæ carnis temperies, causæ rationem habet, vt quæ concrescere secum, quod vlceratum est, faciat, & cauitatem impleat: Puritas vlceris rationem eius, sine quo non: atque hanc sordes interpellans, curationem moratur. † Habet vero & ipsa cauitas ad vlcus rationem eius, sine quo non: quando, nisi cauitas prius impleta sit, induci cicatrice vlcus non possit. } Ergo, si ad hæc respexeris, ordinem sanationis inuenies, veluti, si phlegmone, & cauitas, & vlcus, & sordes, simul in eadem particula constiterint, primum phlegmonen, secundo loco sordem, tertio cauitatem esse sanandam, & quarto vlcus. Ac in iam dictis quidem, tum ordo, tum agendorum inuentio ex his sumitur. Vrgentis vero indicatio inter ista non habetur: in alijs autem habetur. Nam affectus, vnde primum maxime'que imminet homini periculum, hic primus curari debebit: Interim vero non primus modo, verum etiam solus, veluti si puncto musculi capite conuulsio, quæ nulla conuenientium medicamentorum vi remittatur, superueniat: quippe præciso per transuersum toto musculo conuulsionem quidem sanaueris, aliquem tamen ex particulæ motibus vitiaueris. Ad eundem modum, cum è vena, vel arteria sanguis immodice profluit, si totum vas per transuersum præcideris, vlcus quidem eius sanare postea non poteris, periculum tamen, quod ex profluuio sanguinis impẽdebat, sustuleris. Iam neruum punctum sæpe cogimur transuersum præcidere, quoties vel conuulsiones, vel deliria, vel ambo, magna ægre q; sanabilia superuenire vulnerationi cernimus. Pari modo, vbi luxatio cum vlcere in aliquo maiorum articulorum incidit, vlcus sanamus, luxationem autem insanatam relinquimus: quando

Marginal letters: E, F, G, H.

† AP. εὐθὺς, id est statim.

A.l. 4.f. .3. c.2. fo.4 b

† AP. ex cod. impressis græcis, verti põt. Habet aũt et vlcus ad cauitatẽ rationẽ eius, sine quo non, qñ, si vlcus inductũ cicatrice fuerit, nõ amplius cauitas ĩpleri carne poterit.

A quando, si hanc quoq; sanare conemur, conuulsiones omnino sequetur. Tertius itaq; propositus
medēdi finis is est, qui ad id, quod vrget, dirigitur, diuersus nimirum à duobus illis modis dictis.
Neq; enim idem est, aliquid vel vt causam considerare: vel vt id, quod rationem obtinet eius, sine
quo nō: vel vt id, quod vrget. Sed & quod vrget, tum eiusmodi interdum esse, vt alium insanabi-
lem affectum relinquat, dictum iam est: tum vero affectum ipsum non nunq̄ à nobis ipsis induci
partim in neruo puncto, vel tēdone, vel vasorum cuiusq; sanguinis profusione, partim in muscu-
lo, cuius caput est vulneratum. Nam, vbi luxatio cum vlcere vna consistit, non ipsi affectum faci-
mus, sed tantum eum, qui factus est, non sanamus. Dicetur vero de his accuratius in sequentibus.

De proprijs Vlcerum differentijs, ac quæ ex ipsis Indicationes præbeant. CAP. 10.

IN præsentia nanque redire ad proprias vlcerum differentias placet, ac propositum sermonem
breuiter complecti, quò, siqua ex his etiam indicatio remediorum sit reliqua, eam non præter-
A 4. f. 4. t. 3. c. fo. 471. c mittamus. Ergo "phlegmone laborans, & putrescens ulcus, & quod exeditur, & quod gangrę-
na, & quod erysipelate affligitur, & cancerosum, & dolens, & indolens, quę'que alia id genus ue-
luti ulcerum differentias loquuntur, siquis Empiricam curationem prodens,† nec aliud cogitās} † ἄλλως. i. ali-
pertractet, non est cum eo contendendum, si ulcerum ea differantias nominat: millies enim di- ter.
B ctum est non oportere de nominibus contēdere: Sin tanquam artificiosum aliquid de indicatio-
nibus hinc dicturus, docēdus est omnes iam dictos affectus compositos esse: alias uero esse diffe-
rentias simplicis solius q; ulceris, et cui nullus alius adiunctus sit affectus. Nam, si ab acuto aliquo
facta tantum diuisione, forma eius, quod uulnerauit, parti diuisæ impressa est, existent profectò
sic multę ulcerum differentię, obliquorum, rectorum, pampini modo retortorum, hami ritu un-
corum, aut aliter quocunq; modo se habētium. Atq; hę quidem differentię omnes à figura sunt.
A magnitudine rursus pro maioris minoris q; ratione mille aliæ: nam & magnum & paruū, &
maius & minus ulcus ulcere tum dicitur, tum uero est: quin etiam breue et longum, in summo
residens, & in profundum penetrans. Atq; in singulis horum, tum quod magis tale, minus'que
est, siue in spatij, siue magnitudinis, siue quantitatis, siue, quocunq; modo appellasse libet, diffe-
rentia. Quòd si hęc ita se habent, omnino profectò & ęquale ulcus, & inęquale, penes diuisionis
profunditatem, erit. Quippe diffisso, si ita sors tulit, per longitudinē femore potest superior diui-
sionis pars alte descendere, inferior in summo corpore hęrere: aut contra, in summo esse, quæ su-
perior est, profunda, quę inferior. Iam illa quoque, nempe dirūptum aliqua ex parte aut ex toto * διεσπᾶσθαι. i.
fuisse: & incisum fuisse: & ubi, quod uulnerauit, oblique sub cutem se dedit, alteram ulceris par- diuulsum.
C tem in conspectu esse, alteram sub cute latere, id q; uel ex supernis partibus esse, uel infernis, uel
lateralibus: omnia hęc ulceris differentię sunt. Ab ipso tempore rursus alię ulcerum differentię
sumuntur, cruentum, recens: exigui temporis, & diuturnum. Atque in omnibus his ipsa ma- * Pro ἔναιμον
ioris minoris'que ratio numerosa est. Atque ab ipsa ulceris natura hę differentię sumuntur, ma- legendum, πα
xime quidem proprię, quę à substantia rei capiuntur: nempe, quæ à figura ducuntur, & à diuisio λαιὸν. i. vetu-
nis magnitudine, id q; uel in longitudine, uel in altitudine, uel in ambabus dimensionibus: prę- stum. ut paucis
terea ęqualitate in his, & inęqualitate: Extrinsecus uero accedentes, & quę scilicet rationem ob- post lineis indi
tinent eius, sine quo non: tum à tempore, in quo factum ulcus est, ita enim aliud recens, aliud ue- catur.
tus uocatur tum: ex eo, quòd totum pars'ue conspectum fugit, uel conspiciendum se prębet: Iam
uero & à generationis ratione, eo, quòd totum sit incisum, uel totum dirūptum: uel pars incisa,
pars dirūpta. Quòd si, quę à loco quoq;, in quo est ulcus, differentias, censeas, ueluti si finis muscu
li, uel principium musculi, uel medium musculi, uel cutis sit, quod ulceratū est, uel iecur, uenter'ue
sit, in quo ulcus consistit: fuerint profectò & ipsę ulcerum differentię, non utique à propria ipso-
rum natura, sed à locis, in quibus consistunt, desumptę. At, cum phlegmone quis obsessum ul-
cus dicit, aut supercrescente carne pressum, aut cauum: deinde similes ulceris differentias di-
D xisse se ijs, quas modo retuli, putat: hunc necesse est in medendi methodo falli. Quippe graece
φλεγμαῖνον ἕλκος ex formula dictionis similem habet interpretationis figuram cum paruo ulce-
re: cęterum, quod significatur, simile non est. Siquidem profundum, aut summotenus factum,
cum de ulcere dicimus, propriam eius differentiam ostendimus: φλεγμαῖνον uero oīno ulceris dif
ferentia non est: cum possit phlegmone pars affici, etiam ubi ulcus non sit. Quo fieri arbitror, ut
hic immutare dictionem liceat. Si enim accidisse alicui ulcus cum phlegmone dixeris, propius
ad rei naturam, & clarius interpretatus sis: non autem si alij cum magnitudine, alij cum paruitate
factum dicas: quippe cum & magis ex natura rei et clarius loquare, si huic magnū accidisse ulcus,
illi paruum dixeris. Adeo, si fieri possit, ut mutata dictio & rei naturę conuenientior, & audituris
clarior sit, committendum non est, quò minus id fiat. Quippe caput ad effugiendam in rebus de-
ceptionem est, ut definita locutione utare. Quam'nam igitur in talibus methodum statuamus:
etenim tradenda quępiam pręceptio est, ac ueluti scopus, quò semper intentis discernere statim
liceat, differentiam ne alicuius affectus dixerit quis, an alterius affectus complexum. Esto igitur
tibi discrimen hoc: Quod consistere seorsum, & per se potest, id nullius unquā alterius fuerit dif-
ferētia. Ergo magnitudo, paruitas, ęquabilitas, inęquabilitas, tempus, & figura, ex eorū numero
sunt, quę alijs accidunt: vlcus uero, & phlegmone, gangręna, & putredo, singula seorsum, & per
se

se consistere possunt. Sunt nãq; corporis nostri affectus quidam præter naturam, minime ea, quę E
affectibus necessario accidunt. Quippe omnibus his necessario accidit, vt vel parua sint, vel ma-
gna, vel æquabilia vel inæquabilia, vel recentia vel inueterata, vel euidenter appareant vel con-
dantur nec videantur: phlegmone vero affici, ex ijs, quæ vlceri accidunt, non est, veluti nec putre
scere, nec gangræna tentari: sunt enim hæc omnia ex morborum genere, siquidem affectus præ-
ter naturam sunt, & actionem vitiant. Alio rursus modo vlcus crucians, & vlcus sordidum, ceu
quædam vlceris differentiæ, dicuntur: cæterum compositum quippiam hic quoq; indicatur, sed
diuersa ratione, quam vt phlegmone tentatum, aut putrescens vlcus dicebatur: quippe hic affectus
sunt phlegmone, & putredo: illic dolor, & sordes ex symptomatum sunt genere. Pari modo, &
cum dicitur cacochymō vlcus, id est vitioso succo obsessum, aut fluxione vexatum, aut arrosum,
causa cum affectu copulatur. Manifestum q; ex talibus est methodi eius, quæ de medendo insti-
tuitur, primos ac simplices, sine q; vlla compositione morbos, veluti elementa quædam esse. Quo
magis in commentarijs, qui de morborum differentijs sunt scripti, omnes eos enumerauimus.
Sanè nihil referat, primos, an simplices dixeris: quando quod primū est, simplex est: & quod sim
plex, primum, †ideo q; etiam elementare. Indicatio vero curationis} ex differentijs fit, sed nō om
nibus. Nam recens vetus've vlcus nihil indicat: quanquam indicare videtur non nullis: sed hi se F
ipsos fallunt non aliter, quàm in ijs, quę ad victus rationem spectant, cum aliam initij, aliam incre
menti, aliam summi vigoris, aliam remissionis, indicationem esse dicunt. De quibus latius in se-
quentibus dicturus, non est, quod nunc sim verbosior: verum, quod tantum ad rem præsentem sit
satis, id adijciam. Recens vlcus, cum omnino ab altero quolibet affectu est liberum, nec sympto
ma vllum habet adiunctum, aliam putant indicare curationem, quam vetus. Id vero non ita se habet.
Siquidem, quod vlcus tantum est, {nec quicquam aliud,} (est porrò eiusmodi, cui nec cauitas
adest, nec dolor, nec sordes, quod q; & omni alio affectu est liberum) ipsam tantum vlceris sana-
tionem desiderat: cuius vtiq; propositus finis, vel vnitio, vel agglutinatio, vel coitio, vel cōtinua-
tio est: quippe millies diximus licere, appelles, vt lubet, modo rei nihil mutes. Eiusmodi igitur
vlcus, siue recēs, siue antiquum sit, eādem semper curationem requirit, nihil planè proprium in-
dicante discrimine eo, quod à tempore sumitur. At, si cauitatem altè reconditam sub cute habet,
considerare oportet, vtrum ea in superiore parte sit ita, vt sanies ex ea prona effluat: an in inferio-
re sic, vt illic sistatur. Eius igitur, cui effluxus patet, eadem, quæ aliorum, curatio est: cui non est,
huic ipsi moliamur effluxum quendam, oportet. Eius duplex ratio est, aliàs tota cauitate desecta,
aliàs in fundo tantum aperta. Quando vero harum alterutra sit ineunda, docebit tum locorum ip G
sa natura, tum vero vlceris magnitudo. Si nanque & loca ipsa periculosam sectionem faciant, &
vlcus magnum fuerit, in fundo aperire magis expedit: sin contra se habeant, perscindere prestat.
Deligatio vero eius incipiat quidem superne, sed finiatur infra, vbi scilicet patet effluxus. Quòd
autem differentia ea ulcerum, quę à uulneratis omnibus particulis sumitur, ad indicandam cura-
tionem sit maxime opportuna, id in superioribus est dictum: uerum ea quidem ut similarium,
hæc autem, cuius nunc memini, ut instrumentalium est indicatio. Sanè dicetur de ea, quæ uel ut
similarium corporum, uel ut instrumentalium indicatio est, in sequētibus uberius. Nunc ad pro-
prias ulcerum differentias est redeundum, ac de ipso, seu transuersum sit seu rectum, seu profun-
dum seu in summo corpore, seu paruum seu magnum, definiendum. Transuersa "nanq; ulcera, A. li. 4. E4.
eo, quod labra eorum magis dissident absunt q; à sese, coniungi diligentius postulant: ideo'q; tum su c. 5. to. 463
turis, tum fibulis in his est utendum. Quę uero per longitudinem musculorum sunt facta, hæc si
à duplici initio deliges, nec suturis nec fibulis egebis. Sin aliter deligare placebit, † uel fibulis uel
suturis utere: sufficient autem paucissimę omnino suturę. Et magna quidem ulcera, si recte ea,
quę prius dicta sunt, meministi, ijs, quę ualentius siccent, medicamentis curabis: parua uero, uel
quę moderate siccent, abunde sanauerint. Profunda uero ulcera, omnino etiam magna sunt, uo- H
lunt'q; tum à duobus initijs deligari, tū uero nec labra sua prępropere glutinari. At, quę profun-
da multum longa q; sunt, ut duplici ratione sunt magna, sic duplicem quoq; indicationem præ-
stant: itaq; & quę ualenter siccent, postulant, & ne immature labra coniungas, & ut à duobus
initijs deliges, & ut altis suturis consuas. Ad eundem modum, & si multæ simul differen-
tiæ coierint, quarum sua cuiq; sit indicatio, si quidem inter se minime pugnent, om-
nibus uti maxime expedit: sin aliquatenus secum pugnent, quemadmodum di-
stinguere de talibus oportebit, dictum quidem alicubi in pręcedētibus est,
locupletius tamen dicetur in sequentibus. Nunc enim finiendus
hoc loco tertius hic liber uidetur. In quarto, qui sequetur, de ijs
affectibus, qui ulcera comitari plurimum solent, di-
sceptatio erit. Tradentur autem cum his
etiam internarum causarum
curationes.

† Multi codi. gręci legunt, vt Linacer vertit. nō nulli tn̄ sūt, q habēt ὥστε στοιχειώδης ἔνδειξις ἰάσεως. i. quare & elemētaris indicatio curatōis. Melior tamē videtur Linacri lectio.

† *In codice uetusto legitur tātum, ἢ ἀγκτῆρες ἀρκέσουσιν, ἢ ἐλάχισται πάνυ ῥαφαί. i. aut fibulæ sufficient, aut minimæ omnino suturæ.*

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Methodum tradit, qua Maligna vlcera, quæ græci Cacoethe dicunt, curentur.

Quot sint species solutæ Vnitatis, ac quæ Differentiæ Vlcerum ægre sanabilium. CAP. I.

VNum esse morborum genus, ipsam quoq; continuitatem solutam diximus Hæc in omnibus animalis partibus incidit: non tamen vnum nomẽ in omnibus sortitur. Quippe, quæ in carnosa parte, Vlcus: in osse, Fractura (Græcis Catagma) dicitur: in neruo, Conuulsio, Greci Spasma vocant. Eiusdem B generis sunt, & quæ Græci Apospasma, & Rhegma, & Thlasma dicunt: illud in ligamentis: hæc in vasis musculis'q; ex violento ictu, vel graui casu, vel alio quopiam valente motu excitata. Quæ vero Ecchymosis grece dicitur, plurimum vnà cũ contusione ruptione'q; incidit. Fit autem aliquando & ex oris vasorum apertione, quam Anastomosin vocant, & ex ea, quæ à non nullis Diapedesis dicitur, aliud vtiq; tunc solutæ continuitatis gẽnus. Iam vero & ex erosione, quam Anabrosin græce vocant, soluitur interim in animalis partibus continuitas: verum is iam mistus affectus est, vt qui aliud quoddam morbi genus adsciscat, quod in quantitate partium consistit: veluti supra, cum de cauis vlceribus egimus, est monstratum. Est enim horum ipsorum duplex ortus, alià s ab excisione, sæpe ab erosione proueniens. Verum, excisio quo pacto eueniat, nõ latet. Erosio, si intrinsecus ab ipso animali prouenit, vitiosi succi soboles est: sin extrinsecus, aut à valentibus medicamentis fit, aut ab igni. Et sanè (vt dictum supra est) diligenter attendere oportet, & simplices affectus à compositis discernere: cùm simplici morbo simplex adhibenda curatio sit, cõposito non simplex. At, quę nam in compositis curandis tenẽda methodus sit, supra est dictum. Cæterum non tantum generalitatem eius didicisse, sed etiam in singulis eius partibus exercitatũ C esse oportet: cum in his quoq;, alijs non paucis methodis (vt ita dixerim) particularibus sit opus propterea, quod cuiq; morborum speciei sua sit methodi species. Ergo, quod reliquum est vlcerum curationis, in hoc libro exequamur, hinc sumpto initio. Omne vlcus aut solum est, ipsum'q; per se, nullo nec cum eo simul inuadente, nec ipsum pręcedente, aut sequente alio affectu: aut cũ alio quopiam vno multis'ue consistit: quorum alij non modo statim ab initio vlcus excitarunt, sed ẽt nunc maius efficiunt: alij eius, sine quo non, vt ad curandi opus, rationem obtinent. Verum de his prius dictum est. At, quæ maius vlcus reddunt, de ijs hoc volumine agetur. Ac duplex in his curationis cõsilium est, vt vel eiusmodi affectus è corpore prorsus eximas: vel incommodum, quod inferunt, vincas. Verum hoc, vbi exiguus planè affectus est, fieri licet: vbi magnus est, duci ad cicatricem vlcus prius non poterit, quàm illi affectui remedium attuleris. Ergo, qui'nam & quot numero eiusmodi affectus sint, diligenter nobis considerandum est, inde nimirum sumpto initio, vnde supra est cœptum. Omne "vlcus, siue solum sit, siue vnà cum cauitate & subiectã sibi carnem naturaliter habere postulat, & nequid inter oras conglutinandas intersit: quod tamen sæpe fit, ita, vt pilus, arena, sordes, oleum, aliud've id genus glutinationem prohibeat. Cęterũ hæc ceu symptomata quędam vlcerum sunt, & quæ morari sanationem, si sint, possunt: efficere, si nõ D sint, non possunt. Subiectę vero carnis affectus causæ rationem obtinet ad id, quod efficit: quippe ex hac, & per hanc, tum, quę dissident, glutinantur: tum, quę caua sunt, carne implentur. Ea ergo planè pro natura sua se habeat, oportet, quò hæc vtraque commode perficiantur: atque ea recte quidem se habuerit, si, id quod reliquis etiam omnibus est commune, proprium temperamentum tueatur. Itaque temperatam esse subiectam carnem ad vlcera tum glutinanda, tum carne implenda, prorsus oportet. Nunquid igitur hoc tantum satis est? an etiam sanguinem, qui affluit, & bonum esse & mediocrem quantitate oportet? Mihi id quoque multo maxime verum esse videtur. Nam, & qui corruptus sanguis est, tantum abest, vt ad glutinandum & carne implendum sit vtilis, vt etiam ipse non nunquam corpus erodat, atq; exulceret: & multus humor, cum in vlceribus excrementa creet, sanationem (ceu prius diximus) moratur. Atque hi tres ęgre sanabilium vlcerum modi videntur: qui ex intemperie subiectæ prouenit carnis: qui ex vitio affluentis fit sanguinis: & tertius, qui ex mensura confluentis nascitur. An non ita facienda diuisio est, sed sic potius? Nempe ægre sanabilium rebellium'que vlcerum alia propter vlceratæ carnis intemperiem, alia ob affluẽtem humorem, talia fieri: tum intemperiem rursus ipsam bifariam diduci, cum alià s in qualitate sola naturę modum egressa subdita caro sit: alià s etiam cum accessorio quopiam tumore: Iam ipsum confluxum bipartito etiam scindi, nempe in confluentis succi, tum qualitatem

Marginalia: * Al. ἀ... (beside "Anabro-sin"); A 4. f. 4. t. 1. c fo. 46 3. g (beside "initio, vnde supra")

tem, tum quantitatem: Interim vero misceri dictorum affectuum aut aliquos, aut etiam pariter omnes. Porrò tradenda est medendi methodus non omnium simul, sed cuiusq; seorsum. E

De Methodo curandorum Vlcerum, quæ vel carnis intemperie, vel succi affluentia Maligna sunt. CAP. 2.

AC carnis quidem intemperies si squallens sicca'que videtur, aqua temperata fouens humectans'q; corriges. Quoties autem eo remedio vteris, esto tibi perfusionis humectationis q; meta, vt, cum primum rubescit attollitur'q; particulæ moles, tum desinas: quippe si vltra perfundas, quod attraxisti, id euocabis: itaque nihil profeceris. Quin etiam medicamẽtorum humectandi facultas plenior esto, quàm vt in sana carne præceptũ est. Si vero humidior, quàm pro naturali habitu, caro fuerit, contraria ratio ineunda est, ac medicamẽtorum facultas ad siccius transferenda, aqua vero nullatenus admouenda: immo, si lauandum vlcus videtur, vinum, aut posca, aut decoctum austeræ cuiusquam herbę præparandum. Eodem modo & calidiorem, quàm par est, carnis habitum refrigerabis, & frigidiorem calefacies. Agnosces vero horum vtrunque partim colore, partim tactu, partim laborantis sensu. Quippe aliàs vstionem sentire se fatentur, aliàs manifestum frigus in particula: gaudẽt'que vel frigidis medicamentis, vel calidis. Et alijs quidem rubor leuis insidet, alijs color magis albicat. Verum hæc distinguere propositi operis officium non est: quippe in quo non dignoscẽdi, sed medendi, methodum instituimus: sed consequentia quadam sermonis inuitãte digressi in hanc sumus. Rursus igitur ad ea, quæ proposuimus, reuertamur. Partium," quæ cum aliquo præter naturam tumore exulceratæ sunt, earum prius sanãdus tumor est. Quę vero omnis præter naturam tumoris curandi ratio sit, in sequentibus dicetur. Nunc, quantum eius rei coniunctum cum vlcerum curatione est, tractabitur. Cum labra tãtum vlceris decolorata dura've plusculum fuerint, excidẽda ea sunt ad sanam vsque carnem. Cum vero amplius progressus eiusmodi affectus est, deliberatio incidit, excidẽdum'ne omne id sit, quod præter naturam visitur, an spatio potius curãdum. Procul'que dubio est ægri animum hoc casu consulẽdum esse. Aliqui enim longiore tempore curari citra sectionem malunt: aliqui quiduis subire, dummodo citius sanentur, sunt parati. Æque vero & mali succi, qui ad exulceratam partem confluit, vt vlcerans quidem est, sanatio eius hic dicetur: vt malignus succus est, aut copia redundãs, in proprijs ipsorum locis tractabitur. Cum ergo, qui exulceratis partibus influit succus, nec multo plus iusto, nec multo deterior sit, auerti hunc regeri'q; conueniet, adstrictis scilicet refrigeratis'q; ijs particulis, quæ ante exulceratam sunt. Inchoanda quoque deligatio est à laborante ipsa particula, deducenda'q; versus sanam: veluti || in fracturis ossiũ pręcepit Hippocrates. Sed & quæ vlceribus ipsis admouentur pharmaca, siccent valentius, oportet, quàm ea, quæ simplici admouẽtur vlceri. Quòd si sisti compesci'que medicamentis influxus nequeat, causa eius inuestiganda est, atque hæc prius adimẽda. Ac, si quidem ob partis, quæ fluxum recipit, imbecillitatem aliquam id fiat, huic nimirum medendum est: fuerit autem hæc vlceratę quoque partis propria quædam curatio: Sin propter sanguinis copiam, vitiosum've succum vel corporis totius, vel alicuius suprapositarum partium, illa scilicet prius sunt corrigenda. Ac imbecillitas quidem partis, propter quam plus iusto succorum illi influit, omnino ab intemperie prouenit, non tamen ab omni. Eo'q; fit, vt exulcerata caro nõ nunquam intemperata tantum sit, non autem imbecilla: non nunquam vtrũque, & intemperata & imbecilla: Quippe imbecillitatis affectæ partis valentior intemperies causa est. Hanc autem, sicut prius dictum est, curabis vtique calidam refrigerando, siccam humectando, frigidam calfaciendo, humidam siccando. Quòd si per coniugationem frigidior pariter humidior'q; locus sit, calfaciendo pariter ac siccando: & in alijs ad eundem modum, vincentem videlicet qualitatem contraria semper oppugnans. Huius rei ratio hæc est: Quicquid rectum est nõ in animalibus modo plãtis've, verũ etiam alijs quibus'q;, id symmetron est, medium'q;, & omnis vitiosi excessus expers. Cui enim nec demere quicquam, nec adijcere non partem aliquam, nõ qualitatem possis, prorsus id rectè se habet. Contra, quod demi sibi aliquid, adijci've postulat, id iam ab optimo statu recessit. Ad quem vtique redire aliter non est, nisi, & quod superuacuum est, tollatur: et quod deficiẽs est, adiungatur. Ac de ijs quidem, quibus partes quæpiam abundant, deficiunt'ue, alibi sermo erit. Vbi vero qualitas aliqua plus iusto inualuit, ibi & continuo vinci contrariam illi necesse, & cõtinuo vitium corrigi ex ea, quæ victa ante est, restituenda. Quippe refrigerans, quod immodice incaluit, vnà, & quod deficit, restitues: &, quod superat, diminues. Quare, quæ per intemperiem aliquam à naturali habitu recesserunt, eorum sanationem per ea, quæ contraria viribus sunt, fieri omnino est necesse. Atque ad hunc modum caro, alia'ue carnosa quæpiam pars, quæ fluxione humoris ob imbecillitatem affligitur, sanari debebit. Vbi intemperiei affectum iam sanaueris, deinde etiam exulcerationis affectum sanabis, nõ aliter planè nunc curata intemperie, quàm si citra vlcus incidisset. Quo manifestum fit nõ esse vlceris, sed intemperiei, propriam oẽm eiusmodi curationem. Ad eũdem modum, si aut alterius cuiuslibet particulę occasione: aut etiam totius corporis, cum in eo sanguis mali've succi redundant: vitiosum aliquid exulceratis partibus influxerit, medẽdum prius est vel ei, quod fluxionis est causa, vel etiam toti corpori. Ita igitur & varices, qui sępe supra exulceratum locũ sunt, prius sanabimus, vt deinde mox vlcus sanemus. Etiã qui ex liene, aut alia quauis notabili parte laborant, H

Marginalia: F; G; A.li.4. c.2.fol.47; Lib. de Fractu. sect.1. t.23. 7ª. 227.g

A laborant, ipsa prius parte percurata, mox ad vlceris curationem accedemus. Cæterum nulla harū curationum ipsius est vlceris, sed alterius cuiusquā affectus, qui vlcus vel gignit, vel certe auget.

Externam Causam ad Morbi quidem cognitionem necessariam, sed tamen nullam ex ipsa Indicationem curationis præberi. *CAP. 3.*

NAm illud quoq; iā definiri tempestiuum vr̄, nullam externarū, {vel (vt nunc loquunt̄) pri mitiuarū} causarū curationis indicatricē esse, sed huius indicationē ab ipso affectu initium habere: quæ vero particulatim sunt agēda, hęc tum ab eo, quod prima indicātio dictat, tū vero ab ægrę partis natura, tum ambiētis tēperie, quę q; alia sunt his cognata, inueniri. Nā (vt breuiter di cam) à nullo eorū, quę adhuc nō permanēt, indicatio sumi eius, quod ex vsu sit, pōt. Sed ppterea, ꝙ ad eum affectum noscēdum, qui oīno tum rōnem tum sensum latcat, sæpe cogimur de exter- na causa inquirere, opinatur vulgus hāc quoq; sanationis rōnem indicare. Quod planè secus est. Apparet id liquido in ijs, qbus nosci affectus exacte pōt. Siue.n. ecchymosis, siue vlcus, siue erysi pelas, siue putredo, seu phlegmone in parte aliqua cōsistat, supuacuum est cām, q̄ horū quodlibet effecit, inquirere, nisi iam ēt faciat. Sic.n. simul, quod iam factū est, curabimus: simul, quod adhuc facit, facere inhibebimus. Si vero fecit illa quidē, cæterū iam abijt, vtiq; quod factum est, curabi- B mus: quod adhuc non est, nec si velimus, submouere id possumus. Quippe rei præsentis est cu- ratio: eius aūt, quod futurū est, ꝓuidentia: quod vero nec nunc lędit, nec lęsurū timet̄, id ab vtroq; artis munere, tum eo, quod curat, tum eo, qđ prouidet, excessit. Quare nec indicatio ab hoc ad cu rationē vlla, nec ꝓuidentię rō sumit̄: sed, vti dictū est, ad eos tm̄ affectus, q nostrā notitiā fugiunt, externę causę cognitio est vtilis. Empiricis tn̄ ceu pars totius syndromes, i. cōcursus, in quo cura- tionē obseruarūt, externa causa interim sumitur: veluti in ijs, q à rabido cane, et oībus, q à veneno sis bestijs sunt lęsi: Quin ēt ex Dogmaticorum quoq; numero ijs, qui sine rōnali indicatione, sola experiētia curare se talia confirmant. Quippe his quoq; externa causa seu pars totius syndromes, id est concursus, q̄ritur: Iis vero, qui ex priore vsu venenosarū aīantium vim norunt, atq; ab hac indicationē curationis sumūt, nō sanè ad curationis indicationē conducit externa causa cognita, sed ad p̄sentis affectus cognitionē. Nā pone, sciā scorpionis venenū frigida vi esse: sumā q; veluti à frigido, remedij indicationē, nullo tn̄ signo intelligā talē esse in hoc corpore affectū: manifestū est, si scorpiū percussisse didicero, ꝙ calfacere tū corpus totū, tū punctā ab eo particulā conabor, nulla amplius expectata experiētia, sed ab ipsa rei natura indicatione sumpta. Mōstratū.n. in ijs li bris est, q de medicamētis sunt inscripti, in qbus exercitatum esse censui, qsquis ex his cōmētarijs C fructū percipiet, nullā eiusmodi facultatē sine experiētia inueniri. Esset.n. ꝓfectò fœlicitatis cu- iusdā munus, siquis inspecto lithargyro, aut castoreo, aut cātharide, ꝓtinus eorū vires intelligeret. Verum, sicut in oībus peccata, tum ab ijs, qui modum excedunt, tum qui citra consistunt, cōmit- tuntur, ita nimirum hic quoq;, ac Dis dia pasōn (vt in prouerbio Greco est) non semel, arbitror, inter se discordant, & qui neq; in hodiernum vsq; diem affirmant sciri medicamentorum vires, id'q; post tantam experientiam: & qui ex vna experientia sciri eas censent. Nam & hoc præcipi- tanter inconsulteq; dictum est, si vtiq; inconsultum est, quod fieri oīno non potest: & illud homi num est, aut oīno attonitorum, aut planè litigiosorum. Verū de his plura expectare nūc nō opor tet, vtpote de quibus dictum latius est tum in tertio de temperamentis, tum in ijs libris, quos de medicamentis inscripsimus. Cęterum, (vt dixi) ad noscendos affectus aliquæ externarum causa- rum conferunt†: vbi vero pręsentis affectus nihil latet, nulla iam externę causæ est vtilitas. Ac di- ximus quidem in superioribus, non esse in idem coniungēdas vtrasq; doctrinas, sed seorsum em- piricen, & seorsum tradendam rationalem. Memoria autem tenendum nunc quoq; est, ꝙ, quo- niam propositum nobis in his cōmentarijs est solam rationalem tractare, quāquam ad quæpiam horum, quæ dicimus, non apponitur, ꝙ absolute vera non sint, sed solis ijs, qui methodo curant, D aliquis tamen eorum id per se ratiocinari vltro q; apponere debet. Nunc enim ipsi apposuimus nullam externarum causarum ad curationis indicationem conducere, sed ad affectus aliquando agnitionem, fatentes videlicet externam causam ijs, qui empirice quiduis curant, vnam esse par- tem totius concursus: id'q; siue ij ratione reliqua curant, siue omnia empirice. In ijs autem, quæ deinceps scribentur, non erit necesse hoc adscibere. Rursus igitur ad propositum redeamus, in- dubitatum illud principium præsumentes, quo etiam in præcedentibus sumus vsi, vbi diximus primum scopum, quò medicus tendat, affectum ipsum, qui curari desideret, indicare: ex hoc vero & reliqua omnia sumi. Quòd vero cum hoc scopo nulla externæ causæ societas sit, ex ipsis maxi me vlceribus, à quibus sermo est ortus, intelligas. Finge enim † ex eo, quod in partem aliquā pro cubuerit.} natum vlcus esse. Quod si sit, ex vitiosis prouenire succis manifestum est. Ita enim in morbis facere natura solet: cum corpus expurgat, omne excrementum ad cutim trudit: atq; hanc quidem vlcerari, totum vero corpus purgari accidit. Quę nam igitur est eiusmodi vlcerum sana- tio? Nempe, quæ reliquorum omnium, quibus nullus affectus malignus, quem cacoethe græce vocant, est adiunctus. Verum, si hoc sic se habet, manifestum est nullam esse ad curationē à causa, quę vlcus excitauit, indicationem. Atqui, si vitiosus succus remaneret, oīno aliqua ab hoc quoq; indicatio sumeretur. Verum alioqui ēt absurdū esset, si curationē postularet, quod amplius nō sit: aut

* procatarcticarum.

τῶν ἀδήλων: i. vbi sint manifesti. additur in nō nullis antiquis codicibus.

τῆς ἀποσκήμματος, est in antiquis, vt etiam vertit Linacer. τῆς ἀποστάσεως autē, est in impressis, i. abscessu.

aut si curationem indicaret, quod nullius indigeat. Quare dicere indicationē curationis ab exter- E na causa sumi, omni modo est absurdum. Quoniam ergo non ab hac, perspicuū est ab ea, quę pręsens est, indicationem fore. At qualis tādem ea est indicatio? Nempe ei, qui exacte loquetur, quæ ad prouidentiam pertinet (prophylacticen Græci vocant:) qui abuti vocabulo volet, medicinalis. Q̃nquidem ipsorum etiam vlcerum, siue tantum vlcera simpliciter sint, siue etiam cū cauitate, siquis diligenter æstimet, ex fugiendis prospiciendis q; ijs, quæ naturæ officient, sanatio perficitur. Et in summa, in quibus, quod efficitur, naturæ ipsius opus est, veluti vlceris glutinatio, & ex carne impletio, in ijs ad eam, quæ prouidet, artis partem, oīs pertinet cura: cæterum sanatio vulgo dicitur. Ideo'q; etiam huius, quę prouidet, partis artis, in altero genere cōstitutum est, quod morbosum affectum iam præsentem submouet: in altero, quod eum, qui non dum vrget, prohibet. Itaq; hic quoq; iuniores medici de nominibus contēdere se non intelligunt. Par autem erat, si de rebus studiosi essent, illud inuenisse, duas esse functionum medici primas differentias. Aut.n. eos, qui nunc vrgent affectus, ijs, quæ moliuntur curant: aut eos, qui non sunt, fieri prohibent. Ergo præsentes iā affectus tollere, siue amouendis ijs, quæ naturę opus impediunt, id fiat, siue per medicamenta quid ipsi moliamur, omnes profecto homines curare dicunt: cauere autem, ne accidant, prospicere. Et sanè ea, quæ succorum vitio sunt exulcerata, curant ij, qui ratione ac methodo artem administrant, simul illos purgātes, simul ea, quæ naturæ motus impediunt, auferentes: quorum vtraque, qui exacte loquitur, prophylactica vocat: vetant nanq; (vt in proximo ostensum est libro) omnia talia, aut sordem vlceri, aut humiditatem nimiam vitiosam've innasci. F

*θεραπευτική.

Falsa Methodo ac Improprijs Nominibus vsum fuisse Thessalum, cum de Curandis Vlceribus diuturnis loqueretur, ac de More loquendi Hippocratis & veterum medicorum. CAP. 4.

NOn est igitur de nominibus anxie contendendum, sed methodus potius aliqua sanandorum vlcerum tradenda: qualem (arbitror) ipse tum in proximo libro, tum in hoc pręcipio. Ego nanq; vel stupiditatem Thessali demiror, ita de vlcerum, quæ cacoethe dicuntur, curatione scribentis: "Sunt autem perq̃ necessariæ, & cōmunitates vlcerum diuturnorum, ac non sanescentium, aut post cicatricem inductam redeuntium: ad hoc vt in ijs, quę non coalescunt quidem, ęstimetur, quid sit, quod prohibeat, id'q; tollatur: in ijs vero, quæ post cicatricem inductam renouantur, vt cicatricem tenere cogas, roborās scilicet (sic enim τὸ μετασυγκρίνειν vertimus) vel patientem particulam, vel etiam communiter totum corpus: atq; ne facile patiatur, id pręparans per ea, quę hæc faciant, præsidia." Atque hęc quidem Thessalus cum in principio statim libri de Chirurgia proposuisset, postea de ijs ipsis latius ad hunc modum scripsit: "Diuturna vlcera, & quæ nō sanescunt, aut quæ ad cicatricem perducta denuo reuertuntur, hæc indicant: Quæ quidem ad cicatricem non perueniunt, vt, quæ coitionem fieri vetant, auferas, ac locum affectum noues: postq̃ simile recenti vulneri feceris, rursus vt cruentum sanes: quod si non processerit, vt phlegmonen mitiges, & reliquam diligentiam adhibeas: Quę vero ad cicatricem veniunt, & rursus se aperiūt, in accessionibus quidē, & exulcerationibus, vt simili modo cures ijs quæ recens phlegmone vrget, ex ijs quæ mitigare solent, cataplasma inducens, id'q; donec deferueat irā: vbi deferbuit, adiu ues ad cicatricem inducendam: post hęc vt partes circūpositas late complexus malagmate, quod ex sinapi sit compositum, rubere facias, aut alio quopiam, quod mutare possit: ac, vt minus malo pateant, efficere. Quòd si ita non cessent, ēt totius cōiter corporis curam habeas, ipsum per varias exercitationes, & gestationes, & vociferationes, adhibitis scilicet earum rerum peritis, roborans, etiam victus ratione gradatim tū aucta, tū diminuta, principio à vomitione per radiculas facto. Vteris ēt albo veratro, alijs'q; omnibus, quibus vtimur in ijs, qui diuturni ægre'q; submoti morbi victus rationi subijciuntur." Atq; hęc quidem est Thessali dictio. Operępretium vero est ęstimare hominis vel stuporem, vel audaciam: vtiq; si recte se dicere sibi persuasit, stuporem: sin conscius sibi nihil dicere, imponere omnibus legentibus sperat, audaciā. Ex diuturnis vlceribus, quę nam est, ò generosissime Thessale, curationis indicatio? Ego sanè neq; ex his, neq; ex recētibus, nec oīno à tempore, in vllo morbo curationem vnquam inueni, sed ex ipso, quem sanandum mihi proposui, affectu. Prorsus enim, si tempus spectabitur, tanq̃ ab eo indicatio sumatur, alteram omnino secundus, alteram tertius dies, indicationem dabit: ad eundem modum, & quartus alteram à quinto, et ab his omnibus sextus, & à reliquis singuli, qui post istos. Sic affectus, quos curamus, non vltra nobis ad considerationem proponentur, nec ab his indicatio sumetur: quo tamē nec cogitari quidem magis alienū à ratione potest. Quomodo ergo necessariæ sunt diuturniorum vlcerum communitates, vbi nihil indicare tempus ipsum per se potest? non enim profecto, vbi à malis succis vlcus eroditur, diuersam ex eo post quatuor menses indicationem sumemus ab ea, quam statim ab initio sumpsimus. Ego sanè nec sinerem quidem eiusmodi vlcus diuturnum esse, sed protinus in principio causam eius adimerem. Nam & nosse affectū à principio plerunq; licet, & indicationem ab affectu sumi est necesse. Tempus vero quid amplius, quam dierum numerum docere nos possit, non hercle possum conijcere: nisi id voluit Thessalus, ad eiusmodi vlcera noscenda tempus oīno esse manendū. Verum sic primum idiota prorsus sit, si videlicet fatetur non prius agnoscere se affectum, quàm vlcus inueterauerit. Deinde illud quoq; aperte fateatur, G H

*Galenus non mlto post, hāc dictionem declarat.

*ἀγανάκτησις.

*μετασυγκρίνειν.

oportet,

A oportet, ex alio ſuggeri ſanationis indicationem, ex alijs præberi affectus notitiam. Nam eſto conferat aliquid tēpus ad agnitionem, certe indicatio curationis à tempore non ſumitur. Quid enim ad rem pertineat, ſi quod vlcus inueterauit, adimere, quę coitionem impediant, & nouare locum, qui affligitur? Nam, ſi propter fluxionem malignam, quam cacoethe dicunt, vir inepte, vlceris labra hoc vel illo modo ſunt affecta, quid commodi erit, ſi ea excideris ante, quàm fluxioni ſiſtendę conſulueris? Videlicet vlcus latius efficies, veluti non nulli faciunt eorum, qui ſimiliter, vt tu, vlcera curant. Siquidem cauſa, quæ ea & dura & calloſa prius reddidit, adhuc manēte nihil aliud ex his excidendis accedet, quàm vlceris amplificatio: quippe illa ipſa, quę exciderις, perinde & dura, & calloſa rurſus erunt, atq; ea, quæ prius. Quanquam ne id ipſum quidem adiecit prudens ſcilicet Theſſalus, calloſa, & dura, & decolorata exulceratæ partis excidenda eſſe, ſed abſoluto ſermone abſcidi, quæ coitionem morantur, iubet, ac nouari. Ac, ſi quidem ſubmouere cauſas, quę glutinationē morantur, ſuaderet, & vetus ea ratio eſſet, nec ipſe eum accuſarem: præcipitur enim ab omnibus ferè antiquis medicis, quicunq; ratione quadā, ac methodo de vlcerum curatione ſcripſerunt, cauſas, quæ illa creant, abſcidendas eſſe, æque profectò, vt cæterorum oīum morborum. Non enim, arbitror, in vlceribus manente adhuc cauſa, quę ea excitauit, hanc prius tolli expedit, in alijs mor-

B bis non expedit: ſed omnino in omnibus, in quibus effectrix cauſa adhuc manet, ab hac inchoanda curatio eſt. Quòd ſi, quæ coitionem impediunt, non dixit de omnibus cauſis, quæ eā impedire poſſunt, ſed de labris tantum, veluti ex ijs, quę ſubiecit, oſtendit, plus certe neſcire, quàm ſcire eorum, quæ ad vlceris curationem ſpectant, videtur. Quippe fieri aliquando poteſt, vt & hæc cauſa ſola ſit, quò minus ſaneſcat vlcus. Poteſt etiam (vt dictum eſt) cauſa eſſe, & quę citra tumorem præter naturam ſit in exulceratis partibus intemperies: & quæ cum tumore quidē aliquo coniuncta ſit, non tamen, qui omnino ſibi labra excidi deſideret. Poteſt & *varix ſuperiacens, vel lienis auctior, vel in iecinore vitium aliquod, pręter quàm hęc omnia imbecillitas partis ægræ, quę ipſa quoq; intēſa quędam eſt intemperies: quin etiam vitioſus in toto corpore ſuccus (cacochymian vocāt) maxima ſcilicet cauſarum, quę incōmodare vlceribus poſſunt. Vexat ſanè non minus vlcera, & ſuccorum æqualiter ſe habentium exuperantia, quā plethoran vocāt. Horum quoq; ſi adimi Theſſalus iubet, laudo hominem, ceu veteribus ſubſcribentem: ſin labra tantum, vnum nouit ex multis, ſed quod nec opiliones lateat. Quippe, ſi opilio vlceris labra dura, & calloſa, & liuida, & nigra, & alio quopiam notabili coloris vitio videat, prorſus ea circūcidere non dubitabit. Eſt enim circumcidere res promptiſſima: maius vero quippiam, atq; artis egens, medicamētis ſanare: Theſſa-

C lus autem nec, quæ labra molliri medicamētis poſſunt, vnquam nouit. Quippe fatentur eum penitus hanc artis partem declinaſſe, ita vtiq;, vt ipſe quoq; indicat: nec omnino experiētiam rationalem'ue ſcientiam de vllo medicamento viſus eſt habere, quod ipſum quoq; ex libro eius de medicamentis oſtenditur. Verum de ijs, quę ibi non recte ab eo ſunt prodita, in progreſſu operis dicemus. Nūc de diuturnorum vlcerum ſanatione, quā in prius poſita dictione tradidit, paramus diſſerere. Sanè melius fuerat nō diuturna, ſed cacoethe ea vocaſſe: tum naturam eorum narraſſe, & cauſas generationis eorum expoſuiſſe: curationemq; cuiuſq;, primum quidem cōmunem omnium, quatenus vlcera ſunt, qualem in tertio libro deſcripſi: deinde priuatā cuiuſq; pro efficientis cauſæ ſpecie, veluti in hoc libro docui. Hic, cum nihil horum fecerit, & nouandum vlceratum locum cenſet, &, vbi inſtar recentis vulneris fecerit, vt cruenta ſanandum. Hoc ſanè quis in operibus artis exercitatus non euidentiſſime intelligat ab eo eſſe ſcriptum, qui nunquam vlcus curauit? Sanare'ne vlcus diuturnum, vt cruentum, quiſquam poteſt, vbi id ſimile recenti vulneri fecerit? vtrum'ne labris eius fibula adductis, an ſutura coniunctis, an potius horum nullo, ſed medicamento, quod cruentis ſit aptum, & cum hoc ſola deligatura fretus? Quis eſt, qui non norit vlcus omne cacoethes ſtatim etiam cauum eſſe, vtpote ex roſione natum? Nunquid igitur inſulſe

D Theſſale fieri poteſt, vt coaleſcat cauum vlcus prius, quàm cauitas carne ſit impleta? an non eſt hoc, vt cruentū, ſanare? Ergo ipſe tu fruſtra cauorum vlcerum curandorum indicationem non eſſe glutinationem, ſed impletionem ſcripſiſti. Quòd ſi etiam non eſſet ex ſe cauum omne vlcus contumax, certe dum (vt tu præcipis) excisis videlicet labris, vt cruentū, efficitur, ex neceſſitate cauum fit, maximam quàm conquirit laborum diſtantiam: adeo, vt non videam, quō id glutines, & coire, vt cruentum, facias. Nam, ſi adducere violenter labra, quæ plurimum diſtant, tentabis, phlegmonen neceſſario accerſent, nec coaleſcent. Id, quod tantum intelligere mihi Theſſalus videtur. Subdit
« enim: Si non fuerint victa, vt phlegmonen mitiges. Satius vero fuerat ſcribere: Cum non vincentur, vt phlegmonen mitiges. nam neceſſe eſt non eſſe vincenda. Verum, vt hoc quoq; Theſſalo donetur, atq; id tranſeamus, nec valde anxie examinemus, illud cuiuis apertum eſt, quòd à communitate, quam ipſemet tradidit, prorſus receſſit. Quippe ſi, quod obſtat, auferemus, nihil amplius de communitate diuturnorum vlcerum, qua diuturna ſunt, ſumemus. Sed detur hoc quoq;. Videa-
« mus, quæ ſequuntur: ſcribit enim ad hunc modum: Quæ ad cicatricem veniunt, & rurſus ſe ape-
« riunt, hęc in acceſſione & vlceratione ſimiliter curabis ijs, quæ recenter vexata phlegmone ſunt.
« Poſt hæc ſubdit: Malagmate, quod ex ſinapis ſemine fit, circūpoſitis partibus muborē excitandū. Quid ais inſane, etiam ſi acre & calidum ſit, quod influit, rubrefieri particulam ex ſinapis ſemine

* Antiqui legũt κιρσὸς, vt Linacer, non σκίῤῥος, vt in impreſſis.

oportet, vt, quod in multo tempore cõtrahere ex fluxione debebat, id statim ex tuo medicamen- E
to obtineat, tota videlicet vlcerata, atq; erosa? Nam veteres eas partium imbecillitates, quæ vel ex frigore, vel plurimo humore, citra manifestum calorem acciderant, rubefaciẽdo curabant. Tu rubricatione in omnibus deinceps vteris: primum nullo facto discrimine, propter'ne partis imbecillitatem, an propter fluxionis malitiam, nõ sanetur vlcus. Deinde ordinem inuertis. Nam, cum sinapi particulam vsseris, nec quicq; profeceris, tum ad corporis totius curationem accedis: cum contra, vt arbitror, tum ratione, tum experimẽto de ijs sit statutum, vt toto prius corpore à superuacuis liberato, tum calidum aliquod acre q; medicamentum parti admouere sit audẽdum: quippe eiusmodi medicamẽta oĩa cucurbitę ritu ad se trahere à toto corpore sunt habilia. Itaq;, nisi id prius vacuaueris, materiam fluxionis acri medicamento relinques. Hoc enim tum Empirici medici fatẽtur, tum Dogmatici: hoc philosophorum optimi senserunt, nam, cum eorum quoq; meminerit Thessalus, non alienum sit eos citare testes: quòd oculum rectè sanare ante totum caput non licet, neq; hoc ante totũ corpus. Sic Aristoteles ac Plato de morborum curatione senserunt, sanè & Hippocrates, & Diocles, & Praxagoras, & Plistonicus, & veteres vniuersi. Thessalus vero solus nõ sic, sed primum ad medicamẽtum ex sinapi venit: post de toto corpore solicitus est, ne hic quidẽ prudenter quicq; docens. Nam, cum liceat corpore medicamẽto, quod purget, semel va- F
cuato, mox salubri victu ipsum reficere, hic vociferationum meminit, exercitationum q;, & gestationum, & victus certo ambitu mutati, tum vomitionis ex radicula: mox summam his imponit, ipsum veratrũ: idem scilicet, qui sine vllo magno negocio oĩa sanare promisit. Ego vero ne intelligere quidem possum, quõ quisquam aut deterius, aut maiore tpis dispẽdio, aut inani magis opera, vlcus sanauerit. Age igitur, sicut vsu non nunq̃ vidimus, sic verbis quoq; hominẽ fingamus, cui sanari vlcus contumax sit opus. Esto aliquis, qui cætera quidem sit sanus, sed ex scabenda derepente quapiam particula, veluti brachio, pustulã statim excitarit: mox eadem ipsa particula iterum atq; iterũ pruritu vexetur, pustula q; dirupta vlcus decolor inæqualiter erosum gignatur: atque hęc in tribus quatuor'ue diebus à principio inciderint: dicat mihi hoc loco quispiã ex medicis, q Thessalum imitantur, quo'nam pacto sanare eiusmodi vlcus cõueniat. Ego nãq; cacoethes oĩno id dico: & ob id, qualis sit totius corporis affectus, statim considerabo. Inueniam nanq; tum ex vlceris ipsius symptomatis, tum ex notis, quas totum corpus præse feret, cuius maxime generis sit is, qui redundat succus: atq; hunc medicamẽto protinus educam, nec protraham, dum totus hominis cubitus affectum quendam contumacẽ rebellem q; curationi contrahat. At Thessali sectatores, ipsius videlicet præcepta seruantes, primum expectabũt, dum vlcus inueteratum sit, G
quò in mirificam illam inueteratorum vlcerum communitatem recidat: quasi non longe melius esset contumacium vlcerum, nõ aũt inueteratorum communitatem, quæ curationem indicaret, tradere. Mox duorum alterum, aut excident, & ceu recẽs vulnus reddent, ac veluti ad glutinandum partes eius adducent: aut primum, quod ex sinapi conficitur, medicamẽto vtẽtur. Quo non proficiente, ad sublatas voces, & gestationes, & reliquas exercitationes, & victũ per circuitus mutandum confugient: ab ijs vomitionem ex radicula mouebunt. Quòd si his vlcus non sanabitur, veratrum dabunt. Sin nec id profecerit, hominem in Libyam ablegabũt: nam id quoq; adijcere debuit Thessalus, post eximiã illam contumacium vlcerum curationem. Quippe in vociferationibus, gestationibus, & alijs eiusmodi immoratur, quasi malũ habitum corporis (quã chachexian Græci vocant) non vitium humorum (quam cacochymiam dicunt) curent. Et quid miri, si tum fatentur se vlcus cacoethes statim, vt est natũ, non nosse: tum vero, dum sit inueteratum, ac sępe cicatricem ducat, sępe se aperiat, manent † ante, q̃, quid facto opus sit, intelligant: vbi etiam eos, qui quoquo modo febricitent, accessionem, quæ tertio die futura non futura'ue est, transire censent? Adeo videlicet ad vnguem contemplationem de crisi pernouerunt, aut summũ morbi incrementum futurum prospicere possunt. Quid igitur sępe accidit? Nempe tabescere in lectulis horũ culpa homines, qui statim secũdo die explicari potuissent. Quippe non semel nos, aut bis ter'ue, sed H
sexcenties tum ipsi multos febricitantes simul, vt prima accessio desijt, lauimus: tum preceptores nostros id ipsum facere vidimus: intrepide q; de cætero victitare permisimus, ceu post febri cariturus: quos sapiens s. Thessalus, qui primam diatriton, (id est tridui inediam) excogitauit, prorsus arefecisset, totis (puto) tribus diebus fame confectos: mox dein, arbitror, modice s. in quarto die nutriuisset: ab hoc paulatim reficiens, vix sexto aut septimo ad consueta munia, qui semel febricitassent, dimisisset. Adeo semper homines in morbis tabefaciunt, à quibus vtique facile possent liberari. Nam, cum paucissimis diebus sanari vlcus contumax incipiens posset, Thessalus id in annum, aut etiam longius tempus incurrere sinit. Manere nanq;, dum id cicatricem sæpe inducat, sæpe etiam se resoluat, vt scias, an contumax sit: mox, vbi curationem inceperis, ne tunc quidẽ corpus statim purgare, sed primum medicamento ex sinapi, dein gestatione, & vociferatione, & certo victu, post radicula, ab his veratro vti: hæc quid aliud, q̃ annum expectantis, sunt? An per Deum immortalem, cum sex diebus, aut plurimum septẽ, posset homo curari, multos menses trahemus, quò videlicet primum, an cacoethes vlcus sit, sciamus, dein curationem inchoabimus? Et quæ demum necessitas erat propriam inueteratorum vlcerum communitatem tradendi, prę-
sertim

† Impressi cod. & manuscripti quidam legũt vt Linacer: alij πρὸς τὸ γνῶναι. i. vt intelligãt quid facto &c.

A ſertim cum nihil ad curationem conducat, licuerit q; non inueteratorum, ſed contumacium, nec horum mehercle communitatē indicatricem, ſed curationem ſcribere? Quippe accidit quibuſdā tum vlceribus tum morbis, vt contumaces rebelles q; ad curandum ſint: nec tamen inde curationis indicatio ſumitur, ſed affectus ipſe primam curationis indicationem ſuggerit. Ex ea vero, & quæ ſunt agenda, inueniuntur, ad eum modū, quem ipſe tradidi. Quare hoc eſt methodo curare, quod nos facimus, veteres imitantes: ſi modo methodum eſſe oportet vnam quandam vniuerſalem viam, quę omnium particularium ſit communis. Hic vero etiā in hoc fallitur, putat q;, quicquid omnino in ijs habetur, qui methodo aliquid faciunt, ipſam methodum eſſe. Nam notitiam certe habeat, oportet, tum ſimilis tum diſſimilis, qui methodo quiduis molitur: non tamē ipſum hoc methodus eſt, ſimilis ſcilicet diſſimilisq; notitia: neq; hoc Ariſtoteles Plato ue affirmat, quos falſo Theſſalus citare audet. Verum hæc ad pręſens refellere non attinet. Quare rurſus ad medendi methodum reuertor, promitto q; oſtēſurum me tum vnum eſſe eius in omnibus curationibus principium: tum viam, quæ ab eo principio ad finem vſq; ducit, in oībus particularibus ſimilem eſſe. Quare, etſi in ſingulis morbis priuata quędam methodus ſanandi videtur, commune tamen in omnibus genus vnum eſt. Auſpicari nanq; perpetuo oportet ab indicatione, quæ ab affectu,
ſi.4. f.4. t.3. c. fol.472.b B cui mederi paramus, accipitur: Æſtimare vero ac diſcernere, an cauſa, quæ affectū excitauit, iam deſierit: an nūc quoq; ipſum tum augeat, tum faciat: dein, ſi deſijt, ad eā, quæ in tertio huius operis libro traditur, methodum eſt veniendum: ſin adhuc facit, ad eam, quę hic docetur. Quippe eádem hac methodo tum phlegmones, tum febris, tum omnium vno verbo morborū, remedia inuenias, vtiq;, ſi nihil etiamnum fit, de præcedentibus cauſis non laborans, ſed ab ipſo tantum affectu ordiens: Sin nunc quoq; aliquid fit, duos tibi curationis fines præponens, tum alia deinceps, vt dictum eſt, faciens. Sed enim mirari ſtupiditatem eorum, qui Theſſalum ſequuntur, eſt operępretium: non vtiq; quod in talibus delinquunt, ſed quod dyſpathias, & metaſyncriſeis, & imbecillitates, & firmitudines, & aliud id genus nomina non pauca proferentes, quæ per ea ſignificentur, ne nūc quidem, ſi interroges, reſpondere poſſunt. Nam, quid ſit, quod in omnibus diuturnis vlceribus gręce dicunt μετασυγκρίνειν τὴν ἕξιν, nec ſimiliter inter ſe omnes, nec clare nec prudenter reſpōdent. Atqui, ſi vel antiquum nomen eſſet, vel ab vllo Græcorum vſurpatum, ex ijs fortaſſis, quæ illi ſcriberēt, intelligi poſſet, de quo id negocio dicerent: nunc, quoniam ſtupiditatis ipſorum propriū eſt, vtiq; ex Aſclepiadis hypotheſi natum, ſicut & reliqua eorum placita, æquum profectò eſt ipſi ſua ſomnia interpretentur: vnde ſcilicet, quod gręce dicitur συγκρίνεσθαι τὰ σώματα καὶ διακρί-
C νεσθαι, quaſi miſceri ſecerni q́; corpora dicas, ſolis ijs, qui corpuſcula & meatus, aut indiuidua & vacuum, aut deniq; impatibilia & inalterabilia, prima elementa ſtatuunt, liceat vſurpare, ſicut certe uſurpant, & aſſidue ipſis nominibus utuntur. Quin etiam ipſe Theſſalus in canone, cū hęc principia confirmat, nouat quidem aliquid ibi quoq; præter ea, quæ à Themiſone & Aſclepiade ſunt poſita: cæterum, quod ſentit, docet ſanè non obſcure. Non enim prorſus, ſicut Aſclepiades, cum in ſymmetria quadā, (id eſt competentia) exiguorum meatuum ſanitatem: in ametria, (id eſt inconuenientia) morbum conſtitueret: reditum ad priſtinam meatuum ſymmetriam, ſanationem putauit: ita Theſſalus quoq; eſt arbitratus, ſed totum exiguorum meatuum ſtatum cenſet immutandum. Atq; ex hac opinione proceſſit metaſyncriſeos nomen, idem planè indicans poteſtate, quod græce metaporopœeſeως, id eſt exiguorum meatuum ſtatus mutatio. Cæterum non decebat ipſum, in quibus fugere ab incertis obſcuris q́; iubet & tantum ijs cōmunitatibus, quæ euidenter apparent, animum intendere, in ijs quoq; Dogmaticorum uti noībus. At noli (inquiunt ſectatores eius) cùm his utitur, dogmatice eū audire, ſed ἀφελῶς, id eſt ſimpliciter. Nam ita ferre ſuppetias ex ſectatoribus eius quidā ſolent, uidelicet ad aliud rurſus nomen nos reuocantes, nempe ἀφέλειαν, {quam nos ſimplicitatem uertimus:} quam ne ipſam quidem, quid ſignificet, ipſe
D ſanè intelligere poſſum. Si enim, ſicuti ipſi hoc quoq; rurſus exponūt, ad aliud ſ. magis friuolum nomen nos remittētes, nempe græce βιωτικῶς, quod ipſum rurſus exponentes ſignificari per id dicunt idem, quod uulgo hominum ſimiliter, utiq; tantundem fuerit ἀφελῶς ei, quod non definite nec exacte, ſed ſine omni tum arte tum ſcientia. Siquidem loquuntur homines, qui magis ſunt ad loquendum præcipites, artium nomina ſub ſenſibus quibuſdam, qui nullo fundamento nitantur: rogati vero, quid ſignificent, oſtendere clare non poſſunt. Quod ſi hoc Theſſalij iſti accidere ſibi fatentur, loqui ſe quæpiam, nec intelligere ſe exacte, quę loquantur, id ipſum profectò fatentur, quod nos illis obijcimus. Nam metaſyncriſis illa, ſi quidem de immutanda poropœia, id eſt exiguorum meatuum ſtatu, dicatur, certe intellectus aliquid habuerit, ſignificauerit q́; rem aliquam, cæterum friuolam multis modis. Nam nec ex corpuſculis & meatibus corpora noſtra conſtant: nec, ſi hoc verum eſſet, poſſet tamē aliquis docere, qua ratione ſinapi meatuum illorum ſtatum immutaret. Nec, ſi id quoq; oſtendere aliquis poſſet, conſentiens eorum ſectæ eſſet, qui ſe apparentibus cōmunitatibus contentos eſſe dicunt. Ne igitur vtantur hoc nomine, nec nobis negocia faceſſant: licet enim & ſine metaſyncriſeos nomine, diuturnorum vlcerum curationem alijs verbis dicere, ſicut Empirici faciunt. Quòd autem & in Atonias, id eſt imbecillitatis vocabulo, ſimili modo nugent, monſtratum prius eſt in ſecundo libro. Si enim, ſicut Empirici, nomē

vſurpant,aliud prorſus non ſignificant, quàm q actio non ſeruatur. Sin autem facultates aliquas gu E bernare animal proponunt,quales tum nos aſſerimus,tum oẽs ferè veteres,præter id,q Aſclepiadis dogmatis contradicunt,etiam incerta,& de quibus parũ inter authores conueniat,attingunt, quãuis ea fugere iubeant.Sed dic nobis Theſſale clare,quid ſibi velit illud μεταϲυγκϱίνειν. Si nanque exiguos meatus mutare,& falleris,&,quę incerta ſunt,vſurpas: Si firmari ſanam q; reddi corporis particulam,vel hoĩem totum,nihil hic prę ter nomen plus,q̃ Empirici,doces. Quippe ſciũt hi quoq; remedijs quibuſdam admotis reddi hoĩem ſanum: cæterum, qua ratione remedia id faciant,vtiq; neſciunt.Neq; enim,an exiguos meatus mutet medicamenti facultas,neq; an ſymmetrian efficiat,neq; an totam patientis particulę qualitatem alteret,poteſt Empiricorum quiſpiam dicere. Atq; illi ſaltem ſunt modeſti, vt qui vnum ſe ſolum ſcire dicãt, huic ſcilicet morbo in hoc tempore ſi medicamentum ex ſinapi adhibeatur, ſæpe notaſſe ſe vtilitatem ſecutam: non tamen methodos loquuntur,nec ſupercilium attollunt,nec tali ſibi notitia placent,nec antiquis maledicunt,nec Hippocratem pro nihilo habent,immo vero ipſum laudant,ferè q; oĩa vere dixiſſe affirmant. Hic vero Theſſalus,qui tum hunc,tum reliquos oẽs medicos contemnit, Empirica contumacis vlceris præcepta ſe ſcribere non intelligit: quanq̃,ſi vel hoc commode faceret,vtiq; aliquid operæpretium facere: atqui ne id quidem feciſſe videtur, cum ordinem remediorum inuertat, F & prius partis remedijs vtatur,quàm totum corpus præparauerit.Nã hoc inſignis inſcitię argumentum eſt: cum in vno eo ferè omnibus medicis cõueniat, quamuis in plurimis diſſentiãt, q totum corpus vacuum purum q; ab excrementis ante ſit reddendum,quàm vlla pars valentibus remedijs ſit ſubijcienda.Nam,ſiue experiẽtia iudicare quis velit, ſiue etiã ratione (tertium enim, quo iudicet, neq; in alia quapiam arte,neq; in vlla vitæ parte quiſquam habet) maximum eſſe incõmodum deprehendet, cum,toto corpore ſuam curam requirente,prius,quàm illi ſit proſpectum, afflictæ parti acre aliquod & calidũ medicamentum ſit admotũ.Trahit enim ad ſe,cucurbitæ more,ex toto corpore ſuperuacua,atq; ita in graui parte affigit,vt ægre auelli poſſint. Quo magis operęprętiũ eſt Theſſalios iſtos percunctari, vnde'nam Theſſalo in mentem venerit de contumacium vlcerum curatione talia nugari,cũ nec Empiricus quiſquam ante,nec Rationalis ita ſcripſerit: ſed nec ipſe Theſſalus,nec eius ſequacium quiſquam eiuſmodi remediorum ordinem aut cum experientia cõſentire,aut cum ratione, affirmare auſit. Adde,q nec docere poſſunt,quomodo tempus indicet,non aũt affectus: Sed neq; (quod hoc maius eſt) quomodo Theſſalus,qui ęſtimãdum cenſet,quid ſit,quod cicatricem vlcerum moretur,atq; id tollendum,non prorſus ſit ſtupidus,ſimul cum hoc tantum ſatis eſſe non videat,diuturnitatem autem vlcerum nihil eſſe ad rem: ſimul cũ non in vlceribus mo G do,verũ etiam reliquis morbis omnibus,id eſſe faciendum,veluti veteres monent, non aduertit. Verum ad hæc nobis nihil reſpondent: ſed ſemper non recte intelligere nos dictantes, tanquam videlicet ipſi vel Hippocratis, vel veterum cuiuſquam ſentẽtiam ad vnguem intelligerent, recte Theſſalum dixiſſe affirmãt, diuturnorum vlcerum vnam quandam cõmunitatem eſſe: Ita enim Hippocratem quoq; ſenſiſſe in libro de vlceribus, cum ita ſcribat: ‖ Etiã ab inueteratis vlceribus » id agere,vt ſanguis crebro effluat, cõducit, quomodocunq; videtur opportunum eſſe. Fortaſſis » ergo ad rem pertineat, tametſi non predixerim me de Hippocratis mente hoc loco diſſerturum, vel ſummatim aliquid de ea perſtringere.Fuerit vero,quod dicemus,non minus & priſcorũ ſenſus interpretatio. Hos nanq; viros,ceu nullius adhuc dogmatum ſectæ addictos, ſed pura & ſimplici mente ſtudentes vtile quippiam ad ſanitatem inuenire,credibile ſanè eſt quædam vſu, quædam inueniſſe ratione: tum ſcripſiſſe,quæ inuenerant,ſubinde nõ adhibita inuentionis ſuę ratione,aliqñ vero & adhibita: atq; id feciſſe ipſius legẽtium vtilitatis cauſa. Quippe, vbi ad dextrum inuentorum vſum conducturum poſteris ſperabant,ſi rationem inuentionis nouiſſent, tum eam diligenter prodiderunt: vbi ſecus,& ſuperuacuã relatu putauerunt,& propterea omiſerũt.Nam, q ſermonis compendium priſci in primis coluerunt,id oẽs vel me tacente iã norunt: atq; ob hãc H maxime cauſam non Hippocrates modo,verũ etiam reliqui priſcorum, medio interim tranſgreſſo,primo tertium adnectunt.Si enim primum ſecundi ſit ſignum,atq; hoc tertium ex neceſſitate ſequitur,ita tertium primo ſubijciunt,ſecundum pretereuntes.Oſtẽdi vero perſępe tum reliquos antiquos,tum vero maxime oĩum Hippocratem,talia ſcripſiſſe: debet q;, qui callere priſcorũ interpretandi genus volet,in illis exercitari.Nunc vero ipſum,quod propoſitum eſt, tm̃ exponam.

Nõ lõge à principio. Non hñt tamẽ hæc verba græci codi. ſpreſsi, ſed habuis ſe videtur Vidij cõtextus.

Quid ſit Vlcus, quod græcis appellatur Cacoethes: ac de Methodo Vlcerum omnium curandorum ex Hippocrate. CAP. 5.

NAm, quæ vlcera omnibus rite decenter q; factis tamen non ſanantur,'ea medici græce cacoethe, nos maligna, contumacia,rebellia'ue dicimus. Diuturna autem prorſus fiunt,cum duntaxat,vt vlcera ſunt,curantur.Quę vero ſit vlcerum,vt vlcera ſunt,curatio,in libro, qui hunc præcedit,definitum eſt.Hæc igitur vlcera & cacoethe,& inueterata, & diuturna vocant, indifferenter his nominibus in ipſis vtentes.Quin etiam ad noſcendum,q affectus ipſe,cacoethes id eſt contumax ad ſanandum,ſit, vnà cum alijs notis etiam id,q peractis etiam, quæ decent, omnibus diuturna fiant,aliquam portionem habet.Non tamen aut ipſa diuturnitas,aut q diuturna & vocentur & ſint, idoneam curationem indicat, ſed ex hoc,q male affecta ſit ulcerata pars,licet colligere.

A gere. Hoc vero inuento, & curationis ratio constabit. Quo, inquies, modo? Nẽpe, vbi tantum eę partes, quibus vlcus insidet, ita sunt affectę, si has sanaueris: vbi totum corpus vitioso aliquo succo abundat, si hunc vacuaueris. Ac signum quidem vitiosi succi est ipsa vlceris diuturnitas: inuẽtio autem eius, quod expedit, nõ ex diuturnitate, sed ex succi vitio suggeritur. Quare tria hæc deinceps se habent, signum, affectio, & curatio: signum quidem, ipsa diuturnitas: affectus, succi vitium: curatio, eius vacuatio. Atq; hac ratione subinde veteres inuenias medio pretermisso tertiũ statim primo subijcere: veluti Hippocrates fecit, cum dixit: ‖ Tum ab inueteratis vlceribus, confert, vt assidue sanguinem effluere facias, vtcunq; id opportunum videbit. non vtiq; curationem (Ibidem.) indicante vetustate, sed sanguinis vitio: quippe ipse mox subijcit: Prohibet nanq; maxime quidẽ eiusmodi vlcera sanescere. post vero etiam reliqua oĩa, putredo sanguinis, & siquid ex sanguinis transmutatione est ortum. Quin ẽt post paulo, cum de vlceribus, quæ ad cicatricem non veniunt, disserit: Nec si (inquit) quę vlcus ambiunt, nigricent, sanguine putri, aut etiam varice fluxionem suppeditante, id genus vlcera coire possunt, nisi quæ vlcus ambiunt, sana reddas. Post etiã de vari cum sanatione scribit. Ad hæc etiam purgationis meminit totius corporis, tum in alijs quibusdã vulneribus, tum ijs q̃bus cariem, quam sphacelon vocant, instare est metus. Præterea herpetibus,

B & esthiomenis omnibus, (id est, quæ exeduntur,) ita enim græce nominare solet ea, quæ humor aliquis erodit. Iam vero in ijs, quę mox sequuntur, rursus ad hunc modũ subiungit: ‖ In quocũq; (Ibidem.) vlcere erysipelas superuenerit, purgatio totius corporis adhibenda est. Et in summa, si curiose librum de vlceribus reuoluas, inuenies semper eum ab affectu indicationem sumere: vti vero interim & tpe, sed ad affectum noscendum. Quod vero hęc ita se habeant, ex ipso libri ingressu agnoscas, qui talis est: ‖ Vlcera madefacere, quęcunq; ea fuerint, nisi vino, non oportet. Tũ causam adijciens, ait: Nam siccum sano vicinius est, humidum vero non sano. Et mox: Vlcus enim humidũ (Ibidem.) est, sanum aũt siccum. Ideo q̃; per totum librum cum totius vlcerum curationis finem siccationẽ statuat, mox particularia inuenit, etiam finis ipsius subinde nos commonefaciens. Cum enim ita scribit: ‖ Quodcunq; vlcus acuto telo cęsim percussim'ue diuisum est, medicamentũ, quod cruentis statim imponitur, Enæmon greci vocant, ac siccãs, & quod suppurare vetet, admittit. Fit enim (Ibidem.) effluente sanguine siccius. Et rursus: Quæcunq; probe & opportune purgata, semper ad siccius promouentur, † ijs caro magna ex parte non supercrescit, } nisi si contusa sint. Et rursus: Siquod coire nequit, humecta caro in causa est: In his oĩbus primæ sanandorũ vlcerum indicationis nos admonet. Siquidem vlceris, qua vlcus est, sanatio, mediocris siccatio est: cuius rei demõstratio in († Hæc nõ sunt in greco exemplari: nec eo sẽsu, loco paulo post sequente, sunt ab Hippocrate posita.)

C libro, qui hunc præcedit, tradita est. Verum vlceris, quod cum alio affectu coniunctum est, cuius videlicet precedere curationem oportet, eius curatio, vt vlceris solius, non est, sed prior illius affectus, secunda vlceris. Nam, siue phlegmone quæpiam, siue nigritia, siue ecchymosis, siue erysipelas, siue œdema, vlceratam carnem obsederit, primum eius molienda curatio est. At vero, q vlcus interim non solum nõ commode curatur, sed multo ẽt maius redditur, id neminem lateat. Nam, siue contusa fuerint circũposita vlceri loca, seu phlegmone alius'ue tumor in his constiterit, propria eius affectus sanatio inuenienda nobis est, illud pro certo habentibus, fieri nõ posse, vt ulcus sanetur, nisi locus, in quo consistit, prius sit sanatus. Ac proinde Hippocrates ipse redigens nobis in memoriam ea, quæ statim in libri initio tradiderat, tum quæ reliqua paulo ante sunt comprehensa, tum uero hęc adscripsit: Quodcunq; ulcus cæsim percussim'ue acuto telo est diuisum, medicamentũ enæmon, & siccans, & quod suppurare uetet, admittit. Sin caro aliqua telo tum contusa, tũ cęsa sit, huic ita medendũ est, ut q̃ celerrime suppuret: nam & minus phlegmone urgebit, & necesse est carnes, q̃ cõtusæ cęsę q̃; sint, putrefactas & i pus uersas liquari: postea nouã carnẽ nasci. (* σαπείσας .. est in antiquis.) Indicat enim hoc sermone manifeste solos eos ulceratarũ partium affectus non esse siccandos, in q̃bus gigni q̃ celerrime pus cupimus, utiq; q cũ aliqua putrescentia pus fiat, obiter docẽs. Porro

A 4. f. 4. t. 3. c fo. 471. a. D oĩa, quæ putrefiunt, ex calido & humido sic afficiũtur. Ideo q̃; ẽt ea cataplasmata, quæ ex hordei farina cõponuntur, ceu quæ calefaciant humectent q̃; oĩbus ijs affectibus, quibus moueri pus expedit, admouemus. Hordei nãque farina ex aqua & oleo, item q̃; panis ex aqua & oleo, præterea fomentũ multæ calidæ aquæ, & tetrapharmaci uis, oĩa deniq; quæ calefaciunt & humectant, celerrime pus mouent. Ideo q̃; ẽt ijs partibus, quæ phlegmone infestãtur, ubi uehementius iam pulsitant, sic, ut iam desperetur de horum citra pus curatione, ueteres oẽs eiusmodi applicant medicamenta: ante uero nequaq̃. Atq; hoc Hippocrates ipse aperte nos docet in memoratis iam uerbis, (Ibidẽ. c. 2 h) quibus iubet, quæ sine contusione uulneratæ partes sunt, quã maxime siccare: q̃ cum contusione quadã sunt læsæ, ijs q̃ primum pus mouere. Quin etiã, cum dixit: ‖ Quæcunq; ulcera nõ probe & (Ibidem.) ut conuenit, expurgata, semper prius pullulare incipiũt, ijs maxime caro supercrescit: quæ uero probe & ut decet, expurgata, semper ad siccius promouent, ijs, nisi sint cõtusa, caro ut plurimum non supercrescit. Quippe hic illud/ nisi sint contusa/ quod adijcit, redigit nobis in memoriam, qđ in superius proditis uerbis est dictũ, nẽpe oportere oĩa siccari præter ea, quæ contusa sunt. Neq; enim, sicubi cataplasmate, quod calfaciat humectet q̃;, illinunt, q̃ phlegmone infestant, ex prima rõne id fit, hoc est, ut remediũ affectus, sed ut symptomatis mitigatio: siquidem ipsius phlegmones remedia sicciorũ sunt uiriũ. Audi nanq; loquentẽ Hippocratẽ: Cataplasmata œdematum, &

phlegmones,quæ in circa positis consistit,verbascum coctum,& folia trifolij cruda,& epipetri so E
lia cocta, & polium: quippe oïa hęc siccandi vim habēt, veluti in cōmentarijs de simplicibus me
dicamentis docuimus.Et cōpendiaria obsessarum phlegmone partium curatio per id genus præ
sidia obitur,quæ sanè vel affectum prorsus submouent: vel,siquid exiguum,quod suppuret, reli-
querint,alterum medicamentū acre,quod educere pus queat,requiritur: vel, si tenuis circūposita
cutis sit,velis q; celerius explicatum ęgrum,sectio petenda est.Cęterum curatio phlegmones per
hordei farinā dolorē lenire studentis est, non medentis & contra malum pugnantis. Verum de
talium differentia in sequentibus plenius docet. Illa porrò mihi demōstrata manifeste puto, Hip
pocratē tum vlcera quæq; siccanda esse iussisse, tum hunc esse curationis finē sanxisse, ipso scilicet
affectu indicationem prębēte,non tpe.Quòd siquis hoc magis etiam sibi persuasum cupit, librū
eius de vlceribus totum diligētius euoluat.Intelliget enim illud ipsum perspicue, tum vnā esse vl
cerum oīum generalem curationem, nempe quam nos proximo libro docuimus: tum vero non
minus illud,nullam esse à tēpore nec in vlceribus,nec in phlegmone,nec deniq; in alio quopiam
affectu indicationem. Qm̄ vero in hunc sermonis locum peruenimus, æquum est ostendere non
modo horum,quę iam retulimus,fuisse inuentorem Hippocratem, sed ēt reliquorum omnium,
quæcunq; hunc scire,qui cōmode vlcus sit sanaturus,est opus. Videtur enim is nō solū vlcerum, F
quæ citra alium affectū consistunt,sanandorum rationem inuenisse,vt quę in siccādo cōsistat, sed
etiam priuatim per species affectuū cuiusq;.Nam aut vitiosus succus ad partem,cui vlcus insedit,
amplius non fluit,aut ēt fluit. Ac si non amplius fluit,ipsi tm̄,quod laborat,succurrendū est,si qui
dem vel"liuidum,vel nigrum,uel rubrum conspicitur,scarificando,ac sanguinē emittendo: mox A.l. 4. f. 4. c. 1. fo. 471
(ut ipsius uerbis utar) spongiā statim sicciorē magis, q̄ humidiorē, superimponendo neq; enim,
arbitror,ignorabit quispiam particulam illā,q̄,negationis hoc loco uim habere, tanq̄ ita diceret,
sicciorem, non humidiorem: post hæc uero ēt siccantia remedia applicando: ab his, si res postu-
let,rursus sanguinem auferendo: ac mox iterum talia peragendo,donec parta omnino sanitas sit:
Ibidem. || quòd si labra ulceris dura callosa q; appareant,etiam ea excidendo. Etenim de his quoq; ita ait:
Circularia ulcerum,si subcaua sint,circulo præcidere,quæ abscesserunt, oportet,uel oïa,uel ex di-
midio circuli f̄m hominis longitudinem.Scripsit uero & de tumoribus, qui coniūcti cum ulcere
sunt,uniuersis, quemadmodum curandi singuli sint: simili modo & de uaricibus, quādo horum
quoq; occasione contumax ad sanandum ulcus redditur,qm̄ aliqua ex his humiditas ad exulcera
tas partes defluat. Ad eundem modū,& cum ex toto corpore humor confluit,totum purgare iu-
bet, nusquam uidelicet in his indicationem à tempore sumens. Nam & ridiculum planè sit adeo G
multas ac uarias sæpe ēt contrarias indicationes ab una communitate fieri. Nam, si etiam demus
indicationem aliquam à tpe sumi,quę tandem ea sit,dicere par est,ac summa quapiā una cā com-
plecti: ueluti in reliquis omnibus ipse quoq; Thessalus facit,nedū nos. Quippe unum illi perpe-
tuo indicat astricti corporis affectus, nempe ut remittatur ac relaxetur: unum rursus soluti, utiq;
ut adstringatur.Quin etiam in ipsis ulceribus,quod sordidum est,abstergeri postulat: quod cauū
est, impleri: quod æquabile est,cicatrice induci: cui caro supercreuit,hanc sibi detrahi, etiā eo ipso
authore.Ergo,sicut in horum singulis,ita in diuturnis quoq; alterum aliquid ad portionē osten-
dat,quod unum sit: uerum non potest: nam & excidenda ea pręcipit. At,quæ'nam,quęso, sit ista
rationabilis à tempore indicatio: tum remedio ex sinapi uti, de quo uanum illud nomē metasyn
criseos usurpat: ab hoc ex radicula uomitu: & postremo,cum nihil ultra inueniat,ueratro. Verū
hæc quidem (quemadmodum dixi) etiam in sequentibus plenius dicētur,'ubi nihil usquam ullo
in morbo à tempore indicari, sed signum id non nunquam affectus esse docebimus.

De Indicationibus Venæ sectionis,& Humorum purgationis, quæ ab Vlceratarum partium temperamento, & substantia sumuntur. CAP. 6.

VErum rursus ad Hippocratē reuertor: Quē sanè diligētię noïe admiror cum in alijs oībus, H
tum uero q̄ scopū,qui medico ad indicationē non in uno altero'ue,sed prorsus omni mor-
bo,sit spectandus,nō omiserit.Est porrò is,qui ab affectus magnitudine sumitur,quē non modo
Methodici prætermiserunt,(non enim est id mirum) sed ēt rationalium plurimi,atq; etiā Empi-
† ἐπὶ τῆ πληθωρικῆ καλουμένῃ συνδρομῇ. rici (quanq̄ alio modo) oēs.Nam, ubi † in redundantis sanguinis (ut illi loquunt̄) concursu,ꝫ ua
cuationem à se obseruatā dicunt,manifeste fatent̄ ob nullius alterius eorum, quæ in ægro uisunt̄,
respectum, se ad uacuationem accedere. Neq; hoc dico propterea,q̄ purgatio uacuatio sit, quam
redundantis sanguinis concursus non indicet,sed q̄ ēt, tametsi redundantis sanguinis concursus
nō adsit,ad ipsam"tn̄ sanguinis missionē interdū sit confugiēdum: qn̄, si ualens morbus sit cū ui- A.l.4.f.41. c.3.fo.461.
rium robore,nemo est,q sanguinē non mittat, q utiq; in artis operibus sit exercitatus. Quippe ip
sos Empiricos uidemus,cū lapsus ab alto quis sit,aut alià's plaga aliqua cōtusas uehemēter corpo-
ris partes habuerit,ad sanguinis missionē confugere, quanquā idem homo paulo ante sanus fue-
rat,prorsus q; redundantię sanguinis expers.Ex quo patet nō hoc esse,quod mittendum sangui-
nem indicet,sed magnitudinem morbi,ac uirium robur,exceptis tamen à sermone pueris.Nā &
alia ratione, siquis etiamnum sanus,nec adhuc quicquā lęsus,in sanguinis redundantis concursu
sit positus,non statim huic mitti sanguinem est necesse: imo alijs satisfacit inedia,alij cibi parcitas,
alij

A alij soluta aluus, vel purgatio, vel frequentius balneũ: alij sola exercitatio, vel multa frictio abunde fuit. Missio vero sanguinis ne ab ipsis quidem Empiricis, ijs, qui ita se habent, necessario adhibetur. Ad eundem modum nec purgatio in sola vitiosi succi abundantia cõuenienter suscipitur. Sed, sicut missio sanguinis vel propter ipsius abundantiã, vel propter morbi magnitudinem, ita purgatio & propter abundãtiam alterius cuiusquam succi, & propter vim morbi adhibetur. Ac de sanguinis missione tum in alio libro egimus, tũ vero in sequentibus agemus. De purgatione in hoc libro disseram: desiderant enim ęgri hanc, non modo vt quod noxium superuacuum, quo vrgẽtur, educat, sed etiam vt quod tum ad diuersum trahat, tum vacuet. Atq; ob eam rem Hippocrates tum in reliquis omnibus operibus, tum in eo, quod de vlceribus prodidit, etiam morbi magnitudinem ad purgationis indicationem considerat. || Purgatio, inquiẽs, per aluum plurimis vlcerum prodest: præterea vulneribus, quæ in capite sunt accepta: item, quæ in ventre & articulis: ad hęc ijs, in quibus ossi caries impendet. Pręterea, quę fiuntur, & quę exeduntur, & herpetibus, & reliquis quæ vlcera diuturna reddunt, etiam quæcunq; deliganda sunt, per aluum purganda sunt. His verbis clare docuit vlceribus omnibus & vulneribus, quoties præualida sunt, purgationem esse vtilem. Cum.n. trifariam non hæc modo vitia, verum etiam reliqua oĩa grauia magna q; Ibidem.

B reddantur, nempe vel propter afflictę partis pręstantiam, vel propter affectus magnitudinem, vel propterea ꝙ sunt cacoethe, cuiusq; horum seorsum videtur Hippocrates mentionẽ fecisse, vtiq; in capitis ventris q; vulneribus præstantiam læsæ indicans partis. Ventrẽ autem hoc loco non solum inferiorem intelligendum esse, sed ẽt superiorem, patere cuiuis arbitror. Diuiso nanq;, quod inter collum & crura est trunco in duas capacitates maximas, prior sub thorace, secũda sub membrana, quæ abdomini subtenditur (Peritonæon Græci vocant) continetur. Et sanè vulnus, quod intra thoracem intra'ue etiam peritonæon penetrauit, nõ paruum periculum affert, potissimum siquid interiorum vnà sit vulneratum. Quin etiam cacoethe statim fieri, quæcũq; in articulis accepta vulnera sunt, id quoq; oẽs ferè sciunt, Empirici quidẽ ex sola ipsa experientia, cui soli attendunt: qui vero corporis naturæ scientiam comparare studuerunt, ex ipsa vulneratarum partiũ natura. Vbi enim tẽdones, & nerui, & carne vacua, atq; ossea loca sunt, hic doloris, vigiliarũ, cõuulsionis, & delirij periculum instat. Tum hæc igitur vulnera, tum quæ fiuntur, id est quæ adeo sunt magna, vt suturis indigeant, aut si non his, certe deligatura, alui purgationem desiderãt. At vero iam dictum in proximo libro est, quæ magna vlcera sunt, ea vel suturis vel deligaturis esse coniũgenda. Quin ẽt, quibus corrumpẽdi ossis periculum impendet, ea vtiq; cũ magnitudine phleg-

C mones sunt. Iam, quæcunq; exeduntur, ea tum cacoethe sunt, tum malorum succorum soboles. Herpetes quoq; à bilioso excremento ortũ habent: reliqua q;, quæ inueterãtur oĩa, ex huiusmodi quapiam causa proueniũt. Quare in oĩbus his non sine ratione purgare per aluum iubet. In progressu vero hęc insuper adijcit: In omni vlcere, cui erysipelas superuenit, purgari corpus oportet, qua parte vlceri maxime cõducit, siue id per superna, siue per inferna sit. Cuius ẽt ipsius rei discrimen in libro de succis nos edocuit, auertere || nos iubẽs ad contraria, deriuare vero ad latera: quin etiam, cum maxime influit, tum ad diuersa reuellere. Dictum vero & de hoc in eo libro est. Quare nunc quoq;, si etiamnum fluxio valẽter irruat, reuellere ad contraria studebimus, vtiq;, si in superioribus vlcus consistat, per inferna purgantes: sin aũt in inferioribus sit, superiorem ventrem vacuantes. At, si iam fluxio restitit, atq; in membro inhæsit, deriuare per vicina magis expedit: cum & in propinquiora translatio sit, & purgãti medicamento promptior tũ accessus, tum attractus è vicino detur. Hanc vero rõnem ad aliam quoq; artis partem spectare, nempe quæ de succorum medicatione præcipit, neminem latere arbitror. Proinde q; in sequentibus etiam repetere eã erit necesse, ac totam absoluere. Nunc illud docere volo, tum ipsam morbi siue vim, siue magnitudinem appellare velis, pro indicatrice quadam sanguinis detrahẽdi, vel purgationis adhibendæ sta- Lib. de Humo. a principio.

D tuendam esse: tum vero Hippocratem hanc oĩum, quos nouimus, primum indicãtionem adinuenisse. Ac de alijs quidem morbis in sequentibus libris id ostendã, de vlceribus vero in hoc, qui in manibus est. Ac de purgationibus quidem mihi explicatum iam est. Nam, cum triplici genere morbus quisq; sit grauis, aut propter præcellentiã partis, aut propter affectus magnitudinem, aut propter ipsius cacoetheian, omnium horum meminit Hippocrates, vbi de purgatiõe egit. Quid igitur (dicet aliquis) nunquid etiã sanguinem detrahi interdum suadet propter has ipsas causas? Mihi vero id quoq; iubere videtur, uerum breuiter nec sine demonstratione: ueluti tum ipsi, tum reliquis mos fuit. Id ita esse intelliges, primũ quidem, si hæc eius uerba relegeris: Omni recens facto uulneri, nisi in uentre sit, expedit ex ipso statim sanguinem plus minus'ue effluere: quippe phlegmone minus tentabitur tum ulcus ipsum, tum quę circũposita loca sunt. Post hæc autem, si uerba, quæ in libro de ulceribus ab eo || sunt scripta, tum quæ in alijs oĩbus libris sæpe proposuit, recorderis, debere scilicet imitatorem esse medicum non tantum naturæ, sed etiam eorum, quæ, cum sua spõte ueniunt, conferunt, clare iã senis mentem intelliges de sanguine, cum magna sunt uulnera, detrahendo. Si nãq; expedit in talibus sanguinem effluere, non aũt effluxit, quod deest, ipse adijcias, oportet: declarãt id ea, quæ subiũgit, quippe hęc statim cum iã dictis uerbis copulat: Et ab ijs, quæ inueterata sunt ulcera, ut sanguis crebrò fluat efficere prodest, utcũq; opportunum

A 4. f. 4. l. 1. c. 0.463. f — Non longe a principio.

videbitur, tum ab ipsis vlceribus, tum à circũpositis vlceri partibus. Nam, quoniam prædixerat omni E vlceri recens facto sanguinem emitti debere, cernens, nisi etiam de inueteratis mẽtionem faceret, fore vt ab aliquo putaretur de recentibus tm̃ ita pronunciasse, idcirco illud recte adiecit, & ab inueteratis vlceribus sanguinem mittendum esse. Ac, si perpetuum est, quod ab eo didicimus, incipientem fluxionem ad cõtraria trahẽdam esse: fixam vero iam in laborante particula vacuandam esse vel ab ipsa particula, quę affligitur, vel à maxime vicina: in promptu nobis et de sanguinis detractione colligere nunc est, quod in principio hęc è longinquo, postea ab ipsis exulceratis partibus, sit emolienda. Quin etiam, si ijs, quæ iam dixi, illud quoq; adijcias, nempe quod ipsum, qui redundat, succum vacuandum esse Hippocrates suadet, aliàs sanguinis detractionem adhibebis, cum videlicet is vincit: aliàs pharmacum, quod ad bilem flauam, vel atram, vel pituitam educendam vim habet, dabis, Illius interim in oĩbus his non immemor, non esse vlceris, qua vlcus est, vllam id genus curationẽ, sed vel vitiosi, qui coniũctus est, succi, vel redundantiæ, vel phlegmones, vel herpetis, vel eius generis alterius: Sed nec illius oblitus, quod aliquid interim ex ijs, quæ vlceribus accidunt, indicationem propriã suggerat, veluti & magnitudo. Dictum aũt & de ipsis vlceribus est in libro, qui hunc pręcedit: vbi vlcerum differentias oẽs, & quot, & quæ sint, & quę sit vniuscuiusq; indicatio, exposuimus. Præberi tamen vacuandi indicationem ab ipsa ægritudinis vi, in eo libro non F dixi propterea, quod & longiorem demonstrationem requirebat, & totius corporis curam cum vlceribus in eo non coniunxi: hic vero exequutus sum, quantum ad rem propositam erat vtile.

De reliquis Indicationibus Vlcerum curandorum, maxime vero de ijs, quæ à Positu, & Figura partium oriuntur. CAP. 7.

NAm absolutus sermo de hoc genere indicationis, quã à magnitudine morbi sumi diximus, ẽt in sequentibus habendus restat: pari modo de indicatione, quæ ab ætate sumitur: præterea de ea, quæ ab humoribus sanandis accipitur. Ad eundem modum, & quæ ab afflictis partibus indicatio exhibetur, cõsummatius in sequentibus libris tradetur. Nunc enim, quod ab earum natura, id est temperamento, & substantia sumi ad curationem potuit, tm̃ diximus: quæ vero tum à positu, tũ à forma, item q; vsu, præterea sensus acumine hebetudine've, indicatio suggeritur, hanc nõ attigimus. Dicatur itaq; & de his, quãtum sit ad vlcerum curationem vtile. Igitur, ᵃquę acuti A.l. 4. f. 4. t
*ἀνωδύνων. sensus pars est, eam q̃ maxime citra dolorem curare tentandum: tradita vero eiusmõdi remediorum materia est in ijs libris, qui sunt de simplicibus medicamentis inscripti. Quæ parum acri sen- c. 2. fol. 471
su est, hæc, si affectus ita suadet, valentiora remedia recipit. Et principis quidem mẽbri robur seruari oportet: veluti latius, vbi de phlegmone agemus, docebitur: Quod tale non est, licet, huic eã G medendi rationem tutò adhibeas, quæ relaxando remittendo q; mitiget, Chalasticen Græci vocant. Atq; hæc quidem in sequentibus fusius tractabimus. In hoc libro indicationem, quę & à positu, et à figura partium sumitur, trademus, atq; ita quarto huic libro finẽ imponemus. Hinc igitur excogitatum est ei, cui exulceratus ventriculus sit, medicamenta esse bibenda: Cui gula, non semel, nec tota simul assumenda, sed paulatim & assidue: quando ex transitu & contactu vulneribus, quæ hic sunt, vtilitas accedit, non ex continendo, & diutius adherendo, sicut ijs, quæ in ventriculo sunt. Quinimmo, & quod crassiora hæc & magis lenta sint adhibenda, id quoq; à positu figura q; est indicatum. Nam, quoniam gula transitus quidam comestorum bibitorum q; est, idcirco remediorum eget, quæ adhærere, & vndiq; quasi concrescere, & agglutinari possint: non autem quæ elui ac defluere sint prompta. Ac circa partes eius veluti concrescunt, quæ crassa sunt: agglutinantur, quæ lenta sunt. Quæ vero vlcera in crassis sunt intestinis, ijs, quæ per sedẽ inijciunt, remedijs magis egent, quippe cui magis sunt propinqua: Quę in tenuibus habẽtur (quoniam & longinquiora sunt, & medio situ posita) ambo requirunt, & quę superne sumuntur, & quę per sedem infundũtur. Sanè cõis oĩum internarum partium indicatio est, vt ea eligantur, quæ animalis naturę maxime sint familiaria, siue ea cibi sint, siue medicamenta: fugiant respuant q; huic contraria: quanquam H in ijs, quę foris sunt, vlceribus innoxius ẽt talium medicamentorum est vsus, ęruginis, ęris q; vsti, & ęris squamę, & cadmię, & pompholygis, lithargyri, & cerussę. Hæc igitur, & similia interioribus exhiberi non debebunt. Porrò proditum de natura horum est tum in tertio de temperamẽtis volumine, tum in libris de simplicibus medicamẽtis. Eligenda vero alimẽta sunt, si quidem ad cicatricẽ perducere, aut glutinare vlcus studemus, tum austera, tum glutinosa, tũ quę minime mordeant: Sin emundare, quę modice abstergeant: quod munus mel non coctũ pręter cętera pręstat. Austerę vero potiones, & eiusdẽ rationis alimẽta cuiq; sunt nota. Voco austerum id, quod Styphõ quoq; grece, id est adstringens, dr̃: Acerbum vero, quod intẽsum austerum est, gręce Stryphnon. Quę vero medicamenta citra internarum partium molestiã sumantur, ea tradita sunt in ijs libris, qui de medicamẽtis sunt scripti: dicetur tñ & nunc eorum formula. Ergo internis vlceribus opi
*σάμιος ἀστὴρ tulãtur hypocystis, & balaustium, & cytini punicorum, & galla, & malicorium, & terra samia, & lemnium sigillũ, & rhois rosarum q; succus, & acacia, alia q; id genus, quę vlceribus internis pręsidium afferunt, nec vllam visceribus noxã inferunt. Danda vero hęc sunt ex aliquo adstringentium decocto, vel mali cotonei, vel lentisci, vel summorũ rubi vitis've, vel myrtorũ, vel deniq; ex vino aliquo austero. Non latet aũt & de vini vsu, quod cauẽdum id est, vbi phlegmones suspicio

adest.

A adest: aliàs dari nihil vetat. Nec illud obscurum est, eiusmodi medicamina præparanda, ac iam dictis humidis excipienda esse: tum vero tragacanthen & gummi illis admiscenda, potissimum si quis ea iis, quę in gula sunt, exhibebit. Sed & gargarizare quoq; iubendum est ei, qui ad fauces & paristhmia his vtetur. At ad vlcus, quod in aspera sit arteria, vt supinus quàm diutissime in ore teneat, ac omnes, qui illic sunt, musculos relaxet remittatq;, præcipiendũ: influit enim sic sensim & paulatim de medicamento aliquid sensibiliter & manifeste in ipsam arteriam: nam, & cum naturaliter se habet, scire licet potionis non nihil huc percolari. Sed, veluti in secũda valetudine, ita nimirũ in aduersa cauendum est, ne largius influat, vtpote quod tussim excitabit. Nam, quoad humor vndiq; iuxta tunicas arteriæ, ceu iuxta murũ aqua, descendit, tussim vtiq; non cit: siquid per mediã spiritus viam incidit, tusses statim excitat. Tum hæc igitur à situ & forma partium omnia sunt desumpta: tum vero nõ minus illud, ꝙ omnibus medicamentis, quę thoracis & pulmonum vlceribus sunt destinata, mel "sit admiscẽdum: quando, si austera iis duntaxat medicamenta exhibebis, ea in ventriculo morabuntur. Ergo digestionis eorum in corpus, instrumentum mel erit, ac celeris transitus veluti vehiculum: cum eo, ꝙ nec vlceri nocebit. Ad eundem modum, quoties in vesica & renibus vitium consistit, non solum mel ipsum, sed etiam eorum, quæ vrinas mouẽt, (A.3.f.10.t.5. c.274.f)

B quippiam, vlcerum medicamentis misceri oportebit. Illud quoq; patere, vel me tacente, cuiuis arbitror, exulceratas partes tum ex earum substantia, tum functione, tum vtilitate, tum positu, tum figura discerni. Monstratum autem id abunde est in libro de notis affectorum locorum. Verum non est de illis nunc locus. Rursus igitur ad medẽdi methodum reuertor. Aio igitur nõ hęc modo, sed etiam alia non pauca ex figura partium positura q; indicari: quippe quando nec deligare commode ægram particulam possis, nisi prius vel ex figura, vel positura, vel vtrisq;, indicationẽ sumpseris: sed nec immittere in sedem clysteris fistulam commode queas absq; eius generis indicatione. Iam per penem iniicere medicamenta in vesicam sæpe necessum est. Illud de cathetere apponere opus nõ est, ꝙ eo probe vti omnino nequeas, nisi & positum & figuram totius vesicæ planè perspectam habeas. In talibus ergo omnibus clare patet non parum ad totam curationem affectum ipsum locum indicare. In ruptis autem, (quæ Rhegmata Græci vocãt,) plures indicationes in idem cõcurrunt: siquidem, & quæ à positura capitur, recte ad examen venit. Nam propterea, ꝙ & in profundo corporis sunt, & latẽt, idcirco diuersam curationem ab iis, quæ apparẽt, postulabunt. Quoniam vero cum ecchymosi quidem omnino, aliquãdo vero & cum contusione circum ipsam præruptã carnẽ consistunt, idcirco plures curationes indicabunt: semper enim

C pro affectuum numero, etiam medendi indicationes respondent. Ac docebitur quidem, vbi de phlegmone disseremus, locupletius, quòd valentiora medicamenta requirant, quæcunq; in profundis partibus laborant, quàm quæ in summo corpore sunt affecta. Nunc id saltem arbitror patere, ꝙ solui necessum est præsidiorum, quæ foris applicãtur, vim, vbi, quod ab his iuuandum est, in profundo latet: quare intendere hanc eatenus oportebit, quatenus per transitum ad profundum est remittẽda. Sanè ecchymosis omnis, vacuationem pro remedio curationis indicat: quare calfacientibus huic & modice siccantibus medicamentis est opus. Quippe, quæ vehementer siccant, digerunt illa quidem in principio euidentius, quàm quæ sunt imbecilla, cæterum non nihil ipsius vitij scirrhosum difficile q; curatu relinquunt. Ac dicemus de his in sequẽtibus diligẽtius: sed & nunc, quantum ad rem pertinet, abunde est dictũ. Quæ enim humectant calfaciunt q; pharmaca: præterea hæc, quæ omnes iam græce vocare Chalastica, id est relaxantia, solent: atq; ex his quæcunque ad siccius paulo vergunt, nec tamen adhuc clare manifeste q; contrahentia sunt, quæ Syntãtica vocant: hæc omnium sunt ecchymomatum remedia. Curandum vero est, vt vnà cũ ruptis, quæ in profundo hærent corpore, hæc tum vires magis habeant intentas: tum ipsa magis acria magis q; dissipãntia sint: tum (vt semel dicam) tanto efficaciora, quãto magis à cute ad pro- (* Al. ξηραντικὰ. i. exiccãtia.) (* τμητικώτερα. i. incidẽtia.)

D funda ecchymosis recessit. In talibus "sanè nec cucurbitæ vsus sit inutilis: id etiam est instrumentum ad violentũ attractum à medicis excogitatum. Cęterum, cum totum ecchymoma digestum per halitum est, siccare iam vehementius ruptum ipsum permittitur, ac deligatura coniungere, omnia q; in summa facere, quæ, vt vlcus coalescat, efficiant. Ergo, si euocatũ celeriter ecchymoma sit, facile coalescet rupta ipsa caro: sin longiore spatio, sordes multa subnascens medium inter vlceris labra spatium occupat ita, vt iam coire ruptio non possit. Atque inde adeo fit, vt qualibet leui de causa nos hæc sui admoneant: nam, siue quis obriguit, siue parum concoxit, siue febri laborauit, siue se vehementius fatigauit, eiusmodi particulis ilico dolet: non enim in idẽ coiere ruptionis labra, sed tantum prope sunt admota: quo fit, vt leue momentum ea facile separet, & medium locũ superuacuo humore repleat. Et quid, quæso, aliud, quàm assidue nouum ecchymoma his gignitur: & primo illi, cum videlicet primum caro est rupta, simile: nisi quòd nunc ex tenui magis saniẽ constat, cum in principio è sanguine ecchymoma esset: ideóque facilius etiam nunc, quàm intra initia, digeritur. (Li. 4. f. 4. t. 2. c. 467. a)

Hæc itaque, quæ hactenus diximus, disputationi de vlceribus satisfacient. Finémque iam quarto huic volumini impono.

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Sanguinis Profluuia, quæcunque venis vel arteriis læsis contingunt, sanantur, ac Vlcera in pene vel in sede.

Epilogus vniuersæ Vlcerum curationis superioribus libris explicatæ. CAP. I.

Vemadmodum quis vlcerum curationem optime moliatur, cum duobus ante hunc libris docuerimus, illud obiter ostẽdimus, reliquos oẽs medicos, qui simpliciũ in nobis particularũ elementis minime inquisitis artẽ adeunt, non posse quicq̃ certa rõne sanare, minime q; omniũ, qui Thessali dogma F profitẽtur. Reliqui nanq; ea saltẽ vlcera, quæ in diuersis sint partibus, diuersis rõnibus sananda censent, ipsa nimirũ experiẽtia docti. Qui vero Thessalum authorẽ sequuntur, propter excellentẽ scilicet sapientiam, omne vlcus, quacũq; in parte animalis sederit, similis egere curationis putant. Quippe, si cauum sit, impleri: si ęquale, cicatrice induci: si caro supercrescat, hanc detrahi: si cruentũ, recẽs q; sit, agglutinationẽ postulare aiunt: ceu vero, qui hęc norit, cũ recte mederi sit necesse: nec sit hæc ratio ẽt cuilibet ẽ plebe cõmunis, cum nemo sit, qui horum quicq̃ ignoret. Cęterũ nec, quemadmodũ carne implendus sinus sit: nec, queadmodum ad cicatricem perduci, quod impletũ est, debeat: aut cõprimi, quod superauctum: aut coalescere, quod purum citra q; sinum est, intelligunt: sunt enim eiusmodi opera tantũ medicorũ, quæ vel ratione, vel experientia, vel vtriusq; ope sunt inuenta. Rursus igitur repetẽtes, summatim ea percurramus, quò dicendorũ caput cum dictorũ copuletur calce. Monstratũ est omne vlcus siccantia medicamenta requirere: Cęterũ, quod sinũ habet, vt minus sanè, q̃ reliqua, sic ea, quæ, pręterq̃ q modice siccent, etiã abstergendi facultatem obtineant, desiderare: Quod vero cõiungi sibi labra postulat (cuiusmodi scilicet sunt, quæ medicis latine Cruenta, gręce Enæma dicuntur) huic tum, quæ magis etiã siccent, tum vero, quæ citra G abstersionẽ leuiter adstringant, opus esse: Iam, quæ vlcera perduci ad cicatricẽ postulant, hæc non solũ magis adhuc siccantibus, sed etiã strenue adstringentibus remediis egere: Quòd si caro eorũ præter naturæ modum intumuit, acria & demolientia (quæ eadem calida sicca q; necessario sunt) desiderare. Si quod vero aliud symptoma vlceri adiunctũ erat, ab eius natura curationis indicatio sumebatur: atq; ex hac rursus remediorũ facultas petebatur: Si nanq; sordes innascerẽt, quæ hanc tollerent, opus esse: ea q; omnia abstergendi vim habere multo sanè maiorẽ, q̃ ea, quæ carne implerent: Si vero copiosior in his humiditas cerneretur, etiam quod magis siccaret, medicamento opus esse, cęterũ quod propriam speciem non egrederetur: Ac, si agglutinaturũ medicamentum esset, siccans adstringens q; id esse debere: si carne impleturũ, siccans & abstergẽs: atq; in singulis reliquorũ, vti dictum est: Si vero intemperata subiecta caro esset, primũ eius intemperantiæ succurrendum esse, vtiq;, quę siccior iusto esset, hanc humectantibus: quæ humidior, siccantibus: tũ quæ calidior esset, refrigerantibus: quæ frigidior, hanc calefaciẽtibus: &, si gemina qualitate esset intemperata, pharmacum quoq; eligentibus, quod gemina esset qualitate cõtrarium: Quippe id oĩum, quę pręter naturam sunt, cõe esse, non posse ad naturam suam redire quicq̃ sine iis, quæ ipsi facultatem haberent contrariam: Considerãdas præterea & intemperantiæ causas hoc tempore H esse, siue hæ totius corporis essent cões, siue quarundam partium propriæ, quę videlicet per societatem (quã Sympatheian vocant) exulceratum membrum infestarẽt: Medendum vero primũ esse causæ, quæ intemperantiã adhuc foueret: post hanc vero ipsi, quæ iam facta esset, intemperantiæ: quippe hanc cõem indicationem esse omniũ, quæ ex causa quapiã oriantur. Ostendimus aũt tum ab vlcerum differẽtijs diuersas præberi indicationes: tum eas, quæ à laborantis corporis tẽperamẽto sumunt, diuersam ab his habere rationẽ. Siquidem illæ, cũ ex iis, quæ pręter naturã sunt, sumant, oẽs contraria esse adhibenda dictant: hæ, cum ab ipsa natura capiant, similia. Nam, si qua siccior pars est, ea magis siccari postulat: quę minus talis est, ea minus est siccanda. Ad eundẽ certe modũ & de calefaciendo refrigerando q; est præceptum. Nec illud omisimus, ex præcellentia membri, aut contrario statu, item q; ex sensu acri hebete ue diuersum medicandi consilium peti.

A.li.3.f.10. c.18.171.f

De Vnitatis solutione in Vena, vel Arteria. CAP. 2.

Ergo, quod reliquum est huius morborum generis curãdi, id nunc apponamus. Nos genus id, lucidioris doctrinę causa, vnitatis solutionẽ appellauimus: nec refert, si cõtinuitatis solutionẽ voces. Incidit hęc nõ in similaribus modo, & simplicibus partibus, sed ẽt in cõpositis, & instrumentalibus. At vero remediorũ indicationes aliæ à similaribus sumunt, aliæ ab instrumẽtalibus.

A bus. Quarũ ambas norunt, qui methodũ Hippocratis consectant, propterea, φ vtrarunq; partiũ naturam intelligunt: alteram aũt duntaxat (nempe quæ ab instrumentalibus prębetur) qui Erasi stratum, & Herophilum sequuntur. Quare in iis, qui sequentur, sermonibus, quęcũq; a calido, frigido, humido, & sicco, corpore morbo ue indicationes sumuntur, nullius certe methodum hi habebunt: quæ vero à forma, positu, præcellentia, acri sensu, aut his cõtrariis prębentur, has nõ ignorabũt. Illustrius erit, quod dicimus, si partes ipsas proposuerimus. Quoniam igitur de iis maxime vlceribus, quæ in carnosis accidunt partibus, hactenus abunde tractauimus, nunc tempestiuum videtur de iis agere, quæ in arteria, vena, & neruo cõtingunt: nec de iis absolute, sed vt in quouis sunt viscere, vel deniq; instrumẽtali animalis parte. Ergo, sicuti arteria vena'ue magna vulnerata est, & copiosum sanguinis profluuium cõtinuo superuenit, & glutinari id vulnus difficile quidẽ etiam in vena est: in arteria vero nõ solum difficile, sed etiam quod fieri (sicut non nullis medicorum est visum) omnino fortasse non possit. Dicẽdum ergo vicissim de vtrisq; est, ac prius de sanguinis profluuio: secũdo loco de agglutinatione. Qm̃ autem, & per anastomosin, & per diapedesin, vt mox docebimus, profluuia huiusmodi fiunt, non alienũ sit propterea, φ curationem communem habent, etiã hoc loco de iis meminisse, tametsi ex alio esse morborum genere videantur.

A. 4. f. 4. t. 1. B Sanè 'profluit ex vena, vel arteria sanguis, aut reserato earum ore, aut tunica earũ diuisa, aut (vt sic
G. 469. e dicam) trãscolatus, siue sudoris modo trãsmissus. Porrò diuiditur ipsa tunica tum ex vulneratione, tum contusione, tum ruptione, tum erosione. Anastomosis accidit propter tum vasis imbecillitatẽ: tum sanguinis, qui ad os eius impetu ruat, copiam: ad hæc, acrem quãpiam, quæ illi extrinsecus incidat, qualitatẽ. Diapedesis vero ex tunica quidem ipsa rarefacta, sanguine vero tenuato oritur: accidere præterea interim potest & ex gracilium vasorum ore adaperto. Dicendum igitur est de horum affectuum vnoquoq; seorsum: ac primũ de diuisione, quam vel ex erosione, vel vulnere, vel contusione, vel ruptione diximus accidere. Quæ itaq; vulnerãt, ea sunt acuta, atq; ad secandum habilia: quæ cõtundendo soluunt, ea grauia dura q; sunt: quæ rumpũt, omnia id tensionis interuẽtu faciunt: idem & intensior actionis vehementia facit, tũ succi abundantia, non vtiq; virium respectu, sed cum à vase suo non continetur: etiã casus ab alto, tũ graue quippiam durũ q; incidens. Quippe eiusmodi aliquid cum vel vasis vacuis, vel pusillam omnino rem cõtinẽtibus, in ea inciderit, si durum ex opposito obiectum habet, cõtusa reddit: At, si plenum vas sit, prius id rumpit, φ contundat: cũ sit, quod tũ accidit, persimile, ac si vtrem vesicam'ue impleas, atq; in hãc lapidem iactes: vel cõtra lapidi vtrem violenter illidas. Sanè huic persimile est, quod accidit in ca
C sibus ab alto: quam nanq; rationem vter habet ad lapidem, hãc homo habet ad solum. Quisquis vero ex maximo acutissimo'q; clamore, in pulmonibus vas perfregit, is violẽtiæ actionis acceptũ malum referet. Similiter huic, & qui ex eo, φ prægraue onus aut humeris imponere est conatus, aut aliàs manibus attollere, vas fregit. Atq; hoc etiam magis, cui ex cõcitatissimo cursu, aut valentissimo saltu, aut aliter particula vlla violenter extensa id accidit: est enim id quoq; persimile, ac si funiculum, aut lorum quàm maxime distendas. Porrò perrumpi quoq; non pauca propterea, φ sanguinem, quem in se habent, non cõtinent, potissimum cum flatulentus is sit, indicio sunt tum dolia, quæ sæpe musto rumpuntur: tum alia multa valentissimorum corporum.

Quibus remedijs Venarum & Arteriarum Vlcera agglutinari, & Fluxus sanguinis deriuari, ac reuelli queat. CAP. 3.

AC, si ex vulnere, vel clamore, vel casu, vel contusione perruptũ vas est, vtiq; in his causa ipsa desiit: Si vero ex abũdantia, fieri potest, vt vas ẽt amplius rumpatur, effectrice saltem adhuc manẽte causa. Atq; in hoc quidẽ affectu vacuanda quã primũ abundantia est: abhinc sanguis sup
A. 3. 4. f. 4. t. 1. primendus: mox vlcus ipsum curandum. Vbi vero effectrix causa iam desiit, primum sistere san-
G. 470. a guinem expediet, post vlcus sanare. {Quomodo igitur sistemus sanguinẽ?} Obturato 'quidẽ,
D quod perruptũ est: auerso aũt atq; aliorsum trãslato, quod per id ferebatur: qñ, si id eo, quo inter initia, impetu cõfluat, osculũ q; vasis pari modo pateat, citius planè moriatur animãs, quæ profluuio laborat, φ sanguis cesset effluere. Porrò vlcus ipsum claudetur vel labris eius, quæ dissidẽt, in idem adductis: vel osculo eius obstructo. Adducentur in idem labra eius tum nostrarum manuũ opera, vbi sic ad manum vlcus se exhibet: tum per deligaturam: tum vero per ea remedia, quæ refrigerent, & adstringant. Neq; enim fuere fas est arteriæ venę'ue vulnus: veluti dixerint, qui nullã à vulneratæ partis substãtia natura'q; sumi indicationem aiunt. Obstruetur vasis osculum & sanguine ipso concreto (qui Thrombos græce dicitur:) & iis, quæ foris illi imponũtur. Possunt aũt superimponi tum carnosæ ipsæ, quę circa vlcus sunt, partes: tum in non nullis vulneribus ipsa cutis: ad hæc quæcũq; ipsi comminiscimur. Ea sunt & linamenta, quos Motus græce vocant: & medicamenta ea, quæ idcirco, quòd ex lenta crassa q; substantia cõsistant, meatus obstruunt, (Græci Emplastica uocãt:) pręterea quæ crustam, quam Græci Escharan vocant, efficiũt: quippe hanc quoq; ceu septũ quoddã huiuscemodi vlceribus ueteres excogitarunt. Efficiunt hanc tum ignis ipse, tum quędã medicamina quibus ignea uis inest. Atq; his quidẽ rebus obstruit̃ uasis osculum.
Vba interpr. 11. Auertitur aũt sanguis, atq; ad alia mẽbra cõuertit̃, tum {ad proxima} deriuatus: tũ {ad cõtraria} reuulsus: Illud Parocheteusin: hoc Antispasin greci uocãt. Nã hęc quoq; Hippocratis iuẽta sũt, Lib. de Humorib' à pricipio.

omnis

omnis scilicet immodicę vacuationis cõmunia remedia. Deriuatio ad vicina loca fit, cũ id, quod per palatum vacuatur, per nares deriuatur: reuulsio autem ad cõtraria, cum ad inferna reuellitur. Rursus, quod per sedem profluit, id per vuluam deriuamus: sursum vero reuellimus. Ita nanque & natura ipsa facere solet. ‖ Mulieri enim, inquit Hippocrates, sanguinem vomẽti menses superuenientes remedio sunt. Hac igitur de causa, si ‖ vel menses cõfertim eruperint, vel sanguis ab vtero quoquo modo profluxerit, sursum reuelles, cucurbitã ″maximam sub mammis defigẽs: nam & hoc Hippocratis inuẽtum est. Eandem ob causam, cum è naribus sanguis erumpit, id retinent maximę in pręcordiis defixæ cucurbitæ. Infigendæ autem sunt, si ex dextra nare profluit, super iecinore: sin ex sinistra, super liene: si ab vtraq; nare, super vtroq; sunt imponendæ viscere. Quòd si resolutus adhuc æger non sit, etiam vena ex eo cubito incidenda est, qui profusioni è directo respondet: ubi paulum detraxeris, mox vnam horã intermittens, rursus detrahes: post iterum atq; iterum, pro laborantis viribus. Ad hunc modum & reliquas omnes fluxiones (quippe communis ratio est) tũ ad contraria reuocabis, tum per vicina deriuabis, vtiq;, quæ p aluum fluunt, ea vel per vrinas, vel vterum transmittens: quæ vero per vrinas, ea vel per vterum, vel per sedem transferens: pari modo, quæ per vterum erumpunt, vel per vrinas, vel per aluum: quæ vero in oculis, aure, vel palato fluxiones accidunt, eorum ad vicina deriuatio per nares est. Reuulsio vero in iis, quę supra sunt, omnibus, deorsum semp agitur: sursum, in iis, quæ sunt infra. Præterea à dextris ad sinistra, sicut ab his rursus ad illa: similiter ex iis, quæ intus habentur, ad ea, quæ foris sunt: contra q; ab his ad illa. Ergo frictio contrapositæ partis, potissimum per ea medicamenta, quæ calefaciant: præterea vincula valentius adducta: iis, quæ ad contrarium reuocant, remediis sunt annumeranda. Non secus profectò & naturalium meatuum, qui positi ex aduerso sunt, reclusio. Quæ vero id præstare medicamenta possint, tradita eorum materia à nobis est in libris, quos de medicamentis prodidimus: sed de omni fluxione in sequentibus etiam libris tractare necessum erit.

5. Apho. 32. Ex. ord. 4 d

5. Apho. 50. Ex. ord. 42. a. Et 2. Epid. sect. 6. circa mediũ.

A. lib. 1. f. 4. c. 23. f

Nunc ad sanguinis profluuium est redeũdum. Quippe de genere ″obturãtium quodammodo est & vinculum ipsis profluentibus vasis iniectum: ipsi q; nostri digiti, dum ea committunt, stringunt q;. Est & alia huc pertinens ligatio, quam Græci Epidesin vocant: quãquam ipsum vas circulo non complectitur, sicuti vinculum: verum cum ex parte complexu suo committat quodam modo vulnerati membri dissidentia labra, & quæ superimposita sunt, cõtineat, merito inter claudentia remedia numeratur. Præter omnia iam dicta, inter hæmorrhagiæ remedia censeatur & appositus vulneratæ partis situs. Porrò appositus fuerit, si ad geminum hunc finẽ sit directus, nempe vt & dolore pars careat, & sursum spectet: si vero vel prona spectet, vel doleat, nõ solum profluuium non sistetur, sed etiam, si non sit, prouocabitur. Ergo, qui hæc norit, si quãdo astiterit ei, cui ex vulnere sanguis profluit, (de his enim primum agam) ilico digitũ super os vulneris vasis imponat, blande innitens, ac sine dolore comprimens: quippe simul tum sanguinem sistet, tum eum concrescere in vulnere faciet. Quin immo si vas, vnde profluit, alte sit demissum, certius ipsius tum positum intelligat, tum etiam magnitudinẽ: præterea, vena'ne sit, an arteria: post hæc iniecto vnco attollat, ac modice intorqueat. Quòd si ne tunc quidem sistitur sanguis, si vena fuerit, tentet citra vinculum sanguinem supprimere aliquo ex iis medicamentis, quæ sanguinis supprimendi facultatem habeant. Sanè optima horũ sunt emplastica ea, quæ ex frixa resina, & farinæ triticeæ tenuissimo polline, & gypso, aliis q; id genus sunt confecta. Sin arteria sit, duorũ alterũ, aut vinculo amplectens, aut totum vas præcidẽs, profluuim sistes. Sanè vinculum magnis quoque venis iniicere interdum cogimur: atq; etiam interdum totas præcidere vtique trãsuersas. Incidet autem huius necessitas in iis, quæ ex profundissimo loco rectæ assurgunt, præsertim q; per angustas, vel principes particulas. Quippe ita retrahitur ex vtraq; parte pars vtraq;, celatur'que ac integitur à superiacentibus corporibus vulnus. Tutius tamen est vtrunq; facere, & vinculum vasis radici iniicere, & quod deinceps habetur pręcidere. Radicem vasis uoco priorem eius partem, quæ uel iecinori propior est, uel etiam cordi: hæc in collo ab inferiore est parte: in brachijs & cruribus à superiore: in singulis'que reliquarum partium, prout ex dissectione intelligere licet: quã nec ipsam amethodi isti Thessalij admittunt.

A. ibidem.

Quo pacto Implenda carne sint Vlcera, cum Sanguinis impetum sliterimus: ac de Medicamentis, quæ Crustam inducunt. CAP. 4.

HIs pactis implendũ carne uulnus q̃primũ est prius, q̃ uinculũ à uase decidat. Nisi enim pducta caro prius locũ, qui circa pręcisam arteriã est, impleuerit, sed locus aliquis uacuus supfuerit, utiq;, quod Græci Aneurisma dicunt, sequit. Quã ob rẽ eo potius gñe sanguinẽ sistentiũ utendũ suadeo, qđ sua lẽtitia meatus obstruat, (emplasticon uocãt) q̃ qđ crustã efficit, ppea, q & citius & minore cũ periculo post ipsum implet uulnus. Quippe periculũ in altero est, ne, si defluat crusta, rursum sanguinis pfusio ex uase excitet. Optimũ igit oĩum, q̃ noui, medicamentorũ, quo ẽt ad cerebri mẽbranarũ hęmorrhagias tutissime utemur, est, qđ nunc subiiciã: Thuris pars una, aloes partis unius semissi miscet: mox cũ utendi tẽpus instat, tm̃ huius cum oui candido subigit, quãtũ mellis reddat crassitudinem: hoc dehinc ″leporis mollissimis pilis excipitur: deinde tum uasi ipsi, tũ ulceri toti, liberaliter imponit. Alligandũ aũt id forinsecus fascia ẽ ex tenui linteo: cuius fasciæ

A. li. 3. f. 11. c. 9. 240. f

primi

A primi quatuor quinque'ue amplexus ipsi profluenti vasi inicientur: abhinc vasis radicem versus ducentur, in quibus videlicet partibus radicem versus ducere licet: licet autem ferè in omnibus
A.4.f.4.t.2. c7.470.c preterq̃ cerebri mēbranis. His factis, vbi "tertio die solueris, si tutò adhuc medicamen vlceri adhæret, aliud rursus super impones: ac veluti linamentū id, quod ex pilis factum inhæsit, madefaciēs deligabis ita, vt initio deligasti. Sin prius sua sponte linamentū decidat, radicem vasis digito blande cōprimens, quatenus videlicet nihil confluat, hoc quidem suspensa manu adimes, atq; alterū impones. Ad hunc modū, quoad carne munietur, curare vas debebis, vtiq; à principio ad finem vsq; particulam supinam seruans, custodito tamen in hac situs figura, modo. Vitandum enim, ne dolor incidat, ac rursus profluuium excitet: cum nihil sit, quod profluuium magis, q̃ dolor, proritet, & phlegmonas augeat. Hoc medicamento multifariam vtor, aliàs (vt dictum est) duplū thu-
Abidē.c.18.h ris aloe "admiscens: aliàs pari modo ambobus vtens: aliàs paulo superante aloen thure, aut etiam plusculo, sed non dum duplo: etiam mannā pro thure aliquādo iniiciens. Est autem māna medicamentū, quod magis, q̃ thus, adstringat: thus vero, q̃ manna magis emplasticū. Porrò constat in duris corporibus plus aloes esse immiscendum, in mollibus plus thuris. Erit'q; alterum eorum magis adstringens: alterū lentitia & crassitudine sua tenuibus spiramentis magis inherens: quod
B emplasticoteron vocant. Itaq; etiā, magis tenax, ac (vt sic dicam) resinosius deligas thus, oportet, vbi magis esse emplasticum medicamentum studebis: id sanè tum mollius est, tum albidius, tum quod mansum ritu aloes & mānę non cōminuitur, sed partes suas sibi cohærentes defendit, veluti Chia mastiche. Verum hæc eius tractationis sunt propria, quæ de componēdis pharmacis pręcipit: quam in hoc opere non alicubi attigisse omnino non licuit. Siquidem aut nusq̃ nobis particularis exēpli facienda mentio fuit, sed ipsis tantum vniuersalibus contentos esse methodis oportuit: aut, si particularia poneremus, etiā præparatio eorum fuit attingenda. Verum (vt ante est dictum) eius generis remediorum, quę methodo sint inuēta, vno altero'ue exemplo hic posito contentos esse conueniet. Id vero semper mihi teneri memoria velim. Sed reuertamur rursus ad id, quod dicendo, parum absoluimus. Mentionem enim iam dicti medicamenti idcirco pluribus feci, q; cęteris id omnibus præstare mihi persuasi: miror'q;, sicui melius inuenire cōtinget. Ideo'q; tum in cerebri membranis semper: tum in colli vulneribus eo vtor: etiam ipsarum venarū iugularium, quas Sphagitidas vocant, vtpote cum harum quoque profluuiūm citra vinculum sistat. Non est autem in his committendum, vt in opere properes, veluti quidā stolidi chirurgi faciunt: sed altera manu inferiorem vasis partem comprimes, aut complexus tenebis: altera medicamen-
C tum vulneri impones, ac blande ei apprimes, donec cōcretum adhæserit: mox deligabis superne deorsum, nō (vt in artubus) inferne sursum: siquidem radicem versus uasorum ducere deligationem oportet, ac, quod confluit, reprimere. Sunt porrò & alia non pauca pharmaca, quæ citra omnem dolorem emplasticam uim obtinent: uerum nullum ita carne implet. Expedit autem quàm maxime in eiusmodi casu, ut priore medicamine cadente, caro circū uas ipsum sit producta. At, quę crustas generant, ubi crusta decidit, magis nudam partē, quàm pro ipsius naturali habitu, derelinquunt. Est nanq; ipsius crustæ generatio ex subiectis circumpositis'q; corporibus (ut sic dicam) semiustis, sic, ut cuiusmodi in hyemem extinctos hos carbones rem parant, eiusmodi ipsæ crustæ carnis exustæ sint reliquię. Quare, quātum particulæ adustum ad crustam est, tantum profectò ipsi de naturali carne deperditur. Id itaq; omne particulæ decedit, cum crusta cadit: atq; ob eā rem nuda sine'q; carne uisitur. Multis'q; postea, q̃ crusta decidit, profusio sanguinis, quę ęgre supprimi potuit, superuenit. Quare in his quoq; quisquis methodo administrare omnia uolet, is tum modos omnes, quibus sanguis supprimatur, longe ante cōsiderabit: tum eum eliget, qui minus sit cum periculo, utens non minus & reliquis omnibus;, quoties necessitas urgebit. Maximā autem necessitatem, uel crustificis medicamentis uel ignitis ferramentis utendi animaduerti, ubi
D ex erosione putrescētis alicuius, profluuium sanguinis concitatur. Quin etiam, ubi in tali affectu totum, quod computruit est sublatum, tutius est uel ipsius ueluti radicem adurere, uel certe crustificis medicamentis uti. Hac uero ratione tum in pudendis, tum sede, ad talem necessitatem sæpe deuenimus, q; uidelicet hę partes tum propter naturalem humiditatem, tum q; excrementorum sunt canales, ex leui causa putrescant: id uero, quò pro incrustantium pharmacorum delectu con
A1.f.4.c.23. 83. siliū diriges, erit non utiq; solus calor, sed cum quo "adstringendi facultas sit coniuncta, qualis in chalcitide, & mysi, & atramento sutorio, siue ustis his siue inustis utare, uisitur. Quæ uero ex calce non extincta conficiuntur, ea utiq; ualentiora his sunt: cęterum calx adstringendi uim non habet. Excidunt igitur citius, quę ab his fiunt crustæ: hærent autem corporibus diutius, quæ ab adstringentibus: quod utique longe est utilius, quando ita prius nascitur in imo earum caro, efficitur'q; profluenti uasi uelut operculum quoddam. Vnde nec nosmet præcipites esse (ueluti nonnulli sunt) ad crustas, ubi hęmorrhagias periculum imminet, detrahendas oportet, nisi in illis tantum affectibus, in quibus propter putredinem candēs ferrum corpori hominis admouere coacti fuimus. Appellant, nescio quomodo, eū affectum oēs nunc medici Græci νομὴν à uerbo, quod pascere significat, propterea, q; pergere pascendo id uitium ab ęgris particulis ad eas, quæ integrę sint, soleat, atq; harū semper aliquid ægris adiicere: ita, ut nō à substantia indicatæ rei, sed ab acces-

sorio

ſorio appellationem indiderint. Copia materiæ medicamentorum omnium, quæ hac prædita facultate ſunt, in propriis commentariis dicta eſt. Proprios intelligo, & qui de ſimplicibus medicamentis, & qui de compoſitione eorum ſunt ſcripti. E

Capita Methodi Sanguinis Profluuium ſiſtendi, ac de eo Profluuio, quod de profundo corporis erupit. CAP. 5.

ERgo recenſitis huius methodi, qua ſanguinis profluuia, quæ ad manũ ſunt, cures, capitibus, mox ad eorum, quæ in alto ſunt corpore, tractationem accingemur. Qui igitur è vaſis pro fluit ſanguis, aut propterea, quòd amplius non confluet, ſiſtetur: aut quòd occluſa diuiſio erit: aut etiã propter vtrunq; ſimul, id quod reor tutiſſimum. Porrò confluere prohibetur & "propter animi deliquium, & cum ad contraria reuellitur, & cum ad vicina deriuatur, |& per refrigerationem tum corporis totius, tum vero præcipue ipſius partis afflictæ. Hac enim ratione etiam frigida pota ſæpe hæmorrhagias ſuppreſſit. Idem facit & frigida foris in fotu affuſa, ſed & poſca, & vinum acerbum, alia q; quæcũq; vel aſtringendi, vel ſimpliciter refrigerandi vim habent. Clauditur ipſa diuiſio, ſi vel contrahatur, cõniueat q; id, quod diuiſum eſt, vel obſtruatur. Sanè contrahitur tum adſtrictione, tum refrigeratione, tum deligatura, tum vinculo exceptum. Obſtruitur vel intrinſecus, vel extrinſecus: Et intrinſecus quidem, à ſanguine concreto, Greci Thrombon vocant: Extrinſecus tum hoc ipſo, tum vero linamentis, & ſpongiis, & cruſtis, & medicamentis iis, quæ lentitia craſſitie q; ſua meatus obſerãt, (Greci Emplaſtica vocant,) ad hæc corporibus iis, quę circũiacent, propius admotis. Quorum ſingula quemadmodum perficiantur, dictum iam eſt. At, quę de profundo ſanguinis profluuia erumpunt, ea nec vinculo, nec deligatura ſanes: veluti nec ignitis ferramentis: nec (vt ſemel dicam) iis, quę diuiſum ipſum corpus partem'ue contingere machinamur: immo per reuulſionem, ac deriuationem ad vicina: prętereà cibũ potionem q; qui & emplaſticam vim habeant & refrigerent, & medicamenta, quæ adſtringant. Habes vero vberem talium materiem in proprijs operibus. Quæ vero à partibus indicatio ſumitur, ea cõmunibus, quæ iam dictæ ſunt, curandi indicationibus, veluti auctarium in ſingulis affectibus accedit: ſiquidem inſtrumentis aliquãdo vtimur pro partis ipſius proprietate, aliis ad "vterum, aliis ad veſicam, alijs ad omnia inteſtina craſſa. Quippe in hæc, per clyſterẽ: in vterum, per ea, quę Metrenchytas Greci vocant, idoneorum aliquod medicamentorum immittimus: ſic & in veſicam, per in directum foratas fiſtulas. Sanè rariora ex his profluuia ſanguinis fiunt, ſed tamen aliquando fiunt: &, quanquam non profuſione ipſa, periculoſa, at certe ob diuturnitatem non ſine periculo. Siquidẽ quaternis diebus vidimus è vulua profluere ſanguinẽ, nec potuiſſe vllo remedio ſiſti, quoad quarto die plantaginis ſucco vtentibus nobis prorſus conſtiterit. Eſt porrò id medicamen & ad ea, quæ ex eroſione excitantur, ſanguinis profluuia vtiliſſimum: cui etiã valentius aliquod hoc caſu medicamentum, aliàs aliud ei miſcere ſoleo, vtiq; ad totum reſpiciens affectũ: id quod ſemper eſt faciendum, ac pro maximo documento in omnibus habendum. Nam in his ipſis, quæ ex vulua, veſica, & inteſtinis, profluuia citantur, æſtimari debebit ipſius profuſionis quãtitas, vt videlicet hãc iam vel vt primam, vel vt ſecundam, indicãtionem curationis habeamus, nec tamen obiter totius affectus non habentes rationem. Nam, ſi perruptum vas aliquod magnum eſt, aut vehementer recluſum hiat, vtiq; adſtringentibus medicinis eſt opus, veluti balauſtio, & hypocyſtide, & rhoe, & omphacio, & acacia, & gallis immaturis, & malicorio. Sin vel exiguũ vas eſt, quod perruptũ eſt, vel modice recluſum, ſic, vt non multus ſit, qui in eo profluit ſanguis, etiam aloe, & manna, & pini cortex, & lemnium ſigillum, & ſpinæ ægyptię fructus, & crocum, & lapis hæmatites, alia q; id genus ex vino nigro auſtero vtilia medicamenta ſunt. Quòd ſi nec genus id vini pręſto ſit, nec plantãgo, nec ſolanum, (quippe hæc quoq; ſunt idonea) coquemus in aqua & rubi germina, & cynosbati id eſt canini rubi, & myrti, & lentiſci, & hederæ, in ſumma omnium, quibus adſtrictoria vis ineſt, ſiue radix ſit, ſiue fructus, ſiue cortex, ſiue germen: ideo'que etiam adſtringentium malorum, maximè'que cotoneorum, item'que myrtorum, & meſpilorum decoctum, idoneũ ad propoſita præſidium eſt. H

A. li. 4. f. 4. c. 17. 470. b

A. li. 4. f. 4. c. 16. 469 g

F

G

* arnogloſsi.

* arnogloſsũ.

De Profluuio Sanguinis ex Eroſione, vel Diapedeſi. CAP. 6.

AT, ſi ex eroſione profluuium quoddam incidit, non eſt id magna ex parte profuſius, ſed exiguum & paulatim effluens: eo q; Paſionis, vel Andronis, vel Polyeidæ paſtillis vtendũ eſt: aut etiã (vt dictum eſt) noſtro†, qui genere eandem vim obtinet, cęterum magis potentẽ. Siſtunt enim hęc eroſionẽ, ſi tamen etiam toti corpori ſit conſultum, vt prius eſt dictum. Sin profuſior hęmorrhagia ſit, iis, quæ vehementiſſime "adſtringant, vtendum medicamentis eſt, quoad vehemens eius impetus frangatur: mox deinde admiſcendi illis paſtilli ſunt: poſtea ad ipſos ſolos veniendum, cum aliquo ex ante dictis ſuccis aut decoctis. At vero, quæ extrinſecus profluenti particulę admouentur, tum adſtringẽtia, tum citra adſtrictionem frigida, hęc ipſe (veluti pleriq; medicorũ) non vbiq; probo: ſed mihi contra oĩno, q̃ fieri res poſtulat, ipſum ſanguinẽ intrò cõpellere, ac venas quę in alto ſunt, implere videntur. Vidimus enim quoſdã eorũ, qui ex pulmonibus ſanguinẽ reiicerẽt, ex thorace refrigerãdo manifeſte lęſos: ęque vt, qui ſanguinẽ vomuerũt, non nullos, q᷑ vẽter foris eſſet refrigeratus: eodẽ mõ & eorũ, quibus ex naribus ſanguis ꝓfluxit, aliqui ex capitis refrigeratione deterius habuerunt. Ergo nec oĩno, nec ſine diſcrimine, nec oĩ tp̃e loca,

† Impreſsi cod. & manuſcripti quidã, ut Linacer trãſtulit, habent: ſunt tñ q addãt, τῷ διὰ χάρτου. i. ex charta cõfecto

A. li. 3. f. 10. c. 6. 266. h

quæ

A quæ circa particulam,vnde sanguis profluit,sunt posita,refrigerãda suaserim,immo postea, q̃ in alia prius auerteris:vt,exempli gratia,in naso,vbi sanguinis missione (vt diximus) sis visus,vel ar tuum frictione deuinctione q́3,vel ad præcordia defixis cucurbitis. Quin ne sic quidem ad frontẽ & caput ilico refrigerantibus vtendũ,sed prius est ad contraria reuellendũ, vtiq3 affixa † in summa ceruice} cucurbita. Quippe duplex est in sanguinis ex naribus profusione auersio,& quę est ad totius corporis inferna: & quæ est ad capitis posteriora: propterea videlicet, q ipsę nares & in superiore & in anteriore parte sunt sitę. Aduersatur aũt ei,quod supra est,id,quod infra: & ei, qđ post habetur,id quod ante. Verum de sanguinis profluuio vel hactenus dictum abunde sit.Patet nanq3 & diapedesin,quã vocant,refrigerantibus adstringentibus'q3 esse curandã: &,si propter te nuitatem sanguinis aliquãdo incidat,crassiore victu. Is vero cuiusmodi sit,dicetur in sequẽtibus: dictum q́3 iam ad quendam modum est in libro,qui de attenuãte victu est scriptus. Iam vero ad memoratorum affectuum curationem est redeundum. Ergo,quod venę insedit vlcus,vbi ad ma num est,eandem desiderat curationem iis,quæ in carne accidunt: de quibus, duobus ante hoc vo luminibus disputaui.Nam,siue ex recenti vulnere factum est,id agendum est,vt medicamẽtis iis, quę Enæma vocant,coeat: siue ex erosione, quęcunq3 dicta de rebellium vlcerum curatione sunt, B ea prius ratione discernẽda,mox,vt opere perficiantur, tentanda. Quin etiam,vbi vinculo vas sis complexus,aut medicamentis sanguinem supprimentibus, aut ferramentis ignitis vsus: illud'q3 tibi curationis propositum restet, vt, quæ circa vlceris labra sunt, carne impleas: iisdem omnino medicamentis vtere,quæ in methodo sinuosorum vlcerum nobis sunt præcepta.

* Hypochondria. quam dictionẽ Linacer ferè semp præcordia transtulit.

*Clarius græci κατ'ἰνίον, i. in occipite.

De Vulneratæ Arteriæ curatione. *CAP. 7.*

DE arteria autẽ vulnerata iam dictum est non nullis medicorũ videri nõ posse fieri, vt coeat. Atq3 id asserunt aliqui quidẽ sola experientia se contentos professi: alij vero etiã ratione vsi eiusmodi. Siquidem duram esse ac chartilagineã aiunt alteram arteriæ tunicam,talium vero nihil posse in vnum coire,cum sit mollium tm̃ corporum in vnum coeũdi habilitas: vt tum in externis videre licet,nullo nec lapide cum lapide,nec testa cum testa,vnquam coeunte: tum vero in nobis ipsis,qñ nec chartilago cum chartilagine,nec os cum osse coalescat. Non enim fracta ossa per vni tionẽ cohærent: sed per callũ eum,quẽ pωron Greci vocant,ceu glutino iunguntur. Igitur nos quoq3 ab experientia nostra primum incipiamus,in medium'q3 proferamus ea,quę ipsi visu visur pauimus. Vidimus enim in mulieribus & pueris "tum cõglutinatas arterias, tum carne vndique circũdatas,id q́3 in fronte,malleolo,& articulo brachij summę'q3 manus medio. Simile quiddam C aliquando & agresti contigit iuueni,dum sanguinem sibi mittendum veris tpe curaret, quod no stratibus maxime est in vsu. Cum enim medicus,qui venam incisurus erat,brachium hominis de ligasset,cõtigit attolli velut in gibbum arteria: itaq3 hanc pro vena medicus diuisit. Exigua sanè incisio erat: sanguis autẽ flauus & tenuis & feruidus statim eiaculabatur, id'q3 cum quodã veluti saltu. Ac medicus quidẽ,vt erat admodum iuuenis,& operum artis parum peritus, venam se incidisse putabat. Ego vero cum quodam alio ex iis,qui aderant medicis,vtiq3 seniore,vbi, quod ac cidit,aduerti,præparato ex emplastrorum genere, † quod sanguinem supprimit, medicamẽto,} tum incisionem curiose coniunxi,tum super medicamen ilico imposui, ac spongiã mollissimam extrinsecus super hoc deligaui. Mirante vero,qui arteriã inciderat, † insolitam nostram in hoc ca su prouidentiã,} indicauimus homini rem factã, sed postea, q̃ incisi hoĩs diuersoriũ exissemus: iussimus'q3,ne vel solueret nobis absentibus,vel ante quartũ diẽ id aggrederet,sed ita,vt erat,deli gatũ haberet,spongiam duntaxat desuper madefaciens. Postea vero, q̃ in quarto soluentes planè conglutinatam incisurã inuenimus,rursus idem medicamen imponere iussimus,tum simili modo deligare,nec multis postea diebus soluere. Atq3 ita percurata est huius hominis incisa arteria, sola omnium,quas in cubito incisas vidi: nam reliquis omnibus aneurysma,aliis maius,aliis mi D nus superuenit. Ac, quemadmodum quidẽ aneurysmata curare conueniat, in progressu dicetur suo loco,vtiq3 cũ reliquorum omnium pręter naturam tumorum curatio tradetur. Nunc cœptã disputationem absoluamus. Siquidem arteriæ natura difficultatẽ quidem durioris tunicæ suæ cõ glutinãdæ prorsus indicat,non tñ eiusmodi, quę euinci omnino nequeat: neq3 enim ita est sicca dura'q3,vt os vel chartilago,imo longe his mollior,ac magis carnosa. Quo vtiq3 minus de vnien da sectione eius est desperandũ,vbi tum ipsa sit parua, tum hominis corpus natura molle. Videt autẽ experientia quoq3 ipsa rationi subscribere: cum & in pueris & in mulieribus propter corpo rum humiditatem & mollitiam,eam viderim glutinari: & in vno iuuene,cui (vt dictum est) exigue erat incisa. Cum vero sanatu difficilior sit arteria, q̃ vena,non tamen est medicamentorũ admodum diuersus in vtraq3 vsus, immo specie planè idem maioris minoris'que ratione euarians: quippe tanto siccioribus medicamẽtis eget arteria, q̃ vena, quanto ipsa est suapte natura siccioris temperamenti, q̃ vena. Quòd si carnem circa gigni est opus, eadem ambę requirunt: siquidẽ ad eundem modum prouenit carnis generatio in his circundandis, quo in cauis vlceribus prouenire est traditum. At,quę in vtero,vesica,vel intestinis venæ arteriæ'que sunt, cum eadem genere medicamenta,vbi exulceratæ sunt, requirant, etiam instrumenta, quibus infundantur, metrenchytas i.vterinos clysteres,& syphonem rectũ,& clysterem desiderant. Ad ea vero, quæ in recto intestino

" Li. 4. c. 2. . 1669. c

† ἐναίμῳ φαρμάκῳ.

† Quidã cod. legunt τὸν τρόπον τῆς ἀηθοῦς &c i. modũ insolitæ nobis in hoc casu ꝓuidẽtiæ. Alij τὸν λόγον τῆς ἐπελθούσης &c i. rõnẽ seu modũ ꝓuidentiæ, q̃ nobis in hoc casu succurrit.

inteſtino ſunt vlcera,etiam per veſicam,cui ſit fiſtula recta ad finem annexa, iniicere liquatũ me E dicamen tepidum licet. Variabitur itaque remediorum conſiſtentia pro inſtrumentorum ſpecie: neq; enim fas eſt eiuſmodi inſtrumentis craſſa medicamẽta infundere, ſed humidiora poſtulant, atq; idcirco mediocriter plerunq; calida. Proindeſicca medicamẽta, magis ſunt idonea,quàm ea, quæ liquabilia vocantur,quoniam facile,vel plantaginis, vel alterius eius generis ſucco miſceantur. Eiuſmodi medicamenta ſunt & crocum,& pompholyx,& aloe, & quæ Cephalica græce dicuntur: in ipſo autem primo producendæ carnis tempore, quod ſuppreſſionem ſanguinis continenter excipit,etiam lemnia terra ſalutare auxilium eſt.

* arnogloſſi.

De Vlceribus Pulmonis, & Sanguine de Pectore erumpente. CAP. 8.

AT,quæ in pulmone hæſerunt vlcera,difficiliora ad curandum ſunt. Quibuſdam vero non difficilis modo eorum curatio,verum etiã,quę perfici omnino nequeat, videtur, id q; tum ratione coniectantibus,tum experientia: Ratione,quoniam pulmo inter viſcera propter anhelitum perpetuo ſit in motu,cum vtique quietem requirant ea,quæ ſint ſananda: Experiẽtia, quòd neminem vnquã eorum,qui ita ſunt affecti,ſanatum viderint. Atq; de experiẽtia quidem(nam hinc cœpiſſe par eſt) dubitare fortaſſe licet propter agnitionem. Nos enim vidimus alium ex eo, quòd maxime vocem in clamore intendiſſet,alium,quòd ab alto cecidiſſet,alium in palæſtra percuſſum,non ſolũ ſtatim grauiſſime tuſſiuiſſe, ſed etiam ſimul cum tuſſi alios vnam duas'ue, alios plures,heminas ſanguinis ſpuiſſe. Qui vero ita erant affecti, aliqui omnino ſine dolore erant,alĳ in pectore dolebant. Quin etiam ſanguis iis,qui doluerant,nec cõfertim reiectus eſt, nec multus, minus q; tum ruber,tum calens,ceu è longinquo veniens. At, quibus citra dolorem eſt reiectus, iis & confertim,& plurimus,tum ruber feruens q; expuebatur, clare docens, ꝙ non procul veniret. Porrò aliam dubitationem facit,nec hanc leuẽ, ipſa ſanguinis ex thorace in aſperam arteriam tranſumptio,propoſitam videlicet à medicis,iis,qui tranſmitti eum per membranã, quæ pulmonem inuoluit,poſſe non putarunt. Forte q; (niſi multis eorũ,qui ita ſunt affecti, tum ſtatim ortus dolor,tum vero quibuſdam eorũ phlegmone ſuperueniens,quæ poſtea ſuppurauit, manifeſtum indicium præbuiſſent in pectore cõſiſtentis affectus,) pronunciaſſent ſanguinem ex pectore per fauces nunquam reiici. Nunc vero his indiciis confuſi, à pectore quidem venire concedunt: cæterum,dum aliam viam,quàm per pulmonis membranulam,inquirũt,multa, ea q; abſurda proferre coguntur: quãuis in iis,quos Empyus græce vocant,ipſum pus,quod medio ſpatio inter pectus & pulmonem contineri ipſi fatentur,videant,arbitror, apertiſſime ex pulmone expui. Nos vero in iis,quibus erat in pectore tantus abſceſſus, vt etiam oſſium aliquid carie corrumperetur, G manifeſte ipſis oſtendimus mulſam,quæ iniecta in pectus fuerat, ex pulmone expui. Sanè nouimus in vrbe Roma, † loco profectò fluxionibus maxime obnoxio,} eiuſmodi affectus in pectore non raro conſtitiſſe,vt neceſſe fuerit ipſum os,quod affectum fuerat,excidere. In plurimis vero etiam membrana,quæ coſtis intra ſubtenditur,vnà cum corrupta coſta inuenitur putrefacta. Solemus ergo in curatione,mulſa per vlcus infuſa,iubere aliquando quidem,vt inclinati in laborantem partem tuſſiant: ſæpe vero molliter cõcutere: interim etiam organo,quod pus extrahit (Pyulcon Gręci vocãt) educere,quod intus ex mulſa reliquum eſt. Hoc facto,vbi tum pus vniuerſum, tum etiam ſaniẽm vlceris eluiſſe confidimus,mox medicamenta iniicimus. Ergo in eiuſmodi affectibus,ſi quem in medio pectoris ac pulmonis ſpatio humorem reliqueris,ſtatim hunc tuſſi eiectum contemplabere. Mirandi profectò ſunt ĳ,qui de via per pulmonẽ hæſitent,quo pacto non magis hæſitent,quemadmodum craſſus ſanguis in fracti oſſis callo effundatur. Nam & ipſe, qui effunditur,non paulo naturali eſt craſſior,& cutis ſubſtantia longe vtiq; craſſior pulmonis inuolucro eſt. Quod igitur diximus, cum vel caſu,vel præualida acuta q; voce vas aliquod in pulmone rumpitur,citra q; dolorem confertim ſanguis feruens floridus multus q; cũ tuſſi expuitur, ſcire licet in viſcere vulnus eſſe. Aggredienda vero curatio eſt, prout nos ſæpe ſumus aggreſſi: qui- H bus vtiq; nõ raro ſucceſſit. Igitur laboranti ipſi iniungendum eſt,vt nec magno vtatur reſpiratu, ac ſemper agat ſilentium: præterea vena cubiti interna protinus incidẽda: à qua bis ter q; poſtea ſanguis eſt detrahendus,vtiq; eius auertendi cauſa: tum artus oẽs fricandi vinciendi q; ita, vti ipſi ſolemus: vbi hęc ſunt facta,primum poſca tum diluta,tum tepida,potui eſt offerenda,quo,ſiquis in viſcere thrombus.i.cruor concretus latitet,reſolutus expuatur: atque hoc nihil vetat bis ter'ue ternis horis facere. Ab his vero ẽt aliquod eorum,quæ tum emplaſticam vim habent,tum adſtringunt,medicamentũ exhibendũ, id q; aut ex poſca diluta primum, aut ex malorum myrtorũ'ue, vel alicuius eiuſmodi adſtringentium decocto. Rurſus q; veſperi medicamen hoc ſimiliter dandum,circunciſo,ſi valentior ſit,omni nutrimẽto: ſin aliter,ſorbitionis, quod ſatis eſt, exhibendũ. Maxime vero ad rem pertinebit,ſi ẽt poſtero die,modo fortis cubans ſit, parũ ſanguinis ab inciſa iã vena rurſum detrahatur: tum victu medicamentis q; eodem modo in quartũ vſq; diem vtatur, pectore interim,ſi æſtas ſit,vndiq; melino roſaceo'ue madefacto: ſin hyems, nardino vnguento. Quòd ſi emplaſtico aliquo vti medicamẽto placet,habes à nobis optimũ,quo etiã ad reliqua vulnera cum fiducia vtare: conſtat id ex bitumine & aceto,aliis q;, quæ illis miſceri medicamentis ſolent,quæ enæma barbara à medicis dicunt. Quòd ſi mulieri mederis puero'ue,aut deniq; corpori, quod

† Linacer vſ legiſſe,τόπῳ ῥευματικῷ. codices ũ græci habent τρόπῳ ῥευματικῷ,vl' τρόπον ῥευματικὸν, vt ſic ...tat: Sanè nouimus in vrbe Roma eiuſmodi affect' rheumatico modo in pectore non raro cõſtitiſſe. & ita legit ẽt vetus interpres.

A quod mollis sit carnis, quod ex chalcitide fit, satis habile medicamentum fuerit: cuius vires in primo libro eorum, quæ de medicamentorum cõpositione inscripsi, explicauimus. Hac nos ratione multos, ad quos statim, vt malum senserũt, accessimus, percurauimus. Quippe hoc maximũ est, cui q; te attentum esse magnopere oportet, an videlicet statim à ruptura vasis facta curationẽ incipias, quò cruentũ adhuc vulnus prius, q̃ phlegmonen exciter, glutines. Nam, si ea semel inuaserit, exigua spes est eius postea glutinãdi: in longius tñ trahere potest tps. Quòd vero eiusmodi vlcera vel difficulter, vel plane nunq̃, curari possint, hoc in causa est, q; cùm phlegmone soluitur, eluenda pus vlceris & sanies sunt: atq; ex vtero quidẽ & vesica tum sua sponte excernuntur, qñ videlicet pronis delabi licet, tum elui preterea à nobis possunt: in pulmone neutrum oĩno fieri potest. Quare oĩbus, quę huic loco hęrent, vlceribus vna reliqua expurgatio est ea, quę per tusses fit. At, si recte his tum reliquã omnẽ quietẽ suasimus: tum vero, vt sensim respirarent, nec quicq̃ loquerẽtur, vt vulnus glutinaretur, iniunximus: quę potest tussiẽtibus esse sanationis spes? Non igit̃ propterea, q; in perpetuo propter respirationẽ motu viscus id est, desperata curatio est, velut, qui ante nos fuere, senserũt, sed propter saniei & puris vacuationẽ. Ideo q; si statim qs sit aggressus, ac iam dicta ratione medeatur, coeũt: sin phlegmone prius occuparit, difficilem incertam q; B curationẽ recipiunt, qñ pus & sanies prorsus tota q; ex spatiis pulmonis non expelluntur, & tussis ægras partes valde lacerat. At, quæ ex pectore educũtur, triplex cõpendiũ præ iis, quæ ex pulmone vacuãtur, habent: nam & vasa ipsa multo sunt minora, & sanies in spatiũ interius effluit, & in summa magis carnosum pectus est q̃ pulmo. Nam asperæ arteriæ substãtia, quæ admodum carnis expers sicca q; est, nulla alia aĩalis in parte inuenitur: quę etiam ipsa in eiusmodi reiectioni* bus rumpi solet, cum, si qua reliqua vena vel arteria sit rupta, ipsis asperis illęsis manentibus, per solas osculorum (vt sic dicam) coapertiones trãslatio sanguinis fit. Itaq; nec calidus in talibus, nec ruber, nec multus sanguis emittitur. Ac vidẽtur quidẽ prima saltem frõte leuiores eiusmodi affectus, vt qui copia vacuationis minime terreant: sunt vero vel ob hoc ipsum grauiores: quippe cõcretus circa ruptũ vas cruor, cui facilis trãsitus in asperas arterias nõ est, glutinationẽ prohibet.

A 3. f. 11. t. 4. c. 171. e

* πτύσει est in manuscriptis aliquibus, in impressis πτώσει, i. casu.

De Vulneribus Septi transuersi, ac earum partium, quæ intra Peritonæum continentur. CAP. 9.

SImili modo & transuersi septi vulnera, quæ foras non perueniunt, in carnosis quidẽ partibus subinde coalescere sunt visa, eius motu non obstante: quæ in neruosis eius hærent, insanabilia sunt. Sanè difficilis curatio est etiam eorum, quæ in carnosis sunt partibus, si has iam phlegmone occupauit: id'que non ipsi modo diaphragmati, verum etiam omnibus, quæ intra peritoC neon sunt contenta, q; in ea s. sanies defluat. Ceterum danda opera est, vt ea quacunque ratione siccemus, tum per ea presidia, quæ extrinsecus imponuntur, tum per ea, quæ ex aqua vino'ue tenui bibuntur. Porrò horum maxime idonea sunt, & quæ propterea, q; ex seminibus fiunt, Diaspermatωn græce dicũtur: & quod solenne nobis est, quo q; in pectore perforato semper vtimur, quod ex casia componitur. Ceterum tum hæc, tum humida quædam foris applicanda, quæ eius*modi vulneribus sunt accommodata, ad tractationem de medicamentis pertinẽt. Hic methodos tantum tradimus, quæ præsidiorum indicent genus. Quare, si quando quædam à nobis particulatim pro exemplis adhibeantur, hæc addita claritatis causa fuisse existimandum.

* ἐπιθέματα.

Aduersus Methodicos, quòd Medicamentorum genera e Partium Vlceratarum substantia immutentur. CAP. 10.

RVrsus igitur propositas methodos repetamus: monstremus q;, quantum generalis omniũ vlcerum curatio per singulas animalis partes speciatim immutetur. Hinc nanque discemus precipue quidem id, quod in toto opere est propositum, nempe minime in curationibus errare: velut appẽdicem vero, etiam eorum, qui se Methodicos vocarunt, audaciã. Qui (siquid mihi, qui nec ad gratiã quicq̃, nec ad odium loqui soleã, est credendum,) cũ omniũ ipsi medicorũ maxime D à methodo sint alieni, damnãt (quatenus saltẽ scribunt,) non solũ reliquos veteres, sed etiã ipsum omniũ nobis methodorũ authorẽ Hippocratem. Ac Empiricus quidem omnia, quę nos per indicationem inueniri ostendimus, ea dicit per experientiam sibi cognita. Cum vero præter indicationem & experientiã nullum inuentionis organum tertium præterea sit, isti neutro vtentes, tamen appellandos se Methodicos censent. Ergo sequãtur nos, & nunc saltem ostẽdant vlceribus omnibus per singula membra curãdis vnam esse sanationis rationem. Audiamus homines, quo pacto vlcus curent, aut quales indicationes ab eo sumant: num alias vllas, q̃ q; planum cicatrice sit inducendum: sinuosum carne implendum: cruentum glutinandum? At quo pacto inueniam, quod cicatricem inducat: & quod carne impleat: & quod coalescere faciat? Ne labora, inquiunt, sunt enim inuenta. Atqui haud scio, an recte, aut non omnia. Fieri enim potest, vt vel ex deteriorũ nota quædam inuenta sint, potiora inuenta non sint: vel vt, quæ inuenta esse videãtur, etiam ipsa sint mala: Inde q; adeo accidere, vt quædam vlcera prorsus non sanentur, quædam longiore spatio, & cum dolore, & famis cruciatu minime necessario. Neq; enim audet quisquam nouam aggredi experientiam prius, quàm sibi persuaserit priorem curandi rationem recte se damnasse: veluti in iis vlceribus, quæ in pulmone consistunt, quæ ne agnouisse quidem omnino fas est citra dissectionum actionum q; notitiam: quorũ nimirum vtrunq; auersantur. Cæterum con-

cedatur ad præsens cognosci ab istis Thessali sectatoribus vlcus, quod pulmoni insederit. Nunquid igitur, sicuti hoc illis cōcessimus, sic etiam, & ꝙ sordidum sit, intelligant, an purū, an æquale, an sinuosum, an saniei vel puris plenum, concedemus, videlicet vel ex diuino afflatu, vel per insomnium ea videntes? An hęc quoq; quomodo agnoscāt, percontabimur? An vero citra horū agnitiones pharmacum quoduis exhibere concedemus? Ego nanq; existimo primum expurgandam esse immundorum vlcerum sordem: implēda vero carne esse, quæ pura & sinuosa sint: rursus pus saniem q; expurganda, quibus hæc circum hæreant: mox ita cicatricem inducendam. Isti vero, haud scio, quo'nam modo talia vlcera sanauerint: nam Thessalus de his prorsus non scripsit, ne videlicet vel ignorantiam suam vel inconstantiam proderet. Quippe vel rationi parum consona & falsa de his dicēt: vel, si quis vera dixerit, eorum indicationem ex membri substantia, præterea situ forma q; accipiat, necesse esse. Nam esto, vlcus in pulmone sordidum purum q;, & cum phlegmone & sine phlegmone, & sinuosum & planum, dignoscere norint: etiā illud scire eos detur, quanq̃ ne eius quidem, tametsi minimi, inuentionem sibi vindicent, nempe ꝙ tale vlcus viridi medicamento expurgetur, Macherionis (si libet) vel Isidis, nihil enim refert: Respondeant igitur mihi, si vlcus in viscere hęserit, quid facient? Num viridis medicamenti aliquid deuorandum dabunt? Omnino ridicula res est. † Sed dicant, vnde'nam medicamen id in pulmonē F deferēdum sciunt? Quo'd si id quoque sciant, illud certe intelligere non poterunt, an ipsam vim suam, quam in extrinsecus positis vlceribus habuit, seruabit. At esto sciant hæc quoque, ꝙ & candem tuebitur vim, quam in externis vlceribus obtinuit, & ꝙ sordes deterget: certe, an tussim mouerit, intelligere non poterunt: cum tamen, nisi per tussim sordes expurgetur, nullus sit detergentis medicamenti vsus. Ergo id quoq; istis detur. At illud saltem effugere non possunt, quin diuersam curationem in vlcere femoris, & vlcere pulmonis adhibeant: siquidem alterum aqua perluunt, alterum tussibus expurgant. Pone vero rursus vlcus, quod in pulmone sedit, crasso esse pure circūdatum: nunquid tum quoq; viride medicamen exhibebūt, an mel potius lingere iubebunt? At id dicant, vnde'nam inuenerint. Non enim profecto' id respondebunt, qn tenuādi incidendi q; vim quandam obtinet, cum ipsi a' facultatibus eiusmodi disquirendis vltro diffugiāt. Sed nec, ꝙ Empiricis in eiusmodi notarum concursu inuentum est mel prodesse, propterea illis, sicuti illis, eo vti fas est, primum, ꝙ experiētiam contemnunt: deinde, ꝙ Empiricus in eiusmodi concursu, quæ'nam sit in pulmone affectio, ignorare se fatetur, cæterum, quæ cōducant, se per experientiam obseruasse. At Thessalo nō satis est curare, quod omnino non norit, sed ab affectuum indicatione procedit. Sane', si oīa illi scire donemus, sicuti prius, nō minus q̃ nos, at nunq̃ pfecto' G effugiet, quin in diuersis corporis partibus curationis species mutetur. Non enim eadem curationis species profecto' est aut mulsam in vterum propter sordidum vlcus infundere, aut mel comedendum exhibere, aut spongia vlcus eluere. Cæterum hæc adhuc parua: illa planē maxima sunt. Fingamus diutinum vlcus citra phlegmonen in multis esse partibus, oculo, aure, naso, ore, femore, ventre, vtero, sede, pudendis. Fingamus & illud, si placet, vlcus eiusmodi vel planum omnino esse, vel exiguo minus planum: respondeant'que nobis isti sectatores Thessali, qui hæc nusquam discreuit, quomodo id cicatrice tegemus? Nempe eo medicamine, quod ex cadmia conficitur: id enim vlceri, quod in femore constitit, belle cicatricem inducere potest: sed num igitur & ei, quod in audiendi meatu constitit? Dicam fortassis incredibile, cæterum diis ipsis notum. Deprehendi aliquando quendam ex sapientissimis istis Thessali sectatoribus sic vlcus medicantem diuturnum: cum citius homini auris putruisset ac vermes creasset, q̃ medicamento, quod ex cadmia componitur, inductum cicatrice fuisset: cæterum, permisso homine pluribus diebus medicamento similiter vti, postea, q̃ in dies grauius auris oleret, & sanie impleretur, etiam incredibilius quiddā, q̃ prius, ausum vidimus. Quippe ratus meatū ipsum in profundo contraxisse phlegmonen, confugit ad tetrapharmacū: quod plane' multo magis augere putredinem partis debuit, H vtpote quod siccare vlcus prorsus non potest, maturare phlegmonen potest. Ergo, vbi hoc medicamento ad affectum sanandum vno die † est vsus, vt facile videres id maxime esse contrarium, & multiplicata statim saniei vis est, & fœtor intolerabilis obortus. Itaq;, qui propinqui laborantis erant, contingere amplius aurem Thessalium non sinebant. Ille vero præ impudentia stultitia q; volebat non modo medicamenti tetrapharmaci aliquid iniicere, verū etiam extrinsecus cataplasma relaxans imponere. At, cum eum propinqui hominis abigerent, timerent q;, ne in magno periculo æger foret, nos vnum diem amplius permitti Thessalio asino curationem exorauimus. Erat autem profecto' postridie tum sanies multo copiosior futura, tum odor grauissimus. Quo die tentaui, an fieri posset, ut sententiam Thessalij aselli mutarem, ne omnes perderet ægros, immo aliquos iam, tametsi paucos, seruare aliquando posset, tam aliena scilicet ab omni vera methodo deserta secta: ergo sic agere cum homine sum orsus. Nunquid (inquam) phlegmone tibi esse videtur in intimo meatu, proinde relaxantibus vteris auxiliis? Ille tum ita esse magnopere contendit, tum aliter esse non posse. An igitur (inquam) aliquādo vlcus, quod cum phlegmone coniunctū esset, aceto acerrimo cum glaucio curatum vidisti? Minime gentium (inquit) immo, siquis pastillis androniis ex aceto liquatis vtatur, etiam conuulsionem fortasse accersat. Ergo (inquam)

† In antiquissimo cod. græco hæc etiam addita leguntur. Ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τῆς ἀνατομῆς ἔγνωσαι ὑμεῖς τὸν πνεύμονα τῶν φαρμάκων δίοδος, οἱ δ' ἀπὸ τοῦ θεσσαλοῦ τὴν ἀνατομὴν διαπτύουσι, πόθεν γνώσονται ὅπως εἰς τὸν πνεύμονα τὸ φάρμακον πορεύεται, id est Quoniā enī ex anatome cogniti ē medicamētorū in pulmonem trāsitus, Thessali autē sectatoros anatomē respuūt, vnde cognoscēt, quō in pulmone medicamentū meat? Dicant igitur unde'nā, &c.

† Additur in ātiquis, ἢ δυοῖ, id est aut duobus.

A (inquam) si quis alio quopiam medicamento, quod sit andronis multo valentius, ex acerrimo aceto vtetur, id q; ad aurẽ, ita propinquam cerebro inuolucris q; eius particulam, nunquid plane te authore cõuulsionem accerset, si phlegmone præsertim aliqua subsit? Hęc tum ipsi, tum iis, qui adstabãt, vniuersis recte dici sunt visa. Ergo, quantum (inquam) ad ipsarum partium habitũ spectat, quæ ea, quæ ad summum siccẽt, desiderant, tametsi nunc curatione tua sint veluti ex sœmi natæ, iam tali medicamento vterer: nunc q̃m plures iam dies male ipsas assuefecisti, trãsferre eas ad contrariũ vno impetu, & semel non licet: nam tibi ac Thessalo contemnere consuetudinem licet, non minus, q̃ partiũ naturam: nobis autem nõ licet: sed primo die aceto vtar cum glaucio: secundo vtar andronio: tertio ad valentius aliquod, q̃ ipsum sit androniũ, transibo. Atq; hoc tribus quatuor'ue diebus vsus, si mihi vehemẽtius etiam medicamẽtum requirere vlcus videbitur, eo etiam vti nõ dubitabo. Extrinsecus vero (inquam) imponam capiti ea parte, qua auris infesta tur, non, mehercules, sicuti tu, cataplasma, quod relaxare potest, sed eorum medicamẽtorum aliquod, quę vehementissime siccare possunt, cuiusmodi est, quod ex salice cõficitur: aut etiã ipsum androniũ ex aceto illiniam: aut ex iis aliquid, quę hoc magis siccent. Nam, q̃m particula cui mede mur, siccissima est, necesse est, valẽtissime siccetur: indicat enim, veluti vitiũ ipsum, vt curetur, sibi B applicandum esse contrarium: sic particula ipsa, quod sit sibi simillimum. Itaq; &, prout dixi, egi: sanaui q; hominem, nullo potentiore requisito remedio. Quibusdam vero, qui potentiora desiderabant, quibus vno altero'ue anno vlcus aurẽ infestauerat, valentius omnibus iã dictis medica mentum adhibuimus: id fuit ferri scoria tunsa, cribrata q; tenuissimo cribro, mox in tenuissimũ veluti pollinẽ leuigata, post cum acerrimo aceto ad mellis sordium q; crassitudinẽ cocta. Constat autẽ multiplex esse debere in mistione acetũ. Verum (quod sępe iam dixi) materię medicamentorũ copiam ex aliis commentariis petes. Nunc, quæ ad methodũ spectant, absoluantur. Nam audiendi locus, q̃m est siccissimus, idcirco medicamentis eget, quæ vehementissime siccent. Quorum nullum reliquarũ partium cuiuis applicasse expedit: sed oculo exulcerato collyriũ fortasse, quod ex thure conficitur: naribus vero, quod multo sane magis siccet, q̃ vt oculis conueniat, minus vero, q̃ vt auri quadret. Itaq; & prius cõprehensi oẽs pastilli vtiles sunt, & medicamen quod ad Musam refertur, alia q; generis eiusdem. Vlcerũ vero, quæ in ore accidunt, quæcunq; admodum sunt humida, ea medicamentis egent, quæ vehemẽter siccent, veluti diphryge, tum ipso per se, tum ex melle, & vino, & mulso: præterea & quæ iris dicit, & quæ anthera, his q; vel siccis, vel ex melle, vel mulso, vel vino. Vtile vero ad talia est & Musæ medicamen: præterea rhois succus, C & omphaciũ, alia q;, quæcunq; strenue siccant. Quid enim materias percẽsendo morer? At, quę simpliciora oris vlcera sunt, hæc sanare commode possunt etiam medicamenta, quæ modice siccant, veluti hæc ipsa, quæ propterea, q in assiduo sunt vsu, Stomatica græce sunt dicta. Ea sunt, quod ex moris cõficitur, & quod ex rubi fructu, & quod ex succo corticis iuglandiũ viridis, atq; etiam his magis quod ex musto & cupressi sphęrulis componitur. Quæ vero in ore admodum humida vlcera sunt proxime ossa, vnde carie tentari ossa periclitentur, hæc propter ossium naturam, quæ sicca est, vehementissimis medicamentis indigent. Itaque ego iam comprehensos pastil los semper leuigo, ac siccum ipsum medicamentum superimpono.

A.3.f.5.t.2. c.242.g

De Indicationibus, quæ à Substantia, ab Affectu, à Forma, atque à Situ partium sumuntur, exemplo Vlceris in pulmone. CAP. II.

PORro dicta paulo ante sunt & ad vesicam, & vterum, & intestina, & pulmonem idonea medicamentorum genera, quibus sit in singulis vtendum, genere quidem medicamẽti ab ipsa curandarum partiũ substantia desumpto, sed cum affectu prius etiã ęstimato: modo vero vtendi eius, tum à forma, tum etiam situ. Hinc nanq; excogitati sunt. & auricularij clysteres, quos Otenchytas vocant: & vteri clysteres, quos Metrenchytas: & recti syphones, quibus in vesicã aliquid D infunditur, quos Catheteras dicunt: & ipsi clysteres: Hinc rursus, quæ in ventriculo, pectore, & pulmone vlcera cõsistunt, per ea, quæ eduntur ac bibuntur, esse curanda: Quæ vero in intestinis, bifariã: nã, quę vicina vẽtriculo sunt, his p comesta, & bibita succurrĩ: quę vero inferius sunt sita, per ea, quę iniiciunĩ: q̃ñ neq; ad ea, quę vicina ventriculo sunt subire potest, quod per sedẽ infunditur: nec integris viribus ad inferiora ptingere, quod p os sit ingestum. Ideo q; etiã, quę vlcera in thorace & pulmone cõsistunt, tum difficilius iis, quę sunt in vẽtriculo, sananĩ, vt quorũ situs longius absit, atq; idcirco medicamentorũ vis remittatur: tũ propter hoc ipsum multo valẽtiora ea, quę deuorẽtur, pręsidia requirunt, q̃ si ipsis statim vlceribus admouerenĩ. Inde q; adeo excogita ta medicis sunt, vbi expurgandũ ex pectore & pulmone pus est, fortissima, quæ q; maxime dissecent, pharmaca, talia q; omnino, quę, si vlcus in uentriculo esset, ipsum exacerbarẽt. Quin etiã, q hæc per tusses expurgenĩ, non aliunde, q̃ ex forma particularũ est desumptum: q hę nullum talẽ exitũ habeant, qualẽ uterus, uesica, sedes, auris, nasus, & os. Hinc etiam fit, q uentriculus utrinq; expurgari possit, sursum p uomitũ, deorsum secundũ naturam. Quippe hoc genus indicationũ ab instrumentalibus, quatenus instrumẽtalia sunt, est sumptũ: sicuti, quæ siccandum esse docent, ab ipsarũ similariũ substantia sumunĩ. Ab ipsis uero morbis rursus tales, ueluti ab ulceribus (q̃m de his disputatio erat) & q siccanda sint, ut supra est comprehẽsum: & q, qui ẽ uentriculo eluere

pus volunt,non sine periculo vomitum mouent, sicuti si aliter infixam illi pituitam per oxymeli E
ac radiculas detergerent: sed tutius deiectione vtuntur, cùm vomenti periculum sit, ne &, quod exulceratũ est, dilaceret, & succum quempiã inutilem ex vicinis attrahat. Quo nomine (vt dixi) & "vlcera, quæ pulmoni insident, difficillima sanatu sunt, vt quæ nec citra tussim expurgare possis: &, si tussim excites, laceraueris. Itaq;, quasi per mutuas operas, malum iis in orbem redit: quippe cum, quæ lacerata sunt, rursus phlegmonen excitent: secundo rursus phlegmonen ipsam maturari & pus expurgari desiderant. Quare ex omnibus sanandi difficultas his exoritur, & quod ea, quæ idonea vlceribus medicamenta sunt, contingere vlcus, sicut in ventriculo, non possunt: & q̃ per medium interuallum ferè vim suam amittunt: & præterea q̃ respirando mouentur, & tussiendo lacerantur. Itaq; cum in pulmone ruptum vas est, scire aperte licet, nisi protinus ante, q̃ phlegmone excitetur, glutinatum sit, id postea insanabile fore.

A.li.3.&c. c.18.271.a

De Vlceribus, quæ in Aspera Arteria sunt, & in summa eius parte: ac de Lactis, quod apud Tabias habetur, perfectione. CAP. 12.

CÆterum vlcera, quæ in asperæ arteriæ interiore sunt tunica, & potissimum, quę summę eius parti (quam Larynga vocant) sunt vicina, aut etiam in ipsa, hæc & curationem recipiunt, & nos non paucos eorũ, qui ita sunt afflicti, sanauimus. Sanè curationem eorum hinc maxime inueF
nimus. In grauis huius pestilentiæ initio (quæ vtinam aliq̃n cesset) iuueni cuidam, cũ nouẽ iam dies ægrotasset, totũ corpus vlceribus scatebat, † veluti oĩbus ferè, qui euaserant.} Eo die etiam tussiebat paululum. Postridie vero, vbi se lauerat, ilico & vehemẽtius tussiuit, & tussi expulit crustulam, quam græce Ephelcida vocãt. Erat q; homini sensus manifestus vlceris in aspera, quæ in collo est, arteria prope iugulũ nati. Quin aperto quoq; hominis ore fauces eius inspeximus, nunquid in iis alicubi vlcus esset: sed nec sic inspectantibus apparuit vitium: & planè laboranti sensus eius aliquis manifestus ex comestorum bibitorũ'que transitu fuisset, si illic vlcus fuisset. Quin etiam ex aceto & sinapi, certioris notitiæ causa, quædam ei deuoranda dedimus. Sed nec horum quicquam eum momordit: & sensus doloris manifeste in collo erat: quo loco etiam adeo irritabatur, vt tussire impelleretur. Suasimus "itaq; reniti quantũ posset, nec tussire. Quod & fecit, eo certe facilius, q̃ exiguum erat, quod proritabat: & nos oĩbus modis operam dedimus, vt vlcus ad cicatricem perueniret, foris medicamentum aliquod, quod siccaret, imponentes: tum cubanti supino humidum aliquod ex iis medicamentis, quæ ad eiusmodi vlcus facerent, exhibentes: ac iubentes id in ore continere, paulatim q; permittere in asperam arteriam defluere. Sic igitur faciens sentire se manifeste aiebat adstringẽtis medicamẽti circa vlcus vim, siue ea vis huc transmissa est, G
siue medicamen ipsum roris specie in arteriã ad vlcus defluxit, & tanq̃ percolatum est. Erat autẽ nec æger ipse medicinæ imperitus, sed ex iis quidam, qui ex vsu & exercitatione empirice medicabantur. Ergo sentire se aiebat tum medicamentũ in arteriam defluere, tum tussim quoq; aliq̃n mouere: obluctabatur tñ plurimũ, ac tussim cohibuit. Igitur ipse quoq; sua spõte Romæ quidẽ, vbi † correptus fuerat} triduum etiamnũ post nonum diem est moratus: post hoc cõscenso nauigio, primum per flumen ad mare nauigauit: quarto die post, naui peruenit ad Tabias: vsus q; est lacte, quod & mirificam planè vim habet, nec sine causa prædicatur. De cuius vsu aliquid dicere oblatũ nunc tẽpus videtur, nec de eo tm̃, quod apud Tabias habetur, verum etiam de alio omni. Neq; enim iis modo, qui Italiã incolunt, est succurrendum, sed, quoad fieri potest, qui vbiuis habitant gentiũ. Igitur ad lac, quod in Tabiis habetur, cõmendandum multa concurrũt, & locus ipse satis editus, & aer illi circundatus siccus, & pascuũ pecoribus salubre. Atq; hoc quidẽ alibi quoq; arte præparare licebit, siquis in colle modice edito herbas frutices'que serat, qui salubre simul adstringens q; lac reddant: quorum exẽpla paulo post dicentur. Cęterũ, vt ambientem aera similẽ reddas, fieri oĩno nequit: eligere "tñ simillimum ex ea, quæ datur, aerum copia licet. Simillimus aũt is fuerit, cui eadem adsunt, quæ illi: altitudo collis mediocris: via à mari ad ipsum triginta stadia, amplius q; aliquid, sed non multo: locus autem ipse versus mare, nempe Tabiæ in imo maxi- H
me sinu est, qui inter Surrentum & Neapolim conspicitur, magis tñ in latere, quod ad Surrentũ pertinet. Porrò totum id latus collis est satis magnus, longitudine ad Tyrrhenũ mare porrectus. Inflectitur aũt leuiter collis hic ad occasum: nec in meridiẽ in totũ planè procurrit. Ergo hic collis à vẽtis iis, qui ab ortu flant, Euro, Subsolano, & Borea, tutũ defendit sinum. Coniungitur illi in imo sinu alter collis non paruus, quẽ & veteres Romani in historiis, & qui nunc diligentiores sunt, Vesuuium nominant. Celebre nunc nouum'q; nomẽ Vesuuium est, oĩbus hominibus notum, propter ignẽ, qui in eo ex terra submittitur. Quæ res non parum mihi ad ambiẽtis aeris siccitatem conducere videtur: & alioqui præter ipsum ignẽ nec stagnum propinquum, nec palus, nec fluuius alicuius momẽti vsquã in sinu habetur. Oĩbus vero ventis, qui ab Arcto ad æstiuum occasum perflant, Vesuuius collis obiicitur: multus'q; cinis ab eo ad mare vsq; peruenit, reliquiæ videlicet materiæ, tum quæ in eo cõbusta est, tum quę nunc etiam vritur. Omnia hæc aerem efficiunt siccum. Licet porrò & alibi terrarum eligere collem simili modo siccum, scilicet nec longe à mari: nec adeo magnum, vt ventorum impetui sit expositus: nec adeo humilem, vt subiectorũ camporũ halitum prompte recipiat. Caueatur autẽ, ne ad Septentrionem sit versus: ita enim esset auersus

† Codices impressi & multi ẽt ex manuscriptis legunt, vt Linacer vertit, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες οἱ σωθέντες. & ita ẽt vet⁹ interpres. Sunt tamen, q̃ nõ hñt, οἱ σωθέντες: vt sic verti postea deberet: veluti aliis ferè omnibus.

A.li.3.&c. c.5.274.f

† ἐλοίμωξεν.

A.ibidem

* *Ald. habet βέσβιον. manuscripti aliqui λέσβιον. alÿ τάβιν.*

A auersus à Sole. Quòd si etiam in temperato orbis loco collis sit, veluti is, qui ad Tabias conspicitur, longe magis ad rem pertineat. Hoc in colle sunto herbę quidem agrostis, & lotus, & polygonon, & melissophyllon: Frutices vero lētiscus, & arbutus, & rubus, & hedera, & cytisus, alij'q; his similes. Atq; ita tibi collis præparetur. Pecora vero, quæ in colle ad Tabias pascũtur, boues sunt. Est'q; eius animalis lac spissum ita, vt asinorum tenue. Ego vero, ne quod lactis genus vsui desit,
A.1.f.10.t.5. c.175.b ex vaccis "crassum, ex asinis tenue, ex capris medium, & boues, & asinos, & capras in pascua depulerim. Veteres vero etiam mulierem lactantem iis, qui phthoe consumerentur, adstare voluerunt: quorum sentētiæ ipse quoq; accedo, & ꝙ familiare id sit, & ꝙ prius, q̃ ab ambiente refrigeretur, id sumi voluerint. Porrò hoc tibi de lactis vsu pro maximo pręcepto sit, vt ij, quibus eo est opus, omnino id astante animali statim mulctum bibant, etiam melle iniecto, si cui cogi in ventriculo solet: ꝙ si ipsum descendere ad aluum citius cupis, etiam sale. Atque ille quidem adolescens, cum vlcus in arteria ex pestilenti morbo haberet, sanatus est: ac post eum similiter alij. Alter vero adolescēs annos natus circiter decem & octo, cum multis diebus ex destillatione laborasset, primum quidem sanguinem floridum cum tussi expuit, non sanè multum: postea vero etiam tunicæ ipsius partem, quæ tegens intrinsecus totam arteriam, in fauces & os per ipsum arteriæ caput
B (Larynga vocant) ascendit. Videbatur autem mihi, tum ex crassitudine eius coniectanti, tũ ægri sensu, ipsius laryngis esse interna tunica. Quin etiam læsa illi ex eo vox est. Atq; hîc quoq; longiore quidem tempore, sed tamen sanatus est. Cæterum, †qui ex pestilentia hoc vitio laborarunt, } propterea mihi facile sanati videntur, ꝙ præsiccatum iis præpurgatum'que totum corpus fuerit: quippe cum & vomuerint ex iis non nulli, & omnibus venter profluxerit. Atq; cum ita iam vacuati essent, qui euasuri erant, iis pustulæ, quas exanthemata vocant, nigræ toto corpore cōfertim multæ apparuerunt, vlcerosæ quidem plurimis, omnibus certe siccę. Erat'que intuenti perspicuũ reliquias eas esse sanguinis, qui in febri putruerat: quas, veluti cinerem quempiam, natura ad cutim trusisset, sicuti alia ex superuacuis non nulla trudit. Verum medicamentis ad eiusmodi exanthemata opus non fuit, cum siderēt sua sponte, ad hunc modum: Alijs quidem, quibus videlicet exulcerata summa pars fuit, decidit ipsa vlceris crustula, quam Ephelcida nominant: deinceps'q; quod reliquum fuit, propinquum sanitati erat, ac post vnum duos'ue dies ad cicatricē peruenit: aliis, quibus scilicet vlcerata summitas non est, exanthema quidem ipsum, & asperum & scabiosum erat, decidit vero veluti squamma quædam: ac dehinc omnes fuere sani. Nihil itaq; miri, si etiam ij, quibus eiusmodi exanthemata in pulmone sunt orta, propter vlcerum siccitatem sunt sa-
C nati. Quod nanq; in cęteris vlceribus vniuersis supra monstrauimus curationis esse propositum, hoc iã iis, quæ ex pestilentia sunt orta, prestò fuit. Omnia nanq; sicca, & aspera fuere, plurima quidem scabiei, quædam vero etiam lepræ similia. Ergo, cum experientia rationi attestetur vlcerum curationem hunc vnum habere finēm, vt siccentur, poterit quispiam ex iis, qui sanguinē ex pulmone reiiciunt, seruare permultos ita, vt nos fecimus.

De Curandis statim iis, qui ob Destillationem, aut Membrorum spiritus refrigerationem Sanguinem reiiciunt. CAP. 13.

AC, quemadmodum quidem medendum iis sit, qui notabile in pulmone vas fregerunt, inde adeo, ꝙ ab alto sint lapsi, vel immodice clamarint, vel pondus supra vires sustulerint, vel ꝙ durum magnum'q; aliquid extrinsecus ipsorum pectori inciderit, dictum prius est. Quemadmodum vero, qui ex catarrho sanguinem reiiciunt, cōmodissime tractentur, nunc dicemus, proposita claritatis causa curatione, quã Romæ in splendida muliere peregimus. † Hæc nanq; cum eiusmodi sermones audisset, quales nunc de iis, qui sanguinē ex pulmone reiiciũt, habuimus, siue ex catarrho id, siue vehemēti tussi paululũ quiddã per noctē expuerat, ilico ad me misit, se, quicquid exigerem, præbituram promittens. Audiuerat vero ante id tēpus, nisi quis ilico præsidiũ strenue
D afferret prius, q̃ vlcus phlegmonen contraheret, eum operã amissurum: atq; hanc esse præcipuã eorũ, qui sanguinē reiiciunt, interitus causam. Igitur incidere mulieri venam, quę iã quatriduum propter catarrhum propemodũ sine cibo egisset, non placuit: sed iussi, vt acri vteretur clysteri: tũ crura manus'q; calfacienti pharmaco plurimũ fricaret, & vinciret: mox caput raderet: cui deinde medicamen, quod ex palumbiũ stercore cōstat, imposui: interpositis'q; tribus horis in balneum duxi, ac laui, nullo caput contingens pingui: dein caput idoneo pileo contexi, & pro eo, qui tum erat, tēporis statu, nutriui sola sorbitione: post quã statim fructũ aliquē autumnaliũ austerũ dedi.
A 3. f.10.t.3. c.267.e Deinde, cũ dormitura esset, quod ex "viperis conficitur, medicamentũ dedi (theriacen vocāt) circiter quatuor menses ante confectũ: habet enim id ætatis adhuc prevalentem papaueris succum, qui in antiquatis ignauus redditur: ideo'q; & somniferũ est, & fluxiones tum siccat, tum leuiter crassat. Finito vero prorsus catarrho, liquido apparebat tum ex respirandi specie, tum sonitu, semel excitatæ tussis, pulmonē expurgatione egere. Cęterum exhibere hanc non placuit secũdo saltem die, sed in omni taciturnitate & quiete muliere seruata, tum artubus eius pfricatis vinctis'q; iussi reliquas quoq; oēs partes perfricari, excepto capite, quod adhuc ex medicamento incalescebat. Rursus aũt vesperi dedi theriaces ceu fabæ nostratis magnitudinē: erat vero, quod pridie acceperat, hoc longe amplius. Postea vero, q̃ hac quoq; nocte probe dormiuisset, tertio die mane

Margin notes: * σῶμα. i. corpus. † οἱ ἐκ λοιμοῦ * Al. graue'que. † clarius ex græcis. Hæc nanq; cum eiusmodi sermones audisset, quales nũc de iis habuimus, qui sanguinem ex pulmone siue ex catarrho aliquo siue vehementi tußi reiiciunt, cum paululũ quiddam per noctē expuisset, ilico ad me misit, pbere se promptã asserēs ad faciendũ, quicquid ego vellē.

mel coctum copioſe exhibui,ac in quiete ſeruaui. Procedente vero die totũ corpus ſimiliter per- E
fricui,ac ptiſanę cremorẽ cum pane exiguo pro cibo ſumere iuſſi. Mox quarto die mane quidem
dedi medicamentũ, quod ex viperis fit, ſed quod iam in ætate vigoris eſſet, id q; cũ copioſo mel-
le. Capiti vero mulieris eodem pharmaco,quod vehementer cum ſiccat, tum calefacit,impoſito,
ac deinde ipſa lota,nutrita q; modice,valẽtius iam pulmonẽ expurgare in quinto ſum aggreſſus.
Ac dehinc rurſum,rurſum q; ex interuallo, ad caput quidem conſueto cerato, quod thapſiã reci-
pit,ſum vſus. Totam vero corporis curam,in geſtatione,frictione,ãmbitione, lauãdi q; abſtinen-
tia,ac victu tum moderato tum vero boni ſucci,ad reficiendum direxi. Hæc itaq; mulier recte ſe
ſe habuit,minime lactis opem requirens. Alteri vero adoleſcenti, cui nõ ex deſtillatione, ſed ex
refrigeratis ſpiritus inſtrumentis, orta tuſſis fuerat,cum ſanguinẽ & ipſe ad dimidiã heminam re
iecilſet,ſtatim venam incidi,ac bis eodem die ex ea ſanguinẽ detraxi: deinde rurſus poſtridie bis:
ſed artuum frictione & vinctura priore die vſus,ad veſperam dedi pharmacũ noſtrum, quod dia
ſpermaton dicitur. Secundo die poſt alteram detractionẽ impoſui toti pectori ceratum, quod ex
thapſia cõficitur,mox veſperi,ne ſupra modum calfaceret,id auferẽs. Tertio die rurſus ad tres ho-
ras impoſito,hominem laui. Cibaui autem ſimiliter tribus his diebus, prioribus quidẽ duobus,
ſorbitiunculis: tertio vero,ptiſanę primum cremore,deinde piſce ſtatim aliquo,qui & facilis con F
coctu eſſet & ſimplici ratione præparatus,adiecto. Dedi quoq; medicamẽtum dia ſpermaton, &
ſecundo,& tertio die ſimiliter ad veſperam: quippe quod & ſomnum conciliat, & ſenſum dolo-
ris eleuat,& ſiccandi vim habet. Tum vero, cum & ſpiritui delegatæ partes in naturali tempera-
mento eſſent,& totum corpus vacuatum,ac nulla phlegmones ſuſpicio circa ruptum vas ſupereſ
ſet,expurgare cœpimus. Mox bibito medicamento, quod viperas habet, ætatis iam vigentis, ad
Tabias dimiſi. Sic ego omnes,qui primo ſe die mihi curandos permiſerunt,ſanaui.

*περιπάτοις (margin note)

De Curando Pulmonis Vlcere,quod tribus quatuor've diebus inſedit. CAP. 14.

QVi vero poſt duos,aut tres,non oẽs: ſed aliqbus eorũ inſanabile vlcus fuit. Quotquot autẽ
phlegmone ſic occupauit,vt iam febricitarent, horum nullus eſt in totum perſanatus. Sed
qui poſtea ſic per omnia præſidia rite tranſierunt,vt ſiccaretur vlcus,ij tantum ſaltem lu
criſecerunt,vt illud nec vltra progrederetur,nec maius fieret: ſed ſiccatum, ac callo duratum,lon-
giore vita frui hominem ſineret. Ex iis vero,qui vlcus in pulmone habent, ij demum inſanabiles
mihi eſſe videntur,qui ex ſucci vitioſi eroſione id poſſident,quorum aliqui ceu ſalſilaginem ſpu-
tum ſuum ſentire ſe aiunt: nam longo arbitror tempore oĩno opus eſſe, vt ſucci corrigatur vitiũ.
In tempore vero neceſſe eſt duorum alterum,aut ſiccando vlcus, ceu callum fieri, eo q; fore oĩno G
inſanabile: aut non ſiccando,tum ipſum putreſcere,tum quę circa ſunt depaſcere,atque ita ſpatio
pulmones putrefacere. Porrò multi ex iis,qui eiuſmodi ſuccum vitioſum cõgeſſiſſent, cum ex eo
tuſſirent,non tñ etiamnum ſanguinẽ reiicerent,huius noſtræ prouidentiæ cõpotes facti, prorſus
ſunt perſanati. Oportet aũt in principio nullius rei æque eſſe ſolicitum,q̃ vt neq; tuſſiant,neq; ex
capite aliquid in pulmonem defluat. Cauetur id triplici præſidio,purgatione "primum: ſecundo, A.li.3.f.10. c.5.274.g
medicamine,quod dia ſpermaton dicitur: tertio,ipſi capiti prouidẽdo. Quod purget,diuerſas fa-
cultates habeat,oportet: cuius generis noſtræ ſunt pilulę, quæ ex aloe, ſcammonia, colocynthi-
de,agarico,bdellio,& gummi arabico conficiuntur, ad plures videlicet excrementorum purgan
das ſpecies. Sanè ſatisfaciant ad vſum,& quæ ſine gummi componuntur. Poſtea vero, ſi res po-
ſtulabit,etiam iis,quæ nigram bilem expurgent,vtare. Capiti prouidebitur cerati vſu,quod fit ex
thapſia. Atq; hæc quidem in principio peragenda ſunt. Poſt vero reficiendus æger ſalubriter eſt
cibis boni ſucci,frictione,inãmbulatione,& balneo. Tradetur autem de his methodus in idoneo
operis loco. Porrò ij ſunt,qui maxime lac requirũt: neglecto q; eo,omnium maxime ſunt inſana-
biles. Cæterum de mittendo his ſanguine ſciri illud licet, Quicunq; parum habere ſanguinis vide
buntur,iis ad quendam ſuccum probiorem (ſicuti prædixi) reductis detrahere ſanguinem pote- H
ris,tum rurſus reficere: eoſdem etiam rurſus purgare,ac rurſus reficere: denuo q;,ſi res ſuadet, ſan
guinem mittere,potiſſimum,quibus veluti limus vitioſus & craſſus,totus eſt ſanguis. At,qui va
lidi ſunt,multi'que ſanguinis,iis ſtatim à principio eſt detrahendus.

*περιπάτοις (margin note)

Quàm perperam Eraſiſtratus, ac Theſſalus Sanguinis reiectionem curarint, ac de Vlceribus,quæ in Sede,ac Pene conſiſtunt. CAP. 15.

HOrum,quæ retuli vel modo vel ante,ſiue ea inueni ipſe,ſiue iuxta Hippocratis viã vſurpa-
ui,nihil planè nõ examinatũ ac iudicio cõprobatũ eſt,ſed p experientiã oĩa iudicata: in qui-
bus erroris pericula ipſi pertulimus. Fructũ ex eorũ vſu habituri ſunt,quibuſcũq; artis opera ſunt
curæ: ſiquidẽ alij veri ſunt,alij ſophiſtarũ ſermones. Quanq̃ quid ſophiſtas memoro? Cum etiã
nõ contẽnendorũ medicorũ aliqui,ẽt qui integra volumina de ſanguinis reiectione prodiderũt,
alia quidẽ multa & parua recte pſcripſerint,maximorũ autẽ auxiliorũ nullius meminerint, parũ
intelligẽtes p multa illa & parua,quæ recte admonent,longũ ipſis ægrotis cõparandum interitũ.
Per hęc aũt tria,q planè deplorati nõ ſunt,oẽs ſeruant, per ſanguinis miſſionẽ, & purgationẽ, &
ea quæ caput roborãt. Sanè in ſequẽtibus,cũ de ſuccorũ curatione præcipiemus, dicemus de ſan-
guinis miſſione diligẽtius. Minime igit (ſicuti medicorum nõ nulli cenſent) à paruis incipiẽdũ
auxilijs

*ἀποτυχίας (margin note)
*χυμῶν eſt in ĩpreſſis,et multis etiam antiquis codicibus. In antiquiſſimo tamẽ quodam exẽplari legitur, κακοχύμων. (margin note)

A auxiliis est: Nec, sicut illi dicũt, sentiendum, ista scilicet prius esse tentanda: mox, si nihil profecerint, aggredienda maiora. Nam in morbis, in quibus periculum non impẽdet, vera ea opinio est: at, vbi moriendũ ægro prorsus est, si phthoe semel exceptus sit, alienissimum a ratione est a minoribus inchoasse. Nam, sicuti reliqua omnia ab Hippocrate tradita, ita illa quoq; sententia recte est dicta, Nempe ad vltimos morbos vltima prorsus remedia maxime valere. Qua nam igitur inductus opinione Erasistratus in talium affectuum principio segnis tardus'q; est: post diligens, cum perijt occasio? Nam sanguinis missione, cũ sanguis reijcitur, nusquã prorsus vtitur, vitiosissima ratione inductus: sed nec purgat quenq̃, nec caput siccat. Quibus nimirum siquis phthoe occupari periclitantes fraudet, quãuis reliqua oĩa probe peragat, nihilo plus, arbitror, agat. Nam sanguinem mittere recusat: ac solis artuum deuinctionibus ad eũ auocandũ vtitur, quò (vt ipsemet ait) ad phlegmones tempora sat nobis sanguinis supersit, nec propter inopiam eius ægrum nutrire cogamur. Sed heus tu Erasistrate, dicat arbitror aliquis, si post venam ruptam phlegmone iam pulmonẽ occuparit, non est, quod speres hominẽ sanandum propter ipsas, quas paulo ante comprehendi, rõnes. Quare amplius opera tua nõ egebit, proditus videlicet per te inter initia. Quippe idẽ facis, quod gubernator, qui, vbi per eius incuriã euersa nauis est, vectorũ cuipiam asserem B in manũ dat, inde q; salutẽ cõparare suadet. Sed Erasistratus fortasse existimabat phlegmonẽ esse ex iis, quę necessario vulnus comitentur. Verum, si ita sentiebat, in magna planè erat ignorantia: cum videre cuiq; liceat sexcentis eorum, qui quotidie singulari certamine decertant, maxima citra phlegmonen glutinata vulnera sic, vt secundo vel quarto die sint omnino in tuto. Nos vero etiam plurimos ex iis, qui vas in pulmone ex casu, clamore, plaga'ue rupissent, prius, q̃ phlegmone in vase rupto excitaretur, curauimus. Quòd si horum quoq; pulmones phlegmonẽ inuasisse asserit, ipse suis ipsius placitis repugnat, simul princeps viscus, quod maxime vicinum cordi sit, phlegmone laborare affirmãs, simul hominẽ febri carere, item q; rupta phlegmone nihil expuisse. Ergo à nobis quoq; inuicem audiat nec fieri posse, vt glutinetur vlcus, si phlegmone pulmonem inuaserit: omnino q;, si inuaserit, febricitaturum: ac purulẽta deinde, cum phlegmone solui tur, tussi exputurũ. Ergo, si qs nec febricitabit, nec tussiet, nec saniẽ aliquã ex vlcere & phlegmone spuet, quę ratio est, vt huius inesse pulmoni phlegmonẽ dicas? Itaq; tũ hoc maximũ certe pręsidiũ non recte ab eo damnatũ est, tum purgatio sine vlla mentione pretermittitur. Ac nec vllum pharmacon, quod efficax sit, contra vllum ex comprehensis generibus ab eo est positum. Quin, siue caput fluxionem mittat, eo statu seruabitur: siue ex intemperie ipsorũ spiritualium tussis inci C dat, etiã ipsa sic manebit. Ergo Erasistratus statuario illi assimilis videtur, qui reliquis omnibus partibus scite perfectis, statuã reliquit cęcam. Nam quæ, quæso, reliquæ pulchritudinis gratia, cũ oculos desideres? Postea, si diis placet, cũ tanti viri maxime aberrent, egregius vir Thessalus, qui artem ne nouit quidem, Methodicum se censet appellandum. Ac nũc ferme oẽs sectatores eius sanguinẽ mittere videmus, tum aliis ægrorũ non paucis, quibus non solum non vtile, sed etiã noxium existimare id præsidiĳ oportebat, præsertim si propriis ipsis hypothesibus starent: tum vero iis, qui sanguinẽ, siue hunc per vomitũ, siue etiã cum tussi, reiiciunt, modo ualentes uires habeãt. Sed quomodo cohærebunt hæc secum, ut uenã, ubi sanguis reiicitur, incidere iubeant, & in commentariis suis scribant remedium id adstrictis uitiis conuenire? Ergo ne se Methodicos amplius nominent, sed Empiricos, si reiecta ratione, quã esse rectam putabãt, experientia utuntur ad inueniendã præsidia. An igitur in iis quidem clare deprehẽduntur nec methodo, nec oĩno ratione aliqua quicq̃ facere, ubi uero partes inutiles esse ad curationis inuentionẽ aiunt, non multo magis? Atqui, siquis ad memoriã reuocet ea, quę de auribus, naribus, oculis, ore, pectore, pulmone, præterea utero, uesica, & uẽtriculo, diximus, errare eos tota uia uidebit. Talis igitur erat, qui ad phlegmonẽ, quę in pudendo erat, macedonico medicamento est usus, ac cũ eo etiã cataplasmate, quod D relaxandi uim habebat, nẽpe solẽni hoc, quod ex pane, aqua, & oleo cõficitur. Etiã alius quidã illi persimilis, qui ad sedẽ exulceratã iisdẽ est usus. Verũ de talibus, ubi de phlegmonis disputabitur, agemus. Cæterũ ulcera, quæ citra phlegmonẽ in pene sede'ue consistunt, nullũ cataplasma desiderant, sed medicamen, quod cicatricẽ inducat: non tñ, mehercle eius naturæ, quæ ulcera, quę in carne sunt, inducere cicatrice possit, immo quæ tanto magis siccare possit, quanto hæ partes sunt carne sicciores. Quin etiam, quod magis admirere, ipsorũ, quæ in pene sunt, ulcerum magis etiã siccari postulant, & quę in toto cole hæserunt, & quæ extra hunc etiã finẽ eius, qui glans dicit̃, infestant: minus uero, quę in preputio sunt: atq; etiã his minus, quæcunq; in reliqua sunt cute, quę totũ colẽ uestit. Cũ igitur humidũ in glande ulcus quidã ex amethodis istis medicis, istis inquã Thessaliis, sanare aliqñ non posset medicamẽtis iis, quæ epulotica uocant̃, id est, quæ cicatricẽ inducunt, adhibuit in consiliũ me. Vbi igitur ex me audiuit longe sicciore medicamento particulã egere propterea, q̃ siccioris naturæ esset, primum non credidit: ut uero coactus necessitate est aliquo ex nostris medicamẽtis uti, tribus diebus sanatum ulcus est: perspicuum q; erat medicum nõ tam fuisse de salute hominis lætatũ, q̃ inde adeo tristatum, q̃ in mala disciplinæ secta fuisset educatus. Siquidem medicamen, quod ex pãpyracea charta cõbusta fit, hoc scilicet nobis usitatum, id genus ulcerum sanat: sicuti etiam anethum ustum simili modo inspersum: itẽ q; cucurbita sicca

1. Apho. 6. Ex. ord. 4. d

A. 3. f. 10. t. 1. c. 324. d

atq; vsta ad eundem modum: alia præterea multa ex iis, quæ vehementer, sicut illa, siccant. Siqua E vero eiusmodi vlcerum sine madore sunt, ac recentia, iis sola "aloe salutare medicamen est. Inspergitur autem sicca, sed in tenuissimum ceu pollinē redacta. Hæc vero etiam, quæ in sede consistūt, sicca vlcera probe pcurat. Simillimā huic vim habet & cadmia vino elota, & sicca. Ab hac quoq; non longe abest argenti spuma, Lithargyros græce dicta. Deinceps vero molybdæna sequitur. Omnibus vero tum minus inferens doloris, tū nullo minus efficax, pompholyx est. Sin humidiora sunt, ipse per se pini cortex, item q; lapis hematites vocatus, idoneus est. Quod si profunditas quæpiam ipsis adsit, vbi excitata fuerint, dictorum alicui tantulum mannæ admiscendum est, quantū sit ad carnē gignendā satis. Neq; igitur horum quicq̄ vel per somnium norunt, qui istius sunt alienæ à methodo sectæ, cū omne vlcus, in quacunque animantis sit parte, eandem postulare curationē opinentur: neq; etiam, quemadmodum suere quædā vlcera oporteat, veluti ea, quæ in abdomine contingunt: de quibus in sequenti libro cum iis, quæ restant, vniuersis agetur. A. ibidem.

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS

LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI

Neruorum, Tendinum, Ligamentorum, Partium que, quæ illorum natura participant, Ossium quoque curationem absoluit.

Prolixitatis librorum Excusatio, ac Quæ hactenus monstrata sunt. CAP. I.

NOn dubito fore non nullos, quibus esse prolixus videbor, qui vnum hactenus morborum genus, quemadmodum methodo curetur, exponā. Par est autē, non tam nihil longitudinem hanc imputent, q̄ iis, qui parum intelligentes, quæ rectissime ab Hippocrate sint scripta, ea calūniari sunt conati: quos, ne quemadmodum vlcus quidem recte curent, scire ostendi, nedum, quod maius sit, quicquam. Atq; ipsum quidē morbi genus, cuius vna species vlcus est, seu continuitatis seu vnionis solutionem voces, nihil referat. G Illud monstratum est, methodum curandi eius, in quocunq; corporis membro sit, quæ quidem ab affectu ipso sumantur, indicationes seruare communes: quæ vero ex partibus præbeantur, alias atq; alias habere. Cum enim in carnosis particulis inciderit, nominatᷓ quidem vlcus: habet vero curationis indicatione omnium quidem, quę præter naturā sunt, communem, sui scilicet ademptionē: quam vero, ceu affectus, præstat, vt per contraria tollatur: quā, vt diuisio est, vnitionē, quippe generatio huius vitij in diuisione vnitatis cōsistit. Ideo q; in osse vocatur fractura, græce Catagma: in neruosis fibris Spasma: in musculis Vlcus & ruptio: quorū differentia prius iam dicta est. Idem tñ morbus, cū in neruum & arteriam & venā inciderit, nullā propriam appellationē est sortitus, mutuatur aūt interdum vlceris, interdum vulneris vel ruptionis, appellationē. Cęterū parum esse de nominibus solicitū debere eum, cui rerū sciētiam inuenire sit propositū, sępe iam diximus. Itaq; huc potius noībus neglectis ppperemus: q̄n nō ex horū exquisita impositione, sed ex appositis remediis, ægro salus paritur. Rursus igiᷓ reuocandū ad memoriam est, queādmodum audacissimus Thessalus, cū nullā curandi vlceris methodū tradiderit, oēs tñ dixisse se arbitratur. Siquidē, q̄ sinuosum vlcus postulet impleri, & simplex glutinari, hæc nec idiotis sunt ignota: queādmodū tñ methodo quis pharmaca inueniat, quibus vel impleaᷓ quod H sinuosum est, vel glutineᷓ quod simplex est, hæc vulgus nō nouit: at id est, quod medicis conside randū proponitur, atq; in eo alius alio est p̄stantior. Quippe, veluti in præcedentibus ostēdimus, & inueniet remedia, & inuentis recte vtetur, quisquis in medendi methodo est exercitatus.

Aduersus Thessalum de Nerui punctura, ac de Medicamentis, quibus curatur. CAP. 2.

VT enim iā aliquid persequamur, quod præcedentibus sit deinceps, fingamus quempiam ad nos venire, cui tm̄ cutis "acu sit puncta. Hunc hoīem, si is sit, cui facile vlcera sanescant, etiā si citra medicamentū nudo q; membro ad opera consueta dimittas, nihil sentiet mali: sin, cui diffi culter sanentur, primū quidē dolebit, post etiam tum pulsu particula infestabitur, tū phlegmone. Ac Empiricus quidē examinando percontando q; hoīs naturā discet: Nos vero, tū ex eiusmodi examinatione oībus his vsi, quæ per experientiā inueniātur: tum nihilo minus ex iis notis, quas de boni succi mali q; naturis habemus: præterea de iis, qui acris hebetis q; sunt sensus: tum plenitudine grauatis, modice q; se in succis habētibus: nō ignari, q̄, qui vel plethoricus est, vel vitiosis succis premitur, vel acris est sensus, vel horum quibusdam oībus ue premitur, phlegmone tentabitur: qui contra est affectus, nihil mali sentiet. Atq; hæc prospicientes, nō equidem medicamen, quod glutinet, imponemus, cuiusmodi plurima sunt eorum, quæ Enæma vocant, (ea sunt, quæ A. I. i. f. 4. I. 83. f

A recentibus statim applicantur vulneribus) immo molle & blandum, & quod dolorem mitiget: si quidem, vbi magna diuisio est, ibi studium impendi debebit, vt magis siccantibus remedijs labra vlceris vniantur, atq; coalescant: vbi autem acu stilo'ue facta diuisio est, id duntaxat curandũ est, ne phlegmone particula tentet. Atq; ex hoc manifestum est cruentorũ vlcerũ indicationem, quæ à Thessalo est prodita, nihil nos maius adhuc docere, q̃ sit cuilibet è plebe notum. Non enim scire, quid fieri oporteat, id magna res est, vt quod omnibus hominibus natura insit: sed, quibus rationibus illud efficias, id vero scire artificum est. Nam, si nauem quispiam sit ędificaturus, scimus profectò oẽs, etiam qui nauium fabri non sumus, quo loco poni gubernacula debeant, quo loco puppis, quo prora, ac reliquorum quiduis: cęterum nihil nobis hæc ad rem conferunt, vtpote ne scientibus, quemadmodum ipsa struant. Æque, & qui ędes molitur, vtiq; non ignorat, nec q̃ iacienda primum parietum fundamenta sint, neq; q̃ super his erecti minime q̃; inclinãtes erigẽdi sint parietes, nec q̃ super his strui tectũ oporteat, nec q̃ ostia & fenestræ singulę q̃; reliquarum domus partium proprijs collocandæ sint locis: verum hæc ad domum ædificandam quid conferãt, quoad ipse fabrilis artis ignarus ea fabricare nesciat? Vni igitur Thessalo omnium hominum sapientissimo, nosse, quid fieri oporteat, ad artificiosam notitiam satis esse videtur. Sed nos per superius comprehensa monstrauimus id esse operum, quæ ex artibus expectentur, veluti principiũ B quoddam, nõ dum aliquam eorum propriam partem, sed quæ etiam sit cuiuis è plebe cõmunis: quippe primæ in omni arte indicationes oĩbus hominibus natura sunt præsto. Quare, si hæ satis sunt ad opifices faciendos, nihil vetat, quin & naues ipsi ædificemus, & materiã fabricemus: prõptum q̃; sit omnibus tum calceos facere, tum vestes, tum domos, sed & architectos esse, & cithara personare, & rhetoricari. Verum non ita se res habet: nec, qui vulneratæ parti naturalem vnitionem esse moliendam nouit, is medicus est, sed qui, quibus id rebus perficiat, intelligit: quanq̃ ne hoc quidem ipsum per se satis est, si quis etiã, quò pacto his sit vtendum, nesciat: sed, qui viam omnem curationis eousq; percalluit, vt ipsum cõsequi destinatum finem queat, is demum est, qui mederi nouit. Ergo istis amethodis Thessali ęmulis illud accidit, vt cũ maiora viribus audeant, nec ad ea, quæ consequi alioqui possent, accedant. Quippe, cum dudũ stilo quidã vulneratus in manu esset ita, vt tota diuisa cute aliquid neruorum, q̃ suberant, pũgeretur, sapiens scilicet Thessalius in principio emplastrũ quoddã imposuit, quo sępe in maximis vulneribus vsus prospere fuerat. Putabat.n. (arbitror) omne vulnus eandẽ curationẽ requirere. Phlegmone vero oborta, ad cataplasma, quod ex farina tritici cõponitur se conferens, atq; interim hominem putrefaciens, intra septi- C mum diẽ iugulauit. Nec sanè comprehẽdere numero est, quot, vbi in Pęonias istorum manus incidere, conuulsione perierint: quò, si dijs placet, sanctio illa Thessalia seruetur, Omne cruentum vlcus similiter esse curandum, id q̃; partibus ijs, quę laborent, nullam indicationem cõferentibus. Cęterum vera ipsa methodus non perinde, atq; hæc Thessali, est amethodos, immo põt vel nunc etiam post tot tantos q̃; medicos non solum meliora medicamẽta, q̃ prius fuere, sed etiam vniuersum curationis modũ inuenire. Nemo enim statim ab initio ijs vsus, quæ nos inuenimus, ex nerui vulnere in cõuulsionem incidit. Aduerti nanq; vbi punctus neruus esset, ei ex sentiẽdi, quod obtinet, acumine necesse esse tum dolorem incidere, quàm reliquis partibus, maiorẽ, tum ex necessitate phlegmonẽ consequi, nisi quis & medelam dolori inueniret, & phlegmones generationem prohiberet. Rationabile igitur mihi est visum cutis quidem vulnus apertũ inglutinatum q̃; custodire, quò per id ex neruo vulnerato sanies efflueret: totum vero corpus superuacuis humoribus liberare: ac, nequis dolor vulneratam partem vrgeret, in primis solicitudinem habere. Itaq; etiam medicamenta excogitaui non pauca, quæ vulneri imposita ad vtrunq; mire sunt comparata, tum vt dolorem mitigent, tum vt exitum saniei patefaciant. Tutius vero fuerit etiã, si quis cutem latius incidat, ac totum corpus sanguinis missione inaniat, vtiq; si fortis sit virtus. Si vero vi- D tiosis succis repletum corpus sit, protinus purget. Aqua vero calida, quanquam reliquas phlegmonas valde mitigat, vulneratis tamen neruis est inimicissima: cum præsertim eorum substantia ex refrigerata concreta'que humidiore materia sit condita: omnis enim eiusmodi constitutio per ea, quę simul calefaciunt & humectant, resoluit ac putrescit. Itaq; ab aqua calida eos, qui ita vulnerati fuerant, omnino prohibui, vtilius iudicans oleo calente fouere propterea, q̃ demonstratum à me est, hoc quoq; si frigidum applicetur, tenues meatus obstruere: sin calidum, digerere. Porrò fugi ex huius quoq; generibus & crudum, quod Omotribes græce dicit, & quod deniq; adstringendi vim haberet. Delegi aũt tenuissimũ, cuius generis Sabinum est: quod etiam vtilius fuerit, si bimũ trimum'ue sit, quippe id, q̃ recens, magis per halitum digerit: quo'q; magis est antiquum, hoc semper magis digerere est potens, verum dolorẽ minus sedat. In pharmacis aũt huc omne cõsilium direxi, vt esset eorum facultas tũ tenuis, tum modice excalfaciens, & quę siccare citra dolorem posset: cum sola hęc trahere ex profundo saniem neq; contracta neq; demorsa particula possit. Vsus sum aũt primũ terebinthina resina, tũ per se, tum ẽt paulum euphorbij admiscẽs: Et per se quidem in pueris, & mulieribus, & generaliter ijs, q̃ molli essent carne: cum euphorbio vero in ijs, qui dura. Non secus aũt & propoli, non per se modo, verũ etiam cũ euphorbio ipsam molliens: q̃ si durior esset, cum tenui quopiam oleo. Quin & sagapeno in duris corporibus sum vsus, vtiq;

A 4. f. 4. t. 4. c. col. 475. d

A 4. f. 4. t. 4. c. col. 476. d

vtiq; cum oleo & terebinthina id miſcens: ſed & opopanace ad eundem modum, quo & ſagape- E
no. Mihi vero & lachryma cyrenaica non inutilis fore videť, ſiquis emplaſtrum ex ea faciat, cuiuſ
modi eſt, quod nos ex euphorbio cōpoſuimus: verum nō dum id experiētia, quēadmodum reli-
qua omnia, comprobauimus. Quippe pręcedere oportet eam, quę à vera methodo proficiſcitur,
remediorum inuentionē, huic vero experiētiam ad certiorem ēt fidem ſubſcribere. Siquidem ex
tali methodo ēt ſulſur, quod ignē expertum non ſit, quod q; lapidoſum non ſit, ſed oino tenuium
partium, ei, cui neruus vulneratus eſſet, conducturū ſperauimus, tantum eius tenui oleo miſcētes,
dum, quod ex vtriſq; miſtum erat, ſordium haberet craſſitudinem. In valētioribus vero duriori-
bus q; corporibus, ēt ſi ad mellis ſpiſſitudinem redigas, ſic quoq; iuueris: nam id quoq; compro-
batum experientia eſt. Quin etiam *lotam calcem ſimiliter oleo admiſtam his applicandam exco A.l.4.f.4. c.3.fo.476
gitauimus: quæ ēt, ſi mari lauetur, magis proficiet. Lauatur optime per ęſtatem in æſtu caniculæ.
Quod ſi bis ter've eam laueris, vtilius medicamen efficies. Quo pacto aūt talia præparanda ſint,
ex cōmentarijs, quos de medicamentorū cōpoſitione edidimus, intelliges. Nunc mihi tm̄ dixiſſe
ſufficit me tum hęc, tū alia multa medicamenta aduerſus neruorum vulnera inueniſſe, cum nec
ſub aliquo magiſtro ea vſurpata viderim, nec in veterū alicuius aut medendi libris, aut quos de Fa
cultatibus ex propria ſapientia inſcribūt, prodita: ſed ex ipſa rerū natura indicationes ſumpſerim. F
Id quod propriū eſſe medici methodo vtentis exiſtimo. Mirificus autē Theſſalus, cum ne vnum
quidem medicamētum inuenerit, iam pridem materiam eorum notam eſſe affirmat. Atqui mul-
torum medicamentorum, quæ nos excogitauimus, nō modo Theſſalo, & qui ante eū medici fue
runt, materia nota non eſt, ſed nec ijs, qui poſt eum in hūc vſq; diem fuerunt. Siquidem ipſe, cum
accerſitus aliquando eſſem ad quendam, qui à Theſſalijs iſtis amethodis medicis putris fuerat fa-
ctus: ac cernerē eum cataplaſma, quod ex triticea farina fit, impoſiturum: vbi nullum ad præſens
mihi medicamētum erat, popoſci ex figulo quodā, quē viderā, ægri vicino aquā lixinam: tum co
quens in ea farinam hordeaceam, non aūt ſicut illi in oleo & aqua triticeam, impoſui. Poſtea vero
farinam erui ſimili modo coctā, iam phlegmone inflammato & putri ex bella horum curatione
neruo imponēs, vindicaui ab ea putrefactione hominem. Verum de ijs, quæ cum phlegmone
putreſcunt, alia diſceptatio ſequetur, ea q; diffuſa in opportuno operis loco. De neruis vero vul-
neratis ſatiſfaciāt, quę dicta iam ſunt. Et ſanè ex ijs, quæ ipſi inuenimus, plurimi vno illo empla
ſtro vtuntur, quod ex euphorbio, & cera, & fricta reſina eſt compoſitum. Cui, neſcio quomodo,
aliqui ſinopidis aliquid poſtea miſcuerunt, aliqui ochrę, quò videlicet fucatum, vnde componať,
lateret, † ęgre ferentes, ſi meum id eſſe videretur.} Verū non eſt à principio ſic à me cōpoſitū. Mi G
ſcuerint fortaſſis ei non nulli & è ſalis flore aliquid, aut aliud quippiā tale, quod colorem eius im-
mutet, nec vim eius minuat. Poteſt quis per ignorantiam etiā tale aliquid immiſcere, quod facul-
tatem eius immutet. Verum nos illud ex cera, reſina terebinthina, pice, & euphorbio compoſui-
mus, immiſcentes ex cera partem vnam: ex terebinthina, & pice, vtriuſque partis vnius dimidiū:
ſic, vt quod ex vtriſq; conflaretur, cerę par eſſet. Licet autem interim, & plus ſit, quod ex ambobus
conſit, q̄ cera: licet rurſus & alterum eorum tantum, ceræ admiſcere. Quin etiam in penuria te-
rebinthinæ tum humidam pineam, tum etiam frictam, commode admiſceas: non minus etiā his
& abietinam immittas. Strobilina vero duris tantum corporibus idonea eſt: ad mollia vero im-
miſcenda non eſt. Si itaq; humidam reſinā immiſcebis, tunſum cribratum q; euphorbiū reliquis
immittes liquatis: eſto vero pondus eius, ceræ pars duodecima: etiam plus aliquando, vbi ſcilicet
valentius efficere eſt in animo: Sin ſiccam, ſicuti quæ fricta eſt, vtiq; olei puſillum deſiderabit eu
phorbium. Quare ego tum id cum oleo contundens, ac ad ſordium ſpiſſitudinem redigens, mox
reliquis poſt liquationem refrigeratis *terens miſceo. Sæpe etiam tantulum aquę immiſcui medi-
camento conficiendo, quantum in miſtis ipſis liquandis tum abſumi tum euaneſcere prorſus po
tuit. Verum oīa huius generis ad tractationem de medicamentorum cōpoſitione magis attinēt. H
Nunc ſuffecerit, ſicuti antea fecimus, indicato, quale eſſe debeat medicamēti genus, pauca parti-
culatim exēpli cauſa apponere. Vberem nāq; oīum materiā in opere de ſimplicibus medicamen
tis inuenies: præparare aūt debebis, vt in opere de eorū cōpoſitione eſt traditum. Nūc igitur ſatis
eſt hoc tm̄ dixiſſe, atq; ad alia tranſire. Vulnerati *nerui curatio medicamenta poſtulat, quæ & A.l.4.f.4 c.2.fo.4
tepidū calorē excitent, & valenter ſiccent: tum quę ex ſubſtantiæ ſuæ natura & trahendi vim ha-
beant, & tenuiū ſint partium. Sanè non ad medicamētorū modo victus q; inuentionē ipſa medē
di methodus proficit, ſed ēt ad ipſum inuentorū vſum. Nam veluti in ſuperioribus oſtendimus,
quiſquis citra methodū, quæ vlceri apta medicamenta ſunt, molitur, eum ne minimo quidē eorū
probe vti poſſe, ita & nunc oſtendere licet. Siquidē intellexiſſe, quantopere affectum vel ſiccarit,
vel calefecerit, vel mitigarit, vel laceſſerit medicamenti applicatio, is demum potis eſt, qui metho-
do quadā curat. Idem vero ipſe ſolus ēt intendere ea, quibus inter initia eſt vſus, vel remittere no
uit. Cum nanq; quod δι' εὐφορβίου propterea q͞ euphorbium accipit, vocant, quidam vulnerato
neruo ſtatim impoſuiſſet: id q; ſubinde prius proſpere fuerat expertus: tertio die indicauit mihi
vulneratam partem tum dolentem, tum phlegmone tentatam, miratus medicamen nihil contu-
liſſe. Percontatus igitur laborantem ſum, num primo die, cum impoſitum medicamentū eſſet, ca
lorem

*φάρμακον ἐπίπασον, eſt in manuſcriptis.

† In aliquibus cod. græcis hæc non habentur.

*ξύσας.

A lorem quempiam veluti ex Sole suauem sensisset: is se quicquam eiusmodi sensisse negauit. Rursus itaq; percontabar & medicum, quanto iam tempore præparatũ apud se medicamentũ habuisset, ac quos eo sanasset. Ille plus anno apud se habuisse: sanatos vero à se aiebat pueros duos, & adolescentẽ vnũ. Cum aũt & de corporis habitu adolescentis rogassem, albũ eum, molli q; corpore fuisse affirmabat. His ergo auditis cũ intelligerẽ, vt ad propositi adolescentis temperiẽ, euphorbiũ deesse, postulans tum ipsum emplasticũ medicamẽtum, tum ẽt euphorbium: sumẽs q; ex his, quantũ ad ea inter se miscẽda satis putaui: iussi manibus medicamẽtum subigere, ac euphorbium diligenter contundere. Postea, q̃ hæc facta sunt, miscere ea simul iussi: ipse vero oleum Sabinum vtiq; subantiquum modice calefaciens, foui vulneratã partẽ. Refecto q; leuiter puncturæ, quod conniuebat, foramine, imposui medicamen: iniunxi q; homini inediam. Medico vero præcepi, vt vesperi rursus eũ solueret, ac simili modo, quo me viderat, oleo vteretur. Atq; his peractis apparuit postridie pars ægra & sine dolore, & sine phlegmone: intellexerunt q;, qui huic operi aderant, oẽs verissimum esse (quod nos sæpe vsurpamus) non esse adeo magnum, quod medicamen præstare possit, nisi nactum sit, qui eo dextre vtatur. Est autem dexter vsus, qui tali planè methodo, qualem ipsi iam sæpe in commentarijs, qui ante hunc sunt, ostendimus, procedit, omnium B medicamentorum vsu ad calidum, frigidum, humidum, & siccum, veluti ad normas, relato. Quã nimirum methodum non solum amethodi Thessali sectatores probe tractare non valent, sed nec Erasistratus nec alius medicorum quisquam, qui corporum elementa aut prorsus non inuestigarunt, aut alia, q̃ quæ comprehensa à nobis sunt, posuerunt. Sed de his hactenus.

De Curandis Neruis per longitudinem vel transuersum vulneratis, ac contusis. CAP. 3.

SI autem non punctus, sed planè cæsim vulneratus neruus sit, considerãdum est, quo pacto facta vulneratio sit, vtrum'ne per transuersum neruum, an p longitudinem eius: tũ vero quantum interuenientis diuisum sit cutis. Proponatur "igitur primum, multum esse cutis adapertum (A idem. f) adeo, vt neruus nudus appareat, is q; per directum non per transuersum diuisus. Huic neruo nullum iam memoratorum medicamentorum, quæ ex euphorbio ac similiter acribus emplastri specie fiunt, applicabis: nudatus nanq; non feret eorum vim ita, vt, cum interposita cutis erat, tulit. Optime igitur eo casu calce elota in multo oleo soluta vtere. Salutare vero est, & quod ex pompholyge medicamentum fit, si in largo rosaceo sit liquatum: quod vtiq; melius fuerit, si tum rosaceum ipsum, tum oleum, salis sit expers: siquidem nudato neruo, omnis curationis consiliũ huc tibi dirigendum est, vt minima cum mordicatione sicces: possunt vero id præstare planè paucissi C ma medicamẽta. Esto igitur hoc casu calx salubri aqua ęstatis tempore sępe elota. Esto præterea (vt dictum est) & põpholyx elotus, ita uidelicet, ut elotus habetur in eo cõposito medicamento, quo publice utimur, quod q; alia elota in se non pauca continet. Quippe, quæ ex metallis consistunt, ea elota esse omnia oportet, si modo citra morsum ullum sint siccatura. Salubre uero medicamentum est, & quod ex melle sub emplastri specie cõponitur, utiq; cũ ex optimo fit melle. Sol ui uero & id rosaceo oportet, quod tum reliquis conditionibus sit optimum, tũ salis omnino expers. Quin etiam ceram, quæ eiusmodi medicamentis sit miscenda, elotã esse conuenit. Æque, & siqd terebinthinæ resinæ injcies, hæc quoq; elota sit, oportet: atq; hac magis, si alterius cuiusquã resinę quid immittes. Quippe medicamentis omnibus, quę laueris, acris mordens q; sanies eluitur, atq; abstergitur. Si uero robustus sit, qui uulnus accepit, & cui corpus sit à superuacuis humoribus mundum, in hoc fas est etiam ualentioribus remedijs non nullis uti: Veluti ipse aliquãdo, cum id genus uulneris in carpo accepisset iuuenis quidam philosophiæ studiosus, alioqui corpore bene habito, & tum in ęstiuo Sole perusto, ex Polyidæ pastillis sapa solutis, postea super calida (A. idem. g) aqua tepefactis, linamenta imbuta imposui. Nam id "quoq; uel in primis semper habendum curę est, nequid ex ijs, quæ uulnus contingent, frigidum sit: quandoquidem ipsa laborans pars & sen D silis maxime est, & principum partium primati continua, & temperamẽto suo frigida: quorum omnium occasione & ex facili à frigido offenditur, & suã offensam impertit cerebro. Quòd si ex ijs fuerit, quæ in musculos perueniant, etiam conuulsionem facile accersit: siquidem mõstratum est musculos uoluntarij motus instrumenta esse. Idem fore & in tendonibus expectabis, ijsdem de causis. Cęterum cum memoratum remedium tum uulneri ipsi iuuenis imposuissem: tum uero partium, quæ supra erant, non parum eodem complexus fuissem: quæ circa axillas, collum, caput'q; eius erant, omnia calente oleo assidue madefeci. Detraxi uero illi & primo statim die sanguinem scarificata uena. In quarto igitur hic quoq; iuuenis recte habuit adeo, ut & rugosum, & paruum, & contractum ulcus iam cerneretur. Verũtamen consultius uisum est usq; ad septimũ nihil nouare: post quem diem planè redditus est sanus. Sanè oleo perfundere tale ulcus nõ oportet, præsertim cum, ut nunc comprehensum est, curatur: nam oleum pastilli huius uiribus est aduersum, ac sordidum ulcus reddit. Neque enim parum interest, nudo'ne neruo oleum, an per interpositam cutem admoueas. Abluenda igitur à uulnere sanies est molli lana specillo circumuoluta. Madefacere uero lanam si placet, ne scilicet sicco ulcus attingas, sireum, id est sapa, suffecerit, quam & hepsema uulgo apud nos in Asia uocant. In hac igitur lanã intingens, mox exprimens, ulcus detergebis. Esto uero hæc quoque ipsa tepida primis maxime diebus. Quòd si omnia ex

sententia

ſententia ſucceſſerint, etiam vino dulci madefacere citra periculum licebit: verum dulce id omni E
mordẽte qualitate careat, cuiuſmodi tum therçum eſt, tum ſcybelites, atq; ab his, quod caryinum
vocant: quæcũq; vero & dulcia pariter & fulua ſunt, veluti falernum, inutilia ſunt, quippe acria
ſunt omnia talia, ac ſupra modum calida. Vlcere vero iam ad cicatricem veniẽte, quæ alba planè
ſunt & tenuia, nec multam aquam tolerãt, nec odora ſunt, ea dulcibus præſtãt. Aquæ vero vſum
ad neruum vulneratum ſemper fugies, ſicuti etiam relaxãs cataplaſma. Ad iam dicti vero paſtilli
vſum prope etiam accedit & medicamenti vſus, quod Dia chalciteos vocamus, quo publice vti-
mur. Liquari vero etiam hoc debebit æſtate roſaceo, hyeme ſabino oleo. Deſcriptum autem eſt
medicamentum hoc à nobis in primo de medicamentorum compoſitione. Polyidæ vero paſtil
lus, vel trochiſcus, vel quomodocunque appellaſſe libet, omnibus fermè notus eſt. Cuius ſi copia
non eſt, Andronis, vel Paſionis, pro eo eſt ſumendus: vel noſter, qui etiam omnibus illis eſt valen
tior. Sanè iam dictum eſt robuſtis corporibus valentiora medicamenta, imbecillis mitiora eſſe
adhibenda. Iſta & vera methodus inuenit, & experiẽtia confirmat. Theſſalus vero cum ſuis vnà
ſophiſtis in alto throno reſidẽs, ἐν χελομύξοις ἀνδράσιν, i. apud pecuinos & brutos hoies (vt Cer
cidas ait) in pretio erit, dum ſuis rationibus cõfirmat omnis vlceris recentis eandem eſſe curatio-
nem, neq; hanc, vllam ex partium natura indicationem ſumere. Vnus tñ magni in eius ſapientia F
nominis, admirandam vulneratorum neruorum curationem excogitauit: nam protinus eos to-
tos præcidit, ne admonito quidem, qui vulneratus fuerat: quanquam in hoc quoq; à ſecta ſua de-
ſciuit. Siquidem par erat vel & muſculos vulneratos, & arterias, & venas, & aliud quiduis totum
prçcideret: vel nec neruũ. Alioqui ſic, qđ fugiunt, id facere deprehendunt̃, vt diuerſam pro diſcri
mine partium indicationẽ accipiant. Verũ hos iã mittamus, ac de tranſuerſo nerui vulnere aga-
mus, in quo maior cõuulſionis metus impendet, phlegmone ſ. à defectis fibris ad nõ ſectas cõmu
nicata, cçterũ cõuulſione ab ipſis non ſectis excitata. Ac, q̃ ad vlceris curationẽ attinẽt, his quoq;
ſunt eadẽ: cæterũ detrahere largius ſanguinẽ, ac tenui magis, q̃ in illis, vti victu, tũ in quiete oĩno
ac lectulo molli hoĩem continere oportet: tũ oleo calenti vbertim in axillis, collo, tẽdonibus, liga
mẽtis, & capite vti. Quòd ſi vulneratus neruus ex ijs ſit, q in crure habent̃, ſicuti, cũ in manu erat,
alç, ita in his bubones largo oleo imbuẽdi: tũ per totam ſpinã ad collũ, & caput aſcẽdendũ. Con
tuſi "vero nerui, vbi cũ his vnà cutis quoq; cõtuſa exulcerata q́; eſt, medicamẽta poſtulãt, q̃ in ſic- A.l.4.f.4
cando qdem cõe nerui vlcera ſanantiũ conſiliũ ſeruent, cæterum quç partes, quæ per contuſionẽ c.5.fo.47.1
à ſe diſſideãt, contrahere conſtringere q́; ſint apta. Qui vero abſq; cutis ſimili affectu ſunt contu
ſi, hos oleo calẽte, cui euocandi facultas inſit, ſçpiſſime pfundere oportet, ac totius corporis ſimilẽ G
curam habere. Semel hoc incidere vidi, ſanaui q́; id mature, ipſa ex oleo perfuſione. Verum vnà
cum cute neruos contuſos ſæpenumero vidi: & propter eius ſymptomatis frequentiam athletæ
ipſo vſu edocti habent cataplaſma, quod ex oxymelite & fabacea farina conficitur: quod planè ſa
lutare medicamẽtum eſt. At, ſi dolor vnà cũ contuſione vexat, ẽt picem liquidam immiſcere, ac
bene coquere, tũ calens medicamentũ imponere oportet: vbi vero magis ſiccans efficere voles,
erui farinã inijcies. Quòd ſi, vt amplius quoq; ſiccet, deſiderabis, irim illyricam immittes. Totius
autẽ corporis cura his quoq; cõis eſt. At ſi totus prçciſus neruus ſit, metus prçterea nullus inſtat:
…ἀπηρος. i. …ila. dẽbilis tamen particula manebit. Curatio vero eius cõmunis eſt cum ea, quæ aliorum eſt vlcerũ,
quam q́; vnam Theſſali imitatores norunt. Ergo de neruis hçc abũde ſint dicta. Phlegmonç ve
ro, quç his ſuperuenient, quemadmodum curandç ſint, vbi de phlegmonis agemus docebitur.

De Vulneribus Ligamentorum, Inteſtinorum, Peritonæi, & Omenti, & quo pacto Suturæ fieri debeant, cum partes abdominis internæ vulneratæ ſunt. CAP. 4.

Igamenta "vero, (quç grçci Syndeſmus vocant,) cum ſimillimam habeant tendonibus ſpe- A.l.4.f.46
ciem, valentiſſimorum remediorum vim tolerant, quòd nec ad cerebrum pertingant, & ſen 1.fol.47
ſus ſint expertia: nam nerui, omnes alij ex ipſo ſtatim cerebro ortum habent, alij ſpinali interue- H
niente medulla. Tendones quoq;, quoniam compoſitam eorum eſſe ſubſtantiam ex neruo liga-
mento q́; oſtendimus, quatenus nerui participes ſunt, eatenus ex cerebro oriuntur, cçterum mi-
nus ſaltem, quàm ipſi nerui, conuulſionem accerſunt. Ligamẽta vero, cum ex oſſe ortum habeãt,
quçcunq; rotunda ſunt, ea neruis aſſimilia ſunt, duritie tamen plurimum diſſident: verum in eo,
quòd alba ſunt, & exanguia, & cauitate carentia, & in fibras diuiduntur, ſimilitudo illis cum ner-
uis, & tendonibus conſtat. Ergo, vbi teretia ligamenta tendones q́; viſuntur, qui diſſectionũ ſunt
ignari, neruos eos imaginantur, potiſſimum, qui multo duriora ea neruis eſſe non intelligunt: at,
vbi lata ſunt, ibi ea à neruis diuerſa eſſe intelligunt, quãquam ne id quidem omnia: cçterum ipſa
à ſeſe diſcernere non valent. Verum tu, qui prçſertim cuiuſq; trium partium naturam perſpectã
habes, tum vero & formam, & quã in toto corpore poſituram obtinent, in quocunq; mẽbro vul
nus fieri contigerit, ſtatim intelliges, neruus'ne ſit, quod in eo vulneratũ eſt, an ligamentum, ten
do've. Et de nerui quidẽ ac tendonis curatione iam dictum nobis eſt. Ligamentum vero vulne
ratum ſi id eſt, quod ab oſſe ad os permeat, & maxime ſine periculo eſt, & quod oĩno ſiccãs qbuſ-
libet medicamentis, nihil hoĩem offendes. Sin id, quod in muſculum ſe inſerit, quanto eſt neruo
& tẽdone minus periculo opportunum, tãto vtiq;, niſi rite curetur, reliquis ligamẽtis magis ter-
rere

rere

A rere debet Horũ. nihil peragi methodo ab ijs medicis põt, qui indicationẽ quę à particulis sumit, vtilem esse ad vlcerum curationẽ negant: nec ab ijs, qui id quidem confitent: sed tñ cuiusq; particulæ naturam ignorant: quę nimirũ (sicut ostendimus) ex ipso elementorũ cõstat temperamento. Verum ij.q̃q̃ nihil aliud, saltẽ, quæ ex instrumẽtaria partiũ cõstitutione indicant intelligunt: A. 4. f. 4. l. 1. c. col. 464. e Thessalus vero, et qui sequaces eius sunt, ẽt hęc ignorant: Veluti statim, si diuisum abdomẽ tam alte sit, vt intestinũ ex eo procidat, nec quẽadmodum id reponere conueniat: nec, si omentũ exciderit, abscindendum ne id sit, an non: nec an vinculo id excipiẽdum, an secus: nec an suendũ vulnus sit, nec ne: nec, si suendum sit, qua rõne suendum, quicquã intelligunt: vt quę ne nos quidem intelligeremus, nisi ex dissectionis rõne, oium, quæ istic cõtinent, partium naturã didicissemus: quam ẽt exponere necessum est, nõ claritatis modo gratia eorũ, quæ dicẽda sunt, sed ẽt probationis. Cutis extrinsecus oibus antestat: hęc vero in membranam finitur. A cute, medio circiter loco, neruea tenuitas musculorum (quã Aponeurosin Græci vocant) gemina tẽditur membranarum ritu. Eas pleriq; anatomicorum duas esse minime norunt, cũ & vnà cohæreant coalescant q; sic, vt labor sit eas separasse, & summa præterea sint tenuitate. Post has deinceps habent duo musculi recti, & carnosi, qui à pectore ad ipsa pubis ossa perueniunt. Atq; hæc quidẽ memorata oia B & sibi cohęrent coalescunt q;, & quod cõflatum ex ipsis est, Græci, † qui, quẽadmodum diuisum ventrẽ sui conueniat, prodiderunt, Epigastrion, id est abdomen, nominarunt. Quod vero hoc deinceps excipit, ab illis quidem vocat Peritonęon, putantibus videlicet vnum & simplex id esse corpus, minime q; compositum, sed falso: cu'm id compositum ex duobus corporibus sit, quorũ vtrunq; & exangue & neruosum sit. Verũ alterum eorum neruosa tenuitas eorum musculorum est, qui per transuersum se agunt: alterum membrana prætenuis, velut aranea, quæ vtiq; vere est peritonęum. Ac tale quidem in medio sui est abdomen. Partes vero eius, quæ vtrinq; ad latus ad quatuor quasi digitos recedunt, hæ statim à cute obliquos musculos habent, priores quidem, q̃ à pectore demittunt: secundos, qui ab ilibus ascendunt: deinde post hos transuersum musculũ, sub quo est peritonęon. Ergo & minus periculi in hoc loco, quã in medio est, cum tenuem eiusmodi membranam, qualem aponeurosin vocant, nullam habeat: & sutura in medio difficulter administratur, quippe cum & procidant hac parte maxime intestina, & ęgre inibi cõtineri * queant: qui enim constrinxerant contraxerant q; ea, recti illi carnosi q; musculi erant, quos ex pectore ad pubis ossa demissos diximus. Ergo, quoties horum aliquis est vulneratus, duplici de causa procidere intestinum est necessum, à partibus quidem, quæ sunt ad latus, propterea, q̃ musculis, qui istic C sunt, constringitur: à medijs vero, q̃ nec musculum eum, qui contineret, habet etiamnum validum, & q̃ locus opportune ad procidentiam est comparatus. Quo'd si maius etiam vulnus fuerit, tum plura necesse est intestina excidere, tum difficilius denuo immitti. Porrò alia ratione parua vulnera tractatu sunt difficilia. Nam, nisi, quod procidit, ilico in locum suum reponas, inflatur, surgit q; in tumorem: quo euenit, vt per angustum foramen immitti nequeat. Minus igitur graue in eiusmodi vulnerationibus mediocre foramen est. Atq; hæc quidem præscisse oportet. Proximum est, vt, quemadmodum quis hoc genus vulnerum commodissime contrectet, consideremus. Nam Thessali præceptum, quo censet enemis ea præsidijs glutinanda esse, parum satisfacere manifestius puto, quàm vt quenquam latere, qui compos sit mẽtis, possit. Quoniam igi- A. idem. f tur principio id agẽdum est, vt intestina, quæ exciderunt, in suum locum recondantur: secundo loco, vt vlcus suatur: tertio, vt medicamen imponas: quarto, vt, ne qua præstantior pars simul affi ciatur, prospicias: age iam de primo horum agamus. Cum igitur triplex (vt dictum est) discrimẽ horum vulnerum in magnitudine sit, propriam à quoq; indicationem sumere tẽtemus. Esto autem principio vulnus adeo paruum, vt inflatum iam, quod excidit intestinum, remittere amplius non sit. Nunquid igitur hoc loco alterum è duobus est necessum, aut flatum educere, aut vul- D nus ampliare? Præstiterit autem (vt arbitror) prius, si modo id consequi liceat. At non alia potius ratione id consequare, quàm si causam, vnde excitata inflatio est submoueris. Ea igitur quæ demum est? Certe ambientis aeris refrigeratio. Itaq; etiam sanatio ex calefaciendo petetur. Ergo A. idem. g spongia " molli, & ex calente aqua madenti, ac mox expressa, calfacere intestinum conueniet. Pręparetur vero interea vinum austerum calidum: quippe id magis calfacit quã aqua, ac robur intestino acquirit. Quo'd si huic etiam præsidio intestini inflatio non cesserit, incidendum peritonęi tantulum est, quantum ei, quod excidit, reponendo sit satis. Apposita porro ad eiusmodi incisionem sunt ea, quę Gręci Syringotoma vocant, i. quę ad fistulas incidendas sunt comparata. Scalpelli vero, quibus acies vtrinq; habetur, aut quibus cuspis acuta est, omnino fugiendi sunt. Situs vero laboranti appositus fuerit, cũ in inferiore parte factum vulnus est, si sursum vergat: cum vero in superioribus, si deorsum. Vnum autem vtrobique cauetur, ne, quod exciderit, ab alijs quicquam intestinis degrauetur. Itaque ex hac ratione conueniet, vt, si in dextris vulnus sit, corpus in contrariam partem inclinetur: sin in sinistris sit, in dextram sic, vt quę vulnerata pars est, semper altiorem locũ occupet. Atq; hoc tum in magnis, tum etiam in mediocribus vulneribus conducibile fuerit: quippe id omnibus cõe consilium est. Cæterũ repositio intestinorũ in suum locum, vbi ex magno exciderunt vulnere, planè ministrum postulat dextrum. Debet enim, vbi mani-

bus

† Ad uerbum. qui quẽadmodũ uocatas gastroraphias (i. uentris seu abdominis suturas) fieri conueniat.

* Al. immitti.

bus suis totum vulnus extrinsecus apprehenderit, intro reprimere, tum cōstringere, ac exiguum E semper suenti prænudare: quin etiā id ipsum, quod assutū est, modice cōprimere, quoad totū per suatur. Iam vero, q̄ cōmoda ratio suendi abdominis in talibus vulneribus sit, deinceps doceamus.

Q̄m coire coalescere q; cum peritonęo oportet abdomē, incipiendum quidem à cute est, atq; ab externo introrsus acus inijcienda. Vbi vero tum cutem, tum rectum musculum totum trāsierit, A.ibidē.b prætertito, quod ei subest, peritonęo, p reliquū peritonęum eam ab interno extrorsus inijcies, atq; inde per reliquum abdomen ab interno extra transmittes. Vbi hoc penitus transmisit, rursus ab externo introrsum idē abdomen est perforandum. Mox, vbi peritonæum, quod illi quoq; subhæret, prætereris, atq; ad contrarium veneris, hoc quoq; ab interno extrorsus perpungendū, vna q; cum eo totum ipsi vicinum abdomen. Deinde ab hoc rursus incipiendum, atq; id cum contrario peritonæo consuendum: ac rursus vicina quoq; cute trāsmissa, iterū ab ea parte acus introrsus est inijcienda, consuendum q; abdomen id cum contrario peritonęo, ēt inibi vicina cute transmissa. Atq; hæc iterum iterum q; facienda, quoad totum vulnus similiter consuerimus. Interuallū vero quod suturis interuenit, quod ad cōpescenda pertinet ea, quæ subsunt, breuissimum esse postulat. Quòd vero ad firmitudinē ipsius cutis, quæ in interuallis suturarū est, necubi rumpatur, breuitas parum tuta est. Quare vtriusque vitato excessu, eligenda mediocritas inter vtrunq; est. Iam hoc F quoq; oīum vlcerum cōe quodāmodo est: sicuti ēt ipsius, quo suuntur, fili cōsistentia. Nā, quod iusto durius est, cutē rumpat, necesse est: quod mollius, ipsum prius rūpitur. Æque vero, si pxime summas oras acū transegeris, quod reliquū est cutis, q̄m minimum est, dū violenter adducitur, cogitur perrūpi: si plurimū ab ijs recesseris, multū cutis inglutinatum relinques. Hæc, tametsi oīum sint vlcerū cōia, maxime tñ fugienda in abdomine suendo sunt. Ipsa vero abdominis sutura aut iam dicto modo administrabit, vtiq; si quis huc studiū dirigat, vt peritonæum abdomini coalescere faciat, vix.n. cū eo coalescit, vt pote neruosum: aut sicut nō nulli faciunt, qui, quæ cognatæ naturæ sunt, ea cōmittunt, vtiq; peritonęo peritonęum, abdomini abdomē. Id fiet ad hūc modum. Oportet à vicino nobis abdomine incipere, atque ab externo introrsum per id tm̄ acum transmittere: post pręteritis vtrisq; peritonęi labris, ex aduersa parte ab externo introrsus per vtrūque eius labrum acum reuocare: deinde rursus hanc reuocare, atq; ab interno extrorsum per aduersum abdomē traijcere. Hic modus à publico & exprompto, quo videlicet vno adactu per quatuor labra acum transmittunt, hoc discriminis habet, ꝙ totum peritonæon intra abdomen prorsus abscondit. Deinceps vero de medicamentis præcipiamus. Sanè hæc quoq; eiusdem esse materię debebunt, cuius sunt ea, quæ Enæma dicuntur: quę q; aliarum quoque partium vnire vulnera in supe G rioribus commētarijs ostendimus. Deligatio vero extrinsecus, vel præcipue in his necessaria est.

Quarta uero curationis in his pars non paulo ab alijs dissidet: siquidē, quod inter bubones, & axillas est, id totum molli lana ex oleo mediocriter calido imbuta circundare oportet. Satius item fuerit, & si per clysterem intestinis aliud simile infundas. Quòd siquid ipsorum intestinorum sit uulneratum, quæ extrinsecus fieri debent, omnia similiter, ut diximus, sunt peragenda. Cæterum, quod inijcitur, uinum nigrum, austerum, & tepens erit, eo q; magis si totum perforatum usque ad internum meatum sit. Ac crassa quidem intestina facilia sanatu sunt: è cōtrario difficilia, A.l.3 f.1 c.1 fo.3 l quæ tenuia sunt. Ieiunum autem omnino incurabile est, tum propter magnitudinem multitudinem q; uasorum: tum ꝙ tunica eius prætenuis neruosa q; est: adde, ꝙ tum bilem synceram hoc intestinum recipit uniuersam, tum ꝙ omnium iecinori maxime est uicinum. Vētriculi uero quæ carnosæ partes infernæ sunt, curare cum fiducia tentabis. Nam fieri potest etiam, ut bene cedat, non solum ꝙ hæ crassiores sunt, sed etiam ꝙ sanantia medicamenta facile hoc loco ipsius subsistant: at, quæ in ore eius ac gula ulcerum sunt, duntaxat contactu medicamentorum in transitu fruuntur: quæ uero in ore eius sunt, ijs sensus quoq; acumen sanationi obstat. Verum, qua nam ratione uētriculi uulnerati, aliorum q; exitialium uulnerum, Hippocrates sanationem moliatur, H ab ipso peti est satius. Ego nanque non eo cōsilio, ut nemo Hippocratis libros legat, ad hoc opus scribendum accessi: verum q̄m is mihi primus idonea usus esse uia uidetur, nec tamen eam totam compleuisse, cum quędam minime limitata, quædam imperfecta obscura q; ab eo prodita inuenire liceat: idcirco ipse tum omnia ea lucide explicare, tum, quæ parum discreta sunt, distinguere, tum, quę deficiunt, supplere studui. Vbi igitur aliquis se in his nostris primitus exercuerit, tūc se ad libros Hippocratis legendos conferat: ac tum eius de ulceribus librum relegat, tum quę de uulneribus exitiosis scripsit. Porrò simul maximum adiumentum ex his nostris libris habebit: simul certo intelliget neminem methodicę sectę, quę nomine specioso se uenditat, re autem maxime est à methodo aliena, commode ulcus sanare posse: sed nec reliquorum Rationalium quempiā, quicunque parum cognitis similarium partium elemētis artem aggredi censent: quippe nesciunt hi quoq; rationalē simplicium animalis partium curationem, ut qui ab instrumētalibus tm̄ indicationes sumant. Cęterum paucis etiānum cōtra Methodicos additis de istis, quę in uentriculo accidunt, uulneribus, aliò stilum conferemus. Vulnerato peritonęo excidit subinde omentum: quod primaria ne pars sit, an nō primaria, uel ex quibus condatur, uel quam habeat actionē usum ue, hi cōpertū non habēt. Itaq;, si iā liuet aut nigricat portio ea, quę excidit, ibi quid faciant, audire

A audire est operæpretium: vtrum'ne precident, an intra peritonæon remittent. Oĩno enim vel ab ipsa experientia, quid agendum sit, intelligent: vel ab ipsa particulę natura indicationem sument. Atqui refugiunt hæc vtraq; eam quidem, quã experientia suppeditat, cognitionem, dum venerandum s. hoc sectæ suę nomen methodum extollunt: eam vero, quæ ex particulæ natura suggeritur, ꝙ nec substantiam eius norũt, nec actionem, nec vsum, dum à dissectione ceu inutili abhorrent. Itaq; nesciunt, sit'ne ex ijs, quæ necessariæ ad vitam sint, an quæ necessarię quidem non sint, non tamen omnino infimę notę: sed nec an cum eius affectu simul afficienda pars aliqua primaria sit, an secus: adde, ꝙ nec an vasorum, quæ in eo continẽtur, aliquod possit per sanguinis profusionem hominem interimere: nec si quis post nigrum eius abscisum, quod integrum est, vinculo cõplectatur, quò sanguinis profluuium declinet, an id ipsum periculo vlli sit futurũ: nam leui saltem intuitu omentum neruosum videtur: proinde, nisi quis exacte naturam eius habeat cõpertam, nunq̃ audebit vinculo vti, cõuulsionis s. metu. Horum cum nihil mirifici isti Methodici intelligant, vbi nigrum redditum omẽtum est, sanè dicere, quid agendum sit, non possunt. At nos (arbitror) possumus, qui, cũ vsum eius non adeo esse animali magnum, substãtiam q́; eius ex mẽbrana tenui ac arterijs venis q́; compositam sciamus, horum tñ initia ex maximis orta tum arterijs B tum venis intelligamus, sanguinis quidem profusionem cauebimus, coafficiendos vero neruos non timebimus: proinde id, quod supra nigricãs positum est, vinculo excipiemus: quod post vinculum est, amputabimus: atq;, vt in imo fine iam comprehensæ gastroraphiæ vinculi fines pendeant, curabimus, quò nimirum facile eas, cum ex vulnere suppurante euomentur, recipiamus.

De ratione Fracturarum Ossium curandarum. CAP. 5.

AC de reliquis quidem corporis partibus dictum abunde sit: nunc de ossibus agendum superest: quando his quoque, de quo nunc agitur, morbus accidit, quem vnitionis siue continuitatis solutionem appellamus. Huic, cum in hanc inciderit partem, proprium nomen inditum gręce est Catagma, omnibus ferè hominibus, qui græce loqui norunt, tritum. Apagma nanque, medicorum appellatio propria est, plebi insuetatum: solent aũt ita noĩare, quoties ossis finis, qua parte maxime cũ alio cõmittitur, abruptus est. Sed & è fracturis ipsis, quæcunq; fracti ossis partes iam prorsus separarunt, eas Cauledon factas græce dicunt. Patet vero eiusmodi diuisionem per transuersum esse factam: veluti alteram per longitudinem magis esse, in qua sanè nõ omnino separantur à se partes sic affecti ossis, sed veluti per rectitudinem findũtur: quod genus Schidacedõ fieri dicere solent. Non desunt ex medicis iunioribus, qui adeo ambitiose oẽs fracturarum differentias proprijs interpretentur nominibus, vt ẽt aliquã Raphanedon, id est ad raphani speciem, C fieri dicant, non contenti oratione os, quod varie sit fractum, explicasse. At non Hippocrates huius fuit sententiæ, sed, quoad fieri licuit, vsitatissimis vtens nominibus, oratione interpretari non est grauatus non has modo fracturarum differẽtias, verum ẽt earum, ‖ quæ in capitis ossibus eueniũt. Ac si ad eum modum de omni vitio egisset, profectò breuis mihi proposita tractatio fuisset: nunc, cũ plurimorum viam, qua sit insistendum, indicarit, sed, quæ particulatim sunt agenda, inchoata indefinita q́; reliquerit, necessum est, in illis immoremur: nec tamẽ in ipsis plus iusto, sed, quæ tradita illi perfecte sunt, ea summatim commemoremus: quibusdam etiam demonstrationẽ adijciamus, vti q́; ijs, quę ab eo ratione parum sunt munita: eorum præterea, quę parum sunt definita, quædam definiamus: &, quę inordinata sunt, ea in ordinẽ disponamus: postremo ex ijs, quę ille parũ lucida reliquit, quibusdam lucem addamus. Verum, si in singulis verba eius adscripsero, expositorij cõmentarij lõgitudinem liber noster habebit. Nec deerit fortassis aliquis, qui immodicam longitudinẽ nostram hic merito accusabit, qui de hac in tertio & quarto volumine parum merito est questus. In ijs .n. necesse fuit mihi multa Hippocratis ex eo libro, qui de vulnẽribus inscribitur, loca apponere: quibus reliquis medicis ostẽdere, cuiusmodi res sit methodo quadam D vlcerum curationem conscribere. In libro aũt, quo de fracturis præcipit, quis adeo est stupidus, vt doctrinam eius oẽm, ceu lucidam plane q́; absolutissimam, nõ suspiciat? Quòd si quis ẽt vnus videlicet alter'ue dicat parũ se id opus mirari, his opportunissime respondeat illud poetę: Hos vnũ atq; alterum permitte tabescere. Quæ'nam igitur sit fracturæ curandæ vera methodus, quam q́; ipsa rei natura prescribat, iam tempestiuum dicere videtur, atq; hinc sumpto initio. Quoniam fracti ossis soluta partiũ continuitas est, vti q́; finis, quò tendet is, qui eas curabit, saltem primus, vnitio est: quòd si is per affectarum partium siccitatem perfici posse nõ videatur, restat alter, qui est, vt alterius cuiusdam interuentu glutinentur: qui si nec ipse comparabilis aduertitur, insanabile esse vitium dixeris. Quod igitur coalescere nequeat tam durũ os, quàm id, quod in iuuenibus & adolescẽtibus, & viris, multo q́; magis in senibus cernitur, id profectò vel cuiuis patere potest. Potest certe illud tantum vnitionem recipere, quod abunde molle est: cuiusmodi conspicitur in puerulis. Quòd aũt alia quapiam interueniente substantia ceu glutino quodam agglutinari colligari q́; secum separatæ fracti ossis particulę queant, hinc maxime speret quispiam. Mõstratum est omnem animalis particulam propriũ ac simile sibi trahere alimentũ. Id si verũ est, ossium certe idoneum nutrimentũ, & crassius, & magis terreum, q̃ aliud quoduis nutrimentum in toto animali, fuerit. Non est igitur nec à ratione alienum, nec quod fieri omnino non possit, vt, quod ex hoc

Lib. de Vulne. cap. non longè à principio.

* vlceribus.

hoc ipso proprio alimẽto redundat,& in labris fracturę cõcrescit,suo ipsius interuentu illa quoq; E conglutinet. Quin etiã ita vsu euenire cõspicitur. subscribit q; spei,quã ratio suppeditat, ẽt experiẽtia ipsa. Itaq; cõsiderandũ deinceps est,qua'nã potissimũ ratione corpus hoc, quod fracturis innascitur,quantũ quale q; sit,prouenire possit. Nã,ꝙ nec quantũlibet,nec qualecũq;, sed quod mediocritatẽ in vtroq; seruet,requirimus,id planè est euidens. Porrò huius symmetriæ tum qualitate,tum quãtitate inuẽta,deinceps est,vt,qua maxime quis vtrunq; assequatur,rõnem ipsam quærat. Sed nec tẽpus, quo hæc effici conueniat,minus necessarium quęsitu est,vtrum'ne statim à fractura facta,veluti statim in vulneribus moliebamur vnitionẽ: an id cõmodum tẽpus non est, sed aptius aliud requirendũ. Sanè inuenias hoc quoq;, sicuti & reliqua omnia ex ipsa rei natura edoctus. Quæ'nã igitur est ipsius rei natura? Nẽpe os fractum sub aliqua paulo ante cõprehensarum differentiarũ. Age igitur videamus,nunquid à singulis differentijs aliquid desumi ad eius curationẽ possit,ab ea quã Cauledon, id est per transuersum,fieri diximus,orsi. Dissidẽt sic à se in hac fracti ossis partes, vt è directo non iaceant. Quare patet primum id esse agendum,vt in directum agantur: tum eorũ,quę deinceps sunt,aliquid gerat. Sanè cum situm habuerint,siquis ea, quæ sic dissident,integræ partis exemplo vsus,in contrariũ adducat: à qua nimirum certissima indicatio transpositionis eorũ erit. Fieri.n.potest,vt tum prorsum,tũ retrorsum,tum in hanc partem, tũ in F illam, membri facta translatio sit. Quęcũq; igitur retrorsum magis sunt acta,ea prorsum impelli conueniet: nec minus alterã quoq; fracti ossis partẽ modice ad contrariũ retrudi: Contra,q̃ prorsum sunt emota, hæc rursus ipsa quidem retrorsum, reliquam vero partem sensim duci prorsum. Eodem ẽt modo, & eorũ, quæ ad dextrã sunt detorta,medicatio est,si ad sinistrã ducantur: contra q; eorũ,quæ ad sinistram,si mutent ad dextrã,semper s.altera parte modice in cõtrarium acta. Cæterum in adducendis contrario motu partibus,ne quæ frangantur earum extantiæ,nõ leue periculum est: neq;.n. (veluti in serra desectis vtitur) læuis est vtriusq; partis finis. Nam si illa frangantur,non poterunt ad amussim secum coaptari fracti ossis fines,duplici de causa. Nam siue ipsa fragmenta inter partes coniungendas interciderint,nõ sinẽt ea, quæ adaptantur,se contingere: siue quid forte ossium extra ceciderit, ne sic quidẽ eorum, quæ effinxeris, exacta coniunctio erit sic,vt pristinam vnionẽ imitent, quippe quę solum tum demũ erit,cum ossis extantiæ in suas cauitates fuerint reconditę. Quòd si semel comminutę perierint,necessum est,inter applicata simul ossa vacans interueniat spatium, in quod sanies collecta, atq; in tẽpore putrescens, totum pariter membrum secũ corrumpet. Atq; ob hęc quidem,quę dissident ossa, è directo admota esse oportet: quod commode certe fieri nequit,nisi retrorsum prius sint tracta: Antitasin vocant. Oportet G igitur aut manibus ipsis, vtiq; si paruũ sit mẽbrum: aut vinculis circũpositis: aut vna cum ijs ẽt instrumentis,cuiusmodi nos ‖ Hippocrates docuit,antitasin ossium facere. Postea vero,ꝗ abũde retracta fuerint, nec vllus supersit metus, ne se in adducendo tangant, tum in directum opponere, vincula q; remittere, ac musculis ipsis diductorũ in idem cõmissionem permittere: interim vero te ipsum quoq; manibus subseruire,ac, sicubi aliquid paulũ subsultet,corrigere,atq; formare. Ab his secundũ,quò diriges,fuerit,vt immotũ prorsus membrũ cõsistat,neq́d eorum,quæ effinxeris, moueat: qñ ita necesse est ea rursum dissidere. Ac, si ipsi quidem ægrotanti, vt "quietudini membri prospiciat, permiseris, vigilans fortassis probe id curauerit, at dormiens omnino membrum mouebit. Vt igitur non dormientis modo hominis,sed ẽt ad desidendum,item q;,cum cubile resternitur, surgentis,eorũ, quæ formata sunt, positura seruet, tuta deligatura complecti fracturam oportet,quę q; fracti ossis partes secum coarctare ad amussim possit. At vero,cum laxior deligatura ossibus moueri permittat: arctior vero constringẽdo, dolorem excitet: danda opera est,vt vitato ambarũ incõmodo, vtriusq; fruamur commodo. Id fiet,si, quod nimium est, declinabimus. Ergo nec adeo arctare deligaturam debebimus, vt iam cõprimat: nec adeo remittere, vt laxa sit. Ac,si quidem ęqualis esset crassitudinis mẽbrum quodq;, vtique latissima "fascia esset cõmodissi H ma, vt pote quæ totum æqualiter continenter q; ex omni parte fractũ os complecteretur: sed,qm̃ id nõ est,pectori quidem latissimã licet circũponas,artubus certe et iugulo non potes: sed in talibus vtilior est angusta,vtpote quæ nec rugas contrahet,& totius mẽbri, cui circundata est, cutem continget: verũ, si paucis complexibus fracturam continet, parum tuta est. Quantum igitur securitatis ex angustia deficit,tm̃ ei ex iniectionis numero,& versus integrum deductione,est adijciendum. Sed, qm̃ deligationum,quęcunque citra dolorẽ carnem constipant coarctant q;, id virium habent,vt ex ijs partibus,quibus primum inijciunt,succos exprimant in eas, in quas ipsæ sunt finitę,reponant atque figãt,non alienũ à ratione arbitror deligaturæ principium super ipsam fracturam inijci, abhinc vero ad reliquũ mẽbrum dispensari: etenim, qui contra deligat, is ab integris ad ęgram partem sanguinem cõpellit. Atqui,si ab ęgro loco incipiat,in integrum finiat,non solum innoxia eiusmodi deligatura in ijs, quæ diximus,erit,sed ẽt vtile quiddam cõtulerit: quippe cum nullã circum fracturã sinet excitari phlegmonen: cuius rei curã habere in primis oportet. Timendum.n.est ne tũ ex illa in diuersum vulsione, quã membrũ in suam formã effingẽtes administrauimus: tũ vel magis ex eo,ꝙ causę,quę fracturam faciũt,plerũque circundatã ossibus carnem cõstipando contundendo q; prius lędũt: magnę subsequantur phlegmonę. Nec sanè mirer, si phlegmones

Li.de Fract.cõ. 2.t.3.7ª. 232.b Et.cõ. 3.t.39. 7ª.246.h.

A.lib. 1.c. 28.fol. a

A. li. 5.c. c.5.fo 4.

A si phlegmones quiddam simile etiam ipsis fractis ossibus ad portionem accidat: quando etiã, quę
parum probe sunt curata, magis humida, q̃ pro natura sua, manifeste cernantur. vbi videlicet vnà
cum uulnere os perfractum sub aspectus notitiam venit. Quin immo nec ossis caries, quem spha
celon vocant, ex alia occasione oboritur: quæ ipsa totius ossium substantiæ corruptela quædam
est. Non igitur negligendum, quin totum superuacuum humidũ ex oĩbus, quæ circa fracturã ha-
bentur, partibus exprimas. Incipies itaq; ab ęgra parte, ac cum bis ter ue circundederis, inde sanũ
versus progredieris: siquidē, qui ita deligat, & ab integris ad laborantē partē sanguinis confluxũ
arcet: &, quod iam collectũ in ea est, exprimit. Cum vero duę partes sint, quę & recipere aliquid à
laborante particula, & trãsmittere ad eam possint, vtiq; quæ superiacent, tum propter multitudi
nem, tum magnitudinē, ad ambo magis sunt habiles: Extremę vero, propter contrarias conditio
nes, exiguum quidem aliquid vel recipere, vel transmittere possunt, multum vero nec ægris par-
tibus subministrare, nec ab ipsis recipere. Quocirca, cum duas primas fecerit Hippocrates deliga-
turas, priore quidē tum quod in laborante particula continet. ad superposita expellit: tum quod
ex his cõfluit, repellit: reliqua vero primis quidem cõplexibus, quos super ipsam fracturam facit,
item q; fasciæ ad inferna progressu, eò quędam extrudit, quędã, ne quid illinc confluat, prohibet:
B Reliquis deinceps oĩbus, quibus videlicet ab infimis partibus sursum recurrere deligaturã cēset,
vt eodem videlicet loco cum priore finiatur, tum ad superiora repellit, tum confluxum ab ijs pro-
hibet. Muniunt igitur ac stabiliunt fracturam, nec phlegmonē oriri sinunt, prima duo lintea: nõ
tñ ea, quæ dicta sunt, ad ambos hos vsus satisfaciunt, {prȩsertim} sola. Vnde ad eorum quidē tu-
telam Hippocrates præsidium excogitauit, vt splenia vnà cum exterioribus fascijs adhiberentur,
quæ hæc quoq; ipsa stabiliant. Ne autem phlegmone oriatur, medicamento quopiam ex ijs, quæ
phlegmonen prohibēt, vti iubet: quale nimirum est ceratum humidum. Hæc igitur oĩa ratione,
vt comprehensum est, dictãte, sunt inuēta: & præter hęc ipsa repositionis figura: Quę ipsa quoq;
geminæ indicationi subijcitur, priori, quæ ex solis cõmunibus notionibus pendet: alteri, quæ ex
curandorum organorum naturali cõstitutione præstatur. Prior igitur eam, quę maxime à dolore
abest, eligendam figuram suadet, quò nec phlegmonen particula contrahat, & æger persistere in
vna ea diutissime immotus possit. Secunda, quæ ex curandorum sumitur natura, arterias, venas,
neruos, & musculos, q̃ rectissimos poni pręcipit. Sed & consentiunt inter se hæ indicationes,
qñ & rectissima cuiusq; partis figura maxime est à dolore aliena: & quæcunq; magis, q̃ alia, est à *Al. συνηθέστατα, i. familiarissima.
dolore libera, ea maxime naturalis membro est, brachio quidem angulosa, quæ Engonios græce
C dicitur: cruri vero, quæ paulo * minus porrecta est. Porrò ad dolorem vitãdum non modo natura-
lis habitus cuiuis instrumento est vtilis, verũ etiam consuetudo quoq; conducere non nihil vide-
tur. Atq; hæc quidem figuræ, in qua custodire membrum conueniat, inueniēdæ ratio est: eadem
porrò inueniendæ figuræ ratio est & in retractione partium à se, quam Antitãsin vocant: & cum *Al. Diatasin, i. extentionem.
in naturalē situm aptant fracti ossis partes. Etenim expedit, vt in rectissima atq; à dolore alienissi
ma forma membrum tum †retrorsum retrahas, } tum in naturalem habitum coaptes: multo q; ēt †διατείνῃς, i. extendas.
magis vt sub eadē figura tum deliges, tum ad quietē reponas. Siquidem sub alia deligare, in aliam
vero mutare, nõ dolorem modo incitare potest, verũ etiam ossa intorquere: nam, nisi eorum, quæ
præcepta sunt in cõmētarijs, quos de musculorum motibus scripsimus, obliuio obrepsit, necesse
est, vbi figura mutatur, alios musculorum tendi ac velut contractos rotũdari, alios solui ac remit-
ti. Ergo, vbi tendunt, tum premi eos à deligatura est necesse, tum ex cõpressione ipsa dolere: vbi
vero tensio remittitur, ea in parte deligaturam esse laxam, fracturam q; fulcimēto destitui. Horũ
igitur oĩum causa tum extendere, tum effingere, tum deligare, tum reponere vna ea figura, quæ
doloris minimum habeat, præcipue est studendum. Atq; ad primum quidem opus, quod in fra-
cturis molimur, nullum iam relictum est præceptum. Soluere autem ex Hippocratis sentētia ter-
D tio die debebis, quò in membro pręter solitum cooperto nec dolor nec pruritus creetur: nec eius,
quod iam infixum fracturę est, perspiratio prohibeatur, cuius occasione non modo noxius pru-
ritus quibusdam accidit, sed etiã cutem ex acrimonia saniei erosam exulcerari. Infundendum igi
tur tñ temperatæ aquæ est, quantũ ad euocãdam eiusmodi saniem est satis. Quod si rursus quoq;
simili modo facies, vtiq; septimo id à primo die facere debebis. Apparuerint vero iam oĩa, modo
nihil impediat, phlegmone libera, ac, q̃ pro naturali habitu, magis aliqñ gracilia. Tum igit̃ licebit
& ferulas circũponere, & soluere ex maiore interuallo: nam antea, cũ phlegmones scopus vince-
ret, tutum non erat ferulis premere: nunc cum ea desijt, ac stabilire fracturam est opus, sanè non
incõmode his vtare. Sed & soluere ex maiore interuallo licet, videlicet non desiderantibus præ-
terea partibus saniem excernere. Quin etiam callus, quem Pωron Græci dicunt, fœlicius ita pro-
uenerit: qñ ad hunc gignendum (sicut dictum est) cogi concrescere q; aliquid proprij ossium ali
menti oportet. Non est igitur hoc à labris fracturæ eluendum, aut foras euocandum: quod certe
assidua solutio faciet. At vero nec tanto interuallo intermittendum, vt nescias, quēadmodum fra
ctura procedat. Vidimus enim non semel, cum valenter siccarētur ossa, ægre prouenisse callum.
Expedit igitur, istis tertio vel quarto die modice aquam calidam infundamus, hanc metam finiē-
dę perfusionis habentes, cum carnes in rubrum tumorem attolluntur. Atq; in his quidē prius, q̃

subsidere incipiant, desistendum est. Contra, vbi digeri quid volumus, non prius est desistẽdum, E
q̃, quod ex perfusiõe intumuit, subsidat. In quibus vero, quo minus callus in fractura proueniat,
humiditas abundantior obstat, ibi hanc siccare (sicut prius est dictum) conuenienti deligatura, &
perfusione aquę, quę vel minima oĩno sit vel plurima, conabimur. Quippe minima, cũ prius desi
stat, q̃ aliquid cõfluat, &, qui ad manum humores sunt, per spiritũ digerit: &, qui in alto sunt, mo
dice liquat: expedit aũt ita solui liquariq́ ea, quæ per deligaturam sunt expellenda. Plurima vero
digerit plus, q̃ attrahit. Sanè constat in ea quidem deligatura, quę exprimet, minus esse arctandos
fasciarum fines: in ea vero, quæ ad renutriendum est cõparata, nec minus hos arctãdos, & vniuer
sos circũductus laxiores faciendos. Quoniam aũt non solum, quo tempore subueniendum cal-
lo gignendo sit, sed etiã quo pacto, est inuentum, reliquum fuerit de vniuersa victus ratione prę-
cipere. Ac, q́ in principio quidem sit tenuissime cibandum, id, vbi de propria phlegmonarum cu
ratione agemus, dicetur. Porrò monstrabitur, & q́ venam incidere interdum oportet, & per ven
trem superuacua expellere. At, quo tempore callus gignitur, nutriendum corpus est cibis boni A. li. 4. f. 5.
succi, & qui multum nutriant, ex quibus prouenire succus soleat non solum bonus, sed ẽt tenax: c. 18. fol. 4.
ex quali fieri callũ maxime expedit, quippe cum ex serosa humiditate ac tenui gigni prorsus ne-
queat: ex crassa vero, sed quę fragilis sit, ac pinguetudinis expers, gigni quidem poterit nõ segni- F
ter, cęterum tempore siccescens, friabilior atq́ ita fractioni obnoxius reddetur. Magnitudo calli
ea sit, quæ & ossibus tuto vinculo sit, nec musculos tamen comprimat. Nam, qui minor iusto est,
hic ossa parum reddet tuta: qui maior est, dolorem musculis inuehet. Attendẽdum vero diligen
ter est, vt vel promoueatur, si minor iusto proueniat: vel inhibeatur, si immodice increscat. Sunt
vero, quibus hæc efficies, † ipsius perfusionis tum quantitas tum vero qualitas: prætereaq́ cibo-
rum quantitas, ⁊ ac medicaminum, quæ illi extrinsecus imponuntur, facultates. Ac de persunden
do quidem & victus ratione supra est dictum. Ex medicamentis vero, quæcunq́ emplasticã sub-
stantiam habent, ac modice calfaciunt, ea callos tum promouent, tum vero augent: quæ vero di-
gerendi vim obtinent, ea magnos iam callos diminuunt. Si vero nec augere callum, nec minuere
studes, sed eo, sicut vltro prouenit, es contentus, medicamento aliquo eorum, quæ cruentis adhi-
bentur vulneribus, vtere: quæ, cum modice siccent, etiam coagulari ac cõcrescere mediocriter cal
lum faciunt. Ac de trãsuersis quidem fracturis hæc satisfaciant. De longis vero reliqua omnia ad
eundem se habent modum: cęterum cõprimẽdæ hæ magis in ipso fracturæ loco sunt: tum, quod
recessit, retrudendum introrsus est. Quæ vero cõfracta multifariam sunt, potissimum cum vlce-
re, quemadmodum fieri plurimum solet, ijs splenia circundanda asciæ ritu incurua Hippocrates G
præcepit, eaq́ vino imbuta tum austero, tum nigro, æstate potissimum. Quippe putrescunt, siue
oleo quis vtatur, siue cerato: cum postulent amplius, q̃ reliqua, siccari, vtpote vitio ipso reliquis
maiore. Quin etiam medicamẽta quoq́ omnia ex siccantium sint numero, sicuti ille præcepit, si-
mul modum ipsum siccationis definiens: etenim ex enæmis eiusmodi esse pharmaca vult. Quòd
si protinus ab initio quis ipsis vtatur, tale esse debere enæmon suadet, quod imbui sit aptum. Ac
reliqua quidem oĩa ex illius præceptis sunt peragẽda, non in ijs, quę dicta sunt, modo, verũ etiam
siue nudatum os † desecari serra ⁊ postulet, siue fragmenta quępiam vel te ipsum eximere, uel ex-
pellenti naturæ subseruire oporteat. De ijs vero, quę cruribus supponunt, organis, quos Solenas
græci vocant, quęcunq́ Hippocrates addubitauit, vtenda ne sint, nec ne, & omnes norunt, & lau
dandas esse rationes censeo. Quod aũt neotericis inuentum est glossocomon, quo maxime tem-
pore gignẽdi calli vtimur, laudandum id quidem, quãtum aliam quãuis eiusmodi machinarum,
ducimus. Verum non videtur id Hippocrates nouisse, quanquã aliàs in organis, quæ viui forent,
excogitandis nõ indiligens. At vero, quod cruribus subijcitur instrumentum, [a] † rectè illis exco-
gitatum est: ⁊ qd per vnicum axem, qui in fine machinę ad infernã eius partem est collocatus, cõ-
trarium nixum toti membro gemina tensione efficit. Nominatur earum altera, quę vtiq́ mem- H
brum tendit in directum, gręce Euthyporos, id est in rectum procedẽs: quę vero prius sursum,
mox deorsum, ea Metaleptice gręce dicitur, quasi translatiuam dixeris. Obeuntur ambę per la-
queorũ circumplexũ. Porrò aptissimus in hũc vsum laqueus est, [b] † qui duas habeat appẽdices. ⁊
Hic igitur, cum in partibus membri, quę infra fracturam sunt, iniectus est, priorem siue euthypo
ron efficit tensionem, [c] brãchijs s. ipsius axi circumpositis. Cum vero in partibus, quæ supra fra-
cturam sunt, idem laqueus imponitur, metalepticen tensionem efficit, abactis videlicet ipsius bra
chijs prius sursum, mox deorsum: quippe hęc quoq́ circundanda axi sunt. Porrò circũactum ac
veluti flexum brachiorum laquei, qui à superioribus partibus ad inferiores agitur, per trochilia
fieri oportet, q̃ in lateribus glottocomi sint posita. Licebit, et Solena voces eiusmodi machinam,
& cum adiectione sic, Solena mechanicũ, aut Glottocomion mechanicũ. Verum de instrumen
tis vberius pręcipiemus, quãdo † de luxatis ⁊ agemus: vbi etiam de varietate deligaturarum, quę
superimponuntur, non minus dicetur. Nunc vero, postq̃ de mechanico Solene mentionem feci,
qui plurimum cruri commodat, tum aliàs, cum reponitur: tum vel magis, cum ęger cubile mutat,
aut etiam è ventre aliquid excernit: nõ ab re fuerit, quò nihil tractatione de eo desideretur, multo
magis illud glottocomion laudare, cuius alterum laterum itemq́ tabellulam, in qua pedem col-
locant,

† Al. Ex antiq̃s. tũ ipsius perfusionis quãtitas, tũ ciborũ quãtitas ac qualitas. habẽt enĩ, τό τε ποσὸν τῆς αἰωνήσεως καὶ τὸ ποσὸν καὶ ποιὸν τῶν ἐδεσμάτων.

† Cod. anti. legunt ἀποπρίσεως, vt etiam Linacer vertit. impressi ἀποτρήσεως, i. per foratione.

A † In antiquis cod. legitur ὀρθῶς τοῖς μετ' αὐτὸν ἐξεύρηται, i. recte ijs qui post ipsũ fuere, excogitatum est.

B † ὁ ἐκ δυοῖν διαντέων.

C * σκελῶν.

† de luxatorũ curatione.

A locant, quò nulli non quadret membri magnitudini, mobilia faciunt. Ac de reliquis quidem fracturis hæc nosse, cum ijs, quæ Hippocrates præcepit, sat fuerit.

De curandis Fracturis Ossium, quæ in Capite consistunt. CAP. 6.

DE ijs vero, quę in capite accidunt, Hippocrates certe integrum volumen scripsit, vbi omnia præcipit, quæ in ijs sunt agenda: & nos, cum huic operi finē imposuerimus, enarrāda eius opera aggrediemur. Ad præsens vero, q̄m in his cōmentarijs, & quæ supra ea, quæ ille dixit, sunt inuēta, adijcimus: & quę indefinite dixit, definimus: necesse est primū de cauis excisorijs scalpris, quos græce Cycliscus vocant, mox de ijs quos à lenticulę specie Phacotus vocant, post hos de angustis scalpellis, demū de medicamētorum vsu, aliquid agamus. Ergo de fracturis caluarię quędam vsq; ad secundam laminam, quam grece Diploen vocāt, perueniunt: quędam vsq; ad internam ossium faciem: quędam etiam simplices fracturæ: quędam contusiones: quædā vestigia eorum, quibus inflicta plaga est. Quæ igitur simplices fracturæ ad secundam vsq; laminam perueniunt, ijs, quos modo diximus, angustis scalpellis indigent. Expedit "aūt hos vt numero multos, ita magnitudine impares esse, necubi desit, quod operi sit commodissimum: postea vero nudato, prout fieri solet, vitiato osse, vtendum primo quidem latiore: secundo loco, eo, quod illo est angustius: mox ita reliquis deinceps vsq; ad angustissimum. Hoc vero in ipsa diploe est vtēdum. Post hæc tum protinus, tum ad finem vsq;, " siccis medicamentis est medendum: quæ ob id ipsum κεφαλικὰ græce, id est capitalia, sunt dicta. Ea cōponuntur ex iri illyrica, & erui farina, & manna, & aristolochia, & panacis radicis cortice †: in summa, oībus, quæ extergere citra morsum possunt. Ipsa nanq; generatio carnis, naturę opus est: itaq; ęgro ad eā rē nihil opus est arte medica. Vt aūt, quæ p̄uenit caro, coalescat circūhęreat q; omni ossis parti, id inde maxime eueniet, si neq; sordes super eo sit, nec oleosa quępiā pinguitudo. Id igitur est, quod ęgris medici ad carnis productionē præstant, vt totus locus siccus sit, tū quælibet vitiati ossis pars planè pura. Atq; hæc quidem oīum fracturarum, cū caro in his produci incipit, cōmunia sunt. Ex fracturis vero, quæ ad cerebri vsq; membranas peruenerūt, si simplex tm̄ fractura sit, iam dictis scalpellis angustis vtendum: Sin cū contusione aliqua, quod cōtusum est, excidi debebit, id q; vel terebellis " prius in circuitu perforatum, mox deinde scalpris admotis, vel protinus ab initio cycliscis. Ac, quæ per terebellam quidē ratio fungitur, parum tuta est propterea, ꝙ dum audacius eam tractant, duram membranam, quæ ossi substernitur, nō raro violant: Quod vero p̄ cycliscos opus administratur, ne id quidem oīno vitio caret, cum quatiat immodice caput, quod potius quietē postulat. Mihi igitur hic quoq; placet, si magnæ sint fracturę: & ossa, quæ fracta sunt, vehementer mota: cycliscis vti, quippe paucis excisionibus facies lenticulatis excisorijs locum. Sin firma plurimum ossa sint, foranda terebella sunt. Quidam aūt, quò minus vsquam aberrent, eiusmodi terebellas excogitarunt, quæ mergi nō possint, quas ab argumento Abaptistas dicunt: circūcurrit enim parum supra terebellæ acutam cuspidem circulus quidam parum extans. Sanè expedit complures id genus præparatas habere, ad omnem caluariæ crassitudinem. Nam crassiori longior terebra conueniet, voco autem ita, cuius spatium, quod inter summam est cuspidem, et circulum qui extans circūcurrit, maius est: tenuiori breuior, est autem huic quoq;, quod interest inter cuspidem, et quod circumcurrit, minus. Aliqui vero (siue illos his timidiores, siue tutiores appellem) etiam ijs, quas Chœnicidas vocāt, sunt vsi. Tu vero, si neq; improuidus eorum, quæ fallere possunt, sis futurus, neq; plus, quàm satis est, timidus, cōmodissime cycliscis vtere: & primo quidē aggressu, latioribus: postea magis angustis, donec ad crassam membranam perueneris. Cæterum, quod excidi oportet, id totum circulo cycliscis nudandum nō est, sed ex ea maxime parte, qua fractura est grauissima. Nam præter alia, etiam membrana ipsa ab ossibus, quæ vehementer sunt afflicta, celerrime recedit, adeo, vt nullus sit metus eam, quę iam seiuncta est, tetigisse. Si vero vnam semel nudaueris partem: ac scalprum, D qui in cuspide præfixam habet obtusam lęuem q; lenticulæ speciem, aciem vero per longitudinē erectam, submiseris: vbi latam partem lenticulæ super membranam statueris, feries malleolo, ac sic caluariam diuides. Euenient enim ita agētibus, quæ requirimus, oīa. Nam mēbrana, ne si dormitans quidē quis agat, lata tantū lenticulæ parte occurrens vulnerari potest: quòd sicubi adhęreat caluariæ, huius quoq; adhærentiā innoxie dirimit ipsa lenticulæ rotunditas: subsequit̄ vero pręeuntem eam à tergo ipse scalper caluariam secās. Quare, nec qui minus cum periculo, nec qui celerius perficiatur, forandi modum alium inuenias. Maxime aūt hunc in vehementissimis fracturis laudabis: quas vtiq; recentiorum nō nulli medicorum græce Engisomata & Camarosis nomināt: Engisomata quidē, quę in medio sui membranæ innituntur: Camaromata vero, quæ eandem ipsam partem, exaltatam habent, cæterum, qua primum ab integris fracturę partibus diduci ęgra cœpit, intro magis recedunt, ac membranę innituntur. Quippe celerrime in talibus, quod ęgrum est, totum exciditur: vtpote cum promptius subintret lenticulati scalpri finis in ijs, quę plurimum à naturali habitu recesserunt. Quin etiam instrumento, quod Ostagran vocāt, aliquibus ossium, quę vehementer sunt comminuta, uel exaltatis, uel conuersis, ea potissimum parte, ut demittatur lenticulatū scalprum, pręparabimus. Quo facto succedūt deinceps omnia, quibus est opus, cum securitate simul ac celeritate: ut fermè dixeris celebre illud dictum in quidem

Margin notes: A.l.4.f.5.t.3. 6.vol.486.f — A.4.f.g — A.r.1.f.4.ca. 27.vol.82.g — * ἕδραι. — †Cod. impressi ac antiqui etiā multi, hn̄t, vt Linacer uertit. Sunt tñ qui addant ἢ ἰσοτιδος χαλκῶ ἐξ ἴσου, i. & squamæ æris, æqua portione. — * ἴτυς, i. labrū siue superciliū.

Septima Classis. ffffff ij reliquis

reliquis omnibus probe se habere: Dimidiū facti, qui bene cœpit, habet. hic vero non totius di- E
midium, sed vel totum, vel paulo minus totum habeas, vbi lenticulatū scalprum immiseris. Atq;
hæc optima est fracturarum, quę in caluaria sunt, manualis tractatio: quam Chirurgian vocant.
Quãtum vero excidere conueniat eius, quod affectum est, deinceps exponã. Quod vehemẽter
est confractum, id totum est auferendum. Si vero ab eo fragmenta quædam longius excurrant,
(quemadmodum aliqñ cernitur accidere) hæc persequi ad finem nõ expedit, illud persuasum ha
bentibus, minime futurū, vt ex eo noxa sequatur vlla, modo reliqua omnia rite sint peracta. Nos
enim non semel aut bis, sed plane persępe, sic faciẽtes voti compotes fuimus. Indicatio vero agen
dorum hic quoque ex natura ipsarum partium affectarum subministrata est. Nam deligaturam,
quam in alijs fracturis, ceu maxime phlegmonas arcentẽ, ratio inuenit, capiti adaptare nõ possis:
itaq; nec, quod affluit reprimere, nec, quod in ęgris partibus continet, exprimere queas: sine qui-
bus præsidijs nec reliquorum ossium vllum seruari sanum potest. Nã pone in brachio ad medul-
lam vsq; fractum os esse, neminem q; postea pro fracturę legibus id deligasse: Omnino necessum
erit saniem, non solum, quæ foris sub cute & sub musculis est collecta, sed etiã, quę in medulla cõ-
tinetur, tum ipsam primum ac maxime corrumpere, tum cum ipsa os vniuersum: quando etiam
nunc quoq; omnibus rite peractis aliquãdo talia contingunt. Quomodo ergo non vel magis in F
capite ea accidant, cum nec deligaturam, quæ fracturis debetur, admittat: & omnis sanies prona
feratur sic, vt super membranam vniuersa coaceruetur? In alijs igitur fracturis deligatura cū rite
adhibetur, tantum abest, vt superuacuam aliquam humiditatem colligi in læso osse patiatur, vt ẽt
gracilius, q̃ pro naturali habitu, membrum reddat: In capite vero ratio, quę per deligaturã est ex-
cogitata, nec potest ita tum os ipsum confractū, tum, quę illi circunstant, siccare, vt neq; phlegmo
nen contrahant, neq; penitus vllam efficiant saniem: nec medicamentum est vllum, quod vel in
alijs quidem partibus citra deligaturam os fractum, quatenus nunc dictum est, siccum atq; ab su-
peruacuis purū reddere valeat. Necessum igitur est nobis primum fracturæ aliquid nudare, quo
videlicet detergere & abluere saniem à membrana liceat: post vero, cum phlegmones tẽpus præ-
terijt, omnia q; sicca ad vnguem sunt, carnem producere, ac cicatrice locum includere. Nõ est hic
sermo nudus, rerum q; vacuus, cuiusmodi est ille sophistarum, qui operū artis nescij quærunt, cur
*ληρώδεις. capitis fracturę callum non ducãt. Ducunt enim, viri boni. Vos q; tam demẽntes estis, vt eorum,
quę non sunt, tanq̃ sint, causas assignetis. Nouimus enim aliquando sincipitis os fractum: quod
aūt os huic ossi protinus succedit, temporis os vocatur, in quo ipsas squamatim cõpactas cõmis-
suras esse accidit: in eo luculenta fractura longissime pertinebat: quam ipse equidem minime cõ G
tingens, sed tantum sincipitis os excindens, hominem sanaui sic, vt nūc quoq; multos iam annos
viuat. Quod si sincipitis quoq; os dimisissem, putruisset citius, quæ illi suberat, cerebri mẽbrana,
q̃ callum fractura duxisset. Nam, si nulla ex lęsis partibus sanies intro cõflueret, superfluum esset
os excindere. Ergo illi, prout solent, nugentur. Ego vero in alia similiter se habente fractura cogi
taram supernum os dimittere, ac, quod à lateribus erat, quo sanies deflueret, eximere: mox, cum
& crassitudinem eius & duritiam ęstimassem, vtilius fore iudicaui supernū os potius eximere, q̃
ob defluxus solicitudinem cerebrum valenter concutere. Cogitaui pręterea accidere posse, vt, si à
latere magnum fieret in ossibus foramen, prominerет fortassis hac parte cerebrum. Est porro &
in lateribus non vno in loco etiam neruorū, horum q; non leuis momẽti, quidam exortus: cum
in supernis capitis ne minimus quidem vsquam oriatur neruus. His admonitus abstinui ab exi-
mẽdo osse, quod in latere capitis esset. At callum semper duxit, modo rite curaretur. Ac iã, quod
disquiramus, hoc ferè superest, quę nam sit, postq̃ foratum os est, tum medicamẽtorum, tum vni
uersę diligentiæ nostræ pręcipua oium ratio: vtrum ne blandissima, & quę maxime voluptati A. li. 5. f. l. 5.
cubantis subscribat, veluti qua nunc pleriq; vtuntur: an quę huic maxime est aduersa, nempe quę c. 14. fo. 2. b
per medicamenta, quę vehementissime siccent, perficitur: cuiusmodi & Męges Sidonius laudat, H
& ciuis quidam noster semper est vsus sic, vt etiam emplastrum, quod Isin vocant, ilico nudatæ
membranę imponeret, & super hanc foris oxymeli. Sanè is senex erat satis exercitatus in hac artis
parte: cęterum neq; alium quempiam his vsum vidi, nec ipse vti sum ausus. Tantum tamen testi-
ficari Eudemo possum (nam id seni nomen erat) magis fuisse seruatos, qui ab illo curabantur, q̃
qui ab ijs, qui blãdis vtebantur. Aggressus vero fuissem aliquando ipse quoq; experiri eiusmodi
curationis rationem, si perpetuo in Asia mansissem: sed, cum Romę plurimum agerem, ciuitatis
morem sum secutus, permisſa ijs, quos Chirurgos vocãt, maxima eiusmodi operum parte. Cęte-
rum ipsam rei naturam ęstimans, talem quandam determinationem longa nostra experiẽtia
confirmatam concipio. Qui auditorius meatus dicitur, non solū vsq; ad cerebri duram
membranam pertinet, sed etiam neruum contingit, qui in ipsum à cerebro de-
scendit. Is autem, quãquam ita positus in vicino, tamen vehemẽtissima (si-
cut dictum prius est) medicamenta tolerat. Nihil igitur miri sit, si post
forationes crassa cerebri membrana ante, q̃ notabiliter phleg
mone occupetur, valentissimis gaudeat medicamen-
tis, ceu siccam naturaliter substantiam habens.

Galeni

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS LIBER SEPTIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Ventriculi exemplo vniuersas Partium Intemperies curare docet, siue illæ quidem Simplices, siue cum Succorum affluxu, consistant.

Galenum Veritatis ac scientiæ studio inflammatum ad Exercitationem tantum, ac ob Amicorum preces, hos, & reliquos omnes libros scripsisse. C*AP.* I.

MEdendi methodum, Eugeniane charissime, quā olim in Hieronis gratiā scribendam susceperā, postea, q̄ illum subito longum iter ingredi coactū non
B multo post diē obijsse nunciatū, ipsi quoq; persequi destitimus. Tu.n. mihi cōscius es, neq; hoc me opus, neq; aliud vllū, popularis auræ studio fuisse aggressum, sed quò vel amicis gratificarer, vel me ipsum simul vtilissima rōne ad rē propositam exercitarē, simul † ad obliuionem senij (vt Plato inquit) cōmentarios mihi reponerē. Quippe multitudinis laus, cōmodum ad vsus non nullos instrumentū viuētibus aliqñ est: mortuis certe nihil prodest, sicut neq; viuentiū quibusdam. Nā, qui viuere in tranquillo optarūt, ac fructum ex philosophia ceperunt: & ijs, q̄ corpori curādo sufficiunt, sunt cōtenti: ijs vtiq; impedimento nō paruo est apud vulgū fama, vt q̄ eos à rebus pulcherrimis plus iusto trāsuersos auferat: veluti me quoq; nō ignoras ab ijs, q̄ sunt molesta, sic non nunquā tędio affectū, vt bono interim spatio ne tangere quidē librū possim. Ego vero (haud scio qua rōne) ab ipsa vsq; adolescentia mirifice, siue inspiratus, siue furore percitus, siue quomodocūq; dixisse libet, & vulgi famā contempsi, & veritatis scientiæ q; studio flagraui, nullam esse hoībus nec honestiorem nec diuiniorem possessionem ratus. Atque ideo nulli librorum meorum nomen meū pręscripsi: immo vos (sicut ipse testis es) rogaui, ne me immodice (vt soletis) apud homines laudaretis: nec nomen meum operibus, quę proderē, inscri
C beretis. Ob hęc igitur oīa et medendi methodus, quā inceperam, à me est deposita, cum capita inuentorum breuibus commentarijs mihi ipsi scripsissem, nec vllam pleniórem docendi rationem * etiam num adiecissem. Nunc, qñ & tu, & alij ex amicis non pauci exigitis, quæ subinde me opere in ægris peragere vidistis, vt ea in cōmentarios redigam, adijciam huic operi, quod reliquum est.

(margin: † τὰς τὸ τῆς λήθης γῆρας. — * διεξοδικήν.)

Quid Superioribus libris est actum, quid Sequentibus agendum: & quòd Imbecillitatis affectum Empirici & Dogmatici non recte intellexerunt. C*AP.* 2.

ERgo in horum commētariorum tertio, quarto, quinto, & sexto, quemadmodum similarium instrumētalium q; partium cōem morbum curari conueniat, scripseram, idcirco nimirum ab eo auspicatus, q̄ & conspectior reliquis esset, & euidēter oēs propemodum priores medicos, qui certa methodo artem tradere polliciti, amethodi in ipsis curationibus deprehenduntur, confutaret. Nam, cum ab Hippocrate discesseris, qui nobis oīum † salutariū præceptorum semina præbuit, reliquorum certe nemo vel conatus est genus hoc morbi methodo curare. Postulant aūt, & quæ Hippocrates ipse reliquit, non malos agricolas, qui ea tum seminent cōmode, tum augeant, tum perficiant. Id aūt fecisse ante nos neminem, sed plerosq; etiā semina, quæ reliquit, corrupisse, ijs, qui animū aduerterunt, clare mōstratum arbitror. Itaq; hoc morbi genus vel cōtinuitatis solu
D tionem, vel vnitionis, vel qualitercunq; est libitū, appellare cuiq; permisimus: qñ de noībus nec in hoc opere, nec in alio medicinaliū vllo laboramus, sed quo pacto artis maxime finē consequamur. Reuertamur aūt nunc ad morbū eum, qui oīum est primus, nēpe, qui in similaribus nascit̄, quibus s. primum animantis functiones referuntur acceptæ. Siquidem monstratum in alijs operibus est, quēadmodum instrumentaliū quāq; partiū aliquid agere dicamus, veluti oculū videre, aut crus ambulare: Esse enim sicuti id, quod pręcipuū est actionis crurū, non cruris totius, sed musculosi in eo generis: sic visionē non oculi totius, sed crystallini in ipso humoris: ac in reliquis quibusq; organis ad portionem. Porrò ostēsum in secundo horum voluminum est genus hoc morbi non solū cognitu esse maxime necessarium, sed etiam neminē ipsum ratione curare posse, qui prima corporis elementa non norit: Pręterea nō intelligere ea, quę dicāt, non nullos eorū, qui rationales se noīant, quoties imbecillitatem esse dicunt vel ventriculi, vel intestinorum, vel iecinoris, vel oculorum, vel alterius cuiuslibet partis. Si nanq; ita noīant infirmitatem impotentiam q; ad naturale opus, nihil plus plebeio intelligunt: quippe quē dicere audias imbecillum sibi ventriculum esse, non enim concoquere eū vel minima leuissima q;, quę sumpsit. Quòd si imbecillitatē quæ est in vētriculo, affectū quempiā esse aiunt, interpretent̄, quæso, nobis, quem nam demū hūc esse volunt, quēadmodum in phlegmone fecerūt: nam Empirico sat fuerit, si symptomata labo-

(margin: † τῶν καλῶν.)

rantis particulæ expoſuerit, nempe tumorem præter naturam,& renixum, & pulſatilem dolorẽ, E & tenſionẽ, & ruborem, alia q; id genus: imponit q; non nunq̃ breuitatis docendi cauſa cunctis ſimul collectis vnum nomen, ſicuti cõprehenſis iam phlegmonen. Dogmatici vero nõ itidem, ſed ipſam morbi naturã inſpiciunt, quã ſymptomatum illorũ collectio neceſſario ſequit̃. Siquidẽ Eraſiſtrato videtur ſanguis, qui in arterias incidit, vbi ſpiritu impellitur, in exitu earum impactus hęrere, id q; phlegmone eſſe. At par (arbitror) erat vel Eraſiſtratum ipſum, vel aliquẽ ex ſectatoribus eius ſimili modo, affectũ, qui in imbecillitate cuiuſq; partis ſubeſt, interpretari. Tanq̃ enim de phlegmone, in quid'nã translatus naturalis partis habitus ſit, explicuit, ita ratio exigebat, vt & translatio cuiuſq; particulæ in imbecillitatẽ ab eo explicaret̃. Non enim, cũ pro naturæ ratione eſt affecta, ad propriã actionem eſt imbecilla: ſed acceſſit oĩno aliqua præter naturã occaſio, quę eam diſſoluit deiecit q;, & mortuæ ſimilẽ effecit: quã vtiq; nec Eraſiſtratus dixit, nec Herophilus, nec alius quiſpiam medicorum, qui de primorum corporũ natura auſi aliquid pronũciare non ſunt.

Communis Methodus Intemperiei Dignoſcendæ & curandæ. CAP. 3.

CÆterum immorandum in his diutius non eſt, cum præſertim abunde prius monſtratum ſit & genus hoc morbi vtiliſſimum eſſe, quod à medicis diſquiratur: &, qui commode id ſit tractaturus, huic neceſſe prius eſſe de elementis conſideraſſe. Itaq;, qui nobis habendus ſermo eſt, is F totus ex prius demõſtratis elementis abſoluet̃: de quibus vnũ (vt ſcis) volumen edidimus, quod de Elementis ſecundũ Hippocratem inſcripſimus. Sanè eadẽ opinio de corporis natura eſt tum Diocli, tum Mneſitheo, tum Dieuchi, tũ Athenęo, tum probatiſſimis ferè quibuſq; medicorũ, itidem vt pręſtantiſſimis philoſophorum: vt qui ex calido, frigido, humido, & ſicco miſta putent tum alia corpora vniuerſa, tum vero animantium in primis. Cæterũ ei, qui de his oĩbus primum pronunciauit, demonſtrauit q;, iuſtũ eſt, arbitror, reddere, quod inuenit. Ideo q; te nos ea ſ̃m Hippocratẽ elementa vocamus: etiam ſi maxime Chryſippus, Ariſtoteles'ue, aut alius quiſpiam medicus, philoſophus'ue, ſimiliter de ĳs ſit opinatus. Ergo, q̃m vnaquęq; animalis particula propriã actionẽ edit, quę tm̃ ab aliarũ actionibus differt, quantũ ipſa particula ab alĳs, q̃ illas edunt, eſt diuerſa, (differt vero ab alĳs particula quęque eo, ꝙ calidior, vel frigidior, vel ſiccior, vel humidior ſit: aut ꝙ binis horũ quibuslibet ſit affecta,) qui tueri actionẽ vult, hic tẽperamentũ earum cuſtodiat, oportet. Cuſtodiet aũt, ſi id, quod ad calidius eſt cõuerſum, refrigerabit: quod ad frigidius inclinatum eſt, calfaciet: Pari modo, ſi, quod ad ſiccius eſt alteratũ, humectabit: &, quod ad humentius eſt verſum, ſiccabit: Rurſus quoq;, ſi ſiccabit pariter ac calfaciet, quod humidũ eſt redditum, & frigidum: ſiccabit pariter & refrigerabit, quod humidius ſimul et calidius euaſit: & in reliquis G duabus coniugationibus ad portionem. Semper enim pro eo, quod exuperat, inducẽdum eouſq; contrariũ eſt, quoad particulam in ſymmetriã, & naturalem habitum vindicaueris. Ac genere quidem, oĩs ęgritudinis, quę in ſimilaribus conſiſtit, iã dicta mihi medẽdi eſt methodus. Cũ enim octo earum ſint differentiæ, veluti in libris de morborum differentia eſt traditum, octo nimirum erunt & medẽdi rationes, quarum vna (quò medentis conſilia diriguntur) curationis meta cõis eſt, ipſius ſimilaris corporis alteratio: quãdoquidem etiam morbus ipſe ex intemperie & naturalis temperamenti alteratione eſt ortus. At, quę membratim medicatio agitur, ex his duobus conficitur, nempe materię copia, & huius congruo vſu. Ac medicamentorũ quidem copiam tum ex libro de ſimplicium medicamẽtorum viribus, tum ex ea, quę de eorũ compoſitione pręcipit, methodo haurias, licebit: Eorum, quę ad victus rationem pertinent, hinc ſumimus. Sed &, quemadmodum cuiuſq; mo*rbi intemperiem agnoſcere oporteat, ex tribus operibus intelligas, primo eo, quod de Temperamẽtis: ſecundo eo, quod de Partibus affictis: deinde eo, quod Ars medica inſcribitur. Non eſt igit̃ ad ea, quæ nunc ordimur, ĳs, qui prudẽtes natura ſunt, ac cogitationẽ in primis exercitarunt, multis ꝑterea opus: cui neutrũ horum adeſt, huic certe ad præſentem diſputationem non parua re eſt opus. Quòd ſi in prauæ doctrinę ſecta præterea ſit altus, hic geminum tempus requirit, alterum, in quo prauas opiniones dediſcat: alterum, in quo melioribus ſe exerceat. H

* μορίου, i. particulę.

Quid Rationalis curatio Intemperiei, quæ in Ventriculo eſt, differat ab Empiricorum curatione. CAP. 4.

SAnè te ſcimus & ex ĳs, quæ in vniuerſum dicta ſunt, particularia ꝑ te inuenire poſſe: & alioq; multos id genus morbos à nobis percuratos vidiſſe ſic, vt vtraq; ratione particularium tractationem minus requiras. Sed, q̃m (vt Plato ait) non poſſunt, quæ ſcripta ſunt, non è manibus excidere, quò, ſi q̃n liber in alterius nõ exercitatæ rationis manus deuenerit, facilius hũc doceat, adĳci particulariũ quæpiam oportet: ex quibus ẽt protinus clare id, quod proxime dixi, intelligetur fieri poſſe, vt ꝑ †te ipſum} particularia inuenias. Siquidem ipſe ea per me ipſum oĩa inueſtigaui, rõne ipſa viam monſtrante: q̃n, ſi præceptores ſecutus fuiſſem, ipſe quoq; ventriculo imbecillis ſuaſiſſem, vt cibis adſtringentibus & ſubamaris vterentur: vino quoq; ſimiliter auſtero: pręterea abſinthio, & quod ex mali cotonei conficitur ſucco, alĳs q; eiuſmodi, quæ deuorantur, medicamentis. At vero, quod ad ea pertinet, quæ extrinſecus applicantur, primum perfundi ventriculum ex abſinthio & oleo crudo* iuſſiſſem: mox hapſum lanæ tum ex ĳſdem ipſis, tum vero ex vnguentis melino, & maſtichino, & nardino imponi: ab ĳs ceratũ ex ĳſdem cõpoſitum: poſt alia pharmaca, vtiq;

† *Ant. habent* ἑαυτῷ, *ut ſic poſtea uertatur, ut ille alter per ſe ipſũ particularia inueniat.*

* ὠμοτριβὲς, i. ex oliuis imaturis expreſſo.

A vtiq; ceratis valentiora, quæ à medicis vocantur epithemata. Ea tum ex dictis vnguentis, tum ex ijs, quæ similem vim obtinent, medicamentis componuntur: in quibus est aromatum quoq; multitudo non parua, spica nardi, & amomum, & calamus aromaticus, & iris, & ladanum, & malabathri folium, & styrax, & bdellium, & opobalsamum, & bálsamum, & xylobalsamum, reliquus q; aromatum catalogus. Quòd si horum nihil profecisset, commune oīum remedium, quibus imbecillitas nocet, in fine adhibuissem, nempe rubrificationem, (φοινιγμὸν grece vocant,) quę vel per thapsiam, vel sinapi, vel tale aliquid excitatur: deinde ad vsum aquarum călidarum ablegassem. Quippe vltra hęc Empiricus nihil nouit, veluti cōmentarij eorum docent. Quintus vero ijs, qui de cruditate aut in appetentia quererentur, primum quidem exercitari suadebat: tum esse, quę & concoctu q; facillima essent, & non multa: quibus hæc non contulissent, cogebatur ipse quoq; ad Empiricorum dogmata confugere. Nam quis nescit, quemadmodum calidum, frigidum, humidum, & siccum, mordere sit solitus, balneatorum esse nomina dictitans: sine quibus tñ methodo curare partium imbecillitatem oīno non est. Quare per hos nihil obstitit, quo minus ipse quoq; eadem instituissem via in eiusmodi affectibus sanandis. Verum ratio me docuit octo imbecilli ventriculi curationes. Vidisti igitur & tu quosdā vno die, vel potius hora, frigidæ potione leuatos:

A.3.f.13.t.2. c.fo.293.d

B quorum alijs non aquam modo dedi fontanam recentem, sed etiam, quæ niue esset refrigerata, veluti Romæ preparare solent, calfaciens scilicet prius, quam ipsi dicoctam appellant: cibos præterea ad eundem modum refrigeratos identidem me illis permittere vidisti: in quibus est, & quā Melcam vocāt, vnus is quoq; Romę laudatorum ciborum, veluti etiā Aphrogala: sed & frigidę facultatis fructus, similiter refrigerans ijsdē dedi, & ptisanam probe coctam, pari ratione refrigeratā, alia q; id genus sexcēta. In quibus vnam rem mihi proposui, ipsam s. refrigerationem. Vetui aūt absinthiū, & quicquid adstringeret, contingere: veluti alios rursus à refrigerātibus abstinui. Calfeci autē omni ratione, vinū vetus ex eorum genere, quæ facultate valde calfaciunt, exhibens (cuius maxime generis sunt Falernū, & Surrentinū) tum nutrimētum, quod calfaciēdi vim haberet, cū largo pipere. In nō nullis omne consiliū curationis ad siccandū direxi: dabam q; ijs tum cibos, qui natura essent sicci, ac probe assati: tum prorsus exiguā potionē. Iniunxi aūt & adstringentium oium vsum: quē vnum, qui illis citra rōnem medentur, norunt. Aliū vero non pridem, qui iam adeo siccatus fuerat, vt simillimū habitum prę ferret ijs, qui marasmo marcescunt, sanaui contrarijs oīno exhibitis, ijs, quæ egregij isti medici suaserant. Quippe nō ex alia occasione eò periculi venerat, (cū inter initia exiguā intemperiē ex siccitate, quæ madefieri postulabat, habuisset) q;

C q; ij, qui eum curandū susceperunt, tum absinthio potantes, tū amaros asparagos, & bulbos edendos dantes, item q; mala cotonea, & cestiana, & punica, post quoq;, vbi venter nihil horum contineba t, etiam rhois succum bibere cogentes, tum, quæ paulo supra dixi, extrinsecus imponentes, paulo minus, omnis madoris expertem reddiderunt: hunc nos sanauimus omni ratione humectantes, ipsi q; materiam inuenientes ex ea methodo, quæ in opere de medicamentis est tradita.

Quæ Ventriculi intemperies Citius ac securius: quæ Longo tempore & cum Periculo sanentur. CAP. 5.

NAm, sicuti in libro de demōstratiua sectā dixi, numerosis medicorū inter se dissidijs undiq; confusus, vbi me ad iudicandum de his conuerti, intellexi prius in demōstratiua methodo exercitandum me esse. Quod cum multis deinceps annis fecissem, singula ipsi dogmata subieci: atq; prout inuentorum indicatio me ducebat, ita curationes institui. Verum, qm̄ id non oēs saltē possunt, expediet ipsis scribi per octo curandi indicationes particularis materiæ comparādæ meditationes, à ventriculo rursus sumpto initio, qm̄ huius primum mētionem modo fecimus. Ac facillimę quidem ad curandum alterationes sunt, quæ ex calido & frigido consistunt, propterea, q; maxime actiuis qualitatibus corriguntur. Ægrius curantur, quæ in humido sicco q; habentur, q; imbecillis & (vt sic dicā) magis materialibus qualitatibus eorū curatio perficitur, potissimū q;,

A.3.f.13.t.1. c.fo.289.c

D cum humectandum esse requiritur. Ac tempus quidem caloris frigoris q; reparādi, par quodam modo est, securitas tñ impar. Nisi enim cuncta, quæ ei, quod curatur, circūdata sunt corpora, valida planè sint, metus est, ne ab ijs, quæ refrigerent, noxam contrahant non leuem. In reliquis duabus qualitatibus securitas similis est. Tempus curationis in sicca intēperie multo amplius: quippe, quod senium in sanis est, id sicca intēperies est in egris. Itaq; etiam insanabilis est, si prorsus sit consummata. Est aūt prorsus cōsummata, vbi solida similariū partiū substantia reddita est siccior.

De Quadruplici corporum curanda Siccitate, ac de optimo Melle, & Lacte, cæteris que cibis, qui siccatis corporibus conueniunt, eligendis. CAP. 6.

A.1.f.1.d.6. c.fo.16.b

NAm est & altera siccitas, vtiq; cum ea, quorum substātia ex humore concreto constat, sicut caro & adeps, sunt liquata. Etiam tertia, cum propria humiditas, vnde partes nutriuntur, omnino est absumpta. Continetur ea in omnibus animalis partibus, ceu ros quidam per eas sparsus: de qua dictum aliubi sæpe est. Hanc igitur inserere particulis sine nutrimento nō est. Ideo q; difficillima est omnium eiusmodi affectuum curatio. Diuersa ab ijs siccitas est, quę in proprijs cuiusq; particulæ exilibus arterijs venis q; cōsistit: prouenit & hæc ex sanguinis penuria. Omnibus itaq; his siccitatibus maxime contrarius est austerorum vsus, siue ea cibi sint, siue potiones, siue etiam medicamenta: quippe quæ, siquid in ijs superest naturalis humoris, id absumunt, partim

Marginal notes: * Al. carpobalsamum. — * αὐτοφυῶν, i. sponte nascentium. — * αἱρέσεως, est in impressis, sed in manuscriptis εὑρέσεως, i. inuentione.

exibentia, partim in sinum ventris per exiguos meatus exprimentia, partim ad continentes partes trudentia. Curabis igitur ipsas, si meatus, qui contracti sint, dilataueris: ac quod in vicinas particulas est compulsum, reuellas: preterea singulas similarium partium propria humiditate, humectantis nutrimenti ope repleas, veluti nos, quem memorauimus à medicis siccatum, curauimus. Is in ea contrarietate, quæ in frigido & calido consistit, nullam euidenter vincentem habebat intemperiem, nec in vniuerso corpore, nec in ventriculo: siccus tamen & gracilis admodum est redditus propterea, q ventriculus eius ex sicca intemperie imbecillus male concoxerat. Huic nanq; omne curationis consilium huc tendebat, vt humectaretur tum ventriculus ipse, tum reliquum omne corpus. Quibus autem singillatim agendis, quibus q; maxime materijs sim vsus, vt voti cõpos essem, non sit ab re dicere. Domum ei paraui maxime balneo vicinam, quales multas esse in diuitũ domibus non ignoras. Ab hac statim in balneum super linteis mane intuli, vtiq; ne, si ipse se moueret, tum siccaretur: tum ante, q̃ cõmodum esset, exolueretur: horum enim alterum contrarium affectui est, alterum moram in balneo minuit. Longissime nanq; in aqua versari hominem expedit: ideo q; etiam natationes vtiliores sunt, q̃ parui aluei, quos Pyelus græce vocãt: atq; ex ipsis natationibus potissimũ, quæ propinquæ sunt foras egressui, quo scilicet illi ab aqua foras non longa sit via: nam aerem balnei in ijs, qui ita sunt affecti, haud quaquã desideramus. Esto autem aqua ad vnguem temperata, cum, quæ frigidior est, latenter frigus corpori infirmo insinuet: calidior autem cogat constringat q; tenues meatus, ac denset. At nos eos, cum coacti sunt, remitti, laxari, ac dilatari postulamus: quod temperatissimę aquæ qualitas prætat, vtpote quæ, iucundissima cum sit, naturam ad explicandam se, atq; ad dulcedinem, quam prætat, quoquo versus extendendam prouocat, contraria videlicet ratione ijs, quæ sunt iniucunda: ab ijs enim recedit, fugit q; ad profundum. Quo minus mirum est ex offendentium contactu stupari, constringi, ac durari corpora, tenues q; eorum meatus cogi, ac dẽsari: contra q;, ijs scilicet, quæ iucunda sunt, succedere cõtraria, vtiq; fundi ac molliri corpora, dilatari q; meatus. Ab eiusmodi lauacro statim asininum exhibui lac, sed inducta in ipsam, qua iacebat, domum asina. Quippe sic mihi persuaseram maxime quidem celeriter hominẽ sanandum, si fieri posset, vt ipse asinam sugeret: sin id grauaretur, expedire, vt q̃ minimo tempore in aere ambiente lac moraretur propterea, q celerrime mutari sit aptum, vtiq; genitalis seminis ritu, quod nec ipsum aliquãdiu extra propria vasa, si modo suas vires seruabit, morari patitur, sed vel in ipsius maris partibus contineri, vel ipsius fœminæ partibus situm esse postulat. Et sanè vtilissimum lac est, cum ex ipsis mammillis quis hauserit, veluti Euryphon, & Herodotus, & Prodicus censent: qui tantum in eo ad corpora reficienda fiduciam habuerunt, vt etiam, qui phthoe contabuerant, ex ipsa mulieris papilla lac sugere iuberent. Verum cum hoc plurimis non placeat, melius est calens adhuc ex mammillis id in ægri ventriculum q̃ ocyssime transferre. Ac optimum quidem, vtpote cognatum, muliebre lac est. Sed, qm̃ id exhiberi sibi ceu pueris pleriq; recusant, vtiq;, ceu asinis, asininum ipsis, dari conueniet. Id enim reliquis omnibus ad propositum affectum est vtilius: quippe, cum tenuissimum sit, & minime coagulatur, & quoquo versus ocyssime in corpus digeritur. Eget autem horũ vtriusq;, cui ventriculus laborat, vtiq; ne coaguletur, cõmunis commodi gratia, omnibus enim id est incommodum: vt quoquo uersus digeratur, propterea, q & celeriter nutriri est opus, & q viæ, per quas alimentum transit, iam cõniuent. Igitur tum lac ipsum per se est his dandum, tum etiam mellis tepidi pauxillulum immiscendũ. Maxima vero habenda cura est in eiusmodi affectibus de vtriusq; bonitate. Quod igitur mel colore flauo sit, et odore suaui: tum purum adeo, vt totum pelluceat: ac gustanti parum acre iucundissimum q;: preterea tam sibi cohærens, vt, si digito attollatur, continuum sibi nec intercisum ad humum defluat: id omnium est optimũ. Si vero abrumpitur, nec demissum ad terram vsq; continuitatem seruat, id aut crassius iusto est, aut tenuius, aut anomœomeres. Voco aũt Anomœomeres, (quod sanè & nomẽ ipsum indicat,) quod ἐξ ἀνομοίων μερῶν, id est ex dissimilibus partibus, est compositum. Deprehendas autem id, si diligẽtius inspicias aut crassitudines aut humiditates habere innatantes, quæ nec inter se sint similes, nec etiam toti. Cerosum itaq; magis mel est, quod & crassius est, & cui tales quępiam crassitudines innatant. Excrementosius vero ac perfici concoqui q; difficilius, tum quod totum humidũ est, tum in quo multę in partibus sparsę apparẽt humoris guttæ: porrò, in quo vel ceræ qualitas aliqua, vel propolis, vel id genus alia gustu deprehenditur, adeo non est optimum, vt etiã malum sit: quippe nullam penitus alterius cuiusquam rei eminentem in se cõtinere qualitatem debet. Quocirca, quod thymum planè redolet, non probo: est.n. id parum consummatum, nec planè quodam modo mel. Quanq̃ nõ ignoro à quibusdam id laudari, eo q; fieri, vt non nulli venditores incisum thymũ illi inijciãt, quò id redoleat, videatur q; optimum. Ipse tamen, quod tam improbe thymum olet, non laudo: multo q; minus, si cui iniectum thymum sit. Quod autem confusam quãdam qualitatem odore gustu'ue pręse ferat, id non vitupero. Ad eundem modum & lac nullam externam qualitatem odore gustu'ue præ se ferat, sed esto quàm dulcissimum, & sibi ipsi continuum, & prout lacti conuenit, splendens: super omnia, quoad eius fieri potest, similes habeto partes: nanq; hanc dotem, veluti mel optimum, ad perfectionem non recipit. Quò vero tale lac fiat, & idoneis nutrimentis alendum

[Marginal notes: κολυμβῆθραι (beside "nem expedit"); *Al. Herodicus. (beside "Herodotus"); section letters E, F, G, H in right margin]

A alendum animal est,& exercitationibus mediocribus admouendum,& pullus, si quem lactat, au ferendus. Quòd autẽ ætatis quoq; maxime florentis esse debeat, id neminẽ latet. Curandũ item, vt quàm optime concoquat,contemptis videlicet iis, qui, si asinis quoq; victus rationem præscri bemus,ridebunt. Si enim Veneti & Prasini studiosi sectatores,equorum stercora,quò intelligãt, quemadmodum alimenta concoxerint,odorantur, tanquam ex eo omnem eorum bonam habitudinem cognituri,multo profectò magis nostrum fuerit pro hominis salute nihil tale nõ prospicere: atq; herbas animali,quæ non admodum sint humidæ,fœnum q; & hordeum, quod sit mediocre,obiicere: sed nec illa omittere, vt asinæ corpus refrigeremus, & fricemus, & detergamus, & mũdemus. Porrò si humidiora,& olentiora,& flatus plena excreuerit, planũ profectò est non concoxisse probe. Quare aut detrahendum aliquid de alimento est, aut exercitationi aliquid adiiciendũ,aut qualitates immutãdę,aut refrigerationis frictionis q; cura variãda. Sin duriora reddat animalis aluus,ad contraria est inspiciendum,atq; illorum aliquid immutãdum. Nam,si ipse oĩa, quæ consideranda circa animal sunt,cuius lacte vsuri sumus, deinceps persequar, totam tuendæ sanitatis artem commemorem,quam teneat, necesse est, quisquis idoneum lac præparabit: nunc vero dici opus non est, cum alibi de ea traditũ sit absolutissime. Sed ad propositum reuertor. Ac

B mihi iam rursus memoria repetes hominem,qui & lauatus est,& lac sumpsit. Hunc itaq; ad secundam vsq; lauationem quiescere permittemus: tum modice fricabimus,& pinguiter, vtique si lac, quod sumpsit,iam ad vnguem confecit,id quod tum ex ructu, tum ventriculi mole licebit coniicere. Modicum vero temporis inter primam & secundam lauationem interuallum erit, si quatuor aut quinq; equinoctialium horarum spatium intersit,scilicet si tertio adhuc lauare paras: sin aliter,plurium. Sanè tertio lauabis, si multis lauationibus fuit assuetus: hi nanq; & delectãtur,& iuuantur,si sæpe lauent. Quin etiam post quanq; lauationem hominem vngemus prius,quàm se vestiat: quippe conducit ad renutritionem id quoque, sicut & frictio. Reddita vero de horum omnium facultate ratio est in libris, qui de sanitate tuenda sunt scripti: non tamen inutile fuerit nunc quoq; summatim ea repetisse. Nam, siue cuilibet parti corporis temperatam infundas calidam aquam,siue frices,siue aliter quomodocunq; calfacias,idem fieri cernes,quod ‖ Hippocrates de iis dixit,quibus aqua calida desuper infunditur. Nam primum attollitur,mox gracile efficitur. Ideo q;,vbi carne implere quodlibet corpus studemus, id eatenus calfaciendum nobis est, dũ intumescat. Vbi vero digerere, & vacuare cupimus, eatenus continuandum est, dum, quod prius intumuit,subsidat. Sanè,qui eiusmodi operibus præficitur, solicite attentus esse debebit, potissi-

Li.de Off. me. com. 3. t. 16. 7ª. 215. h

C mum q; vbi carne implere studetur: nam digerendi certe tempus adeo late patet, vt, etiam si velis,in eo non aberres. At carne implendi planè præceps est occasio: siquidem, cum primum intumuerit, tum est desistendum. At intumescere hoc, singulis corporibus suum est. Non enim fieri potest,vt,qui nunc nobis propositus gracilis est,ita intumescat,vt illi,qui sani sunt: imo, postquã leuiter intumuit,protinus digeritur. Itaq; attendendum diligenter est,ne clam te elabatur propositus temporis articulus. Siue igitur hominem,qui extrema gracilitate est, perfrices, sufficiat tibi solus rubor: siue laues,satis esto mediocris calor: si quid vltra peragas, resolues hominem magis, quàm nutries. Vngendum vero post lauationem oleo est, ne videlicet plus iusto digeratur, sed obstruantur exigua cutis spiramẽta: idem protinus & siccitatis remedium fuerit: & aduersus incommodum,quod ab aere ambiente contingit,veluti munimentum. Ac,si quidem delectatur lacte,post secundam quoq; lauationem id exhibebis: sin aliter, ptisanam diligenter coctam, aut aliquam ptisanæ ritu præparatam. Hinc,vbi rursus quieuerit, ad tertiam reducẽdus lauationem est, aut ilico ad cœnam. Sit autem præparatus illi panis purus, & qui curiose in furno sit coctus, & tum fermenti,tum salis,quod satis est,habuerit. Obsonium quoque ex saxatilibus piscibus, aut ex albo iure asellus. Præterea alæ testes q; gallinacei,qui lacte sit altus, idonei sunt. Quorum si copia

D non est,aliis vtendum. Ad eundem modum & * perdicibus,& * passerculis, qui mõtani sint & mollis carnis,vescendum. Vitanda autem, & quæ palustria sunt, & quæ carne sunt dura. Et (vt paucis alimenti summam complectar) sit coctu facile,& nutriens, minime q; glutinosum,atq; excrementosum. Porrò omnium,quos nouimus, ciborum maxime nutriens suilla caro est: verum nõ æque, ac prædicta,cõcoctu facilis est: præterea glutinosum succũ crassum q; generat. Alioqui nec alio esse habitu potest,quod in summo sit nutriens: quippe adhærere id debet, & firmiter affigi, nõ autem præ tenuitate diffluere. Non tamen ad propositum affectum vti hac conuenit. Si enim nutrimentum ipsum se ipsum cõcoqueret,ac in partes digereret,prętere alendis partibus assimilaret,&,quibus alimẽto plurimo est opus, adhęresceret, proculdubio maxime nutriẽte cibo esset opus. Verum,quoniam non aliud est, quod nutrimentum desiderat, aliud quod ipsum conficit: sed,quod nutriendum est,ipsum sibi & nutrimentum attrahit, & mutat, & cõcoquit, & adiũgit, & assimilat: ad duo nimirum nobis in opportuno cibo eligendo spectandum esse dictat, vnũ ipsius cibi naturã,alterũ vires suas proprias insitas q;. Itaq; ex his illud patet, nec planè, quod maxime nutriat,optimũ esse iis corporibus, quæ refici magis egent, vtpote quibus cõcoquendi facilitas non est: nec ẽt,quod facillimum concoctu est,cũ scilicet ipsum nequeat maxime esse nutriens. Cum igitur hæ indicationes ex aduerso pugnent,committendum nõ est,vt,dum † alteri nimium sis

* Al. ἀγρίοις, i. agrestibus.
* σρουθοῖς, i. auiculis. Nam σρουθὸς gen⁹ est ad auiculas oẽs montanas. ψῆτται sunt passeres: lib. 4. & 5. historiæ animalium.

† ἑτέρου τῆς ἀκρότητος. i. alteri⁹ excellui.

fis intentus, alterius omnino obliuiscaris, sed vtriusq; memor, quoad licet, vtrunq; misceas: quod E mihi præceptum vbiq; memoria teneri velim. Iam vini tum qualitatem, tum quantitatem, me moremus, vtpote quod maximã ad talia vim habeat: qñ vno hoc in potu vtendum censeo oĩbus, quibus refici *corpus est opus, modo nõ febricitent. Esto igitur vinum (quod exempli loco dicat) quale est Sabinũ in Italia, Arsinium vero in Asia, ac (vt summa quadã ac generatim comprehendam,) quod aquosum quidẽ alioqui est, cęterũ leuiter adstringit. Aquosum natura appello vinũ, † quod tenue est, ‡ & purũ, & oligophoron, vt ‖ Hippocrates græce nominauit. Est autẽ Oligophoron, quod, si diluatur, minimã sustinet aquæ mistionẽ. Id est sane imbecillissimum, &, vt in vinis, aquosissimũ: nam, quod plurimũ aquæ in mistura sustinet, id tum vehementissimũ, tum validissimũ est. Eiusmodi vinũ ‖ Hippocrates Oenωdes, hoc est (vt verbi vim exprimã) vinosum, nominat. Verũ ab hoc cauendum est, qm̃ imbecillas vires feriat. At, quod aquosum natura est, cęterum austerũ, id percõmodum est, ꝙ & ab aquę imbecillitate recessit, & vini noxã non dum hẽt. Ad hæc itaq; respiciens, tum ętatẽ eius, tum tẽperamentum inuenias. Quippe, quod nouellũ est, id tum aquosius, tum vero imbecillius quodãmodo est, ꝙ vt vino conueniat: adde ẽt, ꝙ ægrius concoquit, ac magis excrementosum est. Antiquius vero, vt vinosius est, ita vehemẽtius est, ꝙ vt propositis sit ex vsu. Quo circa citius sexto anno nobile Sabinum idoneum non est, ꝙ & diutissi F me in stomacho ac ventriculo innatet, & fluctuationes faciat. Nobile voco, quod austerũ est, non Sabinum modo, verũ etiam Adrianum, & Albanũ, & Arsyniũ, & Titacazenum, omnia q; id genus: dictũ nãq; fusius de oĩbus vinis seorsum est. Ad has igitur, veluti metas, respiciens, ẽt mi sturã eius cum aqua temperabis. Quin etiam exactius coniecturam de iã dictis facies, si vitiorum aquæ capita memoria tenueris. Porrò pendent ea ex frigiditate eius omnia: cuius culpa & in pręcordiis diutissime moratur, & fluctuationes excitat, & in flatum mutatur, & corrumpitur, & ita ventriculi resoluit robur, sic, vt deterius proinde concoquat: sed nec digerẽdo per corpus alimento aliquid magnopere cõducit. At vero memoratorum vinorum virtutes comprehensis iã aquæ vitiis aduersam quodammodo naturam habent, cum nec inflent præcordia, immo si inflata sint, subsidere faciant: nec ibi morã trahant, propter caloris mediocritatem: adde, ꝙ, cum digestionis vias aperiant, & pariter impellant, ac nutrimentum sursum agant, ad celeritatem deductionis in corpus conducunt. Sunt præterea boni succi, & ad miscenda concoquenda q; ea, quæ in ventriculo & venis sunt, idonea. Iam vires quoq; organorum adaugent, & expellendis excrementis viã faciunt. Eo q; fit, vt etiam talia vina præter cætera vrinas moueant: quando & ipsa totum corpus celeriter transeunt, & impetu cursus sui excrementa secum expellunt. Ac dictũ quidem alibi dili- G gentius est de vinorũ facultate æque, ac ciborum. Conuenit q;, vt, qui artem methodo *tradi sibi ‡ studet, omnis materię vires prius ꝓdidicerit: nec expectet, vt eas in singulis affectibus audiat: sed, simul ac curationis tantum speciem norit, debitam victus rationem inuenire possit. Ego vero iis consulens, qui veritatis discendæ sunt auidi, eiusmodi doctrinam attingere saltem nõ grauabor: quò scilicet, qui minus exercitata cogitatione sunt, exemplis à generalibus ad particularia, veluti manuducti, descendãt. Ergo, quod reliquum est, apponendum. Potionis is modus erit, vt nec in ventriculo innatet, nec fluctuationis vllius sensum inuehat. Ciborum vero, potissimũ si fieri potest, vt ne grauent quidem ipsum. Quod cum difficile sit, vel fortasse eiusmodi, quod vitari in imbecillo ventriculo omnino nequeat, proximum est, vt quàm citissime grauis esse desinat. Ab hoc tensio inflatio q; præcordiorum vitãdæ iis sunt. Quòd si tale quippiam primo die inciderit, pro magnitudine symptomatis ad portionem detrahendum postridie de cibo est: sin rectè omnia cedunt, paululum adiiciendum. Ad eundem modum & in tertio die vel demere vel adiicere conueniet cum præcedente conferentibus. Atque ita semper omnia pro renutriendi reficiendi q; ratione, frictiõnibus, gestationibus, inambulationibus, prout corporis incremẽtum procedit, administrare, etiam reliqua oĩa pro refectoria vocata ratione adiicientibus. Quę sane genere à proposi H ta ratione non differt, sed in eo, ꝙ sub illa perinde totum corpus est affectum, sicuti sub hac ventriculus. Accidit autem sic affici corpus in diuturnis potissimum morbis, vtiq; cum natiua cuiusq; partis humiditas, ex qua prima nutritur, propemodum omnis exhausta iam est: nam, vt solidarũ ipsarum siccitas corrigat, id fieri oĩno nõ potest, sicuti nec senium, ueluti in libro de Marasmo docuimus: hanc uero humiditatem, ẽt si oĩno sit absumpta, regigni modo dicta uictus ratione licet. Atq; in aliis refectionibus uentriculus egregie præ cæteris non afficitur: in proposito aũt affectu morbus est ipsius uẽtriculi, tempore uero totũ corpus, utpote parum probe nutritum, macescit: quo rationabilius est exquisitiorem hos uictus rationem requirere, propter concoctionis imbecillitatem. Cęterum, cum meliores sunt effecti, trãsferendi sensim sunt ad renutritoriam refectoriam q; uocatam uictus rationem, Analepticen Græci uocãt. Id fiet, si pluribus, & frictionibus, & gestationibus, quàm ante, utemur. Mutanda uero interea est & ciborum tum qualitas, tum quantitas sic, ut tum plures, tum ualentiores, quàm prius, exhibeantur. Ac tempore procedente, cum ad sanitatis statum prope uentum iam est, seponẽda sunt ptisana, & lac: præterea sorbitio ex alica: ac ad consuetos cibos ueniendum: post etiam pisces detrahendi, nisi si in consuetudine fuerunt, ac uolatilibus cibãdum: tũ suillas carnes esse à pedibus in ptisana elixis incipient: post uero

etiam

Marginal notes:

* Al. Arsyenũ.
† Antiq legunt τὸν λεπτον, καὶ λευκόν, καὶ λαμπρόν, i. qd tenue est & album & splendidum.
Li. de Rat. vic. ĩ ac. cõ. 3. t. 20. 7ª. 128. g
Ibidẽ. cõ. 3. t. 1. 7ª. 125. d
A. l. 3. f. 131. c. 29. fol. 2. d
* Al. arsyenũ.
* κατακερασι κοι, i. contemperanda.
* ἐργάζεσθαι.
* κινήσεσι, i. motionib⁹, est in impressis.

A etiam imum crus recte sumāt: ab hoc etiam reliquas partes: primū quidem iuuenis porcelli: qui, si hyems sit, etiam pridie iuguletur, nam hesternum, quàm recens necatum, facilius cōcoquitur. Æstate sat fuerit, si mane immolatus porcellus sit, ac circa Solis occasum comedat: quippe, quod in superioribus suasimus, cum valentius alimentum vesperi exhibendum censuimus, id semper obseruare studebimus, vtiq; non leue percepturis commodum iis, qui ita cibabuntur: quod sanè diligentius inspiciens agnosces: satius enim est à principio rem cœpisse. Quoniam, qui ita se habent, plurimo nutrimento indigent, nequeunt autem, vel quod mediocre est, concoquere, paulatim hos & sępius cibare melius fuerit. Atq; idcirco fieri nō potest, vt semel eos cibasse sit satis, sed nec bis, quoad scilicet sunt gracillimi: atq; hac de causa ipse ter eos cibare sum solitus. Verum, qn̄ iam manifeste meliores facti apparēt, etiam bis nutriuisse sit satis. Ergo tantam exhiberi primam cibationem est rationabile, quanta prius, quàm secūda sumatur, tota prorsus erit concocta. Id contingere valentiori alimento non potest. Quare primo loco leue sumendum his est, quò videlicet cōcoquatur celerrime & excrementum eius discedat, & vacuus purus q; ventriculus secundum excipiat. At, qm̄ non solum quies, & somnus, sed etiam longius tempus huius naturalē administrationem excipit, rationabile est, vt valentiores ciborum hoc maxime tempore offerantur. Itaq;
B etiam athletæ omnes sic faciunt: qui eum vsum non solū aliqua ratione inuenerūt, sed etiam longa experientia cōprobarunt. Sed enim, & quod illi faciunt, nihil mali sit, si ij, qui cōualescentium victu vtuntur, etiam faciant, vt ilico post cœnam non bibāt, videlicet ante, quàm cibus fuerit cōcoctus: siquidem innatant cibi, si bibant, ita, vt eos ventriculi corpus propter interpositū humorem non contingat. Verum, si sitibundi fuerint, prohibere eos in totum vt graue est, ita nec expediens: sed tantillum indulgendū, quod & molestiam soletur, & sitim leuet. Postea vero, quàm nutrimentum concoxerint, abunde bibere sunt sinendi: quippe celerrime, si ita faciant, per corpus digeritur. Mane vero post somnum, cum deiecerint, & paulum inambulauerint, modice sunt fricandi. Est autem modica his frictio, quæ eatenus administratur, dum corpus incaleat: mox gestationibus vtendum: dein rursus tum lauādi sunt, tum fricandi, id q; intra meridiem, aut planè circa ipsum meridiem: quò videlicet inde ad vesperā abūde spatium interueniat. Quòd autem & de domibus, in quibus conualescēs nutritur, habenda in primis cura sit, potissimum, ne frigidiores calidiores ue iusto sint, superuacuum dicere arbitror: pari modo & de aliis eius generis, quæ inuenire sibi quisq; sine nostra opera potest, doctus videlicet non solum ex his, quæ hic, sed etiam quę in opere de sanitate tuenda sunt dicta. Est nanque conualescentium victus ratio media quædam
C inter eam, quæ sanorum propria est, & quæ ægrotantium. Quare difficile non est ex iis, quæ de vtraq; sunt prodita, vt per se ipsum quis mediā inueniat. Nam, sicut nec aliarum rerum, ita nec victus vna omnibus species in consuetudine est: cum aliis semel esse, aliis bis: & aliis citius, aliis ad vesperam incepisse cibum, moris sit. Iam cibus ipse aliis piscis plurimum est, aut deniq; aliquid ex mari: aliis olera magis, aut deniq; hortēsia: aliis pòma: aliis legumina: aliis nuces: aliis aliud quippiam: alij quadrupedum carnes, atq; harum aliis aliæ: aliis auium, id q; aliis aliarum. Quin etiā caseo & lacte vtuntur non nulli plus, quàm cęteris cibis, generaliter quidem caprarum, vel boum: sunt tamen, qui & aliorum animalium. Bibunt quoq; alij calidum, alij frigidum: & vinum vel liberaliter, vel parcius, vel omnino nullū: vel hoc genus, vel illud. Ad ea igitur reducendus quisq; est, quibus insueuit. Scriptum autem diligentius de consuetudine seorsum est. Nunc illud dixisse abunde sit, non modo in conualescentium victus ratione, sed etiam in morbis magnam partem † ad totius victus medicamentorum q; inuentionē ex cōsuetudine sumi. Ratio enim totum genus indicare potest: materia cum ex aliis, quæ retuli, tū vero ex consuetudine non minime est sumenda. Sed & naturarum inspiciendæ sunt proprietates. Noui enim quosdam, qui, si quod vigilantium opus nocte obire fuissent coacti, dormire præterea non poterant. Talibus igitur, vt no-
D ctu bibant, consulendum non est: ne videlicet ea occasione vigilare coacti, maximam inde noxā sentiāt: siccat nanq; totum corporis habitum vigilia, eo q; infestissima est iis, qui ex siccitate laborant. Sunt, & qui, si ptisanam gustent, protinus nauseent: eadem in quibusdam facile acescit. Esse vero aliquos, qui facile carnem bubulam concoquant, iam vnum ex publice iactatis est: præterea alios esse, qui ad alios cibos potus q; recte se aut non recte habeant. Non solum autem ex his materiæ, quæ ad victum pertinet, copia suggeritur, sed etiam ex regione & tempore. Scripta q; iam hæc sunt à multis, qui me præcesserunt: quo minus ipse istis insisto: qui ideo tantum ea commemoro, nequid videlicet sit omissum. Quod vero ab omnibus iunioribus medicis ē omissum, id persequar: nempe quemadmodum affectus corporum methodo curentur. Eam methodum veteres (vt ante dixi) probe inchoarunt, nemo tamen eorum ipsam absoluit. Verum rursus ad propositum redeundum. Siccæ intemperies, vbi solida ipsa corpora contigerunt, si quidem in vna quapiam parte consistant, veluti nunc in ventriculo propositum est, nunquam ad perfectionem sanabuntur, nec in eum statum, qui ante morbum fuit, reuertentur. Sed, quod dici in consuetudine vulgo solet, re scilicet ipsa edocto, id talibus maxime intemperantiis accidit, morbum ventriculum afflixisse, & in reliquam uitā imbecillū reddidisse. Quippe senum ij ventriculum obtinēt prius, q̄ cōsenuerint: quo fit, ut facile ex leuibus lędantur causis, pinde ac senes, nec probe concoquere

A..4 p.t.1. c11.fol.449. b.

* ὀπώρα.
* ἀκρόδρυα.

† εἰς ὕλης τροφῆς ἐκλεξιν, ē in antiquis, idest ad electionem materiæ alimenti.

quere poſſint: quo euenit, vt etiã totũ his corpus deterius ſe habeat. Ad eundem modũ, & ſi alia quauis afficiant parte. Quòd ſi ipſo etiã corde ſint affecti, celeriter areſcunt: vocatq́; ariditatẽ ſiue maraſmũ eiuſmodi Philippus ex morbo ſenium. Is igiť maraſmus breui mortẽ affert: proxime huic, qui ab iecinore eſt ince ptus: mox, qui à ventriculo: qui ab alijs particulis ortũ habet, tanto ſanè tardius, quanto quælibet harum minoris eſt præſtantiæ, q̃ illæ. Si vero leuiter cordis corpus ſiccatum ſit, ſeneſcunt quidem celeriter, cęterũ plures annos trahunt, q̃ qui vehementer ſunt lęſi. Ad eundem modum in iecinore et ventriculo, ceu dictum eſt: ac in reliquis oĩbus ad portionem. Cæterum victus ratio eadem genere eſt tum in hac ſiccitate, tum in illa, quæ ſolam eam humiditatem abſumit, quæ ſolidas nutrit: præterea etiam in tertia, quam ſupra memorauimus, ſiccitate. Facillima vero oĩum ſanatu quarta eſt, in qua venæ ſucco ſunt inanitę. Immo hic affectus, vt frigiditas potius habitus, curatur, quã vt ſiccitas: vel (vt clarius loquar) frigiditatis reſpectus ĩ hac ſiccitate exuperat, periculum q́; in ea vertitur. Siccitas ſecundum locum obtinet, habetq́; proinde ſanationem tum expromptã, tum celerrimam. Siquidem, ſi biduo quis victus rationem his caute exhibeat, modice calfaciens, & tutò nutriens, ſtatim in tertio pleniorẽ victum citra noxam admittũt: multoq́; id magis in quarto & quinto. Atq; hoc ſanè erat, quod Hippocrates p̃cepit: ‖ Quæ longo ſpatio extenuata corpora ſunt, ea ſegniter reficere oportet, quæ breui, breuius. E F

1. Apho. 7. Ex. ord. 11. h

Ratio Curandi Frigidam & Siccam Intemperiem Ventriculi. CAP. 7.

SCire autẽ licet ſolidorũ corporum ſiccitatibus, ſi perdurent, ſuccedere neceſſario frigiditatem. Quippe permanere ſiccitas ipſa per ſe, non mutata oppoſitione, quæ ex calido & frigido conſiſtit, non poteſt. Celerrime enim ex nutriendi defectu refrigerantur partes, propterea ſcilicet, q̃ ex calido ſucco ſanguinis nutriuntur. Sed, quod inter initia dictũ eſt, nunc ſiccitatis curationẽ exequuti ſumus, & quæ ab initio ſola eſt contracta, & quã nulla diutiſſime ſecuta eſt notabilis frigiditas. Ergo proximum fuerit frigiditatẽ illi copulare, quæ euidentes quidem habeat notas, cęterum magna non ſit. Eſt itaq; curationis conſilium non ſimplex, vt prius, cum nõ modo tibi, vt humectes, danda ſit opera, ſed ẽt vt calefacias. Quare intendendum acriter eſt ad præſidiorum materiã, necubi imprudentes, iis, quæ humectant, ea, quæ nimium calefaciãt, adiungamus: quippe his vehementer ſiccandi vis ſubeſt. Iam vero quantitas noxæ in vtraq; intemperie ad materiæ inuẽtionem poteſt viam oſtẽdere: vt iamiam maximę quidem ſiccitatis ſanationẽ modo perſcripſimus. Modicæ vero adeo ſcrupuloſa victus ratione non indigent, quandoquidem nec vires ipſis funditus ſunt collapſæ. Etenim nulla alia de cauſa difficilis reddiť validæ ſiccitatis in corpore cõmoda curatio, q̃ q̃ refici quidem corpus poſtulat: cibus vero per ſe coaleſcere cum eo non poteſt, ſed G eius, quod nutritur, operam, qua præparetur, requirit, quod eſt imbecillum. Ergo, cum id modice ſiccum fuerit, propterea, q̃ vires nõ penitus conciderunt, vberius cibare licet: nec metus eſt vllus, ne à modo aberres. Quo magis ipſi de difficillima intẽperie diſſerere inſtituimus: ac in ea, veluti exemplo, ſtudioſos exercuimus. Hinc nanq; orſi ipſimet, ad mediocres ſiccitates corrigendas idoneam materiam inuenient. Proponatur autem & nũc ſiccitas quidẽ ſimilis priori, copuleturq́; ei frigiditas. Ergo calefacientis materiæ admiſcendum iam dictis tantum erit, quantum particula ad frigus inclinauit. Proponamus igitur eam primum modice refrigeratam: Ergo iis, quæ paulo ante retulimus, in lactis quidẽ vſu mel vberius adiicietur. Vinũ "vero, quod quidẽ ad genus ſpectat, idẽ, cęterũ quod minus aquoſum, q̃ prius, & plurium annorum ſit, dabimus. Quin etiã eſculenta oĩa calidiora exhibebimus, id q́; non naturalibus modo ipſorũ temperamẽtis, verũ etiam recentibus {ex igni} qualitatibus. Nardino prętetea vnguento vngendus aſſidue venter eſt ſic, vt nunq̃ remaneat ſiccus. Sin id vnguẽtum non adſit, maſtichinum ſatiſfecerit: ſed & opobalſamo eum perungas, tum ipſo per ſe, tum vero cum iam dictis miſto. Quòd ſi corpori ea magis adhærere ſtudebis, etiam ceræ aliquid admiſcebis. Si vero etiam aer ambiens ſit frigidus, lanam ex his imbutam impones. Quin etiam chiam maſtichen in opobalſamo aut nardino vnguento liquãs, H lanam inde madentem vẽtriculo impones. Sanè vtilius fuerit, ſi, quod madefacies, etiam optima ſit purpura, qualis eſt Tyria: † quãdo & adſtringi ipſum modice, & cutis eius meatus obſtrui expedit. } Siquidem, quæ rarum habitum faciunt, & relaxant, ea tum digerunt ſuccos, tum particulas frigidis extrinſecus aduenientibus obnoxias reddunt: quæ vero valenter adſtringunt, ea ſiccant. Quo fit, vt medicamentum, quod eiuſmodi corpora excalfaciat, id nec euocantem vim habere expediat, nec adſtrictoriã multam ſibi immiſtam. Memineris enim, velim, tum eorum, quę in ægris es contemplatus, tum quæ in opere de medicamentis es edoctus, nempe acerbam qualitatem ſua quidem ipſius virtute & refrigerare & ſiccare: quòd ſicui valide calfaciẽtium ſit admiſta, quod ex ambobus cõpoſitum eſt, minus quidem in calfaciẽdi munere efficere, q̃ alterum: ſiccando vero non minus, q̃ vtrunq;. Maxime contraria faciunt iis, quæ præcepimus, noſtri temporis medici, qui ſiccæ parti, & quæ nutrimento male fruitur, compoſitum ſępe medicamentum ex calida & acerba materia imponunt. Eſt aũt eorum, quæ ϛρυφνὰ græce dicuntur, {nos inopia cõmodioris vocabuli acerba diximus,} nullũ profectò modice adſtringẽns, ideoq́; nec modice ſiccãs: quo videlicet magis prohibẽda ea in iã dictis affectibus ſunt. At vero, ſi cum ſiccitatis intemperie multa frigiditas ſit, ſic, vt fortius calfacere ſubigat, omniũ primũ intẽperamẽti genus ad memoriã

A. li. 3. f. 1. c. 30. fol ae

† codices græci ĩpreſsi hñt, vt Linacer vertit. q̃q̃ antiqui ad Tyriã referunt, ita. n. hñt, στύφει τε γὰρ μετρίως αὐτὴ, ἐμπλάττει τε τοῦ δέρματος τοὺς πόρους, id eſt ea enĩ modice adſtringit, cutis q́; meat⁹ obſtruit. vtraque tamẽ lectio bona eſt.

* codices ĩpreſſi & pleriq, etiã manuſcripti habẽt, vt Linacer vertit. Sunt tamen, q habeãt ψύχον, id eſt refrigerans.

reuocabis,

A reuocabis, quippe quod omniũ grauissimũ esse ostendimus. Quocirca ad corrigendum quoque esse difficillimũ, multa q; solicitudine egere, id minime est ignorandũ. † Incipere vero simili modo à cõprehensis prius materiis tentabis, sperans scilicet fore, vt longiore tpe per tutiores sanetur affectus. Sunt porrò tutiores hę, nam repetere ea, quæ sunt tàm necessaria, est satius. In nardino vnguẽto solues mastichen chiam q̃ pinguissimã, ac purpura excipiens veteris. Erit q; vtilius, modo copia eius sit, si opobalsamũ adieceris. Dandũ præterea yberius cum lacte mel est, sed detracta prius spuma, quò & minus sit excrementosum, & magis nutriat. Quin etiã mel ipsum despumatum, per se optimũ nutrimentũ frigido ventriculo est, ita, vt calido aduersissimũ. Atq; hæc ambo meminisse in primis oportet, vtiq; plurimis medicis ignota. Ac neq; aliquid in frigido corpore melle magis expetendũ, neq; in calido magis respuendũ. Ergo plurimũ huic affectui pro nutrimento mel optimũ esto, sed quod prius sup prunas ex quercu vite ue ad summũ candentes, fuerit decoctũ, ac curiose despumatũ. Vinũ autẽ eligendum semper est antiquum: eo q; antiquius, quo maior fuerit frigiditas. Tum, si res postulabit, totũ genus immutandum: ac primo loco Adrianũ, mox Tyburtinũ, aliud ue similis generis eligendum: vetera quidem oĩa, cæterũ non adeo, vt amara iam sint: siccãt enim quæ amara sunt, immodice. Sanè optimum medicamẽtum talibus oĩbus

B sit, quo picatores quotidie vtunt.* Ergo illinire eo totum ventrẽ conueniet, ac post auelli prius, q̃ refrigeretur: atq; hoc, si bis vno die deinceps feceris, abunde erit: sæpius autẽ non expedit, qñ ita, per halitum digeras, non sanguine bono particulã impleas: at nos ex propinquis locis attrahere, non id, quod continetur, educere studemus. Idem oĩbus particulis, quæ ex nutrimento fructum non sentiunt, (atrophusas Græci vocant) mirificum medicamen est, si quis eo moderate sciat vti. Sed & calfacere ventriculum ita, vt in qualitate calorẽ eius non intendas, sed q̃ maxime naturale eius temperamentum tuearis, ac substantiam inaugeas, id ex leuissimis in eiusmodi affectu consiliis non est. Efficit hoc in victu simul cum iis, quæ iã dicta sunt, maxime vinum: ex iis vero, quæ ventri extrinsecus applicantur, boni habitus ″puellus vnà sic accubans, vt semper abdomen eius contingat. Sunt, qui catellos pingues in hunc vsum habeant, neq; id in aduersa modo valetudine, verum etiam in prospera: tales itaq; iis, qui propter siccitatem quoq; solam imbecillum ventriculum habent, sunt idonei. Seruandũ q; ante oĩa est, ne puellus humecta sit cute: qui enim noctu sudore perfunduntur, refrigerant potius, q̃ calefaciant. Nocent præterea tali affectui & calida fomenta: quæ quidem sicca sunt, eo, q rorem similarium corporum depascunt: quæ humida sunt, q hunc digerunt, potissimum vbi largius his vtimur: præterea q nimis rarum frigori q; opportu

C num corpus efficiunt. Ac de hac intemperantiarum coniugatione hactenus sit satis.

** ἀπάρχεσθαι est in aliquib' cod. vt Linacer vertit. ἀπέχεσθαι. i. abstinere ẽ in ĩpressis. In aliquibus ẽ cod. legit ἀπέχεσθαι δὲ ὁμοίως τῶν ἰσχυρῶς θερμῶν ϗ στρυφνῶν πειρῶ. i. Abstinere vero simili mõ à vehementer calidis & acerbis tentabis.*

** ἀφεψημένον*

l.li. f.13.t.3. 5.l.298.g

De curanda Ventriculi Siccitate, cui Caliditas iuncta sit. CAP. 8.

AB hinc multæ, vt propositum est, siccitati iuncta caliditas esto non admodum multa. In eiusmodi intemperie primum curationis modum seruabimus, sed vini vim, mellis q; copiã diminuentes, non solũ non augentes, ita, vt mel prorsus nõ degustetur, vinũ vero exhibeatur, quod minime sit antiquum. Iam cibos apponemus † sub lactis tepore: } sed si æstas est, † sub aquæ fontanæ frigore. } Sed & vẽtriculum vngemus oleo tum crudo, tum melino. Ac multo sanè magis, si pluscula caliditas sit, ipsum vinũ tum aquosius exhibemus, tũ sub eo frigore, quod fontis aqua p mediũ ver exhibet, illud nobis persuadentes, eiusmodi affectum febri proportione respõdere: quippe, quod illa vel in toto animali vel in corde est, id propositus nunc affectus in ventriculo est. Atq; ipse scio me vnà cum præceptoribus primum omnium vidisse hominem quendam maturæ ætatis non paucos iam menses vexatum: sed nec eorum quisquam affectum eius intellexit, nec etiam ipse: postea vero, cum iã medendi {eius affectus} methodum inuenissem, venit mihi in mentem hunc vtiq; illum esse affectum, quem olim fueram cõtemplatus. Melius autẽ est, rem etiam exponam: quippe vtilis omnino erit iis, qui audierint, non secus, ac fuit mihi. Homo erat

D quadraginta annos natus: medio, dum valebat, crassitudinis & gracilitatis habitu. Is siti vehemẽter affligebatur, ac calidam auersari se dicebat, cum illi frigidam nemo daret, tametsi hanc impẽse flagitabat: febricitare tamen medicis non videbatur: & ventriculus, quæ sumpserat, tribus aut quatuor horis post euomebat simul cum potione. Itaq; gracilis iam effectus erat, ac periculo propinquus, minime videlicet adiutus ab austeris acerbis q; tum cibis, tum medicamentis. Sumebat vero & post cibum, austerum vinum is homo, cum nec vltra sitim toleraret, ac (vt aiebat) mori mallet, q̃ in cruciatu viuere. Aquã ″frigidam simul multam super cibum hauriens, protinus sitire destitit, paulo vero post plurimum {eius} euomuit. Ab hinc horrorem in toto corpore sensit, pluraq; operimẽta poposcit, cum prius oĩa abiiceret: tunc igitur reliquum totum diem, quo id fecit, noctem q; totam in quiete egit, cooperimentis se fouens. Venter vero circa mediam noctem semel excreuit, quę mediocriter erãt coacta. Itaq; nec siticulosus præterea erat. Postero autẽ die tum coloratior multo, tum firmior est effectus. Ac deliberabant iam medici, an hominem lauare expediret, alij quidẽ suadentes, alij dissuadentes: vicit autẽ sententia eorum, qui lauare suaserunt. Itaq; etiam lauatus citra offensam est, ac modice cibatus: tum melius ei, q̃ pridie, venter cõcoxit. Questus autẽ est, q difficulter transglutiret: visum q; omnibus est propter vomitum, qui præter cõsuetudinẽ inciderat, vellicatam illi gulam fuisse, ac proinde male habere. Cęterum, vt etiã secutis diebus

† tepẽtes, quos medici γαλακτώδη, i. lacteos vocare consueuerunt.

† quos vocant κρηναίους, idest fontanos.

l.li f.13.t.1. 5 ol.298.g

** στόμαχ- gręce legitur.*

bus symptoma permansit, constabat nobis omnibus ventriculi imbecillitatem esse sanatam, gulã E autem esse perfrigeratam. Nec sanè mirandum erat, sicut potione illa, quod immodice calfactum erat, ad mediocritatem est reuersum, sic, quod mediocriter calebat, fuisse refrigeratum. Cæterum gulam eius nemo potuit sanare: sed vitio in vitium mutato, tandẽ mortuus est. Alium vero huic similem nõ paucis annis post vidi, cum omnem ventriculi intemperiem discernere iam possem. Visum igitur est mihi statim maiore conatu refrigerãdum esse prius, quàm homo magis extenuatus simile quippiam priori ex refrigeratione pateretur. Tutius igitur visum est primum refrigerantia medicamenta, quæ præcordiis imponuntur, experiri. Quo factò, æstus sanè ventriculi est remissus, ceterum homo suspiranti similiter respirabat, tanquam ægre totum thoracem moueret. Quin ipse quoq; interrogatus, talem quampiam sentire se offensam fatebatur. Aduerti itaque illi transuersum septum refrigeratum esse: proinde q; abiectis refrigeratoriis, foui locum oleo calido. Cum autẽ respiratio statim naturalem motus sui ordinem recepisset, à fouendo destiti: statui autẽ hominẽ longiore spatio moderate refrigerare. Ergo, & quæ extrinsecus refrigeratoria applicui, infra magis imposui à septo vmbilicum versus recedens: & cibum potionem q; omnẽ (excepto lacte) sub fontanæ aquæ frigiditate exhibui. Atq; ita longiore spatio sanatus est, nusquã alibi offensus. Sciri tamen illud ante oïa debebit, vbi valide in ambabus qualitatibus immutata quæuis F particula est, omnem eius actionem perire: nec facile, quod sic est affectum, ad suam naturam reuerti posse. Vbi vero altera tantum qualitas plusculum immutata est, veluti nunc siccitatem finximus: reliquarum aliqua mediocriter se habet: vtiq; qui ita affectus est, sanari potest.

De Caliditate Ventriculi curanda, cui Humiditas vel Siccitas coniungantur. CAP. 9.

PRoponamus itaq; rursus exuperare intemperiem calidã, huic aũt adiunctam esse modo humiditatẽ, modo siccitatem, sed mediocrẽ vtranq;, ac prius humiditatem. Hanc intemperiem minore metu aqua frigida curabimus: qñ minime ex ea lędentur vicinæ partes, quæ mediocriter se habeãt. Nã in siccis affectibus necesse est nõ ea modo, quæ proxima sunt, sed ẽt totũ corpus gracilius reddi: ventriculo aũt ipso non dũ siccato, vt nunc est propositũ, nec totũ attenuatũ esse corpus põt: quare nec frigidæ potu lędi. Sicubi vero adeo vehemens caloris intẽperies ventriculum occupet, vt vsq; ad cor ipsum perueniat, febricitare hoïem necesse est. Quo minus mirũ est, si eiusmodi intemperiẽ maius periculũ insequił, sanatio tñ genere eadem est: tradetur autẽ postea, vbi de febriũ curatione differetur. Qui autẽ cum siccitate coniunctus calor est, eadẽ genere remedia poscit, cęterũ non adeo securus est refrigerantium vsus pp eas, quas retuli, causas. Humida vero intemperies, siue sola consistat, siue cũ calore frigore'ue coniuncta sit, omnium facillime curatur. G Et, qm̃ tres hæ intẽperies creberrime ventriculũ affligunt, sunt q; curatu facillimæ, harum curationẽ in memoria habent, quicũq; absq; methodo, hoc est via & ratione, morbis medentur: ac ad alias eã intemperies (vt dictũ est) transferunt, ignorantes videlicet plures esse. Sunt porrò ipsius humidæ intemperantiæ, cũ sola consistit, remedia, cibi, qui citra valentẽ calefactionẽ refrigeratione m'ue siccent: prętерea consuetæ potionis parcitas. Eius autẽ, quę cum caliditate coniuncta est, adstringentium & ciborum & potionum vsus: sint aũt & hi austeri sine calefactione †. At eius, quæ cũ frigiditate est coniuncta, optima præsidia sunt, acria omnia: quibus admisceri debebunt, quæ acerba sed citra manifestũ frigus sint. Optimum est & his præsidium exigua potio, atq; ea vini cuiusq; insigniter calentis: constat autem id minime nouum esse. Ad portionem vero eorum, quæ comesta & bibita sunt, etiam reliqua omnia, quæ foris applicantur, adhiberi debebunt.

† quin & frigida potio eis est cõueniens. additur in codicibus gręcis.

Epilogus curationis Intemperierum Simplicium & Iunctarum. CAP. 10.

ET, quoniam de his abunde tractatum est, repetito rursus sermonis initio capita eius colligamus. Calida ergo intẽperies refrigeranda est, frigida vero calfaciẽda: similiter humida siccanda, & sicca humectãda. Quòd si per copulationẽ aliquam duarum qualitatũ intemperies cõsistat, miscenda amborũ consilia sunt: ac, quæ humida calida q; est, siccanda & refrigeranda: quæ vero humida & frigida, siccanda ac calfacienda: ad eundem modum sicca & frigida, humectãda ac calfacienda: sicca vero & calida, humectanda & refrigeranda. Scire vero licet omniũ harum pessimam esse inter simplices siccam: in compositis siccam simul & frigidam. Atq; hoc loco finẽ habeant ventriculi intemperies, quas scilicet extrinsecus nullus alit superuacuus humor. H

De curanda Ventriculi Intemperie, cum Vitiosi humores vel in eius Cauitate, vel in Tunicis continentur. CAP. 11.

DEinceps ad eas, quę ex eiusmodi quapiã occasione fiunt, stilũ conuertã. Sæpe igitur in ipso sinu ventriculi contentus humor, qui aut calfaciendi, aut perfrigerandi, aut humectãdi, aut siccandi, aut etiã horum aliqua per coniugationẽ efficiendi naturã obtinet, intemperiẽ creat: interim vero & in ipsas vẽtriculi tunicas (vt ita dicã) imbibitus siue impactus. Ergo prior affectus, si semel constiterit, per vomitum expurgatus, facile quiescit. Sin rursus ex alia quapiã vel aliis particulis humor confluit, diligenter discerni indiget. Curatio vero post effectricis causæ cognitionẽ statim se exhibet. Dictũ enim nobis est tũ alibi, tũ vero in iis, quę de differẽtiis febriũ scripsimus, cõfluere non nunq̃ ex aliis in alias particulas id, quod in his redundat: veluti ex capite ad oculos. Quo casu oportet curata ea parte, q̃ trãsmittit, duntaxat firmitati ꝓspicere oculorũ: quò videlicet eorum,

L1. f 13. t. 1. A eorũ, quæ ad ſeſe cõfluunt, minus prõpte quicq̃ admittat. Ita igit̃ & in vẽtriculi affectu oportet,
3 ol. 291. a vbi id, quod ſupuacuũ tranſmittit, inueneris, oẽm huc curam cõferre: de ventriculo aũt tantiſper
eſſe ſolicitũ, ne, quę cõfluant, prõpte recipiat. Id quod duplici (vt arbitror) rõne fiet, vna oĩum fluxionũ cõi, quippe quæ ab adſtringentibus repercutiunt̃: altera vero non minus ipſa quoq; omniũ partium, quæ ad bonã habitudinẽ reducũtur cõi, nempe ex ipſarum temperiei mediocritate. Ergo primũ inſpiciendum totũ corpus eſt, an excrementoſum, an plethoricon, i. nimia æqualiũ humorũ copia redundans, fluxionẽ ventriculo immittat. Secundo loco, ſi id non videt̃, ſingulæ partes expendendæ. Atq; in toto quidẽ corpore æſtimando tum redundantiæ, tum excrementorum notas & ex opere de ſanitate tuenda, & ex libro de plenitudine didiciſti. Super has tamẽ illa quoq; æſtimabis: primũ quidẽ in mulieribus, an naturaliter nõ purgentur: mox in viris an excretio aliqua cõſueta his retenta ſit. Pleriſq; enim ora venarũ, quæ in ſede habentur, vacuare ſupflua ſunt ſueta. Aliis proflues ẽ naribus ſanguis, aut vomitus, aut alio quopiã mõdo in certis periodis vas aliquod recluſum: noui enim tũ in ore, tum in faucibus id multis cõtingere. Nõ deſunt, quibus & per ventriculũ ſanguinis expulſio certo tpe fiat, potiſſimũ iis, qui cũ vehementẽ exercitationẽ depoſuerunt, à priore tñ victu nõ deſtiterunt: aut ẽt artuum toto aliquo ſunt priuati, veluti * τρόπον eſt i aduqs, vt Linacer vertit. τόπον eſt in impreſsis, i. loco.
B ẽt Hippocrates indicauit. Sũt, quibus diarrhœę & choleræ certis interuallis oẽm corporis redundantiam educant. Ab his illud æſtimandũ, quã nam victus rõne ſit vſus, vtrum'ne frequenti cruditati aut ſatietati inciderit, id q̃; in ocioſa vita, ac p̃cipue præter conſuetudinẽ, an cõtra. Illud deinde perpendendũ, an aliud mẽbrũ corporis certo temporũ circuitu vexari ſolitũ, nunc non vexet̃. Aliis enim articularis morbus, aut coxendicus, aut podagra: aliis cephalęa, aut ẽt fluxio aliqua, q̃ in oculos vel aures procubuit, nunc migrauit ad ventriculũ. Non paucis vero catarrhi & coryzę, {id eſt deſtillationes per guttur & nares,} quæ aſſidue vexabant, cõuerſæ certo tpe in ventriculi loca ſunt. His igitur oĩbus conſideratis, ſi quidẽ ex minus momẽtaneis translatio facta eſt, quod ſuperfluũ eſt, rurſus ad ea reuelles: Sin ex iis, quæ maioris ſunt momenti, ambobus ſimul cõſules, eum ſemper ſubmouẽs affectũ, qui fluxionẽ excitet. Fiet id, ſi oẽs corporis partes ad bonã habitudinẽ reducamus, ac oẽs naturales expulſiones, fluxiles ſemp reddamus. Hæc quẽadmodum efficere poſſis, in opere de ſanitate tuenda eſt prœceptum. Nec illud latet, ſi propter ęqualium in toto corpore ſuccorũ redundantiã ventriculus fluxione tentat̃, totũ corpus vacuandũ eſſe: Simili mõ ſi pp mali ſucci abundantiã, eã purgandã eſſe, atq; hinc ad ventriculũ veniendũ. Prorſus enim cũ plures iã dies delata in eũ ſuperuacua ſint, aliquid vitij ex malitia eorũ contraxit. Itaq; non intem-
C peſtiue, qui ita laborat, abſinthij potione vtet̃. Sed nec, quę poſtea adhibẽda prouidẽtia ſit, quo ad ventriculo priſtinũ habitũ recuperaris, latere arbitror. Quippe, ſi pro temperamento noxię fluxionis, intẽperie aliqñ laboret, corrigi nimirum per cõtraria præſidia poſtulat. Facillimum vero eſt eiuſmodi noxã corrigere, vbi paucos durauit dies. Nam, ſi deſiderio eius, qui curaſſet, longiore ſpatio permanſit, aliqñ tunicæ eius malo ſucco implentur: aliqñ ipſa ſimilaris earum ſubſtantia intemperata non leuiter effecta, ſimilis curæ indiget ei, quam prius de intemperãtiis in hoc libro retulimus. Reliquum igitur eſt, vt exponamus, quẽadmodũ curari ſuccus vitioſus debeat, qui in ventriculi tunicis eſt receptus. Sunt porrò ad eiuſmodi affectus idonea pharmaca genere quidem ea, quæ modice purgant ſic, vt eorum vis ſuper ventriculi & inteſtinorum loca non aſcẽdat: * δι᾽ ἀπεψίαν.
L3 13. t. 1. aut, ſi quid vltra, vaſa tantũ in meſenterio contingant. Speciatim vero, quæ ex 'aloe componunt̃,
24 l. 189. d ſunt aptiſſima. Etiam, ſi illa præſtò non ſint, aloe ipſa per ſe. Hæc itaq; nõ elota valentius vacuat: elota purgat quidem minus, ſed roborat ventriculum magis: expedit ergo paratam habere, quã oẽs medici Picran, id eſt amarã, vocant: atq; hanc dupliciter confectam, vtiq; ex aloe elota, & non elota. Admiſcentur autẽ huic cinnamomũ, & xylobalſamũ, & aſarũ, & ſpica nardi, & crocus, & chia maſtiche. Sunto autẽ horũ cuiuſq; drachmæ ſex, ſolius autẽ aloes drachmæ centũ. Præſtantiſ-
D ſimũ hoc medicamentũ eſt ad vitioſos ſuccos, qui in tunicis ventriculi habentur: vtilius q̃; eſt eo ſicco ex aqua vti duum paruorũ cochleariũ menſura, vbi mediocriter ac medio quodã modo eo vti ſtudemus: nam maximus eius modus ac abſolutiſſimus eſt duorum non vtiq; paruorum, ſed magnorum, potio in aquæ temperatæ cyathis tribus: minimus, vnius parui. Vtendum vero hoc tempore & ptiſanę cremore eſt: qui primus à balneo ſumetur. Nã medicamen ipſum ſolito purgantium medicamẽtorum tempore dabitur. Poſt id vero, vbi modice inambulauerit, & modice ſe mouerit, de reliqua victus ratione nihil eſt immutandum. Sunt, qui reponunt medicamẽtum, excipientes id deſpumato melle. Et fit quidem ita durabilius, cæterum non perinde ad propoſitos hoc loco affectus vtile, cum & minus ventriculum roboret, & magis aluum deiiciat. Verum quibus lenta pituita ventriculo eſt infixa, iis prius exhibenda ſunt, quæcunq; hanc diſſecent: poſt deinde purgandum. Quòd ſi ad vomendum ſunt idonei, non inutile ſit per radiculas ex oxymelite vomere. Sin vero nec lentus humor ſit, nec craſſus, vtiq; abunde ſit à ptiſanæ ſolius cremore vomuiſſe: item à mulſa: quo caſu ſumendum vtriuſuis plus eſt, quàm vel nutrimenti vel etiam deiectionis cauſa ſumeretur. Idoneũ vero eſt, & ſi mulſa, in qua incoctum abſinthium ſit, bibat̃: nam id quoq; tenues ſuccos, quicunque videlicet in ipſius ventriculi ore continentur, commode deorſum impellit. Sanè cõmunis eſt totus hic ſermo, qui de intẽperie agit, cũ ſanitatis tuendæ

dæ præceptis, ea scilicet sui parte, qua de parum firmis actionibus disputat: nõ enim profecto ea, E qua de perditis, ac vitiose functis agit. Quippe pars illa à sanitatis tuendæ cõtemplatione plane se iuncta est. Imbecilla vero actio, prout magis minus'ue talis est, aut ad sanitatis tuendæ, aut ad medendi tractationẽ ptinet: leuiter qdẽ impedita ad priorẽ, grauius ad posteriorẽ. Discernit̃ vtraq; ex eo, ꝙ à consuetis actionibus obeũdis pp noxæ magnitudinẽ vel desistatur, vel non desistatur.

De Ratione curandi, cum Intemperies, Humores q; in cauitate ac in Ventriculi tunicis contenti coniunguntur: ac de Indicationibus, quæ curandi initium sibi vendicant. CAP. 12.

DIctum autẽ & de his est in opere de sanitate tuenda: quo vtiq; celerius transeunda eorũ tractatio nunc est, præsertim omni methodo, qua ventris intẽperies sint curandæ, iam perscripta, siue hę firmius ei ex mora inhęserint, siue leuius. Nec vero illud latere puto, esse aliqñ mistum ex tribus iam dictis simplicibus in ventriculo affectum ita, vt & ipsæ solidæ partes intemperie laborent: & mali succi ita ventriculo sint infixi, vt elui ex facili nequeant: & alij in interno eius sinu contineant̃. Potest nanq; interim fieri, vt primus cũ secundo consistat: põt & secundus vnà cũ tertio: põt & primus cũ tertio: sępe ẽt oẽs simul. Pro quibus methodũ, quam prius de vulneribus tradidimus, vbi oẽs affectus simul coniunximus, ad memoriã reuocabis: quam nunc quoq; apponere non sit inutile. Primũ nanq; in eiusmodi complexu æstimabis, à quo maxime discrimen ęgro F impendere videatur. Secundo loco, quid, quæ'ue ex his causæ rõnem obtineãt, & quæ ab ipsis efficiant̃. Tertio, quæ sanari ante alia possint, & quæ nõ possint: veluti de vlceribus, quæ vnà cum phlegmonis cõsistere, ostendimus. Vbi nãq; à quoquã affectuũ non leue periculum instat, ad id, quod vrget, dirigi primũ curantis consiliũ debet. Vbi aliud efficiens est, aliud, quod ab eo efficit̃, ipsa causa spectãda. At, vbi curari hoc ante illud nõ licet, ad id, quod ordo dictat, est respiciendũ. Atq; in eo quidem curationis cõsilio, quod ab vrgente initur, affectus magnitudo perpendenda est. Ea triplex est, alia, quę ex lęsæ actionis pręstantia spectat̃: alia, quę ex propria affectus essentia: & tertia pręter has, quæ ex facultate, quæ læsum corpus gubernat, æstimatur. In eo vero consilio, quod ex causæ ratione initur, animaduertendũ est, quid'nã eorũ, quæ inter se cõiuncta sunt, augere aut gignere reliqua possit: quę rursus ab eo vel gignant̃, vel incrementum accipiãt: In eo vero, quod ordo præscribit, quid ante quod, vel quid cũ quo, vel quid post quid, sanari possit. Fingat̃ igitur in ventriculũ defluere ex cerebro superfluũ quendam humorẽ frigidum, atq; eius occasione intẽperiem quandã in ventriculo contractã iam esse: adhuc vero ẽt magis malũ iam succũ per totum eius corpus media oĩa similarium particularũ spatia occupasse. In eiusmodi cõplicatis dignatione maior est intẽperies, ppterea videlicet, ꝙ & ipsa tẽperies: propriæ vero essentię ratione, G quodcũq; vtiq; tale fuerit, circa propositũ in sermone ægrũ. Ac ponat̃ ad præsens maximus triũ affectus esse succorũ, qui in tunicis vẽtris continent̃. Esto (si libet) vt idem quoq; affectus morsus sensum faciat: atq; ex eo ipso animi defectũ & sudores quosdam cũ syncoptica dissolutione accedat, ita videlicet, vt, quatenus supra vires est, reliquis sit maior. Cõstat igitur primã esse adhibendã curã, vt ei, quod vires resoluit, occurratur. Deinde, qm̃ omniũ maximũ propriæ essentiæ ratione hoc finximus, vtiq; ad id primũ te verteris, ac primum id sanes. Vbi id mediocriter se habuerit, ac neq; vires amplius labent, neq; plurimũ vitiosi succi in vẽtriculo sit, tum nimirũ ad causam accedes, illud pro cõperto habens, non posse ad perfectionẽ vllum affectũ sanari, manente adhuc ipsa, vnde natus est, causa. Ordo aũt curationis, modo cõtraria inter se remedia, sicut in phlegmone & vlcere, indicat, ostensum nanq; est, quæ phlegmonen sanant, ea maius reddere vlcus: modo alteri affectui nihil nocet, sicut in proposito nunc casu. Qui enim educit humorẽ, qui in sinu ventriculi continetur, is humorũ, qui in tunicis continentur, alimentum adimit: æque & qui cerebrũ ita sanat, nequam sensibilem redundantiam creet, is veluti fontem fluxionis in ventriculum destruit. In his ergo ordo curationis cum ordine causarum cõsentit, quanq̃ in aliis dissentit. Ceterũ, quod ex magnitudine spectatur, id distingui, prout dictum est, debebit. Ac primũ quidem id agẽdum H est, vt ei, quod maximum est, propriam medicamentorum materiem accõmodes: deinde pro causarum ordine totum cures. Etenim, cum neq; copia notabilis excrementorum in ventriculo sit, nec eorum quæ in capacitate eius continentur, nec eorum quæ in tunicis, sed neque mordicatio quæ viribus officiat, tum omnium primum sanandum ipsum cerebrum est. Ab hoc sinus ipse vẽtriculi vacuandus extergendus q; est: postea ipsæ tunicæ expurgandæ: postremo intemperiei est medendum. Dicta vero prius sunt cuiusq; horũ medicamenta. Itaq; nec prolixus habẽdus adhuc sermo est, sed finis iam libro imponendus. Omnium enim reliquarum partium intemperies similiter iis, quas in ventriculo proposuimus, sanabũtur. Semper enim comparandum remedium est, quod sit affectui contrarium: ac illi remediorum indicatio, quæ à laborantis natura sumitur, adiicienda: de qua dictum in superioribus iam est, dicetur tamen in sequentibus vberius. Necessum vero erit & nunc paucis de ea mentionem facere.

Methodus indicationum, quæ à Læsæ partis natura desumuntur. CAP. 13.

PRima quidẽ indicatio à laborantis loci tẽperie sumit̃, quę calfaciẽdi, refrigerãdi, siccandi, vel humectandi, vel aliquid horũ coniũcte cũ alio faciendi, mensuram pręscribit. Secunda ex eo sumit̃, ꝙ actio eius oĩbus animalis partibus sit cõis, aut ꝙ cõem virtutem subministret. Tertia, ab ipsa

* χαθέξιν
* κατάσχίσιν
* vlceribus.
* ἐυκρασία.

A.1. fol.

A ipsa partis figura. Quarta, ab ipsius positura: cuius portio est ad vicinas animalis partes societas. Tum preter hæc oīa, ipsa sentiendi vel acrimonia, vel hebetudo. Ac dicetur quidē in sequentibus de singulis horum latius: nunc paucis ea transcurramus. Quęcunq; calidiores natura partes ex frigore laborāt, hę & liberalius & diutius calfieri postulāt: sicuti etiā, quæ frigidiores natura sunt, si ex calore laborent, refrigerari: & licciores, si ex humiditate male habeant, liccari: ad eundē vero modum & humectari, quę humidiora naturaliter sunt, vbi ex liccitate laborant, tum vberius tum diutius postulāt. Quippe eatenus redeat ad naturā eorum quodq;, necesse est, quatenus à natura recessit: ac, veluti quadā via, retroferat, quæ in diuersum agat ei, quę facta in ipso est, transmutationi. Contra vero pars, quæ calidior natura est, si calido morbo ægrotat, exigua breuis q; temporis refrigeratione eget: sicut, quę frigidior est, calfactione: ad quē modū in humidis quoq; & siccis se habet. Siquidē paruus est in eiusmodi in id, quod ꝑter naturā est, lapsus: quare & rursus ī id, quod secundū naturā, reditus. Vnde ēt minus periclitant, quicunq; cognato naturæ suæ morbo laborant. Non latet vero, & ꝙ, sicubi coniugatę intemperies inciderunt, eatenus hæ reduci ad naturā postulant, quatenus à natura recesserunt. Atq; ita quidē à temperamento laborātis partis, auxiliorū indicatio sumit. Ab eo vero, ꝙ actio eius oībus animalis partibus vtilis sit, aut paucis

B qbusdā, aut vni sibi, in iis intēperiei generibus, quę absq; humore infestant, vtiq; nihil ex hac indicatione sumitur. Nā & refrigerari, & calfieri, & siccari, & humectari, & ꝑ coiugationē quiduis horū pati, singulę particulę pro morbi portione requirūt. In iis tn̄, quæ ex humoribus sunt ortæ, si particula soli sibi inseruiat, audacter vacues, licet, prout affectus suadebit, sed tn̄ etiā virtuti attētus: Sin necessarium opus eius sit oībus animalis partibus, veluti ventriculi & iecinoris, nō leuis habenda solicitudo de robore virtutis est, ne hāc magna semel vacuatione vsus dissoluas. Est porrò cōmune opus & venarū, & arteriarum, & cordis, & thoracis, & renum, & vtriusq; vesicæ, tum eius quæ lotium excipit, tum eius quæ bilem, cum vasis etiam, quæ ab vtraq; procedunt. Cerebri vero opus, cum sani sumus, ad volūtarias actiones necessariū est, iis s. instrumentis, qbus eiusmodi actiones obimus: cum ęgri sumus, necessariū non est, nisi iis tm̄, quæ ad respiratum sunt deputata. Reliquorum vero organorum actio certe non est: ministerium tn̄ est ad vitam necessarium, veluti pulmonis, & asperę arterię, & faucium. Ergo ex eiusmodi particulis quā primum vacuare redundantiā licet, prout volueris: ex ventriculo vero, & iecinore vtcunq; vacuare non licet, sed cum cautione, vt nequid virtuti officias. Quoniā autē non par est actionū dignitas ad ægros seruandos, sed aliæ magis his, alię minus, vtiles sunt, vtiq; ad portionē actionū dignitatis ēt cuiusq;

C partis prospiciendū est robori. Maxima igit̄ est cordis officij dignitas, atq; ęgrotantibus maxime oīum necessaria: cerebri vero ad vitā quidem par est momentū, non tn̄ par robur eius in ægrotis requirimus, cum necesse oībus non sit neruorum ac musculorum opera vti. Itaq; abunde fuerit, si tm̄ eius seruatum sit, quo respirationis munus sit obeundū. At vero iecinoris opus oībus particulis pernecessarium est: non tn̄ adeo saltem perpetuam necessitatē habet, sicuti ipsius cordis. Ad portionem autē iecinoris, etiā ventriculi opus se habet. Intelligens ergo oīum particularum tum functiones, tum vsus, quos in aliis commētariis tradidimus, haud difficulter inuenies, quatenus cuiusq; robur custodiri oporteat. Ad eundem vero modum, & quæcunq; partes aliis authores facultatum sunt, harū quoq; robur seruare decet pro facultatis earum vsus portione: quo videlicet aīalis partibus subministrent. Sanè de his particulis illud, arbitror, didicisti, cerebrum neruis ac musculis: cor arterijs: iecur venis suppeditare virtutem. A figura vero indicatio ipsius modi vacuandi excrementi suggerit̄, ad hunc modum. Ventriculus vomitu deiectione q; inanitur. Intestina deiectione tm̄, sicuti etiam iecinoris caua. Renes vero, & uesica, ac iecinoris gibba, si multo uitioso succo sunt referta, † per deiectiones, & pharmaca deiectoria (Catoterica Græci uocant)} expurgant̄: sin mediocri, per urinales meatus: Cerebrū vero ꝑ palatū, & nares, & aures: Pectus et

D pulmones per asperā arteriā, & fauces. A situ indicatio dabitur tum ad solidarū intēperies, tum autē ad succorū uitiū sanè non leuis. Nā, qui per summa corporis intemperie laborant, iis medicamenta, quę intēperies requirit, applicabimus. Quibus autē in profundo corpore intemperies est, in iis rōnē interualli inibimus. Si enim medicamētis iis utere, quæ intēperies requirit, utiq; multo imbecilliora, ꝙ̄ pro usu tuo, ad locū affectū peruenient. Iā ad uacuationes quoq; nō nihil situs indicat, dum societatē laborantis particulę cū aliis docet. Nam, nisi illud cōpertū haberemus, ꝙ cauo iecinoris subiicitur uentriculus, & ieiunum: tum quod ieiuno ipsi tenue intestinum succedit: id uero colon excipit: ac colon, quod appellāt rectū: utiq; inuenisse illud nō licuisset, ꝙ iecur et ꝑ aluum, & per uomitū, expurgari possit. Cęterū aptior sit prior uacuatio, tanq̄ usu iam callentibus intestinis iecinoris superflua tolerare. Non spernenda uero indicatio est & ea, quam sensus partium acuitas hebetudo q; suppeditant: qn̄ omne medicamen contemnunt, quę tardi sunt sensus, ēt si nō leuiter mordeat. At, quę acuti sunt sensus, eorū uires dolore resoluuntur. Expedit igit̄, has nec cōfertim, nec semel ualentibus auxiliis, mederi tētes, sed tutò potius in tēpore. At, ubi tardus est sensus, in his etiam celeriter obire, quod iustū est, licet, semel usis remedio, quod sit idoneum. Verum, quod supra dixi † de horum indicatione, } latius disceptabitur in sequentibus, id que eo præcipue loco, quo de tumorum præter naturam curatione agemus.

† διὰ τῶν ὑπηλάτων τε καὶ καθαρτικῶν ὀνομαζομένων φαρμάκων, i. ꝑ medicamēta deiectoria, quæ græce hypelata q; & catoterica nominantur.

† Al. ex antiqs. ὑπὲρ τῆς ἀπὸ τῶν τόπων ἐνδείξεως, i. de indicatione, q̄ a locis sumit̄.

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS LIBER OCTAVVS

ARGVMENTVM LIBRI

Abſoluit vniuerſam Curandi rationem, quæ Diariis Febribus debet adhiberi.

De communibus Differentiis atque Indicationibus Febrium curandarum. CAP. I.

Vemadmodum vero febres quoq; nõ ſecus, q̃ alij morbi, qui ex intẽperie in nobis cõſiſtunt, quos q; in præcedẽti libro narraui, methodo curenĩ, tem peſtiuum nunc dicere videĩ. Quòd igitur, Eugeniane chariſſime, ſimpliciũ ac primarum partiũ (quas Ariſtoteles ſimilares vocat) natura ex calido, frigido, humido, & ſicco, inter ſe miſtis conſtet, vno volumine oſtẽdimus, in F quo de elementis ſecundũ Hippocratẽ diſputauimus. Quòd vero ex eo, q́ hæc calidior ſit, illa frigidior, vel humidior, vel ſiccior, vel ſimul horum aliquibus copulatis affecta, ſimplices ac primæ particulæ inter ſe differãt, id in libro de tẽperamentis eſt aſſertũ. At in libro, quo de morborũ differentiis agiĩ, duo in vniuerſum eſſe morborũ genera, quæ in ſimplicibus animalis particulis oriantur, docuimus: alterum, quod etiã ſecundis, & cõpoſitis, & inſtrumentalibus ſit cõmune, vocauimus autẽ id vnitionis ſolutionem: alterum ipſarũ peculiare, quod in calidi, frigidi, humidi, & ſicci intẽperie conſiſtat: Eſſe aũt ex intẽperantiis ipſis, quæ quidẽ in vna ſunt contrarietate, ſimplices: quæ in ambabus, cõpoſitas: In ea itaq;, quæ eſt inter calidũ & frigidũ, oppoſitione duas eſſe ſimplices intẽperies: alterã, vbi quicq̃ tanto efficitur, q̃ ante erat, calidius, vt eius lædatur actio: alterã, vbi pari modo inualuit frigidum: In ea vero oppoſitione, quæ eſt inter humidũ & ſiccum, alteras etiã geminas, nẽpe humidam, & ſiccã: Copulatis vero inuicẽ ſimplicibus, alias exiſtere quatuor, humidam & frigidã, humidam & calidam, ſiccã & frigidam, ſiccã & calidam. Traditæ vero ſunt & cauſæ, quæ has intẽperies generent, in alio libro, in quo morborũ cauſas reddidimus. Sanè vnus quiſpiam morborum eſt, qui per intemperiem fiunt, & febris, vtiq; cũ adeo immodice auctus calor eſt, vt & hominem G offendat, & actionem lędat: qñ, ſi neutrum adhuc efficiat, quantum vis ſit homo nunc, q̃ ante, calidior, non tñ febricitare eum monſtrauimus. Quoniam autẽ, quicquid præter naturam in nobis oritur, ſiue ſpeciale nomen ſortitum ſit, ſiue generale, id extra corpus non eſt, ſed tum phlegmone, tum pleuritis, tum morbus, tria ſimul in vno conſiſtunt corpore, verbi gratia, Dionis: indicat aũt & horum quoq; propriam indicationem æque profectò, vt eius, quod maxime oĩum ſpeciale eſt, ipſe differentiæ: ob hæc vtilius viſum eſt ſeorſum de febriũ differentiis tractare, quò oĩbus prius præparatis ſermo nobis hoc loco citra omnem eorum, qui parum recte de iis ſcripſerunt, refutationem abſolueretur. Reuocemus igitur ad memoriam diſcriminis earum capita, quò propriam ex vnaquaq; indicationem ſumamus. Eſt igitur vna earum differẽtia illa, in qua cauſa adhuc adeſt febrim creans: aut febri excitata iam deſiit. Altera vero, qua vel (vt Gręci loquuntur) hectica febris eſt, quæ iam facta eſt: vel etiã (vt aliquis eorundem dixerit) ſchetica. Nam, qm̃ eos affectus, qui facile diſcutiunĩ, ἐν σχέσει græce vocant: qui tales non ſunt, ἐν ἕξει: cõcedendũ eſt, dilucidioris doctrinæ cauſa, etiã febrium ipſarũ eas, quæ ægre diſcutiunĩ, hecticas: quę facile, ſcheticas nominari. Dicendum q́; febriũ alias facile ſolubili affectu eſſe, perinde vt calfactum in Sole lignum: alias difficile ſolubili, veluti quod igni eatenus excalfactũ eſt, vt iam accendatur, & fumũ H edat. Hæ ſunt primæ febrium differentiæ. Quas vbi cum ſummis primum indicationibus iunxerimus, mox ad magis illis ſpeciales veniemus. Prima enim omnis febris ĩdicatio, veluti à morbo, eſt, ablationem eius præſcribens. Secunda vero ceu abs tali eſt morbo, quæ nõ abſolute ſublationem, vt prior, ſed certã quandam ſublationem indicat. Nam, cum febricitantes ex intemperie laborant, neceſſe eſt ſanationẽ quoq; eorum intemperantiæ depulſionem eſſe. Omnis aũt exceſſus per contrarium exceſſum ſanatur: etenim id quoq; ante eſt oſtenſum. Quare febrilis quoque intemperantiæ exceſſus per cõtrarium exceſſum ſanabitur. Eſt autem febrilis intemperantiæ exceſſus in caloris abundantia. Huic ergo ad tempéramentũ* via erit per id, quod refrigeret. Itaque, ſi iam præſens febris eſt, ſed cauſa, quæ eam excitauit, iam deſiit, huc tantum ſanandę eius conſiliũ dirigetur, vt refrigeretur. Quare quærenda nobis talis materia eſt, quæ cum redundante calore paria refrigerando faciat. At, ſi in generatione adhuc febris eſt, cauſa, quæ eam accendit, ſubmouenda eſt. Sin pars eius iam genita* eſt, pars in gignendo adhuc eſt, vtrique cõſulendum eſt: primum quidem ſubmouendo, quæ eam accendit, cauſam: deinde extinguendo, quæ ab hac accenſa eſt, febrem. Ergo, niſi quis ad unguẽ memoria teneat, & quæ cauſæ febres generẽt, & in quo cuiuſq; corporis affectu, is nunquam methodo febri proſpiciet.

* eucraſian.
* γεγονώς. i. genita.

De Ratione

A *De Ratione curandi Febrem Diariam ex Meatuum constipatione in Calidis & Siccis naturis: ac Aduersus eos, qui hac febre correptos Tridui media excruciabant.* CAP. 2.

DIctum nanq; est in iis corporibus meatuum constipationem febrē excitare, in quibus, quod transpirat, halituosum nō est (Atmωdes Greci dicūt) cuiusmodi visitur in iis, qui boni sunt succi, sed mordax et acre, fumo fuligini'ue non absimile. His igitur corporibus saluberrima est ex aqua dulci & tēperata lauatio: tum frictio, quæ rarefaciat: & exercitationes mediocres: & victus, qui dulces efficiat succos: Aduersissima vero sunt lauatio frigida, et aluminosa, & lauationis abstinētia, & exercitatio acuta, & frictio vel planè nulla vel dura, & victus mali succi, & vigiliæ, & ira, & tristitia, & cura, vstio q; in Sole, & fatigatio. Verum de reliquis post dicam. De stipatione vero meatuum, vnde digressus sermo est, liquido scire licet solam eam, si reliqua omnia desint, accendere febrem posse. Si itaq; eiusmodi naturas à conuenientibus sibi lauationibus prohibeas, protinus febricitant. Vidisti autem profectò, quo tempore Romæ nobiscum egisti, aliquos ita laborare. In quibus, qui mirificam diatriton transmittere eos in cibi inedia censent, ipsi difficillimás febres faciūt: qn̄ protinus in primæ accessionis inclinatione, in balneū eos ducere oportebat: ibi q; sinere crebro, si vellent, nedum semel, aut bis, lauare. Ego nanq; reliquis omnibus omissis, eū tibi * κακοηθέσω τους.

B in memoriam reuocabo, qui in aquis aluminosis (quæ Albula vocāt) lauerat, ac ex eo cute densata, post cœperat febricitare: quippe satisfaciet is pro claritate sermonis nostri, veluti exemplum. Sanè hominem inuisebant medici quidam nō incelebres, alter Erasistratius, alter Methodicus. Visum aūt est ambobus hominem à cibo continere. Quod tn̄ nos, cum post illos digressus superuenimus, non permisimus: sed statim in balneū perductum, & tepēti oleo largissime perfusum, tum blandissime perfrictū, q̄p plurimū temporis in calidi solij aqua versari iussimus. Mox egresso, ac frigida ex consuetudine vso, tum sindone cooperto, considere paulatim ad vires recreādas precepimus. Postea denuo in balneum perducto, ac rursus similiter tum vncto, tum perfricto, ac in calida morari iusso, dein rursum educto ac frigida merso deterso q;, exhibuimus cibum protinus quidem, vt egressus est atq; aquam bibit, ptisanæ cremorem: dein paruo interuallo lactucam: ac post hanc ex simplici albo iure piscium aliquid eorum, qui molli sunt carne, cuiusmodi saxatiles sunt omnes, & aselli quos vocāt. Porrò non alienū sit, quò nihil narrationi desit, omnia recensere. Tempus anni erat, quo hæc agebantur, paululum post caniculares, quos vocāt, dies. Homo ipse circiter quinq; & triginta annorū, colore nigello, & habitu corporis gracili, atq; hirto: tum qui tangentibus, etiam cum valeret, manifeste calorem exhiberet mordentem. Vrinas quoq; ha-

C bebat abunde flauas, ac, si pluscul um cibo abstineret, etiam mordentes. Aluus assidue sicca erat: tū, quæ excernebat, exigua acria q; & sicca. Mores animi ad iram & cogitationem propensi. Ipse pauci oīno somni, & qui perpetuo de vigiliis quereretur. Hic quodam loco, quò negociorū gratia concesserat, Albulis (quæ haud longe aberāt) est vsus septima (vt aiebat) diei hora, ac ter quater q; se lauit, salubriter sibi consuluisse ratus. Hinc quoq;, vbi rursus in agrum se recepisset, ac cibum sumpsisset, & paululum indormisset, venit ad vrbē sero vespere: vbi destitutus idoneo balneo, nocte febricitauit. Cum aūt tertia ferè diei hora contemplati eū medici essent, iusserunt non eum modo diem, verū etiam posterum totum per inediā transigere, quò tertiæ diei noctem obseruarent. Atq; his dictis abierunt. Nos tum lauato, tū, vt prædictū est, cibato, ministris precepimus, si medici vesperi venirent, quiescere hoīem dicerent: eos q; statim remitterent, ac postridie mane redire iuberent. Vt vero abierunt, rursus hoīem simili modo lauatū, ac cibatum, iis ipsis, quæ egimus, dormire probe fecimus. Accedentes aūt mane postridie medici, censuerunt etiam eo die cibo illi abstinendū, etiam si q̄p maxime sine febri prorsus esset. Illo vero promittente se facturum, quod iuberēt, scis, quantus illis digressis risus sit excitatus: quem nos paulo post superuenientes deprehēdimus. Non fugit vero, nec quomodo cum laborante ipso sit actum. Nam, qm̄ (inquā)

D cū valeres, bis lauare solebas, ac medici cibū tibi oīno circūcidunt, nec illis iure in totū obsequendum esse, & aliquid eorū, quibus per sanitatē es vsus, immutandū arbitror. Eo vero putante me sibi suadere, vt lauaret quidē, sed nō bis: tum paratū se affirmāte, quicquid iusserim, exequi: ergo (inquam) neq; inediā tolerabis, neq; lauabis bis: siquidem & laborasse mihi videris iā triduo, & calfactus vehemētius à Sole fuisse. Propter igitur laborem (inquā) & vstionem, vnā te adiicere lauationem ad duas oportet, ac ter mihi audientem lauari, qm̄ id mihi facturum te pollicitus es. Ille subridēs, dura (inquit) imperas: cæterum, qm̄ stare pactis est iustū, faciam, quæ iubes. Quæ vero medici post hæc egere, nosti planè, quāto erant digna risu. Bis iam lauatus fuerat, pransus q; dormierat, cū circa occasum Solis ministrorum quispiā adesse medicos nunciat. Hic vero febricitare se simulat: ac veste circūdatus inuolutus q;, quo minus bibisse vinū ab ipsis deprehenderetur, amico cuidam mādat, medicis, siquid percontentur, pro se respondeat. Erant autem de more, vbi inuolutum curiose hominem etiam cum capite viderent, primum illud solēne ipsi rogaturi, quota hora accessio inuasisset. Cum autē amicus respondisset fermè ne vnam quidem integram, ex quo cœpisset, intercessisse horam, cum horrore ne an frigore cœpisset, rogāt. Eo cum horrore respondente, tangunt hominem iam corpore propter risum & operimentum madentem. Itaque, vbi hominem laudassent, quòd sibi obtemperasset, nec quicquam ante tertiæ diei accessionem deli- * ἀσωτι γραφείς.

quiſſet, ob id ipſum (inquiũt) nunc te deſeruit horror, eſt q; ſudoris indicium, ac multa humiditas E
circa cutem: quę haudquaq̃ eueniſſent, niſi inediam tolerаſſes, & triduum tranſmiſiſſes. Iuſſis igi
tur propinquis, ſiquæ guttulæ illi manarent, diligenter detergerent, ne frigore afficeretur, tũ ma-
ne ſe redituros præfati diſcedunt, ne tum quidem poſt ſudores iuſſo homine nutriri: viſę nanque
ſunt illis noctes eo tempore breues, vtilius q; eſſe poſtridie mane nutrire. Digreſſis igitur ipſis,
perfuſus ſudore iuuenis, ita, vt inuolutus veſtibus fuerat, in balneũ cucurrit, ac tertio lauit: & ſimi
liter eſt cibatus. Poſtridie prius, quàm aduentarent medici, egreſſus domo dedita opera eſt, ne ſe
deprehenderent. Itaque, cum paulo poſt venirent, & egreſſum intelligerent, mirati inter ſe ſunt,
quid tandem hominem egredi ſubegiſſet iam bidui paſſum inediam. Ergo, ſi hoc vno male ab
eiuſmodi medicis ęgri afficerentur, ꝙ pluribus diebus in cubilibus detinerentur, cum liceret ſine
intẽpeſtiua hac inedia multo citius ad conſueta vitæ munia redire, eſſet profectò vel id pergraue:
Verum longe grauius eſt, quod accidit. Cũ enim memoratæ naturæ, vbi ſub tali victu reguñt,
grauiſſimis occupentur febribus, qui hunc iniungunt medici, nihil mihi à carnificibus differre
videñt. Non enim veluti qui humidi, ac boni ſucci ſunt, vbi in febri diaria tranſmittere mirificã
diatriton coguntur, vnum id tñ patiuntur incõmodum, ꝙ fruſtra cruciantur, ſic etiam naturæ iã
comprehenſæ: immo ex longiore inedia acerrimis acutiſſimis q; corripiuntur febribus: à quibus F
promptus eſt in hecticas tranſitus: atq; ab his rurſus in torridum maraſmum: aut, ſi os ventriculi
facile iniuriis patet, † in eum, qui Syncopē, id eſt animi defectum, infert.} Audiſti enim ſubinde
non nullis talium medicorum dicentem me, licere ipſis euidenter intelligere, quantũ mali com-
mittant, dum eiuſmodi naturas in inedia cuſtodiũt, ſi velint, dum ſani omnino ſunt, biduum eos
inediam iubere tolerare. Cernent enim ilico febricitãtes, id q; ob nullum profectò aliud, ꝙ famẽ.
Siquidem, cui nec ſuberat prius quicq; in corpore, quo grauaretur, nec quicꝙ illi interim acceſſit
extrinſecus noui, is planè ex inedia febricitauit. Quando enim (vt dictum eſt) nõ vnus, alter'ue
ſic intemperatorum, ſed planè oẽs, vbi inediam tolerarunt, & balnei ſolio abſtinuerunt, febri cor-
ripiuntur, ne vel leuis quidẽ amplius relinqui nobis ſuſpicio poteſt, quaſi ob aliud quippiã & nõ
inediam febricitarint. Quibus nanq; in corporis temperatura ſiccum præualet humido, & cali-
dum frigido, his corporis habitus gracilis, hirſutus, & nigrior eſt: ac reliquis [a]† tribus intempera-
mentis, quę hoc ſunt minus calida,} tactu calidior aduertiẽ: plurima quoq; his flaua eſt bilis, vri-
næ q;, ac deiectio bili ſatura, & pulſus magni, & ſomni leues & pauci, & [b]†ãnimi impetus} vehe-
mens. Ergo rectè horũ Hippocrates tum generalem victus formulam, cuiuſmodi eſſe cõueniat,
tum, quot ac qualia ſymptomata in eiuſmodi homines incidant, non ſolum vbi totum diem in ci G
bi inedia tranſegerint, verum etiã vbi altero cibo, qui pro prandio datur, abſtinuerint, prodidit.
Quippe in ſexto de populatim graſſantibus morbis ita inqt: [c]‖In calida natura refrigeratio, aquæ
potio, quies. [d]‖In libro autẽ de acutorum victu, quem aliqui [e]† Gnidiis ſentẽtiis adſcribunt,} cũ
de iis diſputat, qui ſolitum prandium dimittunt, etiam huius naturæ hominum meminit, Picro-
cholus eos græce, quaſi amaræ bilis homines, ab redundante ſ. ſucco nominãs. Habẽt vero eius
verba ſe ad hunc modũ: Sed &, qui bis die comedere cõſueuerunt, ĳ, ſi non prandent, ęgrotant: »
tum imbecilli & infirmi fiunt, ac timidi ad quoduis opus: præterea cordis dolorem ſentiunt. Si- »
quidem ſuſpenſa illis viſcera videntur, & calidum, pallidum q; mingunt, & deiectio vritur. Sunt »
præterea, quibus os [f] ventris amaricat, oculi cauantur, tempora [g] ſaliũt, & extremæ partes fri- »
gent. Hæc vbi prædixit, mox alia quædam tum de cœna, tum de nocte, [h]‖ ad finẽ ſermonis ait hu
iuſmodi notæ homines (quos Picrocholus vocant) tum vnicum in die victum, tum inediam, ꝙ
alios homines, difficilius ferre, vnam nimirum in eo libro exponens partem eorum, quæ in ſexto
Epidemion monuit in vniuerſum, nempe quod ad victum ſpectat. [i]‖Nam refrigeratio, quã cali
dis naturis ſuaſit, efficiẽ cum ex aliis quibuſdam, tum non minime ex cibi exhibitione. Qui nãq;
originalem temperaturã parum moderatam habent, horum inſitum calorem, ſi ſqualens acer q; H
eſt, cibi mitiorem minus q; mordentem reddunt. Sanè illud non latet, & boni ſucci, & exquiſita
debere eſſe, quæ his exhibeantur, nutrimenta: non tñ ea, quæ boni ſucci propterea, ꝙ exiguũ hu-
iuſmodi ſubſtantiæ in ſe habent, nominentur, ac nutrire nequeant, immo ꝙ vtile plurimum in ſe
contineant. Sunt nanq; & maluæ, & braſſicæ, & betæ, & lactucæ, & deniq; omnia olera, & fru-
ctus, nutrimenta, cum ſubſtantia in his habilis ad alendum contineatur. Verum, ſicut in his exi-
guum eſt, quod nutrit, non exiguum, quod eſt inutile: ita in pane puro, & ouis, & carne, & alica,
plurimum eſt, quod nutrit, minimum, quod eſt inutile. Quòd ſi id inutile, quod admiſtũ vtili eſt,
pręterq̃ ꝙ non nutrit, etiam acrem, aut acutam, aut acerbam, aut amaram, aut denique vitioſam
quampiam qualitatem habet, non modo non propriè nutrimenta ſunt, ſed etiam medicamẽtoſæ
facultatis non parum in ſe habent. Expedit igitur tales homines illis nutrire cibis, quicunq; nec
medicamentoſam vllam ſenſu perceptibilẽ vim habeant, ſed nec ipſum, quod nutrit, plurimum:
quando hoc quoq;, ſi exuperat, vitio non caret. Principio nanq; nec, quæ in ventriculo eorũ agi-
tur, concoctio eſt exacta: nec, ſi ventriculus ea ſuperet, quæ in venis obitur, eſt abſoluta. Quòd ſi
hîc quoq; haud magnus ſit error, ſaltem tertiam (quæ ſingulis partium propria eſt) difficile fuerit
in omnibus illis rite perfici. Conueniet profectò huic, & vt frigidum humidum q; quodã modo
ei

* AP. ξηροτάτοις, i. ſicciſsimis.

† εἰς τὸν συγκοπώδη, i. in ſyncoposũ. ſyncoposus ãt maraſmus nõ infert ſyncopã: ĩmo fit, vbi, qui iã ſyncopa fuerĩt correpti, vehementiã q̃dẽ periculi euitarint, relictũ tñ ipſis fuerit aliquid ſyncopoſę affectionis.

A † Non eſt in antiquis.

B * θυμὸς.

C Sect.4.t.15. 3[a].183.e

D Cõ.2. t.24. 7[a].119.h

E † πρὸς τὰς κνιδείας γνώμας ἐπιγράφουσι, i. aduerſus Cnidias ſentẽtias ĩſcribũt.

F * nec in Græco eſt exẽplari, nec forte addendum.

G * πάλλονται, i. palpitãt.

H Ibidẽ. t.29. 7[a].120.c

I Com.4.t.15. 3[a].183.e

* ὀπῶραι.

* ὀξεῖαν, id eſt acidam.

A ci nutrimentum exhibeas, vbi corpus tum calidius, tum ſiccius ſolito eſt redditum. Quare cõmodiſſimus huic eſt ptiſanæ cremor ad vnguem coctus, in quo nullum ſit ſuperfluum condimentũ, vtpote qui & refrigerare, & humectare, ac ſine ſiti ſeruare hominem poteſt: cum eo, ꝙ nec halituoſum, nec humidũ, nec ſiccum detinet excrementũ. Voco halituoſa, quæcunq; per cutim foris effluere ſunt apta: humida, quæ per veſicam: ſicca, quæ per aluum: quippe à vincenti in ſingulis eorum ſubſtantia, noïa ipſis impoſui. Quòd aũt nullum horum retinebit ptiſanæ cremor, manifeſtum eſt. Quæ enim per aluum excrementorũ deiectiones ſunt, eas adſtringentia retinere ſolent: quæ per vrinas, & vniuerſam exeunt cutim, hæc detinent ea, quæ exiguis meatibus inhærent, Emplattomena vocãt: præterea, quę valenter adſtringũt, ea Stryphna Græci vocãt: Ptiſana vero nec exiguos cutis meatus obturãdi, nec adſtringendi, vim habet vllã. Ac, ꝙ nõ adſtringat quidẽ, vel guſtus ipſe docet, cuius vnius eſt proprium, quod adſtringẽdi, vim habeat, diſcernere. Quòd vero nec cutis meatibus {lẽtitia craſſitudine ue ſua} inhæreat, id ratiocinari ex aliis eius effectibus eſt promptum. Nã, ſiue ſordidum corpus extrinſecus ptiſana defrices, vtiq; ſicut aphronitrũ, & mel, deterget: ſiue ex ventriculo per vomitũ educere mediocrem pituitam velis, nihilo minus mulſa vtilem ptiſanæ cremorem experieris. Additum tñ in dictione eſt /mediocrẽ/ qm̃, ſi multa

B & vehementer glutinoſa & craſſa pituita ſit, hanc radicula ex oxymelite, non mulſa aut ptiſana detergere eſt habilis. Eſt ſanè & mulſa ad omnes ante dictas expulſiones idonea, verum nec ſitim reſtinguit, vt ptiſana, & in amara bili abundantibus naturis facile vertitur in bilem. Optimum igitur (vt prædiximus) in eiuſmodi temperamentis nutrimentum eſt ptiſana: Proximũ ab hoc alica, cui paululum aceti † ſit adiectum: Tertium, quæ ſine aceto liquida eſt, nõ craſſa, qualem nõ nulli præparant aſſimilem pulti: iniecisse vero huic, dum coquitur, aliquid porri ſatius eſt: nam, quòd tum anethi, tum ſalis aliquid neceſſario habebit, neminẽ latet. Quin etiam in furno coctus panis vtilis eſt cibus: Sicut etiam è piſcibus ſaxatiles oẽs: Nec ipſis minus aſelli, niſi ſi propè lacũ, aut magnum flumen, quod in mare decidat, depaſti, humidam magis glutinoſam q; habeant carnem: Proxime aſellos ſunt ſolea & torpedo, item q; lupus, & mulus, poſt mugil è pelago. Omnis aũt piſcis deterior eſt, qui prope lacum, qui mari coniungitur, aut magni fluminis oſtium paſcit. Ex volatilibus aũt optimi ſunt perdices, ac montani oẽs paſſeres: Ab his gallinacei, & phaſiani, & {iuuẽnes} columbæ: ſed nec hæ tñ intus claudendæ, cũ excrementoſa ſint omnia, quæ exercitatione carent. Excrementoſa vero non minus ſunt, tum lacuſtria, tũ paluſtria omnia. Quo fit, vt etiam ex ipſis ſuillis carnibus optima ſit mõtana: Ab his deinceps hœdi ſunt. In oĩbus iam dictis

† Ita hñt antiqui codices, vt Linacer vertit. Impreſſi tñ addũt χ[illegible] diſtributicis gratia. Vidi p[illegible] hęc v̄ba i margine codicis antiquiſſimi repoſita, vt gloſſema ac [illegible]tio, cur acetum adiiciatur.

C fugienda, tum vetula, tum recens edita, ſunt: illa nanq; duriora, concoctu q; difficiliora ſunt: hæc immodice humida, & excremẽtoſa: ac potiſſimum quæcũq; ex animaliũ generibus ſunt, quæ naturaliter humida ſunt, vt oues, ſues q;. Verũ de oĩum ciborum facultate alibi præcepimus. Nunc veluti alia in hoc opere, ſic iſta quoq; exẽpli cauſa ſint dicta. Siquidem propoſitũ nobis in hoc eſt non, tanq̃ in iis, quæ de alimentis & medicamentis ſcripſimus, materias inueſtigare, ſed ſolas facultates generales. Nihil aũt profectò referat, generales ne facultates, an vniuerſales, ipſas appelles. Reuertamur ergo rurſus ad propoſitũ. Quibus acre aliquid quotidie trãſpirat, ij, ſi cutis ipſis ſtipetur, prompte febri corripiuntur. Stipant vero hanc tum quę adſtringunt, oĩa, veluti paulo ſupra memorauimus de Albulis aquis: tum quæ {lentitia craſſitudine ue ſua} exiguis meatibus inhærent. Aliqñ autẽ ipſius cutis immoderatior ſiccitas exiguos ipſius meatus denſat. Proinde, qui œnanthe in balneo vtebatur, hunc nos vidiſti, quo tpe inęqualitatẽ ſentire ſe quereretur, vti vetuiſſe: Simili modo, & qui largo vino cum oleo exiguo vtebatur. Itẽ, qui lentiſcino, tum, cum denſitudinẽ ſentiebat, hunc quoq; de cętero (vt ſcis) vti prohibuimus. Inhibuimus nõ minus & eũ, qui quotidie inſolabatur: & eũ, qui puluere vtebatur. Alteri vero, qui iam ad inęqualitatem febrilẽ peruenerat, vehemẽtiã remittere frictionis iuſſimus. Iam aliũ (vt ſcis) curauimus, mirantẽ,

* ϛρουθοὶ i. auiculæ.

* In antiqs nõ inueniuntur.

4. F.r.t.1. …ol.414.d

D quo pacto vna lauatione ac debita frictione horridam eius multorum dierum inæqualitatem diſſoluerimus. Vtebatur aũt & ille adſtringente oleo, hoc, inquã, iure propter alios vſus celebri: Hiſpanum vocãt. Hoc igitur mutantes, ac Sabino tũ pinguiter, tum molliter vberius perfricãtes, ac bis lauantes, ilico ſanũ reddidimus. Non ſolũ igitur hæc oïa vitanda iis ſunt, qui fumidum & fuliginoſum è corpore exhalant, ſed etiã quæ glutinoſum, & quæ craſſum gignunt ſuccum: qñ hæc paruis meatibus inhærentia tranſpirationẽ morantur. Retinent non minus (vt dictũ eſt) tranſpirationẽ, & quę cutim immodice ſiccãt. † Multos ſiquidẽ talium, cũ Sole vterẽtur: alios vero, cùm vberiore nitro: alios, cũ ſale, aut exercitatione multa, aut frictione dura, præterea frictione ſicca, (Xerotribian vocãt,) {& calidis fomẽtis,} & puluere, & horũ occaſione quotãnis ægrotarẽt: ipſe teſtis es, vt ab his prohibitos, multis iã annis ſanos ſeruauerimus. Sunt autem merito eiuſmodi præcepta tum valentium adhuc, tum eorũ, qui iã de valetudine querũtur, cõia. Non enim ei, quæ iam facta eſt, febri conſulunt: ſed ei, quæ nunc in generatione eſt, proſpiciunt, tollendis ſ. iis, quæ illas excitant, cauſis: quippe, quę adhuc in generatione febris eſt, dũ auferẽ cauſa, ipſa vna interit. Quare, quę in libris de ſanitate tuẽda de eiuſmodi tẽperamẽtis ſunt, ꝑdita, ea oïa ad eos, q febricitare incipiũt, ſiue id ſanationẽ appellaſſe oportet, ſiue ꝓuidentiã, ſunt trãsferẽda. Siquidẽ ſanamus id febris, quod iã inuaſit, ẽt ſi exiguũ eſt: proſpicimus, neqd amplius ꝓueniat, adimẽtes cauſam.

† Impꝛ̃ßi cod. græci habent, πολλοὺς γοῦν ἐν ἡλίῳ χρωμένους τοῖς τοιούτοις, id eſt Multos ſiquidẽ cũ talibus in Sole vterentur.

De curanda Febre Diaria ex Vstione, Ira, Refrigeratione, Vigilijs, Tristitia, Curis, ac Lassitudine. CAP. 3. E

VEluti vero iam dictarum maxime naturarum, & cum valent, & cum de se queruntur, illud cõmune consilium est, vt fluxile & tráspirabile vndiq; corpus reddatur: ita illud quodq; vt tum vigilias, tum iram, tum tristitiam, tum curam, tum vstionem, tum frigus, tum lassitudinẽ fugiant: cum promptissime post hæc, eiusmodi temperamẽta febri capiantur. Sanare vero ea, quoties ex aliqua dictarum occasionum febricitarint, oportet, partim similiter iis, quos ex stipata cute laborare diximus, partim dissimiliter. Quippe in prima *accessione inclinante ducendi in balneum omnes sunt: tum pinguiter simul ac molliter fricãdi, ij quidem, qui ex aliquo, quod cutim adstrinxit, laborant, sicut dictum est: qui vero ex siccitate, fricandi quidem & ipsi, sed parcius, lauandi aũt vberius. Respiciẽdum vero semper ad virtu tis modum est in omnibus eiusmodi auxiliis. Atq; iræ quidẽ, & tristitiæ, & vigiliæ, ac curæ, nec frictionibus, nec lauationibus multis, indigent: sed omnibus, qui ex eiusmodi occasione febricitarint, oleum infundendum tepidum large est, cui minime adstringens vis insit: tũ paululum fricãdi, atq; ex cõsuetudine lauandi. Vstio vero protinus ab initio refrigerationem desiderat, tum crebriorem lauationem: minime vero aut oleum largũ, aut crebram frictionem. Sint autẽ, quæ refrigerent, & rosaceum, & omphacinum, quod etiam, arbitror, omotribes, id est crudum oleum nominant. Vtiliora vero ex his sunt, quæ F nihil in se salis omnino habent. Efficies hæc magis frigida, si ita vas, in quo continentur, in puteo suspendas, vt aquam tangat. Præterea, si defluxus frigidæ aquæ vasi se illidat, magis humorem refrigerat. Quòd si largius refrigerata cupis, vas niue circundabis. Infundere autẽ sincipiti, sublata in altum manu, per mediocrem lanæ modum oportet. Hæc vsq; ad inclinationem faciens, in balneum duces. Si vero, qui memorato est temperamẽto, de quo omnis hic sermo est, ex frigore febricitet, etiam ducẽdus ad balneum in remissione is est. Si aũt cum grauedine & destillatione febricitet, prius, q̃ hæc concocta sint, lauãdus non est. At, qui ex vstione febricitant, ij, vel cum hæc adsint, lauari debebunt: veluti in libris de sanitate tuenda ostendimus. Post lauacrũ vero iisdem, quibus ante, madefacienda amborum capita sunt: eorum quidem, qui ex vstione febricitarunt, refrigerantibus: qui ex frigore, calfacietibus. Sunto autẽ & hæc post balneũ mediocria: cuiusmodi irinum est, & nardinum vnguentum. Verum de his immorandum pluribus non est, præsertim in libris de sanitate tuenda iam proditis. Sed sufficerit dixisse reliqua simili modo in febricitantibus esse facienda, quemadmodum in vstis & refrigeratis citra febrẽ, facienda præcepimus: Non tñ quouis tẽpore lauandos febricitantes esse, sed in accessionis remissione: Præterea, qui ex vstione febricitant, iis intendendam, quæ ex refrigerantibus constat, curationem esse: iis vero, qui ex G frigore, eã, quæ ex calfacientibus consistit, remittẽdam. Reliquum autem fuerit, vt cõmunitatẽ ac differentiam in victu omnium cõprehensarum conditionum in proposito temperamẽto, vbi febri diaria laborat, exponamus. Omniũ *igitur cõmunis victus species esto, quæ & boni sit succi, & concoctu facilis, & quæ nusquam exiguis cutis meatibus inhæreat: Sed iis, qui exusti sunt, cum eo, quod refrigeret & humectet: Pari modo iis, quos ira male habuit: Iis vero, qui refrigerati fuerũt, cũ eo, quod calfaciat modice: Iis, qui peruigilio, & tristitia, & nimia cura sunt affecti, quod humectet ac somnum conciliet: Ad eundem modum iis, qui fatigati sunt, magis nutriẽs: Iis, qui refrigerati sunt, minus nutriẽs: Reliquis, quod medium sit amborum. Vinum vero ipse conscius es omnibns me eiusmodi {naturis} concedere, sed quod tum aspectu, tum viribus, sit aquosum: id enim ad omnia vtilius, q̃ aqua, est, vtpote quod & concoctionem iuuet, & vrinas ac sudores prouocet. Constat autem & Hippocratem non in diariis modo febribus, verũ etiam in acutis, ex iis, quæ ‖de acutarum victu prodit, vinũ dare. At in sexto Epidemion, siue ipse sit, siue Thessalus eius filius, vinum ‖calidis temperamentis prohibet: id q; non modo cum febricitant, sed etiam per sanitatem: quippe in calida natura suadet tum refrigerationẽ, tum aquæ potionẽ, tum quietem. Nisi forte copiosius vtẽdum esse aqua, q̃ vino, eiusmodi naturis suadere eum dixeris, quem H admodum nõ nullis placet. Hoc igitur seorsum per se disquiratur. De potione vero frigidæ decidendum. Ego igitur censeo eius generis naturas, & dum valent, eiusmodi potione magnopere iuuari: nec in diaria febri iis, quibus in vsu fuit, eam circũcido. Siquis vero non assueuit, huic per febrem dare non inceperim, nisi pristina planẽ sanitate prius reddita. Quòd si vel propter timiditatem, vel propter consuetudinem à pueris, vel falsam opinionẽ, frigidam timeat, tum opere homini persuadeam, obseruans in æstate cum æstuat, tum oratione post opus. Nam, vbi post vsum eiusmodi potionis liberatus statim ab vrendo æstũando q; est: visus q; firmiorem ex eo stomachum, q̃ ante, habere: tum ventriculus illi biliosum deiecit, & probe concoxit: ac corpus, cum ea iterum iterum q; vsus fuerit, reficitur: tum vero aliis quoque ei indicatis, quibus simili ratione contuli: exposuerim Primum quidem illud esse omnium longe verissimum, q contraria contrariorum sunt remedia, proditum autem mihi de hoc prius est: Mox illud, q temperamentũ eius sanitatis symmetrian egressum morbo est propinquum: Tum q sanitas eiusmodi corporum dubia est, ac potius in affectu, quam schesin vocãt, q̃ in habitu, quam hexin: Præterea q si boni temperamenti esset, hoc illi omni studio tuerer: cum vero vitiosi sit temperamenti & naturæ, in melius immuto. Porrò dictum & de his fusius est in libris de sanitate tuenda. Vnde nec immoran-

dum

Marginalia: A.li.4.f.11. c.9. fol.4 a — * Al. διαθέσεως, i. affectiõis. — A.li.4.f.1. c.9. fol.4 b — 3. de Rat. vic.i ac. t.1. 7a.125.d — Sect.4. t.15. 3a. 183.e — * ψυχρολουτεῖν

A dum mihi hic multis est eos imitanti scriptores, qui, cum pauca prorsus sciant, ipsa in oĩbus libris inculcant. Id enim non multa est docere, sed multa scribere, & multas chartas consumere, cũ liceat paucas: ac multum temporis nulla necessitate conterere. Itaq; nec notas diariarum febrium hoc loco describo, vtpote iam prędictas mihi in secundo de crisi propemodum vniuersas. si quę vero reliquæ fuerunt, etiam in primo de febrium differentiis proditas. Quin etiam in libris de pulsibus, quantũ ex ipsis sit vtile, exposuimus, soli (vt scis) omniũ, qui ante nos fuerunt: {id q; } adeo (arbitror) clare, vt nec puerum, quod tradidimus, lateat: cum Archigenes (vt ostẽdimus) nõ docuerit, sed deblaterarit plurima tum in opere de pulsibus, tum in eo, quod de febriũ significatione inscribit. Tanquam autem eum, qui in aluminosa aqua se lauit, medici vsq; in tertium diẽ cibo abstinere iusserunt, ad eundem scis modum neminem eorum, qui vel exusti fuerunt, † vel alia quapiam ex iam dictis causis febri tentati, lauisse, aut nutriuisse prius, quàm diatriton transmisissent: necesse enim profectò est & me diatriton dicere, ne in hoc quoq; nugis eorum me exponam, dicentium aliam esse tertij diei accessionẽ, aliam ipsam primam diatriton: quippe hactenus eorum nugas processisse ipse aliquando audisti. Sed, siue primã diatriton, siue aliud quiduis, appellasse velint, non semel nos bis'ue aut ter, verum sępius, q̃ vt meminisse possimus, tum in primo statim B die ad vesperam eos, qui diaria febri laborarunt, lauimus, tum vel magis in secundo, immo etiam in ipso tertio: ceu paulo ante diximus de eo, cui stipata cutis fuerat. Verum hanc causam rarenter vidi febrem accendere, itaq; etiam hanc maxime tractandam desumpsi: vstionem vero & lassitudinem, & cæterorum singula, planè sæpe. Vidisti autem eos omnes quarto die mane ad solita redire munia: ac medicis, qui ipsos tertiũ diem prorsus in cibi inedia exegisse fuerant opinati, occurrere. Itaq; etiam miranti tibi ac quęrenti, quid demum causæ esset, cur vel nunc saltem eiusmodi medici ab iis, quæ perperam opinantur, non recedant, conuenienter (vt arbitror) respondi, q; neq; veram speculationem noscerent, & nunc eam incipere discere erubescerent. Aliqui tamen (veluti confitentem aliquãdo ex iis quendã, id q; cum lachrymis, veritatem nobis solis audiuisti) nec vitæ sibi necessaria aiunt affutura, si, qui eos scire aliquid existimant, discentes iã videant. Verum tu hoc semel audisti: deos aũt omnes testor, multos id mihi sæpe soli confessos, id q; lachrymantes, ac infœlicitatẽ suam deplorantes, q; sub malis præceptoribus tẽpus perdidissent. Iuro q; tibi rursus deos, illud quoq; mihi persæpe à cõdiscipulis dictum esse, cum essem adhuc ætate adolescens. Nam, cum mihi mos esset, vbi aliquis me de secta aliqua, num sana esset, percontaretur, dicere, me respondere non posse, nisi reliquorũ omniũ dogmata didicissem: ac † methodum quam- C piam mihi comparassem, qua, quod potius esset, discernerem, nõ pauci ex condiscipulis, qui hæc audierant, mihi responderunt me & excellenti natura, & singulari propter patris mei liberalitatem esse eruditione, tum & ætatem ad discendum idoneam, & impensas, vnde disciplinis vacem, suppeditatas habere: secum nõ ita agi, qui & rudes in primis disciplinis essent, nec acuto, vt ego, ingenio, nec, quod impẽderent, habere: itaq; contentos esse oportere iis, quæ nunc nossent, qualiacunq; ea forent. Minime igitur mireris, cur plerosque medicorum nõ pudeat diatriton in ore habere, etiam si sexcenties nos præsagire in ægris viderunt, diaria'ne febri laborarent, an ea, quæ tertio quarto'ue die accessionem aliquam esset habitura. Illud potius æstima quod Hippocrates

" monuit, homo aliàs ingenio maxime philosophico: [a]‖Cũ [b]† in acumine} morbus est, statim tũ
" vltimos labores infert, tum [c] tenui ad vltimum victu necesse est vti. Vbi vero non, sed licet libe-
" ralius cibare, tantum est de vltimo remittẽdum, quantũ morbus vltimis est mitior. Labores nãq;

dicit omnia, quę hominẽ offendunt: vltimos vero, maximos: quales vtiq; in summo vigore fiũt. Iubet autem reseruari in id temporis summam victus tenuitatem, nihil profectò docens diuer-

" sum ab eo, quod alibi dixit: ‖Cum in summo vigore morbus est, tum victu vti tenuissimo est ne-
" cesse. Atqui fieri non potest, vt summam victus tenuitatẽ ad summi vigoris tempus differas, nisi

D inter initia conieceris, circiter quotum diem in vigore morbus sit futurus. Sed & insanire Hippocratẽ dicunt, qui hæc scripserit: &, tametsi nos opere ea ostendimus, omnia potius putant, q̃ posse quempiam in prima aliquando accessione certam notitiam affectus ipsius ægrotantis habere. Ego vero nec in omnibus ægrotantibus fateor exactè me scire in primo die affectum, nec vllam diariam me febrem posse fugere: at vero, vt nihil in victus ratione primis saltẽ diebus pecces, hoc satis est, si discernere diariam à reliquis queas. Ac propterea quarto die, in quo illi hominem, quẽ iam siccàrunt, primum nutrire incipiunt, nos ad cõsueta dimittimus: ac à diariis in acutas febres transitum fieri hac victus ratione prohibemus: cum, siquis aliter cibet, excipiãt necessario iam dictas naturas ardentissimæ febres. Sunt enim aliæ naturæ, quibus aut nihil, aut nõ magnopere, incommodet tot dierum inedia: sicut è diuerso aliæ, quibus non modo innoxia, sed etiam vtilis est trium dierum inedia. Verum de cæteris naturis post decernam. Propositum vero nunc nobis ab initio temperamentum inediæ in summum ducunt discrimen, in quacunque iniungantur febri, non solum iis, quas modo commemoraui, diariis.

Quo pacto Diaria Febris ex Obstructione curanda sit, Vt Præcaueamus, ne in putridã pertranseat. CAP. 4.

Etenim, si propter obstructionem aliquando (vt dictum est) morata trãspiratio est, si parua ea sit, qui rectè deterserit, secundam fore accessionem vetabit: sin momentanea, non possis ita

† Addũt antiq cod. καὶ κοπωθέντων, i. & q fatigati fuerũt.

† Addũt antiq cod. δύναμιν, i. facultatem vel.

A 1. Apho. 7. Ex. ord. 4. d

B † peracutus.

C * Al. tenuissimo.

1. Apho. 8. Ex. ord. 4. f

* προταριχεύσαντες.

ita promittere. Quod si & multi, & crassi, & glutinosi impacti succi sint, quæ hos excipit febris, E
fieri non potest, vt intra fines diariarum consistat: quando ex necessitate huic in mali succi naturis ea, quæ ex putredine humorum accenditur, succedet. Nam in aliis saltem temperamentis, quæ in sequentibus exponam, excitari ex tali causa potest citra humorum putredinem aliqua cõtinentis febris species. Porrò capere eiusmodi sermones omnino non potest, qui prius in memoratis operibus non sit exercitatus: ac potissimum in eo, quod de febrium differentia inscribitur. Nam, vbi obstructio quæpiam mediocris est, ob quam febricitant, quibus vitiosus est succus, in primo die, atq; etiam secundi aliqua parte, nullum est in pulsu putredinis signum, æque vt nec cruditatis in vrinis. Protracta tamen inclinatione, nec amplius pro ratione, sicut post summum vigorem inceperat, cedente, suspectus affectus est: veluti è diuerso, in quibus ad solutionem festinat, vel halitus aliqui † vel sudores exierũt, vel multa bona vrina, cũ signis in pulsu bonis, in iis proculdubio diaria febris est. Sed, quæ ex parua oritur obstructione, ea (vt dictũ est) saltẽ inter initia similis diariis est. Protracta tñ inclinatione, suspecta reddit, quãuis putredinis indicia in pulsu adhuc nõ appareant: quippe, nisi vitiosus succus penitus trãspiret, necesse est, putrefiat. Ergo, vt transpiret, maiore iam auxilio est opus. Ac, si quidẽ vel puer vel senex sit, sanguinẽ detrahere nõ licet: inter has ætates, vbi robur ægro nõ deest, secanda vena est, etiam si plenitudinis signa non adsunt. Præstat F
enim vitiosi succi maiore parte emissa ad detergẽdas obstructiões accedere: cũ alioqui metus sit, si obstructionibus liberãdis prius, q̃ vacuaueris, studeas, ne ipsas magis impingas. At soluũt qdẽ obstructiones, quæ deteriorẽ facultatem obtinent, seu foris cuti sint admota, seu intrò in corpus accepta. Periculum vero est etiã, ne, quæ foras trahũt, vnà cũ iis, quæ obstruunt, etiam aliud quippiã attrahant: &, quæ ab interno sursum ferunt, aliquid secũ in iis, quę in vasis continent, rapiant. Quod ipsum, si tenax sit & crassum, obstructionem plane geminabit: sin aliter, multitudine certe sua non parũ oĩno nocebit. Cernimus enim aliqñ, etiam quod multum est, cũ simul totũ cõfluit, obstruendo hęrere, infigi q; nõ minus, q̃ ea, quæ glutinosa sunt & crassa: ꝙ si p meatus angustos est trãsitus, multo profectò magis retineri. Quo igit & his iter liberũ, & iis, quæ foris admouent, attractio tuta sit, vtilissimũ est corpus inanisse. Quin etiã fumosa fuliginosa q; succorũ excrementa, quæ trãspirant, succis ipsis imminutis pauciora restabunt. Quare inde quoq; minor reddet febrilis calor, sic, vt foras trãspirare, si exiguę obstructiones sint, queat. Ergo, "cũ suspicio erit cutim A.li.4.f. 1.
esse ex obstructione occlusam, (id quod tum ex eo conicies, ꝙ nõ fuerit in primæ accessionis re- c.33.fol.
missione vacuatio satis magna, tum ꝙ similis sibi perdurauerit remissio) si homo ex nulla manifesta febricitauit causa, etiam certius argumentum obstructionis habes: sin ex euidenti aliqua causa, G
fieri potest, vt duæ simul coierint causæ: nam, si altera tm̃ causarum, nempe quã externa impressit, subesset, imminuta remissio fuisset cũ sensibili alicuius expulsione. Haudquaq̃ igitur differendum est sanguinem ita laborantium mittere, s. tum ad virtutis, tum ad obstructionis modi portionem. Discernetur autẽ obstructionis magnitudo ex ipsa magnitudine febris: vt quæ ex maiore obstructione maior, ex minore minor inciderit. Vbi vero modice vacuaueris, haud multo post aut nutrimẽtũ aliquod, aut pharmacũ ex iis, quæ detergeãt, exhibebis. Sunt porrò nõ multa, quæ in febribus id pstent. Sed, sicut dictũ prius est, in alimẽtorũ ratione sunt ptissana, & mulsa: in pharmacorum, oxymeli, & quęcũq; incoquere in mulsa licet, ceu calaminthã, & hyssopũ, & origanũ, & serpillũ, & irim, & apiũ. Verũ hęc omnia iusto sunt calidiora, ideo q; febres accẽdunt, ita vtiq;, vt vinũ. Oxymeli vero solũ nec febres accẽdit, & strenue deterget sic, vt ea, quę glutinosa crassa q; sunt, dissoluat, & meatus obstructos liberet. Porrò inter mulsam & oxymeli mediũ locum habet, quod Apomeli gręce dicitur: cuius plurimus in Pelopõneso est vsus. Non immerito, arbitror, & saccharũ inter hæc numerandũ. Ex hoc victu seruabis, quãtũ de febrili calore minuit. Etenim, si tertio die mane videris minimũ esse, quod de febri relinquit: ac "neq; putredinis humorũ in pul- A.ibide
su nota subsit, neq; ĩ vrina cruditatis: suspecta vero hora, qua primo die febris occupauit, extra me H
ridiem sit: audacter hoiem, q̃ ocyssime lauabis, longe ante sextam horã. Abunde tñ sit, si intra tertiam horam lauationẽ compleueris. Ad eundem modũ, & si decimã horam suspectam habueris, vsq; ad septimã laues, licet: cum tres ęquinoctiales horas quatuor'ue inter balneum accessionis q; tp̃s interponi, abunde sit satis. Debet autẽ in balneo corpus prius vnctum ac moderatissime frictum, mox detergeri extrinsecus, ablui q;. Sanè detergentium materiã expositã habes in cõmentariis iis, qui de medicamẽtis sunt cõscripti. Deligẽda vero semper sunt, quæ ad rẽ propositã sint accõmoda: quippe distincta in his sunt, tum quæ magis, tum quæ minus, detergent. Sed & nunc exẽpli causa pauca dicemus. Moderatissime detergẽt tum erui farina, tum hordei, tum fabarum: preterea mulsa, quæ sit aquosa: magis vero, q̃ hæc, iris, & panacis radix, & aristolochia, & mulsa, quę mediocri est mistura: veluti etiam hac magis, quæ meracissima est. Fit hęc, vbi mista melli exigua est aqua sic, vt liquatũ mel exiguos cutis meatus facile ingredi possit. Possunt aũt vel hac magis detergere tum spuma nitri, tum nitrum ipsum, tum aphronitrũ. Sit aũt nitrum, oportet, quod ex tenuibus partibus constet, cuiusmodi Berenicium est: si vero lapidosum sit, vri id læuigari q; diligenter debebit: Mel autem purissimum, acerrimum q;, cuiusmodi est Hymmetium. Est autẽ & sapo ex iis, quæ maxime detergere valeant. Atq; hæc satis multa detergentium materiæ exempla

† Antiqui codices addũt ἢ νοτίδες, idest vel madores.

* In A. C. Græ. legit. ἐκφράττουσι soluũt obstructiones.

* Al. ἢ, i. vel.

A pla sunt. Tempestiuum.n.est iam ad ea, quæ post balneū adhibentur, accedamus. Sunt aūt ea minime multa. Nam præter aquam, quæ parū apij incoctum in se habuerit, nihil his est offerēdum, licet, quod inter balneum & suspectas horas spatium erit, trium fore horarū conijciamus. Si vero circa vesperam, aut duabus horis citius, q̄ primo die, accessio inuadet, tū lauisse mane liceat, tum cibasse, sed tantū ptisanæ cremore. Deinde, si suspectæ horæ nihil prorsus afferant, & lauare rursus, si velit, licet, & cibare, ad eas, quas diximus, considerationes intento. Sin aliquid eueniat, & cōferendum id est cū accessione, quæ primo die inciderat: & tum vrinæ considerandæ, tum pulsus sunt: quæ omnia profectò mediocria apparebunt, vbi exigua relinquitur obstructio. Quare ipsum & lauabis quarto die, & cibabis, ad iā dictas considerationes spectans: sperabis q; nihil quinto die superuenturum. At, si magna obstructio facta sit, ea febris ex diariarū genere nō erit. Quare in proximum differatur librum, cum in hoc de diarijs tantum agere statuerimus.

De Diarijs Febribus, quæ Superueniunt Cruditatibus ciborum. CAP. 5.

A.14. f.1.t.1. c.3. ol. 414.h QVoniam igitur "diariç febres in propositis corporum temperamentis sæpenumero etiam ciborum cruditatibus succedunt, proximum fuerit de ipsis differere. Ergo pessima quidem in eiusmodi temperamentis cruditas est, citissime q; febrē accendit, in qua cibi in B nidorulentam & fumosam qualitatem corrumpuntur: quando ea, quæ in acidam vertit, vt raro talibus naturis contingit, ita minus nocet. Dicemus autem de vtraque seorsum, incipientes ab ea, quę sepius his incidit, & magis lędit. Ea est (vt diximus) nidorosa quędam ac fumosa: quæ vtiq;, si aluus lubrica est, minus est noxia: sin adstringitur, grauis est. Siquidem ex adstrictione eius vitiosæ naturæ in febres prompte incidunt, ac potissimū cum neglecto consilio in lectulo domi manendi, ad solita conuertuntur opera. Febricitant autem non nulli & ex ijs, quos diarrhœa ex cruditate male habet: quibus vtiq; non minime increscit febrilis affectio & ex desurgendi frequentia. Quòd si etiā rosio, aut dolor, aut calor immodicus in ventriculo & intestinis sit, hinc vtiq; vel longe magis affectio febrilis increscit. Est autem eorum, quibus clausa aluus est, & quibus fluēs, non eadem sanatio. Itaq; ēt seorsum de vtrisque agetur. Apparebit.n. sic tractantibus non solum quatenus differunt, sed ēt quātum ambobus sit commune. Si igitur ea tātum, quæ corrupta fuere, vacuata esse videntur, tum lauandum, tum nutriendum in remissione febris est, sed ijs, quæ circa vētriculum sunt, prius consulto. Sin ita multa inanitio aut prius facta sit, aut nunc etiam in homine duret, vt virtus iam defessa sit, satius est omissa lauatione cibare, sed consulto prius ijs, quæ circa ventrem sunt. Consuletur ita laborantibus, si modo vacuatio amplius non duret, fomēto C ex oleo & absinthio: expedit autem tingi absinthium, quo minus nidore offendat, feruenti aqua. Quòd si quis morsus, aut doloris sensus, in vētriculo adhuc supersit, incingi illi peniculus post fomentum debebit, q vel siccus & calidus sit, vel ex oleo, in quo absinthium incoctum fuit, madēs, ac plurimum expressus. Satius aūt fuerit, si nardini vnguenti, quod curiose sit factum, facultas sit, ex eo peniculum eodem modo imbutum ventri incingere. Iam multo etiam satius sit, si purpura marina is sit: atq; etiam longe optimum, si optima sit Tyria: quippe tenuiorem adstringēdi vim habet tum ea purpura, tum optima nardus, ita, vt vis earum siccando, calfaciendo, ac robur inferēdo, in corpora, quæ circa ventriculum habentur, alte penetrare possit. Quòd si os vētriculi (quod stomachum appellare solemus, abutentes nimirū appellatione) imbecillius sit, ēt tanta portione chiæ masticihes in nardino tunsa, vnde sordium crassitudo existat, madefactam ex eo purpuram imponemus. Esto autem abunde calens talium quodq;, cum primum imponitur: quippe, quæ 1.1. f.1.t.1. c.240.418.a tepida "sunt, omnia ventriculi firmitudinem dissoluunt. Non aūt te fugit solere me vnguenta calefacere in vase duplici, vtiq; coniecta prius in vas maius, aqua feruente: quando aliter calefactis vitiatur eorum facultas. Cæterum fluente adhuc aluo, vtilius est optimo recente q; melino simili modo, quo nardino, vti. Vtile aūt ad omnia talia est et mastichinū. Non in postremis accōmoda- D ta sunt eiusmodi ventriculi affectibus & vnguenta ea, quæ ad gratiā delicatarum mulierum fiūt: hæc, inquā, pretiosa, quę Romanorū luxus videtur inuenisse, appellationes q; Romanas dedisse: noīantur.n. tum spicata, tum foliata. Si vero, qui affligitur, cinctum non patitur, siue ob consuetudinē siue delicias cingi recuset, licet, cerato idem efficias. Est aūt in eiusmodi vsum optimū, quod ex cera fit Tyrrhenica in vnguento nardino liquata, † cui post, q̄ refrigeratum est, } aloes ac mastiches mollissimus puluis est admistus. Debet aūt singulorum hic esse modus: Cerę ac nardi partes pares: aloes pars octaua: sic ēt & mastiches, vel (si placet) huius paulo aliquid plus. Quòd si cerato aliquid ē sumptuosis his vnguentis admisceas, præstantius medicamentū habebis. Si aūt vētriculus intus vrit ita, vt affectus quidā phlegmonę similis in eo consistere videat, vtilius est ceratum, quod ex melino conficit. Sunt porrò alia medicamenta nō pauca, alia quidem ex œnanthe, alia ex hypocistide, & balaustijs, & palmularū carne confecta, quæ vētriculo tum refrigerando, tū vero firmando, sint idonea. Horū ergo, quod ad rem præsentē sit cōmodissimum, id deliges, ijs, quas memorauimus, cōsiderationibus intētus. Cibādi vero deinceps his sunt: fluēte quidē etiā num ventre, polenta, & pane, quē græce Oxylipe vocāt: qui vtiq; minimū aceti habeat, nō sicuti in dysenteria & diutina diarrhœa præparare solemus. Inspergere autem polentam debebis aliàs aqua calida vbertim: aliàs, vbi s. venter adhuc plus iusto excernit, vel mali punici, vel pirorū, vel malorum

* Al. rarissime
* κακόχυμοι.
* ἐμβροχή.
† In antiquis ita legit ψυχθέντι καὶ συνθέντα τὰ χηρωτὰ i. cui post, q̄ refrigeratū est ac derasum, &c.

malorum succo, potissimũ cotoneorum. Quod si iucundius laboráti erit, etiam decocto ex piris, E aut malis, aut myrtis, præparato polentam insperges. Sin venter non amplius excernit, sufficerit tum alica similiter ptisanæ præparata, hoc est aceti habens pauxillum: tum ex ea sine aceto sorbitio: tum gallinaceorum testiculi: & saxatiles ex albo iure pisces: præterea fructuum aliquis ex ijs, qui adstringát, vel solus, vel cum pane. Hos vero vel magis ẽt vẽtre adhuc fluente dabis. Quod si appetentia careant sic, vt cibos auerientur, (incidit nãq; id non paucis eorum, quos diarrhœa ex cruditate male habet) etiam de medicamento, quod ex succo fit cotoneorum, vnum aut duo cochlearia danda his sunt: aut, si huius copia nõ est, eius, quod ex carne eorum componitur. Tradita vero eius generis medicamentorũ cõpositio est in libris de tuenda sanitate. Atq; ita quidem in prima remissione, ijs, qui ex cruditate febricitant, ventre excernẽte, mederi conuenit. Si vero omnino venter astringitur, pertractatis prius præcordijs, mox toto ventre considerabis diligenter, num cibus in gracile intestinum, aut in colon descenderit. Deinde ægrum interrogabis, qua maxime in parte vel morsum, vel grauitatem sentiat, qualesúe habeat ructus. Vbi ex his cõpertum habueris, in quánam totius ventris parte nutrimentum consistat, si in superioribus partibus pendet, aliquid diatrion pepereon dabis, non medicamentosi illius, sed eius, quod in opere de sanitate tuenda, ceu & simplicissimum, & ijs, qui cruditate laborarẽt, aptissimum laudauimus. Post deinde præcordia, oẽm q; ventrem perfundes. Hoc vero, etiam si inferius descenderint, quæ vitiosa F sunt, facies, pluris minoris q; ratione id varians. Siquidem plus & temporis & perfusionis exigũt ad præparationem eorum, quę deinceps sunt agenda, qbus in superioribus vẽtris corruptum nutrimentum adhuc manet. Sin motũ id notabiliter ad inferiora fit, adiuuandum aut glande subdita, aut leui per inferius infusione est, vtiq; si morsus simul adsit, hanc mitigantibus: si flatus, hunc cõprimẽtibus: sin neutrum fuerit, ex melle, aqua, & paululo olei id, quod subter infundetur, facientibus. Vbi vero vehementior morsus vrget, Sabinum oleũ, in quo aliquid seui anserini sit liquatũ, est vtilius: si vero eius copia nõ est, gallinacei seui: sin nec huius facultas est, caprini: quod si huius quoq; penuria est, inijciendum oleo parum cerę est, potissimũ elotæ. Flatus vero sanandi sunt oleo, in quo ruta & semina, quæ flatus discutiunt, fuere incocta: cuiusmodi sunt apij, & cumini, & marathri, & sinonis, alia q; id genus. Vacuata vero aluo, nutriendũ protinus in cęteris q; dem ijs, quos memorauimus, similiter est, amotis tamẽ ijs, quæ adstringant. At, si quidem primo die ad vesperam hæc egeris, aut etiam noctis qualibet hora, etiam secundo die similem adhibebis prouidentiam. In quo ẽt, si planè desijt febris, lauari hoĩem sines. Ac, vbi in sequenti nocte, quietus citra offensam dormierit, sanum iã hominem prorsus existimabis. Si vero, qui cruditati succes G sit, dies cum sequente nocte febrem attulerit, veluti in secundo die, ita tunc & accurandus & nutriendus homo est. Si vero & nox tertiæ diei febrile quiddam paululum afferat, ne sic quidem formidandum, sed hos quoq; postridie lauabis, nutries q; ac reliqua omnia in illis, vt ante definitum est, ad portionem exequeris. Sanè "mutationes crudi alimenti in acidam qualitatem nec incidere in eiusmodi naturis cernuntur, nisi admodum raro, id q; ex cibis, qui prompte acescunt: nec febrem accendere diariam, æque vt nec tarditas concoctionis: quando, sicubi propter talem cruditatem febricitant, quibus amara bilis in temperamento abundat, obstructionis & humorũ putredinis suspicio est. De qua postea diligẽtius definiam, cum de putredine agam. Nunc huic de diarijs febribus disputationi hoc adiecto, ad alia transibo. Fumidus vapor ex tarditate concoctionis, aut cruditate, in qua ructus sentiuntur acidi, nunquã excitatur. Quippe frigidi halitus abs talibus succis ascẽdũt, hi q; omnino paucissimi, minime autem vapores multi fumidi q; ac fuliginosi: cum nec in ijs, quæ extra sunt, aliter aut fumũ edi aut fuliginem videas, ꝙ fumum ex materijs (vt ita dicam) semiustis, fuliginem ex immodice assis vstis q;: est nãq; fuligo vapor terrestris, fumus mistio quædam ex terrestri aquea q; substantia. Verum non est, quod hoc loco audire expectes, aut quemadmodum ijs, qui tarde concoquunt, aut ijs, qui acidum ructant, sit prospiciendum: est H enim de his tractatio ad opus de tuenda sanitate pertinens. Hic tantum earum cruditatum mẽtionem faciemus, quas febris subsequitur. Quoniam igitur diaria febris cruditates, quæ cum acido ructu sunt, non consequitur: quę vero ex putredine humorum oritur, ea quandoq; sequitur: non sine ratione in eam tractationẽ, quę de illis instituitur, distuli de his cruditatibus pręcipere, sed ne tunc quidẽ eo modo, quo in sanitatis tuendæ libris. In illis. n. diximus, quę nã per sanitatẽ agenda sint illi, qui cruditate laborat: hic vero, quę nam in ijs febribus, quæ cruditati superueniunt.

ὀπωρῶν.

* Gręce hypochondria. Linacer autem cum Celso semp vertit præcordia.

* καθιςῶντες, est in impßis. ĩ manuscriptis μεθιςῶντες.

A. lib 4. ca. c. 34. to. 1.

* ἀποῤῥέουσι.

Quo pacto, qui Diaria ex Bubone correpti sunt, sibi ipsis Consulant, ac Diatritarios vocatos irrideant. CAP. 6.

Dicta mihi fermè sunt de diarijs febribus vniuersa: qñ, qui ex bubone febricitant, medicos, quid sibi sit agẽdum, ne cõsulunt quidẽ, sed, vbi tum vlceri, quod bubonis occasio fuit, tum postea buboni ipsi prospexerint, in remissione eius, quæ inciderit, accessionis lauãtur. Ac, si quis tum diatriton vel nominet, omnes irridẽt, scholasticum q; appellant, natura (puto) ipsa intelligẽtes id transmittendum non esse, quod omnino nõ erit. Censent q; etiam in omnibus ijs, quæ sensum fugiunt, tales debere esse medicos, quales ipsi sunt in ijs, quę sensui apparent. Porrò in oĩbus tales esse, nihil est aliud, ꝙ intelligere, quando sit in tertio accessio futura, & quãdo futura non sit.

A Quin etiam, qui refrixerunt, aut vsti sunt, aut fatigati, aut tale quippiam passi, postea vero febricitarunt, hi, vbi in remissione talem status quietem, qualis erat per sanitatē, sentiunt, ne tunc quidē eos, qui diatriton nominent, ferre possunt. Quod.n.vsurpare sæpe soleo, quælibet priuatum, qui secundum naturam se habeat, quouis sophista veriores opiniones habere, hoc etiam in diuinissima istorum diatrito videre licet, vt quę ab omnibus, qui naturaliter se habent, sit irrisa. Nuper.n. è plebe quidam, q in splendida cœna prolixius sibi epulis potu q; indulsisset, venit domum errabundus, ac manu deductus. Cum aūt ea, quibus grauabatur, in ventriculo eius fluitarent, omnia ea euomuit: & per noctem quidem febricitauit. Dormiuit autem in magnam partē sequētis diei. Postea surgens, ac paululum inambulans, lauit, risit q; eum, qui sibi diatriton manēdam suaserat: illo nanq; authore etiam postero die inediam tolerare debuisset. Vt autem (res ipsa monebat, & ipse sua sponte faciebat) lotus & modice cibatus, post somno deditus, eo q; inoffense fruēs, mane surrexisset: ad consueta q; rediјsset etiam in ipsa diatrito, in qua eum tolerare inediam oportuisset, si diatritarijs medicis paruisset, ita enim eos per iocum eleganter nominauit quidam: & quidem cū cœnatus iam ex consuetudine homo esset: accedens facetus ille risum excitauit, cōmemorans, quemadmodum eum, qui tertio ante vesperi vomuisset, oportuisset etiam biduo inediam siccum B ac sordium plenum tolerare, ad horas q; spectantem pro diatritariorum iussu decumbere. Sunt * enim, arbitror, vel plebi non obscura, quæ pręter rerum euidentiam temere audentur. Atq; inde merito alios medicos, alios græce Logiatros, id est verbis tenus medicos esse dicunt. Quomodo enim non iure hac appellatione censeantur, qui ea nesciant, quę nemo è vulgo ignorat? Quomodo non meritissime irridendi carpendi q;, qui etiam, cū talia ignorēt, Hippocrati se prępонunt? Verum illorum stupiditatem ne Mercurius quidem ipse cum Musis sanauerit. * ἄτης.

De Curanda Diaria in Calidis & Humidis naturis, ac in Habitibus, qui sunt Acquisiti. CAP. 7.

ABsoluta vero in ijs naturis, quibus amara bilis redundat, (in quibus s. elementum frigidum vincitur à calido, & elementum humidum à sicco) de diarijs febribus disputatione, ad aliud corporum temperamentum transeamus, quod nihil minus, q̃ supra dictum, vitioso est succo, in quo s. calidum præualet frigido, & humidum sicco. Maxime.n. omnium putredinis morbis hęc 1. li. f. r. t. 1. 2. f. q. ᴜ. c intemperies" exposita est propterea, q per ipsam sanitatem proxime putredinem accedit: veluti tum ex sudoribus conijcere est, qui grauiter his olent, tum vero ex vrinis, deiectione, atq; ēt ipsa respiratione. Etenim, qualis est hircorum, talis est & talium naturarum temperies. Ideo q; prom * ἐκπνοῆς. i. expiratione. pta est ex qualibet occasione tum alijs multis morbis, tum vero febribus, corripi. Nam, q hac in- C temperie sunt, cum stipata cutis eorum est, effugere febrem non possunt: sed nec, cum valentem cruditatem contraxerunt, aut perusti {in Sole} fuerunt, aut tale quippiam aliud passi. Ac vitiosis quidem habitibus stipatio cutis plurimum esse incōmoda solet. Ideo q;, quibus amara redundat bilis, non minus, q̃ qui ad putredinem sunt proni, (Sepedonωδεις, id est putredinosos Gręci vocant) febribus ijs, quę ex stipata oriuntur cute, patent. At ab nidorosis cruditatibus, quæ humidę & calidæ naturæ sunt, (quas modo putredinosas propterea vocaui, q succi facillime in ijs putrescant) promptius lædentur. Nam de obstructione quid attinet dicere? quam idcirco maxime febres accendere diximus, q putredinem in ijs, quæ non transpirant, corporibus creet. Verum de eiusmodi febribus post agemus. Sane diarię omnes promptissime in iam dictis temperamentis accendunt, id q; ex qualibet earum causarum, quas modo in amara bili vitiatis naturis retuli: curationem q; persimilem illis habent, ac **in** paucis omnino dissidentem. Nam, cum hę humidiores naturæ sint, magis ferunt, q̃ illæ, famem sitim que. Itaq; minus lædentur hæ, siquando fame per diatritarios crucientur, si modo libera ipsis trāspiratio non desit. Atque idcirco balneum hi, ceu quod cutim eorum laxet, vel magis, vel certe non minus, q̃ qui amara bili abundant, requirunt: ceu, quod humectet, non requirunt. Quęcunq; vero de eiusmodi natura sunt dicta, eadem D de acquisito habitu dicta esse cēsendum. Aliqui enim, quibus boni sunt natura succi, coeuntibus aliquando eodem tempore pluribus siccantibus corpus calfacientibus q; causis, in amarę bilis vitiosum habitum mutantur. Da enim venisse hominem ęstatis tempore in regionem calidam & siccam: esse preterea eodem tempore statum cœli calidum ac siccum: tum vesci eum cibis calidis siccis q;: cogitare quoq;, ac tristari, & vigilare, & irasci, & quàm plurimū laborare: fieri autem potest, vt idem homo per id tempus venere sit vsus frequenti, & in Sole maiore ex parte versatus, & medicamenta, quæ siccent calfaciant q;, biberit, veluti aliqui Theriacen, non nulli Ambrosiā, alij Athanasiam, scimus enim profectò medicamenta à iunioribus medicis eiusmodi nominibus vocari: Cui ergo omnia iam dicta per ęstatem contigerunt, hunc, necesse est, calidum & siccum reddiderint, ac propterea eo habitu, qui amara bili abundet, quamuis antea optimi succi fuerit. Itaq; etiam ex omnibus supra dictis causis facile febricitauit. Ad eūdem modum, & siquis naturaliter boni sit succi, ac locum temperatum incolat: si illinc se in alterum locum, qui calidus sit & humidus, veris tempore trāsferat, id q; statu cœli calido humido q;: tum omni victus ratione calida humida q; vtatur: is quoq; similiter illis, qui natura sunt putredinosa, tum cæteris tentabitur morbis, quibus illi: tum febricitabit non solum alijs, sicut illi ex ijsdem causis, febribus, sed etiam non minime diarijs, de quibus nunc instituimus.

Quæ inter Diarias febres, in Acutas, aut Multorum dierum, promptius, ac facilius pertranseant. CAP. 8. E

CVm vero octo intēperies in vniuersum sint, vt ostēdimus, opportunissima ad febres est calida & sicca: ac, nisi quis hanc, vt dictū est, cibet, ocissime in ea mutatur diaria febris in acutam. Propinqua huic est, præsertim quod ad febrem attinet, quāuis ad alia sit deterior, calida intemperies & humida. Tertia ab his intemperies est simplex illa, in qua oppositio altera recte se habet, vtiq; quæ ex humido & sicco cōstat, in altera calidū exuperat. Quippe opportunior est hæc, q̃ cęteræ, quæ sequuntur, tum vt omnibus supradictis occasionibus lædat, tum ex diarijs in † plurium dierum} febres transeat: nihil.n.alienum fuerit eas sic appellare. Huic proxima est, quæ in calido & frigido debitū modum seruat, cęterum siccum elementū habet humido præualens. Ab hac deinceps media oīum est, s.quæ mediocritatē in vtraq; oppositione seruat. Quatuor, quæ reliquæ sunt intemperies, neq; facile febribus occasione iam dictarum causarum patent: neq; diaria tentatæ, si inediam tolerant, in plurium dierū febres transeunt: Immo aliquæ saltem earum, vbi redundantiam humorum citra corruptelam contraxerunt, (contrahunt aūt eiusmodi intemperies assidue) vtilitatē ex inedia sentiunt: ac potissimū, quæ frigida est & humida: ab hac, quæ humida est: tertio loco, quæ frigida: quarto loco, quæ sicca est & frigida. Siquidem post diarias febres discussas, vbi coactus quispiam nulla necessitate est mirificam diatriton transmittere, alia quidem F nulla in frigidis temperamentis ex inedia febris excitabitur: lędetur tamen ipse siccus & frigidus corporis habitus q̃ maxime, vt, nisi longo tempore, redire ad naturam, qui ea sunt intemperie, nō possint. Cæterum, si quod forte fortuna his adsit acquisititium humorum vitium, fieri potest, vbi in fame & illoti per triduum custodiuntur, vt ex diarijs in plurium dierum febres immigrēt. At, quæ sicca quidem corporis natura est, sed in altera contrarietate tēperata, ea in lōgioribus inedijs gracilescit magis, q̃ quæ sicca est & frigida: reficitur tñ facilius, cum idoneum nacta est victum.

† πολυημέρους

A l 4.f. c.2.fol.4

Quo pacto Curatio, ac Victus ratio, instituenda sit, cum Dissidentes Indicationes in Diarijs febribus coierint. CAP. 9.

ENimuero eiusmodi oībus victus ratio alteranda est, multo profectò magis, q̃ ijs, de quibus primum omnium est dictum, nempe calido & sicco, item calido & humido. Quippe, qui frigidus & humidus natura est, qm̃ calido sicco q; in vtraq; intemperie contrariè est affectus, contrario nimirum vtetur victu. Melius tamen est non absoluto sermone /contrario/ dicere, sed ex solius temperamenti indicatione, quādo ex eo, q̧ eadem febri febricitant, non diuersam, sed omnino eandem sortientur indicationem. Dictum nanq; sæpe numero iam est id, quod secundum naturam est, similia semper postulare: quod pręter naturam est, contraria. Siquidem, quod naturaliter se habet, custodire: quod pręter naturam est, tollere oportet. Porrò febris omnis præter naturā G est: ideo q; victus rationem humidam frigidam q; exigit. Temperamenta vero ipsa aliàs similia, aliàs postulant contraria. Quæ enim vitio carent, similia perpetuo, quippe quæ seruare expedit: quæ vitium habent (veluti in opere de sanitate tuenda est dictū) aliàs similia, aliàs cōtraria. Id q; merito accidit, cum nec ad vnguem naturaliter se habeant, quomodo enim essent vitiosi? nec prorsus præter naturam, qñ, qui sic attemperati essent, perpetuo ægrotarent. Ergo similia desiderant, tum in alijs, de quibus mox dicetur, tum vero in vlceribus omnibus: monstratum.n.id sæpe numero iam in superioribus est: contraria vero in eo victu, qui per sanitatem adhibetur, veluti in libris de sanitate tuenda, docuimus: sed neq; hæc perpetuo, sed tum, cum corrigere intēperiem eorum studemus. Quippe duplex nobis in ijs, qui sani sunt, finis proponitur: nēpe vel corpus sanum in pristina eius temperie tueri: vel etiā hanc meliorem reddere. Sic igitur, arbitror, in ijs, qui diaria febri laborant, cibandis, vel vni febrili affectui contrarium, vel etiam ipsi laborantis intemperamēto, desumemus. In ea tamen natura, quę haud dubie in medio temperamento est, ab ipsa febri cōtrariorum indicatione accepta, eatenus humidum frigidum q; victum adhibebimus, quatenus siccius calidius q;, q̃ ante, iam redditum corpus apparet. Verum hoc tum perspicuum, H tum indubitatum est. Reuertamur autem rursus ad intēperatas naturas. Nam, quoniam eas (sicut in libris de Sanitate tuenda est proditū) licet &, quales accepimus, seruare, licet & ad melius transferre, satius, arbitror, est, cum planè valent, non cum ægrotant, vel de se queruntur, victus illis rationem mutare. Gaudent.n.naturæ consuetis semper, vt & Hippocrates ‖ euidētissimis argumentis in libro de acutorum victu adstruxit: & in omnibus, qui se secūdum naturam habent, manifeste apparet. Quòd nāq;, qui sibi iam displicēt, extra cœtum eorum, qui secūdum naturam habent, sint ponendi, id nemo, qui compos est mentis, dubitet: cæterum, ij an præter naturam se, an non naturaliter solum habeant, id vtiq; quis ęstimandū duxerit. Atqui, si ex ipsa cōsuetudine indicationem aliquā sumi cōueniet, si quidem multo iam tempore intemperatas naturas contrario victu ei, quę vicit, intēperiei cibauimus, ita ēt, & cum parum ex sententia se habent, faciemus: sin minus, quæ similia temperamento suadet, indicationem preferemus. Ita vero & Hippocrates mihi sentire videt̃, vbi ait: ‖ Humidus oīs victus febricitātibus est idoneus, potissimum aūt pueris, & alijs, qui ita cibari sunt sueti. Febricitātibus.n.inquantum febricitant, ex ipsa contrariorum indicatione humidus victus conducit: pueris, ex similium. Eodem aūt modo & eā, quæ à consuetudine prębet̃, quo eā, quę ab ętate dat̃, accepit. Nā & ętas, cum ex ijs sit, quæ natura nobis insunt, similem

Al. Vlceratis

2. de Rat. Vict. in ac. 20. & deinceps. 7ª. 119. a

1. Aph. 16. Ext. ord. 8. h

A similem sibi victũ postulat. Et, quę à consuetudine indicatio sumitur, sic sumpta est, sicut ea, quæ ab ætate: quippe seruare quoq; hanc iubet, perinde ac proprium ætatis tẽperamentum. Itaq; etiã nos tum ex oĩbus, quæ circa ægrũ spectant, eius, quod conducit, inuẽtionẽ moliri: tum, qñ indicationes oẽs secum consentiant, & qñ inter se dissentiant, inspicere semp conueniet. Oĩbus.n.consentientibus, vnã prorsus victus speciem cõstituemus: dissidentibus vero inter se, quæ valentiores, ac plures sint, præferemus ita, vt victus species, quam hæ prescribant, præferatˉ, sic tñ, vt ne cõtraria sit neglecta. Porrò prælatio hæc alias vtrisq; in vnius auxilij materiã mistis perficitur, aliàs seorsum sumptis. Ac cõis quidem hæc ratio est oĩum, quæ inter se cõplicatę sunt, contrariarũ indicationum. Quõ aũt hanc ad vsum conferre oporteat, cũ aliqñ ipsi morbi coeuntes sint contrarij: aliqñ morbus vnus sit, sed qui contrariã indicationẽ subijciat, aut naturali laborantis tẽperamento, aut ei, quod nunc acquisierit: præterea ætati, & cõsuetudini, & regioni, & anni tẽpori: in ipsa particulatim tractatione ostendã. Nunc ergo, cũ propositũ nobis hoc loco sit vnicuiq; memoratorum intẽperiei generum idoneum inuenire victum, cõis, quem cœpimus methodi modus, veluti sub exemplo, examinetˉ. Pone.n.correptos febri esse duos homines in regione natos educatos q; tẽperata: nunc in ea non esse, immo alterũ in calida & sicca, alterum in humida & frigida:

B præterea eosdem diuerso esse tum tẽperamento, tum natura, tum consuetudine, tum ætate: ẽt sub diuerso (si placet) & anni tẽpore, & statu cœli ęgrotare, sic, vt Alter calidus siccus q; natura sit, ac tali victus rationi in totum insueuerit: præterea iuuenis sit, & hieme ægrotet, id q; in humida & frigida regione, ac statu cœli simili: Alter humidus & frigidus, simili victu assuetus, tũ puer ætate, ac æstate, in calida sicca q; regione, ac simili cœli statu laboret: Quę nam igitur in vtroq; horũ sunt indicationes? Nempe, quę à febricitando sumitur, cõis amborum est, ac, quæ refrigerent, & humectent, desiderans: reliquorũ nulla est præterea cõis. Siquidem Priori & propter naturam, & propter ætatem, quæ simili sibi victu fuere assuetæ, siccioris calidioris q; temperamenti cibus idoneus est: idem q; propter & anni tempus, & statũ cœli, & regionem cõuenit: non enim, quæ ab his suppeditatur, indicatio similia desiderat, sed contraria: Alteri ex ꝓpositis, propter ętatem, & naturam, & consuetudinem, similia ipsis exhibenda indicantur: propter ętatem quidem humida, modice q; calida: propter naturam, & consuetudinem humida, & frigida: propter regionem, & anni tempus, & statum cœli, contraria: quæ & ipsa nimirum sunt tanto tẽperatis frigidiora & humidiora, quanto regiones ipsæ sunt calidiores tẽperatis & sicciores. A consuetudine.n.semp est indicatio similium, quoad s.ægrotant homines. At ab ętate, natura, regione, anni tempore, &

C statu cœli, vbi temperata hęc sunt, similium semper pręsidiorum est indicatio, siue valeant homines, siue ęgrotent. Contra ab intemperatis anni tempore, statu cœli, & regione, contrariorum est indicatio: cęterum ab ętate & natura non absolute, sed cum consuetudine. Porrò nihil in contrarijs indicationibus tam conuenit expendi, ꝙ magnitudinem † eorum, quę ad indicationem coierunt.* Quã vtiq; in libris de sanitate tuenda duplicem esse ostendimus: alteram, quæ ex ipsorũ, quę indicant, dignitatibus censeatur: alteram, quæ ex ipsorum (vt sic dicam) proprijs substantijs spectetur: quas ex conferendo cum mediocri, & quod secundum naturam est, accipiendas esse testati sumus. Nisi enim ita quis indicationum potestates examinet, nequeat sanè mensuram victus inuenire. Cum enim refrigerandum humectandum q; esse febris perpetuo indicet, reliquorum vero quodq;, prout dictum est, vbi concors eorum indicatio est, nullum exhibetur negociũ: vbi discors, pro pluribus ac potioribus formari victus ratio debebit. Siquidem in modo propositis, ex eo, quòd febricitant, communis refrigerantium ac humectantium indicatio pręstatur, non tamen ex cæteris. Sed cuius tum ætas, tum temperamentum vnà cum consuetudine, tum regio, tum anni tempus, & cœli status, humectantia refrigerantia q; exhibenda indicant, hunc haud dubium est non solum humectandum refrigerandum q; esse, sed etiam nec leuiter hęc, nec vtcunq;,

D facienda esse, immo planè magnopere ac vehementer, omnibus scilicet indicationibus idem dictantibus. Cuius vero reliqua omnia refrigerantem quidem humectantem q; victum, quemadmodum & febris, non indicant, sed contrarium ipsi, calfacientem scilicet & siccantem, vtiq; ambiguitas pugna q; indicationũ inter se oritur: quo casu magnopere opus est, tum numerum indicationum, tum magnitudinẽ, simul conferas. Quippe, quę à febri sumitur, ea reliquis, qñ omnes cõtrarium faciendum pręscribunt, numero quidẽ inferior est: magnitudine tñ, quę ex dignitate, aut potestate, aut quomodocunq; appellasse libet, spectatur, vtiq; superior est, potissimum, si longe à natura recessit: quippe duplex tum magnitudo illi accedit, & quæ ex febris genere ꝓuenit, quæ omnibus est cõis: & quę propria, sua q; ipsius est. Siquidem, & quia febris plus cęteris omnibus solicitos nos habet: & quia, preterquam, ꝙ febris est, etiã magnitudo illi notabilis accessit: idcirco contrarias indicationes inducit, atq; obumbrat. Sin parua fuerit, fas est reliquas omnes vnà coniunctas cũ ea conferri, atq; expẽdi. Ac, si quidẽ pares videantur, neq; febris indicatio pręferetˉ sic, vt humectandum & refrigerandum sit: neq; etiam reliquorum sic, vt calfaciẽdum ac siccandum sit: immo media victus ratio, vbi ita se corpus habet, eligẽda erit. Sin altera indicatio exuperet, tãtum recessisse à temperato & medio victu par est, quantum ea, quę pollent, sua cõtraria superant. Ergo tum exercitatum in his oĩbus, tum natura prudentem, esse medicũ conueniet, quò cuiusq;

indicationis

Quidam cod græci habent, βοηθημάτων ut Linacer uertit. alij διαιτημάτων καὶ βοηθημάτων, i. uictus rōnū, et præsidiorū. alij διαιτημάτων solū, ut & Aldinus: quæ melior lectio uidetur.

† Ita legẽdum esse, vt Linacer vertit, tũ ex codicibus grecis, tũ magis ex libro tertio de sanitate tuenda patet, vbi de hoc diffuse tractatur. Neq;.n legendum est τῶν συμφερόντων, i. eorũ, quæ cõferunt.

indicationis potestate diligenter considerata, omnibus q; inter se collatis, vnā idonei victus sum- E mam, quę laboranti sit cōmoda, comparet. Ac diariarum quidem febrium indicationes ex his ge neribus capiuntur, raro q; accidit, (si alicubi) à laborātis virium modo: cum febriū, quæ pluribus diebus affligunt, indicationes, tum viriū respectum necessario adhibeant, (non enim leue in his consilium est, quod à viribus petitur) tum causarum, quæ ipsas excitant, exceptis tamen hecticis: vtpote quas nulla accendit causa, queadmodum nec corpus id, quod iam habitu calorem ignis in se suscepit, siue id lapis, siue lignum sit. Illud nāq; cōe cum diarijs habent, q̀ videlicet nō amplius fiant. Differunt autem in eo, q̀ diarię in leui (vt sic dicam) affectu (κατὰ σχέσιν Gręci vocant) ca lorem habent: hæcticæ in habitu, qui ægre soluatur. Licet etiam, dicas eam quoq;, quæ à viribus sumitur, indicationem tum in reliquis omnibus morbis, tum in diarijs febribus, semp adhiberi: nobis tamen in præsenti disputatione opus ea non esse propterea, q̀ ex prima quidem ratione nō indicet, ex accidenti vero indicet. De eo vero accidente in sequentibus differemus.

*scopis.

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS LIBER NONVS

F

ARGVMENTVM LIBRI

Curandi ratio Febrium Continentium: ac Ordo, & dignitas Indicationum, quibus curatio vniuersa continetur.

De Transitu Diariarum in alias febres, ac de ipsarum Perdurațione. CAP. I.

Diariarum, ò Eugeniane, curātionē in libro, q hunc pręcedit, exposui, totius p positi operis octauo. Est aūt huius febriū generis vnica accessio, vno plurimum die ex ipsius saltē natura circunscripta. Quippe, "q̄cunq; vel per medi corum ignorantiā, vel ęgrorum intemperātiam, vel ministrātium errorem, in eiusmodi febribus cōmissa in aliud ipsas genus transferūt, hęc suę naturę sponte nō incidunt. Non.n.est profectò mirū, si per ea, q̄ delinquuntur, nō G solum porrigat, aut in aliud genus trāseat, morbus quis, sed ēt, cum prius nō esset, nunc excitet. Nā cum ijs, q integri sunt, delinquere non sit tutū, haudquaquā id ęgris sine discrimine cōtingat. Reliqua vero cū sint genera duo, (veluti in libro de febrium differētijs est ostēsum) alterū ex humorū putredine nasci docuimus: alterū, quod iā solidas aialis particulas occupauit, hecticū noiant. Transeunt sæpe aūt diarię febres, veluti superius osten dimus, in vtrūq; genus, nisi quis eas cōmode tractet. Veluti aūt in cęteris rebus oibus, quæcunq; vno genere cōprehensæ societatē in naturis habēt, ac propterea mutuo in se transire valent, tertia quædā formula in transitu ipsarū exiſtit, q̄ neutrius extremitatū formā planè exhibet: ita nimirū & in diariarū febrium transitu imagineris, licet, alterū quoddā genus in trāsitu exoriri, quod neutri extremitatū sit idē. Ac primū quidē de hoc differendū esse mihi videt: quò, sicuti reliqua, ēt ipsum tū protinus noscat, cū incidit: tū sic inhibeat in primo ortu, ne aut ęgre sanabile, aut insanabile post, q̄ auctum est, euadat. Cęterum, mediū id cum inciderit, nec nosse rj possunt, nec sanare, qui extremitatū, quarum est mediū, speciem ignorāt. At tibi, qui præsertim nō solum diariarum, sed etiam reliquorum duûm generum, notas intelligis, vbi vel diariarum notæ aliquatenus sunt alienatæ, vel reliquarum notæ simul apparent, haud difficile fuerit iam transitum suspicari. Ergo ex H adustione, cruditate, lassitudine, vigilia, animi perturbatione, vel bubone, qui ex euidenti aliqua sit causa, nunquam ad tertium vsq; diem progredietur febris accessio, nisi quid delictum circa laborantem sit. At, quibus stipatio febris occasio est, ijs etiā vltra hos porrigi accessio potest. Nam, qm̄ stipatio "vel obstructis exilibus meatibus, vel cōniuentibus, vel etiam corpore ipso immoderatius densato accidit, merito, arbitror, diximus ex frigore & balneis, quæ vel contactu refrigerent, vel facultate: præterea pharmacis similis generis: pari modo ijs, quæ cutim siccent, veluti Sole feruente: nec minus ēt ijs, quæ densent, veluti dura cum ijs, quæ frigefaciant, frictione: & detineri intra corpus ceu fumida fuliginosa'ue excrementa, & ab ijs febrē accendi: Verū ex his densationem quādam corporum ipsorum fieri, ac veluti exiguorum meatuum conniuentiam: obstructionem vero vel pp glutinosos, vel crassos, vel copiosos succos incidere: Quin etiam febres, quas cunq; vel conniuentia meatuum, vel recens corporum densatio excitant, has & desistere post primam accessionē, siquis rectè eas tractet, & vere diarias tū esse, tum appellari: at, quę ex obstructio ne creant, si hæc pusilla sit, solui ipsas quoq; similiter, vt alias diarias, siquis eas legitime sanet: sin valenter impacti humores sint sic, vt valētius aliquid, quod eos eximat, desiderent, eas febres porrigi vltra vnum diem necesse est, ac diariarum febrium genus videri egressas. Quomodo.n.dici

*τὴν τῆς θεραπείας μέθοδον.

A.lib.4. c.1. fol. 1

A.li. c.1. fo. 16.

vltra

A vltra diaria febris poteſt, quæ in tertium vſq; diem extenditur, quando ex ipſa nominis ratione in ſecũdo eam deſiſtere par erat? Dictum enim ſupra eſt vigintiquatuor horas eſſe ſic appellatę diei ſpatium, vtiq; vt cum nomine diei nox quoq; vnà comprehendatur. Atqui, ſi neq; humor putreſcens ſubſit, nec corpus ipſum febrilem calorem, vt habitũ, ſuſceperit, à duobus generibus diuerſum ſit. Aut ergo aliud preter tria iam dicta genus eſſe in prima febrium diuiſione dicendum eſt: aut appellatione pro nihilo habita diarias ipſas nominare oportebit. Neq; enim profecto de ſubſtantia ipſa talium febrium eſt diariæ vocabulum: verum conuenienti nomine deſtituti, clarioris ſimul breuioris q; doctrinæ gratia, ab eo, quod ſepius eis accidit, nomen indidimus. Ac natura quidem eadem his eſt, quæ diarijs, nomen autem non idem.

Quæ ſint Febres, quæ Synochi appellantur, & quæ ipſarum enumerentur inter diarias. CAP. 2.

SIquidem, in quibus vna acceſſio ab initio ad finem perpetuo manẽs, in multos dies porrigit, eas febres ſynochos, id eſt continentes, appellãt, non illi quidem græco nomine vſi, cæterum ſolœciſmum committendum potius rati, q̃ formam ipſarum ſine nomine linquendum. At non, ſicuti idea vna eiuſmodi febriũ eſt, à qua ſynochos eas nominant, ita & natura ſimplex vna q; eſt. Quædam nãq; earum manifeſtam habent putredinis notam: quædam prorſus non habent, quas B nimirum ex diariarum febrium genere eſſe diximus. Cum.n. acceſſionis rẽmiſſio ex feruentium humorum tranſpiratu contingere ſoleat, non trãſpirant autem in vehementi ſtipatione, neceſſe eſt multorum dierum fieri acceſſionem. Igitur, vbi in tali febri nulla ſubeſt occaſio, quæ alterius acceſſionis principium excitet, vltra hoc, q multorum dierum febris eſt, nec inuaſionem alicuius †febrium ſignificationis} facit, ſed permanet ab initio ad finem vna febris, quæ nec quotidianæ, nec tertianæ, nec quartanæ notãm præferat. Cæterum, cum me audis dicentem, vbi vehementer ſtipata corpora ſunt, cohiberi intra corpus febrilẽ calorem, non ita factam prorſus denſitudinem putandum eſt, vt nullum ex ijs humoribus, qui tenuati admodum ſint, effluere foras ſinat: cum nec, ſi de oſſibus ita dixeris, id verum ſit, nedum carne & cute. Verũ, cũ à feruentibus humoribus vapor attollatur plurimus, effluat aũt foras exiguus, hunc, qui relictus eſt, febrem ſeruare eſt neceſſe, neq; id modo propterea, q ipſe manet, ſed etiam propterea, q quæ proxima ſunt, adurit.

Quo pacto Febris Continens cum putredine, aut ſine putredine oritur. CAP. 3.

QVoniam igitur ex duobus his ſeruari febris poteſt, & q totus vapor non trãſpiret, & q idẽ vapor ea, quæ contingit, etiam excalfaciat, neceſſe eſt tres eſſe in ſynochis febribus differentias: nempe vel pari permanẽte magnitudine ea, quam in prima acceſſione ſummãm habuit: vel adijciente ſemper exiguum aliquid, diminuente'ue: atque hęc vel æqualiter faciente, vel C inæqualiter. Ac, ſi quidem, quod accenditur, ei, quod tranſpirat, par fuerit, nec augeri, nec minui febrilis calor cernẽ, ſed perinde ſibi ſimilis permanebit, ac ſi nihil illi prorſus adijceretur, aut demeretur. Quippe ad ęqualitatis cuſtodiam, nihil intereſt, ſeruetur'ne eadem aſſidue ſubſtantia: an ei, quæ vacuat, par ſit ea, quę adijciatur. Verum, ſi altera earũ vicerit, vtiq; ſi, quæ vacuatur, minui febrem neceſſe eſt: ſin, quę adijcitur, oĩno increſcere. Sed nec illud ſanè quẽquam latet, q, cum ex febribus altera magis minus've, q̃ altera, tum augetur, tum minuitur, id ob exuperantię imparitatem neceſſario accidat. Nam, vbi aliàs ampliore menſura, aliàs minore, vel febrium generatio, vel tranſpiratio exuperat, nec ijs, quæ augẽtur, oĩbus par eſſe auctio: nec ijs, quę minuuntur, demptio, oĩno poteſt: immo plurimã eſſe tum exceſſus, tum defectus, differentiam eſt neceſſe. Atq; vnum quidem hoc (ſiue genus, ſiue ſpeciem, ſeu quiduis aliud appellare libet) συνόχων, id eſt continẽtium febrium eſt, quod q; ex eadem cum diarijs natura conſtat. Alterum eſt, vbi in oĩbus vaſis, ac potiſſimum maximis, ęquabiliter ſucci putreſcunt. Eiuſmodi febrium in gracili & frigido corpore neutra cõſiſtere ſolet: ſed plurimum in ijs, qui ſanguine abundant, & corpulẽntis, gigni cernuntur: quando nec obſtructio citra putredinẽ excitare febrem valet, niſi id, quod tranſpirat, D & copioſum ſit, & calidum: nec humorũ putredo in oẽs, quæ inter inguina & alas interſunt, venas æquabiliter ac cito porrigi in frigido habitu poteſt. Debent enim {ſemper} quæ putreſcũt, tum calida humida q; eſſe, tum vero difficilem tranſpirationem habere. Eo q; fit, vt nec in frigida ætate, nec in frigido corporis temperamẽto, ſiue id ab initio cõſtitit, ſiue modo frigidum ſit factum, continẽs excitetur febris: Sed nec in gracilibus, vel qui raro ſunt corporis habitu: Immo tũ ætate, tum natura, tum acquiſititio temperamẽto, quę calida ſint, ac præcipue ſi & carnoſus, & bono ac multo ſanguine affluens, & denſo corpore æger ſit, aut etiam calidis excrementis refertus. Proinde fit, vt, qui ita febricitant, ijs & pulſus maximus ſit & æqualis, & vehemens: quibus etiam arterię hãbitus, nec durior, q̃ pro natura, eſt, nec mollior, celeritatis tamen frequentiæ q eò peruenit, quò febris ipſa magnitudinis. Atq; hæc quidem ambarum ſunt cõmunia: alteri vero priuatim putredinis inſunt notæ, id q; tum in lotio, tum pulſu, tum caloris ingrata qualitate.

Adoleſcentium Duorum Curatio, quorum alter Continente ſine putredine, alter cum putredine, febricitabat. CAP. 4.

AC tibi exẽpli cauſa redigã in memoriã adoleſcentes duos, quos vnà mecũ vidiſti. Erat alter eorum liber, & palæſtræ peritus: alter ſeruus, haud inexercitatus ille quidẽ, cæterũ in palæſtra parũ vehemẽs, nec tñ ad quotidiana, quę ſeruũ deceant, tum exercitia tũ opera tractanda, non idoneus.

Marginal notes: I. 2. c. 5. 4 a 5. b (left, beside "humorum tranſpiratu"); * ταῦτα.a.P.S.ἀδιαπνευμα. ; † ἐπισημασί-ας. ; * ἐπισημασί-αν. ; * πολυσάρκοις. ; * σύστασις, i. cõſiſtentia.

idoneus. Porrò liber continenti citra putredinem febri laborauit: ſeruus continenti cum putredi- E ne. Horum vtriq; quę'nam ſit adhibita curatio, non intempeſtiuum dictu nunc arbitror, quando quidem in exemplis exercitari, quiduis diſcentes maxime expedit: neque.n. ſatisfaciunt ad exactam cognitionem vniuerſales methodi. Sunt autem exemplorum ea pro potioribus habenda, quæ ipſi oculis vſurpauimus: quando, ſi omnes, qui docere ſcribere'ue aliquid ſunt aggreſſi, ea prius operibus oſtendiſſent, prorſus paucula quædam falſo dicerentur. Nunc vero pleriq; alios docere tentant, quę nec ipſi vnquam fecerunt, nec alijs oſtenderunt. Cęterũ vulgus medicorum, nihil miri eſt, ſi contemptis bonis moribus, opinioni ſapientiæ magis, quàm veritati, inhiat. Verum non ſic fuit ratio noſtra. Non enim heri, aut nudiuſtertius, ſed ſtatim ab adoleſcentia, philoſophiæ ſtudio capti, primum nos ad eam contulimus: Mox patris euidenti inſomnio moniti ad medicinæ ſtudium excolendum venimus, ac per totam vitam operibus magis, ꝙ verbis, vtrique ſtudio incubuimus. Quo minus mirum eſt, ſi, in quo tempore alij totam vrbẽ ſalutando luſtrant, & cum diuitibus cœnant, ac eoſdem comitantur, hoc omni nos ſedulo laborantes, primum quidem omnia, quę veteribus pulchre ſunt inuẽta, didicimus: mox eadem opere tum indicauimus, tum exercuimus. Ergo, qui palæſtræ peritus iuuenis erat, vbi febricitare hora prima noctis cœpiſſet, poſtridie eum mane circiter horam diei tertiam vidimus. Cum autem inueniſſem febrem F admodum calidã, ſed pulſus* æquales, & maximos, & celeres, & frequentes, & vehementes: tum caloris qualitatem, quæ tactum minime morderet: iam vero & vrinas tum craſſitudine, tum colore, à naturali habitu non multum alienas: audiens pręterea hominem circiter triginta dies exercitationis conſuetudinem intermiſiſſe, pridie tamen exercitaſſe ſe vehementius, cæterum non multum: ſumpſiſſe autem ſolitos cibos, atq; eos concoxiſſe, quamuis tarde & ægre, vtpote cum febris veſpere occupaſſet: cum interim rubicundus plenus q; homo appareret, atq; etiam plenitudinis ſenſum ſe percipere diceret: faciente interim quodam eorum, qui aderant, de vena ſecanda mentionem: viſum nobis eſt eius auxilij conſiderationem in aliud tempus remittere, ſimul vt certius ſciremus, cuius generis febris eſſet: ſimul neceſſario propter eam, quæ præceſſerat, concoctionis tarditatem. Cum autem veſperi ſimilem vigorem tueri febris eſt viſa, ceu nihil ſenſibiliter remittens, ſuſpicio iam erat ſynochon eſſe, hanc q; ex obſtructione, & ſanguinis abundantia, & pręcarnis copia ſtipatione. Ac, cum parem magnitudinem per totam noctem febris ſeruaret, poſtero die viſum eſt medicis omnibus, qui eum inuiſerant, ſanguinem eſſe mittendum. Diſcordia verò orta de tempore: & vincẽtibus, qui id in ſequentẽ diem differendum ſuaderent: febris per totum eum diem euidenter viſa eſt vigorem ſuum augere. Mox tertia ſequente nocte, alia quidem ac- G ceſſio minime incidit, quæ primæ ad portionem reſponderet: erat tamen æſtus ipſe laboranti intolerabilis: vrgebat q; cum tenſio totius corporis, vtpote repleti, tum capitis pulſatio: atq; ob hæc grauis vigilia, iuuene in aliam aliàs ſe figuram iactante. Itaq;, cum vltra ferre non poſſet, hora noctis circiter octaua mittit ad me miniſtrum, rogat q;, ad ſe ocyus veniam. Ipſe annuo, atq; abeo, inuenio q; febrem calidiſſimam, pulſum q;, qualem prędixi. Quoniam autem nec in hoc, nec in lotio, nec in ipſa caloris qualitate, indicium aliquod humorum putreſcentiũ apparuit, optimum factu viſum eſt venam incidere ante, ꝙ putredo inciperet. Auſero itaq; ab homine eouſq; de induſtria ſanguinem, quoad animo linqueretur, maximum planè vbi valentes vires ſunt, continentis febris remedium: id quod tum ratione, tum experientia didici. Primum nanque in contrarium ſtatum agitur corpus, celerrime ex animi defectu refrigeratum. Hoc vero nemo inuenire poteſt, neq; quod ipſis ægris, neq; quod naturę, quæ animantes gubernat, iucundius vtilius've ſit. Poſtmodum in eiuſmodi corporibus neceſſario ſuperuenit alui deiectio, non nunꝙ etiam bilis vomitio: quas res ſtatim à toto corpore madores ſudores'ue excipiunt. Quę nimirũ oĩa, cũ huic quoq; contigiſſent, protinus febrem extinxerunt ſic, vt quidam ex ijs, qui aderãt, iugulaſſe me febrẽ per iocũ dicerẽt: vnde oẽs riſimus. Verum, quò narrationem oẽm abſoluam, nihil mali erit paucula H addidiſſe. Poſt duas nanq; à ſanguinis miſſione horas paulo nutrimenti dato, ac iuſſo quieſcere, diſceſſi. Quinta vero hora reuerſus, tam profundo ſomno indormientem inueni, vt tangentem me prorſus non ſentiret. Cum vero & miniſtri adeo illi altum ſomnum fuiſſe dicerent, vt nec, cũ madores eius abſtergerent, expergiſceretur, ſuaſi ita facerent: eſſe nanq; hominem iam prorſus à febri liberũ. Reuerſus aũt & decima rurſus hora, ẽt tunc dormientem inueni. Egreſſus aũt iterũ ad alios viſendos ægros, redeo hora prima noctis, non tamen, vt ante, tacẽs, ſed voce de induſtria ſublata, quò ægrum à ſomno excitarem. Quod cum ita accidiſſet, vbi ſolo ptiſanę cremore ipſum nutriui, abij. Cuius modum poſtero die augens, tertio lauatum dimiſi. Ac, quæ ad hunc pertinebant infirmum, ita ſunt geſta. Quę vero ad alterum, nunc dicam. Is, cum toto die multum laboraſſet, deinde lauatus paucula comediſſet, cœpit nocte febricitare, totum ẽt continuans ſequẽtem diem. Hunc nos poſt ſecundã noctẽ vidimus, in cæteris quidẽ oĩbus iã dicto iuueni ſimiliter affectum, verũ putreſcẽtiũ humorũ euidẽtes prębẽtem notas. Itaq; vena quoq; huic protinus inciſa vſq; ad animi* defectũ vacuauimus. Poſt id, idoneo interpoſito ſpatio, cibauimus primũ mulſa: deinde vna interpoſita hora, ptiſanę cremore. Atq; hæc oĩa intra quintã acta ſunt horã. Cum aũt ſimilis ſibi perſeueraret febris, ſynochon eã fore ex putredine expectauimus. Ita q; accidit. Quippe cum

*ἔυρηνται eſt ĩ impreſſis, ut Linacer: ἐιρηνται, i. dicta, eſt in manuſcript.

A. l. 4 … 44. fo. 4 … 2. c … d

A. ii. em.

A pe cum eam secunda noctis hora pari magnitudine cerneremus, tertiæ diei accessionẽ, futura'ne esset, an secus, diligenter obseruare volebamus: cuius in septimam horã noctis suspicio erat. Itaq;, cum summo mane superuenissem, inueni, quod expectarã. Nam nec tertiana inciderat accessio: febrisq; remissior paululo, q̃ vesperi fuerat, apparuit. Vt autem rursus hoĩem meridie vidi: eratq; iam certissimũ & febrẽ decreuisse, & synochon febrem esse, sed quæ {assidue} decresceret: satius visum est tum quoq; hoĩem similiter nutrire. Quarta vero exacta nocte, manifeste minor etiam quarto die erat. Quo rursus quoq; ad eũdem modum homine cibato, aduertimus tum illo die toto, tum, quæ hunc secuta est, quinta nocte magnitudinẽ remittere sic, vt quinto die liquido planè appareret minor esse febris, q̃ ante. Ita q; ad portionẽ minuentis se febris, vrinæ quoq; concoctio processerat. Erat q; haud obscurum septimo (id quod factum est) finiendã. Hanc igitur planè cõtinentem ex humorum putredine febrem, & quę assidue decresceret, vidimus. Multas vero alias continentes conspeximus,† quarũ aliæ crescentes: aliæ similem tenorẽ seruãtes erant (illas Epacmasticas, has Acmasticas vel Homotonus Græci vocant:) alię, ceu quam modo memorauimus, decrescentes, quas Paracmasticas dicũt. Alię rursus in primo die putredinis notas habuerunt: alię in tertio, aut certe ad summum quarto, id q; aliàs medicorum ipsorum inscitia, qui sanguinem nõ
B miserãt, aliàs laborantiũ ipsorum timiditate. Siquidẽ eorũ, qui ex sola obstructione febricitarẽt, nemo in putredinis febrem incidit, qui prius sanguinem miserat. Quem, vbi valida virtus subest, & ętas permittit, vsq; ad animi defectum mittere expedit: vbi horũ alterũ non satis respondet, tutius, est quantũ satis visum fuerit, tm̃ principio detrahere: quod defuit, iteratiõe supplere. Etenim hoc presidio omisso, qui ita febricitant, in summũ discrimen veniunt, nisi si eos vel virium robur,
14 i t2.c vel largum sanguinis profluuiũ, vel sudor copiosus, ex manifesta pernicie eripiat. Et tñ non nul
Ibid.:7.c li ex medicis sunt, qui, tametsi manifestissime vident naturã sanguinis profluuio non paucos eorum, qui sic periclitentur, seruare, tñ sanguinis missionẽ fugiant, nullam nec experientiã, nec verã rationẽ secuti. Cæterũ hos mittamus, disputato præsertim contra illos abunde vno integro libro, qui est de sanguinis missione contra Erasistratum scriptus: ipsi vero ad propositum reuertamur.

De Ratione curandi Continentes Febres per Venæ sectionem & Frigidæ exhibitionem. CAP. 5.

Erat vero in præsenti disputatione propositũ de ijs febribus disserere, quæ ex stipatis p̃ obstructionem meatibus oriunt̃. Quas, si sine putredine consistant, ex diariarum esse genere dixi: sin ijs putredo aliqua vel ab initio statim, vel postmodum superueniat, vbi in oĩbus venis, ac precipue magnis ea constitit, continentes excitari febres: vbi in vnica animalis parte, febres, quę cer-
C to ambitu accedant. Verum de his postea. Quod aũt & bis, arbitror, & ter, & sæpius, iterum q; dicendum est, qui ita laborant, si recte curabũtur, ijs sanguinis missio est adhibenda: qñ, quibus corpus ex succorum abundantia inhabile ad transpirationem iam redditum, tm̃ caloris congessit, vt inde iam febricitet, ijs tm̃ sanguinis est detrahendum, quantum vires tolerãt. Pro certo quoq; habendum, nisi ijs, qui hoc per naturã sunt habitu, id adhibeatur pręsidiũ, fore, vt vel suffocẽtur, vel certe syncope prehendi oĩno periclitẽtur, nisi (vt dictum est) eos vel virium robur, vel plurimus sudor, vel largum sanguinis profluuium, à morte vindicet. At illud vel me tacente constat, ijs præsertim, qui librũ de plenitudine studiose perlegerunt, quanq̃ & nunc quoq; à me dicetur, nõ esse nunc nobis de ea abundantia sermonem, quæ ad virtutẽ comparat̃, (quippe quæ nec sic obstruit venarũ ora, vt refrigerationem prohibeat, nec tunicas earum distendit, nec ruborẽ nec tumorem inuehit, multo q; minus vel carnis vel cutis transpirationem moratur) verum de ea, quæ cõtineri à vasis vltra nõ valet: quę'q; ob id ipsum tum perrumpere vasa, tum recludere solet: reliqua'q; modo dicta symptomata inducit, obstructionem, distẽtionem, tumorẽ, ruborem: de hac, inquã, mihi omnis sermo tum habitus est, tum vero nihilo minus habẽdus. Siquidem copia hæc, dum bonitatem suam seruat, vt pariter augeri cum robore virium est nata, ita, siquãdo has grauat, nec de cæ
D tero augebitur, & bonitatem naturæ amittet. At, si † naturalem semel bonitatem amiserit,} fieri nequit, vt non putrescat: quandoquidẽ nec aliud vllum ex ijs, quæ foris sunt, humidũ calidum'q; corpus manere imputrescibile cernimus. Ergo festinare ad sanguinem detrahendũ oportet, quò venarum natura ex transpirando ventilãdo'q; naturalem temperiem seruãs, humoribus eo, quo inter initia, modo dominetur: qñ, si ad intemperiẽ versa laborabit, metuendũ est, ne hi putrescãt. Excitatur aũt intemperies in ea ex febris calore. Quem, siqñ rudis quispiam medicus auxit, non vacuata stipationis causa, in incerto reliquum omne remedium est. Vbi nanq; emitti abundantia postulat, calor aũt refrigerari, pugna discordia'q; inter ipsa sanandi oritur remedia, scilicet ijs, quæ refrigerent, quamuis temperiem naturæ concilient, saltem abundantiam intra corpus detinentibus: quæ vero rarefacienda cute hanc educant, oĩbus calfacientibus, sic, vt, si abundantiã emittere velis, febrem augeas: si febrem refrigerare, abundantiam moreris. In hanc consilij inopiam deueniunt, qui statim à principio non vacuarunt, Erasistrati persuasione inducti: qui nec spontanea sanguinis profluuia potuit imitari. Optimum igitur factu est (id quod nos semper in re quaq; facere vidimi) statim non numero dierum, sed vni virium robori, in febribus eius generis attentum esse: quippe quod si seruatum est, non solum sexto septimo'ue, sed etiam sequentibus diebus sanguis est mittendus. Quod si curare aliquando infirmum cogeris, cui non solũ antea secandę venę

† τοὺς μὲν ἐπακμαστικοὺς, τοὺς δὲ ὁμοτόνους ἢ ἀκμαστικοὺς, ἢ ὅπως ἄν τις ἐθέλοι καλεῖν. ἐνίους δ' ὥσπερ καὶ τοῦτον ὁ προειρημένος, παρακμαστικούς.

† τὸν ἐκ τῆς φύσεως κόσμον ἀπολέσειε.

* τῶν ἀγγείων i. vasorum.

remedium prætermiſſum eſt,ſed nunc quoq; vel per medicorum ignorãtiam,vel ipſius laboran- E
tis propinquorum'ue eius timiditatem procedẽte tempore mittere ſanguinem prohiberis,ad "fri A.l.4 f. 16 7 fol.4.
gidam exhibendam accedes,ſed diligenter ante diſcernens, quantum ex ea nocumentum contin
gere poſſit. Nam,ſi id aut exiguum erit,aut nullũ,offerẽda potui eſt,quæ prorſus ſit gelida,quan-
tum bibere ægro libet: quinimmo magis id audebis,ſi frigidę potioni inſueuerit. Sin magnum ti
metur incommodum,ab hac quidẽ abſtinendum, atq; alijs auxilijs, quibus obſtructio eximatur,
& abundantia vacuetur,& febris feruor deſerbeat,vtendum. Porrò incõmoda,quæ frigidam po
tionem intempeſtiue immodicé'que exhibitam ſequuntur, in his conſiſtunt, ꝙ lentos craſſos q;
† humores, ſiue hi obſtructiones,ſiue putredinẽ,ſiue phlegmonen: ſiue, qualis eryſipelas,aut ſcir
rhus,aut œdema eſt,affectum creauerint: attenuari digeri q; prohibẽt. Ergo,quoties ex his febris
accenditur,atq; ad eos vacuandos frigida data non conducit,ad præſens quidem non paruum af-
fert leuamen propterea,ꝙ iam accenſam febrem extinguit: verum, cum cauſa eius adhuc perſtet,
aliam denuo accendi eſt neceſſe,atq; ea,quæ præceſſit, non nunquam difficiliorem,propterea, ꝙ
denſatum ex frigida corpus eſt. Atq; hæc vna noxæ ſpecies eſt minime contemnẽda. Altera talis
eſt. Multæ laborantis imbecillæ particulæ,ſiue ita ſe ex naturali intemperie habeant, ſiue ex vitio
adſcititio,à frigida læduntur. Alij nanq; gula adeo vehemẽter eſt affecta, vt vix deglutiret: Alij ven F
triculus ſic,vt vix concoqueret: Alij ipſum vẽtriculi os,aut iecur, aut colon,aut pulmo, aut ſeptũ
tranſuerſum,aut renes,aut veſica,aut tale quippiam aliud à frigida percuſſum,ad proprium opus
infirmum eſt redditum. Non nulli autem ex intempeſtiua immodica q; eius potione,non multo
interpoſito tempore, nec poſtmodum, ſed ilico, difficultate ſpirandi, & conuulſione,& tremore
corripiuntur: ac toto (vt ſemel dicam) neruoſo genere lęduntur. Nec ignoro,ꝙ formidoloſum te
ad frigidam offerendam ex ijs, quæ memoraui, redderem, niſi ea me vſum ſubinde vidiſſes, ſem-
per q; cum ſucceſſu,nec ægrum in vllo manifeſte læſiſſe. Quibuſcũq; enim in principe particula
tumor aliquis è phlegmones,œdematos, aut ſcirrhi genere conſtitit, ijs frigidam offerre nõ opor
tet: ſed nec ijs, quibus obſtructio putridus'ue humor non concoctus incommodat. Quòd ſi eui-
dentes percipis abſq; iam dictis tumoribus concoctionis notas, illud duntaxat æſtimabis, ſit'ne
pars aliqua temperamento adeo frigido, vt in hanc noxa procumbat. Porrò eryſipelas, quod ve-
rum eryſipelas ſit,non aliter ſanaueris: at,ſi miſtum cũ phlegmone ſit, in hoc concoctionis expe-
ctandæ ſunt notæ. Atq; hæc latius,q̃ pro re nunc propoſita,cum poſtmodum etiam forte neceſ
ſum erit de frigida exhibenda mentionem facere. Nunc enim altera continentium febrium ex ſo
la obſtructione eſt orta: altera vero etiam cum putredine per oẽs venas. Cum ergo concoctionis G
humorum in ijs notas videris, de quibus dictum abunde in libris de Criſi eſt, audacter frigidam
dabis: quippe ſolidarũ animalis partium natura roborata prætenuatos iam humores aggreditur
ita,vt,qui vtiles ſint,atq; ad nutriendum habiles,hos quidem ad ſe trahat: inutiles vel per vẽtrem
vel per cutim eijciat. Quòd ſi etiam frigidæ aſſuetus æger fuit, magna cum fiducia frigidam exhi-
bebis,ipſa ſcilicet experientia iam doctus omnia viſcera eius occurſum familiariter tolerare. Om-
nino nanq;, ſiquod frigidum adeo eſſet,vt ab hac offenderetur, id per ſanitatis tempus euidenter
offenſam ſuam oſtendiſſet: nulla vero per ſanitatem particula quicquam ab hac læſa, nec etiam
inter febricitandum quicq̃ lædetur. Vbi nanq; nõ nulli aquæ frigidę potioni non aſſueti, tñ pro-
pter ardentẽ febrem eam bibere coacti, nullum incommodum ſenſerunt, multo profectò minus
eorum,qui aſſueuerunt,quiſquam lędi debet: cui etiã quaſi pro munimento maximo accedit ipſa
caloris copia. Hic nãq;,cum in vaſorum finibus plurimus cõtineatur, vtpote tum aerea in his ſub
ſtantia,tum etiam ſuccis omnibus inflammatis, quantum ab frigido patitur refrigeratus, tñ rur-
ſus calfaciendo in ipſum agit. Ideo q; minus tuta ijs,qui exiguum ſanguinem carnem q; obtinẽt,
frigidæ potio eſt: celeriter nãq; ad ſolidas animalis peruenit partes, nulli, quod eius vim frangat,
occurrẽs. Eo etiam fit,vt hecticæ febres nec perinde eam,quæ prorſus ſit gelida,nec multam,de- H
ſiderent: ceu quę extenuatis oĩno, exigui q; ſanguinis corporibus,incidãt. Verũ de illis poſt age-
tur. Maxima vero continentium febrium remedia hęc duo ſunt,detractio ſanguinis,& potio fri
gida. Verum illa nullo non tempore,modo vires ſuſtineant: hæc,cum & in pulſu,& vrinis, cõco
ctionis euidentes cernuntur notæ,febris autem eſt maxima. Attendenda vero cum venę ſecan-
dæ indicationibus ſunt,tum quæ eam precedunt: tum vero,quę omnino excipient. Nam," ſi pre A.li. .1.li. c.45. 143f.
cedat ciborum cruditas, tanto tẽpore differre venæ ſectionẽ iubebis, quantum ſatisfacere tum ad
eorum concoctionem,tum vt excrementa deſcẽdant,videbitur. Sin ſequetur neceſſario vacuatio
quæpiam,tñ illi de eo,quod ſuperfluum eſt, relinquendum, quantũ eſt p eam vacuandum. Itaq;,
ſi tempore mittendi ſanguinis menſes moueri contigerit,ſiue etiam hęmorrhois ſit recluſa, ſi in-
ſpectus fluentis impetus ſatis fore videbitur,qui ſolus,quod requiris,vacuet,naturę rem omnem
permittes: ſin minus,tñ ipſe detrahes,quo ex cõiunctis ambobus perficiatur,quod poſtulas. Ve
luti autem in his ad ipſam naturalem vacuationem,quę ſenſu vſurpetur, non leuiter attẽtum eſſe
oportet,ita alibi vel ad naturam ipſam,vel ętatẽ,vel cœli ſtatum. Sunt enim non nulli ad exhalan
dos digerendos q; corporis ſuccos natura propenſi: pueri certe propter ætatem perpetuo: cœli
vero ſtatus, vbi calidus nimium eſt & ſiccus. Voco cœli ſtatum ipſam ambiẽtis nos aeris tempe-
riem:

† Linacer vertit vt impreſſi legunt. antiqui addunt καὶ πολλοὺς, i. & multos.

A riem: sub qua & anni tempus, & regio comprehenditur: quando horũ quoq; vtrunq; ex ambientis temperie indicationem mutuatur. Propensi aũt ad digerendos corporis succos sunt, quicunq; natura sunt humidi: magis q́; si accedat caliditas: Præterea, qui raro corporis sunt textu: Ad hæc, quibus os ventris aut amara bili abundat, aut imbecillum est, aut supra modũ sensile. Atq; hæ quidem indicatiónes sunt, quę sanguinem detrahendum dehortantur. Contra postulant vnà cũ affectu, cuius causa primum requirebatur, habitus durus, dẽsus q́;, &, vno verbo, qui haud facile digeritur: tum ambiẽs humidus frigidus q́;. Sanè merito quædam sanguinem mittẽdum adhortãtur, quædã dehortantur: siquidẽ id pro vacuatione oĩno suscipitur. At eorum, quæ cõprehensa sunt, quędã transpirationes morantur, quædam promouẽt: & quædam ad vacuandum prompta sunt, quædam secus. Sanè transpirationem corporum prohibẽt tum meatuum stipatio, tum circũdantis nos aeris humiditas & frigiditas: cõtra promouent ea, quæ his sunt cõtraria. Eorum aũt, quæ vacuant, quæ calida humida q́; ac tenuia sunt, ea celerrime digerunt: cõtra, quæ crassa, glutinosa, & frigida sunt, ægre transpirant. Atq; hæc quidem ad rem propositam de missione sanguinis, ac frigidę aquæ potione, non ignorasse expedit. Quarum vtranq; metuentes nõ paucos medicos vidisti, vtiq; imperitos. Quorum alteros Hæmophobus, id est sanguinis mittendi timidos: alteros B Psychrophobus, id est frigidæ exhibendæ formidantes, sic græce nominamus, sicut, qui à rabido cane sunt morsi, Hydrophobus: sunt enim proculdubio horũ quoq; aliqui præ dogmatis sui studio, nõ leui in rabie. Ergo relictis his, quod initio institutum nobis fuerat, prosequamur, ad memoriam reuocantes, quemadmodum sermo noster occasione cõmunium quorundã in ipsis accidentium, à diarijs venit ad continentes. Q m̃ enim obstructionis affectus, cum & ipsa exilis est, & rite curatur, diariam febrem efficit: cum vero vel propter magnitudinẽ, vel medici inscitiam, consuetum diariarum tempus excessit, aut continentem, aut aliquam earum quæ certo ambitu repetunt: merito nos de ea, quę diarijs cognata est, continenti febre disputatio excepit: propter has vero protinus & de hac, quæ cum putredine humorũ erat. Visum q́; satius est vel claritatis, vel exercendi legentis causa, vnius ęgroti in vtroq; febrium genere mentionem facere.

A.1.f.1.t.1. c.7.412.g

Indicationes non à traditis tantum superiori libro scopis, sed à Causa morbi, ac ægrotantis Viribus petendas esse: & illarum methodum exercitatione in particularibus comprobandam. CAP. 6.

IGitur, q̃m hęc nobis peracta sunt, ac per ea demõstratum euidenter est (id quod in pręcedenti hunc libro ad calcem est dictum) oportere in alijs febribus, quę amplius diarię non sint, non modo ab ijs rẽbus, quę in illo libro pręcipiantur, faciundorum indicationes peti, sed ẽt ab ea cau- * scopis. C sa, quę febrẽ excitet, ac laborãtis viribus, ad vniuersalem denuo exercitationem reuertamur, pro comperto habentes non licere vllius artis scientiã nancisci, nisi & methodum quandam habueris per vniuersalia vocata theoremata, et in particularibus te exemplis exercueris. Cum neq; fieri possit, vt sine multiplici in ęgris singulatim exercitatione, quod ex vsu sit, facias: nec sine vniuersaliũ cognitione probe exercitatio procedat, quippe cũ in vniuersalibus methodus, in particularibus exercitatio, consistat. Tanq; igitur, qui iter aliquod ingredi studẽt, vtroq; inuicẽ vtũtur crure: qui altero claudus est vno dũtaxat vtit, & longo spatio, & sępe errãs, viã peragit: ita sanè, & qui finem cuiuslibet artis consequi parat, duobus his veluti cruribus, vel instrumẽtis, vel quomodocũq; appellasse libet, vti debebit: in vniuersalibus theorematis, methodo: in particularibus, exercitatione.

Aduersus eos, qui Curandi indicationem à Laborantis Viribus sumi negabant. CAP. 7.

REuersi igitur ad methodum, nunc age de ęgrotantis agamus viribus, conferant'ne ad curationem hę quippiam, an planè nihil, ceu non nullis est visum. Videtur tñ eorum, qui inutilem virtutem esse ad curationẽ inueniendã dicunt, non propria operum artis disceptatio esse, sed logica potius, ac sophistarum. Aiunt.n. ab eo, quem curamus, affectu faciendorum indicationem pręstari, haud quaquam à viribus. Ergo & anni tempus, & regionem, & statum cœli, & ętatem, D & consuetudinem, & corporum temperies inutiles esse, eadem scilicet ratione dicũt. Postea, cum mutare curationem propter hęc coguntur, immemores eorum, quę inter initia dixerant, quędã eorum, contraria aliq̃n indicare aiunt ijs, ad quę curãtis consilium dirigitur: quędam ad pręsidiorum materias esse vtilia, quemadmodum & animalis partes. Etenim in illis quoq; eádem vtũtur stropha, in principio sermonis inutiles eas esse ad curationis inuentionem asserentes: post, vbi redarguuntur, ad curationis quidem indicationem inutiles dictitantes, ad materiæ tñ mutationem, vel inuentionẽ, vel differentiam, vel qualitatem (nam nec nominant eodem oẽs modo) necessarias esse fatentes. Itaq;, quod modo dixi, nũc quoq; repetam, nempe ꝙ egressi ex eo, quod in arte est vtile, in logicã disceptationem veniunt. Est nãq; artis vtilitas, auxilia, quibus ęger sanetur, inuenire: quo illi relicto, de noĩbus litigant, Endeixeis & Antendeixeis (quasi indicationes, & indicationum cõtradictiones dicas) item cõmunitates, & scopos, & auxiliorũ materias, alia q́; similia loquẽtes, s. hac nominum diuersitate purgasse se pro ijs, quę falso affirmauerant, arbitrantes. Ego vero minime veto noĩbus, quibus libitũ sit, vti: meminisse tñ eos velim eorum, quę ab initio posuerunt. Ea sunt auxiliorũ inuentiones: ad quas quicquid conducere quomodolibet videbit, id fatendum est ad curationẽ esse necessarium. Sic igit, & virtus necessaria'ne consideratu in ęgris à medico sit, an nõ, indagemus. Ego.n. sępe maxime esse necessariam aio sic, vt, quę circa ęgrum

adminiſtrantur,omnia fermè eius vnius cauſa fiant: aliquando mediocriter neceſſariam ſic,vt ali- E
quid ex hac quoq; ad ea, quæ facienda ſunt, conſilij petatur, non tñ præcipua faciendorum ratio
huc omnis referatur. Poſſum rurſus oſtendere tibi virtutem adeo exiguum ad inuenienda reme-
dia conferre, vt propter exilitatem etiam lateat: aliàs vero prætermitti, ac ſilentio præteriri, quaſi
prorſus ex vtiliter conſiderandis non ſit. Verum,quod accidit in virtute,id in reliquis oĩbus,quæ
aliquid faciendum indicãt,vſu venit. Nam aliquando aliud eorum alio minus aut plus valet: ali-
quando adeo eſt valens, vt ſolum indicare videatur: aut ita imbecillum, vt omittatur.

Medendi Methodum primum ab Hippocrate Inuentam, deinde à Galeno Declaratam, ac abſolutam fuiſſe. CAP. 8.

HÆc igitur dum doceo, adſis aĩo velim, illud habens in memoria, ꝙ nec in alijs vllis curatio,
quæ per methodum agiṫ,cõſiſtit: nec alius ante nos quiſꝗ oĩa ea ordine definiuit,quanꝗ ẽt,
ab Hippocrate via eſt inuẽta. Hæc.n.ipſa,quæ ego nunc enarraturus ſum, ille curationem indica
re primus oĩum ſcripſit: verũ,ceu primus inuentor, nec debitum oĩbus ordinẽ dedit, nec cuiuſq;
indicationis dignitatem ad vnguem finiuit: & quaſdã in ipſis diſcretiones omiſit,obſcure q́; plu-
rima pro antiqua dicẽdi breuitate eſt interpretatus. Pręterea de complicatis affectibus pauciſſima
omnino præcepit. Ac,vt breuiter dicam,oẽm ad medicationem viam aperuiſſe mihi videtur, ſed F
ita tñ,vt ea curam diligentiã q́; ad abſolutionem deſideret: veluti nunc quoq; videmus quaſdã ve
terum in terris viarũ, quibus pars quæpiam eſt vel lutoſa,vel lapidibus ſentibuſ'ue impedita, vel
moleſte ardua,vel periculoſe prona,vel feris obſeſſa,vel propter magnitudinem fluminum inuia,
vel longa,vel aſpera. Itaq;, cũ ſic ſe haberent oẽs in Italia viæ, eas Traianus ille refecit: quæ quidẽ
earum humidæ ac lutoſæ partes erant, lapidibus ſternens, aut editis aggeſtionibus exaltans: quæ
ſenticoſæ & aſperæ erant,eas expurgans: ac flumina, quæ tranſiri non poſſent, pontibus iungẽs:
vbi longior,ꝗ opus erat,via videbatur,aliã breuiorem excindens: ſicubi vero ꝑ arduum collem
difficilis erat,per mitiora loca deflectens: iam,ſi obſeſſa feris, vel deſerta erat,ab illa transferens, ac
per habitata ducens: tum aſperas cõplanans. Itaq; mirari nemo debet,ſi,cum viã rationem q́; me-
dendi ab Hippocrate inuentã eſſe ſim teſtis, ipſe tñ hoc opus ſcribere ſum aggreſſus. Neq; enim,
ceu ea planè non eſſet inuẽta,ſed veluti,quæ proxime diximus,deſideret, ad hæc cõſcribenda ue-
nimus,nemine priorũ,qui eam methodũ abſoluerit, ante me inuẽto: qñ alij omnino eam nõ no-
uerant: alij,cum noſſent, non potuerunt tñ,quod defuit,adijcere: non deerant,qui incognitã eſſe
umbra q́; inductam,ac prorſus è medio ſublatã uoluerunt, ij uero q fuerint,in ſermonis progreſ-
ſu dicetur. Nunc, quod promiſi,aggrediar: omnes q́; deinceps medicandi indicationes exponã. G

In Diarijs Febribus ab Affectus cauſa, atque Aegri viribus non præberi præcipuam Indicationem. CAP. 9.

VTile aũt ad claritatem eorũ principium ſumeṫ ex reuocatis ad memoriã ijs, quæ in proximo
libro diſſeruimus, cũ de diarijs agereṫ. Videbatur.n.in illis prima, ac (ut ſic dicam) maxime
præcipua faciendorũ indicatio eſſe,quæ affectũ ęgrotãtis amouendũ ſuadet,æque, ut in ſanis pri-
ma eſſe, q̃ ſtatum eorũ ſeruandũ monet. Verum hic, ſicut ꝑ ſimilia ſeruaṫ, ita ꝑ contraria perimiṫ.
Conferre ꝑterea ad auxiliorum inuentionẽ diximus tum ipſam corporis temperiẽ unà cum con-
ſuetudine,tum regionẽ,tum anni tpſ, tum cœli ſtatum: In qbus uero morbis egregius aliquis in
una parte aĩalis affectus ſubſiſteret,ueluti ex aduſtione in capite, à parte quoq; ipſa aliquã facien-
dorum indicationem ſumi. De uiribus tñ, uel cauſa quæ affectũ creet, in eo libro nihil eſt dictum
propterea,ꝙ nec uires in diarijs febribus egregiam ullã prouidentiam requirãt, utpote quæ oĩno
ualidæ ſint: nec affectus ullus in uera diaria ſubſit, qui eã uel gignat, uel augeat, nã utroq; modo
loqui licet. Verũ nunc prius de uiribus pręcipiã: deinde ad cauſas, quæ febrem excitãt, accedam.

Triplices genere in nobis eſſe Vires, ac quo pacto Illarum Ratio ſit habenda, quando, quæ ab eis eſt indicatio, cum reliquis indicationibus pugnarit. CAP. 10. H

GVbernant animal (ut in libris de Hippocratis & Platonis dogmatis eſt mõſtratum) tres di A.li.1. d.6.
uerſi inter ſe generis facultates, toti corpori ex ſuo quodã ueluti fonte quæq; diſtributa: eas c.1.fo .h
Plato animas uocat,propriã cuiuſq; ſubſtãtiam inueniens. Eſt enim earum quædam ad nutrien-
dum animal neceſſaria, ac cum ſtirpibus cõmunis,quæ iecur ueluti pro fonte habet: canales uero
A*φυσικὴν eſt in impſſis,i. naturalẽ. in antiquis φυτικὴν, i.vegetabilem. ab hoc in totum corpus ſparſos, ipſas uenas: hanc ſeu appetitricẽ, ſeu [a] naturãlem,ſeu altricem uo
ces,nihil intereſt: ueluti nec,ſi aĩam, aut facultatẽ. Altera eſt,quæ non modo ut ſtirpibus, aut uita
prēditis, ſed ẽt ut animalibus [b] ãnima eſt inſita: hęc ſedem in corde habet,ipſo quoq; inſiti caloris
quodam ceu fonte: ab hoc fonte canales arterię ſunt: uocatur q́; hęc multis ſanè nominibus: nã &
B * nobis. facultas ſiue uirtus uitalis, & facultas ſiue uirtus [c] animõſa, {& anima uitalis,} & aĩa animõſa di-
C*θυμοειδὴς. citur. Tertia aĩa, ratiocinatrix,in cerebro domiciliũ habet: ea uoluntarijs actionibus unà cũ ſen-
ſibus ꝑſidet: utitur & hęc particulis quibuſdã,ceu canalibus,nẽpe ipſis neruis, ſenſum motum q́;
ꝑ hos in totum aĩal tranſmittens. Ergo has facultates ſeruare, nihil planè eſt aliud,q̃ uitã ſeruare:
ſiquidẽ mõſtratum eſt qualibet earũ amiſſa neceſſe eſſe reliquas quoq; unà perire. Ac propterea
in opere de ſanitate tuẽda huc omne cõſilium direximus. In hoc uero, quod eſt de methodo me-
dẽdi,primũ propoſitum,& ei, quod in opere de ſanitate tuẽda proponiṫ, ad portionẽ reſpondẽs,
morbi

A morbi est sublatio: qn̄ cuiusmodi in illo sanitatis est tuitio, eiusmodi ĩ hoc est morbi sublatio. Quo
rum vtriq; vnum est cōe, ipsa scilicet vitæ custodia: quæ nimirum in illo de sanitate tuenda opere
sanitatis custodiam sequebatur: quod enim secundæ valetudinis tuendæ gratia geritur, idem sta-
tim & vitam tuetur. At in hoc opere aliter se habet, propterea, ꝙ, quæ affectiones præter naturam
in nobis discutiunt, ea non oīno vitam custodiant: quippe aliqua eiusmodi prædita sunt faculta-
te, vt, si immoderate aut intempestiue vtare, vitam adimāt. Siquidem in sanguinis missione, quā
vsq; ad animi defectum faciendam esse paulo ante diximus, quò flāma in continentibus ex mea-
tuum clausura febribus extingueretur, non paruum merito subsequetur incommodum, nisi op-
portuno tēpore aut debita mensura fiat. Duos naq; in ipsis medicorum manibus perire vidi, qui
post, q̄; animo linquerentur, nunquā reuixerunt. Multi vero, etsi non protinus, at postea propter
virtutis infirmitatem perierunt: quos siquis citra eius resolutionem vacuasset, minime perijssent.
Quin etiam aliqui in morbos inciderūt lōgos, post, q̄ immodica inanitione resoluta naturalis vis
fuit. Alijs, cum immodicæ vacuationis noxam sarcire non potuissent, in omne reliquum vitæ tps
totius corporis tēperamentum redditum est frigidius. Ex qua refrigeratione facile ex quauis oc-
casione læsi, alij decolorati, ac malo corporis habitu vixerunt: alij ex eo ipso in morbos deciderūt
B exitiales, aquam inter cutem, & orthopnœam, & iecinoris ac vētriculi imbecillitatem, & apople-
xiam, & deliria. Ergo, cum virtus tantopere necessaria sit: eam aūt lædant oīa vacuantia remedia,
siquis scilicet ijs parum moderate vtatur: vtiq; aduersæ inter se faciendorum indicationes in tali-
bus corporibus sunt, in quibus affectus, quò expugnetur, notabilem vacuationē desiderat: virtus
aūt hanc ferre non valet. Verum, cū sępe ex vacuatione virtus nihil læditur, hinc sumitur incon-
sideratis & temerarijs medicis occasio, vt eā prætermittant, ceu nusquā quicꝙ̄ indicet. Falluntur
aūt (vt dictum est) propterea, ꝙ non intelligunt alterius cuiusdam rei causa virtutem esse spectan
dam, nec quicꝙ̄ ad affectum amouēdum indicare. Tanꝙ̄ igitur in ijs, qui valent, semper ea comi-
tatur, quæ sanitatis gratia administrantur: nec est quicꝙ̄ inuenire, quod sanitatē tueatur, † qđ idem
vires corrūpat: sic in ægrotantibus aliqn̄ ijs succedit, quę veluti in perniciem eius administrātur:
aliqn̄ ab ipsis soluitur. Si nanq; abūdantia paulo viribus superior fuerit, vtiq; ex moderata vacua-
tione adeo nullum accedit viribus incommodum, vt ēt maximum comparetur cōmodum, quod
eas premebat, sublato. Sin, quò affectus sanet, multa vacuatione est opus, resoluatur aūt ex tanta
inanitione virtus, nō modo rursus homini nō proderit, sed etiā maximum illi periculum afferet.
Porrò in ijs continētibus febribus, quæ ex stipatione meatuū accendunt, qm̄ valida plerunq; vir-
C tus est, citra periculū vacuatio adhibetur: in alijs vero morbis maxime est periculosa, veluti si for-
te incidit in corruptela humorum. De qua tempestiuum est mentionem facere, quò oēs mitten-
di sanguinis indicationes in hoc libro decidamus. Ergo, quod corruptum est, id alienum à natura
est: quod tale est, id se auferendum dictat. Si igitur cum viribus imbecillis corruptela incidit, vtiq;
quod affectus remedium est, id cū virtutis custodia pugnat. Siquidem affectus vacuandum esse
præcipit, id q; vel vena incisa, vel purgatione: harum autem neutram ferent imbecillę vires. Qm̄
igitur in oībus eiusmodi repugnantijs incerta succurrendi ratio est, aliàs insanabilis oīno affectus
relinquetur: aliàs spatio, & ægre, id q; si magnum nactus sit medicū, sanari poterit. Oportet nāq;,
vbi indicationes ita sibi aduersantur, & paulatim, quod vitiosum est, vacuare: & paulatim inuicē,
quod salubre est, ꝓ eo reponere. Vocant medici eiusmodi vitiosi succi curationē gręce Epicrasin.

* παραπληξίαις seu παραπληγίαις. quid autem sit paraplexia tum ex plerisque alijs Galeni locis, tum præcipue ex commento 27 quarti commentarij de dięta in morbis acutis, patet.

† Clarius. quod idē uirtutē tollat: sic in ægrotantibus ipsa (uirtus) aliquando iis succedit, quæ pro solutione morbi administrantur: aliquando ab ipsis soluitur.

Venæ sectionis exemplo ostenditur, quando Virium indicatio consideranda, aut omittenda videatur. CAP. 11.

MEmineris vero mihi ad ea, quæ dicenda sunt, etiam quorum causa venæ sectio petitur. Nā,
qm̄ hæc sanguinis vacuandi causa adhibetur, sanguis autem inutilis naturę est, vtiq; probe
hanc administrari conueniet sic, vt, quod inutile naturę sit, emittat. Fit aūt sanguis naturę inutilis
D bifariam, vel cum propriam qualitatem ad vnguē non seruat, nec amplius nutrire, sicut prius, cū
vtilis esset, potest: vel ita multitudine creuit, vt aut vires premat aut tum venas tum arterias vel
distendat vel findat vel obstruat. Ac in his quidē missio sanguinis vtilis est, ceu vacuantium præ-
sidiorum vna: † in alijs, ceu quorum vehementiorem impetum ad diuersam partem reuocet, vel
per propinqua deriuet. Postulat autem semper valentes vires, quę modo vacuationis eius respon
Al.4.f.1.t.2. deant. Ad hæc igitur respiciētes sanguinem detrahimus, aliàs semel, aliàs bis, vel ter, vel sępius:
c.col.419.c veluti in sequentibus patebit. In præsentia vero illud manifestum fecimus, virtutem vacuantia re
media aliqn̄ citra noxam ferre, vtpote nec adiutam ab his quicꝙ̄, quod sit æstimandum, nec vero
læsam: Sæpe vero magis minus ue, tum iuuari, tum lædi: Præterea, quoties notabilis illi ex vacuā
tibus auxilijs noxa incidet, toties patere ipsam quoq; tunc utile aliquid ad considerandum indica
re, æque utique, ut cum manifeste iuuabitur: Vbi uero ex ijs, quæ affectum submouent, nec com
modum illi accedit ullum, nec incommodum, ibi uelut inutilis, prætermittitur.

* χρηστός, i. vtilis.

† Ad uerbū. in alijs autem vt reuulsiuū, vel deriuatiuum, quando impetū humorum uehementiorem uel in contrarium reuellemus, uel deriuabimus i Latera.

Ex ijs, quæ Indicant, quædam Simplicem Indicationem, quædam non simplicem præbere. CAP. 12.

POrrò una semper est, quæ ab hac præstatur, conferentis indicatio, ueluti etiam reliquorum
oīum. Nam, quicquid pro natura sua indicat, id unum semper indicabit, ceu quod unam ha-
beat naturam. Atq; id unum, si, quod indicationem facit, simplex est, ipsum quoq; simplex erit:

sin illud est compositum, hoc quoq; erit compositum. Sanè quędam sui custodiam indicāt, quæ- E dam amotionem. Siue autem hanc indicent, siue illam, quod simplex est, simplicem quoq; indicationem habet: quod non simplex, etiam non simplicem. Idcirco in superioribus semper simplicē intemperiem simplicem indicationem præbere diximus, veluti in frigiditate caliditatem: non simplicem vero, etiam indicationem suggerere non simplicem: calidam enim siccam q; intemperiem curationem sui per ea, quæ humectent, & refrigerent, moliendam indicare.

Quo pacto Indicatio, quæ est a Viribus, nunc reliquis prior, nunc posterior esse videatur. CAP. 13.

Ergo vires quoq; vnā rem semper indicabūt, vtiq; sui custodiam. Quibus ergo (roget quis) rationibus seruabitur? Nempe potissima ratione ex eo, quod de substantia earum vel inanitum, vel alteratum est, corrigendo: Secundo loco ex prohibendis ijs, quæ ipsarum substātiam vacuare alterare'ue possunt. Comprehensa vero inter ea, quæ alterant, breuitatis causa sint, & quæ earum vnitatem distrahunt. Hæc itaq; cum vires perpetuo indicent, in valentibus (sicut dictum est) consensus agendorum oīum ad ipsarum perennitatem est: in ægrotantibus aūt non semper. Quo tempore ęstimari debebit, quod vel magnitudine, vel dignitate (vt prius est dictum) pręualeat. Maxima igitur dignitas ipsarum est virium: qn̄ viuere ipsum nobis ex harū custodia cōstat, vtpote cum vitam aut ipsas esse vires, aut earum actiones, sit necesse: at vita ipsa nihil esse prius in F animātis corpore potest propterea, q nec sanos esse citra vitam licet. Virtus ergo omnium prima custodienda hominibus est. Seruabitur aūt, si nec eius substātia inaniatur: nec tanta alteratione alteretur, vt ea corruptioni sit propinqua. Atq; huius custodiæ pars est, vbi vel tēperiem ipsam præsentem seruamus, vel absentē inducimus. A virium indicatione proxima est, quæ ab affectibus, quos curare proponimus, datur: postea deinceps reliquę. Quicquid igitur indicationi, quam vires præbent, aduersatur, id secundi est loci, ac posterioris ijs, quæ illæ præcipiunt: quæ vero cum ijs, quæ viribus conducunt, in idem competunt, hæc vtrunq; calculum referunt, & corū, quę primæ (vt ita dixerim) sint notæ, & eorum quæ secundæ. Itaq; hæc citra cōtrouersiam sunt facieda: quæ vero aduersantur, aliqn̄ administranda prorsus non sunt, aliqn̄ paulatim. Quippe, si, quem curare studes affectum, is vacuationem requirit, vires autem extrema imbecillitate laborant, toto illo tempore, quo vires reficimus, eorum, quę affectū sanent, nihil planè ęgrotanti exhibebimus. Vbi vero eò roboris peruenisse eas conijcimus, vt nihil aut parum ex vacuādo sint lędendę, tum est ad affectus quoq; curationem accedēdum. Prima igitur omnium indicatio est, quę à virtute sumitur: verum non sic prima, vt quę curationem doceat, cum ex numero curatriciū indicationum non sit, verum (vt ita dixerim) vitaliū, {siue quę ad vitę custodiam pertinent.} Nam, neq; G vt ualeamus, nec ut à morbis liberemur, ab ea quicquam primum desumimus, sed ut uiuamus. Additum autem in sermone est illud, primum, q ex accidente aliquando virtutis roboratio ad affectus curationem conducit. Verum id in sequentibus docebimus.

A.li. 4. f. 1. c. 7. fol. 41

* εὐκρασίαν.

* ἐπ' ὀλίγον.

Curatiuas omnes Indicationes tribus hisce contineri, Affectu scilicet Naturali, affectu Præter naturam, & Aere nos ambiente. CAP. 14.

Nunc ad pensum rursus redeamus, in paucas summas, compendij causa, rem oēm cogentes. Medicatorię indicatiōnes à morbo ipso sumuntur, à corporis temperamento, & tertio ambiente nos aere. Quòd si alię quędam antea sunt positę, uel postea nō hę modo, uerum etiam alię dicentur, oēs tamen ex ijs in partes diductis natę uidebuntur. Siquidem corporis temperies, quę illo tempore fuit, quo ęgrotare id cœpit, quę q; ad inuenienda remedia est utilis, ex natura, ętate, consuetudine, & ambiente nos aere ortum habet. Ambiens uero ipse eiusmodi est redditus propter tum regionem ipsam, tum anni tempus, tū cœli statum. Ergo, cum unum sit eorum utrūq;, ex pluribus tn̄ tale efficitur. Affectus uero haudquaq; in causas diduci est aptus, sed in differētias: nam aut in similaribus consistit partibus, aut in instrumentarijs. Ac in similaribus quidem, uel simplex est intemperies, uel composita: in instrumētarijs, circa simplicium partium uel positurā, H uel formam, uel numerum, uel magnitudinē, tum quęcūq; horū singillatim traditę sunt differentię, consistit. Hęc itaq; tria illa prima sunt, quę curationem indicant, nempe ambiens ipse cum geminis corporis siue affectionibus, siue cōstitutionibus libitum est appellasse, una naturali: altera, quę pręter naturam sit, quę sanè morbus est. Nō posse autem plura esse prima genera indicationum, quę ad medendum pertineant, q̄ tria, quę modo diximus, ex ipsa rerum substantia scire licet. Nam morbus & sanitas, corporis sunt affectus, ille se tollendum, hęc se tuendā indicans: ambiens uero is est, sine quo nec tolli morbus, nec teneri sanitas potest. Hic igitur causę, sine qua nō, obtinet rationem. At uero cum id, quod ægrotat, alteramus, nisi constat, quousque sit mutandum, utiq;, quando sit ab alterando desistendum, non intelligemus. Generatim igitur in omni curatione agendorum indicationes in his ad summū tribus consistunt. Membratim uero (ut supra est cōprehensum) aliquę simplicium particularum sunt propriæ, aliquę compositarum. Eorum ergo, quę in simplices incidunt partes, unum est intemperies ea, quę in calido consistit. Hęc, cum in totū diffusa corpus est, febris nominatur: ideo q; omnis febris, qua febris est, humectatio refrigeratio q; remedia sunt. Ac, si sola hęc sit, ad refrigerandū humectādum q; omne medentis consilium, ueluti ad finē, dirigit ita, ut nihil sit, quod pręterea ad curationē desideretur, nisi ut materię

inueniantur,

A inueniantur, quæ huic proposito sunt idoneæ: materia vero inuenta, vt opportunum tempus ex quatuor febris temporibus captes: quantitatē vero, ex conferēdo cum naturali habitu morbum, quippe quantū is à naturali habitu recessit, tantū, opus est, ægrum refrigeres & humectes. Sanè ambiens, si contrariā morbo temperiem habet, è præsidiorū numero vnus est: sin similem, ęgritudinalium causarum est vnus. Quoniam autem reliquas materias tum deligere tum fugere licet: quam autem ambiens præstat, fugere non licet, immo necesse est præsenti cœli statu vti: idcirco huic quoq; attenti esse cogimur: qui vtiq; sæpe cum ijs, quæ morbus faciēda suadet, (vt diximus) est concors: sępe discors, & qui contra moliatur. Habebit ergo (vt diximus) ambiens rationē modo materię sanantis: modo causæ morbum fouētis. Quippe, cū humectari refrigerari q; morbus postulat, si hæc præstat, sanantis materiæ rōnem obtinet: sin calefaciat & siccet, morbificis causis est annumerandus. Vbi igitur cum medendi indicationibus consonat, pro gratia est habendum: sicubi aduersāt, inhibenda eius noxa est, scilicet reliquorū auxiliorū humiditate ac frigore intensis adauctis q;. Sedulo igitur agendū est, vt ambientē, quoad fieri potest, qualē esse expedit, præpares, s. humidiores frigidiores q; domos tum deligens, tum vero pręparans: sicut è diuerso, si frigida sit humida q; morbi species, quæ calfieri siccari q; postulet, & eligendę & pręparādę domus B sunt, quę calfaciant, & exiccent. At deligendas quidem dico, quę ex se ipsis eiusmodi sunt: præparandas vero, cū arte nostra molimur Per ęstatem subterraneas eas, & ad septentriones versas: ac pauimenta earum assidue humore aspergētes: tū vt ex euripo aliquo aura inspiret, machinantes: flores pręterea, ac germina, quę frigidę, humidę q; facultatis sint, per aream proijcientes: Per hyemem vero contraria horum molientes, pręsertim vbi morbus (vt pręd ictum est) suadet: vbi non suadet, excessus tantum vtriusq; temporis remittentes. De quo mihi aliquid necessario postea est dicendum. Nunc auxiliorum materias indicare non decreuimus, sed methodos docere.

Quo pacto Curatiuæ Indicationes modo in Plures diduci, modo in Pauciores cogi posſint. CAP. 15.

QVare rursus ad has disputationem reuocemus: doceamus q;, quemadmodum & paucæ & multę pro diuersa sectione curatorię indicatiōes sint: quādo et tres vniuersas (vt proxime docuimus) facias, licet, in pauca capita tota summa reducta: & qualibet earum rursus diuisa, ex ipsis multas efficere: id quod etiam iam mōstratū est. Quin & ipsarum sectionum quamlibet rursum diducas in membra, licet, donec ad insectile venias. Iam primas quoq; illas tres, quas memorauimus, fieri potest, vt redigas ad pauciores sic, vt duo eorum scoporum, qui curationem indicent, omnino capita sint, nempe pręsens affectus, quem morbum nominamus: & qui prius C fuit, quē sanitatem & naturalem habitum diximus. Neq; enim aliud est ipsa sanatio, q̄ pręsentis in corpore vitiosi affectus in naturalem habitum mutatio: cum aūt contrarij hi affectus sint, necesse est, per contraria fiat eorum alterius in alterū translatio. Atq; ita rursus vna sola erit curationum maxime generalis indicatiō, nempe contrarietas. Ergo hinc rursus sumpto initio, age particulares indicatiōnes disquiramus. Quoniam id, quod ęgrotat, ei, quod valet, est cōtrariū, vtiq; per contraria est ab illo in hoc via. At quomodo (inquies) in contrariis inuenietur modus? Non enim satis est calido affectui admouisse frigida, nisi id debita fiat mensura: cum alioqui metus sit, si intra modum id fiat, ne morbi reliquum quippiam relinquatur: sin modum excedas, contrariū genus morbi inducas: qui enim supra, q̄ par est, calidum morbū refrigerat, is sanitatis mediocritate transmissa alium excitabit morbum, qui sit frigidus. Quod quò minus accidat, naturā curandi corporis scias, oportet: quò, quantum morbus ab illius symmetria discesserit, intelligens, mensuram refrigeranti pręsidio imponas. At fieri non potest, vt quantum à se inuicem distent, inuenias, nisi cōpertum habeas, q̄ esset corpus aut humidum, aut frigidum, aut calidum, aut siccum, cum valeret: quantum q; ex his excesserit post, quàm ęgrotauit. Quippe, quod plurimum à naturali habitu recessit, id vehemētibus eget contrarijs: quod non plurimum, leuibus. Sanè plurimū D recessit frigidus morbus à corpore natura calido, ita vt è diuerso calidus à frigido: minus recessit tum calidū à calido, tum frigidū à frigido. Quare ex vtrisq; indicatio curationis pręstatur. Verum, cum materię reliquorum pręsidiorum omnium electio in nostra potestate sit: eius vero, quā ambiens pręstat, in nostra manu non sit: ratio est, ex hoc quoq; propriam quādam indicationem sumamus. Cęterum, quoniam nosci ad vnguem oportet corporum temperamenta, id vero est planè difficile, vtiq; tentandum est tum ex ijs, quę in libro de remperamentis sunt scripta, ea inuenire: tum vero vltra hęc, quò magis scientifica notitia sit, ex ętate, & tota anteacta victa, quę nimirum in vitę exercitio, & victus ratione consistit: preterea in hac regione, & hoc anni tempore, & hoc statu cœli, conuersatione. Si nanq; natura gracilis & tangenti calidus & biliosus, & propensus ad iram, & hirtus sit, calidus hic succus q; natura est. Non tamen necesse est nunc quoq;, cum ęgrotare incepit, eundem planè habere affectum: fieri enim potest, ut in desidia uixerit, id q; cum frigidis humidis q; potione & cibis, ad hęc etiam cum balneis post cibos, & multo somno: preterea in regione humida & frigida, & hyeme in qua frigidus & humidus exuperabat cœli status. Rursus fieri potest, ut horum pręcesserint cōtraria, id est calfacientia & siccantia, id q; per singula dictorū iam generum. Ergo, si quo ad pręsens temperamentum noscendum deficimur, id ex pręeuntibus ipsis supplebimus: ex illo uero inuento, administrādorum indicatio suppeditabitur.

Vtilem esse ac minime contemnendam Indicationem, quæ à Consuetudine præbetur. CAP. 16. E

AC dictum quidem prius est, vbi de frigida exhibenda præcepimus, illud quoq; ex ijs vnum esse, quæ consideranda tũ essent, nunquid particula quæpiam, cui frigida natura esset, lædi magnopere ex eius potione posset. An igitur fas est in ægrotante homine cuiusq; particulæ temperamentum inuenisse absq; ijs notis, quas in libris de ipsis retulimus? Atq; illi quidẽ nec inquirunt, nec norunt, sed iuxta prouerbium, vno calapodio omnes calceant. Nos certe (quibus inquirendi cura fuit) illud inuenimus, ꝙ per plures ac cognitu difficiles notas cuiusq; membri tẽperamentum coniectura potius, ꝗ̃ scientia, inueniatur. Si igitur notis multis & paruis aliqua certior apparuerit, non neabiectis illis hanc pro oĩbus arripiemus? nemo id, arbitror, ꝗ mentis est compos, negabit. Atqui, si oẽs tẽperamentorum notas in vnum colligas, hæ longissime absunt, vt parem ei, quã consuetudo præstat, fidem faciãt. Si enim antea per sanitatem quispiam frigidam perpetuo biberit, neutiquã nec in iecinore, nec vesica, nec vẽtriculo, nec alio quopiam talium offensus, planum est & valida illi esse hæc omnia, nec nũc à frigida lędenda. Non est igitur, ꝙ paruum quiddam, atq; ad spectandum leue, ad inuentionem remediorum consuetudinem existimemus: veluti nec ad sanitatem tuendam. Nemo enim adeo est stupidus, vt magnopere ex frigidæ potione lęsus hanc in diutinum vsum duxisse velit, propterea, ꝙ læsus interim, atq; ab ea euidẽter ęgrotans, omnino abstinebit. Ergo, sicut alia non pauca quidã medici pręter cõmunes sensus, ita illud quoq; effuderunt, ꝙ nulla nec salubris inueniendi victus, nec ægrorum curationis, ex consuetudine sumatur occasio: videtur enim, non sicut alia quędam, exiguam leuem ꝗ;, sed maximam ac maxime principalem vim habere: vt quæ singulorum corporũ naturam ostẽdat. Sanè ipsi via ratione ꝗ; ab ea procedentes fatemur nos partium affectũ inuenire, dein ex illo rursus ad faciendorum indicationẽ venire. Empiricus vero pręterire se naturę inquisitionẽ profitetur, quippe, quod per eam consecuturus fuisset, id iam se habere, intelligere s. se, non lędi à frigidæ potione ęgrotantis corpus: id vero esse, quod nobis ab initio proponatur, non vt naturam noscamus. Post (arbitror) nos quidẽ, veluti ambages frustra secutos, merito taxet: eos vero, qui in totum inutilem esse consuetudinẽ dicunt, veluti à cõmuni sensu alienos, iuste accuset. Quid igitur, inquies eis respondebimus nos, qui methodo artem condimus? Nempe quid aliud, ꝗ̃ ꝙ vera dicũt de ijs consuetudinibus, quę adeo euidentem vtilitatem offensam'ue ostẽdunt? quippe quas nemo vel ante methodum non nouit. At reliquarum quasdam, quę scilicet paulatim magnum contrahunt incommodum, non ęque licet per experientiã inuenire: dictum aũt fusius de eiusmodi cõsuetudinibus est in libris de sanitate tuenda. Vnde, si in frigidę quoq; exhibitione cõsuetudo citra methodum satisfacit, nec nos profectò experientiam fugimus: immo oẽm, quam illi, vtilitatẽ ab ea capientes, etiam extrinsecus pręter hanc adijcimus, qui saltem id possumus, eã, quę à rerum natura suggeritur, indicationem. In hoc vero libro methodi rationem sequentes fatemur longiore via idem inuenire, quod breuius inuenire citra ratiocinationem liceret. Siquidẽ, cũ sępe iam viderimus non paucos ex ijs, qui febribus ardentibus premerentur, cũ iam mediocriter cõcocti humores essent, statim ex frigidæ potione febre liberatos, quãuis ei potioni parũ assueti fuissent, multo (arbitror) magis in ijs, qui assueuerunt, vtilitatem fore citra noxam vllam sperabimus. Habes itaq; nunc & de consuetudine rationem, etsi ex incidenti oblatam, tñ satis definitam. Est enim ea quoq; vnum quiddam eorum, quæ curationis rationem per morbi naturam intercedentem indicent, quemadmodum & ætas. Siquidem ipsa quoq; temperamẽti interuentu indicationem præstat, veluti puerorum: quæ, cum humidam & calidam temperiem habeat, facile digeritur.

* μακρῶν est in græcis, i. longis.

* ἀναλογισμόν.

* corporis.

De Indicatione ab Aetate, ac Summa vniuersarum indicationum. CAP. 17.

ADsis enim animo, velim, ad ea, quę de corporum diuersitate hoc loco dicam. Lapidum substantia constãs stabilis ꝗ; propter siccitatem & frigus est: ad eundem modum æris, & ferri, & auri, & vno verbo, omniũ, quæ ex terra sunt, corporum. At quæ humida calida ꝗ; sunt, eorum H substantia celerrime in ambientem dissipatur, aliàs in halitum sensibilem soluta: aliàs in perspirationes, quę visum fugiant, sed ratione deprehendantur. Atq; hæ corporum naturæ, veluti ex diametro, (vt Græci loquuntur) id est lõgissimo interuallo, à se distant. Reliquarum oĩum illæ, quæ frigidæ ac siccæ proxime accedunt, ęgre quidem per halitum digeri possunt, minus tñ ægre, ꝗ̃ ferrum, & lapis, & adamas. At, quæ calidæ & humidæ sunt vicinæ, hæ promptius quidem digeruntur, atq; exhalant, cæterum minus hæ quoq;, ꝗ̃ aqua calefacta. Nam citra calorẽ non potest in halitum digeri corpus vllũ, substãtia eius coacta densata ꝗ; manente: sed nec per calorem oẽ, immo quod habile est in halitum resolui: tale porrò est, quod humidum est. Ergo puerorum substantia oĩum facillime digeritur ac dissipatur, propterea, ꝙ est oĩum humidissima: nulla vero frigidior. Quo minus vacuantis præsidij eget, cum habeat ex se ipsa, vnde naturaliter vacuetur. Fit autem profectò & propter calidam siccã ꝗ; regionẽ, & tẽpus æstiuum, & statum cœli impẽse calidum & siccum, notabilis per cutim vacuatio. Itaq; etiam huius causa ijs, qui sanguinis detrahendi egent, aut prorsus venam non secabimus, aut parum detrahemus. Sanè erunt in hac quoq; detractione multi scopi medico spectandi, natura ab initio, consuetudo, ætas, locus habitationis, anni tẽpus, cœli status: ad hæc ægritudinalis, quẽ curamus, affectus: alia ꝗ; ratione ante hunc laborãtis vires,

Cum

A Cum vero affectus numerosi sint, cuiq; eorum sua est curationis indicatio. Quippe à calido indicatio est refrigerandi: à frigido calfaciendi: ac à reliquorum quolibet contrarium applicãdi. Quare, cum octo intemperamenta sint, octo etiam erunt morborum, quibus simplicia corpora sunt obnoxia, particulares indicãtiones. Vltra que has vna eius affectus, qui etiam instrumentalium est communis, cuius nullum apud priores nomen fuit: sed nos, qui eum interpretari sumus coacti, cõtinui solutionem appellauimus: ostendimus q; communem curationis indicãtionem hic quoq; esse vnitionem. At vero, quæ ex hoc rursum in partes deducto particulares consistant, hæ quatuor voluminibus sunt proditæ, nempe tertio, quarto, quinto, & sexto, huius operis. Ac nũc quidem institutum de intemperamentis sermonem etiam in sequentibus libris persequar. Hoc absoluto ad instrumentalium partium morbos conuertar: ostendam q; secũdum eandem metho dum in iis quoq; tum primas omnium curationis indicãtiones, quas vtiq; generalissimas appelles, licet: tum quæ ex harũ sectione nascantur: deinde rursus, quæ ex illis oriantur, donec ad eas, quæ vltra sectionem non admittant, peruenero: hanc etenim omnis constituendæ artis methodum Plato nos docuit. Verum de instrumẽtalibus postea (vt promisi) dicetur. Nunc (si prius, in qua parte propositi operis simus, admonuerimus) præsenti iam disputationi finem idoneum im

B ponemus. Est igitur vnũ morbi genus, quod similares & simplices aĩalis vexat partes, quam intemperiem vocant. Huius aliquas differentias ex corporibus nuda qualitate alteratis prouenire docuimus: aliquas cum materia quapiam, quæ in ipsa confluit: rursus q; ambas incidere vel in vnicam animalis particulam, vel plures, vel etiam totum corpus. Ergo, cum in operis huius libro septimo intemperies eas, quæ alteratis tantum qualitatibus in partibus proueniũt, pertractarim, in duobus deinceps libris ad eas, quæ in totum se animal extendunt, venientibus, primũ agere de febribus placuit. At, quoniam harum ipsarum aliquæ adhuc fiunt, manẽte scilicet in corpore causa, quæ eas excitauit: aliquæ factæ iam sunt, sed, quę eas accendit, causa iam abiit: satius visum est de iis primum sermonem facere, vtpote simplicem primam curationis indicationem habẽtibus: deinde illas quoque stilo aggredi, quarum in corpore causa subsistit.

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS LIBER DECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Docet Præcauere, ne Diariæ febres in Hecticas pertranseant, ac ipsas Hecticas, cum inuaserint, curare.

De Ratione curandi, cum Indicationes ab Affectu, à Causa, & à Viribus in idem coierint, vel inuicem pugnarint. CAP. I.

Rgo in diariis febribus simplex quidã est in corpore pręter naturã affectus, vtpote causis, quæ primũ eas excitarunt, iã ademptis. In quibus vero causa, quæ eas accẽdit, adhuc manet, in iis nec affectus simplex, nec sanatio est: siquidẽ, quod febris iã receptũ in corpore est, id ex propria ipsius curãdi indicatione discutere oportet: quod adhuc ẽ futurũ, id propulsare, ac, ne fiat, vetare: vetabit̃ autẽ, si, quę id excitat causa, prorsus sit submota. Itaq; in diariis faciendorũ indicationẽ ex ipsa febre maxime capiemus, sed cũ illa naturã,

D & ętatẽ, & consuetudinẽ, pręterea anni tẽpus, cœli statũ, & regionẽ, † & vires, simul expẽdentes. In reliquis, quę accensionis suę causam intus habẽt, prima indicãtio ab ipsa sumet̃ causa. Itaq;, si febriũ, quæ multos dies continuant, recte ostendimus putredinẽ esse causam, hæc nimirũ sanãda est prima: sed nec interim extinguẽdę febris, quę per eã iam accẽsa est, ratio nõ habenda. Ac, si quidẽ in idẽ consentiant, & quę febrẽ extinguũt, et quę causam oppugnãt, quod ab vtrisq; indicat̃, cum vnũ sit, sine cunctatione agendũ est. Sin febris, quę iam accensa sit, sanatio, causam, quę hanc excitauit, est auctura: aut, quę causam submouent, febrẽ exasperabũt, diligens habenda consideratio est de remediorum specie. Sanè diligenter considerauerit, qui totam deliberationẽ in tria hęc ęstimanda diuiserit, febris ne sola curãda sit nõ solicito de causa: an causa oppugnanda, minime curanti de febri: an plurimum quidem remediorum ad alteram earum sit adhibẽdum, non tamen altera neglecta. At, quod primo quidẽ loco est dictum, probare non debemus: quando, si, quibus præsidiis id febris, quod semper gignitur, oppugnamus, ea effectricem eius causam auxerint, planè nec generationẽ eius aliquando inhibebimus, nec magnitudinẽ minuemus: quippe & generatio eius, effectricis causę spẽm imitabit̃: & magnitudo cum illa pariter inaugebitur. Quod secundo loco diximus, si id distinguemus, poterit esse non incõmodum. Nam, si intolerabilis ęgro magnitudo febris sit, cõmittendũ non est, vt per ea, qbus causam adimimus, febrem

†Hæc vires impressi cod. græci habẽt, antiqui nõ habẽt.

li. fr. t. 2. 7. 418. b. c

febrē augeamus: Simul enim arbitror vtrūq3, & febrim sustulerimus, & hominē. Sin ita medio- E
cris sit febris, vt, quo tempore contra causam tantum pugnas, obruendæ interim vires ægrotātis non sint, vtiq3 contēnendus is modus non est. Non contēnendus autem nec tertius est, qui cōtra id, cuius maius momentum est, instare iubet, nec tamen alterius omnino negligentem esse. Sanè plerunq3 causæ maior est vis. Fieri tamē aliquando potest, vt ea sit febris magnitudo, quæ præsentem perniciē, nisi occurras, afferat: quo casu oportebit hac prius submota, deinde ad causam submouendā accedere. Atq3 hæc, mi Eugeniane, decidenda tibi inter initia statim de cōtrariis indicationibus sunt. Cum autē in iis examinādis non parū visa est ad hominis salutē momenti habere vis ipsa {naturalis,} vtiq3 de ea quoq3 nō leuis ad agendorum inuentionē consideratio est habenda. Ita fit, vt tres primi scopi sint, qui † in propositis iā ob putredinē febribus} agendorum indicationē nobis prębeant: vna febris ipsa: altera effectrix eius causa: tertia vis ipsa {naturalis.} Cęterum priores duo scopi submouendi sunt: tertius est tuendus. Erit igitur rursus hic quoq3 eadem tibi consideratio, quæ paulo supra, vt cū viribus tum febrem tum causam inuicem cōferas. Mox, si eadē ambo remedia requirent, ea prōpte exequaris: Sin indicationes pugnabunt, vnam præferas, vel quæ à viribus sumit, vel quæ à causa, vel quæ à febre: ac, quæ cæteris sit valentior, hanc magis sequaris, nec tñ cęteras negligas. Ex hac nanq3 discretione doceberis primā causam febrem'q3 F profligare, vbi videlicet coniicis harū remedia vires posse ferre: rursus primā roborandam virtutem esse, vbi hæc imbecillior est, q̄ vt causæ febris'q3 pręsidia sustineat. Quin etiam omnia pariter sub coniecturam agi licet, veluti paulo supra de febri & de causa est monstratum.

† ἐν τοῖς ὑποκειμένοις τῇ σκέψει πυρετοῖς, habēt oēs græci codices quos viderim. quæ interpres vertit, in subiectis cōsideratione febribus. & ita vetus interpres.

Quæ ex Diariis Febribus magis aptæ sint Perdurare, & in alias febres Transire: qua que ratione id periculi declinemus. CAP. 2.

Ergo, cum tria hæc sint, ad quæ attentum te esse in propositis febribus curandis oporteat, febris ipsa, huius efficiens causa, & ægrotantis vires: inuenti'q3 præterea sint generales indicationū modi, quos etiā generales vniuersales'q3 dicimus: transeundū, arbitror, nūc est ad pręsidiorum differentias, quæ specialia particularia'q3 sunt, sed mentione de diariis repetita: qn̄quidem ab ipsis in eas, quæ plures dies continuent, aliqui trāseunt. At vero, cum in has transeant vna quidē ratione maxime cōmuni, ipsa medicorum inscitia: duabus magis priuatis, q̄ ipsarum febrium vel causa effectrix iam abiit, vel etiānum manet: de vtrisq3 seorsum est dicēdum. Porro abiit effectrix causa, quoties ab ira, dolore, vigilia, cura, æstiuo Sole, fatigatione, & bubone iam inclinato, excitata citra stipationem febris est. Manet, quoties vel ab externa causa, vel ab ipsa febre stipatio aliqua facta est. Nam & frigiditas, & adstringentium vsus, per mediam stipationem semper febrem exci G tant. Vitio præterea non nunquam corporis habitum cōstipat. Iam ipsum febris principium, vbi cum horrore inualit, stipationem subinde fecit. Quin etiam glutinosi, & crassi, aut etiam copiosi succi, vbi mediocriter obstruxerunt, diariam aliquando febrem accendunt, vtique cum idoneum sortiti sunt medicum, vt supra est indicatum. Sanè dicuntur idcirco id genus febres omnes diarię, quia solui, (quod vtiq3 ex ipsis est) vno die sunt aptæ, computata cum hoc vnà & nocte: quemadmodum cum dicimus mensem esse triginta dierum, & annum trecentorum sexaginta quinq3, & hoc gestum esse ante tres dies, aut gerendum esse post quatuor. Cæterum, non est idem ipsarum omniū affectus, sed ab aliquibus inseparabilis stipatio est: ab aliquibus minime inseparabilis, sed vel vt plerunque simul adest, vel ambigua sorte, vel raro. Inseparabilis stipatio est iis, qui ex aluminosa aqua, vel chalcanthode, vel tali quapiam alia, aut ex frigore, aut leui obstructione, febricitarunt: Plurimum vero iis adest, qui ex vstione febricitant: Ambigua sorte, iis, qui ex fatigatione: Quicunq3 vero ex ira, vel tristitia, vel vigiliis, vel pertinaci studio, vel cruditate, vel bubone febricitant, iis raro adiuncta stipatio est. Atq3 harum oīum febrium nulla, (quod vtiq3 ex ipsa sit) ad secundam vsq3 accessionē perdurat, sed intra quatuor & viginti horas omnino desinit. Aut, si qñ earum aliquæ (quod tamen rarius fit) longius trahunt, duæ iis accedunt causæ, quæ ipsas solui ve H tant: earum Vna frigus est, quod vel ex ambiente aere, vel ex vnctione quapiam extrinsecus admota, proueniat: Altera egregia ista diatritos est, siqui videlicet hanc transire medicorum inscitia cogūtur. Quod si & ambiens aer calidus sit: & nemo ex medicis, qui diatriton suspiciunt, ad ęgrotantē accedat: febris quidem post "primam accessionē finietur, id'q3 cum sudore, vel madore, vel transpiratu, qui halituosus sit. Æger autem, ubi se liberatum à febri senserit, ad consueta munia redibit, lauans, vngens'q3 se: aut etiam, si agrestis quispiam monticola'ue sit, his omissis, comedens. Ac uulgus quidem, sicuti multa alia, utiq3 ab ipsa rerum natura edoctum, melius, quàm sophistæ, agit, ita & in diariis febribus omnia sibi ipsi præstare sufficit, præsertim vbi citra ualentē stipationem constitere. Vbi uero cum eiusmodi stipatione inuaserunt, qui infortunati sunt, in medicum aliquem incidunt eorum, qui diatriton efferunt: qui fortunati, in eum, qui ipsos & lauabit, & nutriet, cætera'q3 omnia præstabit, quibus stipatio soluatur. Sæpe nāq3 (ceu dictū est) ex leui obstructione cum cutis latente densitudine, quę uel ex uitiosa lauatione uel alio quopiam est cōtracta, diariis non nulli febribus sunt correpti: quo tēpore, nisi quis celeriter obstructionē submouerit, in pluriū dierū febres transeunt. Est nanq3 eiusmodi febris (quantū ex ipsa est) earum, quę plures dies infestant & quæ diariæ sunt, cōis, cęterū propter causæ paruitatem, unius diei efficitur: sicut etiam

* τοὐπίπαν.

A. li. 4 r. tl. c. 5. fo. 12 c

A etiam propter magnitudinem, multorum interim dierum: verum accessio eius ab initio ad exitum vsq; vna est, modo ne ipsam excipiat ea, quæ ex putredine humorum nascitur. Ergo, quoad nec in pulsu, nec in calore, nec lotio, putredinis adhuc aduertitur nota, atque ex sola obstructione ortum habet, vtiq; ipsa obstructionis solutio eius est sanatio: quemadmodum q; hanc soluere cōueniat, ante est dictum. Multæ igitur apparent diariarum esse febrium particulares differentiæ: Vna, quādo iam prorsus abiit effectrix ipsarum causa, veluti vstio: Altera, quando hæc etiam adest, sicut stipatio: cuius duæ monstratæ sunt differētiæ, nempe exiguorum meatuum densitas, & de qua nunc agimus, obstructio. Sanè densitudo ipsa aliàs ex siccitate prouenit, veluti post feruores, aut fatigationes, aut iras: aliàs ex frigore, eo q; vel simplici, vel cū adstrictoria vi: quæ quemadmodum inter se differant, in libro de medicamentis est præceptum. Iam vero obstructionum ipsarum alia est, quæ ex abūdantia: alia quæ ex qualitate succorum, scilicet qui aut lenti, aut crassi sint, incidit. Præferetur autē inter remedia, in ea, quam copia facit, sanguinis missio: In ea, quæ ex humorum qualitate consistit, attenuantium vsus. Quod vero ex viribus consilij petatur, vt in diariis sanè est exiguum, ita in iis, quæ pluribus diebus vrget, satis magni est momēti: eo q; maioris, quo hæ sunt longiores. Enimuero, vbi naturaliter se vires habent, ne minimum quidem † in plu B rium dierum febribus} vacuantium auxiliorum vsum morantur: Vbi non naturaliter se habēt, (voco autem nō naturaliter, cum infirmiores quodammodo sunt) pro magnitudine imbecillitatis impeditur vacuantium auxiliorum vsus. Sanè rarius accidit, vt protinus in primo secundo'ue die vires imbecillæ cernantur: accidit tamen interdum, vel propter ægrotantis malum corporis habitum, vel propter senium. Non nullis etiam fatigatio, vbi vstio, & tristitia, vigiliæ q; præcesserunt, & inedia per totum secuta est diem, dein febris prius, quàm homo cibaretur, circa vesperam occupauit, & nox insomnis est acta, vires magnopere resoluit.

† ἐν τοῖς πολυημέροις πυρετοῖς, legunt tū impressi, tū pleriq; ex manuscriptis codicibus, vt etiam Linacer vertit. Sunt tū quidā codi. q addant καὶ τοῖς ὀλιγημέροις, i & in iis, q paucorū sunt dierū.

Quo pacto in Iuuene febricitante Diatritariorum errorem Galenus indicauerit, ac emendarit. CAP. 3.

NEc alienum sit, si tibi talem ægrotum describam, in quo primū ausus sum ratione ipsa mihi viam monstrante, & diatriton contemnere, & virium rationē habere: postea q; alios, quos in simili casu vidi, audacter eodem modo, quo illum, curare: siquidem primū periculum post, q̃ iis, quæ ab indicatione sunt inuenta, subscripsit, ad secūdum vsum reddit magis animosos. Ergo iuuenis, qui febri est correptus, annos natus erat quinq; & viginti, gracili corpore & musculoso, veluti canis: tum sicco calido q; omnino temperamento. Iam idem exercitatione quodammodo C delectabatur, & alioqui cogitabundus & industrius erat. Is peregre agens, cum nuncium parum gratum accepisset, & tristatus est, & propere se accingens ad vrbem festinauit. Ac priore quidem die & laborauit modice, & lotus cœnatus q; in quodam diuersorio quieuit, sed maxima ex parte sine somno. Postera die etiam magis festinauit: ac longa via, & sabulosa, & squallente, tum sub feruente Sole confecta, hora propè septima & semisse peruenit in vrbem. Ibi, cum ea, quorum causa maturasset, meliora audiret, in gymnasium lauaturus proficiscitur: dein vnctus, vnà cum quodā eorum, qui aderant iuuene, perfrictus est. A quo cū, vt paululum dimoueret, prouocaretur, orta inter eos cōtentione, (qualia sæpe incidunt iis, qui exercitationibus indulgēt) plus iusto est exercitatus: erat q; iam imodice siccus. Egressus vero gymnasium, inuenit amicorum quosdam pugnantes: quos dum dirimit, imprudens in aliam exercitationem non leuem incidit, dum alios eorum diuellit, alios impellit, alios cōplectitur medios, alios vt iniurios increpat, ac pro iis, qui iniuriis affecti essent, irascitur, adeo, vt domū se in summa siccitate reciperet, lassitudinem inæqualitatem'q; sentiēs. Aquam igitur ex consuetudine bibens, vbi nihilo se leuatum, sed inæqualitatē sibi intēdi sentit, hanc quidē vomuit. Ratus autē vtilius adhuc cibo abstinere, accubuit, ac quieti se dedit hora fermè diei vndecima: quod cū fecisset, ac nocte tota febre diuexatus vigilasset, postri D die quoq; quieuit vsq; ad meridiē, sperans se somni aliquid consecuturū. Quo tpe cum eū medici quidam diatriton colentes, inuiserent, tum quidem homini satis magnā esse febrē aiebant, vesperi autem se illum reuisuros. Itaq;, & vesperi cum redirent, ac febrem inclinatam cernerent, ne tum quidem nutriendum censuerunt, quāuis etiam id alius quidā medicus suaderet: immo strenue restiterunt, adiicientes, si quidem sine febri esset, fortasse cibum daturos: febricitante adhuc minime id facturos. Quin etiam, cum tertio die mane redirent, etiam tertiæ diei accessionem transmittendam censuerunt: erat autem (vt prius dictum est) suspecta hora illius diei vndecima. Ergo digressis illis, ipse accessi, ac faciem iuuenis contemplatus vidi talem esse, qualem in prognosticis Hippocrates his verbis pingit: Nasus acutus, concaui oculi, ac reliqua, quæ deinceps ab eo dicta ,, scimus. Itaq;, cum omnino mihi persuaderem fore, vt tum in hecticam febrem, tum quam marasmωde vocant, homo, nisi cibaretur, incideret, sorbitionem ex alica quàm primum paro, atq; exhibeo. Et tamen quamuis hac sumpta, cum accessio suo tēpore circa vndecimā inuaderet, sic extremis partibus perfrixit, vt calfieri hæ vix possent, & pulsus illi paruus rārus'q; quàm maxime fuit. * ἀῤῥωστος, i. imbecillus.
Qua ex causa illi etiā quarto die tum mane, tum vesperi cibum dedi, quo s. & vires repararem, &
lib. f.1.t.2. 8.f.420.d corpus humectarē: erat * nāq; cutis eius, ceu corium, arida. Vbi autē febris tenuis & similis perseuerauit, statui deinde quinto die non simplici sorbitione hominē cibare, vt ante, sed alica ex aqua

calida,citra q́ȝ conditura m,iniectis in eam mali punici granis. Eſt nanqȝ is optimus cibus bilioſo E
ſtomacho: nam & roborat hunc malum punicum: & alica,cum diutiſſime in vētriculo citra cor-
ruptionem maneat,ſenſim concoquitur, nec aceſcens, nec innatans: quæ vitia accedere ſorbitio-
nibus aliquādo ſolent. Incidit vero & in ipſo quinto principium acceſſionis ſimile. Item q́ȝ, cum
* octauo. & ſexto & ſeptimo eum ſimili ratione cibaſſem,in nōno rurſus ſimile principium præcedētibus
fuit. Vbi nimirum vel amentiam,vel pertinaciam,vel,haud ſcio,quid dicam, eorū, qui in princi-
pio hominem tranſmittere tertiæ diei acceſſionem ſine cibo iuſſerant, prorſus intelligere licebat.
Nam,cum cunctis euidenter appareret nunquam peruenturum eum ad quartum fuiſſe,ſi nutri-
tus ante acceſſionem tertij non fuiſſet,illi & tum eum , & ſecutis etiam diebus non recte nutritū
aiebant. Cęterum committendum non erat,vt eorum redarguendi ſtudio, ægrum quis non exhi
bito in ipſo acceſſionis die cibo proderet. Igitur nono die ſimiliter hominem nutriēs: cernens q́ȝ
in acceſſione pulſum eius redditum , quàm prius erat, firmiorem , cæterum imbecillitatem illam
adhuc præferentem cum extremarum partium frigore: non potui ſuſtinere medicorum illorum
meras nugas,ſed vndecimo die præfatus prius ægrotantis amicis fore,vt ipſo die intelligerēt ho-
minem hactenus noſtra opera fuiſſe ſeruatum,permiſimus illi pręterire acceſſionis horas. Ergo,
cum & ſine pulſu omnino in ipſis eſſet: & frigus eum vehemens totius corporis premeret ſic, vt F
nec loqueretur amplius,& vix impellentem ſentiret: cōuocati in vnum medici omnes,qui ab ini
tio videramus,ab ægrotantis propinquis propemodum ſumus diſcerpti , ego quidem , quòd ob
pertinaciam vltro ægri ſalutem prodidiſſem: qui vero diatriton colebant, propter ignorātiam &
ſtupiditatem. Ac illi quidem pallidiores frigidiores q́ȝ,quàm ipſe æger,conſilium quoddam fugę
captabant: quod ego proſpiciens, aulæ oſtium obſerari iuſſeram, & ſimul amico cuidam clauem
ſeruare. Poſt medius eorum ſtans,iam,inquam,vobis cōſtare planè arbitror, quis hactenus homi
nem ſeruarit. Seruabitur autem & nunc noſtra opera. Neque enim , ſi periturum omnino in hac
acceſſione putaſſem, à cibatione deſtitiſſem: ſed , quoniam ex præcedenti iam victu tantū illi ro-
boris ſupereſſe noueram,vt tolerare acceſſionem poſſet, permiſi acceſſionis horas ſine cibo tranſ
mittere. Ac ſatius quidem fuiſſet multo ante hominem nutrire: uerum , quò & iſtos redarguam:
& quibuſdam his auſcultātium,qui confici à nobis iuuenem , quòd illam occaſionem omiſerim,
dicunt,perſuadeam: nunc illis oſtendam vel in acceſſione ipſa ægrotantes quoſdam nutriri debe
re,nedum ante hanc. His dictis,ac diductis hominis maxillis,infundo ex anguſti oris vaſculo,cre
moris ptiſanę tres cyathos: paulo autem poſt albi & tenuis vini,modice q́ȝ calida diluti,duos cya
thos. Poſt quos & ſuſtulit oculos,& tum audire,tum loqui,tum pręſentes noſſe cœpit,cum ante, G
veluti lignū aridum,porrectus, ſine voce ac ſenſu iaceret. Rurſus itaqȝ dato ex vino,quo dixi mo
do,diluto,pane ad comedendum exiguo,prorſus hominē reuocaui. Quem, vt rurſum ad inſtitu
tam ab initio victus rationem reduxi, & tertijdecimi diei acceſſionem facile tolerare vidi, in quar
todecimo rurſus mane cibaui: ac poſt circiter horam octauā laui: deinde rurſus liberalius cibaui:
ac mox vinum bibendum exhibui. Idem vero & in duodecimo & tertiodecimo feceram. In quin
to autem decimo rurſum cibaui mane. Cum vero facilius tum quoqȝ acceſſionem ferret , in ſexto
decimo denuo laui: cętera q́ȝ circa hominem peregi,ſicut in pręcedentibus diebus. At,vbi in de-
cimoſeptimo minime grauis parua q́ȝ acceſſio fuit, audacter hominem de cętero ſub cōualeſcen
tium victus ratione habui. Hic æger nō paucos ſemimalorum,ac non penitus aſinorum, docuit
etiam ante acceſſiones ipſas non nunquam eſſe cibandum, vel ſi duarum horarum intercedat ſpa
tium: ac multo magis ante acceſſionem tertij. Oſtendi autem tibi & in prima ipſa acceſſionis in-
uaſione eiuſmodi homines eſſe nutriendos. Dico autem eiuſmodi homines , in quibus corporis
intemperies ad ſiccum & calidum conuerſa febres accendit.

Ratione atque Experimento monſtratur,quàm Vtilis non nunquam ſit Ante Acceſſionem vel in ipſa acceſſione Cibatio. CAP. 4. H

PОrrò hoc quoque pleriſque medicorum fortaſſe ſit incredibile. Sed,ſiue rationi ipſi fides eſt
adhibenda, ſiue operibus , nos fidem ambobus facimus: Operibus quidem , dum homines
ijs monſtramus,qui,ſi biduo patiantur inediam, neceſſe eſt , febricitent, ita ſcilicet , vt non nulli,
vbi concitati ad iram ſunt , vel mœrore vel vigiliis affecti: euidentiſſime enim tum in conuale-
ſcentibus ex diutino morbo talia fieri cernuntur , tum iis qui calido & ſicco ſunt temperamento.
Quam vero Ratio ipſa fidem huic rei facit,alibi iam dicta eſt: dicetur tamen & nunc eius rei ſum
ma. Mordens halitus & ſuccus, vbi per ſenſibilia corpora fertur , horrores & inæquales totius
corporis concuſſiones (ῥῖγη græce dicunt) facit: ex quibus cute ſtipata , quæ prius tranſpira-
bant,iam retenta , quoties fuliginoſa ſunt , febres accendunt. Ergo eiuſmodi halitus & ſuccos,
tum multa & vehemens dimotio , tum vigiliæ , & ira, & dolor , & cura augent: tum proxime ab
iſtis vnum illud per ſe interdum augere eos ſufficit , vtique ſi cibum quis non ſumpſerit : effi-
citur enim corporis habitus in iis naturis,quæ facile amaram bilem generant, ex longa inedia bi-
lioſus. Si igitur tum id incidat: tum æger motu quopiam valentiore , quàm pro viribus , vſus
mordentium excrementorum impetum conſertim foras excitarit: neceſſe eſt (veluti in ſympto-
matum cauſis oſtendimus) vel concuſſionem,quam modo dixi,vel horrorem ſubſequi. Ac con-
cuſſio

A cussio quidem ista succedet propter eorum, quæ feruntur, excrementorum tum multitudinem, tum acrimoniam, tum impetus celeritatem: tum laborantis virium infirmitatem. Nam, & quæ multa, paucis: & quæ qualitate sunt insigni, iis, quę ita nō sunt, mordēt magis: pari modo, & quæ cum celeritate feruntur, iis, quę tarde. Iam vires, vbi valentes sunt, omnia contēnunt ac tolerant: vbi infirmę sunt redditę, vel abs quouis offenduntur. Horror fiet, vbi & qualitas eorum, & impetus velocitas est remissa: tum copia minor: ac potissimum, cum vires tristanti obsistunt. Si vero iā dicta largius remittantur, ne horror quidem fiet, sed vel vlcerosus quidam sensus, vel tantum inæqualitas. Ergo coeuntibus omnibus iam dictis, † quod vehemētissimum est, oritur, vtique supradicta totius corporis concussio: } rursus remissis omnibus, nullus ex transitu excremētorum fit sensus. Quòd si quædam sint, quædam non sint: & quædam maiora sint, quædam minora: in eiusmodi mistionibus media latitudo omnis, † quæ inter id, quod maximum est, quod ῥῖγος græce vocari diximus, & minimum, qui est nullus omnino excrementorum sensus, } efficitur. Itaq; nihil mirum est, si dictarum causarum quælibet vel per se, vel cum aliis iuncta: alij inæqualitatem, alij vlceris quempiam sensum, aut horrorem, aut dictam cōcussionem, afferre videatur. Nam pone, vires imbecillæ sint, corpus ipsum admodum sensile, quippe id quoq; ostensum est non parū B ad eiusmodi symptomatum generationem conferre: habitus autē corporis gracilis, & temperamentum biliosum, stomachus q; similiter bili affectus: tū his omnibus accedant inedia cibi, & vigiliç quæpiam, & tristitia, & solicitudo: ad hæc progressus à domo, qui ex vrgēte quapiam causa sit necessarius: postea his propositis (id quod aliquando fieri vidisti) det sedulo operā, vt plus itineris per vrbem, re ita postulante, festinus peragat: nunquid huic ex eo, qui excitatus est, mordentium excrementorum motu, primum quidem inęqualitas quædā, mox vero etiam horror, promptè incidet? quòd si motum quoq; continuet, vel cibum sumere non anteuertat, protinus etiam febris? Equidem ita febricitantes aliquos ostēdi tibi, maxime ex iis, qui è longo morbo conualuerant. Quorum cū vni forte fortuna occurrissem, qui mox ante horrescere cœpisset, vt rem exposuisset, dato ex vino diluto pane, continuo horrorem inhibui. Verū hunc (vti scis) per viam in officinam quandam perductum febricitare prohibui: alios vero, qui prius se domum suā recepissent, in ipso principio horroris, vel paulo posterius, cibauimus. Atq; vt semel dicam, quibus incipientis adhuc accessionis aderant symptomata, iis omnibus panem ex vino diluto ac calente mature exhibēs, & horrorem statim inhibui, & febrem prohibui. Quanto vero hos citius cibaueris, tanto scilicet magis febrem prohibueris. Quòd si paululum aliquando morere, vtique febris ne C tum quidem, calor tamen multus, iis aduenit, simillime planè iis, qui per vehemēs frigus facto itinere, reuersi domum, calidis sunt nutriti. Quippe, si plusculum morere, maiorē calorem sentient, talem q; ac tantum, vt dubites, an hunc febrem appelles. Sin duæ horę ab initio inæqualitatis interpositæ sint, nutries tunc quoq;, modo horror adhuc duret, prædicens tamen, quòd hi febricitabunt, ceterum innoxia febre, & cui cutis mador succedet: quo facto, tum lauare, tum rursus nutrire debebis. Quod si horror præterierit, ac iam planè febricitent, cibandi id temporis non sunt, sed decrescente iam accessione ilico sunt nutriendi integritate non expectata. In nullo nanque squallido affectu commode finitur accessio prius, quàm illi vel ex lauacro, vel humido victu, humectatio accesserit. Hæc ego omnia cum operibus indicarem, qui me vel laudabāt, vel æmulabantur, scilicet quòd supra eorū opinionem erant, quæ ægerā, παραδοξοποιὸν, quòd paradoxa facerem, (vt scis) vocabant. Cum vero ratione de iisdem differens docerem aliquos ante accessionem esse cibandos: aliquos in ipsa, id q; vel inclinare iam incipiente, vel etiam in ipso summo vigore: tum παραδοξολόγον me, ꝙ paradoxa dicere viderer, appellabant. Ergo quid facias his hominibus, quibus nec opere nec ratione persuaderi potest? At, inquiunt, fieri nequit, vt eiusmodi affectus quis agnoscat. Quomodo igitur nos eos agnouimus? Videtur'ne cuipiam fieri nō posse, vt calida & sicca intemperies agnoscatur, vel quæ ab ortu vsque fuerit, vel quæ in præsenti tempore talis sit reddita? Mihi sanè tàm videtur facile, quàm has ipsas agnouisse literas. Quid illud vero, si huic non sit adhuc in succis putredo vlla, illi vero sit, non posse vobis videtur hoc discerni? Mihi posse videtur. Nam & ex pulsu, & vrina, & ex ipsa non nunquam, quæ in calore est, qualitate, cuidenter id discernimus. Quòd si propterea, quòd nec ipsi quicquam discere volunt, nec se se exercitare, scientibus parum credunt, quid vetat, quò minus tum geometris ipsis, tum arithmeticis, tū reliquis artificibus omnibus nihil credant?

D

Calidas & Siccas naturas Inediam non tolerare: ac de Primis capitibus, quibus Ratio Cibandi continetur. *CAP. 5.*

Misso igitur hoc genere hominum, rursus seriem sermonis nostri persequamur. Calidis ac siccis naturis aduersissima res inedia est, ac febrium paratissima causa. Voco naturas calidas & siccas nō solum, quæ à primo ortu tales ex proprio tēperamento sint, sed ēt, quæ posterius ex calido sicco q; victu, & plurima dimotione, & vigilia, & cura, & tristitia, & regione calida sicca q;, & tēpore æstiuo, & cœli statu calido sicco'q;, sint acquisitæ. Sanè licet & citra temporis anni mentionē, in eiusmodi sermone statum cœli solum nominare. Verum, si altius repetam, id, quod dico, magis credes. Calida & sicca temperamēta, siue ea ex prima origine talia sint, siue ex victu,

et

† [illegible] tissimus orta rigor.

† [illegible] dam excremen torum [illegible] bilium.

& immodico labore, & animi perturbationibus, & regione, & cœli statu, inedia vehemeter lędit. E In hac dictione, ipsis falsē verbis, omissum est anni tempus: potestate tamen omissum non est, vtpote quod in cœli statu comprehenditur, quādo calidus in summo siccus q; cœli status iam dictā temperaturam efficit. Hic autem status alio anni tempore, quàm ęstate, planè incidere nō potest: quando nec in autumno, nec in vere, multo q; minus in hyeme, fieri potest, vt calidissimus simul siccissimus q; cœli status fiat: sicut nec humidissimus pariter frigidissimus q; in alio, q̄ hyeme. Ob hæc igitur ipse quoque aliquando prætermisso anni tempore, cœli statu sum contentus. Liceat tamen cuiq; nominibus, quibus velit, vti, modo à rerum natura nō discedat. Est porrò rerum natura, qualem & modo diximus, & nihilo minus nunc dicemus: nam, quæ maxime sunt ad curationem necessaria, eadem q; maxime ignorata, nec Hippocrates ipse identidem repetere grauatur.

Igitur inedia siccis calidis q; corporibus, valētibus quidē noxia est: iis vero, qui in calida & sicca æstate febre laborant, quæ scilicet ex vstione, aut labore immodico, aut vigiliis, aut comprehensis iam animi mótibus sit contracta, non simpliciter noxia est, sed, si quicquam aliud, planè perniciosa: quippe vel in febres ardentes ex ea incidunt, à quibus, nisi prius mors occupet, in hecticas migrant, atq; ab his in marasmum: vel protinus ab initio ardentibus pręteritis, in hecticas. Maxime tamē (vt dictum sępius est) siccos calidos q; affectus statim à principio hectica corripit: Sicuti F mulieri accidit, quæ autumno ex tristitia & vigiliis febricitare cœpit: perseuerauit autem ad plurimum hyemis. Hanc quarto die (vt scis) vidimus, deprehendimus q; statim "hecticam esse febrē, cum alia, quā humores excitarant, coniunctam. Curatio autem vna tum fuerat, vt frigida tempestiue & moderate daretur, consuetę scilicet hanc per sanitatem bibere: verum aliis curatio huius erat commissa, quare nobis silere est visum. Alteri vero, qui eodem tēpore ęgrotarat, & se nobis commiserat, quoties nutritus est, fontanæ planè gelidę dedimus interim binos cyathos, interim ternos: quando frigidam simul multam sibi dari, qui ita sunt affecti, citra noxam nō ferunt. Quocirca vtilissimum est, vbi febris ideam perspexeris, in prima statim accessione minore cum periculo, copiosiore frigida vti, corporibus ad validam siccitatem non dum perductis. Qui enim in feruoribus sub canicula ex ira febricitauit, (iuuenis autem hic erat siccus & calidus) vbi in prima accessione duas frigidæ heminas bibisset, statim quidem vomuit flauissimam bilem: non multo autem post etiā deorsum excreuit. Deinde, cum rursus post cibum aquę circiter heminam similiter sumpsisset, iam febricitare desiit. Non defuere tamen medici, qui, cum nullam à principio febris speciem agnoscerent, sed postea, cum iam præteriisset occasio, intelligentes vel in hecticam, vel etiam in marasmoden febrem ægrotantem incidisse, frigidam bibendam, nos imitantes, præbuerunt. G Sed nemo metam attigit: nam magna solicitudo habenda est in iis, qui ita se habent, de frigidę potionis mensura. De qua paulo post dicemus, vbi propositæ disputationi finem imposuerimus. Quippe ęger is, quem ante descripsimus, exemplo omnibus est, quibus propter siccitatem à principio statim dari cibus debet, etiam si febricitare iam incipiant. Nam, cum acceditur in his febris propter mordentem acrimoniam excalfacti attenuati q; ex Sole & inedia & laboribus succi, maximum eius remedium est humidum nutrimētum: sicuti è diuerso, vbi ob copiam, vel obstructionē, vel phlegmonen, vel (vt semel dicam) humoris alicuius putredinem, febris est orta, maximo malo est cibus. Atq; hos quidem nec in inclinatione febris citra noxā nutrias, nedum ipsa accessione inuadēte: illos vero omni certe tempore, sed potissimum per inclinationem. Me quoq; subinde vidisti eos, qui ex abundantia, & qui ex phlegmone laborarēt, sub longa inedia tenuisse sic, vt prorsus ante septimum diem non cibarem, sed sola mulsa contentus essem, viribus scilicet valentibus. Quosdam eorum, quibus videlicet vires validę non fuerant: aut stomachus biliosus, aut imbecillus, aut plus iusto sensilis: solo ptissanæ cremore vsq; ad septimū diem traxi, quo morbus † in summo esse incremento} debuerat, aut etiam oīno per crisin discuti. Sunto igitur tibi à primo statim die in omni ęgro spectanda duo illa, quæ Hippocrates iussit, à quibus cibādi consilia petas, morbi summus vigor, & ęgrotantis vires. H Postea, si transiri summum incremētum sine omni cibo potest, in cibi abstinentia hoīem seruabis: sin exiguum adminiculum requirat, abūde erit sola mulsa: quod si maius desiderat, q̄ fit ex mulsa, ptissanę cremor satis erit. At, si fas non est summū morbi incremētū, aut tenui victu, aut inedia trāsmitti, id agendū, vt homo statim in primę accessionis inclinatione cibet. Aliquos vero eorū (vt dictū est) & cū inuasura adhuc est, & cū incipit, cibabis. Sint porrò hi sicco tēperamento ac calido, aut à primo ortu, aut certe illo tēpore, oportet: tū viribus necessario imbecillis: neq; enim fieri pōt, vt abūde siccū calidum q; corpus, cū febricitet, viribus sit valentibus. Si tñ cum eiusmodi febri ac corpore, mometanei membri phlegmone sit coniuncta, oīno æger morieť: nā id quoq; prędixisse me semp, nunq̄ vero falsum, ipse testis es.) Magis q; id certū est, si pulmonis, vel mēbranę quę costis subtendiť, vel ventriculi, vel iecinoris phlegmone sit: etenim, quę has partes phlegmonę occuparunt, non modo iis, qui tàm imbecillis sunt viribus, sed ēt iis, qui valentiores ipsis sunt, mortiferę esse solent. Vna q; salus tum pleuriticis, tum peripneumonicis, adde ēt synanchicis i. qui angina laborant, est ipsum virium robur: nō secus vero, & quibus vel iecur, vel ventriculū phlegmone obsidet. Nam, quod ad phlegmonen, quę in iis est partibus, spectat, minime planè est cibādum: quod ad virium infirmitatem,

vtiq;

* πάθεσι.

* διαθέσεις est in impressis, vt Linacer vertit. κράσεις autē temperaturas, ē in quibusdam antiquis.

A. li. 1. c. 1. fol. 12.

† AP. παρακμάζειν, i. declinare.

A vtiq; sæpe. Ita necessario aut vires resoluent̃, aut phlegmone augebit̃. Atq; hæc mihi latius fortassis, q̃ pro re ꝓposita, sunt dicta: qui p̃sertim hoc libro statuerim de febribus, q̃ absq; phlegmone ĩfestãt, disserere. Cęterũ tractationis cõuenientia fecit, vt quatenus necessariũ esset, digrederemur.

Quo pacto Præcauendum sit, ne Febris in Squallente Habitu in Hecticam pertranseat: ac de Duplici Putredine, quæ febres accendit. CAP. 6.

DEnuo igitur redeamus ad febres, quæ iam comprehensis febribus sunt affines, quas noĩare hecticas solemus. Nam, qui supra descriptus à me iuuenis est, hectica febri laborasset, si mirificã diatriton transigere fuisset coactus: nisi tñ prius ab iis, qui absq; methodo victus rõnẽ ordinare consueuerũt, fuisset intereptus. Proponat̃ igit̃ alius quispiã, cui cũ supradicto cętera quidẽ oĩa sint eadẽ, vires tñ tanto sint valentiores, vt tridui inedia tolerata duret: Necesse est hunc, si modo ita cibet̃, queadmodũ cibant, qui diatriton extollunt, in hecticã incidere. Nã ij primũ in quarto ipsum cibarẽt, post in sexto, mox in octauo, deinde in decimo: quippe talis est (vt sępe vidisti) eorũ cibandi formula. Prima quidẽ cibatio post primã diatriton: reliquæ alternis diebus. Protinus aũt (arbitror) & ex artomelite, i. pane ac melle, siccassent eius pręcordia: nã id quoq; ex legibus eiusmodi medicorũ est, siue phlegmone viscus aliquod laboret, siue secus. At, queadmodũ quidẽ eos B cibare, qui ita laborent, inter initia cõueniat, supra est dictũ: sed nihilo tñ secius nunc quoq; summatim repetetur. Quoties vel ex lassitudine, vel ira, vel pluribus curis, vel vigiliis, vel tristitia, vel lõga inedia, vel vniuersis vnà (sicut in supra descripto iuuene) coeũtibus siccatũ corpus est: ac febris inuasit, quę & aridã reddat cutẽ, & igneũ habeat calorẽ: vtiq; hunc talẽ timor est febri hectica correptũ iri, potissimũ in æstate, ac cœli statu calido sicco q̃;. Oportet aũt, q̃ primũ ptissanæ cremore, & sorbitione ex alica nutritũ, paneq; post oblato, aquæ frigidæ potione hoĩem cures: quippe protinus extinguit̃ ac cessat oĩno febris, modo (vt dictũ est) nec phlegmone aliqua ei sit adiũcta, nec putredo humorũ. Nam, si horum vtrumuis sit, attendere dilig ẽter oportet, ac discernere, quo primum tpe aquam frigidã dare homini sit audendũ. Ego enim taliũ quoq; non paucis dedi, tutius esse ratus phlegmonas in præsens augere, q̃ sinere hoĩem hecticam febrem incurrere. Vbiq; igitur (vt semper dicere soleo) curatio dignotionem prẽnotionẽ q; consequit̃. Siquidẽ, & dignoscat, quod præsens est, & prænoscat, quod ex eo futurum est, oportet, qui volet notabilis efficaciæ remedio vti. Si tñ magnum fore incõmodum vel humorum putredini, vel phlegmonę, cõiicies, à frigida quidẽ danda abstinebis: refrigerantibus aũt remediis, quæ foris applicãtur, vteris, modo ea super os ventriculi aut tota præcordia, modo super pectus imponens, vbi s. plurimum subesse C caloris maxime iudicabis. Sanè diximus iis, qui ita laborant, balnea quoq; esse non incommoda: dico iis, qui siccato plurimũ corpore sunt, & ex aliqua earũ, quę dictę sunt, causarũ citra humorũ putredinem febricitant. Monstratũ vero nobis est in iis, quę de febribus scripsimus, phlegmonas quoq; pp putredinem humorũ, qui in ipsis habent̃, febres subsequi. Quocirca, siq̃n dicã febribus, quæ ex putredine accẽduntur, tale quippiã conducere vel non conducere, ẽt eas, quæ à phlegmone excitantur, in cõi putredinis genere cõprehensas intelliges. Sicubi vero deinceps vtrasq; noĩare videris, scias eas, quæ ex phlegmone, ab iis, quæ ex sola putredine ortum habent, tum discerni. Cuiusmodi autẽ sit phlegmones affectus, tum in libro de inæquali intẽperie, tum vero in eo, qui de tumoribus pręter naturam est inscriptus, docuimus: admonuisse tñ & nunc te non sit inutile.

Cum sanguis calidus copiosior in aliquã aĩalis partem procubuit, maiora eius vasa protinus distenduntur, vtpote abundantiæ continendæ non sufficientia: ab his deinceps, quæ minora sunt. Mox, vbi nec in iis satis continet̃, exudat foras in ea ampla spatia, quæ inter vasa sunt, sic, vt ẽt oĩa, quæ in cõposita carne habẽtur, loca occupet. Atq; hęc quidem est phlegmones affectio. Possunt vero & sine hac in ipsis vasis humores aliqui putrescere, id q; aut in vna animalis particula in finibus ipsorũ impacti: aut etiã in totis eorum capacitatibus, quæ inter bubones & alas sunt, compre D hensi. Cum igitur (ceu diximus) citra putredinem squallenti corpori febricitare cõtigerit, caput totius curationis in iis remediis, quæ refrigerent & humectent, statuere oportet.

Sex esse Materiæ Differentias, quibus Frigus & Humiditas Hecticis Febribus conciliantur. CAP. 7.

POrro duplex genere est harum rerum prima materia: vna eorum, quæ foris admòuentur: * altera, quę intrò in corpus sumuntur, quæ sanè & prospheromena, id est sumenda, vocant̃. Extrinsecus corpori incidunt tum aer ipse, qui nos ambit: tum pharmaca, quæcunq; humectãdi refrigerandi q; vim obtinẽt: & tertium præter hæc, dulcis aquæ balneũ. Intrò in corpus sumunt̃, quæ eduntur ac bibuntur, & inspiratus aer. Ab his generibus tentandũ est propositis hoc loco febribus tum humiditatem, tum refrigerationem comparare. Verum refrigeratio, q̃m per efficacissimam qualitatẽ inducitur, & parui temporis est, & periculosa: contra, siccitatis per ea, quæ humectent, curatio, vt longi temporis est opus, ita minus est, q̃ refrigeratio, periculo exposita. Igitur dictas sex materiæ differentias deinceps iam examinemus, ab ambiente exorsi.

* προσφερόμενα

De Eligendo ac parando Aere, qui Hecticis Febribus conueniat. CAP. 8.

HIc igitur si tẽperatus est, qualẽ se exhibet, vtiq; tali nobis est vtendus, nihil amplius de eo solicitis. Sin admodũ calidus est, vel admodũ frigidus, pro calido inducẽdus arte cõtrarius est, subterraneis inuentis domibus, quæ & frigidissimę sint, & maxime perflatę, & ad septẽtrionem

versæ:

* ἡδείας, id eſt ſuaues.

verſæ: tum auris quibuſdam, quæ ipſis ſint propriè, opera noſtra paratis, aliàs ex euripis, in quo ſe E
deficiant multi aquarũ fontes: aliàs aqua frigida de vaſis in vaſa trãsfuſa. Iam hoc ſtatim etiã ſom-
niferum eſt. Prçterea domo aſſidue aqua, quę prorſus frigida ſit, aſperſa: ac roſis plurimis humi fu
ſis, aut vitium capreolis, aut ruborum ſummitatibus, aut lentiſci ramis, aut deniq; reliquarũ, quæ
refrigerent, ſtirpiũ aliquibus. De quibus ẽt prius eſt dictum. Turba quoq; hominũ ingredi prohi
bita: nam id quoq; domũ calefacit. Atq; ita quidem calidiſſimum aerẽ refrigerare, qui ſ. in æſtate
calida & ſicca accidit, eſt tentandum: quandoquidem in hyeme calidiſſimus eſſe nõ poteſt, ſicuti
nec frigidiſſimus in æſtate. At, ſiquis modice frigidus eſt, hoc eſſe contentos oportet, nihil aut ma
chinantes, aut de temperie eius alterantes. Qui vero frigidiſſimus eſt, vtiq; quatenus reſpirando
attrahitur, admittendus eſt, vt qui calorem, qui eſt in corde, admodũ refrigeret: non tamen quate
nus extrinſecus ægrum cõtingit, quippe id denſat cogit q; cutim, ac putrẽdinoſorum humorum
effluxum tranſpirare prohibet. Siquidem per pulmonem, quod rarum viſcus eſt, difficile nõ eſt,
vt tum qualitas ipſius, tum ẽt ſubſtantia, ad cor facile perueniat: at, per cutim, fieri nequit, vt eius
vel qualitas, vel ſubſtãtia, ad cor perueniat, vtpote prius denſatam. Nam, quod in libris de ſimpli
cium medicamentorum facultate, de iis, quæ vehementer adſtringunt, eſt dictum, id hic quoq; re
uocari ad memoriam debebit, ac ſciri, qui nimium frigidus aer eſt, hunc cutim denſando, ſemper F
ſibi ipſi viam præcludere. Scire tamen licet maius fore ex frigida inſpiratione cõmodum, quàm ex cu
te denſanda incõmodum: præſertim cum operimentis hanc calfacere licet. Porrò vtẽdum maxi
me eiuſmodi aere eſt in iis hecticis, quibus primũ, quod afficitur, ipſum eſt cor: æque vt, ſi ventri-
culus primũ eſſet afflictus, ipſi per comeſta & bibita eſſet ſuccurrendũ: huic enim illa cũ integris
adhuc viribus occurrũt, ſicut cordi inſpiratus aer. At iecinori ex inſpirato aere nulla certe vtilitas
accedit: à comeſtis vero & bibitis minor planè, quàm ventriculo, cæterũ aliqua non obſcure aduenit.
Communis autẽ omnium ſanatio eſt per ea, quę extrinſecus applicata refrigerant & humectant.
Atq;* in his quidem viſceribus magna ex parte hecticas maraſmodes q; febres accidere contem-
plati ſumus. Superueniunt tamen aliqñ & pulmonum ſiccis calidis q; intemperamẽtis: attamẽ
opportunum eiuſmodi febribus id viſcus non eſt, vtpote humidum laxum que. Incidunt præte-
rea & pectori, & pingui membranæ, quod Meſaræon dicitur, & ieiuno, & colo: interim vero &
vtero, & renibus. In* ſepto vero tranſuerſo maraſmum non vidi, hecticam ſanè febrem vidi, &
hanc ſemel quidem planè abſolutam, ſæpe vero citius interimentem, quàm planè eſſet cõpleta. Eiuſ-
modi nanq; affectum & ſpirandi difficultas, & deliriũ excipere ſolet: ex quibus magna ex parte
prius moriuntur, quàm hectica prorſus ſit perfecta. Eſt autem eorum agnitio facillima, tum ex pulſus G
duritia: tum ex eo, quod præcordia plurimum trahuntur ſurſum: tum ex difficultate ſpirandi, quæ il
lis eſt & inæqualis & varia: quippe aliàs quàm maxime paruum & frequẽs ſpirant: rurſus aliqñ
manifeſte ſpiritum tardant: dein ſubito, quemadmodum gementes reſpirarunt: vel duplicem ſpi
ritus intromiſſionem, quaſi ſuperinſpirantes, vel duplicem foras miſſionẽ faciunt: † veluti reſpi-
ratio reſpirationem comprehendat.} Reſpirant vero hi ſæpe & reliquo thorace toto, non ſenſibi
liter modo, verũ etiam notabiliter, tum opertas ſcoptulas, quas Homoplatas vocant, attollentes:
aliqñ admodum raram & magnam reſpirationẽ edunt, vtiq; cum delirij malum pręcipue domi-
natur. Verũ præſentis inſtituti non eſt vel laborantium partium notas, vel earum cauſas referre.
Quare denuo ad curationes reuertamur: æſtimemus q;, quas vires propoſitæ iam materiæ aduer-
ſus hecticas febres habeant. Sanè diximus iam nõ nulla de aere tum calido, tum frigido: qui prę
cipue quidẽ eſt vtilis, cũ, quod primum afficitur, ipſum eſt cor: q̃uis cõfert & in reliquis febribus
nõ parum, qñquidem in his quoq;, neceſſe eſt, cor ſimilẽ intemperiẽ recipiat: citra quã nec maraſ
mus, nec hectica, nec reliquarũ vlla febrium, conſiſtere poteſt. Quo facile apparet etiã pulmones,
vbi ſcilicet ij ſunt, qui primum patiuntur, plus cæteris omnibus refrigerantem aerem requirere.

* ſτηπεδονωδῶν. al. συγκαιομένων, i. eorum qui cõburuntur.

* ex

* ex pectore, & meſaræo, & c.

* ex

† καθάπερ ἐπεκπνέοντες, i. veluti ſuperexpirantes.

De parandis Medicamentis, quæ Extrinſecus Hecticis admouentur. CAP. 9. H

SEquitur iã, vt de iis medicamentis agam, quæ extrinſecus admota humectent, & refrigerent.
Porrò horum quoq; ea deligenda eſſe, quæ citra vehementem adſtrictionem refrigerent, ne- A. l. [illegible]
minem latet. Talia enim, pręterq̃ quod non humectant, etiam demittere frigiditatem ſuam alte non c. 4. [illegible]
valent propterea, quod cutim cogunt, ac coarctant. Optima vero ſunt, quæ non modo citra adſtri-
ctionem refrigerant, ſed etiam corporis ſubſtantia ſunt tenui. Ac, quæ quidem abſolutiſſime te-
nuium partium ſit, ſubſtantiam exacte frigidam inueniſſe fortaſſe non eſt. Dixi, exacte, propter
acetum, quod cum omnium, (quę nouimus) poteſtate refrigerantium planè tenuiſſimarum ſit
partium, admiſtam ſibi aliquam caliditatem habet. Præterea corpora, quæ cõtingit, ſiccat, quãuis
ad imaginationem ſit humidum. Quo fit, vt ad eos affectus, quos humectari & refrigerari expe-
dit, ſolo eo nõ vtamur, ſed tanto aquæ frigidæ admiſto, vt poſſit bibi. Cęterum, quanquã corpus,
quod abſolute tenuium partium ſit & ſimul frigidum, inuenire non eſt, attamen deligi materias
oportet, quæ ad eiuſmodi medicamẽti compoſitionem maxime ſint idoneæ. Ac dictum quidem
latius de his eſt in opere de medicamentis. Dicetur autem in exemplis non nihil & nunc, quò in
hoc quoq; genere membratim ſis exercitatus. Incipiam autẽ ab eo medicamine, quod omnium,
quæ humectent ac refrigerent, eſt ſimpliciſſimum: quo etiam aduerſus eryſipelata vtor, & phle-
gmonas

A gmonas in pudendis, vtiq; inter initia, prius, q̃ depascens aliqua subindicetur putredo. Debebit autē ad id præparata esse cera quàm optima, & elota. Sanè optima fuerit vel alba pontica, vel quæ ex atticis fit fauis. Esto autem & "rosaceum, quod ex oleo fit à non nullis vocato omphacino, ab aliis crudo, quod q; citra salem sit confectum. Maxime vero ad rem pertinebit, si & ipsum oleum tenuium prorsus sit partium: cuiusmodi sabinum est. Cum vti voles, ambo mista liquato in vase duplici: facto q; humido cerato, (cuiusmodi f. erit, quod triplum aut quadruplum ad ceram rosaceum habet) post, quàm ipsum fuerit refrigeratum, misceto ei paulatim in mortario tm̄ aquæ, quantum in se, dum cum ea mollitur, accipere possit. Expedit aũt & ceratum ipsum prius admodum esse refrigeratum: atq; etiam, quę huic admiscebitur, aquam esse frigidissimam. Abunde aũt ceratum refrigerabis, si, cum modice coiuit, totum vas, in quo continetur, in aquam frigidissimã dimittas. Quod si aceti quoq; admodũ tenuis ac clari paululum adiicere velis, vtiq; magis adhuc tum refrigerans tum humectans medicamentũ efficies. Non debebit autem medicamentũ hoc eo vsq; super ægrum corpus manere, dum manifeste incaleat, sed assidue subinde mutari. Aliud medicamentũ. Oxalidos, aut oxylapathi succus cum exigua tenui polẽnta mista excipiatur duplicato peniculo detrito: affatim q; frigidum & ipsum imponatur. Quod si eiusmodi peniculi occa

i.4 3.t.1.
fol 52.c

* ξυσθείση, id est derasio, ẽ ī antiquis cod. græcis.

* ἀλφίτων. quã dictionem alij farinã vertunt.

B sio non sit, tum linteum duplicatum, & madefactum refrigerandæ particulæ impones. Quin etiã portulacæ, & semperuiui, & vuæ immaturæ succus, similiter polẽntæ miscentur. Ad hæc lens palustris, & viridis tribuli, & polygoni, & lactucæ, & intybi succus, alia q; quæcunq; refrigerare est dictum, cum tenui polẽnta. Præterea sine polẽnta licet integris herbis tunsis vti. Iam vero, quod epithema ex pinguibus fit palmulis, quas πατητοὺς græce vocãt, salutare medicamen est. Porrò coquere oportet harum carnẽ, omni membranoso exẽpto, aliàs ex solo claro aceto: aliàs & aqua ipsi admista: atq; hac, vbi tenera satis reddita est, tunsa vti. Quòd si parum molli crassitudine videbitur, præstiterit iam dicti aliquid admiscuisse cerati. Quòd si rosacei quidpiam dictorum singulis aliqñ miscere volueris, nihilo inutilius pharmacum habebis: esto autem, quod admiscetur, tũ minimum, tum & simplex & perfrigidum, & quod factum ex oleo sit salis experti. Sanè, quoties simplex rosaceum, aut aliquid quiduis id genus dico, quod sine aromatis est confectum, intelligi volo. Est vero salutare ad talia medicamen & rosarũ succus frigidus, vnà cum polẽnta. Salutares vero sunt & ipsæ rosæ tunsæ: præterea stirpiũ, quæ moderate adstringunt, germina trita. Ad quẽ modum vti aliquando licet & herbis, quæ mediocriter adstringãt, veluti solano. Verum eiusmodi medicaminum materiã in alio opere reddidimus vniuersam: nunc abũde pro exemplis sunt,

C quæ iam dicta sunt. Porrò vtendum his est, nõ (sicut vulgus facit) toti impositis thoraci, aut toti ventri, immo illi maxime, quod primo est affectum. Neq; enim necessum est, vt aut cum eo, quod refrigerari valenter desiderat, etiam id refrigeres, quod prorsus non desiderat: aut ante iustũ tempus refrigerare desistas, timens vicinam aliquam particulam lædi. Ego nanq; hominem scio, qui imposito præcordiis refrigerante medicamento, difficultate statim spirandi laborarit: alterum vero, qui protinus tussierit: atq; paulo post vtriq; finitum symptoma, vbi, quod refrigerauerat, est ablatum. Quòd si adeo strenue refrigerare non studebis, habes, quæ id modice efficiant, adhærentium medicaminum, ac cerati speciem referentium magnam copiam. Quorum non materiæ modo vim, sed etiam compositionis methodum didicisti.

* ἐμπλαστῶν.

De Balneorum partibus, ipsorum que facultate: ac qua ratione Hectica febre laborantes sint in Balneum ducendi. CAP. 10.

VErum ego, cum iam sentiam mensuram præsentis instituti me excedere, ad ea, quæ tractationis series proxima exhibet, conuertar. Proxime vero se à iam dictis exhibet cõsideratio de balneo, tum ipsius rei causa, tum vel magis propter Philippũ, qui † hecticis, quas μαρασμώδεις vocant, ipsum noxium putat. Ipse igitur tum de omni balneorum vi, tum etiam quæ ad eos,

† τοὺς μαραινομένους, i. eis, q marcescunt.

D qui hectica & marasmo laborant, vel (vt semel dicam) omnibus est accommoda, in hoc maxime libro, quid sentiam, explicabo. Memini nanq; me & supra in diariis febribus illa laudare: & in septimo huius operis libro, in iis, qui propter siccam ventriculi intemperiem cruditate laborabant atq; extenuati erant, sæpe vtenda iubere. Cæterum de vniuersa eorũ vi nullo alio libro disserui, sed in hunc seruaui: vbi & de iis agitur, quibus efficacissimus eorũ est vsus, & quibus Philippus ea interdicit. Atq; prius quidem, vbi de vlcerũ curatione egimus, indicata causa est, cur propriæ cuiusque morbi indicationes sint ignoratæ: dicetur autẽ nihilo secius & nunc, vtpote tum ad ea, quæ nunc paramus, tum ad ea, quæ dicenda sunt, vtilis. Cum enim vnus in corpore affectus est, eius curationem inuenire, si non ratione, certe experientia, haud difficile est: vbi vero connexi duo tres' ue sunt, præsertim qui maxime contraria inter se auxilia requirant, fieri nequit, vt experientia, quod agendũ sit, inueniatur: immo nec facile ratione. Siquidem & substantiã cuiusq; affectus ad vnguem nouisse oportet: & propriã curationis indicationẽ à quoq; affectu cepisse: præterea quẽ primũ omniũ, aut magis: quẽ rursum minus, aut secundo tertio' ue loco curare conueniat. Hæc igitur causa est, cur vulgo medicorum ignotum sit, & q febriũ omniũ, quã febres sunt, proprium remediũ refrigeratio sit, siue ea talis actu sit, siue potestate: & q alia multa ex accidenti refrigerantia, febrium sint remedia. De quibus & dictum non nihil in præcedentibus est, & in

ſequentibus dicetur. Quædam nanq; remedia complicatam quodam modo duplicem q; faculta- E
tem habēt ita, vt & prima ratione proficiant, & ex accidente. Quod genus & balneum eſt. Nam frigidæ potio per ſe quidem proficit, vt pote actu refrigerans: ſuccus autem vuæ immaturæ pote ſtate refrigerans medicamentum eſt. Atque hæc quidem ambo refrigerant primum, id eſt per ſe ipſa, nec intercedente alio: at ſanguinis miſſio (veluti prius indicauimus in febribus continentibus, quas ſynochos vocant) non primum, ſed ex accidenti calidam aliq̄n intemperiem ſanat. Ad eundem modū & clyſter, & purgatio, & fomentū *{ex calido liquore,} & cataplaſma, quod dige rat, aut concoquat. Vtranq; vero facultatem in ſe comprehenſam habet propoſitum nunc in ſermone balneum, vtpote ex partibus varia facultate præditis cōpoſitum. Quippe ingredientes in aere verſantur calido: poſtea in aquā calidam deſcēdunt: mox ab hac egreſſi, in frigidā: poſtremo ſudorem detergent. Poteſt autē prima eius pars † materias per totum corpus tum calfacere, tum vero liquare: } præterea, quæ inæqualia ſunt, æquare: & cutim rarefacere, & multa, quæ ſub hac ante detinebantur, vacuare. Secunda eius pars, vbi quis in ſicco corporis affectu ea vtitur, poteſt madorem vtilem ſolidis partibus immittere. Tertia balnei pars poteſt, vbi quis frigida vtitur, & totum corpus refrigerare, & cutem denſare, & vires firmare. Quarta vero corpus per ſudores citra refrigerationis noxam vacuare. Ergo, cū hæc oīa circa hominis corpus efficere valeat dulcis F
aquæ temperatum balneum: & pręter hæc etiam, ſiquis intempeſtiue lauetur, tum horrores, tum cutis denſitatem: tentandum nobis eſt omnia deinceps diſtinguere, ac primū de illis ſermonem facere, qui, cū in balneo ſe lauant, horrore tentantur. His enim vna (vt ſic dicam) cōtinens excitati ſymptomatis cauſa eſt: alię, quę hanc præcedunt, multæ. Sanè horroris cauſam eſſe dico mordentium excrementorū confertim actorum citatiorem motum. Proinde, quibus horū eſt abundantia, caro vero ac cutis denſæ, ſiue balneum ſint ingreſſi, ſiue ſteterint in Sole, ſiue quoquo modo vel geſtati, vel perfricti, vel exercitati, vehementius ſint dimoti, vtiq; iis horror incidit. Contra, quibus hæc pauca ſunt: & corporis habitus, vt laxetur rarefiat q; à balnei calore, promptus: ij nō modo non horrent, ſed etiam meliores redduntur, vtpote excrementis per id vacuatis. Quo rationabilius nec in febrilis ſignificationis principio, nec in incremento quiſq; ægrotantem lauit: quippe denſata eſt hoc tēpore coarctata q; & cutis ipſa, & quę ſub hac habetur, carnea ſubſtātia. At in febris inclinatione vel incipiente, vel procedente, vel amplius progreſſa, & nos ſæpe, & alij medici non nulli multos ſæpe numero ægrotos lauantes non parū his contulimus. Porrò, quādo inclinatione incipiente, aut iā progreſſa, aut etiā in ſummo incremēto (interdum enim id quoq; accidit, tametſi rarò) æger in balneum ſit ducendus, in ſequentibus definiemus. Nunc, cum de ge G
nerali facultate ſingularum balnei partium diſſerere inſtitui, vnum omnium primum exponam. Dico q; multos eorum, qui cruditate laborant: plures vero eorum, in quibus mordentium excrementorum abundantia ſubeſt: oēs præterea, qui vel in febrili ſignificatione, vel in aſcenſu: etiam oēs, qui in ſummo ſunt incremēto præter admodū paucos: ſiue hi ſint in balneū ingreſſi, ſiue ſteterint in calido Sole, ſiue exercitationes frictiones geſtationes'ue tentauerint, merito horreſcere: ſingula nanque horum confertim & impetu agi excrementa *ſubigunt. Cum igitur tàm adhuc denſa lauantis cutis ſit, vt ad primum ambientis aeris occurſum nequeat naturalem ſuū habitum recipere, ſed maiore ad id ſpatio indigeat, excremēta vero foras verſus ruant vniuerſa, & retineri illic ea eſt neceſſe, &, quā ſub cute ſunt aceruata, &, quā per carnes feruntur, mordere. Porrò in libris de cauſis ſymptomatū indicauimus mordentia excrementa, vbi per ſenſibilia corpora feruntur, tum cōcuſſiones, quas ῥίγη vocant, tum horrores excitare. Ergo, quamobrem horreāt in balneis omnes, qui ante ſunt cōprehenſi, iam cauſas inuenimus. Pari modo, & cur nō horreant, quibus aut nullum eſt in corpore excrementum mordens, aut tantillum, vt facile vacuet. Ergo de his deinceps loquamur: propter quos etiam de iis, qui horrent, meminimus. Siquis enim balneum ingreſſus nō inhorruit, ſed laxata eſt illi rarefacta q; cutis, huic planè neceſſario prędicta ſuccedēt, H
excrementorum vacuatio, æqualis per totum corpus calor, exiguorum meatuum rarefactio, tenſorum relaxatio, denſatorum fuſio. Ac vacuatio quidem excrementorū omni febri eſt vtiliſſima: pari modo, & rarefactio, & relaxatio: fuſio tamen & calor non item. Sed calor omni febri eſt inimicus: q̄n refrigerari, non calfieri febrium affectus poſtulat. At fundi ęqualiter, id ſolidis quidem aīalis partibus non eſt alienū: ſuccis certe nō perpetuo eſt vtile, ſed quoties in aīali vel phlegmone quæpiam, vel affectus phlegmonæ ſimilis conſtitit, vel vtrauis abūdantia, ſiue ea quæ ad vires confertur, ſiue ea quæ ad vaſorum capacitatem, omniū profectò inimiciſſimum. Ac phlegmonę quidē, cum calefacti, & liquati ſucci ad ipſas cōfluunt, augentur. Tunicæ vero vaſorum impares abundantiæ, quæ iam ex liquatione ſpiritu eſt impleta, diſtenduntur: ac vires hoc ipſo male afficiuntur. Ergo calidis his ſiccis q; affectibus, de quibus agebamus, *emiſſio mordentiū eſt ſalubris: fuſio enim eorum eſt citra periculum: calefactio tn̄ noxa non caret. Atq; hæc quidem ex prima balnei parte iis, qui ita laborant, prouenire, modo tempeſtiue balneo vtantur, memoria teneamus. Tranſeamus modo ad ſecundam eius partem, quę erat id, quod maxime proprie lauacrum vocant. Ergo in hac, ſicut ex humectatione iuuātur, ſic ex calore nihil illis cōmodi accedit. Accedamus & ad tertiā, in qua & refrigerantur innoxie, quæ fuerant excalfacta, & vires firmantur.

Siqua

* ἐπιβροχῇ.

† In codicibus gręcis īpreſſis, ac antiquis pleriſque legitur, θερμῆναί τε δι' ὅλου τὸ σῶμα, καὶ χέαι τας ὕλας, i. tū totū corpus æqualiter calfacere, tum materias fundere. Linacer vr̄ legiſſe, vt aliqui ēt codices legūt, δι' ὅλου τοῦ σώματος. priorem tn̄ lectionē meliorē eſſe indicabūt verba paulo inferius à Galeno ſcripta, hoc ē, æqualis per totum corpus calor &c.

* Impreſſi cod. & multi ex antiqs legunt, κατεχομένων, vt Linacer vertit. ſunt tn̄, qui legunt καταχεομένων, i. fuſa erant.

* ἀποχεῖσθαι

A Siqua vero & rarefacta, & iusto plus sunt laxata, ea in naturalē redeunt mediocritatem: id quod quarta balnei pars indicat. Quippe, qbus oīa rite sunt adhibita, ij post frigidæ vsum adhuc sudāt, & omnia ipsis excrementa vacuantur. Itaq; ex oībus, quę de balneis retulimus, vna summa colligitur, ꝙ vacuatur quidē quicquid in corpore vel fuliginosum, vel fumidum fuit: constituunt autē in naturali symmetria, tum caro ipsa tum cutis: solidarum partium ariditas corrigitur: & calor nō modo is, qui ex lauacro accessit, verū etiam qui prius fuit, ex frigidæ vsu submouet. Maximo huius rei documento est status, qui ex eiusmodi balneo redditur post, ꝗ in Sole feruente iter fecerimus. Quippe accedimus ad id ne loqui quidem præ linguæ & fauciū ariditate valentes, totū que corpus stipulæ ritu aridum habentes. At egressi è frigida, ilico omnia prọ naturæ habitu recipimus, nec febrili calore vexati, nec siccitate afflicti, prompte q; loquentes, ac plurima sitis parte leuati. An igitur euidentius adhuc balnei vires in sicco & calido corporis affectu cognoscere desideras? Ego sanè nō arbitror. Licet aūt, cui placet, experiatur, quod incōmodū sequatur, vbi tali peracto itinere non lauerit. Aut enim statim febricitabit, aut multo plenus tędio, grauato s. capite, perseuerabit, potissimum si frigida calorem nō dum extinxerit. Multi tñ iuuenes eiusmodi cō

A 11.f.1.t.3. fectis itineribus, vbi ilico se in aquam frigidam proiecerint, iuuantur: ac potissimū, qui valenti-

.6.1.433.a B bus sunt viribus, & frigido solio assueti. Ita vero & ruri faciunt, vbi, ꝙ balneę non sunt, in stagna vel flumina se ipsos coniiciunt, nullo medici suasu, sed ipsa gubernante corpus natura ad id, quod cōducat, impulsi. Quæ eadem, etiam ratione carentibus aīalibus instinctum inserit ad eorū, quæ offendunt, contraria: siquidem ea quoq;, vbi ęstu vexantur, frigida se lauant: sicuti etiam, vbi frigore vrgentur, calida cubilia sibi inueniunt. Eodem cōtrarietatis studio etiam, cum esuriunt, comedunt: &, cū sitiunt, bibunt: reliqua q; omnia naturæ impulsu obeunt. Ac si certam febricitantium naturæ notitiam haberemus, non, arbitror, dubitaremus eorū aliquos assidue in aquis frigidis citra balneum lauare. Nam, ꝙ sint quidam, qui eam desiderent, vel ex iis, quos iuuit, constare potest: vt quibus frigida lauatio haudquaq̄ contulisset, nisi eo tempore recte ad eā dispositi fuissent. Verum, qm̄ exacta nobis dispositionum notitia non est, ac maxima ex errore impendet noxa, vtiq; eiusmodi præsidia recusamus: potissimum in febribus hecticis: quando per has, & pauci sanguinis, & nudum carne, & expers adipis redditum corpus est. Nullū enim hi solidarum partium munimen habent, quod frigidæ occursum sine noxa excipiat: sed protinus similaribus ipsis partibus occurrit, à quibus omnes animantiū actiones obeuntur. Iuuenis vero, cui abunde sit carnis, ęstatis tempore, atq; in febris summo vigore, modo nulla viscerum phlegmone subsit, si in fri

C gidam se coniecerit, sudabit: quòd si frigidæ lauationi sit assuetus, securus remedio vtetur. Verū de eiusmodi corporibus post agetur. Qui autem ex calida & sicca intemperie, hectica febricitant, ac potissimum qui iam marasmodes fiunt, iis, vbi tale præsidium petunt, tutum non est in totam coniici, æque, vt nec gracilibus & imbecillis, qui ęstate calida & sicca, longa via peracta, refrigeratione indigent: nam neq; his tutus est frigidi solij vsus, nisi prius fuerint in balneo æqualiter excalfacti. Quippe simile quiddam nobis accidere videtur, cum in frigidum solium post balneū ingredimur, ei, quod ferro accidit, cum tingitur: etenim tum refrigeramur, tum roboramur, quem admodum & illud, vbi candens iam redditum frigida mergitur. Atq; huius rei causa ad imbecilla corpora inuentæ sunt balneæ, quæ ea precalfaciant, atq; ad frigidum solium præparent. Non dissimile quiddam faciunt, & qui sine balneo frigida vtuntur, cū scilicet se ab exercitatione in eā saltu demittunt. Siquidem, cuiusmodi nobis est balneū, eiusmodi illis est exercitatio: vt quæ non tm̄ calfaciat, sed etiam insiti caloris motum à profundo corpore extrorsum conciteт sic, vt & frigidæ impetui occurrat: &, quò minus violēter in profundum ruens, viscerum aliquod feriat, aduersetur atq; prohibeat. Nam neq; ipsam frigidæ substantiam, neq; eius qualitatem omnino integrā vsq; ad viscera pertingere est salubre: immo & satius & tutius est solam eius qualitatem, † per ea, † τῷ τῆς δια-

D quę intercedunt (vt sic dicam) propagatam, } citra substantiā ad profundum permeare. Iam, qui δόσεως λόγῳ hectica febricitantes ad balneum accedunt, nisi in frigidam sint dimissi, nihil iuuantur. Qui enim aliter febricitant, eorum solidę partes non dum difficile separabilem calorem obtinent. Itaq; etiā ex sudoribus, vnà cum insensibili transpiratu, abunde his remedij est: et sanè diariarum febrium ipsam propemodum substantiam vacuari per hæc contingit. In iis vero, qui ex siccitate & caliditate febribus hecticis vrgentur, solidarum partium affectus candēti ferro est similis. Quo vtique minus eos in balneis calfecisse dūtaxat humectasse q; contenti esse debemus, quippe cum sic alimentum, incrementum q; febri præbuerimus: immo melius erit, vt mersis in frigidam extinguamus calorem. At in hoc metus est, ne corpus in diuersa transferas, ac frigidum reddas. Quis hoc negat? Non tñ propterea vitio dandū est, quod prospere ex pręsidio succedit: nec propterea, ꝙ mensura eius deprehendi est difficilis, prorsus est deserendum. Siquidem, si aliter liceret tum cęteras hecticas febres, tum marasmodes sanare, cōsultius esset tutiore via insistere: nunc, quoniam totum curationis momentum in refrigerando humectando que consistit, omnibus vero refrigerantibus auxiliis propter corporis horum gracilitatem noxa imminet, necessariū arbitror Thucydidis esse consiliū, Agentes aliquid vel periclitari. Quibus enim alia salutis ratio non est, & quæ vnica videtur, ea dubia est, necessum, arbitror, his est aduersos periculis ire. Sed nec error ipse aut

mortiferus est,aut irremediabilis. Siquidem,quos in extinguenda febre aqua frigida in contra- E
rium affectum transtulit,hos licet in toto,quod sequitur,tẽpore calfaciendo sanare. Iam nec periculum par est nec frigidi affectus, nec etiam ipsius remediorum. Indicauimus nanque tum prius in huius operis septimo,tum in libro de marasmo, tum ante hos in libris de tuenda sanitate, fieri non posse,vt solidarum partium siccitas consummate sanetur. Quòd si fieri id posset,vtique fieri posset,vt nõ senesceret,qui ea victus ratione vteretur. Si igitur insanabilis solidarum partiũ siccitas est,tum expeditissima in eam per hecticas febres via patet,melius est hominem in frigidam intemperiẽ transferre,ac,cui curationem deinde adhibeamus,habere. Quippe, qui id fecerit, is postea noxam oppugnauerit: qui vero mortiferam insistere viam sinet,is desperatam ægrotanti salutẽ fecerit. Quanto itaq; satius est aliquid nõ nulla fiducia,vel cum periculo facere, q̃ spe adẽpta certò perire,tanto profectò satius est potẽtibus præsidiis pugnare,q̃ nihil agere. Ergo ilico eos, qui hectica febricitant,omni ratione refrigeremus ante, q̃ progressi in marasmum peruenerint. Quem autem marasmus planè iam occupauit, hunc sanare ne tentaueris. Nam, etsi calorem eius extinxeris,attamen siccitas,quę relinquitur,senectutis ritu hominem conficiet, tantisper nimirũ victurũ, quoad solidæ eius partes reniti aduersus summam siccitatem valebunt. Atqui maluerit fortasse propinquorum ægrotantis aliquis, atq; etiam ægrotans ipse,aliquo spatio in senis habitu F
viuere,q̃ ilico mori. Itaq; curare hos quoq; cum præfatione expedit, ac in alterum transferre marasmum,quẽ iam nominare senium ex morbo insueuimus: licebit enim his non tm̃ plures dies, verum etiam menses viuere.Ego nanq;,cum iuuenem quendam,qui ita laborabat, sanassem,reficiens deinde,ac senilem eius imbecillitatem pro senum ratione tractans, non solum in mẽses, sed etiam annos viuum seruaui.Nec est,ꝙ hic eiusmodi marasmi curationem audire desideres, vtpote tum in huius operis septimo,dum siccas & frigidas intemperies sanauimus, traditã potestate: tum operis de sanitate tuenda ea in parte, quæ senibus alendis est delegata. Præsens autem liber nõ marasmorum,sed hecticarum febrium curationem docendam promisit. Ex quo genere sunt & quæ marasmωδεις græce dicuntur: de quibus tum alia non pauca diximus, quæ non modo rationis,sed etiam vsus iudicio probauimus: tum illud s. nõ oportere balneum (vt Philippus facit) formidare: qui cautius fortassis eo vtitur,ad eum modum, quo in cæteris solemus febribus, quas vel phlegmonæ,vel putrescentes succi accenderunt. In his enim nihil offendes, etiam si in frigidam ægrum non merseris,sed eum (vt mos est) perfundas primum tepida, postea quæ veluti ex Sole tantũ ęstiuo tepet: mox hoc,etiam paulo,q̃ illa,frigidiore.In hecticis vero febribus,id,quod remedium affert, calidæ solium non est, sed frigidæ: ad quam balneæ ægrotantis præparant cor- G
pus æque,vt reliquorum omnium,qui per sanitatem lauantur. Porrò nõ propter id modo videt̃ mihi Philippus ignorare,q̃ salubris res balneum sit in iis,qui marasmode hectica laborãt, ꝙ tàm extenuatos in frigidæ folio tingere nemo audet,aut saltem vltimam aquam ipsis frigidam infundere,sed etiã ꝙ sæpe altera coniuncta febris est,quæ vel ex humoris putrescentia vel phlegmone sit excitata: tum vero ꝙ tali hectica laborantium mortiferum est vitium: ac propterea quidã non recte omnia,quæ his exhibentur,culpant,cum non sit illis imputãda culpa,sed affectui. Ergo recensitis denuo,quæ diximus,huic disputationi finem imponemus. Quicunq; hectica febre laborant,atq; ex his præcipue,qui iam marasmode hectica febricitãt, modo his alia nulla febris vel ex sola putredine humorum,vel cum phlegmone,sit adiuncta,eos oẽs audacter lauabis,sed prorsus citra omnem laborem,ne vires resoluas: quod ipsum cum noceat vehementer, occasio fit balnei culpandi. Quod citra laborem dixi,id ita intelligo. Volo,"æger in balneum super lectulo deportetur: † in cuius prima è tribus domo nudetur, ac transferatur in sindonem calentem prompte in id ipsum paratam.} Sint autem quatuor,qui hanc teneãt,à quoq; fini vnus. Ac,si quidem prima domus satis calida sit,æger in ea nudatus,in secundam portetur: sin tibi frigidior videtur,non nudus,sed coopertus vel alia sindone minime frigida, vel tali aliquo inuolucro. Constat autem & H
sindonẽ eam,qua portabitur,esse valentiorem oportere: aut, si imbecilla per se sit, duplicari eam erit satius. Esto autem media domus non tantum situ media,sed etiam temperie, tãto s. prima calidior,quanto est tertia frigidior. In hac domo oleum tepidum esto, quo æger super sindone illatus protinus perfundatur. Hoc facto tertiam ingrediantur domum,ducantq; hominem,vbi solium est sic,vt per tres balnei domos dũtaxat transierint. Per quas nec celeri gradu transibunt ij, qui ægrũ portant,sed tantisper in prioribus domibus morabuntur, dum in altera transferatur tm̃ à lectulo: in media vero,dum perfundatur oleo. Esto autem & aer cuiusq; domus nec summo calore,nec etiam frigẽs,sed admodum temperatus, & modice humidus: id fiet, si aqua temperata ex labro sit liberaliter proiecta sic,vt perfluat per omnes domos. In ipsa vero solij aqua mediocriter'moretur,idq; in sindone sustentus,nulla infusione aquæ,cuiusmodi in aliis vti solemus,adhibita. Immo nec capiti eius infundi quicq̃ velim,cum sit satis id quoq; bis ter'ue vnà cum toto corpore in aqua mergi, demissa mediocriter deorsum sindone, ac rursum per quatuor iuuenes, qui eum portant,leuata. Mox hinc eductus,in frigidam semel totus tingatur, ne vel breuissimo quidem spatio illic moratus. Porrò,qui eum portant, tum reliqua omnia curiose esse edoctos conueniet: tum celeritatẽ tingendi,non documẽti modo,verũ etiã præcepti loco,præter cætera habere.

A.li. 1. tj. c.6. [illegible]

† Paratãq; ad manũ habeat calentẽ sindonẽ, sup quã, in prima triũ domorum balnei nudatus,transportetur.

Protinus

A Protinus vero alter paratam habens sindonem ipsi iniiciat,{ac deinde aliã.} Tum in lectulo collocatus, primum spongiis detergeatur, deinde mollibus linteis. Nec committent, qui eum detergebunt, vt violentius eum contrectent, sed, quoad fieri potest, blandissime. Post hec vnctum ac vestibus amictũ, rursus super lectulo in domũ, vbi cibat, reducent, ac nutrient. Sane dictũ supra est in horum commentariorum septimo, vbi siccam ventriculi intemperiem sanauimus, domum balneo debere coniungi. Ac de balneis quidem satis (quod ad rem propositã spectet) hactenus.

De Alimentis eorum, qui Hectica correpti sunt, ac de Curandis Hecticis, quæ Marasmodes appellantur.* CAP. II.

Lib. 5. c. 3. 4. 4. 5. & 6. SEqui prædicta videtur, vt de nutrimenti facultate præcipiam. Sane frigidum esse, ac humidũ, quod hecticis febribus sit conducturum, nemo nescit. Eiusmodi vero sunt tum ptisanæ cremor, cum frigidus sumitur: tum alica similiter ptisanę cremori condita, id vero est ex aqua, & exiguo porri, & anetho, tum sale, oleo, & aceto. Commodus pręterea iis, qui sic laborant, est & exiguus in aqua frigida panis. Cęterum nullius horum pura frigiditas esse debebit, sicuti potionis. Quippe hęc mature tum incalescit, tum per corpus digeritur: illa, cũ pluscuIum temporis in ventriculo moretur, ipsum fortassis refrigerãt, si fuerint imodice frigida. Vbi vero febris iã morã traxerit, dandũ quoq; asininũ lac est, sed diligenter obseruato, ne in ventriculo cogatur. Id vero interim ipse nos ęger docebit, vtpote suę ipsius naturæ peritus: interim id nobis inueniendũ est, paulatim ad eius vsum accedentibus: ac expedita quidem ratio est ad symptoma declinandum, si mel illi admisceas, aut salis, quo vescimur, exiguũ. Cęterum abstinẽdum (quoad fieri potest) in hecticis febribus à melle est, atq; idcirco etiam à mulsa: quippe protinus vertitur in bilem, & sicciores acrioris q; caloris febres reddit. Dandum itaq; principio est asinini lactis non plus cyatho, veluti à me datũ vidisti, sed inducta in ipsum cubiculum asina, quo nullum tps interponatur, sed ęger id protinus bibat, contẽplantibus diligenter nobis ac cõferentibus arterię motum, qui à sumpto lacte agitur, cum eo, qui ante id sumptum, fuit. Si enim corruptũ sit, eiusmodi inuenies pulsus, cuiusmodi in oris ventriculi afflictiõne accidere nosti: sin autẽ corruptum non sit, & maiores & valentiores redditos inuenies. Itaq; etiã licebit, cũ postea exhibebis, mensurã lactis dimidio cyatho adaugeas, ac deinde rursus aliũ dimidium adiicias, sic q; sensim vsq; ad mediocrem mensurã addas. Mensurę vero non lactis tm̃, sed etiam reliquorum ciborũ omniũ metę, quibus attentus eris, in septimo huius operis, vbi ventriculi sanauimus intẽperies, sunt traditę. Nam, cum primum in eo libro frigidãm eius intemperiẽ hactenus inueteratã proposuerimus, vt totũ iã corpus gracile reddiderit, indicauimus, quo pacto quis simul ambo probe sit sanaturus, tum vẽtriculi intemperiem, tum corporis gracilitatem. Ideo q; fortasse sit satius, quo minus multa scribamus, ad illum te librũ pro reliquis oĩbus cibis remittã: cum enim similes affectus sint, similia nimirũ remedia postulant. Verum, quanto hecticarũ febrium affectus est calidior, tanto vtiq; frigidiora requirit auxilia: & simul maiorẽ solicitudinẽ, ne valentibus auxiliis vtentes quicq̃ lędamus. At, qui iam marasmo vrgẽtur, eos, sicut dictum est, lauabis: quos vero hectica premit, nõ dum tñ marasmo tentant, eos, licet, etiã sine sindone subiecta laues, vtpote viribus adhuc valentes. Inferri tñ & hos in domum vel super lectulo, vel saltem alio quopiã idoneo conueniet: mox ipsos se ipsis ingredientes ad calidã duci, quo in ea moren. At, qui ex his minus sunt valẽtes, eos non tutũ est permittere in frigidã natationẽ descendere, sed foris potius ipsos perfundere, primũ tepida, secundo frigida. Esto autem tunc pręparata in labro aqua frigida (quãta s. ex eo semel hausta perfundere simul totum iam lauatũ possit) ea frigiditate, vt nullam euidentẽ qualitatẽ nec prorsus frigidarum nec tepidarũ aquarũ præferat, sed qualem ea, quæ fontana vocatur, quę & frigoris quod ferit, & teporis qui resoluit, est in medio. Ac, si quidẽ omnia curiose administrabunt, tum quę ad balneum, tũ quę ad nutrimenta spectant, vtiq; sanãdi iam eius, quẽ marasmus consumit, spes est: sin error vel in vno cõmittatur, is reliqua subuertit oĩa: quippe, cũ exitialis horum affectus sit, ne leuissimum quidẽ errorẽ tolerat. Ac, si quis taliũ est seruatus, huic carnosam portionem marasmus occupauerat: ipsis vero solidis siccatis fieri nequit, vt homo prorsus persanet: sed oĩno vel statim eũ febris ipsa iugulauerit, vel post, q̃ in eum affectũ est translata, quem senium ex morbo vocamus. Nam primũ eiusmodi febris propriã partium humiditatem, ex qua nutriuntur, depascit: hinc vero ad carnosum genus transit, quod circa, tum fibrosas, tum membranosas partes solidorum corporum hęret: ita deinde ipsas solidas populatur. Siquidem in singulis simplicium ac primarum, quas vocant, partium (vt in dissectionibus es contẽplatus) alia portio substantię eorum est veluti fibrosa, alia mẽbranosa, alia carnosa. Sicut, exẽpli causa, cum vena vnam tunicam habeat, & eam tenuẽ, licet fibras in ea inuenire multas, quę sint araneosis quibusdã interstitis contextę: qbus vtrisq; ipsa propria venę substãtia adnascitur. Hęc alia in aliis partibus habetur, nec vllum cõmune nomen est nacta: cęterum docendi causa nihil vetat, eam carnosam substantiam voces, vel certe huius particulę quandam carnẽ, quę in ventriculo quidem sit alia, in iecinore alia, similiter in arteria & musculo. Vocatur aũt caro tm̃ ea, quę in musculo est: reliquarum nullã homines carnem vocant, præterq̃ admodum pauci: sed, quæ in visceribus, ceu iecinore, renibus, liene, & pulmone visun, eas Parenchymata (quasi affusiones dixeris) græce vocant: quæ in intestinis, ventriculo, stomacho,

Margin notes: * ἰσχνῶν. * siccam. * ὀχήματι, id est vehiculo.

macho,& vtero sunt, sine nomine relinquunt. Tu tñ de nominibus non laborabis. Illud potius E intelliges, singularum particularũ substantiæ molem ex tali maxime completam esse natura, quæ vtiq; (vt i sinuosis vlceribus videre licet) & perire,& regigni potest. At vero nec fibrosa, nec neruosa membranosa'ue natura eandẽ generationẽ habere cernitur: nec fas est eiusmodi singularũ partium fibras à malignis febribus liquari, sicuti carnes: qñ animal ipsum prius, q̃ hæ prorsus sint siccatæ, interemerint. Sanè sunt,& quas marasmodes febres vocãt, vniuersæ ex earũ genere, quę colliquant: sed in eo differunt, quod, quæ portio carnis in his colliquatur, ea semper vaporis vice digerit: in illis defluit in ventrẽ. Cernitur hoc etiã in carnibus, dum in craticulis torrent, euidenter fieri: siquidẽ ab aliquibus plurima liquatio defluit, decidit q; in prunas largiter: ab aliquibus nihil oĩno, quod vtiq; sentias, defluere videtur, etiam si par sit prunarũ subdita copia. Quippe feris suibus aut nihil oĩno, aut planè minimũ est, quod defluat, cicuribus vero plurimũ: quanto q; magis vel adipe, vel carne, animal abũdat, tãto profectò, quod ab ipsis carnibus, dum in craticulis torrentur, defluit, cernitur copiosius. Ad eundẽ itaq; modũ in calidissimis febribus, si carnes humidæ ac molles cũ adipis copia fuerint, eas sensu liquari deprehendas: sin sine adipe & siccæ sint, in marasmodes febres trãseunt. Clarissimo huius rei argumẽto sunt infirmi, qui per aluum, quod liquatur, excernũt: qui, nisi prius vel morbi violẽtia, vel medicorũ inscitia moriantur, in marasmodes febres incidunt. Siquidẽ, quoad materiam vberem habẽt, hanc colliquãt: vbi illis tum adeps, tum caro mollis defecit, duras & ęgre liquabiles carnes siccant, à quibus pp siccitatẽ nihil defluit: F veluti nec ab iis, quæ sale sunt siccatæ, siquis has quoque torrere parans, pari cum aliis igni admoueat: nam & sicciores earũ carnes reddentur,& corij ritu durabuntur: nec defluet ex his vlla sensibilis liquatio. Hæc igitur cum scias, etiam colliquãtium febrium iisdem methodis curam ages, tum ad frigidam exhibendam quàm primum properans, tum iis, quæ humectent & refrigerent, nutriens. Mulsam vero inimicissimam censebis: qua tamen vti plerosq; medicorum in eiusmodi febribus vides. Verum de colliquantibus febribus differere in posterum licebit, æque, vt de iis hecticis febribus, quæ in pestilentiis contingunt: cuiusmodi ea est, quæ nunc publice grassatur: dicetur nanq; & de hac inter pestilentes febres. Reliquarum vero tum hecticarum, tum quas marasmodes vocamus, abunde mihi sanationis methodum tradidisse videor.

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS LIBER VNDECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Indicationes Omnes explicat, quæcunque in curandis Putridis Febribus æstimantur: ac pertractat de Cataplasmatis, Perfusionibus, & Balneis, quæ pro ratione inflammatarum partium adhibentur.

Quid Actum superioribus libris, quid hoc agendum: ac de Primis, & communibus Fontibus curatiuarum Indicationum. *CAP. I.*

Ebrium, quas putrescens accendit humor, primæ remediorũ indicationes dictæ prius sunt: quo loco, eas queadmodum & duas & tres efficias, docui: etiam, si velis, vnã. Nunc vero, quod in aliis febribus fecimus, vt ex primis generibus diductis, ad vltimas vsq; species diuidendo perueniremus, idem & in proposita differentia facere tentemus, illud prius admonentes, quod H etiam in libris de pulsuum differentia ostendimus, siue primas differentias, siue prima genera, siue maxime generales ideas, siue quomodocunq; aliter appellare libeat, modo exactã rei notionem serues, nihil interfuturũ. Ac febrium quidem ipsarũ quemadmodum eas, quas diarias vocamus, cures, in horum commẽtariorum octauo exposui: pari modo & queadmodum continentes, in libro, qui illum sequitur: atq; etiã quemadmodum tertias, hecticas scilicet, in eo, qui illi succedit, qui totius operis est decimus. In quibus non propria modo cuiusq;, sed etiam cõmunium pleraq; explicaui. Nunc, quemadmodum, quæ ex putrescentibus humoribus excitentur, methodo sint sanandæ, aggredi statui. Quæ curationẽ indicãnt, prout in duo diuiduntur, affectus quẽ curamus, & partium ægrotantis tẽperies sunt. Licet autẽ, ea (vt dictum est) & vna summa interpretemur, dicentes vnã esse omnium morborum cõmunem curationis indicationẽ, nempe cõtrarietatẽ ipsam: qua rursus diuisa, duas existere, morbo s. ex iis, quæ sibi contraria sint, adhibenda remedia indicante: laborantis vero temperie, vnà cum ipso morbo, contrarietatis mensurã definiente. Porrò dictum in illis est ambientẽ quoq; nos aere vnam efficere indicationem posse: Et, cum primam sectionẽ in duo tm̃ facimus, ambientẽ vel ægritudinis causis, vel sanitatis, annumerandũ esse. At vero cum sanitatis causæ sint omnia,

A omnia,quæ ſanitatem efficiunt,vna certe earum eſt,quod auxilium remedium'ue vocatur: quod pro varijs notionibus & vltima & prima ſanitatis cauſa recte dicit̃. Quippe tempore vltima erit propterea,quod tempore natura & ars & fortuna priores eo ſanitatis cauſæ ſunt: prima vero eſt, quatenus id laborantis corpus tangit,alterat q́; eius affectũ: ac propter alteratione͂, quã id facit,cũ ægra corpora ad ſanitatem perducuntur, ars & artifex † ſanitatis cauſæ fiunt, non ꝙ hæc morbos primum ſubmoueant, ſed alia materia ad id commoda intercedente, quod auxilium appellatur. Siquidem ſanguinis miſſio, quam phlebotomiam vocant, ipſa quide͂ per ſe hoc, quod iam dictũ eſt,nomen poſſidet: at, cum homini malum affert,ex cauſis fit morbificis: cõtra, cum prodeſt,ex ſalubribus. Ac propterea,cũ proficit,vocatur auxiliũ: ſicut profecto oı̃s materia, quæ quomodoli bet corpus alterat,quo tp̃e iuuat, auxilium dicitur. Ad eunde͂ modum & ambie͂tis proprium pro natura ſua nomen eſt aer: relatus tñ ad nos, alias auxilium & ſanitatis cauſarum vna efficit̃: alias iis contrariarum,nempe morbificarum. At, qm̃ aeri tum ex præſente cœli ſtatu, tum anni tempo re,tum regionis natura,ſuæ in humido ſicco calido & frigido mutationes accedunt,ex illorũ rur ſus vnoquoq́; aliæ particulares indicationes oriuntur. Ac fortuna quidem,& ars,& artifex,mate- riarum interuentu agunt: natura vero per ſe ipſa. Ea ex tribus his partibus cõpletur, ex ſpiritus, B & partiũ,quæ vere dicuntur ſolidæ,ſubſtantia, quas alibi ex ſemine genitali conditas eſſe mon- ſtrauimus: & tertia ab his carnoſa,quæ cuiq́; particulę eſt ſua. Singulę aute͂ iam dictarum triũ pro priã pro natura ſua tum qualitate͂ habent,tum quantitatem. Ac qualitas quide͂ earum ex cõgrua temperie humidi ſicci calidi & frigidi conſiſtit: quãtitas vero ſolidarum partium par ſemper ma net,ſed iis,qui adhuc inaugentur,numero dũtaxat: qui vero abſoluti iam ſunt, etiã magnitudine. Carnoſæ vero ſubſtantiæ magnitudo variat̃,etiã ſi preterea nõ augeat̃ animans. Pari modo & ſpi ritus ſubſtãtia,tantũ non quolibet mome͂to,tum minor,tum maior conſpicit̃. Ergo etiã ſupra ea, quę indicationes pſ̃tare prius diximus,virtus vel ſola iis tribus ſubſtãtiis, quas modo cõprehendi mus,ſimul enumeratis additur: vel,ſi temperies ſeorſum ſit diſcreta, in ipſa. Atque hæc ipſa rur- ſus bifariam quoq́;,vt oſtenſum eſt,ſcindit̃,& in originale͂ naturã,& in acquiſititiũ affectũ, ſic ni- mirũ,vt ex iſtis,& aliis,quæ prius dicta ſunt,propria quędã cuiuſq́; remediorũ ſit indicatio. Sępe aũt adſciti tia te͂peries ad efficie͂tes cauſas reducta,illis indicatione͂ cõcedit. Ad hũc itaq́; modum ex ætate,vitę inſtituto, & cõſuetudine,indicatione͂ remediorũ ſuggeri diximus,cõſentire q́; inter oe͂s iã dictas indicationes: ſiquide͂ in iis, quæ magis ſunt ſpeciales, cõtineri ſemp, quæ magis ſint generales: agi vero in vſum,quæ magis ſint particulares ſ. ex magis generaliũ ſectione inuẽtas.

† καὶ ἡ τύχη, id eſt & fortuna. addunt antiqui cod.

C *De Indicationibus,quæ ab Affectu febris præſtantur: ac quid differat Putridarum curatio à reliquarum febrium curatione.* CAP. 2.

PRima nanq́; oı̃um curationis indicationũ,quæ ex ipſo, qui curatur, morbo accipitur, cõtra- rietate͂ præſcripſit. At,qm̃ morborum plura ſunt genera, cuiq́; eorum ſua erit contrarietas. Verũ cætera in præſens omittant̃. Proponatur aũt nobis ad præſentem diſputatione͂ dumtaxat morbi,que͂ curamus,genus in inte͂perie poſitũ. Id igitur per cõtrariam ipſi intemperie͂ ſanabitur. At,qm̃ vniuerſi febrium generis intemperies eſt calor,nimirũ per frigiditate͂ curabitur ſic, vt oe͂s indicationes inter ſe cõcordent. Nã,ſiue dixerimus abſoluto ſermone febre͂ per ea, quæ contraria ſunt,ſanandã eſſe,ſiue adiecerimus,ꝑ ea,quæ cõtraria ſunt temperame͂to, nulla pugnantia in ſer- mone erit: ſimiliter nec, ſi ꝑ frigida ſanandam febre͂ eſſe dixerimus. Sed nec,ſi diuidentes id,dica mus aliqñ, ſanare nos febre͂ per ea quæ actu,aliqñ & per ea quæ poteſtate, aliquando & ꝑ ea quæ ex accidenti refrigerant: aut etiã iſta coniungentes: nulla pugnãtia cum iis,quæ dicta ſunt,in ſer mone erit: Pari modo nec,ſiquis dicat,quæ actu,vel poteſtate,vel ex accidenti calfaciant,ea febres deteriores reddere,ꝙ̃ prius fuerant: contra, quæ actu,poteſtate,vel ex accidente refrigerent, ea fe bres ſanare. Quippe indicatio, quæ ab affectu ſumit̃, in tot numero particulares indicationes eſt D diducta. Hæ vero rurſum ipſæ particulares indicationes materias inueniunt iuxta eas methodos, quæ in opere de medicamentis ſunt traditæ: qñ illarum principium id eſt,in quo finita eſt curãdi affectus diuiſio. Ac maxime quide͂ propria in ſolue͂do morbo intelligitur curatio, ſed per abuſio nem etiam miſtũ genus tum ex vera curatione,tum prouiſione, quã Prophylacen appellant. Ac diariarum quide͂ febrium,quemadmodum & hecticarũ,vera & propria curatio eſt. Earum vero. quę ex putreſce͂tibus excitant̃ humoribus,vocata curatio prophylacen quoq́; ſibi adiunxit: cuius officium eſt cauſam,quæ morbum creat,adimere. Sane nominatur hæc ipſa quoq́; artis pars, cu- ratrix: quæ vtiq́; ab ea,quę pure ſyncere q́; prophylactice dicitur,in eo diſtincta eſt,ꝙ ſub hac iam ſenſibiliter ex ipſa cauſa morbus eſt genitus,in prophylactice vero eſt futurus. Atq́; nominibus quidem quiſque,prout volet,vtatur,(id enim ſemper monere oportet) ſed remediorum indica- tionem,quæ à rebus ſingulis præſtetur,ſeruet: quando, ſi vel vnam aliquam earum prætereat, ad portionem tum magnitudinis illius,tum facultatis,curatio claudicabit.

De Curationum modis,qui ex Indicationibus ab ægroti Viribus ſumptis præſtantur. CAP. 3.

POrrò, quemadmodum ab affectu ad materias præſidiorum peruenimus, eodem modo ab ſingulis reliquorum generum primorum deſce͂dendum ad eas eſt: veluti à virtute. Nam ea morbo ceu aduerſatrix eſt oppoſita: propoſitum'que medico eſt huic omni ratione opitulari ac

 ſubuenire.

subuenire. Ergo quis primus est à virtute scopus, aut quæ'nam indicatio prima? nam hic quoq; E
loqui pro arbitrio possis, s. virtutem ipsam vnũ scopum ac primũ statuens: quod vero ab ea indi-
catur, alterum & secundũ. Itaq;, cum monstratũ sit virtutem sui custodiã præscribere, sicuti mor-
bum se tollendum, erit rursus in virtute secũdus scopus, ipsius custodia: sicut in mor bis, ipsorum
sublatio. At vero custodia similium exhibitionem indicabit: sublatio cõtrariorũ. Quoniam vero
virium substãtia tum ex spiritu, tum ex carnosa specie, tum solidis ipsis completur, ex iis, quæ simi
lia sunt, moliri cuiq; suã Diamonen i. custodiã, conueniet: Spiritui ex respiratione ac trãspiratio-
ne, &, qui ex sanguine attollitur, vapore: liceat vero hic quoq; volenti, vel græce Aerωsin, quasi
* χύσιν est in antiquis id est fusionem. — aerationem dicas, vel sanguinis attenuationem, vel in halitum solutionem, vel, vtcunq; libuerit,
appellare: Solidorum vero generi, ex solido nutrimẽto: Quemadmodũ carnoso generi, per eam
naturã, quæ in medio humidorũ ac solidorum corporum est. Porrò cuiusq; horũ mensuram ex
conseruandæ substãtiæ quãtitate inuenies: qualitatem vero ex ipsius tẽperie. Cum vero horũ cu-
iusq; vel óptima tẽperies sit, vel aliquatenus vitiosa, quæ quidem optima est, semper seruari debe
bit: Quæ vero oĩno vitio nõ caret, hęc in sanis quidẽ vel seruanda est, vel alteranda: in ægris vero
seruãda est, ea ipsa s. ratione, Qua prius ostẽdimus maximã esse à cõsuetudine idicationẽ, quippe
vel temperamentũ originale ipsam seruare, vel adscititium inducere: Præstari vero (vt prædictũ F
est) mensuræ auxiliorum indicationem ex eo temperamento, quod iam pręsens sit, ita nimirum,
sicut ex ætate, non quam æger prius habuerit, sed quam nunc habeat: Cum vero diuersitas non
parua sit in partiũ animalis temperamento, propriam cuique mensurã fore eorum, quæ ipsi sint
similia: nempe ei, quæ terrea magis est, corũ, quæ magis sint terrea: & ei, quæ humidior est, eorũ,
quæ sint humidiora: ad eundem modum & ei, quæ magis aerea est, eorum, quæ plus huius sub-
stantiæ in se habeant: sicuti calidiori, eorum, quæ magis substantiæ igneæ participent: Hinc vero
† ἐπιτηδευομένοις. — iam materias particulares oẽs in cibis, potione, aere, & oĩbus † peragi solitis, } inueniendas esse:
Vbi vero secũ pugnauerint indicationes aliquæ, superius cõprehensa methodo ad ea, quæ agen-
da sint, inuenienda vtendum esse, perpensis scilicet indicantium scoporum tum magnitudine, tũ
dignitate. Ostendimus enim eligendas eas indicationes esse, quas scopi digniores maiores q; præ
scribent: ac dignitatem eorum, vel vitæ, vel sanitatis respectu iudicandum: Magnitudinem vero
duplicem esse, vel proprię substãtiæ ratione, vel declinationis à naturali habitu. Ergo ab his iam
methodis age dum exercitemur in genere febrium, quod ex putredine nascitur.

Indicationes, quæ ab Affectu ipso, qui putredo est, in Continentibus Putridis præbentur. CAP. 4.

QVoniam "putredo vel æqualiter in omnibus subsistit vasis: vel in maximis, maxime'que G A. li. 4. .. c. 1. fo. 6d
principalibus, ea porrò sunt inter alas & inguina: vel vna quapiã particula, quæ vel phleg
monen in se habet: vel etiam citra phlegmonen, veluti in foco quodam, principium fe-
bris in se continet: in singulis his differentiis seorsum exercitari cõueniet. Ac primũ eam tractan
dam proponemus, quæ vel in maximis vasis, vel simul oĩbus consistit. Quæ igitur ex tali affectu
oritur febris, planè necessum est synochon, id est continentem, esse. Nec fieri potest, vt ea sanetur,
nisi inhibita prius putredo sit. Porrò ea inhiberi, causa manente, non potest. Quare submouenda
ipsius causa est, si modo putredo ipsa prior, mox post ipsam febris, sanari debebit. Ergo quæ cau-
sa putredinis est, quę se per omnia vasa æquabiliter diffundit? Sanè reuocare in memoriam prius
conueniet, quæ'nam aliàs putredinis indicata sit causa: ac deinde, cur pari modo in omnibus ani-
malis partibus fiat, inquirere. Ergo ostensum est, vbi morborum causas reddidimus, illa tantum
putrescere corpora, quæ, cum calida humida q; natura sint, neq; perflata neq; ventilata, in calido
humido q; loco maneant. Quòd si in motu sint, ventilentur q; ac perflentur, posse ea non putria
integra q; seruari, potissimum quæcunq; corpora sua ipsorum natura reguntur, vt animalium &
stirpium: ea nanq; (sicut in opere de naturalibus facultatibus est proditum) ab initio congenitos
secum motus habent, quibus superflua excernant. Ostensum nõ minus & in aliis duobus libris H
est, quanta sit tum respirationis tum pulsuum vtilitas ad perflatum ventilationem'que corporis,
atq; eius natiuum calorem tuendum. Itaq;, siquid in eo manifeste putrescere debebit, dictas tran
spirationes impeditas esse oportet. At vero quî fieri potest, vt illæ per totum animal sistantur, nisi
vel finibus vasorum stipatis, vel tota cute? Porrò accidere in finibus vasorum stipatio potest vel
ex vehementi extrinsecus refrigeratione: vel ex succorum, qui extrorsum in ipsis confertim rue-
rint, crassitudine, multitudine, vel lentitia. Accidit hoc illis & ex iis exercitationibus, quæ in palę
stra, vel aliàs obeuntur, & itinere laborioso, vel ambiẽtis statu, cum ex rigore in æstum subito est
mutatus. Non nullis vero feruentes ex ira succi, ac foras simul impetu ruentes, dictas stipationes
effecerunt. Quisquis igitur propositam sanaturus est febrem, hic simul causam eius adimat opor
tet: simul calorem, qui in animali excitatus ab ea est, refrigeret. Ac, quẽadmodum quidẽ ille sit
refrigerandus, prius est dictũ. Causam vero adimi oportebit propria cuiusq; naturæ inuenta con
trarietate: vtiq;, si ex frigida causa stipatum densum q; redditũ corpus est, relaxato eo, omni q; ra
tione rarefacto: sin ex obstructione ita est affectũ, hac reclusa. Quod vero recludet, hic quoq; ad
cõtrarietatis indicationẽ attentus inuenies: vbi nanq; abundantia humorũ est, hos vacuabis: vbi
crassi sunt & glutinosi, tenues eos ac fluxiles efficies. Si plures causę aliqñ coibunt, omnibus per

A contraria occurres: siquidem fieri potest, vt & coarctatum corpus sit, & exigui meatus densati, & multi simul ac lenti humores subsint. In eiusmodi autem causarum cõplexu, si recte, quę prius comprehensa sunt, meminimus, cœpisse à sanguinis missione conueniet: ac abundantia vacuata, tum ad extenuandos humores venire: ab hoc ad remittenda, quę sunt constricta, & rarefacienda quæ sunt densata. Atq; hæc quidem à morbi affectu indicatiue sunt sumenda.

Indicationes à Viribus eorum, qui Continente Febre Putrida correpti sunt. CAP. 5.

A Viribus autem (qm̃ has cibi, potiones, & spiritus certa mẽsura & apta qualitate exhibita seruabant, inuentus aũt est quantitatis eorũ mòdus ex viriũ substantia: qualitatis vero à temperamento) nimirũ ęstimari debebit, quẽadmodum vires, q̃ corpus regunt, in his se habeãt. Quippe, si valentes sint, audacter vacuantibus præsidijs vteris, hęc aũt ab affectu morbi fuere accepta: sin infirmiores sint redditæ, vacuantia remedia cautius administrabis. Sed & nutrimenti mòdus hinc tibi est desumendus. Quippe, cũ vires legitimũ robur suũ habent, & morbi summus vigor breui futurus expectat̃, tenuissimo victu licet vti: cum sint infirmiores, non licet sine graui noxa: sed adijcere ad nutrimenta tm̃ oportet, quantũ est de robore virium imminutum. Atq; ex his scopis accipiendus est nutrimenti mòdus: Qualitas vero ex morbi affectu, vnà cum solidorũ B corporum, quod tum est, naturali temperamento: ab affectu, si is obstructio est, quæ extenuet: à naturali ipsorum temperie, vnà cum cõsuetudine, prout etiã prius est definitum. Tempus vero nutriendi, quod quidẽ ad reliquas spectat febres, quæ ex putredine oriuntur, in progressu sermonis dicetur. Quæ vero vnicam tãtum à principio ad finem accessionẽ habent, (de his nanq; præsens est sermo) in his facilis toleratio & consuetudo spectari debebunt: qñ cibus illis eo tempore est offerendus, quo facilius, q̃ in cæteris, morbum tolerant: eo q; potissimum diei tempore, quo prius in sanitate cibari erant sueti: etenim facillime cibum ferent, si ex his considerationibus assument. Quòd aũt frigida quoq; ijs, qui ita laborant, sit exhibenda, cum iam succi cõcoquuntur, & crassitudo eorum prætenuata est, id ex ijs, quæ prius sunt comprehensa, manifestum arbitror.

Quid Cõe habeant Continentes Febres cum Diarijs, & reliquis, quæ ex putredine oriuntur. CAP. 6.

SIquidem, cũ eiusmodi febris cõia quædam cum ambabus habeat, tum ijs, quæ ex humorũ ortæ putredine circuitibus quibusdam accessiones habent, tũ ijs, quas diarias vocamus, merito in vtroq; genere de ipsa mẽtionem facimus, cũ vnicam accessionẽ habeat, vt diariæ, cæterũ ex putredine orta multos duret dies. Itaq; vnũ cum diarijs cõe habebit: duo cũ ijs, q̃ ex putredine ortæ multos durant dies. Reliquũ continentiũ febrium (quas synochos vocãt) genus duo habet cum C diarijs cõia, nempe & q̃ sine putredine sit, & q̃ absq; circuitu: tertium vero commune non est, cum subinde in quintum porrigatur diem. Atq; harum quidẽ cõtinentiũ febrium prodita prius curatio est. Continentium vero, quas putredo excitauit, curatio, cũ vtriq; generi cõis esset, ẽt nos in ambobus de ipsa disserere coegit. Cæterũ substantia earũ tota q; natura ex eo est genere, quod nunc nobis proponitur. In vno aũt eorum, quę ipsis accidunt, cum diarijs conueniebant. Id fuit, quod vna in totũ totius morbi accessio erat. Ergo & curatio earũ vnũ hoc duntaxat cõe cum diarijs habeat, oportet: in reliquis aũt oĩbus bifariam diducatur. Atque aliæ quidem curationis indicatiões ex communi genere earum, quę ex putredine sint ortę, accipiantur: alię ex propria earum substantia. Ad eundem vero modum & cęteras natarum ex putredine febrium differentias sanari conueniet: nempe (sicut sæpe prius dictum est) indicatione tum à communi ipsarum genere, tum vero à cuiusque propria differentia desumpta.

Quot in Totum sint Primæ Febrium Putridarum Differentiæ, ex quibus Petenda est Curãdi ratio. CAP. 7.

ERgo denuo repetentes dicamus primum, quot sint febrium, quas humorum putredo accendit, in vniuersum differentiæ: deinde quę nam sit ipsius generis earum, cõmunis vtilium auxiliorum* indicatio: mox quæ sit singulatim cuiusq; propria. Par est enim profectò, & quod om- D nium earum commune est, communem habeat indicationem: &, quod in singulis est pròprium,* quantum à reliquis eiusdem generis est diuersum, in tantum & diuersam ab illis sortiatur indicationem. Sunt igitur natarum ex humoris putredine eiusmodi differentię. Vna ex eo, quòd causæ ipsius putredinis adsunt, vel non adsunt. Secunda ex eo, quòd per totum animal, aut eius partem aliquam diffusa putredo sit. Tertia, quatenus cum phlegmone est, aut citra hanc. Igitur considerandum nobis est, quid nam commune habeat indicatio, quæ à causa sumitur adhuc manẽte: quid nam ea, quam putredo ipsa præstat: ab his deinde quid indicatio putredinis, quæ per totum diffunditur aĩal, aut certe maxime principalia in eo vasa: quid eius, quæ in vna cõsistit parte: mox deinde earum, quæ in vna quadam parte sunt, æstimabimus differentias. Quippe aliam esse indicationem eius, quæ cum phlegmone coniungitur, ratio est: aliam eius, quę sine hac consistit: Rursus in his etiam ipsis aliam esse præsente adhuc effectrice causa: aliam vero hac submota: Postremo cuiusq; causæ adhuc manentis differentias, per omnia, quæ in specierum diuisione sunt inuẽta: siquidem hic iam desinant, necessum est, indicationes, quæ ex curandis sumuntur affectibus. Post has vero eas nimirum, quę ab ipsis curandis suggeruntur particulis, pro iam dicta methodo sumemus. Quibus si eas, quæ à viribus præbentur, adiecerimus, absoluta nobis methodus de febribus omnibus † sanandis erit.

* ἰαμάτων, i. sanatuorum.

* ἴδιον.

† In gręcis impressis adijcitur ὅσαι σήπονται, i. a putredine incẽsis.

De

De Putredine & eius Causa curanda. CAP. 8. E

ERgo ordiamur ab eo,quod primum in diuisione indicans fuit,ea erat humorum putredo: ac consideremus,qbus maxime indicantibus, quibus q; indicationibus vsi, curationẽ eius inue nire possimus. Principium vero inuentionis,ipsa erit rei natura,qua de agitur: etenim id quoque in demonstrandis methodis didicimus. Quę nam igitur est putredinis natura? Nempe mutatio totius putrescentis corporis substãtię ad corruptelã, à calido externo. Non.n.profectò à proprio
* αὐξάνεται. calore corrũpitur quicq̃, immo contra prorsus, quicquid in rebus subsistit, id glisćit, roboratur, sanum est,ac viuit,dũ proprio calore regitur. Veluti nimirũ ipsa aiantium corpora,tametsi plurimam substãtiæ suæ portionẽ humidã & calidam sunt sortita, magnum tñ annorum numerũ sine putredine, ac sana viua q; exigunt, si seruetur (vt mõstratum est) eorum proprius calor,in cordis quidem corpore,per respirationem: in reliquis omnibus partibus, tum per cõmunitatem, quam habent cum corde: tum per aliam quandam respirationis speciem, quæ per totam agitur cutẽ, & trãspiratio pspiratio'ue dicit: his uero læsis, vnà ẽt naturalis calor lędit. Alter vero quidã alienus, ac præter naturam in corporibus excitatus, primũ quidem ipsos succos propter humiditatem & putrefacit & corrumpit, spatio vero tum adipẽ inuadit,tum ẽt carnem. Tanquã igitur in ijs corporibus,quæ non viuunt, ac putrescunt,primũ, quantum eorum iam computruit,separant, dein F
* αἰωρήσαντες. ei, quod reliquum est, in frigidũ aerem sublãto perspirationem refrigerantem moliunt: ita vtiq; & putredinem,quæ in viuis est orta,sanabimus,id scilicet,quod iam corruptum est,omni ratione
* αἰωρήσεσι. vacuantes: quod reliquũ est, moderatis mõtibus, & refrigerante perspiratu, ad exactam symmetrian reducentes. Ac vacuationem quidem illius per vrinam, deiectiones, vomitum, ac sudores,
* κινήσεσι. moliemur: post hanc dimõtiones mediocres, vnà cum ambientis bona temperie, adhibebimus. Quemadmodum aũt horum quodq; rectè administrandũ sit, paulo post æstimabimus. Nũc ad secũdum in diuisione transeamus, nempe quẽadmodum quis causæ, quæ putredinem excitauit, adhuc manentis remedium facillime inueniat. Est autẽ neq; in hoc difficultas vlla,quippe cũ per contraria tollatur. Itaq;,qm̃ transpirationis prohibitio,putredinis occasio fuit,hãc, arbitror, submouere oportet. At ea cum varijs generibus est orta, & densatis exiguis meatibus, & constrictis A.li. [illegible]
corporibus, & humoribus tum abundantia tum crassitudine tum lentitia sua obstruentibus, singulę harum affectionum curandę per contraria sunt,densitas,per ea quę rarefaciunt: constrictio, c.L[illegible].16.d
per ea,quę fundunt: abundantia, per ea, quæ vacuant: crassitudo,per ea, quę dissecant: & lentor, ijs,quæ detergent. Ac,si quidẽ totũ corpus dictorũ iam singula occuparint, ẽt toti corpori per cõtraria est succurrendum: sin vnã partem quãpiam putredo inuaserit,illi adhibenda iam dicta sunt G
remedia. Sanè non easdem omnes partes vacuationes medicamentáue requirent,cum & temperamentis, & posituris, & forma, & omni deniq; constitutione natura q;, inter se dissideant.

De curandis Putridis Febribus per medicamenta Purgantia, Balnea, Inunctiones, & Potus. CAP. 9.

ERgo,quemadmodum singulis sit opitulandum, id postea pro conueniente sermonis ordine disquiremus: cuius initium à putredine, quæ totum corpus occupet, quæ ipsa continentes quoq; febres, quas synochos vocant, excitet, faciemus. Ergo à corporibus, quæ sic afficiuntur, expellenda, quæ putruerunt, per vrinas & aluum & sudorem sunt: q̃ si ad os ventriculi aliquando sua sponte impetum capiant, etiam per vomitiones: aliter autem non est, quòd ea præter naturam irites. Ac eorum quidem, quæ iam dictas vacuationes promoueant, non parua materiæ copia est: sed maior eorum portio, cum calida sicca q; facultate sit, febrem auget. Itaq; deligenda medico sunt ea, quæ citra calfactionem siccationem'que valentem supradictas vacuationes præstẽt: cuiusmodi sunt cremor ptissanę, & aqua mulsa, & oxymeli, & apomeli, & apij radix in aqua, quæ potui datur, incocta. Hæc autem ipsa ventri quoq; sunt idonea: qui si nihil reddat, inijcienda per clysterem aqua mulsa cum oleo est. Sanè totum corpus prius, quàm id vacuaris, rarefacere non expedit: vbi vacuatum est,vtique licebit id medicamento aliquo, cui calor tepidus insit,ra H
refacias: cuiusmodi est, quod ex chamæmelo conficitur. In hoc tempore si vinum quoque aquosum bibatur, id omnes vacuationes promouerit: idem faciat & temperatum dulcis aquæ lauacrum. Quòd si appositum aliquãdo in dictione vocabulum dulcis non sit, vtiq; id subaudire debebis, certo sciens de eo nos in febricitantibus lauacro semper loqui, non bituminoso, aut sulfureo, aut aluminoso, aut chalcanthode, aut salso, aut ex marina ipsa. Cæterum, vbi magnitudo febris obstat, sicut in continentibus, nec vino est utendum, nec lauacro, nec ijs,quæ habitum rarefaciant, vnctionibus: sed aqua frigida, sicut prius diximus, pota in his febribus est aptissima, nisi tamen aliquid eorum,quæ prædicta sunt, hanc quoque prohibeat. Quippe ipsius febris frigida pota perpetuo est remedium, non tamen putrescentium humorum per aluum, vrinas, vel sudorem vacuandorum. Quo magis exercitatum esse in ijs, quas nunc tradimus, methodis oportet: ac in ęgrotantibus considerare, & quæ sint ipsius febris remedia: & quæ ipsius, vbi per se sola subsistit, putredinis: quę rursus efficiẽtis hanc causę: atq; huius quoq;, cum per se ipsam subsistit. Quippe non semper inter se consentiunt hęc omnia, sed plerunq; aduersantur. Quo casu memores eorum, quæ didicimus, id, quod maximum omnium ęst, aggredi oportebit, atq; ei vel soli, vel magis, q̃ cęteris, subuenire. Sanè scire licet difficile esse, acri q; iudicio indigens, febrem, putredinem,

A nem,& effectricem causam,vbi s.ipsa quoq; adest,inter se cõferre: difficilius tñ est, si vires, quoq; cum illis vnà conferre velis: qđ vtiq;,sicut ante cõprehensum est,pp vitę ipsius respectũ sem p est necessariũ: aliqñ vero & ex accidenti, sicut ad morborum sanationem. Hoc vero me ostẽsurum promisi. Siquidem,quod putrescit,si vestis esset, aliud've inanime corpus, vtiq; ex ijs duntaxat,q̃ prædicta sunt,indicationem caperemus. Nunc,cum in viuente corpore putredo concipit̃, quod tum alterare potest,tũ concoquere,tum vtile reddere,quicquid putrescentium, veluti semiputrescens semimalum q̃; est,vtiq; facultatem eius,qua naturaliter concoquit,excitans firmans q̃;, quæ putrescẽtia sunt,sanabis. Itaq; ẽt tum maxime eos cum fiducia vel in balneo lauamus: vel ijs, quæ habitum rarefaciant, medicamentis vtimur: vel aquã frigidam,vel vinũ bibendum damus, cum notas humorum concoctionis cernimus. Neq;.n.pulsus duntaxat vires ad eiusmodi agenda firmas requirimus,veluti nec eius facultatis,q̃ voluntarium motum præstat,sed,sicut est dictum,ipsius potius cõcoctricis. Ergo,si & vires cunctæ valentes sunt,& febris ardentissima, & cõcoctionis notæ plane euidentes, frigidam "homini dare audacter debebis: constat nanque talem hoĩem senem non esse,ex quo omnes illi virtutes valentes esse proposuimus. Quòd si ẽt bona corporis habitudine sit,quod εὐσαρκον Greci vocant,tum status cœli calidus ac siccus,ẽt si in frigidam na-

Li.. f.1.t.2. .4.l.4.4.8

B tationem hũc dimittas,haudquaquã lædetur. Eiusmodi nanq; temporis opportunitate vsi,qui se se in frigidam coniecerunt, & protinus oẽs sudarunt, & non nullis eorum aluus biliosa reddidit.

At,si mediocris est febris,& vires non validè,sed cum notis concoctionis,ijs qui ita se habẽt,balneum prodest,& vini potio: tum vero ex vnctionibus eæ,q̃ rarefaciunt,id q̃; multo magis cũ ambiens est frigidus. Neq;.n.aut frigidam in balneo lotionem,aut frigidam potionem in eiusmodi cœli statu ferè expetunt,vtpote inspiratu ipso assidue refrigerati: cum, siqñ in frigido ambiẽte vehementer vri ægrotum contingat, exigua salutis eius habenda spes est. Si vero nec concoctionis habeat signa, nec vires validas, seruari is planè non potest: quo minus aut idem lauandus in balneo est, aut medicamentis ijs, quæ rarefaciãt,vngendus,aut vinũ illi dandum,frigida'ue offerenda. In quo enim desperato oĩno salus est, imprudentis consilij fuerit,apud vulgum infamare presidia,quę multis fuere saluti. Ipse siqdem aliquos noui ex amethodis istis medicis, qui, cũ ea, quæ nos gessimus, essent imitati: ijsdem q̃; pręsidijs in ijs,qui prorsus morituri erãt,vsi: adeo nihil profecerũt,vt etiam tẽpestiuum eorum vsum suspectum formidolosum q̃; reddiderint. Verum nos tẽpora præsidia q̃; ijs, quos seruari spes est, scribimus, quando ægris, qui insanabiles sunt, ijs nec tempus vllum opportunũ, nec præsidium est. Atq; hoc mihi p oẽm sermonem teneri memoria

C velim,quò minus pręcipua illa prima q̃; omnium curationis indicãtio conuelli aliqñ posse videatur. Quippe, cum dicat Hippocrates ‖ Contraria esse contrariorum remedia, quid vetat oĩbus febricitãtibus frigidam vno ordine exhibere? Verum nec exhibenda est, nec subuertitur eo tpe generalis omnis curationis indicãtio. Vnum enim ex ijs,quę actu refrigerant,aqua frigida est. Sed & alia plura sunt,quę partim potestate (vt dictum est) refrigerent, partim ex accidenti: quorum alijs pp concursum pugnantium inter se indicãtionum aliàs vtimur. Porrò tradita iam methodus est eius, quod conducit,ante alia semper deligendi. Ostensum præterea est ipsius febris,,put febris est, aquã frigidam semper esse remedium: quod vero ad alia spectat,nõ semper: veluti cum ex obstructione glutinosorum & crassorũ humorum putredo orit̃. Ponatur vero & cũ his redundantiam in toto esse corpore,tum virtutem nõ imbecillam. In eiusmodi nanq; complexionibus cum multa præter naturam in corpore sint, quædam eorum præcedentes causæ erunt, veluti redundãtia cũ glutinosis & crassis humoribus: horum.n.vitio obstructio est orta,q̃ morbus instrumentalis est eorum, quæ obstructa sunt,corporum. Hanc symptoma secutum est,ipsa transpirationis retentio: quam rursus putredo humorum excepit, ipsa s. febris antecedens quædam causa.

Lib. de Flat. ... principio ... Aph. ... 15.a. ... tura hum. ... 7.181.c

Quæ Putredinis & Causæ ipsius Indicationes sint,& quæ Remedia præscribant. CAP. 10.

D ERgo,qui febrem curare volet, necesse est,putredinem inhibeat. Ita duę indicãtiones se exhibent,altera à febri: altera à putredine. Atq; à febri rursus duę, scilicet vt portio febris, quę iã facta est, percuretur: quę vero in generatione est, inhibeatur. Alię'que duę rursum à putredine erunt indicãtiones, vt & quod putredinis iam factum est, sanes: & quod in generatione adhuc est, sistas. Porrò, quod in generatione est, id adiapneustia id est perspiratio impedita, facit: nihil enim deterius fuerit clarioris doctrina gratia ita eam nominare. Ita ab hac quoq; alię duę indicationes nascentur,tum vt, quod retentum est, vacuetur: tum, quod retinendum est, prohibeatur. Sanè prohibebitur ijs pręsidijs, quę obstructioni medentur. Cuius rursum ipsius, quod iam factum est, sanandum est: quod futurum est,inhibẽdum. At curabitur quidem, quod obstructionis iam factum est,per ea,quę obstructa liberant: inhibebitur, quod futurum est, si affluxum obstruentium succorum compescas. Ergo,quod vltimum in ipsa resolutiua methodo est inuẽtum, id primum omnium in curatione est peragendum. Ostensum enim in prioribus libris est, si ijs auxilijs, quę obstructione eximant, vti non vacuata prius abundantia velimus,fore,vt non modo nihil proficiamus, sed etiam affectum maiorem reddamus, pugnantibus scilicet inter se indicationibus. At,si vacuata prius multitudine ad curãdam obstructionem accedamus, medicamentis ijs,quę obstructiones expediant,erit opus. Verum,quoniã horum plurima calida sunt, metus est,

est,ne tū putredinē,tum febrē augeant. Itaq; ijs, q̄ citra calorē liberare obstructiones valeant,vte- E
mur: vbi aūt,q̄ obstruūt,detersa dissecta q; sunt,p aluum,vrinas,& sudorē,ea vacuare tentādum.
Cum vero materię,q̄ hæc efficiāt,ēt calidæ sint,necesse est interea tū putredinē augeri,tū febrem.
Quare,quoad licet,id agendū,vt,q̄ minus calfaciat, materia deligat: aut, siqua inueniri pōt, quæ
non calfaciat,queādmodū in hoc casu balneū,vtiq; ea est petenda.Hoc vero tpe ēt vires roborare,
quo putredinē superātes,succos cōcoquant,studebimus. Quod vero febris ipsius iam factū est,id
refrigerabimus: in auxiliorū.n.inueniendorū ordine vltima est, q̄ ab hac sumit̄ indicātio, quāuis
alia ratione sit prima: quippe cum à febri cœperit inueniendorum præsidiorum methodus.

Ex Symptomatis superuenientibus nunc Protrahi, nunc Peruerti febrium curationem. CAP. 11.

AC,si nullū quidem interim vehemēs incidat symptoma, prohibeat q;,quo minus auxilia ab initio morbi ad finem ita ꝓcedant,celerrime finiet febris: sin tale quippiā incidat, quod totā ad se curationē reuocet,necesse est,serius adueniat curationis finis.Siquidem,qđ ita interuenit, oīno vel cōtrariū est remedijs,q̄ antedictū causarū,affectuū,et symptomatū ordinē sanēt: vel oīno nihil saltē confert. Enimuero,si eius,qđ interuenit, sanatio antedicto p̄sidiorū ordini sit cōtraria, necesse est interim cuncta deteriora reddi: sin nihil originali affectui interuenientis obiter mali correctio nec officit,nec prodest,totius curationis celeritati in mora erit: si autē nocet, necesse est F
aut vniuersam medicationē in lōgius spatiū trahi,aut aliquod subsequi piculū, aut ēt fore vtrūq;.

Finge nāq; exempli gratia,afflicto interim stomacho syncopen incidisse,cui succurrere coacti cibū intēpestiue dederimus,ac vinū cū frigida: Ex horū.n.vsu tū obstructionē, tum corporis coarctationē,tum putredinē,auctas esse necessum est: atq; ex harū auctu ipsam etiā febrē: Verū,vbi tū virtus satis valens est, nec quicq̄ interuenit,cuiusmodi,quā modo diximus ex vitio stomachi ortā syncopen: sed nec,quæ aliqñ accidere possunt,aut sanguinis profluuiū, aut vigilia, aut dolor, aut error aliquis vel ipsius ęgrotātis, vel eius familiariū: vbi inquā nihil tale accidit, totus, q proxime dictus est,remediorū ordo hoīem profecto sanabit. Sed nec ipse tñ quocunq; remedio oīa,q̄ præter naturā sunt,sanat.Nam aqua mulsa,quod ad crassos succos extenuandos,& glutinosos detergendos,& excretionē promouendā attinet,optimū planè medicamen fuerit in ijs synochis,quos habitus coarctatior, & putredo excitarunt: quatenus vero calorē febris adauget, est noxia: vnde, si hic immodicus sit,parcendū aquæ mulsæ est,vtēdum q; ptisanæ cremore: Quod si difficiles ac contumaces esse obstructiones iudicaueris, ēt oxymelite. At hoc ipsum rursus, si immodice vtare,& intestina radit,& tussim excitat,& neruosa lædit. Adeo s. difficile est eiusmodi aliquod auxiliū inuenisse,quod citra vllā noxā magnifice prosit. Id accidit (vt dictū est) ex cōplexione ortorū G
in corpore pręter naturam affectuū,vnà cū præcedentibus eos causis,et sequētibus symptomatis.

Præceptum hoc, Contraria contrariorum esse remedia, non in Affectibus modo, sed & in Symptomatis verificari. CAP. 12.

NVnquam tñ propterea præceptum illud, quod Contrariorum contraria sint remedia, aliquando verum erit,aliqñ falsum: immo id perpetuo verum est: quando fieri non potest, vt eorum,quæ pręter naturam sint, quicquam per aliam vllam remediorum speciem curetur. Non tñ ex vsu est semper oībus,quæ præter naturam sint, mederi, sed cum sola per se subsistūt. Nam, si cum alijs vnà incidāt, alijs sæpe est ante illa medendū: sicut in cauis vlceribus, vbi ea simul cum phlegmone sunt coniuncta. Quippe verum in his quoq; manet,ꝙ per ea,quę carne implent,curantur: cæterum his vti prius, ꝙ̄ phlegmonen curaueris, non licet. At interim,dum hæc sanatur, vlcus cauum adeo non melius,q̄ fuit,redditur,vt ēt fiat magis cauum. Quod si ijs,quæ carne impleant,medicaminibus vti velis,neq; ipsum impleueris,& phlegmonen auxeris.Quę nanq; carne implent,ea demum implere possunt,quæ phlegmone vacāt, non quę phlegmone adhuc sunt oppressa. Hoc itaque, quod in dictione tam est breue,nempe Contraria contrariorum esse remedia, potestate deprehenditur maximum.Quippe omnem medendi methodum confundet,quisquis hanc indicātionem neglexerit: cum omnia,quę pręter naturam sunt ab ijs,quę ipsis sint contraria,curentur. Cum autem eorum,quæ præter naturam sunt,duplex prima differentia sit, alijs per se subsistentibus: alijs in ipso (vt sic dicam) fieri,essentiam suā habentibus, ac vmbrę ritu affectus comitantibus, sanatio quidem affectuum ipsorum est sublatio: hanc vero symptomatū amotio sequitur. Quibus quanq̄ ipsis nihil prima ratione adhibetur, attamen in ijs quoq; perpetuū illud præceptum manet, ꝙ Contraria contrariorum sunt remedia: quippe, cum affectus, quos symptomata sequuntur,sanamus,symptomata nimirum ipsa in contrarium statum perducimus. Quare,quęcunq; symptomata exiguorum meatuum densitas inuexit, ea rarefactione tollentur. Quod si ipsi quoq; symptomati,quod ex densitate spiramentorū est natū,id est minori, q̄ iustum sit, excremēti effluxui, (qđ sanè paulo supius adiapneustiā vocauimus) symptomatū genus aliud contrariū opponere velis,ne sic qdē † desit,qđ dixeris: ⁊ sunt nāq; plura iusto defluuia, iusto paucioribus cōtraria. Adeo,sicui in symptomatis ipsis libet Cōtraria cōtrariorū remedia dicere, in ijs quoq; stat imotus primus oīum, q̄ p̄ter naturā sunt,curationis index. Verū satius est (vt prędiximus) eorū,quę vere & primum curantur, id est affectuum, in corpore,qui vere sunt subsistentes, contraria esse remedia existimes. Quippe actiones eorum, atq; ēt offensas,vt eas in ipso, vt sic dicam,

† ἄπορος ὁ λόγος.

A cam, fieri esse dixeris, ita absolute subsistere minime dixeris. Nã manũ extẽdere aut flectere, ex ijs, quę absolute sunt, dici non possunt, sed ex ijs, quæ fiunt: multo q; minus ipsius imobilitas, q̃ ipsa quoq; symptoma est eius, q in musculis neruis' ue subest, affectus: sed affectũ, qui ex subsistẽtium numero est vnus, contraria postulare remedia dixeris: Hunc vero solutũ, contrariũ sequi statum, quæ sanitas est: atq; hanc rursus, quandã naturæ actionẽ, q̃ symptomati iã finito sit contraria. Sed nec noĩbus falli, (quæ sępe alia forma ꝓferuntur, q̃ vt contrarijs conueniat, sæpe vero planè non sunt,) sed ex ipsa rerũ natura contrariũ inuenire debes, habens s. quò pro illo discernẽdo spectes, confessum illud, contraria esse, quæ sub vno genere plurimũ inter se distent. Ergo, si intellexeris in illo genere, quod mediocre est, (id vero est, vt sępe monstrauimus, quod inter extrema est medium) infinitã quandã cõtrariarũ rerũ multitudinem, q̃ maioris minoris q; ratione inter se dissideant, ex eo inuenies. Verbi gratia, In affectibus, tenuiũ spiramẽtorum symmetriã intelligens, ex vtraq; parte duo immodica, quæ inter se sint contraria, inuenies: in actionibus vero, symmetrian vacuatorũ considerans, ipsi quoq; ex vtraq; parte ametria respondet. Verũ in paruis spiramentis nomina excessibus non desunt, nẽpe densitas & raritas: in vacuatis posita nõ sunt. Eo q; fit, vt cogamur plures pauciores q; effluxus dicere, ita nimirũ, vt si dẽsitatis raritatis q; nomina nõ essent, B spiramentorũ ipsorũ alibi plura iusto esse, alibi pauciora, dicere cogeremur. Ergo (sicut diximus) hoc maxime cauere debemus, simul etiam in eo nos exercitare, quò celerius cuiusq; sic dicti contrarium inueniamus. Non. n. in corporum modo qualitate, verũ etiam in quãtitate eiusmodi contrarietatem inuenias: quam vtiq; Aristoteles oppositionẽ vocat, non contrarietatem. Neq; enim magnum paruo vult esse contrarium, sed in eo, quod ad aliqd dicitur, oppositum: neq; multum pauco: sed nec rarum denso: neq; relaxatum contracto: neq; ipsi, quod secundum naturam est, id, quod pręter naturam est. Verum Hippocrati omnia id genus contrariorum habẽt appellationem, sicuti etiam Platoni, qui generationes ex contrarijs esse dicit. Ostensum quoq; à me in alijs est nec Aristotelem ipsum suam ipsius legem in nominibus seruasse, quo loco principia eorum, quæ natura reguntur, materiam, speciem, & priuationem statuit. Verum (quod diuinum Platonem secuti semper testamur) contemnere nomina oportet, minime autem scientiam rerum. Ea * formam. nanq; ad salutem hoĩum pertinet, erroris q; in ea finis est pernicies: nominibus siue proprie, siue improprie vtare, ad ægrotos id parum attinet. Intelligas id clarius, si non contrariorum contraria, sed, quemadmodum illis placet, opposita sibi inuicem esse remedia dicas. Siquidem copiam sanat vacuatio: defectum nutrimenta: in summa, quod exuperat, ablatio: quod deficiens est, adie-
« C ctio. Itaq; etiã in alio opere recte arbitror à sene dictum: ‖ Medicina appositio est & detractio: de- Lib. de Flat. 2 principio
« ficientium quidem appositio, redundantium detractio. Porrò deficiunt redundant q; quędam in quantitate, quædam in qualitate: in quantitate, cum sanguis immodice est auctus, aut rursus minor redditus: in qualitate, cum vel calidus, vel frigidus, vel crassus, uel tenuis plus iusto minus' ue est effectus. Siue igitur contrarietatem, siue oppositionem, nominare libet, eius indicatiõnis medendi, q̃ ab omnibus, quæ ꝑter naturã sunt, præbetur, semper meminisse debebis, ei q; esse intentus: potissimum quidem, vt dictum prius est, in affectibus: sed tamẽ & in symptomatis: quamuis horum nec primũ curatio sit, nec proprie contrarietas, sed curatio quidẽ simul cum affectibus, ex accidenti: contrarietas vero, lucidioris s. breuioris q; doctrinæ causa loquentibus, abusiue.

Indicationes Omnes tradit tum rerum Præter naturam, tum Secundum naturam, quibus uniuersa Continentium putridarum Curatio continetur. CAP. 13.

Verum ad medẽdi indicationes propositi nobis febrium generis reuertamur: repetamus q; singula genera, quæ in nobis præter naturã sunt, nõ causarum modo, verum etiam morborum & symptomatum. Et causarum quidẽ genera sunt multitudo, & crassitudo, & lentor humoris. Causa simul & symptoma est transpirabilis excrementi retentio. Simili modo causa pariter & D affectus est ipsa putredo. Morbus vero tum obstructio, tum febris ipsa. Symptoma vero est ipsa transpirabilis excrementi retentio. Ergo indicabit (vt dictum est) præcedẽtium causarũ quęlibet proprium aliquid: multitudo ipsa, quæ ex eorum est numero, quę sunt ad aliquid in prędicamento quantitatis, vacuationẽ: lentitia vero & crassitudo, quę sunt in qualitatis affectu, sanationem, q̃ per contraria perficiatur. Cum vero in plerisq; oppositionibus cõsueta nomina nõ sint, accidit, vt, qui in rerum scientia minus sunt exercitati, fallantur. Cum. n. vno nomine nequeũt, quod animo concipiunt, nominare, id, ceu prorsus nõ sit, dimittunt, quẽadmodum profectò in glutinosis & crassis succis faciũt. Quippe "crassus succus ex aduerso oppositum habet tenuem: glutinosus vero (sicut ipse primùs gręce nominaui) rhypticon, quasi detersiuũ dicas: sicuti uero aliquis dixerit, qui à solidis corporibus nominandi occasionem acciperet, friabile. Siquidem hoc pacto semp uidetur Aristoteles oppositionem facere, verum nõ in succis, (vt dixi) sed in solidis ipsis corporibus. Quòd si glutinosi humoris naturã sub ea ratione intelligas, ꝙ, quicquid tetigerit, huic ægre dissolubilis adhæret, nõn immerito, arbitror, eum qui nec adhęret, & ea quæ adhærent, deterget, contrarium ipsi statues. Et antecedentiũ quidẽ causarũ contrarietates abunde sunt dictæ. In instrumẽtali vero morbo, q est obstructio, contrariũ ei est gręce ecphraxis, quã reclusionẽ (puto) dixeris: symptomati vero, qđ est trãspirabiliũ retẽtio, excretio ipsorũ contrarium est. At vero in humorum

Margin notes: "...le med. c. 561.b" (left); "* Al. πρότερον i. antea." (right)

morum putredine & excretio, & refrigeratio, & ventilatio, & semiputridorũ cõcoctio, ex aduerso respondent: ipsius vero febris, refrigeratio oppositio est. Porrò, qbus methodis materiam, quæ singula modo memoratorũ perficiat, inuenias, iã diximus. Pugnantibus igit̃ his (sicut diximus) aliàs aliæ tũ indicationes vincent, tũ materiæ. Inde q; factũ est, vt quidã, cũ ignorassent vnã semp dari ex re quaq; indicationem, ac, si præter naturã sit, quod indicet, cõtrariũ id semper indicare: sin ẜm naturã se habeat, nõ contrariũ, sed simile: nec medendi hi, nec sanitatis tuendæ, methodũ constituere potuerint. Siquidẽ, cũ in primis ipsis indicationibus sunt lapsi, multo profectò magis in ijs, quæ secuturę erãt, decipi debebant. Debent.n. (arbitror) ędificijs fundamẽta iaci firma, & scaphis poni idonea carina, siquid ædificandorũ pangendorũ q; in ijs futurũ est firmũ: vbi.n. prima ipsa basis statim ab initio debilis fuit, q fieri põt, vt, qd̃ supstruxeris, futurũ infirmũ nõ sit? Itaq;, qm̃ in continentibus ex proposita stipatione febribus (neq;.n. grauari debemus iterũ, atq; iterum sermonẽ repetere, quò nunc saltẽ medicorũ vulgus verã methodũ condiscat) qm̃, inquã, Septem præter naturã posita sunt, à qbus indicationes sumunt̃, humorũ multitudo, crassitudo, lentor, obstructio, trãspirationis retentio, putredo, & febris carens intermissione: atq; hæc cõtraria oĩno esse adhibenda docebant: Præter hæc vero ab ijs, q̃ ẜm naturã se habebãt, positæ indicationes sunt ex tẽperamento tũ ipsius laborãtis partis, tũ reliquarũ oĩum q̃ principes sunt, ex substantiæ ipsarum quãtitate, & ex spiritus ipsius substantiæ tũ q̃titate tũ qualitate: horũ vero indicationes non contrariorũ erant, sed similiũ: ad ista vero (sicut diximus) dignoscẽda, tũ ætas, tũ consuetudo, tum oẽs quæ externæ morbo causæ fuere, contulerunt, vtiq; ortis hinc quoq; indicationibus non paucis: Oẽs profectò inspicere simul medicũ decet, quò s. intelligat, quo'nã primum ac magis, quo'nam minus & secundo, quo'nam adhuc & tertio, atq; deinceps quo post quod præsidio sit vtendum. F

De Sanguinis mittendi ratione in Proposita febre. CAP. 14.

QVippe, si vires eius, qui ex putredine humorũ (vt positũ est) febricitat, valẽtes sint, mittendus statim sanguis est, si cruditas ventris non sit, statim morbo incipiente. Sin vires infirmæ sint, aut ætas dissuadet, incidenda vena non est. Porrò dictum supra est eiusmodi febrẽ in virtutẽ imbecillã nõ incidere: quippe synochos bene habiti corporis, ac calẽtis ætatis, propria est. At, si in puerũ incidat, q quartũdecimũ annum hactenus non attigit, mitti illi sanguis nõ debebit p̃pea, q; tantillis, cũ pręsertim calidi ac humidi sint, plurimũ corporis substantiæ quotidie defluat, ac digerat̃. Ita, qd̃ ex incidenda vena moliendũ nobis fuerat, id vltro nobis ex curati corporis natura p̃statur. Quòd si corpus quartũdecimũ annũ excesserit, ęstimandũ est, qualis'nã eius natura sit, num gracilis, & spissa, & dura, & copiosi sanguinis, an contra: atq; ita in priori missionem sanguinis adhibebis: in secũda nequaquã. Quin etiã modus vacuãdi sanguinis ex ijsdẽ indicãtibus sumet̃. Si.n. cui sanguis mittitur, triginta annos natus sit, sed laxus, & mollis, & pinguis, et albus, ac gracilibus venis, huic aut planè sanguinẽ non mittes, aut parũ detrahes. Et oĩno quidẽ non mittes in tp̃e æstatis, & regione ęstuosa, & cœli statu calido ac sicco: parum detrahes in reliqs tum anni temporibus, tum regione, tum cœli statu. Etenim, si neq; obstructio subesset, nec putredo, sed sola succorũ redundantia, ꝓtinus à missione sanguinis, pro naturæ suæ ratione se haberet. Itaq; tm̃ succorũ in omni tũ corporis temperamento, tũ regione, tum anni tẽpore, tum statu cœli detrahi par erat, quantũ supra naturalẽ statum fuerat inauctum. Verum, qm̃ nec obstructio, nec putredo curari p sanguinis missionem potest, vt quę alia remedia (ceu prius est monstratũ) desiderent, reponi sanguinis aliquid ad curationis spatiũ debebit, quò minus intempestiue nutrire necessitate vlla cogamur. Quantum nãq; ad eiusmodi pertinet febrẽ, prorsus nutriendũ non est: siquidẽ ostensum prius est solũ virtutis respectum esse, qui de nutrimento indicationem præbeat. At vero, quantũ ad id, quod inanitũ corpus est, nutrire oportet. Ita necessum est duorum alterũ, aut febrẽ, si nutris, augere: aut vires, si non nutris, deijcere. Satius itaq; fuerit (vt dictum est) aliqd sanguinis, quod proprium partibus animalis nutrimentum sit, relinquas: ac ipse paucissimas sorbitiones potiones q; exhibere sis contentus: qbus vtiq;, ceu medicamentis potius, q̃ nutrimentis, egemus. Nam id quoq; supra (quò minus multa de ijsdem adhuc loquamur) est ostensum.

* Al. σχέσις, i. habitudo. (margin, beside "natura sit, num gracilis")

G (margin)

H (margin)

Aduersus Methodicos, qui omissa Venæ sectione Præcordia Cataplasmatis & perfusionibus relaxabant. CAP. 15.

IMmo de cataplasmatis ac pręcordijs perfundendis est loquendum. Quippe pleraq; medicorũ turba vnum quiddam hoc quoq; ex † methodicorum istorum curandi ⁊ sanctionibus statuit. Oẽs q;, sicuti post tertium diem nutriunt, ita etiam oleo prius perfundunt. Inde vno die interposito rursum nutriunt, cataplasma prius imponentes: quòd sicui aluus est adstricta, etiam hãc clystere ducentes. Itaq; his saltem authoribus ordinandi victus artem, vna hora quis didicerit. Verum non ita se vera res habet: sed, cum ars ipsa tota sit magna, non leuissima eius pars est scientia ordinandi victus. Quæ vtiq; ex his maxime remedijs constituitur, cibo, potione, perfusione, cataplasmatis, & clysteribus. Quippe ijdem medici, cum sanguinis missionem in principio etiam solam adhibuerint, reliquam omnem ęgri curationem victui mandant. Itaq; (vt dixi) vnius horę est victus eorũ disciplina: q; si, qui discit, ingenio valeat, ne huius quidẽ integræ, sed minimæ eius partis, in qua s. quæ nũc dicam, audisse licuerit. Qui febricitant, si valentes viribus sint, omnibus

† Al. ἀμεθόδου θεραπείας (margin)

sanguinem

A sanguinem ab initio mittes: perfusos q́; oleo post tertiæ accessionem, vel mulsa cum alica nutries
vel sorbitione. Deinceps vero alternis cibabis diebus, sed cataplasma ex artomelite prius impo-
nens. Sicubi vero aluus adstricta fuerit, clystere hanc duces. Atq; illorum quidem vniuersam ordi
nandi victus artem, in his verbis iam audisti, non vtiq; in sex mensibus, sed sex versiculis. Veram
autem diæteticen, id est victus ordinandi artem, nunc audies. Calfacere præcordia cataplasmatis
aut perfusionibus non est perpetuo tutum, sed in ijs tm̄ ægris, quibus in toto corpore nullū *errat
superfluum: cæteris omnibus extrema est pernicies. Nam, siue redūdantia vtrauis sit, vel quæ ad
vires, vel quæ ad vasorum continentiā comparatur: siue ēt in vna parte pluribus ve vitiosa excre
menta sint: omnia ad partem excalfactā trahuntur. Quoties.n. vidisti pręcordia, cū planè phleg-
mone carerēt, intra quatuor dies, q̄ ea gregales isti medici pfundere cœpissent, phlegmonen con-
traxisse, cum ego ēt id ipsum tibi prædixissem, iussissem q́; diligēter ad phlegmonen futuram at-
tentus esses? In quibus id maxime intellexisti, quātum malum sit vsui, qui alienus à ratione sit,
insuescere. Quippe hi, cum ex ijs, quæ ipsimet faciunt, phlegmonas semper excitent, id non ani-
maduertunt, sed ijsdem semper erroribus implicantur: veluti Hippocrates ꝑ ijs accidere dixit, qui
hinc & inde ossiū fracturas cum vlcere deligabant. Etenim illi, cū phlegmonas in vlcere crearēt,
B non tn̄ destiterunt, rati id adeo non ex deligatura, sed alio quopiam errore incidisse. Et quomo-
do, quæso, ad aliam curationis rationem se transtulissent, qui vsum sine ratione profitebantur ex
ijs, quæ tum ipsi semper facere essent assueti, tum præceptores suos ante se facere contemplati? si-
quidem huius generis homines ne tentandum quidem censent, vt ex indicatione quicquam su-
mant: sed sola experientia sunt contenti. At Hippocrates ab ipsa rei natura idoneum curationis
modum inuenit. Quo postea in vsum veniēte cognitum est, quantus esset in priori error. Quin,
siquis in eiusmodi affectibus, cataplasmatis & perfusione ex oleo relictis, velit ad curationē, quā
ratio docet, accedere, ipse, quantopere aberrent, qui plethorica & quæ parum pura sunt corpora,
sic curāt, haud magno negocio experientia ipsa iudicabit. Sanè accidit, vt in eiusmodi morbis di
uites potius, q̄ pauperes perperam curentur. In his.n. propter ipsorum delitias duplex peccatum
non raro cōmittitur, & ꝙ sanguis non mittitur: & ꝙ à medicis impensior scilicet adhibetur dili-
gentia, vt quotidie aliquid circa ægrotātis corpus fiat. Ac inter initia quidē sanguinis missionem
maior eorum pars propter mollitiem non admittit, tametsi magis, quàm pauperes, redundantiæ
sanguinis affectibus sunt obiecti, vt qui magis tum cibis se impleant, tum in ocio viuant: Medici
vero, qui eos curant, vbi summum remedium est omissum, aliorum vsu sarturos se, quod deficit,
C putant. Huc accedit, ꝙ ipsi quoq; ægri, †siquis victu cōtra morbum minore cum negocio instet,
negligentiam rati: siquis rursum quiduis agat, diligentiam: cogunt eos pręcordijs aliquid quoti-
die admouere, sed nec inuitis profectò ipsis medicis: vt qui facere semper aliquid videri velint, ꝙ
sic se maiorem mercedem accepturos sperant. Itaq; accidit, vt illo ipso tempore phlegmonæ diui-
tibus incipiant, quo iam pauperbus morbus propemodum perductus est ad finē. Quippe misso
in propositis febribus inter initia sanguine, non pauperibus modo, verum etiam diuitum seruis,
plurimis quidem quinto, aliquibus septimo, crisis contigit, nemini serius. At diuites, qui & san-
guinis copiam, & excrementorum plus, q̄ pauperes & serui habent, cum sanguinis mittendi prę
termisere remedium, ac quotidie tum calido oleo perfundantur, tum laxantibus cataplasmatis
vtantur, phlegmonen nimirum aliquam vel in iecinore, vel vētriculo, vel reliquorum istic visce-
rum aliquo contrahunt, alij in quarto, alij in quinto, omnes planè in sexto. Nec oblitus, arbitror,
es eius, qui dum perfunderetur, difficultate spirandi laborauit, omni superuacuo † ad pręcordia
caloris vi tracto. Ergo non hic modo perijt, sed alij quoq; infiniti quotidie pereunt, cataplasmate
ipso cucurbitulę ritu corporis superuacua in viscera trahente. Non defuerunt profectò & qui cu-
curbitula quoq; ipsa sunt vsi, eo tantum consilio, vt circa ægrotantem aliquid semper moliri vi-
D derentur. Saluberrimum igitur (vt prædiximus) est in febribus venam incidere, non continen
tibus modo, verum etiam alijs omnibus, quas putrescens humor concitat: vbi prȩsertim nec ętas,
nec vires prohibent. Leuata nanq;, q̄ corpus nostrum regit, natura, exonerata q́; eo, quo, velut sar
cina, premitur, haud ęgre, quod reliquum est, vincet. Itaq; ꝓprij muneris haud oblita & coquet,
quod concoqui est habile: & excernet, quod potest excerni. Eorum.n. q̄ in medio sunt corpore,
(vt isti vocant) prouidentia, vbi detractus sanguis non est, maximum planè est malum: vbi detra
ctus est, non maximum. Quanquā sic quoq; noxia esse in synochis febribus pōt: quippe deusta
immodico calore viscera etiā amplius deuruntur ac torrentur. Ergo eiusmodi prouidentiam illi
duntaxat requirent, q̄bus in vna particula putredo consistit: si tamen hi quoq; sanguinem prius
miserint. Prouidebitur autem his, non sicut triuiales isti medici prouident, qui statim inter initia
relaxant, sed in plurimis prorsus contra. Relaxantia nāq; remedia, sicuti, quod in membris con-
tinetur, euocant: ita, si in principio sint admota, ꝑ eo plus attrahunt. Cum enim adhuc ad affectū
locum fertur fluxio, reprimere remittere q́; hāc expedit, nō ad ipsum attrahere. Quæ vero Apo-
crustica i. reprimentia dicunt, quę adstringendi certe vim obtinēt, in principijs idonea sunt dupli
ci rōne, & ꝙ robur affectis particulis inserunt, vnde minus prompte affluxum excrementorum
in se recipiāt: & ꝙ eorum, q̄ in ijs iam contenta sunt, tenuissimum extrorsum exprimant. Quòd
si tum

* Al. καταλείπεται, i. relinquitur.

3. de Fract. t. 8. 7. 24. 3. 5

† τὴν ἐν ἡσυχίας δίαιταν

† ἐπὶ τὰς φρένας, i. ad septum transuersum.

ſi tum fluxio humorũ per ea remedia compeſcitur: tum denſitas, quæ ex adſtringendo in affecta E particula relicta eſt, craſſiora detinet: iam tepeſtiua relaxatio eſt, quò ea, quæ retenta ſunt vacues. Præcipue aũt adſtringentibus eſt vtendũ, vbi in iecur aut ventriculũ ſuperuacuũ profluit: qñ & è primoribus admodum hæ partes ſunt: & munus ſuum obeant vel in ipſis morbis, eſt neceſſum. Porrò eſt non exiguũ eorum munus, quale q; reliquarũ partium, quibus illud modo negociũ eſt, vt id, quo nutriant, conficiant: verũ quod tantopere animalis interſit, vt, ſi neq; in ventriculo pro be alimentum fuerit concoctũ, nec in ſanguinẽ in iecinore mutatũ, vtiq;, quod in fame nobis accidit, vt cibi penuria degere in abſtinentia cogamur, idem tum omnibus animalis partibus accidat: non enim ex ijs, q̃ deuorarit quis, ſed ex ijs, quæ in iã dictis viſceribus confecerit, alimentum toti corpori ſuppeditatur. Atq; ob hæc nimirũ impenſius, q̃ cętera mẽbra, vẽtriculus & iecur adſtringentia deſiderant. Ergo, cum ea, quę iam infixa ſunt, euocandi tempus eſt, tum quoq; modice adſtringi poſtulant: quod.n. adſtrictionis in principio largius, ijs, q̃ cæteris partibus, adhibeť, id ſeruandũ aſſidue eſt, nimirũ manente, qui id indicet, vſu: vſus vero eſt (vt paulo ante teſtati ſumus) nutrimẽti confectio. Si igitur per imbecillitatẽ parum recte concoxerint, nõ modo aſſumpti cibi nulla eſt vtilitas, ſed ẽt ventriculo non raro ex eius corruptela laceſſito expelliť quoq; aliquid prioris. Ita fit, vt duplex iã noxa toti corpori accedat, cum nec ex cibo ſumpto nutriatur, & F aliquid † ex eo, quod ſibi repoſuerat, amittat. Huc accedit, & q ciborum concoctio ſiue ea in iecinore, ſiue in ventriculo ſit improſpera, febres intendit, ac ſucci vitio exacerbat. Quo magis in omni febre, ciborũ concoctioni proſpicere magnopere oportet: atq; eius rei cauſa roboris quoq; inſtrumentorum, quibus perficitur, nõ leuis habenda eſt cura. Sanè aliqui ſunt (vt Hippocrates ait) qui ex eo, quod ignorant, non parum lucrifaciunt. Arbitrantur.n. iecinoris ſe phlegmonen relaxantibus præſidijs curare, ex eo ſcilicet famam ſibi comparantes, q in agnitione falluntur: ſiquidem videntur non nunquam lineamẽta muſculi, qui à coſtis thoracis ad præcordia peruenit, perſimilia iecinori. Mirum autem minime arbitror eos, qui nec aliud quicquam in arte probe didicerunt, nec in agnoſcendis affectis partibus ſe exercuerunt, ſic laudem aliquando conſequi.

† τῆς οἰκείας παραϑήκης.

* περιγραφὴ, i. circunſcriptio.

Qua ratione Cataplaſmata parare oporteat, quæ Ventriculo, Iecinori, Lieni, & Reliquis inferioris ventris partibus conducant. CAP. 16.

VErum iſtos mittamus. Nos, vel ſi minima ſuſpicio ſit iecur ventriculum'ue laborare, abſinthium protinus oleo incoquemus, ac eas particulas perfundemus. Cum aũt duplex in omni abſinthio facultas & qualitas ſit, veluti in libris de medicamentis eſt traditum, vtiq; in pontico adſtringendi facultas non parua eſt: in reliquis omnibus amara quidem qualitas eſt vehementiſ- G ſima, adſtrictio vero (quam ſaltẽ guſtu agnoſcas) aut planè obſcura aut prorſus nulla ſentiť. Proinde ponticum ad iecinoris & ventris phlegmonas eligi præſtat. Porrò id eſt tum folio, tum flore longe, q̃ cætera abſinthia, minore: odor quoq; huic non modo non inſuauis, verũ etiam aroma tum quid præferens, reliquis autem omnibus eſt fœdus: quare hæc fugere conueniet, vti autem ſemper pontico. Etiam reliquorũ medicamentorũ, in quibus miſta cũ amaritudine adſtringendi vis eſt, aliquid in oleum conijcere, atq; ad eundem modum vti licet. Oſtendimus nanq; in opere, quod de medicamentis inſcribitur, amaram qualitatem præire, ac viam adſtringenti facere. Quo fit, vt medicamentum id genus, omnibus, quæ tm̃ adſtringant, ſit præſtantius. Ac, ſiquidem intendere adſtrictionem ſtudes, etiam oleum ipſum adſtringendi vim habeat, cuiuſmodi eſt, & qđ Hiſpanum vocant. & quæcunq; cum frondibus oleæ preparare ſolent: vel quale eſt crudũ, quod græci omphacinon vocant. Sin leuiore vti adſtrictione placet, aliud olei genus præparabis, præcipue quod tenuium ſit partium: quod genus Sabinum eſt. Optimum tamen, vbi adſtringere vehementius eſt opus, Hiſtricum oleum eſt, vt quod ambas in ſe virtutes habeat, & amaram, & quę adſtringat. In penuria vero abſinthij inter initia vel melinum, vel maſtichinum, vel lentiſcinũ ſatisfecerit: q ſi exigua febris ſit, etiam vnguentum, quod ex nardo componitur. Eſto autem optimum id quoq;: neq;.n. parum intereſt inter id, & quod vitioſum eſt: cum id, quod Neapoli in Italia conficiunt, nomine tm̃ nardinum vnguentum ſit, ſi cum eo, quod in Aſia fit, conferatur. Id antea Laodiceæ tantum componebatur: nunc etiam in multis fit oppidis. Quòd ſi inclinatio febris, in qua iſta moliris, non admodum ſit facilis, abſtinebis à nardino: vteris autem hoc tempore rectius melino: aut, ſi id non eſt, lẽtiſcino: ab hoc vero, maſtichino. Omnibus nãq; his nardinum vnguentum valẽtius excalfacit: quare, ſi reliquorum copia non eſt, roſaceum illi admiſcebis. Sanè myrtini adſtrictio idonea non eſt, cum craſſiorum ſit partium, q̃ vt alte deſcẽdere poſſit. Atq; hæc quidem exempli gratia protuliſmus: nam magnam eorum copiam deligere ex medicamẽtorum libris licet. Ad eundem vero modum & cataplaſma compoſitam vim habeat ex ea, quæ tenuium ſit partiũ, ac relaxet, tum vero ex amara & adſtringente. Superet aũt in ijs, vbi ſcilicet tum reprimere," tum robur addere ſtudemus, quod adſtringat: vbi tenuare ac detergere, amarum: vbi euocare, quæ ex relaxantibus tenuium maxime ſint partiũ: ſiquidem, quę craſſæ ſubſtantiæ ſunt, ea pus mouẽtibus mõſtrauimus eſſe accõmoda. Cum aũt definitũ in opere de medicamentis ſit, & quę vel ſolã obtineant adſtringendi qualitatẽ, vel amaritudinẽ: & quæ ambas poſſideãt qualitates: maxime deligẽda ſunt, quę ambas habẽt: vbi ea non adſunt, ipſe amara ijs, quæ adſtringant, miſcebis,

* θαλλὸν, libro ſequenti uertit, germina.

A. 1 f. 1. a. fol. b

A miscebis, ita nimirum, vti nos in iecinoris phlegmone, ex copijs præsentibus componere cataplasma vidisti. Erat enim is, qui ęgrotabat, medicus: quem iam lucernis accensis inuisimus: quo tempore ab ijs, qui talia venditāt, nihil emi potuit. Ergo, cum inclinatam notabiliter febrem inuenissem, vtendum occasione q̃ primum censui, eo certe magis, q suspectam horam, quę gallicinio futura erat, alterius accessionis initium allaturam verebamur. Incoxi in oleo quidem absinthium: in aqua vero malum cotoneum. Dum autem hæc coquebantur, myrobalani piesma, & ireos radicem, quæ intus inueneram, contudi cribraui q;: dein olei & aquæ, quę parauerã, portionẽ in lebetem immisi: ac, vbi modice coxeram, myrobalanũ & irim vnà cũ exigua cera inieci. Coquimus autem cotoneum non in aqua modo, verũ etiam persæpe in austero vino: ac omnibus eiusmodi cataplasmatis de ipsa quoq; cotonei carne interdum admiscemus. Quippe, vbi, & quod cõfluit, copiosum est, & particula ipsa infirmior, adstringentẽ vim (sicut scis) inaugemus: vbi vero tum corpus totum purum est, nec membrum ipsum imbecillum, nec vltra quid cõfluit, ibi in ijs, quæ miscentur, materijs minimum quidem sit, quod adstringat: copiosius vero nõ solum, quod relaxet, sed etiam & quod amarum est, & quod acre. Quòd si exigua febris sit, ac phlegmone non adeo calens, tum æger ipse inædiam tolerare valeat, hoc casu digestoriam quidem curãdi speciem B intendes, adstringentem aũt remittes. Neq; enim amplius ipsi saltem phlegmonę conducere possunt, quæ adstringũt, vbi nec affluit quicq̃, & crassus humor affecto loco tenaciter est infixus, sed (sicut prædictum est) trahendę potius curationis: ac, quę adstringant, miscendi consilium probamus, quò robur membrorum tueamur. Vnde nec colo laborante, nec reliquorum intestinorum quouis, nec musculis: qui in præcordijs habent, aut ipso peritonæo, miscenda adstringentia sunt: sed nec, cum vesica male habet, vterus ue, modo (vt dictum est) nihil vltra ad locũ fluat, nec sanguinis redundantia nec excrementorum copia in toto sint corpore. Porrò renes & pectus in media prædictorum conditione sunt, quantum s. à ventriculi iecinoris q; solicitudine absunt, tãtum reliquorum supergressa: siquidem in ventriculo ac iecinore exolui robur est perniciosissimum, in illis minime est periculosum. In his vero est quidẽ periculosum, non tñ perinde, vt in illis: nisi si pus educere ex pectore, aut pulmone, aliquando sit opus. De liene ꝓnunciare absolute non est, nec nisi prius definita tum corporis totius natura, tum vero affectu, qui curationis tempore occupauit. Nam, si vel æger ex ijs sit, qui † atræ bilis} excremẽtum naturaliter congerant, vel etiam eo tempore succus is in eo abundet, necesse est in liene curando adstringẽtia reliquis admisceas, quò visceris robur custodias. Ita enim & excrementa ad se trahet: &, cum corpus expurgarit, ipse rursus per ventriculum excernet: veluti in naturalibus cõmentarijs de his est proditum. Sin nullum omnino sit † atrę bilis} excremẽtum, aut oĩno adstringendum non est, aut parcissime. Obseruandum vero diligenter est non in liene modo, verũ etiam in oĩbus partibus, in quibus humor putrescit, quod symptoma maxime sit vehemens, quod secundo loco, aut tertio: quò videlicet affectu ex ipsis planè inuento, idoneam ei curationem adhibeas. Aliàs nanq; in membro affecto calor superat: aliàs tumor, qui vel propter abundantiam humoris, vel propter crassitudinem sit durus. Si igitur calor præponderat, id agendum, vt sensim per ea, quę tepentem calorem obtinent, digeratur: quod genus est tum lini semen, tum chamæmelum: quibus adijci vel hordei vel fabarum farina debet, quippe quorum neutrum excalfacit. Sæpe aũt (vti non ignoras) quod medici artomeli vocant, pro cataplasmate eiusmodi phlegmones præparamus, atq; aquę aliquid miscemus: ad lienem vero etiam aceti aliquando aliquid. Si vero laborantis phlegmone partis calor non multum à natura excesserit, sed magnitudo eius notabilis fuerit, digerere haud timide sine aqua debebis, ẽt fœnigræci aliquid supradictis immiscẽs. Si vero, veluti scirrhosa phlegmone sit propter humorum, quos continet, vel crassitudinem vel lentorem, tum aceti aliquid, tum amara medicamenta simul immiscenda curabis: potissimum in liene. Etenim viscus hoc propterea, q ab iecinore crasD sum humorẽ trahit, eiusmodi humoris occasione plerunq; laborat. Quo magis cataplasmata, quę ex oxymelite & absinthio & cappari fiunt, illi sunt idonea. Hæc igitur cum medicorum vulgus ignoret, omnes oleo perfundunt: & cataplasmatis relaxantibus curant prius, q̃ corpus vacuetur, omnium q; maxime diuites: quibus non solum in talibus obsequũtur, sed etiam eos lauari in balneo permittunt. Ego vero nec eorum, qui ex putredine humorum febricitent, lauem quẽquam: nec relaxantibus cataplasmatis prius, q̃ superuacua purgarim, vtar. His vacuatis non solum audacter lauem, sed etiam cataplasmatis vtar, in alijs quidem membris, ijs, quę relaxent: in iecinore vero ac ventriculo, additis etiam, quæ mediocriter adstringant.

† *melãcholicũ*

† *melãcholicũ*

Quæ Cataplasmata Cordi, & Pulmoni, & omnino Pectori conueniant. CAP. 17.

PArcius vero ad pectus, q̃ ad ea, est adstringentibus vtẽdum: qñ talia humores, q phlegmonẽ excitant, in pulmones & cor non nunq̃ reprimunt. Ac cibis potius horũ firmitudini est consulendum: neq; enim, sicut in iecinore & vẽtriculo, ita hic quoq; tenuissimo victu est vtendum: In illis nãq; alimentũ concoquitur, metus q; est, ne ipsis phlegmone laborantibus nec nutrimentum rite concoquatur, & phlegmone augeať: in pectus vero tm̃ alimenti iam concocti peruenit quãtum vni ipsi particulæ nutriẽdæ satisfaciat. Ac lõge quidem magis in pulmonis phlegmone abstinendũ ab adstringentibus est: qñ in eo ipsis quoq; relaxantibus admiscendũ aliquid acrium

quodammodo & euidenter calfacientium est: quippe foras trahere potius, quam reprimere, in eo debemus. Itaque etiam cucurbitula vtiliter ijs, qui sic laborant, si prius sint vacuati, applicabitur: si vero abundantia succorum (quam vocant Plethoram) in his sit, non magis ex pulmone in pectus aliquid excrementi transferet, quàm ex toto corpore attrahet in vtrunque. E

Cataplasmata laboranti Cerebro & Capitis partibus accommodata. CAP. 18.

EAdem ratione nec in cerebri & eius membranarum phlegmonis, cucurbitulis in morbi initio vtemur, verũ vbi nec influit adhuc quicquam, & totum corpus prius est vacuatum. At reprimentibus in his quoque inter initia vtendum. Sed, cum ossibus cranij medium occupantibus in altum descendere reprimentium vim cupimus, eorum, quę preire ac deducere ea possunt, aliquid reprimentibus admiscebimus: ea sunt, quorum substantia ex tenuibus partibus constat. Sanè acetum non modo tenuium partium est, sed etiam non mediocrẽ reprimendi vim obtinet. Quo profectò rationabilius in principijs affectuum ipso vtuntur, rosaceo admiscẽtes. Procedente vero tempore etiam spondylij & serpilli (quibus iam non modo partium tenuitas, sed etiam calor inest) aliquid admiscent: quo s. tempore transire ad ea, quæ concoquant ac digerant, conuenit: atque hæc vtraque valentiora, quam postulet ipsa pars phlegmone affecta, deligere, ceu viribus eorum per ea, quę intersunt, ossa remittendis. Sanè ad eum modum & castoreo vtimur, cum tamen eo in alijs phlegmonis minime vtamur, quamuis etiam in summa inclinatione sint: est enim calidius id, quàm vt phlegmonis sit idoneum. At vero locis circa cerebrum, phlegmonis ipsis iam inclinãtibus, est vtilissimum, quoniam non continuo his, sed ossibus interuenientibus occurrat. Inest autem eiusmodi pharmaco & partium tenuitas, quod ipsum ijs, quorum per densum obicem transmitti vim oportet, est accommodum. F

Quæ Partes per quas Vias, & per quæ Remedia vacuentur. CAP. 19.

ILlud te profectò nõ fugit, nos singularum particularum meatus, qui ijs ad superuacuorũ emissionem sunt proprij, fluxiles reddere, Intestino, ventriculo, & mesenterio, & cõcauis iecinoris intestinum rectum: Renibus, vesicæ, iecinoris gibbis, venæ cauæ, & arteriæ magnę, & omnibus quę in lumbis habentur, eum, qui vrinis est delegatus: Pulmonibus & pectori, ipsam asperam arteriam & fauces: Cerebro & eius inuolucris eum, qui per palatum & nares descendit. Paritur fluxibilitas ijs quidem, quæ per sedẽ excerni habent, mulsa, & cibis ijs, qui ventrem molliunt, & pharmacis, quę modice proritare possunt: quæ enim acriora sunt, vitare oportet, quoniam phlegmonas exacerbent. Ad vẽtriculum vero, iecur, & lienem, siquando phlegmone sint vexata, nec mulsa ipsa est vtilis, quoniam illico in bilem transeat, ac viscerum phlegmonas augeat. Excrementa vero, vt cum vrinis excernantur, ijs medicamentis, quę vrinas mouent, (Diuretica Græci vocant) promouebis. Nõ secus, quæ in pectore & pulmone continentur, tussi (per ea scilicet, quæ hanc moueant,) vacuabis. Porrò in opere de medicamentis cuiusque materiam didicisti, non eorum modo, quę iam comprehensa sunt, sed etiam, quę cerebri membranarum quæ eius superflua per nares emittunt. G

Quo Tempore & qua ratione Cataplasmata relaxantia & Balneum ægrotos iuuent. CAP. 20.

ETenim horum quoque omnium vberem materiæ supellectilem in illis commentarijs habes. Quare abunde sunt ad rem præsentem, quæ hactenus de phlegmone laborantium partium differentia disputauimus. Dicturus enim plura de ijs sum in ea methodo, quæ omnium tumorũ, qui præter naturam sunt, curationem comprehendet: neque enim in præsentia dedita opera & studio hũc sermonem sum ingressus, sed præter pensum in eum, sequela quadam rerum inuitante, diuerti. Siquidem propositum nobis in hoc libro nõ fuit, vt te partis cuiusque phlegmone obsessæ optimã curationem docerem, immo vt noxam eorum ostenderem, quibus cataplasmata in febribus non vacuato prius toto corpore imponũtur: potissimum vbi intra corpus aliquid phlegmone infestatur: quippe, si ambiens ita calet, vt materias valenter liquet, maior noxa eiusmodi cataplasmatis succedit, quam lotioni in balneo. Quanquam autumant, qui quotidie pręcordia perfundunt, & cataplasmatis inducunt, non modo nullam ex ijs noxam, sed etiam magnam vtilitatem ægris comparari: contra ex lauando non modo nullam vtilitatem, sed etiam maximum incommodum, scilicet ignorantes, sicuti reliquorum omnium, quæ circa ægrum administrant, ita & balneorum naturam. H

Ego vero de vniuersa eorum vi in superioribus disputaui plenissime. Nũc tãtum dixisse est satis quibusdam prorsus nihil nociturum balneum: quibusdã minus, quam cataplasmata. Quod enim in præcordijs relaxantia (quę isti vocant) pręsidia faciunt, id balneum in toto efficit corpore. Eo quod, cum in remissione febris adhibetur, corpore iam mediocriter transpirãte, nõ exiguum affert commodum, omnia ex eo tum fuliginosa excremẽta, tum fumida educens. Et, si quidem nullius visceris imbecillitas subsit, proficiet ægrotanti: si tamen horror inter exhibendum non incidit. Tribus enim his in balneo, quod in quacunque febri adhibebis, intentus sis oportet: vni, quod citra horrorem sit administratum: secundo, quod nullum primę notæ viscus sit imbecillum: tertio, quod multitudo crudorum humorum in primis venis non contineatur. Horror nanque (vt prius dictum est) nõ solum intendere iam pręsentem febrem potest, sed etiam, cum non fuit, eam interim excitare: partes vero imbecillæ liquatos iam humores magis recipiunt, quàm ante, quàm liquarentur: crudorum vero humorum copia in totum corpus digeritur. Horum si nihil obstet, ex balneis duo hæc ęgro compendia accedant, & quod redundantię humorũ aliquid vacuabitur: & quod multum febrilis caloris trãspirabit.

Quod

A Quòd si, præter quàm quod nulla princeps pars imbecilla sit, etiam inferioris notæ partium aliqua sit inualida, veluti podagricis pedes, & ijs, qui articulari vitio laborāt (Arthriticos Græci vocant) vniuersi corporis articuli, maxima salutis pars ægro ex balneo comparabitur, ipsis infirmis partibus quæ superuacua sunt, excipientibus. Assolent.n. non nunquàm & citra balneum superuacanea in partes infirmas confluere: à balneo vero magis, vtpote tum succis ipsis per id liquatis, tum vijs, per quas meent, patefactis: ambo.n. hæc ex moderato calore proueniāt, necesse est, tum vt humores liquentur, tum viæ dilatentur. Proinde fit, vt, cum iecur, ventriculus, pulmones, pectus, vel principum id genus partium aliquod imbecillū sit, maxime lędantur, quicūq; se lauerint, si illis superuacua in corpore sint: ijdem q; ipsi cataplasmate vsi, duplex incōmodum sentiant, nullo cōmodo. Quippe balneum tum corpus totum vacuat, tum, quod fumidum est ac fuliginosum, digerit: relaxantia cataplasmata, ac similis facultatis perfusiones, vt nihil horum bonorum afferūt, sic superuacuum omne ad imbecillius, quodcunq; id circa mediū corpus sit, contrahunt, siue, iecur id, siue ventriculus, siue septum transuersum, siue mesenterion, siue ieiunū, siue colon, renes've sit. Quòd si diligentiam ostentare volentes, etiam pectus vnà excalfaciant, vel in ipsum, vel etiam in cor, vel in pulmonem, superflua rapient. Voco imbecillam partem, vel quæ natura est intēperatior (alij
B nanq; alia sic se habet) vel quæ ex præcedente aliquo morbo intemperiem contraxit: vel quæ in præsenti tpe in hanc sit perducta. Non enim partium oīum, quę aut phlegmone laborāt, aut putrescentes humores, aut obstructiones continent, virtus statim infirma est: prōptius tamen in ijs quoq; superuacuum, qualecunq; id sit, in ęgram partem propter calorem, quem affectus excitat, fertur: quippe particula, quā obstructio, aut putredo, aut phlegmone obsedit, febris ipsius veluti focus est. Ergo, cum huic propter calorē sua sponte trahenti alia quæpiam occasio extrinsecus ex ijs, quæ potestate excalfaciant, accessit, necesse est affectum intēdi. At vero, si quis, vti prædictum est, toto corpore prius vacuato, relaxantibus curet, vbi scilicet maxima febris nō adest, vtiq; prodesse aliquando potest. Tum vero, ceu dictum etiam est, lauare citra noxam licet. Cauendum tñ à frigido solio his est: qñ & crudi & putrescentes succi, † minus apti ad exhalandum} redduntur, si quis in eo moretur. Sanè officit ijs etiā, si aqua admodum sit frigida: qñ sic affectorum tum corpus, tum vel maxime afflicta particula, diffiari euaporari q; postulat. Quo fit, vt vel perfundere illos aqua idonea soleamus: vel, si moderate, quæ in natatione est, frigeat, ingredi permissos celeriter exire iubere. In progressu tñ morbi, quo tempore & absumpta iā superuacua sunt, & tum cruda tum putrescentia concocta, & cataplasmatis relaxantibus & balneis sine periculo vtare.

† Al. δυσπέπτοι, i. minus apti ad concoctionem.

C *Quo pacto Ratio victus, æstimato initio ac febris vigore, statuenda sit.* CAP. 21.

PORrò aptissimum in febribus, quæ intermittunt, {& repetunt} tempus est, cum, vti dictum est, exhalare iam cœperit febrilis calor. Statim enim corpus ad nutrimentū præparat, huius quoq; opportuno tempore ex duplici coniectato respectu, nempe summo præcedentis accessionis vigore, & futuræ principio. Ad hæc nanque spectantes operam dabimus, vt quàm longissime ab vtroq; nutriamus. Ergo, si spatium, quod inter summum prioris accessionis vigorem, & sequētis principiū interuenit, satis sit amplum, facile est idoneum tēpus inuenire: sin exiguum id fuerit, alterum facias, necesse est, vt aut ægrum admodum adhuc calentem nutrias, aut sequentis accessionis inuasione iam iam affutura. Quo magis præsagi medici eiusmodi febris indiget, qui primis statim diebus, quanto spatio duratura febris sit, conijciat: quippe, si * cōntinens fuerit, constat breui finiendam. Si itaq; vltra septimum progressura non videbitur, prorsus continendus à cibo æger est: vtiq; si virtutem non defecturam conijcimus. Sin ad nonum, aut vndecimum, aut quartumdecimum vsq; progressura videtur, aut etiam in septimo finienda, cæterum æger vires infirmiores habere, quàm vt in tantum tempus sufficiat, necessum erit nutrire: ac deligere, sicut in re ancipiti conuenit, quod minus sit noxiū, distinguendo id discernendo quàm ab eo, quod magis sit noci-
D turum, id q; tum ex loco afflicto vnà cum affectu, tū accessionis & principij & summi ēt vigoris * cōnsuetudine. Siquidem, vbi vel iecur vel ventriculū phlegmone prehendit, perniciosissimum est ante accessionem cibare: vbi hæc abest, quibus infirma est virtus, vtilissimum. Assolent * enim eos, qui ita se habent, iecinore quidem afflicto, alui deiectiones vnà cum accessionibus inuadere: ore autem ventriculi vexato, syncope. In alijs vero animalis instrumentis, quod iam dictis portione respondeat, tum ex situs eorum ratione, tum dignitatis, æstimabis: agetur q; de ipsis postmodum. At summi vigoris & accessionis principij morem sic cōsideres, censeo. In summo vigore notabis, an citra magnitudinem febrilis caloris siccus sit & squallens, an citra squallorem vrēs. Priorem nāq; humectante victu madefacere quàm primum oportet: in secundo, dum plurimum caloris se remittat, expectare. In principij vero accessionis more æstimabis, an corporis extrema perfrigeret, & magnam sanguinis reuocationem ad interiora corporis faciat: an omnino corpus non premat. Quippe secundum hoc, ceu facile mansuetum've, contemnes: in priore distinguas, oportet. Nam si absq; visceris phlegmone, aut succorum redundantia, motus ad interiora in accessionibus pollet, nihil offendes paulo ante cibans: sin vel phlegmone, vel redundantia subsit, cauenda est ante accessionem cibatio, ceu res maxime noxia.

* συνεχής, i. cōtinua, ē in cod. græcis. σύνοχος legit Linacer.

* ἤθει i. more. quēadmodum inferius uertit.

* Al. autem.

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS LIBER DVODECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Symptomata, quæcunque Insigniora sunt ad euertendas vires, ac cum febribus inuadunt, curare docet.

Quo pacto aduersus Symptomata pugnandum pro ratione noxæ, quam viribus inferunt. CAP. I.

On sunt, sicut non nulli autumant, eæ, quæ cum symptomatis consistunt, febres, aut febrium genus vllũ, aut species differentia'ue: sed, veluti tum alius morbus alij morbo, tum symptoma symptomati, vno tempore, eodem in corpore copulatur, sic & cum febre incidunt quędam grauiora symptomata, quibus prospici maiore medentis solicitudine debet. Nam de leuioribus, quæ febrium generationi necessario succedunt, adeo omnino non meminerunt, vt etiam, ceu prorsus non sint, innominata ea reliquerint: at, quæ vel rarenter febricitantibus incidunt, vel cõmunem magnitudinem excedunt, seorsum ab alijs tradenda censent. Sunt porrò eorum primæ differentię tres. Aut enim in actionum offensa consistunt: aut in retentorum vacuatorum'ue immodico excessu: aut corporum ipsorum affectu. Quartũ enim genus numerandum inter symptomata non est, etiam si inter symptomata q̃ maxime non pauci id posuere, sicut erysipelata, ophthalmias, vlcera, parotidas, reliqua q; id genus. Ex prędictis vero tribus, actionum quidem offensæ si contristant, solicitudinem medici ad se conuertunt, affectum q; deserere cogunt: idem faciunt & eorum, quæ retinentur vel expelluntur, excessus. At genus symptomatum, quod in affectibus consistit, alterius quidem, quē curare oportet, affectus est signum: ipsum tamen nullam seorsum curationem exigit, vtpote cum affectu, vnde nascitur, vnà cessans. Vt enim in summa dicam, nullum symptoma, quà symptoma est, nec curationis rationem indicat, nec primum immutat. Monstratum enim est ex morbis ipsis curationis indicationem pręstari, veluti ex causis ipsis prouidentię. Dictum præterea est & quomodo prouisio ipsa cum medendo simul sit mista. Ex accidenti tñ symptomata quoq; curandi rationem aliqñ mutant, causæ scilicet locum eo tẽpore habentia. Eorum oium, cum, veluti causę, curationem immutant, vnum "caput est: dico id vnum læsionem, siue ea ipsius virtutis sit, siue affectionis: qñ, si nihil ijs officiant, curationem non interpellant. Lædunt autẽ vires vigilię, dolor, & immodica vacuatio. Affectui vero eadem non vtiq; semper, cæterum magna ex parte nocent, ac potissimum cum fuerint immodica. Ob hæc igitur sola, curãdi ratione, quam ab initio institueramus, ad præsens mutata, symptoma submouere primum cogimur. Ergo, si resoluãtur vires, non tñ vehementer sunt iam resolutę, sed adhuc resistunt, ad symptoma tantũ sumus attenti, atq; id q̃ primum submouere maturamus: sin iam resolutæ vehementer vires sunt, non modo symptoma sedare, sed etiam illas firmare, properamus. Quòd si vno remedio tum symptoma leniri, tum morbus curari queat, id vtiq; non fuerit symptoma respicere, aut symptomatis causa remedia sumere: sed oïs eiusmodi auxiliorum species planè morbi curatio est. Neq; enim, cum lateris dolorem in pleuritide, misso sanguine, vel corpore purgato, sanamus: nec, cum abscessum distentum & cum dolore pulsantem diuidimus, ac pus emittimus: eiusmodi curatio symptomatis est, sed cum, exẽpli gratia, in dysentericorum deiectionibus, vbi vehementer rodunt, vel tragi succum, vel "hircinum seuum, vel rosaceum ceratum, per inferius indimus: quibus vtiq; præsidijs ipsa exulceratio intestinorum non sanatur, maxime si putredinosum aliquid habeant: sed vires interim conquiescunt: atq; id est contra symptoma instare, morbo ad id tempus neglecto. Quippe, vbi viriũ roboris fiducia est, adeo nũquam contra symptoma pugnamus, vt contra prorsus per ea non nunq̃ præsidia, quę dolorem afferunt, morbos ipsos curemus: veluti profectò dysenteriæ ipsi mordentibus maxime medicamentis tum potissimum medemur, cum vtiq; est grauissima. Quippe medicus quidam quinquagenarius, cum iam septimam noctem ægrotaret, nec viribus admodum valentibus esset, dolore illi capitis vehementi in dextro potissimum tempore oborto, non expectans, dum amicorum quispiam ad se veniret, sibi ipsi nocte venam incidit. Itaq; dolor illi protinus conquieuit, cęterum longo tempore tum decolor, tum viribus imbecillis, tum exilis mansit: ali q; corpus eius desijt (Atrophian Græci vocant) sic, vt vix pristinum habitum receperit. Est porrò hic quoq; duplex medicorum contra dolorẽ instãtium ratio, altera, qua delicijs cubãtium subscribunt: altera ex artis ratione. Quippe, si licet ægrum doloribus obnitẽtem valẽtibus remedijs vno die persanari, qui tota neglecta curatione dolori tm̃ est intentus, non id ex artis ratione, sed in ęgrotantis gratiam facit. At, si ex dolore vires resoluuntur, atq; ex eo periculum impendet,

F G H

Ali [illegible] c. I. [illegible]

A. [illegible] c. [illegible]

& mitigari

A & mitigari dolor, & roborari vires debebunt: quò & morbo reſiſtere, & curationis ſpatio ſufficere valeant. Equidem noui quoſdam tum medicos, tum ęgros, qui, dum animoſi videri volebant, ob id ipſum perierunt, quòd fortiter ac viriliter contra dolorem ſemper ſunt renixi, nec, quod eum leniret, quicquam ceperunt, ſed in aſperis & (vt ipſi interpretabantur) affectum deſtruentibus auxilijs perſeuerarunt. Quos ſanè ſpatio longiore curatos eſſe ſatius fuiſſet, quàm breui viriliter mori. Quidá *aũt (vt ſibi eſt viſus) generoſe dyſentericos vehementiſſimo medicamento curans, multos vno ſanauit die, quoſdam vero iugulauit. Erat nanq; eius medicandi ratio eiuſmodi. Cępas id genus, quod Græci Carton vocãt, vno die comedendas cum pane dabat, tum potum parcum: poſtridie mane muriam acerrimam per inferiora infundebat: ſecũdum hanc etiam pharmacum validum. His igitur tolerandis quicunq; ſufficere potuerunt, prorſus ſunt ſanati: aliqui vero conuulſione, † aut aię ex dolore defectu } vnà cũ madore cutis oborto, interiere. Eſto igitur terminus in ægrotantibus, quem non tranſibit is, q ex arte generoſe contra morbum pugnat, vt tuto medicetur: ei vero, qui dolorẽ mitigat, vt vires cuſtodiat. Vbi vltra pergitur, crúdelis hoïs officiũ facit, qui vnà cum morbo vitã quoq; homini aufert: qui vero cubãtis delicijs ſubſcribit, eius q; voluptatẽ non ſanitatem pro meta gerendorum habet, adulatoris. Cõmittunt medici eiuſmodi exceſſus cum in

B alijs quoq; remediorum generibus non paucis, tum vel maxime in ijs vocatis anodynis: quæ ex papaueris ſucco, vel alterci ſemine, vel mandragoræ radice, vel ſtyrace, vel tali quopiam fiunt. Nã, & qui ęgris gratificãtur, in eorũ medicamentorũ vſu modum excedunt: & qui intempeſtiue immodiceq; ſunt animoſi, dum prorſus horũ vſum refugiunt, doloribus ęgros iugulãt. Ergo, veluti in omni totius vitę tum habitudine tũ actione, ita hic quoq; conſiliũ illud ſapiẽtis, qui, Nequid nimis, dixit, cõplectemur, habentes pro fine, quò tendamus, cubãtis vtilitatẽ. Quippe, ſi fas eſt ijs remedijs, quæ morbũ ſanent, vtendo, quod optamus, efficere, abſtinendum ab ſopientibus medicamentis eſt, quæ vocant Anodyna. Sin ex vigilijs, & viribus reſoluendis, ad mortis diſcrimen æger tendat, tum profectò tẽpeſtiue eiuſmodi medicamentis vtare, ſcilicet non ignarus corporis habitum non nihil ex his lædendum: lęſionem tñ, quàm mortem, potius eligendã. Nam, ſi hęc admodum magna nõ ſit, ſaltẽ poſtea ſpatio longiore eã ſarcire licebit: ſin ita eſt immodica, vt nec prolixo ſpatio perſanari queat, at certe hanc ipſam eligendã potius remur, q̃ vt homo pereat. Hac nimirum perſuaſione ipſe quoq;, tametſi oïum maxime ab vſu grauiter ſopientiũ abhorrens, aliqñ tñ ea & colicis exhibeo, & ijs, qui vel oculorũ, vel auriũ, vel aliarũ partiũ vehementiſſimo dolore cruciantur. Interim vero, & cũ ęger ex tenui deſtillatione, vigilijs, & vehementi tuſſi vrgetĩ, pau-

C xillulum eiuſmodi medicamenti offero, facile noxam eius, ſiquis ſemel eſt vſus, ſpatio emẽdatum iri ratus. Porro diſſident inter ſe ipſa medicamenta. Quippe quæ plurimũ ſopientũ in ſe habent, ea ad præſens quidem magis ſunt efficacia, cæterum valentem, & remedijs rebellem in ægrotãtis corpore frigiditatem relinquunt: quæ horum in ſe habent minus, calfacientium vero ſibi admiſtorum plurimum, ea, quanto ſunt ad præſens minus efficacia, tanto in futurũ minus ſunt noxia. Omnia tñ id genus magis ſunt ſalubria, ſi poſt annum à compoſitione ſumantur, veluti quod ad Philonem referunt authorem: quod ad dolores ſedandos ſenſum ſtupefaciendo nullo minus eſt celebre. Sunt ſanè & alia medicamenta non pauca ex ſeminibus confecta, græce Dia ſpermatωn & Trigωna nominata, quæ, ſicut ad torporem in pręſens inducendũ mitiora, ita in futurum ſunt tutiora: atq; hæc quoq; oïa vtilius annotina ſumuntur. Philonis vero medicamen, ẽt ſi duorum, trium've, aut quatuor annorum ſit, multo ſanè eſt melius, ſed nec inutile tñ ſequentibus annis ad decimum vſq;. Quod enim ultra inueterauit, tanto quidẽ eſt minus noxium, quãto eſt uetuſtius: cæterum languidis eſt uiribus, eo q; parum nauiter, cuius gratia paratum eſt, perficit. Ergo, ſicuti cauendus eſt, quoad fieri poteſt, eiuſmodi medicamentorũ uſus, ita, ſi neceſſitas urget, nec admodum noua ſunt offerenda, quòd frigida, quę in his ſunt, pręualentes uires adhuc habeãt, nec ita anti-

D qua, ut ſpem noſtram fruſtrẽtur: ſed, uti cõprehenſum eſt, tandiu dimittẽda ſunt, quoad uiolentia refrigerantium, ab eorum, quæ calefaciunt, ui mitigetur. Et talium quidẽ medicamẽtorum uſus, eorum, qui aduerſus ſymptoma pugnant, eſt proprius, potiſſimum ubi ex frigida cauſa dolor eſt excitatus: obſunt enim talia plurimum toti affectui, ac curationi contumacem eum reddunt.

Inter Remedia Quædam Vnà cum affectu, cui adhibentur, Quædam ſeorſum Symptomata curare. *CAP. 2.*

AT ſanguinis miſſio, quæ ſcilicet uires non deijcit, ſymptoma ſpectantis medici, opus non eſt, ſed eius, qui totum affectum adimere ſtudet. Ad eũdem modum & balneum, & purgatio, & fomẽta calida, & uini potio. Quorum omnium Hippocrates in aphoriſmis ¦ ubi de oculis 6. Apr 31. E: ord. 49.
" dolentibus loquitur, his uerbis meminit: Oculorum dolores meri potio, lauatio, fomentum cali-
" dum, uenę ſectio, uel purgatio ſoluit. Hæc nãq; oïa, dum affectus ſanant, unà etiam cum ipſis dolores ſedant. Eodem modo nutrimẽtum, (ut in ſuperioribus eſt dictum) ubi in ſicco & ſquallente córpore, ſtomacho laborante exhibetur, dum affectum ipſum ſanat, etiam ſyncope prehendi prohibet. At non ea, quæ ex redundantia frigidorum humorum incidit, ſiue exolutio, ſiue ſtomachi ſyncope eſt, alimẽtum ceu medicamen deſiderat: quanquam etiam in eiuſmodi affectibus nõ ſolum nutrimentum, ſed etiam uini aliquid, non raro ægrotanti dare cogimur, non utiq; quò affe-

Margin notes: 4. li. E. 16 t. 2. 7. l. 340. b — † Aut ſyncopa ex dolore. — * σκαιῶ. — * Ἀλ. ἀρρώστῳ i. morbo.

ctum curemus, sed quo periculum in præsens depellamus. Quippe vacuatio potius, quam adiectio, E est hoc genere laborantium curatio: licet quoque quotidie videre sic ægrotantium plurimos, "medicorum ignorantia perditos. De quibus agere nunc mihi tempestiuum videtur. A.l.3.f. c.8.fol.

De Curandis ijs, qui ex summa Crudorum succorum copia Febricitantes, Syncope facillime corripiuntur. CAP. 3.

ERgo febricitare incipiunt non nulli, vbi maximam crudorum "succorum copiam vna cum oris ventriculi (quod sane stomachum vocant,) offensione, vel ex cruditatibus, vel alia quapiam occasione congesserunt. His & præcordia inflata, & totum corpus ampliore mole, quam pro naturæ modo, cernitur: tum color alijs quidem ad albidius, quam pro naturali habitu, & † inter cute aqua laborantium magis simile } est mutatus: nõ nullis etiam ad nigrius, aut liuidius, quos quidem medici plumbei coloris appellant. Omnibus pulsus minores sunt, quam pro caloris ratione: prę terea obscuri omnino atque inęquales: sępe ea inæqualitate, quam Systematicen Gręci vocant: semper vero ea, quæ in vno est ictu. Nulli talium sanguis mitti sine maximo dispendio solet, cum tamen vacuationem desiderent: verũ nec sanguinis "missionem, nec purgationẽ sustinent, vtpote quos sine his syncope subito adoritur. Quę nam igitur est ratio talibus medẽdi, qui, cum vacuari postulent, vacuantia præsidia nõ ferunt? Sanè nullam aliam his {idoneam} vacuationẽ inueni, F præter eam, quæ ex frictione paratur. Incipere vero in principio statim morbi oportet, ac primũ à cruribus, superne deorsum, id est linteis non admodum mollibus, sed asperdinis mediocre quid habentibus: debet enim radi ab his cutis, cum simul & calefieri per eam & digeri ægrotus postulet. Dehinc tota brachia, ab humeris vsque, superne deorsum simili modo sunt fricanda. Vbi vero artus omnes abunde calere videbuntur: & metus fuerit, nequis ex multitudine frictionis contusa iam carne, lassitudinis sensus ipsis superueniat: oleo relaxãte vteris, quod genus est Sabinum: ab adstringẽte vero abstinebis, cuiusmodi Hispanum est, Histricum quoque, & quod vna cũ germinibus vel ex oliua adhuc immatura conficitur. Hyems vero si fuerit, nihilo deterius sit, si ad digerẽtium aliquod transieris, cuiusmodi Sicyonium est, aut quod cum chamæmelo cõponitur, {aut} quod apud Aegyptios est in pretio. Quod si horum copia non sit, oportebit accepto relaxantium oleorum aliquo, & in quo nulla sit adstrictio, potissimum quoque quod est antiquius, immittere ipsi anethi, quod videbitur satis. Mox, (vt ipsi solemus) vbi in vase duplici tantisper calfeceris, dum mediocriter qualitatem herbæ imbiberit, vngere hoc artus, & fricare tunc quoque quam plurimum debebis: postea oleum, quando tedium afferat, detergere: atque ad spinã dorsi transire, hancque totam pariter fricare, primum sicca frictione, post oleo. Ab hac rursus ad crura te conferes, & ab his ad brachia, exin G denuo ad spinam, ita totum agens diem in domo puræ lucis, nec madente: esto eius domus & calor media temperie. Sanè mulsa, in qua coctum hyssopum fuit, his est aptissima. Seruãdum quoque, ne vel cibum, vel sorbitionem, vel aquam exhibeas, vel oino liberaliter bibere sinas, nisi mulsa tribus primis diebus duntaxat vti, ipse, quas dixi, partes ordine fricãs, eo quod solum tempore intermittẽs, quo somnus hominem occupauerit: ad quem etiam alliciẽdum, & frictio vberior facit: itaque vel hoc nomine vtile præsidium fuerit, nedum quod vacuet. At vero nec vberior "somnus his est salutaris, cum nec crudos succos digeri sinat, & viscera grauiora reddat: sed, si quis alius affectus est, qui somnum & vigilias modicas desideret, hic profectò in his est. Quippe somnus concoquit, vigiliæ digerunt: quorum vtroque est opus ijs, qui ex multitudine crudorum succorum ægrotant. Ergo inuicem mediocriter adhibiti, iuuare se mutuo vtiliter poterunt. Atque, si pulsus his paruus admodum infirmus que sit, aut etiam supra hæc vehementer inæqualis, scire licet extremum periculum esse: facienda tamen nobis, quę retuli sunt, nec aliud quicquam moliẽdum. Sin pulsus robore mediocri sit ac magnitudine, præterea minime intercisus, & æqualis, considera, quæ ad aluum spectant: ac, si sua sponte commode non deijciat, audacter per inferius aliquid infundes. Accidit nanque post aquam mulsam, vt, quę in primis venis, quæ s. circa iecur & mesenterium sunt, colligi superuacua H solent, hac commode deijciantur. Quod si maior iusto superfluorum impetus ad aluum citetur, principio quidem percoquere mulsam amplius oportebit: ea nanque, sicut minus aluum subducit, ita magis nutrit: Cõtra cruda ut minus nutrit, sic magis subducit. Post hæc, si superuacua largius descendant, ne sic quidem sistenda, sed exhibendus pro aqua mulsa ptissanæ cremor est. Si uero fluere pergant, alicę sorbitione nutries, pulsuum interim ratione obseruata: aliquando enim subito ad imbecillitatem, uel inæqualitatem, uel paruitatem mutantur. Quo tempore panem ex uino diluto exhibere conueniet, utique, si nec uentriculus, nec iecur, phlegmone laboret: quando, si hac infestentur iam corpore crudis succis referto, planè desperata salus ęgro est, pulsibus sic mutatis. Ergo in eiusmodi ęgri casu te ipsum à culpa immunem præstabis, si moriturum prędixeris, ac nullo generosiore medicamento usus fueris. Quibus uero spes est salutis (est autem omnibus, qui ita citra phlegmonen ęgrotant) maximum medico, qui utique ipsos in principio susceperit, uidetur mihi dedecus esse, si in syncopen inciderint: quanquam per inscitiam medicorum quotidie id fieri cernitur. Verum non est, quod hos spectemus, aut cum his nosmet conferamus, sed cum eo, qui, cũ re uera peritus in arte sit, fœdum putet ęgrum † animo extemplo linqui, } ipso nec symptoma prędicente, nec ad id pręparato, aut idem prohibẽte. Sanè dictum à me etiam in superioribus est, qui cataplasmatis

Marginal notes:

A.l.3.f. c.8.fol.

† ὑδαλεῶσι-ρεν, i. aquosius.

A.lib. c.5.fol.

A.lib. c.10. fol.

* ἀμύττεσθαι.

* Libro superiore vetut frondes.

* ἐκ διαδοχῆς

A.l. 55.

* ἄθλιπτος.

† Syncope extẽ plo deprehẽdi. Inter syncopẽ aũt & lepopsychian dña est, vt inferius patebit ca. 5.

A plasmatis & perfusionibus assidue præcordia vexant, ipsos in eiusmodi affectibus phlegmonas accersere. Minime igitur est his vtendũ prius, q̃ superuacua magna ex parte partim vacuata sint, partim concocta: tum vero etiam his vtaris, licet, non tñ duntaxat relaxans, sed ex absinthio mediocriter perfundens: si tñ febris non plane sit magna. Si vero medicanti tibi tres primos dies, vt dictum est, nihil occurrat incommodum, ijsdem ipsis vteris vsq; ad septimum, aqua dũtaxat mulsa, in qua incoctum hyssopum sit, cõtentus: siquidem longissimam, qui ita sunt affecti, cibi abstinentiam ferunt, corpore scilicet ex crudis ipsis, quos continet, succis concoquendis alto. Quod si non modo crudi succi sint, sed etiam eo corruptionis peruenerint, vt concoqui ad perfectionem non queant, qui sic ægrotant, eorum desperata est salus. Sed qui, si nullus presertim committatur error, seruari possunt, ij aqua solum mulsa ad septimũ vsq; sunt nutriendi: aut, sicubi id res exigat, vel aluo fluente, vel ægro mulsam fastidiente, ad ptisanæ cremorem est transeundum. Sin hinc quoq; auersetur, alica ad eũdem, quo ptisana, modum ei præparabitur: neq; enim ijs, qui ita sunt affecti, acetum incõmodum erit: immo, sicubi crudos affatim succos esse animaduerteris, oxymeli pro mulsa exhibere assidue debebis. Quod si huius assiduus vsus tædio esse cœperit, transire inuicem ad mulsam & ptisanã conueniet: dein rursus ad oxymeli reuerti. Maxime vero, quibus tum B paruus, tũ tardus ac rarus pulsus est, ijs frigidos subesse succos putandũ. Iisdem protinus & color vitiatus in toto corpore manifeste cernitur: qualis nimirum prius est traditus. Sed fieri fortasse, quod dictum est, non posse cuipiam videatur, cum nulli febricitantium aut tardior, aut rarior pulsus fiat. Cæterum duplici ratione verum esse, quod dictum est, comperietur: vna, q̃ euidenter in accessionibus appareat & tardiores & rariores, q̃ pro naturali ipsorum habitu, pulsus fieri: altera, q̃ & reliquis preter accessionem temporibus, horum arteriæ tum rarius, tum tardius, q̃ aliorũ quorumuis qualitercũq; febricitãtium, pulsant. Ergo, si æstas sit, & æger frigidæ potioni assuetus, frigidum huic oxymeli dabis: sin hyems sit, oĩbus calidum, tum ijs qui calidæ, tum ijs qui frigidæ insueuerunt, offeres: æque vt, si immodicus æstatis tempore æstus sit, etiã ijs, qui calidæ assueti sunt, frigidum, vtiq; si nullum sit ijs viscus ad iniuriam opportunum. Sane propositis aduersissima sunt tum balneum, tum aer ambiens, quoties vel nimium calidus est, vel frigidus. Itaq; vt lauandi hi non sunt, sic & reclinandi in domo sunt, æstate quidem, quæ frigeat: hyeme, quæ caleat. Læduntur nanq; non parum ab vtroq; excessu, videlicet in balneo, æstate, & omni caloris incremento, crudis humoribus liquatis, ac per omnes corporis partes fluentibus ita, vt metuẽdum sit, ne ad pulmones & cor ferantur: aliquando etiam ne ad cerebrum subeant: cum longe præstet, vt C circa iecur & primas venas adhuc ipsis subsistant. In domo vero immodice frigida, & hyeme, & denique ambiente frigido, succi, qui crudi sunt, & inepti ad concoquendum manent: & iecinoris obstructiones, si leues sunt, augent: si nullæ sunt, eas crassitudine sua hærentes impactiq; creant. Atq; hæc quidem agenda sunt, vbi à primo die ipse curationem susceperis. Si autem ad eos, quos syncope iam premit, sis accitus, si ea, quę retuli, loca phlegmone vacent, panẽ exhibebis non multum, huncq; ex vino aliquo, quod celerẽ in corpus digestionem adiuuet: statim q; ad frictiones venies: quas etiam pro tradito iam modo administrabis. Ac, si quidẽ æstas sit, & regio naturaliter calens & æstuans, aut status cœli vehementer calidus, cum frigida vinum dabis: si nihil eiusmodi sit, cum calida. Quæ tamen secundo & tertio dabitur potio, omnino calidã exhibendam curabis. Quippe ad vniuersam eam curationem, cuius gratia frictiones adhibuimus, calidum præstat, vtpote crudorum succorum concoctionem adiuuans.

De curanda Syncope, quæ oritur ex Flaua bile: ac de natura Vinorum, quæ curandis Syncopis conueniunt. CAP. 4.

AT, quibus ex flaua bili, quæ os ventriculi infestet, syncope incidit, ijs frigida exhibenda potio est. Vinum tamen, quod & calidum natura sit, & deductionem in corpus promoueat, D omnibus, quos syncope male habet, offerre conueniet: distribui nanq; per corpus nutrimentum, quod sumptum est, non in ventre manere volumus. Constat autem ex vinis ea deligenda esse, quæ & flauo sint colore, & substantia tenui, & ætate vetera: talia nimirum & boni odoris continuo fuerint. Quin etiam ipse, si paululum, ubi missa sint, gustes, senties calorem per totum corpus transmitti. Cæterum amara præ vetustate uina ne sunto, præsertim quæ ijs exhibebis, quorum stomachus flaua bili urgetur. Talia nanq; simul laudabilem ac nutrientem uini succum iam amiserunt: simul, iniucunda cum sint, hoc ipso stomachum offendunt. Cõmodissima igitur his uina sunt, quæ, cum naturaliter austera sint, senilem iam adstringendi uim propter uetustatem non amplius exhibent, calorem tamen admodum euidentem habent. Omnia enim, quæ requirimus, in ijs, quorum stomachus amara bili uexatur, efficient, cum & iucunde sumantur: & tum ad concoctionem, tum ad digestionem in corpus, etiam faciant: & succi uitium mitigent: & corporis habitum excalfaciant: & stomachum ipsum firmẽt. Huiusce generis uinorum optima sunt Surrentinum, Signinum, Sabinum, Tiburtinum, Marsum, omnia quidem Italica, & adstringentia, non tamen pari modo omnia. Nam Surrentinum, cum mediocriter adstringat, tum calidius cæteris, tum iucundius est. Ab hoc nobile Tiburtinum: est enim & aliud quoddam imbecillum Tiburtinum, quod etiam, sicut Sabinum, leuiter potest adstringere. Signinum uero austerius est: sicut

etiam Signino multo magis Marsum. Hæc omnia vina stomacho, qui amara vexatur bili, salu- E
bria sunt. Ideo q; illis vtēdum, quoties is vel ex ardenti febri offensus syncopen attulerit, vel aliās
multa in eum bilis fluxerit, vel multam imbiberit. Quibus tamen ex crudis humoribus syncopes
periculum imminet, sanè Falernum tanto iam memoratis præstat, quanto tum melioris est succi,
tum etiam calidius: vtpote quod & velocius illis per corpus digeretur, & crudis succis cōcoquen
dis auxilio erit. Quę cum dictorum singula, aliud magis, aliud minus, faciant omnia, tamē Faler
na magis stomachum roborant. At, quoniam ipsorum Falernorum aliud dulce admodum est,
quod Faustianum vocāt: aliud, si cum hoc conferas, austerum: si cum Signino & Marso, dulce:
deligendum ad talia secundum est. Si vero cubans per sanitatem dulcibus vinis insueuit, huic ni-
hil prohibet dulcius Falernum exhibere. Verum in Asia, & Græcia, & nationibus, quæ his sunt
vicinæ, vbi copia iam dictorum vinorum aliquando non est, ex ijs, quæ illæ regiones suppeditāt,
aptissima ad digestionem in corpus sunt Ariusium & Lesbium: hoc quidem, veluti ex ipso no-
mine patet, in Lesbo natum: Ariusium locis quibusdam in Chio prouenit. Cum vero tria sint in
Lesbo oppida, minus certe tum odorum tum dulce in Mitylene gignitur: magis & odoratū &
† Hæc erant in cod. græcis. dulce in Eresso, dein in Methymna. Porrò sumenda ex his, † quę aparachyta sunt, ita enim nomi
nant ea, } quibus marina aqua admista non est, ratis maximum futurum incōmodum ex ijs, qui- F
bus est admista. Alioqui nec assolent in Lesbo nobilibus vinis, de quibus nunc agitur, marinam
aquam immittere: veluti nec Ariusio in Chio. Prouenit & in Hellesponti Mysia vinum Surren
* Al. Mysium. tino non absimile: Mysinum per eminentiam vocant. Hæc omnia vina flaua † & odora sunt, &
† & calida. consistentia, quæ inter aquosa crassa q; sit media. Aquosæ porrò consistentiæ sunt Adrianum, &
Sabinum, & Albanum, & Gaurianum, & Thuscum, & Neapolitanum Aminęum, quod scilicet
in locis Neapoli vicinis gignitur, vnde etiam ita id nominant: in Asia vero & Tibecinum, & Ti
tacazenum, & tertium ab ijs Arsyinum. Contra vero crassa sunt, veluti Sircon, id est sapa, quod
apud nos hepsema nominant, & Scybellites, & Theræum, & Albates: in Asia vero Aigeates, &
Perperinum. Ergo, quibus ex abundātia crudorū humorum syncope incidit, ijs crassa vina ceu
noxia, aquosa ceu parum efficacia, sunt fugienda: deligenda vero eorum sunt media, quæ q; vt
prædictum est, flaua sint & calida. Neq; enim inuenias ex albo vinorū genere calidum vllum: qñ
etiam austera, & mediocriter alba, cum inueterauerint, fuluiora quodammodo reddantur: quod
si aliter nominare fuluum colorem velis, licet, voces igneum pallens. Quotquot autē in ipsis cali-
dissima sunt, omnia certe flaua sunt: cuiusmodi in Italia est Cæcubum. Quod ēt vnum quoddam
genus eiusmodi vinorum ab initio, sicut aliqui putant, nō est, verum ex vetustate eò peruenit, vt G
igneum colorē contrahat, vnde ipsum quoq; nomen est sortitum: non tñ eò omnia perueniunt,
cum prius crassentur, q̄ in perlucido flauorē accipiant. Reliquorū vini generum, austerorū, quæ
mediocriter alba crassa q; sunt, certe nullum ad digestionē in corpus est idoneum: si tamen abun-
de inueterauerint, nec aliorum copia sit, vti illis licebit: sunt vero eiusmodi omnia, cum inuetera
uerint, stomacho vtilia. Quò vero habeas horum quoq; exemplū, tum eius, quod ex Nicomedia
affertur, memineris, velim, quod omnibus hominibus est notum: tū Siculi Aminæi, quod in ma
gnis reponitur fictilibus: quod enim in paruis seruatur laguncuiis, maxime huic est contrarium,
cum & malum stomacho sit, & capitis dolorem excitet. Ac semper quidem est id agendū, vt opti
mum eligas: si id non est, quod illi pro iam comprehēsis notis est q̄ simillimum. Aptissima nan-
que ad deductionem in corpus sunt Ariusium, & Lesbium: sed, si ea desint, simus q; in Asia, aut
Aphrodisiense petemus, aut austerum Tmoliten, aut aliquod his similium, quod & colo re sit ful
uum, & ilico, cum bibitur, manifeste excalfaciat. Considerandū vero ante omnia est, qualis'nam
ęgrotantis natura sit. Nam, si imbecillum illi caput est, & quod facile calidis vinis impleatur, quæ
minus calida sint, potius sunt offerēda: sin firmo admodum capite est, & talibus vinis delectatur,
aut etiam citra noxam ea ferre est solitus, haud timide his vtetur. Porrò vina, quæ odora fulua q; H
sunt, quantum ex ipsorum est natura, omnia caput grauant: eo q; tum Falernum, tum Tmolites,
tum Lesbium, infirmo capiti noxia sunt. Qualis autem in Falernis tradita nobis differentia est, ta
lis profectò et in Tmolitis habetur: alterum enim admodum est dulce: alterum austerum, si cum
illo conferatur: calida tamen admodum ambo sunt, eo q; caput grauantia. Austera vina ventricu
lum roborant, caput q; inter oīa vina minime tentant: cæterum digestionem in corpus non pro-
mouent: quo magis fugienda tibi in syncope prehensis sunt non secus, q̄ aqua. Habile vero ad fa
cilem in corpus deductionē, & Hippodamātium, cum inueterauit, est, ipsum quoq; ex ea specie,
cuius tum dulce Falernū est, tum vero Tmolites: inest huic & adstrictio manifesta, quę tñ in neu
tro illorum est, itaq; etiam salubrius stomacho est. In penuria vero vini, quod accōmodum vtriq;
syncopę sit, ei inquā, quę ex multitudine crudi succi oritur, & ei, quæ ex bili incidit, coactus pror-
sus vino vti, fugere (vt prædiximus) oportebit oīa tum austera, tū noua, item q; crassa: deligere ue
ro aquosa, magis q; si sint antiqua: talia nanq;, tametsi non ualenter excalfaciunt, tamen facile in
* ἀπικεραστι- [illegible] aliter. ἐπι- [illegible]κοί. omne corpus deducūtur. Proinde, cum celeritas digestionis in corpus sit his cum fuluis commu-
nis, differentia rursus in his erit, q̄ concoctioni, quæ uel in uētriculo, uel in uenis agitur, fulua magis
conducunt propterea, q̄ magis excalfaciun: preterea mistibiliā sunt & nutrientia, eo q; ad suc-
ci bonitatē

A ci bonitatem opportuna vtilia'ue. Quorũ omnium nihil in aquoſis vinis eſt, minimum enim ex horum ſubſtantia in ſanguinis mutatur ſpeciẽ. Sed, cum fulua caput feriant, quæ aquoſiora ſunt, nuſq̃ id contriſtant: vrinas aũt præter cætera vina mouẽt. A quibus ſm locum obtinẽt, quęcũq; fuluorum maxime ſunt tenuia: quæ ẽt ad ſyncopas potiſſimum ſunt deligẽda. Tardius his deducuntur in corpus, quæ fulua ſunt, & craſſa: quanq̃ ea quoq; auſteris omnibus magis ſunt penetrabilia. At vero nutriũt hæc magis, q̃ tenuia, ac vitioſos ſuccos omnium vinorum celerrime, bono ſanguine generando, corrigunt. Ergo inſtitutum ſermonem denuo repetamus.

De Affectibus tum in Spiritu, tum in Partibus corporis, quibus Vires læduntur, & ſyncope exoritur, remouendis. *CAP. 5.*

A. li f.ii.t.2. 16. l.279. h

QVòd ſyncope præceps virium lapſus ſit, id ab aliis ante me dictum eſt. Sed, cum "eſſentia virium, quibus regitur corpus, tum in ſpiritu, tum in ſolidorum corporũ temperamento conſiſtat, hæc nobis, & vbi integra ſunt, ſeruari: & vbi corrumpuntur, ad integrum reuocari omnino debent. Ac, quemadmodum tueri ea per ſanitatem conueniat, in opere de tuenda ſanitate eſt præceptum. Quemadmodum vero & in morbis, traditum iam aliquãtenus & in præcedentibus cõmentariis eſt †. Non tamẽ adhuc res tota ad talem, qualem exigit, cõntemplationem B eſt perducta: nec talem methodum habuit, qualem priora. Quod igitur deeſt, id nũc adiiciamus.

† Adduntur quidę hoc in loco et in græcis cod. & in tralatione ueteri, dicetur uero et in præſenti. ea tamẽ uerba Linacer videtur conſulto omiſiſſe.

Spiritus ſubſtãtia vnà cum ſolidis corporibus ſic nobis cuſtodiẽda in morbis ſunt, vt tum qualitate, tum quãtitate, quoad fieri licet, naturaliter ſe habeant. Ac, ſi quidem ſic proſpici his poſſet, vt nec ſubſtantiæ eorum quicq̃ aut vacuaretur, aut prorſus immutaretur, id eſſet optimum: ſed, quoniam in commẽtariis de ſanitate tuenda oſtendimus fieri non poſſe, vt id generabili corpori vnquam contingat, id agendum eſt, vt, quæ ſubſtãtiæ portio defluit, hanc apponendo ſarciamus: quod alteraſcit, in debitam temperiem per cõtrariam alterationem vindicemus. Si igitur tum vacuatio, tum alteratio ſenſim paulatim q; fiant, etiam correctio vtriuſque ſenſim adminiſtrabitur: quod munus ad artẽ ſanitatis tuendæ ſpectare eſt monſtratum. Sin confertim & ſemel ac magna aliquando vacuatio, vel etiam adiectio incidat, & morbus ita efficiatur, & medendi methodũ ad eorum ſanationem requiremus. Veluti enim mutationem in non naturalem habitum, quæ ſenſim paulatim q; irrepit, corrigere, ſanitatis tuẽdæ artis ſunt partes, ita eam, quę multa ſimul irruit, ſarcire, ad medendi peritiam ſpectat. Ergo animalis ſpiritus cerebrum veluti fontem eſſe, clare oſtendimus: qui partim ex inſpirando, partim ex eo, quod reticularis plexus ſuppeditat, irrigatur atq; alitur. Vitalis ſpiritus non æque euidens demonſtratio erat: ſed tamen in corde eum & arte-C riis cõtineri exiſtimare, alienum à ratione non eſt: eundem q; nutritum maxime quidem ex reſpiratione, ſed tamen & ex ſanguine. Quòd ſi naturalis quoque aliquis ſpiritus eſt, vtique is quoque in iecinore & venis continebitur. Sanè dictum fuſiſſime de virium eſſentia eſt in libris, quos de Hippocratis & Platonis placitis ſcripſimus. Solidorum vero corporum ſubſtãtia certa eſſe quantitate proculdubio deſiderat: eo q; nutrimẽta mortale genus tuentur. Sed nihilo ſecius & elementa, ex quibus componitur, mediocri eſſe temperie requirit: dictum'que ſubinde eſt, quemadmodum temperies ea ſit tuenda. Cæterum, virium lapſus, de quo nunc agere inſtitui, qui quidem ſolidorum corporum ſubſtantiæ digerendæ ſuccedit, in longiſſimis morbis ſubinde incidit, animante ex frequenti atrophia, id eſt nutriendi defectu, extenuato: † præterea in iis febribus acutis, } quæ corpus liquant: Qui vero ex ſubſtãtiæ temperie mutata, prouenit, cum vel immodice ipſa fuerint calefacta, vel frigefacta, vel madefacta, vel ſiccata, aut horum aliquibus copulatis affecta. Alteratio vero in ſpiritu, tum ex vitioſis prouenit ſuccis: tum ex ambientis aeris malitia, qui aliàs alia de cauſa in hanc eſt mutatus: præterea venenatis facultatibus, aut animalium, quæ virus eiectant, venenis. Verum hæc à præſenti inſtituto ſeponãtur. Ipſius vero eſſentiæ ſpiritus corruptio, & quæ futura timetur, & quæ iam adeſt, quę tum ex affectu animi incidit, tum ingenti dolo-D re, tum pluribus motibus, cuius generis & vigiliæ ſunt, tum ex immodica eius tenuitate, & continentium cum corporum raritudine, tum vero ante hæc omnia ex ipſo reſpiratu prohibito, & nutrimẽti defectu, diligẽtius corrigi profectò poſtulat. Sunt porrò affectus animi, timor ſubitus & vehemens, quem Ecplexin Græci vocant: præterea, quæ contraria huic timori eſt, voluptas maxima, Græci Perichareian vocãt, quaſi exceſſum gaudii dixeris. Scimus enim amborum occaſione periiſſe quoſdam. Iam reliqui quoq; magni timores omnes, & cũ his maximę voluptates, etſi non iugulant, at certe facile reſolubilem infirmum q; ſpiritũ reddunt. Triſtitia "vero, & anxietates, & ira, & cura, eo genere ſunt noxiæ, quo frequentes vigiliæ, quoniam vires reſoluant. Ac in iis quidem omnibus ipſa per ſe ipſam mouetur anima, in cõrporalibus autem actionibus ipſa corpus mouet: reſoluitur autem eius robur vtroque motuum ſuorum genere, ſi modum excedant. De laboribus vero quid attinet dicere, quo pacto & vehementius aucti quoſdam iugularint, & omnes certe læſerint, tametſi nõ ſuſtulerunt? In omnibus eiuſmodi caſibus manifeſte videntur ægrotantes, tum animo linqui, tum viribus reſolui: non nulli vero (vt dictum eſt) etiam mori, ſcilicet aliàs ſpiritu ipſo deperdito, aliàs alterato, aliquando ex parte digeſto, non raro hæc vtraque perpeſſo. Tractatum autem fuſius de his eſt cum in aliis libris, tum vero in iis, quos de Hippocratis & Platonis dogmatis prodidimus. Ad rem vero propoſitam, modum, quo ſingula lædere ſunt

" σύνοψιν

† præterea in acutis, per febres colliquatiuas.

A. idem.

* practicis, ẽ in pleriſque cod. græcis, ψυχικαῖς, i. ãĩalib' eſt in aliquib'.

re sunt nata, disquirere necesse non est, immo, quod lędunt, ab ipsa euidentia accipere, ac eo ad vires E tuendas in morbis salubriter vti. Pari modo, & si spirituum, qui nostrũ corpus regunt, substantia aliquã plus iusto extenuata fuerit, vtroq; profectò modo imbecilla fuerit, & tanquam temperie alterata, & tanquam dissipabilis, vel exhalabilis, vel, quocunq; modo libet appellasse, reddita. Eadem nimirum ratione, & si totum corpus transmutatũ in immodicam raritudinem sit, facile spirituum substantia digeretur: quod & ipsa tenuium partium sit, & corpus eã non contineat. Ergo nec rarefaciendum immodice ægrotantis corpus est, si spiritũ retineri in ipso studes: sed nec, quę in eo sunt, per comesta & bibita valenter extenuanda. Iam vero, quod ipsorum quoq; ciborum ac potionum nõ leuis habenda sit cura ad robur virium tuendum, vt videlicet tum quantitate modici, tum qualitate exacti exquisiti q; sint, id neminem latere arbitror: Sicut illud profectò cuiq; perspicuum, quod etiã substantiæ, quam inspiramus, habenda sit cura, vti scilicet tum optima temperie sit: tum ab omni inquinamento purissima, nec aliquid ex metallis, aut caminis, aut barathris sibi admisceat: aut aliquid ex putredine leguminum, vel olerum, vel animaliũ, vel cuiuscunq; rei contrahat: aut halitus ex stagnis, vel paludibus, vel fluuio recipiat. His itaq; oĩbus ꝓspiciat, oportet, qui vires illæsas tueri volet. Ad hęc etiam ipsorum corporũ solidorum, in quibus vtiq; vel maxime consistere virium substantia videtur, non parua habenda prouidentia est, vt s. sano tẽperamento sint: atq; hoc qui- F dem omniũ partium cõmune cõmodum est. Ad robur autem virtutis conseruandũ, & ad syncopalem accessionem, quò minus de repente incidat, cauendam, singulare præsidium est temperamenti custodia, ante oĩa quidem trium principiorum: mox vero reliquarum partium, quæcunq; in consortiũ affectus, principia secum ex facili trahunt: cuiusmodi est ventriculi os, quod propter exquisitum "sensum tum alia symptomata non pauca, tũ vero syncopas accersit. Porrò memoratus iam crudorũ humorũ affectus, si & copia sua hi vires premãt, & propter tũ multitudinem tũ crassitudinem exiguos aĩalis meatus obstruant, iam multis noĩbus exitialis est, ac syncope opportunos reddit: nempe & quod aĩal sub eo non nutriatur: & suffocetur: & quod mediocritas tẽperamenti eius nõ solum alteret, sed ẽt corrũpat. Quippe crudi succi nutrire prius, quàm sint concocti, nequeũt: iidem q;, cũ multi sunt, grauant: si vero spiramenta, quibus perspiratio agitur, obstruant, calorẽ extingunt: quòd si nec obstruant, nec onerent, syncopen ij certe nõ inferunt, sed animi deliquia, quas Leipopsychias Grȩci vocant, siquidem resoluunt eiusmodi ægrotantes, nisi frequẽtius nutriantur. Porrò exhiberi his oportebit nõ copiose semel, nec quæ crassa frigida ue potestate nutrimenta sint, sed, sicut dictum prius est, quæ ex genere extenuantiũ calfacientium q; sint. Ad eundẽ modũ & medicamenta, quæcunq; saltem medicamenta sumere febricitans homo põt, extenuan- G tia calefacientia q; sunt offerenda. His & aquosum vinum idoneum ab initio statim est, si tñ vehementer nõ febricitent: quod haud sanè frequenter in hoc affectu fieri assolet: magis ẽt, si, qui laborant, senes sint, prębendũ iis post quãq; cibationẽ vinũ est, magis q; ẽt, si interposita quietis spatia mediocria sint. Sanè, qui ex eiusmodi succis laborant, hos quotidie accessiones exercẽt, ꝑcipue q; ad vesperam, & noctu, non mane, nec vsq; ad meridiem. Atq; de his quidem hactenus abunde.

A.li 3. c.1.1. c.1. fol 46

De curanda Syncope in iis, qui tenuissimos succos, & qui facillime exhalant, obtinent. CAP. 6.

AGe modo transeamus ad eos, qui contrario quidem huic laborant affectu, sed tamen syncope similiter opprimuntur, nisi quis sedulo sit attentus. Hi sunt, qui prætenues "succos habẽt sic, vt ocyssime exhalent. Itaq; etiam diuersa à iam dictis ratione sunt curãdi. Illos nanq; paulatim & assidue vacuauimus propterea, quod multam simul vacuationem ferre non poterãt: at, qui sic se habent, hos paulatim & assidue nutriemus. Quòd si à principio hos viribus adhuc valentibus, curandos suscepérimus, nec paulatim eos cibabimus: possunt nãq; ij, vel quod liberius semel datum est, nutrimentum superare. Tanquam autem eos, qui ex crudi humoris multitudine syncope periclitantur, prorsus pẽriclitari diximus, si vel iecur his vel ventriculum phlegmone obsedit, itidem de H quibus nunc agere instituimus, insanabiles sunt existimãdi, si viribus iam languentibus aliquod eorum viscus phlegmone infestetur: quando nec assidue hos nutrire fas est, sed tantum in remissionibus, nec seruare eos, si non nutriantur, licet. In eiusmodi affectibus mortifera illa species in facie celeriter apparet, ‖ Nasus acutus, oculi caui, & reliqua, quæ deinceps sunt adscripta. Nam, siue multũ excernant, siue vigilent, siue tristentur, siue non cito nutriantur, protinus eiusmodi faciem habent. Porrò, si alicuius horum, aut etiam plurium occasione tales esse videbuntur, minus esse malum putabis, quàm si absq; his essent emaciati: sin absq; his tales appareãt, pernitiosum iudicabis: atq; hoc amplius, si à principio morbi eam habeant speciem, neq; enim, dum concoquatur, sufficient. Atq; ob id Hippocrates dixit, siquid eiusmodi cõsenserit, minus subesse periculi putandũ. In morbi nanq; principio (vt pr̨edixi) etiam si cum aliquo dictorũ in eo sint statu, haud quaquã id bonum est: cęterum minus id periculi minatur, quàm si cum horũ nullo, immo ex spiritu ipso prompte digesto. Non solum autem extenuatis ad eum modum spiritu horum & sanguine, digestio sæpe incidere assueuit, sed etiam expultrice vi per vniuersam corporis molem immoderatius cõcitata. Id quod incidere maxime ex imbecillitate retentricis solet. Sanè nutrire, quicquid horũ inciderit, est necesse: sicut etiã corporis summa densare non secus, quàm priorũ rarefacere. Cum enim maxime

A. li. .1.1. c.11. 41.1

* διαφορεῖσθαι.

* ὀλέθριος ἔχειν.

1. Prog. 8. 4². 191.c

A maxime ij affectus inter se dissideant, etiã præsidiorum speciem diuersissimã requirunt. Ergo frigidum iis aerem adstringentẽ q; comparabimus: qui, quemadmodum fiat, prius est dictum. Vngendi præterea sunt adstrictoriis vnguentis. Tum cibi iis dandi, qui non admodum prompte diffluant, nõ aqua mulsa, nõ ptisanæ cremor, sed panis, & sorbitio ex alica: & fructus austeri, & qui nõ facile corrumpant, tum ipsi per se, tum vero & cum pane: ẽt alica, quæ in aqua sit cocta. Dabis vero [a] aliquãdo iis & oua, præcipue q; eorum vitellos, album enim eorum ægre concoquit: prę terea gallinaceorum, qui lacte sint alti, testiculos: item q; suillum cerebrũ, sed vel diligẽter assum, (quando, si [b] cruentum detur, summopere lędit) vel in albo iure legitime elixum, porro & anetho iniectis. Deniq; omni ratione agendum, vt & succorũ materiam crassiorem reddas, & cutim denses, & exhalationem inhibeas. Vinum vero iis aquosum necessarium [c] † inter initia est, sumptum post cibum. Quòd si ex sententia nobis omnia responderint, etiam carnei iis aliquid nutrimenti post alia dabimus, potissimum post quartum diem, succis, qui febrem excitauerũt, iam ad concoctionem veniẽtibus. Tali affectu laborantis iuuenis, in decimo libro meminimus, quẽ (vt dixi) quotidie nutriui, id q; ante accessionẽ potissimum: tum, quemadmodum, semel dedita opera nõ exhibito illi cibo, accessio cũ syncope inuaserit, memorauimus. Ergo in omnibus eiusmodi cu-

..li. f.1. t.2. ..ool.422.f. ..li f 11 t.2. ..8.1.280.g B rationibus, si iam deprehensus syncope cubans est, omnis solicitudo medentis ad symptoma vertitur: sin non dum ea premitur, vtriusq; curã habebit, & vt symptoma non incidat, & vt morbus paulatim discutiatur. Celerius autem hunc discuteremus, si nullus symptomatis subesset metus. Quippe, qui multitudine crudi succi grauatur, hunc, si modo iustã semel vacuationẽ ferre posset, nec metus aliquis syncopes impẽderet, semel, arbitror, vacuatum à morbo explicaremus: [d] † cum vero, cuius spiritus & succi facile exhalant, } si ante accessionem cibare non cogeremur, longiorẽ illi morbum certe non redderemus. Ac de iis quidem hæc mihi dixisse sit satis.

De reliquis Syncopes Caussis: ac primum de Affectibus, quibus Dolores succedunt. CAP. 7.

..l. f.11.t.2. ..6.1.279.h NVnc reliquas occasiones, quibus syncopę succedũt, deinceps referemus. Hæ sunt numero quatuor, dolor vehemens, vigiliæ, immodica vẽtris inanitio, ac in iis, qui aliena loquuntur, aliquando motus. Sed & quintam, si nõ displicet, addas, nempe principiorum intemperiem: de qua in calce libri agemus, idcirco maxime, ꝙ dupliciter ꝓuenit, vel quia in nudis qualitatibus particulæ alterant: vel quia vitiosus aliquis succus in has recipitur. Deinceps igitur de oĩbus, quæ memorauimus, est agendũ, initio à doloribus sumpto. Ergo, si caussam ipsam, vnde dolor excitatur, adimere possis, ita vtiq; contra symptoma non pugnaueris, sed ægritudinem curaueris: sed,

C si qua occasione prohibitũ affectui submouendo intentum esse non licet, vehementiã doloris mitigabis. Verum, qm̃ nec dolorũ caussas submouere, nec vehementiam eorum remittere, fas est, nisi intellexeris, cuius vitio is dolor in cubantis corpore excitetur, perpendendæ prius tũ caussæ dolorum sunt: tũ vero signa, quibus hę dignosci queant: nam, cũ sensui plerũq; parũ pateant, hoĩem, qui in tali speculatione sit exercitatus, nimirũ postulant. Itaq;, cũ nobis in aliis operibus non pauca de dolorũ generatione sint præcepta, ipsorum q; omniũ oppertunũ tempus iam venerit, necessum arbitror totã eorum rationẽ summatim percurrere. Quoniam igitur in aĩalis corpore omnibus consentientibus sectis, non omnes partes sensiles sunt, manifestum est, quæ prorsus sunt insensiles, eas non dolituras. Igitur, cũ sensilibus duntaxat dolor accidat, sequens est, vt ęstimemus, eiusmodi ne corpora perpetuo sint dolitura, an vno aliquo tempore, cũ videlicet ortus in his crucians affectus sit. At, si ipsa euidentia nos docet multum esse temporis, quo nihil omnino doleamus, non obscurum est certo aliquo tempore, quo scilicet excitatur in singulis, quæ dolent, crucians affectus, necesse esse ea dolere. Ergo, si inuẽtum nobis fuerit, quę nam affectio ea sit, quæ in sensilibus corporibus orta, facit, vt animal doleat, vtiq; & quod quęrimus, iã fuerit inuentũ. Hic igitur ab iis naturalibus notionibus, quæ omnibus nobis sunt cõmunes, procedere methodo ad

D id, quod considerandum proponitur, conueniet. Porrò naturalis notio nos docet vitium id corporis, ex quo sit doliturum, aut cõtinuitatis diuisionem oportere esse, aut alterationem aliquam. Ita etiam nõ incommode dictum iis est, qui ex insectilibus, vel insensilibus, vel incompactilibus elementis corpus componunt, affectum, vnde dolor nascatur, prorsus inueniri † non posse. } Quippe, quę tantummodo tangũt, eorum nihil videtur dolorificum: at talia corpora tantum se inuicem tangunt. Quòd si non contingant modo, sed etiam se inuicem in concursu frangant, ad dolorem creandum nihilo plus conferunt, si quæ frangunt, insensilia statuuntur: nisi ẽt lapides, cũ diuiduntur, dolore affici dicemus. Verũ de his latius tum alibi, tum in quinto de Asclepiadis placitis disseruimus. Nunc autẽ confessum hoc principium sumentes necesse esse, vt affectus, qui dolorem excitet, vel diuisio sit, vel alteratio, illud etiã memoria repetamus, ne alterationem quidem ipsam sensim irrepentẽ dolorem afferre animali posse: sed quæ dolore animal afficiet, eã mutationem tum confertim factam, tum vero violentã esse debere. Videnť enim corpora non solũ, cum in habitum contra naturam confertim aguntur, tristem mutationem sentire, sed etiã in ipso ad naturalẽ statũ suum reditu, nisi eũ paulatim accipiant, cruciari. Scimus enim, qui in vehemẽti frigore iter fecerunt, eos cum se se non sensim, sed semel calfacere properarẽt, dolore circa vnguiũ radices adeo vehementi affectos, vt ferre non possent. Illud vero inquirere, an ipsum, quod vehementer

A * In mult. quidẽ cod. grecis manu scriptis hac dictionẽ non inueni, est tamẽ in aliquibus, & in tralatione veteri.

B * ἔνωμον, i. cruẽtum est in impressis: ἔνωμον, q.d. subcrudũ ab aliquib⁹ versum, est in manuscriptis quos viderim.

C † fusum

D † τοῦ δ' εὐδιαφόρητον.

In plurib⁹ cod. grecis antiquis hæc dictio, ventris, nõ habet.

† ἄπορον εἶναι.

menter excalfacit, aut refrigerat, diuisionem aliquam continui efficiat, longiore fortasse disputa- E
tione eget: et vtiq; hoc ostensum à nobis est in commentariis de simplicium medicamentorum
facultatibus. Verum quid agendo, quæ vehementer vel excalfaciunt vel refrigerant, dolorem
inferant, quærere, ad rem propositam minime est necesse: siue enim vt substantiæ sensibilium
continuitatem diuidentia, siue vt eam semel & confertim alterantia, id ad eorum inuentionem,
quæ dolorem leuabũt, nihil refert, modo sciamus, quod violenter vel "excalfacit vel refrigerat, id A.li.i.f.c.i. c.i.fol.i a
sententia corpora dolore afficere. Ergo, si cœpisse ab euidentibus conueniet: euidenter autem vi
dentur, eorum, quæ corporibus nostris propinquant, hæc sola esse dolorifica, & quæ vehementer
vel excalfaciant vel refrigerent, & quæ substantiæ continuitatem diuidant, hæc autem sunt, quæ
vel contundunt, vel incidunt, vel distendunt: vtique curationis eorum inuentionem quæremus
via aliqua insistentes, quæ à quærendorum natura sit accepta, quę methodos appellatur. Rursus
igitur supra repetentes dicamus. Quoniam id quærimus, quemadmodum in morbis dolore af-
fligamur, vbi nihil nobis extrinsecus triste appropinquat, necessum est, aliquam talem causam in
corpore quæramus, quæ scilicet vehementer excalfaciens, vel refrigerans, vel diuidens substan-
tiam sensilis alicuius corporis, nos excruciet. Ac primũ illud speculabimur, cuius'nam esse natu-
ræ debeat, quod continuitatem diuidet. Necesse igitur est vel ruptionem, vel contusionem, vel F
erosionem, esse affectum eum, qui diuisionem continui faciat. At vero ruptio ex distentione qua-
dam: contusio ex grauante: erosio ex mordente prouenit qualitate. Ergo, cum nihil extrinsecus
sit, quod vel distendat, vel grauet, vel erodat, sed ex se ipso horum aliquod corpus sentiat, neminẽ
latere potest, distentionem ab aliqua intrinsecus substantia, quæ multitudine sua corpus se conti-
nens distendat, aut immodica siccitate, prouenire: contusionem ex eo, quòd aliquod corpus ab
* ἔνδοθεν, id ẽ ab interno, ẽ in aliquibus cod. græcis. & ita vt esse legendũ. externo superceciderit, quod vel durum, vel magnum, vel graue, vel simul ambo fuit: erosionem
vero ex succo aliquo, cui mordens natura insit. Igitur, vbi vehemens dolor vrget, scrutandum no
bis est, an succus plurimus, an spiritus cui non sit exitus, an grauis moles, an mordens humor, an
siccus affectus subsit: ad hæc, veluti inter initia est definitum, an aliquid, quod valenter excalfa-
ciat, vel refrigeret. Quorum ipsorum quoq; rursum causæ vel in spiritu, vel in humoribus, vel in
solidis ipsis sunt statuendæ: quicquid enim eorum vehementer excalfactum refrigeratum'ue sit,
quando, quod vicinum est, tangit, dolorificum illi redditur. Igitur, quemadmodum singula, quæ
comprehendimus, agnosci possint: tum vero quòd non omnium habeamus manifestas notas:
quod'que, si aliud quicquam, etiam causarum & affectuum, quæ sensum fugiunt, agnitio ex mul-
ta exercitatione, & curiosa omnium perpensione nobis tandem pariatur: alibi monstratum est. G
Nunc vero id considerare propositũ nobis non est, immo solam ipsam medendi methodum per-
sequi. Ex qua scienter perspecta quantum auxilium compendium q; medicis nõ ad præsidiorum
* εὐπορίαν. modo curationum q; facultatem, sed etiam ad affectus aliquando agnitionem comparetur, sæpe
vobis in ipsis ægrotantibus manifeste ostendi: quorum iam duos tres'ue, qui haud pridẽ sunt sa-
nati, referam. Vnus enim, vt scis, quadragenarius erat: qui cum colo laborare putaretur, nõ mo-
do nihil est à fomentis tum humidis tum siccis leuatus, sed nec cataplasmatis, nec clysteribus, qui
bus scilicet publice vti in eiusmodi affectibus solent, verum etiam à plurimis eorum exacerbatus.
Nam à rutaceo oleo per sedem infuso deterius habuit, item'que à castoreo: quin etiã, vbi mel co-
ctum cum pipere assumpsit, extremis doloribus est afflictus: iam, cum cremorẽ cocti fœni gręci
vnà cum melle accepisset, vehemẽter est irritatus. Ipse igitur, vbi mordentes succos in tunicis in-
testinorum immersos conieci, qui scilicet secum vnà corrũperent tum ea, quæ per inferiora essent
infusa, tum ea, quæ per os sumebat, exhibui homini nutrimẽtum, quod non facile corrumperet.
Deinde, cum minus eum cruciatum intellexi, vitiosos humores purgandos iudicaui. Cum vero
aptissimũ ad eiusmodi vitiosos humores esset medicamentum, quod "ex aloe cõponitur, quod q; A.lib. iii. c.2. fe 46.c
iam vulgo picran appellant, vtiq; semel hominem iuste purgare non sum ausus, q; doloribus & H
inedia duobus mensibus confectus esset: verum ex quibusdam interuallis moderate id faciens,
quindecim circiter diebus hominẽ (vt scis) prorsus sanaui, id q; nullo pręterea adhibito pręsidio.
Atq; hic quidem illo primum tempore sic est vexatus, nunquam prius intestini dolorem exper-
tus. At alius iuuenis huic quidẽ ętate propè par, sed qui sæpe antè colicis cruciatibus fuerat affe-
ctus, accepto scammoniæ succo fuit purgatus. Cum autem bene largiter fuisset vacuatus, primo
quidem die vesperi in balneo lotus, mox ptissanæ cremorem sumens, post piscem quoque come-
dens, nocte ea, quę ceperat, euomuit. Secundo die itidem lauatus, comedit primũ lactucam, mox
auium carnis aliquid in albo iure elixæ: ab hac alicam ex aqua sumpsit vino austero iniecto. Vbi
vero ab iis mediocriter se habere est visus, etiam tertio die nutritus similiter est. Reddidit tamen
per aluum plura, quàm pro ciborum portione, ea q; cum morsu. Deinde quarto die etiam magis
dolere sibi ventrem sensit: &, cum se in balneo alicubi frigus accepisse imprudentem putasset, ru-
taceum sibi oleũ per sedem infundens, non solum vehementissime est vexatus, sed etiã liquidam
deiectionem copiosissimam excreuit: quod facile declarauit aliquid à toto corpore ad loca vẽtris
deferri. Post deinde p circuitus similis redibat cruciatus. Audientes aũt eius symptomata, intelle-
ximus noxã ex scammonia in illis maxime intestinis procubuisse, quæ prius etiã fuerant imbecil-
la sic,

A la sic, vt quasi fluxionis quidam exortus esset affectus. Ergo, quemadmodum hunc quoq; sanauerim, scis. Abiicere enim iussi præsidia colica, alica q; calẽte, quæ cocta in aqua esset, nutriri, immissis ei mali punici granis. Cum autem tota nocte citra dolorẽ dormiuisset, miratus profecto est remedij nouitatẽ: rogauit q;, quid esset bibendum. Dedimus itaq; bibendum dilutum rhois cremorem: quò videlicet, siue aliqua esset in summo intestino facta vlcerosa affectio, eam adstringeret: siue etiam ex consuetudine aliquid ex superioribus locis in partem afflictam conflueret, id reprimeret: prandio q; eodem vti iussimus: deinde ad vesperam cœnare pane puro madefacto in vino aliquo naturaliter quidẽ austero, sed veteri. Concessimus præterea, vt austerum quemcunq; vellet, fructum sumeret, siue malum, siue pyrum, siue punicum. Simili ratione etiã tertio die cibatus, in quarto theriacen bibit, sanus q; omnino est redditus: ac de cætero ad cõsueta reuersus, nullum sensit incõmodum. Simili genere & alteri cuidam in æstate affecto, cum sitibundus admodum esset, supra alia, quæ memoraui, etiam frigida potione vti permisi. Ergo, ne requiras in omni affectu eiusmodi notas, quales in pleuritide vel dysenteria apparent. Quippe scientifica est morborum id genus agnitio, certis videlicet definitis q; notis cõparata: cum eorum, qui proxime sunt dicti, coniecturalis agnitio sit, ac solis iis inueniri potis, qui exacte cuiusq; morbi propriam curationem norint. Quare, qm̃ de hac proposita nunc disputatio est, ipsam per se absoluamus. Nec affectuum agnitiones attingamus: maxime quæ ex cõiecturalibus notis incipientes, cum eorũ, quæ prosunt obsunt q;, cognitione sunt coniunctæ. Methodum enim in iis, atq; etiã exercitationem, in morborũ agnitionibus seorsum per se fecimus: quò scilicet arte quis instructus, in omni ægro tum locum, qui affligitur, tum ipsius affectum, sicuti nos, inueniat.

B

Ratio Curandi Dolores. CAP. 8.

Ergo reuertamur ad affectus, qui dolores excitant. Si sanguinis abundantia sit, quod distendat, veluti profectò in phlegmone fieri solet, protinus, vbi vires ægri valentes sunt, sanguis mittẽdus est. Sed, si is vel sanguinis missionem timeat, vel imbecillis viribus sit, tum reuellendus {in diuersum} sanguis est: tum {per propinqua} deriuandus: dictum q; nobis prius est, quẽad modũ hæc fieri conueniat. Quòd si his peractis dolor etiã perstat, patet profectò in ægrotãte particula impactum esse, quod cõtristat. Patet vero non minus, & q curatio ipsa per digerentia medicamenta sit molienda. Pari ratione, & qui ex flatuoso spiritu dolores fiunt, curabimus, sed simul in his potius tum extenuantibus cibis, tum potione, tum per sedem iniectionibus, tum cataplasmatis, tum humidis siccis q; fomentis, auxiliantes. Sin moles aliqua grauando contundendo ue dolorem excitet, moli ipsi est medendum. Sin mordẽs humor est, qui affligit, aduersissima huic sunt, quæ extenuant & calfaciũt. Postulat nanq; huius generis affectus, si modo curandus est, vt ea, quæ cõtristant, vacuentur: si id oĩno fieri nequeat, vt per epicrasin sanet: sin id quoq; fieri non possit, vt, quæ torporem inferant, medicamẽta exhibeantur. Quæ quanq̃ sunt reliquorum communia, minus tamen hos affectus, q̃ alios, lędunt. Quippe tenuis cõsistentię, & calidarum viriũ, plurimi talium humorum sunt: quæ autẽ ex papaueris succo, & alterco, & eo modo frigidis composita medicamẽta sunt, simul omnino & refrigerant & siccant: qua ratione non solum, vt sensui torporem inducentia, salutaria sunt, sed etiam vt humorum tenuitatem cogentia atq; crassantia, præterea vehementem calorem refrigerantia. Vbi vero crassi glutinosi q; humores exuperant, alienissima sunt, quę torporem inducunt: cauendus q; magnopere in eiusmodi affectibus eorum vsus est. Sed nec alioqui comitatur eiusmodi succos, modo soli sint, dolor vehemens. Si vero ex accidenti aliquo coniunctus his halituosus spiritus est, qui ex iis, quibus continetur, corporibus erumpere prorsus non potest, grauissimis omnino doloribus, qui ita se habent, cruciantur. Porrò accidit id illis duplici ex causa, vel obstructione, vel calore: nam & obstructio spiritum cohibet, nec exire permittit: & crassa glutinosa q;, cum calefiunt, flatuosum spiritum gignere solent. Eiusmodi sanè affectus iis, qui se cibis natura frigidis, & consistentia crassis ac glutinosis referserunt, qñ in ipsis intestinorũ tunicis flatuosus spiritus continetur, potissimum incidit. Nam, cum hæ duplices sint, vbi medio earum spatio eiusmodi collectus humor est, in flatulentũ mutatur spiritum. Sanè is & crassus, & frigidus, & tardi motus est. Vbi igitur tum retinetur: tum tunicas distendit: tum succus, vnde oritur, intestini partes, quas cõtingit, vehementer refrigerat: duplici occasione affliguntur, qui sic laborant. Ac ad tempus quidem, vbi torporem faciens medicamen biberunt, prorsus indolentes redduntur, cęterum affectus his omnino fit maior: nam & intestinorũ tunicæ medicamentorum frigiditate densiores, minus q; flatui transmittendo habiles redduntur: & humor ipse tum crassior, tum ad motũ ineptior euadit. Itaq; & spatio longiore ad ęgri curationẽ, & medico, qui egregie in arte sit exercitatus, est opus. Nisi enim certa ratione postmodum curationem aggredietur, verendum erit, ne succi secundo in flatuosum spiritum versi, eundem dolorem renouent: vnde rursus stupefacientium aliquid medicamentorum exhiberi sit opus, eadem scilicet necessitate vrgente: ac pari modo tertio, & quarto, & sępe deinceps, quoad homo insana bilis effectus, in malum totius corporis habitum perueniat, & post longa tandem tędia pereat. Quo pacto igitur dolores eos, quos frigidus humor in medio intestinorũ interclusus excitauit, sanare cõueniet? Sanè nõ perfusionibus & cataplasmatis, quę valenter excalfaciãt: quippe lenti omnes

Margin notes: *Interpretis verba.* — C — li. 16. c. 4. / 2. s. 46. b. c — D — li. 4. c. 30.

omnes crassi q; & frigidi humores ab iis, quæ calfaciunt, nisi etiam valenter digerant, liquātur, ac E in flatum mutantur. Conuenit igitur eos incidere simul & concoquere: quas res tenuantia medicamenta præstabunt: potissimum tamen, si calida vehemēter non sint. Quòd autem horū quoq; ipsorum ea maxime deligenda sint, quæ magis flatum discutiant, magis q; siccent, nemini potest dubium esse. Sæpe q; ex plebe non paucos audias minus sibi dolere colon affirmantes, cum nec ipsis cataplasma imponitur, nec oleo aliquo perfunduntur, nec per clysterem aliquid infunditur. Et sanè, qui generosi animi fortes q; sunt, si mediocri vtuntur victu, tutius longiore in tempore percurantur, quàm qui violenter (vt dictum est) calfaciētibus vtuntur. A nullo enim in eiusmodi succis tàm est metuendum quàm à calore, qui eos liquet, atq; in flatum vertat, sed digerere non valeat. Vidimus namq; ex agrestibus operis quēpiam, qui, vbi coli dolorem sensit, protinus se cinxit, cum cingi ante non soleret: comedit autem cum pane allium, nullum dimittens consuetum opus: nec toto die quicquā bibit, sed vesperi meracius: ab his & tota nocte dormiuit, & mane ab omni dolore planè liber surrexit. Est enim profectò allium ex eorum ciborum genere, qui & flatum discutiant, & minime sitim inferāt. Sunt, qui parum id experti existimēt maiorem, quàm cępas, sitim excitare, sed planè errore: cum non modo nō maiorem, quàm cępę, sed nec omnino sitim faciat. Idem omnium planè eduliorum maxime flatum discutit. Itaq; ipse certe agrestium the F riacen id appello. Ac, siquis vel Thracas, vel Gallos, vel deniq; qui frigidam regionem incolunt, vesci alliis vetuerit, nō leuiter iis hominibus nocuerit. Ac, quos ex supradicta causa vehemēs intestinorum dolor citra febrem exercet, iis & allium esse licet: & theriacen bibere, quippe quæ eiusmodi affectibus magnopere subuenit. At, si cum febri vnà talis dolor aliquando incidat, principio quidem, si id ferunt, fomentum siccum ex milio est adhibendum. Si ab hoc non quiescant, semen aliquod, quod flatum dissipet, in oleo, quod tenuium sit partium, coquere: mox per linteū, quò purum sit, oleum colare: deinde anseris seuum in oleo liquare, & per sedem infundere oportebit. Si anseris seuum non sit, gallinaceo est vtendum: in primis q; curandum, vt sit expers salis, esto autem nec admodum vetus: licet vero & recenti vti, præsertim anserino. At, si neq; ex hoc remittuntur dolores, secundo rursus iniiciendum idem est, adiecta etiamnum castorei & papaueris succi, vtriusq; fabæ non amplius magnitudine: olei vero hemina modus esto. Excipitur & lanula ex hoc medicamento aliquid: debebit q; appēsa forti filo, quàm penitissime in rectū intestinum dimitti, quò vtiq;, & cum libet, id facile recipiatur, & euidentem cōferat vtilitatem. Ad eundem modum & oculorum & aurium dolores, qui ex huiusmodi humore aut spiritu flatulēto in febri excitantur, sedare conueniet tum fomento ex milio, quoniam id omnium & leuissimum est, & G maxime siccans, quod q; ab eo defluit, innoxium expers q; morsus est: tum auribus medicamentum id, quod "ex castoreo & papaueris succo conficitur, infundentibus: quo scilicet ad talia vti so- A.li. 7.c.1. lemus. Liquor, quo hæc liquātur, sapa esto, quod apud nos vocant Hepsema: pleriq; medicorum fol. 2 g Siræon græce appellant. Quòd si imponi cataplasma aliquando oportebit, papauerum capitibus in aqua coctis, ac fœni græci, vel hordei, vel lini seminis farina aquæ immissa, cataplasma cōficies. Scire autem licet medicamētum, quod castoreum recipit, non solum aurium sedare dolorem, sed etiam oculorum & dentium, si auribus instilletur. Iam vero collyria, quæ ex opio fiunt, vehementissimos oculorum dolores remittere omnes norunt: Vtendum q; (vt prædiximus) his est, cum maxima necessitas vrget, illud minime ignorantibus particulas ipsas nō nihil lędendas, imbecilliores q; in reliquam vitam ex refrigeratione futuras, cęterum saluti hominis in pręsens, ipsam futuram postea noxam posthabentibus. Siquidem non paucos eorum, qui his sunt vsi, eò infirmitatis venisse, vt alij ferè nihil omnino viderent, alij propemodum surdi forent, id omnibus iam notum est. Itaq; nos, si quādo cogimur his vti, postmodum in sanitatis tempore particulas ipsas excalfacimus, nempe auribus oleū id, quod solum castoreum habet, infundentes: oculis vero collyria, quæ tantum excalfaciant: ad quod scilicet munus maxime id probamus, quod ex cinnamo- H mo cōficitur. Ac de doloribus quidem, qui ex crassis glutinosis'ue aut frigidis succis, vel etiam flatuoso spiritu excitantur, hactenus abunde. Similis namq; est eorum omnium curatio, vt quæ per comprehēsas iam materias perficiatur, nisi ꝙ is, qui spiritum flatuosum comitatur, propriam quādam curationē est sortitus ex cucurbita "cum flamma copiosa subinde admota. Videbitur q; A.li f.13.c.2 tibi præsidium hoc in huiusmodi affectibus incantamenti cuiusquam simile quid efficere, siue hi c.3. l.29.a in intestinis, siue in quauis corporis particula sunt excitati. Ilico enim cucurbita admota, qui spiritu flatuoso cruciantur, tum à dolore liberi, tum omnino sani redduntur. Quos vero non spiritus modo flatuosus, sed etiam humor quispiam, vnde is oritur, male habet, iis ilico ad tempus dolor sedatur, redit tamen vel in sequente nocte, vel postridie, vel etiam tertio die similis dolor: ac potissimum, vbi in victu aliquid deliquerint, aut importunius particulas excalfecerint. Tibi vero hoc quoq; maximum indicium affectus erit: ac curationem pro ratione prosequeris, nec impense particulam excalfaciēs, & tenuatoria curationis ratione vtens. Quòd si in vētre quoq; talium quippiam incidat, mirifice hi ex acrium iniectione leuantur. Sed percuranda in his primum doloris accessio est, admota scilicet cucurbita, quò ventosus digeratur spiritus: post id vacuandus humor est, infuso per sedem eiusmodi medicamentorū aliquo. Ego vero oleo quopiam tenuis substātiæ

vti

A vti assueui, rutam incoquens. Porrò aliqui in tali curandi ratione, vbi oleum acceperunt, maximo dolore cruciantur: postea exiguo interposito spatio excernunt humorem vitreum atque ex hoc protinus simul & à dolore & ab affectu liberãtur: quippe sublata causa, quæ spiritum flatuosum gignit, omnia conquiescunt. His humoribus contrariam maxime naturã habent, qui tenues sunt atq; acres, sed similem dolorẽ inferunt: non nunq̃ autem & conuulsiones crẽbras accersunt, vtiq; cum in ore vẽtriculi sunt collecti: veluti dudum illi contigit, qui paulopost æruginosum humorẽ euomuit. Satius vero sit non æruginosum ipsum dicere, sed exactam planè æruginem: talis nãq; erat, qualis pulcherrima est ærugo. Verum huic adolescenti cum conuulsione & syncope, etiam guttæ quædam frigidæ, & pulsus in summo gradu parui erant. Ex quibus cum conijcerem in ore ventriculi, quem publice stomachum vocant, mordentem aliquem contineri humorem, dedi illi aquam tepidam bibere: post quam protinus tale quid euomuit, quale si ipse facere velles, floridissimam æruginem aquæ misceres. Cum igitur talis humor in ventriculo cõsistit, vomitu est expellendus: cũ in intestinis, iniicere per sedem conueniet, quod eluere eiusmodi humorem sit aptum. At id detersiuum sit omnino, oportebit. Cum autẽ talium plurima mordeant, commodissime ex iis aliquod deligitur, cui morsus absit: eius generis maxime est ptissanæ cremor. Cibi vero exhi-

B bendi his sunt, qui & boni sint succi, nec facile corrumpantur: quorum etiam exempla in priore libro iam tradita habes. Quoniã vero etiam eorum, qui ex siccitate vehementi tenduntur cruciantur q;, mentionem feci, satius fuerit de his ẽt aliquid apponere. Scire nanq; licet eiusmodi affectũ, si modo curabitur, humectationem poscere, cæterum curatu perdifficilem esse, vel potius, qui curari omnino non possit, si febris occasione est contractus. Succedit maxime exitiali phrenitidi. Nec sanatũ quempiam ita conuulsorũ aut ipse vidi, aut alium narrantem audiui. Nam temere cõuulsio vel ex repletione neruosarũ partium incidit, qua rõne eos, quos magna phlegmone premit, adoritur: vel "ex mordente & tenui humore, qui neruosa corpora rodat: vel ex ingenti frigore, quod tale quippiã, quale gelu, efficit. Atq; hæ tres conuulsiones subinde percurãtur: sed, quæ ex neruosarũ partium siccitate prouenit, insanabilis est. Quippe etiam in libro de marasmo docuimus solidorũ corporum siccitatẽ omnino esse insanabilem. Quo minus adiiciendum quicquã de eiusmodi symptomatis præterea puto: sed nec de iis, quæ vitio immodicæ vacuationis vel per aluum, vel per vomitũ, vel sanguinis profusionẽ incidunt: ꝙ & antea de his mediocriter sit dictũ, & posthac dicere sit necessum, potissimũ cum mihi de tumoribus, qui præter naturã incidũt, erit agẽdum. Itaq; librũ hunc iam claudam, qñ de symptomatis iis, quæ vtiq; tractatu maxime erant

C necessaria, & præcipue quæ cum febrium affectibus ipsis sunt connexa, abunde disserui.

li. f.a.c.5. l.2.

* συντόνους, i. vehementes.

* νοτίδες.

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS

LIBER TERTIVSDECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

Inflammationes, ac Reliquos præter naturam Tumores curare docet, idque Indicationibus diligenter adscriptis, ac iis maxime, quæ sumuntur ex affecta parte.

Quid Hactenus hoc opere actum est, quid Hoc libro agendum: ac de duplici Inflammatione. CAP. I.

D Vo iam genera morborum, quemadmodum quis methodo sanet, docuimus, alterum in intemperie positum, cui antiqua est appellatio: alterum cui nos nomen indidimus cõtinuitatis solutionẽ. De qua prima in tertio, quarto, quinto, ac sexto horum commentariorum præcepimus. Post eam de iis, quæ in intemperie consistunt, vsq; ad duodecimum egimus. In hoc vero totius operis tertiodecimo de tumoribus, qui præter naturam incidunt, disserere incipiemus, in quibus scilicet partes à naturali habitu in quantitate recesserunt. Sanè, sanitatẽ, an naturalem habitum dixeris, ad ea, quæ nunc paramus, nihil interfit. At, cũ plures specie affectiones in his sint, primum agemus de phlegmone. Expedit enim ab hac cœpisse, & ꝙ frequentissime incidit, & ꝙ febres alia q; symptomata periculosissima excitet. Cum autẽ veteres Phlogosin (quã inflammationẽ interpretere) subinde phlegmonen appellant, sciri volumus non hoc loco nos de hac phlegmone disserere, sed ea, quæ supra inflammationẽ, tensionẽ quoq; in particula facit, quã non modo ipsi tactu deprehẽdamus, sed ẽt ipse æger † proprio sensu} aduertat. Quin etiam pro tensionis modo tangenti quoq; renititur pars phlegmone obsessa, auctior q; est, q̃ pro naturali habitu: nec dolor illi deest, maior minor ue: cũ quo nõ nunq̃ & pulsationis est sensus, cum s. malum amplius increuit, ac potissimũ cũ suppurat. Rubor

† διὰ τῆς ἰδίας ὡς ὀνομαζομένης συναισθήσεως, i. co sensu, qui peculiariter συναίσθησις (quasi consensum dixeris) appellatur.

* συναίσθησις.

† In cod. græcis antiquis legit' ἀεὶ δὲ πάντως ἐστὶν ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι μορίοις, i. semp tñ (ipse rubor) oĩno in est ptib⁹ phlegmone laborantibus. & ita omnino videtur legendum.

Rubor quoq; in parte, quæ phlegmone laborat, maior minor'ue semper visitur. † Semper autem omnia partibus inflammatis insunt} adeo, vt siue in ipso pedis vestigio, siue in parte interna manus magna phlegmone incubuit, hæc quoq; magis rubra videntur, quàm ante. E

Indicationes, quæ ex fientibus vel factis Inflammationibus præbentur. CAP. 2.

ETenim ostensum est phlegmonen omnem è sanguinis confluxu consistere: qui aliis statim calidior est, quàm pro natura fuit: omnibus certe in ipsa parte, quæ phlegmone vexatur, calidior efficitur. Atq; hoc omnium sectarum commune est, siue impactum tantum sanguinẽ in finibus vasorum, phlegmones causam velint: siue intercidentiam eius (paremptωsin vocant) in solis arteriis, siue obstructionem aliquam: siue in raritatibus ratione cõtemplabilibus resistentiam. Quo fit, vt ẽt curationis indicatio omnibus sit communis, nempe vacuatio redundãtis in particula phlegmone obsessa, sanguinis. Phlegmones vero, quæ in generatione adhuc est, duplex indicatio est, veluti in reliquis morbis omnibus, quicunq; in gignẽdo adhuc sunt, nec dum absolutionẽ sunt nacti, ostendimus. Nam, quod eorũ generatum iam est, id medicinæ artis parti, quæ morbos curat, subiicitur: quod in generatione adhuc est, parti, quæ futurum morbum præcauet. Atq; idcirco diximus nõ simplicem sed compositam esse totam de iis ægritudinibus, quæ in generatione adhuc sunt, medentis solicitudinem, ex ea s. quæ prouidet, & ea, quæ curat. Sicuti etiam, si oĩno phlegmone laborare adhuc non cœperit, sed tamen appareat iã subesse in corpore genus aliquod eorum, quæ phlegmonen excitare possint, in talibus quoq; omnibus sola prouisio indicatur. At, si nulla adhuc in corpore causa subalitur, iis, qui ita se habent, ea, quæ sanitatis est tutrix, prouidet. Ergo, quæ causæ phlegmonen accersere videntur, has, cum iam in corpore sint conceptæ, sed tamen exiguæ adhuc & incipientes, vtiq; ne maiores fiant, inhibere conueniet. Atq; hoc præcauentis phlegmonen est officium. Cum vero ea magnitudine sint, vt iam phlegmonen creent, eas submouere oportet, ac, quantum iam phlegmones genitum est, sanare. F

De Ortu Inflammationum. CAP. 3.

AC communis omnium phlegmonarum generatio ex sanguinis influxu est, copiosioris s. q̃ pars postulet: veluti tum in libro de tumoribus preter naturam ostendimus: tum in eo, qui de inequali intemperie est inscriptus. Sanè copiosior sanguis influit alia quapiam, aliis'ue particulis aliquando eum mittentibus, ac ea, quę phlegmone laborare incipit, recipiente: aliquando particula, quę affligitur, hunc ad se trahente. Partes, quę mittunt, aliàs vt copia superuacuum, vel vt qualitate molestum, aliàs vtroq; nomine, succum propellunt: quę attrahunt, ea morboso calore trahũt. Porrò in doloribus incipit quidẽ causa ab eo, quod affligitur, sed quicquid est phlegmones, id superpositę partes efficiunt. Ergo, q̃ ad partem excalfactam vel trahuntur vicini succi, (vt nos censemus) vel confluunt (vt Asclepiades putabat) euidenter cernitur: et constet hoc loco ex ipso, quod cernitur, sermoni fides. At vero, quę dolent, cernuntur ea quoq; phlegmonen ex dolore pati: sed causam eius quidam omnino non assignãt: quidam nullo modo probabilem. Nostra vero sententia talis est. Docuimus in eo opere, quod de naturalibus facultatibus edidimus, vnam esse naturę facultatẽ, quam excretoriam dicimus. Ea suo munere tum fungitur, cum triste aliquid sentit. Vnum vero quiddam est ex iis, quæ eam contristant, ipsa, quę dolorem excitat, causa, quæcunq; ea sit. Hanc "igitur eiicere dũ properat, phlegmonen interdum in particula concitat. Cum enim primis suis conatibus nihil profecit, vehementius aggressa, quod infestat, expellere, sanguinis aliquid & spiritus ex superpositis partibus in afflictam simul exprimit. Atq; hinc fit, q̃ ex dolore particula, pro portione confluentis in eam humoris, in tumorem attollitur. G A. ...

Tumores omnes præter naturã Ex rei influentis natura variari: & quæ sint Inflammationis causæ. CAP. 4.

QVin etiam "omnium tumorum, qui prẹter naturã sunt, varietas ex eius, quod influit, natura nascit. Vbi enim flatulenta materia copiosior accessit, flatuosi magis tumores fiũt: phlegmonę vero magis similes, vbi sanguis: sicut erisypelati, vbi flaua bilis: & œdemati, vbi pituita: similiter scirrhosi, vbi vel crassus, vel vehementer lentus humor est, qui parti est infixus. Sanè crassus humor, quodammodo iã melancholicus magis minus'ue est. Lentus autem ex glutinosis prouenit cibis: sed & ex ipsis aliquando neruosis partibus, vtiq; cum multum excrementi genuerint. Verum de cęteris tumoribus post dicetur. Nunc de phlegmone agemus, ac prius, quę oĩum sunt cõia, ad disputationem propositis, sic deinde, quę solius eius vitij sunt propria, adiiciemus. Cũ igitur particula aliqua phlegmone vrgeri cœperit, videndũ est, an pp calorẽ aliquẽ, qui in illa pręter naturã sit ortus, an pp dolorem vel ipsius, vel propinquę alicuius partis, hanc cõtraxerit: quo s. adempta causa, phlegmone non amplius increscat. Post hanc considerationem proxime illa contẽplabere, nũquid vicina aliqua particula sanguinem largius ad partẽ phlegmone obsessam transmittat: deinde num totum corpus † sanguine nimium abundet, πληθωραν vocant.} A. ... H

† πληθωρικῶς διάκειται.

Inflammationes in Glandosis carnibus facillime excitari: & quo pacto Curari debeant. CAP. 5.

NAm tibi (arbitror) non excidit, vtpote sępe à nobis monstratum, superuacanea, "quæ à valentioribus partibus ob redundantiam vel qualitatem expelluntur, ea in imbecilliores procumbere: atq; hinc accidere, vt glandulę, quas adenas vocant, facile fluxiones recipiant, & maxime quę rariores natura sunt. Quippe valentius est arteriarũ, & venarũ, & neruorũ, & musculorum A. ...

rum

A rum robur, imbecillius autem ac forte prorſus nullum, corporũ, quæ glandularum ſunt naturæ.
li..f.4.t.3. Sic igitur fit, vt & propter vlcus, quod in manus aut pedis digito ſit, eiuſmodi glandulæ in inguinibus & alis tum intumeſcant, tum phlegmone occupẽtur, cum defluẽte † ad vltimos artus ſanguinem priores exceperint. Quin etiam in collo, & ſecus aures ſępenumero glandulæ iis, quibus in collo, capite, vel aliqua vicina parte vlcus eſt natũ, intumeſcunt: nominant autẽ ipſos Adenas: cum ſic intumuerunt, Bubones. Quòd ſi ſcirrhoſior earum partium phlegmone aliqñ fuerit, hæc & ægre ſanabilis eſt, & Chœras, id eſt ſtruma, dicit. Quæ nam vero ſit ſtrumarũ curatio, in proximo dicetur libro. Nunc de phlegmonis, qm̃ de iis diſſerere propoſuimus, denuo repetentes dicamus, ꝙ inhibitio earũ incipientium, ex generante illas cauſa tollenda pręſtatur. Primũ q̃; de iis, quæ vlcera ſequuntur, agamus: poſtea enim q̃ prope magnã arteriam aut venã vlcus ortum eſt, celerrime bubones excitantur. Cernitur autem aliqñ ipſa quoq; vena per totum mẽbrũ * rubra, & calens, & diſtenta, ac ſi quis eam tangat, dolens. Ergo, ſi vel totum corpus ſit plethoricum, vel malo ſucco redundet, difficilis curatio redditur: ſin ſanũ planè ſit, facilis. Quippe excalfacere & humectare modicè totum mẽmbrum, quò dolor mitigetur, oportet (noſti autem eiuſmodi pręſidiorum materiã) ipſi vtiq; vlceri tetrapharmaco in linamento impoſito, liquatur id oleo potiſſi-
B mum roſaceo, vel, ſi id non adſit, relaxanti aliquo: toto vero mẽmbro, hapſo lanæ ex calente oleo imbuto circundato. Quin etiam ipſi vlceri calidũ imponi medicamentũ oportet, ac ſuper ipſum, calidum extrinſecus cataplaſma ponere, quod ex farina vel hordeacea, vel triticea, vel ambabus mixtis cõſtet: humorem autem habeat aquam cum pauco oleo. Non ſecus vero etiam ipſi adeni, quæ phlegmone vrgeri cœpit, vt mitigetur, imponi debebit primo die lana ex oleo calente madens, non aũt, ſicut non nulli faciunt, ſtatim addito ſale: poſt enim ſale vtemur, cũ & tumor per totum mẽmbrum fuerit remiſſus, & dolor vlceris ſedatus. Quin etiam macedonicum, quod vocát, pharmacum ſimiliter, ſicut tetrapharmacum, ipſi vlceri imponere licebit: etenim ſimilia inter ſe ſunt, ſolo thure tetrapharmacum macedonico ſuperante. At, ſi vel plethoricũ corpus ſit, vel malo ſucco redundet, curatio per ea, quæ ſic calent, fluxionẽ ad mẽmbrum citat. Atqui nec alia vlla vti datur. Cogimur ergo alias ſanguinem mittere, id q̃; aut vena inciſa: aut mẽmbris iis, quæ læſa nõ ſunt, ſcarificatis. Manu enim laborãte, ſcarificabis crura: altero crurũ male habente, reliquũ. Has nanq; vacuationes indicat ipſa copia, ſicut etiam ſuccorum vitium, redundantis ſucci purgationem. Ac plerunq; poſt hęc pręſidia, glandularum phlegmone deſinit. Sępe tñ vel ipſo, qui curat, ad corporis totius vacuationem ſegniore: vel ipſo, qui laborat, pręmollitie eam non admittente:
C earũ phlegmone maior efficitur, ſic, vt ad ſuppurationẽ perueniat. Sed &, quæ Phymata quoq; græce appellant, memoratis carnibus, * ſicubi fluxio in eas procubuit, citra vlceris occaſionem accidunt. Vbi ergo diſtentæ vehementer glandulæ ſunt, aut alia deniq; particula quæuis, quam phlegmone premit, cogimur toto corpore prius vacuato ipſam ſcarificare. Sanè vacuamus totũ corpus (ſicut in libro de plenitudine monſtrauimus) non modo cũ in redundantię ſuccorum eſt habitu, ſed etiam cum mediocritatem ſuccorum continet, ſi morbi magnitudo ſuadeat. Siquidẽ dolor, & calor mẽmbri, * in quo phlegmone ſedet, etiã ſi purum ab excrementis totum corpus ſit, fluxionis cauſæ fiunt. Expedit igit̃ parcius id, hoc caſu facere: ac vacuare, prout maxime tum ętati laborantis, tum naturæ, congruere videbitur, ęſtimatis præterea tum anni tempore, tum regione, tum ęgrotantis ipſius cõſuetudine: de quibus ſępe iam in multis diximus ſic, vt, etiam ſi adhibita in ſermone non ſint, ſubaudire ea conueniat. Vbi vero phlegmones ipſe veluti feruor iam ſubſedit, mitigatoriis cataplaſmatis dimiſſis, ad ea, quę digerunt, paulatim eſt tranſeundum. Ac primum cum mitigatoriis paulum mellis miſcendum. Mox triticea farina in totum prorſus auferenda, contentis hordeacea cum melle vberiore. Deinde ad aliquod eiuſmodi digerentium medicamentorum eſt veniendum, quę vel humida conſiſtentia ſint, ſimiliter iis, quę in linamẽtis vel
D linteolis excipiuntur (Emmota græce vocant) vel cerati ſpecie. A duris autem abſtinẽdum eſt, qualia pleraq; emplaſtra ſunt: nã & phlegmonarũ reliquias contrahunt, & rurſus phlegmonen in ægra parte excitant. Quin, ſi pus aliquod notabile in ſuppurante particula ſit contentum, non expedit (quod nõ nulli faciunt) protinus incidere, immo exhalationem moliri medicamentis ad id valentibus, quorum vſus ex affectu ſit coniectatus: quippe, cum phlegmones naturę quicquã in mẽmbro * adhuc reſtat, acria medicamẽta magis iritãt, q̃ digerant. Cũ vero, quod ex phlegmone relinquitur, ſcirrhoſum effectum videtur, fidenter iam valentibus medicamẽtis vteris, ſed obſeruato bis in die, quem pręſtent effectum, primum mane, ſecũdo veſperi. Quòd ſi balneo quoq; vtatur, etiam in eo tempore fiat. Si qñ ergo ęgram partem medicamenti acrimonia iritatam videris ita, vt tumentior, aut rubicundior ſit, aut magis doleat, mitigabis eam interea fomẽto, quod per ſpongiam adminiſtrabis. Id autem aliqñ ex aqua dulci eſto, aliquãdo etiam ſal habente, vbi ſ. ſcirrhoſiores phlegmonę ſunt. Sin aliqñ puris copia medicamẽta ſuperet, nec ea videantur tibi totum digerere poſſe, † ſecare exitũ ei, quod digeſtioni non ceſſit, eo potiſſimũ loco oportet, quo eſt editiſſimum: quippe tenuiſſimam etiam illic inuenies cutim. Memineris præterea in ſectione & alterius indicãtionis, quæ ad efluxum pertinet: atq; ad ambo reſpiciens, ita, quod ſuppurauit, incide: ac deinceps medicamentum aliquod eorum, quę ſine morſu ſiccent, impone. Quòd ſi

..fi 472.c

† ἐπ' ἄκρον τὸ κῶλον

* κῶλον

* glandulis.

* μέρους

* μορίῳ

† τέμνειν χρὴ τὸ οὕτως ἀφιστάμενον, id. eſt quod ſic abſceſſit, ſecare.

computruiſſe portio aliqua ſuppurantis partis videbitur, excidi eam eſt neceſſe. Sanè quidam in E iis, quæ in axillis & inguinibus ſuppurãt, in myrtei folij ſpeciem ſemper excidi cutim iubent, q̃m in iis laxa ea naturaliter ſit, ideo q; omne, quod ipſi aduenit, prompte recipiẽs: † præterea ipſa ex leui occaſione phlegmonẽ facile contrahant.} At maximas aliqui ſectiones facere ſolent: quarũ occaſione particula, vbi ad cicatricem eſt perducta, non ſolum turpiſſima redditur, ſed etiã fit imbecillior, & quæ ſępe homini ad motus ſit in mora. Hæc igitur ipſi vitantes, ſæpiſſime certe ſola inciſione, & medicamẽtis valenter ſiccantibus, huiuſmodi affectus ſanauimus. Quòd ſi aliquando excidere aliquid propter multitudinem nõ puris modo, ſed etiam corruptarum partium, fuit opus, contenti eramus ſectione, quæ myrti folium imitatur, planè nõ magna. Cum autẽ in ea exciſione longitudo maior, q̃ latitudo, ſit, eſto in inguine longitudo p tranſuerſum ducta, non aũt per membri rectitudinẽ: quippe ita, cũ membrum inflectimus, naturaliter cutis ſibi applicatur. Poſt exciſam cutim, medicamento, quod Gręci Mannam vocant, affectam partem implebimus: eſt autem ea purgãmentum thuris, leui adſtrictione prædita, atq; hoc nomine etiam thure ipſo ad nõ nulla vtilior. Thus enim puris tm̃ mouendi facultatem obtinet, vtpote nullã adſtringendi vim habens: magis q; id facit, quod pinguius ex eo eſt, & magis albicãs: ſicuti etiam, quod flauũ ex eo magis eſt, validius ſiccat. Mannę vero, etiam corticis thuris paululum eſt admiſtum: vnde ſ. F adſtringendi vim habet. Ipſe vero cortex thuris tum adſtringit, tum ſiccat inſigniter. Itaq; etiam ad moderatiores ſanguinis perfuſiones eo vtimur ſolo: ſicut etiã ad valentiores ſolo vſto, ſed tunc & cribrato, & in molliſſimum puluerẽ redacto. Quin etiam mitigare prius inciſam partem (ſicut dictum eſt) quantum poſcere videbitur, oportet, fomẽtis primũ, dein cataplaſmate, mox humectante aliquo medicamento, aut non ſiccãte: ſingulis ſ. extrinſecus impoſitis. Nam in ipſo vlcere tum manna, vt dictum eſt: tũ ex pręſidiis, quę linteolis excipiuntur, primum ea, quæ pus citant: dein ea, quę expurgant, ſunt imponenda: poſt quæ, ſi cauitas etiamnũ ſit, quę impleant, adhibẽda ſunt: ſin minus, ea, quę cicatricem inducũt (gręce Synulωtica & Epulωtica vocant) veluti quod ex cadmia cõficitur. At, q̃m in horum quoq; vſu plurimis medicorũ non paruum quiddam peccatur, non ab re fuerit etiam de iis diſſerere. Tum nanq; ducere vlcus ad cicatricem incipiunt, ac idonea illi rei medicamẽta applicant, cum iam penitus ſit impletum, nec quicq̃ illi reſtat cauum. Hinc illis accidit, vt cicatrices efficiant circũpoſita cute magis eminentes. Quò igitur illi cuti ſint ęquales, conueniet id genus medicamentis vti prius, q̃ vlcus ad ęqualitatem prorſus ſit impletũ, impoſito ſuper ipſas vlceris oras ex ſpecilli mucrone medicamento aliquo ſicco ex iis, quæ in vlcerũ curatione retulimus: ſuper reliquum, linamento dato, quod aliquo medicamẽto ex iis, quæ G cicatricẽ inducant, & humida ſint conſiſtentia, fuerit imbutum. Cedente aũt proſpere curatione, etiam id amouebis: ac poſtea ſicco tantum medicamine vteris, lato ſpecilli mucrone {ex eo} ſup toto vlcere volutato. Foris autẽ ſuffecerit linamẽtum vel ſiccũ, vel ex vino madens: ac potiſſimũ quod ex mollibus ſit elychniis: cuiuſmodi Tarſenſia ſunt, q̃m hæc quoq; ad vlcera, quæ ſupercreſcant, ſubmittenda vim aliquam obtineant. Atque hæc ducente nos rerum ſocietate diximus.

† Ex antiqs ita vertendum, ex leui occaſione phlegmonẽ facile contrahat.

* ὑπόσησμα.

* ἐπιβροχῆς.

De Curatione ſingulorum Affectuum, qui ad Inflammationem excitandam concurrunt. CAP. 6.

NVnc ad ſermonem de phlegmone reuerſi dicamus communem omnium phlegmonarũ A. curationis indicãtionẽ eſſe vacuationem. Quę vero adhuc in generatione ſunt, in iis prior vacuatione eſt confluentis ad affectum locũ ſanguinis inhibitio. Inhibebitur is cõmode, ſi ipſam fluxionis cauſam inuenerimus. Sane ea duplex eſt: aliquando enim ex ipſa parte, quã phlegmone vexat, oritur: aliquando ex alia quapiam, aliis'ue. Ex ipſa, quoties aut calidior eſt facta, aut dolore (ſicuti ante diximus) vrgetur: non ex ipſa, quando vel ab alia quapiam, vel ab aliis, ſuperfluum illi tranſmittitur: vel etiam ex totius corporis affectu. Fit igitur calidior vel propter immodicum motum, vel aliquem ex Sole aut igni teporem, vel acre medicamentum. Dolore vero angitur & H propter intemperiem, & vulnus, & contuſionem, & diſtorſionem, & tenſionem, præterea obſtructionem quandam, & ſpiritum flatuoſum. Intemperies modo extrinſecus illi prouenit: modo ex ſuccis, qui in ipſo habentur corpore: Et extrinſecus, vel ab aliquo venenatorũ animalium: vel pharmaco, quod vehementer excalfaciat, aut refrigeret: etiam ex ambiente non nunquã: Ex ipſo vero laborantis corpore, cum id vitioſos ſuccos, qui facultate ſint diſſimili, cõgeſſit. His igit̃ omnibus æſtimatis, quæ phlegmonæ adhuc in generatione ſunt, earum cauſas prius abſcindes: quæ vero iam factæ ſunt, has vtiq; curabis ſolas. Ergo quid'nam medenti agendum ſit, ſi totum corpus male ſit affectum, & dicta prius tum in his non pauca ſunt, tum in libro de plenitudine: & nunc ſummas eorũ, quæ dicta ſunt, recenſebimus. Vbi enim æquabiliter inter ſe ſucci ſunt adaucti, id & Plethos & Plethoran Græci vocant: {nos plenitudinem, & ſuccorum redundantiam dixerimus.} Vbi vero vel flaua bili, vel nigra, vel pituita, vel ſeroſis humoribus refertum corpus iam fuerit, eum habitum Cacochymian (quaſi ſuccorum vitium dicas) non plethorã nominant.

Ergo plethora tum ſanguinis miſſione curatur, tum frequẽti balneo, tum exercitatione, tum frictione: præterea digerentibus medicamentis: & præter hæc omnia inedia: de quibus in iis, quæ de ſanitate tuenda ſunt prodita, dictum abunde eſt. Succorum vitium purgatione, quæ cuiq; ſuperanti

A peranti succo sit accommodata, corrigitur. Dictum porrò & de hac est in ea parte operis de sani-
tate tuenda, quæ de præcauendis morbis est instituta. Illinc igitur huc ea transferas, oportebit, ac
consideres, quo'nam ex ipsis vti maxime expediat. Siquidem, si iam febricitet æger, nec exercita
tione vacuare exuperantiam licet, nec vnctione, quæ excalfaciat: sed nec multa frictione, nec bal-
neo: immo sanguinis missione vnà cum inedia, vel purgatione aliqua. At, si non dum febricitat,
omnibus iam dictis vtare, optimum quodq; ad id, quod instat, deligens. Illud enim patere vel me
tacente arbitror, eum, cui crura phlegmone laborant, non esse vel ambulatione, vel cursu exerci-
tandum: sed nec stare illi esse iubendum: immo sedenti plurimum fricari, mox manuũ motu exer
citari illi est satius. At, sicui in supernis partibus cœperit pars aliqua phlegmone tentari, huic mo
tus ex inambulatione aut cursu est salutaris. Similiter & frictio his quidẽ ea potior est, quæ cruri-
bus adhibetur: illis, quæ in supernis partibus administratur: quippe præceptum in contrarium
reuulsionis, in omnibus talibus cõmune est. Neq; igitur, cum vel circa sedem, vel aliquam huic
vicinam partem initium phlegmones incidit, aluum deiicies: neque, cum in vesica, vel cole, vel
renibus est cœpta, pharmaca, quę vrinas prouocent, bibẽda dabis: nec, si mulieri in vtero, vel pu-
dendo insedit, menses huic prouocabis: sed ad partes, quæ maxime longinquæ sint, semp reuul-
B sionem facies, æstimata scilicet tum phlegmones magnitudine, tum corporis totius statu. Nam, si
plurima succorum abundantia sit, nec exercitatione, nec balneo sine periculo vtare: sin exigua
sit, licet, & per hæc vacues. Cæterum (quod dixi) hæc tum in ea parte operis de sanitate tuenda,
quæ morbos præcauet, sunt scripta: tum in libro, qui de plenitudine inscribitur: tum in iis, quæ
de phlebotomia, siue incidenda vena: tum, quæ de purgantium medicamentorum facultatibus
edidimus. Sed, quod ad commonefaciendum tantum de iis sit satis, nunc etiam abunde est di-
ctum. Itaq; ad propriam de phlegmone disputationem nunc est veniendum. In qua primum
merito verba faciemus de phlegmone, prout ab affectu partis, cui insidet, oritur: quippe satis cõ-
stat affectum illum principio tibi esse sanandum: mox, quicquid iam phlegmones est factum.
Porrò interim iisdem præsidiis ambo tolluntur: veluti cum ex flatulento spiritu & densitate par-
ticulæ dolor quispiam est ortus. Hoc enim casu eorum, quæ modice calefaciunt (quæ etiam Cha
lastica, id est relaxantia siue remittentia vocamus) vsus est commodus: vt qui pariter & cõniuen-
tia corporis laxet, & flatuosum spiritum tenuet, &, quod phlegmones iam cõflatum est, digerat.

Ad eundem modum, & si ex frigido dominante intemperies sit oborta: nam tunc quoq; calefa
ciendo non solum intemperantiæ, sed etiam phlegmonæ, vnà medeberis. Itidem, si calor vehe-
C mentior intemperiem fecit, refrigerantibus præsidiis ambo sistes: siquidem intemperantia con-
traria semper requirit: Vacuatur autem, quod impletum est, non modo medicamentis iis, quæ di
gerunt, sed etiam, quę adstringunt & refrigerant. Magis q; profectò ad incipientes phlegmonas
frigidis adstringentibus q;, quàm iis, quæ digerũt, est vtendum: atq; etiamnum magis, vbi cras-
sum, quod cõfluit, non est. Sed, si sanguis in particula, quam phlegmone prehendit, vehemẽter
est impactus, non est amplius repercutientibus vtẽdum: sed tum digerere est tempestiuum. Vbi
li.[illegible]6.t.3. .45 d autẽ ex animalis pũctu morsu'ue dolor incidit, duplex sedandi doloris ratio est, vel virus ipsum
vacuando: vel, quod dolorem excitat, alterando. Sanè vacues id eorum medicaminum ope, quę
vehementer attrahunt: alteres iis, quæ sunt contraria, id q; vel qualitatibus, vel tota substantia.
Monstratum nanque est in libris de medicamentis quædam esse totis substantiis inter se contra-
ria: quædam solis qualitatibus. Sed & illud indicatum ęque est, quod eorum, quæ contraria qua
litate sunt, methodus quæpiam sit: eorum, quæ tota substãtia sunt aduersa, methodus non sit, sed
omnia sint per experientiam inuenta. Tu igitur, quæcunq; methodo curandi explorentur, hinc
disces: quæ experientia tantũ deprehendit, ea in iis operibus, quibus de medicamentis agitur,
sunt collecta, vno, quod de facultate eorum inscribitur: altero, quod de compositione: & tertio,
D quod de facile parabilibus inscribitur. In quibus operibus ostendimus, quæ'nã ex sola experien-
tia: quæ'nam ex sola ratione: & quæ'nam ex ambabus, inuenta sint pharmaca. Ergo methodus,
quam hoc opere tradere institui, in doloribus vniuersis, qui vel ex animaliũ medicamẽtorum'ue
noxa excitantur, duplicem indicationem habet, nempe eius, quod dolorem creat, vacuationem,
atque alterationem. Vacuant id tum calfacientia omnia: tum quæ citra calefactionem vehemen-
ter trahunt, veluti & cucurbitulæ, & caua cornua quædam, quibus nõ nulli cucurbitularum vice
vtuntur. Sunt autem, & qui ore suo virus extrahunt, ægrę videlicet particulæ admoti, ipsam que
labiis complexi. Huc sanè pertinet & cauterium, & medicamenta, quæ cauteriis similiter escharã
efficiunt. Atque hæc omnia totam eius, quod infestat, substantiam exinaniunt. Alterum auxi-
liorum genus est eorum, quæ qualitatem per contraria alterant, scilicet exhibentibus nobis, si ve-
hementem calorem ęger vel in ipso demorso loco, vel in toto corpore sentiat, auxilia refrigeran-
tia: sin frigus sentiat, calefacientia. Docuimus autem vtraque in iis operibus, quæ de medicamẽtis
sunt scripta. At tales quidem omnis phlegmones communes medicationes sunt: variantur au-
tem pro laborãtium particularum ratione. Etenim id iam quoque ostensum est, vbi de vlcerum
curatione egimus: nec longo sermone est opus ei, qui meminerit eorum, quæ ibi sunt dicta, sed
sat erit paucis ea transcurrisse.

Indicationes tum ex Similaribus partibus, tum ex Inſtrumentariis, in Inflammationum curatione præberi. E
CAP. 7.

VNa itaque indicatio ex ipſis ſimilaribus accipitur partibus: altera ex inſtrumentariis. Et ea, quæ ex ſimilaribus ſumitur, modum calfaciendi, refrigerandi, ſiccandi, ac humectandi determinat: Quæ vero ex inſtrumentariis, tum locum ipſum, per quem vacuare oportet: tum vacuationis rationem: tum vero in ſimilis ſpeciei medicamentorum vſu ipſum pluris minoris'que modum. Ac de ſimilarium quidem partium indicatione ſupra, vbi de vlcerum curatione eſt tractatum, diximus: de inſtrumentaria vero hic agemus.

In Inflammationibus Vacuandi indicationem, indicationem Refrigerandi ſuperare, contra in Eryſipelatis. *CAP. 8.*

CVm enim phlegmone duplici ratione à natura receſſit, & ꝙ pars ipſa multo ſanguine ſit referta: & ꝙ eadem ſit calidior: vtiq; vacuationis indicatio refrigerationis indicationem vincit: cõtra ſcilicet, quàm in eryſipelate, in "illo nanq; refrigerationis indicatio magis vrget, quàm vacuationis. Quanquam vtriuſq; affectus curandi cõmune caput eſt infeſtãtis humoris vacuatio. Ideo q; poſt, quàm refrigeratũ eryſipelas eſt, ad ea, quæ digerunt, medicamenta cõuertimur. In phlegmone igitur † tantiſper eſt refrigerandum, quatenus & ad incrementũ eius ſiſtendum inhibendum q; eſt commodum. Etenim, cũ immoderatus calor dolorem excitet, atque etiam aliquid ad ęgram partem attrahat, vtroq; nomine augeſcere phlegmonẽ accidit. Ergo, quantũ refrigerationis phlegmonę, ceu calido morbo, congruit, tantum certe & incrementum eius inhibere eſt aptum. Idem parẽ gratiam præſtat, & cum repercutit id, quod affluit. Quod vero ex eo, quod in laborante membro cõtinetur, quidpiam in proximas partes repellit, hoc phlegmones iam genitæ medela eſt. Simili modo, & quæ modice excalfaciunt, vtrãq; interdum ratione proſunt, quoniam & dolorẽ ſedent, &, quod contentum in laborante particula eſt, digerãt: quippe dolorẽ mitigando, augeri phlegmonas vetant: digerendo, quod earum iam conceptum eſt, ſanant. F

A.lib. c.5.f.

† In antiqs codi. quibuſdam addit ζεούσης i. feruente.

Quatuor eſſe in totum Vacuationum genera, quæ ex Partium natura oriuntur. *CAP. 9.*

QVoniam igitur momentũ omne curationis laborantis phlegmone partis, in redundantis in ipſa ſanguinis vacuatione conſiſtit: vacuatio autem hoc genus affectorũ excogitata eſt duplex, aut tranſlato ad alias partes, qui in ægra cõtinebatur ſanguine, aut foris à corpore expulſo: ſatius profectò eſt vtraq; vti, obſeruantibus diligenter, nequa ex accidenti læſio ſequatur. Ergo, cum gemina ſit dictarum vacuationũ vtraq;, quadruplex in vniuerſum naſcitur vacuantium auxiliorũ genus. Trãslationis enim ſanguinis ad alias partes alterũ genus eſt, vbi ipſa pars, quæ phlegmone laborat, ſanguinem abigit: alterum cum eæ, quæ integræ ſunt, ad ſe trahũt: Eius autẽ, quæ extra corpus educit, alterũ ſenſibilibus effluxibus: alterũ ratione tm̃ contemplabilibus perficitur. Atq; id, quod ſenſibilibus effluxibus peragitur, aliàs per ipſam fit partem, in qua phlegmone reſidet: aliàs † per ea, quæ vnà cum hac aperiuntur. Proinde etiam diſſectionũ notitia ad eiuſmodi conſortium intelligẽdum eſt opus. Ergo tum hæ indicationes phlegmonarũ curationẽ immutantes à partium natura præſtantur: tum ſupra has, quæ tum ex poſitu, tum figuratione ſumunt: quas nimirũ laborans locus, quà inſtrumentalis, non quà ſimilaris eſt, indicat. G

† διὰ τῶν συναναστομουμένων αὐτῷ.

De reliquis Indicationibus Similarium & Inſtrumentalium partium communibus. *CAP. 10.*

SVnt etiam aliæ, quæ tum inſtrumentalium tum ſimilarium communes ſunt: ſicuti cũ actionem earũ inſpicimus: præterea an rara pars ſit, an denſa: an acuti ſenſus, an hebetis †. Ad quæ omnia intentum eſſe oportet, qui recte curare ſtudet.

† Addendũ ἢ ἀναίσθητον, id eſt, an ſenſu careat

Ratio Reuellendi, Deriuandi, ac omnino Vacuandi Inflammatas partes, iecinoris exemplo. *CAP. 11.*

QVoniam vero (vt ſemper teſtati ſumus) non ſatis eſt ipſa tantum vniuerſalia nouiſſe, niſi quis etiam in particularibus ſe exerceat, ita vtiq; & nos nunc faciamus, non tñ omnia particularia percurrentes, ſed ea tantum, quæ nobis ſatis eſſe lectori videbũtur. Proponatur itaque iecur iam phlegmonen contrahere incipere: tum, quæ'nam mali eius commodiſſima ſit curatio, quæratur. Omnium ergo primum ab iis, quæ retuli incipiens, an "totum corpus inanitione indigeat, cõſiderabis. Quod ſi indigere inueneris, mox ægri virtutem æſtimabis, poſſit'ne ſemel iuſtam vacuationem tolerare. Primum ergo valida eſto. Ab hac æſtimabis ætatem. Nam, ſi puer ſit, quæ per diſſectam venam fit (vt ſupra eſt monſtratum) vacuationem non feret: verum, cum pubertatem attigerint, iam pueri miſſionem ſanguinis tolerant. Ergo pariter tum reuellendus, tũ educendus, qui ad iecur fluit, ſanguis eſt, interna in dextro cubito inſecta vena propterea, ꝙ & è regione, & ampla via cũ vena, quæ caua dicitur, ſocietatẽ habet: hac non apparente, media ſecanda eſt: quod ſi nec ea ſe oſtenderit, reliqua ac tertia eſt incidenda. Modum vero vacuationis tum ex redundantiæ modo, tum ex reliquis, quæ in ſuperioribus diximus, inuenies, ętate, natura, tempore anni, regione, & conſuetudine: tum ante hæc, ipſa laborantis virtute. Hæc enim in omnibus ſunt cõmunia. Illud vero, interna'ne, an media, an humeralis vena, ſecanda ſit, an ea quę iuxta malleolum eſt, an quæ in poplite, id vero ex laborante particula indicatur. Ac definitũ iam eſt in iis, quæ de incidẽda vena ſcripſimus, de vacuationibus id genus omnibus: dicetur q; nunc, quantum ſit ad rem propoſitã opportunum: primum q; hoc ipſum, Non eſſe ſcilicet ſolum illud

H

A.l.f.14. c.1 ol.

κατ' εὐθύ, i. e directo.

ſatis,

A satis, quod vacuandum sit, inuenisse: veluti sentiunt, qui amethodon sectam colunt: quibus nulla de laborantium locorum differentia habetur ratio. Non enim ratio solũ, verũ etiam vius ipse indicat aliam alij parti vacuationem congruere. Siquidem ex iis, quibus oculi tentari phlegmone cœperant, non nullos sola purgatione per aluum, vno die sanatos vidisti. Quam rem siquis facere in iecinore, cũ phlegmone laborare incipit, tentet, maximam excitabit phlegmonẽ, æque vt, si, cum renes aut vesica phlegmone tentari cœperint, quæ vrinas cient, medicamenta exhibeat: aut, si cũ vterus phlegmone laborat, menses deuocet: siquidẽ longissime † à tẽtata fluxione parte, } quod redundat, reuellere, nequaq̃ ad eam trahere cõuenit. Hac itaq; ratione, nec si ventriculum aut intestina phlegmone occupare iam cœperit, medicamine, quod aluum deiiciat, vti conueniat. Eandem cum his indicationem & vterus sortitur, sicuti cum vrinæ vasis, pudenda. At vomitu vti pudibundis laborantibus, {in diuersa} reuellens auxiliũ est, Græci Antispasticon vocant. Eãdem ratione in omnibus, quæ circa caput accidunt, medicamentum, quod aluum deiicit, ad contrariũ auertit. Siqua vero circa fauces, & palatum, aut linguam, aut denique in ore, phlegmone laborare incipiant, in his omnibus cauenda sunt, quæ pituitam per os euocant, Apophlegmatismus vocant: quippe cum id simile sit, ac si deiicere aluum intestinis ægrotantibus velis: aut vrinas mo

† A parte, quæ fluxione tentatur incipiat.

Interpretis verba.

B uere, cum renibus aut vesicæ sit ægre: aut vomitum lacessere, cum partes stomachi sint afflictæ.

Satius igitur sit, vbi partes, quæ in ore sunt, phlegmonen accersere incipian, deriuare ad nares. Pari modo venam quoq;, vbi hæ partes sic laborant, incidere humeralem in manu: si ea non cernitur, mediã: Vbi iecur, pectus, pulmo, aut cor sic afficiuntur, internam: In angina, quam synanchen græce vocant, primas in manibus: secundas eas, quæ sub lingua habentur: At iis, quæ in occipite sunt, afflictis, etiam eã, quę in cubito est, nec nõ eam, quæ habetur in fronte: Renibus vero, & vesica, & pudendo, & vtero sic habentibus, eas, quæ in cruribus sunt sitæ, ac potissimum, quæ circa poplitem sunt: sin minus, eas, quæ iuxta malleolos: Ac perpetuo quidẽ in omnibus eã, quæ è directo est: vbi iecur phlegmone inuadit, quæ in dextra sunt manu: vbi lienem, cõtra. Itaq; statim prima vacuationis diuersitas pro particularum diuersitate variatur: constat q; communẽ indicationem non magis esse vtilitatis, q̃ noxæ, causam. Siquidem, ꝙ vacuandum sit, id communis indicatio est: vnde autem, aut quomodo, vacuatio sit facienda, id ęger ipse docet locus. Ad eundẽ nanq; modum, vbi pectus, aut vẽtriculus, aut partes circa collum caput ue, phlegmone laborãt, excogitatum est artus vincire. Quippe ipsum, quod phlegmone infestatur, vinciendum non est: sed, si in manibus phlegmone est orta, crura: sin in cruribus, manus.

C *Ratio Refrigerandi ac Adstringendi inter initia Inflammatas partes.* CAP. 12.

SEd nec refrigerare inter initia, aut adstringere, citra laborantis particulæ indicationem, vtilitatis magis, q̃ noxæ, sunt causæ. Nam in particulis, quæ circa artus sunt, sat fuerit etiam spongiam vel ex frigida aqua, cui paululum aceti sit immistum, vel ex aqua sola madentẽ, imponere: sicut etiam ex vino aliquo austero: In iecinore vero, si phlegmone laborare cœpit, nemo compos rationis his vtatur: imo, nec si melino infundas, aut myrteo, aut mastichino, aut nardino, aut lentiscino, aut aliquo oleo, quod adstringat: aut etiam alio quopiam, cui absinthium sit incoctum, ne horum quidem vllum conueniet frigidũ, sicut nec vllum cataplasma frigidum. Sed, si mala præcipue cotonea vino incoquẽs, cataplasma ex eo præparaueris, si iecur phlegmone laborare adhuc incipiat, ne id quidem admouebis frigidum: veluti nec oleum, vt dictum est, præparatũ, vel oculis, vel oris partibus, sicubi hæc tentari phlegmone incipiant. Auri vero, etiam si acetum cũ rosaceo infundas, nil offendes. At non est hoc oculis phlegmone laborantibus vtile, veluti nec medicamen, quod ex moris conficitur, aut aliud quippiam eorum, quæ Stomatica græce dicũtur: sunt enim eiusmodi omnia oculis tristia, quanquam genere sunt ex iis, quæ indicentur. Glandulis vero phlegmone tentari incipientibus, sæpe solum oleum calens sat fuit.

D *Quid differat Victus ratio, Iecinore, aut Ventriculo, & Glandulis, ac Artuum partibus inflammatis.* CAP. 13.

SEd & reliquus victus ordinandus iis, quibus glandulæ aut etiã aliquid circa artus phlegmone tentatur, vnam tantum indicationem habet, quæ tot ac talia exhiberi iubet, quot & qualia facillime cõcoquentur. Nec quicq̃ refert, alicam, an ptisanam, an mulsam, an punicum, an malũ, an tale quippiã exhibeas. At, si iecur phlegmone infestatur, exquisitissimo victu est opus: æque profecto, & si vẽtriculus sic laborat. Quippe munus eorum toti animali est commune: accedit q; omnibus animalis partibus maximum incommodum, siue non probe concoctũ alimentum sit, siue non rite in sanguinem conuersum. Artuum vero partes tm̃ alimenti capiunt, quanto sunt nutriendę. Quo fit, vt, siue ex malo, quod probe in ventriculo sit concoctũ, alimẽtum ad eas perueniat, siue ex alica, siue ex ptisana, non multum interfit. In iecinore vero quantum referat nutrimentorum differentia, tum ꝙ maximam in vtranq; partem vim habeat, hinc discas, licet.

Quæ Nutrimenta medicamenta ue assumpta Iecinoris inflammationi conueniant. CAP. 14.

NAm expelli e iecinore oportet, quicquid in eo tũ amaræ bilis, tũ saniei, quæ ex phlegmone prouenit, est collectum. Id vero fieri nequit, nisi & vasa, quæ sunt in viscere, detergeantur, & meatus, qui ad ieiunũ ptinet, sit apertus. Ergo alica, cũ & huic inhæreat, & vasa, quæ in viscere

ſunt condita, obſtruat, præcipue q; eorum ora, & bilem in inteſtinum deſcendere, & alimentũ in E totũ corpus digeri prohibet. Poſcit ergo tum iecur ipſum, tum os meatus, qui bilem tranſmittit, cibos & pharmaca, quæ obſtructa recludant. Talia vero omnia ſunt, lenta quidem minime, ſed tenui cõſiſtentia, & qualitate mordente. At vero ab his, vtpote mordentibus, phlegmonæ irritanť. Quare, quæ citra morſum ea detergeãt, indigemus, cuiuſmodi ſ. mulſa eſt. At nouimus dulcibus omnibus tum iecur tum lienẽ maxime intumeſcere. Superſunt igitur, quæ culpa vacant, vt in cibis ptiſſana: quippe quę ſine morſu deterget, vt in pharmacis oxymeli aqua miſtum. Nam & punicum, & malũ, & cętera, quæ adſtringunt, dum bilis meatus os arctant, bilem ipſam excerni prohibent: atq; inde iecinoris phlegmonis ſunt incommoda, prę ſertim iis, quæ in cauo viſceris conſiſtunt: quibus ad anguſtias, quas facit ipſa phlegmone, etiã ea, quę ex adſtringentibus & lentis fit cibis, accedit. Ac, quę mordent, ea phlegmonas ipſas, quę in cauo ſunt viſceris, magis irritant. quippe iis, quę in gibbis eius cõſiſtunt, mutata iam veniũt ea, quæ aſſumpta ſunt, ita, vt nec, quæ adſtrictoria ſunt, ſimiliter adhuc adſtringãt: nec, quod mordens eſt, ſimiliter mordeat: nec, quod propter lentorem in anguſtis vaſis hærebat, ſimiliter etiamnum maneat lentum. Eſt autẽ his occaſio mutationis duplex, & ꝙ prius ſunt concocta: & ꝙ ſanguini, qui in iecinore prius erat, ſunt admiſta. Cauo autem iecinoris phlegmone obſeſſo, protinus etiã venas, quæ in meſenterio ſunt, F vnà phlegmone laborare eſt neceſſe, quando ex ea, quę ad portam pertinet, omnes ſint ortæ: protinus etiam, quæcunque oſculis earum incidunt, vim ſuam oſtendunt.

Aduerſus Attalum Methodicum, qui Theagenem Cynicum inflammatione Iecinoris laborantem relaxantibus cataplaſmatis enecauit. CAP. 15.

AN tibi ad cõmunem phlegmones curationem parua ex particulis ipſis accedere differentia videtur? Mihi ſanè maxima videtur: quãuis ij, qui Theſſali ſtupiditatẽ æmulantur, cõmunem indicationem ſolam ſatiſfacere putẽt. Placet autem nunc ad memoriam reuocare tibi egregiam eorum curationem, quã Theageni philoſopho Cynico adhibuerunt: ſiquidẽ hanc norunt plurimi propter viri famã, vt qui publice diſputare in Traiani circõ* quotidie ſit ſolitus. Erat, qui hominem curabat, vnus ex Sorani diſcipulis, nomine Attalus. Is impoſuit quotidie iecinori cataplaſma ex pane & melle, haud intelligens viſcus hoc mediocriter adſtringi debere propterea, ꝙ animalibus "altricis facultatis principiũ ſit, & venoſum ab hoc oriatur genus. Ita igitur viſcus curauit, ſicut bubonas, meris ſ. & ſolis relaxantibus vtens, cataplaſma ex pane & melle imponens: ac prius oleo calente perfundens: tum ſorbitione ex alica cibans. Hæc nanq; tria fermè omnibus nunc amethodis iſtis Theſſaliis ad acutorũ curationem ſufficiunt. Viſum autẽ eſt mihi ſeorſum G Attalum monere, vt adſtringens aliquid admiſceret, nec nudis vteretur relaxantibus. Ac de viſceris quidem natura nihil eram homini dicturus (id enim fuiſſet planè aſino fabulam narrare) ſed, quod me perſuaſurum homini arbitrabar, & cui omnes homines facillime aſſentire video, id tm̃ expoſui, nempe longam experientiam medicos docuiſſe, vt iecur miſta medicamentorum materia curarent: eam autem ſcriptam inuenturum in iis medicorum libris, qui ſint de medendi ratione conſcripti. Si ergo, inquam, tibi videtur, miſce aliquid de abſinthij coma diligenter tunſa, cataplaſmati: oleo vero, totius herbę aliquid, modice id, quemadmodum alios cernis in illo incoquentes. Cataplaſmati vero Myrobalani pieſma, & irim, & iunci florem, aut narditidos herbę radicem, aut cyperi miſcebis: non inutile ſit & ex vino ea aliquando præparare, ac miſcere interim etiam de fęce ipſa: quin etiam aliquid adſtringentium incoquere malorum, cuiuſmodi cotonea ſunt, & quę vocantur ſtruthia, prętere a, quę Romę abundant, vocata ceſtiana. Oleum vero (nam id quoq; video miſcere te) non quodlibet eſto, ſed vel hiſpanum, vel hiſtricum, vel crudum, vel lentiſcinum, vel myrteum, vel melinum, vel nardinum vnguentum. Porrò aliam materiam plurimam eſſe dixi eorum, quæ incoquere liceret: nam & lentiſci tenera germina, & myrti, & rubi, & vitis prę ſertim ſylueſtris, à qua œnanthen vocatam decerpimus. Non alienum etiam ſit & atticũ H hyſſopum* tum cataplaſmati, tum etiam ceratis miſcere: nam & cerata quæpiam illi ex eiuſmodi materia imponere poſt cataplaſma ſuaſi. Et apponere illi tentabam vniuerſam deinceps curationem, quò ſcilicet etiam, quę à medicis gręce Epithemata vocãtur, ex miſta materia componeret. Nam melius, inquam, eſt ſublato cataplaſmate aliquid ſuper viſcus eſſe. Attalus vero ſermonem meum interpellans, Niſi multum (inquit) tibi tribuerem, nihil horum toleraſſem: nam, in quibus ſuperiores medici paſſi naufragia ſunt prius, q̃ vera medicina inuenta à noſtris eſſet, ea mihi veluti ignaro ſuades. Cęterum tres (inquit) aut quatuor dies ſine me Theageni ex mea ſententia proſpicere, & ſanum eum penitus conſpicies. Sed quid, inquam, ſi, cum ſubito pauci & hi lenti apparuerint ſudores, moriatur, recordaberis'ne, quę promiſeris, ac de cętero ſententiã mutabis? Atq; Attalus poſt hęc abiit irridens, nec quicq̃ prętere a reſpondens, ſic, vt neq; de alica quicq̃ me conſulere permitteret: ſed nec quòd ex iis, quę vrinas cient, miſcere aquę paulo poſt oporteret, ꝙ ſcilicet iecinoris gibba eſſent afflicta. Nam, ſicuti iecinoris cauum per aluum purgatur, ceu paulo ſupra diximus, ſic gibba eius per ea, quę modice urinas mouent, cuius generis eſt apium. Procedente autem tempore, ubi phlegmone iam concoquitur, etiam ualentioribus uti licet, aſſaro, & celtica nardo, & phu quod uocant, & petroſelino, & ſmyrnio, & meo: ſicut etiam per uentrem uacuare,

Marginal notes:
* γυμνασίῳ.
A. li. 1. f. 15. c. 1. fol. 9
* œſypũ, legũt antiqui codi.

A vacuare, si cauum afficitur, cnico cibis admisto, & vrtica, & mercuriali, & epithymo, & filicula: omnibus præterea, quę modice aluum deiiciũt. Magis q́ȝ in remissionibus tum his ipsis audacius ꝙ ante vtendum, tum vero quę his sunt valentiora, partim in ptisana incoctis, partim tunsis, ac in mollissimum puluerem redactis: exhibenda vero & hęc sunt vel ex ptisana, vel ex aqua. Ego nanq; etiam filiculæ aliquid in ptisana aliquando incoxi, & nigri veratri corticem. Etiam clystere vacuare eos conueniet, inter initia vel sale, vel nitro, vel aphronitro aquæ mulsæ admisto, contentis: in remissione vero, potissimum q́ȝ siquid scirrhosum relictum e phlegmone est, etiam valentiora medicamenta miscẽtibus: quippe hyssopum eo casu aquę incoquimus, & origanum, & colocynthida, & minus centaurium. Opportunissima nanque ad scirrhum sunt iecur & lienis, † siue quis parum habita de his ratione, glutinoso cibo vtatur, sicut Attalus, qui Theageni quotidie alicam exhibuit: siue nihil offerat, } quod tum obstructiones eximat, tum detergeat. Verũ, quod contigit Theageni, vel potius Attalo, dici est tempus. Vt enim promiserat post tres dies daturum se hominem à iecinoris phlegmone liberatum, tum magis, ꝙ prius, calente oleo viscus plurimum perfudit: tum cataplasmate frequentius est vsus, hac diligentia fœlicius sibi curationẽ cessuram sperans: respondit q́ȝ percontantibus de Theagene gloriabundus, meliora. Ceterum contigit, prout ipse prędixeram, subito hominem mori. Et, quod omnium maxime dignũ risu fuit, ducebat Attalus secum ex iis, qui de hominis statu rogassent, quosdam, quibus ostenderet adeo recte eum se habere, vt iam esset lauandus: lętus q́ȝ cum multis ingressus est domum, in qua iacebat: cum Theagenem mortuum quidam ex amicis, qui & Cynici quidam erant, & alioqui philosophi, lauare ex more pararent. Itaque etiam vsq; ad mortuum accedere, id q́ȝ vnà cum spectatorum cœtu Attalo contigit: vtpote cum nemo intus lugeret. Nam Theageni nec seruus erat, nec puer, nec mulier, sed cum eo soli amici philosophantes versabantur: qui iusta quidem mortuorũ, citra tamen omnem luctum obibant. Atque hanc laudem Thessalius asinus inter multos spectatores est consecutus, ostendens explicatum à phlegmone hominem intra quatuor (vt pollicitus est) dies. Reliqui vero methodici, cum innumeros quotidie iugulent, adeo rationẽ curandi mutare adhuc nolunt, vt, quę à medicis sunt scripta, qui artis operibus vere insudarunt, ne vel semel experiri velint: adeo indelebile vitium vehemens ignorantia est, presertim si cũ superbia sit coniuncta. Eiusmodi igitur in omnibus sunt Thessali sectatores.

* Polypodio

Non nulla quidem exẽplaria græca habent, vt Linacer vertit: impressa autẽ hoc modo. † Si qs ips[...] neglexerit, vt [...] tinoso cibo [...]sus fuerit, [...] Attal⁹, q Th[...]geni quot[...] alicam ex[...] bat, ac nih[...] ferebat.

Qua ratione Viscera quædam facile Scirrhosis affectibus corripiantur: ac de ea, quæ à Pa[...]ulis præbetur, Indicatione. *CAP. 16.*

C NObis autem vitandi eiusmodi errores sunt: ac, si nihil aliud suppetat, saltem ipsi experiẽtię credendum. Id quod ipse perpetuo suadere non desino iis, qui circa rationem parum sunt exercitati. Nam melius profectò iis est, qñ & rudes sunt, & simul in rationabili methodo, quam nos nunc prodimus, minime exercitati, vt nihil penitus ex ratiócinando accipiant. Quippe *iecinoris substantia scirrhis maxime opportuna est, vtpote quę naturaliter lutosum quippiam continet, veluti medicus quidam nostri temporis per iocum dixit. Lienis vero rarior substantia, ꝙ iecinoris est, ceterum crebrius scirrhosis vitiis affligitur, propter nutrimenti, quo vtitur, speciem. Monstratũ nanq; est, ꝙ crasso nutritur sanguine, qui veluti limus purioris est, facillime q́ȝ nigra bilis efficitur: ideo q́ȝ etiam ipsum, melancholicum {siue atrum} appellamus excremẽtum. Atq; hæc duo viscera scirrhosis tumoribus tentari, vel experientia ipsa clare indicat. Renes vero, ꝙ cõditi sunt, tactum effugiunt: ceterum hos quoq; facile scirrhis deprehendi ratio docet, atque idcirco nephritidas † alias facile solubiles, alias ægre solubiles esse: } cum renes, ambo habeant, quæ in viscerum vtroq; prędicta sunt inesse, tum substantię qualitatem, tum excrementorũ, quæ per eos dilabuntur, uitiũ. Quo fit, ut, qui crassi succi cibis uescãtur, calculi uitio corripiãtur. Ergo, quãto trium horũ uiscerum scirrhosi affectus difficilius curantur, tanto magis esse solicitos oportet, D nequis in hos incidat. Maxime autẽ (ut dictũ est) incidunt, qui ipsis phlegmone uexatis, iis cibis utuntur, qui crassos lentos q́ȝ succos efficiãt. Quin etiam eiusmodi affectuum medicamina inter omnes conuenit ea esse, quę dissecent, & dissoluant, & frangant: quæ utiq; ex eorum sunt genere, quæ obstructiones eruunt & detergent, ceterum uiribus ualentiora. Horum non solum materiam, sed etiam facultatem in opere de simplicibus medicamentis exposuimus. Itaq; etiam breuior nunc ero, contentus generali facultate, & sola methodo, cum paucis exemplis. Nam, cum & facultatum materiam iam habeas pręparatam: &, quæ curationem unà coindicent, sint prædicta: nihil nunc aliud superest, nisi ut proprias cuiusq; morbi indicationes commemorem. Coindicantia igitur uoco uirtutem, naturam, ætatem, anni tempus, regionem, & consuetudinem, & siqua sunt id genus alia. Proinde de ea, quæ à particulis sumitur, indicatione deinceps dicam, initio ab ea, quę à iecinore sumitur, sumpto. Quippe, ubi id phlegmone laborat, quæ extrinsecus applicantur, ea mistæ esse facultatis debere postulat, id q́ȝ non in generatione phlegmones modo, (est enim id omniũ phlegmonarum cõmune: qñ etiam, siquis repellentibus tantũ illo tẽpore utatur, non peccet) sed etiã cum nec affluat amplius quicq̃, nec repelli, quod in laborante particula continetur, possit. Accidit enim hoc quoq; multis de causis. Sanè in principio tum parum est, quod affluit: tum magna ex parte tenuius: tum partis ipsius, quę recipit, uirtus non nunquã ualentior,

*f.14.t.5. fol.315.e

* ἀναλογισμῶν.

† Græci codices legũt, τὰς μὲν ἀλύτους παντάπασιν εἶναι, τὰς δὲ πάνυ δυσλύτους, i. alias oĩno insolubiles, alias ægre admodum solubiles.

vtpote non dum laxata: tum quod in afflicta continetur parte, nõ dum violenter impactum. At, E cum phlegmone in vigore suo iam consistit, tum multus in ea sanguis continetur, is'que crassior subinde, ac vehemẽter impactus: tum virtus partis iam est debilior: quam alioqui valentẽ requirimus, quò scilicet à se superuacua amoliatur: quandoquidem haud satis potens est adstringentiũ præsidiorum vis, quæ sola totum efficiat. Quippe potest hæc cogendis ac cõstringendis, & veluti densandis, & exprimendis corporibus, quæ tenuiora consistentia sunt, ad circumpositas partes expellere: ceterũ, nisi etiã laborantis particulæ virtus aliquid auxilietᷣ, nihil adeo magnũ efficiat.

Tunc igitᷣ, quæ à phlegmone sumatᷣ, vna dũtaxat agendorũ est indicatio: hanc græce Diaphoresin vocãt (latine digestionẽ euaporationẽ ue dixeris:) hæc humorẽ, qui in phlegmone obsessa parte cõtinetur, ꝑ meatus insensibiles educit. Quæ vero ab ipsa sumitur parte, ea in diuersam nos partẽ trahit, scilicet robur eius seruari iubens. Coeuntibus igitᷣ vnà cõtrariis indicationibus, compositũ quoq; esse medicamentũ oportet. At, femur si phlegmone laboret, aut tibia, aut cubitus, aut brachiũ, aut, qui in his sunt, adenes, causa nõ est, cur horum robori consulas. Hęc tibi communis indicãtio sit in omnibus iis partibus, quarum munus eiusmodi est, vt toti corpori sit ex vsu.

Vnde Similia dissimilia'ue Medicamenta, Maioris quoque ac minoris ratio, & Locus vacuationi aptus, indicentur. CAP. 17. F

ERgo nec lienem tantum relaxantibus curare oportet, cum hic quoque ex iecinore, quicquid limosum & melancholicũ est, expurget, propterea scilicet, ꝙ ex eo humore nutritur. Idcirco, quoties obstructio quædam in eum incidit, aut phlegmone, potissimum cũ scirrhosa sit, tum ea, quæ obstructiones eximant, tum quæ dissecent, vehementiora exigit. Nam, quale medicamentũ iecinori est absinthium, tale est lieni capparis cortex: quale rursus iecinori, quod vocant eupatorium, tale est lieni scolopendriũ. Siquidem similia genere medicamenta, ambo viscera postulant: cęterum tanto valentiora lien, quanto crassiore vtitur alimento. Scirrho igitur laborãtibus ipsis conuenientia nutrimenta sunt genere quidem eadem, sed maioris minoris'q; ratione differentia. Itaq;, & si capparis ex oxymelite edatur, vtilis sanè est vtriq; visceri, cæterum nec ipsa pari modo nec similiter mistum habens oxymeli: nam & ipsa copiosior, & ex minus diluto oxymelite lieni erit vtilior. Atq; hęc differẽtia est, quę ex maioris minoris'q; ratione accepta est. At similium genere, vel specie, aut quomodocunq; dixisse libet, pręsidiorum, ex actione & * compõsitione indicatio sumpta est. A societate vero cum vicinis partibus, quod idem cum situ est, illa capiuntur, ꝙ gibba iecinoris per renes expurgari oporteat: caua vero per inferiorem ventrem. In liene vero alteram duntaxat esse superflui vacuationem: cum, quę per renes agatur, nulla huic visceri vacuando via pateat. Proinde, vbi phlegmone premitur, deiectoriis id medicamẽtis tum detergemus, G tum lacessimus, quò dimittat relaxet'q; suꝑuacua. Sanè duplex ratio est eiusmodi medicamẽtorum vsus. Cum partes superius positæ laborant, per ea, quæ eduntur ac bibuntur: cum " inferiores, per id, quod fit per clysterem infusum. Quandoquidem, quæ eduntur ac bibuntur, eorum vis ante, ꝗ̃ ad inferiores partes perueniat, resoluitur: quę infusa sunt, ea oĩno ad ieiunum vsq; ascendere non possunt: immo, etiam si admodũ nitaris, fortasse tenue tm̃ intestinum cõtingant. Ergo illud quoq; ex partium positura didicimus, nempe inferioribus intestinorum aliquid esse per clysterem infundendum: superioribus vero, atque etiam ipsi ventriculo, lieni, & stomacho, superne aliquid exhibendum. Voco hoc loco stomachum, gulam, quam proprie Gręci stomachũ appellant: non nunq̃ enim ita etiam vocant os ventriculi: veluti cum stomachice † anima linqui} aliquos dicunt. Verũ gulæ, quę proprie vocatᷣ stomachus, cataplasmata super spinam dorsi imponimus: † non autem ad pectus idem facimus, cum os ventriculi phlegmone vrgetur, siquidem spinæ gula superiacet, per collum & pectus deorsum vsq; ad ventriculum porrecta.

* διαπλάσεως, i. conformatione.

†{ συγκόπτεσθαι, i. syncope corripi.}

† *Non autẽ in parte anteriore, quemadmodũ cũ os &c.*

A.l.3.f.1:2. c.6.fol.3.f

Quo pacto differentia Remedia indicet laborans Locus. CAP. 18.

NEq; igitur hęc nouere, qui Thessalum imitantur, ideo ꝙ oẽs vna ratione curant: neq; vtiq; H illud, ꝙ omne membrum phlegmonẽ laborans, nisi cutim sibi circũdatam habeat spissam, tenuis saniei foras aliquid dimittit, ac laxat. Eo fit, vt ex iis, quæ in ore, & naso, & faucibus, & stomacho, & intestinis, & ventriculo, & visceribus omnibus sunt, aliquid foras effluat. Ad eundem modum etiam ex interna facie pectoris, cum phlegmone premitur, excernitur aliqua sanies. Quemadmodum igitur lienis ipse, & iecinoris caua per intestina: gibba vero iecinoris, & renes, per vrinas purgantur: ita pectus, vbi interna eius phlegmone tentantur, per membranam, qua tegitur (Hypezωcota vocant) aliquid in mediũ sui pulmonum'q; spatium transmittit: id autẽ expurgari per eandẽ, qua pulmo, viam debebit. Dabimus igitur iis, qui sic laborant, medicamenta, quibus tenuatoria sit vis, quibus & vię aperiantur, &, quæ deferenda per eas sunt, dissecentur {ac dissipẽtur:} pręsertim cum vel crassę consistentiæ sunt, vel glutinosę, qualia in iis sunt, quos empyos vocant. Deligẽda tamen ex iis sunt, (quãdiu adhuc phlegmone inualescit,) quę mediocria sunt: cum vero planè iam decreuit, aut penitus cessauit, & educi excrementa postulant, quæ valentiora sunt. Ergo mediocre in hoc genere est tum ptissanę cremor, tum mulsa: valentius autẽ & vrticæ semen, & mulsa, in quam coniectum fuit paululum aliquid acrium herbarum, quales sunt origanum, & hyssopũ, & calaminthe, & pulegium, & illyricę ireos radix. Quòd si vel plus horum

A horum admisceas, vel irin in mollissimũ puluerem tunsam cribratam q; in mulsam immittas maxime incidens medicamen habebis. Ad eundẽ modum & quod ex marrubio conficitur, oxymeli, alia q; eiusmodi valenter crassiora excrementa, quæ in pectore & pulmone continentur, incidere possunt. Omnium eorum copiam inuenies in operibus ijs, quæ de medicamentis edidimus.

Differre Curationem Inflammationum, quæ in summo & in profundo sunt corpore: ac de Reuulsione pro ratione partium Laborantium. CAP. 19

NOn solum aũt iam dictam remediorum differentiam ex laborãte loco didicimus, sed etiam illud, qđ, quæ in summo corporis phlegmone laborãt, ea proprijs phlegmones remedijs curentur: quæ in alto sunt corpore, si cum his aliquid acrium medicamentorum sit immistum, resoluuntur enim eorum vires, dum alte descendunt. Hac ratione & cucurbitula (strenuum planè auxilium) est inuenta, tum vt foras euocentur, quæ sunt in alto: tum vt eximantur atq; eruantur, quę iam in scirrhum abeunt. Verum vtendum cucurbita in ipsa parte, quæ phlegmone vrgetur, inter initia non est, immo postea, qđ totum corpus vacuaueris, ac necessarium sit, eorum, quæ in inflammata parte continentur, aliquid educas atq; eruas, aut etiam foras versus attrahas. Gene-
B randis autem adhuc vitijs, minime ipsis membris, quæ laborare incipiunt, sed ijs, quæ continuata his sunt, cucurbita imponi debebit, auellendi in contrarium causa. Sic nanq; ad mãmillas cucurbitam imponimus, cum sanguis ex vtero profluit, defixo maxime in ipsis cõmunibus pectoris & vteri vasis, eius ore. Sic, si ex naribus sanguis profunditur, præcordijs maximas cucurbitas affigimus. Sic & omne aliud sanguinis profluuiũ ad contrarium per cões venas auertimus. Quemadmodum rursum & sanguinem (si ita est opus) attrahimus: siquidem cum menses euocare in animo est, in pube & inguine cucurbitam figimus. Præterea cucurbita in occipite defixa efficax est remedium ad oculorum fluxiones. Vacuari tamen prius totum corpus expedit: nam, si † refertum sanguine} corpus sit, in quacũq; parte capitis cucurbitam defixeris, totum ipsum implebis. †plethoricum.

Ea Medicamenta ad curationem Vsurpanda, quæ noxiam qualitatem cum ea, quæ conuenit, admixtam non habent. CAP. 20.

ERgo hæc omnis phlegmones communis indicãtio haudquaquam similiter in qualibet parte administratur. Accedit ad omnia, quę prædicta sunt, pro non leui portione, ipsius exhibẽdi medicamenti natura. Neque enim absolute, si adstringere incipientem phlegmonen est opus, quidlibet adstringens in ijs, quæ deuorãda sunt, adhibebimus, sed ea, quibus nulla corruptrix ad-
C mista vis est. Nam chalcãthus inter præcipua adstringit, sicut etiam misy, & sori, & chalcitis, & diphryges, & æs vstum, & squama eius & flos: verum hæc medicamenta deuorata, noxia sunt: quocirca stomaticis ea miscere tutum non est, defluit nanq; interdum ex his aliquid ad ventriculum. Sed nec aloen probe miscueris ijs medicamentis, quæ phlegmones alicuius causa, quę intus constiterit, deuoranda sunt: quando huic quoq; admista purgandi vis quædam est. Ceterum, vbi phlegmone prorsus inclinauerit, siquis paululũ aloes admisceat causa deijciendi ventris, qui prorsus non deiecerit, nihil lędet. Verum satius est mercuriali, aut vrtica, aut cnico, aut talium aliquo, aluum sic laborãtium subducere. In summa vero, siquis eam, quę à partibus ipsis pręstatur, indicationem adimat, nihil obstat, quo minus medicinam non sex mensibus, sed sex diebus totam perdiscas. At vero, nec si, quæ à partibus sumitur, indicationem adijcias, iam totum, quod exigitur ad curationem, habeas, nisi etiam methodos de medicamentis didiceris. Itaq; eas aggrediatur, oportet, quisquis consummate sanaturus est morbos. Nunc enim, si alicuius medicamẽti meminimus, id (vt sępe testati sumus) exempli causa fecimus.

Quid differat Phreniticorum & Lethargicorum curatio: ac de Loco Principis animæ facultatis, aduersus Thessali sectatores. CAP. 21.

D SEd adijciamus adhuc ea, quæ de indicatione, quæ à partibus sumitur, non dum attigimus, Thessaliorum istorum sectam euidentissime præcipitantes: qui, cum nec dissectionis rationem attigerint, nec partium actiones vsus've norint, tamen, cum floccos carpentem quenquam cernunt, & festucas legentem, audent oxyrhodino caput madefacere, nostro exemplo. Nam cur, quęso, non thoracem potius? siquidem indicatorie remedia inueniunt. Sanè fieri potest, vt etiã corde affecto phreniticus quis efficiatur. Empiricus nanq; ab experientia se ait eiusmodi medicamentorum nactum inuentionem. Qui autem & hanc vituperat, & inquisitionem de actionibus refugit, huic vnde, quęso, succurrit, vt pro thorace caput in phreniticis madefacere eligat? Cæterum, hoc ipsum oxyrhodinum, quod capiti phreniticorum applicamus, ceu quidam ex amicis dicere solebat, non solum amethodos istos Thessali sectatores, sed etiam reliquos manifeste redarguit vniuersos, quicunq; principem animi partem in corde statuunt. Nam, cum aliquando vidissem quendam ex Athenæi discipulis caput aceto & oleo mistis perfundentem, prohibui: iussi q; pectori admouere id remedium: quippe læsam in delirio esse partem principem, eam autem esse authore Athenęo in corde: itaq; non recte relicto pectore caput eum, integrum præsertim mem-
f.1.t.3. brum, vexare, ei q; negocium facessere, nunc oxyrhodinum infundendo, nunc radendo, tũ spon-
57.g dylium, aut serpillum, aut id genus aliquid admouendo, immo vero, si malum traheret, etiam ca-

storeum,

storeum, aut certe etiam cucurbitam: quippe id esse persimile, ac si, cui in femore phlegmone sit, calcaneo remedium applicet. Quin etiam in lethargicis nemo est, qui capiti non applicet auxilia: nam & id vitium contrarium quodammodo secundum speciem phrenitidi est. Gignitur aũt cerebro patiente: in quo scilicet princeps animi pars residet. Ergo, cum humor, qui in cerebro redundat, frigidus est, insensibilitas immobilitasq; hominem opprimũt: cum vero calidus est, perpetuus potius motus, vnà cum rationis noxa. Accidit enim, veluti monstratũ in libris de his est, ex frigore segnitia: ex calore immodicus motus: ex humoris vero vitio dementia. Itaq; incidenda in talibus affectibus vena est statim ab initio, si modo tam valens virtus sit, vt sine noxa missionem sanguinis toleret: ac nihil prohibeat eorum, quæ de secanda vena retulimus, sicuti vel crudi humoris copia, vel puerilis ætas, vel anni tempus, vel regio, in qua sit extremus calor aut frigus. Atq; hoc quidem commune vtriq; vitio, & ei, quod cum sopore, & ei, quod cum vigilijs incidit. Commune præterea vtriusq; est, vt oxyrhodinum in principio admoueas: nam repellendus à capite humor est, quisquis is fuerit. Quæ sequuntur, contraria sunt: nam, quæ cum vigilijs coniuncta sunt, ea lenire expedit: quę cum immobilitate, excitare. Iure ergo, cum in summo incremẽto sunt, ijs vitijs, quæ peruigilio & delirio infestant, perfusiones ex papauerum capitibus applicabimus: odorem quoq; naribus obijciemus: ac narium alas intus, vel frontem, ex similibus medicamentis illinemus. Quippe sopire ac stupefacere principem facultatem oportet, cerebrum scilicet, quod supra modum incaluit, refrigerando: In contrarijs autem vitijs excitare: ac noxij humoris, qui citra putredinem, & citra febrem altos sopores inuehit, crassitudinem incidere, atq; excalfacere. Tales nimirum altos sopores, Apoplexias, & Carus, & Catochas græce vocant. Quòd si aliquando humor putrescat, vtiq; cum febri incidunt ea genera: vocaturq; morbus græce Lethargus. Incoquẽtes igitur in aceto thymum, & pulegium, & origanum, aliaq; id genus, naribus sic affectorum admouebimus: quò vapor ad cerebrum sublatus, crassitudinem humoris dissecet. Mox etiam palatum valentibus & acribus medicamentis vngemus. Ab his vero etiam sternutatorijs vtemur. Tum capiti similes prę̄sidiorum facultates imponemus, adaucta semper eorum tẽ ad ipsum vsq; sinapi vehementia, si vitium diu trahat. Quin etiam cucurbitis ad vtrũq; vitium, si diutinum sit, vtemur: item q; castoreo, quippe quod ipsum probe cõcoquit, si debito tempore sit adhibitum. Quare hic ad communem rursus curationem redeunt lethargus & phrenitis †. Ergo in eiusmodi affectibus manifeste redarguuntur, & qui Thessalum sequuntur, omnes, & quisquis medicus principem animi facultatem statuit in corde. Non solum enim iam dictorum pręsidiorum destituentur copia, sed etiam, cui ea parti accommodabunt, non intelligent. Neq; enim, tanquam in ophthalmia, vel pleuritide, vel angina, tum ab ipso ægro affectus locus sentitur: tum nobis partim tactu, partim visu inotescit: sic in lethargo, & phrenitide, & epilepsia, & delirio, & conuulsionibus, & tetanis, præterea eo, quod proprie vocatur catoche, se habet. In quibus omnibus præsidiorum formula ex affectus inuenitur natura: locus vero, cui maxime sint applicãda, ex prænoscendis tum actionibus, tum vsibus partium.

*In impres. ἀυτὸ, i. ipsum. in antiqs ἀυτὰ, i. ipsa, referẽdo ad ambo vitia.

† est p̃terea in gręco, ὅτι τῆς παρακμῆς, i. ĩ declinatione.

* παραπληξίας seu παραπληγίας. vide superius lib. 9. cap. x.

Qua Ratione extrinsecus medicamenta Capiti, aut Oculis apponenda sint: ac de Communibus præceptis illarum partium curandarum, ac de Arteriarum sectione. CAP. 22.

Illud aũt, quamuis in sermone aliquando omittatur, sæpenumero prius dictum est, meminisse oportere nos eorum, quæ simul indicent. Cæterum in præsenti eã, quæ à partibus sumpta est, indicationem propositum est persequi: veluti statim in ijs, quæ ad caput pertinent, etsi nõ aliud, saltem illud nosse cuiuis est promptum, obiectam nobis ante cerebrum esse crassam membranã, quæ corijs istis externis sit assimilis: post hanc ẽt cranium. Itaq; resolui in dẽsis obicibus & duris, præsidiorum, quæ imponunt̃, vim est necesse: ac, nisi suturas in capitis osse natura ipsa fuisset molita, nihil adeo æstimandum efficeret pharmacum vllum extrinsecus impositum. Sed, quoniam etiam suturæ, & in his præcipue coronaria non solum impositi medicamẽti qualitates, sed etiam substantiam, si tenuis est, facile intro transmittit, merito multa circa cerebrum vitia ab extrinsecus applicatorum remediorum facultate iuuãtur. Ipse enim in me ipso expertus memini, cum infunderetur rosaceum frigidũ, citissime clarissimeq; sensisse me in syncipitis loco eius intrò penetrationem. Quin etiam plurima diuersitas suturæ huius in hominibus, si inter se conferantur, etiam ante dissectionem manifeste apparet. Vidimus enim in ijs, quibus rasum caput fuerat, inter mandendum, commissionis ossium in coronali sutura manifestum motum sic, vt facile appareret hominibus illis laxam esse eiusmodi ossium capitis compositionem. Merito igitur ad hanc maxime partem applicant omnes medici capiti infusiones, videlicet accepta quasi per manus à primis inuentoribus ratione, ad id opus venientes: sed & ipsi, quicunq; non negligenter ijs, quæ fieri assolent, attendunt, cernentes, & quemadmodum sutura ea liquido moueri appareat, & quemadmodum celerrime homines hac parte, siue ab externo admoto quopiam refrigeretur, siue excalfiat, id sentiãt: nam præter reliqua etiam tenuissimum est hoc loco cranium, & rarissimũ. Ergo, quoties medicamenti cuiusquã vim vehementer descendere voles, hoc maxime loco impones. Commodius etiam fuerit, si & cum infrictione id facias, aut tonsis capillis, aut etiã planè abrasis: quòd si humidũ sit, quod applicandũ est, si id ex alto effundas, ac veluti, fontis ritu, illidas, q̃ppe penitus intro

A intro ab ictu magis compellitur. Sicut autem hic vehementior humoris casus cōducit, ita in oculis est contrarius: in capite nanq; os est, quod feritur: in oculis membranosa quædam imbecilla q; corpora. Et in capite quidem aliud est, quod ictum excipit: aliud quod curatur, quod q; vt ictum non sentit, ita facultate, quæ ex incussu ad ipsum peruenit, fruitur: at in oculo non est, quod ferit, diuersum ab eo, quod curatur: sed idem ipsum, quod est curandum, valenter icitur. Ad hæc os capitis sensu caret: oculus acerrimi est sensus. Ergo infundere huic medicamenta oportet, primum superiorem genâm blandissime attollentes, mox minime, quemadmodum in capite, incutiētes. * βλ'φα.ον,i. palpebram.
Inueniendi præterea humores mitissimæ minime q; mordentis naturæ, qui cum medicamentis sint infundendi. At mihi quidem magna cum consideratione videntur veteres ad oui deuenisse humorem, electo scilicet ex eo, quod & mordens minime esset, & glutinosum. Nam ex eo, quod minime mordet, modo dictam indicātionem ijs compleuit: ex lentore autem, ad indolētiam nō nihil confertur, quippe lenire eiusmodi humores possunt asperitates omnes, qualcunque acris fluxio excitat. Accedit, quod crassus mediocriter ac lentus humor constantius, quàm tenuis & aquosus, in loco permanet. Sanè quod lentum id, quod absq; morsu sit, cum modice incaleat, dolorem maxime leniat, id profectò ex mordentibus in aluo deiectionibus didicisti: in quibus inie- * Al. [illegible],i. mordicationē.
B ctum seuum ilico dolorem mitigat. Quod autem permanere quoq; in laborante particula eiusmodi humidum expediat, manifestum est. Siquidem in ijs, quæ in ventre accidunt, per clysterem assidue infundere molestum est: in ijs, quæ in oculis, genâm attollere. At vero exquisitus mēbri
li. f.3.t.1. sensus læue esse, quod inijciendum, nihil q; debere in se asperum "sabulosum' ve habere, omnino
.9. 223.a indicat. Hinc igitur excogitatum commode est, tum humido oui vtendum: tum, quæ terrea corpora ophthalmicis, id est ocularijs, medicamentis miscenda sunt, ea esse cum summa diligentia ad vnguem leuiganda. Quoties tamen dolores his accidunt vehementes, repetitis ijs, quæ de omnium dolorum generatione accepisti, disquires, quo'nam ex his affectu dolere oculos in phlegmone, de qua nunc sermo proponitur, contingat. Nam aut ex vehementi acris confluentis humoris morsu: aut quod eorum tunicæ plenitudine distendunt: aut propter crassorum humorum flatuosi've spiritus extensionem, vehemētes in his excitantur dolores. At morsum quidem tum purgantibus medicamentis, scilicet & deorsum reuellendo & vacuando curare cōuenit: tum ipsi particulæ oui humore infuso, quo per eum acris fluxio sine offensa eluatur. Vbi autem prius concocta iam phlegmone ipsa fuerit, & simul corpus vacuum, tum vtique lauationes in balneo his sunt aptissimæ: nam & dolorem statim sedant, & fluxionem, quę ad oculos fertur, sistunt, maxi-
C ma quidem eius parte inter lauandum per totum corpus excreta, reliquo vero diluto. At vero * contēperato.
distensionem, quę ex repletione prouenit partis, missione sanguinis, & alui deiectione, & internarum partium frictione, curare conueniet: q; si necessitas aliquando vrgeat, ligandis artubus: mox fomentis ipsi laboranti particulæ ex aqua dulci modice calida adhibitis. Atq; {humorū vel flatuosi spiritus} extensiones curabimus vacuato prius in his quoq; toto corpore: sed & humorum momento deorsum auerso. Mox localibus remedijs (Greci Topica vocant) vtendum, non tamen medicamentis ijs, quæ repercutiant ac reprimant, immo ijs, quę euocēnt. Fouendi igitur * διαφορῦσι.
sunt, sicut modo diximus: ac fœni gręci decoctum ijs infundendum, sed lauato prius curiose fœno græco, nequid illi vel pulueris vel sabuli adhærens clam lateat. Est nanque medicamen hoc maxime omnium, quę oculis applicantur, sine offensa digerēs. Meminisse vero in omnibus, quę membratim docentur, communium præceptorum oportet. Quorum vnum id est, digerentia medicamenta, vbi redundantia in toto corpore subest, si particulis quibusdam applicētur, implere potius, quàm vacuare. Ergo tum reliquos morbos, tum vero phlegmonas (de qbus agimus) sicubi curas, nullo euaporāte auxilio prius fidenter vteris, quàm totum corpus purgaueris. Illud *διαφορητικῷ.
li. f.3.t.1. quoq; attendas in "omni vitio, nedum phlegmone, oportet, aliquādo totum corpus mediocri ha * vacuaueris.
9.f 222.g D bitu esse in humorum tum qualitate, tum modo: vnam autem aliquam, aut duas earum, quæ suprapositæ sunt, partium, redundantiam suam ad ægram transmittere: veluti non raro, sed planè sæpenumero accidere in oculis videre licet, capite his fluxionem mittente. Manifestum igitur arbitror in ijs quoq; esse, ipsum prius caput sanandum esse, explorato eius affectu, quem superfluorum generatio comitatur. Et diutinas quidem oculorum fluxiones curamus oculis ipsis dimissis, atque ad capitis procurationem conuersi. Cuius vitium, si ex genere intemperantiarum sit, curationem ex sibi contrarijs, sicut prius monstratum est, adhibendam indicat. Plurimum igitur vel frigida intemperies caput vitiat, vel humida: nec dubium est, quin etiam ambæ congrediantur. Rariores sunt, quæ propter calorem acrem oculis fluxionem immittūt: in quibus haud expedit ijs, quæ ex thapsia & sinapi fiunt, medicamentis vti, immo contrarijs omnino, oleo crudo, & hispano, & rosaceo, tum frequenti ex aqua dulci in balneo lauatione. Atque aliquando cerebrum ipsum fluxionem transmittit: debet q; huius intemperies totius capitis epithematis corrigi. Aliquando vasorum ipsorum vitium est, cum venæ vel arterię imbecilliores sunt sic, vt aliorum vasorum supuacua recipiāt. Quo casu aliqua earū parte excisa, aut ēt totis bene alte præcisis, * Aliq co. hñt σμικρα, i. exigua. plures tñ σκληρα, i. dura
dura cicatrice, quod interest, intercipimus: qua disiunctæ incisæ vasis partes, continuæ præterea non sint, nec ex altera in alteram confluere aliquid possit. Cęterum, cum eorum vasorum, quæ in profundo

profundo sunt recondita, ac è superiore ad oculos vnà cum neruis perueniũt, vitium est, nihil ho E
rum agi licet: proinde ægre curabiles omnes eiusmodi fluxiones sunt. Quę vero extrinsecus posita vasa sunt, ea vel sine chirurgia roborare licet, illitis medicamentis, quæ robur inserant, Græci Tónica vocant. Est & quando calidus sanguis, ac vaporum plenus, ad caput ascendit, ac maxime in arterijs redundat. Cui vitio excogitatum saluberrimum remedium medicis est, vt ipsa incidatur "arteria. Oportet autẽ deraso capite curiose tangere, tum quæ retro, tum quæ secundum A.ibidem.g
vtranq; aurem sunt, arterias: præterea quæ in fronte, & quæ in temporibus sunt. Quarum, quæ calidiores alijs apparebunt, ac maiorem exhibentes pulsum, hæ sunt incidendæ: quæcunq; vero & paruæ & prope cutem resident, harum vel si partem aliquam excideris, veluti facere in crurum varicibus solemus, aptius erit. Nostro q; tempore quidam ex ocularijs medicis non minimus, ex arterijs, quæ in temporum summis musculis resident, non exiguam excidit partem. Ac ferè quidem, cum excisa est arteria, reliquę eius partes ad sibi continuas retrahuntur: euenit"que id magis in ijs arterijs, quæ tum minores sunt, tum minorem exhibent pulsum. Quod si inter nudandũ appareat tibi vas magnum, aut magnum exhibere pulsum, tutius fuerit vinculo id prius excipere: mox, quod in medio est, præcidere. Sunto aũt eiusmodi vincula ex materia aliqua ægre putrescibili: talis autem Romæ est ea, quæ Gaietanorum dicitur, ipsa ex Gallijs aduecta: vendita vero F
maxime in sacra via, quę à templo descendit ad fora. Ac horum quidem Romæ facilis est copia: vilissime enim venduntur. At, si in alia vrbe artem exerceas, comparetur filum aliquod ex ijs, quę serica nuncupantur. Habent enim ea diuites mulieres in multis sub ditione Romanorum locis, potissimum in magnis vrbibus, in quibus multæ sunt mulieres id genus. Sin huius facultas non est, ex ijs, quæ inueniuntur in regione, quã incolis, deligito materiam, quę minus sit putrescibilis, cuiusmodi est gracilium chordarum: nam, quę facile putrescunt, eæ cito à vasis decidunt. Nos vero post, quàm vndiq; sunt carne impleta, decidere vincula volumus. Quæ nanq; caro in abscisis vasorum partibus coalescit, ea pro operculo est, ac osculum eorum cludit. Postea vero, quàm id factum cernitur, decidere iam vincula secure possunt. At vero, cum venarum partem aliquã excideris, non est opus, eas tam imputrescibili materia deliges, sed suffecerit alia quæpiam. Siquidem in arterijs perpetuus motus infecti vasis ora resoluit: in venis aũt, postea, quã semel sunt vtcunq; clausæ, siue per deligaturam constrictæ, siue per medicamentum adstrictę, permittunt circũpositam carnem circa coalescere, potissimum si, qui curatur, immotam partẽ seruet, magis q; ẽt, si toto corpore vacuato ipsam attollat. Quippe etiam varices ita curamus. Vocatur "aũt varix vena dila- A.l.3.f.11.t
*τὲπίπαν. tata. Porrò dilatatur in testiculis & cruribus omninò. Sed, quoniam, cum hos adhuc scriberem cõ G c.15.fo.400.
mentarios, non pauci amicorum rogarunt, vt in fine totius operis omnia, quę ad chirurgian pertinent, deinceps memorem, idcirco tractatio de varicibus nunc differatur. Cum vero nõ pauci speciatim sint oculorum morbi, qui magis specialem curationem desiderẽt, ne de his quidem hoc loco pluribus est agendum. Nam, qui curiose, quæ prędicta sunt, legerit, & naturali prudentia fuerit, huic omnia inuenire, eorum ratione sequenti, nullo negocio licebit. Qui autẽ tales non sunt, ijs satius fuerit omnium vitiorum, quę oculis incidunt, curandi rationem priuatim scribere: maxime cum amicorum non pauci ita postulent.

GALENI METHODI MEDENDI ID EST DE MORBIS CVRANDIS LIBER QVARTVSDECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI

De reliquis Tumoribus & Affectibus præter naturam curandis, sumpta ex singulorum generibus curandi indicatione.

Quid differat Inflammatio, & Erysipelas. CAP. I.

E tumoribus, qui præter naturam in corpore cõsistunt, quot numero, quales q; sint, proditum à nobis singulari volumine seorsum prius est. Quemadmodum autem hi methodo curandi sint (quod vtique docere propria propositi operis professio est) in horum commentariorum tertiodecimo præcipere cœpimus. Et, quoniam in superioribus de omni febrium ratione sermo erat habitus, aptius mihi visum est de phlegmone primum differere, vt quæ & frequẽtissime incideret, & febres subinde accenderet. Ac dictum quidem nõ nihil fuerat in febrium curatione inter cæteras earum causas, etiam de phlegmone: verum absolutus sermo, & qui proprie illi debebatur, in libro qui hũc præcedit, est traditus: in quo methodum curandæ eius, qualis'nam esse conueniat, tradidimus:

nequaquam

A nequaq̃ tamẽ auxiliorum materiam, nisi tm̃ exempli gratia, sicut in superioribus fecimus. Haud longe vero à phlegmone abest & alius morbus, quẽ Græci Erysipelas vocant. Is, vti monstratum est, ex bilioso succo nascit. Sed præstiterit fortassis eum pluribus verbis à phlegmone distinguere. Ergo communia amborum sunt, tum tumor, qui præter naturam sit, tum vero calor. Dissident inter se primum & maxime colore: quando, si is ruber sit, phlegmonen vitium appellant: sin pallidus flauus'ue, vel ex pallido flauo q̃ colore mistus, erysipelas. Præterea pulsatio magnæ phleg-
i.4.f.3.t.1. mones proprium est symptoma, quippe quæ alte magis in corpus demittitur: erysipelas "vero in
fol.452.d cute potius consistit, q̃ alte descendit. Tenuis nanque substantiæ est pallidæ bilis humor: itaq̃ facile ad *ipsam cutim transfluit, carnosis raris q̃ corporibus transmissis. Cutis vero densitas non æque est huic bili peruia, nisi si admodum tenuis aquosa q̃ sit: talis nanq̃ maxime est etiam, quæ quotidie cum sudore exit. Licet q̃ multorum, qui in balneis sudorem sibi strigilibus detergunt, hunc eius videre coloris, cuius lotium est, ijs, qui diutius cibo abstinuerunt. Neque enim ignoras eorum, qui inediam diu tolerant, pallidius ex aquoso lotium reddi, mox vero ẽt flauum, nisi quis prius humectante nutrimento potione q̃ squallorem corporis irroret. Ac corpore quidẽ pro naturæ modo gubernato, amaræ bilis succus inuisibiliter exhalat: præter naturam vero se habente,
B tum alijs (de quibus post agetur) vitijs redundat: tum vero eo, de quo nunc agitur, quod erysipelas vocant. Cum enim vel longe copiosior, vel crassior, q̃ pro naturæ modo, redditus, vniuersus * ad cutim compulsus fuerit, eam tum perurit, tum in tumorem attollit.

* διερχόμενος.

* ἀθρόως.

Quo pacto Inflammatio, & Erysipelas oriantur, ac de ipsorum Generibus. CAP. 2.

SEd satius est, veluti semper non dicimus modo, sed etiam facimus, ita nunc quoq̃ à rebus non à nominibus initium faciamus: alterum q̃ principium, priore scilicet commodius, eiusmodi sermoni demus. Cum sanguis copiosus in aliquam particulam procubuit sic, vt ab eius particulę vasis nequeat contineri, exilit q̃ aliquid instar roris ex ipsis vasis in ea musculorum spatia, quę similaribus corporibus, ex quibus componuntur, interueniunt, vtiq̃ tumor ex plenitudine oritur: cui succedit cutis tensio, † & in alta carne cum pulsu dolor, } & tangenti renixus quidam, & rubor, & calor, ipsa nimirum cute ea, quæ subiecta sibi caro patitur, sentiẽte. Similis iam dicto & in visceribus affectus oritur. Est enim his quoq̃ sua quædam caro, quam aliqui Parenchyma græce vocant, in quam videlicet sanguis ex refertis vasis halitus specie exudans, iam dicta symptomata efficit. Atque hic vnus affectus est sanguineæ fluxionis soboles, in carnosa corpora maxime incidens. Secundus alter biliosæ fluxionis germen est, ac circa cutim maxime consistens, tum hanc
C externam, quæ omnium partium commune est tegumentum: tum membranosam & tenuẽ, quę singulis internarum est circundata. Ergo, sicuti prior affectus etiam cutis aliquid apprehendit, ita hic quoq̃ aliquid subiectæ sibi carnis occupat. Quod si crassior humor acrior q̃ sit, summam cuticulam (Græci Epidermida vocãt) excoriat: spatio q̃ temporis ad profundum aliqñ cutis exulceratio peruenit. Atq̃ hic quidem affectus erysipelas nuncupetur, duplicem (vt iam dictum est) habens differentiam, q vel absque exulceratione, vel vnà cum hac, incidat. Prior autem affectus vnius rationis est, vocetur q̃ phlegmone. Cum ergo nec planè biliosa, nec sanguinea fluxio est, sed ex ambabus mista, vtiq̃ ab eo, quod in mistura exuperat, nomen ipsi indatur: ac dicatur de eo id, quod exuperatur, sic, vt vel phlegmonẽ erysipelatosam id vocemus, vel erysipelas phlegmonosum. Vbi autem neutrum vincit, ibi vitium phlegmones erysipelatos q̃ medium nominetur.

† ὀδύνη δ' ἐν τῷ βάθει, καὶ πόνος μετὰ σφυγμοῦ.

Ratio Curandi simplex & cum reliquis affectibus iunctum Erysipelas. CAP. 3.

CVrationis vero methodus, sicuti in alijs compositis, ita & nunc tradatur, initio à simplicibus sumpto. Ergo omnibus, qui sic præter naturam consistunt, tumoribus communis indicatio vacuatio est. Adieci vero illud /sic/ admonens te multitudinis humorum, qui eos excitent. Nam, siquis eos vacuet, naturalem habitum membrum recipiet. Iam vacuatio pari modo in om-
D nibus, duplex est, vna repellentium ad alias partes: altera foras digerentium per eum, qui sensum fugiat, halitum. At, quoniam erysipelas non quantitate modo affligit, sed etiam qualitate ipsa ex vehementi scilicet inflammatione cruciat, ampliorem refrigerationem, q̃ phlegmone, requirit. Nec tamen non periculosa toti corpori est eiusmodi curatio propterea, q bilis interim ad aliquod princeps membrum fertur: quippe cum, si vel sanguis ipse abũdet, haud tutum sit ex minoris notæ membris fluxionem eius repellere. Tanquam igitur in illa post totius corporis vacuationem Apocrusticis id est repellentibus, vocatis auxilijs vsi sumus, ita nunc quoq̃ faciemus, sed pro sanguinis missione, medicamento, quod bilem trahat, purgãtes: ipsam vero afflictam particulam refrigerantes. Esto autem refrigerationis terminus, ipsa coloris mutatio. Etenim, quod purum erysipelas est, statim cum hoc quiescit: quod nõ purum est, sed iam quodammodo phlegmonodes, si plusculum refrigeres, liuidã cutim præfert. Sin ne sic quidem quis desistat, nigricat, potissimũ in senili corpore, sic, vt quędam ita refrigeratorum ne digerentibus quidem medicamentis ad perfectionem sanentur, sed scirrhosus quidam tumor in particula relinquatur. Ergo satius est, vbi laborantis particulę alteratum colorẽ videris, à refrigerantibus adstringentibus q̃ ad contraria transi-
lib.4.f.3.t.1. re prius, quã vel liuida vel nigra ꝓrsus fiat. Porrò "refrigerantiũ materia in opere de medicamen-
3.fol.452.a tis est tradita: solanũ, & semperuiuum, & portulaca, & vmbilicus veneris, & psyllium, & altercũ,

& lactu-

* σέρις.

& actuca, & intybum, & lenticula palustris, & cerata ex aqua admodum frigida, & alia id genus. E Vbi vero "inflammatio ęgrotantis membri iam desijt, cataplasma illi prius, q̃ liueat, ex hordei farina (ὠμὴν λύσιν græce voco) est imponendum. Quòd si iam liuor occuparit, incisa cute cataplasma superponendum est, [a] † perfundendus q; locus plurimum quidem ex aqua calida: sed & marina aqua, & muria interim conducet. Quin etiam ipsi cataplasmati eiusmodi aqua, vel acetum, vel oxalme misceatur. Hoc tempore etiam coriandrum cum polenta quidam esse salubre erysipelatum medicamentum scripserunt. Alij rursus eodem inter initia vsi, magnæ noxę occasio laborantibus fuere. Sed & rosaceum ceratum, cui immistum sit calcis aliquid, eodem modo sunt, qui prodiderunt erysipelati prodesse, alia q; similis generis non nulla ex ijs, q̃ valenter excalfaciant. Quorum nullum est erysipelatis medela ante, q̃ videlicet mutatum desinat esse id, quod ab initio fuerat, atq; alterum iam, illi q; contrarium euaserit. Quomodo enim, quæso, non sit contrarius calido affectui frigidus: aut ei, qui flauo aut pallido colore est, is qui liuidus aut niger est? Sicuti autem subinde phlegmonę admiscetur erysipelas, ita etiam aliquando œdemati: ac vocetur, quod ex ambobus tum est conflatum, erysipelas œdematosum non secus, q̃ vbi ex refrigerando durũ ęgre q; resolubile redditur, vocabitur erysipelas scirrhosum. Iam curatio quoq;, veluti in omnibus compositis, ita in his administrabitur: ac potissimum quidem contra exuperans pugnabitur, non prætermissa tamen nec ea, quę ex admisto præstatur, faciendorum indicatione. F

A.ibidem.b

A † Antiqui cod. ita legunt, αἰονεῖν τε τὰ μὲν πλεῖστα δι' ὕδατος θερμοῦ ἢ θαλάσσης ἢ ἅλμης. ποτὲ δὲ συμίσγειν καὶ αὐτῷ τῷ καταπλάσματι μιγνύναι τοιοῦτον ὕδωρ ἢ ... ἢ ὀξάλμ..., i. perfundendusq; est locus plurimũ quidem ex aqua calida, & marina aqua, & muria. ... nunquã veró ... conducet ip... cataplasmati ... aquã ... acetum, vel ... misceatur.

De curandis Oedematis, & Scirrho. CAP. 4.

SIcut autem ex biliosa fluxione erysipelas, ita ex pituitosa constat œdema ipsum, rarus quidam atq; indolens tumor. Equidem scio aliter quoque œdemata prouenire, [b] sicut in pedibus, in intercutis aquæ affectibus, & phthois, alijs q;, [c] † qui vehementes sint, malis corporis habitibus. Atq; in illis quidem œdema [d] multitudinis eius, quę hominẽ premit, est symptoma, nullam seorsum propriam curationem requirens. Nam satis erit, (si modo curatione egebit,) ipsa tum crura perfricare aliàs oxyrhodino, aliàs oleo cum sale, aut etiam oxyrhodino sal habente. At, " si ex pituitoso humore in particulam influente œdema constitit, abunde aliq̃n satisfacit spongia, quæ ex aqua, in qua sit aceti aliquid, maduerit. Porrò hæc ita attemperabitur, vt vel bibi possit, vel vt nõ multum supra hoc, aceti habeat. Deligare vero spongiam debebis, ab inferiore parte incipiens, ac supra finiens. Esto autem spongia, si modo conductura sit, omnino noua: huius si copia non est, cuius erit, hanc detergebis expurgabis q; nitro, & aphronitro, & aqua lixiua. Quòd si sub his œdema non subsidat, vbi rursus deligabis, pusillum aliquid aluminis conijcies, ac nouam spongiam admouebis: si nouæ copia non sit, melius est eo, quod vulgus vocat Elychnion, vtare. Id G vero ante omnia molle esto, quod genus Tarsicum est: cuius si facultas est, audacter vtitor, vtilius enim experiere, quàm spongiam. Madeat vero ex pusca, quæ aliquid habeat aluminis: tum (vt pręscriptum est) deligetur ab inferiore sursum. Sit autem arctatio mediocris, veluti in ossis fractura: ac primæ quidem fasciæ iniectiones, quę "scilicet inferne incipiunt, magis, arctãdæ: quæ deinceps sunt, sensim remittendæ, cæterum non adeo, vt laxa sit aliqua deligationis pars. Porrò idoneum medicamentum ad hæc & Glaucium est, tum ipsum per se liquatum ex pusca, tum vel magis medicamentum nostrum, quod ex eo compositum est. Cuius compositionem habes in eo opere, quod de medicamentis est inscriptũ. Sanè hactenus à me scripta fuerant opera tria, vnum de simplicibus: alterum post hoc de compositione medicamentorum: & tertium de facile parabilibus. Quartum autem adscribere constitui, quandoquidẽ multi amicorum ita suadent. In eo de communibus & proprijs cuiusq; partis & vitij medicamentis agetur. Verum medicamen illud, quod Glaucium habet, non œdemata modo, verum multo etiã magis tũ erysipelata, tum phlegmonas incipientes sanat, ac potissimum calidas. Manifestum autem, quòd erysipelatosas phlegmonas, & erysipelata phlegmonosa, idem medicamẽtum sanet: At non eas phlegmonas, quæ in scirrhum iam transierunt: aut erysipelata, quæ iam refrixerunt: aut deniq; vllum scirrhosum affectum sanauerit: de quibus vtique in quinto de simplicium medicamentorum facultatibus aliq̃d est proditum: dicetur vero & nunc. Siquidem humor, vnde eiusmodi vitium nascitur, aut glutinosus est, aut crassus, aut vtriusque rationis particeps. Curandi vero eius communis indicatio est, vt, quod præter naturam in particula est, totum vacuetur. Modus tamen vacuationis eius prius est: nam detergere id, vbi contumaciter inhęret, oportebit. Quòd siquis ijs, quæ vehementer trahunt, digerunt'que, medicamentis vacuare tentet: nec ijs, quæ humectent & excalfaciant, molliat ac liquet: huic paucis primis diebus egregie processisse curatio videbitur, cæterum, quod de affectu restabit, id insanabile erit: siquidem toto, quod in eo tenuium partium erat, digesto, quod reliquum est, veluti lapidosa concretio, linquetur. Quippe etiam, qui in articulari morbo visuntur pori, ex humore crasso glutinoso'que proueniunt: quando is non paulatim est digestus, sed violentis medicamentis totus simul siccatus. Ad eundem modum & calculi generãtur in renibus, asso scilicet in his crasso glutinoso q; succo. Hac igitur de causa ad scirrhosos affectus nullum vehementer excalfaciens siccans've medicamentum est aptum, sed ea tantum, quę cum molliẽdo digerere possunt: cuiusmodi sunt tum ceruina medulla, tum vitulina: tum seuum hircinum, & taurinum, & leoninum: ad hæc ammoniacum thymiama, & bdellium vtrunq;, magis q; H

A.lib.4 f.3.t. c.5.fol.457.d

A.ibidem.e

... Dicto ... non est in ... græcis.
C ... cod. mul... hæc nõ ...
D ... In ãtiquis ... πάθεσι, ... affectionis.

* ἀθρόως.

A gis q; Scythicum, quanto videlicet est humentius. Pari modo & styrax, qui humentior est, sicco vtilior est. His igitur indicatio nibus attẽtus, etiam complicatos affectus sanare poteris, pro subinde iam dicta in omnibus compositis vitijs methodo.

Indicationes Remediorum, quæ in Scirrhis & Oedemate ab affectis partibus præbentur. CAP. 5.

MIhi vero iam tempestiuum fuerit de affectarum partium differẽtia mẽtionem facere: quam semper in omnibus tum morbis, tum symptomatis, in memoria habendam censui. Diximus autem non pauca de indicatione, quæ ab ijs sumitur, in libro, qui hunc præcedit. Siquidem omnium, qui præter naturam sunt, tumorum, in quibus vtiq; adhuc non sunt geniti pori, prima curationis indicatio vacuatio est. Earum vero partium, quæ iam scirrhum contraxerunt, vacuatio per iam dicta medicamenta perficitur: vocare q; ea malactica, id est mollientia, medici solent. Quoniam auem membrorum alia rariora naturaliter sunt, alia densiora, etiam vacuationem eorum diuersa specie remedia postulare est necessum. Hac igitur de causa tum in tendonibus, tum in ligamentis, {cum scirrhosa fuerint,} visum mihi satius est ei curationi, quam per molliẽtia medicamenta molimur, aliquid incidentium admiscere. Ex quorum numero vel in primis acetum est. Interim vero & in alijs partibus, quas scirrhus affecit, eo vtimur: vt paulo post dicam. Verum
B in tendonibus & ligamentis in hunc modum: In aceto acerrimo candentem igni lapidem extinguo, ac, si quidem haberi potest, qui certe in magnis vrbibus rarus non est, pyriten: sin eius copia non datur, molarem, Græci Myliten vocant, scilicet ex quo molas, quibus molimus, faciunt. Deinde ascendente post infusum lapidi acetum vapore calido, in hoc dimoueri scirrhosum ligamentum vel tendonem cogo: atque exinde rursus medicamen, quod molliat, impono. Oleo tamen principio curationis, non aqua, quotidie omnino laborantem particulam perfundo. Esto aũt id oleum haudquaq̃ adstringens, sed planè tenuium partium, cuiusmodi Sabinum est. Incoquimus autem oleo interdum althææ radicem, ac syluestris cucumeris, & si qua est eius generis alia. Atq;
Lib.4.de c.t.2. c2.fol.459.e hoc vtor (vt dixi) quotidie. Cæterum "curatio, quę per acetum administratur, vtilis est vitio iam adulto, & cum pręparata iam sub mollientibus pars fuerit. Excogitaui autem & composita quędam ex aceto medicamenta, quæ inter mollientium vsum ad vnum diem impono. Siquidẽ aceti vis, modo ea quis modice & debito tempore vtatur, salutaris eiusmodi affectibus est, ceu crassos viscidos q; humores dissecans ac dissoluens: sin vel immoderatius vel in tempore non idoneo, tenuiores partes violenter absumens, id, quod reliquum est, lapidescere sinit. Sed & si quis eo diutius vtatur, substantiam ipsam neruorum delibauerit. Ob id igitur nec sæpe, nec inter initia, nec
C longo tempore, medicamentis, quæ ex aceto componuntur, ad ligamenta & tendones est vtendũ. At "in liene & carnosis musculi partibus scirrho affectis tutus eius est vsus: quippe raræ sunt naturaliter hæ partes, nec est quod metuas, ne quis neruus eius vi lædatur. Ac ammoniaco quidẽ thymiamate cum aceto ẽt alij non pauci lieni imponentes vtuntur, ad luti s. crassitudinem, quod ex vtrisq; mistum est, redacto: id q; solum ei curando sępe satis fuit. Ad musculos vero, alium sanè non vidi: ego vero ẽt sępe sum vsus, vtiq; mollientium vsui interponens. Atq; sub illis nulla cernitur euidens vtilitas: sed postea, q̃ mollitus p ea scirrhosus tumor est, maximũ certe vsum ammoniacum aceto liquatũ confert. Sufficit autẽ eo vno altero'ue die vsos, rursus ad mollientia reuerti: ac rursus his pluribus diebus vsos, denuo ad medicamen, quod ex aceto fit, redire, siue id ammoniacum, siue quid aliud habeat eorũ molliẽtium, quę paulo supra sunt comprehẽsa. Neq;.n. aliud quicq̃ est admouendũ, cuiusmodi s. pleraq; sunt eorũ medicamentorũ, q̃ siccã vocãt: siquidẽ inter initia m edicamentũ probabis, sed id insanabiles affectionis reliquias relinquet. Ego nãq; eius rei causa in medio tpe cataplasmate ex althæa sum vsus: vocat aũt hãc vulgus Anadendromalachẽ. Huius igit radix seuo soluta salutare ad talia medicamentũ est. Esto autẽ seuũ, si fieri potest, anserinũ: sin id non sit, gallinaceũ: sin nec huius facultas sit, suillo vtendũ. Sed & syluestris maluę, quę
D passim nascit, folia cũ supradictorũ aliquo tusa proficiẽt: meliora tñ crudis sunt, quę modice ante sunt decocta. Ac eiusmodi quidẽ auxilia, & curationis variatio, qualis iã cõprehẽsa est oĩum particularum, q̃ scirrhosis vitijs sunt affectæ, cõia sunt. Ad eundẽ modũ œdematũ curatio, quã paulo ante memorauimus, cõprehensis iam differentijs p particulas variat. Iis.n. q̃ in pręcordijs sunt, œdematis nemo frigidã ex pusca spongiã applicuerit: veluti nec alijs, q in his sunt, tumoribus. Iã quis absinthiũ oleo incoquens, genu vnq̃ perfudit? quis oculum, aut aliquid eorũ, quæ intra os sunt, qualitercunq; affectũ? at iecinori ægrotanti & lieni subinde cum maxima vtilitate adhibetur. Docet id ipsum & experientia, quæ vim eorum euidenter indicat, non secus, q̃ ratio. Nos tñ nunc hoc opere solam eã remediorum inuentionem, quæ methodo paritur, qualis nam sit, dissẽrimus. In operibus de medicamentis ambas miscuimus, omnia medico cognoscẽda esse rati, tum quæ solo inuenta sunt vsu: tum q̃ sola rõne: ad hæc tertio loco, quæ conferentibus ad inuentionẽ vtrisq;. Omnibus autem his ille solus commode vtetur, qui in hac methodo est exercitatus.

Ibidem. (margin note beside "At in liene")

* In aliquibus antiquis codi. legit ὀξυρῶν.i. quę acetum recipiunt.

Tumorum Induratorum differentia, & qui proprie Scirrhi appellentur. CAP. 6.

AC de phlegmone quidem scirrho & œdemate satis sunto, quæ hactenus sunt comprehensa, illo non omisso, quòd scirrhum nominamus tumorem durum, qui sine dolore est, non tamen omnino sine sensu: talis enim sanabilis non est: reliqui omnes, sicut ęgrius sensilem ipsam partem

partem affectam reddunt, ita omnino insensibilem non faciant, vtique si sensilis natura sit: ligamenta nanque scimus insensilia esse. † Quòd siquis eos duntaxat tumores, qui & preter naturam sunt, & omnino insensiles, scirrhos appellandos censeat, reliquos non scirrhos, sed tumores scirrhosos: et se de nominibus litigare sciat: & nos, quoties cum eo disputabimus, ita quoq; affectum nominabimus: siquidem is mos noster est, quibus quisq; nominibus delectatur, ijsdem in disputatione cum illo vti. E

† Quod siquis dũtaxat tumores preter naturam, qui oĩno sint insensiles.

De Inflationibus curandis, ac præsertim de Priapismo. CAP. 7.

NVnc tempestiuum est, vt de inflationibus disseramus: quibus diuersa ab œdematis curatio est. Illa nanq; ceu diximus, ex pituitoso succo ortum habent: proinde, prementibus nobis cedunt, digiti q; admodum alte in ipsa descẽdunt. Inflationes "vero ex flatuoso spiritu collecto nascũtur, aliàs sub cute, aliàs sub membranis, quę ossibus circundant, aut musculos viscerum've aliquod includunt. Porrò colligitur aliquando nõ parum etiam in ventriculo & intestinis, item q; in medio spatio horũ & peritonęi. Differunt quoq; hæc ab œdematis, q & pressa digitis non retinent vestigium: & sonitum, veluti tympanum, reddunt: item q; q in cauitate sensibili subinde continentur, atq; hac nõ nunquam maxima. Indicatio autem curationis omnium cõmunis est, vt, quod præter naturam est, vacuetur, in quocunq; id contineatur: propria vero post hanc communem est, vt tenuissimis & calidis potestate medicamẽtis. Atq; in vẽtriculo quidem & visceribus oleum, quod tenuium est partium, quod q; rutam habet incoctam, aut aliquod calidorum seminum, cuiusmodi sunt cumini, & apij, & petroselini, id prestabit. Aliquando vero & cucurbita magna bis ter've sine incisione medio ventri affixa: Tanta vero ac taliter applicata etiam totum vmbilicum cõprehendet. At in artubus & musculis, qui sub cute, aut etiam membranis, quæ ossa vestiunt, inflatio orta, si citra dolorem sit, liquor aliquis tenuissimarum partium, cuiusmodi est lixiuium noua spongia exceptum, satisfecerit: sin dolor quoq; vrget, vngenda pars est oleo, quod relaxandi remittendi q; vim habeat. Incidũt porrò ex percussionibus eiusmodi affectus, vbi scilicet vel musculus, vel membrana, quæ os circuit, est contusa. Ac super membranam quidem, quę os ambit, antedicta imponenda est spongia. Ad musculos vero (nanq; hi aliquando dolent) medicamentũ, quod magis mitiget, est adhibendum. Quo fit, vt ad hos solo lixiuio non vtamur, sed immissa ei tum sapa, tum pauculo oleo. Satius autem fuerit in principio non addidisse lixiuium, sed sapa cum vino & exiguo aceto vti, ac, quod mediocre sit, olei adijcere: vbi mista sunt, modice excalfacere, ac lanam non lotam, quã œsyperon id est succidam vocant, ipsis imbutam imponere. Quòd si eiusmodi lanæ facultas non sit, ipsius œsypus inijciendus miscellæ supradictæ est: quòd autem Atticus œsypus cæteris omnibus præstet, tametsi à me non dicatur, ipse scis. Quin etiam ceratum, quod ex œsypo componitur, medicamentum est omnibus notum: vtuntur plurimi eo ad phlegmonas, quæ in præcordijs sunt. Ergo huius quoque aliquid, vbi œsypus præsto non est, recte inieceris. Debent enim contusi musculi leniri medicamento, cui mista facultas sit, quę simul concoquat, digerat, & modice adstringat: quando, si nihil habet adstrictionis, auget aliquando phlegmonas, ac maxime in ijs corporibus, quæ plethorica sunt. Ergo trium iam comprehẽsarum indicationum in inflatis ex plaga quadam musculis memor, vbi dolor maior vrget, mitigatiua magis ratione vteris: vbi abest, † maiori vi instabis. Maiorem vim intelligo, cũ breui via properatur ad finem. Porrò breuis via fit per ea medicamenta, quæ valentes habent vires: hæ maxime in lixiuio & aceto habentur, post hæc in vino. Quoties igitur de mitigando non laboras, horum plus in misturam conijcies. Rursus, vbi repellere studes, vini plus, quàm horum, immittes. Porrò id optimum in hunc vsum fuerit, si nigrum austerum q; sit. At, si digerere males, lixiuij plus indes. Acetum vero si his miscebis, ad ambo erit vtile propterea, quòd mistas (vt monstratum est) habet facultates. Vbi vero musculus sine dolore est, licet sanè in lixiuij penuria pro eo aphronitrum immittere: esto autem id minime lapidosum, sed magis spumosum. Est vero, quod lapidosum est, durum & spissum, ac ægre liquabile, cum dictis liquoribus miscetur: spumosum vero molle est & laxum, item q; candidius, quam lapidosum: hoc itaq; tum celerrime ab humore soluitur, tum iuuat maxime, vtpote tenuium partium. Quę vero huius generis inflationes neglectæ inueterarunt, primo quidem loco his ea, quæ ex lixiuio componuntur (vt prædictum est) adhibeas: secundo loco emplasticum aliquod. Dicam autem & horũ exemplum. Strigmenta "gymnasiorum feruefacta percola primum sic, vt pura sint: deinde rursum in cacabum immissis, calcem viuam in farinæ speciem tunsam insperge ad luti vsque crassitudinẽ. Salutare his est & medicamen, quod ex sycomoro cõponitur, alia q; id genus. Nunc enim (vt dictum est) exẽpla tantum eorum medicamentorum scribo, quorum generalis facultas per medendi methodum inuenitur. Tanquam vero medicamentorum hoc loco ponuntur exempla, tum vt tota hæc methodus clarius intelligatur: tum vt magis nobis ad inueniendam materiam facultas suppetat: sic etiam & affectarum corporis particularum proponuntur. Statim enim affectus quidã est, quẽ iuniores Priapismum nuncuparunt propterea, quòd ijs, qui sic sunt affecti, etiam inuitis pudendum arrigitur: quod vbi viderit quispiam, qui in his commentarijs est exercitatus, protinus intelliget ex inflationum esse genere. Qui.n. memoria tenuerit tum oĩa, quæ in dissectione eius membri

F G H

A.li.4.f.3. c.1.fol.457

† ...ικω- τροπῳ

A.lib.4.f.3.t c.20.fol.460

A bri apparet, tum quæ de functione eius & vsu in naturalibus libris sunt prodita, is nullo negocio intelliget, quod cauernosus neruus, qui propriam colis substantiã constituit, halituoso spiritu impletus affectum hunc excitat. Porrò halituosum spiritũ in animalis corpore ex succis, qui lente sensim'ue excalfiãt, nasci didicimus. Quippe, vbi tum insitus calor validus est, tum partis humiditas ad summum concocta, vtiq; in tenuem halitum soluta insensibili trãspiratu in ambiẽtem effluit: Contra, vbi vel ingenitus calor imbecillior est, vel naturalis humor tum semicoctus, tum crassus, tum glutinosus, ibi crassior excitatur halitus, quàm vt transpirare possit, ac potissimũ sicubi particula ipsa densior est reddita. Non nunquam vero humor, qui in membro continetur, subfrigidus est, præterea crassus & glutinosus: auctior vero calor in halitus eũ crassos resoluit. Quæ res profectò magnopere tibi ad curationem æstimanda discernenda q; est. Siquidem principiũ ambobus affectibus cõmune est, nempe [a] totum prius ″corpus vacuare, [b] † modo id capax vacuationis sit.} Dictum vero à nobis sæpe est de vacuãtium auxiliorum facultate. Ea sunt missio sanguinis: & purgatio tum per ea medicamenta, quæ subter expellunt, tum per ea, quæ supra, siue ea vomitoria dicere mauis: præterea multa frictio, & omnis dimotio: item q; balneũ, potissimum quod ex aquis sit digerentibus. Sed & acria medicamenta illita per halitum digerunt, omnia q; vno verbo, quæ

B calfaciunt & siccant. Ex accidenti etiam vacuare indicauimus & cibi abstinentiam, potissimum vbi ambiens calet. Ergo, quicquid horum sustinere cubans aptissime potest, eo est vacuãdus, imponendum q; ipsi laboranti particulæ medicamentum, si ea calidior sit effecta, quod ad portionẽ caloris abundantis refrigeret. Sin aliter, inter initia quidem omnino, quod modice refrigeret: postea vero id necessum non est. Pari modo, & quæ circa lumbos sunt particulæ omnes, eiusdem facultatis medicamẽto sunt comprehendendę. Etiam reliquus victus exhibendus, qui & flatui aduersetur, & siccet. Incidit vero vitium hoc nõ sanè multis, sed iuuenibus magis, quàm alijs ætatibus: quo magis his sanguinis missio præcipue est salutaris, ceu nec ætate eorum eam recusante. Scio enim ipse quendam à me curatum tribus diebus, naturalem habitum recepisse, sanguine primum misso, dein medicamento hoc adhibito. Ceratum ex simplici rosaceo factum ita liquidum, sicut ad fracturas vti solemus, aqua frigida imbuens, ac simul cum ea subigens (nã æstatis initium erat) pudendo ac lumbis imposui: atq; ita quidem hunc percuraui: Simili modo & alium, qui post missum sanguinẽ humido medicamento, quod ex chamęmelo conficitur, est vsus. Porrò istis ẽt nymphęæ aliquid potandum exhibeo, saltem in principio: mox [c] ámerinæ semen: ac, si traxerit adhuc vitium, rutæ semen copiose comedendum. Est enim illud commune præceptum omnium ferC mè, quos vitiosus succus creat, morborũ, quod in fine calfacientibus & siccantibus sit vtendum: quippe hæc, quod reliquum humoris est, prorsus absumunt.

Quo pacto Prætumida Lingua laborans à Galeno curatus sit. CAP. 8.

SAnè linguam ita tumefactam cuidã vidimus, vt ore ″hominis contineri non posset. Huic nec vena vnq̃ incisa fuerat, & sexagenarius iam erat: hora q; diei ferè decima erat, cum ad eum primum accessi & vidi. Ac visus mihi est vsitatis mihi pilulis, quæ ex aloe, scammonea, & colocynthide constant, vespere datis purgandus: ipsi tamen particulæ afflictæ suasi refrigerãtium aliquid imponere, saltem in initio: post enim, inquam, applicabimus, prout suadebit euentus. Verum id vni medicorum non placebat: ac propterea pilulas quidem sumpsit, de locali tamen remedio deliberatio in diem posterum est dilata: quo tempore etiam efficacius aliquid præstiturum quicquid probatum fuisset, sperabatur, & purgato scilicet iam toto corpore, & humoribus ad inferna reuulsis. Cæterum ea nocte euidentissimum per quietem insomnium, nostrum homini consilium approbauit, ac materiã ipsam medicamenti definiuit, lactucæ succo collui iubens: quo ille solo vsus, prorsus est sanatus, nullius alterius egens. Quòd autem ″ in priapismo vomitorijs medicamentis potius, quàm subducentibus, sit vtendum, in lingue vitio contra, id ex partium situ indicari maniD festum est. Nam auersionis in cõtrarium (quæ ab Hippocrate [a] ‖antispasis dicitur) non à substantia, sed à curandi membri positu, inuentio præstatur.

De Cancri ortu, & curatione. CAP. 9.

IAm vero tempus monet, vt ad aliud tumorũ genus transeamus, atq; à re potius, quàm nomine, initium faciamus: ea nanq; est haud dubie vere q; sciẽtifica doctrina. Quòd igitur omnibus eiusmodi tumoribus succus aliquis influit, id in libro, quem de tumoribus præter naturã scripsimus, indicatum est. Quòd aũt non idem in oĩbus sit, ipse sensus euidenter docet, differentibus nimirũ ipsis tumoribus nõ colore modo, verũ etiam ijs, quę ex calore, frigore, mollitie, duritie q; spectantur, differentijs. Ac ruber quidẽ tumor euidenter subesse sanguinis indicat humorẽ: sicuti flauus & pallidus persimilem ipsis bilẽ: subalbidus vero & laxus pituitã. Sunt autẽ & præter hos tumores quidam, qui colore sint inter rubrũ & nigrũ medio: cuiusmodi color fuscus est. Hunc, cum in corporis partibus sæpe incidat, plurimi medicorum liuidũ, gręce Pelidnon vocant. Renixus ″aũt his quoq; tumoribus valens est: ac, si venas euidentiores membrum haberet, exaltatas eas à crasso & nigriore quodam mõ sanguine, cuiusmodi p aluum aliqñ non paucis hepaticorum excernĩ, videre licebit. Sunt q; medici, qui mihi eũ non absurde videntĩ feci, [b] †quæ sup vini dolijs hæret,} assimilare. Ergo hic humor, vbi amplius incaluerit aut propter putredinem, aut febrẽ [c] phlęgmo nodem,

Septima Classis. mmmmmmm

Margin notes (left): .li.3.f.20.t.1. 9.fol.377.d — li.3.f.6.c.10. l.245.f — .ibidem. — .lib.1.f.1.d.4. 1.fol.7.h

Margin notes (right): A † est quidẽ in ipressis cod. græcis τὸν ὅλον ὄγκον, i. totũ humorẽ. sed ĩ manuscriptis est τὸ ὅλον, i. totũ. ut intelligatur de corpore, sicuti uertit Linacer.

B † ἦν ἄνοδον τ' ἐἰη δέξασθαι κίνησιν legũt antiqui cod. i. ea nimirũ eua cuatione, quã ipsũ ferre possit.

C † τῆς ἄγνου.

A In libro de Humoribus à principio.

B † Cod. impressi habent τὰ τοῖς οἴνοις ὑφιζανόμενα. ve teres codi. τῇ τοῖς πίθοις ὑφιζανόμενα. ut uertit Linacer

C * ἐλεγμονώδη, est in impressis. in aliquibus ãt manuscriptis φλεγμονώδη. quid ãt inter phlegosim, quam Linacer uertit iflãmationem, & phlegmonẽ differat, tũ in hoc volum. Lib. 13. cap. 1. tum alibi, uideri põt.

† ne ipsæ quidem muscæ. et ita etiã vetus interpres.

nodem, nigram efficit bilem, quam nullum animal,† ne ipsi quidẽ mures gustauerint: terra quo- E
que raditur ab ea: ac partes, quę raduntur, oẽs in altum attolluntur: vocatur q́; is effectus (vt Plato
quodam loco inquit) tum feruor, tum fermentatio. Est nãq; is humor talis, quale esse acetum do-
cuimus: ex quo ipso quoq;, si in terram effuderis, idem effectus visitur. Quo minus alienum est,
si veteres eiusmodi humorem acidum nominarunt æque, vt pallidę bilis amarum. Sanè non raro
etiam in vomitionibus talis apparet. Verum, sicuti paulo ante dixi vnum quoddam vitium esse
proprium verum q́; scirrhum, qui præter alia etiam insensilis sit: reliquos tumores, qui videlicet
non dum sunt omnino insensiles, dupliciter esse à medicis vocatos, nẽpe vel scirrhos, propterea,
ꝙ generis scirrhorum sunt, vel scirrhosos tumores: sic & in humoribus, quæ quidem haud dubie
nigra est bilis, ea talis est, qualem modo pinximus, certe acida, & terram fermẽti ritu eleuans, tum
omni animanti iniucunda. Quæ vero fieri talis est idonea, hæc bifariam nuncupatur, vel melan-
cholicus humor, vel nigra bilis, scilicet, qui sic eam nominãt, affirmaturis aliam esse nigram, quæ
dum animal naturaliter se habet, quotidie gignitur: aliam quæ ex vstione ac velut assatione con-
flatur. Quod autem semper præcipio, vt nominibus contemptis ipsam naturæ rerum scientiam
exerceas, id nunc est faciendum, ac nominandum quidem, prout succurret: cæterum oratione sic
interpretandum, ꝙ quidam præter naturam tumores ex eiusmodi naturæ succo proueniunt, cu- F
iusmodi est fęx in vino, & amurca in oleo: & ꝙ hi spatio temporis putrescẽte humore propterea,
ꝙ in vasis sit impactus, exulcerantur. Ergo, sicuti reliqua omnia vitia plurimam habent particu
larem in maioris minoris q́; ratione differentiam, sic etiam hoc vitium habet. Quippe phlegmo
nes alia quidem admodum rubra est: alia paulo magis, q̃ pro naturali habitu, rubra. At species, si-
ue genus, siue quomodolibet appelles, ambobus est idem: nam & rubriores, q̃ pro naturę modo,
sunt: & dolor omnino cum ipsis est, qui ipse quoq; magnam habet in excessu defectu q́; differen-
tiam: ad eundem modum nec renixus nec cutis tensio omnibus est æqualis. Commune tamen
eorum est, tum ꝙ pars magis renititur, q̃ ante, cum naturaliter se haberet: tum ꝙ in tumorẽ quen-
dam attollitur, extenta scilicet attenta q́; eatenus cute, quatenus tumor assurrexit. Simili ratione
& vitium, quod modo descripsimus, aliàs cõfusa exigua q́;, & quæ vulgum fortasse latere possint,
affert symptomata: aliàs ita vehementia & magna, et cunctis euidentia, vt ne puerum quidẽ clam
sint. Verum cõmune illud in oĩbus particularibus, quod intelligentiam ad se trahit, vnus id mor-
bus esse ostenditur, & vnã sibi appellationem imponi cogit. At, vbi magna quidem omnia sunt,
nemo de appellatione ambigit, sed nominant vno assensu oẽs eiusmodi affectũ Cancrum. Cum
autem adhuc incipit, nihil "miri est, si vulgus lateat, non secus profectò, ꝗ̃ stirpes, quæ è terra iam G A.li.4.f.3.c. c.15.fol.159
exeunt: quando hæ quoq; peritis tantum agricolis agnoscuntur. Ergo, quæ'nam in cancro tum
communis, tum propria curationis indicatio sit, opportune nunc dicetur. Cõmunis igitur est, vt
humorem, vnde vitium est natum, ilico vacues simili vacuationis genere ei, quæ in alijs tumori-
bus supra est comprehensa: mox prohibere, potissimum si fieri potest, ne de cętero eiusmodi suc-
cus in venis colligatur: sin id fieri nequit, saltem eũ omnino ex interuallis vacuare, & simul parti-
culam firmare, nequid humorum redundantiæ ad eam confluat. Veluti ergo amaræ bilis humo-
rem medicamento, quod eum humorem trahere sit aptum, educimus, sic & melancholicum edu
cemus vel simplicium aliquo, cuiusmodi est epithymum, pondo drachmarum quatuor in sero la
ctis mulsa'ue exhibitum: vel compositorum aliquo, cuiusmodi nostrum est, quod ex duobus &
triginta simplicibus medicamẽtis est compositum. Sed horum materiam in alijs traditam habes.
Hic autem, quæ ad propositam methodum proprie pertinent, dicamus. Post nãq; purgationem
illud de omnibus eiusmodi affectibus prius est præceptum, ꝙ vel retro regerere humorem, qui
in membro procubuit, oportet, vel ipsum digerere: præterea ꝙ in principio quidem tam in ipso
purgationis tempore, ꝗ̃ ante id, repellere: vbi iam totum corpus exquisite purgaueris, digerere.
Vbi tamen mediocris tãtum purgatio præcessit, mistum esse, quod applicabitur pharmacum, ex H
repellẽte digerente q́; facultate conueniet. Sanè ad crassum humorem inutiles sunt tũ imbecillæ,
eo, ꝙ nullum operæpretium efficiant: tum valentes, ꝙ vehementer tenuiores, quæ in venis sunt,
sanguinis partes vel digerant, vel retrudant: crassas vero & melancholicas, quas fæci assimilaui-
mus, nec euocent, nec repellant. Ergo, si his inter initia vtere, vtiq; minutus aperte tumor erit, cę-
terum, quod reliquum eius est, contumax ad soluendum reddetur. Quare "mediocrium virium A.ibidem.c.1 fol.460.b
medicamentis est opus: quæ nec propter imbecillitatem vincentur, nec propter effectus vehe-
mentiam valenter sanguinem crassabunt: Ad hęc item, quę omnino haud mordeant: quando-
quidem vitij malignitas ab ijs, quę mordent, iritatur, ac, vt dici solet, efferatur. Propter hęc igi-
tur, quę viribus quidem sunt mediocria, qualitate vero minime mordentia, eiusmodi affectibus
sunt idonea. Materię vero copia, sicuti in libris de medicamẽtis est traditum, ex vstis elotis ꝗ̃ me-
tallicis habebitur. Quippe, quę medicamenta ex his componuntur, vnà cum purgationibus, ad
sanandos incipientes cancros magnam vim habent: maiores vero, sat fuerit, si his prohibeantur
augeri. Prospicere vero, vt, qui iam sunt sanati, amplius non regenerentur, id artis de tuenda sani-
tate est opus: cuius sanè portio est ea, quę de cibis pręcipit. Cęterum, siquando cancrum per chi-
rurgiam curare audebis, cœpisse quidem ab vacuando per purgationem melancholico humore
oportebit.

A oportebit. Vbi vero totum, quod vitiatum est, prorsus excideris sic, vt nulla supersit radix, sines effluere sanguinem, nec propere eum inhibebis: immo premendo potius, quæ circum sunt, venas, exprimes ex ijs crassiorem sanguinem: mox alijs vlceribus similiter curabis.

De Carbunculis & Reliquis affectibus curandis, qui Vlcere crustoso constant. CAP. 10.

Ab.4.f.3.t.1. c.fol.453.b

EST tamen & aliud vitium, quod ex humore crasso feruente q; nascitur. Incipit hoc plerunq; à pustula aliqñ vero & sine hac. Ceterum inter initia, quibus hoc instat, scabunt particulam omnino: mox oritur pustula quędã: qua rupta, vlcus cum crusta gignitur. Sępe vero non vna oritur scabentibus pustula, sed multę exiles, veluti milij semina, †crebrę in particula residẽtes: quibus perruptis, similiter crustosum vlcus prouenit. In carbunculis vero, qui p Asiam populatim sunt crassati, ẽt citra pustulas non nullis excoriata statim cutis est. Omnibus tñ, vti dixi, crustosum vlcus fit, modo crusta ipsa cineris colorem præferẽte, modo nigrorem. Omnibus præterea his circumposita caro in summam peruenit inflammationem: non tamen colore aspicitur erysipelatis, immo qui adhuc phlegmones colore sit nigrior, veluti si plusculo rubro minus misceas nigri.

† [illegible] i. depascentes particulam.

Quòd aũt necessario febricitent, qui ita sunt affecti, id q; non minus, immo magis, q̃ illi, †quibus erysipelatosa est phlegmone, id vtiq; latere neminem potest. Sed & incipiendam ab incisa vena

† in antiquis quibusdam legitur οἷς [illegible], i. quibus erysipelas est vel phlegmone.

B curationem esse, id quoq; neminẽ latere arbitror, qui præsertim meminerit, quæ in curatione febrium de sanguinis missione diximus. Nec illud obscurũ, sanguinis vacuationem, quæ ad animi defectum vsq; sit adhibita, magis his etiam collaturã: nisi tñ aliud quippiam obstet ex ijs, quæ venam incidi vetent. Imponi vero sibi laborans particula, quod ad humorum inflãmationem spectat, refrigerantia desiderat. Ceterum propter humoris crassitudinem atq; etiam malignitatẽ, nec fluxionem auertere vnquam poteris: &, siqñ id feceris, aliud quippiã, quod in alto sit corpore, offendes. Atqui nec affluere is permittendus est: quin potius inquirenda remedia sunt, quę cũ modice reprimendo ẽt digerere possint. Tale profectò est tum cataplasma, quod ex plantagine conficitur: tum quod ex cocta lente, s. miscentibus his nobis micam panis teneram, qui clibano sit coctus. Esto autẽ panis nec omnino à furfure purus, nec nimium eius habens. Siquidem, qui oĩno purus est, eius substantia in cutis meatibus hærere est apta, Emplasticωteron Græci vocant: furfuraceus aũt crassiorum est partium. Super ipsum vero vlcus, valens aliquod imponendũ est medicamentum: cuiusmodi est Andronis, Pasionis, vel Polyidæ: liquari q; id cum vino aliquo dulci ad sordium crassitudinem debebit. Porrò cõmodissima ad hunc vsum vina sunt tũ thereum, tum

* arnoglosso.

ibidẽ c.10.d

scybelites: in quorum inopia sapa vtẽdum, quæ apud nos Hepsema dicitur. Quæ aũt pharmaca C reliquis adhiberi vlceribus solent, nempe quæ concoquant & pus moueant, ea nunc adhibenda non sunt: qñ ita putredinem particulę auxeris. Quin etiam scarificare eiusmodi tumores post sanguinis missionem alienum non sit: sunto autẽ incisiones mediocribus altiores propter infestantis humoris crassitudinem. Cessante vero iam inflammatione vlcus ad cicatricem similiter reliquis vlceribus perduces. Atq; hactenus de carbunculis dixisse sat arbitror.

De Strumis, quas Choeradas dicunt. CAP. 11.

..b.4.f.3.t.2. ..fol.458.d

DEinceps de reliquis agam tumoribus, orsus à strumis, Choeradas Græci vocãt. Existunt hę glandulis in scirrhosum affectum mutatis. Est q; curatio earũ, quod ad ipsum attinet vitiũ, ijs scirrhis, qui in alijs partibus nascuntur, cõmunis. Cęterum, quod ad ipsius partis naturam spectat, in quibusdam glãdulis alias geminas curationis indicationes adijciunt. Prætiterit fortassis hoc loco de nominibus aliquid clarioris doctrinæ gratia distinxisse. Quippe glãdulæ, quæ, quod in medio vasorum in diuersas partes diductorum habetur, implent, eius q; diductionis pro firmamento sunt, earum haud magnus vsus animantibus est: sed ex abundãtiore prouidentia, sicut alia quædam, sic has quoq; glandulas natura fabricauit. Earum vero, quæ vel saliuam, vel lac, vel genitale semen: ad hæc quæ pituitosum quendam humorem in mesenterio, vel faucibus, vel larynge, D generant: earum maior est vsus. Atq; aliqui has non glandulas, sed glandulosa vocant corpora, vt quæ non paulo, q̃ reliquę glandulæ, & rariore sint & magis spongiosa substantia: quin etiam in has tum arteriæ, tum venę sensibiles perueniunt. Atq; hę quidem, cum in scirrhoso sunt affectu, non aliter, q̃ cæterę omnes partes †, sunt sanandæ. At, quæ in medio vasorum spatio consistunt, in ijs alia curationis indicatio pręstatur: qua simul cum vitio etiam pars ipsa tollitur. Est vero duplex ea quoq;, nempe vel totum, quod vitiatum est, scalpello excidentibus nobis, veluti in cancro: vel putrescere id medicamento cogentibus. Porrò, quę eiusmodi medicamentorum materia sit, id in opere de medicamentis est proditum.

† σκιρρωθῶσιν, i. scirrho affectæ, additur in antiquis.

De Abscessibus, quæ Apostemata dicuntur. CAP. 12.

lib.4.f.3.t.1. 10.fo.455.a

MIhi vero tempestiuum est de alijs tumoribus docere. Quorum se primum abscessus offert, Apostema id græce dicitur. Huius duplex item genus est, vnum, cùm phlegmone in pus versa pus ipsum tanquam in sinu aliquo est collectum: alterum, cùm nulla precedente phlegmone humor aliquis statim ab initio, is q; aliàs specie alius, ceterũ omnino acris, in parte aliqua colligitur. Porrò excoriat hic circumposita corpora, spatium videlicet sibi moliens vel inter duas tunicas, vel sub certis membranis. Excoriat autem omnino ipsa copia distendens: interim vero acrimoniam quandam putredinosam tempore contrahẽs. Sanè inueniuntur in huiusmodi abscessi-

bus,cum scalpello sunt diuisi,proprietates quædam non paucæ,nec humorum modo,sed etiã solidorum quorũdam corporum. Siquidem vnguium,pilorum,ossium,testarum,lapidum,& pori fragmentorũ similia inuẽta in his corpora quędã sunt. Ac humorũ ipsorum alius, veluti lutum, vel cœnum,vel olei quidam limus,vel vini fęx: alius adeo grauiter olens,vt oẽs auersentur. Verũ hæc rarius incidunt. Frequentissima vero huius morbi sunt tria genera: quorum singula propriã appellationem græce sunt sortita. Ea sunt, Atherωma, Steatωma, & Meliceris, à similitudine contentarum in tumoribus substantiarũ dicta: est enim aliud eorum veluti seuum, aliud veluti mel, aliud pulticulæ,quã Atheran vocãt, simile. Curationis vero eorum indicationes sunt cões,nempe id, quod continet, vel digerere, vel totum putre reddere, vel excidere. Aliqui igitur eiusmodi tumorum triplicem curationis rationem admittunt,quotquot s.ex tenuiore humore constant,vt meliceris: aliqui duplicem tantum, veluti atheroma, quippe quod tum excidere tum putrefacere licet: steatoma vero sola manuum opera curatur, cũ nec putrefieri possit,nec digeri. In ijs vero abscessibus, qui in alto corporis consistunt,ac potissimum in visceribus,medicamẽta, quæ ex aromatis componuntur, maxime sunt vtilia, vtpote quorũ vis collectum humorem tum in halitum resoluat,tum digerat. Sunt profecto & alia eius generis non pauca,quorũ laudatissima sunt tum antidotus,quæ ex viperis componitur (Theriacẽ vocant) tum,quę Athanasia vocatur,tum Ambrosia: atq; hæc quidẽ sumptuosa: viliorum sanẽ optimum est nostrum, quod ex cretica calaminthã est compositum. Omnia vero id genus in opere de medicamentis colligemus: quod, vti paulo ante diximus,satius arbitror ijs tribus,quæ supra memoraui,quo nihil desit,subijcere. E F

De Tumoribus, qui toto genere Præter naturam sunt, ac de optima Curandi via. CAP. 13.

QVoniam vero eorum,quæ per chirurgiam fiunt, curationis indicationes aliquid commune habẽt,aliqd propriũ, satius nobis visum est ea nõ distrahere, sed vniuersa in calce huius operis apponere. Nunc porro tantulum etiam de tumoribus,qui pręter naturam consistunt,est adijciendum,quod,quicunq; ex his toto genere pręter naturam sunt,ij sui ablationem indicent,communiori s.indicationi,quæ per omnia,quę totis substantijs à naturę habitu recesserunt, extẽditur,subiecti: veluti in steatomatis & atheromatis habet. Huius certe generis est & q̃ Myrmecia græce vocatur,& quæ Acrocordωn, præterea in vesica calculus,& hypochyma: & in mulieribus ″ molæ in vtero gestatio, ita vero appellãt informem carnem: omnia nanq; talia summouere in totum properamus. Quorum vero etiã locus ipse affectus vna quæpiam naturalium partium est, prima indicatio est,vt affectus sanetur. Secunda ab hac,si insanabilis is sit,vt vna cum vitio pars quoq; ipsa excidatur: sicut in cancro & oĩbus vlceribus,quæ curationẽ respuunt. E cõtrario vero in suffusione,quod Hypochyma vocant,† victi in prima indicatione,‡ ad alium eam locum,qui minoris sit momenti,transferimus. Non desunt,qui hæc quoq; vacuare sint aggressi: sicut in ijs,quę chirurgia tractantur,dicam. Nunc illud dixisse sufficiet,quod humor,qui in hydrocelis visitur, alienus à corporis substantia tota natura sit, sicut ẽt,quæ in ascitis hydropibus continetur aqua. Quarũ certe vacuationẽ vel medicamentis,quæ digerãt, molimur, vel chirurgia, in hydrocele quidem immisso siphone: in hydropibus vero adhibita pũctione, quam paracentesin vocãt. Porro exciditur vna cum affectu ipso,veluti in ijs,quæ ante comprehẽsa sunt, etiam pars affecta: ita & in herniosis aliquid peritonæi. Pari modo & columella aliqñ vna cum vitio ipso exciditur. Itidem q; in cruribus & testiculis,vna cũ varicibus ipsæ venæ. Ad hęc,tunica in naso cũ polypo, & foratus dens cum foramine: verũ ex his nullum est,quod ad naturalem habitum possit reduci. In columella vero id oĩno est conandũ, nec properandũ ad eã excidendã: sed,qñ gracilis est,& ad lori tenuitatem redacta,tum est auferenda. Porro talẽ eam reddet longius tps: at,qualem Hippocrates in præsagijs ‖ descripsit,paucorum dierum numerus: ęque vero & cætera,quæ in magnitudine naturalẽ habitũ excesserunt: in quibus annumerãda sunt omnia,quibus supercreuit caro, & encanthides,& qui in sede thymi dicũtur. Sunt ex istiusmodi vlceribus,& quę ambigua sint specie, veluti cicatrices,quæ supra circumpositam cutim multum extãt: item, quę in oculis sunt pterygia. Curationis tñ eorum indicatio manifesta est. Siquidẽ talia omnia amouere oportebit: atq; id semper agere,vt rationibus,quibus id fiat,pensitatis optimã semp earum deligas. Sanẽ optimę rationes tripliciter iudicantur, tum ex tpis curandi breuitate: tum ex curando citra dolorem: tum ex maxime tuto curando. Rursus,vt tuto cures, tria propria sunt, qbus intentus sis, oportet,vnũ primum q;,vt oĩno absolutionem operis consequaris: alterum, vt sicubi hunc non consequaris, saltem cubantem non lædas: tertium, vt vitium non facile reuertat̃. His cõsiderationibus si optimam curationis viã iudicaueris,inuenietur in oĩbus, q̃ nunc proposuimus, qñ potius chirurgiæ, & qñ potius medicamẽtorum ope, sit curandũ. At chirurgię quidẽ studium in ijs pręsertim,quę nunc sunt proposita,ad interemptionem eorũ festinat: vt quæ, quod in animalis corpore toto genere prẽter naturam habetur,id prorsus tollendũ sibi proponat: quod si perficere nequeat, proximum illud consilium habet,vt vitium transferat,veluti in hypochymatis. Quod vero ex medicamentis petitur,primum huc tendit,vt,quod præter naturam est,tum vacuet,tum digerat: quod si per mẽbri naturam,aut etiam vitij rebellionem fieri non licet, vt id tum in pus vertat, tum putrefaciat: hoc vero secundo loco destinat. Quippe ita in columellæ vitio facimus, primum scilicet ad G H

naturalem

Marginal notes:
″ τῶν κατὰ φύσιν,i.earũ quæ sm naturã sũt.
† ἀποτύχοντες τῶ πρώτου σκοπῶ.
A.li.3.f.21.t. c.18.fol.188.
‖ 3.Progno.t.21. 4d.209.c
* Non est in antiquis.

A naturalem habitum eam reuocare tentantes: id si consequi non est, prorsus amputantes, id q; vel chirurgię opera, vel per caustica medicamenta. Verum medicamenta, melius est, in tractationem de ijs differamus (quandoquidem tribus iam proditis, aliam quoq; quartam adijciendam statuimus) ac chirurgiam in calce huius operis apponamus.

Quæ Secundum naturam, quæ Præter naturam proprie in nobis dicantur. CAP. 14.

NOn est igitur, ꝗ in his amplius immoremur: sed transeundũ ad ea, quæ similem ijs, quę comprehensa sunt, curationem desiderant. Ea sunt, tum quę in numero & magnitudine conuenientem modum excedunt: tum quę in ambobus his deficiunt. Dixi hoc loco conuenientem: ꝗ si conferentem, vel conducentem, vel secundum naturam, vel vtilem alibi vsurpauero, eadem sermonis vis erit. Ac dictum quidem de his est alibi latius: cęterum redigere in memoriam summatim omnia, etiã hoc loco alienum non fuerit. Omnium ergo, quę in corpore habentur, primum, cuius maxime indigemus, est ipsa particularum minime impedita functio. Hanc vero, quia possidemus natura, idcirco publice dicimus expetere nos secundum naturam agere. Et, quia hoc ipsum cum eo, quod secundum naturam se habet, est coniunctum, merito profectò nihil interesse arbitramur, secundum naturam habere, an secundum naturam agere dicamus. Quin & sine adB ditione interim græce dicimus expetere nos τὸ κατὰ φύσιν, vtiq; subaudito in dictione, vel habere, vel agere, vel ambobus: {Latinitas propter articuli fortassis inopiam, ea figura destituitur.} Atq; hæc quidem causa est, cur medicis recte vsurpata vox hęc, Secundum naturam, sit de omnibus, quæ in corpore ex sententia nostra esse cupimus. Scire autẽ licet in ijs, quibus natura *deficit, nec primum, nec propter se ipsum, secundum naturam à nobis expeti, sed † propter actionem,} & ex accidente. Siquidem sextus digitus non nullis ab ipso statim ortu est congenitus, & quintus defecit: & alia quædam similia, aliqua in numero, aliqua in legitima quantitate, vitiosa. Ac, si quidem hęc plurimum, recta vero rara fierent, contra, ꝙ nunc, de naturæ operibus statueremus, vtiq; non tuentes vt nunc, sed auferentes ea. Hęc ratio memoria tua nunquam excidat, cum sit ad nominum vsum vtilis, quę tum fallere inconsideratos possunt, tum discordię phantasiam excitare, sicubi alter dicat totum, quod præter naturam est, esse tollendum: alter, quod nocet, aut inutile est, aut incommodat actioni.

*ἀποτυγχάνει. † [illegible] secundario

De ijs, quæ in Magnitudine, & Numero excedunt vel deficiunt: ac primum de Curandis ijs, qui Obesitate & corpulentia onerantur. CAP. 15.

ERgo denuo repetentes, de rebus loquamur, quando de nominibus est nobis definitum, hinc C orsi. Coniuncta comprehensis iam morbis sunt ea, quę vel magnitudine, vel numero, à debito naturę modo sunt aliena: in quibus amputare quidem conueniet, quod magnitudine vel numero redundat, reficere autem & fingere, quod desit, vbi videlicet fieri id licet. Quintum nãq; digitum, aut tale aliud membrum, medico certe gignere non licet, sed vnius naturę opus sunt oĩa talia. Verum in totum tollere, quod numero redundat, aut præcidere aliquid eius, quod magnitudine modum excessit, hęc nobis quoq; licent. Siquidem ex medici officijs vnum est, nec id leuissimum, vbi in corpulentia eò deuenit corpus, vt nec ingredi sine molestia, nec sedem propter ventris molem contingere, sed nec respirare libere possit, hanc liquare ac tollere, † æque nimirum, vt, cum corpus ali desinit, (Atrophian Gręci vocant) quod genus, quos vomica male habet, patiuntur,} huic quoque reficiendo prospicere. Sæpe autem euenit, vt non totum corpus, sed vna quępiam pars ex atrophia tabescat: quam scilicet vel neruorum resolutio, vel ipsius partis intemperamentum, pręcessit. Opportune q; iam de curatione horum considerabimus, orsi ab ijs, qui corpulentia nimium onerantur. Ostensum vero in libris est, qui de temperamentis sunt inscripti, ꝗ calidior sicciorq; temperies exile corpus reddit. Ergo id agendum, vt nimium obesi corporis temperamentum tale esse faciamus, si modo ad debitum modum redibit. Sanè docuimus tum in illo D opere, tum nihilo secius in opere de tuenda sanitate, ꝗ acuta exercitatio, & tenuãs victus, & id genus medicamenta, & animi cogitatio, temperamentum totum non solum calidius, sed etiam siccius, ac propterea corpus exilius reddũt. Igitur in exercitationibus celerrimus cursus est idoneus. Tenuantis verò victus materia seorsum singulari libro est prodita. Quod si medicamẽta tenuantia quoq; requirant, etiam hęc in operibus, quę de medicamentis conscripsimus, sunt edita: quanquam referentur eorum nunc quoq;, quę sunt efficacissima: quibus, vbi demere nimiam obesitatem studes, vtaris, suadeo. Ergo, quę ad articularia vitia quidem exhibere solent, quę scilicet valentem incidendi facultatem habent, ijs tu quoq;, cum nimiam obesitatem curabis, vtitor. Sunt porrò talia, rutę semen, pręsertim q; syluestris, vnà cum ipsis corymbis, & aristolochia rotunda, & minus centaurium, & gentiana, & polium: pręterea ex vrinam cientibus, ea, quę pollentes habent vires, veluti petroselinum. Vnumquodq; enim taliũ, tum ipsum per se, tum vero alijs mista, vniuersa & extenuare potenter succos, & vacuare sunt habilia, partim quidem sensibiliter per vrinas, partim per insensibilem transpiratum: sed & sal, quod ex combustis fit viperis, potenter extenuat. Multi q; cum vel graciliores, vel mediocris habitudinis essent, ex eiusmodi medicamentorum potione perierunt, sanguine ipsorum excocto. Fuerant autem ad ea propterea, ꝗ liberatos aliquos articularijs vitijs viderant, minime s. ęstimantes, ꝗ temperies eorum, qui sanati fuerant,

† Clarius. æque nimirũ, vt cũ corpus in ea reddat atrophia, quale ijs, q phthoe detinetur, patiuntur.

humidior pituitosior q; erat, qualis nimirum obesorum est: in quibus eiusmodi medicamētorum E securus est vsus. Ipse nanq; iuuenem quendam quadraginta circiter annos natum, oppido q; obesum percuraui, vsus tum antidoto, quæ aduersus articularia vitia est composita, tum sale theriaco, ipsa q; theriace, ac reliquo extenuanti victu, & pro exercitatione cursu veloci. Porrò præparaui hominem ad cursum, perfricando primum linteis asperis, quoad cutis ruberet: dein statim cum oleo, quod in se digerēs aliquod medicamentum habebat: quo etiam post cursum rursus vtebar. Talia medicamenta sunt, tum syluestris cucurbitæ radix, tum althæa, tum gentiana, tum aristolochia, tum panacis radix, tum polium, tum centaurium. Per hyemem vero etiam à balneo iam dicto oleo hominem reunxisse profuerit. Verum cibum exhibere non statim à balneo, sed interposito somno, conueniet. Quòd si velit etiam rursus ante cibum lauari, permittes. Magis etiam ad rem pertinebit, si aquæ ipsi digerendi facultas insit. Ac, si quidem talem aliquam spōte natam habemus, ipsa vtemur: cuiusmodi in Lesbo visitur, à Mitylene stadijs quadraginta: sin minus, ipsi similem aliquam moliemur. Est porrò ea, quæ in Mitylene conspicitur, & viribus & colore talis, qualis vtiq; fiat, si quis florem salis aquæ marinæ misceat. Hæc ipsa aqua etiam hydropicis, & reliquis tumefactis idonea est, vtpote valenter desiccans, ita profectò, vt præpinguibus, ac præcipue si quis ipsos cogat in ea celerrime natare, nec post largam lauationem protinus esse bibere'ue, sed F somno interposito, aut omnino saltem quiete. Sanè illud est sciendum, atq; ab eo, qui obesitatem curat, prædicendum, quòd aliquando ex multo simul obito motu, & febri hominem tentari est credibile: & quòd febris ad rem propositā non aliena erit vtiq;, si medicus rectè omnia faciat. Etenim perspicuum est, vbi ex lassitudine febricitarint, qui ita curantur, quòd sopita eorum febre, rursus ad eandem curationis formulam redibimus. Sanè fugere in ijs curandis cōueniet & vina, quæ multum nutriunt, cuius generis crassa sunt: vti vero vel aquosis, id est colore albis, & consistentia tenuibus, vel quibus mare est admistum.

[Margin: * σικύς, i. cucumeris.]

De Reficiendis corporibus extenuatis, ac Restituendis particulis, quæ deficiunt. CAP. 16.

AT, vbi eos, qui extenuati sunt, reficere in animo est, ijs vinum exhibebimus crassum: cibum vero, qui succum efficiat crassum: exercitationes paucas, frictionem mediocrem: ac, vt summa complectar, omnia iam comprehēsis contraria moliemur. His vero "etiam picari cōmodum est, † id q; tertio aut quarto quoq; die: ⁊ quippe id ad carnem instaurandam, egregium medicamentū est adeo, vt si quod singulare membrū hoc vitio laborat, id hoc presidio restituatur. Ac nobis quidē in omnibus fermè hoc vnum satisfecerit, siquidē humectat & calefacit, sanguinis multitudine accita. Ergo nec assidue id ægrotanti corpori admouere conueniet, nec, cum conueniet, G sæpe illinere, verum in hyeme bis, in ętate semel id fecisse est satis. Quibus vero à natali die gracilia sunt membra quædam, ijs etiam mangones puerorum hoc ipso præsidio succurrunt, vnà cum certa percussione, quam græce Epicrusin vocant. Est porrò & illius mediocritas quædam, vt s. nec plus iusto, nec minus fiat. Ea talis est. Ferulas paruas ac leues modice illitas gracilibus partibus incutiunt, donec modice attollātur: quippe in hoc summa rei est: veluti Hippocrates de perfusione ‖ aquę calidę dixit, Primum quidem pars intumescit, post gracilescit. Ergo, quibuscunq; particulis bonam habitudinem reddere studemus, has & fricare, & perfundere, & percutere, & picare oportebit tantisper, dum intumescant: hoc vbi factum est, protinus desistere prius, quàm digeri cœperint. Etenim, quæ calefaciūt omnia, sicuti attrahere, ita ēt digerere sunt apta. Si ergo perstes, dum, quod attractum est, digestū sit, operam luseris. Ad hunc modum mango quidam proximè nates pueri † fame cōsumptas, ⁊ breui auxit, percussu mediocri quotidie vsus, aut saltem alternis diebus: item moderata picatione. Cæterum, qbus totum corpus est extenuatum, ijs lauari quoque post cibum est idoneum. Veluti autem metus erat, ne tenuantibus auxilijs febris succederet, corpore scilicet immodice per hæc calefacto, sic ijs, qui à cibo lauantur, timendum est, ne sibi iecur obstruatur, potissimum propter ciborum speciem: quippe cum aliter quoq; obstruere soleāt, H quæ succum crassum gignunt, si quis his liberalius vtatur. Vbi igitur aliàs id efficere solent, multo profectò promptius idem post balneum facient. Incidit tamē ex tali victu diutius exhibito, ēt calculi in renibus generatio: quod vitium cur omnibus non contingat, satis patet. Quippe incredibile non est quibusdam vel densos admodum esse renes, vel perangusta venarum in iecinore ora: quibusdam contra esse habita. Horum q; dignotio nulla planè certa est: sed percontandum assidue ab eo, qui iam dicto modo est cibatus, num quis illi grauitatis sensus in dextris præcordijs & circa ᵃ rēnes sit. Quòd si quid tale aliqñ senserit, protinus cappari ex oxymelite in principio cibationis, donec constiterit grauitas, dabitur. Ad membra vero, quæ ægre reficiebantur, ac plusculum iam refrigerata erant, vsus aliquando & thapsia sum, aliàs ea ex melle membrum illiniens: aliàs etiam ex cerato: siquidem attrahit ea quoq; partibus, quibus superposita fuerit, sanguinis copiam. Quibus autem exiguum aliquid pudendi pręputio de naturali deest quantitate, ijs non raro citra thapsiam sola tensione debitū modum reddidi, ᵇ mēmbranulam mollem firmam q;, cuti gūmi illitæ circūuoluens. Satis autem constat, quòd etiam membranulæ finem ᶜ † parti subiectæ ⁊ agglutinari gummi oportebit: siquidem & siccatur cito, & sine dolore adstringit. Porrò cuti pręputij ex interna parte rotundum aliquid ac mediocre supponi prius oportebit, quod videlicet postea,

[Margin notes:]

A. lib. 4. f. 7. c. 4 c. 2. fol. 519. b

† δι' ἡμερῶν ἤτοι τριῶν ἢ τεττάρων., i. id q; triū uel quatuor dierū spatio.

Lib. de Offic. med sect. 3. t. 16. 7ᵃ. 215. h

† In impressis cod. & in plerisque manuscriptis græcis legitur, ὑπολέπτου, i. gracilioris. in aliquibus autē vt Linacer vertit. ὑπὸ λιμοῦ συντακέντος, i. fame ꝯsumpti.

A * ψόας, i. lūborū carnes.

B * ἵνα χάρτου i. fibrā vel mēbranulā chartę

C † τῷ ὑποβεβλημένῳ ἄνω μέρει τῆς ἰνός, i. illi parti membranulæ, quæ in superiori regione sibi subiecta est.

A postea, quòd agglutinata membranula est, facile eximas. Eorum vero, qui thapsia præputium adducunt; quidam rotundum id è plumbo fecerunt, veluti solenarium quoddam: mox illi extrinsecus præputij cutim circuntendunt, ac molli loro deligant. Fuerit q; & id non nunquã vtile, vtiq; quibus multa desit cutis: quibus autem exiguum est, quod deest, ijs (vt comprehensum est) sola membranula circundata sufficiat: vbi autem circũdabitur cuti, & agglutinabitur, subtus imponi * solenarium prius oportebit. Ego vero, cum nihil horum præstò est, modicum chartæ inuoluens, immittere pro fulcimento præputij soleo, vt postea, cum planè coaluit, quod foris est circundatũ, exempto, quod fulciuerat, facile meiat is, qui curatur. Constat vero hoc quoq; vitium ex eo morborum esse genere, quod naturalem magnitudinem est egressum, aliàs putrescente præputio incidens: aliàs ab ipso ortu minore, quàm par erat, congenito. Subijcitur autem duplici chirurgiæ rationi, interim in superna pudendi parte circulo incisa cute, quò videlicet eius vnitate soluta, eatenus deorsum trahatur, quoad glandem cooperiat: Interim vero scalpro ex interna parte, qua glandis initium est, excoriata, mox deorsum tracta, ac deinde (vt supra comprehensum est) molli quopiã deligata. Dicemus autem & de eiusmodi rationibus in sermonis progressu æque profectò, vt de curtis id genus, quæ Colobωmata Græci appellant: quippe ita vocant, quæ in labijs, aut narium B alis, aut aure deficiunt. Nam methodo quadam curantur hæc quoq;, primum quidem excoriata vtrinq; cute, deinde adductis coniunctis q; inter se cutium oris: ac vtriusq;, quod callosum est, detracto: mox, quæ reliqua sunt, adsutis atq; agglutinatis. Eiusdẽ generis sunt, & quas in maiore oculi angulo Rhœadas græce vocãt, vtiq; vel impẽsius minuto, vel prorsus perdito ipso angulo. At prorsus quidem perdito eo, omnino insanabile relinquitur vitium: minuto vero, ijs, quæ modice adstringunt, curatur, si tamen totum corpus primum ante purgaueris, dein caput. Sunt mediocriter adstringentia medicamenta, & quæ è glaucio componuntur & croco, & quæ nardina vocantur: & in primis, quæ ex vino sunt confecta. Vt vero summa complectar, quibus perit aliquid substantiæ, maxime quidem id agendum, vt ei quàm simillimam faciendam curemus: si id fieri nequit, saltem aliquid, quod eundem præstet vsum, machinabimur: erit autem profectò & id eatenus simile. Etenim, cum ossis tibiæ sæpe excidere portionem magnam cogimur, ad alterã loco eius substantiam producendam, carnem gignentibus medicamentis naturam ipsam prouocamus: quæ vtiq; inter initia velut dura est caro: postmodum calli durioris firmitudinem accipit: ac temporis spatio roborata, ad ingressum, ossis loco, fit habilis. Quin etiam, vbi internodia digitorum excidimus, in excisorum loco alteram, qualem prædiximus, naturam prouenire cernimus.
C Quòd autem venas quoq; sensibiles generatas aliquando vidimus, prius est dictum: verum has non tam similes ijs, quæ prius perierant, quàm easdem, renasci dixeris: veluti in cauis vlceribus carnem. Cicatrix vero, quæ in hac calli modo durata gignitur, ea cuti quidem est quàm simillima, cutis tamen non est: quando & densior ea visu tactu q; sentitur: et ratione ex eo, quòd pilos non edit, intelligitur. Hæc igitur si præstò tibi ad manum semper erunt, quæ tibi in curationibus peragenda sint, minime requires.

De Reliquis curandis Affectibus, qui ad prædicta genera referuntur. CAP. 17.

Mihi vero iam tempestiuum est ad alia morborum genera transire, sed quibus est cum supra comprehensis societas. Ergo serpens vlcus, qui Herpes græce dicitur, is eiusdem est generis cum exulcerato erysipelate: Ramex vero, quam Sarcocelen vocãt, cum scirrhis. At vitia, quæ Ophiasin, Alopecian, & Ptilωsin appellant, ex eo sunt morborum genere, in quibus naturale aliquid est amissum, æque nimirum, vt Myrmecia eorum est, quæ toto genere sunt præter naturam. Porrò triplex omnium horum est differentia. Quædam nanque ex mutatione consistunt solidarum partium: sicut myrmecia, & leuce, & vitiligo, {& ossis caries, quam sphacelon vocant,} & elephas, & scabies, & lepra. Quædam, cum prius omnino non fuerint, postmodum sunt orta: ve D luti meliceris, & atheromata, & steatomata: atq; alio modo helminthes, & ascarides, & ceria, ita enim vocant longã latam q; helmintha: omnia q;, quæ supra diximus in abscessibus quibusdam, callosæ substantiæ, aut lapillis, aut ossibus, aut pilis, aut alijs quibusdam id genus similia inueniri. Itaque attentum esse semper oportet in omnibus, quæ præter naturam habentur, atq; diligenter aduertere, ex quo ea genere sint: si modo illud rectè à nobis dictum est, primam faciendorum indicationem, vnde ad omnia, quæ deinceps sunt administranda, initium capietur, à genere ipso sumi. Herpetas nanq; biliosus procreat succus: quo fit, vt eatenus eiusdem sit cum erysipelate generis, atq; huius quoq; magis etiam cum eo, quod exulceratum est. Differt autem ab erysipelate humoris tenuitate: est enim admodum tenuis, qui herpetem excitat, adeo profectò, vt nõ solum oẽs interiores partes, quæ vtique carnosæ substantia sunt, transeat, sed etiam cutim ipsam ad summam vsq; cuticulam (Epidermida Græci vocãt,) quam solam propterea, quòd ab ea remoratur, tum erodit, tum exedit: quando, si hanc quoq; sudoris vice transiret, haudquaq̃ vlcus excitaret. Quippe id vlcerum, quæ ex mordente humore oriuntur, quæ nimirum spontanea vocant, commune est, quòd humor, qui ea facit, sistitur in exitu ac tardat. Porrò ex eo, quòd alter humor altero sit tenuior crassior've, vlcerum differentiæ, quæ ex profunditate spectantur, proueniunt. Huius certe generis est, & quæ Phagedæna Græce dicitur, & exulcerati cancri. Quorum omnium cõmunis cura-

* χάρτιον.

tio est, vt inhibeatur primum humoris confluxio, post sanetur vlcus: propria vero cuiusq; tum ex E membri inuenitur natura, tum ex humoribus non solum specie, sed etiam quantitate. At tenuissimus quidem in eiusmodi humoribus est is, qui exulceratum herpetem excitat: crassissimus, qui cancrum: proximum ab his locum occupat, quod ad crassitudinem attinet, qui phagedænas creat. Harum species quædam sunt, quæ Cheironia ac Telephia græce dicuntur. Iam aliæ quædam eiusmodi appellationes sunt, sed inutiles & superuacuæ: siquidem ad curationem pernosci oportet humoris tum copiam, tum crassitudinis tenuitatis'que eius modum, tum potentiam: Veluti statim in herpete, quoniam humor tenuis est, (vt qui ex genere flauæ sit bilis) vbi summam cuticulam in transitu perrupit, vtiq;, cum digestus is est, permittit cicatricem vlceri induci. Itaq;, si quis toto prius corpore purgato, mox, quæ influentem humorem reprimant regerant'q;, medicamentis vtatur, iam herpetem curauerit. Sin neutrum horum fecerit, sed tantum ea, quæ cicatricem inducunt, adhibuerit, vtique exulceratam cuticulam ita sanauerit: proximæ tamen illi, quò minus exulceretur, non consuluerit. Postmodum vero illa quoq; cicatrice inclusa, quę ipsi continua est, exulceratur: id'que longo spatio, ceu serpente malo ipso, fit, donec humor, qui id facit, sit vacuatus. Etenim Romæ mulier quædam illustris, cum herpetem in malleolo haberet, primum quidem medicamento, quod algam recipit, est vsa. Hoc cum protinus cicatrix induceretur, proxima illi summa cutis est excoriata, veluti ex desquammatis. Cui cum deinde superpositum medicamentum est, rursus illi continua est exulcerata. Id'que ita assidue perrexit, donec ad genu exulceratio perueniret: cum interim quiduis potius pati, quàm medicamento, quod bilem traheret, purgari parata esset. Itaque etiam (quod fieri in talibus assueuit, quoniam plerique culpant non culpanda) damnato ex alga medicamento aliud admoueri iussit. Deinceps igitur, quod ex sandice componitur, vtebamur. Vt vero id quoq;, quod exulceratum iam fuerat, sanauit: quod vero nunc exulcerabatur, non inhibuit, sed iam ad bubones vsque vitium ascenderat, ipsa necessitate coacta, serum'se lactis sumpturam annuit. Immittentes igitur clanculum minimum scammoniæ, inuitam purgauimus, ac sanauimus. Ergo, cuius gratia hæc dicta sint, denuo repetamus. Post, quàm communem omnium, quæ sub eodem genere vitiorum sunt, indicationem acceperis, vtique non hanc in particularibus exequeris, sed reduces semper ad differentiam, quæ tum affectibus, tum ipsorum causis, sit accommoda: sicuti de spontaneis ostensum est vlceribus. Vacuabis nanque eum, qui redundat, humorem, cæterum aliquando medicamento, quod flauam purgat bilem: sæpe eo, quod nigram: modo eo, quod mistæ est facultatis, quod scilicet bilem simul & pituitam educat: veluti in altero herpetum genere, quem à similitudine, quam habet cum milio, Cenchrian græce appellant. Quippe is non protinus vlcus facit, quemadmodum alter, sed admodum exiguas pustulas, ad speciem milij: quæ ipsæ interposito spatio in vlcus abeunt. Adeo non sine ratione quibusdam visum est in eiusmodi vitio bili esse aliquid pituitæ admistum. Incidunt sane non nunquam & citra vehemens totius corporis humorum vitium in partibus vlcera, quæ haud difficulter medicamentis, quæ repellendi digerendi q; mistas facultates habent, curantur. Ac repellunt quidem non solum ea, quę adstringunt, sed etiam, quę sine adstrictione refrigerant: digerunt vero, quę calefaciunt. Constat'que, quòd in generatione vlceris exuperare debebunt, quæ repellendi facultatem habent: vbi non amplius confluit in ęgrotantem particulam vitiosus humor, quę digerunt. Siquidem exiguum vitiosi humoris, etiam si quis ad viscera & magnas venas retrudat, nullum profectò, quod sensu percipiatur malum cõmittet: at, si eius non leuis quantitas sit, in princeps aliquod membrum aliquando procumbit, vbi scilicet prius naturę viribus totum corpus expurgantis non sit vel per deiectionem, vel vrinas, vel cutim, quę totum corpus includit, vacuatum. Atque flauę quidem bilis vacuatio est facilis: pituitę vero, ac potissimum eius, quæ crassior glutinosior'que est, item'que nigræ bilis, difficilior: quo magis purgantis medicamenti ope indigent. In herpete vero, quoniam tenuis humor est, H qui id vitium creat, abunde est etiam aluum leuiter soluisse, vel vrinas per ea, quæ id modice efficiunt, citasse. Verum, quoniam de medicamentorum methodo proditum etiam aliquid in superioribus est, non pauca autem & in operibus, quæ proprie his sunt dicata, satius sit sermonem nihil vltra proferre: quando satisfacere etiam ei, qui attentus erit, hæc possint, neque enim nos ea à musis accepimus. Verum homini, qui prudens sit & diligens, & mente exercitatus, ipsa rerum natura, quid agendum sit, suggerit: vbi vero etiam inueniendi viam ab alio quis traditam ceperit, huic facillimum est per eam ultra progredi. Huius rei amplum testimonium fuerit, quòd eiusmodi uiri artem maximis operibus illustrarunt: qui uero parum sunt prudentes, ij nihil præterea inueniant, etiam si tota uita infinitos artis effectus conspexerint. Plurima nanque inueniuntur hodie'que, quæ apud maiores nostros non fuere inuenta: ueluti nunc Romæ quidam excogitauit, quemadmodum acrochordonas & myrmecias ore sanet. Verum de prioribus, utpote à cute extantibus, minus est mirum: de myrmecijs uero, potissimum quæ cum summa cute prorsus sunt æquales, mirum uidebatur. Veruntamen has quoq; primum labiorum applicatione, ceu suctu, ad se trahebat, atq; à radice euellebat: deinde primoribus apprehensam dentibus totam simul eximebat. Sed & scalpro ad myrtacei folij speciem formato, & ferramento eo, quod Scolopomachęrion

A.li.4.F.3.t.1 c.7.fol. 452.

* ἀναμνήσεις.

A pomacherion Græci vocãt, quispiam manibus exercitatus, facile eas excidat: cum propriis lineamentis à circumposita cute circumscripta discernatur. Æque vero & valente aliqua pinna circulo myrmeciæ imposita ipsam educimus. Debebit porrò pinnæ fistula esse myrmeciç crassitudini par, vt eam vndiq; prorsus constringat: quæ postea circumacta, ac simul deorsum impulsa, celerrime ita myrmeciam etiam cum ipsa radice totam educet. Constat vero, & quod finis ipse pinnç, quç eam circulo secabit, non tenuis modo, sed etiam acutus & firmus esse debebit. Itaq; tum galli veteris pinna, tum vel magis aquilæ, ad hunc vsum est commoda. Abscidere vero ab his tantum radicem versus oportet, quatenus reliquç partis fistula complecti myrmeciã possit. Sane ex ipsa statim abscissione, si modo scite fiat, etiam acumen ipsi comparabis. Atque hoc quidem ratio inuenit, non casus. Iam, quòd hæc vehementer attrahentibus medicamentis sursum velletur, & putrefacientibus enecabitur, ratione ab aliquo est inuētum, qui iidem postea vsus, experientia rem comprobauit. Quædam nanque etiam ante experientiam fiduciam de se manifeste præbent: veluti, quç aculeum ac telum, quod modo infixum sit, eximunt: item q; arenulas, si quç oculo inciderunt. Quçdam ratione certe excogitantur, confirmantur autē † ipso vsu.} Quo autem facilius etiam per te eiusmodi vias ad curationum comparandam copiam inuenias, non tçdebit aliquod huius generis exemplum proponere. Nominamus autem id genus, in numero particularum vitium. Quoniam enim quçdam deficiunt, sicut dens, vel digitus, vel è naso ala, vel auris quæpiam particula, vel pudendi pellis: quçdam redundant, veluti sextus digitus, & quæ Græce Εξοστωσεις dicuntur, & dentium ii, qui naturalibus adnascuntur: adimere quidem, quod superuacuum est, sane haud difficile est: aliud vero producere, quod simile ei sit, quod desit, id in quibusdam quidem est facile, in quibusdam difficile, in aliis planè fieri nō potest. Si nanq; carnosum sit, quod deest, haud magno negocio id reficias: atque eius rei in cauis vlceribus tradita methodus est. Sin os sit, ipsum quidem instaurare non est, cęterum aliud pro eo durum efficere, id licet. Dictum vero etiã in præcedentibus est de reficiendis venis, nempe quòd aliquando nouas alias sensibiliter progenitas vidimus: aliquando omnia tentantibus non prouenerunt.

lib. 4. f. 7. t. 3. 3. fol. 516. h

li. 1. f. 1. d. 5. 1. fol. 10. b

* ipsa experientia.

B

De Resarciendo Pilorum defectu. CAP. 18.

AT, si digitus desit, vel tale quippiam, restituere id prorsus non licebit. Sanè proditum & de præputio prius est, quemadmodum id quispiam instauret. At, quæ in naso, vel aure, vel labio sunt curta, ea quidem vt refecisse non licet, ita decorem aliquem his adiicere licet, si quis diuisam vtrinque cutim mox in vnum cōductam queat agglutinare. Alia vero ratione huic morborum generi annumerantur atheromata, & steatomata, & meliceribes, & ascarides, & ceria, & helmintes: præterea, qui in articulos & pulmones incidunt, calli, quos poros vocant: item q; qui in renibus & vesica inueniuntur, calculi: quippe in omnibus his communis est substantię generatio, quę ante non fuit. Contra fit in alopecia, & ophiasi, & ptilosi, item caluitie, in quibus amissio particulę est, quę vtilis fuerat. Tanquam igitur in cęteris omnibus, in quibus gigni quippiam volumus, id agimus, vt naturę motus liberos minimè que impeditos reddamus, eodem certe modo & in pilis amissis. Quippe naturę opus est, veluti in sinuosis vlceribus generatio carnis, itidem in capite & palpebris productio pilorum. Ergo, si recordaberis ea, quæ in naturalibus libris nostris de pilorum generatione didicisti, vtique ex ipsis amissionis eorum causas inuenies. Siquidem ostensum * in iis est, quòd ex succis, qui per cutim transpirant, quod limosum est, id pilos tum à principio gignit: tum de cętero veluti succrescendo auget. Hoc igitur quoties vel prorsus perit, vel redditum est vitiosum, toties pilos corrumpi est necesse. Corrumpuntur nanq; & stirpes ipsę duplici de causa, alias nutriente succo destitutæ: aliàs non idoneo vsę. Ac prorsus quidem perdito eo, qui pilos alat, succo caluicies oritur. Eodem vitiato, tum quas Ophiaseis græce vocant, tum alopeciæ proueniunt. At primum quidem † ex naturali eorum tum ortu, tum mutatione,} etiam alienam à natura causam inuestigabis. Ab hinc curationis rationem inuenies. † Quæ vtiq; per indicationes omnibus iam dictis (in quibus vel aliud quoduis vitium, vel etiam vlcus, ex humoris vitio incidit) communes peragetur: siquidem & inhibere, quod influit, & absumere ac digerere, quod iam ęgrotantem locum occupauit, cōueniet. Ergo, ceu in vlceribus illis purgationem nocentis succi primum adhibuisti, eodem modo in pilis ipsis ab hac primũ curationem inchoabis, scilicet diligenter prius æstimans, quis color cutis sit, cuius cernis corruptos pilos. Nam, si his albidior, quàm pro naturę habitu, sit, pituitosi humoris purgationem exhibebis: sin pallidior, eiusmodi bilis purgationem non secus, quàm, si nigrior conspicitur, quæ nigram detrahant bilem, offeres. Sanè ad vitiosi humoris speciem certius agnoscendam non leue tibi adiumentum precedens victus conferet, presertim intelligenti, qui nam ciborum nigrç bilis succum colligant, qui nam pallidę, vel pituitę. Ergo, cum iam planè purum ex purgatione corpus existimas, eum, qui in cute continetur, humorē digerentibus medicamentis discuties, sic tamen, vt in iis caueas, ne adeo calida acria q; admoueas, vt cutis exulceretur. Quin etiam ea, quę valenter siccant, cauere conueniet, ne videlicet cum vitiato humore etiam vtilem, qui adfluit, absumas: veluti in caluicie fit. Hęc igitur ipse aduertens, admiscui primum iis medicamentis, quę alopeciam sanarent, exiguum thapsię. Deinde considerans quotidie, quemadmodum ęgrotantis natura ab hac esset affecta,

C

D

li. 4. f. 7. t. 1. 1. 2. fol. 505. h

* [illegible] est in impressis & in aliquib.* an [illegible] ... [illegible] i. fuliginosum.

† in græco tũ est, [illegible] i. ex naturali ipsorũ moderatione.

† [illegible] ... i. quæ indicantur p scopos oib. iam dictis & c.

cta, vbi vel tumefactam pluſculum, vel quodammodo excoriatam vidi, illo quidem die à medica E
mento abſtinui: illeui autẽ particulam vel galli vel anſeris liquato ſeuo propterea, quod hęc ma-
gis tenuium ſunt partium, & altius deſcendunt. Deinde poſtero die, ſi quidem aliquid iam dicto-
rum remanſerat, ſimili modo illeui. Sin nihil tale apparuerat, rurſus medicamẽto ſum vſus: atq;
vt id alte demitteretur, etiam cutim prius linteo infricui, quoad manifeſte rubra fieret. Verum, ſi
à balneo vti eiuſmodi medicamento voles, id ipſum ex balneo factum cernes, quod prius ex fri-
ctione habebas. Iam eos quoq;, quibus periere ex ciliis pili (quos græce Ptilus nominant) ſimi-
libus genere medicamentis ſanabis.

De Oculorum vitiis, qui ſunt toto genere Præter naturam, ac de alui Lumbricis. CAP. 19.

DEliges autem materiam oculis idoneam: nec per negligentiam committes, vt medicamen-
tum intra tunicas eorum confluat. Itaque ſicca tutiora ſunt: de quibus æque, ac de cęteris, in
noſtris de medicamentis operibus eſt proditum. Nunc enim (quod dixi) abunde eſt ſola genera
medicamentorum, prætermiſſa particulari materia, tranſcurrere, quò minus de iiſdem identidem
dicere cogar. [a]† Ergo, quæcũq; ab ipſa naturæ moderatione ſunt aliena, ea tota tollere conueniet:
quæcũq; vero [b]† ſub hac ſe tenent,} cæterũ quodammodo corrupta ſunt, ea reſtituere, quatenus
licet, oportebit. Sanè dictum à nobis eſt aliqua ambiguæ naturæ eſſe. Nec illud nõ dictum, q eo- F
rum, quæ aliena ſunt, quædã tota ſubſtantia ſunt aliena, [c]† logica ſcilicet inquiſitione, nec ad cura
tiones in quibuſdam affectibus perinde vtili. Siquidem pterygium à ſanitatis habitu alienũ eſſe,
patere cuiuis arbitror: non tamen idem ſubſtantiæ ratione, quemadmodum atheroma & melice-
ris, eſt alienum. Sanatio vero huius quoq;, dum paruum adhuc eſt & molle, per ea medicamenta,
quæ detergent, perficitur, cuius generis ſunt, quæ trachomatica vocant: vbi magnum durum q;
euaſit, chirurgiam poſtulat. Simili ratione & aquularum (quas Hydatidas vocant) quæ magnæ
ſunt, chirurgia curabis: quæ paruæ ſunt, ſiccantibus medicamentis iuuantur. At Chalazion (eſt
enim id quoq; ex vitiis, quę oculos infeſtant, vnum) cũ toto genere alienũ à natura ſit, auferri po
ſtulat. Ad eundem modũ & pus ab oculis, quos Hypopius vocant: verum id plerunque medica-
mentis digeritur. Hypochyma vero iam incipiens digeritur: vbi diu conſtitit, non poteſt. Ætate
vero noſtra ocularius quidam medicus, cui Iuſto nomen erat, etiam concuſſione capitis multos
hypopius ſanauit. Collocans enim eos in ſella rectos, ac capita eorum vtrinque à lateribus appre-
hendens, mox quatiebat adeo, vt manifeſte deſcendere pus ipſi videremus. Manſit autem horum
pus deorſum propter grauitatem ſubſtantiæ, tametſi hypochymatis nequaquam manẽtibus, niſi
admodum ea quis diligenter impingi cogeret. Etenim leuius eſt, ac, vt ita quis aſſimilet, nebulæ G
ſimilius hypochyma, quàm pus: quanq horum quoq; ipſorum quædam (hypochymatum dico)
ſeroſioris humoris ſunt. Hęc autem punctione ad præſens diſcutiũtur: interpoſito tamen haud
longo ſpatio, † ceu limus quidam} deorſum fertur. At, quando pus, quod in oculis eſt, digerere
placet, collyriis, quæ myrrham habent, maxime vtemur: quæ vtiq; & Diaſmyrna Græci proprie
vocant: his certe minus, ſed reliquis melius faciunt, quæ Dia libanu vocant. Quæ vero impenſe
ſiccant, ad præſens certe valenter vacuant, ſed, quod reliquum eſt, ita cogũt, vt ęgre reſolui poſſit,
veluti de ſcirrhoſis tumoribus prius eſt comprehenſum. Subinde vero multum ſimul puris va-
cuauimus diuiſa tunica ea, quæ cornu eſt ſpecie, paulo ſupra locum, quo committuntur inter ſe
tunicæ vniuerſæ. Nominant porrò locum græce alij irin, alij ſtephanon id eſt coronam. Quo fit,
vt hoc quoq; vitium tribus ſubiiciatur vacuandi modis, & chirurgiæ, quæ ſimul multum aut to-
tum expellit: & per medicamenta, quæ paulatim: & ei, quæ ad alium ignobiliorem transfert lo-
cum, veluti in concuſſione. Sunt profectò (vt dixi) ex genere eorum, quæ tota ſubſtantia præ-
ter naturam ſint, & aſcarides, & helminthes, ſiue eæ teretes ſint, ſiue etiam latæ. Quocirca & pror
ſus eas expelli è corpore conueniet. Expelles autem, ſi prius enecaueris. Necabis autem ama
ris medicamentis: viuentes nanque obſiſtunt inteſtinis adhærentes, at mortuæ expel H
luntur vnà cum ſtercore. Expelluntur cum hoc etiam viuæ, ſed ſtupefactæ, & , vt
ita quis dixerit, ſemimortuæ factæ. At teretes quidem abſinthium perime-
re poteſt. Latę vehementiora medicamenta deſiderant {cuiuſmodi
eſt filix:} Pari modo, quæ Ασκαρὶς gręce dicitur. Verum
de medicamentorum copia dicere non eſt præ-
ſentis propoſiti. Quare hic iam huic
quoque libro finem im-
ponamus.

Galeni

A† ὅσα μὲν τοίνυν ἀλλότρια τῆς κατὰ φύσιν ἐςὶ διοικήσεως.

B† οἰκεῖα μὲν.

C† Hoc ĩ loco inter dictionẽ aliena, & logica codex qdã antiqſſim⁹ gręcus intercapedinẽ plurium verſuũ habet, ĩ q vox, λείπει, q, deeſſe, ſignificat, legitur.

† AΓ. καθάπερ οἴνου τις ἰλὺς, i. ceu vini fęx quędã.

GALENI DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM LIBRI DVO

Nicolao Leoniceno interprete.

Ab Auguſtino Gadaldino recogniti.

ARGVMENTVM LIBRI

Docet Rationem Curandi, febrium exemplo, quæ vel abſque putredine, vel cum ipſa hominem inuaſerint: Item propoſitis ſymptomatis, quæ frequentius aut vehementius lædunt.

De communi & propria Hominum Natura dignoſcenda, ac ex quibus Medendi via ac ratio conſtituatur. CAP. I.

QVod quidem non communem tantum hominum naturã medicum cognoſcere oportet, ò Glauco, ſed & vniuſcuiuſq; propriã, & dudum
C ab Hippocrate ‖recte traditũ eſt, & nos in ipſis artis operibus (vt noſti) circa id ſufficienter ſtuduimus. Non tamẽ propriam ſingulorum naturam æque, atq; communem, poſſibile eſt ſcribere. Verum ſcripta contrario modo ſe operibus habent, tum in pluribus aliis rebus, tum præſertim in iis, quæ ad pręſentẽ pertinent intẽtionem. Petiiſti enim à nobis, vt tibi vniuerſalem quandam medendi viam ac rationẽ, quaſi per figuram & quoddam compendium, oſtenderemus: hæc autem qualitate & quantitate ſingulorum auxiliorum perficitur, nec nõ & modo eorum vſus, & temporis occaſione, quę pręomnibus eſt cognitu difficillima: circa quam pręcipitem admodum exiſtentem (quemadmodum ‖quodam in loco etiam ſcribit omnium bonorum nobis author Hippocrates) vides plerunq; medicos non modo vulgares, ſed & pręcellentes, aberrare. Quin & quòd magni etiam momenti ſit, ſi quantitas bona coniectura viribus accõmodetur, ‖idem vir pariter ſcripſit. Cum igitur ad recte medendum plurimum conferre & temporis occaſio, & auxiliorum quantitas, videatur: inuenies autem hæc vnicuique ęgrotanti propria, nihil autem proprium poſſit ſermone explicari: hoc pacto, quod cõmune eſt, cogimur ſcri-
D bere, quamuis id ſit vſu ſecundum. Nam & quoſdam aliquando ægrotos viſimus, cum quibus dum ſani eſſent, non eramus verſati: quo fit, vt neque, quem colorem, quam habitudinem, aut natiuum calorem, aut quem arteriarum pulſum, à natura habuerint, agnoſcamus: quę ſi ſciremus, magnitudinem morbi ſatis aliquando iudicare poſſemus: nam, quantum vnumquodque à naturali ſtatu recedit, ad tantam morbus magnitudinem peruenit: quantum vero recedit, ſolus ille ſcire poteſt, qui naturalem ſtatum exquiſite cognouerit. Cum igitur hoc in ipſis fuerit nobis ignotum, ne omnino hęſitemus, ad commune confugimus, quamuis ad vſum ſecundum locum obtineat: hîc vero artifex plus aliquid, quàm ij, qui arte carẽt, aſſequitur. Quid vero hoc ipſum plus ſit, primus omnium, quos nouimus, & ‖hoc memorauit Hippocrates: plenius aũt de hoc ſcripſerunt, qui Hippocrate fuere poſteriores, atque illius ſcripta accurate legerunt: ex quorum numero vnus fuit Mneſitheus Athenienſis, vir tum in aliis omnibus, quę ad artem pertinent, ſufficiẽter doctus: tum vero, qua via ac ratione medendi ſcientiam oporteat exercere, nemini peritia ſecundus. Hic igitur Mneſitheus à primis atq; ſupremis incipiẽs generibus, putauit ſecari illa oportere in alia genera ſpecieſq; & differentias: hęc rurſus in alia diuidi: ac denuo iſta eodem modo, donec ad talem peruenerimus ſpeciem, poſt cuius diuiſionem in vnum numero & indiuiduum deſineremus. Mihi vero, qui ad te ſcribam, ſatis eſt breuibus meam explicaſſe ſentẽtiam. Nam ridiculus

[Margin notes: 1. Epid. ſect. 3. t. 1. 3ª. 117. a — 1. Apho. 1. Ex. ord. 2. b — Lib. de Alimẽto poſt mediũ. — 1. Prog. t. 2. 4ª. 189. c]

culus videri possem, si tua te velim docere, tanquam nō multo antea à Platone illa didiceris: neq; E
enim vt te docerem, quam viam ac rationem in diuisionibus sectari oporteat, hæc volui meminisse, sed quoniam mihi ad sequentia omnia plurimum cōducere existimaui. Et, cum à me exigeres ediscere causam, ob quam medicorum plurimis aberrare contingit, non aliter tibi ostendere poteram: etenim, quæ in aliis hæresibus contingunt errata, & quæ multi medici nunc in ægrotantium curatione delinquunt, hanc primam atque præcipuam causam habēt, diuisionis scilicet prauitatem. Quidam enim in primis & supremis generibus stant, solum, quæ ab illis sumuntur, indicationibus contenti: quidam vero vsq; ad aliquid diuidunt, non tamen vsq; ad finem perueniūt: non nulli vero etiam vitiosis vtuntur diuisionibus. Qui "vero & omnia, quæ sunt secundum naturam, & quæ præter naturam, ad eiuscemodi methodum reducit, atque ab omnibus his per diuisionem inuentis sufficientes sumit indicationes, hic solus, quantum humanis permittitur viribus, medendo nō errabit: atque illos quidem, quorum habet notitiam, melius curabit, quā alios: ignotos vero proxime illis, quoad fieri poterit, ad sanitatē perducet. Siquis enim primum distinxerit eam, quæ secundum ætates, differentiam: deinceps autem eam, quæ secundum temperaturas atque potentias, cætera'que omnia, quę hominibus insunt, colores dico, atque calores, habitudines'que, pulsuum motiones, exercitia, assuetudines, atque animi mores: his quoque adiunxerit F
eam, quæ maris à fœmina, differentiam: &, quæcunque ad regiones, & anni tempora perinde, alias'que eius, qui nobis circunfunditur, aeris constitutiones recto modo distinxerit: hic ad propriam laborantis naturam agnoscendam proxime accedet. Sed ex his omnibus non nulla quidē in libris de pulsibus: non nulla vero in iis, in quibus agitur de temperaturis, sunt determinata: Sicuti, quæ præter naturam sunt, vniuersa quomodo inter se & speciebus, & generibus differant, in libro de passionibus est præfinitū. Nunc vero de iis solum ægrotis dicere proposuimus, quorum natura, antequam morbum contraherent, nobis erat exquisite perspecta: cum quibus tamen & reliqui omnes intelligentur, qui nobis erant, ignoti: nihil enim difficile ab eo, quod est perfecte distinctum, id, quod non tale est, inuenire.

A. lib. 4. f. t. t. c. 7. fol. 418. a

De Causis & Signis Febrium Ephemerarum. *CAP. 2.*

INitium igitur sumemus à febribus: quoniam & tu in his præcipue curandi artificium habere cupiebas. Et primum quidem de his sermonem habeamus, quæ simplicissimę sunt, quas Hippocrates ‖ephemeras, id est diarias, appellat. Hę vero sunt, quę propter lassitudinem eueniunt, & ebrietates, atque iras, furóres, atque mœrores, atque alias animi curas vehementes. Et, quę ex bubonibus febres ortum habent, ex hoc genere sunt, pręterquam si absque vlcere fiant manifesto: tunc enim suspicionem afferunt, & nullo modo mites sunt. Et vigilię plerunque simplicem febrem induxerunt, sicut frigefactio, & exustio quandoque. Atque hę omnes febres soluuntur facillime. Oportet siquidem eos confestim ducere ad balneas, atque ad aliam consuetam victus rationem: quandoquidem, qui pertritum illum sermone medicorum triduanum terminum admittunt, sępius acriores febres effecerunt, quāuis & aliter preterea delinquant: quemadmodum cernis ex eis plures in quolibet ingressu delinquere ita, vt manufactas planè faciant ęgritudines. Sed "curatio quidem harum febrium in promptu est, sed earū dignotio maiorem exigit diligentiam, de qua nemo ante nos, quantum oportuerit, scriptum reliquit: quare minus mirandum cōplures tantum in medicinę operibus aberrare, quātum etiam cognitione falluntur. Sępius enim quidam ab initio casu aliquo in graues morbos incidunt, veluti vino pleni, aut Sole exusti, aut frigefacti, aut lassitudine oppressi, aut vigilias passi, aut ira concitati, aut quauis alia causa, quę per se nocere natura sit apta, correpti: deinde totum in causa antecedente consistere, neq; aliam subesse dispositionem arbitrati, circa victum negligentius se habent adeo, vt se ipsos lateant in insanabiles, aut ęgre curationem admittentes morbos prolabi. Ob hęc igitur ante omnia curare oportet, H
quemadmodum etiam Hippocrates ‖admonet, vt non solum futura pręcognoscamus, sed pręterita etiam atque pręsentia. Nam, & quod nunc proponitur, ad eam artis attinet partem: quod pro viribus manifeste trademus. Neque enim parua est differentia, si laueris iam ægrotantem, & securum esse iusseris, aut eum per omnem custodiam securitatem'que traduxeris. Cum igitur ad ægrum accedes, primum à maximis, quæ circa ipsum sunt, consideratio incipienda, deinde & ab aliis, adeo vt nec minimum aliquod pro viribus omittamus: nam vt magis aut minus ei, quę fit ex maximis, indicationi credamus, ex aliorum fit adiunctione. Maxima quidem in omnibus febricitantibus signa, in pulsibus atq; vrinis consistunt. His vero addere oportet, & quęcunq; alia circa faciem Hippocrates scribit: accubitum quoque, & respirationem: item ea, quæ per superiora vel inferiora excernuntur: Et siquid aliud accidens circa aliquam corporis partem, aut operationem consistere videas, qualia ille mille in millibus scripsit: neque ex his vllum aliquod negligenter pretereas. Hęc quidē omnibus febribus communia sunt. Itaq; etiam in simplicissimis, de quibus pręsens est sermo, nihil horū relinquere oportet. At, postq̄ ex pulsibus atq; vrinis febris naturam perceperis: cum pulsus nullum inflammationis signum habuerit, neq; omnino inęqualitas in vna arterię cōpulsione apparuerit, aut si hoc affuerit, omnino sit imbecille: vrinæ aūt oino similes

4. Aph. 55. Ex. ord. 33. c
* ὀργάς.
* θυμός.

A. lib. 4 f. t. t. c. 5. fol. 412. d

1. Progn. t. 2. 4ª. 189. c

* ἦθος, i. more. Al. εἶδος, id ē speciē seu formam.

A similes iis, quæ secundum naturam se habent, aut non multum à naturali statu recesserunt: tunc & ad omnia illa, quæ antea à nobis sunt dicta, accedere oportet. Et, cum veluti chorus quidā omnia concinne loquuntur, tunc etiam fidere oportet, ac, si libeat, interrogare, nunquid aliqua manifesta antecesserit causa. Siquid enim huiusmodi æger fateatur, expectata prima febris solutione, statim oportet lauare, cum tunc certior tibi sit facta dignotio, & ex ipso solutionis modo. Nā

li.4.f.1.t.1.1.fol.412.f

[a]arteriarum motus in hoc in totum assimilatur ei, qui in sanis deprehenditur: cum in nulla alia febre ad naturalem habitum reuertatur, neque si multum temporis inter primæ accessionis finem & secundæ principium intercidat, quemadmodum in tertianis atq; quartanis: in illis enim febris remanet signum, in ephemeris autem in totum aboletur accessione cessante. Plurimis vero carū & humidi quidam vapores, & quibusdam etiam sudores optimi apparent: aut omnino quidam plurimus veluti vapor ex intimo corporis exit. Sed & vrinæ quoq; multo nunc meliores, quàm circa febris principia, videbuntur. Et, si capitis aut alterius partis dolor simul inuaserit, neque hic amplius persistet. Ægrotantis quoque in tolerando facilitas, magnum & ipsa signum, tanquam sigillum quoddam, vltra omnia alia signa, febris bonitatē tibi indicabit. Et, si dum lauantur, neq; horror quidam insolitus molestauerit, neque alia tristitia affuerit: &, si post balneum deinceps

B bene se habere perseueret, tunc ne verearis cibum offerre. Vinum quoque sine formidine ad potandum exhibe, adhibito tamen, vt præsentia exigunt, modo. Nos autem, vt te non latet, eis causam, quę antecesserit, solemus dicere, neq; expectamus, vt illam ęgrotus anticipet enarrare: quod maximum est argumētum, illum non errare, qui talem sit adeptus facultatem. Si igitur remanentibus adhuc animi affectibus consideratio habeatur, tunc ex pulsibus maxime tentanda dignotio, quemadmodum in libris de pulsibus scripsimus: post hos vero & ab aliis dignotio est petenda. Quòd si illi iam quidem cessauerint, remaneat autem dispositio, paruum quidem ex pulsibus habebis indicium earum, quę febrem attulerūt, passionum: sufficient autem tibi & sine pulsibus

li.4.f.1.t.1.11.fol.413.c

reliqua. Communiter quidem omnibus vrinæ rufę. Adiungitur vero iis, qui propter tristitiā febricitant, acritudo potius, quàm abundantia caloris: quemadmodum è diuerso iis, qui propter furorem. Sed & extenuatio corporis in iis, quos tristitia, quàm in iis, quos cura vexauit conspectior existit: oculorum præterea cauitas, ac quędam inconsueta decoloratio. Hęc quidem sunt & in aliis, qui quouis modo diu cogitarunt, communia. Maxime autem & ex oculis distinguere oportet: nam ex his etiam in sanis animę mores possumus coniectare: at in ęgrotis, siquis diligenter inspicere queat, sunt indicia certiora. Sic quidem eos, qui propter disciplinas, aut contempla-

C tionem aliquam diu cogitarunt, ab iis, quos tristitia corripuit, discernere oportet. At eos, qui vigilarint, distinguit forma palloris: nam in ipsis facies est subtumens: & oculorum motus manifestus, vix enim palpebras attollunt: inest etiam palpebris humiditas, nam, qui tristantur, aut cogitationibus detinentur, his exiccantur. Cauitas vero est commune accidens omnibus, mœrori, vigiliis, cogitationibus, non tamen furori: in hoc enim neq; oculorum cauitas, neq; pallor manifestus, & plus caloris, atq; celerius ex imo prorumpit: neq; pulsuum magnitudo destruitur, quemadmodum in vigiliis, tristitia, & cogitationibus. Quare hæc à furore apertissime distinguuntur: abinuicem vero, quemadmodum diximus antea. Eorum autem, qui ex lassitudine in febrem inciderunt, cutis est siccior, quàm in alia aliqua ephemera febre. Sed hoc quidem omnibus ex lassitudine febricitantibus commune existit in tempore accessionis, donec consistit: post hoc vero pluribus, modo nō sint supra modum labore vexati, quidam humidi vapores, aut calidus vapor, ex intimo corpore effertur: quibusdam vero, etiam postquam febris cōsistere desiit, siccitas perseuerat: quod maxime accidit iis, quos superfluus labor oppressit, aut refrigeratis, aut à Sole exustis simul cum lassitudine. Et quidem pulsus non eodem in vtrisque modo se habent, quia parui quidem iis sunt, quos superfluus labor vexauit: in aliis vero magni. Quæ vero cute condensa-

D ta accidunt febres (condensatur autem hæc aut ex frigore, aut ex qualitate aliqua, quæ vim astringendi habet, subito ei adueniente, velut illi, qui aqua aluminosa se lauit, accidit) hæ quidem ex omnibus febribus solæ sunt astricta passio. Has vero tactu cognoscere licet, quemadmodum & arentes febres, & quæ ex lassitudinibus & exustionibus fiunt: nam neque harum densitas eos queat latere, qui tactum habent exercitatum. Sed & caloris motus nescio quo pacto resurgit, qui mitis quidem in primo tactu sentitur: acris autem, si plusculum tardemus. Non tamen & his vrinę sunt rufę, neque corporis moles concidit, neque etiam oculi caui atque aridi fiunt: quoniam etiam quibusdam humecti magis atque prominentes apparent, quàm ij, qui secundum naturam se habent. Neque sunt pulsus minores, cuiusmodi in mœroribus, curis, aut vigiliis, aut valde immodicis exercitiis apparent. Febres autem, quæ ex bubonibus fiunt, pulsus habēt maximos, veloces, atq; frequentes: multus q; illis calor inest: ac, postquam febris constiterit, statim ex profundo quidam emergit humidus vapor, calidus quidē, sed mitis, acrimonia enim & mordacitas minime omnium febrium, huic generi febrium adest: atq; vt plurimum facies rubicunda illis & magis tumens: vrinę q; subalbidę. Communis autē omnibus huiusmodi febribus est pulsus ęqualitas: nam paucæ admodum ex his febribus eam, quę in vno ictu, inęqualitatē ostendunt, & neq; ipsę satis aperte ac manifeste illam prę se ferunt. Talia quidem sunt ipsarum indicia.

* Al. ligatus.

* Al. insolitus.

De

De Curatione Febrium Ephemerarum. CAP. 3. E

CVrare autem oportet omnes quidem balneis. At, qui ex denſitate cutis aut ex bubonibus ſebricitāt, ſi in aere balnei morari iuſſeris, haudquaq́ nocebis: reliquos oēs q̃ citiſſime oportet ab aere ſemouere: ſi vero diutius in aqua immorari voluerint, permittēdum. Oleo autem tepido & multo & manibus mollibus perfricare quàm plurimū oportet, precipue quidem, qui ex laſſitudine febricitant: ſecūdo aūt loco, qui meatus habent adſtrictos: & tertio, qui ex bubonibus febrē incurrerūt: ſepius aūt iſtos lauare oportet, in quantū cōtigerit. Cibū "autē aſſumere, qui ex laſſitudine febricitāt, poſſunt multoties, nō eque tñ, qui ex denſitate cutis aut bubonibus febricitāt: at his vtriſq; tenuis victus eſt optimus: qui vero ex laſſitudine febrierint, præcipiēdū eſt, vt cibos aſſumāt cōcoqui faciles, ac cruditatē pcipue deuitēt. Sed & vinū potare, quantū poſſunt cōuincere, ſunt permittendi. Mēſuræ aūt ratio, quēadmodū in aliis oībus, ex viribus, & ętate ſumit̃ ægrotantis, nec non & ex naturali tēperatura, & præterea ex conſuetudine, & anni tēpore, & regione, atq; aliis huiuſmodi. Qui vero ex bubonibus febricitāt, arcendi ſunt à vini potu, donec bubones ſoluantur. At, qui cutis foramina habent adſtricta, vel refrigerati ſunt, ſi non multū hoc affectu laborēt, neq; plenū corpus habeant, non ſunt à vini potu prohibēdi: at, qui pleniore corpore ſunt, vel multum refrigerati, prohibere vtile eſt. Qui vero ex vigiliis aut aliquo animæ affectu febricitant, poſtq̃ balneaueris, cibo humectāte ac boni ſucci reficere expedit. Vinum "vero {oībus, ſed} præcipue iis, qui vigiliam paſſi ſunt, intrepide offerendum eſt, niſi capitis dolore premantur, aut pulſum venarū in temporibus ſentiant: liquet aūt, q etiā in aliis eadem obſeruāda ſunt. Sed & iis, qui ira, aut mœrore aliquo, aut cogitatione febricitāt, vinū eſt exhibendum: & qui furore febricitant, qñ oīno ab affectu quieuerūt, prius vero non tutum eſt vti vino. Tentare aūt oportet & contrariū ſemp afferre ei, quod moleſtat: labori quidē, quietē: vigiliis vero, ſomnū: iræ aūt, & furori, atq; triſtitiæ, eā animi iocunditatem, quæ ex ſermonibus, actionibus, ſpectaculis, enarrationibus percipit̃. Sic, qui cogitatione laborat, oīno ratiocinationes omittat: &, qui ex bubone febricitat, prius huius curationi intēdat, ac multo prius, vlceris vnde originē habuit. Hęc quidē febriū ephemerarum indicia atq; remedia ſufficienter ſe habeant. Reliquę vero febres nō nullæ ex inflāmationibus, nō nullæ ex humoribus, accēdunt̃. Et, quę ex inflāmationibus fiūt, ſunt veluti quędam accidētia partiū phlegmone laborantiū: & morbus magna ex parte ab inſtrumēto patiente denominatur phrenitis, aut peripneumonia, atq; pleuritis, aut aliquid tale: ſed de his poſtea dicemus.

A.lib 4.f.1.t. c.9.fol.411.b

A.lib.4.f.1 t c.18.fol.41 F

De Febribus Putridis. CAP. 4.

AT, quæ ex humorū putredine febres accendunt̃, hoc ipſo nominant̃ febres, & ſunt non accidentia morborū, ſed ipſæ morbi. Ex his vero nō nullæ qdē ſunt ſine accidētibus, quæ & mitiſſimæ ſunt: quædā vero ſimul cū accidētibus infeſtāt. Nos vero de prioribus dicamus febribus, quæ accidētibus carēt: in qbus maxime, ſi fieri poſſit, primo die, qualis ſit febris, an acuta vel lōgi tēporis, eſt cognoſcēda: & vtrū ex iis, quę intermittēres dicunt̃, an cōtinua. Quòd ſi primo ſtatim die fieri non pōt, ſecundo ſaltē formā inuenire eſt tentandū: q ſi neq; in hoc aliquid firmū aut ſtabile ſciat, in tertio ſaltē aliquid manifeſtius apparebit: nā paucæ omnino ſunt, quæ, vt exquiſite dignoſcantur, quartū deſiderent. Ego vero, q̃ breuiſſime potero, indicia explicare tentabo, ex quibus ſpeciem febris intelliges: planius autem ac manifeſtius de omnibus alibi diſſeruimus. G

Signa Febris Tertianæ. CAP. 5.

QVæ igitur cum rigore inuadunt, non ab re ex earum numero eſſe iudicabis, quæ per circuitum infeſtant. Tertianæ enim atq; "quartanæ in totum cum rigore faciunt acceſſiones. Sed tertianæ quidem in primo inſultu cum vehementi ſæpe rigore incipiunt: quartanam vero non vidimus cum vehementi rigore incipientē, ſed poſt tempus magnitudo illi ſuperuenit, præter id, q neq; ſtatim ab initio hæc febris vt plurimū ſolet inuadere, ſed aliis, quæ anteceſſerint, ſubſequi. Quartana itaq; eas, quæ errabundæ aut erraticæ dicuntur, † inſequitur. Quotidiana vero raro aduenit, quin os ventriculi patiatur: quemadmodum quartana ex male affecto ſplene generatur: tertiana ex iecore laborante. Quæ quidem cum valido rigore incipit, magis febrem tertianam, q̃ aliquā aliarum febrium, fore par eſt. Si vero & alia, quæ poſtea dicentur, ſigna atteſtentur, hanc proculdubio in prima die tertianam eſſe cognoſces. Quòd ſi cum paruo rigore inceperit, tunc magis & alia ſigna attendere mente oportet: quoniam non quotidiana tantum atq; quartana, ſed etiam hemitritęus, id eſt ſemitertiana, aut aliqua alia ex continuis eſſe poteſt. Alia vero ſigna & ex caloris qualitate & quātitate, & arteriarum motu, ſumunt̃: ex ipſa etiam rigoris, qui ſentitur, forma, & anni tēpore, & regione, & temporis ſtatu, atq; ex natura & ætate ægrotantis, & ex præcedentibus cauſis, & iis, quæ concomitātur. Nam calor quidē, multus & acris eſſe debet: Pulſus aūt magni, † ac calidi, } vehementes, veloces, atq; frequētes, omnis inæqualitatis, præterquam febrilis, expertes: Rigor autem, veluti ſi à re aliqua acuta magis, quàm frigida, cutis pungeretur: cum ij, qui quartanam aut quotidianam patiuntur, potius frigidum rigorem ſentiant: Tempus autem anni æſtiuum, ſicuti & locus, & præſens conſtitutio calida. Sit autem & ægrotantis natura calidior, bilioſior, & ætas iuuenilis: & exercitationes potius, quàm ocioſitas, anteceſſerint: magis deuſtio, quàm frigefactio: & parcitas cibi potius, quàm crapulæ: vigilię quoque, mœrores, atque laſſitudines,

A.lib.4.f.1.t.1 c.62.fol.429.

† quidam cod. addūt, propter phlegma. H

† in antiquis quibuſdā hæc non leguntur.

A lassitudines, & intensæ cogitationes ad eundem perducunt effectum. Quòd si multos alios eodẽ tẽpore laborantes contigerit tertianis corripi febribus, hoc quoq; maximũ pręter ea, quæ nuper diximus, signũ erit. Quòd si, cũ hęc omnia affuerint indicia, aut saltẽ quę maxima sunt & longe præcipua, sitis quoq; vehemẽs adiungatur: vomitus q; bilis, aut sudor, vel vtraq; superuenerint: tũc etiã aperte manifesta erit. Quòd si post hæc à febre quieuerit homo, hac inquã, quę in suo motu est & oĩbus nota: propria vero febrium inęqualitas in arteriarũ motu relinquatur: tunc certissime poteris, esse tertianã febrẽ enunciare, æque, ac si per tertium diẽ accessionem fecisse vidisses.

Signa Quartanæ. CAP. 6.

QVartana autem; (nam & huius signa tibi scribere oportet) manifestissimum sui præbet indicium in principiis accessionum, quando rigent adhuc, qui quartana laborant. Nam eorum pulsus satis tardi sunt ac rari. Cum autem consistit febris, aut etiam augetur, necesse quidem est, vt veloces fiant atq; frequentes. Seruatur tamen & tunc propria ipsius tarditas ac raritas, si additam velocitatem atq; frequentiam accessioni, ratione perpendas. Etenim, si comparaueris quartanæ febris consistentiam tertianæ consistentiæ, non paulo velociores atque frequentiores in tertianis pulsus ostendere arteriæ videbũtur. Et ipsius vnius motus inæqualitas in quar B tana febre eius formam ostendit: nam, quæ omnibus communis est febribus, in vno pulsu arterię inæqualitatem in hac manifestissime licet comprehendere: multo enim velocius principium finem q; motus inuenies, quàm medium. Non tamen in tertiana ita se habet: breuis etenim in ipsa est velocitatis excessus, atq; in cõsistentia præsertim. Verum & caliditatis indicia diuerso modo se habent: nam tertianarum calorem & æstum & veluti feruorẽ, in quartanis haudquaquam inuenies. Hæc igitur signa maxima sunt. Reliqua vero extrinsecus: nam neq; hæc sunt omittẽda,
li.4. f.1. t.2. sed & ægrotantis "natura est inspicienda, si in ea atra bilis abundat: & tempus quoq; anni, si au-
12. fol.419.d tumnus: & præsens constitutio, si inæqualis: sic vero & loci natura, & morborum peruagãtium populariter: & si lien intumuerit, febris que sine ordine antecesserit, & ætas senior, quàm consistentium: & si cum sudore febres desinant. In his vero bilis flauæ vomitus minime est expectandus, quemadmodum nec in quotidianis: hoc enim tertianarum proprium est. At, cum febris cessauerit, si adhuc signum febris remanserit: pulsus que his, qui secundum naturam, rariores ac tardiores fuerint: quartana proculdubio erit huiusmodi febris.

Signa Quotidianæ. CAP. 7.

FEbrem vero quotidianam vel ex his maxime signis agnosces. Nam eius caliditatem humidio C rem cum quadam acritudine esse oportet, non, cum primum manus admouetur, confestim occurrentem, sed per moram: nam quædam fumosa caliditas cum multo vapore commista exire videbitur: cum magis ignis in multo humore suffocetur, quàm ipsum possit cõuincere. Sed & his multo minores sunt pulsus pulsibus quartanarum, quàm istarũ pulsus pulsibus tertianarum. Rursus vero tanto rariores sunt in quotidianis pulsus iis, qui in tertianis, quanto illis pulsus quartanarũ: at tarditas in vtrisq; eodem modo se habet. Minus vero siticulosa hęc febris est: tantũ q; eam quartana excedit, quantum istam tertiana. Lingua vero & totum corpus siccissimum est in tertianis: at in febribus his humidissimum. Et vomitus pituitosi. Et, quæcunq; per ventrẽ excernuntur, frigidiora sunt, atque humidiora, & crudiora, aquosiora, & pituitosiora. Vniuersum cor-
li.4. f.1. t.2. pus deniq; in hisce febribus plenũ crudis humoribus inuenitur. Ideo q; "ętatibus, naturis, anni q;
16. fol.415.h temporibus, regionibus, & temperaturis humidioribus accidunt. Nam iuuenem biliosa ac sicca temperatura nunquam vidi huiuscemodi corripi febre. Pueri autẽ, & maxime paruuli, & ex his, qui iam perfectum corpus habent, pituitosi & habitus crassi, atque ocio plurimo dediti, crapulis, ebrietatibus, balneis assiduis post cibum præsertim, vtentes, à quotidianis facile capiuntur. Loca etiam humidiora, atq; ex anni temporibus hybernum, atq; ex constitutionibus humidiores, hanc D præcipue afferunt febrem. Quòd si sit etiam populo communicata, tunc præter ea, quæ antea diximus signa, hoc quoq; non parum ad eam dignoscẽdam cõducit. Non tamen harum febrium declinationes, quemadmodum tertianarum & quartanarum, sudoribus terminãtur. Quare neq; ad integram quietem manifeste (exceptis paucis) perueniunt. Vrinæ vero, quæ procedentibus ipsis adueniunt, totius morbi tempora docent: quæ autem in principiis videntur, febris etiã speciem indicabunt. Nã in quotidianis vel albæ sunt & tenues, vel crassæ & turbulentæ, vel rubidæ. * Aliter et
In tertianis autem rufæ vel subrufæ. In quartanis vero variæ quidẽ, sed crudæ omnes. Hęc quidem febrium intermittentium sunt indicia.

Indicia Febrium Continuarum. CAP. 8.

li.4. f.1. t.2. FEbres "autem continuas ex eo cognosces, quòd nullum eis adest ex signis, quæ intermittenti-
3. fol.417.c.d bus oportere adesse diximus. Et si citra etiam quatuor & viginti horas non cessauerit febris. Si vero inæquale habuerint incrementum, hoc præter alia signa longius etiam tempus ostendit. Et quidem si & proprium febrium signum in pulsibus manifestum habuerint. Si vero & inordinatio quædam, vel inæqualitas ipsis, vel inconcinnitas adsit, & hoc etiam indicium erit simul magnitudinis ac continuitatis. Si vero in hoc statu permanentes, tertio die maiorẽ accessionẽ ostenderint, aut excrementa & vrinæ omnino crudæ apparuerint, non possunt huiuscemodi febres ad

septimum

ſeptimum diem iudicari. Si vero & quarta dies tertiæ diei ſimilis fuerit, & febris quodammodo E ſubmerſa, neq; facies aut reliquum corpus collabatur quicq;, huiuſcemodi febris ad longius tempus extendi conſueuit. Tales quidem ſunt differentiæ earum febrium, quæ accidentibus carent. Curatio autem earum deinceps ſcribetur, primum quidem intermittentium, deinde cōtinuarū. Ex intermittentibus vero breuiſſima quidem ac mitiſſima eſt tertiana. Longiſſima aūt, ac, quantum in ipſa eſt, haudquaquam periculoſa, quartana. Quotidiana vero, longa, & nō ſine periculo. Quare ab initio ſtatim ad vniuerſum ægritudinis tempus inſpiciētes, rōnem victus inſtituemus: nam "ęgritudinibus, quę acutę ſunt, ac celeriter ad ſtatum veniunt, & ſi valde tenuem victū exhibueris, haud magnum afferes detrimentum. Quę vero ſunt diuturniores, niſi ab initio grandiori cibo reficias, hominē cum morbo pariter perimes: aut intempeſtiue victus modum cōmutabis: neq; enim oportet ſtatu aduentante grandiorem, q̃ prius, cibum offerre, ſed cōtra potius, tenuiſſimum victum, qui in toto morbo exhibeatur, ad ſtatum reſeruare. Hoc igitur in omnibus febribus cōmune præceptum. Sed oportet præterea, quæ ſingulis febribus intermittentibus propria ſunt, conſiderare. Veluti confeſtim in tertianis (neq; enim male ab his initiū ſumendum) primū diſtinguas, ſi exquiſita ſit febris, & (vt quiſpiam diceret) legitima: aut non exquiſita, ſed velut notha. Nam, quę exquiſita eſt, in ſeptem, quod longiſſimum eſt, circuitibus iudicatur, pręter id, ꝙ ēt F minime periculoſa eſt: alteram "vero, quæ nō eſt exquiſita, vidi q̄nq;, cum in autumno incepiſſet, in vere deſinere. Deinde vero, vt par eſt, in tempore adeo longo, tum quia ægrotus medici præceptis parere noluiſſet, ſed in aliquo deliquiſſet: tū quia ex hyeme lęſus eſſet: lien valde intumuit, & pręcōrdia flatibus ſunt oppleta, & iam ſubtumida quædam erat decoloratio in facie, ac præſertim circa crura: adeo vt nobis de iuuene dubitare contigerit, ac maioribus vti remediis fuerit neceſſarium. Sic igitur nihil ſimile habet huiuſcemodi tertiana cum exquiſita. Quare & ab initio eas diſtinguere oportet: quantum enim natura differūt, tantum rationabile eſt rationem victus permutare. Vt igit eas optime ſciamus diſtinguere, quę adoleſcēti acciderint, mihi ſat erit ſcribere: quæ, veluti quoddam exemplum ac monumenta tibi futura ſunt earum, quæ non exquiſitæ tertianæ ſunt. Erat tempus anni medium inter occaſum pleiadum & æquinoctium antecedens. Inceperat autē febris cum horrore adoleſcenti circa aurorā ferè, vt neq; in caliditate ſimilis tertianæ videretur, neq; in pulſibus: ſed neq; vomitus bilis ſubſecutus eſt, neque ſudor ſufficiens, pręterq̄ ꝙ in die ſecundo tantūmodo circa horam tertiam quidam pauci humidi vapores exierunt: ex quibus febris quidē tranſpirabat, at ita pedetentim, vt vix circa veſperam expers febris videretur: nam febris ſignum ſatis manifeſtum in pulſibus manſerat: in reliquis vero circa veſperas ſatis bene ſe habebat, & per totam pariter noctē. Rurſus vero circa tertię diei auroram ſecūda acceſſio facta eſt, G omnino, pręterq̄ in tempore, ſimilis primę: nam nocte ſuperueniēte paululū ante diem vapores humidi exhalarūt, ac circa quartę diei aurorā febris ceſſauit. Ac reliquo deinceps autūni tempore atq; hyemis, quo ęgrotauit, alia oīa & hora acceſſionis & ſolutionis febris eundem modū ſeruauerunt. Agebat aūt adoleſcens circiter decimūoctauū ætatis annū, albus aſpectu, & pinguis, qui ſæpius ante in ocio degerat, & crapulis balneis q; plurimis & repletionibus vſus erat: quare neq; bene cibos cōcoquebat. Simul aūt aduenit ei durus pulſus, in prima quidem die atq; ſecūda mediocriter: in tertia aūt & quarta atq; ſequētibus vſq; ad ſeptimā, ad tantam peruenit duritiem, vt quiſpiam, qui ſoli crederet pulſui, multorū fore menſium ægritudinem iudicaret: talis aūt perdurauit vſq; ad vernū ęquinoctiū, in quo cœpit molleſcere. Et rurſus poſtea quadrageſimo die omnino æger à tertiana eſt liberatus, tendente paulatim ad mollitiem pulſu, ac minore quotidie fiente acceſſione, vrinis q; bonam habentibus ſubſidentiam, etenim hę quoq; in priore tēpore erāt admodum crudę. Talis quidem eſt tertiana, quę alteri exquiſitę maxime contraria exiſtit. Reliquas vero intermedias haud numero paucas, ex extremis determinatis haud difficulter inuenies. Quæ enim in principio ſermonis tertianarū febriū indicia ſcripſimus, ſi omnia affuerint, exquiſitā reddunt tertianā: cuius acceſſionis tempus breue eſt, quatuor nimirū horarū, aut quinq;, aut ſex, aut (quod longiſſimum eſt) vndecim, aut duodecim. Huiuſcemodi pręterea febriū vrinę tertio die, H aut ad ſummū quarto, coctionis ſignū oſtēdunt. Hoc pacto quidem exquiſitā aut non exquiſitā tertianā cognoſces: eadē quoq; rōne & quartanā & quotidianā. Cui enim oīa inſunt indicia, quę in quartanis febribus antea ſcripſimus, hæc vera atq; exquiſita quartana eſt: cui vero minime, ſpuria eſt, & nequaq̄ exquiſita: et quotidiana quoq;, cui oīa, quę diximus, inſunt, exquiſita eſt: cui aūt non, non exquiſita. Non igitur ſicuti exquiſitæ quotidianę & quartanę, ita ēt non exquiſitę, ſunt diuturnę, ſed, quemadmodū exquiſita tertiana breuis eſt temporis, ſic & quartana & quotidiana exqſitę, diuturni. Hęc qdē in iis, qui ꝑ circuitū quendā febricitāt, oportet cōſiderare. In aliis autē febricitantibus vrinas atq; excremēta atq; vniuerſum corporis habitū inſpicere oportet: calorem quoq;, atq; arteriarū motū, & quęcunq; alia pręter hæc Hippocrates, & longus vſus inſpicere iubent, ‖veluti regiones, anni tēpora, cōſtitutiones, & ętates, corporū tēperaturas, cōſuetudines, & cauſas antecedentes, & quę ſimul cū morbis inuadunt, & quæ in medio tēpore apparent. Iam totū, vt cuiq; videatur, admonitū eſt, non t̄m re vera ita ſe habet: nā quoddam maximum ēt inter hęc oīa, breue tamen dictu, nō dum ſcriptū eſt. Quid vero hoc eſt? morbi quātitas ac virium, res, quæ ad eam

A. li. 4. f. 1. c. 8. fol. 419.

A. lib. 4. f. 1. c. 35. fol. 42

Lib. de Humorib' à pricipio.

A ad eam explicandam vno indiget verbo, ad vsum vero permagna: neque enim bene prænoscere possumus, nisi horum singulorum magnitudinem diligenter pensitemus. Nam, vtrū morbus sit exitialis, an non: & qn̄ magis debeat mori, aut sanitati ægrotus restitui: nisi omniū, quæ diximus, quantitatem diligentius animaduertens, ad duo redegeris capita, ad ipsius s. morbi magnitudinē, & ægroti vires, non poteris vere prænoscere. Nam, si vires adeo validæ fuerint, vt possint morbum superare, necesse est ægrotum euadere: si vero contra, omnino morietur. Non igitur solum inspicias, qualis sit morbi species ac forma, sed & eius magnitudinem aduerte. Non paruam autē hoc exigit experientiam, tum alias ob causas, tum quia neq; scribi, neq; omnino sermone edoceri singurorum quantitas potest. † Et, siquid in nobis est, ex nulla re adeo possumus ad exquisitam peruenire notitiam, quantum ex crebra exercitatione circa quātitatis coniecturam: hoc quidem in ipsis operibus & discere & docere possibile est: quæcunque vero in qualitate determinantur, hæc diligenter ac manifeste, q̄ breuibus poterimus verbis transigemus.

† Al. Et si id, qd nostrū est, aliqd forte est, ex nulla alia re ad tātum pfectionis venit, quā ex crebra &c. Vide explanationem Stephani.

Tertianæ Exquisitæ febris curatio. CAP. 9.

EXquisitam ergo tertianam, vt quæ ex flaua bile cōmota inualescat, quāto magis fieri potest, refrigerare oportet ac humectare: nam contrariorum contraria remedia sunt, quæ quidem B quod superfluum est, reprimant: quod vero deficit, suppleant. At flauę bilis humor inter oēs, qui in corpore sunt, humores siccissimus calidissimus q; existit. Hunc igitur, cū ad ventriculū repit, per vomitū educere oportet: cū vero vergit ad inferiora, per inferiorē excretionē: hoc quidem & sponte fieri solet in tertianis exquisitis. Per vrinā quoq; & sudores oportet diuertere. † Iuuat autē & p inferiores partes bilis expurgatio. Venter aūt mollibus "clystenbus exinaniēdus est. Vrina vero potionibus, in quibus apium aut anethum maduerunt, prouocanda. Et, si tibi coctionis signa monstrantur, iam cum fiducia absinthium potes exhibere: quod alioquin summū est remedium mordicationum stomachi, quæ à bile proueniunt, si præsertim ex ipsius coma, quantū sufficiat, accipiēs melicrato intinxeris. Balnea vero calida ex aqua potabili prosunt, tum quia aliquid bilis educunt, tum ēt quia sua qualitate plurimum iuuant: nā huiuscemodi oīa balnea humectāt, ac potentia refrigerant. Marinæ autē aquæ & salsæ, nitrosæ atq; sulphureæ, plus quidem bilis educunt, sed multo minus, q̄ potabiles, prosunt: prestat vero neq; ipsas vtiles dicere, quandoquidem plus qualitate nocent, q̄ euacuationibus iuuent. Equidem noui quendam corrupto iudicio hisce balneis vti persuasum, deinde extenuato corporis habitu ad tantā venisse perniciem, vt tabe consumptus interierit: reliqua vero victus ratio ad bilem etiam [a] excernendā exhibita fuerat. Semp C autē oportet contrarias qualitates illis, quæ præter naturā inualuerint, opponere, cum hoc [b] multo plus iuuet, q̄ quomodolibet euacuare: sed neq; hoc ipse nouerat, neque alio docente didicerat. Hæc igitur in balneis intentio sit, vt corpus madeat atq; humectetur: atq; iccirco neq; nitrū, neq; sal, neq; sinapi inspergere oportet, (quod genus mali cōplures ęgrotis afferre videntur) at plurimum olei calidi infundentes ad aquā perducere ac madefacere: &, si in ea natare voluerint, quantum id facere possunt, permittendum. At, qui balneis admodum delectantur, si etiam bis in die lauari permiseris, non aberrabis: sed illud semper habeto in memoria, vt in tēpore id faciant. Si vero etiam coctionis signa ostendantur, tunc, etiam si sæpius laueris, nihil deliqueris. A vino vero ante, q̄ morbus concoquatur, omnino abstinendū: at, vbi cōcoqui cœperit, dandum est ab initio tenue, aquosum, & paucum: vbi vero iam prope est, vt morbus soluatur, amplius est offerēdum.

† Al. Iuuat enī & p has partes (vrinam s. & sudorem) bilis expurgatio.

A.4.f.t.12. c.i.fol.423.c

Cibi aūt, quicunq; humectāt atq; refrigerant, oēs vtiles sunt exquisitis tertianis: quantitas vero in ipsis sit tanta, quanta optime concoqui possit. Ex oleribus quidē atriplex, blitum, lapathum, & malua, & lactuca, & "cucurbita: ex aliis vero & ptisanæ succus, & ex alica sorbitiones. Et ex piscibus, saxatiles: ex volatilibus autē, quæ mollibus cōstant carnibus: quæ aūt talia non sunt, eorū alæ. Testiculi quoq; gallorū: & suū pedes, & cerebra: paruorum vero si etiam dederis carnē lique D factā, nihil nocebis. Sed & oua "ad sorbendum sunt concedenda, & præsertim vitelli eorū: nā hi facilius, q̄ pars alba, cōcoquuntur. Ex fructibus autē permittēdum est, vt illos degustent, qui nō sunt omnino difficiles concoqui. Oportet autē abstinere à melle, sinapi, & salitis, atque omnibus acribus: & à vinis & satis vetustis, & quæ natura sunt calida. Hęc quidem sit victus ratio in pluribus veluti ad coniecturam exposita. Qui vero non sunt deliciosi, iis talis victus est instituendus, qualem nosti me aliquando instituisse in exquisita tertiana secūdum sermonem Hippocratis, ex succo ptisanæ vsq; ad crisim. Hæc quidem in exquisitis tertianis seruare oportet.

A * *Quidā cod. habent γενέσιν, i. generandarum, sed melior videtur eē Leonicens lcō.*

B * multoties

Ibidem.

Ibidem. g

Tertianæ Nothæ curatio. CAP. 10.

IN iis vero, quæ non exquisitæ sunt, prouidendum est pro viribus, ne morbus augeatur: ne ue ægrotantis vires prosternantur, quæ longiori tempore debēt laborare. Difficile vero est seruare vtrunq;, quoniam inediæ quidem, quantū prosunt ad morbi coctionem, tm̄ vel etiam amplius officiunt viribus: cibi vero, quantum ægroti robur adaugent, tantū coctiones impediunt. Sed & id quoq; noscere opus est, ad quantam magnitudinem perueniat morbus, ac quantæ sint ægroti vires: vt ad ea, quæ maius auxiliū exposcūt, inspiciens, inedia quidē in valētioribus audacius vtaris viribus, & morbo coctu difficili: largiori autē cibo, vbi vires sunt debiliores, neq; morbus admodum cōcoqui cōtumax. Hæc quidē & in oībus aliis morbis considerare oportet. In tertianis

vero non exquisitis,neq; statim circa initia balneare expedit, sed cum iam coctionis signa appa- E
ruerint: neq; quotidie cibum oportet exhibere, sed satis est alternis diebus. Quies vero & calefa-
ctio circa præcordia iuuant, & sorbitiones concoqui faciles, & clysteres non admodum molles.
Quod si sanguinē mittere oporteat,neq; hoc quoq; omittendū, sed ab initio statim adhibita earū
rerū,quas scis, distinctione tm̄ mittendum, quantum præsens exigit status. Sit autē totius victus
ratio,non quæ humectet atq; refrigeret vniuersum corpus, qualis in exquisitis exhibetur tertia-
nis,sed & aliquem modum assumat ad calefaciēdum, atq; incidendū. Plurimum igitur eos iuuat
ptisanę succus,pipere adiecto: vel etiam hyssopum, vel origanum, vel spicam nardi mulsa aqua
infundens & decoquens,ad bibendum propina: & quęcunq; alia,quę cient vrinam,præterquam
illa,quæ supra modum calefaciunt atq; exiccant: maxime "vero post diem septimam danda est iu A.li.4.f.1.c
giter absinthij coma.Et quidem oxymeli potione plurimos iuuat: & aliquid ex iis, quæ molliter c.19. fol.43
ventrem subducunt,quibus me assidue vti nouisti. Vomitus autem post cibum adeo iis, quibus
hæc febris perdurauerit,vtilis est,vt multos sciam solis vomitibus statim prorsus fuisse curatos.

Quartanarum Curatio. CAP. 11.

DEinceps de quartanis dicemus,quas etiā ipsas ab initio mediocriter ac leniter tractare opor
tet,nullum forte medicamen aut euacuationem exhibentes, nisi forte "sanguis vehemēter F A.li 4.f.1.c
superabundans appareat.Et,si vena incisa is,qui fluit,niger videatur ac crassus (præcipue vero in c.63.fol.42
iis, qui liene laborant, huiuscemodi visitur) audacius mittendus est: q si flauus aut tenuis appa-
ruerit,statim supprimendus. Venam vero secare oportet vel interiorem, vel mediam sinistri cu-
biti: Et victum deinceps instituere minime flatuosum, & optimum: Ventrem, quantum possi-
bile est,mollem facientes iis, quæ visitata sunt: Quod si hæc nihil proficiant,clysteribus vtendum
est,à principio quidem mollibus, postmodum vero acrioribus. Arcendi sunt autem à carnibus
porcorum,atque ab omnibus eduliis,quæ tenacia sunt,& tardum habent exitum,ac quæ refrige-
rant exiccānt'que corpus. Vino vero vtendum est albo ac tenui,ac mediocriter calido: & volatili
bus,quæ boni succi sunt,& non in paludibus degunt. Pisces autem adhibendi concoqui faciles,
mollibus carnibus nihil tenax habētibus præditi. Vtendum est autem "sallis, & sinapi. Et certis
diebus id medicamen,quod Dia trion pepereon vocatur,vel quod Diospoliticū,est assumēdum:
&,si quotidie piper tantum cum aqua biberent, recte etiam facerent. A frictionibus autem,&
ambulationibus,& balneis,atq; aliis visitatis non sunt penitus prohibendi. Et,si omnino possent
à balneis abstinere,solis cōtenti frictionibus,q̄ plurimum ex eo iuuamen admitterent. Et, si quar
tana febris breuis sit,neq; admodū violenta,nihil nocuerit, si diebus interiectis ad consueta exer- G
citia se transferant.Hæc quidē ab initio & vsq; ad statum sunt peragenda. Si vero in statu morbi
pręcipue ęgrotus esse videatur, tunc subtilioris victus ratio est adhibenda, q̄; ante vel postea. Sta-
tim vero pręcipiendum est,vt diu conquiescat,ac visceribus prouidendum vngendo atq; empla-
strando iis,quæ mollire ac laxare possint: deinde medicamentis vtēdum,quæ ciendi vrinam vim
habent.Et,si coctionis morbi indicia apparuerint,tūc purgare oportet iis,quę humores atros exi
naniendi vim habent,non semel tantum,sed & sępius, si fuerit necessariū. Vtendum autem & vo
mitibus post cibum tunc continue: &,si nihil prohibuerit,elleborum "albū est exhibendum,pri- A.ibi.fo.430
mum quidem permistum radiculis: q si nihil fecerit, elleborum ipsum. Qui vero nequeunt euo
mere,hi per inferiora valentius sunt purgandi.Et his postea medicamen cōfectum ex viperis in
potu dandum,& alia,quæ ad huiuscemodi febres commendantur: ex quibus est & illud nobis fa
miliare prę cęteris laudatissimum,quod succum cyrenaicum recipit.Quicunq; vero ab initio ali-
quod ex his medicamentis exhibuerunt,aut omnino ante statum, quartanam, quæ erat simplex,
sępius fecerunt duplicem,aut omnino maiorem ac difficiliorē: ex duplici autē triplicem, aut om-
nino ambas difficiliores maiores q; reddiderunt. Noui autē medicum, qui ausus est homini, qui
triplici quartana laborabat,medicamen ex viperis exhibere, quando non dum morbus in statu esH
set,deinde (vt par est) auctis omnibus,febris continua subsecuta hominem occidit.

* Codices gręci īpressi & manuscripti oēs, Oribasius,Paulus, Aetius, & Trallianus in hoc Galenū reprehendens, legūt humectāt. Vide Stephanū Athe. qūo hūc locū explanet.

* sallamentis

* Al. infixum.

Quotidianæ Curatio. CAP. 12.

QVotidianam autem cum volueris curare,vtere oxymelite, † post primos dies,} & illis,quę
possunt vrinam valide ciere: & vniuersum totius victus caput sit ad incidēdum efficacius.
Circa statum vero,de ventriculo est habenda solicitudo, ac de eius ore præsertim.Dein-
ceps iubendum est,vt post radiculas & cibos assumptos euomant: iis etiā, quæ pituitā subducūt,
vtendum.Reliquam vero victus rationem ad communes intentiones inspiciens inuenies.

† Al. primis diebus.

Curatio Febrium Continuarum,quæ Carent accidentibus. CAP. 13.

IN continuis autem febribus,quibus quidem status morbi non vltra septimam futurus est, &
vires validæ sunt,atq; ætas præterea consentit, iis quidem admodum exquisitus & tenuis vi-
ctus est instituendus. Quibus vero vel status totius morbi vltra septimam,vel vires inualidæ, hi
ab initio solidiori cibo sunt reficiendi: prope vero statum,tenuiori. Cum autē iam adest status,te
nuissimum victum seruare oportet: deinde rursus assidue solidiorē,ac simile augmentum effice-
re illi,quod ante statū fiebat,decremēto. Sanguinē vero mittere oportet & ob morbi magnitudi
nem: Et quibus rubor multo plus,q̄ naturæ cōueniat: & maior, q̄ pro cōsuetudine,totius corpo

ris

A ris tumor: & venę eminentes atq; extensæ: his omnibus est auferendus, nisi vires, aut ætas, aut aliquid eorum, quæ supra commemorauimus, prohibuerint. Quod vero humidus victus in febribus acutis omnibus iuuat, dudum recte dictum est. Succum igitur ptissanæ iis, quibus non acescit, exhibere oportet: & melicratum, quibus non bilescit: & sorbitiones ex alica, & panẽ ex aqua, & quæcunque alia eandem aut similem vim habent. In iis vero, quæ præter modum calidæ & æstuosæ sunt, cum primum videris coctionis signa, tunc audacter aquam frigidam potandam exhibe: modus vero in quantitate seruetur, quemadmodum tempus anni, regio, ætas, & natura, & consuetudo etiam exposcit. Talis quidem est, vt in vniuersum dicam, febrium, quæ accidẽtibus carent, curandarum ratio.

Febrium, quæ cum Accidentibus affligunt, Curatio. CAP. 14.

QVæ vero cum accidentibus sunt, non æque simplicem exigũt curationem. At pro viribus metiendum est, quanta sit febris, quantum'ue ex accidentibus periculum immineat: atque ad id, quod vehementius ac difficilius est, intendendum, non posthabita omnino etiam alterius cura. Age enim siquis febricitet, ẽt adsit plethorica dispositio, verum ex recentibus cru* B ditatibus sit, ac morsum sentiat afflictum'que os ventriculi: vel si etiam humorem aliquem malum euomuerit, & in huius transitu non parum fuerit offensus, adeo vt grauiter se habeat atque anxie: nunc quid hic ad febrem respicientes solam multitudinem euacuare tentabimus, (quod alioquin sine molestia faceremus,) an prius ori ventriculi prouidebimus, ac deinde, postquam circa hoc bene se habuerit, quam contigerit, totius corporis euacuationem faciemus? Mihi quidẽ ita agendum videtur. Multos itaque sępius vidi, qui ita affecti erant, quosdam interiisse, non nullos ad extremum periculum fuisse perductos, cum medici eos euacuare tentassent, antequam os ventriculi corroborassent. Sed neque, si fuerit febris cum profluuio ventris, alia est opus euacuatione: verum hęc sola sufficit, quamuis non sit pro multitudinis ratione: quicunq; enim his plus adimere fore necessarium putantes, aut sanguinem mittere, aut ventrem mouere tentauerunt, in grauiora pericula duxerunt. Sed "neq; siquis simul & distentione neruorum laborauerit, & sanguinis eguerit missione, huic tantum semel mittere oportet, quantum exigit mo*rbus: sed aliquid etiam accidenti est relinquendum: cuius causa sępe sudores eueniunt, & vigilię molestant, & vires ægroti debilitantur. Ita etiam, si vehementissimæ vigiliæ aut dolor intensus ægrotum infestant, cauendę sunt subitæ ac multæ euacuationes. Ipsa præterea ambientis aeris temperatu- C ra, loco accidentis cuiusdam habenda, quando exquisite calida ac sicca fuerit, † qualis est tempore medio} inter Canis ortum & Arcturi. Atque ideo omnes, quibus medici nihil omnino de temporum statu cogitantes, sanguinem abstulerunt, interierunt. Si etiam valde frigida fuerit, tunc quidem sanguinem mittere est formidandum: cum non ignoremus non parua ex similibus sequi pericula. Interierunt autem non nulli, qui in calidis admodum constitutionibus non recte euacuati sunt, ex syncopa vocata, & dissolutione: in frigidis vero, cum accessiones incipiunt, nimium refrigerati non amplius releuantur. Ob hæc igitur neque in locis supra modum calidis aut frigidis sanguinem mittere audemus: sed, si regio ipsa & temporis status consentiunt, omnino abstinemus: cum vero non consentiunt, euacuamus quidem, sed multo minus, quàm si neutrum prohiberet. Tanquam etiam accidens quoddam, ęgrotantis ad patiendum facilitatẽ considerare est necessarium: multi enim † neque vnquam sunt euacuati, } neq; euacuationem vllam integram, aut inediam longam possunt perferre: sed alij quidem ex his in omnimodam corporis imbecillitatẽ facile incidunt: quidam vero statim os ventriculi male affectũ habent, adeo vt cibos abhorreant: quod si eos cogantur assumere, aut non retinent, aut male concoquunt. In hac dignotionis parte etiam ęgrotantis temperaturam contemplari oportet: quicunque enim calidi & D sicci natura sunt, hi omnes facile ab integris euacuationibus offenduntur. Et consuetudo quoq; non parui momenti est tum ad omnia alia, tum pręcipue ad euacuationis indicationẽ: † quidam enim nunq̃ antea fuere euacuati, neq; vnq̃ euacuationem integram pertulerũt, & multis cibis vsi sunt: nõ nulli contra, neq; multis cibis vsi fuerunt, & euacuationibus sunt assueti: hos igitur intrepide euacuare oportet, quãdo & reliqua etiam consentiunt, cęteros vero (nempe insolitos) nec si omnia alia id suaserint. Eodem pariter modo & corporis habitus cõsiderare oportet: nam, qui densa & solida carne constant, his habitus haudquaquam facilis pati: quare non oportet vereri ipsos euacuare ex toto, si quidem & alia id iubent. Sed qui mollem, & humectam, & diffluentem habent carnem, hi mirum in modum sunt ad patiendum habiles: quare, & si reliqua omnia sanguinem esse minuendum persuadent, non tamen id facere audendum est: sed & aliis euacuationibus, quantum moderate & caute fieri potest, vtendum est. Eodem modo, & quicunque supra modum crassi sunt aut macilenti: nam & his venam incidere cauendum est, alias q; euacuationes integras vereri oportet. His etiam & ætas annumeranda est veluti accidens quoddã, quod prohibendi integram vacuationẽ vim habet: neq; enim pueri, neq; seniores hanc sine noxa tolerant.

Hosce igitur omnes, quos diximus, vbi dispositiones hortentur, non semel, neque ex toto, sed paulatim oportet euacuare inediis moderatis, & frictionibus, & clysteribus mollibus, humectationibusq;,

l.3.f.2.c.7. f.216.b

* *Est quidẽ in impressis cod. & manuscriptis omnibus quos viderim μν,ι. nec Leonicenus tamẽ vt legis se καὶ. Steph. et athenensis legit affirmatiue. & omino hæc videtur melior lectio.*

* Al. multitudo.

† Multi codic. græci legunt, καθάπερ τῶ- τες ἐγένετο ἐν τῷ μεταξὺ &c. id ẽ qualis hoc anno fuit tpe medio &c

† In qbusdã codi. græcis hæc non habetur.

† Manuscripti tamẽ quidã codices habent, quidã eni nec vnquã euacuationẽ integrã pertulerunt, & multis cibis vsi sunt & c. Sũt ẽt codices, qui habeant, quidam enim nec vnq̃ euacuationem integrã pertulerũt, nec multis cibis sunt vsi, quidam contra, & multis vtuntur cibis, & euacuationib° sunt assueti.

tionibus q; & cataplasmatis, & balneis: quorum singulorũ indicationes rursus ab iis, quę antea E diximus, sunt assumendæ. Ita etiam, si quando duo contraria accidentia consequantur, inspicere oportet, vtrum eorum sit fortius. Eodem modo, si duo morbi eũdem hominem obsederint, qui inuicem pugnantes habeant indicationes: nam & tunc quoque aduersus illũ, qui magis vrgeat, instandum, neque alter omnino negligendus. Eas vero, quæ habentur ex accidentibus & morbis indicationes, non simpliciter, sed secundum causam, à qua singula fiunt, considerandum: qualia sunt defectus animi, & dissolutio: nam consueuere medici de vna re hæc duo nomina dicere. Est vnum quidem res ipsa, cuius sunt plures causæ: nam animo deficiunt & ex choleris nominatis, & ex profluuiis ventris, & difficultatibus intestinorum ac lęuitatibus, & muliebri fluxu, & vulneribus: & sanguine per ora venarum, quas Grȩci hęmorrhoidas appellant, emanante, aut per superiora educto, aut per nares aut alios meatus: et ex enixarũ purgationibus immoderatis. Non nunquam vero & vehemens cruditas animæ defectum attulit: & tunc præsertim, cum ventrem supra modum soluerit. Et, qui bulimus appellatur, nihil aliud est, quàm animæ defectus. Omnem præterea, quæ ex vtero prouenit, strangulationẽ, defectus animi antecedit, sicuti ad vteri versus superiora recursus, & ad latus inclinationes, atq; inflammationes, plerunque consequit̃. Antecedit autem morbum attonitum, & comitialem, cum malignus existit, & dissolutiones, & F syncopen, & tabem. Sed & in principiis febrium non admodum paucarum aduenit, & tunc pręsertim, cum supra modum aut siccum, & squallidum, aut plenum immoderate corpus extiterit. [a] † Et nõ nunquam etiam simul cum febre incendente atque maligna inuasit. Et quibus extremę corporis "partes in principiis febrium plurimum sunt refrigeratæ. Et quicunq; ob inflammationis magnitudinem vel hepatis, vel ventriculi, vel stomachi febricitant, his etiam in principiis accessionum non nunquam animi defectus adueniunt, illis præsertim, quibus humores crudi & incocti redundant, aut qui aliquam præcipuam partem obstructam habent. Animo etiam deficiũt, quibus os vẽtriculi male affectum est, aut humorũ vitio mordicatur: aut crassis, vel lentis, [b] † vel humidis, vel frigidis} humoribus aggrauatur. Quidam etiam in vehemẽtibus animæ affectibus animo defecerunt, sed præcipue senes, & qui alioquin sunt imbecilles: etenim plures eorum tristati, aut lætati, aut irati, animo defecerunt. Sed & roridæ humiditates quædam aliquando his ita affectis haud in tempore superuenientes, animi defectum inducũt: sicuti, & qui magis robusto sunt corpore, ex immoderatis sudoribus idem patiuntur. Et, si abscessus quispiam rumpatur vehementer ei, qui non admodum robustis sit viribus: ac tum præcipue, cum materia simul tota ad ventriculum, vel ventriculi os, aut thoracem defluxerit. Et, si quando etiam nos abscessus secan- G tes totum simul emittere pus tentauerimus, animi defectum subsequi est necessarium. Et, si quandoq; purgantes, aut clystere abluentes, aut quomodocũq; euacuantes, id aliquo modo vehementius, quàm oporteat, egerimus: neque enim in morbo intercute tota simul superfluitas, quamuis sit præter naturam, potest sine noxa euacuari: sed tunc quoq; necessarium est hominem deficere animo. At vero ex vehementia dolorum veniunt dissolutiones, cum morsus quidam ac tormina, aut ilei, aut intestini crassioris affectus, subito accidunt. Sed & neruus percussus, & musculi caput animi defectum intulerunt, & maligna in articulis vlcera, omnia q; gangrenosa & depascentia, & immoderata frigiditas atq; caliditas, vitalis q; roboris dissolutio. Hæ quidem sunt defectus animi causæ. Singulæ vero earũ propriam curationẽ desiderant, & de omnibus quidem non contingit nunc scribere: nã, quę passionibus assident, sine illis curari nõ possunt. Tantum igitur in præsenti sermone de ipsis dicemus, quantum quispiam de eis edoctus, possit iis, quæ repente ingruunt, accessionibus occurrere: Veluti quòd eos, qui ex choleris & vẽtris profluuio & multis aliis vniuersim factis euacuationibus dissoluuntur, aqua frigida spargere oportet, & nares apprehendere, & os ventriculi perfricare, ac iubere vt euomant, stomachum irritando digiti vel pennę immissione: sed neq; malum manus & crura alligare. Oportet autem "nexus fieri plures ac for H tiores circa manus, quando per inferiores partes fiunt euacuationes, quemadmodum, quãdo per ora venarum hęmorrhoidum sanguis profluit, aut ventris profluuia adsunt, aut cum per vteros exeunt in mulieribus menstrua: nam, si tunc crura fortius ligentur, sæpius aliquid ad partes inferiores attrahitur: Contra autem fit in fluxibus sanguinis factis per nares atq; vomitibus, in quibus crura sunt vehementius alliganda. Et quidem, quibuscunq; in vulneribus sanguis emanat, eodẽ modo, si ex superioribus partibus accidit, inferiores: si ex inferioribus, superiores, vinculis sunt astringendæ. Situm quoq; aliquem in aduersum tendentem parti expedit inuenire, nõ tamẽ hoc multum fiat: nam, si nimium tendatur, atq; ex hoc fatigetur, nihilo minus irritatur, q̃ si inclinaret ad eũdem locũ. In vniuersum aũt, aut ad cõmunia membris patientibus in aduersum retrahere oportet, aut ad ea, in quibus est euacuationis origo. Atque ideo vehementes euacuationes, quæ ex vteris fiunt, cucurbitulæ iuxta mãmas appositæ statim sedãt: quæ vero ex naribus, hepati ac spleni secundum narem patientẽ: ꝙ si ex ambabus naribus subito ac multus sanguis efflueret, vtriq; visceri sunt adiiciendæ. Vinum etiã aqua frigida temperatũ curat eas, quæ ex magnis fiunt euacuationibus, dissolutiones, & tunc præsertim, quando ad ventriculũ fluunt humores. Sed aduertendum est, an aliquid sit, quod prohibeat huiuscemodi exhibitionẽ: veluti si aliquod vnũ ex visceribus

A † Et cũ ardenti & maligna febre nõ nũquã simul ĩuasit ẽt eos, quibus extremæ corporis &c. Nã de iis potius debet intelligi, qui in ĩuasionib9 causi maligni extremis corpis partib9 refrigerati, animi defectũ incurrũt. vt videre licet pag. 99. e

B † In exẽplari Stephani atheniẽsis hæc verba non habentur.

A. lib 4. f. u. t. c. 48. fol. 444

A. li. 3. t. 11. t. c. 8. fol. 281. b

A visceribus inflammationem patiatur: aut caput vehementius doluerit: aut passio aliqua, quæ delirare cogat, affuerit: aut febris incedens in morbo crudo: magna enim & quasi insanabilia ex potu vini in huiuscemodi affectibus nocumenta proueniũt. Quòd si nihil prohibeat, postmodum ægrotantis naturam, & cõsuetudinem, & ætatem, & ambientis aeris temperaturam, distinguere oportet: ad hæc enim respiciens, vel frigidum vel calidum potum exhibebis. Nam, qui assueti non sunt potare frigidum, aut manifeste ex ipso offenduntur, & quicũq; natura sunt frigidiores, & qui in extrema sunt senectute, & loco natura degunt frigidiori, tempore hyberno, cauere frigidum oportet: at qui contrario modo se habent, hisce intrepide offerendum est. Sit vero vinum in fluxionibus, quæ ad ventriculum fiunt, calidum & tenue, quale Lesbium: in sanguinis autem fluxibus crassum ac nigrum & acerbum. Ipsis vero locis imponere oportet, veluti ventriculo, & vtero, & stomacho, & thoraci, quæ corroborandi vim habent: capiti autem & fronti, præter hæc, illa etiam, quæ refrigerant. Et, quibus in summis partibus, & in naribus vena aliqua dirupta est, medicamen aliquod ex iis, quę sanguinem supprimere possunt, imponendum. Balneæ vero in fluxionibus quidẽ ad ventrem aptissimę sunt, sanguinis vero fluxum acriter iritant. Et, quicũq;
lib.4. f.1.t.2. 63.fol.421.c ob sudoris multitudinem animi defectum patiuntur, iis etiam plurimum nocent: horum enim
B adstringere oportet, ac refrigerare, non laxare cutem: & vinum frigidum pręcipue his exhibere, & nihil omnino calidũ offerre. Sed neq; etiam crura ac manus ligare oportet, neq; cogere ad vomitum, neq; vllo modo mouere: ac ventis refrigerantibus aditum præparare: aerem quoque domus alterare frigida atque astringente qualitate, myrtorum foliis, vitium capreolis, ac rosis, pauimentum consternentes. Nihil vero horum confert, vbi ad ventrem fluxiones fiunt: nam, quo magis cutem densaueris, tanto ipsę magis augentur. Iis igitur, qui ex euacuationibus dissoluuntur, ita confestim succurrendum est: At, qui ex multitudine, non ita: verum in illis artus quàm plurimum fricare oportet, calfacere, atq; alligare: à vino vero & cibis abstinẽdum, & balneis etiã, si febricitauerint: sufficit autem, si eis dederimus melicrati potum, in quo ebulliuerit thymus, vel origanum, vel pulegium, vel hyssopus: conuenit quoq; oxymel, {& ligare ac fricare manus potius, q̃ crura.} Et, quæ etiam ex vtero laborante exoluuntur, non aliter curandæ sunt, excepto oxymelite: fricare etiam atq; alligare magis crura oportet, q̃ manus. Et, quẽadmodum in multo effluxu cucurbitas iuxta mammas imponimus, sic, quibus sursum aut in latus tractus est vterus, inguinibus & coxis adhibebimus. Et naribus quidem ea, quæ fœtidissimum odorẽ habẽt: vtero autem odorata, & ea, quæ laxare ac calefacere possint, medicamenta afferemus. Si vero os ven-
C triculi fuerit imbecille, atq; ideo animi sequatur defectus, ea, quæ roborandi vim habent, oportet emplastra adhibere, quale est, quod fit ex palmulis, vino, farina hordei, croco, aloe, ac mastiche: madefacere aũt iis, quæ constant ex absinthio, & oleo melino, & mastichino, & nardo, & œnãthe, & vino: Et, si ipsum ęstuet, miscere ex refrigerantibus aliquid, veluti cucurbitæ succum, atq; lactucæ, & portulacæ, & solani, & sereos, & vuæ acerbę: hęc quidem non solũ refrigerat, sed etiam astringit. Aqua etiã frigida ęstuanti ori ventriculi plerũq; prodest, si in tempore detur, alioquin plurimũ obest. Atq; iis, qui ventriculi os imbecillum habent, vinum calidũ potius oportet exhibere, si nihil sit aliud, quod prohibeat. Plurimũ vero iuuat eos, qui ita laborant, etiã frictio extremorum. Quòd si ex his remediis nihil melius se habuerint, exæstuantes quidem q̃ primũ ad bal-
l.3. f.11.t.2. i.fol.281.c neas ducere oportet: qui vero aliquid frigiditatis sentiunt, medicamen dia trion pepereon nominatum, atq; ipsum piper solum, atq; absinthium bibant. Qui vero ex vitiosis humoribus os ventriculi mordicantibus dissoluuntur, hos post aquæ calidæ aut hydrelęi potum fac euomere: q̃ si difficulter euomant, prius concalefacere oportet, quę os ventriculi circũstant, loca, & manus, & pedes: quòd si neq; hoc modo possunt euomere, digitos aut pennas demittendo iritare oportet: q̃ si neq; sic euomant, rursus his oleum calidum quàm optimũ exhibendum. Solet autem sæpius
D oleum nõ solum ad vomitum iritare, sed etiam uentrem molliorem facere. Est autem & hoc pręsentibus rebus non parum utile: quare nisi sponte accidat, arte procurandum est: præcipue uero & glandibus suppositis hoc tentandum est facere. Quòd si ex istis facilius fiat, etiam absinthij comam in melicrato decoquens ad potandum exhibeas, atq; deinceps uinum: ac omnibus modis membra oportet corroborare partim iis, quę extrinsecus apponuntur, partim absinthij potionibus. Non tamẽ id in principiis faciendũ suadeo, sed postea, quando partes, quę circa aluum sunt, fuerint expurgatę: quãdo uero adhuc humores in ipsis continentur, nõ dum adstringere, sed tm̃ concalefacere (ut antea diximus, cõuenit: Vbi vero multa pituita frigida in ore uentriculi fuerit aceruata, fouere quidẽ plurimum oleo, in quo absinthium ebullierit, postea uero etiã melicratum exhibere, uel hyssopum, uel aliquid simile infundendo: dandum etiã oxymeli, aut piper, aut diatrion pepereon, aut diaspoliticon medicamen: & uniuersum uictus rationis caput incidendi uim habeat. Quæ uero ex nimia frigiditate ueniunt exolutiones, eodẽ modo curandæ sunt, quo bulimi, omni modo calfaciẽdo. Vinũ igitur eis exhibere oportet calida temperatũ, ac cibos, qui calefaciendi naturã habẽt, fricare q̃; ac calefacere ad ignẽ simul. Quæ uero ex nimio calore accidunt, iis, quę refrigerãdi, ac corroborãdi uim habẽt, curãdę sunt: hę uero maxime eueniunt iis, q in aere suffocante ac balneo cõmorant. Statim igitur ipsos corroborabis, si aqua frigida sparseris, & fla-

bellaueris ad ventum conuersos,& os ventriculi perfricueris atq; agitaueris, ac postmodum vino cibo'que refeceris. At, qui ob inflammationis magnitudinem, aut vehementis febris malignitatem animi defectum patiuntur †,& in principiis accessionum refrigerantur, his artus fricare fortiter,& calefacere,crura q;ac manus alligare,ac vigilias, cibi'que & potus omnimodam abstinentiam,pręcipere oportet.Optimum vero in his,quid futurum sit,pręcognoscere,atque hæc ante accessionem facere anticipare. Eos etiam, qui ex siccitate in principiis accessionum syncopam sunt incursuri,optimum est præuidere: nam, si duabus aut tribus horis ante accessionem exhibito cibo,manus ac pedes constringi iusseris,non interibunt. Oportet autem cibos esse concoqui faciles,& ventriculo aptos. Quod si magnum imminere periculum fueris suspicatus,vinũ dare anticipabis,vinum q; pręsertim in alicam elixatam infusum: quod si aliquid † panis loco alicę exhibueris,idem valebit. At,si mediocris syncopa expectatur, vino parcendum: sufficit enim tunc mala punica, aut pyra,aut poma, vel aliquem alium fructum astringentem cibis admiscere: &,si ad hæc mediocriter tulerint accessionem, cum rursus cibum obtuleris, non erit necessarium fructibus vti. Hęc quidẽ facienda sunt,siquid futurum præuideris. At, qui ex inopinato in periculum inciderint,vinum calidum cum pane est exhibendum,& paulolum aliquid cum eo alicæ calidæ: nam,si iis,qui ita affecti sunt,amplius obtuleris, aut cibos difficiles concoqui, non modo syncopam patientur, verũ,etiam penitus strangulabuntur. At, qui animo deficiunt ex membri principalis obstructione, his oxymel dare oportet: atque ex hyssopo,origano, pulegio, & melle potum: cibos q; incidendi naturam habentes,nam crassi ac tenaces magnas in similibus afferunt noxas. Sed neq; deterius fuerit artus perfricare atq; alligare. Prodest etiam illis potibus vti, quæ vrinam ciendi vim habent, veluti qui anethum, & fœniculum, & apium, & petroselinum,& ami, & daucum, & spicam nardi recipiunt: quæ vbi manifeste iuuerint, iam vino vtendum est albo & tenui,non admodum antiquo. Nosces vero huiuscemodi obstructiones cum ex aliis inęqualitatibus pulsuum: tum ex his pręcipue,quæ secundum magnitudinem,paruitatem,ac vehementiam,& debilitatem fiunt,vbi syndrome id est concursus, quam plethoricam vocant,non adsit: nam istius quoque communes sunt. Fiunt vero & in huiuscemodi dispositionibus, cum vehementes fuerint,pulsus intercidentes. Hæc quidem in libris de pulsibus à nobis latius explicantur. Nunc vero transgrediamur ad eum sermonem, qui superest de reliquis exolutionibus, veluti,quæ ex abscessuum diruptione, aut sectione contingunt: aut ex superflua euacuatione in iis, qui aquam inter cutem patiuntur: confestim quidem hi optimis odoribus fouendi sunt, paulopost autem sorbitionibus concoqui facilibus sunt reficiendi. Si vero ob tristitiam, aut gaudiũ, aut timorem,aut iram, aut terrorem exoluantur, odoribus & narium apprehensionibus sunt reuocandi,cogendi'que ad vomitum. Eodem pariter modo, qui ex vulneribus, aut purgationibus,aut doloribus,qui in articulis,neruis,& musculorum tendonibus eueniunt, exoluuntur,statim sunt reuocandi: postmodum vero conueniens passioni curatio est afferenda. Animi vero defectus,qui intestini laxioris doloribus, aut ilei, aut similibus vehementibus cruciatibus fiunt, ex patientium locorum concalefactionibus frictionibus'que extremorum præcipue curantur. At,quæ ex propria imbecillitate virium,quæ regunt corpus, eueniunt exolutiones, ex intemperatura videlicet factę partium,de quibus vires proueniunt, contrariis curare intęperaturis oportet: frigidas quidem,concalefacientes: calidas vero, refrigerantes: atq; in aliis eadem ratione. Virtus igitur,quam vitalem vocant,quam ex corde prodeuntem ostendimus, ex pulsuum debilitate cognoscitur: At,quę ex hepate oritur,ac naturalis dicitur,ex sanguineis egestionibus ab initio aquosis atque tenuibus,postmodum vero crassis ad modum fæcis: At, quæ ex cerebro originem ducit,quam præcipue non nulli animalem appellant, ex motuum voluntariorũ imbecillitate deprehenditur. Sed de his quidem dispositionibus proprio tractatu separatim tibi scribemus: permulta enim ab ipsis medicis sunt prætermissa.

† In principiis accessionũ, & refrigerantur.

† AP. panis ex alica.

A. li. 4. f. 1. t. c. 30. fol. 421

* AP. ῥήγμασι, id est rupus.

A. li. 1. t. 1. d. 6 c. 1. fol. 25. h

E F G H

Curatio Capitis à variis causis molestati. CAP. 15.

QVoniam vero sermonem de accidentibus hucusque fecimus, rursus ad primum institutum redeamus,vnam in omnibus communem intentionem habentes, causas nimirum, à quibus fiunt eorum singula,considerare: hæ siquidem tibi conuenientem curationẽ indicabunt: Veluti siquis doleat caput,si quidem os ventriculi illi mordeatur,& fastidium sentiat,iubendum est,vt euomat: nam vel bilem euomet, vel pituitã, vel vtrunq;. Quod si nulla insignis appareat in vẽtriculo passio,considerãdum,nunquid multitudo,vel obstructio, aut inflammatio aliquarum capitis partium adsit. Inuenies vero primum quidem,si interrogaueris,nũquid dolor per totum caput extẽdatur,aut alicui particulæ fortius insideat: deinde nunquid cum grauitate, ve tensione,vel mordicatione,vel pulsu. Nam,qui cũ grauitate dolores fiunt, multitudinẽ ostendunt: qui autẽ cum mordicatione,vel vaporis vel humoris acritudinem: cum pulsu vero, inflammationem: at cum tensione,si quidẽ sine grauitate ac pulsu, spiritus crudi ac flatuosi multitudo: si vero cum pulsu, corporis membranosi inflammatio: at si grauitas adsit, multitudo intra membranas cõtenta significatur. Cum igitur omnia distinxeris,causam,ex qua horum singula fiunt, considerare oportebit: illa enim tibi modũ curationis ostendet. Veluti si multitudo vaporis atq; humoris

A humoris contineatur, aduertere oportet, nunquid ob magnitudinem febrium humores diffusi ac veluti efferuescentes ad caput ascenderint, an propter eius partis imbecillitatem, an ob totius corporis plenitudinē. Hanc enim totius corporis euacuationibus haud difficulter curaueris: eū vero, qui ex partis imbecillitate contingit, partim quidem in contrarium retrahendo per totū corpus, partim ipsi parti remedia adhibendo. Ac retrahes quidem, clysteribus acribus, & nexibus, & frictionibus in partibus inferioribus plurimis, &, si expedierit, aliquid etiam sanguinis abducendo. Partem autem sanabis eo tempore, quo ad vniuersum corpus retrahis, iis vtens perfusionibus, quæ à capite vim repellendi habent, ac deinde euacuantibus, postremo vero corroborantibus. Repellit autē oleum, quod omotribes, id est immaturū, nominatur, aut tale aliquid simile: & quod oxyrhodinū, & rosaceum vocatur, ipsum per se ipsum: & quęcūq; ex capitibus papaueris, & teneris oliuę germinibus, & hederæ corymbis, mēta q; viridi, & sisymbrio parantur. Vtendum vero ipsis in multitudine quidē crudiore ac frigidiore, tepidis: in calidiore aūt & biliosiore, frigidis. Euacuat autem atq; dissoluit & oleū calidum ipsum per se ipsum, magis q;, si antiquum fuerit, vel sicyonium aut anethum in ipso ebullierit: nam multitudo humorum, qui non admodum sunt crassi atq; tenaces, sufficienter per huiuscemodi euacuatur. Sed, & si spōdylion, vel serpyllum intus decoxeris, aut pulegij comam, vel calamenthi, vel mentæ, vel sisymbrij, ita etiam id, quod crassius est, euacuabis. Hæc vero ipsa, virium etiā aliquid membris adiiciunt, &, quæ debilia sunt, roborant: vtendum igitur ipsis deinceps vsq; ad integram sanitatis restitutionem. Et, si oportuerit, per nares etiam & palatum expurgabis: & sternutamenta excitabis. Et, si ad balneas hominem induxeris, siccis sindonibus caput est perfricādum, sal q; & nitrum & sinapi sine oleo imponendum. Hæ quidem sunt ex particulæ debilitate doloris capitis medicinæ. At, quando ex magnitudine febrium accidit, & medicamenta adhibere est necessarium, frigidæ qualitates ac vires, &, quę ex hydreleo, & oxyrhodino, & papauerū capitibus constant, infusiones expediunt. *Al. affectu.

B

In dolore autem capitis, qui sanguinis fluxum aut vomitum decretorium significat, nō sunt remedia quærenda: neq; enim accidens quoddam, sed bonum signum potius tale quicq̄ est existimandum, sicuti & multa alia, quæ ante crises contingunt: quæ plurimis quidē terrorem incutiūt, bonum tamen quoddam ostendunt. Optimum vero est posse dignoscere, vbi corpus perturbatur, natura cum alias excretiones, tum præsertim vomitum, & sanguinis fluxum moliente, quorum inseparabile indicium est capitis dolor. Diximus autem plenius de hisce omnibus alibi: nūc vero, quantum poterimus, primum seruantes institutum, breuiter de ipsis transigemus. Considera igitur primum quidem species febrium, si calidæ sunt atq; vrentes: nam hæ per excretiones iudicari consueuerunt, quemadmodum, quæ molliores sunt ac veluti submersæ, diu durant, & sæpius feruntur in abscessus. Secūdo loco, si morbus sit ad salutem decliuis: quis enim bonā crisim in morbo pernicioso expectauerit? Tertio ad hæc, totius morbi tempus cōsiderandum: si enim principij vel augmenti fuerit signum, non dum autem status neq; cōcoctionis signa apparuerint in vrinis, vel sputis, vel alui excrementis, non expectandum est bonam fieri crisim. Hæc sunt, ex quibus sperauerit quispiam morbum per excretiones crisim habiturum. Eius vero, quod iam instat, neq; iam etiam futurum est, hęc signa sunt. Difficilis quędam tolerantia omnem crisim antecedit, &, si quidem in die crisis esse debet, noctu: si aūt noctu, in die. Si igitur tale aliquid videas, considerandum est, quotus sit ægritudinis dies. Sunt enim, & qui ad crisim apti sunt, vel paruo etiam motu à natura accepto: multi vero in magnis motibus nequeunt omnino magnitudinem perturbationis inspicere, nunquid sit secundum diei naturā. Nam septimus dies etiam ex paruo naturæ apparatu ad crisim per euacuationem mouetur: sextus vero magno apparatu indiget, & sæpe neq; vlla in eo fit crisis: quod si fiat, neq; sine periculo, neq; fideliter accidit. Sic autem & vnicuiq; dierum aliorum quædam inest propria natura, quam, vbi de diebus decretoriis agitur, definiuimus. Age, iam sit dies pro magnitudine perturbationis: deinde oportet considerare, qualis erit crisis. De aliis igitur nihil impræsentia dicere oportet. At, si vomitus aut sanguinis fluxus ex naribus futurus est (nam huiuscemodi crisibus vnum diximus esse signum, dolorem capitis) ex his maxime distinguere oportet. Primum quidem, si statim ab initio non inuasit, sicut quoddam ęgritudinis accidens, sed in perturbatione, quę ante crisim fit. Secundo loco, etiam si ceruix compatiatur, & hypochondrium retractum sit, aut anhelitus difficilis repente superuenerit, thorace veluti angustiore facto: si enim post hæc omnia pulsus in tumorem subito elati non reciderint in paruitatem, neq; debiles facti fuerint, statim crisis expectanda est. Si vero non modo non deciderint, sed etiā in altum attollantur, & vehementiam assumpserint, iam faciē ęgrotantis inspicere oportet. Nam, si aliqua ex iis, quę in ipsa sunt, partibus palpitet: aut venę, quæ sunt in temporibus, pulsent: aut gena, vel nasus, vel oculus rubidior factus fuerit: magis ēt crisis expectāda est. Si vero & inuiti lachrymēt: aut marmarigas, id est splendores videre imaginentur: ac manus naribus veluti scalpentes admoueant: tunc non iam fluxurum, sed iam fluentem sanguinem inspicies: nam, vbi semel aut bis scalpserint, statim erumpit. Neq; vero ex his perterrearis, si hominem desipientem, aut resilientē inspexeris: nam & hæc humorum repentiū ad partes superiores indicia sunt, quēadmodū & anhelitus difficilis, & hypochondriū retractū, & collum simul cū capite

C

D

aggrauatum. At tibi vnà cum his indicio etiam sit desipiētia. Et hæc quidem sufficere signa pos E sunt. Sed accedit quandoq; & ægrotantis ętas, & natura, quæ spem magis confirmat, ac prætera anni tēpus, & pręsens constitutio. Nam, si ęgrotus fuerit adolescēs, aut alioquin natura calidus, aut multo sanguine abūdauerit, magis adhuc de hoc sperandum erit: &, si etiā sępius antea, dum sanus esset aut ægrotaret, sanguis ex naribus fluere visus est, hoc vel solum sufficit fluxus sanguinis spem afferre. Si vero & tempus anni ęstatem videris, vel non quidem ęstatem, alioquin tñ calidam præsentem constitutionem, non'ne ex his aliquam indicationem assumes? Quod si & plures eo tempore crisim ex sanguinis fluxu habuerint, & hoc tibi spem vehementius augebit: & si corpus plethoricū extiterit, & consuetę excretiones fuerint retentæ. Mihi quidem nō modo non videtur difficile eū, qui tot & talia habuerit indicia, futuri sanguinis fluxus pręcognoscere, verū etiā absurdum & magnæ imperitiæ, non præcognoscere. Nostri vero temporis medicorum indiligentia ea admiratur, quæ admiratione digna non sunt: nam, siue ex dextra nare, siue ex sinistra, fluxurus sit sanguis, nihil difficile ex nuper dictis pręnoscere: plures vero medicorum hoc nō solum difficile, sed neq; omnino possibile existimāt. Tametsi has & alias excretiones omnes pręnoscere licet, si hęc duo tantum considerauerimus, & vnde naturæ motus agatur, & in quā partem: nam, & quę "deficiunt adiuuabimus, & quæ immoderate ferunt coercebimus, si ista nouerimus: F A. li.4.f.1.t.1 c.7.fol.419.b Veluti, verbi gratia, sanguinis fluxus ex splene, magnæ cucurbitæ sinistro hypochondrio suppositę facile retrahunt: at, qui ex hepate prodeunt, dextro: &, qui ab aliis membris, eadē ratione: nā ex vno de omnibus colligere poteris, vniuersale contemplando. Quare & ego hoc in loco præsentem finiam sermonem: deinceps autem de febribus, quę ex inflammationibus accidunt, tibi transigam, de q; aliis passionibus, quæ in singulis partibus corporis constituuntur. Phlegmonæ autem, id est inflammationes, à veteribus vocabantur, quę sunt veluti phlogωses, id est inflammina, vel incensiones: à iunioribus autem non omnes: neq; enim herpetas, neque erysipelata, neq; tale aliquid quicquam inflammationibus annumerant: sed vni tantum affectui ex calidis, qui fit cum tumore duro atq; dolore pulsatili, hoc nomen accommodant. Non tamen ad hunc solum febres & dolores sequi videmus, sed ad omnes simpliciter calidas, ac veluti efferuescētes passione. De his igitur, atque aliis similibus morbis sequenti libro verba faciemus.

GALENI DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI

Ratio curandi Omnes præter naturam Affectus, qui communi nomine Inflammationes dicuntur.

De Generibus ac Differentiis Inflammationum. CAP. I.

DE iis autē, quę in singulis corporis partibus fiunt passiones, ò Glauco, deinceps dicemus, ab inflammatione incipientes. Etenim sępius hęc fit, plurimas q; habet differētias, ex quibus oībus solent febres cōtingere. Cōmunis igitur in oībus immoderata caliditas, & veluti phlogωsis, id est inflammen, vnde & phlegmones i. inflāmationis, nomen de ipsis afferre antiqui cōsueuerunt. Propriam autē in singulis differentiā inuenies, ex qua eius speciem agnosces, & conuenientē assequeris curationē. Aliter enim qui herpetes, aliter quę erysipelata, atq; aliter quę phygethla vocant, ac reliquas inflāmationis species curabis. Itaq; hoc ēt in loco antecedit ea facultas, qua possumus recte agnoscere passiones: tibi q; hoc primū conabor scribere, oēs ab initio distinguens inflammationum differentias. H

Prima igitur inflāmationis differentia est, secūdum quā hanc quidē humidam, hanc vero siccā, esse contingit: humidam quidē, quę ex calida fluxione membrū occupante contingit: siccā vero, qñ nullo humore influente calor naturalis ignescit. Hoc autē vsq; ad aliquid quidē veluti febris est membri: cū vero iā ad immoderatam caliditatē ac siccitatem peruenerit, corruptio atq; extinctio omnimoda fit. Quare neq; in plura secari potest, quēadmodum differentia altera, ſm quam quosdā influere humores particulę dicebamus. Multę enim sunt huius species: nam fluente sanguine, altera: flaua bile, altera: ambobus q; simul humoribus, alia tertia. Et quidē in earū singulis vel iā putruit id, quod influit, aut in membro constrictū putrescit: & vel crassum est, uel tenue: & vel optimū, uel acre. Sanguine "igitur optimo ac mediocrem crassitudinem obtinente ad particulam aliquam uniuersim fluente, atque ob multitudinem conculcato, vehemens dolor arripit hominem, nisi membrum sensum omnino hebetem habuerit: pulsus'que in profundo molestus accidit, tendi q; omnino ac cōtundi membrum apparet: & uehementem calorem persentit adeo, A lib.4.f.3.t.1 c.1.fo.451.d.c Et c.2.

A vt comburi videatur, & refrigerari desideret: talis q; rubor per summa viget, qualis ex balneis aduenit, aut ex igne, aut quouis alio modo calefactis. Hęc quidem passio totius generis nomen accipit, atq; Inflammatio nominatur, sicut multæ aliæ species nomẽ generis accipiunt: fit q; assidue ex omni ferè occasione. Nã & vulneribus, & cõuulsionibus, & contusionibus, & diruptionibus, & defatigationibus ob exercitationem, & exarticulationibus, atq; fracturis, & spontaneis vlceribus aduenit: & præter hæc omnia, quando ad immoderatam humorum repletionem venæ pertingunt, tunc superfluum effundunt ad aliquam partem, quæ eo tempore recipere apta sit. Omnino autem hæc reliquis omnibus est imbecillior, vel rarior, aut ad attrahendum paratior, vel immobilior, quacunq; causa fuerit ad has perducta dispositiones: neque enim de hoc dicere proposuimus. Flaua vero bilis, quando sui seruans naturam vnà cum sanguine per totum corpus defertur, morbum facit, qui Icteros, id est regius, appellatur. Sola vero, quando secreta est, & in aliquo membro consistit, Herpes vocatur. Si quidem crassa sit secundum substantiam, totam exulcerat cutem vsq; ad carnem suppositam: atq; hunc affectum Hippocrates nominat Herpetem exedentem. Si vero tenuior fuerit, id, quod in superficie est, tantum veluti deurit: atq; hæc species generis sortitur appellationem, cum simpliciter & sine additione Herpes vocetur. Nam ex duabus B alijs speciebus, quæ quidem nuper dicta est, Herpes exedens noĩatur: reliqua vero altera, miliaris, q̃m in hoc affectu pustulæ paruæ ac multæ per summam cutem similes milijs excitãtur: fit autem Herpes huiuscemodi ex bile quidem & ipse, sed minus calida & acri, q̃ sint priores. Quòd si ex sanguine & flaua bile calidioribus, q̃ oporteat, mista fluxio fuerit: vel ex sanguine quidem, sed feruescente & tenuissimo secũdum substantiam: Erysipelas passio vocatur, multo inflammatione calidior, magis q; colorem flauum repræsentans. Et, si tetigeris, facile sanguis subterfugit, rursus q; illabitur exquisite tenuis, & aspectu rubidus. Non tamen dolet hoc, veluti inflammatio: neque, vt aliqua inflammationis species, pulsum, aut compressionem, aut tentionem inuehit similem: sed quandoq; valde parum infestat, ac tum pręsertim, quando per solam cutem diffusum fuerit, nihil inferiorem carnem molestans: & tale sæpius accidit, atq; hoc est exquisitum erysipelas. Quemadmodum, quod attingit subiectam carnem, neq; ex vere tenui fluxione cõsistit, neq; tantum est erysipelas, sed iam dispositio permista ex erysipelate atq; inflammatione. Exuperant autem in ipsa quandoq; propria erysipelatis accidentia, atq; hic affectus à iunioribus medicis erysipelas inflammationis participans, nominatur: non nunquam vero inflãmationis, & tunc ipsum nominant inflammationem erysipelatis participantem. Quòd si neutrius accidentia manifeste C obtinuerint, sed ęqualia apparuerint, tunc erysipelas atq; inflammatio misceri dicuntur. Exquisitum igitur erysipelas cutis solius passio est, non tamen ipsa inflãmatio partium tantum cuti subiectarum, sed harum quidem præcipue, nõ nunquam vero etiam cutis. Et est ipsa quidem dolorem

l.4.f.3.t.1.c. 0.451.d afferens nihilo minus, quàm altera, pulsus tamen ei deficit. Cum "vero sanguis influens calidus sufficienter extiterit & crassus, quodcunq; membrorum subito occupauerit, hoc comburendo facit vlcus cum crusta: quicquid vero circumiacet, in inflammationem leuat, efferuescentem grauiter q; dolẽtem: vocatur autẽ Anthrax, i. carbo, huiuscemodi passio. Cum vero sanguis influẽs niger extiterit crassus q;, ac fęculentus, ac feruens, qualis, quem antea diximus: simul autem & sanies non nullas tenues admistas habuerit: pustulas quasdam per summa cutis excitat, similes ijs, quæ ex igne fiunt, quibus diruptis crustosum sub ipsis vlcus inuenitur: hoc q; etiam Carbo est.

Inflãmationis quidem species tot sunt secundum ipsam passionis diuisę naturam. Multas vero quispiam prætermissas putaret, deceptus multitudine nominũ, veluti à Græcis bubonas, phymata, phygethla, ophthalmias, synanchas, peripneumonias, pleuritidas, et multa alia similibus appellationibus dicta: hæc enim omnia inflammationes quædam sunt, in prioribus comprehensæ speciebus. Singula vero diuersa sunt sortita nomina, q̃m, qui primi ea imposuerunt, vno nomi D ne & passionis ipsius & patientis particulæ compositam intelligentiam interpretari voluerunt. Sunt enim bubon, phyma, & phygethlõ, partium laxarum (quas glandulas, id est adenas, vocãt) passiones: Bubon quidem inflammatio: Phyma autem, quod statim augetur, atq; ad suppurationem festinat: Phygethlon autem est id, quod erysipelas particeps inflammationis, aut inflamma

.lib.3.f.3.t.1. .6.fol.221.g tio erysipelatis nominatur. Sic autem "& Ophthalmia eius membranæ, quæ corneæ inhæret, est inflammatio: Pleuritis autem eius, quæ latera succingit: Synanche autem faucium: Peripneumonia vero pulmonis: eadem'que in singulis ratione. Eas igitur, quæ sunt in partibus apparẽtibus inflammationes, promptum est cognoscere: quę autẽ in occultis, & febres afferunt omnino, non æque discernuntur. At mihi videtur mente egere perspicaci eiusmodi agnitio, ac præterea peritia naturę membrorum, quam ex sectione simul & exquisita scientia operationum q; atq; vsuum comparamus. De his quidem in alijs tractatibus diximus. Nunc vero nõ datur de his sermonem adiungere, quando tibi repente peregrinandi necessitas ingruat. Quo pacto vero quispiam eas optime curet inflammationes, quę in apertis partibus constant, hoc tibi primum transigere satago, principium sumens ab ea passione, quæ plurimum fit, atq; idcirco totius generis affert appellationem. In qua hoc in primis considerandum existimo, quod & in alijs omnibus magnam vim habet, vt morbi occasionem inueniamus.

De Causis

De Causis Inflammationum, ac de Communibus Indicationibus illarum curandarum. CAP. 2. E

EST igitur vna quædam apparentium inflammationum occasio, quæ non admodum occulta est, quæ Fluxio appellat, nisi q̃nq; illis coniungatur, quæ aliqua alia ex causa euidenti factæ videntur: quando enim nulla ex ijs præcedente membrum confestim patitur inflammationem, ea, quæ hanc passionem causa generat, Rheuma, id est fluxio, vocatur: ipsa vero passio, dispositio rheumatica. Oportet q; in his inflãmationibus principia curationum optima fieri: nam, quæ in ipsis errata contingunt, difficulter sanabiles, aut omnino insanabiles, faciunt dispositiones. Sunt autem hæc duo maxima errata, si nulla de toto corpore prouidentia habeatur: & si calefiat atque humectetur etiam membrum. Hæc vero duo medicorum pleriq; delinquunt, non nulli quidem à Methodicorum hæresi persuasi, & inflammationes omnes esse passiones astrictas existimãtes, quas elaxare oporteat. Sunt vero quidam, qui sine ratione atq; vlla consideratione istos sequuntur, vnam excusationem ad male agendum habentes, cum multis delinquere. Sed neq; ex Dogmaticis medicis quispiam, neq; ex Empiricis ita sensit: sed, quod & ratio & experientia suadet, totum quidem corpus euacuare congruis euacuationibus consulunt: Ipsam vero inflãmatam partem perfundere ac superlinire eis, quæ id, quod influit, repellendi vim habent: id vero, quod in membro patiente continetur, euacuandi: vim autem ac robur adiungendi ijs, quę iã affectæ sunt, F partibus. Ad quæ vero inspiciẽtes oporteat euacuare, iam & antea diximus: sed & nunc breuiter commemorabimus, vt in sequentibus memoria seruata, non sit necessarium in singulis passionibus eas, quæ euacuationes indicant, audire intentiones. Ætatem igitur, & tempus anni, & regionẽ, & præsentem constitutionem, & eius qui afficitur, robur, habitum q;, & consuetudinem, atq; ipsam ægritudinis naturam diximus considerandam: ex his enim, quando euacuare, vel non euacuare oportet, & vnde, & quomodo, inuenitur: Veluti in ea, de qua nunc agitur, dispositione, ad genu fluxus deferatur, atque hoc subito plurimum attollatur: tibi vero totum corpus plenum sanguine appareat, & valida laborantis vis, tempus autem anni sit ver, regio temperata, æger vero sit adolescẽs aut iuuenis: is sanguinis euacuatione ex superioribus partibus indiget. Oportet q; incidere eius in cubito venam, aut scilicet interiorem, aut mediam: si vero aliqua pars superior pateretur, per inferiora sanguis est educendus, semper enim fluxionis motum ad contrarium retrahere expedit. Atq; emplastrum apponendum est "ex semperuiuo & corticibus malorum puni corum in vino decoctis, & rhu, et farina hordei cõpositum: hoc enim in talibus optimum est, atq; ad omnia, quæ facere intẽdimus efficax: repellit enim id, quod influit, atq; id, quod continet̃, exiccat, & membra circunstantia corroborat. Mille q; alia medicamina eodem modo cõponere licet, G quorum compositionis viam ac modum in libris de medicaminibus didicisti. Vnde ego quoque in singulis vnum aliquod tibi subijciam, futurum tibi & monumentum, & exemplum eius, quę in alijs est, facultatis. Si quidem non admodum doleant, talibus vtendum est: cum magno aũt dolore fluxu incidente non sic oportet, neq; aquam calidam, neq; oleum, neq; farinæ triticeæ cataplasmata afferre: hæc enim omnia dispositionibus rheumaticis aduersantur, quãuis ab initio aliquid iuuare videantur. Sufficit autem in huiuscemodi affectibus vehementiam doloris mitigare aliquo ex ijs, quæ ex passo, & oleo rosaceo, & pauca cera, quæ in vtroq; sit liquefacta, conficiunt̃. Oportet autem hæc lanis excipere sordidis, quæ plurimum œsipi habeant: & æstate quidem frigida, hyeme autem tepida apponere: Sic etiam cataplasmata ex arnoglosso, lente, pane, & rosaceo oleo adhibere: paulo autem supra patientes particulas apponere spongiã vino acerbo intinctam, aut aqua frigida: melius vero fuerit, si parum aliquid aceti adiungatur. Quòd si hæc cura insigniter profuerit, neq; alicubi pus se ostenderit, emplastris, quę ad fluxionem mollia parãtur, est vtendum. Optima vero ex ijs sunt, quæ exiccandi & repellendi, quod fluit sanguinis, sine dolore vim habent: quemadmodum ea, quæ vehementer intendunt, atq; idcirco dolorem afferunt, plus doloribus obsunt, quàm exiccando proficiunt. Tale igitur oportet esse medicamen, quale nobis in H vsu est, quod ex chalcite constat oleo rosaceo dissolutum: si vero lanam mundam vino acerbo madefeceris, & exterius apposueris, plus iuueris. Quòd si pus se in particula ostenderit, cataplasma imponere oportet semel aut bis: plus vero in præsentibus iuuat farina hordeacea: adiungendum tamen in his aliquid vel aceti vel vini. Et post, quàm secueris, & pus euacuaueris, cauendum est deinceps, ne oleum aut aquam imponas. Et, siquãdo vulnus abluere, aut abstergere oporteat, melicrato vel oxycrato & vino & mulso vtendum. Superponendum vero, si adhuc inflammetur, ex lente cataplasma: si vero sine inflammatione fuerit, aliquod ex ijs medicamentis, quę emplastica vocant̃: quibus in huiuscemodi sectionibus vti consueuimus, & pręcipue eo, quod ex chalcite constat. Apponenda vero super hæc extrinsecus spongia aut lana vino acerbo perfusa: q̃ si acerbum non affuerit, tanto aceti aqua temperanda est, vt adhuc potari possit, atq; hac intingere oportet. Sunt vero & ad hoc oportuna ea vina, quę aliquid aquæ marinæ recipiunt: & tu quoq;, vbi sit opportunum, potes conficere permiscendo sal ei, quod affuerit. Vulneri autem nullum ex medicamentis, quæ oleosa sunt, apponendum, quale est macedonicum, & quod tetrapharmacum nominatur: nam exquisite exiccare expedit. Ita quidẽ sanare oportet, quæ ex fluxione fiunt, inflammationes. Quæ vero alia ex causa fiunt, humectare & calefacere nihil prohibet. Et, si ad suppurationem

A.li.4.f.3.t. c.3. fol. 451

A suppurationem perducere volueris, cataplasma ex farina triticea, quæ in oleo atque aqua ebullierit, apponendum. Et, siquando scarificare oportuerit, neq; hoc verendum est. Si vero eas, quæ ex fluxionibus fiunt, inflammationes scarificaueris, magnum afferes malum, ac per initia præsertim. Nam, quæcunque ex ipsis longioris temporis existentes, post totius corporis euacuationem, atq; aliam opportunam curationem, quasdam durities atque nigrities in membris habent derelictas, his sanguinem auferre nihil absurdum est: neque enim amplius hæ inflammationes existimandę sunt, sicuti neq; erysipelas, quod iam liuidum est. Etenim & hoc per initia quidem infrigidandũ est, tunc præsertim, cum sine manifesta occasione factum fuerit: quando vero iã illi deerit feruor, & scarificare cõuenit, atque emplastrum ex farina hordeacea calida, & ceratum, & aliud aliquod medicamen ex dissoluentibus, apponendum. Non tamen ex vena in talibus sanguinẽ mittere necesse est, sed ventrem tantummodo expurgare sufficit: dandum autem medicamen, quod bilem flauam educat. Si vero passio parua fuerit, neq; hoc facere est necessarium, sed sufficit clystere acri vti. Quæ vero ex vlceribus fiunt erysipelata, & quęcunq; adeo manifestas causas habent, si statim volueris cataplasma apponere ex farina hordeacea, & præsertim si antea scarificaueris, nihil nocebis. Inflammationibus vero, quæ cum erysipelate coniunctæ sunt, & erysipelatis cum inflamma-
B tione iunctis, mista, quantum fieri potest, curatio est adhibenda, semper q; illi, quod magis superat, resistendum. Et eorum quoque, quæ Bubones, & Phymata, & Phygethla a Græcis dicuntur, similem ijs, quę in alijs partibus similes accidunt dispositiones, curationem oportet adhibere, præterquam in partibus, quæ acriora medicamenta in eisdem affectibus possunt tolerare, quemadmodum laxiores partes, quas adenas vocant. Herpetas autem, quantum ad totius corporis euacuationem attinet, vt erysipelata, curare oportet: quantum vero ad patiẽtem particulam, non omnibus similis curatio adhibetur. Nam, qui exedentes sunt, refrigerari quidem desiderant simi liter alijs herpetibus & erysipelatis: non tamen ea ferunt medicamenta, quę præter id, quod refrigerant, etiam humectare natura apta sunt, sed sola admittunt refrigerãtia, quæ etiam maxime possunt exiccare. Non igitur vel lactucam, vel polygonum, neq; ex stagnis lentem, aut palustrem lotum, vel anthylion, vel psyllion, vel portulacam, vel serim, vel semperuiuam, vel tale aliquid, quod refrigerare possit atq; humectare, apponere oportet, quæ erysipelatibus erant opportuna: neque vnquam spongię fidas frigida aqua perfusæ: neq; solano, quamuis refrigerandi atq; vna exiccãdi vim habet, sed mediocrem. Cum igitur maiorem, quàm solano adsit, expetunt siccitatem, superimponere ipsis oportet ab initio quidem ex vite capreolos, & folia rubi, & rubi canini, & arno-
C glossi. Post hæc vero & lens adiungenda, si oporteat, & aliquando mel, & farina hordeacea, &, quod antea scripsimus ad inflammationes, quæ ex fluxione eueniunt, cataplasma, dempta ab eo semperuiua. Ipsa vero loca exulcerata inunge medicamentis, quæ ad herpetas in libris, qui Pharmaceutici dicuntur, scripta sunt: multa vero huiusmodi apud omnes inueniuntur, plurima q; ex his ad figuram paruorum circulorum formantur. Et, vbi vti volueris, ex passo liquefacere oportet: q si passum non affuerit, vino tenui & albo & subadstringente, quale est Falernum, & Massilioticum, & Sabinum, & Adrianum, & Arsyinum, vtendum est: cauendum tamen, ne ob antiquitatem, aliquam cõtraxerit in gustu acritudinem. Et, si posca aquosa loco horũ aliquando vsus fueris, nil deterius feceris. Iam vero in longum tempus protractis vlceribus, neque passo circuli parui sunt diluendi, neq; posca adhuc aquosa sit: & vina, quæ sunt adstringentia, sufficienter conueniunt, pręcipue quidem nigra: &, si ea non affuerint, alba. Medicamina autem in hoc tempore ipsis præcipue sunt accommodata, & quod Polyidę vocatur, & Pasionis, & Musæ, & Andronis, & quęcunque alia his similia sunt. Herpetas vero, qui summa tantummodo exulcerant, nisi diu perdurauerint, nullo horum inungere oportet, † comburũt enim fortiter, } & vehementer exiccant: verum istis sufficiunt, quæcunq; vim glaucij habent, medicamenta. Diluere autem maxime
D quidem aqua: q si nil profecerit, etiam acetum adiungere oportet: quod si etiam solani succo intinxeris, aut arnoglossi, plus etiam proficies. Summatim vero hæc te cognoscere oportet, quod omne vlcus, siue sponte, siue ex accidenti, siue ex vulnere factum fuerit, exiccari desiderat, medicamento (vt inquit Hippocrates) non aspero, hoc est, non mordente, neque vehementer irritante, præterquam vbi malignum & cum putrilagine fuerit: talia enim acriora expetunt medicamina, & quæ ignis vires habent, quale est misy, & chalcitis, & arsenicum, & calx, & sandaracha: etenim non aliter, quàm ignis, adurunt medicamenta huiuscemodi: sæpius vero, vbi ista cessauerint, ipsum ignem adhibemus. Quapropter & ijs, qui Carbones appellantur, super ipsam crustam, vbi præcipue particula putrefit, huiuscemodi medicamentorum natura est conueniens. Non tamen loca circumiacentia tãgere expedit, ne te ipsum lateas ea exulcerans, quæ minime expedit, sed antedictis circulis paruis vtendum est, qualis est, qui Andronius nominatur. Si quando vero rubor inualuerit & multa phlogosis, medicamentum passo diluendum, vel arnoglossi succo. Si vero magnus sit tumor, vino quidem acerbo in principio, postmodum vero & aceto. Cataplasma etiam ex orobi farina & oxymelite confectum apponendum: atque ante hæc statim ab initio tantum sanguinis auferendum, quantum sufficit, nisi aliud prohibuerit. Hæ quidem sunt passionum per genera curationes: quæ pro naturæ instrumentorum patientium varietate mutantur.

† In aliquibus codic. antiquis græcis legitur, [illegible] i. alterum forma.

Lib. de Vlceribus non longe a principio.

* [illegible]

mutatur. Quatuor vero sunt ab his indicationes, ab eorum temperatura, à formatione, à situ, atq; E à virtute. A Temperatura quidem, si non nulla quidem ex ipsis natura ficciora sunt, non nulla autem humidiora: quædam frigidiora, quędam calidiora existunt: Et secundum coniugationem humidiora ac calidiora, vel humidiora & frigidiora: vel ficciora & calidiora, vel ficciora atq; frigidiora: aut ex toto temperata. Oportetq; in curationibus intẽtionem haberi ad membri naturam: hæc enim, quousq; infrigidandum aut exiccandum sit, docet. Nam, si carnosæ partes inflãmationem patiuntur, paulum exiccandæ sunt: venosæ quoq;, quãuis sint carnosis ficciores, non tamen & ipsæ multum exiccari desiderant. Sed, quęcunq; natura arteriosæ sunt, magis venosis sunt exiccandę, atq; his amplius neruosæ, & multo magis his chartilaginosę & osseæ: nam prius, quàm ad propriam naturam particula redeat, non dum curationi impositum esse finem arbitrãdum. Ad ficciorem vero temperaturam reducunt, quæ natura ficciora sunt: & ad frigidiorem, quæ frigidiora: & secundum alias qualites eodem modo: ad mediocrem vero referunt, quæ sunt in singulis mediocria. Sic quidem partium temperaturæ passionum variant curationes: At Formationes hoc modo: nam quædam ex ipsis intus habent spaciositates, quædam entrinsecus, quædam vtrinque, quædam neutra parte. Velut ex simplicibus arteriæ ac venę & nerui, quę quidem sunt in artubus seu mẽbris extremis, quę græce cωla dicuntur, intus: quę vero intra peritoneum, vtrin F que. Nerui autem, qui in membris extremis sunt, neutra parte: qui vero intra peritonęum, ex altera parte. Visceribus autem ferè omnibus intrinsecus atque extrinsecus sunt magnę spaciositates. Ac præterea caro ipsa, pulmonis quidem, spongiosa: contra vero renum, densissima: & post hanc, hepatis caro: splenis vero caro, quanto densior est carne pulmonis, tanto hepatis carne rarior. In omnibus igitur his, quæ neutra ex parte habent cauitates, quę superfluum fluxum excipiant, fortiter exiccare oportet, quamuis non fuerint natura ficciores, sicuti nerui, & præcipue illi, qui sunt in membris extremis. Sed, quę intus & extra aliquid inflammationis possunt relaxare, non multũ huiuscemodi fortiter exiccantibus egent, si præsertim laxam carnẽ habuerint, quẽadmodum pulmo. At ex Positu indicatio, neq; ipsa negligenda est: nam, per quę euacuare oporteat, atq; quomodo, ipsa pręcipue demõstrat. Fluentium igitur adhuc humorũ, Antispasis, id est retractio, sic.n. Hippocrates ‖ nominat: eorum autem, qui iam membrũ obsederunt, Parocheteusis i. deriuatio, medela est. Vtrunq; autem euacuationis genus per cõmunes venas fieri præcipit. Veluti in locis muliebribus retrahes, si eas, quę in cubito sunt, secueris venas, aut iuxta mammas cucurbitas apposueris, vel manus concalefeceris, & fricueris atque alligaueris: Deriuabis autem, si eas, quę in poplitibus, aut talis sunt, venas diuiseris, & cucurbitas coxis applicueris, & cru G ra calefeceris, ac perfricueris, atq; alligaueris. Et, si quidem in parte dextra locorum muliebrium passio fuerit, à dextra manu, aut crure detraxeris sanguinem: si vero in sinistra, à membris, quę illi è directo sunt. Quod enim ab ipso Hippocrate ‖ Cat'ixin, dicitur, hoc ipsum est, secundum rectitudinem. Interiores autem venas incidere oportet: hę enim viciniores magis'que è directo sunt patiẽtibus membris. Nam, si splene inflammationem patiente, sanguinem vis euacuare, interiores in manu sinistra venas secato: & si hepate, eadẽ ratione in dextra: Siquid vero ex superioribus inflammationem habuerit, veluti in his affectibus, quos Gręci synanchas & ophthalmias vocant, & quicunq; alij capiti aduenerint, eas, quę extrinsecus sunt, atque è directo. Patientibus vero membris extremis, à coniugibus euacuatio faciẽda est, siue retrahere velis, siue deriuare, prę terquam vbi passio sit inueterata: tum enim à membro ipso patiente detrahimus. Sic igitur in synanchicis eas, quę sub lingua sunt, venas incidimus, quando iam totum corpus vacuum se nobis obtulerit, passio vero sit diuturna. Sic & hepati & spleni cucurbitulas applicamus. Sic & aliud quodlibet patiens membrum scarificamus, si non amplius humores influant (tunc enim magis iritaueris, ac malum duplicaueris) sed quando iam totum corpus expurgatum fuerit, neque iam aliquid influit, aliquid vero, quod pridem influxerat, in membro contineatur. Et quidem laborã- H tibus gibbis hepatis partibus, quòd per vrinam trahere oporteat: concauis autem per excretionem inferiorem: situs ipse visceris indicat: atq; etiam thoracem & pulmonem per tusses expurgare: ventriculum autem & stomachum per vomitus: intestina autem per inferiores excretiones: quemadmodum & splenem & renes per vrinas: locos autem muliebres per menstrua: cerebrum autem atq; eius membranas per palatum, & gargareonem, & nares, & aures. Sed, quòd et ijs, quę in superficie sunt, partibus talia medicamenta apponere oporteat, qualibus eget passio: ijs vero, quę in profundo sunt, & quas per multa interposita debent eorum virtutes attingere: non qualia nunc sint, sed qualia futura sint, ex situ membrorum agnoscimus. Quare, siue medicamentum est ex ijs, quę extrinsecus apponuntur: siue ex ijs, quę comeduntur, aut bibuntur: non pręsens eius vis considerãda est, sed qualem obtinebit, qñ ad membrum affectum peruenerit. Ob hęc igitur, buęcunq; in pulmonis inflammationibus extrinsecus thoraci applicantur medicamenta, valde fortiora atq; acriora natura sunt, quàm si ipsa visceri patienti apponerentur: quod enim per multorum corporum media ipsi membro patienti est occursurum, omnino exoluitur, & viribus deficit, si ab initio fuerit imbecille. Tm̃ igitur aduentitij roboris adiungere oportet, quantum in transitu amittitur, vt, quod relinquit, ęquale remaneat ei, quod tactu iuuat. Ob id igitur in thoracis

Lib. de Humo. a principio.

1. de Rat. vict. in acut. 29. 7ᵈ. 113. d. Et alibi sępe.

A cis inflammationibus, quæ in parte summa consistunt, ea, quæ solum elaxare possunt, sufficiunt: intrinsecus autem, sicuti in membrana succingente, acriora sunt necessaria. Et de splene etiam, atq; hepate, omnibus q; visceribus intra peritonæum ratio eadem. Sæpius enim ex medicamẽtis impositis vlceratur cutis, quamuis durior minus q; ad patiendum habilis, quàm viscera. Et, si ipsis visceribus medicamenta applicare possemus, quibus subinde indigent, tãto molliora esse oporteret, quanto & ipsorum natura facilior affici. Et quidem omnia, quæ comedere vel bibere iubẽt, medicamenta viscerum passionibus opitulantia, hęc multo acriora ac potentiora viribus esse conuenit præ ijs, quibus indigent membra morbis affecta: exceptis illis, quæ & ventriculo & stomacho auxiliantur, hæc enim sola talia exhibentur, qualia à passionibus exiguntur: reliqua vero omnia acriora, ac viribus potentiora sunt, ea'que præsertim, quæ vel renum vel pulmonis occasione dantur. Considera itaque, quot numero partes pertransire oporteat id medicamen, quod ad pulmonem sit peruenturum: primum quidem os, & fauces, & stomachum: deinde & ventriculum ipsum, & quædam ex tenuioribus intestinis: deinde eas, quæ sunt in mesenterio, venas: deinde eas, quæ in cauis partibus hepatis: ex quibus ad eas, quę in gibbis sunt, transumptum, hinc ad cauam peruenit venam: post quam ad cor: & deinceps hoc modo ad pulmonem. Neque negare B possumus, quin in singulis partibus his, quibusdam admisceatur humoribus, ac quandam transmutationem, atque alterationem pro natura visceris capiat: quare, quod de eius virtute relinquitur, minus omnino est atq; imbecillius, quàm vt membrum affectum iuuare possit. Quę igitur à situ partium indicatio sumitur, tantum curationem euariat: Quæ vero à Virtute, quãtum nunc dicturus sum. Quoniam ex partibus corporis non nullæ ab influentibus virtutibus gubernãtur: quædam vero à proprijs atque natiuis: atque ex his ipsis quædam sibi duntaxat, quædam etiam alijs, fons & origo sunt quarundam virtutum: & aliæ quidem opus habent peculiare, aliæ autem commune: permutare opus est curationis formam pro ratione earum, quas diximus, differentiarũ. Nam pleraq; ex remedijs, morbum quidem finiunt, sed natiuas membrorũ virtutes offendũt, quæ quidem offensio ad totum corpus pertinet: Quod dupliciter fit, quatenus aut viscus illud alicuius virtutis est origo omnibus partibus communicatæ, aut ipsius opus toti corpori vtile est. Hepar enim, cor, cerebrum, & testes, communia vniuerso corpori principia sunt virtutum: ventriculo autem, atque locis muliebribus propriæ insunt virtutes nulli alteri parti communes: opus tamen ventriculi quidem toti corpori confert, locorum muliebrium autem nequaquam. Nocet autem sæpius passionis curatio membri patientis virtuti. Quę enim immoderate laxant, soluunt C robur, quare & membri virtutem: quæ autem supra modum refrigerant, natiuum calorem extingunt, qui fortassis (vt non nulli arbitrantur philosophi ac medici summi) substantia virtutum existit: &, si non hoc, saltem primum & maxime necessarium ipsarum instrumentum. Iam vero & qualitates quædam extraneæ virtutes dissoluere possunt. Nihil igitur horum in curationibus præterire oportet, ne nosmet ipsos lateamus, in eum incidentes sermonem, Morbus quidem curatus est, homo autem obijt: quod à quàm plurimis quotidie factitari videmus, qui irrationalem experientiam colunt, atq; hæresim methodicam, omnia artis bona destruentẽ, quę rationes quasdam dogmaticas quidem, sed multis erroribus plenas, consectatur. In indicatione autem, quæ habetur ex virtute partium, quispiam etiam reponeret & Facilitatem & Difficultatem ad sentiẽdum. Nam, quę facile sentiunt, acria medicamẽta non tolerant, sicuti neq; etiam humores. Nam, cum acris humor in ventriculi ore continetur, sæpius syncopa corripiuntur. Quòd si mediocris sit affectus, anxietatem & nauseam habent: & non nunquam humorem, quo infestantur, euomunt: non nunquam vero frustra agitantur: hoc q; in illis affectibus accidit, in quibus in ore ventriculi vitiatus humor imbibitur. Eodem pariter modo, cum ad oculos huiusmodi defluxerit humor, maximum affert dolorem: & pustulas vlcerosas, quæ difficulter curationem recipiunt, exD citat. Sic quoque rursus oculi ipsi ob eam, quam habent ad sentiendum facilitatem, tolerare non possunt acrium medicamentorum viciniam, quemadmodum neq; etiam ventriculi os: quin immo nec aliquod extrinsecus aggrauans hæ particulæ tolerant, & minus ventriculo oculus, vtpote qui non nunquam etiam ab ijs, quæ inunguntur, grauatur. At, quæ difficilem sensum habent, hęc cataplasmata grauia sustinent, & medicamenta mordacia. Siquis igitur velit ex facilitate sentiendi indicationem illis quatuor, quas antea memorauimus, quintam annumerare: vel in ea cõprehendere, quæ ex virtute sumitur: nihil, quantum ad recte medicandum, differt. Has igitur omnes indicationes in memoria habere oportet in quacũq; particula morbo aliquo affecta: nam & ipsius Temperatura, & Formatio, & Situs, & Virtus, singulas, quæ in nobis fiunt, operationes commutant, communi intentione seruata: hanc enim ex morbo semper assumendam esse docuimus. Qui igitur secũdum solam & simplicem intemperiem morbi fiunt, per contrarias qualitates curantur: Calida quidem intemperies per refrigerantia, siue primo, siue ex accidenti refrigerent: frigida vero per calefacientia: sic sicca per humectantia: humida autem per exiccantia, curantur. De eo vero, quod primo calefacit, aut ex accidenti, plenè (vt nosti) diximus in eo tractatu, quem de Simplicium medicamẽtorum potestate composuimus: Vbi id, quod primo refrigerat, quandoq; ex accidenti calefacere ostendimus, quemadmodum aquæ frigidæ infusionem,

vbi

vbi caloris naturalis fecerit reuocationem: & quod calefacit, refrigerare, cùm rarefaciẽdo corpus E caliditatem fecerit euaporare. Quæ igitur secundum solas actiuas qualitates corporis sunt alterationes, ex sola, quæ ex calefacientibus, refrigerantibus, humectantibus, atq; exiccantibus potestate adhibetur, ad naturalem habitum restituuntur, neq; sensibili egent euacuatione: Quæ vero ob materiæ influxum, si quidem bene temperata sint, solam euacuationem desiderant: si vero intemperata, euacuationem, atq; vnà per contrarias qualitates expetunt alterationem, veluti quæ rheumaticæ dicuntur dispositiones. De quibus (vt nosti) vnum à nobis volumen est editum, in quo & hoc statim ab initio ostensum est, ꝙ ea, quæ totum corpus alit, facultate debilitata, huiusmodi fiunt dispositiones, cum aceruata superfluitas ad partes præcipue defluat imbecilles. Si enim per rheumaticam dispositionem sanguis, qui in huiusmodi partes fluat, aliquã habeat cacochymian, mista oritur dispositio: quod forte rarissime euenit. Sãguis enim sine pituita, aut flaua vel atra bile, fluens, tenuis semper mihi cõsistentiæ apparuit. Ex alia autem quapiam causa si pars intumeat, considerandum est, an huiusmodi affectus sit phlegmone, an scirrhus, an œdema, Phlegmonen id est inflammationem nominantibus nobis omnem calidam ac veluti flammeam dispositionẽ: cuius differentias paulo ante diximus. Tempus itaq; est, vt de œdemate breuiter subijciamus, vt memineris eorum, quæ latius de hoc nos dicere audiuisti. F

De Oedemate. *CAP. 3.*

OEdema "igitur vocamus tumorem mollem, doloris expertem, quem ex pituitosa substãtia, aut spiritu vaporoso fieri constat, qualis in cadaueribus euenit: Non nunquam etiam in pedibus & cruribus eorum, qui aqua intercute, & phthisi, & alio malo habitu (Græci cachexian vocant) laborant. Verum tale œdema in periculosis illis dispositionibus accidens est, nulla propria præcipua'que curatione indigens: sola enim frictio ex oxyrhodino, aut non nunquam ex sale & oleo, vel etiam ex sale iniecto oxyrhodino, sistit ipsum, alia'q; huiusmodi multa. Cum vero propter pituitam parti influxam huiusmodi fit affectus, spongia in aqua, quæ parum aceti habuerit, infusa passionem aliqñ sedat: quæ si non quieuerit, plus aceti miscendum est: sit tñ moderata ipsius temperatura, vt possit ipsam quispiam bibere. Quæ autem ex ea plus aquæ cõtinet, in principio adhibenda est, maxime in mollibus corporibus: quę vero hac fortior fuerit in robustis & durам habentibus pellem, & quæ ad primam spongiæ appositionem non iuuantur. Oportet autẽ spongiam omnino nouam esse, quæ si non affuerit, saltem exquisite abluatur ex aphronitro & nitro, & ex ea, quæ conia stacte, id est lixiuium distillatũ, à Græcis nominatur. Quòd si ex his œdema non quiescat, aluminis parum imponendum est, spongia'q; omnino noua applicetur. Si vero in aliquo ex mẽbris extremis tale fuerit œdema, incipiẽdo ligaturam in imis partibus finire oportet in altioribus, iniectionem & compressionem & vniuersam distributionem faciendo, velut in fractionibus. Curationis enim intentio in huiusmodi affectibus mista est, vna quidem vt eorum substantiæ aliquid dissoluatur: alia vero, vt aliquid congregetur ac restringatur. Si igitur per ea, quę dicta sunt, non sedetur, tunc aliquid fortiorum medicamẽtorum, quod temperaturam mistã habeat, ex dictis viribus adijciendum est. Ego in diuturno œdemate, vbi prius particulam oleo illeuissem, deinde spongiam ex lixiuio apposuissem, atq; vehementius strinxissem, affectum perfecte curatum vidi, non amplius videlicet hac curandi regula habente mistam virium intẽtionem, sed ad discutiendum & incidendum declinãte: id quod in omnibus ferè diuturnis affectibus probatum haberi non ignoramus. Postquam vero satis ad te de œdematis scripsimus, de scirrhosis deinceps tumoribus dicendum est. G

A.lib.4.f.3.c.1.fol.457.

De Scirrho. *CAP. 4.*

EXquisitus "scirrhus est tumor præter naturam sensu priuatus durus'q;: non exquisitus vero H non oĩno insensibilis est, difficulter tñ omnino sentit. Scirrhus igitur insensibilis curationem non recipit: qui vero difficulter sentit, nõ incurabilis quidem est, non tamẽ facilem curationem admittit. Fit autem ex humore lento & crasso, qui partibus, quæ indurãtur, tenaciter infigitur. Interdum itaq; statim à principio congregatur paulatim & augetur: crebrius vero medicorũ imperitia paratur, cum vehementer erysipelata & inflammationes astringunt & infrigidant. Siquis igitur medicamenta vehementer dissolutiua induratis corporibus adhibuerit, quæ manifestam faciant scirrhi diminutionem, breui tempore sperabit perfectam curationẽ, non vere, ignorans, ꝙ residuum passionis hoc curationis modo incurabile redditur: tenuiori enim ex eo dissoluto humore, residuum exiccatum lapidis duritiem assequitur. Non igitur curandæ sunt partes induratæ medicamento immodice siccante, sed eo, quod calorem habeat tepidum, humiditatem vero nec multam, nec omnino minimam: quod enim superfluum humorem habet, nihil omnino dissoluit: quod vero minimum, plus, ꝗ oportet, exiccat. Oportet igitur induratum corpus, à medicamento, quod auxilio futurum sit, simile quid pati ijs, quæ sub Sole funduntur: vocantur autem Malactica, id est mollificantia, huiusmodi medicamẽta: de qbus amplius diximus in quinto tractatu libri, qui de simplicium medicamentorum viribus inscribitur. Et exempla eorũ dicta sunt,

A.lib.4.f.3.c.11.fo.459.a

A sunt, simplicia quidem, medullæ omnes atq; adipes. Ex medullis primas partes obtinet ceruina, deinde vitulina: ex adipibus autem adeps anseris in volucrum genere: leonis vero in pedestrium, cæteris præstat. At vero, qui ex gallina sumitur, anserinum, & qui ex pardo, leoninum sequitur, ac deinde vrsinus, atq; taurinus. At, qui ex capris accipitur, & crassior & siccior prędictis est, eo q; adhuc magis, qui ab hirco capitur: at, iam dictum est, ꝙ huiusmodi affectus medicamentis vehementer siccantibus non indiget. De differentia vero, quę ex eorum tenuitate crassitudine q; orit, indicatiue quidem dictum est, manifeste vero nequaquam adhuc: iccirco in memoriam tibi reuocanda sunt, quæ inuicem commentabamur, quando Cercyllij puerulum curabam, cui ex erysipelate nimis infrigidato atque astricto tumor scirrhosus in toto femore relinquebatur. Existimauimus enim medicamenta, quæ ipsum curare deberent, tenuia esse oportere: quare femur oleo perfundebam in profundam peluim posito puero, quę multum sabini olei cōtinebat, eo, ꝙ omnium tenuissimum ipsum esse sciebam: à balneo vero abstinebam, nisi in longo interuallo dierum totius corporis curandi gratia. Postquam vero partem fouimus, medicamenta ex prędictis medullis & adipibus confecta adhibuimus, miscēdo non nunquam bdellium scythicum, mastichē ęgyptiam, atq; ammoniacum thymiama vocatum, quod pingue & non vetustum esset: similiter &
B chalbanen. Et post, ꝙ per hæc præparatum fuerat, soluens ammoniacum pinguissimum in acerrimo aceto, circūliniui totum femur circum circa: deinde per aliquot dies rursus opopanacem pinguissimum miscui aceto acerrimo, & huius videlicet exoluens id, quod recens erat: alioquin pingue non permaneret, quemadmodum nec bdellium, nec ammoniacum, neq; etiam chalbane: iussi q; puerum alteri cruri innixum saltare, vt plus cibi ad illud ferretur. Postea, vbi repulsus erat iā scirrhosus tumor, timens, ne eius residuum maneret, omnia è contrario facere aggressus sum, femur ex aliquo medicamento eorum, quę pice constāt, perungens. Manifeste itaq; clarebat, ꝙ ex aceto linimenta egregie tumorem comminuerant, laxatiua autem molliorem reddiderant, minorem autem nequaquam: vicissim tñ eis vtendo, adhibito conuenienti moderamine, puerulum curaui, sic, vt, si altero duntaxat medicamentorū genere quis curationem attentasset, nihil ad scirrhi solutionem profecisset. In tendonibus (voco autem sic musculorum aponeuroses, id est eneruationes) ex prędictorum medicamētorum vsu manifestissima auxilia videri licet: siquis recte vtatur curatione ex pyrite lapide. Oportet autem eum, cùm igne excanduerit, acerrimo aceto aspergere, ac deinde super lapidem mouere partem affectam, vt à vapore sursum lato scirrhus dissoluatur. Multæ enim partes iam planè curuatæ conuolutę q; hoc curationis modo membrum dimo-
C uendo, perfecte sanatæ sunt, vt ferè magicum opus videretur. At oportet præparare mollificādo partem scirrhosam medicamentis, de quibus supra diximus. Quin etiam in hac ipsa, quæ fit per pyritem lapidem, curatione, abunde multum oleum sabinum calidum prius perfundendum est, aut aliquod aliud, quod extenuandi vim habeat. Nec minus proderit anethi comam decoquere, prę sertim cum viride fuerit atq; recens. Quòd si pyritem habere nō possis, molari vtendum est: vocant autem sic lapidem, ex quo molę parantur, quę frumentum molunt.

lib.4.f.3.t.2.
1.fol.459.f

De Scirrho Lienis & Iecoris. *CAP. 5.*

SPlenem induratum non solum deforis fortibus medicamentis curare conuenit, sed etiam per fortissimas potiones: nam eas sine molestia tolerat. Ex quorum numero primas partes sibi vēdicant cortices radicum capparis, & scolopendrij, & myricæ tum radix tum germina, omnibus huiuscemodi in aceto vel oxymelite coctis. At sæpenumero, cum tangitur splen, renitens videtur: non tamen scirrhosus, sed flatuosus potius est tumor. In quo oportet, vbi prius locum absinthio perfuderis, medicamen emplasticum mistas vires continens superponere, quale est, quod ex sulfure atq; alumine constat: sunt profectò multa huiuscemodi in medicamentorum tractati-
D bus descripta: non simpliciter autem mistorum medicamentorum viribus attendendum est, sed & quantum misceatur. Cum itaq; splen flatuoso tumore afficitur, & magis œdemate: si multum aluminis adhibueris, nihil nocebis: in scirrhosis autem tumoribus vim dissolutiuam superare cōuenit: parum autem eius, quod stringendi vim habet, admiscendum est. Cum igitur de numero simplicium & sponte nascentium medicamentorū flos salis talis sit natura præditus, sanat splenes induratos, si extrinsecus ipsis in vesica apponatur. Scirrhum autem hepatis ab initio quidem sanauimus sępius: vbi vero ad plures dies forte foret extensus, neq; ipse potui sanare, neq; alium vidi, qui posset. Omnibus igitur, qui ita affecti sunt, ex necessitate subsequitur aqua intercus: pereunt aūt quàm plurimi in tempore longo: quosdam vero noui ēt breui pereuntes, quibus aluus multa deijciebat. Liquet igitur, ꝙ ijs sufficienter angustata erant ora vasorum, per quæ transmittitur cibus ex simis hepatis partibus in deuexas, adeo quòd, siqui ex eis sanati sunt, ea, quam antea diximus in musculosarum partium scirrhis, curationis ratio saluauit: neq; enim perfert hoc membrum fortia medicamenta, veluti splen. Augere autem oportet ea, quæ ratione inflammationis ipsi apponuntur, mistura emolliētium: erant autem illa ex absinthij coma, & expressione myrobalani, & vtraq; nardo indica q; ac celtica: adhuc aūt & croco, & œnanthe, & mastiche chia, & vnguentis, quæ ex spica nardi conficiūtur: adhuc autem & mastichino, & melino, & œnāthino.

no. His igitur ammoniacum thymiama, & bdellium, & quas diximus medullæ, & adipes misti, E & quæ incidere possunt, factum in hepate scirrhum sanare poterunt, si etiam ratio conueniens victus adhibeatur vnà cum medicamẽtis, quæ in potu sumuntur ad aperiendum abstergendumq; eum, qui in viscere continetur, humorem. Sunt vero hæc omnia etiam eos, qui in renibus continentur, lapides comminuere apta, de quorum materia multi medici conscripserunt. Admiscere autem oportet & ex ijs, quæ vrinam mouere possunt aliquid. Plurima vero est etiam istorum materia, quę à multis quidem scripta est, atq; à nobis comprehensa in eo, quem de medicamentis scripsimus, tractatu. Quare nunc etiam, quæ dicta sunt, tibi sufficiant.

De Tumore Flatuoso. CAP. 6.

Tempus enim iam est transgredi ad alterum genus tumoris, cui materia generationis est spiritus flatuosus. Vocatur autem non solum flatuosus, sed etiam flatus, huiuscemodi spiritus, crassus ac vaporosus existens, non secundum substãtiam æthereus neq; tenuis. Cogita vero eius naturam ex circunstante nos aere, in memoriam reuocans, qualis in austrinis constitutionibus, qualis'ue in aquilonaribus fiat: ei.n. qui in australibus, assimilat flatuosus: alteri vero, qui in aquilonaribus, is, qui in nobis s̃m naturam est, spiritus. Adiuuat autem, ne huiuscemodi spiritus difflet, etiam densitas corporum. Quare huiusmodi affectus curatio vnam communem q; habebit F intentionem ad elaxanda ea, quę astricta sunt, corpora, atq; ad crassos spiritus extenuãdos. Nam, si subtiliori substantia sufficienter calefeceris, id quidem, quod densatum est, rarefacies: quod vero crassius est effectum, extenuabis. Patientium autem particularum natura conuenientem auxiliorum materiam indicabit, ac in ipsa maioris minoris q; rationem. Nam spiritus iste crassus & vaporosus non nunquam sub membranis, quæ integunt ossa, comprehenditur: non nunquam vero sub peritonæo: aliqñ intra intestina vel ventrem: comprehenditur vero aliqñ & intra membranas, quæ musculos complectuntur, quemadmodum & à membranosis tendonibus: comprehenditur etiam ab ijs, quæ ratione cognoscuntur, spatijs in musculis atque alijs partibus corporis, quorum locorum naturã in administrationibus anatomicis didicisti. Ita igitur ipse musculus inflatur, atq; in ventris vel intestinorum corpore flatuosus includitur spiritus: & cum sufficienter frigidus fuerit, tũc maximum dolorem excitat. Communis autem curatio omnibus (quemadmodum diximus) per subtiliorem substantiam: quę q; quãdo passioni dolor adiunctus sit, talem habeat naturam, vt dolorem queat sedare. Secundum vero patientium partium differẽtiam, & materia curationis commutatur: et augetur, atq; obtunditur vis. Cum igitur ex tali spiritu dolor interuenerit in vẽtre inferiore, subtile oleum cum medicamentis, quæ in ipso ebullierint, per G clysterem inijciens, statim dolorem sedabis. Quæ vero debent ebullire in oleo medicamẽta cum subtili substantia calefacientia, sint cyminum, & id quod apud nos est, & magis quã ipsum, id qđ æthiopicum nominatur: & apij, & petrapij semẽ, & marathri, & sinonis, aneti q;, atq; libystici, & seseleos, & dauci, & spõdylij. Et, si coniectura comprehenderis frigidam esse dolentium partium dispositionem, rutam, & marathrum, & grana lauri intus decoques: miscebis'que asphaltum, ipsum q; oleum laurinum, & siqua alia similem naturam habẽt. Quòd si inflammationẽ huiusmodi doloribus adiunctam putaueris, auferes ea, quę admodum acria sunt, & quæ vehementius calefaciunt: ad ea autem, quæ in hoc mediocrem naturam gerunt, quæ q; vim elaxandi habent, trãsibis. In oleo itaq; ad ebulliendum pones anethum & non rutam: etiam admiscebis adipem anserinum vel gallinaceum: sed hæc quidem, vbi vehementiores dolores infestant. Mediocres vero etiam extrinseca concalefactione iuuantur, ea præcipue, quæ ex milijs fit: nam eorum leuitas dolentibus commodissima est. Si hæc non affuerint, vel ex sale calefacito, vel ex lini semine crudo, vel quocunq; alio modo. Cucurbita etiam magna cum multa flamma absq; cutis scarificatione, sępius statim dolorem amouit: oportet autem eam vmbilicum comprehẽdere. Quòd si etiam post hæc dolores permanserint, medicamentis ex opio vti non dubitabis, quale est Philonis Tarsen- H sis, omnibus medicis notum: quãuis scieris aliquam noxam ex huiusmodi medicamentis, membris patientibus necessario affuturam. Sed certe ei, quod magis vrget, obsistendo, hominem, qui ex nimio dolore syncopa corripitur, parua cum noxa saluare eliges: nã & sequentibus deinceps diebus noxam membro ex medicamento contractam emendare licebit. Vocantur igitur huiusmodi medicamenta, Anodyna, id est indolentia, quoniam dolorem sedant: & dolorem quidem sedant, non tamen dispositiones penitus sanant, sed vim sentiendi obtorpescere faciunt. Vti autem oportet Philonis medicamento, omnibus q; ex opio confectis, non statim, sed post tempus compositionis annuum, aut omnino semestre. Maxime vero atq; citissime ex potu horum medicamentorum laborantes dolore liberantur, vbi intestina gracilia patiuntur: sicuti ex ijs, quæ sedi imponuntur, crassorum intestinorum passiones præsentaneum habent remedium. Non modica autem fit virtutis distributio & ex ebibitis, cum inferiora afficiuntur: atq; ex ijs, quæ sedi imponuntur, cum superiora fuerint affecta. Quę quidem in carnosis fit partibus spiritus flatuosi aggregatio, non nunquam omnino vacat dolore, ac longiori tempore durat, ac tum præcipue, cum fuerint articulationi vicina: hic enim sunt musculi magis neruosi ac densi, atq; in media sui parte carnosiores ac rariores. Tales vero (vt nosti) passiones sanaui medicamentis ex pice, resina, terebinthina,

A. l. 4 f. 3. t. 1. 19. fo. 460. c.

A. ibid. c. 10.

A binthina, & adipe leonino atque taurino. Conuenit autem ipsis & quod ex sorde balnei, & calce fit, & ex sycomoro, & (vt summatim dicam) ea, quæ insigniter subtili constant substantia, quibus ea, quæ molliendi vim habent admiscentur.

De Abscessibus. *CAP. 7.*

ENimuero, cũ de his satis dictum, iam tẽps est, vt transeamus ad apostematum i. abscessuum tractationem: sic aũt nominant eas dispositiones, in quibus inuicem distant, quæ prius se contingebant, corpora. Spatium igitur vacuum in medio fieri oportet, quod aliquam substantiam spirituosam vel humidam aut mistam ex vtrisq; comprehendat. Transmutantur autem in abscessum inflãmationes quædam, atq; ex inflãmationibus erysipelatis participantibus, & ex erysipelatibus inflãmationis participantibus non pauca. Sine his vero etiam abscessuum dispositio consistit ex multitudine quorundam humorum, aut spirituum vaporosorum, siue in ipsis patientibus partibus {in medio} generentur, siue ex alijs confluant, ea ratione, qua fiunt illa, quæ Aposcemata id est decubitus vocantur. Noiant vero sic huiusmodi dispositiones, cũ, q prius vnũ membrum infestant humores, eo relicto ad alterum transeunt. Quocũq; vero modo fiat abscessus, id spatiũ quod abscedẽtes interiacet partes, humiditatibus: quę ipsum faciunt, repletur: quę, vbi aliqñ perB durauerint, multiformes habent alterationes. Nam & lapidibus, & arenis, & testis, & lignis, atque carbonibus, & limo, & sordiciei balnei, fęci, & amurcę, & multis alijs talibus similia in abscessibus corpora cõtineri sępenumero inueniunt. Qui igit̃ p summa sub cute cõsistunt, facile dignosci possunt, neque est eorum sanatio difficilis: nam ex tactus proprietate facillime discernuntur.

Curãtur vero ex extrinsecus adhibitis medicamentis, ijs, quæ bibunt, non indigentes, veluti qui in profundo, atq; in visceribus pręsertim, fiunt. In dignotionibus igitur, cum suppurãtur, cedunt digitis prementibus non resistentes, quemadmodum membra inflammata: dignotionem igitur præbent manifestam. At proprietas cessionis alia est in tenuibus humoribus, alia in crassis, quẽadmodum & in tenacibus atq; mucosis humoribus. Sæpius vero nobis subijcitur cum tentione spirituosa pars aliqua abscedens: quæ vbi secta fuerit, inuenitur sanguis concretus, adeo vt, qui bis aut ter huiusmodi viderit dispositionem, si solers & memor fuerit, comprehensum in huiusmodi tumoribus sanguinem ita concretum agnoscere poterit, cum in memoriã ex collatione reuocauerit tensionis ac cessionis proprietatem. At forsan præstat non proprietatem, sed quantitatem tensionis ac cessionis nominare. Curatio autem earum, quæ in superficie cutis abscedũt, inflammationum, fit incipiente quidẽ adhuc abscessu per ea, quæ dolorem sedant atq; elaxant: proC cedente vero tempore ad ea, quę concoquendi ac suppurandi vim habere proprie dicuntur, transire oportet. De his autem dictum est, sicuti de pluribus alijs, in quinto de medicamentorum simplicium potestate tractatu. Statim igitur aqua abundanti perfundere atq; fouere oportet: & oleo calido partem inflammatam conspergere: atq; ex farina triticea, quæ in aqua atq; oleo moderate ebullierit, cataplasma imponere, nam hoc citius ad suppurationem perducit, q̃ id, quod ex pane conficitur. Illud.n. maxime dissoluendi vim habet, vt cui adsint sales atque fermentum, optime q; coctum sit: hæc vero omnia desunt triticeæ farinæ. Et, cum suppurari incipientem inflãmationẽ curaturus, suppurationem prohibere posse speraueris, tunc plurimum panem ebullire permittas, oleo s. ac aqua subigens: sit autẽ aquæ ad oleum multiplex proportio. Plus autem, q̃ hoc, suppurationem prohibet hordeacea farina simili modo præparata. Quę vero in tali curatione infunditur aqua, habeat althææ radices intus decoctas. Si vero per summa cutis in parte inflammata tensio valida fuerit, multis scarificationibus incidere oportet in superficie, ac postmodum ex farina hordeacea elixata, vt diximus, cataplasma apponere. Tẽtaui autem sępius multas & in superficie valde q; tenues scarificationes: cõtrario autẽ his modo alias profundiores magnas: & tertias, quæ medium tenebant in longitudine ac profunditate. Quę igitur in superficie fiebant, debile auD xilium afferebant: Quæ vero longæ erant atq; profundæ, plurimum quidem sanguinis exhauriebant, adeo vt ferè animi defectum afferrent: rursus vero ipsæ propriam curationem, veluti vulnera, exigebant: Quę autem earum ambarum medium tenebant, semper inueni ab inconuenientibus dictis esse remotas: atq; ideo eas in vsu censui pręferendas. In quibus igitur difficulter ad suppurationem peruenit, neq; facile discuti tumor potest, ibi humores esse cõpactos crassiores ac tenaciores est existimandum. In his vero dispositionibus tm̃ conuenit ea, quæ fit per profundiores
lib.4.f.5.t.1. 18.fol.456.a scarificationes, curatio. Conuenit "etiam id, quod ex caricis constat in aqua decoctis, cataplasma. Oportet autem non ipsas assumere caricas, sed aquam, in qua ebullientes sunt liquefactæ. Expedit vero & caricas pingues esse & dulces, vt earum humor non dissimilis melli videatur: &, si eas assumens decoxeris vsq; ad plurimum temporis, reddetur aqua melli tenui substantia simillima. Huic igitur aliquando hordeaceam farinam inijcere oportet, aliquando panem Syncomistum, sic autem nominant eum, qui medius est inter exquisite purum & furfuraceum: vocant autem non nulli eundem panem Autopyron, quoniam in puro farinam, non qualis natura est, talem ad conficiendum panem assumunt, sed prius purgantes furfur excernunt: contra autem in furfuraceo prius adimunt eam farinæ partem, quę purissima est: panis autem, qui autopyros appellatur, qualem habet ex natura farinam triticum, talem etiam seruat. Oportet autem triticum ipsum, ex

quo farina sumitur, esse ex ijs, quæ generosa dicuntur: quædam enim ex ipsis multum surfuris cō E tinent, quæ ignobilia nominant: quædam vero siliginem, quę (vt dixi) generosa vocant. Nequaquam igitur oportet surfuraceum esse frumentum, ex quo vtilem ad cataplasma farinam accipimus, sed, quemadmodum dictum est, multam habere siliginem: q͂ si ignobilis tritici farinam assumpseris, crassiorem surfuris partem oportet excernere, atque ita panem medium conficere. Ex hoc igitur pane partem mediam ac teneram ad cataplasmata commiscebis, quando potentia medium farinæ hordeaceæ & triticeę volueris facere cataplasma. Nam farina triticea maxime ad suppurationem valet, hordeacea vero plurimum resoluit: hic vero, quem diximus, panis mediam naturam seruat, sicuti & eius farina inter nuper dictas farinas triticeas est media. Ad hoc igitur respiciens cum decoctione caricarum misce, quod tibi conuenientius videtur, siue ex panibus, siue ex farinis. Si vero tumor resoluatur, minus tamen, q͂ oporteret, simul coquere oportet cum caricis hyssopum vel origanum. Si quando vehementius tumorem exiccare volueris, sales decoctioni adijcias, deinde hoc modo infunde farinam hordeaceam. Eximatur autem & hinc, quicquid surfuraceum est: &, postq͂ plurimum ebullierit, appone cataplasma. In tumoribus quidem, qui difficulter resoluuntur, verendum est, ne eorum reliquiæ, Scirrhodes i. duræ, relinquãtur. Quare in singulis solutionibus "attendere oportet, ad quid transmutetur omnis, cuius curatio suscipi- F A.lib 4.f.3.c. c.12.fol.459 tur, tumor: nam ea curatio, quæ fortiter exiccantibus agitur, reliquias duras operatur. Hoc vero in singulis solutionibus animaduertes, si partem patientem tetigeris, &, quod nunc apparet, illi, quod prius videbatur, contuleris. Si igitur vnquam tale suspicatus fueris, decoque in aqua cucumeris agrestis radicem, aut bryoniæ, aut assari, sæpius quidem per se solas, non nunq͂ caricas pingues adijciens: deinde aquæ farinam admisce, commiscēs & aliquid adipis, anserini præcipue vel gallinacei: quod si hi nō affuerint, suillum adiunges. Radices quoq; earum, quas nuper diximus, herbarum, atq; præterea althęæ, si post moderatam decoctionem cum pane atq; adipe conterantur, huiusmodi tumores resoluunt. Fortior autem hisce omnibus est dracōtij radix: &, siquando ea vti volueris, cum sit ijs, quas nuper diximus, multo subtilior atque ad resoluendum potentior, omnino adipem commisce. Nisi enim humectaueris atq; mollieris induratos tumores, sed fortibus medicamentis resoluere tantum studueris, in primis quidem diebus eos insigniter decrescere facies, sed pariter id, quod relinquitur, indurabis: hoc vero induratum difficulter resoluetur. Melius igitur, sicut diximus, vt fortiter resoluentibus medicamentis commisceamus mollictia, verentes, ne tumores in scirrhos (quorum curationē in pręcedentibus audiuisti) conuertantur. Rursus igitur ad suppuratos tumores accedamus, quos vbi posse resoluere desperaueris, ex farina triti G cea vtere cataplasmatibus, nam ad celeritatem suppurationis plurimum conferunt. Deinde aperiens, si videris ea, quæ circa sectionem sunt, libera omnino ab inflammatione, medicamētis, quæ emplastica dicuntur, vtere. Sit autem eorum vis ad exiccandum habilis: careant etiam morsu, vt neq; adstringentia medicamenta habeant admista, sed ea potius, quæ sine doloris sensu resoluunt, vel parum aliquid adstringentis habeant. Ego vero sæpius in huiusmodi vsus sum medicamento, ex fermento & ostreis combustis confecto. Si vero pars aliqua sectioni circunstans inflammata fuerit, eo, quod ex chalcite constat, vsus sum, oleo liquefaciens: &, vbi paulatim refrigeratum fuerat, in mortario temperans & molliēs manibus, atq; vinum infundens, vt nosti. Ad multa vero vtile est hoc medicamentum, quemadmodum in libris de Compositione pharmacorum diximus. Faciemus etiã alios (si Deus voluerit) de Passionibus, quæ singulis partibus accidunt, in quibus omnium medicamentorum, quibus vti consueui, diligenter vires explicare tentabo, atque eorum vsum opportunum exponere. Sed tu iam in hisce medicamentis, de quibus in hoc libro memini, habuisti à me antea & mensuras & pręparandi modum. Vbi vero plus opportuno cutis colliquata fuerit in suppurationibus, adeo vt panno lacero similis efficiatur, non facile subiectis corporibus agglutinatur, vt necesse sit eum, qui κατὰ πλάτος, id est per latitudinem, nomi- H natur, curationis modum adhibere.

De Sinu. CAP. 8.

CVm vero amplius agglutinandi cutem subiectis corporibus creuerit difficultas, huiusmodi affectum Sinum appellant. Deinceps tibi in memoriam reuocabo huius quoque curationis modum, quē vidisti me sępius in pluribus adhibere. Vbi talis dispositio cōsistit, satius est fistulã directe perforatam vel ex ære vel ex cornu factam habere paratam: q͂ si hæc non fuerit, vnum ex ijs instrumentis, quæ Pyulca id est puris attractiua, dicuntur, quod foramen latissimum habeat: & eius, quod à nobis compositum est ex charta combusta medicamentum, tu sępe vidisti me exiguam portionem multo oleo rosaceo permiscere, ac per id instrumentum puris attractiuum in sinus inijcere, deinde filis euulsis orificium claudere. Quæcunque vero emplastica medicamenta oleo rosaceo liquefacientes inijcimus, hoc instrumentum permeant. In his vero oportet vesicam suillam accipientes, fistulam directum foramen habentē apponere. Esse vero acriora medicamenta liquefacta, q͂ illa, quæ Emmota, id est linamentaria, dicuntur, est necessariũ qualia sunt apud omnes vsitata, colore viridi insignia: hæc enim oportet non pauco oleo rosaceo liquefacere, vt in sinum inijci possint. Dissoluitur autem emmotorum vis in huiusmodi mistionibus.

Igitur

A Igitur Emplastica omnino medicamēta, quale est Macherionis, & Epigoni, & quod Isis cognominatur, vbi ad emmotorum vsum deducuntur, cerati indigent admistione, hæc.n.ad sinus vtilia sunt: qua enim ratione eis ceratum admiscetur, eadem etiam sunt ad sinus vtilia. Miscentur aūt, qm̄ vires mordaces habent, si per sola liquescerent, nō admisto ipsis cerato: sed, vbi quidē oleum rosaceum plurimum fuerit, quod vero in ipso liquescit, medicamentum paucum, non amplius acritudinem seruant. Vbi vero sinus mediocriter carne oppletus fuerit, tunc agglutinantia medicamenta apponere oportet, veluti si recenti & sanguinolento vulneri mederetis. Multa vero tali sunt natura prædita, alia quidem, quæ ex asphalto constant, vocant autem huiusmodi, nescio quomodo, emplastra Barbara: alia vero, quæ Cirrha id est fulua, vel Phæa id est fusca, à colore dicuntur, ex lithargyro & ærugine æris decocta plurimum, sic enim ærugo fuluum colorem accipit: si vero paucum ebulliat, facit emplastra, quæ Melina id est lutea, dicuntur. Te vero non latet, ꝙ omnia metallica medicamenta subtiliores partes habent, & vim exiccandi maiorem, vbi multum ebullierint. His vero medicamentis fuluis, vbi statim reponuntur, quædam extrinsecus supereminentia fusca concrescit, sub qua pars medicamenti profundior plus.q̄ ab initio fulua videtur. Atque idcirco non nulli huiusmodi emplastra vocant Dichrωma, id est bicolora, quidam vero Diprosωpa id est bifacia. Quāto vero subtiliora fuerint ac maiorem exiccādi vim habuerint, tanto plus in sinum operabuntur: nam ad eius profundum oportet transmitti vim, si intentionem propositam assequi velimus. Quæ vero recentia & sanguinea vulnera agglutinant, quanquam his minus exiccant, labra vulnerum, si breuia extiterint ac minime profunda, agglutinant: atque ob hoc facile ac cito, quod oportet, efficiunt. Si vero in profundum vulnus protendatur, & suturis & fibulis solemus in vnum cogere. Sinus itaq; omnes non simplices sunt diuisiones, sed frequenter in ipsis modo vna pars, modo alia excoriata est, quod neq; te opotet latere. Cum igitur ad locum superiorem sinus extenditur, facile per os humor vitiatus (ichor græce dictus) elabitur. Si vero vergit ad ima, cum intus retineatur, partem aliquam cōtinuam erodit. In his quidem [b]sinibus, nisi prius ad effluxum feceris sectionem, nihil proficies, neque cum carnem generare, neque cum agglutinare volueris. In alijs vero non opus est sectione, si modo conuenientem figuram in parte patiente seruaueris: ex qua figura potes aliquando sinum ad partem superiorem vergentem, facere ad inferiorem declinare: ac contra, vergentem ad ima, conuertere ad superiora. Vidisti me igitur sinum in brachio existentem, cuius os erat prope cubitum, figura in superiora tendente sanasse sine alia facta ex aduerso sectione: & in coxa similiter figura sinus ad ima vergente, cum sinus versus genu quidem terminaret, altius vero os media coxæ regione superius, sine vlla ex aduerso diuisione vidisti factam esse curationem, subijciente me popliti ceruical molle, vt inferiorem situm haberet inguen, q̄ genu. Sufficit autem in hoc sinu & alijs isto maioribus solum melicratum immissum, aptum ad conglutinandum omnes eius partes profundiores. Quidam aūt lixiuium iniecerunt, se ipsos coarguentes in ijs, quæ prius ad carnē sinui inducendam medicamenta apposuerunt: neque enim caro noua priori adnasci potest, cum sordicies circumsedit. Quo modo igitur sufficienter carne innata sinui, conglutinatiuum adhibent medicamentum, siquidem veluti satis sordidum existentem lixiuio abstergere tentant, cum pura caro neq; acrius melicratum toleret? In hoc igitur satis est, si hoc tale immittatur, quale quispiam cum voluptate potaret. Et post melicratum solitus sum deinceps, antequam medicamentum conglutinatiuum imponam, aliquando vino solo, aliquando vino mulso, sinum abluere. Nam ad abstergendum atq; ad expurgandum circūstantes humores vitiatos melicratum est melius: sed ad conglutinandum vinum est melius & efficacius: sit aūt inter dulce & adstringens medium. Et quidē post medicamenti agglutinantis appositionem spongia noua ex mulso vel vino circumijciatur ꝙ mollissima: atq; alligatio quidem incipiat à fundo sinus, finiat autem ad os. Sed & linteorum D circūuolutiones fundū sinus sine dolore constringāt, paulatim vero laxentur vsq; ad os sinus: & hoc ipsum habeat laxam pharmaci alligationem, emplastro, quod circum apponitur, ita cū forficibus disciso, vt ex ore sinus humores vitiati, si qui excernantur, possint effluere, paruo aliquo alio ipsi imposito emplastro vsq; ad solutionem: quam tertia quaq; die faciēs, auferes hoc ipsum, quod veluti suprapositum circumiacet, id, quod per totum sinum circumiectum est medicamentum relinquens. Indicium autem tibi sit, nunquid pars sinus profunda sit bene cōglutinata, humor emanans si multus aut paucus, decoctus aut crudus: adhuc autem si neque in ipso sinu dolor sentiatur, neq; tumor appareat, sed totus locus depressus siccus atq; expers doloris existat. Si autem & pus bene coctum in ore videris paucum, adhuc magis bona tibi sit spes de sinus conglutinatione: imponens q; rursus spongiam, ac denuo alligans, vt diximus, secunda quaq; die vel tertia solue, permutans semper, quod ori sinus superstat, linteum eodem emplastro perūctum, quod totum os in circuitu comprehendet. Oportet autem non esse admodum impressum, sed ita, vt omnis humor vitiatus ex sinu per ipsum possit euacuari. In prima igitur & secunda die si aliquis humor tenuis à sinu excernitur, noli omnino de conglutinatione desperare. Sæpius enim circumiecti membro patienti vis medicamenti vehementer exprimit ex ipsa cute & carne subiecta tenuem humiditatem, quando ita affectum fuerit corpus ægroti, aut ex naturali temperatura,

b 4. f.4.t.3.
c fol.473.b
ibidem.c

aut ex malo victu, qua humiditate expressa spatia mediocriter exiccata conglutinantur. In tertio E autem & quarto ab initio die si ichor crudus ex ore se ostenderit, tunc scito sinum non esse conglutinatum. Sit autem præ omnibus id, quod patienti membro circumijcitur, medicamentum vehementer quidem exiccans, neq; mordens vero, neq; intendens, veluti est nostrum, quod cirrhum i. fuluum seu giluum vocatur, sine cera confectũ ex metallicis medicamẽtis elixatis & oleo cicino & aceto, quod vulnera sanguinolenta conglutinat, ac sine molestia sinus exiccat. Vidisti vero & ipso sanatas fistulas aliquando, in quibus angusto longo q; existente foramine, cum non dum intus callum haberent, sed sordiciem solum, immisi primum lixiuium: deinde tamdiu intus permanere permisi, donec speraui totam sordiciẽ penitus excidisse: postmodum medicamẽtum apposui. Sic vero & eos, qui sub cute sunt sola sinus, in quibus non dum carnem generari oporteat, qui q; inscite à quibusdam curati erant, simul atq; curandos suscepi, hoc medicamento conglutinaui, cum tñ prius lixiuio abluissem: quoniam, qui vlcera curant, nullo ex ijs, quę expurgandi vim habent, vtuntur medicamento. Vbi vero, qui ad abscessum perueniunt, tumores tarde secti fuerint, aut ob medicantium imperitiam: aut eorum, quibus medela adhibetur, timiditatem, qui secari non patiuntur, sed expectant, vt longiori tempore cutis à pure rodatur: contingit sæpius vniuersam cutim à pure circa abscessum aggregato sufficienter extenuari instar τῦ ῥάκυς id F est lacerę vestis, vnde & illi nomen Rhacωdes i. lacerosa, à medicis inditum puto. Est itaq; huiusmodi cutis conglutinari contumax, præcipue si quis secundum substantiam siccum medicamentum imponat: ex his enim magis fit laceræ vesti similis & sicca cutis, instar pellium detritarum. Visum est igitur mihi opportunum, si quis ad eius conglutinationem vtatur medicamento, substantia quidem humido, potentia autem sicco. Dictum autem in libris de medicamentis, quod potentia sicca medicamenta dici solent à medicis, quæ exiccandi vim habent. Optimum autem ex omnibus medicamentis, quæ substantiam quidem humidam habent, vim autem exiccandi, est id, quod à me compositum est ex lithargyro & adipe suillo antiquo & chalcite, quibus additum sit oleum vetustissimum. Nam vim eius esse efficaciorem sum expertus ad huiusmodi dispositiones, cum neq; admodum durum fuerit, neq; exquisite non inficiens. Sed, & si tale conficiatur, & vulnerum sanguine manantium conglutinatiuum erit: & omnia etiam vlcera ad cicatricẽ perducit, si & oleo {antiquo} remittatur, & cũ vino mediocris ætatis commisceatur, deinde in circuitu eiusmodi dispositionibus apponatur: quas sępius sine vlla molestia coglutinauit. Cõfert autem, vt diximus, in lacerosis cutibus non parum & mel, si vsque ad emplastri consistentiam elixetur. Eius vero elixationis mediocritas vix recte perficitur, nisi inspiciatur. Oportet enim ipsum neq; G adeo esse durum, vt difficulter labatur: neq; ita humidum, vt circumfluat: nam, quod durum est, ad eandem peruenit cum duris emplastris absurditatem: humidum vero veluti superiectum calido corpori, vndique circumfluit, & siccum linteum derelinquit, quod non modo nihil iuuat, sed etiam non nunquam obest cuti, quæ debet conglutinari: at, si mediocriter elixetur, hoc quidem optimum est medicamentum in huiusmodi sinibus. Sed, quoniam elixationis eius mediocritas non facile potest coniectura attingi, rectius mihi visum est ei myrrham subtilissime tritam aspergere, aut aloen, vel thus, aut aliquod ex his, vel omnia simul, tum pręcipue, cum linteo inunctum humidius apparet. Oportet autem aspergere ista per cribrum, quod sublime supra mel teneatur: sufficit autem semel aut bis illud agitare, vt mediocriter excidant. Non nunquam vero &, dum elixatur, adijcio melli aliquid ex antedictis medicamentis, quando præsertim sinus maior fuerit atq; profundior. Vsus sum aliquando & tenui centaureo, quod mirum est ad huiusmodi medicamentum. Post ipsum vero & symphytum vtile est, & deinde ireos illyricæ radix, postea farina ex orobis. Neq; obscurum est, quin & contundi oporteat, & per cribrum subtile transmitti, ac postmodum conteri talia omnia: melli autem commisceantur eo tempore, quando debet ab igne amoueri, tantum nobis super terentibus, donec melli decocto optime vniantur. Melius autem H fuerit, si cacabum ab igne amouentes, hæc omnia admisceamus, & deinde diligenter agitemus, donec mel adeo tepidum reddatur, vt corpori, cui curatio adhibeatur, possit imponi.

De Gangræna. CAP. 9.

Consequens est, vt deinceps dicamus de inflammationibus, quę gangrenæ fiunt. Nominant autem (vt nostri) Gangrenas, "eas, quæ ex magnitudine inflammationis nõ dum factæ sunt, sed adhuc fiunt, mortificationes. Nam, cum omnino mẽbrum effectum est emortuum, vt punctum vel sectum vel adustum non sentiat, quæ patitur, statim recidere oportet, quà sanam partem vicinam attingit. Sed, quod ita affectum est, denigratur: quod vero in medio est constitutum, ita vt tendat ad mortificationem, Gangræna nominatur. Curatur autem euacuantibus nobis q̃ possumus plurimum sanguinis, qui in membro patiente compactus est, cuius causa fiunt mortificationes, ob id, quod arteriæ ex angustia loci nequeunt se attollere: reliquo autem transpirationes exhibentibus. Aut igitur cutem vniuersam multis sectionibus profundis secare oportet vnà cum subiecta substantia: aut plurimis scarificationibus profundis incidere. Sanguinem vero manare permittens, imponere debes ex medicamentis aliquod ad putrescentia vtilibus: cuiusmodi sunt, quæ ex oxymelite & farina orobi vel lolij conficiuntur: si vero talia non assint, fabarum

A. li. 4. f. 3. c. 15. fol. 45.

farinam

A farinam adhibe,atq; ipsum oxymel solum:&, si fortius medicamen apponere velis adijce sal aut ex trochiscis aliquem exquisitissime tritum,qualis Andronis & Polyidæ & Paetonis est. Et Musæ medicamẽ ad hæc aptissimum,quod in Heræ tomo scriptum est. Vtaris autem & his & alijs, quæ antea diximus,animum aduertens ad corpus ægroti. Nam si rusticum fuerit & durum natura, fortissima medicamenta desiderat: fœmineum vero & molles carnes habens,imbecilliora. Sic et viri,quicunq; & molles carnes habent,& balneas amant,& in ocio degunt,mollia exigunt medicamenta. Neq; dubium est idem in pueris faciendum esse. Et,si quando etiam putrefactam atque emortuam partem abscideris,vt securius agas,nuper dictis vtere medicamẽtis, naturam corporum simul attendens,atque eius insuper partis,quæ male affecta est. Quædam enim sunt, quæ citissime ad putredinem veniunt:& satius est ob maiorem securitatem , quando abscidis aut circuncidis id,quod iam putruit,eam,quæ veluti quædam radix est,sanæ parti adiunctam, "adurere, sicuti sæpius in pudendis facere consueuimus,non nunquam quidem male affectis partibus,quę adurunt, afferentes, quandoq; vero linamẽtum ante submittẽtes. Facta vero adustione, solemus (vt nosti) vti succo porri: qui vbi non adsit, ijs, quæ paulo ante diximus. Vbi vero tibi videbitur his remedijs adhibitis cessare putredo,vt cito crusta excidat, medicamento,quod nominatur Ce-
B phalicum,cum melle vtere. Melius verę & ex hydrelæo panem decoquentes, vel farina hordeacea eodem modo parata, vel etiam cum ipsa miscendo triticeam , facere cataplasma. Id etiam medicamentum, quod Tetrapharmacum nominatur,ac pręterea Macedonicum,sunt crustarũ suppurationibus,atq; earum excidentijs accommodatissima. Similiter autem & quæcunque vim habent ad suppurationem perducendi. Et panis vero tritus cum apio vel ocymo optime crustas dirumpit,& à sanis partibus separat. Ex simplicibus autem medicamentis iris cum melle,vel radix panacis, vel aristolochiæ, vel acori. In mollibus vero corporibus sufficit orobi farina cum melle vel thure. Aufert autem & crustas Machærionis medicamentum, † & iris cum melle. Cum vero exciderint crustæ,huiusmodi vlcera possunt quibuscunque medicamentis, quæ carnem inducant, ad sanitatem perduci.

li.1.f.4 c.19. .83. f

† In græco.cod. legitur . & iris cum melle.legitur etiã, & iris, emmota.

De Cancro & Elephantiasi. *CAP.* 10.

CVm de his abunde dictum sit,reliquum est,vt de cancrosis tumoribus differamus,qui in omnibus quidem partibus corporis fieri consueuerũt, sed in "mammillis præsertim mulierum, quæ purgationem secundum naturam non habent: quæ vbi modum seruauerit, tunc mulier integra fruitur sanitate. Hi vero omnes præter naturam tumores ex melancholica superfluitate ge-
C nerantur, de qua diximus in commẽtarijs, in quibus de potentijs naturalibus egimus: Vbi ostendimus hunc humorem, dum sanguis in hepate fit, fæcis vinariæ proportione generari: expurgari autem à splene, qui ex eo naturaliter habet alimentum. Cum igitur naturalis temperatura hunc humorem paucum generauerit,& ratio victus adhibita confert,& splen satis attrahit ex eo, qui generatur, nulla huiusmodi superfluitas in venis coaceruatur. At, cum contraria eueniunt, tunc in venis multiplicatur: & eas, de quibus dicturi sumus, facit ægritudines. Dico autem ijs, quæ diximus, contraria,vt scilicet hepar ad generandum huiuscemodi superfluitatem sit aptum: sit etiam ratio victus per tales adhibita cibos,qui crassum & fęculentum humorem procreare natura apti sunt: splen vero sit natura imbecillior,&, quicquid de ea superfluitate generatur, ad se minime trahere potens. In hoc vero corpore turbidus fit, ac crassescit is, qui in venis continetur sanguis.Et non nunquam à venis habentibus (sicut & alia omnia) vim excernendi id, quod extraneum est, per hæmorrhoidas excernitur. Sæpius autem & ad varices decumbit. Et quandoque ad cutem vniuersam expellitur, fit'que is morbus, quem Elephantem nominant. Nam & aliquando ad alias corporis partes, quæ cæteris sunt imbecilliores, humor iste defertur: atq; euidenter apparent,quæ in illa parte sunt,venæ nigro sanguine ac crasso plenæ: quanto'que crassior
D fuerit ac nigrior, tanto deterior est passio. In mammillis autem sæpe vidimus tumorem forma ac figura cancro animali exquisite consimilem: nam,quemadmodum in isto pedes ex vtraque parte sunt corporis, ita in hoc morbo venæ distenduntur,ac figuram omnino similem cancro repræsentant. Hunc morbum per sui initia sæpe sanauimus: sed,vbi in molem insignem satis euectus est, nemo sine manus opere potuit curare. Itaque vniuersæ chirurgiæ tumorem præter naturam excidentis intentio est totum tumorem, qua partibus sanis adhæret, circuncidere : sed ob vasorum magnitudinem , cum præsertim fuerint arteriæ, profluuij sanguinis statim periculum imminet: quòd si laqueis eas circumprehendas, sympatheiæ id est compassiones, insequuntur. Si autem & morbi radices exurere statuas, neque huic rei maximum periculum deest, cum prope principes partes fit adustio. Hunc igitur morbum (vt diximus) in principio sanauimus, & tunc præsertim, cum melancholicus humor non admodum crassus videbatur existere: nam hic purgantibus medicamentis, ex quibus sanitas sequitur, prompte succumbit. Neque obscurum est huiusmodi medicamenta debere esse euacuandæ atræ bili accommodata. Quod tã diu faciendum est, donec sanitas pristina parti subsequatur,quando ratio victus optimos generans humores interim adhibeatur. In Alexandria "quidem elephantis morbo plurimi corripiuntur propter victus modum & regionis feruorẽ: at in Germania & Mysia rarissima hæc passio videtur.

lib.4 f.3.t.2. 15.fol.159.g

lib.4.f.3.t.3. .1.fo.461.b

& apud Scythas lactis potatores nunquam ferè apparuit. In Alexandria vero plurimum generatur ob victus rationem: comedunt enim farinam elixatam, & lentem, & cochleas, & plura salita, & non nulli ex ipsis carnes asininas, & alia quædam, quæ crassum & melancholicum humorem generant. Nam, cum circunstans aer calidus sit, motus humorum agitur versus cutem. Huic igitur morbo, quas antea diximus, conferunt purgationes. Quòd si & ętas & virtus permiserint, sanguis prius mittendus est. In canceris vero non inutile est, neq; in istis, vbi nihil prohibet sanguinem mittere, demum purgare: &, si fuerint mulieres, menstrua euocare, siquidem non dum quinquagesimum annum attigerint. Patienti autem particulę succus solani imponatur, nam hoc medicamen ad huiusmodi vtile est. Quòd si nolit ægrotans medicamento adeo humido illiniri, cum præsertim domum exire cogatur ad consueta negocia peragenda, medicamen ex pompholyge constans est imponendum, quo me vidisti vti ad cancros exulceratos: &, si hoc non adsit, adhibe alterum medicamentum nostrū, quod ex chalcite fit. In victus vero ratione succus ptisanæ abundanter exhibendus, & serum lactis: & ex oleribus malua, atriplex, & bletum: &, quando tempus tulerit cucurbitas, ipsis etiam est vtendum: & piscibus petrosis, & auibus omnibus, exceptis palustribus. Sed ijs, qui elephantiam patiuntur, in viperarum esu est mirabile auxilium. Ita vero eas condire oportet, quemadmodum vidisti Marsos, qui feris venenatis & aspidibus nutriuntur, Capite quidē primum abscisso & cauda vsq; ad digitos quatuor: deinde omnibus interaneis exemptis, cute etiam nimirum adempta: aqua deinde abluto corpore ipsarum. Sed neque aliter, cum theriacam antidotum conficere volumus, vsque ad hoc præparamus: sed deinceps concoquimus differenter, in theriaca quidem paululum anethi & pauci salis in aqua ponentes: in ijs autem, qui elephantiasi laborant, in olla anguillarum modo præparantes, ex albo iure. Fit autem hoc modo. Aqua abundanter in ollam funditur & paucum olei, & cum hoc porrum & anethum adijcitur. Liquet autem, quòd viperarum carnes sunt decoquendæ, donec exquisite molles reddantur. E F

Ipsum etiam medicamentum confectum ex viperis, quod theriacam appellant, optimum est ad potandum ijs, qui huiusmodi morbo laborant, vel etiam, sicut libuerit, ad cutem oblinendam: nam, cum omnia hæc facta fuerint, non nunquam solet squama à cute decidere, quale in serpentibus quod senium appellatur.

Strumarum, Meliceridum & Hydropum curatio. CAP. 11.

IN alijs autem tumoribus præter naturam non putaui oportere eam, quæ manu fit, curationem hoc in loco scribendam, cum tu medicamenta probatissima à nobis acceperis. In strumis enim ea, quæ adstringere, & exiccare, & pus etiam facere possunt: In ijs autem, quæ Melicerides dicuntur, ea, quæ has dissoluendi vim habent, & quæ pus resoluunt, & aquam in scroto & abdomine, medicamenta accepisti: Quibus etiam in aqua intercute laborantibus vtaris: in ijs enim duplex intētio est, scilicet vt sanetur tumor durus in viscere, & coaceruata humiditas dissoluañ. At prius de induratorum viscerum curatione dictum est: {sed differunt cum talem tumorem partes patiuntur, & differentem exigunt curam.} Quare curatio hydropum ad has tres reducitur intentiones, vt sanemus durum tumorem, qui in viscere est: vt ea apponamus, quę humiditatem dissoluunt: *& medicamenta, quæ vrinam mouent, in potu demus. Hæc quidem tibi, qui ad longam peregrinationem accingeris, satis esse arbitror. Si vero (vt institui) librum de medicamentis secundum morbos & loca patientia composuero, illum in tuo reditu habebis. Sed & aliud opus magnum amicis expostulantibus exarabitur, in quo tota ars curandi continetur. Quòd si tibi peregre detineri diutius contigerit, singulos, qui à nobis scribentur, commentarios ad te mittere non grauabimur. G

A.li.3 c.14.c. c.13.fol.312.

* Al. genere.

H

Post hunc librum collocari debuerat liber, cui titulus est, Quos, & quando, & quibus medicamentis purgare conueniat: qui in quinta Classe pag. 88 habetur.

Galeni

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS COMMENTARII QVATVOR

Ioanne Vasseo Meldensi interprete.

Ab Augustino Gadaldino plerisque in locis emendati.

ARGVMENTVM

Pertractat de ijs, quæ Veteribus medicis in Acutorum morborum Victu controuersa erant: ac in Primo quidem libro agit de Ptissana.

1

Vi Gnidias appellatas sententias conscripserunt, hi sanè, quæ ægri in morbis singulis patiuntur, & quó nam modo non nulla iis eueniant, rectè scripserunt. Atque hactenus vel medicinæ quoq; imperitus quispiam rectè scribere potuisset, si ab ægro vnoquoq;, qualia patitur, probe intellexisset. Verum, quæ medicum non referente ægro ipso perdiscere oportet, multa ex his sunt prætermissa, alia in alijs. C

Non solum nihil eorum, quæ ægri patiuntur, prætermiserunt, qui gnidias scripserunt sententias: verum quoq; & vltra id, quod iustum est, de quibusdam mentionem fecerunt: vt paulo post ostendam. Neque id artis opus est, si nihil prætermiserint eorum, quę à plebe ipsa cognosci possunt: non etenim is artifici est scopus, sed, quæ ad curationem idonea sunt, omnia scribere. Quapropter sæpius non nulla adijcere, quæ vulgus nō nouit, erit opus: & multa, quæ huic nota sunt, auferre, si nihil ad finem artis conferre videantur.

2 *Et quædam ad coniecturalem cognitionem (τέκμαρσιν dicunt) peropportuna.*

Τέκμαρσις est, quæ per τεκμήριον fit, cognitio: Τεκμήριον autem appellant veteres syllogisticum signum, non autem simpliciter signum omne, vt in opere de coniectura & signo est demōstratum. Quæ igitur medicis ad huiusmodi cognitionem tum necessaria tum vtilia existunt, non omnia ait gnidijs in sententijs scripta esse, sed prætermissa pleraq;.

3 D *Cum autem ad coniecturalem cognitionem dicatur, quó nam modo curare singula oporteat, in his multa aliter, quàm illi enarrauerunt, sentio.*

Ex quo multa, quæ ad coniecturalem cognitionem vtilia existunt, à gnidijs medicis prætermissa esse dixit, quam nam dicat coniecturalem cognitionem, ipse deinceps docuit, inquiens, Quó nam modo curare singula oporteat. Nempe, quod ad horum inuentionem vtile fuerit, id ex arte est. Sed forsan quis opinabitur prætermissas esse, quæ tum ad dignotionem, tum ad prænotionem conferunt, coniecturas. Verum res non ita habet, cum de necessitate in illis, quę ad curationem idonea sunt, hæ contineantur. Si enim ad optimæ curationis inuentionem nihil conferrent morborum dignotio & futurorum prænotio, prorsus hæ superuacarent: nunc autem, quòd conferant, ob id vtiles existunt. Ergo, quòd affectuum dignotio ad curationem valde necessaria sit, recensere non est opus. Nam in primis, quis nam sit morbus, dignoscere oportet, deinde curationem ipsius ita aggredi. Quòd vero prænotio ad curationem quoque vtilis sit, demonstrauit in prefatione || prognostici Hippocrates. Qui ergo omnia, quæ ad medicinam spectant, vtilia ea vel ad dignotionem vel curationem vel prænotionem esse dixerit, virtute idem dicit. Curatio siquidem per se à medicis exercetur: prænotio autem & dignotio propter curationem. Quo fit, 1.Prog.t.1.4ª. 189.d

vt nemo finem artis dignotionem vel prenotionem, ſicuti curationem, aſſeuerauerit. Intellige au- E
tem impræſentia curationem, ſublationem morbi, non eam quidem, quæ adhuc fit, ſed quæ iam facta ſit. Sed de omnibus abunde eſt ſcriptum in eo libro, qui de fine medicinę agit. Nec expedit, vt impręſentia quippiam præpoſtere & pręter inſtitutum faciamus (gręce παρεργον ἔργον ποιεῖσθαι, dici ſolet) vtpote, qui iam veteris mentem vel ſine exquiſito finis examine cognouerimus. Verum, cum & modo alio dictio præſens pleriſq; in exemplaribus fide etiam dignis ſcripta ſit, de ea mentionem facere non intempeſtiuum fuerit. Differt autem ab ante ſcripta dictione litera vna videlicet, ἢ id eſt vel, vt ad hunc modum græce ſit: ὁκόταν δὲ εἰς τέκμαρσιν λέγηται, ἢ ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, id eſt, Cum autem quippiam ad coniecturalem cognitionē dicatur, vel quo'nam modo curare ſingula oporteat. Qui ita ſcribūt, per τέκμαρσιν dignotionem & pręnotionem intelligūt: & per verba hæc ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν, id eſt quo'nam modo curare ſingula oporteat, curationem: nolentes eam in τεκμάρσεως nomine contineri. Quod ſi ita habet, in anteſcripta dictione, qua dicitur, Multa prætermiſſa ſunt alia in alijs, & nō nulla ad coniecturalem cognitionē peropportuna, non recte ſanatoriā artis partē pretermiſiſſe videtur Hippocrates. Sed, ꝙ hi reſpōdeant ob id reſumptā ſcriptam q; quę ſequitur, dictionem, vt, quod ſanatoriū eſt, adijceret, nemo eſt, qui ignoret. Verum, q̄m de re ad curationem vtili diſceptatio non ſit, ob eas res ſermonē pro- F
trahere eſt ſuperfluum. Pergamus igitur ad ea, quibus, quæ ad ſanationem vtilia ſunt, docet.

4 *Atque non ob id ſolum non laudo: verum quòd & paucis numero ſint vſi medicamentis. Nempe maximus numerus medicamentorum † quibus in morbis non acutis vſi reperiuntur, } eſt tempeſtiue exhibitorum tum elaterij, tum ſeri, tum lactis. { Quæ ſi bona eſſent, morbisque quibus dari conſerent, congruerent, multo ſanè digniora laude erant, quòd pauciſsimis ſatisfacerent. Sed res impræſentia non ita habet. }*

† Alia lectio ex codi. & manuſcriptis et īpreſsis. q̄ tradiderunt niſi in morbis acutis. & hæc magis quadrare uidetur cū Galeni explanatione.

Paucis quoque numero auxilijs vſos eos ait, niſi in acutis morbis: quaſi in his multa dixerint: quod ſanè fecerunt. Quæ vero longis in morbis dixerunt, hæc re vera contra ſe habent. Nam & per tempeſtiuam elaterij, ſeri, & lactis potionem perficiuntur.

5 *Qui vero ſecundum adornauerunt librum, hi medice magis, quæ ſingulis exhibenda ſunt, percurrerunt.*

Liber ſecūdus poſt primum ſcriptus, ἐπιδιεσκευάσθη, id eſt adornatus digeſtus q; dicitur, cum inſtitutum habens idem, & plurimas dictionum eaſdem, non nulla quidem eorum, quæ in priore erant, detracta habet, alia autem adiecta, & alia permutata. Exemplum rei huius, ſi perſpicuitatem deſideras, ſecundum Eupolidis Autolicum ex priore adornatum digeſtum q; habes. Sic & G
gnidias ſententias à primis ſecundas gnidij ediderunt medici: quæ non nulla quidem haberent eadem omnia, alia vero adiecta, & alia detracta, veluti & alia permutata. Secundum igitur hunc librum Hippocrates priore medicinalem magis eſſe aſſerit.

6 *Sed de Diæta, id eſt victus rōne, nihil, quod effatu dignum ſit, cōſcripſerūt veteres, quanquam id magnum eſſet.*

Is curationis ductus contextus q;, qui per conſuetas materias efficitur, Diæta, id eſt victus ratio, nuncupatur: vt, qui per conſuetas tum ſectiones tum adultiones & alia quęcunq; manibus fiunt, Chirurgia: tertia ab his medicinæ pars eſt pharmaceutice, quæ ſcilicet per medicamēta abſoluitur perficitur'que. Accuſat autem priſcos Hippocrates, ꝙ de victus ratione nihil effatu dignum conſcripſerint: id q; dixit, nō quòd nullum diæteticum theorema conſcripſerint, ſed ꝙ non effatu dignum. Quale'nam autem ſit effatu dignum, docebit in ſequentibus

7 *Fuerunt vero, qui uarios morborum ſingulorū modos, diuerſas q; horum ſectiones diuiſiones q;, nō ignorauerint.*

Non ſolum varios morborum modos non ignorauerunt, verum quoq; & vltra, quàm decet, de his ſcripſerunt: vt oſtendam in ſequentibus. H

8 *Verum morborum ſingulorum numeros clare pronūciare volentes, non recte ſcripſerunt: quippe cum non facile numerari queant, ſiquis languentium morbos alterum ab altero quadantenus differre, nullum q; morbum eundem videri, quin idem quoque nomen habeat, coniectauerit. Mihi vero placet omni in arte animum aduertere. Nam, quæ probe vel recte procedunt officia, probe & recte ſingula peragere oportet: quæ item celeritatem deſiderant, celeriter adimplere: &, quæ puritatem, pure: &, quæ ſine dolore adminiſtrari poſtulant, citra dolorem omnem adminiſtrare. Cætera quoque huiuſmodi omnia inſigniter præ alijs ad meliorem formam nos redigere conuenit. Maxime autem medicum laudauero, qui in morbis acutis, vi quorum plurimi hominum enecantur, inſigniter præ cæteris in melius procedat. [a] † Sunt autem acuti morbi, quos priſci nominatim perſtrinxerunt, pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, cauſus, [b] † & quicunq; alij hos conſequuntur morbi, quorum febres [c] prorſus continuæ interficiunt.*

[d] * Dixit paulo ante gnidios medicos confeſtim ab initio de morbis, pluſquā oportet, ſcripſiſſe. [e] † Scripſerunt ſiquidem bilis morbos ſeptem: pari modo & paulo infra, veſicæ duodecim: renum quoq; quatuor: ſtranguriæ quatuor: deinde tetanos tres: morbi præterea regij genera quatuor: atq; tandem phthiſes tres. Nempe ad [f] corporum varietates, quæ multas ob cauſas permutabantur,

A † Vide in libro de paſsionibus non lōge à principio.

B † καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα ὁκόσα τούτων ἐχόμενα ἐστίν.

C * τελέως.

*D * In codic. manuſcriptis legitur εἶπον, i. dixi. & ita uetus tralatio. & ita oīno uidetur legendū: ſuperiori. n. cōmēto 7 de hoc dixit Galenus.*

E † In libro de internis paſſionibus traditur, phthiſes tres, morbi a renibus quatuor, icteri quatuor, tetani tres.

F * Al. ſymptomatum.

A tabantur, respexerunt, morborũ identitatem haudquaquam contemplati: quo modo est contemplatus Hippocrates ad horum inuẽtionem methodo vsus, qua duntaxat morborum numerum inuenire cõceditur. Methodum autem eam in methodi medendi principio demonstrauimus, diximus q; aliquid in libro de elemẽtis ẜm Hippocratis mentẽ. Habes quoq; & à nobis cõpendio quodam scriptum vnũ de morborum differentiis commẽtarium. Sed hoc in loco dictiones prosequi est opus: nempe is expositionis scopus existit. [a]† Nam si quis inter exponendũ demonstrationes scripserit, sermonem protrahet, & præcipuam, quæ sanationis morborum causa existit, dimittet: partem, inquam, quæ ad maxime lethalium morborum curationem excellit præstat'que. Summa quidem præsentis dictionis hæc est, particularia vero dictionis deinceps explicabo.

9 *Cum enim nullus communis pestiferi morbi modus paßim grassatus fuerit: sed morbi & σποράδες, id est sparsim priuatim que prehendentes, & similes fuerint: ab his plures, quàm ab aliis omnibus, intereunt.*

Ostẽdit hac oratione Hippocrates [b]† morbos multos vno fieri tempore, quos, si perniciosi fuerint, pestem appellant: si vero mitiores, altera quadam indicant appellatione, epidemos vel epidemios nominantes: vt Epidemus morbus sit, qui tempore aliquo in regione aliqua abũdet: Pestis B vero, epidemia perniciosa. Est autem & aliud morbi genus commune multis, [c]† quod in regione superuenit accedit'que, ⁊ endemum'que vel endemium appellitatur, quasi patrium dixeris aut vernaculum. His autem omnibus aduersantur σποράδες, id est qui sparsim priuatim'que prehendunt, ęgros discrepanter fatigantes, neque secundum communem modum constantes. Sed quid'nam est, quod ab Hippocrate dicitur, Sed morbi, & σποράδες, & similes fuerint? Nempe contrarium dicendum fuit, et non similes eos inter se esse: si vtique ipsa morborum similitudine & endemum, & epidemum, et pestiferum iudicabatur. Duorum igitur alterum, vel meliorem hanc scriptionem existimare oportet, Sed morbi & σποράδες, & non similes fuerint: vel similes eos [d]† dicere oportuit ⁊ nõ inter se, sed morbis antedictis, id est consuetis: quoniam rarius quidem tum epidemij tum pestiferi fiunt, vocati vero sporadici frequẽter. De quibus & hoc in loco ab ipso agetur: veluti de epidemiis in libro epidemiorum morborum, & de endemiis in libro de aquis aere & locis. Nullum autem peculiarem de peste confecit librum, quoniam ex epidemiis vnum esse illam per libros epidemiorum demonstrauit.

10 *Idiotæ vero non admodum cognoscunt eos, qui in huiusmodi aliis præstant.*

C Idiotas ait non omnino cognoscere medicos eos, qui, quantum ad huiusmodi morbos attinet, aliis præstant. Quod autem acutos dicat, palàm est, de quibus ante sermonem fecit.

11 *Alia que auxilia magis laudant, vituperant que.*

Neque conuenientes neque laudabiles curationes dignoscere ait idiotas, sed alias magis. Quo fit, vt illi nequaquam recte laudent culpent'ue. Deinceps tanquam eorum, quæ dixit, demonstrationem adiiciens, hæc scribit.

12 *[e]† Magnum autem rei argumentum, quòd vulgus morbos huiusmodi sanationem q;, vtpote rude, planè ignoret, est hoc: Nempe, qui medici non sunt, medici esse ob huiuscemodi morbos præcipue videntur: facile siquidem nomina discuntur, quæ apud ægros vsui esse existimata sunt. Si enim quispiam ptissanæ cremorem, vinum que tale vel tale, vel etiam melicratum nominauerit, referre omnia eadem medici tum boni tum mali plebeis huiusmodi videntur. Sed res ipsa secus habet. Nempe hi, quantum ad hæc attinet, supra modum inter se differunt.*

Quòd materiis hmõi eorũ, quę ad victus rationẽ spectant, medici vtant̃ tum boni tũ mali, ob id quis'nã melior sit, dignoscere nequeũt idiotę: vtpote q discernere nõ possint, qui'nã tẽpestiue D & debito modo pręsidiorũ materias ęgris administrent: & qui'nam citra hæc. Hippocrates autẽ, vbi impręsentia secũdum præfiniuit procœmium, à præsenti oratione consequentia exorditur.

13 *Digna autem scribi mihi maxime uidentur, quæ, quanquam medicis vtilia existant, tamen ignorantur: quæ, inquam, insignes profectus & insignes offensas afferunt. Quæ autem ignorantur, hæc sunt: Cur in acutis morbis medici quidam ptissanas non colatas perpetuo exhibeant, & recte curare sese existiment: Alij omnino contendant, hordeum vt nullum æger voret, subsecuturam inde, quæ insignis sit, offensam veriti: sed cremorem linteo colatum porrigant: Alij vero neque crassam ptissanam, neque cremorem exhibeant: atque ex his quidam, quoad æger ad septimã vsque peruenerit diem: alij perpetuo, donec morbus iudicatus fuerit.*

Logicã magis speculationẽ sapere videt̃, quod ab Hippocrate in qõnẽ disceptationẽ q; ponit̃: cũ & sine hmõi speculationibus recte sanare queamus. Nẽpe morbos recte sanare inest medicis ex faciendorũ cognitione, & non ex inuestigatione causæ: ob quã sunt controuersi, qui varias in hmõi morbis scripserunt curationes. Est vero ẜm veritatem id nõ commodissimum modo, verũ quoq; & omniũ primũ, atq; quęsitu necessariũ, vt ꝑcedẽte exponã sermone: ꝙ enim qõne dignũ sit, quod proponit, & quo soluat modo, ante percurrere est melius. Quòd igitur qõne dignũ sit, hinc disces. Nã de philosophorũ cõtrouersia nullã habemus, quæ euidens sit, coniecturam. Neq; enim

A † Al'. ex Grecis antiquis. Nam, si quis inter exponendum demõstrationes scripserit, nec post longũ perlecerit sermonem sanationis morborũ causa, is pręcipuã partẽ dimittet: partem &c.

B † Al'. morbos quosdã cões multis hoibus euenire vno tẽpore & ita ẽt vetus interpres.

C † Legitur quidem hoc in loco in ĩpreßis codicibus græcis ὅπερ ἐστι τὸ καθ' ὥραν ἐπιγιγνόμενον, id est quod est in tẽpore superueniens. & Vasæus loco καθ' ὥραν videtur legisse κατὰ χώραν. At in manuscriptis quibusdã hæc verba non habentur: sed sunt glossema in margine positũ ac veluti declaratio superioris morbi epidemici, quod sit morbus qui aliquo tẽpore vni regioni superueniat: quæ postea verba per librarij incuriam in contextũ loco nõ debito irrepserunt: quandoquidem morbi endemi sunt illi, qui perpetuo in una regione abũdant, vt habetur à Gal. 1 com. primi Epid. diffuse.

D † dictos eẽ censendum est.

E † Al' Nicolaus Lauachius ita vertit. Cuius rei indicium manifestum illud est, ꝙ ipsi inter se vulgares aduersissimi in affectibus eiuscemodi videntur. quãobrẽ diligenti est animaduersiõe opus. Qui enim medici non sunt, creduntur medici, in his præsertim morbis, cũ sit eorũ leue edidicisse nomina, q patientibus eiuscemodi, conferre admodum credãtur.

enim

enim si genitus mundus sit, neq; si interitus conscius: neq; si extra ipsum inane nō sit, neq; si infi- E nitus: neq; si is solus vnus sit, neq; si plures: neq; quot numero, si plures: neq; si horū multitudo incōprehensibilis sit, aut infinita: manifeste coniectari potest. Ad hunc sanè modū & de aliis multis, quę in philosophia quęruntur, nō nulla quidē iudicare prorsus nequiuimus, alia vero nō sine magna cōtemplatione. Verū de ipsis, quę ęgros iuuāt, vel lędunt, nō similiter est. Nempe, etsi ad ipsa inuenienda longo opus sit tpe, viro q; à multis discrepāte, quę tñ se se repperisse quidā iactāt, ea facilem habere iudicationē videbuntur. Nempe, si ęgris quidē adhibita presidiū attulerint, laudare oportet atq; agnoscere: si vero detrimento fuerint, vitare atq; repellere: quæ vero nihil auxilij vel offensę estatu dignū prestiterint, in neutrius horū ratione censere conuenit. Sed sanè medicos ab euidenter offendentibus abhorrere oportet. Si ergo parum exuperantibus insistant, qui quouis modo ab initio sunt opināti, nihil mirū videri debet. In iis vero, quę admodū recesserūt, atq; vsque adeo vt à quibusdam laudentur, ab aliis culpētur, admirari quispiā eos poterit, qui valde offendentia extollunt, vel eos, qui vere iuuantia vituperant. Id sanè est, quod Hippocrates particulari vno exēplo proponit. Dictum autem & id, nec secus ipsius solutio, ab Erasistrato in primo libro de febribus paucis q; & euidenter, vtpote qui Hippocratē planè est secutus. Percurrens etenim in libro præfato medicos tum eos, qui aduersissimum febrientibus victum præscribunt, F tum eos, qui longis inediis ęgros ipsos conficiunt, atq; Petronam ipsum, qui tum carnes tum vinum exhibebat: in textura sermonis hoc infert pacto. In multis igitur valde magnis plagis decide- » bant: si aūt febrientes oēs ex tali curationis modo male liberabantur, qui ita curabant, à curatione » desistebāt. Sed, vt videtur, nō febribus oībus opem fert is sanationis modus. Laudandi igitur cū » Erasistratus, tum alij, qui quęstionē hanc proposuerunt, & solutionē eius scripserunt: laudandus quoq; & qui prę cęteris eam proposuit. Sciueris pręterea & eam non magis de acutis morbis, q̃ de aliis omnibus, proponi solui q;. Nempe responsio de omnibus cōis est. Non enim in acutorū modo, verū quoq; & morborum aliorum curatione controuersi fuerūt medici: atq; ob id longo tpe sua in cibi exhibendi regula permanēt, q non nullos ab ea euidenter iuuari vident. In cęteris autē, qui nihil inde auxilij recipiunt, cito quidem & ęgros occulte aliquid deliquisse suspicantur: quanq̃ id non sit, sed quod retulit Hippocrates in libro de fracturis: vbi agēs de iis, qui fracturas cū vulneribus perperam ligant, atq; ob id lędunt, ait, Non enim deligationē causam esse existi- » mant, sed aliud quoddam infortuniū. Sic & eos in victus ratione opinari par est. Quod autē præ- » senti in oratione recensuit Hippocrates, id palàm est, ubi quis eā secum cogitans bis & ter legerit. Nempe ex particulari exemplo cōem doceri sermonem comperiet: quē & uniuersalem uocare G consueuerunt, non Philosophi modo, uerum quoq; & propè oēs Logicę artis non imperiti. Erasistratus ergo aduersissimarū meminit uictus rationū. Hippocrates uero relictis monstrosis alienis q;, ad moderatiores se contulit. Monstrosę etenim alienę q; uere sunt, tum quę per inediam fiunt summā: tum quę per repletionem immoderatam, qua utebatur Petronas. Moderatæ uero, quarū meminit Hippocrates in acutis morbis, ab insignibus exhibentur medicis. Quidam enim hordeaceam ptissanam in his administrant, alij cremorem duntaxat, alij ne hunc quidem in acutis morbis ante iudicationē, sed tempore interiacente solos exhibent potus, aquam, melicratū q;, &, si opus sit, oxymeli. Controuersiæ igitur causa est, quā Hippocrates ipse in sequentibus exequetur, & quam ab Erasistrato in primo de febribus bene enunciari asserebam. Est autē ea, quòd aliqui solo ptissanæ cremore indigēt: alij hordeacea ptissana: & alij horum neutro, sed potibus solis ad iudicationem usque fœliciter seruantur. Demonstrabit autem in sequentibus, quí nam hordeacea indigent ptissana, & qui solo ptissanæ cremore, & qui neutro horum.

Marginal notes: * Al. lędētibus; 3. de Fracturis t.8.7ª.243.b

14 *Sanè quæstiones huiusmodi proponere medici non consueuerunt: neque forsan, si proponantur, soluuntur.*

Quòd primus Hippocrates quęstionem hanc proposuerit, soluerít que, ex hac notum euadit H dictione. Neque enim, inquit, tales quæstiones proponi à medicis consueuerunt. Quòd si & eas quis fortassis proposuerit, solutio non reperietur.

15 *Calumniam vero vsque adeo grauem patitur apud vulgum ars tota, vt nullo pacto medicina esse videatur.*

Hac quoq; in oratione ex particulari exemplo rem quandam uniuersalē docet. Nempe in primis qualemcunq; ingredientium exercitationem controuersia iustam ignorantiæ suspicionem ostendit. Secundo cōcordia ipsa iustam magnam q; cognitionis spem demonstrat: quod nimirū mathematicis demonstrationibus ualde contulit. Neque enim discipulos solum alliciunt, credulos que reddunt, uerum quoq; & apud idiotas sese uerissimas existimandas præstant. Mathematicis igitur demonstrationibus usos aít, qui euidenter quippiam & citra quamuis ambiguitatem demonstrauerunt. Sed controuersiæ rationem diligenter in sequenti oratione prosequitur.

Marginal note: * Aiunt f. idiotę, est in veteri tralatione.

16 *Quapropter acutissimis in morbis vsq; adeo dissentiunt inter se artifices, vt quæ alter porrigit optima esse existimās, ea alter mala esse putet: atq; ferè ob id uaticinationi (quā græce μαντικὴν uocāt) ars ipsa similis esse videatur. Augures siquidem alitem eandē, si ad sinistram uolauerit, bonam faustam q; esse putant: si ad dextram, malam infaustam q;*

A *ſtam que. Talia quoque in Aruſpicina (quam Ἱεροσκοπίαν dicunt) videntur, alia in alijs: ſed vaticinantium non nulli contraria ſentiunt. {Dico autem ſpeculationem hanc eſſe & pulcherrimam & germanam, propter quam pluri ma & commodiſsima, quæ in arte comperiuntur.}*

Μαντικὴν appellauit Hippocrates, οἰωνιστικὴν: ἱεροσκοπίαν vero, θυτικὴν à pleriſq; appellatã, quã vere antiqui etiã alij ἱεροσκοπίαν vocant, ꝙ ἱερεῖα id eſt hoſtias, ſuſpicientes, qui in ea ſciẽtia graues & prçſtantes ſunt, ex ipſis ventura prenuncient: ἱερεῖα, autẽ ſcimus appellari omnia, quæ diis ad honorem exhibemus, quales ſunt, quę litantur victimæ, quarum exta inſpicientes ἱεροσκόποι, id eſt aruſpices, prædicunt. Eos vero, qui ex auium volatu augurãtur, quos οἰωνιστὰς & οἰωνοσκόπους, id eſt auſpices, appellant, nunc μάντεις, id eſt augures, appellauit Hippocrates: quanquã μάντεως nomen & μαντικῆς de omnibus, quæ ita prædicunt, artibus proferatur. Nempe μάντεις vocant: & ἱεροσκόποι, & οἰωνισταὶ, & qui appellãtur γενεθλιακοὶ, & qui per notas & victimas, futura prædicunt. præterea & χρησμολόγοι, i. fatidici, & θεομάντεις, id eſt diuini vates. Sunt, qui & ὀνειροπόλους, id eſt ſomniorũ interpretes, à poeta appellatos inter μάντεις, id eſt vaticinantes, collocant. Sed conſtat Hippocratẽ ſolos οἰωνιστὰς appellare μάντεις, vt poeta appellauit. Nam is in
B pleriſq; ſui operis poetici partibus οἰωνιστικὴν artem, venturorum prænotionem eſſe demonſtrat. Quo modo & in primo Iliados circa initia ait, Ἀλλ᾽ ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τ᾽ ὄναρ ἐκ Διός ἐστι, id eſt, Conſulamus itaq; augurem quempiam, aut aruſpicẽ, aut ſomniorũ interpretem: nempe & ab Ioue oſtenduntur inſomnia. ἱερῆα quidem dicens, ἱεροσκόπον: ὀνειροπόλον vero, qui circa ſomnia verſatur: μάντιν autẽ οἰωνιστὴν, id eſt augurẽ auſpicem q;. Sępius etenim in ſuo opere poetico huius meminit in maximis rebus, diuinandi etiã arte per alites vſus. Sed forſan hæc, & q̃; decet, plura de huius nominis μάντεως appellatione dicta à nobis ſunt: atq; ob id, ad quod dicitur, trãſire iã eſt tempeſtiuum. Quod enim ait Hippocrates, tale eſt. Qui diuinatorias artes proſequuntur, in particularibus multis nihil minus, quam medici, diſcordant. Vidi equidem aliquãdo augures in volatibus ipſis, quos dextros & ſiniſtros memorauit Hippocrates, diſcordãtes. Alter Arabs erat, alter Græcus, atq; ex Aſia noſtra. Arabs dicebat dextram alitem, laborantes mulieres ſeruare, ſiniſtram viros. Qui vero ex Aſia noſtra erat, dextram alitem in virorum morbis apparentem, interrogantibus ipſis, ſi ſeruarẽtur, aſtruere interrogationem recenſebat, ſiniſtram vero denegare. Interrogabam igitur eos, ſi quomodocũq; volantem vel dextram vel ſiniſtram alitem pollere eadem ſignificãdi facultate dicerent, nihil q; differre putarent, ſi aut celſiſſima aut terræ propinquiſſima, aut media volaret. Et ſi media, an ſi propius vel
C celſiſſimã, vel infimam, vel adhuc inter has mediam. Pari modo, & ſi auis vel propinqua vel longinqua volaret, an ne in his nulla foret diſtinctio. Arabs eas nihil ea, quæ vel in altitudinẽ vel longitudinem vel latitudinem eſſet, diſtantia diſcrepare reſpondebat. Gręcus vero de ſymmetro diſtinguebat, dextro & ſiniſtro: aſſerebat q; ab auguribus hæc ſcripta eſſe, atq; immoderatas diſtantias moderatis contrarias: teſtes q; in eam rem libros Apolletis, Athenæi, Cheræmonis, Artemidori, Phocæ, atq; aliorum multorum, qui in augurandi arte clari eſſent, proferebat. Deprehendi proculdubio Arabem & confuſum & à diſtinguẽdi arte alienum: Gręcum vero diſtincte loqui, & artificem eſſe. Nempe artis, quæ ſuorum theorematum iudicium per experimenta habet, diſſidentia ex diſtincta & indiſtincta rerum explicatione oritur. Quod ab Hippocrate edoctus græcum augurem in auium volatu artificioſum magis videri iudicaui: ex abundantia vero celebratiſſimos augurum teſtes adducens, adhuc magis fide dignus erat. Cum vero etiam Arabs plurimos ægrotantiũ, quibus vera prædixerat, teſtes citaret, ſuccedentis vt plurimum euenti ſubſecuti cauſam pronunciaui. Nempe, ſi auis dextra moderate diſtans viros ſeruat, immoderate vero diſtans fœminas: ſint autẽ complures, quę immoderate diſtent, vna vero duntaxat, quę moderate: iure
D quidẽ multis ſuccedet ex animi ſententia, paucis vero non ſuccedet. Gręcus autẽ alias adiiciebat diſtinctiones, quibus, etſi dextra auis immoderate diſtaret, interdum tamen ſeruãdum virum laborantẽ declararet. Nempe, qui molle & muliebre ſtudium exerceret, veluti & ſacrificulum, * mulieris ſchemate ſeruari dicebat: rurſum q; & id ab optimis ſcriptum eſſe auguribus demõſtrabat. Adde ꝙ & alias quaſdam adiiciebat diſtinctiones, in quibus Arabs nihil intelligere videbatur. Retuli hęc propter ſequentẽ dictionẽ, quam nemo cõuenienter expoſuit, ſicuti neq; eã, quę ante ſcripta eſt, ubi ait, Quæſtiones ſanè huiuſmodi proponere non cõſueuerunt medici: neq; forſan, ſi proponãtur, ſolui reperiuntur. Nam, cũ inquit gręce τοιάδε, latine huiuſmodi, i. quæ ita diſſident, quidã de ptiſana ſola perperam intellexerũt: alij autẽ paulo his melius de victu acutorum: alij de omni ſimpliciter uictu: alij uero de curatione uniuerſa, prioribus quidem melius, ſed neq; adhuc abſolute. Cauſam autẽ ut dixi, totius diſſidij quęſiuit Hippocrates in omni arte, quæ experimentis iudicari poſſit. Quòd autẽ id ita habeat, manifeſte per ſequentẽ condiſces orationem.

* Al. lanificã.

[illegible] 4. f. 1. t. 2. [illegible] fol. 419. g

17 *Nempe & ægris omnibus ad ſanitatem magnum quippiam poteſt, ſanis que ad ſecuritatem, ſe ſe q; exercitantibus ad bonum habitum, atque ad quod quilibet voluerit.*

Sermo præſens eos arguit, qui Hippocratem exiſtimant præſcriptam dictionem de ptiſana

ſola

sola proposuisse: eos q̃3, qui de victus ratione siue acutorũ morborum, siue simpliciter vniuersa, fa- E
ctum id putant: pari modo & eos, qui de curatione vniuersa problema esse existimauerunt. Nempe prior oratio, quę ita habet, Nempe & ęgris omnibus ad sanitatẽ magnum quippiã potest, eos arguit, qui de ptisana: atq3 alios, qui de sola vel acutorũ vel morborũ aliorum victus ratione antecedentẽ orationem esse opinantur. Neq3 enim ęgri oẽs à sola victus ratione curantur: cũ multi sint, qui manuum opera & medicamentorũ administratione indigeant: adhuc vero magis neq3 à ptisana sola. Neq3 igit' de dięta sola acutorũ, neq3 dięta simpliciter quæ est in omnibus morbis, sermo Hippocrati existit: neq3 de sola ea, quæ ex his oritur controuersia: sed de omni simpliciter arte, quę experimentis tum discerni tum iudicari nata sit. Qui etenim cõe vniuersale q̃3 iudicandi instrumentũ reperit, per id, quæ particularia sunt, iudicat. Particulare autẽ vnum est, & quod de ptisana medicis in controuersiã venit: sicuti & quod de victus ratione non acutorũ modo, verũ quoq3 & morborũ aliorũ: atq3 ẽt, quod generalius est, de curatione vniuersa: & quod adhuc hoc generalius est, de omni corporis prouidentia, & si sanorum ea fuerit: nempe & hi ea indigent arte, non quę ad consequẽdam sanitatẽ pręcepta tradat, sed pręsentem conseruandam. Quod non pretermisit Hippocrates, cũ inquit, Sanis q̃3 ad securitatẽ. nempe, vt talis seruetur, securitate est opus. Vtilem quoq3 ait esse speculationẽ & iis, qui exercitantur ad habitũ bonũ. Vt enim ęgro- F
rum curatio ea, quę nunc ab Hippocrate proposita est, speculatione indiget: sic & sanorũ securitas, vt pręsens sanitas conseruetur: sic & sese exercitantiũ prouidentia, vt bonum habitum consequantur. Hęc igitur oĩa artis, quę circa corpus versatur, sunt: sed, quod serie cõtinuata dicitur, ad omnẽ extenditur artẽ. Quid'nam etenim est, quod ait, Et ad quod quilibet voluerit? Nẽpe augur, aruspex, musicus, rhetor, & artifex oĩs, simpliciter causam eius, quę in sua arte reperitur, controuersię vnã esse existimat, cũ scilicet vnusquisq3 ex particulari vniuersale facit. Ita sanè & in auguribus factã controuersiam deprehendi: cũ q̃3 qui veriora loqueretur, iudicaui: atq3 ob id augurum memini Arabis & Gręci. Nempe artis omnis constitutio ex propriorũ à communibus distinctione oritur: qui enim hęc distinguere potest, is optimus censetur artifex. Vt autẽ constitutio, sic & iudicatio in distinctione subsistentiã habet. Nempe fallunt', qui artes constituunt, cum, quod cuipiã contigit, id vel in oẽs vel in plures, q̃ oportet, extẽdunt: quod siquidẽ nulli prorsus cõtigit, nemo id in tali arte persuadebit sibi verũ esse. Nam in hoc vere oritur controuersia, cum vnusquisq3 sibi ipsi persuadet, non cũ simulans confingens q̃3 contentiose litigat: quo modo nõ nulli de quibusdã secus, q̃ animo sentiebant, fecerunt: quo modo & qui proponunt ambiguum esse, vtrũ vigilamus dormimus'ue, aut sapimus insanimus'ue. Quòd si manifestũ esse id conceda- G
tur, vtri sanè magis vera loquunt', anceps inquiunt esse, an qui vigilant, iis, qui dormiunt: vel, qui non insaniunt, iis qui insaniunt. Nullus siquidẽ, ita persuasus, aut secum animo opinans, sed litigans, hos sermones facit. Quidam autẽ in arte medicinali res nouas quidẽ sunt aggressi, cum tñ rebus prioribus melius quippiã inuenire nequirent, sed vulgi affectionẽ, quam Hippocrates dixit intelligerent. Nempe vulgus quod nouum insusitatum q̃3 est: & non dum, si vtile est, intellectum: laudat magis, q̃ assuetum, quod vtile esse est cognitum. Sunt, qui ob victus suauissimi pollicitationẽ persuadentes ægros alliciunt, doli vafriciæ q̃3 non ignari: sed vel propter lucri vel propter gloriæ cupiditatem talia dolose committere, aggrediuntur. Dictã ergo ea, quæ verbo tenus sit controuersia, quam viri huiusmodi inter se habent, illa quæ s'm rei veritatem est, controuersia oritur, q̃ enunciatio non distinguatur, sed vel de pluribus, q̃ oportet, vel de omnibus tanquam similiter habentibus, efferatur. Atq3 ob id iuste laudandus venit Hippocrates, qui de sola s'm rei veritatem meminit controuersia: quã, qui artem constituere aliquam volunt, patiuntur, cum secum sua q̃3 in anima differenter opinantur, & non verbo tenus simulate ac subdole id agunt ob glorię vel lucri cupiditatẽ. Nullus enim, qui animi consilia vere per experimẽta iudicat, Petrωnæ victus rationem recipiet, carnes assas administrans vinum q̃ nigrũ in iis, qui acuta laborant febre: neq3 H
in tanta siti ita temperans, vt cotulæ aquæ vigesimã porrigat partem. Talia siquidem diętemata absurda sunt: duorum q̃3 alterũ existit, nempe vel ob nouitatem vafris ab hominibus parata, vel ob summam stupiditatem, si planè soli veritatẽ repperisse existimauerint. Quæ vero ab Hippocrate scripta sunt, ea in prudentibus viris, qui vere artẽ constituere student, reperiri possunt: cum non maxima sit lęsio, qñ, quibus non oportet, offeruntur. Ac talia quidem distinctu difficilem habent eã, quę experimentis cõficitur, iudicationẽ: quæ autem valde differũt, facilem. Controuersiam igitur in iis, quæ parum inter se exuperant, iudicare, & quibus'nam ptisana sola exhibenda in cutis morbis sit, & quibus hordeacea: & quibus nullo pacto id faciendum sit, sed potus solus ad iudicationem vsq3 porrigendus sit, demonstrare, Hippocratis intelligentia est dignum.

*Grece ἐξηρημένης, id est sublata.

† In antiquis loco dictionis ἐνέκπλυτον legitur ἐνέκρι τον. & sic ĩ cõmen. vt sit interpretandũ, & si qd excerni, facile ipsa excernit.

18 *Ptissana" igitur frumentaceus gustamentis recte prælata fuisse mihi videtur in acutis morbis: eos q́ue, qui eã præferunt, laudo. Nempe viscositas eius læuis, continua, iucunda, lubrica, & mediocriter humens, sitim minime infert: &, siquid ablui eget † probe abluit: non astringit, non male turbat, neque in ventre tumescit: nempe inter coquendum, quoad maxime potuit, intumuit.* A. li 4. f. 1. t. 1 c. 8. fol. 419. g

Orationem hanc tantummodo legisse mihi videntur, qui librũ hunc de ptisana inscripserunt:

veluti

A † veluti procemij partē primam, qui aduersus gnidias sententias titulum fecerunt. Nam Hippocrates in secunda procemij parte non amplius contra gnidios medicos agere, sed se se ad curationis acutorum morborum exercitationem conuertere est visus. Tertia autem procemij pars, quā hucusq; percurrit, ad eam, quæ victum morbis acutis præscribit, artem spectat. Neq; tamen ad eā solam est vtilis, verum quoq; & alteri, qui generalior sit, subiecta est sermoni. Demonstrauimus autem in iis, quos in scripta de fracturis articulisq; parauimus, commentariis Hippocratē subiectos sermones, pro aliis quibusdam vniuersalioribus obsignare consueuisse: doctrinamque vniuersalium ex ipsis, quæ tanquam exempla constituit, efficere: neq; enim ita ab instituto recedit, neq; sepius docet, quod multorum commune existit. Quo autem modo in ptissana sermonem fecit, causam eius, quæ de ipsa est, contentionis tum vestigans tum decernens, sic & de omni acutorum morborum victu rectum tulit iudicium. Nam & de venæ sectione, & purgatione, & tū glandis tū clysteris vsu: de cataplasmatis item, fotibus, vino, aqua mulsa, oxymelite, & balneo nō parua inter medicos exorta est controuersia: quæ omnia libro in hoc percurrit Hippocrates methodo vna, quam nuper dixi. Vim cuius etiam nouisse visi sunt, qui se empiricos nominauerunt, diorismis i. distinctionibus propria à cōibus separantes: consueuerunt autem diastolas magis, quàm

B diorismos appellare sermones eos, qui quod proprium est, à cōmuni separāt distinguūtq;. Iam ergo, quæ ab Hippocrate de ptissana dicuntur, videamus. Videntur ergo mihi (inquit) priores medici frumentaceis gustamentis rectè prætulisse in acutis morbis ptissanā. Frumentacea gustamenta intelligit, quę ex frumēto fiunt: frumentū autem grece σῖτον homines appellant, maxime quidē triticum, sed iam tum hordeū ipsum tum zeam σῖτον appellant. Appellationē vero ad plura extendentes, δημήτρια quoq; i. cerealia appellata semina connumerant, lentē videlicet, fabam, lupinum, cicerculam, panicum, milium, pisum, fœnum græcum, auenam, tipham, cicera, & quæcunq; id genus alia. Horū igitur omnium frumentaceorum gustamentorum cetera quidem vulgo damnantur, quòd protinus magnum inferant detrimentum. Panis autē vnus & chondrus in acutis administrantur morbis: & cum his solis ptissana est conferenda: lens siquidē, & milium, & fenum græcum, tanquam medicamenta, ob quosdam ventris morbos exhibentur, & non tanquā nutritura cibaria. Ptissanā igitur recte prælatam esse ait frumentaceis eduliis, pani scilicet, chondro, & zeæ, ex qua fit tragus appellatus. Nempe eorū, qui chondrum tpibus Hippocratis non dū fuisse existimāt, ignorantiam argues tum ex quibusdam antiquis comicis, qui chondri meminerūt: tum etiā ex Hippocrate ipso, qui in libro de victu salubri, de chondro ipso mentionē fecit. Nam,

C etsi liber ille Hippocratis nō sit, sed vel Euriphontis, vel Phaontis, vel Philistionis, vel Aristonis, vel alterius cuiuspiam ex antiquis (nempe ad multos librum hunc referunt) sanè omnes hi veteres viri sunt, atq; ex eis quidam & Hippocrate antiquiores, alij vero tempore ipsius vixerunt. Loquor autem de Hippocrate Heraclidæ filio, qui librum hunc confecit: nam auus ipsius Gnosidici filius Hippocrates, quorundam iudicio nihil omnino scripsit: aliorū vero sententia duos scripsit, librum s. de fracturis, & librum de articulis. Quare autem ptissana frumētaceis eduliis recte anteposita sit, demonstrabitur per ea, quæ ipse infert, inquiens. Quæcunque etenim ad acutorū morborum sanationem insunt bona, nulli alteri inesse comperies. Recte autē iudicabis, si & acutorum morborum naturam, & ptissanæ vires, cognoueris. Natura igitur acutorum morborum est, vt ipse paulo ante dixit, vt horum febres omnino sint continuæ. Febris vero ortus, caloris natiui ad igneum est conuersio, vt alibi demonstrauit, & nunc manifestabit, inquiēs ex thorace quidem incipere, ad caput vero flammam mittere. Præterea in libris vulgarium morborum, febrem magnam, ignem vocare consueuit, quasi non aliam habeat naturam, præter quàm ignis substantiam. Si igitur contraria contrariorum remedia existant, sanè febris peculiare remedium vt virtute tum refrigerante, tum humectante sit, oportet: id nanque febris naturæ, quæ & calida & sicca

D est, contrarium erit: talis siquidem naturæ est ignis. Præterea, cum febres & ex humorum putredine oriantur, non paruam diligentiam adhibere oportet, vt, quicquid ex ipsis concoqui possit, concoquatur: &, quod iam exustum sit, neque amplius concoqui possit, euacuetur. Quod si febrientibus ipsis cibi vsus sit, qui hæc efficere queat: si etiā facile tum coquitur, tum distribuitur: iam omnia hæc, quibus est opus, habuerit. Quæ nam igitur sit ptissanæ virtus, ex Hippocrate audiamus. Viscositas, inquit, læuis est. Leue exasperanti opponitur. Exasperant autem acria, acida, & astringentia. Acria sanè omnia calfaciunt, vt eruum, fœnum græcum. Acidorum cetera quidem dimittere oportet: de oxymelite vero est duntaxat agendum. Dimittantur pari modo ex astringentibus pira agrestia, & mespila, & quæcunque huiusmodi, atq; ex frumentaceis lens & similia. Exasperantium igitur malitiam ptissana effugit, vtpote quæ leuorem non tactu solum, verum quoq; & facultate habeat. Est item & viscositas eius cōtinua: est siquidem in omni parte sibi ipsi similis propter exactam coniunctionem: † quod zeæ nullo inest pacto. Laudatur preterea nō parum, quod in ptissana iucundum & mite existit: quod immiti iniucundo q; opponitur, id est quod, dum sumitur, insuauitatem quandam facit: sicut denique & panis insuauis est, dum sumitur, nisi abunde ipsum maceraueris madefeceris q;: immo & ita superatur ab ea, quę in ptissana est, iucunditate, quę mandi non indigeat, sed potuum instar sorberi possit. Neque paruæ est conditionis

† Veluti primū proœmiū, qui aduersus gnidias sententias titulū fecerū. Secundū enim in secundo, nō amplius cōtra gnidios medicos agere, sed ad curationis acutorū morborū exercitationē adhortari. Tertia aūt oratio, quam &c.

† In antiquis codi. legitur. ὅπερ οὐχ ὑπάρχει τοῖς λοιποῖς ζωμοῖς, i. quod non inest reliquis iuribus

conditionis ptiſſanæ lubricitas, prǽſertim cremoris. Pertranſit enim thoracem, in nulla ipſius parte quippiam, dum tranſit, relinquens: veluti faciunt, quæ in meatibus infarcta adeo obſtruunt, vt vix abſolui poſſint: quod accidit viſcoſis ferè omnibus excepta ptiſſana. Hinc ſanè, quæ ex chondro fit ſorbitio, quod quidem viſcoſum ſit, habet, ſed lubrico eſt deſtituta: ptiſſanæ autem ineſt & lubricũ & detergens. Quapropter medici ad detergẽdum eum, qui in ventre infarctus eſt, humorem vomitibus exhibito ptiſſanæ cremore, veluti & aqua mulſa, vtuntur. Crudam quoq; conterunt ptiſſanã puerorũ mangones, facies q́; vt vitioſos cutis exterãt colores, illinunt. Quod aũt in ea deterſorium exiſtit, id & ad deiectionẽ eſt idoneum, diſtributionẽ q́; prǽſertim vbi ex ſima hepatis ad gibbã tranſmeare debeat, quę diſtribuit alimonia: hic etenim infarciunt̃, quę craſſi ſucci ſunt, & quæ tenaciter collæ modo adhęrent. Atq; ob id chondrus non in affectis iecinore ſolum maxime nocet, verũ quoq; & in iis, qui viſcus hoc nullo quidẽ pacto lęſum, ſed cũ meatuum anguſtia naturaliter afformatũ habent. Qui igitur ita natura affecti ſunt, ipſis tum tenacia tum craſſi ſucci oĩa infarciuntur, atq; opplent: atq; ob id grauitatẽ in eo viſcere ſentiunt, cũ hęc diſtribuunt̃. Præterea ptiſſanæ viſcoſitas humens eſt, ſed non vehementer, vt aqua & melicratum, ſorbitio itẽ ex chondro, [a] † & ea, quæ ſorbẽtur oua: nempe ea oĩa ſtomachum languentibus ipſis ita manifeſte ſupinant, vt ſubuerſum ipſum eſſe exiſtiment: verum ptiſſana humectare quidẽ valet, ſed ſtomachum ſubuertere non poteſt. Stomachum aũt hoc in loco intelligere oportet, vt huiuſce tẽporis homines dicere conſueuerunt, non meatũ tantummodo, verum quoq; & os ventriculi. Cum igitur id imbecillum fuerit, atq; exolutum, manet diutius in eo, quod ingeſtũ eſt, ſupernatãs. Sed contrarium vſu euenire natũ eſt, [b] † vbi à cibo aliquo boni ſucci reductum, } quod c õtinetur, expellit. Nempe humor protinus [c] ab ipſo recedit, & coquitur, atq;, quod ita expulſum eſt, deiicitur. Sicuti ſi crudũ, manet, tarde q́; cedit, quod in ore ventris ſupernatat: nempe partis huius munus eſt appetere, non concoquere. Quę igitur aſtringũt edulia, vt ventriculi os roborant, ſic & plus iuſto exiccant. Pari modo, & quæ ex chondro paratur ſorbitio, vt humectat, ita & ſupinare nata eſt. Ptiſſana igitur humectantiũ vim aſſecuta, malitiam effugit. Deinceps ptiſſanã ſitim minime inferre ait Hippocrates, maximũ quippiam & hoc eſſe in iis, qui corpus tum exurunt tum ſiccãt, morbis teſtatus. Hac ſanè occaſione ptiſſana, q̃ aqua mulſa, longe melior exiſtit, quãquã abluẽdi bonitatẽ, quam deinceps huic ineſſe ait, ſimiliter aquæ mulſæ nacta fuerit: immo, ſi ptiſſanã aquæ mulſę comparaueris, ptiſſanam ipſam in acutis morbis & ſuperiorem & melioris cõditionis eſſe reperies: quod procedente oſtẽdam ſermone. Nã de ptiſſana ſermonẽ abſoluere eſt tempeſtiuũ. E F

Proinde ſiquidem abluere dixi t cũ adiectione /ſiquid ablui egeat/ quaſi nõ in oĩbus acutis morbis probe abluente vtamur edulio. Nẽpe cętera oĩa, quę de ptiſſana dicuntur bona, morbis oĩno proſunt acutis: ſed abluendi bonitas, quibus ventrẽ ſubduci volumus, vbi cibus in via morat̃, eſt idonea. Probe igitur abluere febrili affectioni neq; tanq̃ contrarium, neq; tanq̃ familiare auxiliũ vnum vtile exiſtit, ſed bene tanq̃ ſymptomatis alicuius emẽdatorium correctoriũ q́;. Deinceps inquit/neq; aſtringit, neq; male turbat/viſcoſitas ſcilicet ptiſſanæ: ſic etenim ſermonẽ de ea inchoauit. Non aſtringere aũt quibuſdam maxime bonum exiſtit. Nemo ſiquidem aſtringentibus vtitur cibis, niſi vel pp ſymptoma, quod animi deliquium inducat, vel pp immoderatum ventris profluuium: cogunt ſiquidem cõſtringunt q́; corpora, vias q́; tum diſtributionis, tum alimonię, tum eius, quæ foras fit, perſpirationis conniuere faciunt: quas recluſas apertas que eſſe conducit. G

Quòd aũt non turbet, i. nullam, dum cõcoquitur, faciat perturbationẽ, in laudem & ipſum præſtat ptiſſanæ. Perturbatio autem huiuſmodi ex multis pariter eduliis, his quidem ventrem mordentibus, aliis vero inflantibus, aliis item, qu ę pugnãtibus facultate partibus cõſtant: Quod tum in lenticula, tum in braſſica reperitur, nempe ſolidum ipſarum corpus ventrem cohibet, ius autẽ ipſum proritat, ſubducit q́;. Sic & qui cerebrum cum oleo & garo condiunt, totũ ex ipſis tum diſſimilare, tũ ſibi ipſi pugnans efficiunt, cerebro quidem ſtabili & tarde meante, miſtis vero ipſi ad deiectionem excitare idoneis. Pari modo & de ouo dicendum, ſiue cum melle, ſiue cum ſale, ſiue cũ garo aſſumatur: nempe quod ex ipſis conſtat, differentes habet facultates. Iura item ferè oĩa. Quapropter & circa ſermonis initia viſcoſitatem ptiſſanæ laudans inquit/continua/quod ſanè citra totius in partibus omnibus ſimilitudinẽ non fit. Verum in prǽſentia huic verbo /turbat/ adiecit hoc aduerbium /male/ (ſic gręce οὔτε ἄραδον κακὸν) ptiſſanam nõ turbare haudquaquã ſimpliciter aſſerens, ſed /male/ adiiciens: nihil enim ciborum cõcoctioni, q̃ hoc ipſum, aduerſat̃ magis. Quo fit, vt qui de concoctione ſcripſerunt, ciborum varietatem, præſertim q́; vbi variis conſtent facultatibus, nocentiſſimam dixerint, vtpote quæ ingeſta ipſa probe concoqui prohiberet. Obſeruãt id maxime, tum qui luctantur, tum qui legitime certant. Prandio ſiquidem panẽ duntaxat edunt, in cœna vero carnẽ. Plura de his enunciarẽ, niſi ſcirem te inuenire ipſa poſſe, qui ex iis, quę de cõcoctione in cõmentariis de facultatibus naturalibus dicunt̃, ſis inſtructus. Cõmentarios autẽ huiuſmodi ſi neglexeris, fruſtra in his verſaris. Quapropter de perturbatione huiuſmodi ſuperſedens, ad oĩum vltimũ me transferã, quod ab Hippocrate de ptiſſana adhuc loquente dicit̃, Neq; in ventre tumeſcit. Nẽpe multos ptiſſanã, q flatuoſa eſſet, dãnãtes haudquaq̃ ignorans, nõ abs re adiecit, Nã inter coquẽdũ, quoad maxime potuit, intumuit. Qua ſanè adiectione H

criminationẽ

A † *Legitur quidẽ in omnibus cod. græcis quos uiderim, καὶ τὰ ῥοφούμενα τῶν ὠῶν. Vetus tamen interpres uidetur habuiſſe aliã lectionẽ, qui vertit, & quod ex ouis cum ſpeciebus cõdientibus.*

B † Co. ĩpreſſi habent, vbi a cibo aliquo caco ſtomacho ſubuerſum. manu ſcripti habent, vbi a cibo aliquo euſtomacho ſubuerſũ. vetus tráslatio hẽt, ſed, qñ cõfortatur p quoſdã cibos cõfortatiuos conuenientes ſtomacho &c. quam lectionẽ ſecut⁹ ẽt eſt interpres noſter.

C * Al. cum.

A criminationem coindicauit, & ipsius solutionem dixit, elixationem q; edocuit. Scribit quædam & nihilo minus de coctione in sequentibus: sed in præsentia tantullũ hoc sermoni de ptisana adijciam. Ptisanam si plurimum coxeris, cibum flatus expertem efficies: Et nos autem fabaceum (ita Greci dicũt) neq; si tribus coxeris diebus, flatu vnquam orbatum reddideris: nempe ex propria substantia, flatuositatem habet, non autem ob diminutam coctionem, veluti ptisana. Sunt, qui ab ipsius coctione ocyus recedere consueuerunt, potissimum q; diuitum coqui: terũt siquidem crudam eam, atque deinde parum calfaciunt: non enim coctam dominis offerunt. Sed de coctione ptisanæ, vt dixi, rursum dicetur. Nunc autem, posteaquã vires ipsius demõstrauit, deinceps vsus distinctiones docebit: ad quem & ego me conferam, vbi me in sequentibus absoluturũ sermonem de ptisanæ ad aquam mulsam & alia, comparatione, præmonuero.

19 *Quicunque igitur in huiusmodi morbis ptisana vtuntur, iis ne vno quidem die vasa, vt ita dicam, inaniri permittendum, sed vtendum, nec desistendum, nisi vel propter medicamentum vel clysterem eos desistere opus sit.*

Soluere hoc in loco incipit, quod quæritur. Sed, quoniam dictionem ipsam nõ exacte interpretatus sit, ob id obscurum reddidit sermonem. Quapropter, quo nam maxime expositus modo
B do nihil obscuritatis habeat, referre conabor: sermonem q; ab initio hoc repetam pacto. Quę nã est causa discordiæ, cur in acutis morbis alij quidem ptisana hordeacea vtantur, alij solo ptisanæ cremore, alij ne hoc quidem ad morbi vsq; iudicationem? hoc sanè est problema. Sed solutionẽ deinceps audi. Qui acutis laborant morbis, alij quidem à cremore solo, alij à ptisana ipsa, alij ab horum neutro iuuantur. Sed sanè petulantius de omnibus morbo acuto laborantibus tulit medicorum vnusquisq; sententiam, non considerata ea, quæ in omnibus esse debuit, experiẽtia. Sed distinguam ego, demonstrabo q;, qui nam à ptisana iuuãtur, qui nam à cremore solo, & qui nam neutro indigeant. Tota igitur ptisana vti debẽt ex acuto morbo laborantes, qui neq; alio quopiam ante vtantur remedio, quale vel per sectam venam, vel ventris subductionem, vel quippiã simile fieri solet, neq; ẽt eis insit, quod periculum minetur, symptoma: Cremore autẽ, qui aliquid tũ fallacius, tum periculi magis particeps habẽt. Quos vero vel sanguinis missione, vel purgatione vacuare expedit, vel etiam dolores sedare, his non ante vel ptisanam vel cremorẽ dabis, quàm quippiam eorum, quę dixi, feceris. Sane hęc Hippocratẽ prescripsisse oportuit, & ab vnoquoq; singularium incepisse: atq; hoc pacto sermonem fecisse, si sane clarus futurus erat. Verum, quoniam id non fecit, non absq; causa obscurus abiecto conueniente ordine est effectus. Nos autem
C dictiones ipsius secuti, reducamus vnãquanq; ad ea, quæ ante dicta sunt, capita: atq; in primis diligentia adhibita præsentem exponamus dictionem. Quare me † latius explicantem} Hippocratis dictionem, simul q; & verba aliqua gratia perspicuitatis adiicientem audito. Quicunque igitẽ ægrotantes ptisana in his morbis vtuntur (dicam autem paulopost, qui nam ea vtãtur) iis quidẽ nulla die vasa inaniri (vt ita dicam) permittendũ, nisi desistere debeat vel propter medicamentũ, vel propter clysterẽ. His ergo si bis dederis, cum opus habuerint, bene facies, atq; quantũ corporis tolerat virtus. Explicabo autẽ tibi scopos, quibus attentus vel per ventrem vel per venas ipsos euacuabis, aut fotibus cataplasmatis'ue vteris. Hęc si ita prędixisset, deinde vnũquodq; ipsorũ seriatim resumens conuenienti exposuisset ordine, nõ obscurus fuisset sermo ipsius. Nunc autem, quod interrepit, interlabitur q;, semper † ad finem vsq;} persequi cupiens, vbi sermonem diutius suspensum esse permisit, iure obscurum fecit. Vera aũt me loqui deprehendes, si dictiones singulas oẽs claras manifestas q; inueneris: orationem vero totam incompositam, & ob id obscuram.

† παραστράζοντα

† τελέως

20 *Proinde, qui bis die cibari consueuerunt, bis ptissanam dare oportet: qui semel, semel quidem † primo die} detur: deinde ἐκ προσαγωγῆς, id est sensim paulatim que, si fieri potest, bis quoque detur, † si quid putes adiiciendum.*

† τὴν πρώτην, i. primo. & ita in commento.

D Bis cibandos ipsos inquit, qui bis cibari consueuerũt: cum vero necessitas fuerit eis, qui semel cibari consueuerunt, bis assumendi cibum, ptissanam bis dabis, ab ipso quidem semel incipiens, sed paulatim ad bis ipsum procedẽs: nempe ἐκ προσαγωγῆς, id est sensim, id declarat. Fit que res hoc pacto. Semel quidem dabis, quod satis sit: sed minimum sit, quod secundo exhibeas. deinde paulatim augebis: id'que efficies, donec ambas ęquari alimonias continget. Sed non dũ sermonis huius fides huic patet, qui librum hunc Hippocratis legit, ꝙ neque ab ipso est præmonstratũ, qui nam sint, qui commode ptissana vtantur. Verum, cum paulo superius, eos qui mediocriter ægrotant, ab ipso ita cibari, prædixerim, paulo post & Hippocratem ipsum velle id demõstrabo. Atque hæc tibi sit præsentis huius dictionis expositio. Sunt autem plerique, qui dictionem hoc scribant pacto: Qui semel cibari consueuerunt, semel quidem prima die dandum sensim paulatim'que: quod si fieri potest, bis quoque detur, si quid adiiciendum putes. Sed mente caret dictio hæc. Nam, quod prima detur die sensim paulatim'que, fieri non potest: cum sensim ipsum pluribus ingestionibus fieri natum sit: non semel neque statim in prima.

† si putes oportere. & ita in commento.

21 *Verum inter initia neque multam, neque crassam admodum, dare oportet: sed quantum & ob consuetudinem, & ne multa vasorum inanitio fiat, ingerere conuenit.*

Qui

Qui Hippocratem replere ęgrotantes asserunt, ꝙ his, qui citra periculum agunt, bis quotidie ptissanam dare iubeat, si, quod in dictione retulit, cōsiderarent, se ipsos cōdemnarent. Tantum siquidem sorbitionis dari præcipit, quantum alimonię corpori & ob consuetudinē & vt non multa fiat vacuatio, administrari conuenit. Si igitur ptissanæ oxybaphum, {id est cotulæ quartam partem} quæ quotidie ad septimam vsq; vel nonam diē exhibetur, minoris esse facultatis, quàm id, quo alunt, nutrimentum, fatebuntur, mea sententia à nugis se se cohibebunt. Sed paulopost id declarabo. Atq; in pręsentia verbū hoc /inter initia/ quod Græci dicūt κατ' ἀρχὰς, exponam. Neq; enim morbi principium id significat: sed ex eo generalius adhuc audi significatum. Nempe, cū ægrotans primum ptissana egere videbitur, tunc protinus neq; multam, neq; admodum crassam dato: a multa siquidē & subita tum repletione, tum vacuatione, semper abstinuit Hippocrates. E

22 *Verum dandæ sorbitionis quantitas augenda hoc obseruabitur pacto. Nempe, si morbus siccior, quàm vt quispiam existimet, fuerit, non multum dare oportet: sed ante sorbitionem, vel mulsam vel vinum, vtrum magis congruat, propinare conuenit: quod autem modus singulis congruat, dicetur*

Morbus siccior variis dignoscitur modis, quanquam vniuersalem communem ꝗ; rationē habeant candem, Peripneumonia quidem, & pleuritis, atq; omnino, qui tum pulmonem, tum asperam arteriam infestāt, morbi, cum nihil ab affectis expuitur partibus: Iecinôris vero, vel mesaręi, vel ventris, vel ieiuni, vel intestinorū, vel lienis, vbi aluus prorsus cohibita sit, aut pro necessitate excernat tum sicca, tum dura, & caprarum stercori similia excrementa. Morbi sicci tum arteriarū tum venarum dignoscuntur linguæ siccitate, & ea, quæ † totū corpus} occupat, ariditate. Phlegmonæ pari modo fiunt siccæ in iis, quæ tum foris tum conspicue apparent, vlceribus, vbi scilicet nulla ex ipsis sanies effluat. Sępius & in oculis phlegmonę etiam siccæ oriuntur nihil excernentes. Cerebri pręterea ægritudines, quæ neque per nares neque per palatum expurgātur, iure optimo siccæ dicuntur. Et sanè superfluitatum nihil excernere, siccorum omnium morborum notam esse non ignoras. Non immerito igitur Hippocrates humectantium aliquid ante ptissanam assumi iubet: vt vel aquam mulsam, vel vinum, tanquam hæc, quàm aqua, magis humectēt. Sed, quoniam vires ipsorum se se enarraturum pollicetur, ob id & nos eorum, quæ ad aquam est, comparationem, in eam differemus libri partem, quę horum vires edocet. F

† Al. totam cutim.

23 *At, si os madefiat, &, quæ à pulmone expuuntur, talia sint, qualia esse oportet, sorbitionis quantitatem, vt dicam summatim augere conuenit. Nempe, quæ citius magis que madescunt, iudicationis denunciant celeritatem: quæ uero tardius minus que, tardiorem significant iudicationem.* G

A morborum siccorum genere ad eos, qui contrario pugnant, modo cōuersus, deinde memorato citra omnium adiectionem vno, narrationem eius commune omniū eiusdem generis exemplum ratus, non absque causa obscuritatem fecit. Nempe os madescere, & talia à pulmone expui, qualia oportet, morbi non simpliciter sunt humidi notæ, qui omnino in omni sit corporis parte, sed cum cuiuspiam eorum, quæ respirationi subseruiunt, instrumentorū affectione. Ob eam rem, vt dixi, dictio Hippocratis obscurior est reddita. Sed, quod ab eo enunciatur, verum omnino est, ꝙ scilicet, quæ per sputa, qualia esse oportet, excreta expurgantur, celeriter iudicantur. Contraria vero duorum alterum subeunt: nempe aut in pernitiem, aut in longum finiūtur tempus. Ergo, qui probe expurgantur, his ptissanam dare oportet, vt roborata virtus iis, quę per tusses ex pulmone fiunt, humidorum expuitionibus sufficiat. Nempe verba hæc /qualia esse oportet/ coctionis habent notas: de quibus absolute diximus tum in iis quos de crisibus, tum illis quos de temporibus morborum fecimus, commentariis: præterea & in expositione aphorismi illius, vbi Hippocrates, quo'nā oporteat modo ex apparentibus prænotiones facere, ostendens, sermonis exemplum pleuritidem scripsit hoc pacto: ‖ Veluti in pleuriticis si sputum inter initia protinus appareat, morbum breuiat: si vero postea appareat, producit. H

1 Apho. 12. Ex. ord. 5. a

24 *Et hæc quidem per se talia parte plurima existunt. Sed multa quoq; & alia peropportuna, quæ præmonstranda sunt, prætermittuntur, quæ postea dicentur.*

Dixi & ego sermoni huic deesse non pauca, quæ ad distincte definite'que loquendum vtilia existunt: de quibus & ipse agere pollicetur. Sed in præsentia de his solum vult intelligere, quæ dicta sunt: ea si quidem per se talia sunt, qualia ipse percurrit.

25 *Et "quanto copiosior fuerit expurgatio, tanto plus ad iudicationem vsq; dare oportet, sed maxime duos ab iudicatione dies, quibus vtique vel quinto, vel septimo, vel nono fieri debeat morbi iudicatio: quasi dierum tum paritas tum imparitas perpendenda sint. Post hoc autem mane sorbitionem dabis, sero autem ad cibaria tete conferes.*

A. li. 4. f. 2 1. c. 101. fo. 4. h

Κρίσιν, id est iudicationē, nunc dixit vel perfectā morbi solutionem, vel permutationem eam, quæ vsq; adeo insignis sit, vt ęger periculum omne euaserit. Duos autē ab iudicatione iubet adnotari dies, vt & eos, qui diebus tum paribus tum imparibus fiant, accessionum circuitus obseruemus. Contingit siquidem interdum, ut tanquā soluto exacte morbo ægri confidant, cibentur

deinde

A deinde negligentius,& eius, quę per circuitū repetat, accessionis occasionem præbeant. Tutum igitur est,etiam si morbus iam videatur iudicatus,ad duos vsq; dies diligentem victus rationem, qua ęger vsus fuit,seruare. Pręteritis autē ab iudicatione diebus duobus, iam securum est plenius cibare: sic vt neq; mutationē eam,quæ vniuersim subito q; fit,efficiamus: sed mane quidem sorbitionē demus: postea vero progrediente die iā & frumentacea exhibeamus alimenta. Constat igit̃ Hippocratē languentibus ipsis neq; aliud quippiam ante prefinitum tempus nuper dictū dare, neq; panem,sed ptissana oīno contentum. Quod ęgrum replentis non est,sed potius,siquis vitio vertere voluerit,tenuius, q̃ oportet, cibantis. Verum ita cibare neq; tenuius iusto est, neq; plenius,q̃ oportet: sed exuperantiarū exacte est medium,& maxime laudabile. Quòd autē ita cibare sit medium,demonstrat & eorū,qui contraria vitio vertunt,contentio. Quo è numero Thessalus eius q; sequaces, tanq̃ ægros replentē accusant Hippocratem: Erasistratus vero, tanquā fame necantē. Nempe, quæ ab Erasistrato in primo de febribus aduersus Apollonium Dexippum q; Hippocratis discipulos dicūtur,calūniam habent eius,qui per famem fit cruciatus, qui ad Hippocratē magistrū refertur. Sed sanè Erasistrato ignoscendū magis,vtpote qui verisimilia dicat: ceteros vero,qui Hippocratē ęgros replere aiūt,viros Thessalo dignos esse est existimandū: qui neq;
B aliud quippiam scriptorum Hippocratis,neq; quæ de victus ratione proferuntur,nouerunt.

26 *Talia autem magna ex parte prosunt iis,qui protinus tota vtuntur ptissana.*

Siue totam,siue hordeaceā,siue ptissanam simpliciter dixerit, vnū & idem ex tribus his significatur vocabulis, ptissanam vnoquoq; non colatam significante. Nempe si à decoctione quis ipsam colauerit,deinde cremorem separauerit,dederit q;,is neq; tota, neq; hordeacea, neque simpliciter dicta,vti ptissana dicetur,sed solo ptissanę cremore. Rursus autem impræsentia memorabo, qui'nam sint,qui ptissana tota ab initio vti debēt: breuis q; erit memoratio, nisi segniter desidiose q;, quæ prædicta sunt,audieris. Si ergo,quæ expuunt,vtilia fuerint, æger q; neq; medicamento neq; clysteri egere videatur,ptissana hunc cibare iubet. Sed rationem consilij adiecit inquiens.

27 *Dolores siquidem pleuriticorum confestim sponte desinunt, vbi aliquid effatu dignum tum expui tum expurgari cœperit. Nempe & purgationes longe perfectiores existūt, minus q; purulenti ita fiunt, quàm siquis aliter cibaret. Præterea indicationes simpliciores faciliores q;, & minus reuersoriæ.*

i 3. f.10.t.5. Probe autem hæc" oīa à ptissana fiunt,tum q; humectet, mediocriter q; incidat, quæ expui de-
t fol.272.c C bent humida,tum demum q; virtutem roboret. Concurrentibus siquidē vtrisq; ocyus expurgantur,qui respirationis instrumenta infestant humores: quos quidem & humectare & secare potest ptissanę modo aqua mulsa,sed virtuti robur nō addit. Contraria aūt pollent facultate & panis & chondrus: nempe virtutem quidem roborant, sed neq; humectant,neq; secant. Quod neq; alteri cuipiam inest eorum,quæ medici languentibus dare consueuerunt: verbi gratia,ouis,gallorū testiculis,alis,piscibus,iuuenibus columbis,& quæcunq; id genus sunt. Quare,qui lenticulam ex aceto confectam pleuritico morbo iam declinato,vt nihil aliud,q̃ coctorū expuitionem desideraret,exhibuit,is non immerito languenti ipsi, qui sequenti nocte suffocatus est, mortis causa fuisse est visus. Verum lenticulam nemo,qui mentis compos fuerit,dederit. Quòd si æger aquam mulsam ptissanam q; fastidierit,pisces saxatiles sunt maxime idonei, ex aqua scilicet & porro, & anetho,& sale,& modico oleo parati: atque ex non saxatilibus aselli. Sed antea oxymeli propinare oportet: neq; enim id stomacho aduersatur,nisi affectis in languente neruis,& in muliere, vtero. Quòd si oxymelitis loco medicamentum aliud dare volueris, dabis eam, quæ ex marrubio & iride fit,confectionem. Nempe hæc etiam,si per se cum mulsa bibatur, maturat probe, quæ tum in thorace tum in pulmone sunt superflua,atque ad expuitiones præparat.

D

28 *Ptissanam autem ex optimo confectam esse hordeo oportet, atque quàm probissime coctam, & maxime si non solo vti debeas cremore.*

Probatissimum hordeum prius,q̃ experiaris,ex eo solum, q; & plenū sit, & nihil rugosum in se habeat,iudicabitur. Sed experientia iudicatum per decoctionē deprehendetur, vbi scilicet plurimū intumescat: & succū faciat plurimum: quod stabile ratū q; virtutis ipsius est argumētū: nempe,quod à plenitudine sumitur,id scientificū non est, neq; perpetuo verum, quanquā magna ex parte insigne egregium q;. Ptissanam aūt perpetuo optimā esse iubet: sed maxime si non solo vti cremore velimus,verū & ipsa tota. Quare autē id præcipiat,manifeste declarauit,cum inquit.

29 *Nam præter reliquas ptissanæ virtutes lubricitas eius,ne hordeum,cum deuoratur, noxam inferat, efficit: neque enim adhæret,neque in recto thoracis manet tramite, (ἴξιν eum uocant.)*

Hippocratem ἴξιν magna ex parte quidem εὐθυωρίαν, id est rectum tramitem: interdum autē & φορὰν, id est lationem,dicere nō ignoramus. Quòd autem ptissanæ haustæ per thoracem tum rectum iter tum latio ad ventrem vsq;,per stomachum fiat,liquido constat omnibus, vult q; Hippocrates in ea re nihil ipsi adhærere. Nempe, cū multa in thoracis pulmonis'que affectionibus

existit caliditas, quod adhæret, arescit q; atq; adeo pertinaciter obstruit, vt vix absolui possit, id ciborum fastidium quoddam & sitim facit. E

30 *Lubricissima autem est, & ab inferenda siti maxime aliena, facillime concoquitur, & infirmissima existit, si optime cocta fuerit: quibus omnibus est opus.*

Ptissanam probe coctam non lubricissimam modo, maxime q; ab inferenda siti alienam, & facillimæ cõcoctionis esse astruxit, sed tandẽ infirmissimã esse adiecit. Ac quod quidẽ maxime lubrica sit, si probe cocta fuerit, iã antea est enunciatũ. Sed, ꝙ ab inferẽda siti maxime aliena sit, hic ꝓpter hordei naturam continuo adijcitur: est aũt hordeum temperamẽto frigidum. Verum, quónam pacto substãtiam ipsam tũ frigidam tum calidã iudicare oporteat, inter aïantia quidem in libris de temperamentis diximus: inter ea vero, quę anima carent, in iis, quos de simpliciũ medicamentorũ viribus fecimus, cõmentarijs. Immo & facillimę ait esse concoctionis ptissanã huiusmodi, vtpote quę dissoluta sit, neq; quippiam habeat, quod & durũ sit, & difficulter cõfici possit: atq; flatus expertem iam propter longam cocturam effectam esse. Quod vero in dictionis fine dixit, ptissanam ita coctam, infirmissimam nominans, si nihil de probissima ipsius concoctione prædixisset, promptum esset sermonem Hippocratis ad eam, quæ in ventre fit, confectionem referendum affirmare: quasi infirmissimam dixisset, quæ in ventre & facillime vincatur, & conficiatur, & permutetur. Sed, quoniam id prædixit, infirmitatem illam intelligere oportet, ꝙ vel paucam præstet corpori alimoniam, vel nullam habeat qualitatem vehementem vt vel neruos vel mentem feriat, quo modo acetum vinum q;. F

† *Nisi igitur quis contulerit, quãtũ op⁹ est, ut sufficiẽs sit eiusmodi sorbitionis ptissanæ modus, crebrius &c. De exhibendi enim ratione, non de apparatu, intelligenda eẽ hæc verba, ex sequentibus innotescit.*

31 † *Nisi igitur quis, quãtũ deest, cõtulerit, ut ptissanæ sorbitio sufficiẽter paretur, crebrius sanè detrimẽtum afferet.*

Docere incipit hoc in loco, quę paulo ante se dicturũ promisit, cum dixit / multa quoq; alia peropportuna, quæ præmonstranda sunt, prætermittunt, quæ postea dicent /. Quod autem verbum τιμωρῆσαι, i. cõferre, tum apud antiquos, tum apud Hippocratem ipsum sæpius pro βοηθῆσαι, i. auxiliari dictũ sit, demonstratũ & in alijs libris per eas, quas in ipsos confecimus, enarrationes.

32 *Quibus enim cibus statim inclusus, siquis nõ subuacuato eo sorbitionem dederit, dolorem, si adest, adaugebit: si nõ adest, protinus inducet, frequentior q; reddetur spiritus: quod malum est. Nempe pulmonem exiccat fatigat q; tum hypochondrium, tum ventrem imum, tum septum transuersum.*

Cibũ (græce σῖτον) dixit, quod ab edulijs (hoc est ἀπὸ τῶν σιτίων) ĩ intestinis ipsis cõtinet excremẽtũ: quod Græci & σκύβαλον & κόπρον appellãt. Si igit inclufo eo, id est ex multo tpe haudquaquã eiecto, ptissanam quis propinauerit, lateri offensam fieri est necesse propter intestinorũ oppilationẽ, quã ex collecto in ipsis stercore flatu q; propter oblatã ptissanã haudquaquã pertranseunte, & demũ ob prauam, q̃ ad affectã partẽ fit, distributionẽ, nacta sunt. Quo fit, vt exhausta ptissana, necessario dolorem, si lenitus fuerit, adaugeat: &, si conquieuerit, generet. Nempe vapores, flatuosi q; spiritus, et exhalationes scybalorũ, cũ ad latus perueniũt, dolorẽ ipsi pariũt, adaugẽt que: ob eas causas & frequentior fiet respiratio. Vocauit autem totam respirationem spiritũ & in prognostico, & in libris populariter vagantiũ morborũ. Densata aũt frequẽs que reddita respiratio, respiratorijs in organis assiduũ ob motũ caliditatẽ efficit maiorẽ, qua siccantur tum pulmo, tum septũ transuersum: siccantur que vnà & calfiunt eæ, quæ tum in hypochondrio tũ in peritonæo existunt aïalis partes: omnes siqdem in respirationibus vnà cũ thorace mouent. Quod aũt principio dictionis dr, Quibus.n. cibus statim inclusus, vocẽ hãc / statim / ordine hẽt cõmutato: quę si suã peculiarem que acceperit cõcinnitatẽ cõpõnem que, dictio ita habebit: Nisi pręfato ptissanaceæ sorbitionis modo suppetias tulerimus, frequentius orietur læsio: statim siquidem, quibus cibus inclusus est, nisi quis prius: subuacuato eo sorbitionem ita dederit, maximã afferet offensam. G H

A.lib.4.f. 2 c.9.fo.421

33 *Præterea, si lateris dolor assiduus est, calidis q; fomentis non remittitur, sputũ q; nõ procedit, sed καταγλισχραινόμενον ἀσαπέως, id est summe citra coctibilitatem glutinosum sit, nisi quis dolorem vel alui emollitione, vel secta vena pro vtriusuis exigentia soluerit, ptissanam autem ita affectis dederit, præcipitem aget in mortem.*

Quòd de pleuritide tanquam exemplo agat Hippocrates, memoria non excidat: fieri autem pleuritidem ipsam propter inflammationem eius, quæ costas succingit, membranæ ostendimus. Si igitur, cũ in vigore fuerit inflãmatio, ptissanam quis dederit, ægrum grauiter offendet. Vigẽtis autem inflammationis notæ sunt, dolor assiduus, & ꝙ nullo pacto à calidis fomentis remittatur. Continuò autem & alia adijcitur pleuritidis non magnæ modo, verum & morosæ, nota, ꝙ scilicet sputum abunde glutinosum ab euacuatione arceatur, infarctum affectis partibus & detentum. Nẽpe hoc verbũ καταγλισχραίνεσθαι plus aliquid indicat, dictione maximam significante glutinositatem, facta præpositionis huius κατὰ adiectione. Satis igitur fuerit ex ipsius additamento, quod ita glutinosum sit, ab eo, quod concoquitur, distinxisse. Nẽpe, quod concoquitur, mediocriter glutinosum existit, non tamen καταγλισχραίνεται, i. neq; extreme neq; summe id habet. Et, ne quis in ea re falleretur, continuo Hippocrates verbo huic καταγλισχραινόμενον

aduerbium

A aduerbiũ hoc ἀσαπῶς adſcripſit, quod idẽ cum ἀπέπτως, id eſt incoctibiliter ſignificat. Nẽpe καταγλισχραινόμενον ἀπέπτως, id eſt citra coctibilitatem glutinoſum, malum eſt. Ægro aũt ita affecto ſiquis ptiſſanam dederit, priuſq; dolorẽ vel ſecta vena vel ventris euacuatione ſoluerit, hominem perimet. Nempe in præſenti & tali pleuritide, poſtea q̃ à calidis fomentis non remiſſum eſſe dolorem dixit, ſtatim duo alia habet aduerſus dolorem remedia, ſanguinis miſſionẽ ſcilicet & purgationẽ. Nempe eorum, quę ex opio, hyoſcyamo, & mandragora conficiuntur, medicamẽtorum vſus doloroſam pleuritidis affectionẽ non ſanat, ſed ſenſum tollit enecat q́ʒ. Nunc ergo ſectionis venæ meminit ſimpliciter & purgationis. Sed deinceps ſuper vtriuſqʒ vſu diſtinguetur.

34 *Ob has igitur προφάσιας i. cauſas, atq; ob alias ſimiles adhuc magis, qui tota vtuntur ptiſſana, ſeptimo die uel celerius moriuntur: alij quidem mente læſi, alij vero ob orthopnœam ſtertorem q; præfocati.*

Quòd ſæpius appellet cauſas προφάσεις, demonſtratum quidẽ in iis, quas in alios libros parauimus, enarrationibus. Sed, quas' nam alias præter dictas vnà celeriorẽ inferre mortem dicat, adijcere ſermoni oportet. Nunc ſiquidẽ ſumptionẽ ptiſſanæ, prius q̃ ſoluat̃ dolor, recenſuit, ſputi q́ʒ ob frequentẽ reſpirationem glutinoſitatem, ob quam & ſuffocant̃. Sed lędi quoqʒ aſſerit, ſi prius B (vt ſuppoſuit) quàm vacuati ſint, vinum ſumpſerint, aquam item mulſam & oxymeli. Nempe de alijs omnibus neque idiotis ipſis non conſtat. Non abs re igitur ait alios mente læſos mori. Id enim contingere natum eſt, ſi vinum vinoſa q́ʒ intempeſtiue ſumpſerint.

35 *Non perperam autem hos antiqui ſideratos eſſe exiſtimauerunt, tum maxime ob id: tum non minime, quòd mortuis latus liuidum plagæ ſimile videretur.*

Veteres talis prehendit opinio tum propter necis celeritatem, tum ꝙ non nullorum latus affectum liuore videretur, vbi ſcilicet inflammationis erat radix. Sanguine etenim in latus ob dolorem perueniẽte, quicquid in cute diuiſum ſolutum q́ʒ eſt, id in morte refrigeratum nigrorem cõtraxit, ſimiliter illis, qui ita ex plaga affecti ſunt.

36 *Rei huius cauſa eſt, quoniam prius, quàm dolor ſoluatur, pereunt. Celeres ſiquidem fiunt reſpirationes.*

Quòd autem hoc reſpirent pacto, deinceps ipſe oſtendit, inquiens,

37 *A multo autem frequẽti q; ſpiritu, vt iam dictum eſt, ſumme tum viſcoſum, tum incoctum, effectum ſputum, C fieri egreſſum prohibet.*

Quod prius ἀσαπὲς dixit, nunc ἄπεπτον, ideſt incoctum, dicit: fidem q́ʒ facit ꝙ & probe tunc vocis tranſpoſitionem fecimus.

38 *Nempe & ſputum, quod intus retinetur, prohibet ſpiritus ad interna lationem, cogit q; ipſum celeriter egredi.*

Nõ oĩs ſpũs in hmõi affectionibus ad interna ferri ꝓhibet̃. Nẽpe, ſi id fieret, hoĩem ꝓtinus mori eẽt neceſſe, nõ ſecus, q̃ iis accidit, q ſtrãgulant̃. Verũ, quod vſui reſpiratiõis cõferat, itro ferri ꝓhibet̃: quapropter ad tempus aliquod ſufficiunt, ſed tractu tp̃is aucta indigentia moriuntur.

39 *Et ita aduerſus malum ſibi inuicem opitulantur. Nempe retentum ſputum frequentem ſpiritum reddit: qui frequens effectus ſputum agglutinat, atq; expui prohibet.*

Quòd verbo hoc τιμωρεῖν pro opitulari tũ antiqui alij, tum Hippocrates vſi ſint ſæpius, ante dictũ eſt: & nũc ſanè συντιμωρεῖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κακὸν dixit ꝓ συμπράττειν καὶ λισυτελεῖν, id eſt opitulari & prodeſſe. Atqʒ, quo' nam modo ſibi inuicem opitulent̃ proſint q́ʒ, perſpicue quidem ipſe oſtẽdit, ſed & à nobis dicetur. Sputum in bronchijs pulmonis tenaciter adhęrens, tranſitui .l 3.f.10.t.4. 1.fol.268.c D ſpiritus anguſtiam parit: atqʒ ob eam anguſtiam minus ægri inſpirant. Quo autem minus inſpirant, eo magis inexpletam reddunt reſpirationis neceſſitatem: atque ob id citius à priore inſpiratione ad ſecundam properant: quod frequentem ſpiritum vocant.

40 *Prehendunt autem hæc, non ſolum ſi ptiſſana intempeſtiue vtantur, verum & multo magis ſi quippiam aliud, quod ptiſſana deterius ſit, vel ederint vel biberint.*

Iam rei huius paulo ante mentio habita eſt, quando dixit, Ob has igitur cauſas, atqʒ ob alias ſimiles magis. Immo eo in loco de vino, aqua mulſa, & oxymelite mentionem fecimus: hic autem & alia intelligere eſt opus, quæ ita affectis non aliter pleriqʒ medici exhibent: quæ etiam, q̃ aqua mulſa, vinum, & oxymeli, nocent magis.

41 *Bene igitur vt plurimum ſimilia ſunt auxilia tum ijs, qui tota vtuntur ptiſſana, tum ijs, qui cremore ipſius: verum, qui neutro horum, ſed potione ſola vtuntur, his interdum diuerſimode auxiliandum eſt.*

Auxilia, inquit, ſimilia ſunt & ijs, qui ptiſſana, & ijs, qui cremore ipſius vtũtur. Sed, qui potione duntaxat vtũtur, his interdum diuerſimode opitulari oportet. Sed, qualis' nam ſit huiuſmodi diuerſitas, in ſequentibus perdocet.

42 *Verum omnia hæc ad hunc modum facere oportet. Si nuper pasto cuipiam, & alui oneribus non dum expurgato, febris vel cum dolore vel sine dolore inceperit, à sorbitione tantisper est temperandum, donec cibum ad infernam intestini partem descendisse coniectum fuerit.* E

Sermonem lacerum frustatim'que fectũ, neq; continenter & conuenienti digestum ordine, fecisse se se deprehẽdit Hippocrates: quapropter resumens ipsum, ad accõmodum perducit principium. Hoc autẽ ideo ipsi accidit, q quæstionem super medicorum controuersia soluere conatus, in ea solutione de rationibus curatoriis mentionẽ fecit: qui sanè re intellecta atq; his quidẽ permutatis, sermonẽ ab initio aliter percurrere debuit. Nempe & ita mihi aliqñ fœlicius contingere est visum, vtpote qui iis, quæ ante scripta fuerant, permutatis, alio de ipsis scripserim modo. Sed, quó nam pacto & quæstionẽ ab ipso propositã soluere, & sermoni ordinem dare debuit, iis exponã ego, qui talia interpretari exponi'que desiderãt, viam'q; dilucidabo. Iam ergo animũ cõuerte, sermonem ab initio auditurus. Quare contingit, vt interdum præstantes medici de curatione dissideant? q scilicet in non nullis expertũ, conuenire oĩbus putauerunt. Sic sanè & in victus rõne in morbis acutis fuerunt cõtrouersi, alij quidẽ ægros ad iudicationem vsq; ptissanæ cremore seruantes, alij ptissanã ipsam exhibentes, alij autẽ neutrum horum administrantes: ex parte autẽ verum F quidem dixerunt oẽs, sed ex parte falsi circũuenti q; sunt. Nempe quidam ex eis, qui acute ægrotant, ptissana indigent, alij cremore, alij horũ neutro ad iudicationem vsq;: verum claritatis gratia de acuto morbo vno, tanq̃ exemplo, sermonẽ faciam. Proponatur igitur pleuritidis curatio tradenda. Si languenti non multo ante tpe cibato, neq; vẽtris oneribus expurgato, febris inceperit, sorbitionem huic non dabis, donec, quæ administrata est alimonia penetrans plurimis intestinis, ad vltima vsque eorum peruenisse videbitur. Principium huiusmodi vbi quispiam sermoni fecerit, atq; deinceps oĩa proprio dotauerit ordine, doctrinam in his haudquaquam obscuram pariet.

43 *Vbi autem dolor aliquis vexauerit, oxymeli bibendum dabis: hyeme calidum, æstate frigidum. Quòd si multa sitis fuerit, melicrato vtendum & aqua.*

[a]† Siticuloso existẽte ægro, alioqui oxymeli admodum multũ deuitans, quapropter cõsequenter tum melicrati, tum aquæ mentionem fecit.} Nempe, quantum ad morbum spectat, oxymelite magis est vtendum: verum, si ęger accepto multo oxymelite adhuc sitiuerit, melicratum insuper dare oportet. Quòd si & ab hoc sitiuerit, aqua offerenda est: nempe aqua per se pota culpa nõ caret. Causas vero, ob quas aqua pota culpet, in sequentibus in ea libri parte, quę de virtutibus ip- G sius agit, perdisces. Nunc autẽ, quod præsenti apposuit orationi, considerabimus, qua scilicet pręcipit oxymelite vtendũ hyeme quidẽ calido, ęstate vero frigido. Nẽpe id ad eã, quæ in acutis morbis [b]† magno est adiumento,} nos hortat̃ gelidæ aquæ potionẽ: quam oĩno prætermisisse videt̃ Hippocrates, atq; ob eã rem à quopiã culpari posset: res etenim doceri, nõ negligenter incuriose'q; narrari debuit. Quam ergo opinionẽ habuit de aquæ frigidæ potione, ex hoc sermone intelligi potest. Nempe, si Hippocrates sitientibus oxymeli frigidum aliqñ exhibeat, q & aquã daturus sit, est manifestũ. Quamuis siquidẽ non prorsus de frigidæ potione id præceperit, verumtamẽ dogmata sequit̃ ipsius: vtpote qui febrẽ ex natiuo calore ignescente suscitari existimet, atq; cõtraria contrariorũ esse remedia. Cum aũt ignis (gręce πῦρ) tũ calidus, tum siccus sit, atq; ob id ẽt febris (gręce πυρετός,) sanè aqua febris naturæ aduersissima est, corpus tum refrigerãs, tum humectans. Et sanè ab ea, si tẽpestiue detur, febres protinus extingui videntur. Dictũ sanè abũde in libris methodi medendi: sed & nunc rei summa dicet̃. Cũ ergo febris fuerit, cõstante virtute, tunc non solũ non offendes dans frigidam, verũ & iuuabis abunde. Potio aũt frigidæ huiusmodi tanta sit, quantũ frigidæ aquæ æger [c] inspirãndo haurire possit. Oxymelitis vero exiguum datur, neq; singulis oblationibus [d]† plus dimidio:} in hoc ergo exhibitionis scopus est dissimilis. Nempe ad H febris extinctionẽ frigida affatim atq; ad laborantis vsque satietatẽ bibitur: quæ enim ita bibitur aqua, sanationis gratia bibitur. Oxymeli vero ęstate dat̃ frigidum, ne laborantis adaugeat sitim: immo vt aduersus etiã contrarium conferre possit. Ob eas etiã causas frigidum oxymeli ante morbi coctionẽ dari iubet: quasi frigidam aquã ad satietatem vsque in eiusmodi affectione dare ęstate haudquaquam debeamus. Densat siquidem inflammationẽ, si ex ea febrierint, crudos'que refrigeratione [e] rẽddit humores, vbi ex ipsis morbum contraxerint: [f]† sed ab oxymelite reducuntur, q secandi vim habeat. Nempe quod secat penetrat'que, id spissanti cogẽti'que corpora est contrariũ.

44 *Postea, si dolor quispiam vel periculum comparuerit, sorbitionem dare oportet neque multam neque crassam: sed post septimam {vel nonam,} si validus sit.*

Qui Hippocratem ægros ἐμπιπλᾶν, id est replere dixerunt, (ita enim verbo sunt vsi) dictionem hanc prætermittere mihi videntur: vt, qui fame necare ipsum dicunt, solam hanc legisse apparent. Quòd si vtrique animaduertissent, eorum'que, quæ ab ipso bene enarrata sunt, meminissent, quó nam scilicet pacto naturæ inter se valde differant, forsan eos contraria Hippocrati imponere puduisset, & potissimum si reliqua animo volutassent, quæ ipse demonstrauit, regiones

à regionibus

A† *Antiqua tralatio hoc in loco hẽt, Non est vsus eius ĩ hydromelle in eo, qui ex infirmis hẽt sitim, vt non abscindat sitim ei⁹, sed vt faciat eum cauere ab vsu secaniabĩ plus: propter hanc ergo causam dixit aquã, postquam dixerat hydromel.*

B* ἀγονιςικῶς γινομένην. vide ĩ lib. đ marcore ca. 8

C* ἀναπνευσὶ.

D† al. oxybaphũ. Antiqua tralatio habet, plus vnciis quatuor & semis.

E* Al. φυλάξει, i seruat.

F† Hæc addi debent ex antiqs cod. gręcis. Sed tũc oxymelitis parum damus, tanq̃ in vẽtriculo prius sit euasurũ tepidũ, q̃ eius frigiditas ad costã vsq; distribuatur. q si qđ exiguũ fuerit ẽt distributũ, illud ab ipso oxymelite corrigetur, vt qđ secãdi vim &c. & ita vetus tralatio.

A à regionibus magnopere differre ostẽdens, & anni tempora ab anni temporibus, & ętates ab ętatibus, & consuetudines à consuetudinibus, & proprios peculiares q; languẽti vnicuiq; ante morbum victus. Si ergo in omnibus, quæ dicta sunt, contrario habentes modo inter se comparaueris, maximas in victus ratione comperies differentias. Quas vbi è regione inter se ordinaueris, iã & hoc pacto, quàm multas consistere in medio exacte videbis. Sed de huiusmodi differentiis dictum quidem absolute in libris methodi medendi, dicetur quoque & nunc rei summa. Statue igitur quempiam natura siccum quidem corporis habitu, superficie autem densum, latis venis, virtute uitali valida, cibis q; non multis assuetum, ægrotare hyeme non admodum frigida, in loco tali, atq;, prius quàm ægrotaret, ocio deditum, insatiabiliter'que † ciborum varietate abusum: pręterea & os ventris validum sit, quod & stomachum quidam appellant. Sit autem & alter contrario affectus modo, humidus quidẽ & mollis, & virtute vitali imbecilla, & qui plures cibos ingerere consueuit: ægrotet q; æstatis tempore æstuoso, regione huiusmodi: statuamus q; hominẽ, antequam ægrotaret, tum curis, tum assiduis necessitatibus fatigatum, pauca præter consuetudinem edisse, & oleracea, & quæ haudquaquam nutriunt: ventris item os non validum, sed natura imbecillum habere: atque his ita habentibus vterque eodem, si volueris, morbo infestetur, ea scilicet, quam Hippocrates veluti exemplum hoc in loco cõstituit, pleuritide. An'ne vna tibi victus ratio in vtroq; definiẽda videtur? An posterior à prima die alẽdus: prior vero potu solo ad septimam vsque gubernãdus, vbi morbum nõ longius protracturum se se speraueris? Ego sanè, qui longa experientia vtrunq; probauerim, optimam ita fore victus formam assero. Nam, si vice versa feceris, priorem scilicet à principio nutrire aggressus, posteriorem vero ad septimum vsque sine cibo seruare volueris, trucidabis sanè ante quartum diem vtrunque: nempe alterum citissime præfocando, alterius vero vires prosternendo. Cęterum adiice, si velis, ætatem vtrique contrariã, priorem quadragenarium cõstituens, posteriorem puerum: nam hoc pacto citius adhuc ad mortem vterq; properabit. Sed sanè omnia hæc, quæ nunc dicta sunt, ad vnum reducuntur scopum, qui vno verbo ab Hippocrate est declaratus. Quid enim ait? Sorbitionem dare oportet post septimam, si validus fuerit. Verbum siquidem vnum est: sed ex omnibus, quæ nuper dicta sunt, inuenitur. † Si enim validus ad septimum vsque diem fuerit, oxymel & melicratum & aquam dare satis erit: per quæ, vt dixi, omnia tum liberabitur tum sanabitur. Quasi sanè ex ipsis alia quidẽ præsto sint, alia vero non, quorum vires si vice versa comparaueris, quot diebus sufficere ex tali victus specie ęger possit, deprehendes. Verum hęc nostris in tractationibus demõstrata sunt, quas C si legisti, memorię mandes, oportet: si non legisti, in eas te prius transfer, si sententiæ Hippocratis veritatem cognoscere volueris. Omnia siquidem in operibus omnibus dicta sunt à nobis, qui verissima Hippocratis dogmata sequimur. Sed, cum fieri non possit, vt homo vnus conuenientem methodum & singularia, quæ in ea sunt, omnia doceat, neque ideo ab Hippocrate singularia omnia auditurum te existimaueris. At potius culpa eos, qui, cum ea, quæ ab Hippocrate bene præcepta sunt, elaborare & conficere deberent, laudis appetentia ducti sectam aliam constituunt. Verum nos, qui veritatem honoramus, laudamus Hippocratem cum in cęteris omnibus, tum quod in vnoquoque opere proprium scopum ita docuerit, vt huic attentus omnino quispiam definitam certam'que inuentionis auxiliorum habeat viam. Sic sanè & cibandi scopum vnum communem prorsus tum sanis tum languentibus esse demonstrauimus. Is autem facultatis vitalis custodia est, quam nunc manifeste explicuit, cum dixit /si validus fuerit/. Ob eandem sanè facultatem sani edimus, & bibimus, alia'que omnia vitæ munia exequimur: propter hanc eandem & ęgrotãtes ad cibos potus q; procedimus. Nempe morbus suæ affectionis indicat auxilia, phlebotomiã videlicet, clysma, cataplasma, purgationem, oxymeli, aquam mulsam, atq; aliorum vnũquodque: virtutis vero custodia solam indicat alimoniam. Si igitur morbosam affectionem D nullo pacto offenderet alimonia, nos virtuti soli attendentes ęgros, vt sanos, aleremus: sed, quoniam sępius noxam, vti ostendimus, affert, ob id morbi affectionem, non tanquam cibi indicatricem, sed tanquam prohibitricem contemplamur. Vbi ergo non prohibuerit, facultas q; præceperit, tunc nutrimus. Nunquã enim cibus morbosam affectionem sua ratione iuuabit. Id sanè dixi, quoniam sæpius materia vna vim tum cibi tum medicamenti obtinet, vt ptissana. Nempe, quòd virtutem roboret, id ea efficere tanquam alimentum nata est: sed, quoniam & secat & humectat, quæ expui oportet, ideo medicamenti obtinet rationem. Chondrus ergo pleuritico cibus tantum existit: oxymeli vero medicamentum. Sed vtrorumque facultatem ptissana obtinet, vsum q; languentibus ipsis exhibet: sed ingeritur viriũ quidem conseruandarum gratia, tanquam alimentũ: vt vero soluatur morbus, tanquam medicamentum. Cum igitur virtus ad morbi vsque iudicationem sine ptissanæ sorbitione suffecerit, oxymeli & aqua mulsa satis sunt, oxymeli quidem vim medicamẽti solam habens, aqua "mulsa vero cibi pauci & imbecilli. Si igitur iudicationem septima die citius futuram speraueris, vt verbi gratia circa quartam vel quintam, ægros sanè multos sufficere citra ptissanæ sorbitionem posse comperies: quòd si ad septimam vsq; protrahatur, paucos omnino: sunt'que, qui & virtutem habent valentem, corporis q; habitum tum durum, tum ęgre transpirabilem, succos q; vel crassos vel viscosos, atque si ambiens aer calidus

† In A.C. Grę. legitur, πολυτρόφοις ἐδέσμασι, idest cibis multi nutrimenti.

† Ex antiquis græcis cod. & tralatione veteri ita legi pōt. Si.n. valeat ad septimam vsq; perdurare, dięta vtẽs ex oxymelite, & melicrato, & aqua, ex iis omnib⁹, quæ dixi, inueniri ac cognosci poterit: quoniã, si alia quidẽ præsto sint, alia vero absint, vires pręsentiũ cum absentiũ viribus comparãdo, quot diebus &c.

"Lib 4. f. r. t. 1. 8. fol. 419. g

calidus nõ fuerit. Nempe, si nihil è nostro efflueret corpore, alimento opus non esset: sed, quoniã E effluit, ideo huius proportione cibi quantitatẽ definimus. Quibus igitur per cuticulares meatus parum exhalat, fieri potest, vt his summam consulamus inediam, & magis, vbi virtutem ab initio validam habuerint: quasi velociter laboret, quæ imbecilla, veluti senũ, fuerit, & si corpus parum exhalauerit. Quapropter & paulo ante quadragenarij meminimus, & non septuagenarij.

45 *At, "si nuper cibato cibus prior non descenderit, virtus quę ualida fuerit, & floruerit ætas, subducere oportet: si vero virtus imbecilla fuerit, glande est vtendum, nisi aluus sua sponte probe deiecerit.* A.li.4.f.r.t c.8.fo.419.f

Rursus & hoc in loco remediorum indicationem ab affectu corporis accepit, simul'que virtutem considerauit, neque tanquam remediorum vsum aliquando indicantem, sed tanquam contrario indicantem modo, interdum autem & prohibentem. Non enim, quod æger valida sit virtute, ob id clysmate est opus, sed clysmatis indicatio ex ventris desumitur affectu. Si vero virtus valida fuerit, vacuationi non reclamat: quæ, si imbecilla est, vacuationem ipsam inhibet. Sed rursus ad Hippocratis consuetudinem cõuerte animum, qui in talibus aliquãdo de sola virtute mentionem facit, sicut in ante dicta videre est dictione, interdum autem adiicit ætatem. Præcipuus siquidem est virtutis scopus: sed ad notitiam eius confert etiam ætatis cognitio, cito quidem in pueris laborante propter copiam effluuij virtute, in ætate vero florentibus abunde sufficiente. F Cęterum, quo modo in pueris corporis substantia tum mollis tum humida præcipua exolutionis virium causa efficitur, sic & in regionibus & anni temporibus res habet: nempe horum caliditas velociter confestim'que virtutem vacuationis quantitate soluit. Iure igitur Hippocrates ex virtute interdum sola distinctionum huiusmodi doctrinam efficit: interdum & quippiam ex aliis adiicit, vnà cum ipsis & cętera commemorans.

46 *Tempus autem dandæ sorbitionis tum per initia, tum per omnem morbi decursum, hoc maxime seruare oportet. Nam, si pedes frigidi fuerint, non à sorbitione modo, verum quoque & maxime à potu temperandum: at, cum caliditas ad pedes descenderit, tunc dare expedit. Sanè tempus valere admodum putandum cum in morbis omnibus, tum præcipue in acutis, & potissimum quibus febris vehementior suberit, periculum'que summum.*

Quo modo dixi vnum quidem esse alimoniæ scopum custodiam virtutis, necessario autem simul morbi affectionem contemplandam esse, ita cibi offerendi tempus ex morbo non prohibente inuenitur. Quãtum siquidem ex primo virtutis scopo est, interdum & per accessionum initia alimoniæ existit necessita: sicuti & in sanis, vbi primum in naturalibus euacuationibus quis eò G deuenerit, vt propè laborare incipiat, refocillatione est sibi opus. Sed, quoniam in accessionum tum principiis tum incrementis ingesta alimonia lædere admodũ nata sit, ob id differimus ipsius exhibitionem, quanquam corpus ipsum iam iam indigere videatur. Quod'nam igitur optimũ languentibus ipsis dandæ alimoniæ tempus? Sanè, cum moderatissime habuerint tum thorax tum venter: deterrimum vero, cum ea deterrime habuerint. Deterrime autem habent in accessionum principiis: moderatissime vero in declinationibus. Constat igitur optimum cibi ministrandi tempus in ęgrotãtium declinationibus esse. Accessionis autem principium fit calore omni toto ex corpore ad cor thoracem'que concurrente: Incrementum, cum paulatim ad extremas corporis partes sese expandit: Status, cum ex æquo corpus totum occupat. Verum "declinatio cõtrarium principio modum habet, perspirante scilicet caliditate atque medium corporis relinquente, quod vno ostendit verbo inquiens, Cum ad pedes calor descenderit. Neque enim idem est calidos ex frigidis fieri pedes, & caliditatem in eos descendere: nam descendere commutationem caliditatis ex alia parte in aliam manifestat. Fieri autem potest vt pedes calfiant manente in corporis medio caliditate, quod in vigore ipso contingit. A.lib.4.f.r. c.3.fol.411

47 *In primis autem & maxime cremore, deinde ptissana vteris, præscriptis coniecturis diligenter attentus.* H

Posteaquam Hippocrates prædixit, quando potu solo regere ægrotantes oporteat, & quando ptissana, nunc, quando cremore solo, & quando ptissana ipsa vtendum sit, distinguit breui quidem & conspicua distinctione. Nempe ad coniecturas, quas recensuit, animum cõuertens, quis'nam ex languentibus ptissana vti possit, comperies: sic tamen, vt à cremore ipso exorsus ad ipsam sensim paulatim'que te transferas. Dico autem sensim paulatim'que, vt primum quidem solo vtaris cremore: deinde cremoris quidem plus exhibeas, ptissanæ autem exiguum: deinceps æqualiter vtrunque, mox ptissanæ plus, atque tandem eam solam: sciens ptissanam ipsam ad corporis nutrimentum virtutis'que robur exuberare, cremorem autem ad concoctionem confectionem'que facilem esse. Cum igitur morbi conditionem virtutis'que robur vergere ad melius uideris, auge & tu ptissanæ oblationem.

Galeni

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS COMMENTARIVS SECVNDVS

ARGVMENTVM

Exemplo doloris lateris agit de Vi ac Vsu Fomentorum, deinde de Repentina tum in victu, tum in reliquis rebus Mutatione fuse late que pertractat.

1 *Ateris autem dolorem siue is per exordia fiat, siue postea, tentare calidis quidem fomentis primum dissoluere, non abs re existit.*

B Quod à me sępius est enunciatum, ad memoriam & nūc id reuocare est melius. Nempe quòd explanatio fit in dictionibus, quæ obscuritatem habeant: neque tamen expositores id tantummodo in commentariis faciunt, uerum quoque & ea, quæ dicuntur in libris, in quos commentaria parant, astruunt & demonstrant. Ob hunc igitur morem cogor ego & illis consentire, quos non probo, atque sæpe numero ad ea, quæ explicatione egent, sententiam meam prodere, & efferre. Neque tamen eorum, quę in huiusmodi commentariis uera mihi apparent, demonstrationes scribo, utpote qui de his peculiariter in eorum unoquoque scripserim: sed solas earum, quę cęteris in tractationibus demonstratę sunt, rerum summas ad memoriā reuoco: quod & hoc loco in dolore sum facturus. De doloris ergo generatione diximus quidem libro de elementis secundùm Hippocratis mentem: diximus etiam & in libris, quos de symptomatum causis fecimus: quòd dolor in sensilibus fiat corporibus, mutationem subitam in id quod præter naturam est suscipientibus: & quòd duplex est hæc mutatio, alias quidem, dum ipsa tum subito simul'que secundum qualitatem alterantur: alias uero, dum continuitas, soluitur. Alterantur au-
C tem subito simul que ab efficientibus qualitatibus, cum & calfiunt, & refrigerātur, & siccantur, & humectantur: corrumpitur autem eorum continuitas, ubi illa uehementer uel distenduntur, uel comprimuntur. Ad hunc igitur modum, & dolor lateris fit in pleuriticis affectibus, de quibus agit Hippocrates, dum quę illis in locis est phlegmone, tum multitudine caliditatis pręter naturam, particulas per distemperantiam contristat, tum etiam repletione corpora phlegmone laborantia distendit. Primo ergo auxilio si dolor is vel sanari uel mitigari fomentis calidis possit, tentandum præcepit Hippocrates. Nempe fomenta calida cutim ipsam ad perspirationes rariorem efficere, phlegmones'que sanguinem tum tenuare, tum per halitum digerere, cōsueuerunt.
A.li.3.f.10.c.5. Quę si facta fuerint, non ^a solum sanguinis aliquid euacuabitur, uerum quoque & affectę, quę mi-
1.fol.172.g nus distenduntur, partes mitius exinde & mansuetius dolebunt. At, cum sanguis in phlegmone non diminuitur, uel etiam spiritus uaporosus ex calore generatur, tunc dolorem augeri contingit. Sanguis autem non diminuitur propter eam, quæ in toto corpore est, humorum redundantiam. Nam pars, quæ calore afficitur, plus trahit, quàm euaporet: nempe, quæ calfaciunt, suapte natura hęc, vt, quod uicinis continetur partibus, digerūt, sic, & quod redundat, ex propinquis trahunt. Cum igitur fomenta calida dolorem non soluerint, corpus totum {insigni} ali-
D qua uacuatione præuacuabis. Vacuatio autem insignis in morbis acutis, aut per uentrē, aut per uenæ sectionem fit. Quarum alteram assumi præcipit Hippocrates, scopos'que eius, quæ præsidio magis esse possit, edocet. Summa ergo præsentis narrationis hæc est: verum, quæ particulatim ab eo dicuntur, & quæ multis obscura, existunt, in sequentibus explanabo. Multis dixi, quoniam iis, qui sese in dictionibus antiquis intelligendis exercuerunt, pauca omnino obscura sunt. At in hisce commentariis intentionem non eò tantum dirigimus.

A.l.1.f.4.c.30. 2 *Fomentorum autem calidorum probatissimū est aqua ^a calida, vel in vtre, vel in vesica, vel in vasculo aut æneo*
fol.84.c *aut testaceo posita.*

Θερμάσματα, i. fomenta calida, proculdubio uocat, quæ corpus quouis modo calfaciunt. Quorum alia prorsus humida, alia sicca, & alia ex utrisq; mista: mordentia pręterea alia, & alia mordendi facultate carētia, & ex iis commista tertia. Primum igitur horum genus, cuius in dictione meminit, morsu caret, atq; humidum existit. Secundum ex utrisq; sicco & humido, mordenti & morsu priuato, commistum est. Tertium autem siccum quidē, sed uel mordens uel morsu carens. Quòd si & affectiones, quæ unoquoque dictorum generum egent, recensuisset, orationem pro-

fecto suam tanto perfectiorem meliorem'que, quanto & legentibus ipsis vtiliorem, fecisset. Sed E quia non recensuit, propterea neq; id recensere necessarium erit nobis, qui doctrinam alterius explanamus, non nostram persequimur. At vero, quoniam partes meæ sunt contra, quàm expositores cæteri, agere (nempe illi suis in enarrationibus sophisticas, quę discentes ipsos ad finem artis nullo pacto iuuare possint, superseminant quæstiones: ego autem semper, quæ commodissima sunt, prosequi molior) ob id & nunc doctrinæ Hippocratis prætermissa quidem ab eo, sed quæ toti sententiæ dogmatis'que atque vniuersalibus præceptis quodam accedunt consequio, adiicere non cunctabor. Qua'nam igitur ratione fotus (grece πυρία) omnis doloribus sępiuscule adiumento sit, prius dictum est. Dictum quoque & de illis est doloribus, qui à fotu nullo pacto, nisi prius vacuato vniuerso corpore, iuuantur. Verum, cum hæc fotibus omnibus cōmunia sint, humidi quidem phlegmonis iis, quæ à biliosiore succo factæ sunt, opitulantur: sicci vero iis, quę à tenui aquoso'que sanguine exortę sunt. Perpetuo siquidem contraria contrariorum esse remedia meminisse oportet. Hoc igitur scopo, fotus morsu carentes aduersus mordentes succos prosunt: mordentes vero, quòd tenuent, cōtra crassos viscosos'que valent humores. Eam ob rem quis'nā in ea, quæ phlegmone obsidetur, parte cuincat humor, obseruabis, ab iis, quæ retuli, auspicatus, ætate scilicet laborantis, naturali temperatura, anni temporibus, locis, & vita antecedente: &, si F phlegmone videatur, ex iis, quę ipsi tum in colore tum in magnitudine, tum in duritie, tū in mollitie contigerunt: et, si pleuritidem vel peripneumoniam curaueris, ex iis, quæ spuendo excernuntur. Verum, cum prefata omnis dignotio coniecturalis sit, & non scientifica, non certa comperta'que, prǫsertim vbi in corporis imo sita sit, quæ dolore afficitur particula, ab iis inchoare te oportet, quæ, quàm cętera, magis auxilio esse tibi videbūtur. Quòd si nihil pręsidij tuleris, ad alia etiam te transferre conueniet. Dolore autem nō sedato, ad totius corporis accede euacuationem.

Videtur ergo Hippocrates ab eo incepisse fotu, qui periculo omni vacat: is autem est, qui minime mordet, humidus q; existit. Nempe, tametsi nihil aduersus malum fecerit, non tamen magnum, & insigne afferet detrimentum. Cęterum fotus, qui ex aceto, vel orobo, vel sale fiunt, nisi propriam conuenientem q; consequantur affectionem, non solum non salutares erunt, verum quoque & malum augebunt, vtpote qui fortem efficacem'que habeant facultatem. A.l.3.f.10.c c.3. fol.273

3 *Verum prius molle quippiam lateri, vt & mitior & iucundior fotus fiat, supponere oportet.*

Postea quàm in vtre, vel vesica, vel vasculo aut æneo aut testaceo, positam aquā lateri adhiberi præcepit, hac in dictione prius molle aliquid supponi iis, quę lateri tum quadrare tum cohęrere G debeant, vt nullo pacto angat, prorsus q; iucunda sit eorū, quę exhibent applicatio, præcipit Hippocrates: Cuiusmodi fuerit lana mollis, vel linteū multiplex, vel quippiā eorū, quæ tum tenera tum mollia existunt. Sed paulo post de eo, qui per spongiam fit, fotu agens, nihil supponi iubet.

4 *Vtilis autem & spongiæ mollis magnæ q; atque ex aqua calida expressæ applicatio. Sed fomentū linteo vestiendum, vt vis eius plusculo sufficiat tempore permaneat que: atque simul ne halitus ad laborantis spiritum feratur: nisi forsan & id prodesse aliquando videatur, nempe interdum prodest.* A.ibidem.e

Cętera quidem, quæ in dictione continentur, liquida manifesta'que existunt: sed de halitu est discutiendum: qui multum & lędit & contristat, non spirandi difficultatem caloris incremento solum proritans, sed pulmonis angustiam, qua ob replentem, qui humidus est, halitum afficitur. Solis igitur laterum doloribus tum siccis, tum quibus nihil expuitur, idonea est halitus inspiratio, plus auxilij, quàm noxæ, afferens. Hoc igitur in loco scriptum est primum fotus genus. Mox ad secundum sese conferens inquit.

5 *Præterea & hordeum & eruum in aceto ita diluto vt paulo acidius sit, quàm vt quis bibere possit, madefacta perfusa que & feruefacta atque in sacculos coniecta lateri apponuntur: atque ad hunc modum furfur.* H A.l.1.f.4.c. fol.84.d

Hordeum eruum'que non semina, quæ integra sint, ex aceto & aqua excoquere præcipit, sed prius concisa cōminuta q;: constat q; Hippocratē velle id ex verbo hoc δεύοντα, {δεύω siquidem madefacio & perfundo significat:} atque aliter ex actione ipsa certior fies, nempe hoc pacto tum blandior, tum efficacior erit fotus. Furfur deniq; & hoc pacto parare præcipit: fotus autem huiusmodi priore efficacior virtute aceti redditur. Quòd si & ex eruo paretur, conferet sanè & id non parum: nempe eruum crassos humores tum secare, tum conficere, tum euaporare potest: atq; ob id fotibus huiusmodi vtemur, vbi crassos viscosos q; humores in ea, quæ phlegmone obsidetur, parte collectos suspicabimur. Tibi aūt sanè id constabit ex antecedēte victu, si humores huiusmodi produxerit, anni temporibus, & locis, & ętate. Pręterea & si beneuoli fotus mansueti q;, quos prius memorauimus, nihil pręsidij attulerint. Nam, vbi de corporis totius repletione distinxeris, cū videlicet neq; huius notę apparuerint, neq; beneuoli mites q; hi fotus quippiam iuuerint, succorum existimabis crassitiem, quæ in halitum soluitur, flatuosum q; spiritum, qui ob denegatum exitum contristat. Flatum ergo hunc parientes q; ipsum humores, prefati discutiunt fotus, & potissimum qui ex eruo parantur. Præterea & sermonem percurrens Hippocrates manifeste simul

& optime

A & optime metricam aceti ad aquam temperaturam memorauit. Nempe acetum ita dilutum esse oportere inquit, vt paulo acidius sit, quàm vt quispiã biberit, vt scilicet & acrius ob mordendi facultatem, & aquosius propter operationis ignauitatem vitemus. In incidendis igitur atq; per halitum digerendis tum crassioribus tum viscosioribus succis, aquoso oxycrato congruentius fuerit, quod acrius: sed, quoniam medicamenta huiusmodi non tolerant, quæ phlegmone obsidentur partes, ob id mediam vtriusque exuperantiæ temperiem fecit. Hoc tibi sit secundum fotuum, quos ab initio trifariam separauimus, genus.

6 *Ex siccis autem fomentis maxime conueniũt, quæ ex sale milio q; frictis torrefactis q;, atq; in sacculis conclusis parantur. Leue siquidem quippiam & beneuolum iucundum q; est milium.* Aidem.

Ad tertium fotuum, quos ab initio distinximus, genus sese transfert Hippocrates, mentionem milij & salis faciens. Est autem communis vtriq; siccitas: sed sali proprium est vt mordax sit, milio autem vt morsu careat.

7 *Fomentum huiusmodi, & dolores ad clauiculam {humerum q;} pertinentes soluit.*

B Ex adiectione huius coniunctionis, &, ostendit & dolores alios soluere, vtpote eos, qui ad hypochondria pertinent.

8 *Sectio autem non similiter soluit dolorem, nisi is ad clauiculam pertingat.*

Sectio, inquit, venæ scilicet: quam non similiter soluere inquiens, auxiliari & ipsam non negauit. Sed de huiusmodi auxilio in sequentibus fusius latius q; scribit.

9 *Verum, si fomentis dolor non soluatur, ne diutius calefacito: siccat.n. id pulmones, atq; ad suppuratione excitat.*

Fomenta varia, alia quidem humida, alia sicca, & alia mordentia, alia q; mordacitate carentia, vbi percurreris, si ab horum experientia facta dolor non leuetur, totum corpus vacuabis à fomentis desistens, cum pulmonem exiccent, & suppurationem excitent. Fit autem suppuratio huiusmodi, lateris inflammatione non exhalante, sed in pus transeunte: mox pure ipso in mediam thoracis pulmonis q; regionem confluente.

10 [a] † *Si vero dolor ad clauiculam pertigerit, aut molesta sit vel brachio, vel mammæ, vel partibus septo trãsuerso superioribus, grauitas, internam cubiti venam secare expedit. Neque, vt copiose sanguis detrahatur, est cũctandum, sed C eousq; auferendus, donec rubidior [b] † multum, vel pro puro rubido liuidus fluxerit: nam vtrunque contingit.*

Pro eorum, qui inflammationem pariunt, humorum vergentia inclinatione q;, vacuationes facit Hippocrates. Nempe, quod dicitur, [c] ‖ Quò natura vergit, per loca conferentia eò ducere, id verissimum existit. Contingit autem interdum id ob differentiam partium eius, quæ costas succingit, membranæ. Nempe superiores ipsius partes, cum inflammatur, ad clauiculam brachium & mammam condolentiã extendunt: inferiores vero ad septum transuersum & hypochondriũ. Cum igitur superiorum condolentia signum fecerit, venam in cubito secare eã oportet, quæ sanguinem ab affecta parte & magis & velocius tum reuellere tum vacuare possit: verũ, si partibus infernis affectus consenserit, purgatione vacuare expedit. Recte autem grauitatem circa brachiũ esse & nõ dolorem dixit. Nempe, quod hoc in loco sanguis magis aceruetur, repat q;, signum est grauitas, quæ ex multitudine fit. Tensiones autem & in sola affectus participatione fieri consueuerunt: cum videlicet partes ijs, quę inflãmantur, attiguę, citra sanguinis in eis redundantiã tenduntur. Ob id igitur sanguinem redundantem secta interna vena vacuandum præcipit. Sunt autem in [d] interno cubiti articulo plures, quas secare consueuimus, venę: de quibus abunde quidẽ in ana D tomicarum tractationum tertio, atque in alio libro, qui seorsum de venarum arteriarum que sectione scriptus est, diximus: sed impræsentia de ipsis summatim agemus, ab initio ducentes orationem. Vena caua ex gibba hepatis sursum ad dextram cordis aurem sanguinem ferens, partibus quidem interiacentibus exiguum ipsius distribuit, sed cordi ipsi plurimum elargitur. Deinde ab eo, tanquam ab initio, progressa, ad collum recto festinat tramite, atque in duas rectas scinditur in thoracis parte venas, eas que insignes, quas iugulares vocant. Propagantur autem ab ipsa prius, quàm ad cor ipsum pertingat, insignes quidem venæ ad septum transuersum: paruæ autem [e] † ad inferiorem thoracis partem, quæ octo costis constat, contendentes. Pars autem hæc ab vna, quæ coniugio caret, nutritur vena: quæ in quibusdam animantibus supra cor adnascitur: in quibusdam vero, [f] † vt in hominibus, ex ea emergit parte, qua iam cordis aurem vena caua tangit: hinc siquidem emergens, humilius depressius que per cor defertur, atq; in spinam contorquetur. Vena igitur, quæ ad inferiorem thoracis partem defertur, vtrinque costis octo ad septum vsque transuersum distribuitur. Cæteræ autem sublimiores thoracis costę quatuor ab alio venarum nutriuntur coniugio, quod à vena caua propagatur prius, quàm ea in iugulares scindatur. Ab his igitur duabus venis deinceps sunt, quæ ad manus per axillas pertingunt. Verum, quæ humerarię appellantur, postquàm caua in iugularias fissa est, ab vtraque vna, progignuntur, habent que radices ijs,

A † Al. sed si signum quidem faciat dolor ĩ clauicula, uel in brachiũ grauitas, vel circa mamã, uel supra phrenas, iterna etc.

B † Aliq cod. adiũnt, & flauor.

C ‖ 1. Aph. 21. Ex. ord. 10 a

D [d] Dictio hęc nec in antiquis quibusdã græcis codi. nec in tralatione veteri habetur.

E † Ant. tralatio. in panniculos qui sunt ĩ pectore: pars aũt inferior pectoris composita ex octo costis, ab una, q̃ coniugio & c.

F † [illegible] *est ĩ impressis, i. ut & in hominibus. Bartholomæus tamẽ Eustachius medic' ĩsignis rei q; anatomicæ professor eximius, asserit in codi. veteri legi* [illegible] *i. ut quandoq; ne in hominibus, cui lectioni ass[...] latur uetus tra[...]latio q̃ habet, & in [...] dam [...]*

ces ijs,quæ in superficie extant,iugularijs communes. A iugularijs siquidem quę in superficię ex- E tant,partes ferè omnes tum colli tum capitis in superficie constitutæ nutriuntur: sicut & à iugularijs altius profundius q; latentibus partes omnes altius profundius q; latentes. Verum,quæ circa scapulas atque circa dorsalem medullam, quæ est in collo, existunt loca,venas habent, quæ ex inferioribus præfatæ radicis communis partibus ad ipsas ascendunt. Cõmunem dico radicem, quã proxime dixi & ijs, quæ in superficie constitutæ sunt, iugularijs & humerarijs communem esse. Non immerito igit' humeraria partes,q̃ supra clauiculas sunt,quę & in collo & capite existunt,tũ magis tũ velocius euacuat. Axillaria vero thoracis partes, & magis eas,quæ in sublimi sitæ sunt, præsertim q; in hominibus ipsis. Nempe infernas demissas q; omnes vena vna altera nutrit,quæ sub corde à vena caua procedit. Ex sinistra autem parte venæ illius, quæ infernas thoracis partes alit,atq; ad costarum radices prona fertur,adusq; septum transuersum singulis intercostalibus spatijs tum sinistris tum dextris rami distribuuntur. Verum,quod reliquum ex ea est,septum trãsuersum penetrat,primis q; ab eo corporibus dispensatur. Cæterum, quæ per axillas ad manus feruntur venæ, proximas ijs, quæ sublimes quatuor thoracis alũt costas, radices habent: sunt q;, quàm quæ per humerum ad manus contendunt,non paulo maiores, ascendunt autem ad internam regionem brachij vtriusq;: atq;, cum per ipsam pronæ feruntur, musculis ipsis, qui inibi situm ha- F bent,notabiles dispensant ramos. Verum, cum ad cubiti articulũ prope vtraq; venerit,venas brachij internas ad ipsius cubiti ossis nodum, qui hîc positũ habet, producit: quicquid vero reliquũ est bifariam scissum diuisum q; per cubiti flexum defertur,parte ea,quę in superficie constituitur, venam eam,quæ in eo cubiti flexu secatur,efficiente: penitiore vero eam,quę cum arteria diuiditur. Secatur quoq; & vena alia in cubito obliqua, † veluti & ea,quæ in vtraque manu vna est} humerariæ non exigua portio. Nempe & humeraria ipsa per brachium subter cutem cõspicue percurrens in ipso cubiti articulo,qua sublimissimæ extant partes,figurata s.vt Hippocrates in libro de fracturis docuit,|| manu,diuiditur. Quę igitur sublimior venę ipsius à fissura portio per externa cubiti loca defertur, ea apud fissuram ipsam secatur, qua primæ venæ radici è directo maxime respõdet. Eam ob causam & sublimiora clauiculãrum loca citissime euacuat. Portio autem, quæ in cubiti flexum oblique fertur,minus quidem ea,sed cæteris magis eas euacuat partes. Pars vero, quæ ab interna notabili vena oblique etiam fertur, minime quidem præfatas vacuat partes: verũ maxime thoracis superiora,{q; radices tum eius,quę per axillam ad manum fertur,tum eius,quę superiores thoracis alit partes, vicinę admodum existant.} Secare igitur hanc iubet Hippocrates prius,q; venæ,quæ ex humerariæ fissura prouenit,præsens sit,inseratur q;. Quę si aliquando non G comparuerit, vice huius secamus aliquam ex internis, quas rectà in os cubiti deferri didicimus. Quòd si & eæ non comparuerint,accedimus ad eam, quæ ex pręfatarum duarum venarum obliquarum insitione progignitur. Verum,& cum ea interdum non apparere possit,humeraria apparente,seca humerariam: qui scilicet vacuationes ab vniuerso animalium corpore fieri noueris, quanquam neq; celeriter,neq; similiter,ex vena omni fiant. Nos vero partem eam,quę phlegmone obsidetur, tum celeriter, tum quàm cæteras partes magis, in acutis præsertim morbis vacuare contendimus. Quòd sanè interna cubiti vena facit, multo q; magis, vbi sanguinis redundãtia ad superiora vergere videatur, aut superiores thoracis partes affectæ sint. Tunc enim grauitas magis in brachio & circa mammã fit. Verum, quæ partes thoracis inferiores prope septum transuersum infestant phlegmonæ, non abs re dolorem ad hypochondrium transmittunt. Quo fit, vt dolores huiusmodi non admodũ iuuet,quæ in cubito fit, vacuatio,corde s.medium occupante: nẽpe venam,quæ inferiores thoracis alit partes,infra cor emergere nuper audiuisti. Dicta quidẽ mihi hęc sunt super eo,quod ab Hippocrate bene scriptum est,de secãda s.interna cubiti vena. Sed, cum"vacuandi sanguinis terminum coloris mutationem posuerit,deinceps est de eo dissercdum. Quicquid ergo sanguinis in phlegmone continetur,id caloris abundãtia colore permutatur: re- H liquum autem in partibus omnibus simile manet. Eam ob causam sanguine,qui in totum spargitur corpus,pituitosiore existente,rubicundior sanè erit, qui in eo, quod phlegmone obsidetur,latere continetur. Quòd si sanguis in corpus totum diffusus,rubidus fuerit, is proculdubio, qui ad phlegmonen est adustus assatus q;,in nigrum permutabitur. Liuidus autem in ea,quæ fit à rubido ad nigrum, transmutatione medium obtinet. Coloris igitur mutatio sanguinis ex particula inflammata trãslationem sufficienter commonstrat. Vacuationis igitur modum mensuram q;, quæ affectui peculiaris sit,diximus. Sed,si interdum virtus tantum vacuare prohibeat, parti ipsi, quę phlegmone obsessa est, minus quidem futurum auxilium scire oportet: sed melius est virtutem non exoluere,quàm sanguinem vacuare redundantem.

† Veluti & hęc, in vtraque manu vna.

Sect. 1. t. 1. 7ª. 223.e. Et t. 16. 226.g

* Clauiculis.

† Hæc ex antiqua tralatiõe, & recte.

* κατ' ἶξιν.

A.li. 3. f. 10. c. 2. fol. 272.

11 *Si vero eas, quæ sub septo transuerso sunt, partes dolor infestat, nullum q; ad clauiculã signum fecerit, ventrẽ vel nigro veratro vel peplio mollire oportet. Sed veratro nigro vel daucum, vel seseli, vel cyminũ, vel anisum, vel aliud quippiam boni odoris miscebis. Peplio vero silphij succũ, quanquã & hæc inter se mista non dissimiliter agant. Cæterum veratrum nigrum tũ melius tum ad iudicationem iuuantius, quàm peplium, vẽtrem soluit, sed peplium flatũ magis excutit.{ Dolorem præterea ambo hæc sedant. Sedant quoque & alia multa,† quæ expurgant medicamenta. Verum*

* Al. selinon, id est apium.

† ὑπήλατα.

A rum omnium, quæ nouerim viderim q́;, hæc potissima existunt. Nempe, & quæ in sorbitionibus dantur purgantia medicamenta, soluere possunt, quæcunque scilicet non valde insuauia existunt vel propter amaritudinem, vel aliam quampiam iniucunditatem, vel quantitatem, vel colorem, vel suspicionem aliquam. * ὑπήλατα.

Quòd medicamenta purgantia per experientiam inueniantur, & quem'nam expurgēt humorem, & si omnino purgent, in libris de simplicium medicamentorum facultate didicisti. Quòd vero purgationis necessitas sit, si redundātes humores deorsum repant, est quoq; ratione scitum animaduersum q́; sed id, testimonium ratam q́; fidem ab experimētis habet. Edocuit autem Hippocrates facultates medicamentorum, quæ in huiusmodi affectibus propinat, veratrum quidem nigrum κρισιμώτερον i. ad iudicationem iuuantius vacuare, peplium vero flatus magis excutere affirmans. Sint autem quæ ab Hippocrate κρισιμώτερα, id est ad crisim iuuātiora, dicuntur, ea quæ morbi iudicium faciunt magis, quod facultate verbo huic ὠφελιμώτερα, id est iuuantiora, idem existit. At, cum purgantia omnia "medicamenta ventrem, præsertim q́; os ipsius, qꝫ maxime tum neruosum tum sensile existat, affligant lædant q́;, ob id eorum, quæ boni sunt odoris, mistio excogitata est, ne sola syncera q́; purgantium medicamentorū virtus os vētris tangat. Permista quoq; B inter se, tum peplium, tum elleborum, ὁμοιότροπα id est modi similis, esse ait, quod est facultatibus conuenire, & in nullo controuersa esse. Nam & in purgantium medicamentorum permistione controuersia est, non quādo aliud quidem bilis, aliud vero pituitæ excretorium fuerit, (nā eodem tempore vacuari tum bilis, tum pituita possunt) sed quando aliud quidem protinus, aliud vero lōgo à propinatione tempore, purgationem mouere natum sit. Nempe hoc pacto inæqualis (eis simul ingestis) fit vacuatio: inæqualem dico, cum iam altera quidem desinere, altera vero incipere videatur. Nempe, quod citius purgare consueuit medicamentū, id & ex alio quippiam simul vacuat: quo fit, vt, quod exiguum ipsius relinquitur, imbecillius reddatur, & longe tardius suam inchoet purgationē. Præfinita igitur vacuationis lege simile est elleboro peplium, potest'q; elleboro similiter nigrum subducere humorem. Cætera tum dictionis huius, tum sequentium patent. Considerare igitur hæc atq; in memoria tenere nos oportet, sed non perpetuo in pleuriticis vti debemus, ad memoriam reuocantes aphorismum illum, vbi dicitur, ‖ In acutis morbis raro & in principijs, purgantibus medicamentis est vtendum. Vbi igitur (inquit) non solum acutus morbus fuerit, cuiusmodi est pleuritis, verum & cum febre vehementissima, multo magis vitāda est purgantis medicamenti administratio: atq; per sectionem venæ vacuādum magis, etiam si ad C hypochondrium dolor pertingat. Nempe & si minus quidem auxilium, quàm per purgationē, sequatur, securius tamen multo existit. Immo nullum ex eo, quod per venę sectionem fit, periculum impendet, eo discrimen maximum subeunte, quod per purgationem tentatur: Et potissimū si laborantis naturam expertus quis non fuerit: nempe alij difficulter natura purgantur, alij modico assumpto medicamento purgantur copiose. Quibus igitur dare quadrabit, his medicamenti tantū propina, quantum in plurimis mediocriter vacuari tum nouisti, tum sis expertus. Si enim hominis naturam non noueris, metus est, ne plus iusto vacues, vel nullo pacto vacuationem moueas: aut, si moueris, non tamen sufficienter vacues. Quæ omnia magnas in morbis acutis pariunt offensas: quod non facile, vt in ijs, qui non febricitant, emendatur. Cum igitur febris vehemens non fuerit, naturam'q; laborantis expertus fueris, ad medicamenti purgantis potum te conferes, ijs, quæ ab Hippocrate dicta sunt, vel etiam alijs similis naturæ vsus. Quo è numero est, quod ex colocynthide paratur medicamētum: quod iam ex vsu hieram vocant. Id sanè varijs parant modis, sed, quod elleborum accipit scammoniam'q; non habet, id ijs, qui medicamen subductorium omnino assumere possunt, optimum est. * ὑπήλατον.

A.3.f.13 t. 1. c. fol.192.d — 1. Aph.2. Ext ord.10.c

12 D *Vbi autem quis medicamentum ebibit, ptissanam protinus sorbendam dato, neque insigniter minore, quàm consuetum est, quantitate.*

Et maxime quidem ventris ori, quod & stomachum vocant, vt in ipsis purgantium medicamentorum potibus illæsum maneat, consulere oportet: præsertim'que vbi febrientibus tale quippiam propinatur. Verum præcipua, ne offendatur, cautio est, si medicamentum, quod propinatur, purum non sit: sed cum alijs, quæ malitiam ipsius hebetare nata sunt, temperatum mistum'que. Nempe purgantium omnium medicamentorum natura, corporum, quæ purgantur, naturis contraria est, atq; vt quispiam dixerit, lethalis, & deleteria. Vt autē succi papaueris, mandragoræ'que, & hyoscyami, atque aliorum huiusmodi multorum, quæ nobis & substantia & viribus aduersa corpus perimere nata sunt, portionem exiguam assumentes, magnam percipimus commoditatem: sic & purgantium medicamentorum, quorum natura corporibus nostris aduersa est, exiguam aliquam partem præcidentes ad suppetias ferendas vtimur. Quo item modo in horum medicamentorum potu seminum aliqua, quæ boni sint odoris, miscemus, quæ & malitiam obtundere nata sint, & operationem ipsorum non prohibeant, tenuandi incidendi q́; facultatem obtinentia, ita vt & crassos incidant humores, & vias quibus vacuatio fiat, aperiant patefaciant'q; sic & à sumpto medicamento ptisanam sorbere confert. Nempe purgās medicamentum

tum ipsum, tanquā exiguum sit, ad ventris quidem fundum peruenit: verum, dum transit, stoma F
chus & quęcunq; ventris sublimior pars non qualitatem medicamenti purgantis modo, verum & substantię, quæ in transitu hæret, aliquid assumēs, vehementer lęditur. Ptisanæ igitur cremor superingestus cōmoditatem affert. Nempe & detergere, & deorsum trahere, quod vię adhęret, & qualitatem medicamēti, quod his adhęret partibus, tum contēperare, tum permutare potest. Ob eas igitur causas à purgantis medicamenti potu, ptisanā superforberi præcipit: sed, vbi purgatio cœpit, ab ea vult abstinendū, purgantis medicamēti operationē exolui veritus: atq; ob eā rem ait,

13 *Et, quoniam ab re non est, purgatione in media sorbitionē dare non cōducit. At, vbi purgatio desierit, tunc sorbitio detur, sed consueta minor: deinde liberalius perpetuo exhibeatur, si & dolor cessauerit, & nihil aliud obicem fecerit.*

Contra, quàm pleriq; huius temporis medici, rem hāc docuit Hippocrates. Nempe hi, vbi vacuauerunt, copiose nutriunt: Hippocrates vero à purgatione, ptisanæ minus ministrari iubet. Nam corporum, quæ purgata sunt, natura purgatione agitata labefactaq; tolerare alimoniā non potest, neq; probe eam conficere, nisi omnino pauca fuerit. Purgatis igitur tantum cremoris primo exhibendum, quantum domare possint: deinde paulatim sensimq; adaugere oportet, si & dolor, vt inquit, cessauerit, & nihil aliud prohibuerit. Quod de dolore ait est manifestum: sed, ni F
hil aliud prohibere, ad prefatas referre oportet, si intelligere volueris, distinctiones, in quibus demonstrauit, quo'nam pacto morbis acutis laborantes absq; sorbitionibus regere oporteat. Summa vero horum est, cum vel morbum ante iudicationem nulla sorbitione indigere sperabimus: vel in quibus summa est, quæ phlegmonen facit, cruditas.

14 *Ratio autem mihi eadem est, si & ptissanæ cremore vtendum sit.*

Tempus exhibendorum tum ptissanę, tum cremoris ipsius, & antea simile esse demonstrauit, re vna duntaxat differentiam horum definiens. Nempe à cremore principium exhibitionis facit.

15 *Melius siquidem esse dico, vt protinus à morbi initio sorbere incipias, quàm inanitis vacuatisq; venis vel die tertio, vel quarto, vel quinto, vel sexto, vel septimo, si ante hoc tempus morbus haudquaquam iudicatus fuerit, sorbitionem inchoare.*

1. Apho. 8. Ext. ord. 4. f

Quod in Aphorismis ‖ scripsit Hippocrates, id & impręsentiarum persequitur, in morbi omnis vigore, tenuissimo vtendum victu præcipiens. Si igitur, quinta die morbi vigor futurus sit, & ęger solo vsus potu sufficere non possit, melius esse ait si protinus ab initio ptisanam dederis, G
& neq; tertio die, neq; quarto, sorbitionem inchoaueris. Sic sanè & eos, qui vel quinto, vel sexto, vel septimo, sorbitionem inchoant, falli circumueniriq;, si ante hoc tempus morbus non fuerit iudicatus. Per iudicationem intelligo, vt dixi, non perfectam morbi mutationem solum, verum quoque & effatu dignam transmutationem.

16 *Præparationes autem & his tales fiant, quales dictæ sunt. De sorbitionis igitur exhibitione ita sentio.*

Et, quibus ab initio sorbitionem daturus sis, pręparationem similiter fieri pręcipit. Id est, siue sectionis venæ, siue clysmatis, siue balani necessitas fuerit, illud ante faciendum iubet.

17 *De potu quoque, qualemcunque ex declarandis potaturus quispiam sit, eadem omnino mihi est ratio.*

Si laborantem potu solo citra ptissanæ sorbitionem rexeris, præfatas quoq; præparationes te facere iubet, id est aut venam secare, aut clysmate vel balano vti.

18 *Verum ‖ & medicos contra omnino, quàm oportet, agere scio. Nempe omnes, languentes ipsos per initia morborū duos vel tres vel etiam plures dies inedia siccare, atq; ita tum sorbitiones tum potus exhibere volunt: idque forsan quòd magnæ corporis mutationi magnam quampiam obijcere mutationem ipsis decens esse videatur. Verum mutatio ipsa bene quidem habet † non modica, ‡ sed recte transferenda venit. Iam autem & ciborum exhibitio mutationis rationem maxime subit.* A. lib. 4. f. 1. c. 8. fol. 42 H

† Al. si modica. al. non modicū

Medicos culpat Hippocrates, qui languentes ipsos in absoluta ciborum abstinentia seruant: deinde eos protinus alij quidem ad sorbitionum, alij ad potuum ingestionem deducunt. Non tamen mentionem eorum fecit, qui cibos validiores ante morbi cōcoctionem ministrant. Consueuit siquidem, vt antea dixi, interdum prætermissis, quę maxima sunt, erratis culpare minora: & eam, quæ ex illis oritur, demonstrare offensam. Qui autem ita transmutant, forsan (inquit) rationabiliter transmutare arbitrantur, in magna corporis transmutatione effatu dignam victus permutationem facientes. Quod sanè bene eos existimasse ait: non tamen de transmutatione omni, sed bene aliqua est putandum. De qua partim prædixit, & partim quippiam est dicturus, sermoni adstruens declinandas esse repentinas mutationes.

19 *Maxime ergo lædentur, qui tota vtentur ptissana, nisi recte transferantur: lædentur quoque, & qui solo vtentur cremore, quanquam minus: lædentur præterea, & qui solo vtentur potu, sed hi minime.*

Dictam

A Dictam paulo ante ſubitam victus mutationem, qua primis diebus in abſoluta ciborum abſtinentia ſeruatos languentes circa diem quartum nutrire incipiunt, maxime quidem nocere ait, ſi in ptiſſanam totam transferantur: minus vero, ſi in cremorem: ſed ἥκιστα, id eſt ἐλάχιστα, quod minimum indicat, oſtendi eos, qui ad ſolos procedunt potus. Nempe ex magnitudine virtutis eorum, quæ offeruntur, magnitudo oritur offenſæ.

20 *Oportet autem & ex ſanorum hominum victu diſciplinam, quæ conferat, facere. Nam, ſi ſanis quibuſdam tales vel tales cibi variare videantur cum in alijs quibuſdam, tum in non nullis mutationibus, quomodo & in morbis quibuſdam & maxime in acutis non valde euariabunt?*

Incipit Hippocrates præfatam ab ipſo de victu ſententiã demonſtrare, arguens vnà & eos, qui cõtrario victum inſtituunt modo. Sed, vt dilucidus cõſpicuus q; reddatur ſermo, ſummam ipſius omnem præfari melius eſſe mihi videtur. Eſt autem earũ, quę in eam rem aſſumuntur, ſumptionum dignitas altera vniuerſalis hæc: Si bene valentibus læſionem afferant repentinæ victus ad contraria mutationes, multo magis ægrotantibus ipſis. Quod varijs etiam modis poſſumus interpretari, aliud in aliam tranſumentes dictionem, vt hoc pacto, In repentinis victus mutationibus,
B qui ſani ſunt, ægris minus læduntur: Vel ſic, Ægri ſanis magis læduntur: Vel ad hunc modum, Detrimenta ſanos minus, quàm ęgros, afficiunt: Et adhuc generalior hac: Validiores minus afficiunt, imbecilliores magis, detrimenta. Licet & aliter vim ſermonis interpretari aut ex eo, quod per ſe & primum vtile ſit ad quod demonſtratur: aut ex aliqua continentium ipſum vel dignitatum vel ſumptionum. Talis quidem tibi ſit per ſe credibilis altera ſumptionum (lemmata Græci dicũt) quas ſanè vocare cõſueuit Ariſtoteles axiomata id eſt dignitates. Sed alteram, cui fides per experiẽtiæ lucem acceſſit, deinceps audi. Sanos etiam repentina victus mutatio offendit. Ex vtraque hac ſumptione concluditur languẽtes à repentina victus mutatione lædi magis, ſed multo magis, qui acutis infeſtantur morbis. Hæc eſt vis ſermonis. Verum Hippocrates alteram ex ſumptionibus per ſe tum prius, tum credibilius, protinus citra probationem accipit. Alteram vero ijs, quæ ſingulatim per experientiam noſcuntur, fide donat & auctoritate. Quod & ſequens declarat oratio.

21 *Atqui, quòd vitioſus victus cibi & potus ſemper ſibi ſimilis ad ſanitatem tutior *omnino ſit, quàm ſiquis ſubito ad alterum vel meliorem ſe transferat, facile diſcitur, intelligitur que.*

* Dieta ἁπλῆν, id eſt vulgaris ac ſimplex quid ſit, habes à Gale. in cõm. lib. de Fractu. pag. 230. g. & pag. 248. c

C Alteram ſumptionum earum, quę ad præſentis ſermonis demonſtrationem pręſtant, nunc ex multis particularibus exemplis aſtruere incipit, fidem ipſius in vnam colligens ſummam, quæ talis eſt. Magnæ & repentinæ pręter conſuetudinem mutationes non paruam ſanis afferunt lęſionem. Quanquam ſermo hic conſpicuus ſit, tamen, ſi quippiam, quod explanatione indigeat, intercidere videbitur, ijs, qui exercitati non ſunt, in ſequenti ſerie explanare non cunctabor. Nempe hic commentarius liberalior ac humanior eſt, ſi non eos modo, qui in rationibus ſunt exercitati, ſed etiam, qui non ſunt exercitati, ſpectet. Quòd ſiquis præfatas diſciplinas neq; didicerit, neque expertus fuerit, aliud quippiam agat.

* τὸ ὀπτᾶν.

22 *Nempe tum ijs, qui bis die comedunt, tum ijs, qui ſemel, noxas & infirmitatem pariunt repentinæ mutationes: eos q;, qui prandere non conſueuerunt, & prandent, ſtatim infirmos reddunt, toto item corpore graues & imbecillos, & deſides. Quòd ſi ſupercœnauerint, acidum ructant: alios alui leuitas exercet. Nempe ventriculus præter conſuetudinem grauatur, ſuperſicceſcere conſuetus, non bis tumeſcere, neq; bis cibos cõquere.*

* ἑψεῖν. i. elixare. vide in fine cõmenti.

Non ſolum, ꝙ in repentina conſuetudinis mutatione valde lædantur, verum quoq;, & quę nã læſiones fiant, & quo nam modo ſingulas emendare oporteat, ſcribens Hippocrates, ob id ſer-
D monem prolixum facit: quomodo, ſi duntaxat, ꝙ in repentina conſuetudinis mutatione lædantur, oſtẽderet, ob id ſermo illi totus breuis foret. Prima igitur cõſuetudinis mutatio, quam nunc exprompſit, eſt de ijs, qui prandere non aſſueti pranſi aliquando ſunt. Ait enim tales & infirmos, & toto corpore graues fieri, imbecillos item & deſides reddi. Contingunt autem hæc ipſis, grauata ab alimento, veluti à pondere, facultate: neq; enim imbecilla ea redditur propria ratione, veluti in cibi penuria fieri cõſueuit. Ob eam igitur cauſam hoc in loco ſermoni adiecit totum corpus grauari ijs, qui bis cibati ſunt, eos q; fieri deſidioſiores. Verum in aſſuetis prandere & non pranſis imbecillitatem quidem virtutis ſcripſit, ſed grauitatem non adſcripſit. Nempe & in talibus mutationibus imbecillitaſ ſua rõne virtus. Pręterea, cũ deſides fieri in pſenti victus mutatione aſſerat, in contraria timidos eſſe dixit, quaſi opus omne peroſos, & veluti opus aggredi veritos, diceret. Nempe res ita habet. Nam, qui ita ſe habent, virtutis imbecillitatem vere ſentiunt: atq; ob id eas, quas ante promptius obibant, obire non audent actiones. Quin etiam & ijs, qui diminute cibantur, viſcera videri pendere ait, eos q; tum calidum, tum χλωρὸν, id eſt viride, meiere, Calidum inquiens, id eſt ſolito calidius: χλωρὸν vero, id eſt viride, iuxta morem quendam Aſiaticorum Gręcorum, qui & nunc obſeruatur: ὠχροὺς ſiquidem, id eſt pallidos quoſdã videntes, cauſam, cur ita χλωροὶ, i. virides, facti ſunt, interrogant, χλωρὸν & ὠχρὸν, id eſt viride & pallidũ, nihil differre exiſtimantes.

exiſtimantes. Viſum q; quendam ſe ipſo χλωρότερον, id eſt viridiorem, dicũt: ὠχρότερον, id eſt pal E
lidiorem, ita ſignificantes. Eſt aũt ὠχρὸν χρῶμα, id eſt color pallidus, †veluti ignis, & color ὤχρας vocatæ, cuius prima ſyllaba acuitur. Fit q; talis color permiſta aquoſo excremento pallida & amara & flaua appellata bile. Nempe flauus color, quantum à rubro in albiorem ſecedit, tantum à flauo pallidus. Scripſit & alia quędam ſymptomata, quæ ita affectis fiunt. De quibus, cum ad eam, quæ de ipſis eſt, mentionem peruenerimus, agemus. Præſentem autem dictionem diſcutiamus. Quæ in non aſſuetis prandere contingere ait, ijs adhuc & hoc adiecit: Si autem ſupercœnauerint, acidum ructant. Quòd autem ructus acidi fiant & propter vẽtriculi frigiditatem, & propter pituitam ſæpius in eo aceruatam, & propter ciborum multitudinem, aut, ſi pauci quidem ſint, poteſtate tamen frigidorum, didicimus. Omnium autem præfatorum commune eſt calorem ventris ingenitum vinci à cibis, non eos vincere, neq; ijs præſtare, neq; probe ipſos conficere poſſe: vt ſi modicæ flammæ lignorum multitudinem ſuperaceruaueris, vel & citra multitudinem tum viridia tum humida ſuperpoſueris. Cæteris ita cibatis πρατίλην, id eſt alui læuitatem ſiue humidam deiectionem fieri ait. Verum in exemplaribus non paucis non πρατίλην, ſcriptum inuenies, ſed ἄσην, vt eo vocabulo ῥιπτασμὸν, id eſt proiectationem intelligamus corporis hominis huius, qui ita cibatus eſt: corporis, inquam, ob cibi multitudinem ἀσωμένου, id eſt grauiter mole- F
ſte q; habentis, atq; implacidi inquieti q;, dum in lecto iacet, & ſeſe permutãtis. Cæterum, ꝙ circa dictionis finem concoctionem elixationi ſimilem eſſe oporteat, manifeſte oſtendit, tanquam à calido fiat non ſicco ſqualenti q;, cuiuſmodi eſt febrilis, ſed humido vaporoſo q;, cuiuſmodi eſt, qui in animalibus ſecundum naturam exiſtit.

† Al. ὅιονπερ καὶ τὸ τῆς καλουμένης ὤχρας, i. veluti & color &c.

* In antiquis legitur διαιτηθεῖσι, i. cibatis.

* πέψιν.
* ἑψήσει.

23 *Conuenit autem his permutationem æqua virtute compenſare. Dormire ſiquidem eos oportet tanquam noctem à cœna, hyeme quidem citra frigus, æſtate vero citra calorem, agant. Quòd ſi dormire non queant, plures lente ambulando abſoluant circuitus, neq; ſtent: nihil cœnent, aut pauca & innocua. Minus præterea bibant: ſed meracius & non dilutum. Magis præterea & is afficietur, qui ter die replebitur: ac etiam multo magis, qui crebrius: quanquam ſint non nulli, qui ter die ſatiati facile ferant, vtpote qui ita ſunt conſueti.*

Hoc in loco referre hęc non erat neceſſe. Nempe docere propoſuerat, quo'nam pacto repentinæ conſuetudinum mutationes nos lædant, non autẽ, quo tales læſiones modo curare oporteat. Verum, quoniam Hippocrati hoc tentare eſt viſum, propterea, quæ ſcripſit, perſequemur. Maxime quidem his dormire ipſos plurimum iubet: &, ſi dormire nequeant, plures lenta ambulatione abſoluant circuitus: id q;, vt quàm plurimi expoſitorum aiunt, poſt cœnam: ſed, vt eorum, quę G
dicuntur, ſenſus præcipit, poſt prandium. Nam oratio hæc /tanquam noctem agant/ de ſomno meridiano nõ de nocturno dici expoſtulat. Pręterea, quod cõtinuata eſt ſcriptũ ſerie, vbi inquit /Si vero dormire non queant, plures lente ambulando abſoluant circuitus, neq; ſtent: nihil præterea cœnent vel pauca & innocua/ teſtatur Hippocratem velle eos à prandio dormire, non à cœna. Duorum igitur alterum: Nam aut emendanda, tanquam errati conſcia, ſcriptio, atq; ita ſcribendum, Dormire ſiquidem eos oportet poſt prandium, tanq̃ noctem agant, hyeme quidem citra frigus, æſtate vero citra calorem: Vel, ſi ſeruare volumus orationem hanc à cœna, intelligenda eſt hoc pacto dictio: Dormire ſiquidem eos oportet, vt à cœna ante dormiebant: ſic & nunc poſt prandium, tãquam noctem agãt. Quòd autem velit Hippocrates eos vel nihil omnino vel parce vel leuiter cœnare, ſenſus eſt manifeſtus. Ventrem ſiquidem vult requieſcere, laborem q;, quo grauatus afficiebatur, refoueri, ꝙ præter conſuetudinem pranſus homo fuerat. Hinc ſequens eſt & minus bibere, ſed non aquoſum, non dilutum. Nempe fluctuationem humiditatem q; & refrigerationem vitare oportet, vbi à ciborum multitudine vẽter grauatus fuerit. Potum autem, qui exhibetur, non aquoſum eſſe conuenit, ſed ventris tum calfactoriam, tum roboratoriam obtinere facultatem. Cætera, quæ continuantur, liquida ſunt & manifeſta. H

24 *Præterea, qui bis die cibũ ſumere conſueuerunt, ij, niſi pranſi fuerint, imbecilli, & infirmi fiunt, timidi q; ad quoduis opus, & cardialgici. Nempe his viſcera pendere videntur, calidum mingunt & viride, id eſt pallidum, ſtercus que exuritur. Sunt, quibus os amareſcit, oculi cauantur, & tempora ſaliunt, partes q; frigeſcunt extremæ.*

Cætera quidem huius dictionis in eorum comparatione, quæ præter conſuetudinem pranſis contingere diximus, ſunt explanata: ſed de reliquis nunc dicam. Ἄφοδον, id eſt ἀποπάτημα, id eſt ſtercus ipſorum ſiue alui purgationem exuri inquit, à calore ſcilicet aſſatam. Nempe corpus magis tum ſicceſcit tum igneſcit ijs, qui conſuetum relinquunt prandium. Alijs os amaricare ait, vt pote ijs, qui bilioſiorem habent naturam: his q; caui fiunt oculi ab eadem, qua excrementum aduritur, cauſa ſicceſcentes. Quòd autem in amarę bilis naturis innatus calor in id, quod igneum eſt, digrediatur, propterea & tempora ſaliunt, id eſt temporum arteriæ euidẽter pulſant. Partes præter ea corporis extremę frigidiores fiunt, quòd vẽter bilioſis repleatur humoribus: quorum morſu atq; contriſtatione affectus virtutem diſſoluit, corporis q; extrema refrigerat.

25 *Plurimi quoq; horum, qui pranſi non ſunt, cœnare nequeunt: qui, ſi cœnauerint, ventris grauitate afficiuntur: ac difficilius*

A *difficilius cubant multo, quàm si pransi fuissent.*

Picrocholi natura præter consuetudinem impransi permanentes, cibos auersantur, ventre scilicet male affecto. Verum, qui coacti cibum sumpserint, grauantur: atq; ob id δυσκοιτεῦσι, vt ipse inquit, id est male habentes in lecto permanent & traducunt.

26 *Cum igitur talia ob dimidiatæ diei victus à consuetudine digressionem sanis contingant, neque adijci quicquam neque subtrahi commode videtur.*

Rursus inter exponendum, quæ contingunt valentibus ijs, qui subito consuetudinem permutauerunt, sermonis summam obiter atq; veluti appendicem adiecit, cuius gratia omnia hæc exponit, quæ sanis contingunt. Nempe, vt constat, si bene valentibus victus dimidiatæ diei permutatio adeo molesta sit, quo modo non admodum languētibus ipsis molesta erit? Deinde rursus ad explanationem eorum, quæ sanis contingunt, reuertitur in sequenti dictione, quæ ita habet.

27 *Qui igitur præter consuetudinem semel pastus toto die exinanitis vasis, quantum consueuit, cœnauit, si tunc impransus laborauerit ægre q; habuerit, atq; assumpta cœna tunc grauatus fuerit, multo magis eũ grauari par est. Quod* B *si adhuc plusculis horis venæ exinanitæ fuerint, atque repente cœnauerit, magis adhuc grauabitur.*

Quod ait huiusmodi est. Si, qui præter consuedinem impransus permanens minus consueto cœnauerit, nocte grauetur, multo magis grauabitur, qui solito plura est cœnatus. Qui autem plusculo tempore exinanitis vasis repente cœnauerit, magis adhuc grauabitur. Nempe, qui impransi præter consuetudinem permanent, horum alij ad minus temporis inediam protendunt, alij ad longius interuallum: hos igitur grauari adhuc magis ait.

* μεταδειπνήσειεν, i. post cœnauerit, vt est in impressis, et multis manuscriptis cod. in aliquibus autem μέγα δειπνήσειεν, i. copiose cœnauerit.

28 *Quibus igitur præter consuetudinem venæ sunt inanitæ, ij eodem die veniunt reficiendi. Vitent in primis frigus, calorem, & laborem: nempe hæc omnia moleste feruntur. Deinde cœnam solito minorem faciant, eam q; non siccā sed humentiorem: deinceps bibant, neque dilutum, neq; minus, quàm ingestorum ratio postulat. Postero autem die pauca prandeant, vt accessione ἐκ προσαγωγῆς crescente, ad consuetudinem redeant.*

Vt eorum, qui præter consuetudinem pranderunt, detrimenta emēdauit: sic & eos, qui, quòd semel duntaxat die præter consuetudinem ederunt, afflicti sunt, vult in primis vitare tum calorem, tum frigus, tum labores: hæc nempe omnia moleste ferri ait. Adde, quòd & minus solito cœ-C nare ipsos iubet: quanquam pleriq; maxime contra agant. Nam prandere ob negocium aliquod prohibitos volunt in cœna & eam, quæ in prandio omissa est, assumere alimoniam, haud scientes quòd eget quidem vere alimonia omissa corpus, sed ipsam conficere non possit ventriculus ob longiorem abstinentiam læsus. Quin etiam Hippocrates, vt alimoniæ minus vult exhiberi, ita & eam humidiorem. Nempe huiusmodi alimonia exiccatis tum ventri tum corpori vniuerso peculiare auxilium præstat. Roborare præterea & ventrem ipsorum iubet vini potu, neque dilutum, neque minus, quàm cibi proportio exigit, potandum præcipiens. Dilutum enim, ventris tonum seu robur exoluit: minus verò, quàm cibi proportio expostulat, ventri arefacto inhabile existit. Postero tandem die ita affectos victui prospicere iubet: qui Hippocratis præcepto consuetorum ciborum minus ingerere debeant: vt ἐκ προσαγωγῆς, id est sensim paulatim q; in pristinam redeant consuetudinem.

29 *Talia vero molestius ferunt, qui parte superiore picrocholi existunt.*

Iam & ego paulo ante dixi picrocholos, id est amare bilis homines, subitariam eam, quæ à victu ad abstinentiam fit, digressionem pituitosis difficilius molestius'ue ferre. Bilescit siquidem D ocyus his totus tum corporis tum ventris habitus. Sed quare non simpliciter dixit picrocholi, at parte superiore? Nempe, cum flaua bilis, quam & pallidam & amaram nominant, superiori supernatat ventri, iure optimo tales parte superiore picrocholos dicimus: cum vero per sedem demittitur, parte inferiore picrocholos asserimus. Paulo siquidem rethori, qui toto corporis habitu pituitosus erat, diebus singulis supernatabat flaua bilis, primam q; ipsam vomebat à lauacro non paucam. Eudemo autem philosopho, qui temperamento biliosus erat, per sedem demittebatur: raro q; is (quanquam aliquando) pallidam vomebat bilem. Vt autem Pauli excremēta bilis exiguum habebant, ita & Eudemi multum. Qui igitur præter consuetudinem nō prandent, si & toto corporis habitu, & superiore ventre, picrocholi fuerint, his necessario contingunt, quæ paulo ante dixit omnia. At, qui ventre duntaxat superiore picrocholi existunt, his tolerantiæ difficultas similiter continget: sed ex reliquis symptomatis alia quidem nullo pacto erunt, alia erunt

li.4. f.1.t.2. 8.fo.420.c quidem, sed moderatiora. Prædixit quoq; & eos, qui præter cōsuetudinem non prandent, "timidos ad quamuis operationem esse, stomachi erosionibus, hoc est cardialgijs, affici, pensilia videri ipsis viscera, calidum & viride meiere, exuri q; excrementa: alijs os amaricare, oculos cauari, tempora palpitare, & extrema perfrigere. Sed horum alia toto habitu picrocholis contingunt magis, alia autem superiore duntaxat ventre talibus. Atq; ob id ad quamuis operationem timiditas,

extremorum

extremorum perfrictio, mictus calidus viridis'q́3, deiectionum adustio, cauatio oculorum, & ten E porum saltus, toto habitu picrocholis vsu eueniunt. Vtrisq́3 autem pensilium viscerum opinio, et oris amaritudo. Nam ob insuetam abstinentiam, tum suspensa tum pendula percipiunt viscera, Verum ob bilis exuperantiam picrocholis toto corpore os amaricat: non quod affectio in ore magis fiat, sed quod sentiendi partem eam natura generis humorum discretoriam fecit. Venter autem magis quidem ijs exuritur, quibus ex hepate in ventrem bilis effusa supernatat: minus autem, quibus deorsum mittitur. Nam his quidem intestinum proritat ad excretionem, illis vero stomachũ mordet. Ob eam rem Eudemus diebus singulis, bis & interdum ter deijciebat: Paulus autem interdum nullo pacto excernebat. Nisi etenim intestina à mordente aliquo irritentur, vel copioso excremento grauentur, excretionis promptitudinem non accipiunt. Neutrum horum impransis contingit, neq́3 enim mordentur intestina bile in os ascendente, atq́3 illa non mordente contristante q́3: neq́3 grauitas his fit, qui nullo pacto comederunt.

*Al. amaritudinem.

30 *Non assuetam autem cibi abstinentiam facilius °omnino ferunt, qui parte superiore pituitosi sunt. Quo fit, vt, si semel die cibo vtantur, facilius etiam ferant.*

τὸ ὅπίπαν.

Prius quidem parte superiore picrocholos vsum cibi, qui semel die sit, difficilius tolerare dixit. F Nunc autem ad pituitosos se transferens, pro cibi vsu qui semel die fit, inediæ meminit, ex habente manifestius detrimẽtum, ad minus noxium, translationem ex proportione faciens. Nam, si magis quidem lædi eos, qui sine cibo totum præter consuetum permãserunt diem, æquum fit, minus autem, qui non prandent: & pituitosi picrocholis cibi vsum, qui semel die fit, facilius ferant: quod sanè & inediam facilius ferant, palàm est omnibus. Causa autem, cur pituitosi facilius † cibi vsum, qui semel die fit, } ferant, ex ijs, quæ antea de biliosis dicta sunt, euadit conspicua. Nam bilis humor in ipsis inedijs amarior redditur: pituita vero temporis processu coquitur, sanguis q́3 efficitur, neutra bile in sanguinis substãtiam redire valente: cum ex sanguine quidem plus calfacto flaua bilis generetur, ex eodem vero assato atque etiam ex crasso atra. Pituitæ autem generatio in pituitosis edulijs sanguinem perpetuo antecedit: atq́3 generatione ipsius media cibi in sanguinem transeunt. Neq́3 hoc deterioribus tantum cibis contingit, verum & quibusdam eorum, qui salubres admodum esse videntur: vt pani, chondro, semidali. Ego sanè eam, quæ mihi optima esse videtur, enarraui conscriptionem. Nempe, quod in ea docetur, per se verum est: atq́3 continuatam cum ijs, quæ ante dicta sunt, habet seriem: qui optimæ explanationis sunt scopi. Non tñ in exemplaribus omnibus consimilem inuenies descriptionem, sed in alijs & alijs pugnantem. Cæterum G aliter in libris ferè omnibus reperitur dictio hæc falso sermone, & nullam, quæ antedictis continuetur, seriem seruare.

† In manuscriptis legitur τὴν ἀσϊτίαν καὶ τὴν μονοσϊτίαν, i. cibationis abstinentiã, & cibationẽ semel die factam.

31 *Potißimum sanè & hoc argumentum, quòd maximæ mutationes eorum, quæ circa* naturã nostram habitum que contingunt, maxime morbos committunt.*

* περὶ est in impreßis. sed in aliquibus manuscriptis legitur παρὰ, id est præter.

Multa quidem apud Hippocratem φύσεως, id est naturæ, nomen indicat: sed hoc in loco temperaturam significari quispiam existimauerit, veluti et partium ipsarum structuram compositionem q́3, ἕξιν, id est habitum, appellari: quo in structuræ genere continetur & bilis ad partes superiores fluctuatio, & ad inferna deiectio, & viscerum tum suspensio, tum constantia stabilitas que. Nempe, cum venter magnus existit, viscera cõfirmat & stabilit, tametsi cibis vacuus destitutus q́3 fuerit: verum, cum paruus est, cibis quidem refertus confirmat, vacuatus vero subsidentia relinquit: hinc fit, vt suspensa sentiant viscera. Quibus autem bilis flaua sursum natat fluctuat q́3, ante est dictum, meatu, qui bilem ipsam ex hepate ad id intestinũ, quod Græci ἔκφυσιν vocant, {quasi è ventre enatum dixeris, } defert, structuram differentem habente. Nam interdum quibusdam portio aliqua ab ipso ad ventrem procedit: his quidem supernatat biliosum excrementum: cæte- H ris vero deorsum omnino voluitur.

32 *Non igitur intempestiue, neque fortes vasorum inanitiones moliri: neq́3, cum morbi vigent, feruorem q́3 habent, cibum dare: neque repente huc vel illuc in toto negocio quicquam mutare licet.*

Dictio hæc præter ordinem scripta est, copulari siquidem debuit cum ea, quæ scripta est ante: vt tota oratio talis foret: Talia vero molestius ferunt, qui parte superiore picrocholi existunt. At non assuetam cibi abstinẽtiam facilius omnino ferunt, qui parte superiore sunt pituitosi: quo fit, vt cibi vsum, qui semel die fit, facilius etiam ferant. Non igitur intempestiue, neq́3 fortes vasorum inanitiones moliri: neq́3, cum morbi vigent, feruorem q́3 habent, cibum dare licet. Nam, postea quàm sermonem, quo magnas victus mutationes ostendit sanos ipsos, non quo modo languentes, lædere, compleuit absoluit q́3, iure intulit, cuius gratia mentionem de his omnibus fecit, inquiens, Non igitur intempestiue, neq́3 fortes vasorum inanitiones moliri licet. Quanquam autem & institutum etiam per relata sufficienter demonstrauerit, videtur tamen & ad alterum transire sermonem, qui hæc cõmonstret, ex abundanti testimonijs vsus. Principium igitur sequẽtis sermonis iure censetur dictio hæc, Potissimum sanè & hoc argumentum, quod maxime mutationes eorũ,

quæ

A quæ circa naturam nostram habitum'q; contingunt, maxime morbos committunt. Cui quidem dictioni continua fuerit, quæ ita sequitur: Multa autem his germana, eorum, quæ ventri contingunt, atq; alia quis dixerit. Dictionem sanè hanc sum explanaturus: sed nunc ad præsentem reuertar, quę hanc habet mentem. Non intempestiue neque vehementer tame necare, ne [illegible] morborum consistentijs victum ex media ad cibi oblationem permutare licet, sicuti ne [illegible] ad contrarium. Ex quibus sequitur talem instituendam victus rationem, qualem is præcepit. Sũma autem horum est, declinandas esse subitas repentinas'q; ad contraria permutationes.

33 *Multa autem his germana, eorum, quæ ventri contingunt, atq; alia quispiam dixerit: vt exempli gratia, Cibos, quibus vti consueuerunt, facile ferunt, tametsi natura haudquaquam boni fuerint: similiter & potus. Cibos vero, quibus vti non consueuerunt, etiam si mali non fuerint, moleste ferunt: consimili modo & potus.*

Quæ similia existunt, atque, vt quispiam dixerit, genere admodum iuncta cognata'q; consueuit vocare Hippocrates ἀδελφὰ, id est germana: quod eorum, quæ genere iunguntur, & familiarissimi & genere omnium iunctissimi sunt ἀδελφοί, id est germani. Nam propinquitates cæterę his posteriores sunt, vt patrum matrum'q; fratres sorores'q; & fratrum sororum'q; filij filiæ'q; & B quæcunq; id genus sunt. Cætera dictionis clara sunt. Nam demonstrat Hippocrates sermonem eundem, quem ab initio demonstrauit: cuius summa est, Consuetudo maxime potest: repentina'q; ab ea digressio corpora non parum offendit.

34 *Si ergo multa præter solitum carnis deuoratio, vel allia, vel silphion, vel ipsius succus, vel caulis, vel alia consimilia, quæ seorsum insignibus sunt prædita viribus, ventriculis quibusdam magis, quam alia labores inferant, minus quis admirabitur.*[a] *† At iure admiraberis, si didiceris, quantã Maza turbationẽ, tumorem, flatum, tormina q; mazam deuorare non assueto pariat, si præter cõsuetudinẽ ingesta fuerit: } vel qualem Panis ipse calidus deuoratus sitim inferat, & repentinam plenitudinem, quòd tũ exiccet, tum tarde descendat: Et quam varia inter se pariant puri [illegible] confusanei q; panes, si præter consuetudinem deuorentur: & maza similiter vel arida, vel humida, vel tenax: qualiter item & polentæ afficiant, recentes quidem eos, qui recentibus vti non consueuerant, & aliæ eos, qui recentibus ex consueto vtuntur: Ad hæc quid faciant Vini, & Aquæ potationes præter consuetudinem in aliud subito translatæ: quid dilutum item vinum, meracum q;*[b] *rẽpente pota: dilutum enim cum infirmitate humentem reddit ventrem superiorem, flatuosum q; inferiorem: meracum vero venarum palpitationem efficit, capitis q; grauitatem, & sitim infert: Præterea quid vinum album nigrum q; præter solitũ mutata: quæ si ambo vinosa fuerint, valde alterãt corpus.* C *Quare dulce vinosum q; minus quis dixerit mirum esse non idem posse, vbi repentina fuerit mutatio.*

Sermonis totius sensum intelligentiam'q; vbi prius dixerimus, ad particulares, quæ in eo sunt, dictiones perueniemus. Orationis igitur totius sensus talis est: Victus mutationem in eos, qui insigni pręditi sunt virtute, tum cibos tum potus, nemo, qui ledentem corpora viderit, admirabitur: verum eam, quæ fit neq; sine læsione in cibos potus'q; non insigni præditos virtute, iure quis admirabitur. Talis quidem est sermonis totius intelligẽtia. Sed, vt particulatim dicam, orationis totius principium mentionem eorũ facit ciborum, qui fortem vehementem'q; habẽt facultatem, vt carnium deuorationis, alliorum, silphij, succi eiusdem, & caulis: nempe silphium totũ fortem habet facultatem, sigillatim'q; succus ipsius, & caulis. Verum hęc quidem simpliciter dixit, sed cũ carnium deuorationis meminit, adiecit hoc verbum, multa: nempe multa carniũ deuoratio magnam habebit facultatem, mediocris vero nõ magnã. Quæ huic succedit dictio, ad eos accedit cibos, qui non magna cõstant virtute, mazam videlicet, & panẽ vel calidum, vel frigidum, vel syncomiston, id est confusaneum. Quòd vero panẽ non purum syncomiston appellet, constat & ex eo, quæ ad purum est, oppositione: panẽ hunc homines huius tẽporis autopyron appellant, non discreto s. turfuraceo, sed vnà cum syncera pura'q; farina macerato consperso'q;. Post hæc de po D lentarum differentia mentionẽ fecit, recentes'q; vocauit ποταινίας. Ionum voce vsus & antiquorum. Memorauit postea & vini & aquæ potationes præter solitũ mutatas: meraciorẽ item & dilutiorem potũ. Quibus adiecit dilutũ vinum in vẽtre superiore πλαδόν, i. humiditatẽ infirmitatem'q; facere, flatum'q; in inferiore: meracũ vero palpitationẽ[c] † temporũ, capitis grauitatẽ, & sitim, id'q; caliditate: dilutũ aũt cõtraria, tum humiditate tũ frigore. Mentionẽ quoq; & de vinorũ ipsorum differentia fecit, ex his oĩbus colligẽs, quod in vniuersum ab initio ipsi propositũ institutum'q;, oẽm s. consuetudinis subitã permutationem non paruum corpori afferre detrimentum.

35 *Cæterum partem hanc sermone cõtrario τιμωρητέον, id est iuuare oportet. Nempe his victus mutatio facta est, corpore neq; ad robur, vt cibos adijcere, neq; ad infirmitatẽ, vt cibos diminuere oporteret, haudquaquã permutato.*

Verbum hoc τιμωρητέον opitulandũ siue iuuandum indicat. Neq; aũt opitulatio alia sermoni huic fuerit præter patrociniũ, quod vera loquitur. Nempe, cum ex duobus sermonibus vnus ipsi placuerit, alter vero huic aduerset: & ei quidẽ, qui placuit, hucusq; est patrocinatus: nunc ad alterius patrociniũ descendit: cuius sententiã quis conuenire dixerit, vt languentes ab insigni victus mutatione iuuentur, quãdo & corporis affectio in contrarium his quidem, qui antea sani viuebant, nunc vero ęgrotant, permutata sit. Sanè & in huius sermonis gratiam vniuersaliter antea est lo-

a Al. præter.

A † Codex quidã antiquissimus græ. plura habet: [illegible] tamen [illegible] Hippocratis [illegible]. At iure admiraberis, si didiceris, quantã mazæ turbationẽ & tumorẽ & flatum & tortionẽ ventriculo inferat præter consuetudinẽ comesta ei, qui panẽ comedere sit solitus: vel quãtã panis grauitatẽ & tensionẽ ventriculi ei, qui mazam comedere sit solitus.

B præter cõsuetudinem.

C † venarũ, additur in antiquis.

†Al. si modica al. nō modicū. Supra.t.18. Supra.t.32.

cutus his verbis: Transmutatio autem bene habet † non modica: } sed ὀρθῶς, i. recte, transferenda venit. Deinde, quid aduerbiū hoc ὀρθῶς indicet, non paucis ostendit, sed ad summam subducens colligens q; dixit, Non igitur intempestiue neq; fortes vasorum inanitiones moliri: neq;, cū morbi vigent feruorem q; habent, cibum dare: neq; repēte huc vel illuc in toto negocio, quicq; mutare licet. Quare & ambiguitatem soluere iam anticipat, quam nuper enunciauit sermoni consentiens. Adijciet q; impræsentia aliquid, cum inquiet, Conijcere autem oportet & robur, & morbi cuiusq; modum, & cætera quæ his succedunt: quæ in sequenti dictione explanabo. E

36 *Conijcere autem oportet & robur, & morbi cuiusq; modum, hominis item naturam, atq; ægrotantis in victu cōsuetudinem, non in cibus solum, verum quoq; & in potionibus.*

Conuenienti in acutis morbis victus institutioni, quam docuit, & roboris cōsiderationem, & morbi modum, præterea & hominis naturam, consuetudinem q; ipsius, adijcere iubet Hippocrates. Nempe summa, quā astruit, est, Non permutandū esse victus speciē prius, quā signa coctionis manifesta sint: id aūt fiet, si, quot diebus ad vigorē morbus venturus sit, præcognoueris. Verum, cum victus, quem manifestabo, pro maioris minoris'ue ratione permutari possit, quod laborātes inter se differant virtutis tum robore tum infirmitate, naturali item temperamēto, & morbi modo, atque antecedente cōsuetudine, si ad ea respexeris, poteris artificiose tum magis tum minus in specie victus conijcere: {speciem victus intelligo,} si videlicet vel oxymelite, vel melicrato, ægrū regere debeas: aut solā aquam bibendā adusq; coctionis notas dare: aut ptisanā, aut ptisanæ solum cremorē: deinde si bis & semel die. In victu ergo tum magis tum minus per ea, quæ dixit, conijcere oportet. Nam, si ægrum ptisanæ cremore indigere cōperias, iam tibi cōstat, quantum de eo sis propinaturus: cōsimili modo de oxymelite, melicrato, & aqua. Verū, quemadmodū ad speciei victus inuentionē, operæpretiū est, vt cognoscas, an robusta vel infirma sit laborantis facultas, quot item diebus morbi coctio futura sit: sic & considerandū, quantū vel robusta vel imbecilla fuerit, nempe in virtutis tum robore tum imbecillitate magis & minus valde discrepāt. Sic morbi quoque differentias conijcere oportet. Neque enim satis est cognoscere, quod pleuritis, vel peripneumonia sit, sed &, qualis'nam ea sit, cognoscere oportet in dolore, febre, & sputis. Nempe pleuritidum, quę cū dolore sunt, aliæ quidē magis, aliæ vero minus, tales existunt: febrem q; vehemētem habent tum magis tum minus particulares pleuritides. Sed non parua quoque est in ijs, quæ expuuntur, differentia, vt in prognostico est dictum. Cū igitˀ particulatim in dictis differētijs variēt ægri, fieri nequit, vt in Empiricorum appellatis syndromis reperiatur disciplina. Neq; n. eorum qui in virtute comperiuntur, excessuum differentiæ scribi possunt, neq; febris vehementia, neq; sputorum quantitas, neque in particularibus coloribus dissimilibus q; eductionibus magis minus q;. Verum cuiusq; rei virtute intellecta, oēs inter se cōparare, summam q; vnam ex ipsis colligere oportet. Qua quidē in re tum meliores tum deteriores reperiūtur medici, quanq; eadem didicerint. Nempe, qui perspicaci magis pollent ratiocinio, ijs, qui hebetius habent, euadunt probatiores: laboris item amantiores segnioribus, exercitatiores q; minus exercitatis: atq;, qui memoriam tenaciorem habent, ijs, qui minus ea valent. Ex particularium igitur oīum virtute colligere in vnam summam vniuersam victus formam singulorum q; ciborum quātitatem cōmodius est. Nam imbecillitas sæpius quidem, sed paulatim cibādum indicat: fidem'que rei huic facit, quod æger bis cibari suetus sit. Facultatis aūt robur contrariū indicat: nam, si in homine semel cibari sueto videatur, semel ipsum cibare oportet: quod indicant ambæ coniecturæ. Sic & corpus bene difflabile ad cibationem stimulat: quod ægre difflatur, ad contraria agit. Quod item tenues habet succos, id cibandum indicat: quod his non constat, contrarium commonstrat. Atq; in singulis, quæ dicta sunt, magis minus'q; proportionaliter sibi & auxiliorū vsum tum auget, tum remittit. Sed de huiusmodi, omnia in methodo medendi deinceps & ordine ita exarata sunt, vt tum citissime cōdiscere, tum facillime ad memoriam reuocare possis: fieri siquidem nequit, vt libro vno pręsenti bene omnia scribat Hippocrates, atq; ordine doceat: præcipue'q; cū ipse primus horū inuentionem sit molitus. Qui tñ hæc ab Hippocrate tum transuersim tum inordinate scripta didicerit, totam'q; suam vitam in eam, quę ex operibus docetur, meditationem exercitationem'q; deuouerit, is & lucem & ordinem doctrinæ adijcere poterit. Quod si & pluribus libris fecerit, quanta futura sit claritatis eorum, quæ docentur, exuperantia, liquido patet. Nemo ergo animo despondeat, si hoc in loco confundatur, scoporum multitudine affatim circūseptus. Nam si, quod particulatim horum vnumquodq; à nobis in methodo medendi demonstratum sit, intellexerit, atq; ad illam trāslatus sedulo singula didicerit, ea sane, quæ nunc inordinate dicuntur, liquido cognoscet: speculationem'q; in ipsis artis operibus exercens, veritatem ipsius laudabit. F G H

37 *Ciborum autem adiectioni intendendum multo minus: nam subtrahere omnino, sæpenumero expedit, vbi æger sufficere possit, donec morbi vigor maturuerit.*

Quoniam victus cuiusq; species ex ijs, quæ antea dixit, inuenitur: atq; inde, quę in ante scripta dictione dicuntur, conijcere operæpretium sit, vt in singulis victus formis quantitas reperiatur:

præsenti

A præsenti dictione /ciborum autem adiectioni intendēdum multo minus: nam prorsus subtrahere, sæpe numero expedit/ cognoscens præsidiorum singulorum quantitatē artificiosa egere coniectura: artificiose autem conijcere viri esse, qui vires omnium, quæ in arte sunt, didicerit, memoriæ mandauerit, atq; diligentia omni adhibita sese in operibus artis exercuerit: paucos'q; tales existere: Iure optimo, quæ præsenti, inquam, dictione dicuntur, adscripsit, in quantitate ipsa ad id, quod minus sit, procedendum esse magis, q̄ ad id, quod exuperat, vbi quis à iusto modo abscedit, admonens. Nempe, quod plus est, noxas interdum inemendabiles facit: quod vero minus est, facile emendatur. Nempe, si virtus labascere videatur, cibi exiguum ministrare possumus: verum, si in ventrem absorptus fuerit cibus, quod superfluit, si alias, multo magis in acutis morbis tollere est difficile. Nam prorsus subtrahere, sæpenumero expedit, vbi æger sufficere possit, donec morbi vigor maturuerit. Rursum præfatæ dictionis partem hanc [a] assumpsit, nos familiaris huius scopi admonens, qui tum hic, tum in Aphorismis habetur: [b] § Nempe, si æger ad morbi vsque vigorem sine cibo sufficere posse videatur, in omni ciborum abstinentia cum & potu solo moderaberis, cum tibi videbitur necessitas.

38 B *In quibus autem id faciendum sit, scribetur.*

Quòd prædixerit Hippocrates commonstrata vniuersali victus ratione in hoc libro se transiturum ad cæteras omnes acutas ægritudines, liquido constat. Verūtamen [c] opus huiusmodi non reperitur. Nempe, quę in hoc libro à balneorum consideratione [d] extant, si quis, veluti in typo, ab Hippocrate scripta, qui sibi hæc ad rememorationem præparauerat, in domo reperiens post viri mortem deprōpsit, forsan ratione quidem hoc fecit, verūtamen vt liber, digna Hippocratis mente non sunt: sicuti neq; ea, quæ de morbis & affectibus inscripta sunt, quanquam multa in ijs bene scripta sint. Sed super ea re in ijs, quæ in ea scriptæ sunt expositiones, disceptabimus.

39 *Multa autem & alia ijs, quæ dicta sunt, germana quis scribere potest.*

Rursus ad eum reuertitur sermonē, quem multis certū ratum'q; fecit exemplis, mutationē cōsuetudinis languentibus noxam afferre demonstrans: sed, qm̄ à sanis in eos transijt, [e] † ob id, quæ similia sunt & congruentia bene, ἠδελφισμένα i. germana dixit. Quod aūt postea dicturus est, sermonis huius testimoniū existit, quanquām nō simile, non cōgruēs, nec germanū, vt ipse appellauit, sed id quod peruestigat. Patebit aūt tibi mens Hippocratis in sequētis dictionis expositione.

40 C [f] † *Hoc autem verius efficacius q; testimonium. Neq; .n. rei, de qua plurimus factus est sermo, germanū existit, sed res ipsa commodissimum est documentum. Nēpe quidam per morbi acuti exordia eodem, quo laborare cœperunt die, comederunt, alij postero die, alij quiduis, alij cyceonem sorpserunt. Sanè hæc omnia deteriora quidem sunt, quàm si modo alio cibaretur quis: sed, quæ hoc tempore peccata fiunt, ea minus multo lædunt, quàm si primis quidem diebus, vel duobus vel tribus vasa quis integre exinaniuerit, mox quarto vel quinto talia ministrauerit. Adhuc tamē deterius erit, si omnibus his diebus vasa ante exinaniuerit, & sequentibus diebus ita pauerit prius, quàm morbus maturus reddatur. Nempe hoc pacto mortem plurimis liquido affert, nisi morbus omnino beneficus fuerit. Quæ vero in principio committuntur delicta, ea non similiter his, domantibus renituntur, sed facilius domari possunt.*

Lib. 4. f. 1. c. 2. 8. fol. 420. d

Ante ab ijs, quæ bene valentibus ex consuetudinis mutatione contingunt, ad languētes ipsos per similitudinem transijt: transiturus aūt & nunc, atq; ipsum, quod nunc instituitur, ferè ita habere est demonstraturus. Sed quid'nam id fuit? sanè q̄ neq; à principio neq; primis diebus fame cruciatos ægros, cum prope vigorem iam peruenerint, replere oportet. Tota autē dictione vult ostendere grauiorem cōtingere ægris offensam, cum prope vigorem erratum sit, q̄ si in morborum principijs quippiam delinquatur. Inquit enim, Quæ hoc tempore peccata fiunt, ea minus D lædunt, quàm si primis diebus, duobus vel tribus, vasa quis integre exinaniuerit, mox quarto vel quinto talia ministrauerit, [g] † atq; etiam ante, q̄ morbus (vt græco verbo inquit) πέπειρος reddatur. Quod πέπειρον appellet πεπειμμένον, i. quod ad maturitatem est perductum, palàm est omnibus. Morbos præterea εὐήθεις i. beneficos dixit, non quidem maleficos morosos'q;, quos Gręci κακοήθεις vocant, sed εὐτρέπεις, i. qui facile ad bonum vergunt. Scimus etenim veterū multos ita vti dictione, ita quoque & Hippocratem, vt alibi est dictum.

41 *Hoc sanè maximum reor esse documentum, quòd primis diebus quanis sorbitione nequaquam eos priuemus, quibus futurum est, vt paulo post sorbitionibus quibusuis vti debeant.*

Sermonem hoc in loco eundem dixit, quem sæpius antea enunciauit, nutrire scilicet sorbitionibus ab initio præcipiens eos, qui ad vigorem vsq; sufficere citra ptisanæ ingestionem non possunt. Nam eos prope vigorem nutrire compellemur, cum ad tenuiorem victus formam, etiam si antea plenius cibati fuerint, transeundum sit.

42 *Πυθμηνόθεν ergo, qui hordeacea vtūtur ptissana, quòd ægri lædentur, ignorant, si duobus vel tribus diebus antea exinanitis vasis sorbere incipiant: neq; etiam, qui solo vtuntur cremore, quòd sorbētes lædentur, intelligūt, cum sorbitionem*

A [a] ἀνέλαβεν, sed forte ἀνέλαβον, i. assumpsi. vt sic vertatur. præfatæ dictionis partem hanc rursus assumpsi, vt qui velim ad memoriam reuocare familiarē hunc sibi scopū & hic & in aphorismis. & ita videtur leg. ille vetus īterpres.

B § 1 Apho. 9. Ex. ord. 4. g

C [c] σύγγραμμα.

D [d] προκείμενα. seu legendum est ut in antiquis προκείμενα sl est adiecta sunt.

E † *Al. ex antiquis, ob id ἠδελφισμένα, i. germana dixit, per germana similia intelligens.*

F † *Al. ex antiquis. Hoc tamen melius est testimoniū. Neq; enim solum germanū est rei, de qua plurimus mihi factus est sermo, sed res ipsa et cætera.*

G † *Hæc addenda ex antiquis cod. græcis. Adhuc tamen deterius erit, si omnib' his diebus vasa ante exinaniuerit, & sequentibus diebus ita pauerit, prius quàm morbus maturus reddatur.*

tionem non recte inchoabunt. Sed tunc cauent, magnam q; intelligunt læsionem, si æger ante mutationem morbi ptisanam hordeaceam sorbeat, cremore uti suetus. Omnia igitur hæc magna testimonia sunt, medicos non recte ægrotantes ad victũ inducere, quippe qui et in quibus morbis non oportet vasa exinanire, ijs qui sorbitionibus cibari debẽt, vasa eximaniant; & contra, in quibus ex vasorum inanitione ad sorbitiones transeundum non sit, in illis transeant. E

Aduerbium hoc πυθμένοθεν, vel παντελῶς, id est omnino, vel ἐξ ἀρχῆς, id est ab initio, Hippocrati indicat. Nam medicos ignorare ait, quando primum vel ptissanam vel cremorem ęgrotis dare oporteat: bene tamẽ scire, si ante morbi coctionem ptissanam hordeaceam dederint, se ægrũ læsuros. Sequentem autem dictionis huius seriem, quæ eadem ex eisdem sæpius dictis ostendit, de industria ob claritatem transgrediar.

43 *Et plerunq; ἀπαρτὶ, id est exquisite. Interdum autem hoc tempore, interdum & alio, ex vasorum inanitione ad sorbitiones transeunt, vbi sæpius à sorbitionibus ad vasorum inanitionem transire expedit, si ita ex morbi acerbatione contigerit.*

Hoc aduerbium ἀπαρτὶ & apud auctores atticos, & apud Hippocratem, est in vsu pro ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς, id est exquisite & absolute. In quo significatu & nunc est vsus Hippocrates, demonstrare volens medicos in illo maxime tempore permutare victus rationem ex abstinẽtia cibi ad sorbitiones, quo ad abstinentiam accedere oportet: atq; hinc manifestissime ostendẽs, cum morbi vigor adest, tunc tenuissimo de necessitate victu esse vtendum. F

44 *Interdum autem "& cruda tum à capite tum à thoracis loco attrahuntur biliosa: vigiliæ q; his accidunt, ob quas non coquitur morbus: pertristes q; & amari hi fiunt, desipiunt, incerti & discurrentes lucis splendores oculis obijciuntur, aures implentur sono, frigent extrema, vrinæ crudescunt: sputa tenuia fiunt, salsa, colore syncero, & exigua: sudores circa collũ, anxietates inquietationes q;: & spiritus offendens, in ea quæ sursum fit, aeris latione, frequens, vel valde magnus: supercilia quadantenus amplificantur, deliquia animi fiunt, vestium à pectore reiectiones, manuum tremor, atque interdum labij inferioris concussio.* A. lib. 4. f. 1. c. 8. fol. 420.

† ὀφρύες δὲ νοσῖος μετέχεται, i. supercilia grauitate participat.

Vniuersa hæc contingere ijs ait, qui perperam cibati sunt à medicis: qui primis diebus exiccatos ęgros, die tertio vel quarto vel quinto vel sexto repente ad edulia non peracto morbi vigore permutauerunt: quasi peracto morbi vigore, conuenienter eos victum permutasse dicat. Quod igitur dicebat, Permutare quidem oportet sanorum victum in morbis, neq; tamẽ temere id agendum, iam patere ex prędictis arbitror. Nempe, cũ vna quidẽ corporis conditio salubris sit: altera, quæ à morbi initio ad statum vsq; extenditur: mox & tertia, quæ ad perfectam vsque morbi solutionem sese prorogat: deinde & quarta, quæ totius conualescentiæ tempus adusq; sanitatis habitum occupat: in nulla harum quatuor conditionum permutationes victus insignes facere oportet, nisi prius in alteram conditionis speciem peruẽtum sit. Qui igitur ęgros morborum exordijs in omni ciborum abstinentia seruant, si ad vigorem vsq; talem victus speciem seruare possint, nemo eos culpauerit: quod si facere non possunt ob interlabentes ægrorum vires, quod perperam inedia vtantur προταριχεύσαντες, id est exiccantes ęgros, palàm est oĩbus. Hoc autem verbo abstinẽtiæ importunitatem plus iusto corpus exiccantem euidenter demonstrat: vbi etenim, quo tempore prope vigorem tenuius cibandum fuit, in eo cibum dare coacti sunt, quod ægros abstinentia immoderate exiccauerint, est manifestũ, quod vocatur ταριχεύειν. Ob id igitur modo cibandi huic succedere ait symptomata multa, & praua: quæ omnia continuata recenset serie à biliosis crudis exorsus. Nempe biliosa cruda ita appellauit, quoniam & excrementorum coctionem appellat, quanquam mutata nutrire non possunt, vt bilis vtraq;, & qui græce ἰχῶρες dicuntur. Veruntamen, quoniam & talia euincit natura, cocta quidem vocare consueuit Hippocrates excrementa huiusmodi, quæ à natura ipsa euicta sunt: cruda vero, quæ non sunt euicta. Ob id & pus in phlegmonis, quæ concoquuntur, fieri ait, quanquam pars nulla ex pure alimoniam accipiat, veluti accipit ex crudis appellatis humoribus & pituita: quæ reliquum perfectionis assecuta & prorsus cocta, corpus nutrire possunt. Sic igitur biliosorum humorum cõcoctio existit, vt sanguinis, qui in phlegmone est, in pus migrantis, intelligentibus nobis coctionis nomen in suo vniuersaliore significato. Est autem vniuersalius, cum natura causis fortior fuerit, permutauerit que eas pro suo robore. Quæ igitur, veluti in corpore inanimato, putrescunt, nihil ad permutationem conferente innato calore, à concoctionis ratione degenerant: hoc sane aliquando contingit etiam aquosis ijs ichoribus, qui per vrinas excernuntur: atq; ob id incoctas vrinas concoqui dicimus, quanquam corpus ex coctis vrinis ali non possit. Generali præterea hoc concoctionis significato vtimur, cũ vel catarrhum, vel coryzam, vel fluentes ex his ichoras, vel eos qui ex oculis manant, aut incoctos aut coctos esse dicimus. Ad hunc modum & bilẽ vel crudam, vel incoctã, vel coctam esse pronunciamus. Cruda quidem flaua admodũ est & acris & male olens: cocta autem & pallidior & minimũ male olens. Bilem igitur incoctam ait ad vẽtrem de necessitate confluere, quæ ob prauam victus rationem tum ex capite, tum ex thorace trahitur, id q; cum fame ægros necant, nullo vtili solatiũ ventri præstantes, atque cum ex inedia ad validos cibos prope vigorem intempestiue transeunt.

Recenset

A Recenſet deinceps & ſymptomata alia, quæ prauam ob victus rōnem oriuntur, In primis quidē vigilias,quæ longā inediā,cibos q; intempeſtiue exhibitos conſequuntur, quæ vtroq; noīe medicorum culpant victus rationem. Quòd aūt vigilias morbi apepſia i. incoctio ſeu cruditas conſequatur,manifeſtū ſanè exiſtit,ſi ſomnos concoctio ſequi debeat. Cęterū pertriſtes,inquit,fiunt tū ob longā inediā, tum ob validū repentinū alimentum,quo grauatur venter,grauatus q; lāguidos reddit & mœſtos. Adde,ꝙ & amaros fieri ait,quippiā manifeſte præfato conſimile adſtruens: vt enim ſunt, qui ex melancholia tum languidi tum mœſti ſunt, ſic alij quidem ſæpius acriter excandeſcūt, tanꝗ collecta in ſtomacho bile. Vel ſanè,cum amaros fieri ait,eam,quæ in ipſorum ore ex tali bile fit,amaritudinem indicat. Deliipentiæ & acres excandeſcentias & bilem amarā vel in ſtomacho,vel in cerebro collectam,conſequi natæ ſunt. Incerti & diſcurrentes lucis ſplendores, qui μαρμάρυγες græce dicuntur, oculis fiunt propter eam,quæ à vētre eſt, exhalationem, & propter ſanguinis,qui ad caput fertur, abundantiam: atque ex his prius quidem ex importuna interdum fit ciborum oblatione, alterum autem propter iudicatoriam ſanguinis eruptionem, vel delirium imminens. Conſimiliter & aures ſonis implentur, tum propter eos, qui à ventre ſurſum feruntur vapores, tum propter flatuoſum ſpiritum, qui in capite ipſo oritur. Corporis extrema, quæ B ſunt pedes & manus prompte perfrigere, male habente ventris ore,haudquaquam nos præterit, vtpote cum vel propter lōgam inediam vehementer à mordentibus mordetur ichoribus, vel ob importunam cibi multitudinem grauatur. Patitur autem vtrunq; ex ea,quæ antedicta eſt,victus ratione,qua medici, ægros primis diebus vbi fame exiccauerint,tunc,cum tenuiter cibandum ſit, ad frumentacea repente tranſeunt edulia. Ob eandem rationem neq; eorum,qui ita cibantur,vrinæ concoquuntur. Nam in ea,quæ citra vel cremoris ptiſſanæ,vel melicrati,vel oxymelitis oblationem fit, exiccatione,ſanguis propterea,ꝙ non purgetur,bileſcit: propter q; ſubitā ad eſculenta permutationem venter compatiente ipſi facultate vitali grauatur. Quo fit, vt ſtomachicæ appellatæ ſyncopæ manifeſto nobis indicent facultatis vitalis ad os ventris condolentiam. Hoc ſiquidem tum magis tum primum ex importunis tum inedijs tū cibis affligitur. Ob id igitur ſputa & tenuia,& ſalſa,& exigua,& ſynceris coloribus fieri ait, & ſudorem circa collum duntaxat, & anxietatem inquietationem q;,& ſpirandi difficultatem. Incoctus ſiquidem manet morbus propter exceſſum vtrunq;,longam ſ.inediam,& intempeſtiuam cibi oblatiōnē. Apepſiam aūt ipſam conſequuntur ſputa cōmemorata veluti & circa collum ſudores,virtute & ob famis anginam langueſcente,& ob cibū intempeſtiuum grauata. Conſimili modo & ἀπορία id eſt anxietas inquie C tatio q; cōmune eſt vtriſq; ſymptoma,& ob longā inediam,quæ ventrem ichoribus replet, & ꝑꝑ cibum intēpeſtiuum grauantē. Verum ſpirandi difficultas,qua ſpiritus offendit,ob cibum intempeſtiuum magis,ꝗ ob indigentiā,oritur. Nā ſpiritū inter *inſpirāndum & offendere & quaſi ſiſti, tum anguſtiæ, tū conuulſionis eſt nota: latio etenim, q̄ ſurſum fit,expirationē facit. Tali aūt ſpiritui contrariū tum in ‖ ſecundo tū in ſexto de morbis populariter vagantibus libro percurrit inquiens, ‖ Duplex intro reuocatio veluti *aſpirāntibus. Quod aūt ob cibum intempeſtiuū & non ꝑꝑ penuriam talis fiat ſpirandi difficultas,patet ex ſermone Hippocratis ſpiritū frequentē vel magnum valde perperā cibatis fieri aſſerentis: fit ſiquidē frequens magnus q; acto in anguſtiā ſepto tranſuerſo ab ea,q̄ in ventre cōtinetur alimonia,cū videlicet neq; victa,neq; probe à ventre cōfecta, inflationē parit. Nempe tunc ob ſepti trāſuerſi anguſtiā de neceſſitate minus aeris inſpiratur, quanꝗ thorax ſe ea,qua prius dilatabat, dilatatione dilatet. Ergo, quod nunc aeris deeſt priori, q inſpirabatur,id deficientē diminutum q; reſpirationis vſum facit,atq; ob eā rem animal maiorem reſpirationem facere cogitur,vel frequentiorē,vel vtranq;. Dictum autem abunde de ſpirādi difficultatibus oībus,in libris de ſpirandi difficultate: vbi tum harum tum aliarum difficultatum ſpirandi cauſas vnà cum proprijs demōſtrationibus ſcripſimus: verū,quantū ad præſens attinet,hęc D ſufficiunt. Ait pręterea & ex prępoſtero cibatu ſupercilia quadantenus amplificari. Verum id bifariam ſcriptū inuenitur. Nempe in quibuſdam exemplaribus ſingulari numero ad hunc modū, ὀφρὺς δεινώσιος μετέχευσα,id eſt ſupercilium quadantenus amplificatur. In cęteris vero pluraliter, ὀφρύες δεινώσιος μετέχευσαι, i. ſupercilia quadātenus amplificātur. Significatur aūt ex ea dictione † ſupercilia ipſa quodam modo euelli vel retrahi. Fit q; illud interdū quidē ambobus conuulſiue intentis,aut altero ſolo: interdum aūt & altero reſoluto. Deinceps ait deliquia animi fieri, ſermonē ad ſymptomata referens,ꝑ quę & veſtiū reiectiones fiunt ardētibus ęgris. Interdum aūt & manus totæ tremulæ fiunt,plus aucto malo. Concuſſio aūt labri inferioris,morſum in ore vētris vehementem ſignificat. Quo fit,vt tale ſymptoma, vomitus acrium humorum etiā ſignum ſit.

[Left margin: ‖ ..pid ſect. 2ª. ..a medium. ‖ ..n ſextū Epi. ..10.3ª.162.d]

[Right margin: * Al. expirādū. & ita vetus interpres. * ſuperinſpirātibus. † περισπᾶσθαι πῶς αὐτὰς ἢ ἀντισπᾶσθαι, i. ad latus trahi quodā modo ipſa ſupercilia, uel ſurſum trahi. Antiquus interpres, quod tēpora eorū trahuntur ad latus aut ſurſū. Nā dictionem ὀφρύες uertit ipſe tēpora.]

45 *Hæc ſi in initijs apparuerint,delirium vehemens indicant,atque magna ex parte ægri moriuntur.*

Dicta, inquit, ſymptomata ſi circa morborū initiū fiāt, delirium vehemens denunciāt. Morbi initiū nunc intelligere oportet totū illud tpˢ, in quo non dū exiſtunt concoctionis notę. Nēpe & in libris de iudicationibus dictum eſt nomē principij & plura ſignificare: & ſignificatū, quod nunc dictum eſt, ſecundum eam eſſe diuiſionem, qua morborum tempora diuidentes morbos ipſos conſtare ex principio, augmento, vigore, & declinatione aſſerimus. Ergo, cum nuper di-

[Left margin: ..4 ſ.1 t. 1. c. ..0.411.e]

cta symptomata, vbi prope morbi vigorem apparent, iudicationem futuram salubribus in morbis significent: sane, si in principio fiat, iudicationem quidē non denunciant, (nihil enim in principio iudicari potest) sed delirij notæ existunt. Scriptum autem & de his abunde in libris de iudicationibus, ex quibus totum, qui de his est, sermonem perdisces, cum illic plenior sit, quã vt nunc omnino percurrere oporteat. Sed sane, vt in cæteris, ita in his summatim perstringere satis erit. E

Ergo, quoties natura ad excretionem properat, effatu digna in corpore fit permutatio, ob quam symptomata huiusmodi cum manifestissimis coctionis signis apparēt. Verum, cum perturbatio efficitur similis, nullo à natura ad infestãtium excretionem facto apparatu, tunc periculosissimū est signum. Dictum iam & cæteris in commentarijs de κρισίμοις id est iudicatorijs symptomatis, qualia sint, & quæ nam ipsorum natura, & quo nam pacto ab ijs differant, quæ ἐπιφαινόμενα i. superapparentia, vocantur, quo in genere erunt & ipsa coctionis signa. Nempe & prognosticū, & librum de humoribus, & aphorismos, iam ante hunc librum exposuimus. Sane semper de his eadem dicere ad eum spectat, qui prolixioribus vti consueuit sermonibus.

46 *Qui autem euadunt, hi vel cum abscessu, vel sanguinis è naribus fluxione, vel puris crassi expuitione euadunt, neque aliter.* F

Cum mori ipsos dixit, non simpliciter dixit, sed magna ex parte ascripsit: quapropter, quo nā pacto quidam ex ipsis seruentur, dicere sequens erat. Quos nunc percurrit, atq; quosdam ex ipsis seruari ait, aut per sanguinis eruptionē, aut per abscessum, aut puris abūde cocti expuitionem, simul ex ijs, quæ retulit, ęgros in huiusmodi symptomata incurrere ꝑpter multitudinē significans.

47 *Neque sane horum ita peritos video medicos, qui, vt oportet, dignoscant eas, quæ in morbis contingunt, virium imbecillitates, & quæ ob vasorum inanitionem, & quæ ob aliam quampiam irritationem, & quæ ob laborem, & ab acumine morbi fiant. Quas item natura nostra habitus q; singulis, affectuum species omnigenas fabrefaciat: quamuis cognitæ salutem, & mortem ignoratæ, ferant.*

Quoniam de ægri robore imbecillitate q; sermonem fecit, qui victus scopi sunt non contemnendi, ob id nunc sermonem de imbecillitate repetit, quibus hęc fiat modis, medicos cognoscere debere asserēs: Nempe, quod quædam fiat ob vasorum inanitionem: hoc. n. vocabulum κενεαγγεία id proprie & primum significat, atq; ob id ἀσιτία i. ciborum abstinētia, κενεαγγεία i. vasorū inanitio, sæpius dicitur, tanquam nomine generis etiam in specie homines omnes vti consueuerint. Alia autem ob πόνον i. laborem seu proprie dictum, vt dolori idem sit, seu, vt quispiā dixerit, malam affectionem, qua in acutis morbis ægri male afficiuntur. Aliam pręterea virium imbecillitatem ob aliam quandam fieri ait irritationem. Nam, si morsum dixit vel ventris, vel intestinorum, symptoma hoc sub dolorum nomine intellexisse est visus. Verum, si vel vigilias vel oris ventris affectionem dixit, non proprie interpretari visus est. Cæterum virtus exolui videtur, & ob euacuationem, quæ fit vel sanguinis eruptione, vel vomitu, vel deiectionibus, vel sudoribus, & ob lōgiorem, quã par sit, inediam, & propter tum dolorem aliquem, tum vigilias, tum assiduas purgandi ventris suscitationes: atq; ēt cum os vētris ita affligatur, vt syncopas minetur, id q; vel propter grauātis alimonię multitudinē, vel contristantē quandā ipsius qualitatē, nempe hęc virtutem celerrime tū fatigant, tū dissoluunt. Oēs igitur hæ virium offensæ ex manifestis quidē fiunt causis: sed alię ex "non manifestis: vt qn̄ absq; manifesta vacuatione, vel vigilijs, vel inedia, vel oris vētris sensu, ægri ad talem subtrahuntur corporis affectionem, quam in prognostico scripsit Hippocrates, inquiens, || Naris acuta, oculi concaui, collapsa tempora, & quæ deinceps sunt. Nam hæc corporis conditio fit quidem & ob vigilias, & ob excretionem quādam, quæ multa sit, & ob inediā: fit quoq; & absq; his, cum s. corporis humores tenues fuerint, & febris calor acris. Nam euaporantur, qui ita extenuantur, per insensibilem euacuationem. Cæteris aūt & ob intemperaturam principis vnius partis affectæ imbecilla redditur facultas. Primum siquidem affecta prima laborat, deinde affectuum participatione & reliquæ duæ. Didicisti. n. vnam esse in neruis facultatem, quæ principium habet cerebrum: alteram in arterijs, cuius principium est cor: tertia vero in venis, quæ ex hepate oritur. Ergo partis vnius, quæuis illa fuerit, intemperatura propriam interdū facultatem violauit, cui affectus participatione consenserunt reliquæ duæ facultates. Velocissimæ igitur fiunt corde patiente mortes: deinde affecto cerebro: tardissimæ ab hepate prodeunt. Vt. n. partes hæ intemperie affectæ maximam facultatis vnaquæque suæ offensam incurrunt: sic partes aliæ principio vnicuiq; propius appositæ, si forti intemperatura affligātur, virtutum principia ad sympathiam agunt. Sunt etiam aliæ, quæ quamuis propius appositæ nō sint, ob generalem tamen communitatem, vel quandam affectionis proprietatem, partes virtutum principia cōtinentes lædunt. Os igitur ventris, cum vitalem facultatem ad sympathiam agit, syncopas infert: cum vero proprie animalem appellatam, desipientias vel conuulsiones. Vterus interdum & apnœas (quas non spirationes prope dixeris:) interdum & neruorum contensiones. Verum singula hæc completa ab omnibus cognoscuntur: cum vero fiunt, & sensim increscunt, medicos plerosq; latent. Quæ sane non, qn̄ ob magnitudinem auxilio iam carent, tunc cognoscere oportet, quod G H

A. li. 3. Ep. c. 9. fol. 181.

1. Prog. 6. & 7. 4ª. 191. a & b

* generis. quid ēt sit cōitas generis, vide lib. 3. Epid. sect. 1ª. c. 4. pa. 130. c

A quod vulgo contingit, sed & cum incipiunt, & fiunt: hoc siquidem optimum est. Quòd si fieri non potest, saltem omnino, cum increscunt, dignoscere est necesse. Sanè hęc omnia Hippocrates significasse mihi videtur, cum inquit, Quas item natura nostra habitus q; singulis affectionũ species omnigenas fabrefaciat: vbi naturam, temperaturam dixit: & habitum, struem corporis compositionem'q;. Nam, qui raram ex natura habent texturam, tum euaporantur, tum syncopam facile incurrunt: qui vero densiore constant textura, hi in morbis cunctantur, diutius'q; trahunt. Sic autem & partes non nulli habent, alias quidem frigidiores, alias calidiores, alias sicciores, & alias humidiores: sed omnibus peculiare temperamento malum.

48 *Maius siquidem malum est, si ob laborem & acumen morbi imbecillitato porrexerit quis potum vel sorbitionem copiosiorem, vel esculentum, imbecillitatem eam ex vasorum inanitione contigisse arbitratus. Neq; sanè calumniam effugere potest, qui imbecillitatum ex vasorum inanitione non cognoscit, premit q; victu. Periculum siquidẽ aliquod adfert erratum hoc: sed lõge minus, quàm alterum, atq; risu dignum magis. Nam, si medicus alius vel plebeius ægrũ interuiserit, cognouerit q; ea, quæ contigerunt, dederit q; tum edendum tum bibendum, quod alter vetuerit, is præsidium attulisse existimabitur.† Talia autem maxime ab iis vituperantur hominibus, qui res ad nigrum vertunt. Nẽ* † Aliqui ita uertunt, [illegible] aũt artificis [illegible] cinora maxime ab hominibus uituperantur.
B *pe, qui ægrum interuisit vel medicus uel plebeius, hunc à mortuis suscitasse ipsis videtur.*

Ob dolores sępius ęgri sine pulsu reddũtur, animi'q; deliquia incurrunt, & nullo pacto queũt moueri: similiter & ob morbi acumen. Sunt aũt, quibus non ob hæc virtus offenditur, sed ob vasorum quomodolibet factã euacuationem. Siue igitur ob euacuationẽ sensui manifestam, siue ob eam, quę per halitum fit, discussionẽ, siue ob inediã, virtus labefactata fuerit, qui ita affecti sunt, cibari quã celerrime expostulant. Contra aũt, qui ob dolorem, vel morbi acumen parũ valentem habent facultatem, vacuatione interdum magis, q̃ repletione, indigent: immo, qui cibũ his exhibet, maximũ affert detrimentum. Verum, qui ex vasorum inanitione imbecilles sunt, hos siquis diæta tenui presserit, lædet, quanq̃ non æque euidenter vel celeriter. Ignorare autem, si æger sit imbecillus ob vacuationem magis, q̃ ob dolorem, probro vertitur. Cętera dictionis manifesta sunt.

49 *Scribemus autem & horum notas, quibus singula dignosci possint.*

Rursum & hic pollicetur Hippocrates, sicuti paulo ante, se librum alium quendam de morbis acutis scripturum.

50 C *Similia porrò ijs, quæ ventriculo contingunt, hæc existunt. Nam, si corpus totum præter consuetudinem valde quieuerit, non confestim robustum magis euadit: quòd si diutius ociatum ad labores sese repente verterit, ille profectò quippiam euidenter operabitur. Ita de cæteris corporis partibus est existimãdum. Nempe & pes, & cæteræ, quæ articulis prædıtæ sunt partes, laborare non consuetæ, tale quippiam patiuntur, si post longum tempus ad laborem subito se vertant. Hæc patientur oculi & dentes, & quicquid huiusmodi est. Præterea & cubile præter consuetudinem & molle & durum, laborem facit. Quod item sub diuo est, præter solitum corpus indurat.*

Rursus ad institutũ redijt Hippocrates absoluto de virtutis imbecillitate sermone, quẽ per digressionẽ à pristino mutauerat instituto: ait'q;, quæ nunc dñr, similia quodã mõ esse ijs, quæ ventri contingere dicta sunt. Nẽpe scopum dirigit ad summã eam, in qua mutationes subitas magnã languẽtibus afferre lęsionẽ astruit. Quod aũt hoc in loco scribit, huiusmodi est. Vt vẽter diutius omnino ociatus functionẽ perficere probe non potest, nisi prius sensim rursum assuescat, & suas exerceat operationes: sic corpus vniuersum singulæ'q; aliæ partes. Deinde & partes aliquas serie continuata noîatim cõmemorat: atq; tandẽ in fine sermonis, eius, quæ in cubili fit, mutationis mẽtionẽ fecit, astruens sanè & tunc, quod ab initio de consuetudinis mutatione est ab eo propositũ.

51 D *Sed horum "omnium exempla scribere satis fuerit. Nam siquis vlcus neq; admodum insigne, neque valde vile, in tibia acceperit: fuerit q; homo, cui neq; admodum difficulter neq; ualde prompte ulcera sanentur: & prima protinus die ita iacens curetur, vt nequaquàm crus tollat: hoc sanè pacto sine inflammatione manebit, citius q; sanitati restituetur, quàm si oberrans curetur. Quòd si vel quinto vel sexto vel superiore adhuc die surrexerit, atque ambulare voluerit, magis laborabit, quàm si statim ab initio oberrans curatus fuisset. Porrò si & multum & repente se fatigauerit, multo magis laborabit, quàm si ita curatus in diebus huiusmodi sese fatigauerit.*

"lib.4.f.4 t.3. .2.fol.472.c

De repentina adhuc mutatione, vt antea in exemplis alijs, ita & nunc in vlcere sermonem facit Hippocrates. Nam, si quispiam (inquit) vlcus in tibia habens, qui & quiescere & iacere indigeat, quiete ambulet (hoc enim significat πλανώμενος ἰητρεύοιτο, id est oberrãs curetur) lædetur quidem prorsus, sed minus, quàm qui primis diebus quieuerit, deinde subito circa quintum vel sextum, vel diem etiam ἀνωτέρω, id est superiorem, tertium videlicet vel quartum, ambulare cœperit. Sunt, qui vocabulum hoc ἀνωτέρω de sequentibus dici diebus existiment, septimo scilicet octauo & nono: quod si ipsis placebat, eos principiũ dictionis p ε & ξ ἐξωτέρω, & nõ ἀνωτέρω per α & ν, scribere oportebat. Quare aũt, inquiunt, tale fieri non valet vlcus, vt s. non parũ lędatur, qui septima vel octaua ambulare cœperit, & antea quieuerit: & grauiter, dixerim, si vlcus magnum fuerit, vel laborans fuerit vnus ex illis, quibus vlcus difficulter curatur: & magis, si ambo

concurrerint? Quod si neq; vlcus magnum fuerit, neq; laborans fuerit, cui difficulter vlcera curentur: curetur autem conuenienter, nam & hoc subaudire in sermone oportet: iam circa septimam aut octauam bene habebit, & ambulare citra læsionem poterit. Quam ob causam sermoni adiecit, Vlcus neq; admodũ ἐπίκαιρον, id est notabile insigne q;, neq; valde εὐηθές, id est vile, simplex scilicet εὐηθές vocans. Fuerit q; item homo, cui non admodum difficulter vlcera sanetur. Is siquidem, si nihil aliud circa curationem erratum sit, solum quia mediocriter ambulet & incedere indigeat, lædetur, quidem: sed non ita grauiter, vt si primis diebus quieuerit, mox tertia vel quarta vel quinta vel sexta obambulare cœperit. Qui vero magnum vlcus habuerit, & is sit cui difficulter vlcera sanentur, non mediocriter sed grauiter lædetur ab initio obambulans: veluti & qui paruum vlcus habuerit, atq; is sit cui facile admodum vlcera sanentur, si primis diebus quieuerit, & quinta vel sexta ambulare cœperit, nõ grauiter sed mediocriter offendetur. Ob eam igitur causam Hippocrates de eo, qui in vtraq; oppositione medium obtinet, sermonem fecit. Oppositionem autem dicit tum eam, quæ in magno & paruo vlcere comperitur: tum eam, qua homo dicitur δυσελκής & εὐελκής, id est cui tum difficile tum facile vlcera sanantur. Quòd nihil referat dicere insigne vlcus, vel magnum, palàm est. Nempe ἐπίκαιρον, i. insigne, propter loci naturam tale fit: magnum vero virtute perficitur, etiam si sectione corporis paruum sit, vel ipsa sectionis magnitudine insigne fiat: εὐηθές vero, i. vile, quod simplex est & paruum vel propter loci naturã, quæ vilis & abiecta est, vel propter sectionem ipsam paruam factam, dicitur. F

52 *Omnia igitur hæc inter se subitam omnem supra modum huc & illuc mutationem nocumentum inferre perpetuo testantur.*

In exemplis singulis præsentis sermonis mẽtionem facit Hippocrates: quapropter & nunc in exemplo, quod de vlcere facit, idem est executus. Nempe διὰ τέλεος, id est perpetuo, idem significat, quod διαπαντὸς & ἀεὶ, id est vbique & semper.

53 *Multiplex itaq; in ventre est læsio. Nam, si ex multa vasorum inanitione repente quid plus iusto ingeratur: similiter si reliquum corpus diutius ociatum subito ad laborem vehementem sese verterit: multo magis læditur, quàm si ex multo cibo ad vasorum inanitionem transferatur. Corpus re vera his cessare oportet, etsi ex multa fatigatione subito ad ocium ignauiam q; desciuerit. Oportet autem & illis ventrem à ciborum cessare multitudine: alioqui læsio in corpore fiet, & totius corporis grauitas.*

Quod primum omnium demonstrare decreuerat, id de subitis in vẽtre mutationibus fuit. Deinde ab hoc ad generalius, quod & vniuersalius dicunt, transiens, de repentina omni consuetudinis mutatione hucusq; percurrit. Nam, cum specialiora in generalioribus, & particularia in vniuersalibus, contineantur, vẽtris q; permutatio cum subita oĩum mutatione demonstrata sit, nunc rursum ad ventrem reuersus, mutationũ, quæ in eo fiunt, differentias edocet. Ait q; longe grauiorem in victus mutatione esse læsionẽ, cum ex multa inedia repente plus modico ingerit, quàm si ex multo cibo ad inediam transmutatio fuerit. Simile huic fieri in toto corpore deprehenditur. Nã minus læduntur, qui ex motione ad quietẽ subito transeunt, quàm qui ex quiete ad motionem demigrant. Rursum & hoc in loco permutationis intẽpestiuę emẽdationes correctiones q;, veluti & in pręmissis, adscripsit, quanquam id ad pręsentem non videatur pertinere speculationem. Quæ autẽ adscripsit, hæc sunt: Qui ex motu quidẽ actione q; in ocium segniciem q; trãseunt, eos ἐλινύειν, id est cessare & toto quiescere corpore præcipit: quod idẽ huic sentẽtiæ existit: ‖ Vbi fames, laborandum non est. Verum, qui ex multa fatigatione ad quietẽ transeunt, eos pauciora ingerere iubet, quod est & ventriculum quiescere. Quoniam, qui toto corpore non laborans consueta ingeret, is multitudinem subalet: qua efficitur ratione, vt totum corpus grauetur, laboret q;. Πόνος autem, id est labor, nunc Hippocrati læsionem indicat, multis specialibus læsionibus genus existẽs. H

A.lib.1.f.3.d.1 c.7. fol.61.h

2 Aph.16. Ext. ord.11.g

54 *De mutatione in victu, quæ in hæc vel illa fit, plurima sum locutus: quòd re vera hæc nouisse cõmodissimũ sit, cũ ad oĩa, tum ad id, de quo nunc agitur. Nã & in morbis acutis ex vasorũ inanitione ad sorbitiones trãseunt. Transeundũ quidẽ, veluti iã pcipio ego: deinde sorbitionibus haudquaq; utẽdũ prius, q; morbus ad maturitatẽ perductus fuerit, aut signũ aliquod aliud apparuerit, ut ĩ intestinis uacuatoriũ uel proritatoriũ, uel ĩ hypochõdrijs qualia scribẽtur signa.*

Rursus sermonem totum in summam vnam coegit Hippocrates. In habentibus quidem similiter, victum haudquaquam permutare præcipiens: verum in ijs, qui ex sanitate ad morbum transeunt, permutare quidem, non tamen vt cęteri permutant. Deinde compendio quodam victus scopum in acutis morbis declarauit. Nam, si morbus maturuerit, transeundum ad cremoris ptissanæ exhibitionẽ pręcepit: &, si adhuc incoctus fuerit, non transeundum, nisi forsan symptoma aliquod, quod vires prosternat, apparuerit, vt vel vacuatio ventris immodica, vel aliud quippiam, quod proritet. Communi autem proritationis nomine comprehendit omnia, quæ quouis modo virtutem ad infirmitatem agunt: quo in numero censentur & morsus, quem acris humor siue in intestinis siue in ventriculo & præsertim ipsius ore parit, & vigilia, & ira, & mœror, & lumbrici helminthes, qui ab intestinis ad vẽtrem vsq; ascendunt, & cutis totius aut membri alicu

ius,

A ius, qui nocte aggrediatur, pruritus: ita vt virtus non solũ ob irritationem, verum quoq; & propter vigilias, exoluatur. Præterea inquit, Vel in hypochondriis qualia scribentur signa. Nam & ipsa dandam vel non dandam cõmonstrabunt alimoniam. Fieri siquidem potest, vt intelligatur vtrunq; sed alterum magis pro sermonum intelligentia. Nempe præcipiens à ptisana abstinendum ante q̃ morbus maturuerit, cũ scilicet æger sufficere possit, adiecit, Nisi signum aliquod apparuerit vel in intestinis vacuatoriũ aut proritatorium, vel in hypochondriis qualia scribẽtur: tanq̃ & hæc cremoris exhibitionem ante q̃ morbus maturuerit, admoneant. Forte hypochondria dicit, quæ vehementer exaruerunt, & squallida admodum existunt. Talia nempe contingunt &
a mortiferæ faciei, de qua in prognostico dixit, ‖Naris acuta, oculi cõcaui, & collapsa tẽpora. Nem- 1. Progno. 6. & 7. 4. 191. a & b
pe is signorũ concursus hypochondrium habet ita contractum, vt quempiam ex inexercitatis fallat, tanq̃ reuulsum videatur. Verũ contrahi vehementer ob siccitatẽ, & propter phlegmonen reuelli, idem non sunt, siquidem exuperãs corporis siccitas tensionẽ septo transuerso & hypochondrio pariat maiorem. Sed maxime animaduertas distinguas q; à siccitate phlegmonen, q sanatio non vna sit, oportet. Nempe, qui hoc ipsum ob phlegmonen habẽt, tenuissimo egent victu: qui vero ob siccitatem, contrario, vbi sæpiuscule pauculum exhibemus ptisanæ cremorem.

55 B *Fortis vigilia, potus cibos que tum crudos tum incoctos reddit: verum ea, quæ in alia fit transmutatio, corpus dissoluit, excoctionem que & capitis grauitatem parit.*

Sæpius existimaui librum hunc in typis repertum, post mortem Hippocratis esse publicatum. †Non secus etenim, quàm hoc pacto, facta esse videtur inordinata sermonum compositio. Nam quæ ab Hippocrate inueniebantur exempla, hæc in libro ad fidẽ vniuersalis scripta sunt, alia quidem in facie, alia in tergo. Neq; enim vnicuique tum adscripto tum addito suum assignare ordinem potuit. Ergo, quod ab Hippocrate impræsentia dicitur, id manifeste inordinatum existit. Neque enim hoc in loco ascribendæ rei huius occasio fuit, sed certe paulo ante, cũ de ea, quę præter consuetudinem ad contrariũ fit, mutatione exempla scripsit. Nempe illis adscribi debuit, Quæ etenim ad vigiliam insueta fit mutatio, incoctiores tum cibos tum potus efficit: ad somnum vero multum, eum'que studio quodam accersitum segnitiem corporis & capitis grauitatem. Quã enim dixit ἐφθότητα, id est excoctionem, & dissolutionem, & capitis grauitatem, verbo vno con iunctam comprehensam'que manifestat roboris exolutionem. Commonstrat autem & nomen ἐφθότητος, id est excoctionis, quæ ob calidam humiditatem fit, non ob siccitatem. Nempe vigilia
C per halitum digerere & siccare, non, quæ in imo sunt, coquere nata est: somnus vero humectare, spiritum'que & effluuia cohibere. Non igitur absque ratione in eorum, qui plurimum præter cõsuetudinem dormiunt, corpore halituosa redundant excrementa: atq; ob eam rem tota ipsorum constitutio ex coctis similiter exoluta redditur.

† *Lauachius ita vertit, & meo iudicio rectè. Inordinat⁹ nanque sermo haud aliter eẽ factũ quã sic monstrat.*

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS
DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS
COMMENTARIVS TERTIVS

ARGVMENTVM

Exponit Vini, Mulsæ, Oxymelitis, Aquæ, & Balneorum facultatem.

D

De Vino

1 *Vibus autem vinum dulce vinosum que & album & nigrum, melicratum que & aqua & oxymeli insigniantur, in morbis acutis, distinguere oportet.*

Non inordinate solum, verũ quoq; et diminute vinorũ catalogum fecit. Est siquidem vna ipsorũ differentia in colore: alterã qualitas in gustatu facit: tertia consistentiã respicit: quartam odor progignit: et quinta in virtute reperitur. Quę ergo in colore est, ea in albũ, nigrum, fuluum, & flauum, & rubrũ diuiditur: verum cum & aliæ, quæ medium obtineant, sint differentiæ, sanè vt in colore, sic in uirtute permistæ reperiuntur. Quę autẽ ex vinorum gustatu est differentia, ea in dulce & austerũ diuiditur: & ex his mediũ, tum quod nullã, quę manifesta sit, habet qualitatẽ, tum quod ex vtraq; cõstat qualitate: præterea & in id, quod acre appellitatur. Verũ, quę in consistentia reperitur differentia, in aquosum secatur & tenue, & in ualde crassum, & in horũ mediũ, atq; in ea, quæ mediũ hoc & extrema interiacent. At fm eam, quę in odore est, alia quidẽ boni odoris sunt, alia vero non boni odoris existunt, sed & fetientem quandam & insuauẽ nacta sunt

ſunt qualitatem: alia nullo pacto odorem habent, ſed ſunt aquæ inſtar inodora. Differentia vero E in facultate eſt, ob quam aliud quidem potens, aliud vero imbecillum, aliud medium, atq; aliud quod medium hoc & extrema interiacet. Vinum potens vehementer celeriter q; corpus calfacit, caput q; ferit: imbecillum contrario agit modo: quæ vero medium obtinent, nota euadunt, ſi ab extremis diſtinguātur. Potens, vinoſum appellatur: imbecillum, aquoſum. Nempe, in quo vinū aquam euincit, id cum in aliquo vehemētiſſimum eſſe videbimus, iure vinoſum appellabimus: ſicuti & contrarium, aquoſum, quod aquæ maxime in omnibus ſimile exiſtit tenuitate ſcilicet, & colore, & odoris carentia, & non manifeſta calfactione. Hæ igitur in vinis ſecūdum propriam naturam reperiuntur differentiæ. Sunt, qui his adiiciant eam, quæ ex tēpore deſumitur, differentiam: qua, vetuſta quædam ſint admodum, alia recentia, & alia, quæ in medio horum conſiſtant. Sed, ꝙ differentiæ huiuſmodi eorum ſint, quæ extrinſecus accidant, palàm eſt. Nempe, quatenus tempore acriora & calidiora fiunt vina, atq; vnà cum his tum colorem, tum ſubſtātiam, tum odorem mutant. eatenus differentiam aliquam in vinis tempus facere videtur. Quòd ſi nihil horum immutetur, neq; ab aliquo vinum vetus dicetur, neq; recens: immo neq; nunc ita dicunt, tanquā vini ipſius annis opus prima ratione habentes, ſed tanquā ſimul cum annis facultatem commonſtrantes. Non enim ob tempus vina vel iuuant vel lędunt, ſed ex propriarum differentiarum mutatione id habent. Ergo, cum de vinorum agimus differentiis, temporis mentionem facimus per F accidens, & non proprie, neq; primum. Cæterum inter proprias vinorum differentias quędam iuuant lędunt q; propria ratione: aliæ nō per ſe proprie q;, ſed per accidens: Dulcedo quidem & auſteritas propria ratione, ſic tum potētia tum imbecillitas, tum tenuitas tum craſſities: Sed differentiæ, quæ tum colore tum odore deſumuntur, nō primum, ſed per accidens: quoniam vinorū hęc quidem & aquoſa & alba & fulua & nigra, alia aquoſa & inodora vt aqua, vel inſtar aromatis vnguenti q; beneolentia. Si igitur vinorum hæ ſint differētiæ, quæ & ſecundum propriā virtutem & per accidens numerentur, iā tibi conſtat de eo tum ordinis tum numeri, qui in præſenti dictione fit, defectu. At, ſi in ſequentibus omnium, quæ commodæ ſunt, differentiarum meminiſſe Hippocrates videtur, veniam eius inter exponendum defectui dabimus.

2 *Vinum dulce vinoſo minus caput grauat, minus que mentem ferit, atque quouis alio facilius per inteſtina deſcendit: lienem tamen iecur que tumefacit: picrocholis que nullo pacto eſt idoneum, nempe his ſitim facit, ſuperius que inteſtinum inflat: non tamen inferiori pro flatus ratione eſt inimicū, etſi non admodum penetret, qui à dulci vino eſt, flatus, ſed diutius circa hypochondria moretur.* G

Vinum dulce ſecundum guſtandi qualitatem nominatur, qua & auſterū & acre, vt aquoſum prætermittamus, quod non omnino ab adſtringendo excidit: tametſi penitus exolutam habeat aſtringendi qualitatem. Nam, ſi ipſum aquæ comparaueris, percipies manifeſte ex ea comparatione guſtum huiuſmodi vinorum, eorum eſſe, quæ modicam nacta ſunt aſtringentiam. Aquoſum autem vinum appellant homines, quod aquæ tum colore tum ſubſtantia ſimile eſt: perſpicuum ſiquidem, vt aqua, ſplendidum & purum, & ſubſtantia tenue videtur. Protinus autē & facultate aquæ ſimile exiſtit, neq; imbecillum caput feriens, neq; infirmos neruos, quando ne quidem manifeſte calfacit. Sed de vino hoc rurſum tractabitur. Dulce igitur vinū hoc quidem modo ab ea, quæ in guſtu reperitur, qualitate eſt nominatum, ſed multis numeris ab aqua & colore & ſubſtantia receſſit. Neq; enim tenue exquiſite neq; album vidiſti aliquando vinum dulce: ſed plus minus dictis recedit, & neutrum horum habet. Dulcia autem vina maxime ſunt theræum & ſcybelites, craſſa vtraq; & nigra. Dulcia quoque & ea, quæ in Mæonia ſunt, therinum & caryinum tanto dictis & craſſitie & nigritie ſuperiora, quanto dulcedine inferiora. Preterea, quod hepſema & ſiræon à Græcis, {& à Latinis ſapa} appellatum ex cocto muſto cōficitur, quo dulcius vino perficitur, eo & colore nigrius & ſubſtantia craſſius apparet. Quarto autem de ſimplicium H medicamentorum viribus dulcem omnem ſaporem à caliditate, quæ non immoderata & vehemens ſit, fieri demonſtrauimus: ſicuti & acrem in vehementer calfacientibus, acrimonia ſiquidem horum eſt inſeparabilis. In vſu vero vinum dulce mediocriter calfacere videtur, ſitim q; facit propter tum caliditatem tum craſſitiem. Ita ſanè & muſtum, quo diutius in igne verſatur, eo tum craſſius tum nigrius tum dulcius euadit: quāquam ſupra modum coctum amaritudinem contrahat, quo modo & mel ipſum, quod, quanquam omnium dulciſſimum ſit, longa tamen coctione amarum redditur. Sed, vt iam retuli, de qualitatibus omnibus guſtabilibus in quarto de ſimplicium medicamentorū viribus eſt tractatum: atq; hoc in loco, vt in aliis ſuper Hippocratis libros expoſitionibus, non demonſtrationes, ſed concluſa tantummodo recenſeo. Cum igitur vinum dulce viſcus calfaciat, ſit q;, vt dictū eſt, ſubſtātia craſſum, particulares ipſius facultates, quas epotum commonſtrat, ſecundas qualitates conſequuntur: color ſiquidē ſua ratione nullo pacto vel iuuare vel lędere poteſt. Ergo vinum huiuſmodi pro ſubſtantię craſſitie tarde meat: quapropter tantum abeſt, vt ex obſtructis partibus aliquid adimat, vt etiam obſtructiones adaugeat. Atq; ob id "hepati affecto maximum affert detrimētum, præſertim q; vbi vel phlegmone vel ſcirrhus ipſum occupauerit. Sed moderatius lædit, vbi vel ab humorum craſſitie viſcus oppilatur, vel pro- A.li 3.t.14 c.19.fol.303

pter

A pter imbecillitatem afficitur, vti in affectionibus, quę proprie hepaticę nuncupantur. Post hepar lien a vinis crassis lęditur: non tamen pulmo, quãdo in bronchus crassum habet humorẽ. Nempe in hepate ex amplis portę vasis ad angusta strictaq; vasorum tum gibbæ tum simæ proceditur extrema: per quę eorũ omnium, quæ in corpus totũ digeruntur, transmeatio fit: at in pulmone contrario euenit modo: nam per venas multas digestũ confectumq; in amplam bronchiorũ, & primo minorũ, irruit capacitatem: atq; ab his ad maiora excipitur, secum & crassos tollens humores, quibus non calidius solum, verum quoq; & tenuius existit. Scis autem pulmonem ipsum ab humoribus crassis viscosisq; per tusses expurgari: nam, qui aquosi sunt, & exquisite tenues, aerẽ qui tussiendo extra mittitur, circumfluunt. Aer etenim tanquã manus quædam existit, quæ sursum crassos humores secum ferat: sed crassitiem humorum talem esse oportet, vt ab aere sursum ferri possit, & nõ, vt lutum, bronchijs illitã esse & infarctam. Ob id sanè viscosos humores tusses non expurgant: nempe manẽt, & interna, visci instar, occupant bronchia. Ergo, quę ad eductionem eorum, qui in pulmone continentur, crassorum humorum futura sunt idonea medicamenta, moderatam humiditatem habere debent. Quod si viscosi humores fuerint, non humiditate solum est opus, verum quoq; & ea, quæ ab acidis fiat succis, detersione. Ob eam rem melicratum B quidem ad crassorum humorum expuitionem est conuenientissimum, oxymeli vero ad viscosorum. Post melicratum ptisana est, atq; ab ea vinum dulce, si coctis iam tum peripneumonia, tum pleuritide propinetur, amplius non vexatis inflãmatione corporibus. Quod si vinum huiusmodi epotum sitim faciat, ad expuitionem minus idoneum redditur. Verum, vt vno absoluam verbo, uinum dulce in acutis morbis ad expuitionem tum propter dictas operationes, tum propter communẽ uinorum omnium rationem, qua uires roborant, idoneum existit, & maxime iis, qui quæuis humida, quæ tum in thorace tum in pulmone continentur, expuunt. Didicisti autẽ humida illa uaria tum substantiis, tum qualitatibus, tum uirtute esse, in prognostico, ubi sputorum exposuit differentias. Nullum sanè bonũ aliud, uinum huiusmodi habet febrientibus propinatum: minus tamen uinoso, quod uehementer calfacit, lędere poterit. Commodũ pręterea aliud nihil habet præter antedicta, nisi quod uentris permeationem modice iuuet. Ob id igitur Hippocrates, ubi a minus lędentibus, quæ multa sunt, doctrinæ exordium fecit, ad iuuamẽta ipsorum, quæ pauca sunt, circa finem sermonis transit. Percurramus igitur, quæ recenset, dictiones ipsius persequendo. Vinum dulce minus, quàm fortia potentia'que, mentem ferire ait, id est minus deliria progignere: fortia siquidem uina uehementer calfacientia caput humoribus uaporibusq; & cali C ditate replent. Vina igitur dulcia, quo magis a uehementi caliditate absunt, eo minus cum caput grauant, tum mentem lædunt. Sed facilius per intestina descendere ait, & uiscera tumefacere, i. uiscerum tumores augere. Sed de his dixi paulo ante. Præterea dulce uinum non idoneum esse ait picrocholis, id est qui amaram bilem sibi aceruant. Nempe medici χολὴν, id est bilem, simpliciter & pallidam & flauã dicere consueuerunt, μέλαιναν uero χολὴν, id est nigrã bilem hoc toto appellare, & non χολὴν, id est bilem simpliciter: sed hęc quidem acida est: amara autẽ, quæ flaua. Ob eas res picrocholos appellat Hippocrates, qui redundantem habent huiusmodi bilem. Permista autem aquosis ichoribus & liquidissima & pallida videtur: sola uero cum existit, & crassa & flaua est. Quæ autem huiusmodi bilem procreant, sunt calida & sicca temperamenta: ad cuius generationem idonei sunt & dulces omnes humores. Quo fit, ut omnium horum maxime mel bilescat, quod dulcissimum sit: deinde & dulcia uina. Non solum autem, quod caliditas multa tales humores amaros reddit, propterea dulce uinum febrientibus, & præsertim ubi calidi & sicci temperatura fuerint, idoneum non est: uerum quoque & quod crassa sint huiusmodi uina, neq; per urinas uelociter descendant, neque cito difflentur transpirent'que: quo fit, ut biliosos humores neque secum agant, neq; excernãt. Solis ergo his unum inest bonum, quod uentrem emolliant: quod si non D fecerint, omni pacto nocent. Præterea & siticulosa sunt, hac re, quod facile bilescant, commonstrãtia. Flatuosum quoq; uinum huiusmodi esse asserit. Nempe incalescentes crassi humores flatum sibi similem generant, tum uaporosum, tum crassum: quod autem tale est, inflationes parit. Quapropter ex tenuibus uinis non prodit flatus, quanquam interdum quippiam generetur, quod & tenuium sit partium & aerosum, non nebulosum uaporosumq;. Ceterum dulce uinum inferioribus intestinis non esse inimicum ait, quanquam tarde meet, qui ab ipso est, flatus, moretur'que circa hypochondrium. Ea autem occasio est, ob quam non admodum turbet inferiora intestina, quia circa hypochondrium moretur, donec perfecte coctum & tenuatum fuerit: quod si semel coctũ fuerit, commeabiliorem tenuiorum'que partium habebit naturam. Qua igitur ratione a supernis ad infernas expellitur partes, eadem ab infernis extra mittitur.

Margin notes: l. 3. f. 10. c. 5. ... fol. 172. d — Li. 3. f. 10. c. 5. ... 1. fol. 172. d

3 *Vrinas siquidem hoc minus, quàm vinosum album, omnino mouet.*

Quod'nam uocauit uinosum albũ, cõsiderabimus: nam antea uinosum uinum tum esse, tum appellari diximus, quod iure optimo aquoso opponitur. Valenter igitur ipsum & calfacere, & caput replere, & desipientias procreare, & calorem febrilem augere, est operępretium. Sed uinũ huiusmodi albũ non est, neq; cum nouum existit, neq; cum uetus: quando ne quidem aliud quippiam

piam antiquorum vinorum manet album, etsi quã maxime circa initia tale fuerit: immo semper E
fuluius redditur, & tandem flauum. Visus est ergo Hippocrates dixisse vinosum album, austerũ
quod neq; vrinas mouet: sed, si tale crassum fuerit, circa hypochondriũ morat: si vero nõ crassum,
neq; multum moratur, vt nigrum, neq; albis simul & mediocriter austeris similiter ad vrinas de-
scendit. Nempe vina hęc vrinas cient, ꝙ vtrãq; tarde per vrinas descendendi effugerũt proprieta-
tem, tum eam, quæ aquæ est, quam ob frigiditatem nacta est: tum eam, quam vinum nigrum pro
pter crassitiem habet. Vinum siquidem album & austerum minime calidũ inter vina existit: atq;
ob id iis, quæ ad ventrem fiunt, distillationibus idoneum. Non tamen abunde ciet vrinas hoc vi-
num. At forsan Hippocrates vino huic nigrum comparans, minus ciere vrinas ipsum ait.

* Al. ὑδατώδους, i. aquosi vini.

4 *Sputum autem alio efficacius educit, quod dulce est.*

Quod'nam aliud dicit? vtrum'ne præsens, ad quod dulce comparans dixit, Vrinas siquidem
hoc minus, ꝙ vinosum album, omnino mouet: an nõ hoc solum, sed simpliciter omne id, quod
dulce non est? Cum ergo Hippocrates, quantum ad dictionem hanc attinet, obscurus sit, credibi
lius'que sit ipsum nunc de vinoso albo sermonem intelligere, rursum & alia oritur ambiguitas,
quid'nam sit vinosum album: ꝙ non valde manifestum sit, vtrum'ne id, quod vehementer calfa- F
cit: an quod valde astringit, quod στρυφνὸν, id est acerbum, Gręci appellitant, veluti quod mode-
ratius, austerum. Quo'nam igitur pacto habeat, quod in dictione est, ego impræsentia exponam.
Sputũ maxime omnium vinorum dulce educit, vbi non supra modum crassum fuerit, veluti et
quoties non vsque adeo ad fuluum secesserit, vt exoluta in eo sint tum crassities tum dulcedo. Pra
uum autem febri auxilium est vinum fuluum, ꝙ vehementer calidum sit. Verum post vinũ dul-
ce non admodum crassum ad eorum, quæ in pulmone sunt, eductionem cõueniens est aquosum
vinum, virtutem scilicet roborans, & humores tum humectãs tum incidens mediocriter. Quod
cęteris vinis omnibus innocentius febrientibus exhibetur.

A. li. 3. f. 10. t. c. 1. fol. 272. c

5 *Et sanè, quibus præter opinatum sitim facit, his minus, quàm vinum aliud, educit: quibus vero sitim non facit, vino alio magis educit.*

Vinum aliud nunc dixit, quod omnino siticulosum non est. Quare autem vinum siticulosum
minus sputa educat, facile intelliges, si, quæ antedicta sunt, ad memoriam reuocaueris. Nempe si-
tis his perseuerat, qui dulce vinum bibunt, quòd febrilis calor in ipsis morosior maleficentior q;
existat. Qui si talis fuerit, sputum siccat, crassius'que & viscosius reddit. Quòd autem sputũ huius G
modi difficulter educatur, verbis non est opus.

6 *Vinum autem album vinosum iam plurima maxima'que parte laudatum quidem & culpatũ in vini dulcis enarratione. Ad vesicam vero vino alio magis penetrat, vrinas'que prouocat, & perpetuo pũrgat, atque multa ad opem his morbis ferendã facit. Nempe, etsi vino alio ad cætera inhabilius existat, veruntamen, quæ in uesica ab eo fit purgatio, liberat, si propinetur, quale oportet. Bonæ hæ coniecturæ sunt de uino tum profectus, tum detrimenti: quas, qui me seniores sunt, non didicerunt.*

* καταῤῥηκτικός.

De vino hoc in dulcis vini mentione diximus, postea quàm vires ipsorũ comparauit, perqui-
siuit'que: dixi autem non paruam esse quęstionem, si album simul & austerum vinum, album vi-
nosum dixit, vel quod vehementer inter uina alba calfacit. Nempe ex vinis albis nullum ualẽter
calfacere potest: quod enim summe calidum est, id continuo & flauum existit, ueluti & quod ab
ipso est fuluum: mox ab his rubrum, & deinde dulce. Album autẽ minus quidem his omnibus
calfacit: sed differentias particulares alia'q; omnia pro pluris minoris'q; ratione habet interualla.
Quòd autem uinum huiusmodi dulci facilius ad uesicam penetret, dictum antea: sed ad alia dulci
inhabilius esse ait, quæ sunt uentris subductio & eductio sputorum. Bonas autem has ait conie- H
cturas esse, id est notas indicia'q;, facultatis uinorum.

7 *Fuluo autem vino & nigro austero in morbis huiusmodi ad hæc uteris, si neque grauitas capitis fuerit, neque mentis concussio, neque sputo uia concludatur, neque teneatur urina: excrementa autem & humentiora & ramentosa magis fuerint. In his autem ex albo migrandum præcipue est: & iis, quæ his similia existunt.*

* *In textu est Anabates. Aliqui legũt Sybates. Codex quidã manuscriptus hẽt* Ἀβάτης. *In libro etiã de cibis boni et mali succi cap. 11 tractat de vino Cilicio Abate.*

Dulce quidem uinum continuo & nigrum existit: non tamen nigrum omne continuo & dul
ce: nam ex his quædam austera sunt, qualia apud nos in Asia prope Pergamum in Perperine &
Ægis. Quod autem in Cilicia est Albãtes, austerum simul & dulce existit, qualitatibus constans
contrariis: quo fit, ut prauum sit, quia neq; distribuatur, neque descendat, sed plus iusto in uentre
permaneat superiore, atq; ipsum inflet. At, quod citra dulcedinem nigrum austerum est, id uen-
tri utile existit, quando uel plura iusto descendunt uel ramentosa: tunc enim est idoneum, sicuti
& uinum album austerum, & quęcunque alia astringentia. In eum usum & fuluum uinum pro
desse ait, non omnino simpliciter fuluum affirmans, sed fuluum austerum. Nam de utrisq; te intel
ligere oportet, quod in principio dictionis existit, qua dicitur, Fuluo autem uino & nigro auste-
ris, in morbis huiusmodi ad hęc uteris. Duplex siquidem fuluum, ut nigrum: aliud siquidem dul
ce, aliud

A ce, aliud austerum. Atque, cum tertium præter vtrunque existat ex vtriusq; qualitatis permistione constans, attamen, quod vna est præditum qualitate, id colore vtroq; duplex existit. Caput autem & mentem fuluum magis ferit, quod & calidius nigro existat. Febres quoque ratione eadem auget: his enim idonea sola ea sunt, quæ aquosa sunt. Non immerito igitur vinis austeris vtendũ prohibuit, siue ea colore fulua, siue nigra fuerint, in capitis grauitatibus & mentis lęsione, vbi nimirum febris ipsam percusserit: atque amplius in thoracis pulmonisque ægritudinibus, in quibus sputum detinetur, vina huiusmodi inhabilia esse ait, atque cum vrinę supprimuntur, propter crassitiem videlicet & astringendi facultatem.

Quòd autem superiora quidem omnia vesicam quę minus offendet, si dilutius fuerit, intestina vero iuuabit magis, si meracius: neminem latere debet.

Vinum meracius, vt dixit, intestinis magis conuenit: quo fit, vt non abs re iuuet ipsa astrictionis ratione, propter quam omnino iuuamẽtum habet. Verum huiusmodi astrictionem exoluit, si aqua temperatum fuerit, atque ob eam rem minus intestina iuuat. Quo autem modo hęc iuuat magis astringendi ratione, vbi meracius fuerit, sic thoracem caput q; magis offendit: hæc sunt sanè B quæ manifestauit inquiens /superiora quidem omnia lędit/. Lędit quoq; & corpora ea, quibus per vrinas expurgari est opus: nempe austerum vinũ, excretiones omnes cohibet. De vinis hęc locutus Hippocrates, continuo ad melicratum transit, cęteris quidem ferè omnibus de vino demonstratis, at prætermisso vno, quod non absoluit, & ego obiter percurram, * q scilicet febrientibus maxime idoneum aquosum sit. Est autem vinum hoc album colore, substãtia tenue, nullam earum, quæ cęteris vinis insunt, habens qualitatem, neq; austeritatem, neq; acerbitatem, neq; dulcedinem, neq; acrimoniam, neq; odorem. Nempe vino huic omnium soli, vt tum aquæ tum vini mala effugeret, est datum. Prodeunt autem talia in vnaquaque gente aliqua. In Italia imbecillum Sabinum, quod febrientibus administrãt. In Asia Titacazenum & * Tibicenum. Sed vini huius notas vbi intellexeris, talia facile in qualibet gente reperies, vbi & valde tenuia & aquosa producuntur vina. Repperi equidem talia in Cilicia, Phœnicia, Palęstine, * Scyrõ, & Creta, in quibus regionibus non facile gignuntur vina tenuia & aquosa: immo, vt retuli, in regionibus vidi oĩbus, & quod mirum magis sit, in Ægypto. Crassa siquidẽ vina & odora & valde fortia in feruidis pro gignuntur regionibus: in Italia vero, & Bithynia, & Asia, si multa producantur aquosa, nihil mirum. Sed merito quæret quispiã, quam ob rem Hippocrates in antecedente dictione peculiarem C de his vinis pretermisit sermonẽ, cum febrientibus, q̃ cętera omnia, sint minus noxia. Neq; enim est dicendũ, q scilicet Hippocrates tale vinũ ignoraret: nempe post paulo, cũ de melicrato agit, hęc scribit: Cęterũ vino albo tenui paucifero & inodoro quodam modo fortius est, & quodam modo infirmius. Hæc ait Hippocrates, vino albo tenui, & paucifero id est parum aquę ferenti, & inodoro, melicratum comparans. Vini igitur vinosi notas tum conspicue tum exacte vbi recensuisset percurisset q;, quo'nam scilicet pacto tum caput tum mentem feriat, de aquoso ipsi cõtrario disciplinam sufficientem esse existimauit, cum contraria ipsi inesse ratiocinari possimus.

* διῆλθον, i. percurri, commento scilicet superiori.

* Tibinum.

* Al. Cyro.

De Melicrato

9 *Melicratum, id est mulsa, per totum morbum in acutis epota parte plurima tum picrocholis, tum megalosplanchnis (id est quibus magna sunt viscera,) minus, quàm non huiusmodi, est idonea.*

Oratio hæc /per totum morbum/ ostendit Hippocratẽ de iis intelligere morbis, in quibus cremorẽ exhibere idoneũ non esse demonstrauit prius, q̃ ad morbi peruentũ sit vigorẽ. Nã, si ęger acuta febre laboret, neq; tũ in thorace tum in pulmone fuerit morbus, vires q; valuerint, & morD bus quintũ vltra diẽ sese prorogaturus non sit, aqua mulsa sola epota abũde ęgro sufficere potest. Cęteris quidem omnibus in morbis huiusmodi est conuenientissima: sed picrocholis minus propitia existit. Nã in ipsis bilescit, nisi prius vel intestina vel vesicã pertransierit: quæ si pertransierit, non solum nihil lędit, verum quoq; & maxime iuuat, nam secũ biliosa deducit excrementa. Hac sanè cum rõne temperaturam quoq; ipsius demonstrauit: nempe in huiusmodi naturis, dilutior exhibita mulsa confert, neq; enim hoc pacto siticulosa existit, neq; bilem generat. Vt autẽ picrocholis, ita megalosplanchnis haudquaquam idoneam esse ait. Megalosplanchnos nunc dixit nõ eos, quibus magna ex natura ipsa sunt viscera, sed quibus ea ex affectu aliquo intumuerũt, siue scirrhum, siue phlegmonen, siue œdema nacta sunt. Mala siquidem in his, q cito pertransire viscera ipsa non possit, & facile bilescat, præsertim q; in phlegmonis propter caloris magnitudinem: in cęteris autem, qui præter naturam sunt, tumoribus, minus detrimenti affert.

10 *Porrò & siticulosa minus, quàm dulce vinum, existit. Nempe & pulmonem mollit, & sputum mediocriter educit, & tusses mitigat. Habet etenim vim quandam exterendi, quæ plus, quàm mediocriter viscosum, facit sputum.*

Quam ob causam aqua mulsa minus, q̃ vinum dulce, siticulosa sit, dixi antea, cũ v'traq;, quatenus dulcia sunt, eatenus facile bilescere demonstrarem. Verum, q tenuior penetrantior q;, vt oĩa

subeat

ſubeat,exiſtit,ea ratione minus vino dulci eſt ſiticuloſa. Quo fit,vt, ſi aliquando pluſculo tempo- E
re in ventre manſerit, tunc vino dulci non minus ſiticuloſa reddatur: quod rarenter contingit. A qua vero mulſa,vino dulci citius ventrem inteſtina q; omnia penetrat: nec ſecus hepar aduſq; tum renes tum veſicam non rarenter quidem,ſed perpetuo. Ob hæc igitur vino dulci minus ſiticuloſa exiſtit. Hippocrates idem,quanq; non ita,ſed modo alio dixit,mulſę virtutem ex iis, quę in pulmone facit,demonſtrans: nempe, quod hęc nō efficeret,niſi vias ipſius penetraret abſtergeret q;, palam omnibus exiſtit. Pręterea ſputum educere non ſimpliciter dixit, ſed hoc aduerbium /mediocriter/ adſcripſit: neq; enim valenter educit,vt oxymeli: ſanè mitigat, quo oxymeli priuatur. Nempe oxymeli tuſſes incitat, tum iritans tum aſperans, quatenus ſcilicet vehementer detergit: mulſa vero, & pręſertim aquoſa, deterſoria,quę minima ſit, participat facultate. Vocatur autem huiuſmodi facultas etiam σμηκτικὴ, à qua & nunc Hippocrates nomen fecit σμηγματῶδες, de mulſa ita ſcribens, ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, id eſt habet etenim vim quandam exterendi detergendi q;. Mediocri autem participare ipſam facultate huiuſmodi oſtendit adiiciēs vocabulo huic σμηγματῶδες, vocabulum hoc τὶ: nempe,quibuſuis adiiciatur, paucitatē indicat. Ergo exigua mulſę abſtergendi vis,non quia abſtergēdi vis eſt,ob id impotens infirma q;, ſed quia exigua eſt. Ad glutinoſum ſiquidem ſputum,medicamentum vehementer abſtergere oportet, quod gluti- F
noſum eum, qui bronchiis pulmonis inhęret, detergere poſſit humorem. Quòd ſi talis quiſpiam in thoracis pulmonis q; medio aceruatus fuerit,iam & maior,vt probe ſpuatur,tum inciſoriæ tum deterſoriæ virtutis eſt neceſſitas,quę id à ſuccingēte coſtas membrana detergat, diſſecet, & tenuet: nam fieri non poteſt,vt talis humor aliter per membranam, quæ viſcus ambit, ad pulmonis bronchia transferatur. Non igitur bene eſt vſus dictione Hippocrates, cum huic orationi /habet enim vim quandam exterendi/ eam, quę ſequitur, adiecit /quę plus, quàm mediocriter, καταγλισχραίνει, id eſt viſcoſum reddit, ſputū/. Nam melius dixiſſet,Habet enim vim quandā exterendi detergendi'que, quę exigua ſit, & quę ſępenumero viſcoſum fieri ſputum ſinit. Non enim ob mulſam glutinoſum fieri ſputum contingit,ſed id quidem ſputo huiuſmodi, proprium ineſt: mulſa vero nil iuuat, ſed excremēti naturā talem permanere ſinit: quapropter melius dixiſſet nihil glutinoſum ſputum iuuari,& non tale à mulſa fieri. Nam hoc verbū καταγλισχραίνειν, quod ab Hippocrate dicitur,ſputum à mulſa tale fieri,cum emphaſi ſignificat.

11 *Ciet autem & vrinas abunde mulſa, niſi ex viſceribus aliquod prohibuerit.*

Mulſam ante,quòd vias omnes,quę ventrem renes q; interiacent, facile penetret, ciere vrinas G
dixi: atq;, vbi iecur male afficitur, vſui haudquaquam conuenire demonſtraui. Lieni pręterea,ſi phlegmone obſideatur,moleſta eſt: atq; multo magis inteſtinis ventri q;, nam cito igneſcens ob phlegmones caliditatem in bilem conuertitur. Melle ſiquidem ob dulcedinem delectantur tum viſcera tum venter: quo fit,vt tum citius,tum raptim magis eliciant. Melli quoque & dulcia alia idem habere quis dixerit,atq; ideo vt ad ventrem,ita ad viſcera ſe habere. Venter autem his oblectari videtur. Nempe,vbi ea deglutiuit, manifeſte quodam modo ab aſſumptis delectatur,veluti è contrario ab aſperantibus amaris q; offenditur: neq; ſolum,cum aſſumuntur,verum quoque & vbi aſſumpta ſunt,ad aliquod vſq; tempus. Quo fit,vt nemo ea,niſi interdum vice medicamenti, vt ob humores præter naturam collectos in uentre,ingerat: ubi enim ſecundum naturam habuerit,iniucunda ipſi talia omnia ſunt: iucunda autē ſola, quę dulcia exiſtunt. Sanè in appellato gutture maxima ex deuoratis dulcibus exoritur uoluptas, corpore ſcilicet loci illius peculiare quippiam cum ſucco huiuſmodi habente. Corpus autem hoc facit uentriculi interna tunica,ut & ea, quę linguam ambit: verū in lingua euidentiſſimam habet dulcedinis ſenſionem, in gutture autem uoluptatis. Senſio uero manifeſta continuo efficitur & in uentris ore, quod dulcibus aſſumptis delectatur,modo animans ſecundum naturam habuerit. Viſcera igitur hoc pacto dulci gau- H
dere ſucco,plurimum q; ipſius celeriter attrahentia, cum ualent, frui, ali'que: cū uero febriunt & phlegmone obſidentur,in id,quod bilioſum eſt,dulcem ſuccum conuertere par eſt. Videntur igitur, quę συκωτὰ, id eſt ficata,ex carycarum eſu appellātur,tum maxima,tum ſuauiſſima eſſe, iecinore ipſo,ut liquet,ex dulcium eſu alimentum uberius accipiente. Verum in phlegmonis febribus'que rerum huiuſmodi ingeſtio non in probam alimoniam, ſed in bilis generationem, demigrat: febrilis ſiquidem calor exuperat: natiuus autem deficit,qui bene temperatus erat.

* λαιμῷ.

12 *Bilioſa quoque alui deiicit magis: interdum quidem bona,ſed interdum,quàm decet,redūndantiora ſpumātiora q;: quod bilioſis magis,& megaloſplanchnis, contingit.*

* καταχορέστερα

Reuocare ad memoriam oportet dictionem ante enunciatam: in qua mulſam uino dulci comparās dicebat,Porrò & ſiticuloſa minus,quàm dulce uinum, exiſtit. Nam & hoc in loco mulſam eandem ad uinum dulce comparans bilioſa alui excrementa deiicere magis pronunciauit. Nempe & bilioſa deiicere uinum dulce poteſt: verum mulſa, bilioſa interdum, quæ bona ſunt, ſubducit,interdum & uitioſa, quę ſyncere admodum bilioſa exiſtunt, bilem ſ. uel igneam uel flauam habētia craſſam q;. Bilis igitur ea ſpumam accipit ſępius quidem ratione ea, qua in iis, quę uehementer

A menter igne calfiunt, spuma exurgit: sępenumero autem & in iis, quæ à flatu agitãtur, humidis. Horum primum caliditatis exuperantis nota est: secundum vero instrumentorum angustiam, & flatuosi spiritus intercluli, viam'que haudquaquam liberam habentis, agitationem denotat. Biliosa autem huiusmodi maxima ex parte subducuntur in iis febribus quæ colliquant, quibus fermè omnium aduersissima nocentissima'que est mulsæ potio, veluti & modo contrario potio aquæ frigidæ iuuantissima. Excrementum huiusmodi ait à mulsa magis generari iis, qui natura biliosi id est immoderate calidi existunt, atque in iis morbis, quibus viscus aliquod phlegmone infestatur. Commune siquidem hoc nomen peculiare nunc factum est eorum, quæ inflammantur: neque enim propter scirrhum vel œdema febris incenditur. Ergo, quòd in acutis morbis, de quibus agit Hippocrates, vbi tumor in visceribus genitus fuerit, phlegmones symptoma sit, non œdematis vel scirrhi, constat omnibus. Hos autẽ & nunc μεγαλοσπλάγχνους appellauit, {quasi viscerosos dixeris.}

13 *Mulsa igitur quæ aquosior est, sputum educit magis, pulmonem que mollit. Meracior vero spumosa excrementa, atque plus, quàm conuenit, valde biliosa calidiora qui, quam aquosior, agit magis.*

B Mel in acutis morbis bilescere, atque ob id nobis afferre molestiam antea dixi: aquam præterea tarde penetrare, atque in hypochondriis diutius morari, atq; ob eas res fugiendam. At, quod ex vtrisque mistum sit, conueniens redditur, quando ea constat temperatura, qua aquæ plurimæ tantum mellis permistum fuerit, vt viam aquæ paret, & ad distributionem agat: nempe his ita temperatis, vrinæ facilius penetrabunt, ocyus'que sputum educetur. Quòd si mellis plurimum admistum fuerit, sitim facit, & viscosum reddit sputum. Atque ob eas res aquosior mulsa tum ad sputi eductionem, tum ad penetrationem vrinarum, idonea magis existit: meracior vero ad ventris deiectiones: nempe, quanto magis proritabit, tanto magis & velocius subducet. Clysteribus ergo infusa, quo meracior, eo magis excretoria reddetur. Causa'que erit deiectionum, tum earum, quæ κατακορέως, id est ἱκανῶς, hoc est valde, biliosæ existunt, tum spumosarum: talia siquidem trahere magis potest, quia intestina tum mordet, tum deterget. Adde, quòd & in bilem flauam transiens ea occasione biliosorum excrementorum copiam simul adauget: quo fit, vt ipsius vsum non laudet Hippocrates. Declarat autem ex horum verborum adiectione, καὶ μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα, id est atque plus quàm conuenit, valde biliosa. Nam μᾶλλον τοῦ καιροῦ dicere consueuit pro μᾶλλον τοῦ προσήκοντος, id est plus, quàm conuenit. Spumosas item deie-

C ctiones & in prognostico damnauit. Et κατακορέως, id est ἀκράτως, hoc est syncere, biliosa praua sunt: neque enim κατακορέως, neque ἀκράτως, sed mediocriter talia esse oportet. Horum igitur non immemor, cum vel ex mulsa epota vel absque ipsa quis spumosa simul & syncere biliosa deiecerit, febrem sciueris esse, quæ colliquet: atque ob id ab vsu mulsæ abstineto, atque in ptisanæ cremorem deuenito, obseruans vt aliquod signum licet exiguum coctionis morbi ex vrinis videas. Nam, si tunc frigidam dederis, maximo eris præsidio.

.li.2.f.1.t.2. .3.fol.419.g

14 *Deiectiones autem huiusmodi habent quidem & alias magnas offensas. Neq; enim hypochondriorũ extinguunt ardorem, sed excitant. Inquietationem q; & iactationem membrorum faciunt. Intestina etiam sedem q; exulcerant.*

Consueuit Hippocrater βλάβας, id est offensas, σίνεα dicere, vt in libris de fracturis & articulis est demonstratũ: nam σίνειν Iones dicunt pro βλάπτειν, id est lędere: immo & βλαβερὰ, id est nocua σινάμωρα sępenumero appellauit. Magnas igit offensas habent (inquit) præfatæ deiectiones, id est puræ biliosæ simul & spumosæ. Consueuit autem Hippocrates inter signa notas q; vocibus vti, tum causarum, tum, quæ lęduntur, corporum. Deiectiones ergo huiusmodi significare

D commodius dixisset: sed habere dixit, quanquam corpora affecta lęsiones habeant, causæ faciant, & signa indicent. Sed, quę nam sint, quæ à dictis proueniunt deiectionibus offensæ, ab Hippocrate audi inquiente, Neq; enim hypochondriorum extinguunt ardorem, sed excitant. Hoc autẽ ideo dixit, qm̃ sępius biliosorum deiectio hypochondriorum feruorem protinus extinguit. Quare in malignis maleficis q; biliosis adiecit, ꝙ talia excernentibus ipsis non extinguuntur, sed omnino vice versa increscunt augentur q;. Neq; ardor hypochondriorum sedatur, quin potius vehementior redditur. Adde, ꝙ ῥιπτάζονται, id est ἄσην & δυσφορίαν habent, id est implacidi inquieti q; fiunt: deiectiones siquidem huiusmodi flammantis in hypochondriis ipsis affectionis symptomata existunt. Atque in intestinis ramentosam parit acrimonia affectionem. Sanè affectionis huius, quæ syncere biliosa sunt, causæ existunt: eius vero, quæ in hypochondriis existit, signa: verum Hippocrates, vt dixi, vocabulis causas indicantibus inter signa vti consueuit.

15 *Sed horum auxilia scribentur.*

Quòd morborum singulorũ remedia se scripturũ dixerit, vt antea exposuit, sic & hoc in loco nõ minus. Verũ, si & quę libro huic post sermonẽ de balneis adiecta sunt, digna Hippocrate existant, et q in libris de morbis vel de affectiõibus scripta sunt, ea inter exponendũ cõsiderabimus.

Qui

16 *Qui ergo in morbis huiuſmodi relictis ſorbitionibus mulſa potionis alterius vice vtetur, is multa fœliciter conſequetur: ſic ei nequaquam præter animi ſententiam ſuccedent multa. Verum, quibus danda ſit, & quibus non, & quã ob cauſam, iam magna ex parte eſt dictum.* E

Significauit & nunc manifeſtiſſime, donec morbus iudicatus fuerit, ſola vti mulſa conſulens. Nempe in ſolis, qui colliquefaciunt, morbis, vel in quibus hominum virtus ad morbi vſque iudicationem ſufficere non poſſit, ad ptiſanæ cremorem perueniemus. In aliis vero ſola cibare mulſa eſt melius.

17 *Damnata autem propterea ab hominibus eſt mulſa, quòd bibentes ſumme imbecillitat, atque ob id citam afferre mortem ſit credita. Verum id ob languentes ipſos dictum fuerit: ſunt enim, qui ſola vtantur mulſa, tanquam huiuſmodi exiſtat.*

* ἀποκαρτερέοντας, id eſt inediã ſponte tolerantes.

Dicere καταγυιοῦσθαι, id eſt ſumme ĩbecillitari à mulſa, & mulſam nullo pacto nutrire, vel exigue, idem non eſt: quippe cum tria hæc inter ſe diſtent. Nam, quæ vires imminuũt, vt ſanguinis eruptio, deiectio ſuperflua, ſudor immodicus, & per accidens cibi abſtinentia, ſumme imbecillitare dicuntur. At, quę nullo pacto nutriunt, vt aqua, ea virtutem neq; ſumme imbecillitare neque roborare quiſpiam vere dixerit, niſi id aliquando per accidens contingat. Aqua ſiquidem non vt alimentum vires recreat, ſed bene vt medicamentum, ad temperamenti ſymmetriã, quæ propter ipſius immoderationem imbecilla ſunt, reducẽs. Tertio deinceps loco ſunt, quę exigue nutriũt: quibus qui tantummodo vtitur, tametſi interire poſſit, non tamen tanq̃ vires imminuẽtibus, ſed tanquam eas non, quod ſatis ſit, roborantibus. Quo è genere eſt ″mulſa. Nam, ſiquis diebus quatuor cibo priuatus interire deberet, is mulſæ vſu non quintum modo, verum quoq; & ſextum attingere poſſet. Sermonẽ hunc & de melle intelligas. Nempe mellis natura & mulſam ipſam inter modice nutrientia facit. Nam humiditatem ‖non modo Hippocrates, verum quoq; & medicorum probatiſſimi fere omnes, cibi vehiculum nõ cibum cenſuerunt. Hæc ſanè eadem, quę nũc dicuntur, de mulſa & melle ſcripſit non obſcure Hippocrates in ſequentibus. F

A.lib.4.f.1.c. c.8.fol.419 ‖

In lib. de Alimento in fine.

18 *Sed hoc ita non omnino habet.*

* ἀποκαρτερέοντας.

Non omnino ſiquidem verum eſt ægrôs ipſos propter mulſam mortem obire, moriuntur etenim, & ſi aquam ſolam biberint: ſed, q̃ exiguam corpori præſtet alimoniam, ob id ſolum vitam ſeruare non ſufficit: quod etiam accidit, vbi quis ptiſanę cremorem ſolum perpetuo ſorbeat. G

19 *Sed mulſa, quàm aqua, multo potentior eſt, ſola epota, niſi aluum perturbet.*

Indicare videtur per hanc vocem /potẽtior/ quòd & aqua aliquam nutriendi vim habeat: euenit autem eo, quòd corporis ventriculi ariditas irrigatur, vt diu, qui aquam bibant, magis durent, quàm qui nihil aſſumunt. Secure autẽ /niſi aluum perturbet/ addidit, de mulſa ſermonem faciens, illos enim iure peius habere facit propter euacuationem, quibus aluum perturbat: ſimul q; verbũ id /perturbat/ immoderatam ſignificat excretionem & nõ mediocrem. Scire quidẽ oportet mulſam crudam aluum magis ſoluere, coctam autem bene, magis nutrire. Hoc autem obiter à te ſit cognitum. Videamus autem, quæ deinceps ſcribit, vino mulſam comparans.

20 *Cæterum vino albo tenui paucifero & inodoro, quodam modo fortior eſt, & quodam modo imbecillior.*

Sunt, qui dictionem ſcribant ſine hoc verbo /eſt/ hoc pacto: Cęterum vino albo tenui paucifero & inodoro, quodam modo fortior & quodam modo imbecillior. Alij pro /quodã modo/ legunt /interdum/ ad hunc modum: Cęterũ vino albo tenui paucifero & inodoro, interdum quidem fortior, interdum autem & imbecillior. Sed ex omnibus vis eſt eadem atq; idẽ intellectus. H Nam Hippocrates mulſam vino huiuſmodi quadantenus fortiorem, & quadantenus imbecilliorem dicit. Feci autem mentionem vini huius in ea, quam de vinis feci, tractatione. Quod tanquam neſcientis vice functus Hippocrates ſubticuit: ſed nunc quędam manifeſtauit tum ſubſtantiam memorãs ex hoc verbo /tenui/ tum virtutis imbecillitatem, cum adiecit/ oligophoro, id eſt paucifero./ Vocatur ſiquidem oligophorũ ſiue pauciferum, quod, vt bibatur, minima eget aquæ miſtione. Contrario autem modo polyphorum vel multiferum appellatur, quod, vt bene temperetur, multam exigit aquam: æquiualenter dixeris, quod aquæ multum ſuſtinere poſſit ad bene temperatã miſtionem. Quod vero pauciferũ appellatur, id exolutum imbecillum q; & ad potũ inutile redditur, ſi multa dilueris aqua. Atqui, quę in vino hoc eſt carentia odoris, ea imbecillitatis frigiditatis q; efficaciſſima exiſtit nota, quippe in hoc aquæ eſt aſſimilis: nõ ſecus, quàm fortis odor efficaciſſimum roboris ſignum. Vinum ſiquidem aquoſum leuiſſimã in ligno vitis habuit tranſmutationem: leuiſſimam quoque & elementi terrei permiſtionem, ita vt aqua ſit, quæ tum paulum terrę calidę q; ſubſtantię aſſumpſerit, particeps'ue fuerit, tum leuiſſima in horum cõiunctionem indiguerit confectione. Contrarium autem tum vinoſum tum multiferum, neq; à leui confectione tale efficitur, vtpote quod ab aqua longiſſimo recedat interuallo. Qua de cauſa inſignem

χραθῆναι, i. temperetur.

A ſignem conſecutum fuit tum caliditatem tum odorem.

21 *Multum tamen differt & vini & mellis meracitas, ad vtriuſque robur. Nam ſi duplam vini menſuram ad mellis delinctum quis biberit, à ſolo nimirum melle validior longe reddetur, niſi ventrem turbauerit. Nempe multo plus ſtercoris deiicietur.*

Si mulſæ & non mellis dixiſſet Hippocrates, manifeſtius enunciaſſet. Nam de mulſa hucuſq; egit, ipſam q; vino ex aqua diluto comparauit, neque ipſam per ſe: ſed, vt iuſta fieret comparatio, ob id ſermonem ſuum ad mel vinum q; reuocauit. Sunt autem, qui in huiuſmodi comparationibus non reliquos modo volentes, ſed ſe ipſos quoq; inuitos circumueniant fallant'que. Cęteri meraciora puriora q; experti non puris ſolis, ſed quouis modo temperatis illorum vires adaptãt. Non ſecus alij aquoſiora experti, ex illis de omnibus quoquo modo temperatis ſententiam ferũt. Non ita tamen de rebus iudicium eſt faciendum. At, ſi iuſtam facturus ſis de ipſis comparationẽ, mulſam ad eorum, quæ bibũtur, vinorum temperaturam in aquæ permiſtione, ita ex proportione exiſtimabis, vt vinum non meracius & mulſa aquoſior fuerit. Sed, quoniam in miſtione proportionem exacte ſeruare difficile eſt, ob id ad ea, quæ vere immiſta & proprie ἄκρατα, id eſt pu-
B ra, appellantur, tranſtulit ſermonem Hipppcrates, vino nullo pacto diluto mel ipſum comparãs. Ait q; duplum vini epotum minus alere, quàm mellis ſimplum. Verum, quoniam plura vinorũ genera exiſtunt, non, quæ fortia ſunt, caput q; feriunt, & deſipientias creare poſſunt, in hoc expromſit ſermone, ſed vinum imbecillum aquoſum q;: mel q; ipſum huic comparans plus alere enunciauit. Cęterum, cum vini duplo mel dimidium comparare voluerit, non quod ſolum vtrunq; per ſe & citra aquæ miſtionem æger ſumere debeat, aſſeruit: ſed, ſi poſt vtrunq; dimenſum, pro arbitrio ingerat, nõ minus differt. Poteſt ſiquidem, ſi res tulerit, mellis cyathum vnum vel per ſe accipere, vel aquæ, quantum volet, miſtum ingerere, atq; id quotidie bibere: vel denuo vini cyathos duos diebus ſingulis, vt volet, aqua temperatos. Tali ſiquidem experimento tum in plurimis ſimiliter in cæteris habentibus hominibus, tum etiam in vno magis, per idem temporis ſpatium cognoſcetur exquiſita vtriuſque facultas. Si enim mel non ex naturæ proprietate ventrem turbat, qui melle vtuntur, diebus pluribus abũde ſufficiẽt. Si ergo res ita habet, cur in principio orationis dixit Hippocrates, Cęterum vino albo tenui paucifero & inodoro interdum fortior & interdum imbecillior eſt mulſa? Non enim interdum fortior & interdum imbecillior, ſed ſemper fortior ſecundum nuper dicta videtur. Quoniam prius, quàm de comparatione iuſta diſtinxiſſet docuiſſet q; ci-
C tra diſtinctionem abſoluto ſermone, bene & ſecure dixit, Inuenietur mulſa vino quadãtenus fortior, & quadantenus imbecillior. Si enim temperamenti vtriuſque analogiam quis non diſtinxerit, interdum quidem imbecillius vinum, interdum & mulſa, eſſe videbitur. Verum, ſi hæc diſtinxeris, vt eſt dictum: atque eam, quam mel in ventre facit turbationem contemplatus fueris: mulſam ad nutriendum validiorem ſemper deprehendes, quàm vinum eadem proportione dilutum temperatum'que. Quòd ſi & ſtercus, quod ex mulſa ita moderatum excernitur, vt virtutem non exoluat, adnotaueris, tibi etiam magis ex mulſa copioſior videbitur nutritio, quàm ex vino. Nam, & ſi duplum exeat ſtercus, laborans tamen pluribus ex diebus mulſa ſufficiat, certe ad nutritionẽ mel vino tum potentius tum validius videtur.

* In aliquibus antiquis cod. legitur ἀσαφέστερον, i. obſcurius.

22 *Mulſa tamen poſt ptiſſanæ ſorbitionem epota valde replet, inflat, & hypochondriorum viſceribus eſt inutilis. Sed, ſi ante ſorbitiones bibatur, non vt ſuper epota lædit, ſed iuuat.*

De ordine ait Hippocrates, quem in vſu mulſæ ptiſſanæ'que quis optime ſeruare debeat. Verum vno mulſæ ptiſſanæ'que edoctus exemplo vniuerſalem hunc accipe ſermonem. Nam perpetuo prius ingerenda ſunt, quę & facilius corrumpuntur, & quæ ſubducũtur magis: poſterius ve-
D ro contraria. Ptiſſana autem, quòd mulſa difficilius corrumpitur, & deſcẽdit tardius. Si ergo mulſa primo ſumpta fuerit, ex ea quædam ptiſſanæ ad deiectionem fit prouocatio: verum, ſi ptiſſana primum ſumpta fuerit, ſubduci mulſa prohibetur: inflabit hypochondria: atq; tandem in bilem conuerſa, ptiſſanæ detrimentum afferet.

23 *Cocta autẽ mulſa, facie quidem cruda longe eſt melior: ſplendida ſiquidem & tenuis & alba & pellucida exiſtit. Sed, qua ab ea euariat virtute, non habeo. Neque enim eſt ſuauior, ſi mel bonum fuerit, imbecillior tamen & minus ſtercoris habens: quorum neutro, vt auxilietur, mulſa opus habet. Cocta tamen probiſſime, vtendum, ſi mel vitioſum fuerit, impurum, nigrum, & mali odoris: nempe coctura plurimam malignitatum turpitudinem tollit.*

Tota dictione coctæ crudæ'que mulſæ differentias docet Hippocrates: ſed nullam deſiderat expoſitionem.

De Oxymelite

24 *Oxymeli vocatum potum, ſæpius quidem in his morbis commoditatem habere reperies. Nam ſputum educit, & facilem reddit ſpirationem.*

Καλούμενον id eſt vocatũ, aut quod vocatur, & καλεῖσθαι, i. vocari, atq; his ſimilia adiicere Hip-

pocratem non ignoras: interdum quidem ꝙ hæc appellatio Græcis omnibus nullo pacto vſitata E ſit: interdum vero quod improprie dicatur: atq; interdũ ꝙ artificioſum quippiam demõſtret, vt ἐπὶ τῶν κροταφίτων καὶ μασσητήρων μυῶν, id eſt temporalibus & maſticatoriis muſculis, declarauimus. Sed, ꝙ artificioſum nihil indicet oxymelitis appellatio, conſtat omnibus. Appellationem igitur ex adiectione τοῦ καλουμένου vel damnauit, vel tanquam inuſitatam indicauit. Poteſt autem & vtrunque feciſſe, nam forſan tunc primum in communem cœpit vſum venire. Forſan & vocẽ damnat, tanquam ex ſolis aceto & melle conſtare medicamẽtum explanantem, vel tanquã mellis differentiam indicantem: quaſi ita quiſpiam diceret: † Mel autem acetum q; tali ſunt prædita facultate. Ergo de verbi huius καλουμένου adiectione nemo ignorat: quapropter ad id, quod vtile eſt, deſcendamus. Non enim ex aceti mellis q; miſtione tantum oxymelitis eſt compoſitio: verum ex mulſa paulum aceti accipiente. Sed melius eſt, vt concoquatur: nempe virtus aceti ita coctura imminuitur, vt mulſa quidem ab eo, cui miſcetur, auxiliũ ſumat, offenſam autẽ non habeat. Auxilium autem in orationis exordio enunciauit, atq; ab his enũciabit: offenſas vero ad dictionis totius calcem adiiciet. Dictum eſt igitur in exordio, Sputum liquidem educit, & facilem reddit ſpirationem. Quæ autem deinceps ſunt, dictiones ſecuti, ab eo diſcemus.

A.l.3.f.10.t. c.1.fol.272.c

† Grẹce τὸ δὲ μέλι τὸ ὀξὺ δύναμιν ἔχει τοιάνδε, id ẽ, Mel aũt quod acidũ eſt, tali eſt præditũ facultate.

25 *Tempora vero hæc habet.* F

Καιρούς, id eſt tempora, dixit vel tempora, quibus ex conſuetudine vtendum ſit, vel tempora, quibus iuuare ſoleat. Nempe & in hoc ſignificatu καιροῦ, id eſt temporis, appellatione interdum vti Hippocratem oſtendi.

26 *Quod valde *acre exiſtit, nihil mediocriter in iis, quæ non facile educuntur, ſputis efficiet. Nã, ſi † quæ detinẽtur educeret, guttur que lubricaret & veluti † geſtientem redderet, pulmonem certe leniret: nempe ipſum molliret: quæ ſi contingerent, maxime prodeſſet. Interdum vero accidit, cum valde acre fuerit, vt ſputum non educat, ſed viſcoſum reddat, afferat que detrimentum.*

* ὀξὺ, i. acidũ & ſic vbique.

† τὰ ἐγκέρχνοντα.

† διαπτερώσεις.

In quibus acri oxymelite vtendũ ſit, in iis fieri aliquando ex eo offenſam docet Hippocrates. Nempe, in quibus nemo prorſus tali, quod acre eſt, medicamẽto vteretur, tales recenſere offenſas ſuperfluũ eſt. Neq; enim ſimpliciter de acri oxymelite ſermonem fecit, ſed aduerbiũ hoc κάρτα, id eſt valde, adiecit: quod λίαν & σφόδρα, id eſt admodũ, vehementer q; ſignificat. Tale igiť oxymeli nihil mediocriter in craſſis glutinoſis q; pulmonis ſputis efficere cõſueuit, in quibus eo ſolo quiſpiã vtatur, ſed ea vel ſecat, detergit, educit q;: vel facere id nõ valens, exiccat. Nempe, vt huiuſ- G modi medicamentũ ſecandi vim habet, ita & exiccandi: vtimur autẽ eo in craſſis pulmonis ſputis non tanq̃ exiccante (nempe hoc pacto detrimentum afferret) ſed tanquam incidente & detergente. Cum igitur hęc facere non valet, tantũ abeſt, vt vtilitati ſit, vt etiã maxime noceat: ſed, qñ neq; ſecat neq; detergit, in ſequentibus docebit. Volo autem imprę̨ſentia de ea, quæ in multis reperitur libris, ſcriptura agere. Non enim per σ, ſecundã huius nominis μέσον, id eſt mediocriter, ſyllabã, ſed per ζ ſcriptã inuenimus, vt dictio tota talis ſit, τὸ μὲν κάρτα ὀξὺ οὐδὲν ἂν μέζον ποιήσειεν, id eſt, quod valde acre exiſtit, nihil inſigne efficiet. Sed id falſum eſt: nempe inferens magnum aliquando fieri ab eo iuuamentum, oſtendit interdum & detrimentum. Quare perpetuo inſigne quippiam facit, & nullo pacto leue paruum q;. De quo autem eſt verum dicere, ꝙ perpetuo magnum vel malum vel bonum facit, de illo melius nihil mediocriter ab eo fieri quiſpiam dixerit.

27 *Potiſſimum autem ita afficiuntur, qui maxime pernicioſe habentes, neque tuſſire, neque, quæ intus continentur, excreare poſſunt.*

Sputa craſſa vehemẽter glutinari, nihil que ab exhibito, quod acre ſit, oxymelite iuuari, ait iis contingere, qui maxime pernicioſe afficiuntur, id eſt quibus crudus ſupra modum exiſtit mor- H bus: nempe hi nihil expuunt.

28 *Cum hæc ita habuerint, vires hominis perpende. Nam, ſi de eo ſperaueris, dabis.*

Poſtea quàm eos, qui maxime pernicioſe ægrotãt, ab acri oxymelite nihil iuuari prædixit, pauci que ex ipſis adiuti liberantur, ob id & ipſius, quod rarenter contingit, non tacuit auxilium. Fit autem auxilium huiuſmodi ab acri ſupra modum oxymelite, cũ ægri vires valent. Nempe, ſi non valent, non iuuabit, quod tale eſt oxymeli. Duorum ſiquidem alterum efficiet: nam vel prorſus non ſecabit, ſed, quod glutinoſum eſt, glutinoſius reddet: vel diſſecabit, abſterget que. Verum ſubitam vniuerſam que tum eductionem, tum uacuationem, quam molietur, non ſufferente natura continget ſtrangulari hominem.

29 *Cum autem dare volueris, perquàm tepidum paulatim que & non affatim dabis.*

Si ęger ob ſputorum tum craſſitiem tum viſcoſitatem nihil expuerit, virtus que valida fuerit, oxymeli dari iubet valde acre, paulatim & ἀκροχλίαρον, quod eſt ἄκρως χλίαρον, id eſt perquàm tepidum. Id autem calidi frigidi que exacte eſt medium. Nam, quod vehementem habeat facultatem

A tatem, propterea copiose ipsum vno haustu offerre veretur. Pari modo & æstate frigidum porrigere, vt antea præcepit, ideo timet, quia tum pleuritides tum peripneumoniæ, in quibus nihil expuitur, incoctæ sunt. Coctioni autẽ perpetuo calidum opitulatur confert q; : frigidum vero renititur & aduersatur. Cur ergo calidum etiam oxymeli deuitat Hippocrates? An ob morbi malignitatem malum q; morem, ne videlicet protinus ex tali potione cruda persistat affectio, hominem q; à calido oxymelite siticulosiorẽ fieri contingat? nempe, ꝙ symptoma hoc viscosum reddat sputum, exposuit. Tutius ergo mediocriter tepidum esse oxymeli arbitratur Hippocrates, vtpote qui calidi eam, quæ succedere possit, frigidi ꝙ de necessitate successuram, fugiat læsionem.

30 *Quod autem parum acre est, os fauces q; humectat, sputum educit, & sitim sedat: qua occasione hypochondrio visceribus q; est beneuolum, mellis que inhibet noxas: nempe, quod in melle biliosum est, castigat.*

Postea q̃ de supra modum acri oxymelite sermonem absoluit, ad id, quod mediocriter acre est, trãsiit, humectare ipsum os fauces q;, & sputũ educere, et sitim sedare, in textura orationis ingens. Nẽpe, quod omnia, quibus iuuari ęgritudines natę sunt, habet, id eorũ, quę nocere valẽt ob vim tẽperaturæ, nihil habet. Nam mulsæ tm̃ aceti est admistũ, vt, quod in ipsa biliosum sit, queat suffi- B cienter κολάσαι, id est καθελεῖν & ταπεινῶσαι, id est castigare, inuertere, & supprimere. Nẽpe in quarto de simplicium medicamentorũ viribus dulcem succũ acri maxime potẽtia aduersari monstrauimus. Cum itaq; mulsæ facultas cætera quidem omnia, quibus morbi huiusmodi opus habent, contineat: in vno autem duntaxat contraria, ꝙ s. supercalfacta ipsa bilescat: migrationẽ sanè huiusmodi permistio aceti cohibens, optimum efficit medicamentum. Nempe minime siticulosum erit: atq; ob id sputa, quæ non omnino crassa glutinosa q; sunt, facile educet: hæc autem, quæ duo numero existunt opera, consequitur partium oris faucium q; humectatio. Qua vero occasione hoc facit, ea tum lieni tum hepati maximam affert commditatẽ, viscera innoxie expurgãs.

31 *Flatum præterea discutit, & vrinas mouet.*

De mediocriter acri oxymelite adhuc differens, hæc protulit. Nam in pulmonis thoracis q; affectionibus plurimo est vsui, maxime q; insignẽ habet patrocinatũ ob metricã illam aquę aceti q; & mellis permistionẽ. Tale siquidem oxymeli spiritum crassum flatuosum q; in hypochondrio secat: flatus q; abrũpens, vias oẽs expurgat: atq; ad vrinas tũ serosa tum biliosa agit excrementa.

32 C *Sed* *partem intestini infernam reddit humentiorem, facit que ramenta.*

..li 4. f. 1. t. 2. ,8. fol. 419. h

Eam, quæ supra id, quod secundum naturam est, innascitur partibus, humiditatem, πλάδον Hippocratem nominare neminem ex nobis præterit: hoc igitur efficere ait oxymeli. Nam, quicquid crassi glutinosi que succi superius infarcitur, id abradit secat que, atq; tanquam ad excretionem subducit: facile item & hac facultate ab iecinore facit excrementorum eductiones, ita vt collectis superioribus cunctis humiditatibus in intestinis ipsis & potissimum infernis, ob multitudinem quidem innascatur ea, quę supra naturã est, humiditas, ob qualitatẽ vero intestini abrasio: nempe & oxymeli detergente præditum facultate, tandem abradet intestinum. Eiusdem quoq; est facultatis, quod cum oxymelite descendit chylosum excrementum: quapropter & sine oxymelite, si aliquando exuperauerit, intestinum abradet.

* In oĩbus antiquis gręcis legit χολῶδες, idest biliosum, & ita ẽt habet vetus tralatio.

33 *Interdum autem & in acutis morbis est inutile, & potissimum, quòd non flatum modo foras prodire vetet, verũ quoque & reuerti faciat. Præterea & maxime vires imbecillitat, & extremas infrigidat partes.*

In acutis interdum morbis abradi intestinum, bonum non est. Vlceratio enim quædam superficialis est ipsa ramentosa affectio. Quæ cum talis existat, ab irrumpentibus omnibus, & præ- D sertim mordentibus, molestiam recipit intestinum. Quod affectum, nisi protinus mordentia excreuerit, ad regionem superiorem ea, quæ irrumpunt, remittit. Quo fit, vt ea occasione flatus etiam sursum recurrat. Naturalem siquidem functionem circumstrictoriam, sortita sunt intestina, vt in commentariis de facultatibus naturalibus est demonstratum: sed, quæ irrumpunt, à partibus, quibus continentur, reiici velocitatis est opus. Cum igitur superne motus exordium habet, quæ continentur, deorsum habent excretionem: verum, si motio inferne capit exordia, sursum feruntur. Quòd sanè in habentibus secundum naturam vsu venire videtur, cum scilicet vniuersim raptim que subeunte ad inferna intestina bile continemus excretionem, aut propter aliquam, quæ prompta sit, negocij curam, quæ interpellari non possit: aut quòd non prope sit, quo venter exoneretur, locus. Nempe tunc recurrere sursum que ferri bilem ita percipimus, vt non adhuc excerni possit. Sunt, quibus ex huiusmodi bilis recursu stomachus male habet: aliis caput repletur, & ob morsum dolet: alij patiuntur vtrunque. Hoc igitur pacto, ramentosa in intestinis affectio, deorsum interdum excernit celeriter, ægrorum molestiam nequaquam sustinens: interdum autem & à partibus inferioribus ad superiores, vbi, quæ irrumpunt, non protinus ad sedem prodierint, sed is, qui sedem circulariter ambit musculus, tum contractus, tum recti intestini extremum ipsum abstringendo complexus, principium motionis obstri-

* vetus interpres legit, hui' virtutis.

ctoriæ ex infernis partibus ad superiores fecerit. Ob eam igitur causam non flatus modo, verum E & excremẽtum in huiusmodi affectionibus reuertitur. Contingit autem & vires offendi ob eũ, qui in transitu ipso sequitur, morsum. † Nempe abradentia, tametsi, quod irrumpit, breuissimũ habeat morsum, vehemẽter tamen infestant. Scimus autem dolorem omnẽ vires exoluere, atq; ob id partes infrigidare extremas.

† Nempe quæ abraduntur, tametsi id quod pertransit, minimam habeat mordicationẽ, vehementer tamẽ infestantur.

34 *Et hæc sola est, quam nouerim, oxymelitis noxa, quæ scribi digna sit.*

Oxymeli mediocriter temperatum, noxas omnes, quæ ex mulsa, vino, & aqua emergunt, effugisse paulo ante est monstratum. Si quando igitur nocuerit, solum nocet, ꝙ abradat intestinum: id'que facit in iis, qui imbecillius habent natura & pati idoneum intestinum.

35 *Exiguum autem potionis huius nocte quidem & ieiuno ante sorbitionem dare expedit: quanquam & à sorbitione, modo longum intersit tempus, nihil vetet bibere.*

Vbi facultatem, quam habet, percurrit, ad rationem temporis, quo maxime ipsum quis porrigere debeat, in præsenti peruenit [a]†: & potissimũ, cum, qui oxymelite vti debet, is sorbitionibus alatur. Nempe, vbi quis non sorbitionibus, sed potione sola regatur, tempus in illis postea docet. F Ait ergo in sorbitione vtentibus illud duntaxat obseruãdum tempus, quo sorbitio ingeri debet. Ptisanæ autem cremor sorbitio est: qui, vt corpus alat roboret'que, assumitur. Ad quæ confert, si nutritionis tempore solus in ventre contineatur: nempe antea didicisti cibos multiplices & præsertim facultate dissimiles magnam progignere in ventre turbationẽ. Ob eam igitur causam nõ porrigendum oxymeli, nisi cremor concoctus fuerit. Qui si coctus fuerit, licet tum nocte tum appetente die ante sorbitionem sumere. Tempus autem inter sorbitionem oxymeli'que mediũ satis facit, [b]† si ptisanæ cremor vacuum simul & purum ex ea, quæ ab oxymelite facta est, abstersione, ventriculum ingrediatur.

A† Ex Græcis co. & tralatiõe veteri clarius. & primo quidẽ tp̃s explicat, qñ maxie quispiã ex iis, qui sorbitionib⁹ alunt, oxymelite vti debeat: postea vero, licet non sorbitionibus sed potione sola quis regat, tp̃s quoq; quo iin exhiberi debeat, docet.

B † Antiqua tralatio hęc addit, quantitas duarũ horarũ. quod est, quia oxymeli præcedit in hoc spatio, & penetrat pars eius ad venas, & pars ei⁹ descẽdit: ita vti ptisanæ cremor vacuũ simul &c.

36 *Qui autem non sorbitionibus, sed potione sola vtuntur, his non semper oxymelite vti expedit,* [c]† *præsertim quòd intestina abradantur, fatiscant que, & succumbant. Nam, cum stercore vidua & destituta sint, vacuæ item venæ, atque ablatæ à melicrato vires, citius inducuntur.*

Qui victus rationem non ex ptisana, sed ex potu solo, sibi instituunt, iis non per totum morbum est conueniens oxymeli, [d]† quòd vehementius intestinum ipsum tum nudum tum humore alio destitutum abradat. Nempe à ptisana quodam modo inungitur, vbi eam assumpserint, & cũ G corpus nihil à mulsa auxilij acceperit. Mulsæ autem auxilium, quod corporibus affert, cũ de mulsa ageret, prædixit.

C † Præsertim quidẽ ob abrasionẽ vel exasperationẽ intestini: ei enim sine stercore existẽti magis vtiq; hęc inferat pſente vasorũ inanitione: postea ṽo, q̃a melicrati ẽt vires auferat.

D† Tum q̃a, cũ intestinum nudũ sit, id vehemẽtius abradit, a ptisana enim quodam modo inungit, vbi eam absorpserint: tũ quia melicrati vtilitatem corpus haud quaquã assumit.

37 *Quòd si potum hunc quidem multum per totum morbi tempus profecturum existimaueris, paulum aceti, tantum q; vt duntaxat sentiri possit, infunde: sic enim & iuuabit, et lædens, minimũ lædet, et ea, quæ oportet, præstabit.*

Cum sitim quidẽ mulsa inferat, sputa autẽ in bronchiis pulmonis contineantur vel glutinosa vel admodũ crassa, tũc solo est vtendũ oxymelite. Neq; memoria excidat dicta hęc fuisse de iis, qui solo potu sine sorbitione vtuntur. Si igit, vt dixi, solo vtendũ sit oxymelite, paulũ aceti mulsæ infundere conuenit, vt aceti vsu cõmodo q; fruatur: & fugiat, quod ab eo est, detrimentum. Sed acetum mulsæ cõmistum excoquere oportet, nempe hoc pacto ad nocendum imbecillius redditur.

38 *Vt autem in summa dicatur, quæ ab aceto est acredo, picrocholis magis, quàm melancholicis, prodest. Amara siquidem dissoluuntur desciscunt que in pituitam, cum ab aceto in sublime attolluntur. Nigra autem fermentantur, attolluntur, & multiplicantur: nempe nigra educit acetum.*

H

Picrocholas naturas appellat Hippocrates, quæ amarum sibi cõtraxerunt succũ, cuius generis est bilis flaua: his idoneũ esse ait acetum, quod melancholicis aduersissimũ existit. Nam & bilem nigrã acidam esse contingit, cum s. præter naturam habẽte corpore [e]† & syncera & impermista fuerit. Nempe, cum recte valet, plurimum quidem prædictæ habet qualitatis, non tamen exquisitam ipsam. Reliqua dictionis manifesta sunt. Docet siquidem in ea, quo'nam pacto acetum picrocholis, qui in temperamento calido cęteros vincunt, adiumento sit, vtpote quod frigidum sit.

39 *Mulieribus autem longe magis, quam viris, aduersatur acetum: nam vterum dolore afficit.*

Quòd acetum suapte natura neruos offendat, testatur experimentum, & ratio demonstrat. Nempe exangues sunt, & ideo frigidi, facile q; ab iis, quæ refrigerant simul & tenues habent partes, afficiuntur medicamentis. Læduntur præterea & à reliquis refrigerantibus omnibus: sed, substantiæ aceti quod tenuium est partium, in eorum mergitur profundum: atq; in omnes ita penetrat partes, vt ne minimum quidem ex eis illæsum maneat. Sic igitur acetum neruosas offendit partes. Vterum autem anatomici ferè oẽs neruosum esse dicunt. Verum & absq; eorum adnotatione, quam ex anatomica inspectione fecerunt, poteris & tu de eo ratiocinatione colligere.

E † κατάκοσι

Nempe

A Nempe ad maximã laxatur molem, & ad minimam contrahitur: quantus etenim foetus fuerit, tantũ ipsum perpetuo circulariter ambit: impletur q; spatiũ omne ab eo, etiã si foetus paruus fuerit vel magnus, veluti vẽter à cibis. Sed vẽtris non magna est ad cõtraria permutatio, vteri autem maximæ: plurimum autem dilatari neruosorum proprium est corporum, & non carnosorum.

De Aqva

*Aquæ, quæ in acutis bibitur morbis, nullum sanè aliud habeo, quod illi concedam officium. Neque enim in *perip- neumonicis tussim sedat, neque sputum educit: immo cæteris minus, siquis aquæ potione prorsus vtatur. Verum, si inter oxymeli & mulsam paulum aquæ *instilletur, ob qualitatis potionum transmutationem sputum educit: nempe intus inundationem quandam parit. Aliàs neque sitim sedat, sed amarescit: nempe ei, qui suapte natura biliosus existit, ea est biliosa. Hypochondrio præterea est mala, atque etiam pessima biliosissima que, & vires maxime labefactat, vbi in vacuitatem venerit. Adde, quòd lienem auget iecur que, vbi inflammata sunt, fluctuat que & innatat: tarde siquidem meat, quòd subfrigida & incoctibilis sit, neque aluum deiicit, neq; urinas mouet. Atque ex eo quoq; nocua est, quòd stercoris suapte natura expers sit. Quam si pedibus frigentibus aliquando quis biberit, ea his omnibus multo magis nocebit, ad quoduis eorum venerit.*

* Al. pleuriticis

* *Al.* ἐπιῤῥοφεύμενον, *i. insorbeatur.*

B Neq; incidẽdi vim aliquã habet aqua, vt acetum: neq; calida est, vt mel: quod sanè non calfacit modo, verum quoq; & detergit, secat q;. Tarde igitur iure optimo meat aqua, difficulter concoquitur, atq; ægre descendit, quanq̃ alioqui & optima sit, & culpa omni vacet. Nam, quę vel limosa, vel male olens, vel salsa, vel alterius cuiuspiã medicamentosæ qualitatis particeps existit, ea nõ simpliciter est aqua, sed cum tali quadam permistione medicamenti: vt si mel vitiosum, vel ptissanam, vel acetũ, vel uinum, vel quippiam tale designaueris: non enim ex illo genus totũ culpabis, sed id solum, ad quod conuertis mentẽ. Cum igitur super singulis, de quibus enunciat Hippocrates, sermo de optimis sit, ita & nunc intellige, singula, quæ dicũtur, ad optimã referens aquam. Ea autem purissima est, & omni aliena qualitate destituta. Hęc igitur quanq̃ optima sit, multo tamen tempore in ventriculo manet, fluctuationes q; plurimũ parit. Quo fit, vt, cum biliosus ventriculus fuerit, corrumpatur & illa. Præterea, & cum ex ventriculo ad ieiunum intestinum ęgre perueniat, non facile distribuitur neq; in hepar, & minus in renes, thoracem, & pulmonem. Quo fit, vt neq; vrinas mouere nata sit, neq; sputum educere. Immo neq; per totũ corpus molitur transpirationes: id nanq; substantiæ, quæ tenuium sit partium, opus est, calidæ q;, non frigidæ & crassarum partium. Neque præterea sitim sedat, q; in amplis tum ventris tum intestinorum animalis
C instrumentis plurimo maneat tempore: neq; prorsus imas ipsorum penetret partes, neq; ariditatem humectet. Quòd autem non alat, antea est dictum: quo fit, vt neq; facultatem vitalem roborare possit. Atq; ea est causa, propter quam Hippocrates ad mulsam, oxymeli, & vinum se contulit, in ęgris ab aqua abstinens. Iam igitur ob eas causas nunquam ea quis vtatur: vtuntur tamen & alij quidam medici, atq; etiam Hippocrates: sed hic minus, cęteri magis. Nempe, quòd cęteris perperam vtantur, circumuenti, ad aquam ipsam recurrunt, quæ non insigniter, quod præter animi sententiam succedat, habet, quando ne virtutem quidem. Sic enim Erasistratus dicebat, « Fortes tum ciborum tum potuum facultates tempestiue quidem assumptæ maximum iuuamẽtum: « intempestiue vero maximam offensam afferunt. Quem autem vitiosum esse dico, tum oxymelitis tum mulsæ, tum vini vsum, is quidem oritur & ob repentinas mutationes, vt ipse ostendit, & magna ex parte ob synceram, quæ à medicis fit, permistionem. Cum igitur seni cuidam ægrotanti quotidie vinum aquosum exhiberem, quidam ex huiusmodi medicis præsens, me vini minimum aquæ ipsi instillantem contemplatus risit, ęgrum que vinum non bibere, sed duntaxat videre dixit, non sanè intelligens mistionis vini, quod gratia voluptatis datur, ad aquam aliam esse symmetriam, & aliam esse eius, quod ad opem ferendam ministratur. Nam vini omnino mi-
D nimum veluti excitationem quandam, quæ ad distributionem aquam trahat, permiscemus, quo *duntaxat aquæ tollamus synceritatem, non autem aquam vinum faciamus. Sunt autem plerique ex sanis, qui vinum aqua dilutum bibant, sed in his aquam gustatu ipso euincere non oportet, sed vinum: in ægrotantibus vero adhuc magis, ita vt pauca sit vini repræsentatio. Sic & de oxymeli te paulo ante dicebat, aquosum laudans: quòd item tutius quispiam ea vteretur, quę aquosa est mulsa. Nam syncera pura que, nisi ventrem subducere anticipauerit, magis nocebit, & potissimum in amarę bilis hominibus, & illis, quibus præter naturam tumefacta sunt viscera: in quibus & aqua detrimentum affert, cum plus iusto in hypochondrijs morata bilescit. Nempe & præter hæc omnia, quæ habet mala, stercoris adhuc expers existens, nullo pacto aluum subducit. Aquam autem in principiis accessionum potam lædere, (quod manifestauit, cum dixit / quam si pedibus frigentibus quis aliquando biberit, ea his omnibus multo magis nocebit / eorum est, quæ omnibus & nota & certa & confessa sunt. Quando igitur bibi idonea est aqua? Cum scilicet potu solo ęger usus fuerit, non dum accepto ptissanę cremore: tunc enim in potionum aliarũ medio aquam tempestiue quis ingesserit, & præsertim cum siticulosus æger fuerit: nempe eam πλημμυρίδα quandam, id est humidi cuiuspiam copiam facere ait. Quo fit, ut inter mulsam oxymeli que parum aquę exhibeat, quod iis, quę expui debent, conferat ad humectationem. Immo,

* Al. manum.

& cum uinum grauiter nocet, tunc aquam propinant. Quo'nam autem pacto id enunciaturus E sit Hippocrates, audiemus.

41 *Cum vero in huiusmodi morbis fortem capitis grauitatem vel mentis læsionem suspicatus fueris, à vino penitus est abstinendum: aquam que tunc dare oportet vel vinum aquosum, flauum que & prorsus inodorum: atque ab ipsius potione, aquæ exiguum superbibendum, nam hoc modo vini potentia caput mentem que minus tentabit.*

* κιῤῥὸν, quod superius verterat fuluũ, Gellius giluũ vertit.

Mens tentari lędi q́3 dicitur, cum æger febre correptus desipuerit. Nunc ergo mentis lęsionem desipientiam dicit: in qua uino abstinendum præcipit. Pari modo & in uehementibus capitis doloribus. De utroque antea est dictum. Sed im pręsentia, ubi in prædictis symptomatis à uino omnino abstinendum pr̨edixit, cõsequenter aquosum flauum q3 omnino, & quod odore careat, dandum ait. Aquosum quidem & inodorum dare bene dicitur, sed flauum non admodum recipio: nam ad ea aquosum album melius existit. Etiam uero in eam gratiam, cum uina talia sunt, superbibendam confestim aquam tutius præcepit. Minus enim (inquit) uini robur, quod uehemens est, caput mentem q́3 tentabit, ἅπτοιτο quidẽ uerbo usus sibi ipsi usitato cõsueto q́3, quo ἅψιν τῶν φρενῶν, id est mẽtis lęsionem, ab huiusmodi uerbo, quod ἅψεως nomine hominibus usitatius est, sese fecisse ostendit: caput autem mentem q3 uino tentari ait, ꝙ propter caliditatem celeriter ad ca- F put feratur, feruẽtes'que in corpore secum ferat humores. Qua autem ratione caput male afficit, ea & mentem: nam in capite sapere ipsum situm est, & ea animę pars, quę ratiocinatur.

42 *In quibus autem maxime aqua vtendum sit, & quando valde multa, & quando modica, & quando gelida, & quando calida, partim quidem antea dictum est, partim vero suo tempore dicetur.*

Erasistratus quidem in libro de febribus malitiose satis criminatur Hippocratẽ, discipulos ipsius propè accusans Apollonium & Dexippum: quos ait cereos cyathos duodecim in sextantali cotulę cyatho effinxisse, atque unum ex illis uel duos febrientibus admetiri. Verum Hippocrates non hic solum, uerum quoque & in ante dictis potionibus omnibus, copiosius largius'ue manifeste uti uisus est. Quod & in pręsenti dictione liquido ostendit inquiens, In quibus autem maxime aqua utendum sit, & quãdo ualde multa. Nam & τὸ κάρτα πολλῷ, τὸ λίαν πολλῷ, id est ualde & supra modum multa significat: sed sanè satis erat dicere multam aliquando dari aquam sine adiectione aduerbij huius κάρτα, in ostensionẽ malitiæ Erasistrati, qui de Apollonio & Dexippo mentionem facit, nec ullum horum librum ostendere potest: nec Hippocratem ipsum intelligit aperte dicentem, Et quãdo utendum ualde multa. Quin etiam & superiore oratione mulsam G inter oxymeli'que aquam porrigens utilem esse ait, ꝙ πλημμυρίδα, id est humiditatis abundantiam parit. Scripsit & antea de mulsa & oxymelite aquosis, quòd os humectant, & urinas cient, non utique cyathum horum porrigens, sed quantitatem insignem, qua & os humectari, & urinę cieri, &, quę pulmonẽ infestent, expui possint. Pręterea & de oxymelite ita scripsit, Quòd si potum hoc & quidem multum per totum morbi tempus profuturum existimaueris, adiiciens hic multum. De malitia itaque Erasistrati aduersus Hippocratem dicta hęc sufficiant. Cęterum recordemur Hippocratem, quo modo ante, ita & nunc, polliceri se in morbis singulis propriam facturum doctrinam: cum hoc in loco uictus instituendi artem non sufficienter conficiat, sed uniuersalia sola in exemplo morbi unius, scilicet pleuritidis, prosequatur.

43 *De reliquis potibus, cuiusmodi est hordeaceus, & qui ab herbis viridibus, vua passa, vinaceis, pi*ris, cnico, myrtis* punico, & aliis parantur, cum horum aliquo vti intempestiuum fuerit, in morbo ipso scribetur, vbi & de compositis agetur medicamentis.*

* tritico.

* ἄρμενα.

Habet quoq3 suam & hęc dictio doctrinæ alterius, quæ de morbis singulis sit, promissionem. Verum, quicquid sit, liquido constat uel libros, qui de singulorum acutorum morborum curatio H ne ab Hippocrate scripti sunt, non extare, uel prorsus nõ scriptos. Hi siquidem, qui nunc circunferuntur, præstantię Hippocratis non sunt: habent tamen multa, quę mentem ipsius oleant: ueluti, & quę huic libro adiacẽt ab eo, qui de balneis est, sermonę. Sed, ut dixi, de singulis in horum expositione commodius differemus.

De Balneis

44 *Balneum in plerisque morbis confert, in his quidem perpetuo, in aliis vero non. Est que quando minus vtendũ sit, quòd imparatum homines habeant: nam in paucis domibus parantur necessaria, reperiuntur q; , qui rem, ut oportet, curent. Quòd si exacte quispiam non lauetur, non mediocrem incurret noxam. Tecto siquidem est opus, quod fumo careat: copiosa item aqua, & crebra lauatione, sed quæ immediocris non sit, nisi res ita postulauerit.*

Balnea huiusmodi, temporibus Hippocratis non dum parari uidebantur. Nempe dicere paucis in domibus parari necessaria, & reperiri, qui rem probe curent, opus q́3 pręterea tecto esse non fumoso, copiosa aqua, & quęcunq3 deinceps dixit: † ꝙ item in domibus calefiat adhuc intra lebetes aqua, labris q́3 infundatur: argumentum habet. Quòd autem in fine dictionis ait, crebra opus esse lauatione, sed quę immediocris non sit, nisi res ita postulauerit, si utique memoria non excidat,

† ὡς ἐν ταῖς οἰκίαις ἔτι θερμαινομένου τοῦ ὕδατος ἐν λέβησιν εἶτ' ἐγχεομένου τῶν ἐμβάτων ταῖς πυέλοις, ἔνδειξιν ἔχει. quorũ verborũ sentẽtiam optime videtur expressisse vetus tralatio. significant, ꝙ hoĩes adhuc, qñ volebant balneari, calefaciebant aquã in vasis, & fundebãt eã in tinam, deinde sedebant in illa tina.

A dat, in sequenti doctrina obseruabimus. Nam ipse dicet, qui nam sint, qui immediocri aliquando egent lauatione: id autem est, cum æger multa, dum lauatur, perfunditur aqua. Quod si dicere ipse non videatur, nos ipsi non simpliciter quidem, neque vt inciderit, sed cum eorum, quæ ab ipso scribuntur, consequentiæ obseruatione percunctabimur.

45 *Et magis quidem non abstergendum est: Quòd si aliquando abstergendum sit, calido aliquo, atq; multiplici plus, quàm existimetur, vtendum abstersorio, perfundenda que aqua non pauca, & celeriter post perfundenda.*

Nullus æger, cum lauatur detergi expostulat, nisi sordidus sit, & pruritu vexetur. Nempe, qui ægrotant, aqua citra laborem omnem læsionem q; prolui debent. Detersio autem purgamentis fit tum mordentibus tum siccātibus: quo fit, vt ea tum virtuti tum vsui balneorum aduersissima sit. Si vero æger detergi debeat vel propter sordes vel propter pruritum, vim medicamenti detersorij multa admista aqua, immisso quoq; oleo, exoluere oportet. Quocirca inquit Hippocrates, Atq; multiplici plus, q̄ existimetur, id est, q̄ sanis consuetum sit, vtendum abstersorio. Non enim substantiam medicamenti abstersorij in ægris multiplicem accipiendam præcipit, cū non abstergēdū esse magis, q̄ abstergendū velit: sed detersorij q̄titatem in ægris multiplicē fieri iubet p aquę B adauctionem. Ea siquidem ratio detergentia quoq; vitare præcipit non excitante vel sorditie vel pruritu, acribus q; ipsis & synceris non vtendum. Sicut autem multitudine aquæ admistæ exoluit detergentis medicamenti acrimoniā, eodem modo totius detersorij vim exoluit, superinfundens statim multam aquam calidam puram q;, atq; deinceps aliam.

46 *Via ad solium breuis sit.*

Cōmune id est, siue in balneo hoīem laueris, siue in domo aliqua extruxeris pyrā, & labrū aqua impleueris. Quod & nunc in castris fit sępius, cū lauari quempiam deficiēte balnei loco oportet.

47 *Facilis que tum ingressus tum egressus.*

Prorsus siquidem citra fatigationem lassitudinem q; ægrum seruare iubet: atq; ob id solium facilem tum ingressum tum egressum habere voluit. Id proculdubio fiet, si paries, qui aquam continet, neq; sublimis, neq; angustus fuerit. Maxime autem laudabile & à labore omni alienum est, quod in aquarum sponte nascentium conficitur lauacris. Nempe solia humilia ita depressa q; pro pè omnes conficiunt, vt nihil solij pauimento, quod prope est, emineat.

48 C *Qui lauatur, componat sese, taceat, & nihil agat: sed cæteros tum perfundere tum abstergere sinat.*

Hæc quoque prædictis similiter, vt æger non laboret, conferunt. Nempe & ægrotantis quies, vt corpus in balneo tum laxius tum mollius reddatur, est idonea. Nam, cum mouetur corpus, musculi tenduntur, tensi vero minus tum molliuntur, tum relaxantur.

49 *Multæ quoque aquæ misturæ parentur.*

Cum Hippocrates inquit, καὶ μετακέρασμα πολὺ ἡτοιμάσθαι, i. multæ quoq; aquæ misturę parent, potest vnico legi verbo μετακέρασμα, atq; intelligi hæc præpositio μετὰ per se, & seorsum κέρασμα. Nam Hippocrates non in hoc solū libro, verū & in aliis, Ionum more per defectū vti prepositione μετὰ videt. Plene enim atq; integre ita leget, καὶ μετὰ ταῦτα κέρασμα πολὺ ἡτοιμάσθαι, i. multæ quoq; post hæc aquæ misturæ parentur. Siue aūt quis vno intelligat verbo μετακέρασμα, siue distinguat distrahat q̄ pro μετὰ ταῦτα κέρασμα, vna est dictionis vtriusq; intelligentia: vult siquidem misturā parari, eū, qui in labro lotus est, perfusurus: quod medici huius temporis oēs efficere consueuerunt, cū ægrum lauerint. Neq; enim in soliū frigidum ingredi permit- D tunt, sed tepida perfundunt aqua. Alij labra tota aqua huiusmodi replent. Nam, vt corpus, tum laxius, tum rarius, calida lauatione est redditū: ita rursum quiete paulatim q; contrahere ipsum, & cogere, & densare in animo habet. Nempe id ad virtutis robur confert, vt non facile homo lædatur, nisi subita quædam in ambiente aere fiat ad frigidum permutatio. Ob id, qui recte valent, à balneo calido sese in frigidam proiiciunt aquam. Sed, qui ægrotant, contactum frigidæ non sustinent citra læsionē: quapropter frigiditatem calidæ mistione frangimus. Mistionis autē quantitatem inueniemus, in primis quidem, si corporis affectionē inspexerimus: deinde & propriā laborantis naturam, ætatem q;, & anni tempus, & regionē, & præsentem cœli statum. Melius autē facient, qui à calido balneo tepidas non minus trium generū aquas, quæ inter se differant, parabūt: vt prima quidē admodū tepida sit, secunda vero minus: & tertia adhuc, quæ magis ad frigidū declinet. Tale autem quippiam velle visus est Hippocrates, cum præcepit misturas parari. Nempe, quod paratur, id non simpliciter modo multum, verum & multiforme, esse est melius, vt paulatim à calido ad frigidum procedatur, cum subitam ad contrarium mutationem æger non ferat. Al. si.

50 *Celeres que faciant perfusiones.*

Ταχείας, i. celeres, referre oportet, non ad eam solum, quæ in perfusione fit, actionem: verum

quoque & ad illud, quod actiones interiacet, spatium: vt primam inter perfusionẽ secundam q; E
parum sit interualli. Quod si quis proprie nominauerit, non ταχείας, id est celeres, sed πυκνάς, id est frequentes, dixerit. Quanquam apud veteres vsus horum nominum πυκνῶ & ταχέως confundatur: nam aliquando πυκνάς, id est frequentes actiones, ταχείας, id est celeres vocant.

51 *Et spongiis pro strigili vtantur.*

Neq; strigilibus in ægris ipsis, neq; spõgia, medici huiusce temporis vtuntur, sed à balneo eos linteo contegunt: alij vestibus & potissimum puris, vt plurimũ sudent, obuoluunt. Sed non semper ęgrum ipsum à balneo copiose sudare conuenit. Nempe sępius laborantem ad balneum non *vacuandi corporis gratia ducimus: sed prorsus contrariam ob rationem, vt scilicet humectetur madescat q;, quod immoderatius exaruit. In talibus igitur neque intus in balneo sunt expectandi sudores multi: sed quàm citissime labri aquam ingredi, & postea egressos resiccare expedit.

* ἀγυάπτοις.

52 *Et non valde siccum perungant corpus.*

Oratio hęc succedit quidẽ huic, Et spõgiis pro strigili vtant. Sed, q sermonis proprietatẽ contẽplatus fuerit, is de vnctionis in balneo vsu intelliget, ne eorũ, quę de necessitate dicẽda sunt, quippiã pretermissum esse videat. Nã, vbi post balneũ spõgia aquã detersit Hippocrates, obscurũ quidem est, si corpus vnxerit: bene tñ ęgri corpus, cũ humidũ existit, nõ perungendũ esse constat: nisi quispiã dixerit, q Hippocrates hoc ipsum oleũ, quod cũ aqua est, resiccet. Est igitur vtile, vt de vnctionis in balneo vsu discutiatur: sed necessaria magis est super vnctionis tempore discussio, si oleũ perfundere conueniat, vel vbi, qui lauat, sudauerit: vel cũ siccus adhuc est, confestim, vbi sese exuerit, & prius, q; sudauerit: vel horũ neutrũ fuerit, sed vbi humescere cœperit. Sanè, qcũq; eorum meminit, quę de olei facultate in simpliciũ medicamentorũ tractatione dicunt, is exacte nouit optimũ esse olei vsus in iis, qui lauantur, tps, quod tertio dicitur loco: nouit q;, quo nã pacto calfactũ corpori exhibere conueniat. Nempe id corpus mollius reddit laxius q;: cũ frigidũ suo contactu nõ solum horum neutrum efficere natum sit, sed & eos, qui lauantur, frigentes reddat. F

53 *Caput vero spongia, quoad maxime fieri poterit, resiccare oportet.*

Quòd in balneo caput curiose resiccandũ sit, vt ne minimum quidem supersit humiditatis, nequaq; est ambiguum: nã, quicquid relinquit, refrigerare consueuit. Non tñ, à spongia vt fiat, effici potest, nisi statim ab initio post misturarum vsum. Capitis tñ aquam linteo resiccare est melius. G

54 *Neq; "caput ipsum modo, uerũ & extrema, & quãuis aliam partẽ corporis, à frigoris iniuria prohibere conuenit.* A.li.3. f.3.d. c.5.fol.61.e

Dixisse id per se seorsum que parũ esse mihi videtur: quòd enim pars nulla omnino nuda esse debeat, cum à balneo aquam eorum, qui lauantur, resiccant, constat liquido omnibus: nam, quæ ita denudantur partes, cito eas refrigerari nemo ignorat.

55 *Lauari quoque is non debet, qui nuper vel sorpsit vel bibit.*

Non in ægris modo, verum quoque & in sanis, nullus confestim à cibi vel potus sumptione lauari debet. Nam qui biberunt, his caput repletur: qui vero cibum sumpserunt, his non caput modo, verum & corpus totum, alimoniam ad se prius, quàm concocta fuerit, trahent.

56 *Neque confestim à balneo sorbendum, neque bibendum.*

Sedata, quæ ex balneo est, turbatione, tum esse tum bibere melius est: veluti & composita ea, quæ ab exercitatione oritur. Nam cibum protinus vel potum sumere, caput replet, deuoratum q; interdum superfluitare facit. H

57 *Magni autem admodum pendere oportet, si æger, cum recte valuit, balneum valde affectauit, & lauari fuerit assuetus. Nempe tales magis appetunt, iuuantur que, cum loti fuerint, adeo, vt lædantur, si non fuerint loti.*

Demonstrata sunt hæc per totum ferè horum commentariorum secundum, vbi dictiones exposuimus, in quibus parte prima consuetudinum vires enarrauit.

58 *Peripneumoniæ autem magis, quàm ardenti febri, confert. Nam lateris pectoris que & dorsi mulcet dolorem, sputum maturat educit que, & spiritum facilem reddit, lassitudines "tollit, mollit articulos & cutem per summa apparentem, vrinas ciet, capitis soluit grauitatem, & nares humectat. ❦ Tot ergo insunt balneo bona, quibus omnibus est opus. Cæterum, si in apparatu re vna vel pluribus defectum sit, metus est, ne non prosit balneum: vnum siquidem horum, quoduis fuerit, si à ministris non, vt oportet, præparetur, valde lædit.* A.ibidem.e

Quare peripneumonias magis, quàm febres ardentes, iuuet balneum, ostendit Hippocrates, cum inquit, Nam lateris pectoris q; & dorsi mulcet dolorem, sputum maturat educit q;, & spiritum facilem reddit. Ob hæc etenim omnia peripneumonicis maximo est præsidio. Sanantur siquidem, qui contenta in pulmonibus sputa expuunt. Pleuritici quoque ob doloris mitigationem

A nem valde iuuantur. Quapropter duorum alterum: nempe vel ita scribendum, Peripneumoniæ autem & pleuritidi magis, q̃ ardenti febri, confert: vel in peripneumonia pleuritidem subaudire oportet. Nam pleuritis dolorem in latere habet: Peripneumonia non habet. Cæterum, cum peripneumonijs magis, quàm ardentibus febribus, conferre balneũ inquit, docet quoq; & æstuantibus quibusdam auxilio esse: verum oratio hæc distinctionem expostulat, quam non dum efficere possumus, quia tempus, quo lauari ægrotantes velit, nõ definierit. Vbi autem sequenti dictione enarrantem Hippocratem, quos'nam haudquaquam lauare velit, intellexerimus, ad balnei tẽpus ita perueniemus.

59 *Qui in morbis aluum plus iusto humidiorem habent, ij non sunt lauandi: neq; ij, quibus magis, quàm decet, detinetur, & soluta non sit: neq; summe imbecillitati, nec cibum fastidientes, nec vomitabundi, nec biliosa ructantes: nec quibus sanguis è naribus profluit, nisi minus, quàm decet, fluxerit, quod autem decet, nõ te latet. Si vero minus," quã decet, fluat, lauabis, & si vniuersum corpus in cæteris, etsi caput duntaxat iuuerit. {Si igitur apparatus hi conuenientes fuerint, æger q; fœliciter balneum suscepturus sit, quotidie lauare oportet.}*

lib.4.f.2.t.1. 13.fol.445.g

Quibus complura per ventrem subducuntur, ijs balneum sistit, ea ad corpus vniuersum reuel-
B lens: atq; hac occasione detrimentum affert. Quòd autem, qui nullo modo deiecerunt, eos antea vetustam fęcem euacuasse melius sit, nemo ignorat: sicuti, neq; φ γεγυωμένους, hoc est, τοὺς καταλελυμένους τὴν δύναμιν, i. viribus resolutos, balneum amplius euertit. Ait præterea & ἀσώδεις, id est cibum fastidientes, & vomitabũdos haudquaquam lauandos: nempe hos viribus ita defici metus est, vt succedat ea, quæ stomachica appellatur syncope. Succedunt his, quibus os ventriculi bile redundat, quos nota indicauit inquiens, Nec biliosa ructantes. Pari modo neq; eos lauare conuenit, quibus profluit abunde è naribus sanguis: † nam, si minus fluxerit, lauare est consentaneum. Hi autem sunt, qui etiam largo egent balneo: vt sanguis, qui in capite est, vehementius moueatur. Consimiliter lauabimus, si sanguis nullo pacto erumpat, & erumpere debeat. Ex adiectione autem huius sermonis, Et si vniuersum corpus in cæteris, & si caput duntaxat iuuerit, clarius adhuc significauit, quo'nam pacto sæpius in domo calfacta ægrum absq; labro collocent, & caput duntaxat citra reliquas corporis partes calida perfundant aqua.

† Ex antiquis codic. græcis & ex tralatiõe veteri hæc addẽda. immoderatissime eis in ipsis profluet sanguis.

60 *Lauandi autem cupidos si quotidie bis laueris, nihil nocebis.*

Qui Victori Romano principi librum de victus ratione Hippocratis tradidit medicus, is di-
C ctionem hanc & alias quasdam decurtatas scripsit: sicuti & illam, in qua dicit, † Non protelentur primi sorbendi dies: Pręterea &, † Qui bis die cibum sumere sunt assueti, ijs bis dare oportet. Verum vtriusque harum dictionum dimidiam partem subtraxit, sed præsentis quidem nihil: tempus vero nõn adiecit, vbi φιλολουτροῦντας, id est lauandi cupidos, eos intelligit, qui cum sani sunt, lauari gaudent, atque ob id sæpius lauantur. Nempe hi, cum lauantur, eum accipiunt, qui ex consuetudine est, scopum. In sequentibus autem ab Hippocrate tempus, quo ægros lauari velit, audiemus.

† Vide tex. 41. lib. 2 vbi ad verbũ interp̃s traduxerat. primis diebus quauis sorbitione, nequaquam eos priue nu, quibus &c.

† Tex 20. libri primi.

61 *Tutius autem longe balneo vti possunt, qui tota vtuntur ptissana, quàm qui solo vtuntur cremore: quanquam et ij interdum vti possint: minimum autem, qui potu solo vtuntur.*

Tempus, quo lauãdum sit, hoc in loco patefecit Hippocrates: quod si ab initio pronunciasset, multa sane, quæ loco medio dicta sunt, non obscura essent. Ptissanam sane totam porrigit ijs, qui mitius habent: solum vero cremorem ijs, qui deterius degunt: verum ijs, qui periculosius acutius q; laborant, potus solos. Quòd autem toto in hoc cõmentario de thoracis pulmonis q; affectibus egerit, plurima quidem exempli vice in his morborum partibus & præsertim pleuritidis
D vniuersalia præcipiens, sæpius est demonstratum. Est expositum quoque, quo'nam pacto coctis morbis ptissana vti velit. Eo igitur tempore etiã balneum sine periculo conciliatur, vtpote quod ad sputorum, quæ in thorace & pulmone continentur, expurgationem maxime conferat. Qui igitur ita habent, & quæ ex consuetudine est, accesserit indicatio, his lauationem duplicare nihil prohibet. Ait præterea balneum ἥκιστα, id est minimum, iuuare eos, qui solo vtuntur potu: vbi ἥκιστα ἐλάχιστον id est minimum significat, & non, vt quidam aiunt, οὐδαμῶς, id est nullo pacto. Nam inferens, inquit,

62 *† Sunt autem & ex iis, qui vti possunt.} † Ex iis autem, quæ ante scripta sunt, quos'nam in singulis viuendi modis iuuaturum sit balneum, & quos non, conijcere oportet. Nam, quibus aliquid eorum, quæ balneum & bonum reddere & iuuare possunt, deest, hos lauare non expedit: quibus vero nihil deest, signum q; adest ipsis, in quo lauare conueniat, lauare oportet.}*

† Hæc verba in cod. antiqs & ĩ tralatione veteri, coniungunt cũ superiorib' verbis Hippocratis. ita vt vnum duntaxat sit comment.

Non adiecit autem, quando ij balneo vti possint', sed nos, qui sententiam ipsius sequimur, dicemus. Potum solum ijs exhibet Hippocrates, quos acuti infestant morbi, vbi vires ad morbi vsque vigorem, qui interdum cum ipsa coctione existit, veluti in morbis thoracis, pulmonis q;, suffecturas sperauerit. Coctis siquidem, qui affectum progignunt, humoribus, confestim excreabunt.

† Non sunt in aliquibus veteribus codi. nec in tralatiõe veteri.

bunt. Quòd si, qualia oportet, solum expuere cœperint, in neutro adhuc modorum neq; in affe- E
ctu, neq; in symptomatis, morbus augebitur. Nam sæpius affectio ipsa, qua laborant, mitior quidem existit, sed symptomata augentur, vt in phlegmone obsessis particulis quo ipse inquit mo-
2.Aph.47.Ext. ord.18.h do, ‖ Cum pus conficitur, tunc dolores & febres fiunt magis, q̃ cum factum fuerit. Sæpius autẽ »
mutuis exultant incrementis decrementisq; symptomatum magnitudines, et ea, quę affectionis
* ἐκροὴν ἔχει. est: fitq; id in ijs phlegmonis, in quibus pus effluit, quod iam est cõfectum, vt in vulneribus quibusdam fieri cõsueuit, & in peripneumonijs pleuritidibusq;. Possunt ergo in his morbis & ij, quibus potus solus vsui est, non inutiliter lauari: nempe dolorem ipsorum balneũ mitigare ait, & sputa maturare. Sed sanè vacuato prius corpore id factitandum. Scierisq; in vniuersum dè A.l.4 f.t.t.2. 42.fo.424.h
balneorum viribus, q̧, si non antea vacuato corpore exhibeatur, membris affectis fluxionem parit. Vacuato autem si exhibeatur, coctionem iuuat: nempe corpore toto ante vacuato adhibitum, aduacuatoriam obtinet facultatem. Quo fit vt ex febre ardente laborantibus, ijs tãtum opituletur, qui sine tumore vel phlegmones vel erysipelatos laborant, feruẽte in ipsis per totum corpus bile. Quòd si coctionis signa habuerint, his multo magis conferet. Verum, si ardens febris ob salsam pituitam putrescentem oriatur, aduersissimum illis esse balneum scire oportet. Neque enim pituitosus humor, vt biliosus, per cutim euacuatur, propterea q̧ tum crassus tum glutinosus sit, neq; extinguitur, longa egens concoctione. F

De iis quae *Pollicitus fuerat se postea dicturum.*

Sect.1.t.1.108.c Nõ sum immemor verborũ Hippocratis, quæ in principio libri huius hoc refert pacto: ‖ Quę autem medicum ante animaduertisse ægro non referente oportet, plurima dimissa sunt. Hæc siquidem, qui Hippocratem dogmaticum esse putãt, locos affectos esse dixerunt, & affectiones ipsorum, & causas. Sed, qui Hippocratem empiricum esse existimant, anni tempora esse, regiones, ætates, & ambientis nos aeris conditiones, affirmauerunt. Hæc equidem omnia, tum quę à dogmaticis tum quæ ab empiricis dicuntur, vtilia esse non ignoro. Verum scopos multos hoc in libro recensens Hippocrates, ad quos quis respiciens victus formam inuenire possit, nullius eorũ, quæ dicta sunt, præter q̃ consuetudinis, mẽtionẽ fecit: sed sanè non nulla, quę reminiscentiã exigunt, præposuit. Atq; ob id sermonem sum remoratus, vt hac, quę breuis sit, interpretatione eos, qui totum legerunt librum, habeam sermonis huius per intelligentiam assecutores. Vnus sanè et
Sect. 1. t. 22. 112.c præcipuus scopus, tanquam in exẽplo pleuritidis, talis in dictione ab Hippocrate enarratur: ‖ Si quidem siccior fuerit morbus, q̃ vt quispiam putauerit, non multum dare oportet, sed ante sorbitionem, vel mulsam vel vinum, vtrum magis auxiliaturum putaueris, propinare conuenit. Post G »
hæc deinceps ait, At, si os madescat, &, quæ à pulmone expuuntur, talia sint, qualia esse oportet, »
sorbitionis quãtitatem, vt dicam summatim, augere conuenit. Verum tum hæc, tum quę serie cõ »
* medicis. tinuata dicuntur, non sunt à gnidijs sentẽtijs definita. Sed & post hæc, morbi coctionẽ animaduertendam esse ait Hippocrates, qui sanè scopus totius propemodum est Hippocrati speciei victus instituendæ, atq; earum, quæ in ea particulariter fiunt, permutationũ. Sed & alias deinceps
Ibid.t.32.113.f apponit definitiones, quæ tales sunt: ‖ Quibus enim cibus statim inclusus est, siquis non vacuato »
eo sorbitionem dederit, dolorem, si adest, adaugebit: &, si non adest, protinus inducet. Et rursus »
deinceps: Præterea, si lateris dolor assiduus est, calidisq; fomentis non remittatur, sputumq; nõ »
procedit, sed extreme citra coctibilitatem glutinosum sit, nisi quis dolorem vel alui subductione, »
vel secta vena pro vtriusuis significatione soluerit, ptissanam autem ita affectis dederit, præcipitẽ »
Ibid.t.42.114.c aget in mortem. Post hæc & rursus definiẽs, ait, ‖ Si nuper pasto cuipiã, & alui oneribus haud- »
quaq; purgato, febris vel cum dolore vel sine dolore inceperit, à sorbitione tantisper est temperã- »
Ibid.t.45.115.c dum, donec cibum ad infernam intestini partem descendisse coniectum sit. Tum rursus, ‖ Si nu- »
per cibato cibus prior non descenderit, virtusq; valida fuerit, & floruerit ætas, subluere oportet: »
si vero virtus imbecillior fuerit, balano est vtendum, nisi aluus sua sponte probe deiecerit. Adiecit ergo in hac dictione eum, qui à virtute est, scopum, veluti in sequentibus sæpenumero, & id considerari præcipiens, quænam causa & affectio sit, quę virtutem prosternant: vbi & hoc à me- H »
Sec.2.t.11.117.c dicis ignorari adiecit. Præterea adiecit, ‖ q̧ ijs, qui dolorem ad hypochondrium pertinentem habent, ea, quæ per talia medicamenta fiat, auxilio sit purgatio: cęteris autem, quibus dolor vel grauitas ad brachium vel pectus extenditur, venæ sectio. Hæc igitur & reliqua huiusmodi, quæ itẽ de consuetudine dicta sunt, à gnidijs medicis omnino sunt prætermissa, multoq; magis naturæ & corporum temperamẽta, de quibus sæpenumero in hoc libro egit, hos picrocholos appellãs †, alios melancholicos. His scopis inhærens ac insistens † de ea, quæ tum in sanis, tum in ægris fit, victus ratione agit, quonam pacto & emendare & corrigere oporteat, demonstrans. Prętere & in eo, quem de vino, oxymelite, & aqua facit, sermone scopos recensuit eosdem. Meminit quoque & coctionis morbi sæpius, non paruum scopum vniuersæ victus rationis, earumque, quæ in ipsa fiunt, mutationum hunc faciens. Pari modo & de morbi vigore quippiam dixit: & ad hunc respiciens, non tanquam ad abiectissimum in victus ratione scopum, alimoniam ministrat. Cuncta hæc & reliqua talia à gnidijs medicis prætermissa sunt, quæ medicum ante animaduertisse non dicente ægro oportet.

† In quibusdã cod. græcis adduntur τοὺς δὲ φλεγματίας, i. pituitosos. et ita vetus interpres.

† de ea q̃ i sanis fit, mutatione diætæ, docuit, quo corrigẽda sit: & de ea q̃ in ægris.

Galeni

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS COMMENTARIVS QVARTVS

ARGVMENTVM

Liber à Quopiam ex Hippocratis discipulis, multis diuersis q; theorematis inordinate q; dispositis conflatus, quorum plurima ad acutos morbos videntur pertin ere.



Væ in libro de victus ratione post eum, qui de balneis est, sermonem scripta sunt, iure optimo pleriq; medicorum Hippocratis non esse sunt suspicati: nam à superioribus, & vi interpretationis & theorematum integritate longo discedunt interuallo. Neq; tamen abs re moti sunt, qui & Hippocratis esse existimauerunt. Nempe eorum, quæ scripta sunt, sententia propositum ipsius mentem'que vsque adeo redolet, vt discipulum Hippocratis aliquem scripsisse suspicio sit: immo et ex his multa dictionem vnà cum sententia ita absolutam inculpatam'que habent, vt rursum & ea ab Hippocrate scripta esse suspicandum sit, vtpote qui librum componere, vbi singulariter morbi cuiusque acuti curationem doceret, vt in libro de victus ratione in morbis acutis promiserat, sese apparauerit. Præterea & alias in præsenti libro reperies dictiones, quæ Hippocrate ita indignæ sunt, vt legitimis iustis'que adscriptas esse suspicari te oporteat. Sicuti & in aphorismis ipsis quidam huiusmodi visi sunt, partibus libri vltimis adiecti. Qui enim interserunt, quia multis in memoria sunt primæ librorum partes, vltimis adscribunt. Quod & in libro de capitis vulneribus factum esse videtur, & in secundo de morbis vulgaribus. Nec secus in eo, qui nunc nobis proponitur, libro reperimus, quæ interseruntur, atq; adhuc magis partibus vltimis. Cum igitur quatuor, vt quispiam dixerit, in eo reperiantur species, vna quidem quæ & dictione & sententia Hippocrate digna sit, altera autem quæ alterutro solum, vel dictione vel sententia, non nullæ vero quæ horum neutro: in singulis earum, quæ ad expositionem nobis expromentur, dictionibus id ipsum declarabimus. * ἀκρίβεια.

B

C

1 *Causus, id est febris ardens, fit, cum venulæ tempore æstiuo exiccatæ acres & biliosos, ichoras ad se traxerint.*

Æstiuum anni tempus dixit calidũ & siccum, siue vltimo vere fuerit, siue prima ęstate siue media vel extrema, siue primo autumno. Quòd aũt aeris nos ambientis tẽperamentum dispositionem corporis secum mutet, siccum quidem ad sicciorem, humidum vero ad humidiorem, in cõmentarijs Epidemiorum est demonstratũ: Quòd item & anni tempus mediocre & temperatum naturalem seruet temperaturam, cæteris, quæ in vniuersa victus lege agunt hoĩes, modo habẽtibus simili. Demonstratũ pręterea & corpus, quod à naturali moderata'q; conditione sese alienauit, cõmutauit'q;, id, propter quod alienatũ est & cõmutatum, ob illud peculiari egere auxilio, vt arefactum humectatione, humectatum exiccatione, calfactum refrigeratione, & refrigeratũ calfactione. Cum igitur ob aliquam rerum, quarum exẽpla dicit Hippocrates, circunstantiã venulas aliquas qualibet in parte corporis exiccari contigerit, à vicinis partibus trahunt hæ humiditates. Si ergo, quæ ad arefactas venas feruntur humiditates, vt substantia humidam naturam, ita & vim humectatoriam habuerint, pars naturalem commoderationem recipit. Verum, si humiditas qualitate acris fuerit, & facultate siccatoria, corpus incenditur: vt si ex nobis quispiam siticulosus effectus liberaliter biberit vel vinum, quod, quia aqua marina largior mista sit, tethalassomenon dicunt, purũ, vel aquam salsam. Scio equidẽ me aliqñ ex æstiuo itinere siticulosum redditũ bibisse vini veteris paulo sincerioris calicem vnum, atq; ex eo sitim magis auxisse, nõ placasse. Vt igitur nos, quanq̃ mente, quæ appetitum moderet, præditi, interdum quidem negligentius, interdũ aũt & incontinẽtius, atq; ẽt, cum in prõptu melius nõ sit, ad potũ aliquem q & salsus & acris sit, peruenire cogimur: sic & venarũ facultas attractoria perpetuo vicinis ex partibus humiditatẽ attrahit, substantiã ipsius, qualis'nam sit, nullo pacto discernẽs. Ratione etenim caret, qua quippiã ex meliori scrutari possit: sed, vt pueri bruta'q; ad casu oblatũ humidum, cũ sitiunt, irruunt, hoc pacto & illa. Si ergo in vna quapiã corporis parte affectio ea fiat, in ea solum, q erysipelas referat, affectus quispiã erit. Verum, si venæ totius corporis supra modum exiccatæ calidas carnosis è partibus humiditates traxerint, in toto corpore fiet, quę causum referet, affectio. Causus vero ꝓprie dictus nõ caliditatis, quæ per totum fit corpus, præstat mõ vehementia, verum quoq; & siti: nam sitis in eo vehemens est, & incompescibilis. Deest ergo pręsenti dictioni singularis de causi generatione sermo de partibus, quẽ nos nuper adiecimus. Nempe in vna corporis parte, quæuis illa sit, interdũ causus gignitur, interdum & toto in corpore. Verum, cum in toto fit corpore, sitim

D

li. 4. f. 1. c. 2. 41. fo. 424. e

omnino

omnino parit: cum vero in vna parte, non de necessitate, nisi pars ipsa sitim pariat. Omnium aũt E primum & maxime id facit os ventriculi, deinde ventriculus, atq; ab eo stomachus, post pulmo, & subinde ieiunum intestinum. Vtrum igitur ita tantummodo fit causus, vt dixit, cum scilicet acres & biliosos ichoras ad se traxerint venulę? An' ne & carne id patiente erit causus, siue in parte vna, siue toto in corpore, pati eam contigerit? Ostendimus etenim eam vim habere eorum, quorum indiga est, attractoriam. Preterea & fieri potest, vt modo altero similis affecto fiat. Modum alterum dico, cum ex validioribus partibus ad imbecilliorem aliquam mittantur excrementa: nempe, ꝙ particulis singulis vt attractoria, sic & expulsoria insit facultas, est declaratum. Fieri ergo potest, vt interdum quidem ex parte vna, interdum vero & ex pluribus, acres & biliosi ichores exacte ad dictas fundatur particulas, quæ scilicet imbecilliores sunt. Quod Hippocrates ichoras, tenues humiditates appellet, liquido constat.

2 *Febris quoque multa habet, corpus' que veluti ab ossearia laßitudine habitum laborat, dolet' que.*

Febris ergo multa habet, propter naturam ichorum, quos & acres & biliosos ait. Nempe his superueniunt febres vehementissimæ, id est quę multam & acerrimam habent caliditatem: sicuti quæ & minorem & minus acrem habent, & pituitosos sequuntur succos. Laborat autem corpus totum lassitudine vlcerosa propter ichorum acrimoniam. Sed de lassitudinum omnium differentijs absolute in libris de tuenda valetudine est tractatum. F

3 *Fit autem magna ex parte longum ob iter, longam q; sitim, cum venulæ arefactæ, † acres calidas q; fluxiones ad se traxerint.*

† Aliqui cod. antiqui habẽt, acres calidos q; ichoras.

Tum in principio dictum est, tum rursum hoc in loco adiecit verbum hoc, arefactæ, procatarcticas appellatas causas, veluti exemplo, manifestans {primitiuas nunc dicunt.} Siquidem calidę omnes & siccæ causos progignere possunt. Scio equidem non nullos ob liberalem vini, quod tethalassomenon vocant, potionem causo fuisse correptos: Veluti & alios ob salsamentorum salsarum q; carnium atq; aliorum quorundam salsorum vsum immoderatum. Alius ex ambulatione & estu veniens, primum quidem lauit se, deinde domum perductus, † vini misti plus bibit, cœpit' q; protinus affici causo. Alius autem ob iram, & alius ob vigilias causum incurrerunt.

† καὶ πιὼν οἴνου κατὰ τὴν κρᾶσιν ἔχοντος τὸ πλεῖον.

Fit quoque & '' lingua aspera, sicca, & valde nigra: ventris q; morsu dolet, deiectiones q; & liquidæ & palli- A. lib. 4. f. 1. c. 41. fol. 424

4 *dæ fiunt: vrget q; sitis vehemens & vigiliæ, atq; interdum mentis aberratio.* G

Percurrit hoc in loco, quæ causum subsequuntur, quæ & συνεδρεύοντα, id est confidentia vocant. Sunt autem hæc, lingua sicca aspera & nigra, ventris morsus, deiectiones pallidæ, vehemens sitis, & vigiliæ, interdum quoq; & desipientia. Lingua sanè arescit, quod tota corporis affectio sicca sit & calida, febris' que ipsa talis. Ventris vero morsus propter ichorum qui illuc confluunt, acrimoniam oritur. Deiectiones autem pro succi redundantia. Liquidas' que eas (græce ἐξύγρας) dixit, nullo pacto concoctas exprimens: coctio enim omnia cogit incrassat' q;. Qui autem ita habent, vigilant ob siccitatem. Nempe humiditatem immoderatam ad somnum delationes (grece cataphoras:) multam vero siccitatem vigilias procreare est demonstratum. Accedit quoq; & ab alijs symptomatis fatigatio, † quæ ob vigilias efficitur. Desipientiam autem fieri scimus ob eam, quæ ad caput recurrit, bilem, & ob tẽperaturę caliditatem siccitatem' q;. Quod autem, vbi quispiam bilem simpliciter dixerit, amara significetur, antea est enunciatum: ꝙ item bilem eandem & pallidam & flauam appellent. Vt ergo nihil eorum, quæ ad causum biliosum spectant, prætermissum videtur, nisi ꝙ non solum fit per attractionem, sed & per effluuium ichorum, sic inordinate scripta quædam sunt. Nempe ex ijs, quę dicta sunt, quædam sunt symptomata causum indicantia, quæ παθογνωμονικὰ dicunt, alia vero συνεδρεύονται, i. confident. Verum, H quæ causos procreant, alia quidem προηγούμενα, i. antegrediẽtia: alia vero προκαταρχοντα, id est præincipientia à medicis appellantur. Omnium aũt, quæ dixi, prægrẽdientium symptomatum, potes tibi, vt lubet, catalogũ facere. Sed, qui librum hunc scripsit, à pręgredientibus fecit exordiũ. Venulas etenim exiccari prægrediens causa est. Deinceps aũt, cum pręincipientia, vt ambulationem longam & sitim, dicere debuit, non ea dixit, sed ex ijs, quæ affectum indicãt, quippiam dixit, vt febrem vehementem. Debuit & hic sitim vehementem adijcere, quam postea simul cum alijs, quæ confidentia vocantur, symptomatis dixit: quorum quædam aliquando, alia perpetuo, causis insunt: quod & ipse ostendit inquiens, Interdum aũt & mentis aberratio. Nam, interdum, perpetuo opponitur. Ego autem dico & ventrem morderi & biliosa deijcere non esse ex ijs, quæ perpetuo causis insunt. Nempe, ꝙ vehemens morbus sit, motus q; acrium ichorum ad interna sit, propterea hæc contingunt, ijs quidem, qui ventrem hepar q; causi veluti sedẽm habent: verum ijs, qui pulmonem veluti sedẽm habent, hæc non admodum contingunt, sed quæ de lingua dicuntur, & desipientia magis. Difficulter etiam & hi spirant, ea scilicet, quæ densa & magna est, spirandi difficultate, efflant q; continenter os aperientes, ignei q; spiritus effusione leuantur: verum totam' spirandi difficultatem prætermisit, quã in prognostico dictã ostendimus. Cæterum inordinate

† Al. quę est cã vigiliarum.

*In aliquib' antiquis hæc vox non habetur.

*ἑςίαν, i. focũ.

A dinate symptomata linguæ recensuit. Nempe debuit primum siccam dixisse, deinde asperã: nam ob immoderatam siccitatẽ lingua aspera redditur: vt, si aspera sit, omnino & sicca existat. Quòd autem ob caliditatem immoderatam nigrescat, vt ijs, quibus cutis Sole vsta sit, iã ante didicimus.

5 *Huic, aquæ, mulsæ q; coctæ & aquosæ, quantum voluerit, bibendum dabis.*

Liber hic, etsi Hippocratis non sit, antiquus tamẽ est, quippe qui legitimo operi iam Erasistrati temporibus adiectus fuerit. Quapropter mirandum, quo'nam pacto Erasistratus calices cereos in Apollonium & Dexippum retorsisse ausus sit. Nam, qui librum hunc scripsit, mentem Hippocratis Erasistrato melius intelligens, causo laborantibus, quantum placet, bibere concedit: demõstraui q; & in legitima voluminis huius parte ita sentire Hippocratem. Sed de Erasistrati malitia satis hęc sint. Et iam scrutemur, quę in oratione dicuntur. Pręcipit siquidem neq; aquam solam, neq; mulsam solam, ijs propinandam, qui causo laborant. Scis etenim aquam, q natura frigida sit, tarde penetrare, & q plurimo tempore in hypochondrijs manentem corrũpi in acutis morbis: mel autem facile bilescere. Ob id mulsam aquosam dari iubet, vt aqua, nulla in superiore ventre facta mora à misto melle ad distributionem trahatur. Ob eas causas & coctam ipsam exhibet: B nempe, q cruda, sitim magis arcet, & flatu magis vacat, vrinas q; magis ciet, vt, quæ cruda est, deiectionem. Minus siquidem acris, quę cocta est, non solum, q in coctura peragatur cõficiatur q;, verum q & spumosum ipsius omne tollatur. Nempe, quod acre & flatuosum existit, in mellis est substantia: cocta autem tum morsu caret, tum flatu vacat, distribuitur q; melius, q per intestina descendat: quo fit, vt eam ob causam magis alat, q cruda. Cæterum, qui ita laborant, citra ptissanę succum mulsa nutriendi sunt. Sed, quod in acutissimis morbis solos exhibere potus oporteat, in libri huius non spuria parte est prædictum. Hęc omnia, quę ad præsentis orationis expositionem pertinent, ijs, qui & ante legerunt, & meminerunt eas, quæ in illis factæ sunt, expositiones, ad hunc modum & dicta sunt & dicentur.

6 *Quòd si os amarum fuerit, vomere confert, & ventrem subluere.*

Bilis amaritudo, amarum os reddit. Nempe communem vnam'que efficiunt tunicam, & quę ventri interna est, & omnis ea, quæ os subungit. Non ergo sine ratione sermonis huius scriptor bilem tum per vomitum tum per clysterem euacuat.

7 C *Verum, si ad hæc non soluatur, lacte asinæ cocto purgabis.*

Quòd omnino quidem eam, quæ in vẽtre est, bilem, vacuare præcipiat, timeat autem purgantia medicamenta, q & acria & calida prorsus existant, ob id ad lac asinæ diuertit, vtpote quod nullam, vt non aliud vllum, habeat acrimoniam, sed præ omnibus vnum humiditate exuperet, atq; ob id solum ventrem subeat. Præcoquit autem ipsum ob flatus. Sed sanè solo vti sero poteris, per oxymeli ipsum, vbi lac ante coxeris, separans, vas æneum frigida plenum aqua continenter in lac demittens: nam, & hæc si probe fiat demissio, serum à caseo separat.

*Al. argẽteum. & ita etiã Dioscorides.

8 *Salsum autem nihil neq; acre exhibendum, non enim descendet.*

Salsus succus qualis'nam sit, ex sale apparet. De acris autem tum substantia tum facultate dictum est in quarto simpliciũ medicamẽtorũ. Piper siquidem, sinapi, pyrethrum, & quęcunq; sunt eiusmodi, viribus calida sunt, & acria gustãtibus apparẽt. Quo fit, vt tũ acria tũ salsa, tanq causum augẽtia, vitare iubeat. Hæc aũt acribus magis siccãt, quanq illis non similiter, sed minus calfaciãt.

9 *Sorbitionem vero, † nisi iudicationes transierint, non dabis.*

†*Aliqui cod. habent, donec extra dies iudicatorios sit, ne dato.*

D Sermonem ita, vt robustam esse virtutem subaudiendum sit, intellige. Nempe hoc pacto Hippocrates doctrinam facit magna ex parte, quæ singulis in scopis præcipiuntur, scribens: atque ita deinceps semel dicens, comparare inter se, quæ demonstrata sunt, cõsideratis ipsorũ viribus oportere. Quòd vero sorbitio ante iudicationem danda non sit, si virtus sufficit, in prima huius libri, quæ legitima est, parte est demonstratum.

10 *Et, si è naribus fluxerit sanguis soluitur ægritudo, atque si sudores superuenerint iudicatorij legitimi, cum vrinis albis crassis q; & læuibus subsidentijs.*

Lib. 4. f. 1. t. 2. fol. 414. e

In acutis febribus quod ex sanguine feruet, ad caput fertur. Cum igitur rescissis'ruptis q; venis natura id ipsum vnà cum aceruatis vaporibus effuderit, cæteris prõptius dominatur & imperat. Pari modo, & cum per sudores ichoras feruentes expulerit, morbum sanat, si vtique morbo iam cocto superuenerint. Nam de re huiusmodi iam sæpius in alijs explanatorijs commẽtarijs est dictum, atq; in ijs, qui de iudicationibus sunt confecti. Vt igitur in prima libri huius parte, ‖ quam omnes legitimam fatentur, eum, qui à morbi coctione est, scopum ad victus rationem commodissimum accepit, sic & nunc ad prædictionem. Subticuit quidem coctionis nomen: sed cõstantissimam ipsius notã in vrinis scripsit. Optima igitur vrina est, quæ albam & lęuem habet subsidentiam,

Sect. 1. t. 23. 111. f

1.Prog.t.26.4^a 100.b tiam, vt in prognoſtico ‖ eſt demõſtratum. Neq; tamen ad ſpem ſalutis ſemper apparere expoſtu F labis, ſed ſatis tibi ſæpe numero fuerit, ſi enæωrema naturali tum colore tum ſubſtantia cõmodum videris. Etiam his ita habentibus in interpretatione exuberauit dictio: nam ob dictas vrinas cõſtat & ſudores iudicatorios eſſe, quapropter & fruſtra adiectum. Legitimi præterea non proprie in ipſis dicitur: nam ſecundum morborum ideas talem inferre conſueuerunt appellationem cũ alij medicorum probatiſſimi, tum Hippocrates ipſe.

11 *Et ſi abſceſſus aliquis factus fuerit.*

Rariſſime per abſceſſum iudicatur cauſus, atq; adhuc magis, ſi citra partis corporis adiectionẽ, recenſionem quis fecerit. Nempe parotidibus, {id eſt abſceſſibus, qui poſt aures fiunt,} cauſos aliquos ſcio iudicatos, ſed non legitimos. Id autem paulo poſt condiſces poſt expoſitionem.

12 *Verum, ſi abſq; his ſoluatur, reuertetur ægritudo, vel coxa vel crus dolebit, expuet q; craſſa, ſi ſanus eſt futurus.*

Vbi de ſanguinis eruptione ſudore q; egit, ſi abſq; his cauſus deſierit, ſuſpectam ait eſſe ſolutionem: nam paulo poſt reuertetur. Erit ſiquidem, ait, in recidiua crurum dolor vel coxæ, ſpuet q; craſſa. Nempe, ꝙ iudicãdus, ſanguinis eruptione, vel ſudore, vel abſceſſu opus habeat, poteſt quis F arbitrari recte dictum eſſe, ſi dictis adiecerit, quæ curationi intendens ipſe ſcripſit, vomere ſcilicet præcipiẽs, atq; aluum ſubducere, potum q; aquam & mulſam aquoſam coctam comminiſtrans. Quare, ſi cum his quidem & ſanguinis eruptionẽ, & ſudores, & abſceſſum, cauſum ſoluere quis dixerit, aliàs autem ſolui non poſſe, ſermonem fortaſſe ἐπιεικῆ, hoc eſt iuſtum æquum q;, dicere videbitur. Iuſtum autem æquum q; dico, quaſi mediocriter vera loquentem, atque priore magis, non tamen inculpatum prorſus. Neque enim verus eſt ſermo. Nempe, quod in aphoriſmis di-

4.Aph.58.Ext. ord.33.g citur, ‖ A cauſo habito rigore ſuperueniente ſolutio, veriſſimum exiſtit. Rigorem autem hunc de neceſſitate ſequitur interdum quidem ſudor ſolus, interdum vero & bilioſorum vomitus ſolus, atq; interdum deiectio ſola: ſed plerunq; ex dictis tribus duo fiunt, & rurſum quandoq; tria. Nempe horum duorum de neceſſitate alterum in cauſo fit, ſi perfecte ſolui debeat: nam bilioſi humores vel perfecte vacuabuntur, vel extinguentur. Prętermiſſa itaq; videbitur præcipua cauſorum ſanatio, frigidæ ſcilicet potus, quo cauſos perpetuo curauimus, nullo ex his moriente, quibus frigidam propinauimus in tempore opportuno: cuius expoſitionem priore quidem libri huius parte paucis percurrimus, at in cæteris tum cõmentarijs tum operibus fuſius. Sed forte quiſpiam me aſſerere putabit nullum ex ijs, qui cauſo laborant, moriturum, qui aquam tempeſtiue bi G berit: quanquam id non aſſerui, ſed ꝙ omnibus, quibus propinaui, cum adeo multi extiterint, vt numeri non meminerim, ſucceſſit auxilium & ſalus: quod idem non eſt, vt ſi diceres cauſo labo-

*inſanabiliter rantes omnino, ſi frigidam biberint, ſeruandos. Nam, qui pernicioſe inſalubriter q; habent, eos neq; per aliud quippiam, neq; per aquam, ſeruari eſt poſſibile: quibus neq; miniſtrare ſum conatus. Quod autem in fine dictionis narratur, Expuet q; craſſa, ſi ſanus eſt futurus, in his tãtum cauſis obſeruare debes, qui paſſo pulmone oriuntur.

13 *Cauſi genus aliud. Aluus ſoluta, ſitis magna, lingua aſpera, ſicca, ſalſa.*

Veteres Græcos reperio nomen generis interdum in homonymis, i. æquiuocis, vſurpare: homonymis inꝗ, quæ vnum quidem habent ſignificatum, ſed ex ipſius diuiſione ad plures deducũtur differentias. In quo ſæpius dicere conſueuimus genericas rei huius differentias eſſe vel duas, vel tres, vel quatuor, vel quotquot eſſe poſſunt. Sed, cũ & homonyma duplicia ſint, aliqua quidẽ nullo pacto inter ſe communicãtia, vt cum canem dicimus & terreſtrem, & marinum: alia vero, quæ cum ſynonymis, i. vniuocis, aliquatenus cõia exiſtant, cum ab vno factam appellationem ha

† quo tandẽ referant duo cauſorum genera, cõſiderandum. buerint, † ad quam interdũ referantur: conſiderandum, vt dictum eſt, duo eſſe cauſorum genera: H quod exacte quidem cognoſcetur, ſi ſubſtãtiæ vtriuſq; ratio, quæ in appellatione eſt, oſtenſa fuerit. Sed, qm̃ à mentis conceptu ratio iudicium accipit, perſcrutandum, ſi mentis conceptum cauſi ita conſonum habemus, vt hominis, bouis, & equi. At, cum oratio commentario prolixior futura ſit, tum ipſam tum cęteras ad breuem contrahere ſummam conabimur, hoc exorſi modo. Febrem cauſum medicos reperio appellantes, cum vrens caliditas ſitis q; incompeſcibilis hominem torquet. Quod ſi ita habet, "cauſum eum, in quo corpus non vritur, ſitis q; leuis ſit, cauſum quidẽ A.lib.4.f.1 c.40.fol.4 d ſimpliciter, exquiſitum aũt legitimum q; non dicemus: pro dimidia aũt parte cũ talis ſit, breuioris doctrinæ gratia cauſum nothũ appellare haud perperã fuerit. Quo aũt modo tertianis in febribus appellatione huiuſmodi vti cõſueuimus, ita duo cauſorũ genera eſſe intelligemus, "vt tertia- A.lib.4.f.1 c.35.fol.4 h narum genera duo eſſe quiſpiã dixerit, vnum exquiſitum legitimum q;: alterum vero nothũ ſpurium q;, cui videlicet ex legitimi quidem ſymptomatis nõ nulla inſunt, aliqua vero non. Quod autem ſecundus cauſus, de quo in hac parte docere inſtituimus, tanꝗ diminutus quidam ſit, atq; non exacte abſolutus, certior fies, ſi mentem ad ea ſymptomata, quę à ſcriptore ipſo in eo fieri dicuntur, conuerteris. Nempe principio ait, Aluus ſoluta, ſitis magna, lingua aſpera, ſicca, ſalſa, non eo adiecto, quod in priore adiecit. Nothus ſiquidẽ cauſus ex legitimi ſymptomatis alterum qui-

dem

A dem habet, alterum non. Deinceps autem linguam asperam esse inquiens & siccam, non adiecit nigram, quo modo in priore: sed pro hoc symptomate salsam dixit. Nempe, vt, cum lingua amarulenta redditur, flauam redundare bilem ostendit: ita, cum salsa, salsum salsuginosum q; appellatum humorem, qui vnum existit ex pituitę generibus: quæ tria sunt, vt tibi innotuit, acidum scilicet, dulce, & salsum. Quo modo igitur prior causus ex amara bile constãs, pallidas geminam ob causam parit excretiones, tum ꝙ tenuis fuerit, tum ꝙ febris vrens augeatur, prænata in eo, quæ flaua est, bile: sic pituitosus humor neq; facile excernitur, neq; febrem auget, neq; sitim ardentem habet, neque in spiritum vertitur: atque ob id de eo dixit, aluus soluta, excernere ipsam solum ostendens, quod ipsi non excernere aduersatur: subit siquidem his venter, non tamen secundum humoris cuiuspiam ideam, sed ĳs, quæ in alimentum ministrata sunt, corruptis. Non enim hi potu reguntur, vt quàm plurimi eorum, qui priore infestantur causo: nempe ĳ citam habẽt excretionem, ex tenui scilicet & feruenti humore constituti: seram vero hi ob frigidam glutinosam'que & crassam pituitæ substantiam. Fieri ergo nequit, vt qui ita laborant, solo vtantur potu. Id siquidem didicimus in ijs morbis, qui in quinta vel septima die valida existente virtute coctionẽ sunt recepturi: verum, si morbus ad nonum vel decimumquartum vel vigesimum sese prorogatu-
B rus sit, in eo circa initia ptissanæ cremore vtimur.

14 *Vrinæ interceptio.*

Dici id ab ipso consueuit, vel cum non effatu digna, vel nullo pacto emittitur vrina: fit autem in instituto præsenti sermoni causo propter humoris crassitiem.

15 *Vigilia.*

Causo vtriq; hoc commune est atq; ob id in priore mentionem huius fecit: fit siquidem in illo magis, ꝙ caput accendatur, inflammetur q; magis.

16 *Et refrigerata extrema.*

Symptoma hoc secundi est causi. Verum sermonem non simpliciter efferre conuenit, sed cum definitione aliqua: neq;.n. perpetuo talis existit, at cum malignus fuerit. Nempe in biliosis vrentibus q; febribus, caliditatem ad extrema vsq; corporis extendit, etsi nõn malignus causus fuerit: at in pituitosis fumosa est caliditatis substantia, cum s. vel in ventre, vel hepate vel pulmone sal-
C sus humor putruerit, ob quã quidem caliditas ignea redditur. Verum, si malignus euaserit morbus, refrigerantur extrema ob virtutis imbecillitatem, phlegmones q; totum ad se sanguinem trahentis magnitudinem: nam absque his nunquam lethalis efficitur morbus.

* Sunt quidam cod. qui nõ habent illam particulam, non.

17 *Causus hic, nisi sanguis è naribus fluxerit, vel circa collum abscessus fiat, uel crurũ dolor, et æger sputa crassa expuat (hæc autem adstricta aluo fiunt) vel coxarum dolor, vel pudendi liuor superuenerit, non iudicatur: testis quoque intensus iudicatorius existit.*

Quòd soluantur per abscessus magis, quàm per excretiones, quæ ex pituita putrescente oriuntur febres, sæpius est demonstratum. At in præsenti causo non abscessus modo commemorauit, verum quoq; & sanguinis profusionem adiecit, magis'q; in ijs causis, quorum sedes in pulmone existit. Nempe in huiusmodi affectionibus caput incalescens, sanguine repletur: effundit'que, quod ex eo redundat, tum ruptis, tum adapertis venis. Ob eandem causam circa ceruicem abscessus fiunt, & parotides, ĳs, qui ita afficiuntur. Verũ, quibus affectionis constitutio in partibus, quę secundum ieiunum vel hepar sunt, existit, deorsum magis fiunt abscessus: qua efficitur ratione, vt coxę doleant, pudendum liueat, testiculus q; ijs tendatur, qui ita afficiuntur. Fit autem testis in-
D tentio interdum ab ea, quæ in eo sit inflammatione: interdum quoque, quia à quopiam eorum, quæ superius inflammantur, attrahitur. † Quosdam autem eorum, qui in pulmone afficiuntur, crassa expuere cocto iam morbo diximus. Ex eo igitur liquet doctrinam confusam esse & inordinatã & indefinitã: quod, tametsi eã, quę τῶν συγγραμμάτων i. librorum gratia fit, ὑποτύπωσιν i. subfigurationem deceat, libro tñ nullo pacto est peculiare proprium q;. Nã, cum ex multis mẽbris passis tales fiant febres, deinceps & ex ordine symptomatum catalogũ scribere oportebat, & non inordinate indefinite q;, sed ẜm peculiarem proprium q; & propositum morbũ, efficere. Et sanè in hunc dictum est modum, Aluus soluta, nõ ꝙ causis symptoma hoc perpetuo insit, sed vt interdum. Nam, qui in ventre dictam habent affectionem, ijs, corrupto cibo deiectiones liquidæ existunt. Qui vero in pulmone habent, ventre haudquaquam patiente, ijs deiectiones huiusmodi de necessitate non fiunt, cum interdum contrarium ita affectis cõtingat, vt dura s. sit aluus, difficulter q; excernat. Præterea † & quibus in iecinore causi subest radix, } & qui ob iecur causo laborant, ĳs, quæ excernuntur, interdum quidem liquida existunt, & interdum sicca, veluti quæ σπυραθώδη appellant. {quasi caprarum stercori similia excremẽta dixeris, } cõbustis s. à visceris phlegmone scybalis. Cum igitur viscus huiusmodi solũ phlegmone obsidebitur, id efficiet: verũ, si cum phlegmone fuerit & imbecillitas, liquida deĳciuntur, viscere scilicet alimentum ad se trahere

† Quod ãt quidam eorũ crassa sputa expuant, hoc dictũ est ac intelligi debet ĩ ijs, qui affectũ in pulmone habent concoctione iã facta.

† Hęc non habentur in antiquis codicib*.

here

here nequeunte. Sed deiectiones hmõi ab ijs, quæ ventre affecto fiunt, chylositate distinguuntur. E

18 *Sorbitiones dato attractorias.*

Quod sæpius dicere sum solitus, ꝙ s. obscura lectio nihil doceat, id & nũc dicam. Nam, qui ex pituitæ vitio laborant, pro potu quidem oxymeli est vtilissimum, pro alimento vero ptissanę cremor. Ego tñ, quanq̃ hoc noscam, nec opus habeã, vt ab alio discam, diuinare nõ possum, quas'nã dicat attractorias sorbitiones. Oxymeli siquidem & secatorium, & incisorum, & abstersorium dici potest, attractorium tñ nullo pacto, quia sanè, quod ab ipso attrahatur, demonstrare non possumus. Ad hunc modum neq; ptissanæ cremorẽ attractorium esse asseremus. Sed forte quispiã dicet velle ipsum ventrem subducere attractorijs, i. quæ crassum trahunt succũ, cuiusmodi est, quod pituitam trahit. At vero sorbitiones non dixisset. Nempe hoc munus medicamentorum est & non sorbitionum, sicuti neq; potuum. Innotuit ergo, quo'nam pacto in obscuris dictionibus nihil certi comperti q; habeamus. Quapropter neq; dictionem hanc defendere conabimur, ꝙ nihil in ea certum finitum q; reperiat. Cæterum non mihi constat, quo'nam homines pacto, vt in alijs multis manifeste errent, sic & in eo, ꝙ ijs, quæ obscure dicuntur, gaudeant: quãquam omnes vno fermè ore perspicuitatem orationis virtutem esse, obscuritatem vero vitium, proclament. F

19 *In acutis autem morbis sanguinem detrahes, si vehemens morbus videatur, vigeat que ægrotanti ætas, & viriũ adsit robur.*

Sermo hic nimirum Hippocrate est dignus. Subit q; mihi in admirationem, ꝙ inter aphorismos eum non scripserit, cum in paucis verbis vis magna comperiatur: quod aphorismis vsu euenire solet. De his ergo, qui sanguinis egent detractione, freques apud medicos fuit sermo. Quorum quæ de ea detractione maxime probabilia videntur, duobus à me scriptis secure sunt enarrata libris. Quorum alter de sanguinis detractione inscribitur: in quo, quæ commodant, omnia docentur. Alter scriptus est, vt dixi, medicis tum empiricis, tum dogmaticis. Verũ amethodi, id est ab omni methodo alieni, Thessalij, vti & cętera sine demonstratione simpliciter dicunt: sic & sanguinis detractionem χαλαστικόν, id est relaxatorium, censent esse remedium: χαλαστικόν vero nõ vno exponunt modo, vt per commentarios nostros, cum de methodica secta ageremus, ostendimus. Qui autem omnẽ de sanguinis missione historiam intelligere voluerit, legere tum nostros tum reliquorum medicorum libros potest. Nunc verò summam ipsam in paucos tandẽ relatam scopos audi. Sanguinem etenim primum detrahes, si magnus tibi videatur morbus. Manifeste à G

*Al. paruos. perspecta quantitate tali vtitur remedio propter vehementes affectus: neq; refert, si vel vehementem vel magnum morbum dixeris. Secundus sanguinis detrahendi scopus est, si æger ætate vigeat: neq; enim puer neque senex sanguinis sustinent detractionem, etiam si morbus, quo ipsi laborauerint, magnus fuerit. Tertium scopum non prætermisit libri huius conscriptor, qui facultatis vitalis robur existit: neque. n. in ijs, qui ætate vigent, cum ægrotant, perpetuo robur apparet. Quam ob causam quis forte duo hæc sola pro scopis detrahẽdi sanguinis satis esse autumabit, magnitudinẽ scilicet morbi, & virtutis robur. Neq; enim senex, ꝙ annosus sit, per se, sed propter virtutis imbecillitatem nõ fert sanguinis detractionem. At certe pueri, quanquam vitali facultate valeant, tamen neq; hi sanguinis sustinent missionem: prompte enim eorum substantia tum propter humiditatem, tum propter temperamenti caliditatem, euaporatur. Detractione igitur sanguinis non egent, qui connatam habent à temperamento vacuationem. Ob eam causam scoporum sanguinis detrahendi numero nõ satisfacere videntur magnitudo morbi, & virtutis robur: melius q; feceris, si & vigentium ætatem adieceris. Quod porrò in fronte dictionis dictum est, In acutis morbis sanguinem detrahes, vt consideretur, est dignum. Quo modo enim longorum morborũ non meminit? Qm̃ sanè de acutis nunc docet, atq; ob id solos eos memorauit: nempe H & ex longis multi sunt, qui sanguinis egent detractione, cum & hi dictis tribus subiaceãt scopis.

Cæterum, cum oĩa hęc recte dicta sint, quosdam tñ non recte vsos fuisse est putãdum. Quo è numero est Menodotus empiricus in sola plethorica appellata syndrome sanguinis missionem obseruari asseuerans. Nos autem & ea non existente, venam secamus, cum dolor vehemens hominem statim prehenderit, vel pars aliqua fracta fuerit, vel os ex loco pulsum sit, vel alius quispiam articulus cõtractus reductus q; sit. Neq; etiam plethorica facta syndrome sanguinem semper mittimus, sed & frictione, & balneis multis, & abstinentia, quæ tribus vel quatuor diebus fiat, ad id, quod naturale est, reuocamus. Verum de his abunde tum in libro de plenitudine, tum in libro de sanguinis detractione, est pronunciatum, præterea & in libro methodi curatiuæ. Ad præsens ergo hæc de sanguinis detractione, veluti in commentario, dicta sufficiant. Verum, vt nihil desit, adijciam & eum, qui ab ambiente nos aere desumitur, scopum, cum fuerit abunde calidus & siccus, ita vt cito ab eo corpus euaporetur. Nempe tunc à sanguinis missione abstinemus, etiam si morbus magnus fuerit, vigẽs q; ætate homo. Id ergo auctor solum prætermisit, reliquis scriptis, atq; etiam patientis ipsius corporis habitum. Verum procedente oratione & mentionem habitus fecit: qui & ætatis differentias in se comprehendere potest, vt ostendam.

Porrò

20 A *Porrò, si angina fuerit, & si aliud quodpiam ex pleuriticis malum, eclegmate repurgato. At, si imbecilliores appareant, vel plus sanguinis detraxeris, clysmũ tertio quoq; die ventri infundes, donec in tuto æger fuerit, et fame indigeat.*

Συνάγχη, id est angina, partium, quę in faucibus sitę sunt, phlegmone est, quę post sanguinis missionem repurgari eclegmatibus potest, id est quę in partibus phlegmone obsessis cõtinentur, per sputa euacuari possunt. Nempe corpus impurum excrementosum'que, quod vacuatur, iure optimo expurgari quispiam pronunciauerit. Cęteris autem acutis morbis omissis, de pleuritide mentionem facit, quo modo & in prima libri parte fecit. Si vero imbecilliores, inquit, tibi esse videbuntur, vel propter sanguinis ablati copiam, vel ob aliam quamuis rationem, purgationis vice clysterem tertio quoque infundes die. Nempe relaxato per sanguinis missionem corpore, quod ex morbificis humoribus qualitate vitiosum superfluit, per clysteres id euacuari iubet. Quòd autem scopus illi sit non solum alimenti excrementa subducere, verum quoq; & passum locum expurgare, palàm est. Quod vero finẽ orationis facit, Et fame indigeat, iis, qui in primo libro à nobis demonstrata meminerunt, etiam manifestum euadit.

21 B *Φλεγμαίνοντα hypochondria non spirituum interceptione, septi transuersi intẽsio, vel spirituum protensiones, quibus orthopnœa sicca pus non subit: sed à spirituum interceptione pathemata hæc superueniunt. Potissimum vero & iecinoris dolores, & lienis grauitates, atque inflammationes aliæ, & superiores septo dolores, morborum que col-* * πτεριῶν τίαι
*lectiones, quas συστροφὰς dicunt, solui non possunt, siquis prius medicari aggressus fuerit. Nam venæ sectio in his præferenda venit: deinde clysmus est opus, *si vehemens & magnus fuerit morbus: si vero non, & postea medica-* * Al. nisi
mento opus sit, sanè id post sanguinis missionem secure & mediocriter porrigendum.

Morborum, qui prius sanguinis egent missione, deinde ab ea purgari expostulant, catalogum facit. Primum que inter omnes scribit, φλεγμαίνοντα hypochondria. Neque vocem hanc, φλεγμαίνοντα, ex Hippocratis consuetudine audias, velim. Nempe flammantes morbi omnes & calidi voce hac significantur: cuiusmodi sunt erysipelata, herpetes, & carbunculi, & quæ proprie phlegmonæ appellantur. Verum recentiores medici omnes speciei flagrantium *corporum vni vetus commune nomen indunt: vocant'que hoc pacto solum eum tumorem, qui renitens cum dolore & multa caliditate existit. Verum, cum & alij præter naturam existant tumores, vt scirrhus, & qui à recentioribus medicis œdema appellatur (fuit siquidem & id aliquando com-
C mune nomen tumorum omnium præter naturam atque ipsius inflationis:) diximus quidem alibi, libro vno, de tumoribus præter naturam, verum impræsentia, vt cætera, ita & hoc summatim dicatur. Scirrhus quidem renitẽs tumor est, & doloris expers. Verum inflatio bifariam fit, nempe collecto in quibusdam cauitatibus vel sensui expositis, vel ratione contemplabilibus, flatuoso spiritu. Fuerunt sanè, qui aliquando tumores præter naturam in musculis secuerunt, tanquam pus in imo reperturi: sed nihil aliud, præter quàm spiritum, qui totam per carnem minutatim disseminatus esset, inuenerunt. Præterea & thrombi soli aliquando ab iis, qui ita secant, vel viscosa humiditas vel mucosa est reperta: verum in talibus tumor vel ex thrombo vel mucore erat, carne ad hunc affici modum apparente, spiritus autem in ea per minuta est disseminatus. Non igitur in præsenti dictione φλεγμαίνοντα hypochondria secundum assuetum Hippocrati significatum dicta esse videntur. Nempe quam mentem habebit, quod ipsi adiicitur/non flatuum interceptione/ cum flammea caliditas in hypochondriis, siue cum flatu fuerit, siue non, eandem habeat indicationem? Neque etiam ita dicere est visus, vt coniunctim tum phlogosin, tum spirituum interceptionem, fieri dicatur, cum id falsum sit: nunquam enim spiritus interceptio flammeam hypochondrio infert affectionem. Qui ergo hæc scripsit, Φλεγμαίνοντα hypo-
D chondria, dicere est visus, quæ in tumorem sublata sunt. Post hæc autem mentionem de septi transuersi intensione fecit, deinde & protensione spiritus. Septi transuersi intensio manifesta est omnibus: sed spiritus protensos dicere visus est, veluti interruptos. De quibus in prima libri huius parte scriptum est, Spiritus offendens in ea, quæ extra fit, aeris delatione. Super quo in dictionis illius expositione est enarratum. Siccam autem orthopnœam dixit eam spirandi difficultatem, quæ sine sputis vel eductione per tussim vsque adeo vehemens est, vt inclinari citra suffocationem, qui ita afficitur, non possit. Quam fieri non ignoras ab angustia † earum pulmonis capacitatum, quæ spiritum deferunt, quæ id patiuntur iacentibus magis, minus autem stantibus, & profecto recte collocatis omnibus, quæ in thorace existunt partibus: quo fit, vt & orthopnœa appellitetur. Sed, cum ea interdum fiat ob visceris phlegmonen, vt in peripneumoniis, interdum'que & oppletis bronchiis, sanguinis missione ait egere eos, qui orthopnœa sunt affecti, eos inquam, quibus pus collectum non sit. Nempe, quibus pus collectum sit, eos puris vacuatione egere constat. Qui autem à spiritus interceptione (quod in angustiam acto pulmone fieri solet) hæc patiuntur, eos sanguinis missione iuuabis. Pari modo & iecinoris dolores splenis'que, atque cæteras omnes inflammationes, sanguinis detractio iuuabit, atque vniuersas morborum collectiones, Græci συστροφὰς dicũt. Quòd autem morborum συστροφὰς dixerit eas, quæ ab in-

Aliqui cod. habẽt non, σωμάτων, id est corporum, sed νοσημάτων, i. morborum.

* *κατακλίνειν*

† *capacitatũ spiritus, q̃ sunt ĩ pulmone, quæ id, &c.*

tumeſcentibus fiunt partibus, par eſt: audio ſiquidem & nunc multos in Aſia noſtra tumores E præter naturam omnes ita nuncupantes. In his ſiquidem prius, quàm ſanguis mittatur, purgationem interdicere oportet, quãquam & hanc quoque mentem rationem que deinceps dicat in ea, quæ ſequitur, dictione.

22 *Quicunque autem ea, quæ inflammantur, ſtatim morborum inter initia medicamento ſoluere conantur, ij non ſolum ab intenſa inflammata que parte nihil adimunt, cum non cedat obſequatur que, quæ adhuc cruda eſt affectio: verum quoque, & quæ morbo reſiſtentia & ſana ſunt, abſumunt colliquant que: vbi autem corpus imbecille fit, morbus præualet: vbi autem morbus corpori præualuerit, remedium non habet.*

1. Aph. 22. Ext. or. 10. b

† *Manuſcripti quidam codices habent,* ὅπερ, ὥς ἔφην, συςρέφεσθαι, λέγεται ἐν τῷ δε τῷ χωρίῳ, *i. quod ſanè, vt dixi, συςρέφεσθαι dicitur hoc in loco.*

Hunc expoſuimus aphoriſmum, cũ illum exponeremus, ‖ Cocta medicari & mouere. Atq; in eiſdem, quibus & nunc, ſymptomatis recte ad ſanguinis miſſionem propius deueniendum præcipit, vbi vitioſi aliqui humores in partem aliquam confluant, atq; in ea aceruentur, † quod modo quodam vt dixi συςρέφεσθαι, i. colligi, in ea parte dicitur. Quod autem in fine ante hanc ſcriptæ dictionis ſcribitur, quidã dignotioni inacceſſum efficiũt, nomen φαρμακείας in caſu accuſandi pro genitiuo haud recte legentes ad hunc modũ: ἀσφαλείας μὲν καὶ μετριότητος δεῖσθαι φλεβοτομίαν μετὰ φαρμακίην, id eſt ſecuritate & mediocritate indigere ſanguinis miſſionẽ poſt medicamẽtũ: F qua dictione ſignificari volunt ad ſanguinis miſſionem à medicamento veniendum. Verum in tota dictione prius ad ſanguinis miſſionem veniendum, deinde ad medicamentum, præcipitur: non autẽ è contrario, vt ij ſcribunt, aſſumendum medicamentum, deinde ad ſanguinis detractionem deueniendum. Cetera dictionis dilucida iis ſunt, qui exacte dicta eius animaduerterunt.

23 *Quòd autem quis repente obmuteſcat, id venarum interceptiones occluſiones que faciunt, ſi ſano abſque occaſione vel forti alia cauſa id contigerit.*

Venarum ἀπολήψεις, i. interceptiones, appellat oppletiones, quæ à copia exoriuntur. Cum igitur ſupra modum oppletæ fuerint venæ, grauari virtutem eſt neceſſe, atq; in extinctionis agi periculum natiuam caliditatem, quæ ob copiam ſuffocationi quippiã ſimile patitur. Oriuntur ſiquidem epilepſiæ, & apoplexię, & syncopę cardiacę. Nempe vno communi aphonię, i. vocis carentię, ſymptomate, ſymptomata huiuſmodi ſignificauit. Adiecit autem orationi, Si ſano abſq; occaſione vel alia forti cauſa id contigerit. vbi πρόφασιν, id eſt occaſionem, dicit cauſam manifeſtam, vt ſiquis in lucta vel pãcratio ex brachiorũ accõmodatione ad periculũ ſuffocationis circũductus fuerit. Cauſam vero aliã fortẽ dicit, qualis vel timore vel maximo animi mœrore pcuſſis accidit. G In ægris autẽ vocis priuatio huiuſmodi fieri poteſt, interdũ lęſis duntaxat iis, quæ voci efformandæ ſubſeruiunt, inſtrumentis, vel etiam iis, quæ reſpirationi deputauit natura. Poteſt quoq; contingere ob recentẽ quandam exolutionem & afflictionem virtutis. Vt autẽ ab huiuſmodi aphoniis vocis q; priuationibus eam diſtinguat, quæ orationi appoſita eſt, adiecit, Si ſano contigerit.

24 *Venam igitur brachij dextri internam ſecare oportet.*

Velociſſime & plurimum ex iis, quæ principes ſunt, partibus, vena ea corpus vacuat: atq; ob id in acutiſſimis morbis ad eam ſeſe confert.

25 *Sanguinem que auferre inſpecta ſecundum habitum ætatem que pluris minoris ue ratione.*

† Al. κοινὴν ἔνδειξιν, i. cõem indicationem.

Superius, cum de ſcopis miſſionis ſanguinis ageret, corporis habitum quidem omiſit, ſed hoc in loco virium non meminit. Verum habitus nomen pro virtutis nomine dictum eſſe opinãtur non nulli, vna ex re duo dici perperã exiſtimantes. Nempe habitum ad corporis conſtitutionem referentes dicimus, vtpote cum quis vel mollis vel durus fuerit: robur vero virtutis functionum vehementiæ attribuimus. Ex quo fit, vt duo hi ſint ſcopi, vacuandi quidẽ † indicationem, ꝙ com H munes ſint, } habentes, ſed inter ſe differentes, veluti & ab ætate. Verum ætatem ipſam ad corporis habitum referre eſt melius, & nõ virtutem. Nam pueris propter habitus molliciem, ſucci perſpirabili cute facile digeruntur: ſenibus vero nõ facile propter ſiccitatem & frigiditatem. Satis q; eſſe tres hos detrahendi ſanguinis ſcopos quiſpiam dicere poteſt, Indicationem euacuandi accipientibus nobis & à morbi, qui curatur, magnitudine, & habitu, & virtute. Cuius nam autẽ ambiens nos aer eſſe debeat temperaturæ, inſpiciendum eſſe, eſt ſupra dictum.

26 *Quàm plurimis autem horum accedunt hæc, faciei rubores, oculorum conſtantiæ, manuum porrectiones, dentiũ ſtridores, pulſus, maxillarum contractio, refrigeratio extremorum, & ſpirituum in venis interceptiones.*

* Al. ἐξαίφνης, id eſt repente.

Inter hæc, quæ dẽ*inceps accedunt, faciei ſolius, qui ante ſcribuntur rubores, ſanguinis copiam indicant. Succedit oculorum conſtantia, id eſt immobilitas, & manuum porrectiones: nempe & eas lædi ob neruorum principium contingit, ſed aliter, quàm ſit oculorum conſtantia. Nempe ea veluti torporem quendam functionum in neruorum primordio indicat: manuum vero porrectiones & dentium fremitus neq; ob quietem neque ob principij immobilitatem, ſed propter vitiatam motionem, exoriuntur. Quid autem pulſus indicent, non omnino conſtat. Nempe veteres

teres

A teres in motionibus dolorem in membris inflammatis excitantibus, hoc proferũt nomen: in palpitationibus quoque: & præterea in vehementi arteriarum motione. Maxillarum vero contractio conuulsionis est symptoma, manuum q; porrectiones, & fremitus dentium. Extremorũ vero perfrictio in huiusmodi affectionibus caliditatem natiuam ab humorum multitudine grauari ostendit. Quod autẽ in fine dictionis apponitur / spirituum in venis interceptiones / id vt de pulsus carentia (ἀσφυξίαν Græci vocant) dicatur, probabile est: nam veteres, arterias, venas appellabant. Spirituum sanè interceptiones, quasi inclinationes & quietes, ab auctore dici possunt. Sũt, qui sequentis dictionis alteram habentis sententiam principium constituant dictionẽ hanc: cui, quæ deinceps scripta est, copulant. * κατα- σεις

27 *Cum dolores accesserint, bilis atræ fluxuum que acrium influxiones fiunt: dolent morsa interna, morsæ que atque admodum arefactæ venæ intenduntur, inflammatæ que trahunt, quæ influunt. Quapropter corrupto sanguine, nequeuntibus que spiritibus naturales pertransire meatus, infrigidationes fiunt ob stationem, vertigines, aphoniæ, capitis grauitas, & conuulsiones, si iam ad cor vel hepar vel in venam peruenerint. Hinc epilepsiæ, & paraplexiæ, si continentes locos fluxiones inuaserint, atque spiritibus exire nequeuntibus exaruerint.*

B Eiusdem cum prędictis generis est sermo, qui nunc effertur: quem & non nulli illis copulant. Atq; ob eã causam bifariã verbũ hoc προσγένηται, i. accesserint, scribi reperitur. Sunt enim, qui præsentem sermonem cum prædictis coniungant, scribentes πρὸς syllabam cum σ elemento: alij vero nõ coniungunt, scribunt q; πρὸ sine σ. Verum, quod in oratione dicitur, huiusmodi est. Dolorum motio influxionem humiditatum ad eam, quæ dolore vexatur, partem excitare consueuit. Cum igitur vitiosis succis corpus refertum fuerit, bilis atræ cęterorum q; acrium humorum influxiones exoriuntur, ob quas dolet æger magis, mordentur q; interna, grauantur q; morsæ à prędictis humoribus, quæ in affecto loco sunt venæ: id q; ipsum rei alterius causa redditur contrária. Nempe repleta à fluxibus huiusmodi, quę afficitur particula, corrumpitur quidem in primis sanguis ipse, vasa vero opplentur, quod in eo cunctas spirituum vias arcet cohibet q;. Nã aperte & id declarauit inquiens, Nequeuntibus q; spiritibus naturales pertrãsire meatus. quod sanè spirituum interceptiones paulo ante vocauit. Cum aũt sanguis steterit, atq; cum eo spiritus, infrigidationes fiunt, vertigines, aphoniæ, capitis grauitates, & cõuulsiones: quibus succedunt paraplexiæ, & epilepsiæ, cũ in locos oppletas venas continentes desederint ipsi fluxus. Locos dixit corporis partes, quas auctor ante scripsit, cor, hepar, & venam, quę prædicta coniungit viscera: venam, inquã, postea à medicis cauam appellatam, quod venarum omnium, quæ per corpus animalis disseminantur, latissima sit. Iure igitur sanguis in locis huiusmodi propter venarum repletionem spiritum penetrare non permittit, sed veluti in mortuo corpore, cõcrescit: quod & auctor ipse ostendit inquiẽs, Atque spiritibus exire nequeuntibus, exaruerint. At proprie magis dixisset, concreuerint: concrescunt siquidem, & quæ siccantur, & quę refrigerantur: nunc autem non propter exiccationem concrescit sanguis, & qui in ipsum influunt vitiosi succi, nempe exeuntibus ipsis & flabellatis incorruptus & naturaliter fusus redditur sanguis: verum, cum manent, natiuam q; caliditatem respuunt extinguunt'que, concretio sanguinis tanquam in mortuo corpore fit. Cum ergo ita affectis sanguis detrahitur, is frigidus crassus'que & vix effluens apparet, id q; propter huiusmodi refrigerationem. Interdum autẽ & toto corpore conuulsiones fiunt: interdum q; salubriter & conferunt. Nempe corpus totum quatientes, vniuersas calfaciunt partes adeo, vt multitudo partim per cutim digeratur, partim ad aliquam ex non præcipuis expellatur partem: vbi cum indissolubiliter impacta fuerit, paraplexiam facit. Nam, quod eas, quæ apoplexia vel epilepsia ad aliquam ex non pręcipuis partem irruunt, paralyses id est resolutiones, Hippocrates ita appellet, est demonstratũ. † μετέωρα, i. sublimia.
Interdum quoque & facta absque conuulsione apoplexia non nullis affectus in partis resolutionem finiuit, qui paraplexia appellatur. Cętera dictionis sunt manifesta.

28 *Talibus sanè prius adhibitis fomentis, venam confestim ab initio secare oportet, cum † non dum fixa ‡ sint omnia, quæ contristant, tum spiritus, tum fluxiones: facilius etenim remediis patent.*

Qui ita habẽt, his ante adhibere fotus oportet, quoniam coaluit in ipsis sanguis, difficulter q; effluit. Sed, quoniam & in fotu ipso fricatio aliqua fiat, facere, quod scripsimus, ẽ melius, † secare s. internã cubiti venã: non enim semp ita concreuisse sanguis reperiť, vt effluere non possit. Fricandę igiť in eo tpe multis ab hoibus cunctę corporis partes: &, si mediocriter sanguis fluxerit, rursus fricandæ, super q; auferẽdus sanguis: si vero non fluxerit, fricandę quidẽ & fouendę, donec fluxerit. Vbi vero in paraplexiam desierit affectio, breui fricare expedit tẽpore & fouere: rursum fricare & fouere, donec citissime hæc desierint, † dum fixi adhuc non sunt spiritus, & euacuationi contumaces.

† ἀεὶ τέμνειν αὐτίκα, ἀεί, semper secare statim internam & c. in aliquibus autem manuscriptis, εἶτα τέμνειν αὐτίκα, idest postea secare statim, et c. & ita vetus tralatio.

29 *Postea reficere expedit, & habita indicationis ratione superiorem ventrem, si non leuetur, purgare: inferiori vero, si non deiecerit, clysmum inmittere. Coctum deinde asinæ lac dabis: bibet que heminas duodecim non minus: &, si virtus tolerauerit, sedecim magis.*

† dum sublimes sunt spiritus nec euacuationi cõtumaces.

Ab ea, quæ per sanguinis missionem fit, vacuatione refici hominẽ præcipit: vt, si nihil leuatus videatur,

videatur, ad eam, quæ per superiores partes, id est per vomitum fit, purgationem agatur. Verum E
purgans medicamentum neque nominatim perstrinxit, neque ipsius fecit delectum: nempe, q
ad morbi magnitudinem virtutis'que robur respicientes vel album veratrum, vel ex aliis, quę vo
mitum cient, quicquam exhibeamus, nemo ambigit. Quæ autem de aluo inferiore dicta sun, cla-
ra existunt, expositoris'que haud indiga. Neque admirationi sit lactis copia, cum † antiquis om-
nibus ita fuerit assuetum. Quod autem lac asinæ propter humiditatem exhibeat, supra est dictũ:
atque amplius, quod non coaguletur epotum, veluti quæ crassa sunt. At cum eo mellis quippiam
salis'que miscere conuenit.

† Impreßi habẽt πᾶσι τοῖς παλαιοῖς, i. antiquis oib9. aliqui manuscripti habẽt, παρὰ τοῖς παλαιοῖς, id est apud ãtiquos. & ita Vetus interpres.

* Al. ῥεῦμα i. fluxionem.

30 *Synãchus, id est angina, fit, cum hyeme vere'que fluxio multa & viscosa à capite ad iugulares defluxerit venas,
plurimum'que hæ propter latitudinem traxerint spiritu* m. Cum autẽ & frigida & glutinosa fuerit, spiritus obstruit
permeationes, sanguinem'que coercens, quæ sanguini vicina sunt, congelat, sanguinem'que ipsum immobilem reddit
& stabilem, quippe cum frigida natura sit & obstructoria. Ob id suffocantur liuente lingua, atque in rotũdum acta,
reflexa'que propter eas, quæ linguæ subduntur, venas: nam præcisa vua, quam {non nulli} cionida, id est columellã,
vocant, vena vtrinque crassa apparet. Cum igitur hæ oppletæ fuerint, linguæ, quæ ob siccitatem & rara & spongio
sa existit, innituntur. Lingua autem vt ex venis humidum accipiens, ex lata, rotunda: ex bene colorata, liuens: ex F
molli, dura: atque ex facile flexili, flectenti contumax efficitur: ita vt cito suffocet, nisi quis cito auxilium ferat, san
guinem ex brachiis detrahens, & venas, quæ sub lingua sunt, secans, & medicans quibusdam attractoriis, & calida
exhibens gargarismata, & caput abradens. Debet item ceratum tum collo tum capiti circumponere, lanis'que cir-
cumuoluere, mollibus'que spongiis ex aqua calida expressis fouere. Bibat etiam aquam, & mulsam non frigidam. Cre
morem'que assumat, vbi ex indicatione in tuto fuerit.*

Siue synanchon dicere volueris, siue cynanchon: vel alterum quidem horum synanchen, alte-
rum vero cynanchen: siue vtrunque synanchen vocaueris: duas synanches sciueris esse rationes.
Nempe ad curationẽ nominibus opus nobis non est: consueuit siquidem eam docere longe me
lius, q̃ ij, qui in nominibus monstrosa enunciant. Subscribam aũt tibi compẽdiose [a†] doctrinam
ipsius peculiarẽ, hoc suscepto ita exordio. Fluxionum, quæ ex capite deferuntur, quædam substãtia
tenues existunt, alię ex crassis viscosis'q; humoribus constant. Quæ igitur tenues sunt, hæ latis pe
netratis venis in angustioribus detinẽtur. Tales autem sunt, quæ in [b] larynge i. gutture sunt. Con
trarium autẽ in crassis contingit, q non ingrediant̃ vniuersas, quę strictę admodum existunt, ve-
nas, ante s. in capacioribus detentæ. Cum igit̃ in fauciũ venis tales impacti fuerint humores, pars
in tumorẽ attollit̃, veluti guttur ex aliis: tanq̃ gutturis, q̃ fauciũ, strictiores multo existant venæ. G
Corpus autẽ totum vacare excrementis debet & nõ plethoricũ esse geminã ob causam, [c†] nempe
tum ob eam, quæ à vacuatione est, reuulsionẽ: tum q vacuato corpore, cum à parte affecta, quod
influit, expellimus, id facilius cõsentit, nihil'q;, si calido aliquo euaporare volueris, à corpore ipso
parti calfactę mittet̃. Corpus igitur totũ vena secta vacuare oportet, et purgatione, & clysteribus:
verum affectas partes medicamentis astringentibus, quę profluentes retrudant humores, atq; ex
firmatis eos, qui non admodum infarcti sunt & glutinosi & crassi: tum calidis & acribus, quę cõ
tentos in mẽbris passis digerant humores. At sine medicamentis venę, quę sub lingua sunt, eam,
quæ in faucibus est, phlegmonen vacuant. Sed, q̃m humorũ crassi aliqui glutinosi'q; sunt, acrio-
ribus propterea indigẽt medicamentis, quę s. & secare, & in tenuia diuidere, & tũ glutinosa tum
crassa cõstringere possint. Pręterea & ad exteriorẽ superficiẽ reuellere oportet, circũpositis collo,
quę attractoria polleant facultate, medicamentis. Nẽpe colli superficiarias partes, quàm imas, af-
fici est melius: q spiritus quidem, cum inspirationes fiunt, ad fauces guttur'q; irruat, & cum expi
rationes fiunt, per ea foras deferat̃. Sępius vero, quæ ad partes prædictas procedunt fluxiones, eæ
ad partes quasdam alias exprimente natura transmutant̃: atq; interdum principio ita deferuntur,
vt rursum aliæ oriantur tum faucium, tum gutturis, fluxionum differentię. Quod autem, quæ ad H
cutem recesserunt, iis, quę in profundũ decubuerunt, multo salubriora existant, cõstat omnibus.
Commune tamen in vtrisq; tum colli tum capitis, à quo fluxiones fiunt, auxilium tibi sit. Sermo
hic & synancharũ species, & causas, & affectos locos, & curationes docuit: neq;, si vel synanchen
vel cynanchen, vel synanchon vel cynanchon, appellaret, fuit solicitus. Qui igitur librum hunc
scripsit, neglectis nominibus omnes, qui tum in faucibus tum gutture existunt, arctãt'q; respira-
tionem, affectus synanchos appellitans, duas horum species esse ait, alteram quidem, quę "à gluti A.li.3.f.9. fol.153.c
nosa frigida'q; fluxione facta sit, quã pituitosam vocare possis: alteram vero à calida acri'q;, quam
si picrocholam biliosam'q; simpliciter appellaueris, non peccabis. Priorem autẽ fluxionem in la-
tiores decumbere venas ait: biliosam, etiam in tenuiores peruenire ostendens. Cętera dictionis
sunt manifesta. Ad ea autem, quæ retuli, conuertas animum, oportet: &, si prima vice non intelle
xeris, bis & ter lege, & intelliges: ego autem ad secundam synanchi speciem transibo.

A† Legitur ĩ manuscriptis codicibus τὴν τῆς τοιαύτης διδασκαλίας ἰδέαν, id est talis doctrinæ ideam seu formam. & ita vet9 ĩterpres. male enim legitur ĩ impressis διδασκαλίαν.

B Al. pharynge, i. faucibus. & ita Vetus interpres.

C† Clarius ex antiquis. tum ob reuulsionẽ quæ ad vacuandum fit, tũ quia vacuatũ corpus, vbi ab affectis locis id quod influit retrudimus, facile suscipiet, nihil'q; &c. et ita Vetus interpres.

31 *Cum æstate vel autumno fluxerit ex capite calida & nitrosa fluxio, quasi ab anni tempore tum acris tum calida
fuerit, atque huiusmodi sit, mordet, vlcerat spiritu implet, orthopnœam parit siccitatem'que multam: præterea, quæ
intuenti apparent, gracilia uidentur.*

Quomodo

A Quo modo & quam ob cauſam hæc fiant? quoniam à calidis & acribus. Priorem ſiquidẽ fluxionem, quę pituitoſa eſt, hyeme vel vere decumbere ait: hanc vero ſecundam autumno vel æſtate: in aliis anni temporibus ex proportione, vt antea eſt dictũ. Orthopnœam autem hunc ſuperuenire anginę generi ait, quæ inſignis nota eſt anguſtiæ, partem ex iis, quæ reſpirationi ſubſeruiunt, aliquam fatigantis, vt ſupra eſt demõſtratum. Quòd ſi hos ampliſſime aperire os volueris, linguam'que repreſſeris, vt, quę in faucibus ſunt, inſpectare queas, nullum ſanè præter naturam tumorem, vt in ante dictis, inuenies: quod ſcriptor explanauit, cum inquit, Pręterea, quæ intuẽti apparent, ἰσχνὰ id eſt gracilia, videntur. Nempe, quod in faucium meatu inflammatum eſt, non videtur: quod autem ex apertis videtur, id omne citra inflammationẽ exiſtit, partes'que ipſę ſunt graciles: nempe hęc vox, ἰσχνὸν, tumenti pręter naturã interdum opponitur. Quam vocis huius nunc dictam ſignificationem ignorantes non nulli, dictionem ridicule exponunt. Alij autẽ permutant, vt & qui ad hunc ſcribunt modum: Pręterea, quæ intuenti apparent, ἄχροα id eſt decolora videntur. Cęterum ita affectis fit interdum, vt & fluxionis partem recipiant faucibus vicini atq; à tergo ſiti ordinati'que muſculi, vbi & ſtomachus: qui ſępius & ipſe vnà afficitur. Poſt hoc ſanè in pręſenti dictione ſcriptum quoque eſt, quod ſequitur.

*Al. χλωρὰ, i. loco, & ita uetus interpre.

* Laryngi, habent cod. omnes, quos uiderim.

32 B *Tendines quoque ceruicis poſteriores contenduntur, apparent'que tetani modo intendi.*

Quod deinceps dictum eſt, magis adhuc guttur affici oſtẽdit: nempe & vocis generationem in ea animalis abſolui parte eſt demonſtratum. Quapropter inquit,

33 *Vox'que ἀπέῤῥωγε, id eſt abrupta eſt, & ſpiritus paruus eſt.*

Nẽpe vox oĩno ἀπέῤῥωγε, i. ἀπόλλυται, i. diſperiit abrupta q; eſt, paſſo, vt dictũ eſt, gutture. Reſpiratio autẽ parua redditur pp meatus anguſtiã. Recenſet autẽ in cõmentariis de difficultate ſpirãdi, ꝙ longior tpe fit & interuallis frequentior: quod ſcriptor in hunc enunciauit modum:

34 *Spiritus'que reuulſio frequens & violenta accedit.*

Spiritum, & eam, quę inſpirationi ſuccedit, expiratione: & eam, quę expirationi ſuccedit, inſpirationem, dixit. Ex vtroq; enim frequens redditur ſpiritus: nam ita affectis, quę inſpirationi ſuccedit quies, breue tempus habet: ſimiliter & quę expirationi ſuccedit ante inſpirationem. Demonſtrationes horum in libris de ſpirandi difficultate enarratę ſunt.

35 C *Talibus arteria vlceratur, inceditur'que pulmo: neque externum aerem admittere intro queunt. Quibus niſi ad exteriores partes malum ſua ſponte perferatur, hi grauius ineuitabilius'que habebunt, & propter anni tẽpus, & quòd à calidis acribus'que id ſit humoribus.*

Arteriam quoq; vlcerari iis, qui ita affecti ſunt, dictũ eſt & propter humoris acrimoniam, ſed pulmonem ardere † viduatum deſtitutum q;} ait, dogmati vero ſermonem copulans. Nempe in commentario de vſu reſpirationis demonſtratum eſt animal in reſpirationis priuatione, non ob ſubſtantię penuriã perire, ſed quòd calor natiuus tum refrigerio tum ventilatione deſtituatur: quapropter non immerito, qui immoderatior exiſtit, pulmonem accendit. Hanc igitur anginæ ſpeciem tum grauiorem tum ineuitabiliorem eſſe priore ait, tum propter ante dicta, tum ꝙ æſtiuum autumnale'que ſit anni tempus, & ꝙ ex acrioribus oriatur humoribus. Qua efficitur ratione, vt ea, quæ cum coniunctione, &, eſt dictio, melior ſit, ꝗ ea, quæ ſine cõiunctione, &, eſt. Significat autem ab iis, quę ante dicta ſunt, & propter anni tempus, in quo fit, & propter humorem, à quo oritur, maioris eſſe periculi ſecundam anginæ ſpeciem. Non eſt ergo ſimpliciter ſcribendũ, ꝙ tum grauior tum vitatu difficilior ſit propter anni tempus. Quòd ſi & abſque coniunctione D ſcriptionem ſeruare quis voluerit, coniunctionem eam ita ſubaudire oportebit, vt ſi in dictione eſſet: multa ſiquidem atque alia apud antiquos defectiuo modo ſcripta reperiuntur.

† Al. ſtrictum & ita etiã vetus interpres.

36 *Si febris hominem prehenderit, vetere excremento deſcendente, vel nuper cibatum, ſiue cum lateris dolore, ſiue nõ is quieti tantiſper permittendus, donec cibus primum ad ventrem imum deſcenderit.*

Dictiones quoque huiuſmodi ea, quæ libro de victu in acutis morbis adiecta ſunt, Hippocratis ſcripta nõ eſſe oſtendunt. Non enim, qui perfecte de pleuritide in legitima libri huius parte tractauerat, eum rurſus hic pauca apponere oportebat.

37 *Sumat autem in potu oxymeli. At, cum grauitas ad lumbos vſque deſcenderit, tum vel clyſmum dare, vel medicamento purgare oportet. Atque, cum purgatus fuerit, ſorbitionem primum & aquam mulſam, deinde cibaria & elixos piſces miniſtrare: vinum que, quod aquoſum ſit & exiguum, noctu, interdiu vero dilutam mulſam. Cum vero flatus male olentes fuerint, balanus vel clyſmus confert: ſi non, bibentem oxymeli tantiſper cohibere oportet, donec ad inferiorem aluum deſcenderit, deinde clyſmate ſubducere conuenit.*

Indefinite indiſtincte q; dictum eſt: quãquam, quod hic ſcriptum eſt, definite diſtincte'que in legitima libri huius parte dictum ſit, & quæ poſt id, vſquequo piſcium meminit Hippocrates:

quoniam adhuc de languentibus in libro ipse agebat, & non iis, qui ex morbo reualescunt. Cętera dictionis manifesta sunt. E

38 *At, si liquidam aluum habenti causus superuenerit, si tibi pu†rgatio idonea uideatur, eam non tribus primis diebus adhibebis, sed quarto.*

† φαρμακεύειν.

Quòd intempestiue quidem hic de causo egerit, prædictis scilicet in principio tum differētiis, tum curationibus, nemo est, qui ignoret. Nempe & dictiones ex mēte sunt aphorismi illius, ‖ Cocta medicari & mouere, non cruda, neque in principio, nisi turgeant: plurima vero non turgent. Quidam aliter scribunt causos ab initio medicari volentes: vt dictio talis sit: Intra tertium diem adhibebis. Expedit igitur non omnino à tertio medicari die, sed vt aphorismus canit,‖ In acutis morbis raro & in principiis medicamento purgante vti. Rem ergo secundum aphorismorū mentem definire oportet, scrutari q; cum in principiis purgatione vtendum sit, & cum morbi coctio expectanda sit. Qui autem vel in principio simpliciter dixerit, vel neutrum definierit, fallitur.

1. Aph. 22. Ex. ord. 10. b

1. Aph. 24. Ex. ord. 10. c

39 *Cum autē pu†rgaueris, sorbitionibus vtitor, obseruatis ita febrium accessionibus, vt nunquam, cum adsunt, neq; cū futuræ sunt, exhibeas, sed vel cum cessant, vel quieuerunt & maxime à principio recesserunt. Frigentibus ergo pedibus neq; potum, neq; sorbitionem, neq; aliud quippiam huiusmodi, dabis: sed maximum existimato, si id tantisper obseruaueris, donec valde incaluerint. Deinde ita, quod confert, exhibe. Frigiditas siquidem pedum, magna ex parte febris accessuræ signum existit: quo tempore si quid porrigas, maxime prorsus peccabis, nempe & morbum non parum augebis. At vero, cum febris desinit, contrario modo pedes reliquo corpore calidiores fiunt: nempe, cū augetur, pedes refrigerat, incensa q; ex thorace ad caput flammam mittit. Calore igitur toto ad supernas partes concurrente atq; ad caput exhalante, non absq; causa pedes frigescunt, vtpote qui natura & carne vacent, & neruis abundent: præterea & à calidissimis distantes locis refrigerantur, sese ad thoracem colligente calore. Rursum, & cum febris soluitur, & in minutas redigitur partes, calor ad pedes ex proportione descendit. Quo tempore caput, & thorax refrixerunt, atq; ob id cibus dandus. Nempe, cum pedes frigidi fuerint, venter de necessitate calet † fastidit que cibum, intenditur hypochondrium, iactatur propter internam turbationem corpus, † mens fixa non est, dolet æger, lancinatur uellicatur que, vomere affectat: & si mala vomuerit, dolet. Ergo, cum calor ad pedes descenderit, currit que vrina: &, si non sudet, omnia cessant: Quo tempore sorbitionem dare expedit, nam alias perniciosa existit.* F

† καὶ πολλῆς ἄσης μεστή. di stio autē ἄση, & ἀσῶδες, uario modo ab hoc interprete vertitur hoc ī libro.

De particulari cibi ministrandi tempore dictum quidem est paucis in legitima libri parte: sed æque & nunc prolixius manifestius que dicitur, quasi sermo præsens sit illius explanatio seruata Hippocratis mente, quam tum in cęteris dixit, tum in eo, quòd febrem ex thorace, hoc est ex corde, accendi, atque in caput flammam mittere, ait. G

† ἢ μετεωρισμὸς γνώμης.

40 *Quibus autem aluus per febres perpetuo liquida est, his pedes maxime calfaciens, ceromatis que contegens, atque fasciis obuoluens, ita attende, vt reliquo corpore frigidiores non sint. Si vero pedes calent, calorificū nullum exhibe, sed, ne frigescant, obserua. Potu est vtendum quàm minimo, aqua frigida vel mulsa.*

Διὰ τέλεος idem cum διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, semper & perpetuo significat. At, cum multi existant affectus, in quibus per totū malum aluum liquidam esse contingit: fieri q; nequeat, vt curationem habeant vnā, quo modo sępius est demōstratum: tantum abest, vt ex dictione quicquam vtiliter dicatur, vt etiā iacturam facturus sit, qui scriptum curationis modum in affectibus multis iuuare crediderit. Nam, vt cætera omittam, cū aluus liquida esse possit tum propter ventris phlegmonen, tum propter colliquantem febrem, frigidæ potus maxime contrarius est phlegmonæ: colliquantibus vero febribus conuenientissimus, eo, quod didicisti, tempore exhibitus.

41 *Quibus per febres aluus liquida est, & mens turbata: horum que multi floccos vellunt, nares que fodiunt: & parum quidem interrogatis respondent, sed ex se nihil, quod compositum sit, dicunt: talia his melancholica esse arbitror. His igitur ita habentibus, si venter liquidus fuerit, & colliquans, sorbitiones frigidiores crassiores que exhibendas esse puto: potus que, qui sistant, vinosiores que, vel etiam astringentiores.* H

Phreniticorum sanè cætera sunt symptomata: sed ventris liquidi symptoma, interdum quidē in phrenitide fit, non tamen id proprie ipsi inest: quapropter aluum liquidam ex distinctione curare expedit: phrenitim vero alia seorsum persequi sanatione. In ea autem, quam auctor scripsit, sanatione nullo pacto animi intentionem ad phrenitidem dirigit, sed curare eum magis velle arbitror affectionem quandam, ex ventris quidem parte aliqua prodeuntem, sed caput ita ad condolentiam trahentem, vt ex ventris affectu desipiat. Talia autem non recte melancholica esse dictum est: magis enim ea à flaua proficiscuntur bile, cohibita aluo.

42 *Quibus item febribus vertigines à principio, & capitis pulsus sunt, & vrina tenuis, his ad iudicationes vsque febris accessionem expectare oportet. Quòd si delirarent quoque, non mirarer.*

Cum caput circumagi videtur, δῖνος, i. vertigo, vocatur affectio: cū autē, & tenebricosa simul fuerit visio, σκοτόδινος, id est tenebricosa vertigo, appellitatur. Fit autem ob inordinatam spiritus flatuosi motionem, qui vel in capite localem habet generationem, vel sursum ex infernis fertur partibus

A. li 3. f. 1. c. 1. fol. 207. l

20 A partibus. Omnes autem spirituum huiusmodi generationes turbationem indicant: ob quas & cum symptomatis tumultuosis iudicationes fiunt. Scire etenim oportet affectiones huiusmodi medium quodam modo obtinere tum earum, quæ periculo vacat, tum perniciosarum. Conatur siquidem caliditas natiua corporis humores tum dissoluere, tum effundere: sed tenuare ipsos & per inuisibilia foramina excernere non potest. Cum vero perfecte languet, (hoc est ἀτονωσει) neq; soluere incipit, atque ob id spiritus flatuosus non summe languente natiua caliditate ortum habet. Languere igitur periculo omni vacat, natura siquidem morbo superior existit: uerum maxime languere lethale est, natura enim non parum à morbo vincitur. Cum autem non vincitur, prædicta fiunt symptomata: atque postea, quàm ægrotauerit, iudicationes absoluuntur, aliæ ad salutem, aliæ ad mortem. Pulsus autem, qui in capite fiunt, id est sensibiles arteriarum motiones, caliditatis multæ symptomata existunt: ob quas causas sæpenumero deliria fiunt. Ad hunc itaque modum vniuersim habentibus, quę dicta sunt, cum, vbi quis parum valere cœperit, ab vrinarum quidem tenuitate cruditas morbi indicetur, caput autem flatuoso impletum esse spiritu significet vertigines cum pulsibus, scire oportet naturam haudquaquam quiescere, sed interdum contentos in corpore prauos humores ita aggredi, vt à bonis eos separet, atque quouis modo excernat:
B vel ad eam, quæ minus præcipua sit, reiciat partem. Prædictus igitur sermo ad antedictorū prænotionem maxime confert. Nempe interdum ab initio morbi, febres quidem moderatæ fiunt, sed symptomata huiusmodi caput infestant propter exustionem, vel exhalationem humorum in ventriculi corpore contentorum. Sanè capitis solius, quouis aliter modo habētis, caliditatem balneum iuuabit: ptisanæque cremor pro sorbitione satis erit. Verum, cum spiritus calidus flatuosusque ob humorum prauitatem ad caput fertur, lauare hos non cōfert. Tute igitur singula hęc facienda sunt. Definitio autem affectionum vna sola est ex vrinarum cruditate & concoctione: quorum auctor recte meminit inquiens /urina tenuis/ quod sæpius cruditatis signū esse est pronunciatum. Quo fit, vt nullus sit medicus, qui in morbis huiusmodi negligentius vrinarum inspectionem negligat.

43 *Quibus principio vrinæ & nebulosæ & crassæ existunt, hos annuentibus cæteris subpurgare conuenit. Quòd si vrinæ inter initia tenues fuerint, tales non purgabis: at, si videatur, clysterem exhibebis. Tales autē ita curare cōfert.*

Siue iis, quę in antedicta oratione relata sunt, hæc coniungit, siue non, quod ex ipsis vtile quis habere commune potest, ꝙ scilicet corporis purgationem prorsus vitare oporteat, cum in humo
C ribus adest cruditas, id manifestauit inquiens /urinæ tenues/ tanq̄ crassæ coctionis notas habeāt. Iam hoc ipsum substantiam indicat: & verbum hoc νεφελοειδέα, i. nebulosæ, vrinas significat, nebulas habētes. Nempe nigras adiecisset, si nos eas audire voluisset. Multa siquidem nomina communia citra distinctionem dicere consueuerunt, cum id, quod in significantiis rerum melius est, declarare voluerint. Sic sanè, cum iudicationes ad salutem fuerint, simpliciter dicūt, iudicatus est: defuncto vero iudicato, non simpliciter efferunt, sed hoc totum, iudicatus obiit. Præterea, cum quis excretam bilem simpliciter dixerit, pallidam & non nigram intelligimus. Sic certe & imprę sentia vrinas nebulosas audire oportet eas, quæ albas habent nebulas: quæ coctionis notę existūt. Quoniam igitur cocta medicatur, ob id & nunc ita scripsit libri huius author: Tales autem ita curare cōfert. Nihil autem de sanguinis missione locutus, ea particulatim enarrat ex ordine omnia: non ꝙ interdum ita habentibus, sanguinis missione opus non sit, sed quod nunc sola alia docere velit: nempe de sanguinis missione abunde supra est dictum.

44 *Corpus quieti permittere, vngere, & æqualiter contegere oportet: ac pro potu mulsa aquosa uti, pro sorbitione autē cremore ptisanæ vesperi. Ventrē ab initio clystere duces, sed medicamenta purgātia non admouebis. Nēpe, si ventrē*
D *moueris, vrina non maturabitur, febris que citra tum sudorem tum iudicationem in longum protrahetur tempus.*

Sermonem quoq; hunc percurrit, scopum in eo habens eam, quæ cum moderata calfactione sit, quietem. Cremorem autem ptisanæ ab initio dat, ꝙ mulsa ad vigorem vsq; & iudicationem sufficere non possit: morbus siquidē crudus est, & longe absunt concoctiones. Preterea mulsam, quæ aquosa sit, exhibet propterea, ꝙ aquam per se & solam nihil boni habere demonstratum sit. Vesperi autē ptisanā mauult exhiberi, ꝙ̄ mulsam. Nempe, cū antea in legitima libri huius parte didicerimus ptisanā mulsa posterius exhibendam, melius fuit & nunc ita dicere, Mulsam quidē prius, posteriorē vero ptisanam exhibe. At vero, cū vesperi pro posterius dixerit, particulariorem efficit doctrinam & nō vniuersaliorem. Cur autē eos purgare haud velit, in quibus summa inest cruditas, causam recensuit epilogisticam magis, ꝙ̄ analogisticam: quā recensere ad eum spectat, qui, quod fit, sola citra logicā indicationē experientia nouit. Dogmatici aūt viri erat docere, quam ob causam purgantibus nobis ita habentes non coquatur vrina, febris q; sine sudore & iudicatione perseueret. Perfectius quidē & diligentius alibi hæc oīa sumus cōtemplati: sed impręsentia, quod præsenti enarrationi prodesse possit, summatim dicemus. Tu ergo animum ad me conuerte. Cū facultates, vt scis, quatuor sint, atq; inter eas non minime valeat alteratrix, per quā, dispensatis ab ea corporibus natura alimentū assimilat, coctio nuncupatur nutrituræ substantiæ

permutatio secundum qualitatem existens. Natura igitur assumpto in ventrem deuorato'que ali E mento, à cęteris quidē motionibus cessare debet, vt soli, quod coquēdis deputatū sit, operi vacet: sed auxilio externo aliquo indiget, si aliqñ imbecillior reddita fuerit, quo modo & in ea humorū, quæ in venis fit, concoctione contingit. Quiete quidem indiget sequentem ante caliditatem, q̃ calfactum, frigefactum q̃; vel exiccatum, & humectatum sit, singulis horum alio & alio tempore factis. Ob id igitur, qui hęc scripsit, hominem curari voluit quieti permissum, vnctū, & ęqualiter vestimentis obuolutum. Nempe aduersus vim febris humiditatem eam, quæ vnctionibus comparatur, remedium esse putauit: præterq̃ quod neque valenter calfaciat neq; refrigeret, sed leniat mulceat q; : quibus maxime indigent, quæ coquuntur maturātur q;. Quòd si hæc coctioni humorum conferant, purgationes contrarię existunt: nempe corpus vehemēter mouentes frangunt: tali siquidem virtute prædita sunt oīa, quæ purgant, medicamēta. Hęc est ergo causa, cur purgationes coctionibus aduersentur. Ad eam autem, quæ sermoni huic continuatur, seriē pergamus.

45 *Cum iudicatio propè fuerit, sorbitiones ne dederis, si perturbetur, sed cum perturbatio desierit, atque in melius profectum sit. Obseruandæ autem febrium omnium indicationes, sorbitiones'que hoc auferendæ tempore.*

Mentem Hippocratis hoc in loco seruat, qui librum hunc scripsit. In principio quidem mul- F sam & ptissanæ cremorem exhibens: &, cum propè est iudicatio, cremorem tollens.

46 *Consueuerunt febres hæ protrahi & abscessus habere, † si aurium quidem ceruicis'que infernæ partes frigidæ fuerint. Quòd si frigidæ non fuerint, alias mutationes habent: nempe fluit è naribus sanguis, & ventres his turbantur.*

† si quidē infernæ partes fuerīt frigidæ, circa aures et ceruicem. s. solent habere abscessus.

Quibus vrina ob humorum cruditatem tenuis est, his iure optimo protrahuntur febres, quæ ante coctionem solui nequeunt. Quòd autem tales per abscessus iudicentur, sępius iam est dictū. Rarius autem & per excretionem solutiones horum fiunt. Vtrum autem in superiore corporis parte vel inferiore abscessus generabitur, quæ hic dicuntur, iis, quæ in prognostico scripta sunt, concordant consentiunt'que.

47 *Quibus febres graues & implacidæ sunt, & hypochondria contēdunt, iacentes'q; ægri sese cōtinere nō possunt, atq; extrema frigescunt, absolutissima tum diligētia tum custodia indigent: eos'que ita degere oportet, vt nihil præter oxymeli aquosum tangant: sorbitionem autem non dabis, donec sese malum remiserit, & vrinæ maturentur.*

'Ασώδεις febres appellat, in quibus ægri ἀσσῶνται, id est grauiter afficiuntur, atque implacide habent. Hæc autem difficilis tolerantia {atque implaciditas seu inquietatio,} sequitur interdum G quidem febrem stabilem & æstuosam, sæpius autem & stomachi malitiam: os autē ventriculi ita me dicentē nunc audi. Incepit ergo à febribus ipsis, ἀσώδεις, id est graues & implacidas, ipsas esse inquiens, & hypochondria contendentes, deinde ad febrientes pertransiit. Nam, q̃ iacentes sese continere non possint, de febrientibus est dictum: veluti & q̃ extrema refrigerantur. Iacentes autem sese non continere, grauiter affectorum, atq; difficulter ferentium, {implacidorum q; & inquietorum,} nota est: Extrema autem frigere, magnæ viscerum phlegmones, quæ ex crassis succis orta sit: vt antea monstrauimus, cum de secunda causi specie ageremus. Quòd si vehemens frigus fuerit, q̃ virtus valde infirma sit, iam tibi coniectura est. Non immerito igitur ita languentes plurima tum custodia, tum diligentia indigere ait. Dat autem & ipsis non absq; causa oxymeli, vt pote qui à crassis viscosis q; humoribus molestantur. Adiecit autem sermoni, aquosum, tanq̃ contrārium illi, quod illis exhiberi solet, in quorum pulmonibus tales continentur humores. Nam acrius longe in illis esse conuenit, quòd propter longam in distributione ad affectam partem delationem de necessitate soluatur virtus: his vero tale hypochondrio incursat, quale epotum est. Nullo autem pacto sorbitionem ita habentibus dare prius, q̃ morbus ad maturitatem deductus fuerit, indistincte est pronunciatum: seruātibus nobis, quod edocuit Hippocrates. Adiiciendum H est sermoni, si æger suffecerit: quod, tanquam manifestum, forte prætermisit.

48 *Decumbere autem in conclaui obscuro debent, & lecto maxime molli, diu'que decubitū eum sustinere: & quàm minime sese proiicere & iactare, nempe id tales maxime iuuat.*

Nunc decubitum obscura in domo, nō tanq̃ maturatoriū auxilium, sed tanq̃ difficilis tolerantię inquietationis q;, quę ob ἄσην, id est molestiā angorem q; fit, correctoriū voluit: gratia cuius & lecti mollis meminit. Tentare autem se ipsum non proiicere, sed conquiescere, laborāti modo vtroq; commodat, tanq̃ & morbi totius concoctionem iuuans, & virtutem ipsam conseruans.

49 *Hypochondrium autem lini semine illines: cauebis'que, ne, cum apponitur, frigescat: sit autem summe tepidum ex aqua & oleo coctum.*

Mollit lini semen, nec manifeste calefacit: quę maxime expostulat phlegmone omnis. Et sanè tactu tale ipsum ostēdit, quale & s̄m virtutē est, summe tepidū ipsum adhibere pręcipiens. Cęterum aquę & olei mistura tepidam generat caliditatē, mollit q; & mitigat, vt pote moderatā habēs facultatē: cuius potissimū esse debent, vt demonstrauimus, quæ & maturāt & p halitū digerunt.

** præparat*

Coniectura

50 A *Coniectura autem colligere oportet ex vrinis, quid nam futurum sit. Nempe crassiores palllidiores q; meliores: tenuiores vero & nigriores, deteriores.*

Non, quicquid futurum ex vrinis, docet, sed vel salutem vel mortem. Salutem indicant crassiores & pallidiores. Crassiores autem dixit, tenuibus & non naturalibus comparans, vt & paulo ante intelligere voluit: neq; enim crassas, neq; tenues, quę secundum naturam habent, dixeris, si recte volueris interpretari. Porrò tenues & nigræ, deterrimæ sunt. A tenuibus siquidem solis, morbi incoctio indicatur: nam, quod exacte tenue est, id aquosum est, quapropter & album. Sed prę notiones ex vrinis in commentarijs prognostici dictæ sunt.

51 *Si aũt mutationes habẽt, tẽpus indicãt: morbus q; de necessitate, mõ ad peius, mõ ad melius, permutat inæqualitatẽ.*

Nempe, si id & in laborantibus obseruaueris, vere hominem ex vrinarum varietate in longius decidere tempus reperies, atq; medias incurrere permutationes. Plures nanq; significantur affectiones, quæ non eadem egent curatione, neq; æqualem habent solutionis præfinitionem.

52 *Inconstantes vero febres, donec constent, sinere oportet: vbi autem constiterunt, victu & curatione conuenienti* B *pugnabis, quod naturale est, contemplatus.*

Febres ἀκαταστάτες, i. incõstantes, dixit, in quibus nihil καθεστικὸς, i. constãs quietum q; existit, quod significat τὸ βέβαιον, i. certum cõpertum q;. Sunt aũt certa, quæ in periodis & vrinis et exqsitis febrium formis apparẽt. Periodi itaq; † principiũ non ostẽdunt primis diebus: Vrinæ vero supueniunt aliàs aliæ: & sæpenumero ter quater q; interdiu & noctu meiere cõtingit, dissimiles q; inter se apparẽt vrinæ. Formã ergo talis febris incõstantẽ esse ait, qđ idẽ est perinde, atq; si diceres nõ exacte formã vnã seruantẽ. Exposui tibi exactas febriũ formas & in cõmentarijs de febrium differẽtijs, & in secundo iudicationũ libro. In hmõi itaq; febribus nõ in principio victu vti præcipit, sed sinere, donec, qualis nam sit febris, cognoscamus, & tunc victus formã prefinire.

† τὴν ἀρχὴν [illegible] id est, minime [illegible] apparent, vt vetus vetus interpres.

53 *Sunt autem facies ægrotantium multæ.*

Ὄψιας, id est facies, dixit, quasi differentias, vel modos, vel formas: ægrotantium vero pro ijs, qui ægrotãtibus fiunt, morbis. Nempe sæpius est demonstratum eam esse antiquis omnibus consuetudinem, vt à pathematis ad patientes, & à patientibus ad pathemata, transferant appellationes: quasi febrium vel febrientium differentias dicere nihil referat: sic & pleuriticorum vel angi- C na laborantium, aut pleuritidis vel anginæ. Facies ergo dixit laborantium, quoniam eos oculis contemplantes, reperimus differentias.

54 *Quo fit, vt animaduertere debeat medicus, ne quampiam occasionem ignoret.*

Quòd manifestas causas græce προφάσεις, hoc est occasiones, appellet, didicimus: & sanè nũc eam de his appellationem ferre constat. Infert igitur,

55 *Neq; eas, quæ ad ratiocinationem spectant, neq; quæ in numerum parem vel imparem apparere oportet.*

Quasi causarum alias quidem manifestas absq; ratione artificiosa cognoscant omnes: alias vero soli, qui ratione artificiosa vtuntur. His quoq; & attendendum ait, quas in numerum parem vel imparem apparere oportet.

56 *Maxime vero numerus impar est obseruãdus. Nẽpe hi dies in hanc vel illã declinantes partẽ reddunt laborantes.*

Dies impares multa pollere virtute non simpliciter, sed in acutis morbis, est intelligendum, quod D insignes in vtrãq; tum salutem tum mortem mutationes efficiãt: id enim significat vocabulum, quod græce ἑτερόρροπέας, id est huc & illuc declinantes, dixit. In acutis quidem hi sunt, tertius, quintus, septimus, nonus, vndecimus, decimusquartus, & decimusseptimus: In longis, sexagesimus, & octogesimus. Medij horum sunt vigesimus, trigesimusquartus, & quadragesimus. Impares autem & hi.

† [illegible] q̃ [illegible] vertit, & [illegible] tolerantia ipsum habeat. et sic in cõmento.

57 *Obseruare autem oportet primum diem, quo æger parum valere cœpit, principium q; vnde & quando, inspicere: existimatur siquidem id scitum præcipuum. Cum autem ægrum interrogaueris, atq; omnia fueris perscrutatus, in primis quidem, quò nam habeat caput modo, si dolore careat, nec grauitatem in se habeat: deinde si hypochondria latera q; dolore infestentur, si videlicet hypochondrium laboret, vel attollatur, vel obliquitatem habeat vel satietatem, aut latus doleat, simul q; cum dolore tussicula fuerit, vel tormina dolor ue ventris: cum inquam horum quippiam hypochõdrio aderit, potissimum ventrem clysmus soluere oportet: bibat autem mulsam calidam coctam q;. Ad hæc perdiscendum, si, cum exurgit, defectu animæ corripiatur: † & si facile spiret. Inspiciendum quoque, vtrum ne, deiectio nigra admodum colore fuerit, uel syncera, qualis sanorum existit: & si febris exacerbet in tertium diem, † nempe in huiusmodi morbis, tertianæ considerandæ sunt exacerbationes. Conspicienda præterea & alia, & si quarta dies tertiæ quippiam simile attulerit, nam tunc æger in periculo est. Quantum autem ad signa attinet, nigra deiectio mortem indicat: Quæ vero sanæ similis, cum omni die apparuerit, salutem.*

† vbi aũt optime perspexeris tales in his morbis tertianas, postea iã & alia conspicito: et si quarta dies aliquid ex eisdẽ ipsi simile tertia habuerit, tunc æger & c.

Obseruandam

Obſeruandam in primis ait primam eſſe diem, in qua morbi cauſam cognoſci iubet: nempe haec oratio ἐξ ὅτου καὶ ὅτι, id eſt, vnde & qn̄, quis'nam ſit morbus, indicat. Interrogari aūt praecipit in primis quidem, quo'nam modo habet caput, mox hypochondria, & latera: hypochondria quidē, ſi dolor quiſpiam afficiat, vel attollātur, vel quandā habeant σκολιότητα, id eſt ἀνομαλίαν, id eſt obliquitatem ſiue inęqualitatē: quod in prognoſtico hac dictum eſt oratione: Si inaequaliter affecta ſunt dextra ac ſiniſtra parte. vel ſi κόρον, i. ſatietatem habēt, inquit: quod ciborum repletionem eſſe arbitror. Interrogari quoq; & alia, quae in dictione ſequenti habētur, iubet. Deinde hypochōdrijs ita affectis ſoluere aluum clyſteribus pręcipit, mulſam q; bibere calidā & coctā. Sed indiſtincte haec locutus deinceps ſcribit, Ad haec perdiſcendum, ſi, cū exurgit, defectu animi corripiatur: & ſi, inquit, facile ſpiret, quod defectu animi correpto apponitur. Cōſpiciendā praeterea iubet deiectionem, vtrum'ne nigra ſit, vel ſincera & inculpata, qualis in ſanis eſſe videtur: veluti & ſi febris in tertiam exacerbet diem. Et, ſi his ita habentibus quarta dies tertiae quippiam ſimile in acceſſione attulerit, periculoſam eā eſſe aſſeuerat: nempe quartā diem, quę ſeptimae index eſt, rem nouā edere ex grauibus eſt notis. Rei autem nouę editio deſignatio q; patet omnibus. Nam, ſi prima die & tertia acceſſio fiat, & ſecunda facta haudquaquam fuerit, ꝙ quinta acceſſionem habitura ſit, par eſt, & non quarta: quapropter, ſi quarta habuerit, mali cuiuſpiā alterius generationem demonſtrat. Si autem & nigra deiecerit, mortem indicat fore. Tu autem multa ex dictis prętermittens, memoriam rei huius habe. Nam, ſi prima & tertia die proportionalem attulerit acceſſionem febris,[a] † atq; nouiter quidem quarta paroxyſmum fecerit, ſed aeger nigra deiecerit, ſignū eſt lethiferum. Quo'd ſi diebus omnibus, ſanis ſimilia deiecerit, ſalutem aegro futuram ſpera.

A † nouius qdē, ſi et quarta paroxyſmū fecerit: ſi uero & nigra deiecerit, lethiferū eſt ſignum.

B † ἐνῇ δὲ τοῦ πνεύματος εὐφορίη.

C † δοκεῖ δ' εὐφόρως ἔχειν ὁ κάμνων.

58 *Cum aūt venter glandi non obedierit,[b] † ſpiritus q; tum placidus tū quietus fuerit, ſurgens q; aeger in ſedem, vel dum in lecto eſt, animae defectu corripiatur: ſi haec vel mari vel foeminae inter initia fuerint, delirium fore expecta.*

Confuſa eſt dictionis huius intelligentia. Nempe vbi glans nihil profecerit, [c] † videtur q; ęger placidus quietus q; eſſe, ſi vtiq;, & cum exurgit, defectu animae corripitur, delirium expectādum, perperā dictum eſſe mihi videtur, cum rei huic neq; experientia neq; ratio patrocinentur: quanquam tale quippiam aliquando fiat. Praenotiones tamen non eorum ſunt, quae raro accidunt, ſed eorum, quae ſemper vel magna ex parte.

59 *Manus quoq; cōtemplari oportet. Nā, ſi tremulae fuerint, huic ſanguinis è naribus deſtillationē futurā expecta.*

Sermo quoq; hic neq; quod continuum eſt, neq; quod magna ex parte fit, ſed quod raro accidit, docet. G

60 *Nares quoq; inſpiciendae. Nam ſi per vtranq; ſpiritus aequaliter trahatur, & ſi multus ex ipſis feratur, conuulſio fieri conſueuit: {quae ſi fiat, propinqua mors eſt: quam praedicere pulchrum fuerit.}*

Cum tremulę ſunt manus, nempe ita dicere expedit, ſi ſpiritus multus per vtranq; narem feratur, conuulſionem ſuperuenire ait. Conſueuit autem ita appellare conuulſificam affectionē, quae in muſculis naris pinnas mouentibus fit.

61 *Si in febre hyemali lingua aſpera reddatur, prehendant q; animae defectiones, huic, tametſi febris remitti conſueuit, in eo tamen, qui per famem fit, cruciatu conſeruare aegrum oportet, & aquae mulſae q; potione, & ptiſſanae cremore. Neq; febris quieti eſt fidendum: nempe, qui ſigna huiuſmodi habent, his mortis periculum impendet. {Ergo, cum haec noueris, optime que contemplatus fueris, ita praedicere pulchrum fuerit.*

Sunt, qui febrem hyemalem ſimpliciter intelligāt eam, quae in hyeme fit: alij eam, quae hyemi peculiaris ſit. Ea autem ex pituita eſt, veluti aeſtiua ex ipſa bile. Si ergo, inquit, in huiuſmodi febre lingua aſpera fuerit, atq; animae defectus, eam periculoſam eſſe eſt fatendum. Atq; ob eam rem febrium quieti fidendum non eſt, ſi cum prauis fiant tum ſymptomatis tum ſignis, veluti in pręſentia cum animae defectu & linguae aſperitate. Non negligenter itaq; ait regēdos aegros: aquam q; & mulſam & ptiſſanae cremorem exhibendum. Sed ſanè hęc pugnare videnť aduerſus id, quod fame cruciandos dixerit. Nam huiuſmodi cruciatus, qui graece λιμοκτονία dicitur, maxime quidē abſtinentiam omnimodam ſignificat: aut, ſi non, ſaltem eam, quę in potibus ſolis fit, victus rationem. Hic tamen auctor & mulſam & ptiſſanae cremorem dare permiſit. Videtur ergo eos ob id fame cruciandos dicere, ꝙ, qui remiſſiones huiuſmodi quietiſſimas habent, longo ita tempore in his morentur, protrahāt q;, vt falſi circumuenti q; non nulli validiorem miniſtrauerint alimoniā, & potiſſimum ob animae defectionem. Quo fit, vt ad victum hunc ijs, qui per mulſam atq; ptiſſanae cremorem multis fit diebus, recte dictus ſit λιμοκτονία id eſt ex fame cruciatus. H

62 *Cum autem in febribus quinta die terrificum quippiam fuerit, vel venter repente liquida deiecerit, & animae defectus prehenderit, vel vocis priuatio, vel conuellatur aeger, vel ſingultiat, ex his angi grauiter que affici conſueuit, ſudores que circa tum muſtacem, tum faciem, tum ceruicem ab occipitio eſſe conſueuerunt. Qui autem haec patiuntur, ſpirituoſi paulo poſt morientur.*

Exjs,

A Ex ijs,quæ per obseruationem empirice à medicis scripta sunt,quædam talia existunt,vt ex semel aut bis conspectis, modi vniuersalis annotationem habeant, tanquã sæpenumero in eisdem & similiter considerari possint. Tale aũt quippiam & id est, quod nunc dicitur. Nempe contemplatus ægrum quendam liquida quædã deiecisse, atq; animæ defectu prehensum, voce q; priuatum,alium vero conuulsum: & postea vel ambos vel alterum ἀσώδη, id est fastidijs plenũ grauiter q; affectum,partes q; tum faciei,tum colli sudantes,deinde obijsse: hęc scripsit,ꝗ signorum empiricorum concursum existimaret. Sed sane hæc possunt & stomachicam pręgredi syncopen: fieri q; valent & propter copiã oppressa virtute, vel ea ipsa alio languente modo. Vnumquodq; siquidem eorum,quæ dicta sunt,per se malum est,nedum si omnia conuenerint. Nempe ex repentinis deiectionibus deficere animam periculosum est, veluti & voce priuari, & fastidijs angore q; plenum esse. Partibus vero tum faciei tum capitis duntaxat, sudare non bonum. Quo igitur modo hæc tum multa tum mala existunt, sic & alia, quæ in prognostico scripta sunt. Potest q; quispiam hæc inter se connectens videri nouum quippiam docere. Quòd si & dictionem obscuram veluti ænigma, sermoni miscuerit, iam plebeijs & ex ea sapientior esse videbitur: admirantur siquidem plebeij, quæ non intelligunt. Viro autẽ,qui superuenientia symptomata ab eorum,quæ B morbum indicant id est pathognomonicorum concursu distinguere nouit, sermo is varius quidem deprehendetur, sed inutilis: nempe pathognomonica syndrome morbi speciẽ demonstrat: superueniẽtia vero symptomata mansuetudinem ipsius & malignitatẽ. Eum q;,qui singulorum horum symptomatũ vires didicit,quæ apparent, tũ æstimare, tum inter se cõparare oportet. Et, si quidem tum fortiora tum plura videãtur, ꝗ bona, mala, hominem in periculo esse est sciendum: verum, si bona malis & fortiora & plura fuerint,de ægro bene sperandum. Quod te facere iubet & ipse Hippocrates. Nempe in prognostico singulorum tum symptomatum tum signorum vires particulatim docuit,atq; circa libri finem ita ait: Oportet autem eum,qui recte sit tum conualituros tum morituros predicturus: preterea & in quibus ęgritudo pluribus diebus,& in quibus paucioribus,permansura sit: signa omnia perdiscere,atq; æstimatis eorum inter se viribus,vt scriptum est,ferre sentẽtiam. Signorum aũt vires æstimari præcipit,atq; ex ipsis prænoscere, quid nã futurum sit. Vbi ergo bona malis permista fuerint,viribus quodam modo paria æqua q;, exercitato est opus viro,qui in operibus ea sępenumero fuerit contemplatus. Vbi vero omnia vel mala,vt nunc,fuerint,vel bona,cuiuis patet,quod futurũ sit. Cum enim deijciente aluo deficere animam signum per se malum sit,pari modo & malũ,vocis priuatio: si præterea æger neruorum di-
C stentione conflictetur, vel singultiat, vel fastidijs refertus sit: manifestius indicabit periculum. Si præter hæc & aliud quodpiam malum superuenerit signum,vt circa faciem ceruicem q; sudores: atq; adhuc, quę nunc à scriptore huius libri dicuntur,nullo,quod bonũ sit,malis permisto signo: ꝗ talis de necessitate ex signorum malorum aceruatione morietur, notum euadit. Adiectum autem in fine dictionis πνευματωθέντες, id est spirituosi facti,tãquam ænigma,ceu quippiam eorũ, quæ de necessitate fore conceduntur, quicquid significet, siue spirituum copiam, quibus venter inflari possit: siue magnam & freqųẽtem respirationem, quam sane ijs, quas comitatur,affectionibus haudquaquam bonam esse didicimus,veluti & eam,quę ventris est. Quapropter vestigan da alia signa non sunt, his de necessitate antegredientibus. Neq; enim amplius ex his, veluti ex non nullis,quæ casu eueniunt,futurorum obscura quædam fit prænotio.

3. Prog. 37.4. 211.c

63 *Quibus per febres crura tuberculosa fiunt,ea q; tractu temporis manente etiam num febre non maturuerint, faucibus q; gracilibus existentibus irrepserit suffocatio, non maturuerint,inquam,† sed extincta sint,ijs sanguis e naribus fluere consueuit: qui,si multus fluxerit,morbi solutionem portendit: si non multus,morbi prolixitatẽ. Quo minus vero fluxerit, eo deterius & prolixius erit malum. Quòd si & alia facilia fuerint,pedum dolores sunt expectandi: qui* D *si pedem affecerint,& dolorosius perseueret,inflãmetur q;, & non leuetur,dolores post paulo ad ceruicem peruenient, claiculam q;,& pectus, & articulũ: nempe & hic tuberculosus fieri debet. His autem extinctis,si manus vel contrahantur, vel tremulæ fiant, talem neruorum distentio prehendit, & desipientia: sed & superciliis oriuntur, quæ φλυζάκια vocant, rubores q; ægrum habent: & ex palpebris altera ad alteram germinat: dura prehendit phlegmone: tumet vehementer oculus, & delirium valde crescit, intenditur q;: atq; noctu magis,quam interdiu, inducatur. Signorum aũt multa fiunt in numero impari magis,quam pari. Vtro tamen horum fiant, perniciosi superueniunt.*

† Cod. aliqui manuscripti habent. ἀλλὰ μὴ ἐ[illegible] i. sed nec extincta sint. & ita et vetus interpres. Galenus tamẽ videtur legisse,sed extincta.

Qui librum hunc confecit,is hęc omnia,quæ dicta sunt, deinceps inter se contẽplatus vniuersalem quendam particulari ex obseruatione sermonem temere fecisse mihi videtur. Melius siquidem erat, si, quo Hippocrates modo in epidemijs scribere consueuit, is ita fecisset, præfatus quidem ab initio patientis nomen: deinde dies, in quibus singula facta sint, narratione assecutus, vt & in ipsis, quæ nunc dicta sunt, symptomatis facere potuit. Nempe in cuiuspiam cruribus orta sint tubercula, ea que non recipiant maturitatem, febriat quoq; is, & suffocationem incurrens ab his liber sit tuberculis: existimabit profecto quis sursum factam humorum, qui crus infestabant, transmutationem, quæ in horum transitu suffocationem homini peperit. Si ergo talis, (vt Hippocrates dixit) euasurus est, profluere per nares sanguis poterit: qui si multus fuerit, morbũ soluet:

ſoluet: ſi non, protrahetur ęgritudo. Et, ſi reliqua bene fiant, rurſum ad pedes decumbere huſc do- E
lor poterit. Quod ita factum eſſe ſtatuatur, veluti ex his hominem πυριφλεγῆ factum eſſe, quod caliditatem multam circa pedem manifeſtare conſueuit, vel febrem multam igneam q́3. Et, ſi poſt

*Al. morbus.

hæc nō ſoluta fuerint ſymptomata, reuerſa iterum ad ſuperiores partes humorum copia dolores pariet in collo, clauicula, humero, & pectore. Vt autem huic omnia hæc abſq́3 ratione contigerunt (nempe id extincta eſſe, fuit) ita manus tremulas factas eſſe ſtatuatur: deinde neruorum diſtentionem, ꝙ ad neruoſas partes decubuerit humorum copia, principium q́3 ipſorum prehenderit, vnde deſipientia, ſubſecutam eſſe. Contemplatus igitur auctor quendam ex ijs, qui ita affecti ſunt, φλυκταίνας in ſupercilijs habentem, (nempe id ſignificant φλυζάκια,) omnibus ita habentibus futurum ſymptoma hoc temere pronunciauit. Idem q́3 de ijs, quæ continuata ſerie ſcripta ſunt, ſermo exiſtit. Nempe, quod vni ita affectorū vel duobus factum eſt, id ad omnes extendens, ait & ipſos rubores habere, & ex palpebris alteram ad alteram germinare, durā quoq́3 fieri phlegmonen, & vehementer tumere oculos. Quorum cætera quidem cuiuis patent, ſed ex palpebris alteram ad alteram germinare eſt ambiguum, vtrum'ne ſignificare voluerit quādam ex parte earum exurgentem conſertionem, vel carnoſam quandam germinationem, ab altera quidem enaſcentem, ſed ad alteram ſeſe extendentem. At vero, ſi rei huius aliquo pacto inuentio quippiam F
vtilitatis afferret, de ea amplior foret ſcrutatio.

64 *Hos ſi ab initio pūrgare volueris, id ante diem quintum facito, vbi venter murmurauerit: ſi non, à medicamentis abſtineto. Verum, ſi murmurauerit, fuerint q́; excrementa biliosa, ſcammonia mediocriter ſubpurgato. Quantum vero ad aliam pertinet ſanationem, quàm minime exhibebis tum potus, tum ſorbitiones, vt melius æger habeat, niſi decimamquartam fuerit egreſſus.*

*φαρμακεύειν

Sanationem prædictæ concurſionis ſcribit, quā nominatim perſtringere mihi, vt dixi, nō placet, cum etiam & ſanatio nihil cōmune habeat præter ea, quæ ſæpius ante ſunt enarrata. Ait ſiquidem conſiderandam aluum, quam per murmurationes cognitam, purgandam eſſe præcipit: &, ſi biliosa deorſum repant, ſcāmoniam biliosa purgantē exhibet. Quod vero ad reliquum ſanationis attinet, ſorbitiones perq́; exiguas miniſtrari præcipit, quouſq́3 decimumquartum pertranſierint diem: qua oratione morbum ante decimumquartum diem coctum eſſe non poſſe ſignificatur. *

65 *Cum febricitanti decimoquarto die vox intercepta fuerit, tantum abeſt, vt morbus celeriter tū ſolui tum diſcedere conſueuerit, vt etiam diuturnitas ipſi indicetur. Cum ergo in eo die apparuerit uocis interceptio, morbus protrahitur.* G

Dictio hæc his ſuperfluit, qui mala ſymptomata maiori prædita eſſe facultate didicerunt, cum in diebus iudicatorijs apparent. Nempe, qui librum hunc ſcripſit, nūc in re vna, quę decimoquarto diei eſt particularis, hoc eſt vſus vniuerſali. Nempe, vt diebus cæteris iudicatorijs, ſic & decima quarta, ſi malum aliquod ſymptoma apparuerit, id maiorem habet efficaciam. Annotare autem oportet, quod futurum eſt, neq́3 ſimpliciter, neq́3 vt res tulerit, ſed cum definitione. Nam, ſi ex ſignis bonis, quæ maiorem habēt efficaciam, laboranti quædam affuerint, lōgiori tpe ſaluari æger poterit: at, ſi nullum tale fuerit, morietur, nequeunte morbi concoctioni ſatisfacere virtute. Qui igitur hęc ſcripſit, prolixiorem omnino fore morbum male pronunciauit. Nempe & is cito mori poteſt, cui vox decimoquarto die interrupta eſt, ſi cū ſæuis alijs notis factū fuerit hoc ſymptoma.

66 *Cum febrientis lingua quarto die turbata quædam loquitur, venter q́; liquida biliosa deijcit, talis delirare conſueuit. Sed obſeruare oportet, quod euenientibus ſuccedit.*

Id quoq́3 & in alio quodam die apparet: verum, ſi quarto apparuerit, in primis periculoſiorem ſeptimum fore demonſtrat, id eſt quæ illo die futura ſunt.

67 *In acutis morbis, quæ æſtate & autumno fit repentina ſanguinis deſtillatio, robur multam q́; in uenis inflāmationē ſignificat: itē q́; quòd poſtero die vrina tenuis apparebit. Et, ſi æger ætate uiguerit, fuerit q́; corpore ob exercitationes bene carnoſo vel melāncholico, vel ex potatione manus tremulæ fuerint, delirīū vel conuulſionē prædicere bene eſt.* H

Dictio quoq́3 hæc ſymptomatum multorum, quæ non in ægro omni coeunt conueniunt q́3, complicationem habet: quo fit, vt inutilia ſint, quæ ad hunc ſcribuntur modum, cum doctrina ab vniuerſalibus recipiat commoditatem, quo Hippocrates modo facere conſueuit. Dictum autem eſt, quòd vniuerſalium, quæ quidem perpetua ſunt, primam habent virtutem vtilitatem q́3: quæ vero magna ex parte ſunt, ſecundam. Quòd ſi anceps quippiam vel rarum fuerit, id ad doctrinam inutile cenſetur. Quæ igitur recenſuit, particulatim contemplemur, atque ante omnia quod primo eſt dictum. In acutis morbis, quæ æſtate & autumno fit repentina ſanguinis deſtillatio, robur & multam in venis inflammationem indicat. Melius ſiquidem erat pronunciare, quod robur venas curatione egere indicaret. Nouimus enim, quòd ſanguinis è naribus ſtillationes malum ſemper quippiam eſſe ait, propterea quòd natura quidem concupiat, quod ſuperfluum eſt, excernere, ſed ob propriam imbecillitatem nequeat, vel ſanguinis craſſitiem, vel partium denſitatem, vel quædam ex his, vel propter omnium concurſum. Cum autem malum ſemper hoc

A per hoc ſignum ſit, magis q́ꝫ quòd primis tum æſtatis tum autumni temporibus virtutem ipſius intendi contingit, (nempe in eis diebus flaua redundat bilis, ambiens q́ꝫ nos aer calidus eſt: quo fit, vt ſanguinem vtranqꝫ ob cauſam, bene fluētem eſſe oporteat,) magnitudo quædam cauſæ indicatur, propter quam fluere inhibetur, quam robur eſſe ait, forte denſitatem ita appellans. Quòd porrò ita affecti venarum curatione egeant, non dum oſtendit, prius quàm aſtruat, quam nam dicat curationem, nec tamen dixit. Prædictionem præterea primam dixit, quòd ſcilicet poſtero die vrina tenuis apparebit, non ſolo eo die de neceſſitate incoctis apparentibus, verum quoqꝫ & alijs præcedentibus. Conuulſionem quoque & deſipientiam fore ait, ſi laborans ætate viguerit. Præterea & exercitati, & bonæ ipſius carnoſitatis meminit, & tēperamenti: nempe melancholicus, nomen eſt temperamenti. Huc adde, ꝙ ex potatione eum manus habere tremulas ait. Hæc ergo ſymptomata poſſunt inter ſe complicari, non tamen de neceſſitate, neque magna ex parte ſuccedent deſipientia & conuulſio.

68 *Et, ſi paribus quidem diebus ſuperuenerint, melius: in iudicatione aūt pernicioſum, niſi multus abunde effuſus ſanguis viam redundantiæ fecerit vel per nares, vel per ſedem, uel per abſceſſus, vel cōmutationes, vel ad hypochondriorum dolores, uel ad teſtes, uel ad crura. Coctis autem his, viæ patent ſputis: vrinæ q́; excernūtur craſſæ, læues, et albæ.*

B Gemina eſt ſcriptio in hoc verbo ἐπιγίνεσθαι, id eſt ſuperuenire, vna quidem ſcripta per τ elementum tertia ſyllaba, altera per γ. Verum, ſiue per priorem ſcriptionem ægros diebus paribus ἐπιτείνεσθαι, id eſt intendi dixerit: ſiue ſecundum poſteriorem prædicta ſymptomata diebus paribus ἐπιγίνεσθαι, id eſt ſuperuenire affirmauerit: non continuo exiſtit & melius, quāquam id dixit. Neqꝫ enim, ſi pares fuerint, intueri oportet, ſed ſi & iudicatorij: nempe quartam, quæ par eſt, & ipſe ex ordine paulo ante maximam habere facultatem aſſeruit. Cæterum, quod deinceps dicitur, verum exiſtit. Nam, ſi ſanguis multus, quouis modo id fiat, excretus fuerit, ſalutis ſpem habet. Prę terea & per abſceſſum ipſos, & per commutationem, ſeruari ait: abſceſſum quidem ferè ſua peculiari appellatione declarans, ſed commutationem, cum ait, ad hypochondriorum dolores, vel ad teſtes, vel ad crura. Differunt autem inter ſe, quòd ἀπόστασις, id eſt abſceſſus, iudicationem infert, ægrum q́ꝫ à moleſtijs omnibus liberat: μετάστασις autem, id eſt commutatio, aliarum habet principium acceſſionum offenſionum q́ꝫ, vt & aliud exigat tempus ad coctionem mali, corporis locus, ad quem infeſtātium humorum facta ſit commutatio. Eam ob cauſam adiecit, Coctis autem
C his permeationes fiunt ſputis, vel craſſis vrinis lęuibus & albis, ſigna coctæ commutationis edocens ex coctis, tum ſputis, tum vrinis.

69 *Febri ſingultuoſæ laſerpitij ſuccum, oxymeli, daucum tritum propina: galbanum q́; ex melle & cyminum in eclegmate: poſtea q́; ſorbendum ptiſſanæ cremorem dato. Talis autem euadere non poteſt, niſi ſudores ſuperuenerint iudicatorij, & ſomni æquales, vrinæ q́; exierint craſſæ & acres, aut in abſceſſum firmetur morbus.*

Λύγγας & λύγγες, id eſt ſingultus, appellare conſueuerunt. Sunt autem motiones quædam ſtomachi conuulſoriæ, quas quidem fieri aiunt propter immoderatam vel inanitionem, vel repletionem. Quæ ſi propter inanitionem fiant, ferè ſanationem non recipiunt: ſi vero ob repletionē fuerint, ab ijs, quæ infarcta ſecant abſtergunt q́ꝫ, ſanantur medicamētis: quo è numero ſunt, quæ in hoc loco ſcripta ſunt. Videtur autem & nunc morſus is fieri propter acrimoniam ſtomachum mordentem, vt cū quiſpiam piperis plus vel ſimile quippiam deuorauerit. Et ſanè fuerunt ex febrientibus, qui in ſingultu rodentem acerrimum q́ꝫ vomuerunt humorem: à quo tādem ſymptomate ſunt liberati. Verum febris huiuſmodi nequaquam ſingultuoſa appellatur: nempe, vt ſingultuoſa vocitetur, permanere amplius debet ſingultus, vel etiam per totum morbū ſimul cum
D febre exacerbare. Febrem hanc per ſudores iudicatorios, ſomnos q́ꝫ æquales, vacuatas q́ꝫ vrinas, tum craſſas tum acres, ſanari ait, talibus quidem vel excretis, vel in abſceſſum firmatis.

70 *Coccalus, id eſt nux pinea, & myrrha, in eclegmate exhibeantur, bibānt q́; oxymelitis perquàm exiguum.*

Scriptum quoque & inordinate hoc eſt. Commodius ſiquidem feciſſet, ſi paulo ante in ea orationis parte, qua eos ſanauit, quibus tum thorax, tum pulmo per ſputa expurgari debent, id ſcripſiſſet, & non febri ſingultuoſæ adieciſſet. Et ſanè, quod dicitur, obſcurum eſt. Nempe κόκκαλος ab ipſo dictus, non ita, ſed κῶνος magis, ab antiquis Græcis appellitatur, veluti à recētioribus medicis propemodum omnibus στρόβιλος. Conſueuit autem ex eo eclegma cōfici, vbi maxime pinguis fuerit, id eſt vbi multam circunfuſam habuerit, quæ peculiaris ſit, reſinam. Coquunt autem fructum hunc in aqua cum praſſio, hoc eſt marrubio, recenti: mox decocto mellis exiguum miſcent, coquunt'que iterum, donec mellis accipiat craſſitudinem: quo ad hunc modum confecto medicamento vtimur ad thoracis pulmonis'que expuitiones. Quo autem modo & alia quædam medicamento huic ſæpius immittunt, ita & auctorem libri huius myrrham immittere veriſimile eſt: quod poſtea, velut compendio, manifeſtauit, inquiens, Coccalus & myrrha in eclegmate exhibeantur. Poteſt autem & ipſos, qui eduntur, cænos cum myrrha exhibere: atqꝫ huic for taſſe

tasse mel non perperam medicamento misceri intellexerimus. Sunt,qui dictionem hanc ab ante scripta separãt, seorsum q; scribunt: alij finem ante scriptæ principium huius efficiunt hoc pacto: Si autem abscessus firmentur, coccalus & myrrha in eclegmate exhibeantur: vt morbis in abscessum firmatis ei medicamentum esse intelligamus: quod à ratione alienũ censeo propter id, quod ita infertur, Bibant q; oxymelitis perquàm exiguum. Nempe in singultuosa febre formidãdum acetum præcipit ratio: in iis vero, quę in abscessum firmãtur, nequaquam. Eam ob causam sunt, qui dictionem hanc quadantenus quidem antea scriptę copulent,quadantenus vero separent,atque adiecta coniunctione, autem, ita scribant: Si autem in abscessum firmetur. tanquam de singultuosa ante dicta febre id dictum sit: volente auctore,si in abscessum aliquando firmari contigerit singultuosam febrem, coccalum cum myrrha exhibere, & copiosam oxymelitis vitare potionem. Syllaba autem vltima verbi huius ϛηρίζει, id est firmetur, siue per ζ literam scribatur, siue per ξ, nullam, quæ insignis sit, facit sermonis mutationem. E

71 *Quòd si supra modum siticulosi fuerint, bibant aquam hordei.*

Quòd potum hunc, tanquã sitim adimentem, exhibeat, est manifestum. Sed melius fecisset, si prius,quo'nam pacto parare hordeũ oporteat, enunciasset: vtrum'ne simpliciter madefacere: vel F
ex eo zythum,vt huius temporis homines,conficere: vel quouis alio parare modo.

72 *In peripneumonis & pleuritide ita considerare oportet,si febris acuta fuerit: si dolores lateris vel alterũ, vel vtrunque infestent: & si æger in ea, quæ sursum fit, spiritus latione laboret: tusses q; adsint, & sputa educantur, rufa, vel liuida, vel & tenuia, & spumosa, & florida: & si quippiam aliud discrepans præter ea, quæ didicimus.*

Pleuritidis peripneumoniæ q; tum magna tum effatu digna quidem oĩa in legitima libri huius parte sunt definita distincta q;: sed,quæ medicis omnibus patet,ea sunt prætermissa. Talia autem sunt, quæ impræsentia ab auctore scribuntur. Et primum quidem à veteribus empiricis appellata syndrome, quam veteres affectibus confidentia symptomata appellabant: si videlicet febris acuta, dolor q; lateris,vel alterius,vel vtriusq;, & potissimum, qui in expiratione fit: nempe id est,Et si æger in ea,quæ sursum fit,spiritus latione laboret: tusses adsint,& sputa educãtur,rufa, vel liuida,& tenuia,& spumosa, & florida, & quouis aliter modo præter solitum euariãtia. Nẽpe hoc significat,inquiens, Et si quippiam aliud discrepans habent præter ea, quæ didicimus. Quæ omnia in pleuriticis peripneumonicis q; apparere ait,si contingant. Sed hos ita regere oportet. G

73 *Si dolor sursum penetrauerit vel clauiculam, vel mammam, vel brachium, venam brachij internam secare oportet, qua dolor afficit parte.*

Rursus & in præsenti loco partis legitimæ sententiam elaborat, quoniam in ea prætermissum est, quod simul cum dictis intelligitur: adijcit q; illud, venam scilicet secãdam recto à latere dolente tramite: quod exposuit inquiens, Venam brachij internam secare oportet,qua dolor afficit parte: sed manifesta vsus breuitate orationem negligentius percurrit: nam venam cubiti dicere debuit, cum venam brachij dixit.

74 *Sanguinem q; auferes pro corporis habitu, anni tempore, ætate, & colore. Amplius q; non veritus, si dolor acutus fuerit, ad animi vsque defectionem detrahes.*

Rursus hoc in loco plus,quàm mediocriter,scopos detractionis sanguinis omnes recensere conatus, quosdam silentio præterijt. Neq; enim virtutis meminit, neq; sanguinis mutationis, nec vero regionis, nec constitutionis. Plus autem auferre atq; ad animæ vsq; defectionẽ id audacter agere præcipiens,deliquit sanè in dictione,cum adiecit,quam ob causam audere cõueniat. Nempe,quod dolor acutus sit,plus quidem sanguinis vacuamus: sed fluere sinimus,nõ quia acutus sit,sed H
ob alia: vtpote si virtus robusta fuerit,viguerit ætas,sanguis abundauerit,& laborãtis natura tum densior, tum durior,atq; ægre magis perspirabilis, & sanguinis copiosi fuerit: anni etiam tempus, & constitutio bene temperata: sic sanè & regio. Nempe,quod ad animæ vsq; defectionem sanguinẽ auferre non vereamur,nobis ex his accidit.

75 *Clysterem postea exhibebis.*

A sanguinis missione clysterem exhibere iubet. Sed melius erat adiecisse, si non sponte probe deiecerit aluus.

76 *Si vero dolor sub thorace fuerit, valde q; infestauerit, pleuritico ventrẽ subpurgabis: nihil q;, dũ purgabitur, dabis, à purgatione aũt oxymeli. Veruntamẽ † purgans medicamentum ministrabis quarto die, {tribus q; primis diebus clysteres exhibebis: quibus si nõ leuetur, ad hunc subpurgabis modũ. Custodies deinde ægrum, donec ad febris priuationẽ & septimũ peruenerit diẽ: qui si in tuto esse videatur, in primis exiguũ tenuem q; cremorem, eum q; melle miscẽs, dabis: si vero facile reuocatur, & facile spirat, latera q; nõ doleãt, sensim crassiorẽ copiosiorẽ q;, & bis die ministrabis.}*

†φαρμακεύειν

Pleuriticum nominauit, id quod ab Hippocrate in legitima libri huius parte est dictũ: vbi ita habentes

A habentes pleuriticos purgat: facit autem id duobus modis. Quarto vero die medicādum indistin cte pronunciauit. Neq; enim inter initia aliquod remediorum huiusmodi ægro iniungere oportet desumpto à numero dierum scopo: sed, quod Hippocrates recensuit, est exequendum. Nam vel statim ab initio prius, q̃ in partem aliquam firmati sint humores, medicādum: vel postea cum concocti fuerint. Quā ob causam & prima interdum die, & secunda, & quarta, & interdum quinta, medicati sumus, & non in quarta solum, quo modo is dixit.

77 *Quòd si non facile liberetur, potionis minus, sorbitionem exiguam, cremorem q; tenuem, & semel exhibebis: atque eo, quo melius degit, tempore: quod ex vrinis deprehendes. {Nempe in istiusce modi morbis sorbitio non prius danda est, quàm lotia aut sputa matura facta videris. Quòd si purgatus multa deiecerit, dare oportet, minus tamen & tenuius. Non enim poterit præ vasorum vacuatione dormire, neq; concoquere similiter, neq; iudicationes sustinere: verum, vbi crudorum colliquatio facta fuerit, &, quæ renituntur, reiecta, nihil obstabit.}*

De particulari cibi exhibendi tempore agens Hippocrates & libri huius auctor in ijs, quæ supra scripta sunt, eam, quæ tum in thorace, tum in pedibus est, caliditatem animaduertendam esse voluerunt. Nempe vrinarum consideratio ad vniuersalem victus formam, non ad particularem, B vtilis esse videtur. Quo fit, vt non recte dicat hoc in loco cremorē tenuem semel exhibendum eo, quo melius degit, tempore, id q; deprehendendum ex vrinis. Nēpe, tametsi breuissimam in particularibus accessionibus ad melius inclinationem vrinæ habuerint, tempus tñ huiusmodi non vsqueadeo protrahitur, vt has recondamus, expectemus'que, dum nebulas vel sublimes vel subsidentes habuerint: hæc siquidem non pauco fiunt tempore. Atqui in acutis morbis interdū ęgri in declinationis principio de necessitate sunt alendi.

78 *Cocta autem sunt sputa, cum puri similia fuerint: Vrinæ autem, cum hypostases erui modo subrubras habuerint. Cæteris autem laterum doloribus tepefactoria apponere & ceromata nihil vetat, crura q; & lumbos calido inungere, & pinguedine illinere: hypochondrijs quoq; adusq; mammas ex lini semine cataplasma imponere. Vbi autem perípneumonia ad statum peruenerit, quando non repurgantur, auxilium non habet, & mala est, si laborans ægre spirauerit, fuerint q; vrinæ tenues & acres, atque si sudores circa ceruicem caput q; oriantur. Nempe sudores huiusmodi mali sunt, vincente ob æstum impetum q; & violentiam ægritudine, nisi vrinæ multæ & crassæ prodierint, et concocta exierint sputa. Vtrum autem ex his sponte euenerit, soluit morbum.*

Neq; sui ipsius est memor, qui non ad hunc modum de coctis vrinis supra scripserit, neq; Hippocratis, qui aliter dixerit, || Nempe q vrina optima sit, quæ sedimentum habet, tum album, tum C læue, tum æquale. Cætera, quæ perineumonicis pleuriticis q; in orationis textura narrantur, conspicua sunt, tum vbi libri huius auctor ab Hippocratis recedit sentētia, tum vbi maxime, vel prorsus, vel aliqua ex parte, huic annuit & consentit. 1.Prog.t.26.4 2oo.b

79 *Peripnemoniæ eclicton seu eclegma. Galbanum & nucleum pineum ex melle attico dabis: abrotonum ex oxymelite. Piper quoq; & nigrum elleborum, vbi feruefeceris, pleuritico etiam circa initia dolenti bibendum offeres. Quòd si panacem ex oxymelite feruefactam percolatam q; propinaueris, bene facies. Proderit autem & hæc hepaticis, aut ex septi transuersi dolore affectis, atque iis omnibus, quæ aut per aluum aut per vrinas expelli desiderant, ex vino et melle. Verum, quæ ventri expurgando exhibiturus sis, ea cum mulsa aquosa & multa propinabis.*

Medicamentum primum secundum q; sputa educunt. Sed, quod ex elleboro nigro cōficitur, ventrem subducit. Quod vero ex panace est, quibus'nam vtile sit, recensuit.

80 *Dysenteria, q̃ cessauit, abscessum vel tuberculū aliquod pariet, nisi desierit vel in febres, vel sudores, †apparuerint q; vrinæ crassæ & albæ & læues,} vel in tertianas, vel in varices, aut dolor in testiculū vel crura vel coxā firmetur.* †et vrinas crassas et albas et valde perspicuas.

D Sermo quoq; præsens sine definitione & distinctione est prolatus, q neq;, qualem dicat dysenteriam, demonstrauerit, q neq; omnis, quæ cessauerit, hæc inferat.

81 *In biliosa febre morbus regius cum rigore ante septimum diem enatus morbum soluit: si vero absque rigore præter temporis occasionem superuenerit, perniciosum.*

Neq; proculdubio ante septimum diem cum rigore enatus morbus regius febrem soluit, neq; post septimum. Sed sanè ita distinguere oportet. Febrientibus morbus regius superuenit, interdum quidem tāquam affectionis hepatis symptoma: interdum quoq; & natura bilem per cutim excernere contendente, sed nequeunte: veluti in abscessibus omnibus fieri consueuit. Verum in || Aphorismis de huiusmodi morbis regijs est enunciatum. 4.Aph.62.Ext. ord.34.b

82 *Lumborum tetanus, atque in melancholicis per venas spirituum interceptiones cum fuerint, sanguinis detractione soluuntur.*

Cum inquit, propter melancholicū sanguinem in venis redundantem spirituum interceptiones fiūt, sanguinis missio soluit: si interceptionem dicit spirituum, qui in arterijs sunt, nam & arterias antiqui venas appellabant: quæ'nam alia fuerit, quàm pulsus carentia priuatio q; ? Græcis

ἀσφυξία

ἀσφυξία dicitur: si vero eorum, qui in pulmone sunt, spirituum interceptionem dicit, rursum & E appellatam apnœam, quasi respirationis priuationem dixeris, obscure insinuabit. Potest quoq; sanguinis tum copia tum crassitudo nõ arterias modo inflare, vt permeare non possit, verũ quoque & proprie appellatas venas.

83 *Cum autem ob tendines vehementer in anteriorem reuelluntur partem, sudores q; circa ceruicem faciem q; oriuntur, morsis ob laborem & arescẽtibus ijs, qui ad ὄρρον id est caudam, vergunt, tendinibus: crassissimi hi spinam cõtinuant, qua maximæ enatæ copulæ ad pedes vsq; finiũtur: Is, si neq; febris neq; somnus superuenerint, fuerint q; secutæ coctionem habentes vrinæ, sudores q; iudicatorij, vinum creticum vinosum bibat, edat q; polentam coctã. Cerato quoq; perungatur: & crura ad pedes vsq; calidis in pelui madefacta, superimposito velamine contegantur: brachia item ad digitos vsq; inuoluantur. Spinam præterea à ceruice ad coxam vsq; molli pelle, quæ pinguedine & cera illita sit, velabis ita, vt anteriora etiam cõtineantur. Intermissis que, quæ per vtriculos fiant, fomentis, calida perfundes aqua, linteo obuolues, & {in conclaui} cubare ægrum facies. Ventrem autem ipsum non admodum solueris, nisi balano, si longo iam tempore se continuerit, id q; si bene tibi processerit: sin autem, mẽdi radicem in vino odorato tritam & daucum mane ieiuno, prius quàm madefeceris, propina. Post hæc cito farinam coctam tepidam voret plurimã: vinum q; cũ voluerit, bene tẽperatum superbibat, id q; si ad melius tibi processerit: si non, prædicere te oportet.* F

*Al. μέσοι, i. mediæ.

*Al. moleos.

Sermo quoq; hic indistincte & indiscrete est prolatus, præter id, quòd & nomina quædam improprie scripta sunt. Nempe ob laborem morderi tẽdines improprie est dictum, verbo hoc mordere acribus humoribus & non doloribus quadrante: præterea & quod in principio dictionis dicitur, Vehementer in anteriorem reuelluntur partem. Deinde ait, Arescentibus, qui ad ὄρρον id est caudam, vergunt, tendinibus, qui crassiores spinam continuant, eos, qui vsq; ad caudam protenduntur, ita vocans: appellant autem ὄρρον, ossis extremũ. Quòd si partem vtranq; tendi manifestare voluerit, atq; tum in scapulas tum in pectus tetanum intendi, fieri sanè potest: quo modo paulo ante dixit, Tetani lumborum. Non tuto autem morbi facilitatem ex vrinarum concoctione prænoscit. Nempe, tametsi febris cruditates per vrinas manifeste iudicentur, morborum tñ musculos infestantium, haudquaq̃ secura est per vrinas significatio: sed hoc quidem exiguum. Vinum autem his exhibere distinctione non facta, vtrum'ne ob frigiditatem passus æger fuerit, an aliam ob causam, non exiguum est delictum, immo petulans potius immodestum q;. Absque item ratione dictum est ventrem soluendum non esse, nisi balano. Nempe in huiusmodi morbis commode interdum soluitur. Cætera dictionis manifesta sunt.

84 *Morbi omnes soluuntur vel per os, vel per aluum, vel per vesicam, vel per aliam, quæ talis sit, partem. Sudor autem morbis omnibus est communis.* G

Sermo hic neq; vniuersalis est, neq; cõmuniter inest omnibus: neq; enim per hæc solum morbi soluuntur, verum quoque & per vterum, & per sanguinis è naribus eruptionem.

85 *Quibus à capite fluxio est, his elleborum dare oportet.*

Elleborum dare omnibus, quibus à capite fluxio est, non est necesse: nempe interdum capiti I soli prouidere consueuimus.

86 *Quicunq; propter abscessus, vel phleborrhagian, vel incõtinentiam, vel aliã quãpiam fortẽ causam suppurati, facti sunt, his ne elleborũ dederis: neq; etenim proderit: &, si quippiã afficiatur æger, fecisse id videbitur elleborus. Si vero corpus dissoluatur, vel dolor in capite sit, vel oppletæ aures, vel nares, vel sputatio, vel genuum grauitas, vel corporis præter solitum tumor: quodcunq; horum cõtigerit, dabis: modo hæc neq; ob potum fiant, neq; ob veneres, neq; ob tristitiam, neq; ob curas, neq; ob vigilias. Si enim quippiam horum causam fecerit, ad id curationem dirigere oportet.*

Phleborrhagian, venarum ruptionem dicit. Quòd autem neq; ijs qui ob huiusmodi cãs, neq; H ijs qui propter abscessus, neq; ijs qui ob causam aliam suppurati facti sunt, dare elleborũ oporteat, nemo ignorat. Sed qui ob incontinentiam intẽperãtiam q; suppurati sunt, perperã in hoc recensentur catalogo, intẽperantia ipsa per se intemperantes lædente, vt redundantia, cruditate, crapula, venere multa, vigilijs, & quibusdam similibus. Cæterum prædicens, quibus'nam elleborum exhibere oporteat, inquit, Si vero corpus dissoluatur, i. fractum admodum reddatur, absq; s. occasione, vel dolor in capite diuturnus & solutu difficilis fuerit. Nempe & id te subaudire oportet in capitis dolore, & deinceps in ijs, quæ serie continuata dicuntur omnibus, oppletis s. auribus, naribus, & sputatione. Adijcit & genuum grauitatem dolorem q;, & corporis præter solitum tumorem. In omnibus siquidem ijs, quę sine manifesta causa facta sunt, vult elleborũ exhiberi. Diuertens autem sermonem vniuersalem ad particularia inquit, Modo neq; ob veneres, neq; ob curas, neq; ob vigilias, dicta facta sint. Si enim ex horum aliquo facta sint, pugnandum aduersus efficientem causam præcipit. Quæ'nam autem ex his omnibus, quæ recensuit, vere diligenter q; dicta sint, & quæ non, didicistis tum in Hippocratis libris, tum in commentarijs nostris.

87 *Dolores ex itinere si fuerint, laterum, dorsi, lumborũ, & coxarũ, & qui inter respirandum dolent, occasionem habentes*

A *bentes. Sæpius enim dolores ex crapula cibis q; inflantibus ad lumbos & coxam venire consueuerunt. Quibus talia fuerint, vrinæ difficultas accedit. Horum iter causa est, coryzæ item & raucedinis.*

Sine ordine hæc interpretatus est. Nam prædicens dolores ex itinere, laterum, dorsi, lumborum, & coxarum, rei inanis exhibitionem repræsentationem q; fecit, perinde atq; quo nam modo hæc curentur, esset dicturus. Deinde facto ita additamento, Sæpius enim dolores ex crapulis cibis q; inflantibus venire consueuerunt: intulit, Quibus talia fuerint, vrinæ difficultas accedit. Post hæc quoq; inquit, Horum iter causa est, coryzæ item & raucedinis: acephalum vt quispiam dixerit, id est sine capite & vertice, rei faciens sermonem.

88 *Quæ ob victus rationem eueniunt, multa quidē vnusquisq; pro non assueta victus forma maxime declarat. Nā, qui prandere non consueuerunt, & pransi fuerint, his tumor ventris ingens accedit, dormitatio, & [illegible], & plenitudo: quod si supercœnauerint, venter turbabitur. {His a balneo (confert enim) dormiant, expergefacti q; pluresq; lenta ambulatione absoluant circuitus. Et si ventrē exonerauerint, cœnent, parum q; vini, sed meracioris, bibant. Si ventrē non exonerauerint, corpus calido perungāt. Et, si sitiuerint, vinū aquosum album et dulce bibant: si non, amplius dormiant, conquiescant q;. Cæterum talis instituatur victus, qualis ex crapula laborantibus institui solet. Pocula aquosiora tarde meant, ac veluti in orbē aguntur, innatant q; circa hypochondria, & non decurrunt ad vrinas. Quibus qui repletus fuerit, nullum celeriter ex iis absumet opus, quæ cū impositum corpus vi vel celeritate conficere potest: maxime aūt quiescat, donec cū cibis concocta fuerint. Meraciora vero & austeriora palpitationem in corpore, atque in capite pulsum efficiunt: his bene fuerit, si superdormiant, calidum q; quidpiam sorbeant ex iis, quæ [illegible] habent: ieiunium enim aduersus capitis dolorem crapulam q; malum est. Qui semel tantum die cibum assumunt, vacui fiunt, & calidum mingunt, vtpote præter consuetum vacuati: os ipsis salsum efficitur, & amarum: [illegible] in quouis opere contremiscunt, tempora concutiuntur: cœnam q; non ita concoquere possunt, ac si prius pransi fuissent, queunt. Minus igitur, quam consueuerunt, cibant, liquidiorem q; mazam panis loco assumant: atq; ex oleribus [illegible] vel maluam, vel betas, & ptisanam. Dum autem cibantur, vinum modice bibant, aquosius q;: atq; a cœna parum ambulent, donec excurrat vrina, minxerint que. Piscibus præterea elixis vtantur.}*

Totum hunc sermonem in legitima libri huius parte abunde tum elaboratum tum explanatum scimus: quo fit, vt ex illis, quæ modo dicantur simili, possis tum discernere tum iudicare. Neque mihi diutius morari in his est necesse.

89 C *Cibi autem maxime notas & indicia faciunt.*

Eduliorū vim non ex rōne aliqua sed experientia iudicari conuenit. Neq; hic refert σιτία vel ἐδέσματα, id est cibos vel edulia, dicere. Cæterum, qui hec scripsit tale quippiā ostendit p hoc verbum, ἐπισημαίνειν, i. notas & indicia facere. Nempe nota corporibus signum q; fit (vt ingt) secundum vnāquamq;, quę ex cibis valentibus fit, mutationem. Consequenter aūt ea enumerat.

90 *Allium flatum parit, caliditatem que in thorace: capitis item grauitatem facit, & cibi fastidium: & si alius quispiam dolor ex consuetudine ante infestauerit, irritat. Cæterum vrinas ciet, est que hoc præditum bono: eum que, qui potaturus sit, & sese crapulæ daturus, vorare allium optimum est.*

Si vnumquodq; eduliorum experientia iudicandū sit, non recte dictum esse videt̄ flatuosum esse allium: neq; caliditatis maioris sensum, q̄ cępam comedentibus, inferre, nec in vlla alia corporis parte, neq; ēt in thorace: neq; similiter ἄσην, i. cibi fastidium, & potissimū vbi quis ipsum parum ante feruefactum assumpserit. Eduliorum aūt multa corpus, si plethoricū fuerit, calfaciunt: cum vero ante vacuatum fuerit, siccāt abunde. Peccauit igit libri huius auctor, qui indiscrete rem enunciauit: nam melius erat, vt dictum est, definire. Impręsentia aūt simpliciter de allio censuit: *Al. nam [illegible]

D sed melius fecisset, si & exiccare & calfacere ipsum dixisset, & non flatuosum esse: nempe aduersus indiscretum indistinctum q; ferre sententiam consuetudo non est. Subaudire aūt oportet, vbi tēpestiue datum fuerit: quod parato ante corpore manifestat. Ante aūt paratur, si neq; plethoricū neq; cacochymum fuerit. Non recte igitur capitis grauitatē ab eo fieri ait: nempe, si præuacuato corpore allium obtuleris, capitis grauitatē sanabis, partis q; alterius oīs. Demiror aūt, quo nā pacto, quæ hucusq; percurrit, præfatus, deinceps dixerit, eum q;, qui potaturus sit, & sese crapulę daturus, vorare ipsum optimum est. Videtur aūt ex his neq; crapulam neq; ebrietatem efficere, sed ab his ita pręseruare, vt & grauitatē expellere possit, et flatus sanare. Vera quidē hęc dixit, atq; adhuc ex cietibus vrinas vnum esse allium. Sed alia falso adiecit, simul que & pugnātia, si dicantur.

91 *Caseus flatum, atque astrictionem, & ciborum accensionem facit: crudum & incoctum: †atque iis, qui se potu repleuerunt, deterrimum est.* † Al. nerbū. pessimum aūt in potu comedere repletis.

Caseus recens & mollis duro & sicco flatuosior existit: minus que, q̄ durus siccus que, adstringit, i. sistit ventrē. Siccus etenim flatuosus minus est, sed vētrē magis sistit: pterea & siticulosus magis existit: quod ostēdit, cū inquit, & ciborū accēsionē facit. Crudum aūt et incoctum in dictionis iacet medio: quod exacta enunciatione caret. Ostēdit aūt, q crudum oē incoctum que in cor-

poris humoribus contractum ex huiusmodi edulijs fieri natum est: cuiusmodi est caseus, crudum E & incoctum existens edulium: quasi ita diceret, Caseus flatum parit atque adstrictionem ventris, æstuosus q; est: præterea & crudũ & incoctile est edulium, tales q; succos generat. † Ait præterea & deterrimum esse ijs, qui se potu repleuerunt: quod & idiotis ipsis patet: neq; siquidẽ alias bonum est edulium caseus, vtpote qui crassum succum & coctu difficilem pariat. Si vero inter bibẽdum eo quis vtatur repletus, deterrimum omnium eduliorum redditur: grauat siquidem os ventris, primus q; ipse corrumpitur, & alia deinceps secum corrumpit.

† Pessimũ aũt ait, & repletos cũ potu comedere ipsũ.

92 *Legumina omnia flatuosa sunt, & cruda & elixa, & fricta: minime vero vel macerata vel viridia. His autem vtendum non est nisi cum cibarijs. Sed horum singula suum vitium habent.*

Ventrem implent legumina omnia, coctu q; difficillima sunt, quæ cruda existunt: fricta, flatuosa minus, sed concoctioni non minus renituntur: quæ autẽ plurimum elixa sunt, ea existunt moderatiora. Quod autem sequitur, in exemplaribus non nullis scriptum est ita: Et macerata, & viridia: vt & talia præfatis vitijs sint prædita. In quàm plurimis vero non ita scriptum reperitur, sed principio altero in hunc modũ: Minime aũt macerata, {vel viridia.} Viridia dicuntur, quæ neq; sicca sunt, neq; exqsite iã perfecta: macerata vero, q̃ in aqua fuerint madefacta. Cæterũ legu F minibus haudquaq̃ sine cibarijs vtendũ esse pręcipit, cibaria nimirũ maxime quidẽ eos, qui ex tritico panes fiunt, affirmãs: vel simpliciter oĩa, quæ quouis modo parãtur: forsitan vero & alia oĩa, ex quibus panes conficiunt, zeam scilicet, tiphã, & hordeũ: rustici aũt & ex milio panes cõficiunt.

93 *Cicer flatum parit crudum frictum q;, & laborem.* A. lib. 1. c. 1. 118. fol. 114.

Sunt, qui cicer scribant ob id flatuosum esse, q pudenda intendat. Quòd autem in fine dictionis laborem dixerit, id ad eum referre oportet, qui propter inflationem fit, dolorem.

94 *Lens astringit, atq; turbationem facit, si cum cortice sit.*

Vocem hanc ἀραδον, turbationem quandam & veluti pugnam, quę in ventre ex discrepantibus facultate cibarijs oritur, significari dixi: quo modo & nunc significat, si cum cortice assumatur, vtpote quę, ꝙ caro ipsius, longe coctu difficilior existat.

95 *Lupinus inter hæc minime mala habet.*

Vocabulum hoc ἥκιϛα, id est minime, vocabulo huic μάλιϛα, id est maxime, cõtrarium indi G cat. Lupinum autem minime prædictorum omnium ait habere mala.

96 *Laserpitij tum caulis, tum succus, non nullis quidem maxime, inexpertis vero per ventrem non descendit. Nominatur autem hoc malum cholera arida.*

Laserpitij radicẽ hoĩes æquiuoce cum tota herba vocare consueuerunt: hanc & herbæ succum inexpertis, i. inassuetis siccã generare choleram ait. Sed, quę nam ea sit, post paulo ipse docebit, ita inquiens, Ab arida cholera venter inflatur, & strepitus insunt. Patet ergo spiritum flatuosum ex laserpitij ingestione colligi in vẽtre, est. n. acre & ęstuosum. Quid nã aũt significet vocabulũ hoc, /nõ nullis/ nihil ex dictione est manifestũ. Atq; ob id explanaturus quispiã horum singula, quod maxime probabile sibi videbiť, dicet: nẽpe in talibus dicere, quod ex ratione est, difficile existit.

97 *Maxime autem id fit, si cum multo caseo, aut bubularum carnium edulio, misceatur.*

Siccam ab eo vocatam choleram ait maxime ijs fieri, qui laserpitium simul cum caseo multum ingesserunt, aut cum carne bubula. Nempe flatus, qui ex laserpitio oritur, cum emplasticis & tarde penetrantibus edulijs mistus manet in ventre, & non descendit. H

98 *Bubulæ etenim carnes melancholica proritant pathemata. Nempe harum natura insuperabilis est, nec quiuis ventriculus eas concoquere potest.*

Agebat quidem de laserpitij virtute, sed bubularum carnium esum supermiscuit: factoq; ad pathemata melancholica trãsitu, ea à bubulis carnibus proritari ait. Deinde geminas assignans causas hoc ait, Nempe harum natura insuperabilis est. Vsus est igitur hac coniũctione, nempe, eorum modo, qui dictorum causas referunt. Non tamen, cur à bubulis carnibus melancholica proritentur pathemata, causam dixit: quanquam aliam quampiam communiorem dixerit, qua s. natura ægre conficiatur, & valida sit: natura enim ea insuperabilis est, quam nullus superauerit.

99 *At optime liberabuntur, qui perelixis vtentur & perquàm vetustis.*

Hęc quoq; sermonis textura vniuersaliorẽ habet admonitionẽ non in melancholicis. Nã bubulis carnibus & perelixis & vetustis vti pręstat, sicuti & alijs oĩbus, quæ difficulter concoquunť. At improprie voce hac βέλτιϛα, i. optime, est vsus. Neq;. n. melancholico laborãtes morbo, neq; homo alius quispiã vel sanus vel ęger, optime liberať, bubulas carnes & perelixas & vetustas ingerens.

A rens. Nempe inter oia, quæ edunt, hę non bonā præstant alimoniā: bene tñ talia ingerētes cęteris minus lędunt. Si ergo pro voce hac βέλτιστα dixeris ἥκιστα, i. minime, sermonē reddes integrū.

100 *Caprinæ carnes, quæ in bubulis mala sunt omnia habent, & cruditatem. Sunt q; flatuosiores, ructus q; magis generant, & choleram pariunt. Verum, quæ odoratissimæ, solidæ, & suauissimæ sunt, hæ optimæ sunt, tum peremxæ, tum frigidæ: quæ vero suauitate omni carent, male olent, & duræ sunt, hæ deterrimæ, & quæ recentes.* * ἀπεψίαν.

Cur caprinę carnes bubulis vitiosiores sint, causam hoc in loco dixit. Nempe, cum coctu difficiles bubularum modo existant, flatuosiores etiam sunt, & sæpius mouent ructus, qui malam habeant qualitatem. Cum igitur bubulis & acriores & calidiores sint, si incoctæ maneāt, choleram pariunt. Qua efficitur ratione, vt frigidas eas magis, q̄ calidas, esitare oporteat.

101 *Optimæ autem æstate, autumno vero pessimæ.*

Optimas esse ait caprinas carnes, inter se quidē non cum cæteris comparatas: oportebat igitur, quantum ad anni tps attinet, vitiosissimas ob temperaturam esse. Contingit aūt capris tempore æstiuo meliorem esse alimoniam: quo modo praua sunt, quæ herbas vorāt animalia, vbi viridem B herbam non habeant. Capris aūt maxime idoneam præbent alimoniam germina arborum caules'que: quos à fine veris ęstas largiter habet. Quòd aūt alimonia ad carnis bonitatem plurimum possit, potes ex vulpibus certior fieri, quę autumno probatissimam ob vuas habent carnē. Sic passer & ficedula maxime laudabilem carnem obtinent. Autumno igitur caprę nutrimento idoneo destitutę tum deterrimam, tum perq̄ tenuem, habent carnem. Hyeme aūt meliorē sanguinis consequuntur habitum, naturalem intemperiem à temperatura temporis contractam corrigentes. *σώματος, est in imp[illegible] σώματος, id est corporis, est in mala corporis. & sic uetus interpres.

102 *Porcelli carnes prauæ sunt, cum vel crudiusculæ vel ambustæ fuerint: nempe tum choleraceæ sunt et turbatoriæ. Suillæ autem carnium omnium optimæ sunt: valentissimæ vero, quæ non admodum neq; pingues neq; graciles sunt, nec victimæ veteris ætatem sunt assecutæ. Edendæ vero sunt detracta pelle & frigidiusculæ.*

« Χοῖρον propriè appellabant veteres porcum valde paruum, vt apud poetam reperitur, ἔσθιε νῦν « ὦ ξεῖνε τὰ δμώεσσι πάρεστι χοίρε'. αὐτὰρ σιάλους γε σύας μνηστῆρες ἔδουσιν, i. vescere nūc ò hospes, seruorū cibus porcelli sunt: proci etenim plus, q̄ absolutos, edunt sues. Non sanè video, quo pacto syalos ederent proci, (nā & syalos veteres appellabant sues eos, q perfectos absolutos q; supra essent,) nisi q & ignarissimi essent dignoscendorū tum eorū, quę facile concoquunt, tum sua C uium eduliorū: quales & sese ostēdebāt, cū ventres caprarū pingui & sanguine plenos esitarent: quo sanè quod difficilius concoquat, eduliū reperies nullū. Caro aūt optima tū ad suauitatem tū ad concoctionē eorū est, q mediam ętatē sunt assecuti: hæc ēt sanguinē bonum gignit. Veluti deterrima est porci vetustissimi: atq; eius, qui confestim à partu voratur, porcelli: nēpe hi terrestriū ferè oium, quę vorant hoies, animalium maxime humidā obtinent carnem. Atq; ob eam rem, cū nuper genitorū caro exuperāter humida sit, plurimam inde generat pituitā: &, si subcrudior fuerit, multo adhuc magis. Simili quoq; ratione pinguissimā suum carnem ea, quam medıj & bene carnosi habent, deteriorē existimat, suspicionē humiditatis habēs, ob quā pinguedo ois carne sui generis deterior tum ad concoctionē tum nutritionē existit. Quæ aūt ob assationem ambustæ sunt, tum ad succi bonitatē, tum ad cōcoctionē, sunt inhabiles: choleram q; pariunt propter eam, quæ his accedit, acrimoniā: nempe ea choleraceorū eduliorū cōmunis est malitia, cum & humida & acria fuerint. Talia siquidem similiter corrumpunt, sua q; acrimonia vasorum eorū, quæ ad ventrem decūbunt, ora remordent: atque fluxionum earū, quæ ex toto corpore in eum fiunt, causæ efficiuntur. Quòd aūt porcelli absq; pelle, i. absque cute edendi sint, nemo ignorat: non enim cutis aialis carni similiter concoqui nata est, vtpote q frigidior existat. Frigidiusculos quoq; & D hos manifeste edēdos præcipit, calidas oēs carnes veritus, ac fortasse calidas frigidiusculis tū ęstuosiores tum flatuosiores esse existimās. Ego aūt in caprinis carnibus, & quæcunq; calidæ sunt natura, sermonē admitto. In moderatis vero tū caliditate tū frigiditate, cuiusmodi suillę carnes sunt, simpliciter indiscrete ita dici nō admitto: nēpe ei, q distinxerit, calidæ frigidis idoneæ magis erūt.

103 *Ab arida cholera venter inflatur, strepitus fiūt, & dolor tū laterū tū lūborū, nihil q; aluus deijcit, sed adstricta est.*

Choleram ab hoibus simpliciter appellatam ab arida per humiditatē distinguit. In vtraq; autē noīe cōmuni est vsus, generationis modū, qui cōis est, respiciens. Vt.n. cholera humida ex acribus oritur humoribus, qui ex esorū corruptione prodierunt, sic arida ex spiritu flatuoso acri. Quo fit, vt, quę prope ventrē sint, neruosa corpora mordeant, intendātur q;, & dolorē pariāt. At, cū spiritus hi possint interdū quidē retineri, interdū & exire, aridā propter retentos spiritus generari choleram asserere non possum: nam probabilius fuerit ita appellare eos, qui penetrant egeruntur q;.

104 *Ita affectum, ne vomat, seruato, sed venter subducatur. Clysterem ergo ex calido & perquàm pingui celeriter adhibebis: perunctum q; in aquam demittes calidam, & quam plurimam in scapha reclinans, & calida sensim perfundens: &, si calfacto ipsi venter subducitur, morbus solutus est.*

Quã citiſſime clyſterem exhibere et vomitum prohibere pręcepta ſunt cõmunia oĩum, quę in E
ventre præter naturã continẽtur, & quæ vt deorſum excernant, apprime contẽdimus. Simili mo
do & calidũ exibere clyſma: prouocat ſiquidem calidũ, & frigidum reprimit. Clyſma aũt pingue
aridam proprie ſanat: qm̃ & virtute contrariũ eſt, ſiccitatem nimirum humectans, morſus q; le-
niens. Eundẽ habes ſcopũ, ſi in ſcapha fouendo tũ aqua tũ oleo & calfacis & mitigas ſolaris q;.

105 *Confert quoque & huic dormire.*

An cum, dum in ſcapha fouetur, dormire velit, an ſine illa, non conſtat. Quòd aũt ipſum dor-
mire per ſe cruditatibus omnibus maximo remedio ſit, conſideranti patet.

106 *Bibere item vinum tenue & vetus & meracius.*

Vinum quidẽ exhibet, vt concoctioni adiumẽto ſit: ſed tenue, vt in ventre non moreť: vetus
vero & meracius, vt calfaciat magis. Vinũ ſiquidẽ omne habitũ calfacit, magis q; quod vetus eſt.

107 *Oleum quoque dabis, vt quieſcat, & venter ſubducatur, & ſoluatur morbus.*

Oleum, quæ acria ſunt, lenit, placat q;, & ſiccitatem emendat, ventrem'q; moderate ſubducit: F
quibus omnibus ei qui curatur eſt opus.

108 *A cibis autem atq; alijs abſtineat.*

*Aľ. ποτῶν, i. potionibus. & ita vetus interpres.

Si corpori nihil deſit, nulla q; apponẽdi quippiã premat neceſſitas, & cruda quędã concoctio-
nis indiga contineant, his requie eſt opus & nõ cibarijs, prius ꝗ contẽta mediocriter cõcoquanť.

109 *Verum, ſi dolor non ceſſauerit, lac aſinæ bibendum, vt purgetur, dabis.*

Si feceris, quod dictũ eſt, & dolor non ſoluať, cõtriſtãtis cauſæ maiorẽ eſſe acrimoniã exiſtimã
dum, atq; ob id corpus purgare oportet. Lacte aſinę vtendũ pręcipit, quod purgãtia inter medica
mẽta oĩa mitius tranquillius q; exiſtit: id quoq; & lacte oĩ humidius eſt, et ventrẽ magis ſubducit.

110 *Si venter liquidus fuerit, bilis que excernatur: vexentque tormina, & vomitus, & mordicationes: quieſcere his
eſt optimum, mulſam bibere, & vomere.*

An de arida adhuc cholera agat, an per ſe hęc intelligenda ſint, non ſatis conſtat. Sed, quocũq;
res ierit, contineri in ventre videtur bilis, quæ acris & elui contumax ſit. Ventrem aũt moderate G
ſubducere, atq;, quæ in vẽtre continenť, concoquere molitur. Subducetur aũt mediocriter aqua
mulſa: & per requiem concoctio fiet. Qui aũt in affectionibus huiuſmodi ſępius valẽter auxilia-
tur, is cacochymiam valente medicamento affatim expurgat, vires ægri & habitum contẽplatus,
anni tẽpus, ætatem, & conſtitutionem. Quod aũt in fine dictionis dicitur, mulſam bibere & vo-
mere, quaſi ſuperiorem ventrem expurgari auctor voluerit, melius cum aduerbio /non/ dicetur.
Nam mulſa detergendi pollens facultate, quæ corrupta ſunt, in naturalem præuertit viam, id q; ci
tra oris ventris tum læſionem, tum periculum, quæ per vomitum contrahi poſſunt.

111 *Hydropum duæ ſunt naturæ, quorum hypoſarcidius, ſi fieri aggreditur, vitari nõ poteſt: alter ex flatibus conſtat,
multa q; & bona indiget fortuna. Curatur maxime toleratia, fotu & temperantia. Sicca autem & acria edat: ita
enim maxime tum minget, tum valebit. Si difficulter ſpirauerit, fuerit q; anni tempus æſtiuũm, & viguerit ætas, vi
ribus q; fuerit valentibus, ſanguinem à brachio tolles: deinde calidos panes ex vino nigro & oleo tinctos edendos da
bis: is que quàm minime bibat, & quàm plurimum laboret: ſuillam que carnem edat carnoſam ex aceto coctam, vt
aduerſus arduas reſiſtat inambulationes.*

Sunt, qui nõ hypoſarcidium, ſed epiſarcidium ſcribant. Neq; tñ anaſarca & cataſarca alicubi H
ſcriptũ repperi, quanq̃ recẽtiores ita nominẽt. Cum aũt hydropum naturas duas eſſe affimauerit,
atq; de poſteriore flatus citra quoduis aliud ſymptoma dixerit, de priore aũt nihil oĩno, manifeſtũ
eſt aliqua ex parte confuſum ipſum eſſe ac falli in hydropũ differentia. Quidam ergo ex medicis
quatuor hydropum differentias eſſe affirmãt, à iuſto recedentes: aduerſus, quos verba impręſen-
tia facere tempeſtiuum non eſt. Verum, qui hęc ſcripſit, manifeſte defecit. Nempe hydropũ vnus
humidi conſiſtentia tenuis copiam, in tota †inferiore thoracis} regione aceruat: quam aliqñ per-
pungentes, humidũ euacuamus. Alter locũ hunc non aqua, ſed ſpiritu, plenũ habet, & ferè ſupe-
riora oĩa tumentia: hunc Tympaniã appellãt. Alius aũt habitũ totũ pituitæ plenũ hẽt: eũ Hipo-
ſarcidiũ non nulli appellãt. Quo fit, vt deficiẽter duas hydropũ eſſe naturas dixerit. Neq; ẽt recte
protulit ἐγχειρέων γίγνεται, i. ſi fieri aggrediť: nã verius dixiſſet ita ſcribens, Interficit aũt proti-
nus, poſtea q̃ factus fuerit. Scripta eſt aũt ita dictio, ſed perperã, ab eo, q primũ ſcripſit. Alterius ſa
nè hydropũ, quẽ ex flatu conſtare ait, ſanationẽ ſcribit: † quæ profecto hydropum oĩum, quod cõ
mune eſt, habet. Principio aũt ſcripſit tolerantiam, fotum, & temperantiã, calida & ſicca guſtare
admonens: quod ſolius anaſarca eſt, quem, vt inſanabilẽ, prætermiſit. Nẽpe hic ſolus, cũ incipit,
eget interdum ſanguinis detractione, cum ſ. ex retentione vel hæmorrhoidum, vel muliebrium,

† infra thoracem.

† quæ aliquid quidem cõe habet omniũ hydropũ, ſicuti in principio ſcripſit, toleratiã, & fotũ, & tẽperantiã, cõſulens comedere calida & ſicca: aliquid uero ſolius anaſarca, quem, vt &c.

A. li. 3. ſ. 14. c. 14. fol. 324.

vel ex

E vel ex quapiam, quę ita plethorica sit causa, inceperit. Tympaniā vero, & Ascitem nullus per sanguinis missionē sanare est ausus. In eo igitur, qui sanguinis detractione eget, fiat, quę subsequens est curatio, quę scilicet calfacit & siccat. Sanè qui hęc scripsit, ad id, quod expedit, intentionē direxisse videt̃. Non tñ rectè dixit, Si difficulter spirauerit, sanguinis eget detractione: si re vera non propter plethorā hydropa incurrat, propè scilicet ad extinctionē accedente naturali caliditate, vt igni contingit. Nempe, vt ignis propè extinguitur immissis lignis tum humidis tum multis, nisi quis multitudinem sustulerit: sic & in frigidiore ob copiam sanguine, vbi calor natiuus propè extinguitur, pręsentissimū est remedium sanguinis missio, quo tempore periculū ita prehenderit. Perperam quoq; dictioni apponit̃, Fuerit q; anni tēpus æstiuū. Nempe plus minus auferendi sanguinis alia quędā scopi esse dicta sunt, sicuti & anni tēpus: auxilij vero huius, affectionis natura. Dioscorides nō ęstiuum anni tps scripsit, sed vernū, virtutis exolutionē ęstate affuturam suspicatus, hyeme vero affectionis refrigerationem. [a]Vulgàriter autē & [b]inèpte admodū panes calidos ex vino nigro & oleo ei, cui sanguis est detractus, exhibet, scopū quidem verū roborandę virtutis habens, vt exercitationū patientiis sufficere possit. Sed materiā scopo dignā non inuenit: vinum etenim nigrū, sanguinē plurimū generat, sed tm̃, vt & superfluus sit, & melancholicus fiat. Verū F huic melius est vinū dare fuluū, tenue quidē substantia, vt vrinas moueat, sed nō ętate nouū: quo modo sanè multis cōtingit. Vinorū etenim nouorū nullū est fuluum, sed vel albū, vel rubrū, vel nigrū: vetustate aūt fiunt & fulua & flaua. Atqui, quā minimū bibere, & quā plurimū laborare, rectissime ē dictū: nēpe talis viuēdi modus calfacit & siccat. Suillę carnes, si, quo dictū ē mō edant̃, uigētibus ętate & validis nō male dari possint: cęterorū aūt nullus vtiq; eas ꝓbe coquere possit, vt pote q iā ꝓpe est, vt caloris natiui patiat̃ extinctionē. Melius ergo ita affectis dare, q̃ ꝓbe coquēt.

A* ἰδιωτικῶς
B* ἀρχαίως

112 *Qui ventrem inferiorem calidum habent, subeunt q; acres deiectiones & inæquales, hi à colliquatione id patiuntur. Qui si ualentes fuerint, reuelles elleboro albo: si non, cremorem tritici frumentacei crassum frigidum q; dabis, & quod ex lente etnos conficitur, panem q; subcinericium: & pisces febrientibus quidem elixos, non febrientibus vero assos. Vinum præterea non febrientibus nigrum dabis: aliis vero aquam aut à mespilis, aut myrtis, aut malis, aut sorbis, aut palmulis, aut vitium œnanthe.*

** Glossema est, nec ī antiquis quibusdā est, nec in tralatione veteri.*

Excrementa his ob combustionem non ob colliquationē subire propriè magis dixisset. Nam colliquatio in eo fit liquata cōtabefacta q; propter febrē malignam vel pinguedine, vel molli carne: cōbustio vero in vētre oritur propter acrē eorū, quę ingesta sunt, caliditatē, ob quā & febrire G contingit. Elleborū ergo huic album exhibet: quod indicauit per hoc verbū ἀντισπᾶσαι, i. reuellere, nempe per ventrē superiorē. Si vero ęger quauis ex causa nō possit elleborum assumere, vicerit q; acrimonia, pocula dare iubet tum astringentia, tum refrigerantia. Adiicit aūt eduliis, & quæ assiccare possunt, veluti panes subcinericios, atq; assos pisces. His ita & nō sine ratione enunciatis, quem'nā ventrem inferiorē dicat, est contēplandum. Veteres enim thoracē interdum ventrē superiorē appellantes, alimenti receptaculū omne, quod à septo transuerso est, ventrē inferiorem noiant. Interdū autē ventrē superiorē appellātes, in quē cibi assumuntur, quę ab eo sunt oia, ventrem inferiorē vocitant: Interdū quoq; & sola, quę crassiora sunt intestina. Sunt, qui cωlon dūtaxat ventrē inferiorē vocant. Forsan igitur quęsiuissemus, quā'nam vel quas'nā ex ꝓdictis particulis probabilibus impręsentia ītelligere deberemus, si effatu dignū quippiā percepturi fuissemus: sed, qm̃ horū inuentio nihil nos admonet magis, ꝙ ea, quę ipsi & scimus & discernimus, ꝙ non nulla quidē rectè dicta sunt, nō nulla vero nō, cognitionis q; curiositatē magis, ꝙ cōmoditatem, habēt: melius est cito relinquere, & potissimū cū huiusmodi liber Hippocratis legitimus non sit.

113 *Si vero febris no'n habeat, & tormina adsint, primum quidem lactis asinini calidi pauxillum, deinde † sensim paulatim'que plus bibat, & lini semen, & triticeam polentam mista hordeacea, & sparsa adempto amaro faba ægyptia: vel oua semiconcreta edat assa, & similam & milium, & chondrum ex lacte coctum. Cocta hæc & refrigerata edat, atque his similia tum pocula tum edulia ingerat.*

H

† Dictio, non, nō hētur in aliquib⁹ cod. græcis nec in tralatione ueteri.

Quàm plurimi exponentium conuenientius hęc cum prędictis componunt, præsentem sermonem adhuc de iis, qui calidum habent ventrē inferiorem, fieri existimantes. Alij, pauci q; separant, & seorsum exponunt: scopus q; his est partim quidē cacochymiam expurgare, partim vero [*]ἐπικεραννύναι, hoc est cōtēperare infrenare q;: partim q; resiccare, & partim refrigerare. Lac ergo asininū expurgare poteſt & contēperare: Lini semē tū siccare tum refrigerare. Quę aūt ex tritico cōficiuntur polentę, cōtemperāt: quibus nō perperā remiscent̃ hordeacę, vtpote quę siccēt & refrigerent. Fabę ægyptię mediocriter refrigerare possunt. Oua autem & simila & chondrus crassi sunt succi & boni, & humorū acrimoniā infrenāt. Siccat aūt ī edulio miliū, quo refrigerat modo. Omnia hęc frigida exhibet propter humorū, qui affectū procreant, tū acrimoniā tum caliditatē.

* ἐκ προσαγωγῆς

114 *Eius medicinæ partis, quæ victu medetur, maximum est febrium tum intentiones, tum declinationes, non in acutis modo, verum quoque & in longis morbis, obseruare, vt tempora, quibus cibi offerēdi non sunt, & tuto, & quibus offerendi existunt, cognoscas: atque adhuc quando plurimum ab intentione aberunt.*

Artis

Artis ciborum exhibendorum maximum esse ait particulare cibi porrigendi tempus nosse: scopum'q; vnum ait, quod scilicet tempus illud, quo cibus exhiberi debet, quàm plurimum absit ab febris intentione, quam ἐπίτασιν dicit, accessionis principium intelligens. Id autem non in diuturnis solum, sed quoque in acutis verum esse videtur. Sed quare longis in morbis adiecit? Nempe quod in his magis & forsan solis euidens sit scopus. In acutis etenim morbis deprehensa in pedibus caliditas, cibi tempestiue offerendi signum sufficiens fuit: non tamen in longis ita nutrire oportet, sed melior declinationis pars est expectanda: quod in acutis haudquaquam expectari potest, timore cito futuræ accessionis. Sunt, qui dictionem hanc ita scribant: Eius medicinæ partis, quæ victu medetur, maximum est, vt in acutis, ita & in longis, obseruare & scire, quando cibū dare oporteat. Alij finem dictionis ita scribunt: Atque adhuc, cum plurimum à febris accessione aberunt, scire oportet: vt præter cætera, quæ nos in ægro contemplari voluit, & id admoneat. Quod siquis perquirit, & non particulari tempestiue cibandi inuētioni copulat, id importunum esse de alimonia præceptum, atque re nulla dignum, videtur. E

115 *Cognoscere autem & eos oportet, qui capite dolent vel ob exercitationes, vel cursum, vel iter, vel venatum, vel quēuis alium importunum laborem, vel venerea: Decolores item, raucos, lienosos, exangues, spirituosos, sicce tussientes, siticulosos, flatuosos, & venarum interceptiones. Huc adde, quibus ex*tenta sunt tum hypochōdria, tum dorsum, tum latera, torpentes, obscure videntes, eos quibus aurium tinnitus est molestus, eos qui vrinas non continent, morbo laborantes regio, quorum venter cruda egerit, sanguinem è naribus vel sede vehementer profundentes, inflatos, & quos vehemens labor infestat. Nulli etenim horum, nisi superuicerint, medic*amentum exhibebis. Nam periculo ægrū expones, nihil'que iuuabis: spontaneas'que tum permutationes, tum indicationes adimes.* F

*Al. intenta

*φαρμακεύειν

Quo'd inordinate, & præparationis ad commentationem modo, omnia hoc in libro scripta sint, cuiuis patere arbitror. Multa sanè, vt dixi, in hoc bene dicta sunt, ob quæ iis, quæ dicta sunt, non recte quidam fidem adhibuerunt, magis q; qui sibi conscij fuerunt veluti discretoria eorum, quæ scribuntur, scientia carentes. Quæ ergo hac in dictione dicuntur, catalogū habent corū, qui, vt medicationem recipiant, idonei non sunt: καθαίρεσθαι autē, id est purgari, & φαρμακεύεσθαι, id est medicamento purgante vti, idem significant, vt φαρμακεύειν & καθαίρειν. Videamus ergo, quibus'nam ab initio purgationem interdicat. Capite dolentes recenset vel ob exercitationes, vel alium quemuis importunum laborem, summatim eos intelligens, qui ex intempestiuis laboribus capite dolent, haudquaquam purgandos. Labores autem intempestiui importuni'que omnino sunt, quos præsens hoc tempore corporis affectio ferre non potest. Admonebo autem tete G impræsentia rei, quæ ad multa est vtilis, quam semper in memoria haberi velim. Corpore igitur nostro ad morbosam affectionem non nunquam parato, ita vt propè completa sit, externum quippiam obueniens eam affectionem manifestauit, febrem videlicet accendens: vel capitis dolorem, vel catarrhum, vel tussim excitans, vel aliquod quod tale sit. Deinde ex eo continenter ad morbosæ affectionis præparationem non sine periculo languent, neque cursu morbum excitante, vel vehementi omnino motione, vt neque intemperantia, vel refrigeratione, vel alia quauis simili causa: nihil etenim horum suapte natura vehementem generare languorem potest. Nam, si febris ab horum aliquo fiat, hæc ex diariarum genere erit: aut, si symptoma aliquod aliud generetur, id pauco edurabit interuallo. Et sanè sæpius, vt retuli, propter corporis dispositionem vnumquodque horum non morbi causa, sed πρόφασις, id est occasio, redditur. Nam huiusmodi causas propriissime quis appellauerit προφάσεις, non simpliciter euidentes & manifestas, vt hi sæpius vocare consueuerunt, cum ab aliqua manifestarum causarum noxa in corpore euidens fuerit. Si enim nulla alia corporis dispositio affuerit, neque morbus effatu dignus subsequetur: eius'que, quod in corpore fit, detrimenti, quod ipsum fecit, causa est. Scieueris itaque hoc in loco de his agi causis, quæ non sua ratione corpori afferunt detrimentum. Summa autem horum H est vna quidem & prima labores varij & particulares: cursus scilicet, luctæ, pancratia, venerea, frictio, æstuatio, frigus, vigilia, ira, mœror, & timor. Venereorum quidem meminit, verum cætera subticuit, quanquam virtute eadem prædita forent. Nam, quæ, vt dictum est, spiritum perturbant, ea purgatione non egent, quod morbus huiusmodi à cacochymia contractus non sit. Ab his autem digressus indiciis auctor, quos prius dixit, declarauit. Proprie autem ἀχρόους, id est decolores, λειφαίμους, id est sanguine carentes, vocant: eos'que, qui propter aliam affectionem corpus non secundum naturam, affectum habent, κακοχρόους, id est mali coloris, appellant. Hi ergo decolores calfieri expostulant tum exercitationibus, tum vini facultate calidi potu, & cibis, qui talem obtineant facultatem. Raucos deinde subiungit. Nempe & horum humiditatem & frigiditatem ob delapsum ad guttur rheuma sanare conuenit, exiccatis scilicet topicorum auxiliorum vsu tum capite tum cæteris, quæ affecta sunt, membris. Præterea & lienosos purgatione haudquaquam egere inquit: quod non recte dictum arbitror, cum lienosis, si aliis quibusdam, purganda sint, quæ nigra existunt. Post lienosos meminit λειφαίμων, id est eorum, qui sanguinis inopiam habent, etsi non aperte manifeste'que fuerint decolores. Deinde mentionem de spirituosis facit, sicce tussientibus, & siticulosis, obscure ita locutus, vt non constet

stet

A fiet, vtrum'ne finguli horum feorfum intelligendi veniant, an hi tres vna comprehẽdendi. Neq; adhuc in fingulis horũ feorfum intellectis pſpicuus eft fermo, vt et antea iam eft enunciatũ. Nẽpe πνευματώδεις, i. fpirituofos, fepius eos dũtaxat vocant, qui, cum infpirant, acris indigent: interdũ aũt & inflatos: quorũ vterq; multas habet caufas, quas oẽs fi pcurerro, prolixior, q̃ par fit, fermo eft futurus, præter id, ꝙ quidam ex his fanguinis miffionem exigere videntur, alij purgationẽ, & remedium aliud alij. Sic & ficce tuffientes non affectione vna fiunt, neq; fiticulofi. Neq; ẽt impreſenti certiores fieri poffumus, an'ne de febrientibus fiticulofis fermo fit, an de non febrientibus fiticulofis, an de vtrifq;. Quòd fi vnius horum, quæ in aphorifmis recẽfentur, meminerimus, quod
« vniuerfale eft, tolletur. Dictũ aũt in aphorifmis, ‖ Si nõ febricẽti inappetẽtia fuerit, oris ventriculi 4. Aph. 17. Ext. or. 19. a
« morfus, tenebricofa vertigo, & oris amaror, id p fuperiora purgatione indigere fignificat. Si autẽ os amaricat, fiticulofi funt. Pari modo, & qui'nã flatuofi ab ipfo dicãtur, haud fcio, an videlicet cũ venarũ interceptione flatuofi effecti intelligendi fint, cum adfint non nulli, qui per fe legãt. Atq; adeo fingula dictionis huius poffem transmutare: poffem q; oĩa, quæ cognofcere vtile fit, citra librorũ multitudinẽ docere: veluti & de iis, quæ deinceps dicunt. Ait enim, Quibus extẽta funt tum hypochondria, tum dorfum, tum latera, torpẽtes, obfcure vidẽtes, eos, quibus aurium tinni-
B tus eft moleftus, & qui vrinas non cõtinent. Nẽpe in fingulis his pathematis & caufæ & affectiones funt multæ, variis q; egentes curationibus. Quarum profecto non nullæ eã, quę per bilis eductorium medicamẽtum fiat, purgationẽ expoftulabunt. De his ergo oĩbus, atq; adhuc de iis, quæ deinceps dicuntur, nõ enunciationes indiftinctas, fed diftinctiones doctrinas q; tum claras, tum longo rerũ vfu probatas, habes in noftris tractationibus: quas qui intellexerit, omnia quę ab auctore hoc recitãtur, difcernere valebit: atq; an partis meminerit, quam & legitimam & commodæ doctrinæ plenã faffi fumus. In ea fiquidẽ parte cũ demonftratione & explanatione congruentibus q; diftinctionibus fcripta funt omnia: fed, quæ ita diffeminata funt, vt præfens oratio, nihil iuuare poffunt. Nẽpe, fiquis nunc fingula horũ fimpliciter & indiftincte audierit, is multa in arte perperam molietur. Quòd fi fingula, vt oportet, diftinxerit, primum quidem nihil impręfentia ad eorum inuentionem iuuari deprehendet, deinde ad eam, quæ de præfentibus fit, contemplationem multis egere libris cognofcet. Nec vero plerifq; hominum fuaderi poteft, vt aggrediãtur quidem fola ea fcripta, quæ manifefta funt: quæ vero talia non funt, iis, qui ea fcripferunt, relinquant. Nempe, fi nullã illi curam habuere, vt nos ea, quæ fcripferunt, intelligeremus: & nos haud quaquam diligenter adhæreamus, ea, quæ dicuntur, tum quęrentes tum diuinantes, par eft.

116 C *Si cuipiam fanguinem auferre confert, ventrem confirmare oportet, & ita auferre, & inediam præcipere, & vinum tollere: deinde congruenti victu & fotibus humidis reliquam curationem abfoluere.*

Fluente aluo fanguinem non detrahes. Nam, fi poft detractionem perfeuerat fluor, virtutem profternit. Inediam autem pręcipere, hoc eft λιμοκτονεῖν, quibus detractus fuerit fanguis, & vinũ tollere, recte dictum eft, vt & congruo vti victu. Sed fotibus humidis curare, fi de oĩbus quidem, quibus fublatus fuerit fanguis, dicatur, id falfum eft: fi vero de aliquibus, dicere oportuit.

117 *Si vero venter denfus aftrictus'que tibi videatur, mollem huic adhibe clyfterem.*

Dignum confcriptione, quòd omnibus pateat, hoc non eft.

118 *Quòd fi medicamento opus fit, elleboro tute furfum expurgat: deorfum vero talium neminem.*

Tanq̃ ægritudinẽ prædixerit, in qua hæc fieri iubet, fermonem facit, tametfi nihil prædixerit. Vel ergo exempta eft quædam oratio, in qua oftendebatur ægritudo: vel obliuiofus fuit, qui hęc fcripfit: vel talis, qualis à multis appellatur μετέωρος, id eft non dum fixo animo, fed fufpenfus.

119 D *Optimum autem eft, fi vrinæ cieantur, fudores prouocentur, inambulent, & tranquille ita fefe perfricent, vt non denfiorem reddant habitum. Quòd fi in lecto iacuerit, perfricent eum alij.*

Scripfit quoque & hæc ita, tanquam ægritudinem prædixerit.

120 *Et fi in thorace fupra feptum trãfuerfum infeftet affectio, refideat frequentius, qui afficitur: minime q; reclinent, donec vires valeant, fedentem q; calido multo diu refricent. Si vero dolor ventrem inferiorem fub fepto tranfuerfo infeftat, iaceat is (conuenit enim) nullo q; pacto corpus moueatur, feclufa etiam frictione omni.*

Oratione ex hac quis coniecerit tum hęc, tum quæ ea præcedunt omnia, de doloribus fcripta effe. Pretermiffa igitur principio dictionis funt hec, peccante primo libri huius fcriptore, & manente poftea peccato. Quamobrem fieri nõ poteft, vt quifpiam in his veritatem perueftiget, etfi plus, quàm temere, in huiufmodi tempus conterere videamur.

121 *Quæ autem ex ventre inferiore foluuntur tum per vrinas, tum per fudores, fi mediocriter per fe delabuntur, quæ parua funt, foluuntur. Vehementia vero perniciofa funt: nempe tales vel intereunt, vel non fine malis aliis fanefcũt: nam eiufmodi confirmari folent.*

Per

Per talem quoq; dictionem coniicere licet de dolorum curatione omnia, quæ ab ipso ante scripta sunt, dicta esse, & hoc etiam, F

122 *Poculum hydropi. Cantharides "tres abiectis singularũ tum capite, tum pedibus, tum alis, in cyathis aquæ tribus terantur: atque, cum bibens laborauerit, calido perfundatur, vngatur prius. Ieiunus bibat, & panes calidos ex oleo vel pinguedine edat.* A. li. 3. f. 1. c. 13. fol. 32.

Quidam dictionis huius mentem haudquaquam intelligens audax medicus prædictas partes à cantharidibus abiecit, dedit'que hydropi: cui cum à primo die abscessus in sura cõparuisset, post tres alios dies sectus est, effusa'que copiosa aqua, curatus esse visus est, quòd pars tumoris præter naturam plurima statim ad moderationem redacta sit, veruntamen non multis post diebus obiit. Quam ob causam medico quidam crimen ingessit, perperam data esse cantharidum corpora inquiens: nempe propinanda ablatis corporibus tum caput tum pedes tum alas, id'que esse, quod in dictione enunciaretur. Quare non cunctatus audax ille medicus hydropi alteri ita propinauit, mox q; facto similiter in femore abscessu, secto q;, atque effluxo similiter humore, multis post diebus hominẽ mori contigit. Quanquam vrinarum prouocatorio medicamento ex cantharidibus confecto quidam citra bibentium incommodum vsi sint. F

123 *¶ Sanguinem supprimentia, quæ Græci ἴσχαιμα dicunt. Fici succum lana susceptum intus ad venam appone. Vel coagulum inuolutum ad nares immitte. Vel chalcitidem digito ante tractam preme, chartilagines'que vtrinq; foris comprime. Ventrem lacte asinæ cocto solue, caput q; rade, & astringentia, si calidum anni tempus fuerit, exhibe.*
¶ Sesamoides superiorem ventrem purgat sesquidrachmæ pondere in oxymelite tritum & potui datum. Miscetur autem veratris ita, vt tertiam efficiat partẽ: nempe id hoc pacto minus suffocat. ¶ Ad Trichiasin. Filum vbi acui foramen habenti subieceris, celsiorem'que atq; acuminatam supra tensæ palpebræ partem ad inferiorem vsq; traieceris, quod superius est, inferiori liga, fila autem extendens consue & colliga, donec deciderit. Et, si satis quidem fuerit, bene cedat: si non, deficit'que aliquid, hæc refice. ¶ Hæmorrhoidas "modo simili persequeris. Nam acui crassissimũ lanæ pinguis filum & quam maximum colligabis, securior etenim est huiusmodi curatio: deinde comprimes, & putrefaciente veteris medicamẽto: neque prius, quàm deciderit perfundes: unam q; perpetuo relinques: & postea purgabis elleboro. Exercitetur deinde, & sudet, & mane multum perfricetur. A cursu contineatur, & crapula, & ab acribus, excepto origano. Vomat septem diebus, aut ter in mense: nam hoc pacto optime corpus habebit. Vinum fuluum bibat, austerum, & aquosum, & paucum. ¶ Purulentis dissectos scillæ orbiculos in aqua excoque: aquam q; valde feruefactam effunde, aliam'que infunde, & coque ita, vt tangenti percoctum, & molle appareat. Deinde, vbi triueris, cyminũ frictum misce, sesama q; alba, & recẽtes, quæ triũ sint, amygdalas: atq; ex melle ecligma facito, dato q;. Post hæc vinum bibat, papaueris q; albi triti lecisciũ aqua perfusum, & cum frumentacea farina melle q; coctum tepidum'que sorbeat. Sic'que diẽ transigat. Deinde ad ea, quæ contingunt, respiciens, cœnã dato. ¶ Ad Dysenteriã. Fabarum purarum quadrantem accipe, surculos'que rubiæ duodecim immisce, atq; abundanter excoque, deinde delingendum porrige. ¶ Ad Oculos. Cinerem (græce spodon) lotum abundanter'que maceratum, vt pinguedinẽ non liquidam læuem'que teres: acerbó'que vuæ acerbæ amaræ'que succo humectabis, in Sole desiccabis: humectare enim oportet, vt non solutu facilis sit. Cum autẽ siccus factus fuerit, læui trito & sicco perunge oculos, et angulos cõsperge. G
Ad eosdem. Ebeni drachmam, æris vsti obolos nouem, & croci obolos tres, in cote tere: quæ vbi triueris, vini dulcis cotulam atticam infunde: deinde Soli expone, contege: atque vbi concoctum fuerit, eo vtere. Ad eorum dolores. Chalcitidis drachmam, vuæ expressæ partes duas, myrrham crocum'que tere, mustum permisce, in Sole excoque, et eo dolentes oculos perunge: sit autem in vase id æneo. ¶ Quó'nam pacto Vuluæ strangulatio cognoscatur. Digitis duobus comprime: si sentit, ea est: si non, conuulsio est. ¶ Hydropi potio conueniens. Mecony id est peply rotundi lecisciũ atticum. Catapotia eidem. Lepidos id est squammæ, melæ tres latitudine cum farina triticea agglutinẽtur, terantur'que, & in catapotia conuoluantur, dentur'que: deorsum enim aquam purgant, & fæcem deiiciunt. Aliud. In caricas singulas, tithymalli guttas septem etiam pueris instilla. Deinde in vase nouo compone cõcinna'que, & asserua: atque ante cibum exhibe. Aliud. Meconium tere, aquam infunde, & percola, farinam macera, itrium coque, mel coctum infunde, & edendum hydropi exhibe: bibendum'que vinum dulce aquosum, vel dilutã mulsam, porrige. Quod ab excrementis meconium colligis, asserua, & cura. H

A. li. 3. f. 17. c. 4. fol. 353.

Liber hic ex his planè ostenditur commentarius esse, variis mistis q; cõstans theorematis, quod in eo inordinate ab aliis in alia fiat transitus: quomodo & hic in ea, quæ per nares fit, sanguinis profusione, scripta sunt auxilia. Nempe alia parti ipsi, quæ sanguinem profundit, exhibentur: alia reuellunt, vt alui solutio: alia caput addensant, astringunt q;, vt refrigerantia. Quæ deinceps sunt, omnia medicamentorum scriptiones habent, & quædam commista auxilia. De appellato igitur sesamo sermonem in primis facit. Mox pilorum in palpebris manualem operationem scribit, quam ἀναβρογχισμὸν appellant. Pari modo & hæmorrhoidων, alterius q; earum sanationis meminit. Postea purulentorum tum medicamenta, tum sorbitiones, scripsit. Atq; ab his compositiones eorum, quæ ad oculos deputata sunt, medicamentorum. Præterea de strangulationis vuluæ dignotione egit: mox de meconio: postea de aquæ eductorio medicamẽto, & subinde fæcis. Et demũ hydericis ex meconio & itriis exhibet. Sunt autẽ eorũ, quæ serie continuata dicta sunt, plurima quidem manifesta: alia nequaquam manifesta sunt, de quibus deinceps faciam sermonem.

Quæ hoc ĩ loco de Flatibus in vetusto libro sunt adiecta, sumpta ad uerbũ ferè sunt ex libro 3 de causis symp. ca. 2, cl. 3, pag. 27, f

Galeni

GALENI DE DIAETA HIPPOCRATIS IN MORBIS ACVTIS

Augustino Gadaldino interprete.

In omnibus quos viderim Græcis codicibus hic liber sub Galeni nomine, & sine principio circunfertur. Galenus certe in libro de propriis libris cap. 4. & 6. quendam huius argumenti librum se fecisse asserit. sed an hic ille ipse sit, dubium est: tum ob doctrinam, quæ Galeni doctrinę haud ex toto similis videtur: tum ob verba quædam medica ab hoc scriptore vsurpata, quæ fortasse nusquam alibi apud Galenum reperiuntur: tum pręterea, q in fine libri pollicetur se in libro de consuetudine de quibusdam tractaturum, quorum tamen nulla fit mentio in eo libro quem de consuetudine habemus. Quisquis tamen est huius libri auctor, is in Hippocratica doctrina est admodum versatus. Magis autem ipsum extollere possemus, si hunc librum integrum haberemus. Nam licet aliquid adiumenti alter huius libri interpres attulerit, & nos etiam trium græcorum exemplarium ope ac Hippocratis lectione non paucas mendas sustulerimus: principium tamen libri hucusq; inueniri non potuit: atq; aliqua adhuc superesse fatemur, quæ velut interiecta esse videntur, nullamq; cũ superioribus & inferioribus connexionem habere: aliqua item, quæ nullo modo, aut vix intelligi queant.

Deest principium.

In paroxysmis quietem ac solamen non motum indicari. CAP. I.

quietem vero & mitigationem indicat, ac obsequendum potius, quàm cogẽdum, omnibus, quæ
« mouere possint, præsidiis amotis. [a] Cum vero irruunt morbi, quiescere oportet & laborantẽ &
« medicum à curationibus, ne quid mali fiat. Hoc idem etiam de particularibus paroxysmis, id est
« exacerbationibus vaticinatus est, inquiẽs. [b] Iis qui per circuitus exacerbãtur, nihil dandum, neq;
« C cogendum, quod est, nullo, quod cogere possit, vtẽdum. Nihil enim in paroxysmis, quod vel apponere queat, vel violentum sit, assumendum censet. Forte vero & hoc idem innuit, cum inquit.
« [c] Quæ iudicantur, vel iudicata sunt integre, neq; mouenda sunt, neq; innouanda, neq; pharma-
« ciis, neq; aliis irritamentis: sed sinenda. [d] † Satis sit paroxysmi malum: ne simul adsit & hoc, & id quod ab arte fit. Verum de indicationibus deinceps considerabimus.

A Libro 3. de morbis. cap. de pleuritide ex dorso.

B 1. apho. 19. Ex. ord. 9. f. Et lib. de humo.

C 1. apho. 20. Ex. ord. g. Et libro de humo.

Morbos omnes sua tempora habere. CAP. 2.

Videamus autem & tales temporum * deinceps differentias. Dicamus q; morborũ alios natura quatuor ipsa tempora acuta habere: alios producta: nonnullos tarditatem cũ celeritate compensare, hos in principio, illos in fine, alios, vt sors tulerit. * In Epidemia enim, cum prius posuisset febrium differentias ſm ipsarum figuras, continuarum scilicet, intermittẽtium, semiter-
« tianarum, tertianarum, quartanarum, & reliquarum: postea hæc infert. [e] Sunt autẽ modi & con
« stitutiones & paroxysmi singularum harum febrium tam continuarum, quàm intermittentium.
« Etenim continua quibusdam incipiens floret ac viget maxime, atq; ad grauius perducit: circa cri
« sim vero atq; vnà cũ crisi attenuatur. quibusdam vero molliter incipit ac summissim, increscit aũt,
« D & exacerbatur quotidie: circa crisim vero & vnà cũ crisi satis elucet, quibusdam autẽ blande inci-
« piens increscit, exacerbaturq;: atq; cũ aliquãdiu viguerit, rursus submittit se usq; ad crisim & circa
« crisim. contingit aũt hæc fieri in omni febre & omni morbo. Esto, vt hæc Hippocratis verba pręcipue quidẽ intelligantur in febribus cõtinuis ob notabilitatẽ: prædictę tñ temporum motiones non solum in omni febre contingũt, sed etiã in omni morbo. Ita vt nec ab Erasistrato nec ab vllo recentiori discendum nobis sit, ophthalmiam, i. oculorũ inflammationẽ, et otalgiam, i. aurium dolorẽ periodos seu circuitus habere, sed ab eo, qui medicinã inuenit & perfecit. Cõtingit enim (ait)
« hæc fieri in oĩ febre & omni morbo. Cum aũt intulisset omnẽ etiam morbũ quatuor habere tẽpo
« ra, rationẽ ad vsum reduxit, inquiens. [f] Oportet autẽ diętemata ex horum cõsideratione offerre.
« Sed quia nõ ex hoc solũ diętemata sumit, iccirco addidit. [g] Multa vero etiã alia opportuna signa
« his sunt germana, de quibus partim quidem scriptũ est, partim vero scribetur: ad quæ ratiocinan
« do examinare atq; considerare oportet, cui horũ acutus & letalis vel salutaris sit: & cui adhibendum sit vel non: & quando, & quãtum, et quid offerendum erit. Et quis breuiori sermone remediorum scopos tradidisset, quàm hic ipse Hippocrates, qui considerandum esse ait quãtum, quid, et

D † *Videtur innuere locum libri τῶν παραγγελιῶν, id est præceptorum, non longe à principio.*

E 1. Epi. sect. 3. t. 10. cl. 3ª. 12. a

F 1. Epid. sect. 3. t. 11. cl. 3ª. 110. b

G Ibidem.

& quando. Etenim ordo in hoc & tempus cōsistit. Qui ergo prius nutrit, postea apotherapia vti- E
tur, is peccat in quando: nā quod tempus requirit, non offert: quo nō indiget, id assumit. hic ipse vero, qui tempus transposuit, néc feliciter, ea quæ ad ordinem spectant, coniectatur.

De tempestiuitate & intempestiuitate. Quòd terrestria cœlestibus compatiantur. CAP. 3.

SEd de his quidem alibi. Nunc autem de temporibus docēdo disputabimus, vt ab initio ad finem vsq;, locum hunc omnem absoluamus. primumq; verba ex libro de Morbis afferemus, in quo cum prius declarasset, necessarium esse, vt sciatur, quid sit tempus (hoc est καιρὸς) & quid

Li. de Morb. intempestiuitas (hoc est ἀκαιρία) postea hæc subnectit. ‖ Tempora autem (vt semel dicam) multa » & omnimoda sunt in arte, quēadmodum & morbi, & eorum curationes. Sunt autem acutissima » tempora, illis scilicet auxiliari qui vel exanimant, vel mingere, aut egerere nequeunt, vel suffocan » tur, vel mulierem parientem, aut abortientem liberare: vel quæcunq; sunt eiusmodi. & hæc qui- » dem sunt tempora acuta, nec paulo posterius conferunt. plerique enim obeunt paulo posterius. » Tempus igitur est, si quis homini aliquid horum patienti, anteq; anima exierit, in tempore opitu » letur: qui vero hoc facit, is certe opitulationis tempus scit. Quicquid enim quis in tēpore assum- » pserit, id propterea quòd eo instanti tempore assumptum est, opem tulit. Cùm autem de acutissi- F » mis, ac maxime repentinum auxilium requirentibus dixisset: deinceps & de tempore protracto

Ibidem. docet. [d]‖ Alij autem sunt morbi, quibus tempus est, vt semel die curentur, & quando sanè, nihil re » fert: alij tertio vel quarto quoq; die: alij semel in mense: alij tertio quoq; mense: & an tertio inci- » piente, an finiente, nihil refert. Talia sunt tempora, in quibus non aliam habent certitudinem, » quàm hanc. Incepit sanè ab hypostasi quæ in temporis puncto consistit, atq; ita ad horas acces- » sit, & ab horis ad dies, & à diebus ad menses, eosq; per lunæ incrementum vel decrementū nume ratos. Quod autem aliquibus fortasse paradoxon esse videtur, id ego magnam vim habere ostendam ad morbos destruendos, ac præcipue diuturnos, in quibus permissum est artifici, idonea tem

Lib. de Alim. pora expectare. id autem est, compati contransmutariq; cœlestibus terrestria. ‖ Conspiratio enim » vna & cōfluxio vna, nō solum in nostris corporibus, sed etiam in vniuersis. Si quidē mutationis, quæ in ambiente est, participes fiunt & plantæ, & animantes, & multo magis in lunæ transfigurationibus. eius enim calor, terræ vicinior est. vnde & carnes quorundam animalium & viscera coaugentur. & vniuersaliter alia quidem tabescunt: alia vero liquescūt. Coadnotāt autem & hominum corpora, ac multo magis in morbis. potens enim est sanitatis robur tales mòrbos occultare. Morbi autem si per detractionem fiant, decrescente luna ad deterius adnotationem faciunt: si per G abundantiam & affluentiam, crescente luna præcipue premunt. Scire itaq; debet artifex, non solum in oceano mari recessum & accessum fieri aquarū circa tales lunæ transfigurationes: sed etiā in nostris corporibus quandam esse reciprocationem, id est ἄμπωτιν, humorū, in quibus crescente luna, conuenit auxilia quæ replent assumere: decrescente autem, detractione vti. Cōtraria enim quæ in toto pugnant, non solum ægrotantem superant, sed etiam medicum. ita enim arti cooperatur & numen diuinum. Quapropter etiam sermonem prædictis consequētem infert, etiam ad

Li. 1. de Morbis horarum vsq; circumuersionem, cum inquit. ‖ Intempestiuitas autem est huiusmodi. Quæcunq; » quidem mane curari debent, si meridie curentur, intempestiue curātur. intempestiua autem sunt » hæc, propterea quòd inclinationem ad peius habent propter curationem nō in tempore adhibitam. » Quæcunq; autem cito, siue meridie siue vesperi siue noctu curentur, intempestiue curātur. Et si » hieme curari debeāt, curentur æstate: vel si quod iam curari oporteat, id ipsum differatur: vel si » quod differri oporteat, hoc iam curetur: talia intempestiue curantur. Et hæc quidem obiter ac ve » luti præter sermonis tradendi propositum dicta sint.

Duo cum sint tempora ex Hippocrate, alterum totius morbi, alterum cuiusq; paroxysmi: alimenta pro eorum ratione exhibenda esse. Multæq; de hac re traduntur regulæ. CAP. 4. H

VOlo autem iam opportuniora scribere. Sunt autē hæc. Duo tempora tradit Hippocrates, al-

Videtur innuere t. 11. sect. 3. primi Epid. terum totius morbi, alterū particulare cuiusq; paroxysmi. ‖ Dicit ergo in Epidemiis necesse esse, vt totius morbi incrementum et remissionem vigoris consideremus. & ad vtraq; tempora respiciendo, semp auxilia adhibeamus. Et hoc facile in omnibus doceri potest, at in alimēto ostendetur. Alimentum enim optimum est in diæta auxilium. Id enim solum si cæteris comparetur, omnibus æquiualet: omnia etiam in se continet. Huius rei testis est Hippocrates, qui alimenta, diætas vocauit: totius enim appellatione partem exornauit. Est autem totus hic sermo iunioribus medi

1. Aph. 7. & 9. Ext. ord. d. g cis maxime cōtrarius, medicinæ tamen cōsequens. ‖ Vult enim Hippocrates vt medicus à primis diebus sciat, quis morbus cito, & quis tarde vigebit: & vbi hoc prædidicerit, virtutem etiam labo

Forte glossema. rantis consideret: ac tanq; in quadam suæ ipsius cogitationis libra, de vtrisq; ponderet: vtrum, si à principio tenuiter nutriatur laborans, sufficere ad vigorem vsq; poterit (ita vt post principij tem

1. Aph. 8. ext. ord. 4 f pus vsq; ad vigorem tenuiter semper cibetur. ‖ Quādo enim viget morbus, tunc tenuissima diæ- » ta necesse est vti) an prius ipse deficiet, nec ad vigorem vsq; perdurare poterit. Nam si futurum est, »

vt

A vt æger ante vigorem dissoluatur: primis certe diebus virtus resumi debet, vt possit postea æger, dum vigor aderit, tenuiter cibari. Non enim in omnibus dictũ est, in principio pinguius cibari oportere: sed in iis, in quibus futurum est, vt virtus circa vigorẽ dissoluatur. Discamus autem & huius dogmatis rationem: ita enim ipso audacius ad artis opera vtemur. Natura archegonon, i. primogenian, & primam suæ ipsius eucrasiam seruans, oportune appetit quæ offeruntur, riteq; quę assumpta sunt dispensat, & in vniuersum corpus distribuit, appositionesq; & detractiones commoderatas facit. Cum autem morbi inciderint, ac στάσιν, i. seditionem & ἀναρχίαν. i. carentiã principatus rebellionem'ue effecerint, quantũ vtiq; passiones valuerint, tantum etiam natura fatigatur. Ac circa quidem morborum principia, exigua est naturalis status euersio: multũ vero est naturæ robur. circa vigores autem magna est status præter naturam vis: multa vero naturæ infirmitas. Quare, si futurũ est, vt quispiam à principio tenuiter nutritus, circa vigorẽ solidiora alimenta, virtute prius consumpta, sit postulaturus: hunc in principio roborare consulit, vt cũ postea vigor adfuerit, tenuiter cibetur. Etenim rationi cõsentaneum est, vt in difficillimo morbi tempore, & in quo potissimũ pugnare natura creditur, paucus sit cibus, tenuissimeq; id, quod offertur, nutriat: ne in distributione vellicet, neq; multam faciat additionem, sed, non secus ac irrigationes, so

B letur: totumq; corpus permeet, labore aut tempore quo dispensetur, minime indigẽs. Neq; enim in particularium quidem paroxysmorum vigore cauendæ sunt alimentorum oblationes, in vniuersalium autẽ morborum vigoribus nutrimẽta sunt danda. Prope posita est (inquis) declinatio. Ego vero haud quæro quid sit quod futurum est, sed quid quod præsens est. Neq; enim id quod humanius est vigorem denotat, sed declinationẽ. Morbi vis adeo cita est, vt minime comprehẽdi possit. Nonne sępius magnitudinem nescimus, quamuis etiam virtus viguerit? Hæc certe plurimum eueniunt. Quòd autẽ non omnes circa principiũ velit pinguius nutrire, sed quibus futurum est, vt circa vigorẽ virtus dissoluatur, patet ex iis quæ inferuntur: quid enim ait? ‖Neq; igitur licet præter tempus, neq; vehementissimas vasorũ vacuationes facere, neq; vigentibus morbis et in inflammatione existentibus, cibos offerre. Et rursus. ‖Hoc igitur maximum documẽtum esse censeo, ꝙ primi dies non sint sorbitione tali vel tali priuandi, iis qui paulo post talibus vel talibus sorbitionibus sunt vsuri. Præsumpsisse hoc decebat, propterea quòd de acutis sermo est. Et paulo post ostendit, se non in omnibus, sed in aliquibus, talem victũ instituere, inquiens. ‖Hæc igitur omnia magna testimonia sunt, ꝙ non recte medici ad diętemata ægrotantes ducũt, sed in quibus morbis non oportet vasa vacuari, iis scilicet qui sorbitionibus cibandi sunt, vasa vacuãt. & in qui-

C bus ex vasorum vacuatione ad sorbitiones mutationem facere non oportet, in iis mutationem faciunt. et plerũq; absolute. Aliquando autẽ in his temporibus ex vasorũ vacuatione ad sorbitiones mutationem faciunt, in quibus sępenumero expedit à sorbitionibus ad vasorũ vacuationem accedere, si ita morbum exacerbari contigerit. Hoc autẽ est vigoris tempus in quo ob virtutis dissolutionem coacti, à tenuioribus ad solidiora cibaria accedunt, cum tamen corpora iam ab inflammatione detineantur. ‖Non igitur licet præter tempus nec vehementissimas vasorũ vacuationes facere, neq; vigentibus morbis & in inflammatione existentibus, cibos offerre. Neq; decet, ait, immodicas ἀνατάσεις, i. protractiones assumere, neq; intẽpestiue nutrire. In multis autem intẽpestiuum maxime est, ad tertium vsq; diem ascendere: nocua etiã male est quæ alternis diebus fit nutrimenti oblatio. Ad eos enim qui ita cibant, respiciens, omnia hæc scribit. In principiis enim magnum peccatum est ipsa diatrite, i. triduana inedia, qua tamen etiã Hippocratis tempore vtebantᵣ. Testis est ipse Hippocrates rursus in libro aduersus Cnidias sententias, dicens. ‖Noui autẽ medicos, qui contrario maxime modo ac oportet, faciunt. volunt enim cuncti, vbi in morborum principiis, duobus vel tribus vel pluribus diebus fame arefecerint homines: ita offerre sorbitiones & potiones. Nec increpat, ꝙ aliquos ad prædictum vsq; dierum numerũ protrahant, sed quòd omnes.

D nes. quandoquidem & ipse protrahit ad tres & ad quatuor vsq; dies: sed protrahit quos oportet. ‖Inconstantes enim febres, donec cõstiterint sinit, vbi vero constiterint, hoc modo curat. sorbitiones enim & potiones in conuenienti die offert. Consulitq; tertium & quartũ diem cauẽdos esse. ‖quandoquidem hi dies, παλιγκοτίας, i. recrudescentias, vt ipse ait, potissimum pariunt: ea item tum quæ ad phlegmonem & immũditiam incitant, tum quæ ad febres tendunt. & magni admodum momenti, perinde ac quoduis aliud, documentum hoc est. cum qua enim ex opportunissimis in medicina rebus non circa vlcera solum sed etiam circa alios multos morbos non communicat? Nisi quis alios etiam morbos vlcera esse dixerit. habet enim quandam & hæc oratio æquitatem. Videamus ergo id quod sequitur, per quod patrocinatur iis, qui in plures dies protrahũt. Et forte aliqua etiam æquitas videtur ipsis esse, vt cùm magna mutatio in corpore facta sit, aliqua etiam valde magna mutatio obiiciatur. At mutare quidem, nõ parum bene habet. Recte quidem sanè transferenda est & ipsa mutatio. & ex mutatione, exhibitio gustamentorum adhuc magis. Recte ergo cum mutatio facta est in corpore, protractionem ad tres vsq; dies faciendam laudat. sed recte ac artificiose hoc facit, dum genus, & magnitudinem affectionis, & tempus, & regionẽ,

[Margin notes: 2. de Vict. acu. 32.7ª.120.h — 2. de Vict. acu. 41.7ª.122.d — 2. de Vict. acu. 42.7ª.122.e — A ɔp·vict. rõne ac. 32.7ª.120.h — 2. de Vict acut. 18.7ª.119.h — 4. de Vict. acut. 54.7ª.114.a — 3. de Fract. t. 33 7ª.246.d — T. 34. — 2. de Vict. acu. 18.7ª.118.h]

& ætatē & anteactæ diętæ formam considerare contulit. quæ certe mutationis diętæ, firmissimæ E sunt indicationes. Illud certe est obseruandum, ne cum alimentum circa primos dies subtraxeris, quando id & laborans sumere, & virtus conficere poterat, circa vigorem postea, dum virtutem sere dissolutam vides, mutationem aggrediaris, pugnareq; adhuc magis virtutem cogas, quo tempore ne sorbitiones quidem confici ab ægrotante possunt, id illi hoc suadens, nutrimentisq; eum suffocans. Videre enim licet ratione quidem methodicos, opere vero amethodos medicos, vinū & carnes dare, tanquam in vas inanime alimenta infundentes. Ac ei quidem qui recta ratione in principio protrahit, in vigore etiā virtus cōstans perseuerat. ei vero qui indebite protractionibus vsus fuerit, circa principium etiam debilitatur, partim quidem à morbo, partim vero à prauo artifice coacta. Eiusmodi etiam medicos in aliis redarguerat inquiēs. || Quid enim tandem mali erat, si premium ignorantiæ ferrent ij, qui artis opera male administrant? nunc autem ægrotis qui extra culpam sunt, non sufficiens videbatur ex morbo noxa, nisi etiam medici imperitia accederet. Oportet ergo ita semper circa initia & protractionibus vti, vt ne quidem cogitandum sit, circa vigores morbos esse mitissimos, etiam si post protractiones, & maxime eas quæ plurium dierum sunt, cibus exhibeatur. Didicimus autē & ex iis quæ intulit: rationem enim subnexuit. || Ac mutare quidem non parum bene habet: recte quidem sanè transferenda est & ipsa mutatio, & ex mutatione exhibitio gustamentorum adhuc magis. A communi ratione, si recte fiat mutatio, firmiter etiam debet sequi iuuamentum. Malum sanè est in alterutro peccare, peius tamen est in additione. Audiamus & quæ deinceps dicat. || Coniectandum sanè est & robur, & modus morbi in singulis, & naturæ hominis, & consuetudinis, & diętæ laborantis, non solum ciborum, sed etiam potuum. multo autem minus ad additionem eundum est, quandoquidem subtractionem omnino auferre sępenumero confert, vbi perduraturus est laborans, donec morbi vigor concoctus sit. Neq; enim virtutem considerare debemus, an phlebotomiam {vel aliud quippiam validum presidium} omnino ferre queat, sed an his neglectis, perdurare ac portare morbi vigorem possit. Quare mihi ne dicas, & ego virtutem inspicio, neque enim ita inspicis, vt oporteret. quocunque autem modo inspicis, præterquàm quòd nihil noui dicis, † tua etiam ipsius} vniuersalia theoremata subuertis. Quæ igitur artificialis ratio est? || Coniectandum est, an ægrotans ex diæta vsq; ad morbi vigorem: perdurabit & vtrum ille deficiet, & ex diçta non perdurabit, vel morbus prius deficiet ac obtundetur.

Libro preceptorū non longe à principio.

2. de Vict. acut. 18.

2. de Vict. acut. 36. 7ª. 121. e

† σεαυτῦ, i. tui ipsius. forte tamen αὐτῦ, i. ipsius scilicet Hippocratis.

Notæ traduntur ex Hippocrate quibus scire possimus qui morbus cito & qui tarde vigorem sit habiturus. CAP. 5. G

1. apho. 9. Ext. ord. 4. g

CVm autem ipse sciret, non cuiusuis medici esse, à primo morborum insultu, scire, quinam cito, & quinam tarde vigeant, multas ad hoc notas dedit in omnibus suis libris, pręcipue vero in secunda Epidemia, dicens, || Circa principia morborum considerandum, an statim floreant. manifestum autem hoc fit ex incremento. Nosces, inquit, ipsum vigorem prope, vel procul esse, si probe incrementum consideraueris. Morbi enim qui paulatim increscunt, tardum: qui celeriter, celerem denotant vigorem. || Incrementa autem ex circuitibus, & crises quoque hic manifeste. Per incrementum quidem vigorem agnosces: incrementa, vero per circuitus. Aliud enim est, singulis diebus adnotationem habere: & aliud, vno die vel duobus interiectis. Nec hoc tantum satis fuit. sed adiecit etiam artificiosiora. || Et ex paroxysmis in circuitibus considerandum est, si citius an non: & si longiori tempore an non: & si magis an non: Vult vt ad præcognoscendum accelerantem vel tardantem vigorem, prædicta obseruemus, idest vtrum festinanter an secus, incrementum adueniat: & vtrum modus propius accedat ad continuitatem, an multum absit à continuitate. Ad hæc etiam paroxysmi in circuitibus an citius an non. hoc est, an anticipent, an postponant. Nam qui anticipant, celeritatem, qui postponunt, tarditatem magis significant. Quoniam H autem potest qui anticipat paroxysmus, prius etiam desinere: ob id addidit, Et longiori tempore, an non. Præterea cum sciret non in longitudine tantum et breuitate paroxysmorum, differētiam esse, verum & in vehementia & imbecillitate, fieriq; posse vt in æquali adnotationis dimensione difficilius vel leuius aliquis exacerbetur: iccirco addidit. Et magis, an nō. Cum videris magnum aduenire incrementum: ac sequentem paroxysmum præcedenti semper & multo longiorem & multo difficiliorem, scias vigorem statim affuturum. || Nam & eorum qui repente moriuntur, celeres sunt ipsæ crises, quoniam & celeres sunt dolores & continui & validi. Ex contrariis autem contrarium. Forte vero & aliarum rerum hoc commune est, vt quæ quidem citius fiunt, breuiores sint: quæ vero tardius, longiores. Non solum autem in Epidemiis, sed etiam in Aphorismis, rationes docet, per quas præscire poteris vigorem prope vel procul esse. || Paroxysmos autem & constitutiones indicabunt morbi. Nam horum alij natura acuti: alij natura diuturni. Et tempora anni. Quæcunque enim ipsorum adiuuāt, morbis aduersantes, celeriter & incrementa et vigores faciēt. || Ideoq; necessarium est scire, bonum esse quod in cōstitutione & in morbo commune est.

2. Epid. sect. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

*Al. febres.

1. Aph. 12. ext. ord. 5. a

Ibidem.

3. Epid. 3. t. 88. 3ª. 151. h

Et

« A Et circuituum inter se incremēta. || Hæc quidem sunt communia cum iis quæ in Epidemiis dicta sunt. Adiiciet autem & aliam quandam præterea rationem, per quam vigorem scire poteris. || Et ex iis quæ mox apparent, vt in pleuriticis, si sputum statim appareat, incipiente quidem morbo, abbreuiat: si vero post appareat, prolongat. || Concoctiones enim celeritatē criseos sanitatisq; securitatem significant. || Et vrinæ, & deiectiones, & sudores, mox apparentes, morbos ægre & facile iudicandos, breues & longos indicant. Habes, inquit, vbertatē, si nostra legas, nec solum celerem vel tardum vigorem, sed etiam alia multa eorum quæ futura sunt, prænosces. Hoc tantum prius accipe, ac firmiter crede, optimum esse, vt medicus prouidentium adhibeat, non ad gloriam tantum, sed et multo magis ad curandi rationem. His prius constitutis, rationem ad artis opera accommodato.

1. Aph. 12. ext. ord. 5. a
Ibidem.
1. Epi com. 2. t. 45. 3^a. 112. b
1. Aph. 12. ext. ord. 5.

Regulæ cibandi pro ratione totius morbi. CAP. 6.

« QVibus || igitur statim est vigor, ij statim tenuiter sunt cibandi. Neque enim de virtutis dissolutione est timēdum, vbi vigor statim affuturus est, sicuti in angina vsu venit: Licet enim, vt totus ad morbū tollendum incumbas, nihil de virtute formidans. || Quibus autem po-B sterius est vigor: in illud tempus & paulo ante illud subtrahendus est cibus: antea vero pinguius est cibandus æger, quo durare possit. Hoc in loco de vtrisque simul passione inquam & virtute coniectari oportet. Cibari autem plenius, est paulo solidius nutriri, quàm fiat in extreme tenui dieta. || In paroxysmis autem subtrahere oportet. Per hæc verba documentum valde curatiuum ac ad artem maxime spectans tradit, hoc est incumbente grauiori paroxysmo, nihil nutrimēti apponendum esse, siue enim per ἐπανάβασιν, quasi dixeris superascensionem, vehementiores fiant paroxysmi, pulchrum sanè est, virtute proiritata, ad detractiones accedere: siue etiam nunc quidem leuiores, rursus autem grauiores fiant adnotationes, ex arte rursus est, ante difficiliorem paroxysmum nō nutrire: sed semper post grauiorem adnotationem. Sed exacerbabo, inquies, morbum, si primis diebus alimentum dedero. atq; ita quem curandum suscepi, lędam. At certe magis iuuabis, virtutem seruando. Omni sanè auxilio noxa aliqua cōiuncta est. quod enim iuuat, id etiam nocet. Si ergo eum in principio nutriuero, cui futurum est, vt virtus circa vigorem dissoluatur, morbum quidem aliquantisper augebo: at virtutem magnopere corroborabo. || Qui vero opinatur virtutem non refici, sed morbum exacerbari, mortem is proculdubio ægrotanti afferet. || Peccata autem quæ per initia committuntur, non æque, vt hæc, immedicabilia sunt, sed multo C facilius corrigi possunt. patet ergo, quòd non lubens in primis diebus ad alimenti exhibitionem accedit, sed tanquam in angustia quadam detentus, commodissimum eligit tempus. Quòd, si nihil ipse de virtute vereatur, maxime ex arte esse existimat, ad tertiam & ad quartam vsque diem, non nunquam etiam & ad longius tempus protractionibus vti. quando & robur virium adsit, & morbi modus cogat, multaq; subsit humorum redundantia: et loco phlebotomiæ vel aliorum vacuantium præsidiorum, longiorem eligimus protractionem. Aliquibus enim in diatrite, aliquibus ante diatriten, aliquibus post diatriten, probe primum exhibitum est alimentum. Et in vniuersum quidem, symmetriam attingere oportet. Si autem hoc fieri nequit, vergendum est magis ad protractionem plurium dierum, quàm ad celeriorem alimenti appositionem, si virtus nihil prohibeat.

1. Aphor. 10. Ex. ord. 4. h
Ibidem.
1. Aphor. 11. Ex. ord 5. a
Locus mendis nō vacās. vř āt inuere tex. 40. 2. libri de Vict. rōne in morb. acu. Sed sanè deterius agit q omnibus vaia ante & c.
2. de Vict. rōne in acu. t. 40. 7^b. 122. c

Animaduersiones de virtutis fortitudine & imbecillitate. Signa imbecillitatis virtutis ob inanitionem, ob morbi acumen, ob iritamentum aliquod, exemplo flammæ lucernæ. CAP. 7.

SEd quispiam ex iis qui methodum perturbant, inquiet. Et ego virtutem animaduerto. Ad quem licet respondere. Et quomodo virtutem inspicis? non enim apparet. nam sępius qui D primo aspectu fortis videtur, imbecillus est, dissolutuq; facilis. Nam qui fortis videtur, * non per ea, per quæ virtus, dignoscitur. Accipis ætatem, anni tempus, regionem, & similia. Nonne tibi licet pulsus tangere? At neque si tetigeris cognosces, vtrum in spiritu, vel in humoribus vel in solidis sit virtus. Mentem adhibes naturalibus actionibus, vt scire possis, à quot rebus virtus impediatur. Si autem nunc quidem permittat, posterius autem dissoluetur, præuidere poteris, si naturæ κράματα, idest temperamenta consideraueris. præcognoscere item vigores poteris. Si vero noueris alicui quidem firmam esse virtutem, alicui vero facile mutabilem, diiudicabis alterum septentrionalem, alterum meridionalem esse. Quoties autē imbecilla visa est manere virtus, at per detractionem corroborata est. Audi Hippocratem ignaros medicos redarguētem. || Non enim video medicos talium rerum esse peritos, quomodo scilicet dignoscere oporteat imbecillitates in morbis, & quæ ob vasorum vacuationem fiunt, & quæ ob aliu d quoddam iritamentum, et quæ ob dolorem & ab acumine morbi: itemq; quot passiones & omnigenas formas natura nostra & habitus singulis pariat. quamuis talia salutem vel mortem inferant cognita vel ignorata. Neque enim paruum periculum est, si ignoretur vtrum virtus per indigentiam dissoluatur, ita vt nutri-

2. de Vict. rōne in acu. 47. 7^b. 123. f

menti additione indigeat,an ob phlegmones magnitudinem suffocatur, ita vt detractione indi- E
geat.an ob aliud quoddam iritamentum,idest ob mutationem & corruptionem eorum quæ assu
muntur. Sicuti enim lucernæ flamma & ob defectum olei extinguitur, & ob multam confer-
tamq; infusionem: & quando non purum & argillosum est: Eodem modo & calidum quod est
in nobis,natura existens flammæ similis, & indigentia & abundantia & prauitate alimenti cor-
rumpitur. Itemq; quot passiones & omnimodas formas, natura nostra et habitus singulis pa- »
riat.Quidam enim natura famelici sunt,quidam stomachum habent qui facile afficitur,& animo
facile delinquunt,ac à minimis affectionibus læduntur,et alimenti appositione semper indigent.
Et aliæ sunt priuatim in singulis syncrises. Animaduertendumq; est ne cum in eiusmodi habitus
2. de Vict. rône in acu. 48. 7ª. 124.a — incidimus,aliquod peccatum committamus. ‖ Maius enim malum est, si ob dolorem & acumen »
morbi debilitato, potionem vel sorbitionem copiosiorem aut cibum quis obtulerit, existimans »
ob vasorum vacuationem imbecillum esse. Indecorum etiam est ob vasorum vacuationem debi- »
litatum nō cognoscere,ac diæta eum premere. Affert etenim aliquod periculum & hoc peccatū. »
multo tamē minus quàm alterum. Ridiculosum autem magis est hoc peccatum quàm alterum. »
Si enim alius medicus vel etiam idiota ingressus cognouerit ea quæ contigerunt, & edenda po- »
tandaq; dederit ea,quæ alter prohibuit,aperte iuuasse existimabitur. Talia artificum instituta ma F »
xime ab hominibus vituperantur.videtur enim ipsis ille qui ingressus est medicus, vel idiota,tan »
quam mortuum suscitasse: scribentur autem & de his signa, quibus singula dignoscere oportet. »
De vniuersalibus igitur temporibus & de primâ alimenti exhibitione hæc satis sint.

Regulæ cibandi pro ratione particularium paroxysmorum. CAP. 8.

1. Aph. 18. Ext. ord. 9. f. lib. de humo. — VIdeamus iam & de particularibus.‖Iis qui in circuitibus exacerbantur, nihil dare oportet, »
neque cogere,sed detrahere de additionibus ante criseis. Item. ‖In paroxysmis subtrahere »
oportet,addere enim,noxa.Et,quæcunque per circuitus exacerbantur, in paroxysmis subtrahe- »
1. Aph. 11. Ex. ord. 5.a — re oportet.In morbis sane qui per circuitum vexant,siue continui sint, nullasq; habeant intermis »
siones,siue ex quibusdam interuallis exacerbentur ac reiuuenescant, obseruandum est ne in paro
xysmis esculenta aut poculenta aut diaclysmata demus: quandoquidem quicquid tunc offertur,
7ª. Aph. 62. Ex. ord. 59. g — morbi non corporis fiet alimentum.‖Si quis enim alimentum febricitanti dederit,vt sano robur, »
ita laborāti morbus.Neque cogere, hoc est, nulla re cogente vti.solamine enim potius est opus, »
quàm vi in paroxysmis,expectandumq; est remissionis tempus,& in eo vehementia cogentiaq;
remedia assumenda sunt: vbi vero paroxysmi inciderint, lenientia. Quemadmodum enim feræ G
etiam valde agrestes,si quis eas placide adeat,blandeq; demulceat,mansuetæ redduntur: si vero ex
aduerso ipsis irascatur viq; adoriatur, agrestiores efficiuntur: Ita & morbi quodam modo agre-
stiores effecti,si quis eos in paroxysmis soletur & mitiget, leuiores ac mansueti euadunt: si vero
ex aduerso se opponat vimq; inferat,excitantur ac exacerbantur.Propter has & alias id genus cau
sas nec rebus cogentibus, nec alimentis vult vti in paroxysmis. partim quidem ob additionem,
1. Aphor. 11. Ext. ord. 5.a — partim vero ob turbationem quæ in dispensatione fit.‖Et quæcunque per circuitus exacerbātur, »
in paroxysmis subtrahere oportet, addere enim noxa.‖Non solum autē dum adsunt paroxysmi, »
Lib. de Alim. — nulla re quæ mouere aut addere possit, vtendum esse censet: verū neq; dum mox futuri sunt: sed
dum deorsum inclinat morbus. Hocq; sapiēter admodum in libro de morbis demonstrat, cū ait.
Li. 3. de Morb. ca. de pleur. ex dorso. — ‖Cum autē irruunt morbi,quiescere oportet & laborātem & medicū à curationibus, ne quid ma »
li fiat.Omnium autem clarius ac magnificentius in libro aduersus Cnidias sententias, cū inquit.
1. de Vict. rône in acu. 46. 7ª. 115. f — ‖Tempus autem exhibendæ sorbitionis hoc maxime obseruare per initia & per omnem mor- »
bi decursum oportet. Quando sanè pedes frigidi fuerint, inhibere oportet sorbitionis exhibi- »
tionem.Maxime vero & à potu abstinendum est. Quando autē caliditas ad pedes descenderit, »
tunc exhibendum est.& putandum magnopere valere hoc tempus in omnibus morbis, non mi H »
nime vero in acutis. maxime vero in magis febrilibus, & periculosissimis morbis. Forte quis di- »
ctionis græcanicæ ignarus,dicat,Hippocratem in vigore alimenta offerre: cum enim caliditas in
pedes descenderit,tunc febrem vigere, corpore vniuerso æque ac similiter calefacto. Verum qui
hæc in veteres dicere audet,stoliditatem summamq; inscitiam præsefert.nec quid sit τὸ καταβαί-
νειν, idest descendere,intelligit. Discant ergo qui hæc aduersus Hippocratem effutiunt,eum non
in vigore sed in remissione febris alimentum dare.Quid enim ait? Quando caliditas in pedes de
scenderit,tunc exhibendum est. omne autem quod iam descendit, superiores partes reliquit, &
infernas adiit.caliditate non extensa, sed ad infernas regiones transposita. Et hoc adeo clare ipse
4. de Vict. rône in acu. 39. 7ª. 139 f — edocet,vt & à stolidis etiam intelligi queat. dicit autē in hunc modum.‖Cum vero pedes sunt fri- »
gidi,neque potum neque sorbitionem, neque aliud quicquam tale dato. sed maximum hoc esse »
existimato, si obserues, quousque valde calidi fiant.deinde ita id quod confert, exhibe. Vt pluri- »
mum enim signum est futuræ exacerbationis febris,ipsa pedum frigiditas. Si vero in tali tempo- »
re exhibueris,maxime per omnia peccaueris. morbum enim nō parum augebis. Cum autem fe- »
bris

« A bris desinit,è contrario pedes calidiores fiunt reliquo corpore. Augetur etenim, frigefaciens pe-
« des,accensa ex thorace,in caput flammam emittens. Vbi vero calor totus sursum concurrerit, &
« exhalauerit in caput,merito pedes ipsi frigidi fiunt,cũ excarnes neruosiq; natura sint: præterea,
« cum multum à locis calidissimis distent,frigefiunt, calore sese in thoracem colligente. Et rursus
« ex proportione,cum febris soluitur,& in minutas partes redigitur ,in pedes descendit. Hoc ergo
« tempore caput & thorax ipsorũ perfrigerata sunt. Non est ergo in toto corpore caliditas, neq;
extensa est: sed sicuti,dum vigebat paroxysmus, partes circa thoracem caputq;, affatim incendebantur: ita & nunc,vbi adest remissio,caliditas nobiliores quidem partes reliquit, circa pedes autem extremos versatur.hocq; naturaliter fit.Rationi enim maxime cõsentaneum est,vt hos, qui valde prius refrigerati erant,calor etiam ingens deprehendat,natura nimirum tribuente ipsis mutuam contrariorum successionem. Vnde cum quis per frigidas regiones iter fecerit, vbi in æstuosam peruenerit, ignitos obtinet pedes. quandoquidem cum magis ij friguerint, magis etiam ac vehementius iure incalescunt. Quapropter & in difficillimis febribus, quando inuasio cum pedum perfrigeratione fit, in remissione pedes vehementer calefieri contingit. Quare cum lo-
« cum absolueret Hippocrates,inquit. ‖Hac de causa offerendum est. nam vbi pedes frigidi sint,ne Ibidem.
« B cesse est inferiorem ventrem calidum esse, multoq; fastidio plenum, & hypochondrium exten-
« sum,& proiectationem corporis ob internam turbationem.& mentis suspensionem, & dolores,
« & vellicatur æger, ac vomere affectat.siq; praua vomat,dolore afficitur. Vbi autẽ caliditas in pe-
« des descenderit,vrina'que pertransierit, etsi non sudauerit, omnia cessant. In hoc igitur tempore
« oportet sorbitionem dare: tunc autem pernities. ∗ Et præcipue nocumentum, quod ex intempestiuitate in morbis acutis euenit: mortem esse inquiens sub paroxysmum nutrire. Aperte igitur & hæc imperat. Oportuerat igitur satis iam hæc te edoctum fuisse. si quid tamen discere cu-
« pis,Audi & hæc aperte præcipientem Hippocratem.‖Cum autem medicamentum dederis, sor- 4.de Vict. rõne
« bitionibus vtere,ac obserua paroxysmos febrium, vt nunquam cùm adsunt, neque cum futuri in acu. 39. 7a.
« sunt,offeras: sed vbi desinunt, aut desierunt, & quàm longissime à principio. Alimenta danda 139.e
sunt,non expectata exquisita febris declinatione,vbi nimirum laborans fame intolerabili premitur,vel à longis ciborum protractionibus male admodum affectus est,vel aliqua pars à stomacho obriguit,& valde exoluta est. Tunc sane in remissionibus febrium,corpore adhuc calido existente,alimentum apponimus: potissimum'que cum remissionis interstitium angustum fuerit. Qui enim paulo ante quàm terminauerit,cibum offert: is longius à futura adnotatione cibũ exhibet.
C Quòd autem perfecte iam cessata adnotatione cibus offerri debeat, clare ipse ostendit, inquiens. Et quàm longissime à principio. Vt enim adnotatio alimentum non dispensatione priuatum sed probe concoctũ ac iam corpori familiare redditũ suscipiat,cessata nuper adnotatione alimentum præbet.quod tempus plurimum à futuro paroxysmo abest. Adhuc vero & in libro aduersus Cnidias sententias ea adiungit,quæ & iis quæ dicta sunt & artis etiam operibus consentiunt.
« ‖Dieteticæ partis maximũ est obseruare ac cauere, sicuti in acutis ita in longis ægritudinibus, & 4.de Vict. rõne
« intentiones febrium & remissiones. ita vt tempora obseruare scias, quando cibaria offerre non in acu. 114. 7a.
« oporteat,& quando tuto offerre oporteat.ea autem sunt, cum longissime ab intentione distant. 149.d
Et hæc rursus fatebitur,qui in artis operibus fuerit exercitatus.

Quomodo in morbis diuturnis sint obseruanda tempora. CAP. 9.

MAximum enim est in morbis diuturnis obseruare tempora. quandoquidem in iis obscuri ac latentes sunt paroxysmi, & per symbola deprehenduntur, ex vigilia, grauitate, motus difficultate,insomniorum turbulentia,decoloratione,inappetentia,& similibus. In acutis enim,
D quos potissimum febres continuæ comitari solent, magna sunt inter paroxysmos & remissiones discrimina. ita vt & ab idiotis etiam sępenumero dignoscantur. in diuturnis autem tenues quidem sunt febres,vixq; deprehẽduntur: occultiq; sunt paroxysmi, ac præcipue vbi plurimum traxerint,vt & ipsos etiam ægrotos multoties lateant. Vnde vel exquisitum omnino signũ illud erit,si aliquantulum differentiæ ipsorum dignosci possint.

In febribus synochis matutino tempore esse cibandum. CAP. 10.

IN febribus autem quæ non cedunt (quas synochos vocamus) consentaneum est mane alimentum dare.Sæpius enim tum alibi,‖tum in Epidemiis,diem anno comparauit, ita vt tem- 2. Epid. sect. 1.
pus matutinum veri assimulatum sit: meridies, æstati: pomeridianum tempus, autumno: nocturnum, hiemi. Vnde pomeridianum tempus quod autumno assimilatum esse tradidimus,si matutino,quod veri simile esse diximus,comparetur,exitialissimum erit: sicuti matutinum, saluberrimum.

berrimum. ita sanè crepusculum vespertinum conturbans & exacerbans est: matutinum tempus, E
2. Apho. sect. 1. benignum ac relaxans. || Tanquam annus circuitum habeat morborũ. quale est dies morbi, quale est vespertinum tempus ad exacerbationem, tale est morbi & vniuscuiusque constitutionis inter se inuicem. Quare vbi nullum sit vestigium remissionis, tempus eucratiæ aeris assimilatum eligito. id autem est, quod circa crepusculum matutinum est. idq; accommodatissimum esse poterit tum ad alia remedia, tum ad cibũ offerendum. Hæc quidē satis sint ad suadendum id quod à nobis propositum est. Portionem enim selegi ex infinitis ferè quæ apud Hippocratē leguntur. Ex arte tamen erit, vt ex iis quæ adhuc citari possent, aliqua quidem in librum de Consuetudine à nobis conscribendum, aliqua vero in librum de Qualitate & Quantitate, reponamus. illic ergo quàmplurima ponentur ex Hippocrate, quæ in præsenti libro silentio præteriuimus, largaq; etiã copia in vnoquoque theoremate tradetur.

Vt oculi se habent ad Solem, ita imperitorum hominum animas ad scripturam Hippocratis se habere. CAP. II.

Temere ergo aduersantur illi, qui ad Hippocratis scripta imparati prius accedunt, quàm primas literas didicerint. Suam enim ipsorum ignorantiam incusare cum debuissent, obscuritatem Hippocratis reprehendunt. quippe qui ob propriã imbecillitatem non possint magnitudinem Hippocraticæ virtutis assequi. Ita enim opinor affectæ sunt ad Hippocratis scripturas insipientum abiectorumq; hominum animæ, vt oculi ad Solem dum in ipsum intuetur: vt enim illi de propria imbecillitate redarguuntur à Solis pulchritudine conuincunturq;, quippe qui haud possint perseueranter citra laborem in ipsum intueri, sed tandem cæcutientes ad tenebrosa se vertunt: ita animę profanorũ hominum, quę prius in encyclopędiis non fuerint educatę, à pulchritudine scripturarum Hippocratis fulgore circumcirca perculsę, & dogmatum lumine uallatæ, quodam modo cęcę fiunt, & ab iis quę maiora sunt quàm vt ipsę ferre possint auersæ, ad parua quædam ac obscura suæq; ipsarum ignorationi accommodata accedunt. Nos autem non illorum causa, sed vt illis qui probe instituti sunt gratificemur, tum hęc conscripsimus: tum omnia, quibus res medicę ex Hippocratis sententia absolutissimæ fiant, digna vt rursus scribantur censebimus. F

Finis sermonis Galeni de Diæta Hippocratis, in morbis acutis.

GALENI DE REMEDIIS PARATV FACILIBVS LIBELLVS AB HVBERTO BARLANDO PHILIATRIO LATINO SERMONI TRADITVS

Nunc denuo, accuratissime castigatus, & ab omni labe purgatus.

PROOEMIVM

Rtem medicam, nullis vnquã ciuitatibus, nullis locis publicis opulentis'vc hominibus, aut nobilibus, aut principibus, aut potentibus, circũscriptam: sed quæ potius, præ ingenti erga genus humanũ beneuolentia, sua'q; maxima vtilitate, ad omnes tandẽ homines pertinet: quæ'q; saltem potestate, quamuis actione, ob negligentiam eorum qui illi operam nauant, nunc videatur deficere, ad rura ipsa ac etiam solitudines fines suos prorogauit: æquum esse duxi vt pro mea virili, ad eorum ministerium, qui iter facerẽt, & eorum etiam maxime qui ruri ac in solitu-
C dine versantur traducerem, vbi in corporibus facilis quidem, & præter omnem expectationem est morborum tum prouentus, tum vis: nec tamen postea ita facilis est remediorum copia. Nam neq; quocunq; loco in promptu medicamenta preciosa esse possunt, neq; præterea medici præsentes sunt, qui eis vti nouerint: cum tamen tales plerunque adsint circunstantiæ, vt nullam dilationis occasionem præstent: vt in angina, venenosis'q; medicamentis, atq; morsibus animantiũ virus eiaculantium, nec non in sanguinis profluuijs, choleris'q;, ac id genus alijs solet euenire. Vnde neq; scientificas, atq; exquisitã curandi rationem omnibus suis præceptis absolutam, hoc in loco explicare institui: sed eam qua possit quis, vel etiã vulgaris, periclitantibus casu quopiam, aut alioqui male affectis hominibus illico opem ferre, illis sane remedijs vsus, quę in tanta rerũ difficultate, sint paratu faciliora: id enim reor iure esse supponendũ, q̃ ratio materiæ quæ exquisita, & oĩno ex arte est, atq; etiã remediorũ vsus, qui ex scientiæ ratione sit, eo maxime tp̃e necessaria sunt, quo & medicamentorũ, atq; etiam medicorũ copia nobis suppetit. At vbi occasio præceps est, nec in promptu copiosa ac larga sit remediorum affluẽtia, summopere necessariã eo tp̃e facultatem medicamentorũ, quæ paratu facillima sint, illis esse arbitror, qui quauis corporis particula male afficiuntur. Describam igitur remediorũ facile parandorũ
D materiam: q̃nq; tñ, quãuis id raro, aliquã etiã exquisitiorũ medicamentorum, quę ꝓpterea q̃ in vsu multis sint, facile haberi possunt, mentionem faciã: sumam q; a capite exordiũ. Ipsum etenim tanq̃ arx totius corporis est, & veluti habitaculũ sensuum, qui in summo sunt honore, atq; hoibus maxime necessarij. & ꝓinde, ab illis remedijs quę illi ex vsu sunt, initiũ faciã: in primis ꝓsequens q̃ facile haberi possint, quæ'q; maxime aperta sint. Caput multifariã affici potest: nam ex æstu, ex frigore, ex vaporibus qui à vẽtriculo tolluntur atq; id replent, ex externis etiã quæ grauitatẽ illi afferunt, quæ'q; fœtida sunt, & ex alijs multis. Præterea vero sæpe turpitudine quadam s̃m cutem & capillos tenetur, vt sunt alopecię & ophiases, variæ'q; vlcerũ differentiæ. Æstus itaq; ac frigoris, vaporum'q; præterea qui ex externis rebus excitantur, signa quæ satis esse possunt, sunt illæ ipsæ causæ manifestæ, procatarcticas græci appellant. Iam vero illos qui ex æstu laborant, hęc consequuntur, dolor cum pulsu, vt vniuersum caput sideratione teneri videatur (gręci sphacelum vocant) cum sensu ignei caloris, vasorum circa frontem distentio, oculorum rubor, plerunq; etiam vigilia. Eos vero qui ex frigore, grauedo cum stupore: congelatio vasorum secundum frontem concisio: q̃ si frigori iungatur humiditas, sopor. At eos qui ex vaporibus, dolor pungens, pulsus arteriarum quę circa frontem sunt vertigines, oculorum hallucinationes, aurium sonitus: quæ eadem etiam his, quibus ex interna causa caput vaporibus repletur, euenire solent.

De Capitis Dolore, & Primo de dolore ex Solis æstu. CAP. I. E

CApitis ex Solis æstu dolori medetur fotus ex oleo immaturo, frigido: quod si vehementior fiat dolor, ex rosaceo & aceto. At si ad manū non fuerit rosaceū, oleo acerbo siue immaturo vtendum. Porrò olei partibus quatuor, aceti vnam commisceto, si mediocriter refrigerare cupias, alioqui plus aceti foret adijciendum. Feruente autem ęstuante que vehementius capite, commiscendus aceto succus, aut polygonij, id est sanguinariæ, aut plantaginis, aut portulacæ, aut lactucę, aut vuæ acerbæ, aut denique alius quiuis, similis cum dictis facultatis. At ex succis hisce, magis ne an minus temperatura frigidus conueniat, satis super que docebit affectus ipsius magnitudo siue vehementia. Consultius ad hæc fuerit, decumbere ægrotum in domo quapiam frigidiori, si non natura saltem arte, vtpote strata folijs & vitis, & rubi, & pomi: & alijs horum similibus, quibus fuerit pro tempore refrigerandi facultas. Dicto porrò affectui perquam similes sunt, qui è quauis intemperie ortum habent, & non à causa externa. Verum vt ab intemperatura, tum calidiori & sicciori, tum frigidiori & sicciori, graues oboriuntur dolores, ita nulli ab humidiori. Cæterum curantur ab intemperie orti capitis dolores modo eodem, quo à causa oborti externa, suo nimirum contrario.

De Capitis Dolore ex Frigore. F

Capitis ex frigore dolori medentur fotus natura calidi. Qui si ex mediocri habuerit ortum, satis fuerit vti oleo aut anethino, aut rutaceo, calido: si autem intendatur ex vehementiori videlicet frigore, cucumeris agrestis radix prodest, cui modicum euphorbij interdum addito. Vel oleo irino, alio've id genus tenuis substantię vtitor, aliqua ijs commiscēdo. Porrò admiscebitur horum quantitas modo maior, modo minor, pro ratione vincentis frigoris considerando ac metiendo.

Ad Capitis Dolorem ex Vaporibus.

Quibus caput ex vaporibus dolet, his subducenda aluus est: prospiciendum que de domo vndique perspirabili, aeris que clari ac puri: cienda sternutamenta, præsertim si febre vacent, attracto per nares trito aut struthio aut pipere: vacuatis enim ratione hac vaporibus, facile discutietur dolor. Fouendum prȩter hȩc oleo caput est, cui adiectum sit aceti non nihil: sic enim reprimetur immodica ad caput vaporum sublatio, quodque nunc cerebri ventriculis insedit, discutietur. Non sinatur autem talis dormire, & potissimum interdiu.

De Dolore Capitis ex Ventriculi cruditate.

Quibus caput per consensum dolet ex cibi in ventriculo cruditate, aqua tepida liberalius est in potu exhibenda, dein vt vomant iubendum. Multis eorum sanè, qui stomacho laborant, cum è lecto surrexerint, caput dolere consueuit: ijs statim assumpto cibo dolor leuari solet. Quòd si quando præ nimio capitis dolore, repente aliqui obmutescant, id que causa non satis cognita, horum caput aqua tepida liberalius infusa foueri conuenit, auribus que oleum infundi, & lanam inseri. G

Ad Capitis Dolorem ex Vini potu.

Quòd vinum natura calidius capitis faciat dolorem, opplens ipsum facile vaporibus, interdum autem et succis: quòd etiam citra vini potum vapores id genus petant facile non nunquam ipsum caput, dolorem inducentes, præsertim ijs, quibus cerebrum contingit temperaturæ calidioris: omnibus manifestum existimo. Proinde curationis intentio in his est, vaporū vacuatio ac discussio: qui quoniam natura calidi sunt, caput ipsum distendentes, egent refrigerantibus: hinc illinendū capiti rosaceum actu admodum frigidum. Conueniunt etiam talibus somnus ac quies, & sub vesperam balneum, cibus boni succi, cui tamen calefaciendi natura nō sit, cuius generis sunt ptissanę succus, oua sorbilia non addito garo, panis aqua maceratus, lactuca, vt quæ refrigeret, & brassica, vt cui sit vapores desiccandi natura: vtendum ad hæc aquæ potu. Cæterum ijs, quorum os ventriculi aquæ potu subuertitur, dabimus aut malum punicum, aut coctum seu* pomum seu pirum, quę coquenda sunt ratione hac. Infusa in ollam aqua feruida, suspensis que in ipsa olla fructibus eiusmodi autumnalibus, tantisper sub hac ignem succendemus, donec fructus illi percoquantur, solo ab aqua illa feruente sublato vapore. Quin etiam vuæ passæ corroborandi ventriculi habent facultatem: At palmulis in totum abstinendum, vtpote natura sua inducentibus capitis dolorem. Quòd si post hęc, sic affecti nondum probe dormiant, in crastinum ducendi rursus in balneū sunt, aquaque calida frequenter perfundendi: deinde interiecto aliquantulo tempore denuo lauandi, ac tandem cibandi, eodem, quo nobis paulo ante dictum est, modo. Cȩterum si quando post omnia hæc, relinquatur adhuc pristini non nihil seu vaporis seu succi, exilioribus capitis meatibus impacti: atque ita perduret adhuc veteris doloris vestigium: rosaceo abstinentes, fouebimus ipsum caput chamæmelino moderate calido, deinde irino, quod maxime quadrat id genus affectibus. Cæterum omnibus his vino est abstinendum. H

*Al. modica

De Dolore Capitis ex Ictu, & Casu ab alto.

Quandoquidem ex ictu & casu ab alto, obueniunt capitis dolores, existimaui non inutile, saltem paucis, de his etiam agere. Admouendus igitur his per spongiam aut lanam molliorem, vapor aquæ calidæ: iniungenda post hęc quies, cibi subtractio, inferioris ventris vacuatio. Fugienda autem sunt, Sol, balneum, vini potus, clamor atque vociferatio, omnes prȩterea cibi acres, acidi, ac salsi.

A ac falsi. Cæterum illud cuius manifestum existimo, variandas inueniendorum auxiliorum intentiones pro causarum affectus inducentium varietate ac natura.

Ad Capitis Dolorem ex Contusione siue Collisione.

Vsu venit non raro, vt ipsum caput cõtundatur, interim sine vulnere, interim cum vulnere, ita vt ob hoc complicentur curationis intentiones. Porrò contusioni propria sunt remedia, Græcis παρηγορικὰ, Latinis vero mitigatoria dicta: cuius generis sunt, aquæ calidæ super caput effusio, & fotus capitis hapso lanæ ex oleo. Quòd si qua adsit capitis fractura, quæ occasione hac conglutinari prohibeatur, huic detersæ prius spongia ex vino sideritin herbam tritam alligabis. *Aliud.* Resinam frictam cataplasmatis modo impositam vulneri alligato. *Aliud.* Aloen tritam ac melli mistã imponito. *Aliud.* Vlmi virentia folia concisa, deinde contrita, applicato: quin vlmi etiam cortex pro vinculo vulneri circumuolutus idem præstat.

De Capitis Dolore ex Ebrietate ac Solis æstu.

Quandoquidem Archigenes scripsit cõferentia capitis dolori remedia dicta Græcis περίαπτα, { Latinis vero amuleta, sic appellata, quòd de collo suspenduntur, aut alicui corporis parti alligantur } haud existimaui absurdum, adscribere paulo ante dictis & hæc. ℭ *Capitis arcentia Dolorem,*
B *tam ex Ebrietate, quam Solis æstu.* Polygonũ, id est sanguinalis herbæ, duos connectens ramulos, capiti coronæ in modum imponito. { *Aliud.* } Polygonio læuigato ex lactis crema caput sub vesperam inungito, ac superponito leporis pellem, sicq; in crastinum sinito: tum enim hanc detrahens, comperies finitum dolorem. } *Aliud.* Cichorion, quod Romani Intybum dicunt, applicato dolenti capiti. *Aliud.* Sertum rosaceum, ex recentibus rosarum floribus consarcinatum, inducito dolenti capiti. *Aliud.* Cinge caput serto ex callitricho, quam alij adianton, alij trichomanes vocant.
Aliud. Scripsit Archigenes summopere cõferre capitis dolori verbenacam, quam quidam sacrã herbam vocant, tam serti modo impositam, quàm ex aceto & rosaceo inunctam. Testudinis lacustris, quam Amyda quidam appellant, sanguinem instillato capitis sincipiti.

Ad Capillorum Defluuium. CAP. 2.

Ladanon conspersum vino odorato abstringenti q;, contere, adfundens & myrteũ, vt sordium
consequantur crassitiem, capiti q; inunge. *Aliud.* Nuces virides, sed iam submaturescentes, con-
fractæ numero centum, olei sextaria duo, aluminis liquidi libræ tres, conijciuntur in nouum vas te
staceum præsaturatum aqua, ne combibat concreditum sibi humorem: quod postea accuratissi-
me oblitum reponitur in domum liberi patentis q; aeris, diebus quadraginta: demum aufertur, at-
C que in vsum conseruatur sic præparatum oleum. *Aliud.* Ladanon[a] † absinthium, & iuniperi bac- A † æquis portionibus.
cæ: [b] † conteruntur, linteo q; illigata conijciuntur in oleũ, macerantur q; diebus quinque: quod po- B † decem
stea fuerit vsui. Idem possunt nigræ myrti,[c] aut gallæ partes duę, ex oleo: quin hoc ipsum medetur C * adiãti partes æquales.
etiam capitis furfuribus. *Aliud.* Ladanon, detritum ex[d] † vino dulci quoad sordium habeat spissi-
tudinem, infricatur. *Aliud.* Anemones florem læuigatum ex oleo, illine. Idem hoc reddit etiam D † oleo, &
capillitium nigrum. *Aliud.* Verbenacam rectam, vnà cum radicibus desiccatam, deinde exacte
admodum læuigatam, cum tantillo misceto oleo, quantulo opus sit, vt luti consequatur crassitiem,
sinito q; deinde ad tempus simul putrefieri, demum vtitor.

Ad Capitis Furfures, quam Πιτυρίασιν dicunt Græci. CAP. 3.

Præfricatũ caput illinitur betæ succo, fœnograci farina, & nitro, oĩbus æqua portione contritis.

Ad Capitis Pediculos. CAP. 4.

Herbæ pedicularis partes duæ, sandarachę † pars vna, ex aceto ac oleo capiti infricantur. *Aliud.* † & nitri, ana
Alumine scissili ex oleo vtitor.

De manantibus Capitis Vlceribus, quas ἀχῶρας dicunt Græci, & Fauis. CAP. 5.

Ἀχῶρες, id est manantia vlcera, cutis capitis vitium sunt, ab ipso sic dictæ affectu, quòd cutem te
D nuissimis foraminibus perforent, ex quibus glutinosa effluit sanies. Huic vitio affine est, quem κηρίον dicunt Græci, (nos fauum) in quo foramina sunt, quàm in illis maiora, melleum cõtinentia humorem. Est autem vtrique vitio initium ex humore superfluo. Porrò incipiunt cum pruritu, demum extuberascunt. Curatio est, si quidem graue ac magnum fuerit vitium, corporis totius vacuatio, catapotijs ex scammonia, aloe, & colocynthide: hæc enim æquali pondere contrita excipiuntur brassicæ succo, ac conformantur in catapotia erui magnitudine. Quorum maxima vice vnica offerenda quantitas, sunt catapotia decem & septem numero: cæteræ autem variant pro viribus eorum, quibus sumuntur. Sin mitius ac minus fuerit vitium hoc, satis fuerit topica, id est localia, tantum dicta remedia applicuisse, è quorum albo est cimolia ex acerrimo aceto illita.
Aliud. Cræta ex acerrimo aceto similiter inungitur. Idem possunt samia terra, & pompholyx.
Aliud. Illinitur similiter lithargyrus cum charta vsta ex aceto. At achores ac faui, quibus adiuncta est vlceratio dolorosa, præfouendi diebus singulis sunt aqua calida, in qua decocta sit aut myrtus, aut rubus, aut morus, aut asparagi radix, demum inungendi. *Aliud.* Salicis folijs ex aqua, aut lente ex melle, aut decocta asparagi radice, dcline caput, aut betæ succo cum fœnogræci farina. Apposita præter hæc remedia his, sunt pini cortex cum cera, vel cadmia ex oleo, aut lithargyrus, aut cerussa. Proderit etiam abstergere in balneo cimolia ex betæ succo. Cęterum il-

lud neminem latere velim, in mollis carnis corporibus, vt mulieribus, remedia hæc non ex aceto, E sed vino illinenda.

De Alopecia, & Ophiasi, id est Areis. *CAP. 6.*

Geminum "accidit pilis capitis vitium, alterum defectu, alterum mutatione ipsorum in colorē contrarium siue diuersum: defectu, vt in caluitie: mutatione coloris, vt in alopecia & ophiasi, id est areis, vitijs pilorum cum primis indecoris. Euenit autem pilis hoc vitij genus, eadem ferè qua stirpibus ratione, quæ corrumpuntur intereunt q; interim penuria nutrientis ipsas succi, interim immutatione huius in alienum ac cōtrarium. Porrò tam alopecia quàm ophiasis, vt sunt ex ęquo affectus præter naturam, ita similiter eādem habent tum ortus tum curationis rationem, ob solam tantum figuram ac formam, diuersas sortitæ appellationes: siquidem in ophiasi persimilis serpenti species in capite apparet: at alopeciam ferunt dictam, quòd ἀλώπηξ id est vulpes, vitio eo frequenter laboret: quod aliud est nihil, quàm pilorum denudatio, qua locus affectus apparet colore prorsus exangui. At nos cur hoc aut illo modo appellatum quidpiam sit, curiosius non inquirimus, pro comperto habentes, id q; physica siue naturali quadam ratiocinatione adducti, horum omnium causam esse, vitiosos succos. Proinde tempus iam est, vt ad ipsorum transgrediamur curationem, quæ & ipsa varia est, pro nimirum affectus, seu vitij diuersitate quā tibi cutis color mon strabit: qui in alijs confestim albidior est, in alijs pallidior, in alijs vero nigrior. Esse porrò omnia hæc vitiosi succi germina, neminem fugit. In quibus igitur cutis in capite color apparet albidior, à corrupta pituita vitium esse indicat: quod curatur medicamentis pituitam educentibus, nec non apophlegmatismis, hoc est medicamentis quibus per os pituita purgatur. In quibus autē color apparet pallidior, vtendum medicamentis quæ bilem pallidam vacuant: sicuti ijs quæ nigram, vbi color apparuerit nigrior. Necessum enim totum prius corpus purgari, quàm loco affecto topica, id est localia, dicta remedia applicentur, ne his iritato affectu, plus etiam adfluat ad membrum læsum vitiosi succi: cuius rei cum præpurgato toto corpore nullum sit periculum, tum demum localibus remedijs vtendum. Sunt porrò ἀποφλεγματικὰ id est, pituitam per os educentia medicamenta, pyrethron, & vua taminia, quorum alterum per se, aut etiam vtrunque simul, cum mastiche masticatur: & sal glebosus cum pulegio: aut sinapi contritum, ex oxymelite, & diutius ore contentum ac gargarissatum. Cæterum purgantium medicamētorum quodque peculiarem sibi humorem trahit, educit q;: aliud quidem pituitam, aliud vero bilem, hoc flauam, illud nigram. Sed longum nimis esset quodque horum singulatim recensere, nec adeo ad rem, cum alterius sit instituti. At in communi quidem, alopecię & ophiasi hęc ferè conueniunt. Initio catapotia siue pilulæ eę, quæ constant ex medullæ colocynthidos parte vna, aloes ac scammoniæ partibus duabus, succi ab sinthij parte vna: excipiuntur autem omnia hæc succo pomorum. Quantitas horum exhibetur pro sumentis ea corporis viribus. Deinde paucis, vtpote septem forte interiectis diebus vtendum hiera διὰ κολοκυνθίδων, sic dicta, quòd colocynthidos sit particeps. Porrò ratio hæc curandi non raro vel sola satis est, vbi nimirum vitia hęc sunt etiamnum noua, ac tantum non recentia: inueterata enim difficilioris sunt curationis, egent q; remedijs localibus. Cum igitur (vt modo dictum) fuerit iam corpus totum, quàm fieri potest, mundum, subductis superfluis vitiosis succis purganti medicamento, tū confidenter admouebis loco affecto topica, id est localia remedia, quæ omnia in genere calida sunt, & diaphoretica, qua facultate vitiosos succos tum vacuant, tum discutiunt. E quorum albo est thapsiæ succus, cum ceroto iunctus. *Aliud.* Euphorbium detritum, & ex oleo illitum: sulfur ignem non expertum, & nitrum alexandrinum, ex aceto infricata. *Aliud.* Laurinū illitum: nasturtij semen ex oleo. *Aliud.* Erucæ semen tritum, pinguedine q; agnina exceptum, illinitor. *Aliud.* Alcyoniū asperum illud tostum ac læuigatum, ex aceto aut cedrino liquore inducitur. *Aliud.* Calami radix vsta, aut cortex vstus ex oleo cedrino aut pice liquida delinitur. *Aliud.* H Murium stercus contritum ex aceto inungitur. *Aliud.* Integras amygdalas vstas imbue acri aceto. *Aliud.* Erinacei terrestris pellis vnà cum ipsius capite tosta, & in puluerem tusa, ex melle inungitur. *Aliud.* Cepam vetustam affecto loco, sed præfricato panno lineo donec rubescat, frequenter infrica. *Aliud.* Raphani corticem contritum ex melle illinito. *Aliud.* Læuigatam ferri squamā ex oleo & aceto inducito, infricans donec locus rubescat. *Aliud.* Hordeū tostū, & muscerda, id est murium fimus, æquali pondere ex aceto illinuntur. Cæterum cum dictorum medicamentorum sit hoc quidem vehementer, illud vero minus calidum, silentio neutiquam præ tereundum, calidiori vtendum tum in durioris carnis corporibus, tum vitijs hisce vetustioribus: sicuti contra minus calido, cum in recentibus id genus vitijs, tum etiam puerorum ac mulierum, similibus q; alijs tenerioris carnis corporibus. Esto autem commune præceptum hoc in omnibus eius generis remedijs. Huic adde præfricandam partem affectam panno lineo, neque ru diter adeo, vt non excorietur, neque contra leniter adeo, vt non mediocriter saltem rubescat, ante prædictorum remediorum applicationem. Est postremo affectus locus frequenter radendus: qui si quando vsu veniat vt dictorum medicaminum impositione vlceretur, illinendus aut porcino adipe, aut rosaceo.

Margin notes: "Idē in li. de cō med. sec. loc. 1. 2. c" (beside the first line of Cap. 6); "*Al. anserino.*" (beside "qui si quando vsu veniat"). Margin letters F and G beside the lines ending "cu-" and "instituti."

A *De Aurium Vitiis, & primo de Doloribus.* CAP. 7.

OBoriuntur auriũ dolores interim à frigore: atq; fiunt hi ferè à frigidis aut ventis aut balneo: interim ab aqua medica, quæ auri incidit: interim ab inflammatione, quæ consistit modo extrinsecus, vtpote in foraminis seu meatus adiutorij cute, modo parte huius ima, inflammata ea, atque ita distendẽte etiã particulas proximas. Est cum spiritus flatulentus auri inclusus, non reperiẽs egressum, huiuscemodi excitet dolorem. Quin efficit raro idem sanies auribus quauis occasione innata. Cæterum dolores ad frigus relatos, discutiunt celerrime calefacientia. Cuius generis sunt, instillatum auribus oleum, in quo incocta sit cępa. *Aliud.* Piper curiose admodum detritum ex oleo. *Aliud.* Nardinum calidum auri infusum. *Aliud.* Oleum, in quo decocta est ruta.

Ad Aurium Nocumenta ex aqua.

Oleum calidum frequentius instillato, quod molli deinde lana exuccato, rursus q; aliud ingutta to. *Aliud.* Oui aquato, modo eodem, quo in oculorum inflammationibus vti ipso consueuimus, præparato, aut lacte muliebri tepido, vtitor. *Aliud.* Confert adeps tum anserinus, tum vulpinus, tum gallinaceus.

Ad Aurium Inflammationes.

B Nardus cum medicamine basilico immissa iuuat. Quòd si immensus, intolerabilis q; sit dolor, castorio ex lacte muliebri, aut aquato oui tepido, vtitor. *Aliud.* Parua opij portio cum sapa. Cæterum cauendum hic, ne præter rationem & temere auditorio meatui facessas negocium: qui suauiter tantum detergendus siccandus q; est, specillo molli lana circumuoluto. Fouenda porrò auris spongijs mollibus ex aqua, in qua decocta sit althęa, quam quidam à magnitudine vocant δενδρομαλάχην, id est arborescentem maluam: aut furfuribus tenuioribus macrioribus. Quòd si flatulentum fuerit, quod in aure includitur: & obstructio verius, quàm dolor, hãc obsideat: aphronitro ex aceto vtitor, aut succo dracontij herbæ, aut centaurij, aut polij.

Ad igneum in Auribus Feruorem.

Ardorem igneum in auditorio meatu perceptum, cui nõ sit adiunctus pulsatilis dolor, solet initio iuuare acetum cum rosaceo.

Ad Aurium Vlcera.

Glaucium ex aceto contritũ instillato. Quòd si plurima ab his defluat humiditas citra dolorem, scoriam ferri ex aceto acerrimo curiose detritam multos dies in Sole immittito.

Ad Grauem Auditum, Aurium q; Sonitus seu sibilos.

C Ad aurium sonitum repente obortum, nardinum ex aceto instillato. *Aliud.* Cyminum tantillo misceto oleo, quoad mellis habeat crassitudinem, ac infundito. At sibilos morbi cuiuspiam reliquias, curamus fotu auris ex absinthij decocto, cui post hæc acetum ac rosaceum inguttantur, aut raphani succus cum rosaceo, aut helleborus † cum aceto. Quinimmo solum acetum, sed acre, instillatur tepidum, aut solum mel, aut aqua mulsa, aut mistum oleo acetum, quod ὀξέλαιον dicunt Græci. *Aliud.* Porri succum cum lacte muliebri aut rosaceo immittito. *Aliud.* Oleum amygdalarum amararum in cępa decoctum inguttato tepidum. *Aliud.* Cępam, allium, & adipem anserinum æqua portione simul terito, deinde colatum adipe infundito. *Aliud.* Lentis decoctum addito melle immittito. *Aliud.* Vinum dulce in quo decocta sit myrtus, in aurem mittito. Vel succum ex oliuæ folijs expressum, melli incoquito, ac postea vtitor. *Aliud.* Idem potest cęparum succus cum melle. *Aliud.* Nasturtium tritum rosaceo dissolue ac vtitor. Vel intestina terræ ichori incoque & instilla.

† niger cũ aceto coctus.

Ad Grauem Auditum.

Subduc initio ventrem catapotijs ex colocynthide. Vtere dein apophlegmatismo, id est medicamento pituitam per os educente, ex pyrethro & mastiche. Ipsi autem auri extrinsecus admoueto fomentum per calamum ex absinthij decocto: cui deinde instillato acetum album, & aquam æquali mensura, in quibus feruefactum fuerit nitrum. *Aliud.* Vtitor similiter decocto, aut foliorum, aut baccarum lauri.

D

{ In Aurem Infundi apta. }

Porri succum irino vnguento mistum infundito. *Aliud.* Fel seu taurinum seu caprinum rosaceo mistum instillato. *Aliud.* Corticis raphani succum ex rosaceo immittito.

Ad Vermes Aurium.

Auribus verminosis infundito ex bubulis carnibus inter assandum defluentem liquorem. Aut aristolochiam tritam vt emplastrum ipsis admoueto. Idem potest immissus ipsis succus tam nepetæ quàm rubi. Eodem modo & succum absinthij instilla.

De Parotidibus, idest Abscessibus iuxta Aures.

Quæ ex morbis proueniunt, parotides, ab alijs ratione alia obortis inflammationibus differunt: proinde dissimilem etiam postulant curationem. Quæ enim à sola destillatione, seu defluxu materiæ proueniunt, neque multa existente, quæ influit materia, neq; venenosa, nec toto denique corpore plethorico, sola spongia ex posca imposita sistuntur. Contra in parotidibus, { quæ morbi alterius sunt soboles, } medicamentis vtimur, quibus in cutem attrahendi est facultas, aut etiam

impoſita cucurbitula. Tantum enim abeſt reprimamus influentem hic ſuccum, vt cõtra è profundo in ſummam cutem euocandi ſit ſtudium nobis: niſi forte vehemens fuerit ac copioſus humoris influxus, ſic enim nihil opus iuuemus naturæ conatum: quandoquidem ſi tum aut cucurbitulam quis admouerit, aut attractorium medicamentum, quo ex alto in cutem pertrahat materiam, grauem excitabit dolorem, qui & vires ægrotantis proſternet, & ſomnum ac quietẽ turbabit. Proinde mitigatorijs eſt hic remedijs opus, non autem ijs, quæ humoris fluxum iuuent etiam. Cataplaſmata autem παριγορικὰ, id eſt mitigatoria, ſunt Panis oleo maceratus ac impoſitus. *Aliud.* Triticea farina ex oleo appoſita. *Aliud.* Hordeacea farina cum axungia admota. *Aliud.* Hyoſcyamus herba, cum butyro in modum emplaſtri applicata. Quòd ſi abſceſſus ad ſuppurationem deuenerit, aut cute diſciſſa pus excernendum, deinde vlcus ipſum communi vlcerum ratione curandum, aut tentandum poſſit'ne pus diſcuti diſijci q́ʒ, id q́ʒ remedijs ſimul attrahendi ſimul extenuandi facultatem habentibus: quæ bis ſunt diebus ſingulis renouanda. Fouendus porrò locus affectus donec ſedetur dolor: quo iam mitigato, locum habebunt, quibus eſt diſcutiendi facultas, è quorum numero ſunt, plantago detrita cum ſale, vt q́ʒ emplaſtrum impoſita: rumicis radix in vino decocta, ſulfur ignem non expertum, & cimolia ex aceto, fici in muria decoctæ ac tritæ, marrubiũ cum ſale. Applicatur etiam commode ſal tritum cum butyro, ſuccida q́ʒ lana exceptum, maxime parotidum initio, multo autem magis in teneræ carnis corporibus. Induratis enim parotidibus, omni q́ʒ iam dolore carentibus, ſtercus caprillum ex aceto vtiliter imponitur. Cæterum ſi quando breui tempore volemus pus mouere, fouebimus parotidas aſſidue calida, & farina hordeacea oblinemus.

(Margin letters: E at line 1; F beside "cum ſale. Applicatur…")

Ad Narium Vitia, & Primo ad Ozænam ac Polypum. CAP. 9.

IN curandis narium vitijs, & potiſſimum ozęna, ac polypo, exiccandum initio roborandum q́ʒ eſt ipſum caput, impoſito emplaſtro δι ἰτέων, ſic dicto, quòd ſalicem contineat: aut anemonite, aut barbaro, aut de limacibus, cuius hæc eſt confectio. Myrrhę ũncia, thuris tantundem, limacię integræ †, duo ouorum aquata. Omnia hæc contuſa in pila miſceantur: deinde linteo excepta capiti admoueantur, quod continuis fiat diebus nouem: atque tum demum localibus hiſce vtendum in naribus remedijs, nempe ſucco nepetæ naribus infuſo: ac ipſamet nepeta ſiccata, & trita, demum naribus per arundinem inſpirata. *Aliud.* Ranunculi herbæ ſuccus cum melle ſupine iacentis naribus inijcitur, vt q́ʒ ipſum ægrotus attrahat præcipitur. *Aliud.* Mali punici ſuccum ęreo vaſe tantiſper decoquito, donec craſſeſcat, demum naribus infricato. *Aliud.* Gallas ac myrrham æqua portione conterito, naribus'q́ inſpirato. G

* Al. niens.

† Deeſt hic limaciarũ numerus.

De Polypo.

Atramenti ſutorij vnciæ quatuor, miſi vncia vna, redacta in puluerem, naribus per calamum inſpirantur. Simili modo inſufflatur puluis toſtæ radicis bryoniæ. *Aliud.* Atramentum ſutoriũ & ſandaracha æquo pondere teruntur, naribus q́ʒ inſpirantur. *Aliud.* Cornu ceruinum vſtum et ſandarachen naribus inflato. *Aliud.* Plumbum vſtum ex vino inungito. *Aliud.* Acidi mali punici ſuccum coquito in vaſe æreo, donec mellis habeat cõſiſtentiam, deinde illinito. *Aliud.* Auripigmentum læuigatum ſtylo applicator. *Aliud.* Auripigmentum & calcem aqua nõ reſtinctam æqua portione, trita applicato.

Ad Sanguinis è Naribus fluxum.

Principio concretum in naribus ſanguinem ſpecillo, cui lana ex aqua madens addita ſit, abſterge: dehinc lycium aqua diſſolutum, penicillo q́ʒ ex intorto panno lineo exceptum, naribus inſere. *Aliud.* Linamentum tortile igni accenſum, ſucco q́ʒ aut polygonij aut porri extinctum, naribus inſerito. *Aliud.* Acetum accerrimum coquito, in quo maceratam ſpongiam naribus immittito: quam vt facilius poſſis, cum voles, extrahere, præſtat lineo filo deligatam imponi naribus. Frontem præterea ſpongijs ex aqua frigida foueto: ſit q́ʒ ægrotus capite eleuato erecto q́ʒ, iubeto. Manus & pedes vinculis conſtringito, nec non aures valide obturato. *Aliud.* Gypſo, aut luto figulino frontem illinito. *Aliud.* Cucurbitulam magnam applicato, hepati quidem, profluente è dextra nare ſanguine: lieni vero, à ſiniſtra: ſin ex vtraq́ʒ nare effluat, vtrique viſceri. H

De Vitijs Oculorum. CAP. 10.

OMnia ſane corporis membra exactiſſimis in curando præſcriptionibus egent, ſi re vera ad ſanitatẽ reduci debeant. Verum oculi, quo præſtantiorem habent præ ceteris vſum, dignitate q́ʒ præcellunt, hoc debent exactius conſiderari ab eo, quiſquis inoffenſe curabit crebros in ipſis affectus, varijs differentibus q́ʒ de cauſis euenientes ac augeſcẽtes. De quibus exactius verboſius q́ʒ agere, alterius eſt commentarij opus: præſens tamen eatenus de ijs agit, quatenus id patitur ipſius compendium. Affectus igitur oculis accidentes ortum habent, interim ab æſtu & calore, interim à frigore, cum particulæ ſenſu quodam ſubſtupido. His accedit, fieri modo cum inflammatione, modo ſine hac. Eſt etiam cum ortum habent ab humorum defluxu ſeu deſtillatione, & cum ſine his. Non nunquam ad hæc cũ partis affectæ grauedine & dolore, non nunquam abſque his. Cęterum leues ſed calidas oculorum perturbationes ſatis ſuper'q́ʒ reprimit fotus oculorum ex ſola poſca, ſicuti frigidas fomentum per ſpongiam ex vino albo diluto: at validas vehementes'q́ʒ, vt

A quas magna grauis q; comitatur inflammatio, siquidem sanguinis in fronte vasa, præ plenitudine distenta fuerint ita, vt vltro se proferat conspiciendam sanguinis plenitudo, curat facta mox ab initio venæ sectio, nisi quid prohibeat hanc fieri: sicuti eas quæ ab alijs causis fiunt, atq; infarctu cōcitantur, ventris per medicamenta vacuatio. Quibus factis vtendum τοῖς ἐγχυτοῖς, quod in oculos instillentur, sic dictis medicamentis: vt fœnogręci decocto eum in vsum pulchre pręparato: quod optime hac fit ratione. Principio lotum diligenter in aqua dulci fœnogræcum, leuiter in eadem coquitur, donec quicquid habet in se acre abijciat: deinde alij rursus aquæ incoquitur effusa priore. Vtile etiam in vsum eundem est oui candidum ac tenue, oculis frequenter instillatum: quin etiam lac muliebre, quod necessum & boni sit succi, & ex ipsis mulieris mammis in oculū immulgeatur. Mitigandus porrò sedandus q; oculi dolor impositis emplastris ad inflammationes conscriptis, nec non ex oui exiguo luteo, sertula campana seu meliloto, pane, & rosaceo. Quin vtendum etiam collyrijs hunc in vsum conscriptis præparatis q;, quę longa quadam experientia longo q; vsu omnibus ferè sunt nunc cognita, alijs alio vti consuetis, si tamen eorum adsit copia. Sunt autem ea ex oui candido leniter & indolorose adhibenda. Innatans porrò oculis lippitudo, detergēda est spongia ex aqua calida. Victus ratio sit tenuissima. Quòd si vehemens fuerit capitis grauitas, auferenda
B erit, ac occipitio cucurbitula adfigenda concisa prius cute scalpello, copiosus q; inde sanguis detrahendus. Quòd si sublatis sursum vaporibus caput impleatur, ac pituita obstruat omnes ipsius meatus, sternutatorijs mitioribus apophlegmatismis q; vtentes purgabimus ipsum caput, humorum q; infarctum disijciemus: sternutatorijs quidem ex pipere, quod tritum naribus attrahant, iubebimus: apophlegmatismis vero ex sinapi accuratissime læuigato, additis aceto tenuis substantię & quantitatis mediocris, melle, & aqua, ea portione vt fluidiora omnia & ore faciliter cōtineantur & gargarissentur: facta enim hunc in modum per nares {ac palatum} vacuatione liberaliori, infarctus obstructiones q; omnes capitis discutientur. Porrò quòd modo curandæ lippitudinis, verū etiam cuiusuis ferè alterius ægritudinis, primus præcipuus q; curandi scopus consistat in exacta victus ratione, neminem fugere existimo. Cæterum lippitudinibus æstiuis medemur aridarum rosarum decocto, quod oculorum palpebris per spongiam assidue admouetur.

Ad Diuturnas Lippitudines.

Specilli mucronem allio tantisper insertum, donec huius tingatur succo, oculis inducimus. *Aliud.* Triticum ignitis ferreis laminis incoctum ex vino illinimus palpebris. *Aliud.* Atramento sutorio ex melle inungimus & frontem, & palpebras.

C *Ex Archigenis de Pharmacorum compositione commentarijs præcepta, ad Humorum in Oculos defluxum.*

Destillationi humorum in oculos, maxime ab ipso protinus exordio conducunt parcitas tum cibi tum potus, aquæ potus, ac præ omnibus absoluta à coitu continentia, ventris inferioris laxitas, frigidæ multa potatio, frontis assidua irroratio ex aqua, cui sit adiectum aceti pauxillum. Quidam ex aqua id faciunt, in qua præmaceratum fuerit calcanthum. Fugiant omnes acres odores, puluerem, fumum, splendorem tam lampadis quàm Solis. Imponatur fronti per noctem lana, aut munda ex vino, aut sordida ex aqua frigida: mane abluantur. Quòd si destillatio ingrauescat accedat q; dolor, conueniunt venæ sectio, & omnimoda abstinentia tum cibi tum potus, nisi forte & ægroti vires prosternantur, & protrahatur morbus. Sit venter continue fluidus, aut medicamento ad hoc apposito, aut validioribus clysteribus. Post hæc iuuant viridia vitis folia, in modum cataplasmatis fronti assidue inhærentia: aut folia seu myrti seu lentisci. Similiter succus tum rubi, tum brassicæ. Idem præstant vitis folia cum tenui polēta, vel sampsychi, vel sedi, vel portulacæ, vel cotoneorum: cuiusque enim horum tenera folia, cum vino & tenui polenta instar cataplasmatis fronti vtiliter applicantur. Ipsis autem oculis foris lana munda ex oui aquato, nec non coctum oui luteum cum
D vino & tenui polenta, vt emplastrum aut fronti, aut ipsis oculis admouetur. Iuuant præterea tum eryngij radix trita ex aqua, tum cicutæ semen eodem applicatum modo: nec non mollis ac nuper salitus* caseus, cum apij folijs. Panis præterea ex vino aut rosaceo mirum in modum confert. In summa, quæcunque adstringendi reprimendi q; vim habent, vtilia sunt initio, vt sunt cicuta, psyllium, apium, solanum, & paludibus innatantes lentes, serpyllum, sampsychon, folia vitis, coriandrum, portulaca, lens aquis innatans. Horum vnumquodque ex vino tritum emplastri modo apponatur, psyllium ac lentes paludibus innatantes ex aqua. * Al. coagulatus.

Ad Calidam Destillationem.

Brassica & polenta trita, ex aqua instar cataplasmatis imponuntur. Eodē applicātur modo, con trita folia tum ocimi, tum sampsychi. Multam impetuosam'q; destillationē cohibent papauerum capita: herba apollinaris, quam hyoscyamum dicunt, cum tenui polenta ex vino. Memineris tamen non nisi foto prius loco, cataplasmata applicanda. Quòd si protuberent palpebræ distendantur'q;, linteum butyro madens oculis imponitur. Porrò graui difficili'q; oculorum chymosi (dicta est autem chymosis rubra carnosa'q; corneæ oculi pelliculæ inflammatio) medentur præsentissime, accuratius detritæ mūrium† carnes, cum crudo oui luteo, ad ceræ consistentiam, & ex panno lineo impositæ. † Al. muscarū.

Linimentum pro Oculis. E

Panis purus tostus, additis acacia & satiuæ punicæ flore (cytinon dicunt) ex aqua illinitur.

Ad Oculorum Dolores.

A † Al passo.
B † Al. ac croci quãtũ sufficit.
C * Al. passo.
D † Al. aut oui assati luteũ cũ pauco croco lęuigatum vino modico.

Rosas aut aridas aut virides in a †aqua dulci} pręmaceratas ac lęuigatas addito cãdidi oui luteo, b† emplastri mõ ĩpone, aut hordeaceã farinã coctã similiter ĩ c† aqua dulci.} Quòd si grauior molestior q; fuerit dolor, hyoscyami folia, aut carnẽ seu peponis seu cucumeris d† cũ ouo cocto, aut huius luteo, & pauco vino, } vt cataplasma applicato. Pulchre his medetur pini cortex & polẽta ex vino.

Ad Vehementes oculorum Dolores.

Coriãdri succum cum lacte muliebri oculorum angulis guttatim instillato. Aut platani folia trita cum tenui polenta, in modum emplastri oculis extrinsecus imponito.

Ad Destillationem in Oculos Cataplasmata.

* Cod. impressi hoc in loco legunt vt interpres vertit [illegible] [illegible] σὺν ὄξει & c. Al. μάλιστα [illegible] σὺν [illegible] & c. id est, [illegible] cum aceto ad malag- [illegible] crassitiẽ [illegible] & c. Al. [illegible] άλιστα [illegible] σὺν [illegible] & c. i. pręsertim fuluum seu vilnum cũ aceto ad malagmatis & c.
† Additur in ant. aut oui.

Conducit ad hanc viridis tum cupressus tum sabina herba ex vino: & folia tum paliuri tum portulacæ, detrita cum pinguedine anserina, & croco: nec non iris sicca ex melle, & apij folia cum polenta. Porrò graui impetuoso q; defluxui cõfert viridis pulegij semen: † quàm hoc autem, magis adhuc, cera cum aceto ad malagmatis crassitiem redacta, capitis q; syncipiti admota, cui superdato lanam, suauiter q; illigato: aut imponito ipsis oculis in modum emplastri rosas, melilotum, & amylum simul cocta: aut amylum ex vino † albo. F

Anacollemata, id est Restringentia fluxum.

Limacem cum testa tusam, toti fronti & temporibus illinito.

Ad Hæmalopas & Hyposphagmata.

Incipientibus oculorum sanguinolentis suffusionibus ab ictu percussu've, confert ab ipso confestim initio, ne inflammatio ac dolor comitentur, instillatus sanguis columbinus, præsertim alis expressus tenerioribus. Confert & oui aquatum eodẽ modo immissum, aut lana pura exceptum, & foris admotum. Plurimum ad idem faciunt oui luteum assum ex vino impositum. Et trita rosarum tum folia, tum flores, per se, aut cum vino, cum tenui polenta, vt emplastrum apposita.

Ad Oculorum molles ex ictu Tumores, dictos Oedemata.

Plurimum ad hoc facit fomentum ex posca molli spongia frequenter adhibitum, deinde spongia noua ex eadem posca oculo imposita.

Ad Oculorum Psorophthalmiam, i. pruriginosam scabiem, à Sole & puluere ortam.

Iuuat hęc aqua liberalius infusa, æstate frigida, hyeme calida: nec minus fotus spongia factus ex lentis decocto: immittere etiam guttatim ipsis oculorum angulis succum aut rubi aut rosarum, G quenq; singulatim ex aqua: aut applicare rosas aridas tritas ex vino. Porrò illinuntur dormituri oleo †. Abstinendum his in totum ab omnibus tam acribus, quàm acidis.

† veteri.

Ad Inueteratos Palpebrarum affectus præcipue Callum.

Coctam amurcam, & ex oleo tritam inunge.

Ad Caluas pilis q; carentes Palpebras summopere hoc conducit, faciens renasci pilos.

† calami græci duplum.

Muscerda, id est fimum murium, & caprinum, æquali mensura torrefacta † ex melle illinuntur. Facit hoc etiam ad vitiligines.

Ad Pilos Palpebris innatos oculum infestantes.

Euulsis radicitus pilis, cimicis sanguine confricato locum, & nunquam renascentur. Idẽ potest illitus pediculi canini sanguis. Idem præstat, euulsis prius radicitus pilis, fel aut hyænę fœminę, aut hirci, inunctum confestim à pilorum euulsione.

Ad Oculorum Λευκώματα, id est Albugines.

Celeriter his medetur nitrum exacte contritum & ex oleo veteri inunctum. Idem præstant illitus lacertæ fimus, & nycticoracis ouum, his enim tinguntur oculi.

Ad Visus Obscuritatem. H

Omnẽ oculorum obscuritatem, incipientem q; suffusionem, curat fel vulturis, cum marrubij succo, & melle attico: cuius si nulla sit copia, tenero ac molli vtere: esto autẽ tum succi marrubij, tum mellis, dupla ad ipsum fel portio. Idem possunt fel taurinum liquidum cum æquali pondere succi fœniculi, & duplo mellis: & fel vrsinum cum aquæ duplo.

Ad Pterygion, idest Oculi Vnguem.

Populi nigræ liquorem cum dupla mellis portione mistum illine.

Ad Nyctilopa, id est Nocturnam Oculorum cæcitatem.

Iecur hircinum assa, inter q; assandũ defluentem saniẽ siue saniosum humorem collectũ oculis infrica, ipsum q; iecur edendũ præbe. Iuuat etiã colubę sanguis instillatus, & fel capræ. Aut caprę iecur decoquens, pcipe, vt habẽtes caput pannis circũuolutum, teneant intentos in ollam oculos, suscipiant q; vaporem. Vel expressum ex recenti onide, id est stercore asinino, succum oculis illine.

Ad Oculorum Tubercula, quæ Crithæ i. Hordea appellantur.

Cera alba foueto. Aut muscę reliquum corpus, pręciso abiecto q; capite, tuberculo ipsi infricato.

Ad Sugillata.

Raphanus, quam radiculam dicunt, trita & imposita, iuuat confestim: quam vbi erodere ince-

perit

A perit, aufer. Iuuat similiter impositus caseus recẽs salsus. Porrò cerotum cũ absinthio vel raphani succo impositum summopere confert ad recentia & liuida sugillata. Item spongia ex muria assidue admota. Præter hęc frequens fotus ex calida plurimum iuuat liuida sugillata. Cæterũ quibus sanguinolenta sunt, aut subflaua, aut subpallida, muria vitanda est, imponendũq; emplastrum ex rubo, aut absinthio, aut hyssopo, aut origano, aut raphani cortice, aut vua passa absque acinis: horum.n. quodq; singulatim imponitur: aut ex melle, aut aceto, aut incocta aqua. Nec nõ bulbus candidus cum ouo ac melle, aut cyclaminum cum vua passa. At vetustis iam & denigratis sinapi cũ duplo adipis ouilli: vel fabacea farina cum melle mista, aut mansa & cum saliua inuncta. Aut cyminum veteri linteo illigatum intinge feruenti aquę, oculos q; hoc foue. Aut hordeaceam farinam † cum cocta aqua mulsa} applicato. Aut tritum fœniculi semen cum ceroto.

* Al. ῥεγμῷ λεῖῳ.

† Cum oxymelite coctam.

Ad Sugillata cum molli tumore.

Spongiam ex aceto impone, & emplastro vtere ex farina hordeacea, cocta † cum aqua mulsa, ad iustam crassitudinem: post hęc apponito coctam lentem & cum melle tritam.

† Cum oxymelite, donec tumor reprimat.

Ad Recentia Sugillata.

Imponitur trita ex aqua cicuta, aut detrita vitis albę radix ex mulso.

B *De Vitijs Faciei, & Primo de Varis.* CAP. 11.

NAscitur in faciei cute tumor exiguus durus q; dictus Græcis ἴονθος, Latinis varus, Differt autem à ficosis tumoribus in mẽto prouenientibus, non solum q; ex crasso humore consistat, † verũ etiã q; participet tenui quadã sanie, rõne cuius facile vlcerat non recte atq; ex arte curatus.

† Ficosus tumor.

Ad Varos in Facie.

Acetum acerrimum cum melle æquali mensura mistum varis accuratius illine, digito infricans. *Aliud.* Ex amygdalis amaris aceto dissolutis ac curiosius tritis, conformato pastillos, atq; in vmbra desiccato. Vbi autem vsus postulabit, dilutum ex his aliquẽ aceto varis inducito: & simulat q; aruerit, nunc sapone abstergito. Facit hoc ad tumidos, affectus, faciei pruritus, & principium elephantiasis.

Ad Ficosas in mento excrescentias.

Salem fossilem ex aceto, aut glutinum fabrile cum milto, id est rubrica illine.

Ad Menti Impetigines.

Acceptum magna copia triticum incudi impone, cui deinde applicato candentem laminã ęreã: qui q; effluit humorem etiamnum calentem affectui infrica.

C *Ad Diuturnas Impetigines.*

Trita capparis folia ex aceto acerrimo cum tantundem mellis imponito. *Aliud.* Idem potest contritus ex aceto radicis rumicis cortex. *Aliud.* Chamæleontis radicem in aceto decoctam, ac lęuigatam superdato. *Aliud.* Detritam rumicis radicem, & hordeaceam farinam, ex acerrimo aceto applicato.

Ad Scabras Impetigines.

Tritis amygdalis amaris frequenter ipsas inungito.

Ad Genarum Exanthemata siue Papulas.

Ferrum candens paliuri ligno imponito, acceptum q; qui ex hoc defluit humorem, illinito. *Aliud.* Contritas myrti baccas ex vino inungito.

Ad Dentium Vitia, & Primo ad Dolorem. CAP. 12.

ABluito dolentes dentes calido gallarum ex aceto decocto, aut tedæ pinguis talearum, aut alterci tum seminis tum corticis, aut cedreę id est cedrini liquoris, vel propoleos, vel solani, vel capparis, vel allij, vel myrti ramulorum in aceto decoctorũ, aut calidę vini fęcis, aut polij corticis, aut etiam ipsiusmet herbæ, aut marrubij: horum inquam quodq; cum aceto iuuat. Idem pręstant D platani pilulæ, & rosę aridæ, decoctę in vino albo, ad tertias vsq;, quo dentes frequenrer colluantur. Idem efficit tum eupatorij radix cocta in vino, tum pulegium. Aut decoquito ceruinũ cornu in oxycrato, sępe q; eo os abluito. Aut scillę interiora ĩ minutas secato particulas, addito q; aceti sextario, in vas aliquod conijcito libram vnam: finitoq; hæc in fimo asinino defossa macerari diebus triginta, eluito q; eo dentes. Eiusdem est effectus lac asininum, quod motos dentes confirmat etiam. Aut tithymalli radicem in oxymelite ad medias vsq; incoquito, aut etiam hyoscyami, lauato q; decocto eo dentes. Item lacte mori commisto probe cum vino, deinde tepefacto collue, dentes. *Aliud.* Lauantur item dentes vtiliter decocto allij, seminis erucæ, & nitri.

De Fomentis ad Dentium Dolores.

Extrinsecus ad dentium dolorem conueniunt fomenta ex fricto sale, vel milio, in marsupium coniecto: aut etiam ex sordidis panniculis admodum calẽtibus. At intrinsecus huiuscemodi sunt fomenta vtilia. Aridi origani ramulum in feruens oleum demissum, superne affecto denti applicato. Vel ricini fruticis coliculum simul cum cera imponito dolẽti denti. Aut tange hunc frequenter specilli mucrone, vehementissime calente. Cæterum illius in vniuersum meminerimus necessum, vtendum fomentis id genus omnibus, tam ijs inquam quę extrinsecus, quàm quæ intrinsecus adhibentur, ante cibum, aut longo post assumptum cibum tempore.

Apophlegmatismi

Apophlegmatiſmi pro Dentium Dolore. E

Optimi apophlegmatiſmi vtiliſſimiq; dentium doloribus ſunt, herba pedicularis maſticata, aut ſingulatim, aut cum pulegio. Vel quod in galla nigrum interius eſt affecto dente cõmordeto, ſinito q; hians interim effluere pituitam. Aut quinque allij nucleos cum nigræ myrti pauculis folijs in aceto ad dimidias decoquito tædæ rude aſſiduo commiſcens, ac eluito eo dentes, ore q; contineto: poſt hæc hiato, donec pituitæ ſatis profluat: demum roſaceo os abluito.

In Nares inijci idoneum, pro Dentium Dolore.

Solum radicis betæ ſuccum naribus immittito, & dentium leuabis dolorem.

Ad Dentes Denigratos.

Prærigatum melle foſſilem ſalem, torreto ſuper igne, ex ſarmentis vitis, terito q;: deinde adiecta paucula myrrha dentibus infricato.

Ad Colluendos Dentes.

Vino odorato, incoctam aridam iridem habente, dentes colluito.

Ad Colluendum Gingiuas.

Lauato gingiuas aceto, in quo coctum ſit hyoſcyamus.

Dentes à Dolore Præſeruantia. F

Lauato dentes bis menſibus ſingulis vino, in quo ad medias decocta ſit tithymali radix, & nunquam dolebunt. ℂ *Subſcripta Dentifricia maximopere conducunt ad Dentium à Dolore præſeruationem, & ad Confirmandum tam dentes, quàm gingiuas, Conciliandum que dentium Candorem.*

Lanam ſuccidam linteolo alligatam torreto: adiecta deinde tertia ſalis portione terito omnia ſimul, & perfricato hoc puluere dentes. Idem præſtat puluis vſti contriti q; capitis leporis. *Aliud.*

Contritum ex melle ſalem ad ceræ craſſitiem, linteo q; mundo illigatum, vrito: quo deinde addita iridos portiuncula perfricato dentes.

† Ad gingiuarũ affectiones.

† *Ad Oris Grauеolentiam.*

Hordeũ melle & vino præmaceratũ illigatur chartæ, teriturq;: quo deinde cõfricatur gingiuę.

Ad Motos Dentes, vt confirmentur.

Teritur ex oleo atramentum ſutorium, quod lana exceptum dẽtium applicatur radicibus. Vel vlmi cortex in vino decoquitur, decoctum q; hoc ore continetur, confirmat enim dentes.

Ad Dentium Eroſionem.

Folia capparis in aceto acerrimo ad dimidias coquito, ac tepido eo lauato dẽtes. Idem poteſt coctus ſimiliter capparis cortex: hoc idem dentium medetur dolori. *Aliud expertum.* Nigellam præfrictam, deinde tritam ex acerrimo aceto, dentis eroſioni vt emplaſtrum imponito: ſic enim in poſterum plus non erodetur, ſed perdurabit vt eſt eroſio. G

Ad Omnes tam Oris, quàm Columellæ ac Faucium Inflammationes, Cæteros q; affectus, ſeu Vlcera ea ſint, ſeu cruſta, ſeu putredo. CAP. 13.

COmmune in omnibus hiſce præceptum, reprimendum repellendum q; mox ab initio omnem è capite defluxionem. Cæterum ab elapſo iam morbi initio, ad ipſius finem vſq; vtendum ſimul reprimentibus ſimul reſoluentibus. Reprimendi igitur facultatem habet medicamentum διὰ μόρων, ſic dictum, quòd ex moris conficitur. Eiuſdem q; ſunt facultatis vuæ immaturæ ſuccus, cum pauxillo melle & florum roſarum, aut ipſarummet roſarum ſiccarum: ſicuti & pini corticis ex aqua decoctum. At vbi iam morbi principium præterierit, quando adhuc à capite deflueret, alia digerendi ratione eſſet opus. Proinde adijciendum cuiuis prædictorum aphronitrum, aut ipſum nitrum beronicarion dictum. Vel incoquendũ in ſapa pulegium, aut ſatureia, aut thymus, aut nepeta. Poterit porrò quiuis copioſo repente influente ſucco paratam habere ſimilium medicamentorum copiam, ſeu venator erret per agros, ſeu opus ruſticum in agro faciat, ſeu etiam viator iter ſuum, enumeratorum medicamentorum indigus, ſi meminerit dictis affectibus rubi ſuccum, ac dictorum etiam quemuis, immo omnia ferè quibus adſtringendi facultas eſt, oris affectibus eſſe accommodata. Electiſſimum tamen ad ipſos medicamentum fit ex ſucco corticum nucũ viridium cocto, cum pauco melle. Vtile ſimiliter ad eoſdem, decoctum cotoneorum, adiecto mellis pauxillo: ſed quod ex viridibus nucibus fit medicamentum, multo eſt vtiliſſimum, ad vehemẽtes tonſillarum inflammationes, & ſuffocationes. *Aliud.* Accipe dulcis mali punici tuſi cum ſuo cortice expreſſum colatum q; ſuccum, cuius ſex partibus addito vnam mellis, demum coquito ad mellis ſpiſſitudinem ac vtitor. *Aliud.* Muſti ſextarium decoquito ad tertias, adiectis rhu coriarij vncijs quatuor: demum reponito in vſum. *Aliud.* Tuſas gallas numero triginta, decoque in mellis ſextario, quo vtere. H

Optimum Medicamentum Stomaticum.

Florum roſarum vncias duas, πιτυίδων, id eſt fructus pini vnciam vnam, tere ex melle, ac vtere.

Ad Inflammationes Tonſillarum ac Columellæ, & Oris Putredines.

Succi mororum, aut rubi, & roſarum aridarum, ſingulorum vncia vna, coquuntur parum cum melle, quod his illinitur. *Aliud.* Cotoneorum acerborum ſuccum cum æquali mellis portione coctum

A coctum illine. *Aliud.* Acerbum malum punicum cum suo cortice tusum incoquito passo: quo colato vtitor. *Aliud.* Immittito in sapam pulegium, aut thymum, aut origanum, aut hyssopum, aut nepetam, ac simul coquito sufficienter: deinde colatum hoc teneatur in ore.

Ad Oris Putredines ac Crustas.

Album canis fimum inungito ex melle: sit autem eius canis fimum qui solis vescitur ossibus. Aut aquam rhu sutorij cum melle ad sordium crassitudinem decoctam. Aut etiam vstarum hirundinum cinerem ex melle illinito.

Ad Columellæ Inflammationem & Relaxationem.

Palmularum ex aqua decoctum, adiecto pauxillo melle, gargarissatur, oreq; continetur. Ad idem faciunt decoctum rosarum, & clauicularum vitis, rubi, sentis caninę, pomorum acerborum, sorborum denique immaturorum, rhoi quo in cibis vtimur, & rhoi coriarij, & fructus myricæ: horum enim quodq; singulatim, aut cuiuis ex prędictis adiunctum, & ex aqua decoctum, gargarissatur. Aut ex his siccatum quodpiam in puluerem cõteritur, & columellæ apponitur, quæ sensim ac leniter sursum ducitur: solet autem is cochleario iniectus, columellæ apponi. Quin etiã cuiusuis prædictorum, tam plantarum, quàm fructuum succus, cum pauculo melle vuæ illitus iuuat.
B *Aliud.* Ad vuulæ inflammationes conferunt sales triti & ex melle inuncti. *Aliud.* Palmularum ossa, ac nuces, teneræ, virides, aridæ q; pari portione vruntur, in q; puluerem comminuuntur, quo columella tangitur. *Aliud.* Rosas siccas in tenuissimum pollinem læuigatas ex melle inducito.

Ad Aphthas, quæ Oris sunt Vlcera.

Portulacam melle madentem masticato. Aut foliorum oliuæ ex vino decoctum gargarissato.

Ad Aphthas Nigras depascentes.

Detersas prius, orobea farina ac gallarum ex melle illinito. Aut lycij decoctum gargarissato. Aut fæce dulcis vini ex melle perfricato. Aut tamaricis fructum cum melle tritum infricato.

Ad Depascentes Aphthas.

Gallarum decocto cum mellis æquali mensura misto feruefacto q; vtitor.

Ad Aphthas Albas.

Pluma oleum in quo chalcitin præcoxeris illine, & confestim curabuntur. Aut deterso nunc mundato q; loco affecto, tritum tamaricis fructum ex melicrato aut vino pluma similiter inducito: & cito sanabuntur.

Ad Aphthas Nigras.

C Vuam passam sine acinis & anisum tere, loco q; affecto ex melle infrica. Aut pruni folia concisa, asinino lacte misceto, colluito q; ex eo os. Idem possunt marrubij succus, & lentis ac rubi decoctum: nec non tritum cornu ceruinum loco q; infricatum.

Ad Aphthas Infantium.

Lentem cum pauco pane & cotoneorum succo mistam exhibe, & rosarum florem: quin ipsas etiam rosas aridas: vtitor autem oris collutione ex rebus mediocriter adstringentibus. Ceterum oleum aphthis ipsis aduersissimum est, nec non omnia vehementer acria: illud quidem q; humectat sordidat q;, hæc vero q; sua mordicatione noceant.

Ad Vitia Instrumentorum Voci respirationi q; deseruientium, & primo ad Vocalis Arteriæ Asperitatem. CAP. 14.

DVlcis radicis, quam glycyrhizan dicunt, vncię tres minutim admodum conterantur: deinde addita gummi tragacanthæ vncia vna, excipiantur omnia passo, conformentur q; ad fabæ magnitudinem pilulæ: ex quibus contineat vnam sub lingua dormiturus.

Ad Intercisam Vocem.

D Ficus & eryngion affatim coque, huic q; decocto adde gummi pauxillum, ita vt quàm mellis, crassior sit ipsorum consistentia, & sub noctem exhibeto. *Aliud.* Brassicæ succum cum melle decoctum lambat. Conducit hoc idem ad tussim. *Aliud.* Lini semen tostum, ac per cribrum excretum, vuas passas bene pingues sine acinis, purgatos pineę nucis nucleos ac frixos, nuces ponticas siue auellanas præpurgatas, omnia hæc in pari portione trita excipe melle crudo: datur cochlearij mensura.

Eclegma Tussi accommodatum.

† Πυρίνων, id est nucleorum, pineorum vncias duodecim, carnem duorum dactylorum, terito simul exactius, melle q; crudo excipito. † Hanc cõposi tionẽ integrã inuenies lib. [illegible] de cõposi. med. secun[illegible] lo cos fol. 18[illegible]

Ad Tussim siccam.

Iridis ex aqua decoctum, cui mellis pauxillum adiectum sit, da frequenter sorbendum.

Ad Sanguinis Reiectionem, expuitionem'ue.

Rosarum aridarum vnciæ octo, gũmi tragacanthæ hexagia tria, teruntur, & in pastillos drachmæ pondere ex aqua conformantur: propinantur ex aqua. *Aliud.* † In cucumeris domestici ventrem infundito aquæ sextarium, coquito'que ad tertias: demum expressum ex his cremorem in sorbitione dato. *Aliud.* Rubricæ synopicæ vncias duas, terræ samię vncias duodecim, † vide lib. [illegible] de compo. medic. secũdum loc. fol. 184.c

amyli

amyli vncias tres,coge ſanguinalis herbæ ſucco: propinato trium obolorum quãtitatem. *Aliud.* E Fricti ſeminis lini vnciæ octo,gummi tragacanthæ vnciæ duodecim,prędicto modo commode excipiuntur. *Aliud.* Polygonij ſiue ſanguiſugalis herbæ radices aqua incoquito ad tertias,addito q; trito pauculo gummi offerto in ſorbitionem.

Ad Tabidos,& Thoracis vitia.

IReos decoctum cum melle ad potandum dato. Aut ad ſorbendum hyſſopi decoctum cũ melle. Aut coctum marrubij herbæ ſuccum cum melle. Aut eruum ruffeſcens, frixum primo,deinde tritum cum viginti partibus mellis,da in eclegmate. Aut amygdalas amaras lęuigatas cũ melle exhibeto. *Aliud.* Seminis apij vncię ſex,piperis nigri vncia vna,mellis libra vna,datur cochlearij menſura. *Aliud.* Miſtum cum melle, lento q; igne decoctum, butyrum offerto. *Aliud.* Apij & piperis cuiuſq; vncia vna trita,cum mellis libra vna, ſenſim decoquitur, propinatur q;. *Aliud.*

Scillæ crudæ expreſſum ſuccum cum mellis æqua portione, carbonibus ſuperpoſitum coquito: ac dato ex hoc myſtri quantitatem ante cibum & poſt cibum. *Aliud.* Abrotonon, pingues paſſulas ſine acinis,rutæ germina,in aqua decoquito,percolato q; decocto huic mel adijce,rurſus q; decoque,ac vtere.

De Stomachi & Ventriculi affectibus. CAP. 15. F

INflammationes tam oris ventriculi, quàm hepatis, adſtringentium medicaminum indigent admiſtione. Etenim ſi in curãdis his vtatur quis ſolis relaxantibus,vitæ adducet diſcrimen,id q; omnibus empiricis vocatis medicis experientia edoctis,& in artis exercitatione obſeruantibus. Non pauci vero eorum,qui ſe methodicos nominant,curandi hac ratione innumeros ſuſtulerũt è medio,oborta ſyncopa ſtomachali: ſicuti nõ paucos etiam hepatis vitio affectos,ſolis vſi relaxantibus, quibus hepar pleriſq; diſſoluitur. Cuiuſmodi nihil eueniet,ſi eorum, quibus eſt adſtringendi facultas,aliquid his ſemper adijciatur,ſeu oleo affectum locum foueas, ſeu admoto cataplaſmate cures. Sunt porrò ex adſtringentium numero, abſinthium, vnguentum nardinum, aloe, cotoneorum tam decoctum quàm oleum: nec minus Ceratum ex aloe, maſtiche, cera, & nardo, cuius fuerit hæc confectio. Accipitur ceræ vncia vna,maſtiches vnciæ quatuor, aloes vnciæ duæ, & nardi quantitas conueniens. Quòd ſi vehemens adeo fuerit ventriculi imbecillitas, vt ne alimentum
drachma quidem cõtineat,adijciantur his ſucci vuæ immaturæ † vncię duę.} Porrò ſi ſucci abſinthij fuerit facultas,addatur & huius uncia vna,aut labruſcæ flos,aut ſuccus rhu.
...chma.

De Calida Ventriculi Intemperie.

In calida ventriculi intemperie medicamentum hoc per os commode exhibetur, quod conſtat G maſtiches vncijs duabus,mentæ vncia vna,coactis ſucco plantaginis: huius medicamenti fabæ exhibetur magnitudo ex aqua. Quòd ſi contra ventriculus frigida afficiatur intemperie,dicto medicamini adijcito caſtorei vnciam vnam,exhibeto q; ſimiliter. Cognoſcetur autem calida ventriculi intemperies partim ex millioſo vomitu,partim ex ſenſu mordicationis bilioſæ in ore ventriculi perceptæ,partim q; hoc ipſum admotæ manui calidum appareat.

Ad Ventriculum iuſto Frigidiorem.

Ad ventriculum refrigeratum,qui q; ob pituitæ in ipſo hærentis craſſitudinem opus habet ſimul calfactione ſimul humorum inciſione, perquàm aptum eſt medicamen hoc,quod,cõſtat corticis radicis fœniculi vncijs ſex, aceti libra vna,mellis libra vna. Decoquuntur primum radices cũ aceto,ac coctæ nunc exprimuntur,abijciuntur q;: demum adfuſo melle incoquuntur rurſus ſimul omnia ad mediocrem craſſitiem. Propinantur autem huius cochlearia tria ex aqua.

Ad eos Quibus in Ventriculo Cibus aceſcit.

Quibus aſſumptus cibus in ventriculo aceſcit,medicamentum hoc accommodatum eſt, quod conſtat piperis vncia vna,ſeminis anethi vncia vna, cymini vncijs quatuor: omnibus diligenter tritis,propinatur ex eis cochlearium ex aqua vino miſta. H

Ad Ventriculi Subuerſiones.

Ad ſubuerſiones ventriculi idoneum eſt hoc medicamentum,quod conſtat ex ſucci mali punici acidi,cum ſuis acinis expreſſi,partibus tribus,ſucci mentæ parte vna: decoquuntur hæc in vaſe fictili,aſſidue miſcendo: cum q; iam craſſeſcunt,ſublata reponuntur in vſum. Datur ſex medicamento hoc poſtulante neceſſitate,ante cibum omnem myſtrum vnum,aut etiam duo.

Ad Dyſentericos,& Cibum Vomitu reijcientes.

Radicis arboris cotoneæ libram vnam,decoque in vini myrtei ſextarijs tribus ad tertias vſque: expreſſo deinde cremori adde mellis libram dimidiam,coquito q; rurſus aſſidue miſcendo: tãdem reponito in vſum. Datur huius ante omnem cibum myſtron.

Ad Ventriculi Subuerſionem,Cœliacos,& Dyſentericos.

Mala cotonea quatuor numero,integra mala punica decem numero,ſorba octo,in aquæ ſextarijs tribus accurate decoquito: cumq; omnia flacceſcere iam cœperint,exprimito: demum abiectis craſſis fructuum partibus cremorem eum iteratò coque ad tertias vſq;: poſtremo additis generoſi mellis libris quatuor,rurſum coquito impoſitum carbonibus,continuo miſcendo ad conuenientem conſiſtentiam: ſic q; in vſum reponito. Vtitor q; vt medicamento præcedenti.

Immodicam

A *Immodicam ex nimio ardore Sitim extinguentia, Catapotia.*

Seminis cucumeris domestici vnciæ octo, seminis portulacæ vnciæ octo, tragacāthæ vncię quatuor: dissolue tragacantham recentium crudorum ouorum aquatis, dissolutam q; adfundito cæteris probe tritis: conformato q; ex omnibus mistis catapotia, quę in vmbra desiccentur: teneatur q; ex ipsis vnum sub lingua, solutus q; saliua humor paulatim deglutiatur.

Ad Ventriculi Subuersionem, & Feruidos halitus.

Anesi, apij, cuiusque vnciæ duę: cymini vncia vna: propinato ex his bene læuigatis, ieiuno quidem cochlearium ex aqua, sub somnum autem aliquando ex vino. *Aliud.* Bibatur tribus continuis diebus absinthij dilutum.

Ad Ventriculi Refrigerationem & Singultum.

Piperis vncię tres, castorei vncia vna mediocris cochlearij quantitas, ex aqua ieiuno datur. At si ex calidis succis in ipsa ventriculi concoctione corruptis singultus ortum habeat, quod ex ventriculi ardore mordicatione q; cognosces, aqua tepida epota, iube affatim vomant, & cessabit confestim singultus. Porrò sternutamētum in tempore factum, sedat singultum: sicuti etiam acetum in sorbitione acceptum.

B *Ad Aestuantem Ventriculum.*

Quibus ventriculus præ nimio ardore exoluitur, aut animi sequitur defectus, siquidem sine febre hoc vsu veniat, dato in potu frigidæ cyathos tres, aut quatuor, id q; per temporis interualla. Quo'd si his malum mitescat, cibo est reficiendus æger: sin vero perduret, astrictis cōiunctis q; extremis, ei præbeto sorbendam assidue aquam, in qua maduerint cotonea, pira'ue, aut mespila, aut baccæ iuniperi, aut pampini vitis, aut rosarū. Vel succum mali punici, aut vuæ acerbæ. Vel dato, quem bibat, tritum mentæ ramulum, aut labruscæ florem, & finito quiescat.

Ad nimiam ex Ventriculo Saliuam.

Nimia diffluentes saliua masticent siccam conyzam. Porro' extrinsecus imponantur ventriculo, contrita vitis viridia folia, aut cotonea, aut viridis portulaca, aut etiam cucurbitæ ramentum.

Ad Dolorem Ventriculi.

Ventriculi ex inquietudine aut anxietate dolores sedat ac mitigat potum lac muliebre, aut vaccinum, aut asininum, cui incocti sint lapilli. Et rosarum decoctum. Quin etiam album oui luteum cum polenta potum.

Ad Vomitum Bilis nigræ.

C Ad nigræ bilis vomitum ventriculi q; inflationem, & potissimum † inter maducandum, } imponitur vtiliter ventriculo spongia ex aceto quàm acerrimo calido. Aut hederæ folia vino decocta, vt cataplasma, ipsi applicantur. Porrò cibus sit boni succi, cuius generis sunt oua, alica, & iuscula, vtpote auicularum, extremarum porci partium, phasiani, iuuenis perdicis, aliorum q; omniū his similium. † Al. in distentionibus.

Ad Ventriculi Inflationem.

Ad inflatum distentum q; ventriculum iuuat polij fasciculus foris impositus, nec non potum eiusdem decoctum. Idem præstant nepetæ decoctum addito mellis momento, & piper drachma pondere.

Doloris Stomachi Mitigatorium.

Stomachi dolorem sedat cuminum assum, & apij pauxillum potui ex aqua datum. Item abrotani ac thymi vtriusq; obolos duos potui dato.

Ad eos qui Grandem Famem dictam βούλιμον facile incurrunt in via.

Βούλιμον dictam famem incurrētes, seu in itinere, seu modo alio, refocillamus reficimus'ue, porrigentes olfactandum acetum, aut pulegium, aut terram aceto madentem, aut poma, aut pira, aut D his similes fructus alios, quorum pro tempore fuerit facultas: aut etiam panem ex vino eos assumere cogentes.

Ad Singultientes.

Singultientibus da rutam, cum vino in sorbitionem: aut nitrum ex melicrato, vel apium, vel castoreum, vel abrotonon, vel aristolochiam, vel cyminum, vel anisum, vel calaminthē, {quam nos nepetam dicimus. }

Ad Hepatis Vitia, & primo ad Obstructionem. CAP. 16.

AMygdalarum amararum vnciæ tres: cymini, seminis apij, cuiusque vncia vna: datur cochlearium ex vino. *Aliud.* Baccarum iuniperi vnciæ tres, seminis brassicæ vncia vna, seminis erucæ vnciæ duæ, excipiuntur melle crudo, datur q; cochlearium vnum. *Aliud.* Succi cichorij cyathum cum aquæ calidæ cyathis duobus, & mellis cochlearijs duobus, exhibeto. *Aliud.* Succi anethi cyathus cum tribus cyathis aquæ mulsæ calidæ. Porro' dictorum omnium quodq; seorsum, aridum, tusum, aut cibo inspergitur, aut coctum bibitur. *Aliud.* Camæpityos, decoctum cum pauxillo melle bibitur. *Aliud.* Chamępityos vncias octo, radicis cichorij vncias quatuor, contunde, & excipe melle cocto: datur huius auellanę magnitudo ex aqua calida.

Pastillus.

Pastillus Hepaticus, id est ad Iecur, inscriptus. E

Anisi, seminis apij, asari, amygdalarum amararum præmundatarum, absinthij, cuiusque vncia vna: conformantur ex aqua in pastillos drachmæ vnius pondere: exhibeto febrientibus ex hydromelite, non febrientibus ex vino misto. *Aliud.* Erigerontis eundem in vsum bibitur decoctum. *Aliud.* Aristolochiæ drachma dimidia trita offertur, febrientibus ex aqua, sicuti ex vino nō febrientibus. *Aliud.* Trifolij herbæ ad tertias decoctum dato potui.

Ad affectos Morbo Regio.

Morbo regio affectum lauato in balneo aquæ potabilis, totum q; corpus oleo confricato anethino. Quod si febre vacet, in colocynthidos corio calefactum vinum propinato. *Aliud.* Lanariæ tritę cochlearium ex aqua dato: aut ex mulso, liberis à febre. *Aliud.* Cichorij succi cyathos tres propinato, febrientibus quidem, nullo admisto alio: non febriētibus vero, ex mulso misto. *Aliud.* Ciceris dicti κρίου id est arietini, & fœniculi, coctorum cremorem exhibeto: febre carentibus, cum vino misto. *Aliud.* Tenerrima folia tam nasturtij, quàm rorismarini terito: expresso q; ex his succo, vtitor, ex mulso, si febre careant. *Aliud.* Elaterion cum lacte muliebri maceratum naribus infundito, & iubeto sursum attrahi. *Aliud.* Cyclamini succo aqua misto, vt modo dictum, vtitor. *Aliud.* Editur eundem in vsum sentis caninæ rubeus fructus. *Aliud.* Chelidonij herbæ succum F cum vino & aqua mulsa porrigito non febricitantibus. *Aliud.* Hyperici drachmam vnam propinato ex aqua mulsa. Porrò ieiunis dato in cibum amygdalas amaras.

Ad Lienosos. CAP. 17.

Datur his in potu decoctum chamædryos, vel chamępityos, vel polij, vel rubiæ: id q; aut per se, aut cum oxymelite non febricitantibus. *Aliud.* Candidæ hederæ corymbi numero tres, dantur deuorandi, & superbibendum acetum mulsum. *Aliud.* Radicis capparis ex oxymelite decoctum non febricitantibus datur. *Aliud.* Tamaricis fructum tritum & per incerniculum excretum duorum cochleariorum quantitate, dato ex oxymelite. *Aliud.* Ferrum ignitum aqua restinguito, quam da in potu cum vino, si nulla adsit febris.

Epithema Splenicum, id est lieni aptum.

Fœnogræci vnciæ quatuor, hordeaceæ farinæ vncię tres, seminis nasturtij vnciæ tres: caricas acerrimo primum aceto maceratas contundito fortiter in pila: deinde adijciens cætera, vnito omnia simul, ac vtitor. *Aliud.* Moly herbam etiamnum virentem cum suo semine in ollam conijcito, in qua diligenter obturata coquito plurimum lento igni: coctam q; nunc & in pila tritam imponito lieni, ante tres dies non soluturus. G

Ad Hydropicos, id est Aqua inter cutem affectos CAP. 18.

Foenogręci vncia vna, hordeaceę farinæ vncię tres, stercoris columbini vnciæ quatuor: frixæ resinæ, picis, cuiusq; libra vna: axungię veteris librę duæ: liquato quæ liquari ex his possunt: demum addito cętera ex aceto trita, ac vtitor. *Aliud.* Fimi caprilli sicci libras duas coctas in oxycrato, vt malagma imponito.

Ad Colicos. CAP. 19.

Anethum & cyminum in tribus olei vncijs coquito, & simul exhibeto. *Aliud.* Rutam coctā similiter in dicta olei mensura, adiecto resinæ terebinthinæ cochleario, præbeto.

Ad eos qui Refrigerati sunt.

Anethino vtere, cui additum sit triti castorei cochlearium.

Ad Inflammationes.

Anethino vtitor, cui admista sint casei non saliti duo cochlearia. *Aliud.* Additur similiter vel pinguedo anserina, vel cerui medulla.

Ad Dysentericos & Cœliacos, & Primo ad Dysentericos. CAP. 20.

IN dysentericorum curatione, illud præmeminisse fuerit perquam opportunum, videlicet optimum dysenteriæ remedium cibi esse paucitatem. Necessum ad hæc sunt ea, quę dysentericis in cibo dantur, quàm licet leuia, ab omni aliena grauitate, & concoctu facilia. Porrò decoctum malorum punicorum integrorum, nec minus cotoneorum commode his tum ad sorbendum propinatur, tum per clysterem inijcitur. *Aliud.* Plantaginem herbam cum oryza exacte decoctam da in cibo: quin huius ipsius succum adiecta pinguedine hircina commode subministrabis. *Aliud.* Myrti baccas vino incoquito, si quidem febre careant: sin aliter, aquę: ac immittito. *Aliud.* Cochlearum integrarum vstarum vncia vna, cornu cerui vsti vnciæ duæ, vniātur succo plantaginis: exhibeatur ex hoc fabæ magnitudine, febre carentibus cum vino, cum aqua vero febricitantibus. H

Ad Cœliacos & Dysentericos.

Baccarum myrti siccarum contusarum q; rosarum aridarum, cuiusq; vncia vna: baccarum iuniperi decem numero, pirorum aridorum tusorum q; tria & viginti numero: ceratiorum, quas dulces siliquas dicunt, contusorum vncia vna: corticis pini vnciæ quatuor: propinato excreti ex his puluisculi cochlearium ex vino. Porrò solidius illud crassiorum q; partium pinguibus palmulis coactum ventri imponito. *Aliud.* Potum leporis tum hinnuli tum etiam capreæ coagulum ex vino, nec non immissum cum oryzæ cremore iuuat.

Ad

A *Ad Diuturnam Dysenteriam.*

Chartæ vſtæ,calcis,cuiuſque vnciam vnam vuæ immaturæ ſucco excipiens in paſtillos confor mato,ponderis diuerſi,nempe modo vnius,modo duarum,modo etiam trium vnciarum,vt cuiq; ętati apta ſit ad manum quãtitas.Porrò vbi vſus poſtulabit,vnum ex his vino auſtero diſſolutum adiecto oryzæ cremore,per clyſterem inijce. *Aliud.* Cocti anſerini oui putamen minutiſſime tri tum dimidiæ drachmę quantitate ex vino propinato.

De Sedis Vitijs,& de Applicandis ſedi Medicamentis. CAP. 21.

SEdi diuerſa accidunt vitia,vt ſunt rhagades i.rimæ,condylomata,aliæ q; inflammationes. Apta autem his ſunt tenera,mollia,omni q; vacantia mordicatione,inuncta medicamenta.

Ad Sedis ex ardore Dolores.

Oui luteum ex vino albo tritum,& roſaceo cerato exceptum illine,emplaſtri q; modo vtere. Cõueniunt autem his ἁπαλὰ id eſt mollia tenera q; dicta pharmaca,& ἄδηκτα id eſt mordicatio ne carentia,illita. *Aliud.* Recentem anſeris adipem inungito,& emplaſtri in modum impõnito. Vtile his etiam cataplaſma ex pane mundo diſſoluto cocto q; in aqua & roſaceo: quod fuerit efficacius,additis ouorum luteis aliquot coctis. *Aliud.* Fœnogrecum elixum tritum q; adiecto bu
B tyro vt cataplaſma applicato. *Aliud.* Anſerinum adipem inungito. *Aliud.* Roſarum vnciæ tres,coctorum ouorum lutea duo,trita ex vino albo,roſaceo q; cerato excepta, illinuntur.

Ad Ani Pruritus.

Terram vocatam cimoliam tritam cum vino,cerato q; myrteo exceptam appone.

Ad Procidentem Anum.

[a]† Recrementi plumbi vncia vna,roſarum ſiccarum vnciæ quatuor, accurate admodũ trita, ſic ca inſperguntur ano,eloto prius vino myrteo. [b]† *Aliud.* Cyclamini ſuccum & mel æqua portio ne decoque in vaſe æreo,donec cerati habeat craſſitudinem,& inunge.

De Renum & Veſicæ Vitijs. CAP. 22.

POtio ad Renum & Veſicæ affectus inflammationis participes, & Exulcerationes. Seminis lini vncię duæ,amyli vncia vna: propinato ex aqua cochlearium.

Ad Veſicæ Vlcerationem,& Vrinæ Difficultatem.

[c]† Pinei nuclei,& amygdala,ſingulorum numero viginti,palmulę quindecim,tragacanthę vnciæ quatuor. Datur ex his cum aqua.

Ad Renum Obſtructionem.

C Apij decoctum tribue in potu febre carentibus ex condito, febrientibus ex aqua. *Aliud.* Decoctum cicerum,quæ à ſimilitudine κριὰ i.arietina appellantur,cum condito,detur in potu.

Ad Calculoſos.

Lini ſemen exacte tritum,datur ad bibendum cum condito. *Aliud.* Seminis cucumeris domeſtici frixi vnciæ ſex,ſeminis maluæ vnciæ quinque,nucleorum pineorum frixorum vnciæ ſex, ſeminis apij vnciæ octo,amygdalorum amarorum mundatorum vnciæ nouem,paſſo excipiuntur. Cochlearij datur menſura,vt ante dictum eſt.

Ad Coxendicum,Pedum,& Articulorum Dolorem CAP. 23.

EIuſdem inter ſe ſunt generis omnes huiuſcemodi morbi: proinde eandem ferè poſtulant curationem,differentes ſolum efficientibus ipſos ſuccis: quorum hi quidem calidi ſunt, illi vero frigidi. Dignoſcuntur aũt,q̃ calidum ſuccũ comitentur rubedo,calor,& ſi adiuncta fuerit inflam matio,vehementes dolores.Contra frigidum,tumor albus laxus,ac mollis. Porrò vtriuſq; curatio eſt,vt calido frigida,frigido vero calida diſcutientia q; applicentur. Et ſi quidem magna fuerit efficientis morbum ſucci abundantia,hic vacuante medicamento primo eſt educendus. Quòd ſi corporis adſit plethora,principio ſecanda eſt vena: deinde repellendus cohibẽduſq; influxus oxy
D crato,aut hoc etiam frigidioribus medicamentis alijs. At omnibus de his ſcriptum nobis abunde eſt,cum alijs in libris plurimis,tum maxime,mi Glauco,duobus illis de arte curatiua ad te miſſis. Proinde verboſius de his diſſerendum non eſt,hoc præſertim commẽtariolo,qui de rebus acquiſitu facilibus tantummodo inſtituitur nobis. Cæterum in coxẽdicum doloribus, reprimentibus medicaminibus nunquam eſt vtendum.Cũ enim in alto corpore ſit iuncturæ huius ſitus, reprimentibus medicamentis ſuccus à circũſtantibus vaſis muſculis q; deferetur ad ipſam iuncturam, grauius etiam diſcruciaturus.Quapropter mitigantibus tantum lenientibus q; eſt remedijs vtendum. Neq; porrò vehementer aut calidis, aut frigidis medicamentis in coxendicum eſt dolore agendum,q̃ ab his iritetur verius,quàm curetur,humorum fluxio: † admodum enim calida attrahunt magis,quàm vel diſcutiunt vel diſijciunt: è diuerſo frigida congelant coarctantq; quodãmodo fluentes humores,diſcuti q; reddunt contumaces. Cæterum coxendicum dolore affectos vomitus,quàm alui deiectio,iuuat magis,q̃ humorum ad inferiora defluxum retrahat. Prouocãdus autem initio vomitus,eſt ab accepto cibo. Poſtea vero ad ciendum hunc,licet etiam vti bulbis vomitorijs,& raphano,id eſt radicula: exhibentur autem in aqua cocti bulbi, ex oxymelite: radicula vero conciſa in tenues particulas,editẽ ſimiliter ex oxymelite. Deinde vbi nunc à ſumptis his longum ſatis tẽpus præterierit,ad vomitum ducendi ſunt: quo prouocato,deinceps longo interpoſito tempore,

a †Vide l.9.de cõpõne medi. ſm locos.

b † Vide ibidẽ cap. de hęmorrhoidibus, Ex tractorum hęmorrhoidum magni Tarſẽſis.

c †Vide l. x de cõpõne med. ſm medicamẽtũ Andromachi integram iſtius medicamenti compoſitionem.

† Ex impreſſis cod. ita poſſet verti calor .n. multus ipſas attrahit magis q̃ diſcuti ꝓhibet. ex li. aũt x de cõpõne med. ſm locos hoc pacto. caliditate nimiũ ipſam fluxionẽ magis attrahẽte, q̃ ꝓhibente.

to tempore, lauandi sunt: deinde iterum tantisper est ipsis quiescendum, donec omnis oborta ex E
eo corporis turbatio conquieuerit: demum tenui sunt victu reficiendi.

Ad Podagræ Paroxysmum, id est acerbationem.

Brassicæ folijs decoctis ac tritis addito aceti fæcem, lutea duorum ouorum crudorum, ac rosacei parum: quæ accuratius deinde mista in modum cataplasmatis tepida imponito, frequenter renouans. *Aliud.* Cataplasmati vulgari & vsitato ex caricis elixo adiecta hyoscyami folia incoquito, ac vtitor.

Ad Feruidas Inflammationes.

Lentem palustrem ex aceto & rosaceo imponito. *Aliud.* Vlmi folijs expressum succum, & coctum, cum cerato illine.

Ad Excedentes & veluti immensos Ardores.

Lactucæ folia exacte cum pane trita, applica, frequenter remutans. *Aliud.* Coriandrum viride tritum cum polenta vt emplastrum admoueto.

Ad Laxas Inflationes.

Salem ex oleo diligenter tritum succida q; lana exceptum vt emplastrum impone.

F

LICET commentarij huius initio de cholera dicto vitio, & mortiferis pharmacis, de q; serpentibus qui ictu morsu've venenum relinquunt, & sanguinis etiam fluxu, sit non nihil dictum nobis, non fuerit tamen à ratione alienum paucis adhuc de ijs agere, licet ad alium locum hęc pertineant.

Ad Sanguinis è Naribus fluxum. CAP. 24

TRiticeam farinam porri succo maceratam tortili linamento adfrica, perfluenti q; nari inserito. *Aliud.* Tortile linamentũ aceto quàm acerrimo madens ad lucernam comburito, & mananti nari insere. *Aliud.* Asinini fimi, etiamnum calentis succum, mistum cum æquali aceti portione, & tanta farinæ triticeæ, vt sordium habeant consistentiam, linamento adfricato: quod affectæ nari imponito. Iuuant ad hęc tam pedibus quàm manibus iniecta vincula, nec non refrigerare caput. Magnas præterea cucurbitulas præcordijs adfigere, iecoris quidem, profluente dextra nare sanguine: sicuti sinistris siue lieni, affecta nare sinistra. Cæterum de sanguinis per os reiectione, dictum nobis antea est.

De Fluxu Sanguinis è Vulnere. CAP. 25.

Sanguinis è vulnere effluxum curant myrrha & thus trita, & ex oui aquato pro vulneris ra- G
tione imposita. *Aliud.* Vstæ ranæ cinerem vulneri inspargito. Superponenda porrò his spongia ex oxycrato, & frequenter siccitatis ratione mutanda. *Aliud.* Recentem ac calidum adhuc fimum asininum cataplasmatis modo superdato: quòd si aridus fuerit, dissolue pauxillo aceto.

Ad Choleram dictum affectum. CAP. 26.

Si sine febre, alia q; vacuatione eueniat, da buccellam panis ex vino misto, da q; potu frigidam, & cucurbitulas magnas medio adfige ventri. Quòd si is, qui affligitur quadrato sit habitu, in frigidum inducito lauacrum, in quo diutius permaneat. Porrò cibus conuenit adstringentis facultatis, vt sunt ex autumnalibus fructibus poma tam cotonea quàm punica.

Ad Pharmaca Mortifera. CAP. 27.

De lethalibus medicamentis, neq; indistinctius hic agere tutum satis est, neq; parui laboris de omnibus singulatim, de q; sequentium ad hæc symptomatum siue accidentium curatione: ne interim referam adiunctam huic rei male faciendi occasionem, præsertim ijs, quibus male facere volupe est. Proinde ea hic tantum tradam, quę in communi ferè creduntur conferre ijs, quos lethalia eiusmodi medicamenta deuorasse contigerit. Principio igitur iubendum, vt hi tales cõfestim vomant, epoto prius hydrelæo, id est mistis aqua & oleo, & plurimo & frequenter. Deinde varijs H
diuersis q; sunt cibandi ferculis: à quibus non ita multo post rursus vomant, iubeto: sic enim aut simul rejcietur mortiferum medicamentum, aut saltem infringetur ipsius virtus. Quòd si post hęc ventriculus videatur à vomitu veluti aduri, hydrorhodynon, id est aquam rosaceo oleo mistam, potui offerto: dehinc vomant, rursus iubeto. Quòd si vsus postulare videbitur, dabis theriacen ex vino, aut iuniperi baccas numero nouem, & rutę trita viginti folia, aut herbę chamæpityos. A somno in totum abstineat, præcipito, extremarum q; partium vtitor frictione. Quòd si malum videbitur tibi altius in ventrem nunc descendisse, quod ex mordicatione iritatione q; inferioris ventris cognosces, instandum acrioribus clysteribus: cuius generis sunt, qui ex melle copiosiori, & aphronitro constant, aut alio quouis, cui iritandi ventris sit facultas. At strangulationi à deuoratis fungis medetur nardus, ex oxymelite pota. Idem potest gallinarum domesticarum fimum, ex oxymelite. Cæterum suffocationi ex concreto in ventriculo lacte, auxiliatur potum cum vino coagulum.

Galeno

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE MEDICINIS FACILE PARABILIBVS AD SOLONEM MEDICORVM PRINCIPEM

Iunio Paulo Crasso Patauino interprete.

CENSVRA

Liber, cuiuscunq; is fuerit, non omnino inutilis.

GALENVS CLAVDIANO SOLONI ARCHIATRO S.

Ex tralatione veteri.

C Via petijsti, vt de facile parabilibus remedijs ad te scriberē, Solon charissime, gratum tibi fore putaui, si quæ mihi per experiētiam cognita sunt, scriberē, & ad te mitterē, à capillis vsq; ad pedes procedens, vt homo facile possit ipsa adipisci. Incipiamus igitur primo à capillis.

De Tincturis Capillorum. CAP. I.

℄ *Vnctiones Capillorum, vt etiam cani fiat nigri.* Scoriam ferri, & plumbum, coque in aceto vsque ad tertiam partem, & illine: interim tamen ne tange capillos oleo. *Aliud.* Radices capparis tere, & coque in lacte asinæ vsq; ad tertiam partem, & vtere. Hoc serua, quia prorsus denigrat pilos capitis. *Aliud.* Testudinis marinæ fel dissolue cum oleo, & vnge capillos. *Aliud.* Racemulos in nucibus pendentes in oleo coque, bitumen liquidum adde, & vnge. *Aliud.* Plumbum cum oleo repone in vase plumbeo, & eo vnge capillos. *Aliud.* * Melōngiam terrestrem combure, & cum oleo dissoluens, vnge capillos, et dimitte per totam noctem. ℄ *De prohibenda Canitie.* Accipe colocynthidem, & perfora eam, & purga ipsam bene ab ijs quæ sunt intus: deinde imple oleo laurino, & adde semen hyoscyami non contritum: dimitte vnū diem, & vnge semel in anno. ℄ *Ad Dealbandos Capillos.* Stercus hirundinis terens cum felle tauri, vnge. *Aliud.* Verbasci albi combure florem, & extingue aceto, & leniens vnge. ℄ *Vt Flaui fiant Capilli.* Alumen coque in aqua, & madefacito capillos duobus diebus: &

*Aliter stratiotem.

D post hoc laua cum aqua, in qua est dissoluta fæx vini combusta. *Aliud.* Decocto lupinorum amarorum madefacito capillos: vel ipsos lupinos amaros crudos terens, & permiscens cum aqua, illine. *Aliud.* Fæcem vini permisce cum sordibus balnei ad spissitudinem cerati, & vnge caput, quando vadis dormitum. *Aliud.* Folia ligustri infunde in succo lanariæ, & vtere hoc diluto *Aliud.* Rubiam, stœchadem citrinum, polytrichum, absinthium & lupinos, conijce in aquam, reponens in vase vitreo: & dimitte per nouem dies, mouens bis in die. Tempore vero vsus accipiens dictæ aquæ quod sufficit, mitte in eam spongiam, & dimitte vt imbibat aquam: & quando fuerint desiccati capilli ea aqua prius irrigati, ablue cum aqua calida & sapone.

De Casu Capillorum. CAP. 2.

Ad casum capillorum, vlmi radicem, et foliorum manipulum j macera in iiij cyathis aquę, & vnge: & post hoc vnge cum oleo. *Aliud.* Sambucum cōburens, misce cū cerato, & vnge. *Aliud* Aloen permisceto cum vino nigro austero, & vngito. *Aliud.* Myrrham & ladanum illine cum vino aut oleo myrtino. *Aliud.* Accipe apes multas, & combure, & misce cum oleo, & vnge cauens ne vngas ea, quæ sunt circa. *Aliud.* Nigellam accipiens combure, & miscens cum aqua illine: maxime autem hoc confert superciliis. ℄ *De Capillis, qui Cadunt ijs, qui reficiuntur ex ægritudine.*

Ladanum cum vino & oleo rosaceo coquito, ad spissitudinem cerati, & vngito. *Aliud.* Radicem E mori decortica, & combure, & coque vt dictum est. *Aliud.* Pulicariæ semen terens, pone in lixiuio, & laua caput: deinde coque lentiscum, & collue caput. ℭ *Vt in loco Combusto ab igne oriamur Capilli.* Folia ficus terantur, & in farinam vertantur, & apponantur loco. ℭ *Psilothrum.* Cerebrũ vespertilionis terito cum lacte mulieris, & illine. *Aliud.* Fel thynni misce cum gummi hederæ, & illine. *Aliud.* Accipe sanguinem recentem leporis, & adhibe. *Aliud.* Sanguinem cerui permisce cum aceto, & obline. *Aliud.* Semen vrticæ syluestris accipe, tere cum oleo, & frica ipso locum.

Aliud. Vespertiliones plures viuos pone in bitumine, et dimitte, vt putrefiant, & vnge quem vis locum.

De Alopecia. CAP. 3.

Murem combure, & tere, & puluerem permisce cum adipe vrsino, et vnge prius fricans locum cæpa alba. *Aliud.* Cantharidas combure, & tere, & puluerem permisce cum melle, & vngito.

Aliud. Folijs ficulneis frica diligenter, deinde vnge cum adipe vrsino. *Aliud.* Spumam maris combure, & terens permisce cum oleo, & vnge. *Aliud.* Ranam habentem longa crura combure, & terens misce cum pice liquida, & vnge locum pręfricando ipsum. *Aliud.* Equi fluuialis pellem combure, & vnge locum. *Aliud.* Sanguine testudinis marinę vnge locum. *Aliud.* Accipe muscerdam & tere & permisce cum aceto, ad mellis crassitudinem, & vnge præfricato loco. *Aliud.* Asphodelum tere, & permisce cum aceto, vel vino, & præradens locum frica folijs ficus vel panno aspero, & illine. *Aliud.* Radicem cannę vrito, & permisceto cum adipe vrsi, & vngito. *Aliud.* Tithymallum tere, & vnge locum. F

De Porrigine. CAP. 4.

Cimoliam perfunde aqua, & misce succum betæ, & vnge: deinde laua: post accipe thus masculum, tere, & permisce cum vino & oleo atque vnge: sequenti vero die herbã pedicularem ex oleo illinito. *Aliud.* Accipe nitri, fecis vini, mirobalanorum, singulorum libram: herbæ pedicularis sesquilibram: permisce cum oleo antiquo, & vnge. Humidas autem porrigines aqua salsa, vel decocto lupinorũ, ablue: est enim vsu ꝓbatum. *Aliud.* Laua caput succo portulacæ. *Aliud.* Vnge caput succo betæ cocto vel crudo permisto cum melle. *Aliud.* Cimoliam permisce cum decocto fœnigręci, & impone. *Aliud.* Radicem cucumeris syluestris coque, & eius decocto lauato.

Aliud. Scillam in fornace obrue: vbi fuerit mollis, exprime succum, & ei parum olei admisce & vnge.

De Psydracijs & Exanthematibus. CAP. 5. G

Psydracia sunt parua exanthemata facta in capite, similia vesicis eminentibus in superficie. Exanthemata verò sunt vlcerationes factæ in summa cutis subrubicundæ & asperæ. Curantur autem sic. Accipe lomentum, & funde in vinum, & appone vt ceratum. *Aliud.* Fac ceratum ex ligustro & cerussa, & illine. *Aliud.* Accipe amyli, cerussæ, aluminis, foliorum viridium rutæ, singulorum drachmas quatuor: permisce cum aceto, & oleo myrtino, & vnge. *Aliud.* Accipe spumæ argenti, cerussæ, singulorum sesquiunciam: sulfuris ignem non experti drachmas octo: dilue oleo myrtino, & vnge.

De Achoribus & Fauis. CAP. 6.

Achor est affectio oriens in capite, perforans cutim subtilibus foraminibus, per quæ exit sanies parum viscosa. Fauus autem facit foramina maiora continentia humiditatem melli similem. Curantur autem sic. Abrasum caput foue bis aut ter aut sępius aqua calida decocti myrti, aut rubi, aut lentis, aut lupinorum amarorum, aut radicis asparagi: cum autem effluet multa sanies capiti, folia salicis, aut lentem coctam in aqua imponito. Confert etiam ante caput sulfure & parietaria & sapone oblinere. *Aliud.* Accipe lithargyri drachmas xvj, foliorum rutæ drachmas viij, herbæ pedicularis drachmas quatuor, atramenti sutorij drachmas duas: aceto & oleo myrtino excipito. H

De Tremore Capitis. CAP. 7.

Stœchadem da bibendam ex aqua. *Aliud.* Artemisiæ succum parua habentis folia permisce cum oleo rosaceo, & vnge neruorum origines. *Aliud.* Spinæ albę semen bibendũ exhibe. *Aliud:* Castoreum aqua dilue, & bibendum prębe.

De Dolore Capitis. CAP. 8.

Cornu cerui combure, & tere, & permisce cum oleo rosaceo, & vnge frontem ac tempora. *Aliud.* Cerebrum vulturis terens, illine caput, & tempora. *Aliud.* Psyllium fundens in oleum rosaceum permisce, & vtere: hoc autem confert & ad hemicraniam. *Aliud.* Styracem liquidam permisce cum oleo, & applica. *Aliud.* Oniscos id est asellos, sub hydrijs degentes, coque in oleo, & vnge caput. *Aliud.* Flores mali punici, vel ipsa balaustia, coque in vino, aut aqua marina vsque ad consumptionem tertiæ partis, & tere, & cum cerato permiscens admoue.

Aliud. Pulegio & fœniculi radice cum farina hordei line tempora. *Aliud.* Mentam aut sinapin cum aceto permisce, & madefac tempora bis in die. ℭ *Ad Dolorem Capitis & Temporum.*

Accipe

A Accipe opij magnitudinem fabæ, & pulegij partes sex, & lentisci: & excipe aceto ac oleo rosaceo, & vngito. *Aliud.* Rumicem acidum & gallam tere, & vnge tempora & frontem. *Aliud.* Castoreum dissolue cum oleo rosaceo & aceto: vnge frontem & tempora. *Aliud.* Iridem siccam & cardamomum minus aceto resolue, & line capillos, sicut faciunt mulieres cum inungunt eos. *Aliud.* Succum peucedani oleo irino diluens imponito. *Aliud.* Hirundinũ nidum ne permittas in terrã cadere: & lutum, quod est stercori mistum, capito: et aceto in vase lineo subigito, & illinc frontem. *Aliud.* Gummi hederę aceto & oleo rosaceo diluens vnge tempora. } *Aliud remedium.* Caprinum stercus ex aceto & oleo rosaceo terito, fronti illinito, & fascia deligato: id facito multo mane, ac vesperi, & caput dolentem sanitati restitues. *Aliud.* Euphorbio & atramento scriptorio vnà cum aceto detritis frontem illine. *Aliud.* Puer venerem non expertus in limine ægroti ianuę mingito: tu vero acetum infundito, atque vtrunque in vnum super limen commisceto, donec sordium acquirat crassitudinem: ac eadem illa hora fronti imponito. *Aliud.* Si qua ex partu capitis dolore tentetur, cinerem cum aceto admiscens fronti superdato. *Aliud.* Hederæ lachryma cum aceto & rosaceo mista tempora & frontem obline. ℭ *Epithema ad idem.* Nasturtium cum aceto & rosaceo misceto ad cerati crassitudinem: imponito q; ita, vt à tempore ad tempus pertineat: illi-
B co dolorem auferes. ℭ *Ad eos, qui ex Altera Capitis parte dolent.* Acaciam roseo cerato excipiens vtere. *Aliud.* Cichorium impositum & capitis dolores, & exustiones à Sole, efficaciter tollit.

Ad Comitialem Morbum. CAP. 9.

Ictinum, hoc est miluum, in olla cremato viuentem: cinerem q; propinato, & sanabis. *Aliud.* Eiusdem iecur exustum & tritum ex aqua potui dato. *Aliud.* Asini stercus frictum cochleariorũ duorum pondere quotidie exhibeto, atque ægrotus morbo liberabitur: id remedium longa experientia comprobatum est. *Aliud.* Vrina verris in fumo arefacta ex oxymelite pota bene facit: esto autem vrinæ portio ad ægyptiæ fabæ magnitudinem: sed optima est apri. *Aliud.* Hircinum stercus ad morbum comitialem proficit, si ex eo quindecim globuli summum exhibeatur. *Aliud.* Agrestis maluæ succum ægrotus per triginta dies ieiunus bibat, & curabitur. { *Aliud.* Mustellæ iecur aridum ex aqua propinato: id facias autem, cum ægrotus mox est casurus. *Aliud.* Parum olei leporis coagulo infundito, & pilulas facito: ex quibus modo vnam, modo duas præbeto.} *Aliud.* Mustellæ sanguine oblinito, ac mustellam pedibus capite q; abiectis edendam apponito. Pariter & strumis exhibita mustella prodest. *Aliud.* Murem dissecans per Lunę silentium, iecur
*C ipsius extrahito: & assum ægro, vt comedat, exhibeto. { Iuuat etiam oxymel scilliticum, et Iuliani, & theriaca. } *Aliud Odorabile ad Comitialem affectum.* Tithymallum cum aceto & polenta terens placentulas conficito, olfaciendas q; laboranti offerto, & non cadet. { Confert etiam odorari peucedanũ & picem. ℭ *Suffimentum Comitialem morbum detegens.* Lapidem gagaten suffito, ipsum circumuelãs, ne odor dissipetur, cadetq;, si re vera comitiali morbo affectus est. ℭ *Potiones, per quas Dignoscitur, Vtrum Comitialis morbus Sanabilis sit.* Acaciæ drachmam aqua diluens bibendam dato: si vo-
* muerit, insanabile malum est: sin autem febricitauerit, potio ipsi prodest. ℭ *A Sidere percussorum curatio.* Asini lotio ipsos consperge, & sanescent. ℭ *Si Comitiali morbo humi prostratum confestim excitare Vis.* Thymum aut pulegium conterens eius naribus admoueto. ℭ *Materiam per Nares detrahentia.* Anagallidis cœruleum habentis florem succum naribus instillato, iubeto q; supinum ægrotum spiritum adducere: hoc enim omnibus ex capite laborantibus opitulatur. { *Aliud.* Succum hederæ albæ naribus instillato. } *Aliud.* Nigellæ expressum succum cum mulsa instilla. Ad eundem modum & iride veteri oleo admisto vtitor. *Aliud.* Betæ radicis succum in nares infunde, & caput purgat.

De Aurium Vitijs, primumq; de illis quæ in Auditorijs finibus fiunt. CAP. 10.

D Vino diluto, aut mulsa, aurem subluito: ac lycium in oui putamine macerans infundito. ℭ *Ad Inflammationes, & Dolores.* Allij capitula conterens cum oleo in olla calefacito: oleum q; in aurem infundito, & dolor sedabitur. ℭ *Ad magnum Dolorem.* Anserinum iecur salsum cum nardo eliquato, & repurgans in aurem indito. ℭ *Ad Aures Saniemanantes.* Liquidum alumen aqua diluens in vitreum vas conde, & maceratum instilla. ℭ *Ad Aures Purulentas & grauiter Dolentes.* Porri succo melle diluto vtere. *Aliud.* Opium dulci vino eliquans ac tepefaciens in aurem inijce. *Aliud.* Cedri lachrymam ex pauca nardo immittito. *Aliud.* Mel & oleum vnà in vasculo prius
* tepefacta instillato. ℭ *Ad Teredines & Saniem.* Alumen scissile cum aceto & dulci vino elixum ad mellis temperaturam, infusum, tam in recentibus quàm antiquis vitijs efficax est. ℭ *Ad Sonitus Aurium intra seipsas & acres Dolores.* Cedri lachryma cum melle admista, et infusa prodest. *Aliud.* Aloe, quæ iecoraria dicitur, cum mulso ad sordium crassitudinem temperata, & infusa benefacit. *Aliud.* Vulpis adeps eliquata infundatur. *Aliud.* Nardum tepefactum infundito. *Aliud.* Cassiam ex rosaceo inijcito. *Aliud.* Blattæ domesticæ oleo rosaceo inferuefactæ opitulantur. ℭ *Ad
* Dolores paulatim ingruentes.* Lanam succidam in aceto feruefacias, exprimito q; humorem in aurem: deinde foramen summum, ipsius lanæ succidę portione integito. *Aliud.* Mali punici im-

maturi ſucco cum melle vtere: aut lentiſci, aut herbæ muralis, aut liguſtri, aut rubi: horum cuiuſ- E
que ſuccum aut per ſe aut melli admiſcens & elixans, vtere: pariter & plantaginis, aut lactucæ, aut ſanguinalis, ſucco vtendum eſt. ℂ *Ad Dolores abſque Vlcere.* Sulfur ignem non expertum per calamum naribus in ſuffletur. *Aliud.* Papaueris lachryma muliebri lacte temperata inſtillatur.

ℂ *Ad Grauem Auditum.* Abſinthium in aqua decoquens, aurem decocto eluito. ℂ *Ad Surditatem naturalem.* Capræ nuper iugulatæ cornu caprino lotio impleto, & ad fumum per dies nouem ſuſpēdito deinde vtere. ℂ *Ad Sonitus ex profundo.* Acetum, et oleum roſaceum, rutam, et cuminū, cum melle macerans, vtitor. ℂ *Ad Tinnitus Sonosq; repente exortos.* Acetum acre tepefactum in aurem demitte. *Aliud.* Vitis albæ, mellis, veratri albi, & roſei olei portionem, in vnum permiſcens in aurem dato. ℂ *Ad Aurem Dolentem & Saniem manantem.* Acetum, mel, roſeum q; permiſce, & tepefactis vtere. ℂ *Ad Acerbos Dolores.* Subactam oleo euthypāſton adipem infundito, & ſpongia locum occludito: bene facit & ad neruorum morbos cum vulpino adipe atque ſuillo æqua portione permiſta. ℂ *Ad Dolores Aurium ac Phlegmonas.* Haſtulæ regiæ radicem mundato, & in oleum vaſe vitreo contentum demittito: & per continuos quadraginta dies ſub Canis æſtu inſolato: deinde vtitor. ℂ *Ad Vlceratas Aures & purulentas.* Lacertas puſillas venatus mundo oleo eliquato, atque ita in aurē demittito: & vermes, ſi in aure fuerint, interficies. ℂ *Ad Aurium Vermi-* F
culos: & ad ea, quæ in aurem ſubierunt. Cæpas & hyſſopum in lotio vetere conterens inſtillato. *Aliud.* Partis interioris cucurbitulæ ſyluaticæ ſeminum, aluminis ægyptij, pares portiones in cedrino oleo macerans infundito. ℂ *Ad Sordes Aurium educendas.* Lanam vnguentaria glande madidam in aurem demitte, & ipſam ſordium plenam inuenies. *Aliud.* Nitrum tenue in aurem conijcito, acetum q; inſtillato: ſuper lana mollis addenda eſt, & per noctem relinquenda: ſequenti vero die calida aqua et oleo aurem eluito. ℂ *Ad Aurem Dolentem.* Salis flos cum roſeo & aceto infundendus eſt. ℂ *Ad Saniem Aurium & magnum Dolorem.* Nitrum roſaceo dilutum in aurem demitte.

Aliud. Album veratrum ex vino, aut aceto, cum alumine infundēdum eſt. Radicis præterea calaminthæ ſuccus aceto maceratus inſtilletur. ℂ *Aliud ad Diuturna Vitia.* Lycij & mellis æquas portiones commiſcens vtere. ℂ *Ad Inflammatas Aures.* Capitulorum papaueris cortices contere, & tertiam partem cum hordeacea farina permiſce: & in dulci diluto incoque, cataplaſma q; conſice.

Ex tralatione veteri. {ℂ *Ad Aures Saniem manantes & Dolentes.* Medullam vituli liqueſaciens inſtilla. *Aliud.* Scoriam ferri terens in aceto acerrimo inſtilla.

Ad Strumas & Parotidas. CAP. II. G

Strumas communi quidem curatione diſcutiunt ea quæ ſcirrhos, propria vero ita. Farinam lupinorum amarorum coque in oxymelite, & illine. *Aliud.* Stercus bouis aut capræ coque in aceto, & appone. *Aliud.* Calcem melli aut oleo aut adipi porci permiſce, & appone. *Aliud.* Farinam iridis, & ſtercus columbi, coque in vino, & adhibe. *Aliud.* Accipe axungiæ veteris, ſeminis hyoſcyami, picis, olei antiqui, ſtercoris citrini gallinæ, ſingulorum pares portiones: commiſce, & admoue.

De Morbis Oculorum, & primo de Ophthalmia incipiente. CAP. 12.

Succum mentæ infunde: reſoluit enim, ſed melior eſt ſanguis columbi. *Aliud.* Fœniculi ſuccum exprime, & vtere: antiquus autē eſt melior: permiſce autē eum aquę, & vtere. *Aliud.* Ex ruta recente ſuccum exprime, & pone in pyxide æris rubri, & vtere. *Aliud.* Ex coctanis coctis, & farina hordei, & vino albo cataplaſma facito. *Aliud.* Folia papaueris & cortices granatorū cum pol-
* line hordei ſuperdato. *Aliud.* Roſas coctas & tritas impone. *Aliud.* Decoctum meliloti infunde. *Aliud.* Ex folijs coctani tritis fac cataplaſma cum vino et polēta. ℂ *Ad Vngulam.* Dicitur vngula morbus oculi, quando cornea aliquando quidem ſuperficietenus, aliquando vero in profun- H
do, pus continet: & aſſimilatur paruæ vngulæ, quare morbus ille vocatur vngula. Ad moderatas ergo vngulas confert mulſa, & ſuccus fœnigræci, & collyrium quod fit ex thure. Ad maiores autem accipe aloes, myrrhæ, croci, ſingulorum, partem i: vini partes iij, mellis partes vj: diſſoluas crocum cum modico vini, deinde aloen & myrrham: deinde infunde mel: & vniens, in vaſe vitreo recondе: & vtere bis in die, expurgat enim, carnem gignit, & ſolidat. ℂ *Ad Sugillata.* Sinapin tere, & appone cum cerato. *Aliud.* Oſſa ſepiæ tere ſubtiliſſime, & permiſcens aceto illine noctu, tollit enim ea. *Aliud.* Radicem cucumeris agreſtis melli commiſce, & impone. ℂ *De Liuoribus Oculorum.* Hyſſopum tritam liga in panno, & infunde in aqua calida, & tange liuores fomentum faciens. *Aliud.* Farinam iridis melli admiſce, & adhibe. *Aliud.* Cyminum tritum admiſce lacti mulieris, & appone: vel origanum appone ſimiliter. *Aliud.* Erucæ ſemen terens cum felle bubulo imponito. ℂ *De Pterygijs.* Pterygium dicitur neruoſa ſupernatæ oculo membranæ eminentia, incipiens ab angulis & procedens vſque ad corneam: quando vero amplius augetur, cooperit & pupillam. Magna igitur & diuturna pterygia per chirurgiam inciduntur: recentia vero & moderatæ magnitudinis iuuant æs combuſtum vel atramentum ſu-

torium

A rium cum adipe porci. *Aliud bonum.* Atramenti sutorij partem j, gummi arabici partem mediam: dilue vino, & vnge. Quidam autem hepar capræ melli miscentes inungunt. *Aliud.* Accipe Lycium & ligustrum, & cum aqua fac collyrium, & illine. ℭ *De Vlceribus Oculorum & Albuginibus.* Vlcera, quæ fiunt in oculis, quæ quidem sunt superficietenus, nephelia nominant: quæ vero profundum petunt, albugines. Nephelia ergo succus anagallidis expurgat, & succus centaurij minoris cum melle. Diuturna vero extenuat cedria, & æs vstum solum dissolutum aqua in modum collyrij. Albugines autem iuuat nitrum dissolutum diligenter oleo, & illitum. *Aliud.* Accipe succum dracunculi et misce cum melle crudo, et vnge. *Aliud.* Felle hirci confrica oculum. *Aliud.* Os sepiæ combure, & dissolue cum melle, & impone. *Aliud.* Ex stercore lacertæ faciens collyriū cum aqua indito. *Aliud.* Felle canis marini vnge, vel raphani succo, vel felle galli. *Aliud.* Sumito succum malorum granatorum, & pone in vase terreo, & contege panno, & ex pone Soli, donec habeat mellis crassitudinem: & ei misce mellis tantundem: & serua, quia inueteratum valet magis: & cum it dormitum patiens, vnge oculos. *Aliud.* Fel leonis cum melle indito. Si vero puer paruus habet albuginem, mater infantis mandat ammoniacum, & insufflet in oculum: similiter vngat oculum mēstruo alicuius de cognatione sua: & similiter mater eius incidat paruum di

B gitum suum, & sanguine, qui effluxerit perfundat oculum. ℭ *Ad Caliginem & Nebulas Oculorum.* Illine oculos succo foliorum dracunculi. *Aliud.* Succum betonicæ misto vino calido instilla. ℭ *De Hordeolo.* Aqua decoctionis hordei foue oculos, vel cera alba. Vel accipe muscas, & abscinde capita earum, postea reliquo corpore frica oculum. ℭ *De Madarosi.* Madarosis & Milphosis est casus pilorum genarum. Curantur autem his. Accipe nucleorum palmularum combustorum drachmas tres, spicę drachmas duas: tere, & vtere. *Aliud.* Stibij alli, piperis, ana drachmam vnam: spicæ drachmas tres. ℭ *Aliud faciens ad Casum Pilorum Superciliorum.* Auellanas combure, & permisce cum adipe vrsi aut capræ, & vnge. ℭ *Aliud quod etiam confert ad Alopeciam Barbæ.* Alterci drachmas duas, muscerdæ drachmam, polytrichi drachmas duas, olei irini cyathos quatuor: tere & permisce oleo, & præfouens vngito. *Aliud.* Vernationem anguis combure, & insperge: facit enim nasci pilos. Vel nigellam tere, & fac similiter. ℭ *Ad Supercilia Pilosa.* Origanum combure, tere, & applica: prius tamen euelle pilos. *Aliud.* Lacertam viridem coque in oleo, & postquam euulseris pilos, vnge locum. *Aliud.* Chamæleontis seu chameleæ radicem permisce cum sanguine ranæ, & vnge locum. ℭ *Ad habentes Oculos Glaucos.* Glaucos mulierum oculos nigros reddit hyoscyami flos cæruleus siccatus in vmbra, & tempore vsus permistus vino austero

C & illitus. ℭ *Ad Suffusiones.* Theriacam, quæ fit ex viperis, permisce melle sine fumo, & impone. Conferunt etiam caput purgantia, & purgatio cum hiera, & fomentum cum decocto fœniculi, & sagapenum, & helleborus albus cum melle appositus, vel mel cum succo fœniculi. ℭ *Ad Aegilopes.* Ægilops est abscessus paruus inter magnum oculi angulum & nares: qui si negligatur, scinditur vsque ad os: & dicitur ægilops, ante, quā'm scindatur. Huic confert glaucium & crocum simul cum succo perdicij appositum: oportet autem frequenter ea permutare. *Aliud.* Conchulas cum testis suis tere, & appone. Aliqui vero miscent & aloen, vel myrrham. *Aliud.* Fel porcinū sicca, & appone. *Aliud.* Ex perdicio cataplasma facito. *Aliud.* Ex ægilope herba cataplasma impone. *Aliud.* Portulacam & thus masculum appone: prius tamen ea manducabis ieiunus. *Aliud.* Caluariam hominis tere, & appone. ℭ *Ad Nyctilopas.* Hepar hirci assa, & vnge liquore qui defluit, oculum: iuuat enim duodecies illitus. ℭ *Ad Pediculos Oculorum.* Aqua marina tepida foue.

De Affectibus Narium, & primo de Polypo & Ozæna. CAP. 13.

D Atramentum sutorium terens ex aceto illine. *Aliud.* Corticum granatorum drachmas xvj: fellis tauri, amomi, myrrhæ, calaminthæ, marrubij, ana drachmas viij: croci, drachmas ij, ellebori albi drachmas ij: vtere sicco. ℭ *Ad Fœtorem Narium.* Accipe amomi, myrrhæ, rosarum siccarū, pares portiones cum oleo nardino, & vnge: confert autem & vnctio cum hedychroo magmate. ℭ *Ad Vlcera Narium.* Cape lithargyri drachmas iiij: rutæ recētis, aluminis scissi, ana drachmas ij: dilue oleo myrtino & aceto. *Aliud.* Accipe cerussę, drachmam vnam, lithargyri drachmas iij: scoriæ plumbi, vel plumbi combusti, drachmas iij: omnia lauentur & excipiantur oleo myrtino. ℭ *Ad Extrahendum Sanguinem e Naribus.* Florem graminis impone. *Aliud.* Rubiam cum oleo accipe, & vnge nares. *Ad Fluxum Sanguinis, è Naribus.* Corticem oui combure, & accipe partē vnā, & gallę partem mediam, & insuffla. *Aliud.* Lycium impone. *Aliud.* Asini stercus comburēs insuffla cinerem eius: aut exprimens instilla succum. *Aliud.* Lapidem molarem candentē extingue in aceto, & olfaciendum præbe. *Aliud.* Thus masculum & aloen albo oui excipe, & fac linamentum, & impone, addens pilos leporis. *Aliud.* Cucurbitulam magnam affigito hypochondrio è regione naris patientis. Oportet autem & ijs, quæ astringunt & prohibere possunt impetum sanguinis, vti.

ℭ *Ad Nares Vlceratas, & Polypos, & Ozænas.* Spuma nitri attinge. Et ad spiritus odorem cōcilian E
dum, albæ violæ florem non dum ex coliculo delapsum lege: tere q; ex aqua, donec mellis crassitu
do fiat. *Aliud.* Ærugine ex melle decocta locum attinge. ℭ *Ad Interiores Phlegmonas.* Adipe an-
serino cum porri solani q; succo æquis portionibus diluto interdiu obline. ℭ *Ad Narium Vlcera
cum duritie.* Plumbum tritum vino puro macera: myrtei q; olei, quod satis est adde, ad mellis spis-
situdinem. *Aliud.* Æris squamma ex melle decocta vtere. ℭ *Sanguinem per Nares euocantia.* Men-
tam excipiēs melle, & collyrium faciens, in nares mitte. ℭ *Ad Profluuium Sanguinis è Naribus.* Ru-
tam tritam oleo excipito, & intra nares conijcito. *Aliud.* Gummi ac thus contrita & aceto liqua-
ta in nares da. *Aliud.* Cinerula cypria cum succo porri temperata bene facit. *Aliud.* Spongiam
vstam pici admistam, & arefactam, linamento inspersam in nares pellito. *Aliud.* Acuti iunci flo-
rem naribus imponito. ℭ *Ad Sanguinis Eruptiones, quæ Supprimi nequeunt, præsertim cum diutius febri-
citantibus sanguis effunditur.* Pyriōn imponito non nunquam aridum, non nunquam linamentum
illitum: & crassitudinem cauis nasi respondentem faciens, ita immittito: ijsdem & nares & tempo
* ra & frontem illinito. *Aliud.* Diphryges vstum, et ex aceto tritum superimpone. *Aliud.* Lanam
oui albo madentem admoue. *Aliud.* Lanam herbæ sanguinalis aut solani succo imbutam in na-
res dato. *Aliud.* Ruta ex aceto trita circumponenda est, & suffienda. Vtendum præterea est re- F
primere cohibere q; sanguinis impetum valentibus: Vt cicutam naribus suffito, odorem q; æger
attrahito: nares etiam digitis comprimito: aut cerato, aut alio quopiam diligenter occludito: quin
etiam penis extremum papyro deligato: in mulieribus vero, mammarum papillas similiter. Item
refrigerare potentibus frontem caput q; oblinito, & conspergito. Præsentissimum remedium est
capiti cucurbitulam affigere: vel etiam frontis venam soluere. Sternutamenta quoque plerunque
sanguinem reuocant. Aut herbam buglosson, aut asini fimum ex aceto in nares conijce. ℭ *Ad
* Stertentes.* Anethum capiti clam subijcito: id & prosilientibus ex lectulo remedio est. ℭ *Ad Pun
cta & Aeram vocatam absq; cicatrice & Vlcere.* Nitro locum detergens resinam terebinthinam super
dato, & per dies quinque dimittito: mox locum soluens puncta scriptorio specillo perforato:
deinde thus nitrum ac mel pari modo mista, vt cerati crassitudo sit, imponito: post solue, & ablue.
Aliud. Ex trito veratro cum pane, aut ex acido lacte per se, cataplasma facito. *Aliud.* Fici trito
cortice illine. *Aliud.* Vuam taminiam, in cataplasmatis modum imponito.

Ad Vitiligines, Ephelidas, Lenticulas, & Alias id genus Faciei affectiones. CAP. 14.

G

Cucumeris syluatici radicis tritæ & cribratę succo faciem deterge. *Aliud.* Alcyonio ex vino tri
to faciem obline. *Aliud.* Vitem syluestrem contusam, & vino ægyptio maceratam, & in farinā re
dactam superdato. *Aliud.* Erucæ agrestis radice trita & ouis felle excepta vtitor, facie prius nitro
perfricata. *Aliud.* Elaterium ex aceto terens, & ad mellis crassitudinem redigens, cerato q; admi-
scens inunge. *Aliud.* Cinabari ex melle faciem illine. *Aliud.* Cachrys semine trito ipsas lenticu-
las inunge, & arefactum ablue. *Aliud.* Syluatici cucumeris radicē, fici q; summos ramulos in ace-
to decoctos tritos q;, imponito. *Aliud.* Veneris vmbilici radicibus ex melle contritis faciem illi-
ne. *Aliud.* Rubia ad maculas à Sole contractas & vitiligines benefacit, si ea trita ex oleo facies in-
ungatur. *Aliud.* Zōchum amarum terens, ex melle faciei imponito. *Aliud.* Anethi semen ex vi-
no vetere tritum & ad mellis spissitudinem redactum, faciei obducito, atque ita per integram no-
* ctem remaneto: sequenti mane illud remoueto, recens q; aliud reponito. Eodem quoque semine
commanducato ephelidas & lenticulas vtiliter illinito. *Aliud.* Alba viola ex aqua ad eadem pro-
ficit. *Aliud.* Aphronitrum tritum cum cerato ex tyrrhenica cera confecto faciei superdato.
ℭ *Ad Vitiligines & Album colorem.* Alcyonium vstum melli q; admistum illitum prodest: eodem
quoque cum erui farina & tritici misto quàm maxime calido faciem detergito. *Aliud.* Amara H
amygdala cortice spoliata aceto acri excipito, & cataplasma facito. *Aliud.* Ocymi semen cum gal-
linaceo aut anserino adipe tritum bene facit. *Aliud.* Fœnum græcum ex aceto tritum squammu-
las, si illinatur, detrahit. ℭ *Ad Ephelidas & Lentigines.* Myrrha & crocum si aqua macerentur, il-
lita iuuant. *Aliud.* Purpuras, aut vocatas cerycas, hoc est buccina, expiscatus, in ollulam conij-
ce, & in furnum assandas mitte: deinde ex melle tritis vtere. ℭ *Ad Faciem albam & extenta cute
reddendam.* Cucumeris syluestris radices in frusta diuide, & refrigera: deinde aqua elixatis ac tritis
in cataplasma vtere. ℭ *Aliud Faciem splendidam reddens.* Ex eruo bene olente vino macerato ac
trito cataplasma facito. *Aliud.* Tritici, quod semidalin vocant, succum exprimens, humidiorem
partem abijce: parti illi autem, quæ subsedit, oui album commisceto ad mellis spissitudinem: at-
que hoc faciem perunctam oleo deterge. A Sole autem maculatam faciem frigida multa lauato,
& per vnum diem facies coloratior redditur. * Violām elixans parum aluminis inijce: dein-
* de lixiuim admiscens ac terens vtere multo inungens oleo: sic enim facies grati coloris, bo-
∴ num q; odorem os spirans efficitur. Cupressi atque ilicis ramenta vnà feruefaciens, decocto cor-
pus totum madefacito. *Aliud.* Thuris & pæderotis æquas portiones misce, & ex melle tere: ita
faciem

A faciem inunge,atque integrum diem sic dimitte,deinde ablue. *Aliud.* Lini fęcem melli admiscēs sub Sole iter facturus corpus inungito,eo tamen prius nitro perfricto. ℂ *Ad impediendam Solis exustionem,& Exustam faciem sanandam.* Bulbo candido trito ex melle inungito. Quòd si facies citra phlegmonem tumefacta fuerit,nigram terram ex aqua conterens superdato. *Aliud.* Alcyonio et nardo gallico simul tritis vtere. { ℂ *Ad Panum & Lentigines.* Dracunculi radicem cum melle in cataplasma redige: vel nigellam cum aceto,vel pentaphylli semen. ℂ *Ad faciendam Faciem rubicundam.* Rubiam tere & permisce cum oleo,& vnge. *Aliud.* Bulbum amarum terens permisce cum melle, & vnge. *Aliud.* Accipe ciceris, rubiæ, thuris,myrrhæ, ana drach.ij: excipe adipe vituli, & oleo mastichino,& vnge: & post spatium abstergé spongia calida. } * Ex tralatione veteri.

Ad Oris vitia & primo ad Labiorum Rimas. CAP. 15.

Immaturam gallam tritam accipito, & resinam terebinthinam cum hyssopo & melle, atq; his perunge. ℂ *Ad altiores Scissuras.* Caprinus adeps mundatus proficit. *Aliud.* Adeps anseris, & mel,& terebinthina,æquis portionibus, addito flore rosarum,hyssopo arido,& mastiche, fiat inunB ctio. ℂ *Ad Oris Halitum commendandum.* Vino vetere bene olente,in quo iris maduerit,os collue, assidue q; in ore breui tempore contine. *Aliud.* Vino paulisper os sublue, in quo serpillum maduerit. ℂ *Ad Oris Tetros absq; vlcere odores.* Non nulli meraco vino, cui myrrha admista sit, os eluunt: atq; rotundum odoratum iuncum terentes,partes oris internas perfricant: & cimoliam cū sale tritam affricant: perinde & marmore vsto cum aniso vtuntur: ita & hordeo cum sale & melle. Quidam & linteolum cremant,& vino inijciunt,atq; ita trito vtuntur,& pumice & nardo & myrrha ex melle. Semidalin quidam & irin cum melle miscentes comburunt, atq; ita vtuntur: & ex ostreis purpura & buccino cum myrrha: cum q; cubitum eunt, aceto acerrimo colluunt. Commanducant autem non nulli domum egressuri, piceæ folia, & aqua os subluunt. Quidam præterea & anisum,aut dulcem radicē,aut irin,id q; genus alia,aliqui iter facturi cōmanducant. ℂ *Ad Oris Vlcera & putredines.* Melanteria contusa prodest. Ad eadem benefacit oleum immaturum per se aut cum melle propinatum. Prodest etiā glaucuris vocata cōtusa: eius succum ex melle & aqua paribus portionibus ad gargarizandum exhibeto. { ℂ *Ad Fluxum Sanguinis ab ore.* Colluatur os ex decoctione rosarum in posca,postquam erit frigida,& deglutiatur. *Aliud.* Gargarizet patiens & colluat decoctione rosarum frigida,aut extremitatum vitis,aut foliorum lentisci,aut rubi, aut cyC toniorum, aut vinaciorum aut rhoe. *Aliud.* Semen rosę cum mastiche da ex vino adstringente bibendum,vel ex vino decoctionis rubi,aut rosarum. ℂ *Ad Oris Vlcera.* Gallam in vino coquens collue os, deinde appone gallam tritam permistam cum melle,aut florem rosarum: collue etiam os decoctione foliorum oleæ. } * Ex tralatione veteri.

Ad Dealbandos Dentes, Alia q; eorum vitia sananda. CAP. 16.

Vtuntur autem & huiusmodi quibusdam dentifricijs,quæ vnà & gingiuis prosunt, & dentes splendidos firmiores q; reddunt. Terram eretriada vocatam vstam tritam q; adhibent: hoc valde bene splendidos dentes reddit. Farina erui lotio subactam illine. *Aliud.* Cuniculi caput vstū cum fœniculo quàm albissimo, sæpiæ tritis ossibus admiscens vtere. *Aliud.* Cornu ceruino vsto trito q; vtitor: hoc & dentiū dolores tollit, & ex rosaceo impositum capitis dolores discutit. *Aliud.* Pulegio & sale fricto mistis ad eadem tritis vtere. *Aliud.* Ouillo talo vsto ad similia vtitor. *Aliud.* Hordeo tosto & sale mistis tritis q; vtere. ℂ *Diaclysma, id est lauatio ad Vlcera, & Dentes titubantes infirmos q;.* Alicacabi radicē vnà cū malicorio crassiore elixā imponito. *Aliud.* Albę populi,aut ver D benacæ,radicem accipito: aut eryngij radicem vel ipsam herbam: aut polij radicem accipito: & terens apponito. ℂ *Ad Concussos Dentes & dolentes.* Asini vngulam vstam tritam q; aceto excipe et orbiculos faciens repone: ad vsum aceto orbiculum vnum liquato, dato q; ore continendum: illico enim dolorem sedat tollit q;. *Aliud.* Nigri chamæleonis decocto si foueas, dolorem dentium curabis: id & mures necat. *Aliud.* Betæ succo si fiat collutio,confestim dolor finitur. *Aliud.* Alterci radicis calidiore decocto si foueas, dolor quiescet. *Aliud.* Rutam, hyssopum,& myrrham,ex vino tritas ore cōtineto. *Aliud.* Si ex aceto, posca,aut vino,vbi verbasci radix incocta sit os colluatur,bene facit. *Aliud.* Ex nitro cum oleo facta collutio dolorem pellit. *Aliud.* Cupressi baccis ex vino et rosa elixis os foue. Quòd si dentes omnes doluerint,cedri liquore os si collues,protinus dolori succurres. Dens molaris si doleat, maluæ vnicum habentis cauliculum radice si tangas, dolor abibit. Dentes dolentibus herbæ muralis radicem,cum balneas ingrediuntur, commanducādam præbeto: quā sub molari dente,quoad ex balneis egrediantur,retineto: & dolor euanescet. *Aliud.* Pyrethri radicula commanducata eodem die fugat dolorem. *Aliud.* Herbæ pontitidis vocatæ radix manducata dolorem finit. ℂ *Suffimentum Dentes dolentibus.* Alcyonij suffitu continuo dolor tollitur. *Aliud.* Alterci semen suffitum dolori medetur. ℂ *Vt Dentes bene oleant.* Cimo-

liam cum sale terito, dētes q; fricato. *Aliud.* Dentem canis accipito, & in ignē conijce, suffitum q; E facito: vt enim iste crematur, ita dentes confirmat. ℂ *Ad Exesos Dentes.* Ad exesos autem dentes, atramento sutorio trito permistum piper accipito, aut gallam. Aut ex melle fissum alumen in cauū dentis inserito, & dolorem leuabis. *Aliud.* Limacis lapidem in frustula sesami magnitudinē ęquātia cōfringe, & in dentis foramen immitte: illico dolorem sedat, sed ex cera operculū facito. *Aliud.* Taurinum iecur lento igne frictum, denti q; impositum, simul atq; tetigit, dolorē discutit. *Aliud.* Testudinis vnguis in maxillaris dentis exesi foramen coniectus multum proficit. *Aliud.* Fel vrsi impositum illico dolorem leuat: curat autē etiam, quoquo modo illinatur. ℂ *Ad Dentes Motos & labantes.* Testudinis sanguis diu ore contentus dentes corroborat. *Aliud.* Alcyonio indico ex vino trito si os colluatur, motus sistitur. ℂ *Ad Dentes ex ictu Concussos.* Coralliū imponito, & satis diu contineto. {ℂ *Ad Dentium Stuporem.* Ægrotus portulacam mandito. Aut oleo omphacino perungito. Aut amurcam olei in vase æneo ad mellis temperaturam coquito: hac enim vetusta si inungas, valde prodest.} ℂ *Ad Dentes Eximendos sine ferramento & absque dolore.* Fermentum denti circundato, & paulisper relinquito: mox dentem lacertę sanguine circunfundito, & excidet. ℂ *Vt Sponte Dens excidat.* Pyrethrum aceto mollitum, sale q; per triginta dies maceratū, dēti prius mundo facto circumponito. *Aliud.* Artemisiam herbā ex aceto tritam obline. *Aliud.* Dentem F circum suffodiens, vermiculis, quas campas vocāt, in summis brassicarū aliarum q; herbarum folijs repertis illinc, ab alijs dentibus cauēs. Quod si inferiores dentes eximere voles, illis vermiculis vtere, qui in inferiore parte illarum herbarū reperiuntur. *Aliud.* Sandaracham ex aceto tritam siccari permitte, & sicca vtiliter vtitor, prius sanguinem circum dentem eliciens: sic.n. paulisper dimit- * tens, digitis ipsum eximes. Aut agrestis cucurbitulæ radicem in foramen dentis conijce. *Aliud.* Mœdi immaturi radicem in vmbra arefactā tritam & cretam radicibus dentis circunda: & paulo post digitis apprehende, sequetur enim. Aut æthiopicæ oleæ lachryma affectum dentem tangito. *Aliud.* Lacertā agrestem arefactam, dissectam, contritam q; repone: cum dentē circum purgaueris, imponito: & paulo post attrahito, quoniam sequetur. *Aliud.* Vrticæ semina cum galbano mista affecto denti circumline, & protinus excidet. ℂ *Ad Eximendos sine dolore Dentes.* Herbæ lapæ radix calefacta, & dēti apposita facit, vt statim digitos sequatur. ℂ *Vt Dentes digitis euellantur.* Syluestres cucurbitulas contunde, & aceto macera ad mellis spissitudinem: deinde ferramentū ad scalpendos dentes in medicamentum demitte, eoq; dentem circum scarifica, atq; os paulisper clausum haberi præcipe: deinde apprehende digitis dentem & attrahe: absq; dolore euelletur. *Aliud.* Farinam ex lacte tithymalli adhibe, & hederacea folia super impone, per horam q; dimitte: frangetur G Ex tralatione veteri. enim sine dolore. {ℂ *Ad Dealbationem Dentium.* Nitrum, os sepiæ, & os palmularū terens vtere. *Aliud bonum.* Corallium rubrū, pumicem, ossa palmularum, ossa sepię, & salem assum terens vtere. ℂ *Ad Dolorem Dentium.* Oleo lentisci non antiquo colluantur dentes. *Aliud.* Colluatur os cum folijs rutæ coctis ex oxymelite: vel colluatur cum aceto scillitico: vel coquatur in aceto pyrethrum & hyssopum: oportet autem humiditatem & humorem euacuare.

De Morbis Gingiuarum. CAP. 17.

Ad gingiuas corrosas, florum rosarum drachmas viij, gallarū drachmas iiij, myrrhæ drachmas ij, commisce, & appone. *Aliud.* Lacte asinæ gingiuas collue. *Aliud.* Foliorum oleæ decocto os collue. *Aliud.* Aceto scillitico gingiuas ablue. *Aliud.* Rubiginem ferri & balaustia sicca appone. ℂ *Ad Gingiuas Tumidas, & carnis incrementum.* Succū portulacę ore detine, vel aquā salitā oliuarum colymbadum, vel oleum ex immaturis oliuis expressum calidum, vel lentiscinum, vel de cotoneis. Sicca vero, quæ prosunt, sunt, rubigo ferri, aut æris, radix aristolochiæ, semen plantaginis, atramentum sutorium assatum, & balaustia. ℂ *Ad Inflammationem Gingiuarum.* Collue decocto foliorum oleæ, & appone gallam. *Aliud.* Coque in sapa folia oleæ & gallam. ℂ *Ad Gingiuas Denigratas & putridas.* Confert fricatio ex fæce vini vsta: abstergit enim mundat dealbat q;. H ℂ *Ad Gingiuas Sanguinolentas.* Confert missio sanguinis è cephalica, & scarificatio gingiuarum: confert etiam succus hyoscyami, vel eius decoctum ex sapa, si retineatur in ore. *Aliud.* Extremitates lentisci et balaustia coque in posca, et collue. *Aliud.* Radicē rubi coque in vino, et os collue: vel rhun & gallam coque in vino, & vtere similiter.} ℂ *Ad Oris Vlcera, & putredines.* Melanteria contusa efficax est. Ad eadem proficit & oleum omphacinum per se & cum melle potui datum. Prodest & Glaucuris tusa, si ex melle & aqua pari portione eius succus gargarizandus exhibeatur.

Ad Columellæ morbos. CAP. 18.

Gallā tritam per se admoueto digito oleo intincto: aut in conchleariū inijciens, applica. *Aliud.* Spinæ ægyptię semen tritū atq; aridū appone. *Aliud.* Caricas cū oleæ folijs esui dato. Succū cyre- * naicū cū sale arefactū apponito, prius gargarizatione ex aqua calida facta. Aut fissum alumē vstū dilige̅ter admotū iuuat. Aut stellionē viteis lignis crematū imponito, et bene facit. *Aliud.* Rubi * cauliculos ex melle & pice liquida maceratos circunda. *Aliud.* Lapidis agerati florē admistū gar-

garizandum

A garizandū dato. Aut braſſicę ſucco admiſtū alumē fiſſum & gargarizatū mirifice ꝓdeſt. ¶ *Vſtorum columellæ apponendum.* Miſy & calcē viuā æquis portionibus reſina terebinthina excipe, & ſubde, retinendam q; permitte: intra horas tres aufert. Item proficit ad vuæ affectum picis recrementum, quod ex Cilicia aduehitur, cochleario exceptum & ſubditum. Et vuæ acerbæ ſuccus ex melle, aut prædulci vino. Dicitur autem incolumem ſeruare columellam, ſiquis vuæ acinos quotannis ieiunus deuoret: & nunquam eius partis affectu vexabitur. Iiſdem preterea gargariſmatis in vuulæ vitijs vtendum eſt, quę ad tonſillas affectas deſcribentur. Primū atq; inter initia iube aqua calida os fouere: deinde frigida gargarizare, aut poſca, aut mali punici dulcis ſucco ad mellis craſſitudinem decocto, & oxymelite eliquato: aut poſca, aut dracunculi ſucco gargarizet, & optime proficient. {¶ *Ad Vuulam Phlegmonem patientem.* Fiat gargarizatio cum ſucco mali punici ex mulſa, vel cum aqua decoctionis roſarū, vel cū Diambron ex aqua calida. Confert etiam glycyrhizæ ſuccus cum melle appoſitus & terra ſigillata & fructus ſpinæ ægyptiacę. Mitiora autē ſunt hæc, gummi arabicum, tragacanthum, ſarcocolla appoſita. *Aliud.* Fructum ſpinæ ægyptiæ, & ſic cum appone: vel cauliculos rubi terens illine cum melle.} Ex tralatione veteri.

Ad Inflammationes Tonſillarum, & Anginas. CAP. 19.

B Id vero benefacit in tonſillarum inflammationibus. Myrteas baccas præparantes melle, & abſinthiū, & dracūculum inungere conſueuerunt: hoc autem medicamentū illitum, aut cum aliquo gargarizatum mirum in modū prodeſt. Quod ſi aliquæ phlegmonis reliquiæ ſuperſint, tōſillæ q; exaſperatæ ſint, lacte planè calido per ſe, aut cum ſupra poſitorum aliquo vtendum eſt: aut furfuribus aqua elixis, aut mulſa, aut furfurum diluto: aut oryzæ aqua calida farinam ſubigēs bis aut ter, ſucco vtere: aut gallinę hœdi'ue iuſculo: aut hordeum cortice liberatum vnà cum paſſulis decoque: aut maluæ decocto per ſe vtere: aut vnà cum melle maluā elixa, aut cum lupinis & paſſo & vtitor. ¶ *Ad Tonſillarum Humores, & Anginas.* Dulcis radicis ſuccum eliquās vtere. Quòd ſi cruſtę factæ ſint, ad has remouendas, mulſa gargarizandum eſt, aut lentis decocto per ſe, aut cum hyſſopo, aut iride. Vel etiam oliuarum ſalſarum aqua gargarizetur. Aut croci parum & myrrhæ cum modico paſſi inferueſcant. Aut ficis elixis hordei farinam permiſce, ſuccū q; exprimens percola, & ſucco vtere. Aut ficorum decocto ſinapis modicum adijciens gargarizandum propina, pituitā nāq; detrahit, & phlegmonem diſcutit. ¶ *Ad Abſceſſus in Tonſillis.* Aliquod ex ijs, quæ ſupra comprehenſa ſunt, proficit. Item aphronitro contrito locum tange: interdum autem & florem nitri adiunge, ſeparat enim cruſtas, & abſceſſus attenuat, ſi per collutionem detur. Et lixiuio
C percolato marrubij ſuccus dilutus vtiliter exhibetur: Aut ipſum marrubium in mulſa coctum: Aut rutę decoctum cum marrubio, aut per ſe, aut in mulſa elixum ſubſidio eſt. Item & ſuccus gargarizatus, & erui decoctum ſimiliter prodeſt: Aut miſy cum galla immatura miſtum: Aut myrtum liquido alumini ac melli paribus portionibus tritam miſcens illine: hoc remedium non cruſtas ſolum abijcit, verum etiam antiadas à Gręcis vocatas glandulas mirifice diſſipat. Aut porcelli cruore manus imbuens, ter laborantis collum attinge. *Aliud.* Cochleas teſta nudatas in ollam inijce, deinde torreas: & in cinerem redigens, puro melle ac leni excipe, atq; perunge: vis eius incredibilis eſt.

Ad Interruptam ſubmiſſamq; Vocem. CAP. 20.

Bulbos duos crudos ex melle eſui dato. Auxiliatur & fici decoctum cum thure & myrrha gargarizatum. Ad idem facit & ſulfur ignem non expertum in ouis deuoratum cochleariorum duorū aut trium menſura. *Aliud.* Accipe amygdalas amaras xx, ſeminis lini aſſi drachmas quatuor, tragacanthę aqua maceratę drachmas duas, nucleos pini triginta: melle excipe, & vtere. *Aliud.* Pulegij drachmas quatuor: ſeminis lini, piperis, calamenti, añ drachmas duas: petroſelini drachmam vnā, mellis librā vnā. ¶ *Ad eos qui propè Suffocantur.* Humanum ſtercus in panniculo deli
D gatū & crematū potui dato: hoc his, qui iā ſtrangulant opē fert. *Aliud.* Et caprinū ſtercus cū melle & liquida pice illitum angina laborantibus ſumme prodeſt: Aut rutę ſucco & lacte per clyſterē tranſmiſſo laborantis fauces collue: multam enim lachrymam detrahit, & malum leuat. *Aliud.* Vrina aſſidue gargarizata ſanitatem reſtituit: vnà vero & ſuccum braſſicæ gargarizare oportet. ¶ *Ad Puerorum cruſtas in faucibus.* Prius inungito: deinde vinum, in quo ariſtolochia decocta fuerit, gargarizetur: citiſſime curabitur.

Ad Oſſa Deuorata, alia q; omnia ex gutture excutienda. CAP. 22.

Aquæ & olei parem modum in os fundens contineto, quoad rem deuoratam eijciat. Siquis comedens aliquid deuorauerit, & ſuffocetur, ex eadem re, quam comedebat, particulam vtriq; auri ſuperimponat ac ſuper caput: res enim deuorata ſtrangulans q; deſcendet. ¶ *Ad Hirudines ex gutture eijciendas.* Marina aqua gargarizetur. *Aliud.* Oleum, aut ſuccus cyrenaicus, ad magnitudinē erui ex vino puro calidus potui detur: Aut ſuccum anagallidis, aut acetum acre, cum thymo propina: poſtea calenti aqua gargarizetur.

Ad Diſtillationes. CAP. 21.

Caſeus antiquus in cibum ſumptus iuuat: ipſas enim reſiccat. Oleo veteri nares aſſidue perunge: Aut ſulfure & myrrha contrita cum vino & melle & oleo.

Ad Tuſſes

Ad Tusses. CAP. 23. E

Fici puro vino madefacti & in cibũ sumpti bene faciunt. *Aliud.* Resina terebinthina in melle cocta linctui detur, postea vinum merũ dulce sorbẽdum exhibeatur. ℭ *Aliud Pueris magis commodum.* Coagulum purum cocto melle comprehende, & exhibe. *Aliud.* Canem lycurgum vocatum excoriatum epulandum appone. *Aliud.* Allium ex melle decoctum succurrit tussientibus. *Aliud.* Scillam accipito, & eius summum excauato: in cauo conijce ouum, locum q; creta obtege: & tostum edendum exhibe. ℭ *Ad Tussientes assidue.* Hyssopi fasciculum in aqua ad tertias decoquens, ieiuno per triginta dies calidam potui dato: pueris vero etiam cum caricis.

Aliud. Pernam contundens, & instar farinæ in potione spargens, iuuat. Hoc idem & sanguinis ex ore eiectioni succurrit egregie. *Aliud.* Sinapi tusum tritum q; cochlearij mensura cum vini cyathis duobus deinceps per dies tres bibendum dato. ℭ *Ad Nocturnas Tusses.* Mentham tritam in acetum conijce, & sorbendum præbe. ℭ *Suffitus ad Tussim.* Styracis, mastiches, piperis, petroselini, ana drachmam vnam: sandarachæ drachmas sex: baccam lauri vnam: impone carbonibus accensis, & per calamum æger fumum excipiat.

Ad Asthmaticos, id est Suspiriosos. CAP. 24.

Vinum, aut mulsam, vbi scilla decocta fuerit, propinato. Facit & pulmo vulpis siccatus, & tritus, ex vino nigro potui datus. *Aliud.* Nasturtium album tusum & melli mistum lingendum exhibeto. ℭ *Ad spiritus difficultatem.* Ouium pilos, qui circum anum sunt, accipe, hos q; vstos * ac tritos in passo propinato. *Aliud.* Sulfur ignem non expertum ex vini cyathis quatuor po- * tui dato. ℭ *Ad Recta ceruice spirantes.* Radiculam ex aqua calida propinato. *Aliud.* Sedum ex * melle tritum linctui dato: aut bulbum, aut abrotonum, aut halicam ex mulsa, aut hyssopum in mulsa coctum, aut herbam stœchada, aut castoreum ex dulci vino, aut scillæ intranea ex aceto mulso.

Ad Sanguinis ex Ore profusionem. CAP. 25.

Symphyti herbæ radice, quanta potest, vescatur, eodem q; die acetum ne gustato. *Aliud.* Terram samiam dato, interdum cum succo herbæ sanguinalis, interdum per se. Dicebat autem Hippio Centaurius, Ad sanguinis eruptionem magnifice proficit vrticæ succus ex vini cyathis tribus epotus. Iuuat præterea acetum absortum præcipue scillinum: item & menthæ succus & tragacanthæ sub lingua contentus.

Ad eos Quibus ex aliqua vi interiora Sanguis erupit. CAP. 26.

Accipe vitis cinerem aceto extinctum, plus q; aceti superfundens madefacito, & per panniculũ G * excola: id modica aqua temperatum propina cochleariorum sex mensura: hoc & locum sanguinem fundentem adstringit, & concretum sanguinem deuoratum excernit, & cruoris profluuium compescit: nam sanguinis in interioribus locis exitum coercet. ℭ *Ad omne Sanguinis profluuium.* Symphyton herbam ex aceto faciei superdato, si ex naribus sanguis decurrat: si ex thorace feratur, ossi pectoris: si ex vesica, aut vtero, aut renibus, coxendicibus imponito.

Ad Sanguineum Sputum, & Tabem vel Phthisim. CAP. 27.

Gummi partem nigram passo elixam exhibe sub lingua continendam ac deuorandam: ad sputum enim sanguinis & tussim gummi nigra pars vehementer facit. ℭ *Ad Phthisim non perfectam sanandam.* Pulmo cerui calamo extractus & arefactus conteratur: ipsius cochlearia tria ex mellis cyathis tribus exhibeantur: deinde paucis diebus interpositis iterum propinetur. ℭ *Ad Phthisicos, & Purulenta sanguineaq; sputa reijcientes.* Vtimur salsamento cum pane esui dãtes, ipsum ita colluentes aqua ter & quater, donec aqua salsa non reddatur: ipsum deinde charta inuoluentes cremamus, damus q; sine oleo, exiguum mulsi infundentes. Herophilus autem salsamentum solum cum pane exhibet: postea vero aquam potandam iubet, dicens, cum sal in salsamento aluum perturbat, vinum quidem datum soluit. Vtimur & scilla tosta cum salsamento in ipsa, & vehementer purgantur: item & porro cum pane. Postea cum diligenter purgati esse videbuntur, si infirmiores fuerint, ipsos carnibus & alijs id genus reficimus. Eadẽ ratione vtimur in ijs, quæ ad purgationem attinent, vbi abscessus eruperint. Herba quoque piscis vocata cum axungia non salita * esui data sanguinem reijcientes ac tussientes mirifice adiuuat. {ℭ *Ad Sputum Sanguinis.* Iuuat etiam terra sigillata, & trochisci ex electro, & trochisci ex corallo, & theriaca data in lecto.}

Ex tralatione veteri.

Ad Lateris Phlegmonem. CAP. 28.

*

Radicis corticem in potum exhibe. Cuminum, quo in obsonijs vtimur, in aquam inijce, & bibendam præbe. *Aliud.* Rutæ coliculos quinq; contritos quotidie dato: aut herbæ stœchadis q̃tũ tribus digitis capi põt. Itẽ trifolij semen, aut panacis radicẽ, aut aiugã, sift potui dato. {ℭ *Ad Pleuritidem.* Si quidẽ vsq; ad clauiculã peruenerit dolor, mittendus sanguis est: si vero ad præcordia descendat, corpus est purgandũ, & vtendum clysteribus valẽtibus. Si dolor fuerit moderatus, dãda est aqua mulsa & ptisanæ cremor, aut chondri: in processu vero morbi permiscendum sorbitioni calamentum vel marrubium: confert etiam semen vrticæ cum melle. Ad fortiores autem dolores vtendum est sacculis e milio & furfure: vel fomentis ex aqua calida, aut oleo in aliqua vesica posito,

Ex tralatione veteri.

A ca posito, vel lana succida pfusa oleo & vino habente sal. Post septimum vero diem & emplastro dicto rutaceo vtemur. Multoties aũt bulbi cum axungia suffecerũt. Dandũ est & eclegma, quod fit ex nucleis pineis, & amygdalis amaris, & semine lini, & amylo. ℭ *Vnguentum bonum.* Accipe bdellium, costum, cauliculos brasicæ combustos & redactos in cinerem, permisce cum adipe: hoc enim medicamentum præclare discutit.}

Ad Extollendas distendendas q; Mammas pendulas ac flaccidas. CAP. 29.

Terram pictorum capiens, & cum melle elixans, panniculo illitam imponito à summo mane vsque ad vesperam: deinde spongiam ex olla superaddito, quoad cataplasma abduxeris: hoc autem & erectas & turgidas mammas facit. Crassius autem cataplasma imponas. Si vis ipsum efficacius reddere, gallæ acerbæ vncia vna misceat. ℭ *Vt Mammæ plures annos molles sint.* Ex cicuta caristia cataplasma facito. ℭ *Vt Mammæ maiores ne fiant.* Porcellũ dissecans cruore mãmas obline, amplius non augescent. ℭ *Ad Lac siccandum.* Cretariũ aceto maceratũ illitũ & impositum lac arefacit. {ℭ *De Mammillis & primo de Abscessu mammillarum.* Cimoliã, thus, & oleũ rosatum permisce, & appone. *Aliud.* Principio infunde spongiã in posca tepida, & exprime, & appone, & superliga. *Aliud.* Palmulas & micam panis tere, permisce cũ posca, & appone tepidũ. *Aliud.* Coriandrũ & psyliũ cũ cerato appone *Aliud.* Panẽ & herbam muralẽ viridẽ cũ cerato imponito per diẽ. *Aliud.* Panẽ cum aqua mulsa, vel melle & vino, admoueto: si vero non tolerant grauitatẽ mãmillæ, perfunde oleo calido & lana succida molli, vel decoctione fœnigræci, vel althææ, vel seminis lini. ℭ *Ad Attrahendum Lac.* Raphanũ cũ furfuribus ĩ vino coque, cola & propina. Sesamũ ex vino dulci da potui. *Aliud.* Anethũ vel semẽ eius coque cũ carnibus, vel cũ facietibus lactis copiã. *Aliud.* Furfures cũ radicibus fœniculi coque in aqua, & da potui. *Aliud.* Nigellæ drachmã j pone in mulsa, & propina. *Aliud.* Porrũ coque in aqua, & da bibendum eius decoctum. Vel porrũ tere, & cola, & da aquam potui. *Aliud.* Succũ fœniculi da bibẽdũ. *Aliud.* Radicẽ fœniculi & hordeũ assum coque in aqua, & pmisce butyrũ, & da bibẽdũ. *Aliud.* Decoctũ erratici fœniculi da bibendũ: da ẽt esui ipsum fœniculũ. *Aliud.* Cardamomũ cũ vino da potui. *Aliud.* Semẽ viticis da cũ vino bibẽdũ. *Aliud.* Succũ betæ da bibẽdũ. Oportet aũt abstinere ab acribus & salsis & acidis, & oleribus crudis. ℭ *Ad Prohibendum Lac.* Foue mãmas ex aqua marina, & eis admoue adstringentia, & siccantia. ℭ *Vt Mammillæ remaneant tensæ diu.* Cicutã mãmæ imponito per dies nouẽ, spongiã q; posca madẽtẽ superdato. Cyminũ terens impone cum aqua, deinde spongiam pfusam posca superappone & liga: post tres aũt dies aufer cyminũ, & tege mãmillas cum radice lilij & melle, & dimitte tribus diebus: & hoc fac ter in mense.} Ex tralatione veteri

Ad Fœtidos Sudores, & Alarum tetros odores. CAP. 30.

A saro alas sublic à balneo, & sũmo mane quotidie. Aut alumine liquido pũge quotidie. Aut ocymi sele ex vino & melle illinito: hoc odores fœdos alarũ discutit. Aut puluerẽ tenuẽ admoue.

Ad Vitio Stomachi laborantes. CAP. 31.

Cedri liquoris cochlearia duo, olei immaturi cyathũ, in vnũ miscens sorbẽdũ dato: id omnẽ dolorẽ funditus tollit: est aũt Serapionis, fidẽ q; hoĩum superat. *Aliud.* Anesum in panniculo succi plenũ deligato, & in aquã calidã conijcito, & sorbere iubeto. ℭ *Ad Imbecillos, & Nauseantes.* Mẽtæ coliculos duos aut tres, mali punici dulcis succo atq; aceto inferuefaciens, sorptui dato. *Aliud.* Sãbuci tenera folia ex munda aqua si bibatur, supra fidẽ proficiũt. ℭ *Ad Morsus Ventriculi sine bilis vomitu.* Tragoriganũ in aqua pari modo macerans sorbẽdũ exhibeto, lactis faciens tẽperaturã. *Ad Stomachi Imbecillitates.* Sinapi frictũ ex aqua tritũ & potũ bene facit. ℭ *Epithema ad Stomachi Hypochondriorum q; vitio laborantes.* Fecẽm aridã cerato myrteo aut roseo excipe, & vtere. ℭ *Ad Singultum.* Cũ semel singultũ sensit, digitũ tuũ sinistræ manus, quẽ salutatoriũ vocant, ter ore cõtineto: aut acetũ ei sorbendũ dato: aut cuminũ, & alicã: aut vomat: & singultus sedabit: aut spiritũ contineat: aut sternutatione vtat: aut rutã ex vino bibat: aut micã panis aceto madentẽ bibito: aut porcelli ossiculũ manu atterito. Singultus quoq; terror incussus finit. {ℭ *Ad Dolorem Stomachi.* Castoreũ da bibendũ cũ posca: & si est flatus causa, coque in oleo cyminũ, & semen dauci, & petroselinum, & vnge: & si est frigus coque in oleo baccas lauri & rutã, & nigellam, & semen fœniculi. In immoderatis autẽ doloribus fac fomentũ cũ milio. Confert ẽt cucurbitula magna vmbilico imposita. ℭ *Ad Debilitatem Stomachi.* Confert oleũ de succo cotoneorũ. Semẽ sinapis vstulatũ tere, & ex aqua propina. *Aliud.* Mastiches, styracis, ana partes ij: absinthij, œnanthes, ana partes tres: olei malini partes quatuor, vini quod sufficit: rosarũ partes duas: hæc trita, & mista sume ex purpura aut lana, & appone stomacho. Quidã addũt cyphi vocatũ. Quidã apponũt cerã, & ceratũ faciunt. *Aliud.* Mẽthę ramos duos vel tres coque in succo punici dulcis & aceto, ac potui dato. * * * Ex tralatione veteri.

Ad Choleram & Vomitum, & Voluulum & Vomitum stercoris. CAP. 32.

Vinum olbinum in cholera ex vsu est, stomacho enim commodat, & ad ventrem bene facit. ℭ *Ad Vomitum comprimendum.* Herbæ sanguinalis succo cibos inficito. *Aliud.* Absinthium in aqua ad tertias decoctum potui dato, habitum ægroti considerans: centaurium præterea, aut thymum, aut nigras myrti baccas similiter exhibeto. ℭ *Vt Facilis sit Vomitus.* Sampsuci folia

esui dato. *Aliud.* Lixiuio percolato oras poculi oblinito. ℭ *Ad Voluulum mirum auxilium, & ad* E
Stercus vomentes. Ita facito. Oleum, in quo anethum decoctum sit, propinato: quoad autem elixa-
* tur, ęgrotum in calidam aquam demitte, & ab olei potu calidas micas esui concedito: seruabitur
enim etiam si iam strangulctur. Hoc ego principem in nostra Asia seruaui. ℭ *Ad eos, qui crebro*
Vomunt. Rhun & cuminum in vnum cōtundens da ex aceti mulsi cyathis sex vnciam in potum.

ℭ *Ad Cholera vexatos valde efficax.* Mentha ex vino sumpta, si febris absit, herba quinq; folia arida trita ex vini cyathis septem, aut ex aquæ calentis cyathis duobus pota, statim dolorem leuat.

Aliud. Cochlea cum testa contusa potui danda est. ℭ *Ad Supprimendum Vomitum.* Foliorum & capreolorum vitis succus cum polenta ieiuno in potum detur ex aqua cochlearij mēsura. *Aliud.* Panacis obolum ex vino & oleo calido propinato.

Ad Iecinoris Vitia. CAP. 33.

* Petroselini seminis cochlearium, mentha inspersa & epota proficit. *Aliud.* Herba fumaria vocata in succum soluta, & in pastillos redacta arida q; indolentiam prębet: ter autem ex aqua pota liberat. *Aliud.* Lupi iecur denarij pondere ex passi sextario exhibitum bene facit. *Aliud:* Piperis albi grana nouem, & myrrhæ quod auellanæ magnitudinem æquat, omnia vnà contusa sereno cœlo alternis diebus exhibeto ter aut quater. *Aliud.* Equi iecur penū cedrino reponito: deinde chio vino & aqua dilutum exhibeto: quibus enim iecur vlceratum est, ne amplius exedatur, efficitur. *Aliud.* Maluæ succus ex melle potus iecinorosis medetur. *Aliud.* Hastulæ regiæ radix pota iecinoris dolores leuat. *Aliud.* Alba viola pota cōfestim iecinorosos dolore liberat. ℭ *Epithema Iecinorosis commodum.* Laserpitium contusum veteri axungia comprehende, & linteolo illitum super impone. *Aliud.* Fico in mulsa decocto & trito absinthium contusum quàm plurimū admisceto, & vtitor. *Aliud.* Brassica cruda superdata iecinorosis celeriter opitulatur.

(F)

Ad Arquatos. CAP. 34.

Radices acanthi, quod Romani tricardumæam vocant, virides tres, aut aridas quatuor, in aqua decoquito, donec dimidium relictum sit, & expressis radicibus aquam potui dato. ℭ *Ad Auriginem valde efficax medicamentum, & longa experientia comprobatum.* Raphanos virides cum folijs contunde, & vnius duorum'ue succum ex vini cyatho vno exhibeto: ante balneum vero, si ieiunus * fuerit, propinato, & in calidum solium descendere iubeto: videbis enim auriginem aquæ supernatantem. Quòd si contumacior ægritudo fuerit, succum bibere iubeto. Aut anchusæ radicis aridę cochlearia duo accipiens ex aquę cyathis tribus potandam dato. Aut sulfuris ignem non experti cochlearia quatuor ex vino. Aut herbæ sabinæ vnciā ex mulso. Ego sanè & hoc vtor, vehementer faciente. Aphronitri vncias duas in vini aminæi cyathis duobus macerans, sub diuo q; noctem integram exponens, do ieiuno potandum: id q; facio per tres aut quatuor continuos dies, & sanitatem restituo. *Aliud.* Herbam hypericon & adianton aquæ incoctam potandam offeras. (G)

Aliud. Myricam ex aceto tritam potui da: arquatos curat. Regio morbo affectum in balneum abducens, & in solium descendere iubens iunci odorati vncias duas ex vini mulsi cyathis tribus potui exhibe: discutiet longam auriginem, & liberabit. *Aliud.* Herba rubia vtere in quotidiano victu absque carne suilla: ipsam contundens & cribrans da vsque in sextum diem cochlearium vnum ex vini decem cochlearijs: deinde semper subtrahens dato vini cochlearia nouem, de * inde octo, deinde septem, postea sex, postea quinque, deinde quatuor, deinde tria: quòd si trigesimo die fuerint aliquæ morbi reliquiæ, eādem exhibeto similem ordinem seruans. *Aliud.* Chamæmelum ex aqua potum arquatum pellit, & iecinorosis vehementer auxiliatur. *Aliud.* Radicula ex melle & lacte pota medetur. *Aliud.* Aselli, hoc est centipedæ, sub aquarijs vasis repertæ, tritæ, ex mulso potę, regio morbo liberant. *Aliud.* Serpillum aquæ incoctum, & potui datum, auriginem submouet. *Aliud.* Sulfur ignem non expertum mensura vnius cochlearij, aut duorum, ex vino potum arquatum curat. *Aliud.* Ferri ærugo cito liberat. *Aliud.* Capreæ stercus aridum tritū cribratū cochlearij mensura ex vini odorati cyathis quatuor ieiuno & loto exhibe: febricitantibus autem ex aqua eandem portionem. *Aliud.* Vrsini fellis quantum græcam fabam æquat, exhibeto, deinde aquam superbibito. *Aliud.* Sabinæ cyathus ex mulso potus hoc morbo liberat. (H)

Aliud. Thus aquę incoctum propinato. *Aliud.* Terrestrem lumbricum tritum potui dato.

Aliud. Aristolochiam ex aqua exhibeto. *Aliud.* Cichorij succi cyathos quatuor si biberit, sanabitur. *Aliud.* In medium balnei conclaue descēdere iubeto, vt sudet: & egressus sanus erit. *Aliud.* Stercoris canini albi, quod genubeos vocant, cochlearium ex vini optimi cyathis tribus per dies decem propinato. Hoc idem ad colicos dolores & inflationes pariter proficit. ℭ *Medicamentum ad Morbum Regium, quod in nares fundi debet.* Elaterij quantum fabę grææ amplitudinem æquat, muliebri lacte liquatum in nares fundatur. *Aliud.* Nigella aquę incocta in nares coniecta in balneo auriginem detrahit.

Ad Lienosos. CAP. 35.

Rumicis agrestis radix tundatur in pila, & tritæ succus exprimatur, & per tres dies singuli cyathi

A thi bibantur. *Aliud.* Panacis radix contusa cochlearij mensura ieiuno ex aquę calidæ cyathis tribus exhibeatur. ℂ *Ad Lienosos cum præduro tumore.* Capparis radicis corticis vnciam accipe, aceti sextarium semis, aquæ sextarium integrum: decoque ad tertias: propina à cibi perfecta concoctione cyathum vnum duos'ue, & hoc per interualla facito. *Aliud.* Hederæ foliorum aceto incoctorum & contusorum succus expressus robustis purus potui detur: sed delicatioribus, aqua dilutus: antequam bibant autem ipsos cõcitatius ambulare cogito. *Aliud.* Centaurij tenuioris, quod iam consenuerit, in pila contusi, cochlearium febre carentibus dato. *Aliud.* Leporinus lienis recens ita deuoratus, vt ne dentibus attingatur, lienosos magnifice iuuat: ignoret autem laborans quid deuorauerit, oculis fascia velatis. Idem facit & catellorum non dum visum adeptorum lienis perinde in ventriculum transmissus. *Aliud.* Venatorij canis catulum aridum tritum modico nardo adiecto ieiuno exhibe. Dicebat autem Marcellus id quoque ad lienosos vehementer facere, si cardamomi cochlearium vnum aut duo ex aceti scillini cyatho vno duobus'ue ieiuno detur: id q; per tres dies continuos facito. *Aliud.* Radices hederæ molles elixæ ex vino bibantur: aut crudæ contusæ ex vino itidem. *Aliud.* Asini stercus aridum aceto dissolue, & per linteolum excolatũ potui dato. *Aliud.* Raphani succus ex oxymelite maceratus per tres dies accipiatur, singulis die-
B bus cyathi bini: lienem attenuat. *Aliud.* Ferri recremẽti cochlearium ex posca potui dato. *Aliud.* Irin longam aceto incoque, & acetum propinato. *Aliud.* Elcorõdani cor potui esui'que exhibeto. *Aliud.* Muxin ex aqua elixum, si aridus sit, succũ propinato: muxin vero dicitur lingua Cappadocica. *Aliud.* Sthœchadis triti cochlearium ex vini lentiscini cyatho bibatur. *Aliud.* Ammoniacam guttam ex aceto tritam ieiuno exhibe cyathi mensura. *Aliud.* Muris lienem, & piperis grana septem, in ficus torreas, & clam epulanda exhibe. ℂ *Epithema ad Lienosos.* Lapidem album in vesicam bubulam conijcito, & aceto acri madefactam lieni superimponito: ipsum comminues. *Aliud.* Glandem, qua vnguentarij vtuntur, ex aceto maceratam, & ad cerati crassitudinem redactam, imponito. *Aliud.* Vulpis lienis super locum alligatus lienosos morbo liberat. Item hœdi lienis impositus lienem digerit. *Aliud.* Syluestris brassica, si ex ea cataplasma fiat, lienosis medetur. *Aliud.* Persici arboris folia eodem modo imposita bene faciunt. *Aliud.* Myricæ semen aceto incoctum, tritum atque superdatum, iuuat. *Aliud.* Ammoniacam guttam aceto maceratam linteolo illitam impone. *Aliud.* Crocomagma aceto maceratum, & ad cerati temperaturam redactum, imponito: non amouetur, quoad ex toto sanauerit. *Aliud.* Capparis radix curiose trita, & linteolo illita ac loco imposita eodem die opem tulit. ℂ *Ad Lienosos.* Radicis capparis cor-
C ticem in aquæ libra & aceti semilibra incoquito vsq; ad tertias, & potandam præbe sex quinunciam. *Aliud.* Hederacea folia aceto inferuefacta contunde, & humorem exprime, ac robustioribus ipsum præbeto: delicatioribus autem aquam admisceto: sed prius ipse ambulato, atque ita bibito. *Aliud.* Capparis radicem tusam & aceto mulso incoctam ieiuno potãdam prębeto. *Aliud.* Accipe cupressi baccas, & valide conteras: & erui farinam quàm tenuissimam in acetum mitte, & vsque ad emplastri temperaturam decoque: lieni'que per triduum impone: post tertium diem solue, & emplastrum aquæ plenum inuenies. *Aliud.* Ammoniacam guttam in scillino aceto per triduum demersam ac læuigatam panniculo illine, atque impone: neque amoue, quoad emplastrum decidat. *Aliud.* Folia sycamini mori refrigerata & arefacta in vmbra terito: & aridum medicamentum facito scrupulorum quatuor pondere: & cum pauco pipere & caryophyllis, & ex vino mero calido, cum descendit in balneum, potui prębeto.

Potio ad Aquam inter cutem, vt humor inclusus per lotium eijciatur. CAP. 36.

Aeris vsti quantum fabam ægyptiam æquat, fimi columbini vnciam, vini ciathos tres, exhibe: esto autem vnica potio. *Aliud a nobis in multis vsu comprobatum.* Tithymali characiæ vocati radi-
D cem pro ęgroti viribus esui dato: statim enim largiter aquam ducit. *Aliud.* Granum cnidium tusum & cribratum melle comprehende, vt sordium crassitudo fiat: & cochlearium plenum ex vini mulsi cyathis tribus & modico aquę calidę ad lactis temperaturam, aut ex ouo sorbili, propinato: plurimum enim aquæ deijcit. *Aliud.* Hebuli radicum succi cyathi duo, vini tantundem, in vnum misti & exhibiti liberant absque stomachi subuersione. *Aliud.* Graminis decoctum potui datum vrinam citat. *Aliud.* Solani succi cyathi quatuor, mellis cyathi sedecim, in potum sumpti, benefaciunt. *Aliud.* Hyssopum, & hirci lotium, ex passo potum, vrinam mouet: perinde & si caprini copiam habueris. ℂ *Epithema ad Hydropicos.* Hẽteram crematam diligenter in modum cataplasmatis impone. *Aliud.* Raphanos aquæ incoctos, quoad teneritate flaccescant, accipe: dein de hordeacea farina adiecta misce: decoque, & cataplasma facito.

Ad Vmbilicos Procidentes. CAP. 37.

{ Gallas combure, vel tere, & permisce cum cortice thuris, & albo oui, & appone. } Ex tralatione veteri.

Ad Tormina, & Ventris dolorem. CAP. 38.

Aristolochię radicem in vino potui dato: ad tormina, singultum, capitis dolorem, & partus difficultatem bene facit. Sternutatio ad tormina & omnia interna vitia proficit. *Aliud.* Lychnitidis

nitidis herbę radix lota, dulci vino incocta, deinde percolata & pota, magnifice prodest: sin minus E autem, cibis tuis adijce modicum casiæ & olyræ non contusæ. ☙ *Ad Tormina intestinorum, & ventris.* Cumini fricti & contriti cochlearium vnum duo'ue ex aquæ cyathis tribus potandum est. Et aduersus inflationes acetum feruefacito ac refrigerato: postea apij semen tusum admisceto, ac iterum acetum feruefacito, ex eo q; potionem dato. *Aliud.* Irionem herbam ex aqua tritam potandam dato. *Aliud.* Ex lampro, quod satis est, tritum ex aceto ieiuno exhibe. *Aliud.* Laurum commanducans ieiunus succum deuorato: partem commanducatam vmbilico imponito: illico tormina finietur. ☙ *Medicamentum ano immittendum Alui purgatorium.* In fel tauri lanæ hapsum intingito, anoq; immittito. *Aliud.* Gallicum saponem lana inuolutum submittito, aut liquidum alumen potissimum. ☙ *Ad Intestinorum Tormina.* Lentem teneram contusam cum rubi radice elixam imponito, ac esui dato. *Aliud.* Flores mali punicę domesticæ acido lacti incoctos contere: & oleum eodem modo infunde, & edendos appone. *Aliud.* In milium contusum elixum, vitulinum adipem infunde, & quàm pinguissimum calidissimum q; sorbendum exhibe: postea gelidissimam aquam sorbeto, & confestim erit incolumis. *Aliud.* Gallæ interiorem partem tritam ac læuigatam accipito, farina q; admista & oui albo pastillos effingito: atq; assos frangito, vino q; simplici madefacito, & esui dato. ☙ *Medicamentum ad Torminosos, Ventriculosos, & Læuore intestinorum* F *laborantes, quod per linctum accipitur.* Laserpitij ramēta melli commiscens linctui dato. *Aliud.* Ouū, mel, vinum, mali punici putamina, pari portione in vnum miscens frigito, & piperis modicum inspergito, ac potionem dato: vehementer facit. *Aliud.* Oua tria accipiens in aceto conijcito, ac ita per triduum macerari finito: deinde similaginis modicum capiens cum tribus ouis subigito: mox assans, & meraco vino madefaciens, exhibeto. ☙ *Potiones ad Torminosos, & Ventriculosos, & Læuorem intestinorum.* Vinum astringens, cui rhus obsoniorum vsq; ad tertias, incoctus sit, potandum iubeto, quibus ventriculus male se habet. *Aliud.* Vinum austerum, cui galla incocta sit, illi potui pro viribus concedito, quorum ventriculus fluxione vexatur. { ☙ *Ad Tortiones, & Dolores ventris.* Da cyminum mandendum, & deuorādum. *Aliud.* Cnicum, & fœnūgræcum tere, & coque: & da decoctum bibendum. *Aliud.* Baccas lauri siccas & excorticatas tere, & da bibenda cochlearia nouem. *Aliud.* Serpyllum terens da cum vino bibendum. *Aliud.* Decoctum sampsuci da cū vino in potum. *Aliud.* Eringij radicem da cum vino potui, vel decoctum spicæ, vel castoreum. Ad dolorē aūt dysentericorū, cotonea cū cerato roseo aut myrteo, æquis portionibus, vētri impone. ☙ *Ad Colicam.* Spolium serpentis in vase æneo frigēs cum oleo quousq; comburatur, dissolue ipsum in illo oleo, & vnge ex eo cum tuo digito. } *Aliud.* Glandulam opio in succo lactucæ G liquato obline, & ano indito.

Ex tralatione veteri.

Ad Ventris Profluuium. CAP. 39.

Callitrichi ex aqua decoctum potui dato. *Aliud.* Stœbēn, qua ad testaceā vasa vti solent, spinis asperam, in pila contundito, & aquę incoquito: & aquam in dolore ventris absq; vino propinato, cum febrim habent: cum febre vacant, vinum commisceto. *Aliud.* Nucum putamen, quod nucleos includit, tritum, ex aqua potui dato cochleariorū triū mensura. *Aliud.* Cornu ceruinum mollius vstum cum gallæ pari portione in potū dato. *Aliud.* Rumicis semen contritum & potioni cibo'ue inspersum optime facit. *Aliud.* Nucum internum illud, quod instar columellæ est: & capitum papaueris, quod veluti operculum est: pari portione ex vino exhibeantur. *Aliud.* Quernas glandes contusas & diutius cribratas, vt polentam in vinum austerum spargito, potionem q; concedito. *Aliud.* Carabi testas frictas & tritas ex aqua porrigito. *Aliud.* Struthocameli ventriculus, & gallinarum similiter, cochleariorum duûm mēsura ex vino potus febri absente, præsente vero ex aqua. *Aliud.* Thuris grumus fabæ magnitudinis in vini nigri cyatho vno, solani succi cyathis duobus, eliquatus, in potum detur. *Aliud.* Gummi albi cōtusi vnciam ex vini nigri cyathis sex bibito: ad idem ano impositum facit. *Aliud.* Cochleam aphricanam sumens, in eam liqui H dam picem infunde, & calefactæ carnem exime, & in anum bis aut ter immitte. *Aliud.* Serpentis senium, hoc est spolium, in vase æneo ex oleo frigens, quoad in carbonem vertatur, cōtere: & digito in oleum intincto anum perunge. *Aliud.* Herba sacra inferius foueto, aquam ne attingito. *Aliud.* Beta ex aceto contusa, & cataplasmatis more à superioribus ad inferiora vsq; imposita, torminosis magnifice prodest. *Aliud.* Cornorū ossa contusa ventri illinito. ☙ *Ad Dolores Torminosorum.* Malum cotoneum assum, cum cerati rosei pari portione impositum, illico dolorem leuat.

Ad Laxioris intestini, quod Colon vocant, Dolores. CAP. 40.

Ostreorum testę crematæ & tritæ potui dentur: duarum ligularum modus sit ex calentis aquæ cyathis tribus. *Aliud.* Thymum cretense aquę vsque ad tertias incoctum ex attico melle propinetur. *Aliud.* Sacram radicem tenuem in aquam mitte, & ad dimidias elixa: decoctum per quinque dies potui detur, & morbo liberat: hoc in multis probatum est. *Aliud.* Viridis menta elixa per triduum exhibeatur, & nunquam dolebit. *Aliud.* Lauri summitates teneræ ligneæ esæ per triduum, liberant: ollula vero, vbi menta incocta sit, caue ne per triduum illud terram attingat. ☙ *Ad Interseptum.* Fraxini ligni ramentorum cyathus triduum potui datus sanitatem

A tatem restituit. *Aliud ad multa faciens.* Cucurbitulam syluestrem alexandrinam excauatam non
ferro, & expurgatam, in vini Coi sextarium mitte, & feruefacito: vinum postea ad temperatũ calo
rem reuersum bibito, & deambulato: & dolore solutus erit. Detrahit multa excremẽta hęc potio: *
salem autem, ne nauseet, ore contineto. Bene facit & ad coxendicis dolores. ℭ *Medicamentum ad
Coli dolores ano immittendum.* Opium Hispanum lactuca excipe, & in pessum redactum sedi immit-
te. *Aliud.* Allij nucleolum lixiuio calefactum ex inferiore parte indito, & arido stercore detra-
cto sanescet. *Aliud.* Si coli dolore tentatus dormientem canem expergefecerit: & in locum vbi
canis dormiebat, meierit: statim dolore leuabitur, & canis morietur. ℭ *Remedium Colicis & In-
flatis exterius imponendum.* Cerato ligustrino laserpitium comprehende, & impone. Ego vero &
modicum castorei admisceo, & efficacius redditur. ℭ *Ad Tormina.* Græcum cuminum mandu-
cato ac deuorato. *Aliud.* Cnici contusi & fœnigræci elixi succum potui offer. *Aliud.* Pectinem .·.
in aqua calida madefactum & ablutum propina. *Aliud.* Baccarum lauri aridarũ corticis cochlea-
ria nouem in potum dato. *Ad omnes Intestinos Dolores.* Ex intestinis dolenti siquis pedes lauerit, &
ex aqua ea potui dederit, dolor confestim euanescet.

Ad Intestinorum Scissuram. CAP. 41.

B Ægyptiæ spinæ radicem, & carnes hœdi capræ'ue cum pilis & corio, capiens terito, & similagi
ni commistas cępas vino temperatas potionem facito. Eadem radix & phlegmone pulmonum la *
borantibus in potu auxiliatur. Eadem suspensa tertiana febri & quotidiana liberat, & ex oleo po-
ta vulneribus medetur.

{ *Ad Renum & Coxendicum dolores.* CAP. 42. Ex tralatione veteri.

Accipe farinam iridis, & acetum potens: & permisce eis resinam pini, & lupinos, & pyrethrũ,
& terebinthinam, & sulfur, & nitrum, & baccas lauri: & miscens omnia cum melle appone. }

ℭ *Ad Coxendicis dolores Purgatorium.* Tithymalli succi guttas quinque in ficum instillato, & esui
dato: purgat.

Medicamenta, quæ Exterius imposita Aluum ducunt. CAP. 43.

Granum cnidium cortice liberatum cerato comprehende, & ventri puerorum super vmbili-
cum imponito. *Aliud,* Felle tauri vmbilicum perungito. *Aliud.* Suillus talus vstus tritusq; ex
aqua potui detur. *Aliud.* Herbam anthemin, hoc est chamæmelum ex oleo terito, & inungito:
statim dolor finietur. *Aliud.* Reticulum, cuiusmodi volueris, de mulieris capite detractum capi-
ti laborantis imponito: sanitatem ei restitues: melius fuerit autem, si prius calefactum reticulum
C imposueris. *Aliud.* Coriandrum vstum, oleo maceratum, vmbilico superimponito, & lana con .·.
tegito.

Ad Vrinæ Difficultatem, & Calculos. CAP. 44.

Scorpij vsti edantur: illis autem, qui forsitan aborrerent, cum adipe misti, tostiq; clam & citra
suspicionem exhibeantur: mirifice prosunt. Calculus etiam per vrinam redditus oliuæ nucleo si- *
milis, cõtritus & igne candens, si bibatur, eos, qui in vesica sunt, calculos exterit. Felis iecur vstum
tritumq; ita, vt bibi possit, calculosis remedio est. Iaspis quoq; lapillus potui datus vesicę calculos
dissipat. *Aliud.* Vmbilici veneris radix elixa & trita vnciæ pondere in diem ex diluto vino biba- .·.
tur: ad renum calculos vehementer proficit. *Aliud.* Succi vuæ immaturæ, & rusæ hederę corym- .·.
borum, par modus ex albo vino teratur: succo illinito mictus difficultate male habitos. ℭ *Medi
camen Exterius Calculosis imponẽdum.* Vrina reddita butyro veteri remollito penem oblinito, & cu-
bitũ eunti lana apponatur per triduum. ℭ *Epithema Vrinam prouocans: prodest & Calculosis renibus.*
Calaminthã cũ aceto & pipere cerato colligito, & vmbilico supdato. *Aliud.* In sampsuci decocto
desideat. *Aliud.* Herbã perdicion, id est parietariam, oleo incoctam super locum vesicæ imponi-
to: illico vrina decurret. ℭ *Ad Calculosos.* Montana trixago mulsæ incocta potanda offeratur:
D hoc remedio Samius Priscus vtebatur. *Aliud.* Albæ hederæ corymbi ex vino poti lapillos con-
fringunt. *Aliud.* Salicis folia tusa ex vino austero tantisper accipiantur, dum sanitas restituatur.
† *Ad eos qui nolentes Vrinam reddunt.* Galli guttur vstum ligulæ mensura ieiuno ex aqua propina- † *Hæc ĩ græco codice in fine sunt scripta.*
to. *Aliud.* Leucanthemi flores septem tritos ex aqua potui dato. *Aliud.* Leporis testiculum ari-
dum minutatim concisum ex vino odorato potandum præbe. *Aliud.* Cimices tres contusos ex
vino austero propinato per nouem dies. *Aliud.* Calaminthan & myrrham ex aqua ante cœnam
potui dato. *Aliud.* Anserinas linguas per triduum, quoque die vnam, edendas apponito. *Aliud.*
Rutæ syluaticę semen per triduum esui dato. *Aliud.* Ipsius penis cimolia ex muralis herbæ succo
oblinatur. *Ad Difficultatem Mingendi.* Rhum & corymbos hederæ rubræ tere ex vino albo: & Ex tralatione
vnge partes, quę sunt sub vmbilico patientium dysuriam. ℭ *Ad Sistendum exuberantiam Vrinæ* veteri.
exeuntis. Accipe pelliculas, quę sunt in ventre gallinarum, & sicca in Sole: & sume ex eis drach-
mam. Ex thure masculo & glãde sicca, & floribus punici syluestris & galla, ana drachmas iij: tere, *
& da ex eis ieiuno cum melle rosaceo & aqua frigida.

Ad Fœminarum Vitia, & primo ad Conceptum. CAP. 45.

Caricas ieiuna cum oleæ folijs edito. *Aliud.* Ruminantis pecudis spumam digito sumens

ex vino

ex vino in potum exhibe. *Aliud.* Nasturtium tritum ex aceto per quatriduum edito, postquam E
corpus mundatum fuerit. *Aliud.* Vulpinum stercus in pesso apponatur, & loci muliebres sublinantur, atque ita venere vtatur. *Aliud.* Artemisiam tritam apponito: inunge autem muliebre pudendum gummi, cum à purgatione menstrua tertius fuerit dies, & concipiet. ℭ *Vt Mulier Marem generet.* Alba fascia puerili dextrum pedem ligato, & coeat. *Vt Fœminam.* Nigra fascia sinistrum pedem. ℭ *Vt Mas concipiatur.* Anserino adipe & resina terebinthi loci perungantur per biduum: tertio die cum viro coniungatur, & marem concipiet. Vt Mas gignatur, vir sinistro teste ligato venere vtatur: vt fœmina, dextro. {ℭ *Ad Conceptionem.* Vterum leporis sicca, & tere, & da potui quãdo fuerit à menstruis purgata. ℭ *Ad Difficultatem Partus.* Aiugam, & bitumen, pone super carbones, & suffumiga: vel ipsa appone. ℭ *Ad Extrahendum Fœtum mortuum.* Fellis tauri magnitudinem amygdalæ dissoluens in vino aquato, da cochlearia ij potui, & emittet confestim. *Aliud.* Lycium crudum trito caule iunge cum cedria, & calefacias, & da bibendum ieiuno. *Aliud.* Artemisiam coque in mulsa, & propina. *Aliud.* Super lapidem, quem mordet canis, quando proijcitur in eum, positum in Sole, transeat mulier, quę patitur difficultatem partus. ℭ *Ad Educenda Menstrua.* Marrubium, nepitam, rutam, corticem celsi, ana drachmas iij, coque in vino aut aqua, & da bibenda. *Aliud.* De aqua, qua dissoluitur fermentum vetus, quando fit panis, potui dato. F
ℭ *Ad Dolores Vteri.* Pæoniæ radicem propina, vel radicem iridis, vel seminis pæoniæ granula xv, vel pulycariæ aut vrticæ succum appone, vel folia apiastri cocta in vino. *Aliud.* Accipe rutam viridem, & tere: & cum butyro & adipe porci fac vnguentum. *Vt Mulier violata appareat virgo.* Accipe gallarum immaturarum, ligustri, xylocasiæ, rosarum siccarum, piperis albi, grani gnidij, ana hexagium vnum: tere, & prius lotæ vuluæ apponat ista. Confert autem & semen rumicis acidi tritum & appositum.}

Ex traslatione veteri.

Notæ Maris & Fœminæ in Vtero. CAP. 46.

Apium inscia muliere super caput imponito, quod q; primum voce protulerit, aut marem, aut fœminam, illud pariet: incorruptę veritatis hoc signum est. *Aliud.* Grauidæ mulieris vrinam accipiens duas foueolas facito: in vnam hordeum, in alteram triticum conijcito: deinde vrina conspergito, atq; ita demum terram superiacito: si prius triticum expullulauerit, mas parietur: sin vero hordeum, fœmina.

Vt Fœtus Retineatur. CAP. 47.

* Lapis Aetites appendatur. Fœtum quoque & lapis ille retinet, qui in pirastro adnatus inhæret scit: iste similiter pensilis gestetur. Et malų agrestis radix, quam epiboscon nominant, appensa. G
Sardonius etiam lapis retinet fœtus vsque in finem: ventri autem eum deligare oportet. Est herba quoque sideritis, cuius appensu fœtus custodiuntur.

Vt Partus Acceleretur. CAP. 48.

Bulbi amari triti ex vino dulci potui dẽtur: illico pariet. *Aliud.* Dictãnum ex vino, aut aqua, propinatum idem facit. *Aliud.* Suillum lac ex melle bibitum. *Aliud.* Galbanum ex aqua tritum
* potum q; confestim educit fœtum. ℭ *Suffitus ad Aegre parientes.* Aiuga super carbones posita: aut bituminis, quo fabri ferrarij vtuntur, duplum carbonibus iniectum, mirifice prodest. *Aliud.* Pulegij fasciculum in aquam calidam mittito, in ea q; mulierem desidere iubeto: ipsiq; in aurem dicito, Chu, ca, mi, dus. *Aliud.* Oleum manibus continens eius ilia perfricato, atq; ita dicito: Secundæ sistite corpus, quoniam pręcipit vobis magna Dei genitrix.

Ad Lac Creandum. CAP. 49.

Radices cum tritico, vino incoctos, percola, & vinum potui offeras. *Aliud.* Aquam, cui furfures cum fœniculi radicibus incoctæ sint, propinato. *Aliud.* Mulsæ nigellam permistam habentis vncia bibatur. *Aliud.* Mulsa hederæ folia contusa habens potui detur.

Ad Lac Resiccandum. CAP. 50. H

Aqua maris fouete, & astringere siccare q; valentia superimponito. *Aliud.* Muriam calidam spongijs exprimens, & thuris puluisculum inspergens, deligato: & chartas eodem modo.
ℭ *Quod si Mammæ Duræ inflammatæ q; fuerint.* Lini semine aceto mulso incocto illine: aut fœno græco similiter elixo: aut sesamo non loto refrigerato, trito, & melli admisto: aut ex ficis cataplasma facito. *Aliud.* Cuminum tritum mulso temperatum ad cerati crassitudinem linteolo illitum impone. ℭ *Potio Fœtum Mortuum, aut non ritu naturali exeuntem, eijciens.* Fellis tauri quanta est nux amygdala, vini veteris diluti ligulis duabus temperatum, potandum offeras: statim fœtum excludit. *Aliud.* Ouum crudum cedri lachryma illinito, calefacito, & ieiunæ sorbendum dato. *Aliud.* Mulsam artemisiam incoctam habentem propinato. *Aliud.* Lapis phœnicites vocatus illitu fœtum detrahit. Item lapis demorsus à cane fœtum adhuc imperfectum euocat, si prægnans mulier super ipsum transeat: nam quod in ventre est, valde cito expellit.

Vt Cognoscatur, Mulier an Abortum fecerit, & ad Abortiendum, & Fœtum mortuum ac Menses ducendos. CAP. 51.

Mammę gracilescentes abortum significant. ℭ *Cataplasma ad Abortum impellens.* Viciæ mundæ cyathi

A dæ cyathi duo in ollula ex aceto decoquantur: cum ad dimidium consumptum fuerit, aloes vncia adijciatur, vt malagmatis instar reddatur: deinde illinito ab vmbilico ad pectinē vsq; & adalligato. ℭ *Cataplasma ad Necandum Foetum citra noxam Vllam que suspicionis notam.* Cupressi foliorum partem aqua elixā curiose terito ad malagmatis tēperaturā: atq; vmbilico et abdomini imponito, fascia q; deligato: deinde supinā iacere iubeto, aut in sella sedere, qua in partu mulieres vti solent: & sopita sine dolore foetū emittet. ℭ *Medicamen discriminis expers, Vt Trimestris, aut Quadrimestris Foetus eijciatur.* Opopanacis obolum accipe, & collyrium fac, & locis muliebribus submitte: tutū est, atq; in multis expertum. *Aliud.* Radiculam tritā melle exceptā pessis illine paruis, & eos mulieris genitalibus impone: educit hoc secundas & menstrua purgamenta. *Aliud.* Artemisiæ folia teras ex roseo, & sordium crassitudinē faciens appone: mēses citat. *Aliud.* Caricas duas & semissem, nitri obolum accipe: pessum facito, & submitte. *Aliud.* Artemisiam tritā impone. *Aliud.* Rutæ agrestis semen immitte. *Aliud.* Galactites lapis suffitus nō purgatis mulieribus menses ducit. ℭ *Ad Mulierem, quæ à partu non purgetur.* Ari semen tritū ex vino albo ieiuna bibito. ℭ *Ad Pallorem mulieris à partu.* Panacis radices contusæ ex dulci vino à ieiuna potę pallorem discutiunt. *Aliud.* Flores mali punicæ domesticæ odorato oleo incocti potui dentur. ❮ Accipe fęcem vini antiqui, & radicem lilij, & B allia, & lenias: & vnge faciem vespere, & mane laua: & hoc quousq; facies rubefiat. Ex tralatione veteri.

Ad Ventris, Mammarum, Femorum, Coxendicum que Scissuras. CAP. 52.

Marinam cochleā oblongā cremato & conterito: deinde oui albo, aut asinino lacte adiecto illinito. *Aliud.* Lapidē, qui diaphanes hoc est perspicuus vocatur, cōtere: cōtritum q; in ingressu balnei, anteq̄ inungatur, illinito: vicesimo die scissuræ euanescēt. ℭ *Ad Sudores Ventris, præcordiorum, femorum que à partu.* Cimolliæ & pulueris thuris (mānam vocant) par modus oui albo exceptus cū ligustrino cerato illinatur. ℭ *Ad Inflationes in Coxendicibus.* Panis medullā et melanteriā vnà subigito, & imponito: bene facit. ℭ *Ad Prominentes Vmbilicos.* Gallas vstas tritas q; ex aqua supdato. ℭ *Vt Vmbilicus à partu magnus ac elegans fiat.* Operculum vrcei chartaceū sumēs pāniculo inuolue: deinde thuris puluisculū oui albo cōprehendens illine, & in vmbilicū mitte, tenaciter q; alligato.

Ad Vteri Strangulatus. CAP. 53.

Testudinis terrestris iecur tritū in pesso naturalibus imponito: ppetuo respōdet, cuiq; ne cōmunices. ℭ *Potio ad Vteri Dolorem.* Leporis cor aridū, & in ramēta cōcisum, potui detur. ℭ *Ad Tormina Vteri à partu, Corruptiones, & Strangulatus.* Leptosphæros accipito ad oboli semissem, (oresinema vocant) tribus digitis, & ex dulci bibito. ℭ *Ad Vteri Dolores.* Mali punicæ dulcis radicem ex C vino propinato. ℭ *Ad Vteri Duritias.* Cuminum tritum & rutæ folia pice liquida excepta & butyro, in pesso ex lana facto impone. ℭ *Potio ad Mulieres ex Vtero laborantes.* Castoreum cum aniso propina. *Alia.* Cuminum tritum, & nigellæ semissum, ex aceto mulso propina.

Potio ad Muliebre Profluuium. CAP. 54.

Peucedani radicis, & cupressi baccarum, pares portiones, ex vino albo potetur. *Alia.* Vuæ nigræ acinorum arida semina ex vino nigro austero potui dentur. *Alia.* Hædi coagulum acerrimo aceto maceratum ieiuno propinato. *Alia.* Corallium ex nigro vino dato, & confestim supprimetur profluuium. *Alia.* Ferulæ cinerem, & papaueris puluerem ex aqua pauxillum exhibeto: q si largius effluat, spongiæ cōbustæ drachmas iij exhibeto. *Alia.* Cornu ceruinū vstum potui dato. ℭ *Medicamenta Naturalibus imponenda.* Malum punicum in lana more cataplasmatis appone. Aut mali punici coria elixa in lana q; trita in pesso apponenda sunt. *Aliud.* Gallæ interiora, & thuris tantundem, in pesso accipiens ex aqua appone. *Aliud.* Pulegium tritum lana munda cōprehendens naturalibus impone. Opitulatur etiam spongia feruenti aceto madida, & mediocriter expressa: femorum preterea coitio, extremorum deligatio, atq; in caput decubitus.

Vt ne Mulierum Naturalia in concubitu humescant. CAP. 55.

D Gallæ immaturæ grana quatuor: cinerulæ, qua in oculorū vitijs vti cōsueuerūt, mystra duo: terito, in vnū misceto, & in vitreo vase reponito. Ex hoc mystrū sumens veteri vino dilutū eo primis diebus nupta naturalia sublinat, ac per totā vitā locorū illorū humiditatem non percipiet. *Aliud.* Gallas per octo dies in aqua macerato: deinde lanā mollē sulfure suffumigatā aqua illa madefacito, & nō expressam siccescere sinito: ex lana pessum faciēs naturalibus immittito: in cōgressu venereo virgo putabitur: deinde lanā tollito, exiccato q; atq; iterū, si lubet, vtitor. *Aliud.* Acidi rumicis semen tritū submittendū exhibeto, & nō different à virgine. *Aliud.* Gallas contusas in aquā demitte, ex qua subluantur mulierum naturalia, angustiora.n.reddentur. *Aliud.* Panniculos tenues in aquā alumē liquatū habentē demergito, & exiccato: deinde quadrati iūci, casiæ, gallarū, singulorū parē modū ex vino veteri cōterito, donec mellis crassitudo fiat: in hoc panniculos madefaciens resiccato, vtq; imponāt, cōcedito: atq; ita p duas horas retineāt, vel prout reqrit necessitas: et cū venere vti volent, eximant. *Aliud.* Melle & nitro vsq; ad pubē naturalia oblinito, atq; ita concubito.

Vt Ne cui Penis arrigi possit. CAP. 56.

Buccinū vstū lotio bouis castrati extinguito: hoc in cibis, aut potionibus, vtitor: qd remanet, in vase reponito. *Aliud.* Paruulū lignū appēdito, & desinit. *Aliud.* Acutus iuncus impositus, vt in figurā cyrici redactus illius, qui cito semē excernit, sub stragulis vestibus positus impetum in venerem cohibet. *Aliud.* Coriandrū aut pulegiū si frequentius edatur, penē flaccidū reddit. *Aliud.*

Fel torpedinis siquis potui det, genitale mēbrū minime rigebit. *Aliud.* Lucernæ sponte extinctæ E scintillam adhuc viuā si in poculū conieceris, & potui dederis, per totam noctem penis arrigi non poterit. { ¶ *Ad Arrectionem Pudendi.* Pudendū intendūt & mouēt ad coitū ista, nucū pinearū, piperis, petroselini, scobis pudēdi ceruini aridi, terebinthinę, singulorū partes ęquales excipe melle: & ex vino bibēdas præbe. *Aliud.* Cicerū crudorū, nucū pinearū, singulorū partes duas: seminum erucæ, piperis albi, singulorū partē vnā: mellis quod sufficit: da cū vino. *Aliud.* Vnge pudendū melle anteq̄ coeas. *Aliud.* Semen erucæ bibendū exhibe cum melle. *Aliud.* Succi erucæ cyathos ij cū pipere albo, quod sufficit, da tribus diebus alternis diebus. Vel succi erucę et piperis albi da cochlear vnum ieiuno. Confert etiā testa marini erinacei bibita: & lac bubulū bibitum. *Aliud.* Sanguinalis herbæ semen, & carnem pisciū fluuialiū siccā terens, bibendā præbe: tentiginem enim facit. Similiter semen portulacæ coctū cū lacte bubulo mire prodest. Itē oua perdicis, si comedātur.

Ex tralatione veteri.

Aliud. Semen porri cū vino mero bibendū exhibe. *Aliud.* Succus sanguinalis herbæ bibitus facit promptiores ad coitū. *Aliud.* Aquā, in qua extinguitur ferrū, bibe cū vino. *Aliud.* Testiculi vulpis sicci bibe cochlear vnum. *Aliud.* succum expressum, è radice hastulæ regiæ da bibendum. *Aliud.* Quando taurus, postq̄ coiuerit, minxerit, terrā cōmisce: & luto, quod fit ex vrina, vnge pudendum. *Aliud.* Stercore bouis recenti vnge pudendum. *Aliud.* Granum gnidium tere, & per F misce cum oleo rosaceo, & vnge. *Aliud.* Succo verbenacæ vnge pudendum.

Ad Somnum conciliandum. CAP. 57.

Lauri folia inscripta capiti clanculum subijcito, nominans Concophon brachereon.

Ad Eos, qui coire nequeunt. CAP. 58.

Scammoniam ex aqua illinito.

{ *Ad Morsum Venenosorum animalium.* CAP. 59.

Ex tralatione veteri.

Ad morsum venenosorum animalium fraxini folia tere, & succi da cochlearia tria non febricitantibus cum tribus cyathis vini. *Aliud.* Corticem arboris glādis, vel erucā, quæ in oleribus nascitur, vel aiugam, vel allium, vnum ex his terens da cum vino non aquato ieiuno bibendum. *Aliud.* Sanguis anatis aduersatur omnibus venenosis & mortiferis. Hoc idem etiam faciunt carnes gallinæ nuper occisæ, si morsibus imponantur: obsistunt. n. omnibus venenosis, & curant, præter aspidis morsum. *Aliud.* Rutam da cum vino bibendam. *Aliud.* Cerebrum gallinæ bibitum iuuat. ¶ *Inunctio ad Morsus Viperæ.* Ex chalbano cum cyprino vnge. *Aliud.* Serpyllum cum aceto similiter illine. ¶ *Suffumigia fugantia Venenosa animalia.* Pyrethrū & sulfur incende, & fugient. *Aliud.* * Cornu cerui & eius pinguedo idē facit. Pellis etiam & pedes dextri si infigantur ianuæ prohibent G ingressum cuiuslibet venenosi. *Aliud.* Pulmo asini si fumigetur, omne venenosum fugat. ¶ *Vt Vipera non mordeat.* Dracunculū tere & obline manum, & non mordeberis. Semen vero ipsius herbæ tritus cum aqua, & positus in aquis peregrinantium, fugat eas. *Aliud.* Ex succo solani manus illine. ¶ *Epithema in Morsis à Vipera.* Viperæ caput abscidens applica partem cruentam loco demorso, liga, et dimitte sic. ¶ *Fomentum ad Morsum Viperæ & Muris aranei.* Trifolium bituminosum coque: & decocto calido locum demorsum foue. Nullus autem fomento illo vtatur, qui non patitur: transit enim affectus in eum, vt putet se à vipera vel araneo mure demorsum. }

LIBER TERTIVS DE MEDICAMENTIS QVÆ AD MANVM SVNT GALENO ASCRIPTVS

Iunio Paulo Crasso Patauino interprete.

CENSVRA

Liber ordine ac iudicio vacans.

De Gurgulionis, quæ & Vua dicitur, vitijs curandis. 1.

Vrgulionem male habitum ita sanè curare poteris. Initio phlegmones, victus tenuis & boni succi esto. Sorbitiones & gargarizationes ex mulso fiāt, aut mulsa, aut sapa tepida, aut ex aceto mulso, quod gargarizetur solū & effundatur, & ne deuoretur. Manducetur autē pyrethrum, aut piper, aut vua taminia, quam & staphida agrian vocant: hæc trita cum nitro & sale, palato columellæq; affricta, phlegmonen dissipat: exterius autem hæc eadem imposita, & alia, similiter calefacientia & phlegmonen mitigantia, & dolorem leuantia: epithemata vero & cataplasmata idonea sunt.

Ad Pendentem Columellam.

Hyssopi radicem & caricarum succum vnà misceto, & gargarizato. Perinde & ad tonsillas ac columellam vnà feruefaciens palmulas & lentem gargarizato.

Vt sine

A *Vt Sine Siti diu quis conſeruetur.* *CAP. 2.*

Dulcis radicis ſuccus potui det. Aut portulacæ ſucci cyathũ deuorato. *Aliud.* Anceſorũ põdo vncia, dulcis radicis ſucci pondo vnciç duç, tragacantç madefactæ põdo tantundẽ: cõficito paſtillos, & in vmbra ſiccato: ex his vnũ ſub lingua cõtineto, & ſuccũ deſcendere pmittito, & nõ ſities.

Ad Grauem Auditum & ſurditatem. 3.

Caprinũ fel recens cum pari portione mellis ad carbones decocti miſtũ tepidũ in aurem inſtillato. *Aliud.* Leporis fel recens cum pari mellis portione miſtũ, & in cæpæ corio tepefactum, in aurem mitte: hoc enim remediũ ei, qui vel nihil audiat, auditum reſtituit. *Aliud.* Suis manſueti fel pari mellis ad carbones cocti portioni admiſtũ tepidum infunde. Aut ſcillæ ſuccum & roſaceum miſcens vtere. *Aliud.* Erui ſuccum inſtillato, & ſtupam roſaceo imbutam ſuperimponito.

Ad Cœliacos, hoc eſt ventriculoſos. 4.

Myrteas baccas virides, roſas aridas, malicoria, flores mali pũicæ ſylueſtris, gallas quinq;, mulſo vino ſubigẽs in ventriculũ mitte. Aut fabæ cortices vino inferuefactas p clyſterem inijce. Aut lẽtis decoctæ, aut oryzç nõ purgatæ, aut ſideritidis herbç ſuccũ tepidũ perinde p clyſterem immitte. Itẽ & acaciæ ſuccũ p inferiores partes in vẽtrẽ da: aut ceruſam, & argẽti ſcoriã, ex melle & vino tritã.

B *Ad Ventris Tormina.* 5.

Cuminum ex melle eſui dato, & profectum miraberis. Aut calami radicẽ ex vino calicis vnius menſura propinato.

Ad Supprimendum Alui Profluuium.

Aquam origanum incoctum habentem propinato. *Aliud.* Sepiç teſtam & capillamenta cremata ex vino veteri potui offerto. Aut rubi fructus cũ folijs ad tertias decoctũ propinato. *Aliud.* Cuminum græcum & gallam non tritam cremato, & ex vino veteri potui dato, cum ad tertias redactum fuerit: id facito per triduum.

Ad Eminentias internas, Sciſſuras, Ficosq; in ſede. 6.

Auripigmenti fiſſi pondo vncias tres, quernæ cariei pondo vncias quatuor: ex omnibus in vnum tritis aridum medicamentum componito. Ita vero vtitor, locum prius vrina pueri venerem non experti ſubluito, deinde inſpergito.

Ad Eminentias, quæ intus forisque in Ano ſunt.

Laſerpitij radicem tuſam tritam q; ſuperdato.

Aridum medicamentum ad Exeſas Gingiuas, Dentesque labantes. 7.

C Maſtiches pondo vnciã, thuris pondo vncias duas: myrrhç, roſarũ aridarũ, vtriuſq; pondo vncias tres: ſarcocollæ, gallarũ, vtriuſq; põdo vncias quatuor: oĩa in vnũ cõtere, & gingiuas conſperge: quas prius ſedi, aut myrti, aut lentiſci, aut viticis, aut oleæ folorium, decocto tepido collueris.

Ad Dentium Dolorem. 8.

Aceto, cui hyſſopum aut origanum incocta ſint, foueto. Aut pyrethrum, piper, & zemma, & maſtichen, paribus portionibus commanducanda exhibeto. *Aliud.* Vuæ taminiæ acinos quatuor, maſtiches micas vel grana octo, manducari iubeto.

Ad Dentes ob ictum Decidentes.

* Oleo vuulas paſſas incoctas habente locum foue: deinde aceto, dolore videlicet exacerbato: triduo interpoſito iterum repete, atq; ita dentes renaſcentur.

Ad Corroſas Gingiuas. 9.

Ariſtolochia ex melle contrita gingiuas conſpergito. Aut ceruinum cornu exuſtum, donec albeſcat, & ceruſam, & argenti ſpumam, & nardum, & pumicem, cerato comprehende, et illine. Aut teſtudinis crematam teſtam ex oleo tritam in gingiuam inſtillato. *Aliud.* Erucæ ſemen cum ſucco, & capræ fel cum melle, aut nigellam itidem cum melle, illinito.

D *Ad Oculorum Dolorem.* 10.

Caprina medulla oblinito, & ſanabis. Aut caprinam, ouillam've adipẽ calida aqua madentem imponito. Aut lini ſeminis ſucco, aut muliebri lacte madefacito.

Ad Albugines Oculorum, Græci Leucomata vocant, & Cicatrices veteres paucißimis diebus curandas, Remedium, quod etiam Viſum mirifice exacuit.

Æruginis raſæ vncias quatuor accipe, ammoniacæ guttæ tantundem, cæruſæ vncias duas, gummi vnciam vnam: liquidum autem medicamen, eſto cucumeris agreſtis radicis ſuccus. *Aliud.* Lauri baccarum mundatarum & tritarum, gummi, quantum ſatis ſit, permiſce, & fiant collyria. Quando vti voles terito, & ex pueri venerem non experti vrina illinito: probatum eſt.

Ad Aegilopas, hoc eſt Fiſtulas oculorum.

Fimi columbini aridi drach. iiij accipe, & cum maſculo thure tritas inſpergito: expertum eſt.

Ad Albugines comprobatum, multos enim iuuit.

Perdicis maſculi felle ex melle illnito. *Aliud.* Ladani vncias duas terito: ex vino optimo, & oleo, quantum ſatis erit, illinito.

Ad Suffuſionem admirabile, quod illico viſum reſtituit.

Muris ſanguinem, & galli fel, & muliebre lac, æquis ponderibus miſce: & bene ſubactis vtere: probatum eſt enim, & magnifice profuit.

Aliud ad Inueterascentes Suffusiones, Hebetem Visum, & ad omnia, quæ Oculis Tenebras offundunt. E

Baccas lauri cortice liberatas numero decẽ, gũmi drach. ij: ex aqua pluuiatili collyria facito, & illine, suffusos quidem ex vrina pueri venerẽ non experti: cæcutientes autem, ex aqua pluuiatili.

Ad Oculorum Dolores, & Vigilias.

Mulsam instillato: & ouum prius coctum, putamine mundatum in duas portiones secato, & super oculum deligato: & somno occupabitur.

Ad Carbunculos Oculorum totiusq; corporis.

Herbam muralem cum panis micis posca prius madefactis tritam adhibeto.

Ad Acuendum Visum.

Fœniculi caule trito ex melle in nouo alueari facto, & super carbones cocto, illinito.

De Ordeolis in palpebris enatis.

Acacia ex vino vtere. *Ad Fluxiones Oculorum.*

Oculis fluxione laborantibus initio quidem cibus modicus conuenit, aquæ potus, à venere abstinentia, & aluus ducatur. Primum q; multa frigida modico aceti permisto assidue faciem lauet, et in lectulo olfaciat. Puluerem, fumum, lucernæ Solis q; splendorem deuitet. Deinde rosas virides vel aridas passo madefactas contere, oui q; vitello admistas superdato: aut ex hordei farina passo in F cocta cataplasma facito: quod si dolor vehementissime cruciet, altercum quoq; admisceto.

Ad Capitis Vitia diuersa. 11.

Cataplasma ad caput Fluxione vexatum. Hæc compositio caput fluxione tentari non sinit, neq; oculum male haberi. Accipe cimoliæ, nitri, albæ vitis radicis aridæ, cucumeris syluatici radicis, fabaceæ farinæ, singulorum pondo vncias duas: pariter tritis & in vnum redactis ad sordium crassitudinem vtere in balneo: longe valentissimum remedium est.

Vt Manducatu Pituita ex capite detrahatur.

Vuam taminiam & mastichen manducato, aut mastichen & zingiber: si mastiche dura sit, parum ceræ admisceto. *Ad Capitis Dolorem.*

Rutam diligenter contere, & ex aceto atq; rosaceo frontem illine.

Ad Capitis ab Altera tantum parte Dolorem, quem Hemicraniam Græci vocant.

Porri caput comam q; oleo incoquito, ex eo caput perfundito, statim q; dolor tollitur. *Aliud.* Hederæ extrema oleo incoquito, & ex eo caput perfundito: effectum miraberis. *Aliud.* Amaris amygdalis tritis frontem oblinito.

Ad Clauos probatissimum, etiam si in capite sint. G

Accipe sandarachæ, aluminis scissi, atramenti sutorij, mysios, viuæ calcis, saponis, singulorum parem modum, sed calcis tantum duplum: tritis ex primo saponis iure vtitor: admirabile est.

Ad Dolorem Capitis Hemicraniam vocatum.

Accipe erucæ seminis vncias tres, rutæ viridis vncias septem, piperis grana vnum & triginta, ouorum trium alborem, aceti quod satis est: omnibus permistis illinito frontem. *

Pastillus celebris Socratis ad Capitis Dolorem & Hemicraniam, Omniaq; ex fluxione vitia, mirificus.

Accipe euphorbij drach. iiij, thapsiæ succi drach. vj, zingiberis drachmã vnam, opij drach. iij, opopanacis drach. ij: oĩa in vnũ ex aceto liquato, pastillos q; conficito. Cũ vti voles, aceto dilue, et fronti illine. Suffiri etiã potest, & ad membrũ aliquod fluxione male habitũ magnifice proficit. *

Ad Clauos. 12.

Clauos enumera, & totidẽ formicas accipes, & in pãniculo lineo raro deligato & cum his etiam cochleam: deinde cremato, tritas q; ex aceto oblinito. Aut fimum bubulum aceto maceratum per triduum imponito, omnes q; claui decident. ¶ *Ad Clauos, & Verucas Myrmecias vocatas.* Palmularum ossea partẽ vstam ac tritam cũ sale & gutta ammoniaca in Sole subigito, imponito, et curabis.

Ad Dolorem Capitis Hemicraniam dictum. 13. H

Lumbricos terrestres quindecim accipito, piperis grana qndecim, aceti quod satis sit: oĩa simul conterito, & illinito. *Ad Ictus Venenosarum ferarum.* 14.

A bestijs venenatis, rabiosoq; cane demorsos, sanat cãcri interiorũ cinis ex aqua semel ac bis potus, quantũ manu capere potes. *Ad Dolorem Capitis ex Vini potu.* 15.

Herbæ sanguinalis coliculos duos connecte, & sertum capiti circundato.

Ad Hemicraniam dolorem. 16.

Nasturtij semẽ tusum cũ oui albo permisce, fronti q; impone, & stupã superda. Aut aquilæ capitis os simile, simili appẽde, perinde & vulturis. *Aliud.* Lapilli in capite labracis, i. lupi piscis, reperti dolorem capitis leuant: & ad hemicraniam faciunt appensi, dexter dextræ parti sinister sinistrę.

Ad Defluuium Capillorum & Barbæ. 17.

Betam ex myrteo, & polytrichis capillis illinito: aut adiantum ladanumq; paribus portionibus trita, ex immaturo oleo, aut myrteo, aut lentiscino imponito. *Aliud.* Ladanũ vino amyneo, & oleo myrteo, maceratum, vtroque ad mellis spissitudinem, caput in balneo perungito: melius est autẽ, quod aliqui polytrichon vocant, si portio septima ladano adijciatur, atq; ita illinatur.

Ad Capillos Defluentes, vt plures instaurentur.

Murini stercoris drach. iij accipito: calamorum, quos conatelos vocant, drach. iiij: amygdala

amara

A amara numero lxxij: ſucci balſami, ladani, vtriuſque drach. iiij: polytrichi drach. vij, nardi gallici drachmā vnā: in pice liquida madefaciēs ladanū vino oleo q́ꝫ macerato, arida vero in puluerē redigens cū liquidis pmiſce & vtere, quotidie perungēs. Mihi videtur & caluis poſſe capillos reddere.

Ad Tuſſim diuerſa remedia. 18.

Iuniperi fructus eſu potu q́ꝫ ſumptus. Aut bdellium epotum. Aut daucus creticus ex vino potus. Aut dracunculi radix pariter elixa, & ex melle trita. Aut Inulæ. Aut perdiciadis herbæ ſuccus tepidus ante cibū ex aqua potus. Aut ſanguinariæ ſuccus eodē modo ſumptus. Aut perſonatæ radix. Aut pineus nucleus ex aqua potui datus. Aut propolis ſuffita. Aut reſina epota, & terebinthina ſuffita. Aut arſenicum ſciſſile cū chalbano ſuffitum, & fumus deuoratus. Præterea bituminis, thuris, ſtyracis, cumini q́ꝫ ſuffimentum. Aut cinnamomū ex melle tepido potū. Aut cupreſſi baccæ contuſæ ex vino cū myrrha ieiuno exhibitæ. Aut fœniculi radix ſemen q́ꝫ vino incocta, & propinata. Aut vinū, cui viridis ferula incocta ſit. Aut origanum melli incoctum & bibitum. Aut myricæ flos, ſemen, ac folia, vino elixa, & potui data. Aut piceæ cortex ex aqua potus.

At albæ populi folia & ramuli ex aqua aut vino potui oblata. Aut verbaſci radix ex vino in balneo pota. Aut alliū crudum elixum ve eſui datum. Aut lanariæ herbæ radix ex melle ſumpta, peſ B ſime affectos liberauit. Leporinum ſtercus contritum ex vino calido ſumptum arteriæ & columellæ vitijs, & ſpiritus difficultati, ſummopere opitulatur. Ad eadē facit & lingua aquilæ collo ſuſpenſa. Aut nucleus pineus integer vſtus tritus q́ꝫ cū modico piperis, melle exceptus, laboranti q́ꝫ exhibitus cochlearij mēſura. Ad veterē tuſſim autē leuandam, ſulfur ignē non expertū ouo inijito, & in balneo ſorbeto. Aut ſinapi terens miſcens q́ꝫ melli dacolos tres exhibeto. Aut naſturtij ſemen tritum ex aqua potum cubitum eunti. Aut thus cum melle tritum linctui datum ſummo mane, aut cubitum eunti. Aut raphani ſuccus ex melle ſorptus diluculo. *Aliud.* Iuniperi baccæ quinq́ꝫ aut ſeptem, ex melle potæ. *Aliud.* Accipiantur piperis drach. iiij, nucum drach. ij: nucleorum pineorum, hyſſopi, vtriuſq́ꝫ drach. i: pulegij, iridis, ſeminis vrticæ, ſingulorum drach. iiij: mellis quantum ſatis ſit: detur ligulæ menſura. *Aliud.* Sinapi, cuminum, nigella, naſturtium, paribus portionibus vnà conterantur: vino excipito, & propinato. *Aliud.* Pulegium aſſidue manducetur: tritum q́ꝫ, & vino maceratum, bibatur. *Aliud.* Cumini fricti, nigellę frictę, vtriuſque vnciam: piperis grana quadraginta: vnà trita, & melle fermentata, ieiuno dato & cubitū eunti. ℭ *Suffumigatio.* Accipe auripigmentum ſciſſile, piper, marrubium, hordei farinam, trixaginis, & vitis radicis corticem, chamęleucen, maſtichen, croceum oui, coſtū: omnia in vnum miſce, & collyria con C fice, & ieiunum ſuffumigato cubitum q́ꝫ euntem. *Aliud.* Piper, nuces, auripigmentum ſciſſile, ſimul terito, miſceto q́ꝫ cum melle, & propinato. *Aliud.* Butyrum, anſerinam adipem, & reſinam, vnà cum melle conterito: & ieiuno cubitum q́ꝫ eunti exhibeto. *Aliud.* Virgulam fœniculi, ſemen piperis, vnà terito, & melle fermentata concedito. *Aliud.* Veſicarium ſolanum cum radicibus elixum potui dato. ℭ *Ad Tuſſim, Reiectionem que Sanguinis.* Accipe coſti, cinnamomi, rheubarbari, ſingulorum vnciam: ſim[illegible] & trita, & in vnum corpus redacta, ex vino tepido propinato.

ℭ *Aliud ad Tabeſcentes faciens.* Accipe thuris, piperis, auripigmenti ſciſſilis, cariophyli, ſingulorum parem modum: omnia conterito ex melle, & fermentata concedito diluculo, & cubitū eunti. Aut auripigmentum ſciſſile pro ſale in ouum ſorbile mittito, & ſorbeto ieiunus. Aut arſenicū tritum ex vino tepido in balneo propinato. Aut arſenicum fiſſile & vitellum oui miſceto, & bombici illinito, & per inſtrumentum, quod cichonen Græci vocant, ſuffumigato. Cum vero laborans ſuffumigio triſtabitur, ipſi butyrum ad auellanæ nucis magnitudinem deuorandum exhibeto: iterum q́ꝫ ſuffumigato: id autem ſepties repetes. *Aliud.* Styracem bonum, & braſſicæ ſuccū, vnà terito: & fermentata ieiuno, aut dormitum eunti, exhibeto. Aut laurei olei & vini boni accipe ſingulorum vncias iij: miſce, & tepidum in balneo propina: & œneleo i. vino oleo q́ꝫ miſto, in olla ca D lefacto ſtomachum foue. Oenelæum phthiſico potui ne dato, ſed œnelæum curioſe paratum calefacito, & ſpongia ſtomachum foueto. *Aliud.* Lupinorum decocto calido myrrham ſtacten vocatam madefacito, & pedes tuſſientis foueto, & ſpongia detergens inungito butyro: deinde iterum foueto: hoc ter facto curabitur. *Aliud.* Hederæ granis, aut lignis, aut folijs, tuſſientem ſuffumigato. Aut reſinam ex vino veteri tritam ieiuno propinato. Aut agreſtis canabis ſemen tritum ex aqua. Aut cedri liquorem, ieiuno potui dato. Aut hyſſopum & pulegium in poſca incoctum. Aut beronicen melle ſubactam edendam offeras. Et raphani aſſi mane ac veſperi ſi edantur, bene faciunt: & chamæleuce ſuffita. *Aliud.* Baccas laureas cum pipere, & nucleos pineos ex melle, dato mane & cubitum eunti. ℭ *Ad Tuſſientes, Arteriam aſperam, Vocem amiſſam, & Sanguineum ſputum.* Accipe tragacanthæ, gummi, vtriuſq́ꝫ vnciam: myrrhæ bonæ tantundem: dulcis radicis ſucci, ac vini dulcis, quantum ſatis eſt: omnia contuſa in vnum redige: cum trita fuerint, arida cum reliquis miſce. ℭ *Aliud ad Tuſſiculam, & Vlceratam Arteriam.* Accipe terebinthinæ, gummi, mellis boni, ſingulorum vnciam: & terebinthinæ prius cū melle elixæ gummi adijce: & exhibe oleæ magnitudinem ore cōtinendam. *Aliud.* Gummi, lycij, vtriuſq́ꝫ vncias quatuor in aquā mitte, macerari q́ꝫ ſinito: deinde heminam cretici paſſi infunde, & feruefacito vſq́ꝫ ad ſordium ſpiſſitudinē: & delingendū præbeto. ℭ *Aliud, ad Tuſſiculas, Raucedines, & Sanguinis ſcreatum.* Accipe tragacanthæ

vncias ij, lini seminis fricti vncias iiij, amygdalas delibratas decẽ, nucleum pineum adipi incoctũ: E tragacantham aqua calente madefacito, & reliqua admisceto, passum q; infundens conterito. Ad vocem autem amissam, & sanguineum sputum, pro passo melle vtitor. *Aliud.* Raphanum in taleas rotundas concidito, & super prunas assato, ex melleq; ieiunus edito. ℭ *Ad Tussim diuturnam.* Accipe piperis vnciã, lupinorum farinæ vncias tres, & mellis ligulam sorbendum dato. *Aliud.* Auriculæ porcinæ os perforatum collo alligatum à tussi futura custodit. ℭ *Ad Tussim, Columellæ vitia, & Tonsillarum phlegmonem.* Lapilli in nidis pullorum hirundinum reperti, appensi q;, à tussi tutum reddunt. ℭ *Ad Tussim, & Vitia radicis Vuæ, & Destillationem.* Accipe zingiberis drach. j: chalbani, opij, styracis, singulorum tantundem: passo excipe, & globulos erui magnitudinis cõficito: & loco pilulæ duos cubitum eunti concedito, & passum dilutum postea sorbeto. *Aliud.* Zingiberis, styracis, singulorum drachmas quatuor, passo excipito, & instar erui cõficito: & cubitum eunti pro pilulis tria dato, passum q; dilutũ postea sorbeto. ℭ *Ad Destillationem & Tussim probatum.* Accipe papaueris lachrymæ drach. ij, castorei drach. j: confice pastillos erui magnitudinis, & eunti cubitum pro eius viribus dato. ℭ *Aliud quo vtebatur sapientissimus Alexander.* Accipe pyrethri drach. ij, costi drach. j: tunde & cribra: in vtendo autẽ iube nares tangere, statim q; constringe. ℭ *Ad Arteriam ex destillante pituita laborantem, & Tussim.* Accipe styracis drach. viij, castorei drach. F iiij: zingiberis, chalbani, vtriusq; tantundem: in vnum misceto, pastillos q; magnitudinem erui æquantes efficito: & de nocte duos, tres've exhibeto, postea q; bibat, sed non illico, & iuuabitur.

Medicamentum Capiti inspergendum eius Fluxionem finiens. 19.

Accipe hyperici, iunci odorati, iridis, ligni balsami, singulorum vnciam vnam: contusa creta q; caluariæ inspergito. ℭ *Aliud caluariæ inspergendum Exiccatorium.* Accipe costi, foliorum, malabathri, gallarum, spicæ nardi, iridis, nardi gallici, rosarum aridarum, singulorum vnciam vnam: tusa cribrata q; inspergito. *Aliud.* Ericæ seminis, gallarum, iunci odorati, sansuci, costi, iridis, ligni balsami, singulorum vnciam vnam: tusis cretis q; caput conspergito.

*foeniculi.

Medicamentum, quo hyeme per Manducationem ex capite Pituita detrahitur. 20.

Accipe hyssopi, origani, vtriusq; drach. iiij: pulegij drach. ij, calaminthæ drach. vnam, pyrethri drach. ij: vuæ taminiæ, marrubij, sinapis, singulorum drach. j: sapæ, aceti, vtriusq; sextarium vnũ: oĩa in vnum misceto, & vsq; ad tertias decoquito, & gargarizato. ℭ *Aliud eiusdem facultatis, quo verno tempore vtendum est.* Accipe hyssopi vncias iiij, origani vncias ij, pulegij vncias ij, calaminthæ vnciam j, sapæ sextarium vnum, aceti sextarios tres. ℭ *Aliud quo æstate & autumno vtendum.* Accipe hyssopi vnc. iiij, origani vnc. tres, pulegij vnc. ij: calaminthę, spicę nardi, caryophyllorum, G singulorum vnciam vnam: cinnami vnc. iij, marrubij vnc. iiij, iridis vnc. tres, iunci quadrati vnc. duas, pyrethri vnc. vnam: sapæ, aceti, vtriusq; sextarium vnum: decoque vsq; ad tertias, & vtere.

Ad Destillationem. 21.

Accipe origani fasciculos duos, pulegij fasciculum vnum, cum aceto in mundam ollam demittito: item caricas sex, vuæ passę acinos duodecim: omniaq; decoquito vsq; ad tertias: mox percolato, & in poculum conijcito, ac gargarizato.

Ad Humores in Pectore contentos. 22.

Vrticæ folia cum hordei cremore decocta exhibeto: hoc inflationes digerit, & materiam ex pectore euocat.

Ad Tussim, Spiritus difficultatem à stomacho, & Sanguinea sputa. 23.

Nouam spongiam & candidam accipito: huius vstæ tritæ q; cinerẽ cũ melle & pipere, quãtum satis est, cõmisceto: in eam q; formã redigito, vt delingi possit: vesperi q; à cœna, quantũ tribus digitis capere potes, accipito. *Ad Anginam.* 24.

Bouis masculi felle collum oblinito. *Ad Tussim Exiccatorium.* 25.

Fœnumgræcum vsq; ad tertiam partem delixato, iusculum q; summo mane ex melle propinato. H

Pastillus ad Tussim, Fluxionem q; pectoris. 26.

Accipe pulegij, hyssopi, piperis, nasturtij, singulorum vnc. vnam: melle comprehende, & pastillos effice, singulos vnciæ pondus æquantes: his vtitor.

Ad Tonsillarum vitia. 27.

Salicis folia & semen in aqua diutius feruefacito, gargarizandam q; exhibeto: hoc pinguẽ pituitam maxime detrahit, & ad anginam bene facit. *Aliud.* Ex myrti lenticulæ q; decocto gargarizari præcipito. *Ad Anginam.* 28.

Caprinum stercus ex melle gargarizato. Aut rutæ succo ore adaperto fauces sublinito.

Ad Destillationem. 29.

Hyssopum, ficos, mel, ac rutam aquæ incoquito, eam q; gargarizato.

Ad Vocis Claritatem. 30.

Tragacantha vino madefacta & epota vocem claram præstat.

Ad Amissam vocem. 31.

Styracem aqua maceratum in globulos ciceris magnitudinis redigito: tres exhibeto: & statim voce recuperata loquetur.

Ad Inflammationem

A *Ad Inflammationem ab erysipelate.* 32.

Sedi folia cũ polẽta in cataplasmatis modũ iposita. Aut portulacę folia cũ polẽta. Aut brassicę, aut calami, folia virentia cõterito, & supimponito. Aut rubi, aut rhamni & rosarũ, folia supdato.

Ad Lumbricos Aluum occupantes. 33.

Polypodij radicem cum sapa mistam edito. Aut raphani semẽ ex aqua potato. Aut allium corrodito. Aut vlmi radicẽ ex mulsa aqua bibito. Aut sycamini radicis cortex aquæ incoctus potui detur. Aut nigella potui detur, & in cataplasmatis modum imponatur. Aut ex aqua brassicæ semen habente potio fiat: aut ex mentæ succo: aut ex nasturtio atq; menta. ℂ *Proprium Experimentum.* Canabis semen aridum tusum cretum q; misceto cum aqua, vt succi tẽperatura fiat: mox linteolo mundo percolatum in potum offer. Aut bubulum fimum aridum combustũ in puluerem redigito, ex eo potui drachmam vnam ex vino dato. ℂ *Ad Lumbricos latos & rotundos.* Accipe nitri, nasturtij, piperis, singulorum vnciam: fac puluisculum, & ex vino ligulam propinato.

Ad citandum Sudorem, Finiendam que Febrim. 34.

Canchryos semen ex oleo illitum prodest. Aut pyrethrum ex oleo calefactum, & per horam ante inuasionem illitum bene facit. ℂ *Aliud ad Febrem expertum.* Oleum cum cinnamo paratum, B oleum chamæmelinum, acetum, nitrum cum laureis folijs: omnia bene elixẽtur, & ex eo laborans perungatur: & vndiq; contectus statim sudabit. ℂ *Illitio ad Febricitantes.* Butyri partes duas, mellis partem vnam, misce: & calefactis vtere. *Aliud.* Lactucæ foliorum succi partem vnam, olei vulgaris partes duas, misce: & curiose agitans totum corpus inungito: experientia probatum est. *Aliud.* Artemisiæ succi partem vnam, rosacei olei partes duas, misce, & vtere.

Ad Dolorem Hemicraniam vocatum. 35.

Solani succus ex oleo illitus vehementer proficit. *Aliud.* Sinapis semen ex melle imponito. *Aliud.* Rutam domesticam aceto & rosaceo incoctam illinito.

Ad Canis morsum. 36.

Vrticæ semen impositum iuuat. Aut nigri marrubij folia. Aut apiastrum ex vino potum, & morsibus illitum. Allium quoq; illitum prodest: & tostum in cibum potumq; assumptũ. ℂ *Ad Timentes Canum impetum.* Nerij radicem collo circundato, & liberabitur: qꝺ si experiri volueris, cum canis in furorem versus sit, illi circumponito, statim q; furorẽ deponet. ℂ *Ad Morsus Canis rabiosi.* Vulneribus rabiosi canis morsu factis brassicæ folia cum lassere trita ex aceto imponantur: per se enim brassica aduersus rabiosi canis morsus proficit: & ipsius decoctum potui datum. Elixa vero C brassica ante alios cibos sumpta phthisicos sanat, vitijs qꝫ arteriæ subuenit. Contusa autem, & cataplasmatis modo lieni imposita, illum extenuat.

Ad Anginam, Colli que Dolorem. 37.

Alba populus arida cõtrita, & collo illita. Aut nasturtij semen, & fimus colũbinus, ex melle imposita bene faciũt. Aut mel tepidũ gargarizatũ. Aut canino stercore candido trito ex aceto collum oblinito. *Ad Narium Fœdum odorem.* 38.

Hederę foliorum succus tepidus naribus instillatus. Aut calaminthæ succus æque tepidus infusus. Aut myrrha ex muliebri lacte trita infusa q; naribus, narium halitum commendat.

Ad Prorumpentem è Naribus Sanguinem. 39.

Acaciam ex aceto tritam naribus infundito. *Aliud.* Acetum cum sale sumẽs in ollam aut mortarium mittito, lanam q; accipiens in ipsis madefacito: hæc q;, quantum laborans ferre poterit, calefacta, eius capiti imponito: illico q; velamentis quàm plurimis contegi præcipito. ℂ *Purgatorium Narium.* Thymum & origanũ melle exceptum in pastillos redige, cõmanducãdos q; exhibe.

Ad Lateris Phlegmone correptos. 40.

Hęc oĩa benefaciunt, Bdelliũ ex vino pariter & ex aqua potũ: Aut balsami semen ex aqua po- D tũ, aut ex melle delinctũ: Aut aristolochię radix ex aqua potui data: Aut ruta ex mulsa itidẽ pota.

Ad Acutam Febrem. 41.

Peponis domestici succus, aut cucurbitę ramentorũ succus, illitus benefacit. Aut rosæ ex oleo: Aut plantago in cataplasmatis modum impositæ iuuant.

Præsagium in Febricitantibus. 42.

Rosaceo prius inunge, & apij semen tritum superda: deinde stupam rotundam instar rotæ cordi superimponito, luteum q; oui infundito, & reticulo contegito. Tum si fiat oui dispersio, mortẽ adesse scito: hoc enim ipsa anima facere dicitur.

Ad Glutinanda Vulnera. 43.

Radix graminis contusa, vt aridũ medicamen imponatur. Aut sideritidis herbæ folia superdẽtur.

Curatio ad Dolorem Auris. 44.

Amygdalinum oleum in aures instilletur: aut ex nucibus oleum, aut laureũ, aut balsam num. Aut dracunculi herbæ seminis succus ex oleo infusus. Aut herbæ vrceolaris succus ex oleo rosaceo tepidus instilletur. Aut ruta virẽs oleo incocta, & tepida in aurẽ mittatur: aut myrrha ex melle tepida. Aut ruta ex mulieris, quę marẽ peperit, lacte, tepefiat, & instilletur. Aut ex allio expressum succum in aurẽ mittito: aut porri succũ tepidũ: aut sapam tepefactã: aut porri succũ melli ad-

mistum. Aut oleũ ore continens in aurem inspuito. Aut cucurbitæ succum ex rosaceo instillato. E

Ad Scabiem Pruritum que. 45.

Vlmi folia arida trita in balneo inspergito. Aut sulfure ignem non experto, & syluestri vua, & auripigmento, & sandaracha ex oleo & aceto in balneo oblinito. *Aliud.* Myrrha ex muliebri lacte cutẽ oblinito. Aut dulcis radicis succũ ex passo potui offerto. Aut oua gallinę integra in acetũ acerrimũ demitte per diẽ noctem q;: quæ si tria fuerint, ipsis cum putaminibus in eodẽ aceto contritis adijce sulfuris ignem nõ experti, auripigmẽti scissilis, vuæ taminiæ, cerussæ, spumę argẽti, nerij succi, singulorum vnciam vnã: olei veteris quantũ satis est: omnibus cõtritis obline in balneo.

Remedia ad Stomachi Vitia. 46.

Ex folijs calaminthæ virentibus, & hordeacea farina, cataplasma conficito. ℭ *Ad Cruditatem Inflationes q; Ventriculi: quisquis hoc vsus fuerit, statim esuriet.* Accipe anesorum drach. duodecim: piperis albi, lybistici, ammij, petroselini, fœniculi, singulorum drach. sex: hęc tusa & creta melle cocto comprehende: exhibe drachmam vnam. ℭ *Ad Aestuantem Ventriculum nec cibi tenacem.* Lactucæ succum ex dulci vino potui dato, nec vomet amplius. ℭ *Ad Dolorem Ventriculi.* Lac, in quo carbones querni extincti sunt, laboranti propinato. ℭ *Ad Acorem in Ventriculo.* Trixago ex vino pota acore liberat. ℭ *Ad Inflationem Ventriculi.* Piperis, baccarũ lauri, cumini, anesi, pares portiones F contusas & cribratas ex temperato vino ieiuno dabis ligulæ vnius mensura per triduum. Aut anesum ieiunus manducato.

Ad quædam Oculorum Vitia & primo ad Oculos Fluxione laborantes. 47.

Fœniculi succus per triduum illitus, aut thus ex melle & lacte, aut centaurij succus ex melle, aut folia herbæ quinq;folij ex melle imposita, benefaciunt. ℭ *Ad Caliginem Oculorum.* Cucurbitæ ramentorum succus superdatus proficit. ℭ *Ad Albuginem Oculorum.* Alterci folia cum polenta superdato. Lignũ balsami quoq; ex muliebri lacte illinito. Aut rutam viridẽ imponito. Herba pręterea pulicaris ex muliebri lacte, aut calami virentium foliorum succus, illitu prodest. ℭ *Ad Oculorum Vertiginem remouendam.* Oleæ folia contunde, & succum expressum illine, atq; miraberis.

ℭ *Ad Oculorum fluxionem Cataplasma.* Portulacã cum croco & adipe anserino contere: aut apij folia cum polenta. In magnis autem fluxionibus rosas sertulam q; cum amylo coctas oculis imponito.

Ad Dentium Dolorem. 48.

Aceto nigellam habente os collue: aut oleo acerbo gallas incoctas habẽte: aut aceto, in quo platani globuli incocti sint, aut quinque folij radix. Item peucedani radix trita & combusta illinatur. Aut malicorij rosarum q; decocto os collue. ℭ *Ad Dentium Vulnus.* Accipe nitri, sepiæ testæ, G myrrhæ, singulorum vnciam: tritis vtere.

Aridum medicamen, quod Humidum Os cruentum que deterget, Gingiuarum carnem instaurat, Dentes que dealbat. 49.

Accipe nitri cõbusti, myrrhæ troglodytidis, sepiarum testæ, singulorum vnciam: rosarum aridarum vnc. iiij: tritis & cretis vtere: addito etiam iridis vnciam vnam: huius effectum miraberis.

Ad Lateris Dolorem. 50.

Virentis brassicæ caules cum radicibus cõbustos adipe suilla comprehende, & vtere: valentissimũ remediũ est. Aut apij semen decoctũ, donec tertia pars relicta sit, potui da: vehementer iuuat.

Ad internos Ani Tumores. 51.

Amaranthum aqua maceratum mane vesperi q; propina.

Ad Lienem Cataplasma ualde bonum. 52.

Accipe apiũ, sinapi, baccas lauri bene contritas: deinde detrahe corticẽ nouellæ arboris nucis, & parũ cõtunde: deinde oĩa in pilam coniecta vehementius cõtundito: mox extracta acerrimo aceto per triduũ macerato: & omnia in vnum confusa tyberiadis succo incoquito, donec cataplasma fiat: deinde lieni superimponito à matutina vsq; ad octauam horam, aluo tamen prius subducta: H medicamenti effectum miraberis. ℭ *Aliud, ad Lienem, experientia comprobatum.* Ficus nouellæ arboris corticem viridem detrahito, & cum cinere permisceto & calefacito.

Ad Tertianam Febrem. 53.

Mel cum scammonia semel potum curat. *Ad Quartanam.*

Accipe piper contritum, laureas baccas, cuminum, mastichẽ, myrrham, thus mundum: singula separatim trita in vnũ cõmisce: & mellis boni, quod satis sit, adijce: & per quatriduum imponito.

Ad Sanguinis ex Naribus profusionem. 54.

Oui putamen integrum comburito, & liquorem ex eo exactum cum fissili arsenico permisceto, in nares q; patientis immittito: si arsenicum pręsto non fuerit, solus oui liquor suffecerit. *Aliud.* Capræ fœminæ fetas vstas & tritas, & myrrham similiter tritam, cum fetis q; caprinis mistam, in nares sufflato, si viri fuerint, cum charta: si fœminæ, cum alio quopiam: qua parte autem sanguis erumpit, arctissime deligato.

Ad violentas Sanguinis Eruptiones. 55.

Gallas mola tritas, & malicoriũ, & punicę mali grana contusa & mista cum oleo, scissili & melle, ac bene subacta, mane vesperi q; propinato, vt mel gallarum.

Ad Ventris

A *Ad Ventris Tormina & Inflationes.* 56.

Accipe piperis, rutæ, zingiberis, pares portiones: & tritas ex aqua calida propinato. Aut artemisiam tusam cretam q; dato. Aut nitrum vstum tritum q; ex humore aliquo exhibeto.

Vt ne Boues ægrotent. 57.

∴ Cerui cornu in Panis dei sacello ponito, cādelā q; desup accēdito, & ne interdiu accensam obliuione demittito: & in tpe sanctū Demusarim inuocato, & Arsum, q armēta tua & vitā custodiēt.

Vt ne Porci ægrotent. 58.

* Rhasdi radicem tritam in aquam, vbi sese proluunt sues, proijcito.

Ad Carnem Glutinandam. 59.

Terræ lumbricos frictos tritos q; inspergito.

Plagarum Curatio. 60.

Myrrham & aloen tritam inspergito. Aut resinam pini, vel & mastichen & hederæ lachrymā, ex his factum emplastrum imponito. Aut hircina axungia plagam obline, & capræ nigræ cornu insperge. *Aliud.* Aut costum, spicam, cinnamum, zingiber, cuminum, singulorum parem modū terito: cum pice subigito & imponito. Aut panis crustam aridam tusam, & vino oleo q; subactā,
B superdato quotidie per vices mutans.

Ad Equorum Scabiem. 61.

Anguem discindito, eius q; adipem capiens ligno equi vngularum oras inungito.

Ad Somnum conciliandum. 62.

In lauri folijs hæc elementa inscribito, iacentis q; stragulis ceruicali eo nesciente subijcito.

ξς,χςς,φθ. *Vt Ne Homo noctu Somniet.* 63.

Rutæ semen ceruicali ipsius nescientis suspendito, nullas q; in somnis imagines videbit.

Ad Pectus. 64.

Cum ouo arsenicū fissile misceto, & piper, & hordei farinam, & lauri baccas, pineos q; nucleos, & exhibeto. *Aliud.* Allij accipe spicas septem: arsenici fissilis, piperis, vtriusq; grana tredecim:
∴ bambacem, pini nucleum, ceræ modicum miscens, cum oui vitello accipe frequenter.

Ad Corrosos Dentes. 65.

Arsenicum, piper, caseum, calcem viuam, aceto macera, & appone.

Clyster ad Renum Vitia. 66.

* Accipe pulegium, origanum, sampsucum, serpyllum, chamæmalum, absinthium, centaurium,
C lauri folia, cucumerem syluaticum, peponem: vna omnia prius contusa aquæ incoquito: deinde cum melle oleo & sale decocti quantum satis est, inijcito.

Clyster ad Coxendicis dolorem. 67.

∴ Accipe cucumeris syluestris radices, lauri folia, rutæ folia, absinthium, plantaginem, trixaginē, marrubium, calamintham, pulegium, origanum, thymum, lactucam, euphorbium, anethum, pyrethrum, vuam taminiam: hæc omnia in aqua incoquito: deinde melle oleo & sale adiecto, per instrumentum admoueto.

Vt Dentes Putridi nigri que splendidi reddantur. 68.

∴ Accipe salis contriti, ropi, sepiarum testæ, pares portiones: omnibus in vnum tritis dentes fricato, quos prius aceto puro collueris.

Cataplasma ad Caput Fluxione tentatum. 69.

Hoc remedium præstat, ne caput fluxione vexetur, neq; oculum vnquam iniuria affici sinit. Accipe mastiches, myrrhæ, sarcocollæ, thuris, ladani, nitri, cerussæ, terræ cimoliæ, styracis, rosarum aridarum, singulorum vnciam: saponis sanci libram, mellis tantundem, lupinorum amarorum decoctum quod satis est: omnia in vnum misceto, & pro sapone in balneo vtitor.

D *Pastillus de Seminibus ad Tussientes.* 70.

Accipe anesorum amarorum vnciam, fœniculi seminis, alterci seminis, ammij, singulorū drachmam: apij seminis drachmas tres, opij drachmam: singula bene terito, & aquam paulatim tepidā infundito, donec sordium balnei spissitudo fiat: pastillos fabæ magnitudinis conficito, vnum q; exhibeto, tussientibus nanq; prodest.

Ad Iecoris Vitia remedia experientia confirmata. 71.

∴ Gallarum cum papaueris capitulo coctarum ius in balneo potato, contectus, & in latus affectum iacens. Aut hederę radicis decoctum cum vino propinato. *Aliud.* Baccas lauri septem, grana piperis septē, trita ex vino in potum dato. *Aliud.* Aloes drach. iiij: assari, costi, eupatorij, hedysari, sertulæ campanæ, mastiches, croci, ocymi seminis, singulorum drachmas duas: conterito, cribrato, & ex aqua temperata exhibeto. ¶ *Aliud Iecori & Ventriculo commodum.* Accipe lauri baccarum, cinnami boni, caryophyllorum, aloes, hedysari, costi, singulorum drachmam: contrita, & melle excepta, ex vino vetere potui dato. *Aliud.* Accipe acori, seminis lini, zingiberis, rutæ foliorum mollium, singulorum drachmam: anesorum drachmas quatuor: ex mulsa dato. *Aliud.* Mel cum pane mistum calidum emplastri modo imponito. Aut absinthij ligulam vnam ex temperato melle potui præbe, & super iecur ægrotus decumbat.

Ad Linguam Fluxione laborantem. 72. E

Cynaræ folijs contusis ex melle linguam perungito. Aut venam partis, vnde fluit materia, incidito, & bene faciet. *Ad Oris Ariditatem.* 73.

Palmularum ficorum q; decocto per pennam illinito, & contineto.

Ad Labia Scissa. 74.

Lini semen ex melle contritum imponito.

Ad eos, quibus Menti Pili decidunt, quos Græci appellant Spanopogonas, hoc est raribarbos. 75.

Accipe piperis, euphorbij, pyrethri, singulorum vnciam: calami foliorum molliorum succum, murinum stercus, oleum per combustionem expressum: trita omnia affricato, & assidue radito.

Vomitorium Medicamentum, quod myştri mensura exhibetur. 76.

Aphronitrum album in aquam tepidam conijce, quoad dissolutum sit: & modicum olei adijce, potandum q; exhibe. *Reprimentia Vomitum.* 77.

Menta tusa creta, & rosaceo admista nares pectus q; illinito. *Aliud.* Palmulas Thebaicas, & mentæ ramulos, aquæ duorum scyphorum mensura incoquito, quoad sordium balnei temperatura fiat: dimidium propinato. *Aliud.* Palmæ glandium contusarum, quod sufficit, accipe: vini myrtini modicum instillato: deinde exceptas ex mulso aut aquæ hemina exhibeto. F

Ad Sanguinem Vomentes. 78.

Iunci odorati ex aqua decoctum propinato.

Ad Citandum Vomitum Pituitæ. 79.

Viridem mentam, aut siccam ex aqua temperata bibito. ℭ *Vt Facile autem Vomat.* Sampsuci folia potui, raphani vero semen esui, dato: pituitam multam vomitu reijciet.

Compositio Pilularum purgantium Pituitam. 80.

Accipe aloes vnc. sex: mastiches, absinthij succi, vtriusque vnc. duas: cucurbitæ syluaticæ vnc. quatuor: dentur pilulæ nouem & viginti.

Ad Oris Stomachi vel Cordis vitio vexatos. 81.

Lentem cum spantæo, palmulis, & vino mendesio, elixam potui offerto. ℭ *Ad Dolorem autem Oris stomachi, vel Cordis.* Herbam sanguinalem curiose tritam, aut mala, aut cotonea elixa cōtrita q;, rosaceo cerato comprehensa, in modum cataplasmatis imponito. Aut portulacam roseo cerato aut myrteo exceptam superdato. ℭ *Aliud admirabile, experientia comprobatum.* Accipe seminis lini heminas quatuor, aquæ heminas septem: elixato, & vtitor: hoc medicamentum sanitatem creat: neque enim ægrotus in peius ruet, sed in melius proficiet. G

Pastillus ad Spiritus difficultate laborantes, & diu Tussientes, suffitu proficiens. 82.

Accipe nasturtij, sinapis, abrotoni, rutę syluaticę, sandarachæ, singulorum vnciam: terito, & ex aqua factis pastillis accurate vtitor.

Ad Difficultatem Spiritus. 83.

Thymum cum pipere tusum, & melle exceptum, delinctui dato: studiose q; vtitor, valde enim efficax est. *Aliud.* Porrorum capita melli incocta ieiunus edito. Aut rutæ aridæ, mentæ, vtriusq; vncias quatuor, cum melle terito: & ceratia duo cubitum eunti ex aqua temperata propinato. Iuuant autem ægre spirantes & pistacia esui data.

Ad Cruentum Sputum. 84.

Accipe symphyti, mastiches ruffæ, vtriusq; drachmas quatuor: lemnij sigilli, balaustiorū, vtriusque drachmas duas: terito & cribrato, & ex aceto mulso ligulam potui dato. ℭ *Aliud expertum.* Lemnij sigilli, vnciam: terræ, quæ astrum dicitur, vncias duas: corallij tantundem: dato ex aceto mulso puro heminam vnam: mane & vesperi hoc vtere. *Aliud.* Acacię ruffę, amyli medicinalis, pares portiones, terito: & ex aqua temperata potui dato ligulas quinq;.

Ad Febrem Ardentem tollendam. 85. H

Sempuiui & anesi folia quinq; aut septē accipito, & oleo rosaceo incoquito: et ex eo à capite vsque ad pedis vestigium pungito, & demiraberis. Aut oleo, in quo pyrethri radix macerata fuerit, inungito: hoc.n. sudores mouet, & diuturnos rigores discutit, et corporis partes refrigeratas aut resolutas curat. *Aliud.* Lauri baccas & thymum ex vino terito & illinito, vestibus q; contegito: sudabit enim. *Ad Vim Genitalium & veteres affectus.* 86.

Calamintham tusam cribratam q; in pilā conijce: & melle exceptā decoque vsq; ad cataplasmatis spissitudinē: & tenui linteolo illitā imponito, & fascia deligato: à multis probatum est. *Aliud. ad Genitalium confirmationem & Renum. Sed quenquam ne curato, antequam mercedem acceperis: à multis enim expertum est.* Accipe zingiberis drach. iiij: herbæ sabinæ, piperis albi, vtriusq; drachmam: ex mulso exhibeto. *Aliud.* Picis aridæ, telephij, colophoniæ, mastiches, nitri albi, pares portiones: conterito, & aridum medicamentum facito: et locum prius lotum & adhuc calentem liquida pice oblinito: & aridum medicamen inspergito, super q; imponito, & bene deligato. *

Ad Discutiendas Genuum Fluxiones. 87.

Caprifici contritæ succo perfricato. Aut radicis succum in balneo affricato. Aut salem columbinum q; fimum terens ex oleo inungito.

A *Cataplasma ad Pedum laborem, ex offensione, aut casu, aut aliquo alio acri dolore.* 88.

Accipe salis vsti, origani, cineris sarmentorum vitium, pares portiones: vitellos ouorum duos aut tres: cum vino mista superimponito.

Ad Scabros Vngues diuinum auxilium. 89.

Vnguibus ex casu reuulsis, & vitio, quod paronychion græce, latine Reduuia dicitur, affectis, sachar tritum & in puluisculum redactum, ac inspersum, succurrit. Scabros autem vngues mundabis, si sulfur ignē non expertum & oui luteum ęqua portione miscebis, atq; ex aceto imposueris.

Ad Ambusta. 90.

Accipe argenti spumæ, croci, vtriusq; vncias duas: ouorum assatorum vitellos ponderis vnciarum quatuor: rosacei, quod sufficit. *Aliud.* Linteoli vsti cinerem cum rosaceo misce, & cera anchusa q; adiecta vtere.

Ad Sanguinis ex quauis parte Eruptionem. 91.

Accipe soreos, atramenti sutorij, aluminis, chalcitidis, mysios, gypsi, gummi, singulorum drachmas octo: tritis vtitor: valde bonum est, & experiētiæ testimonio comprobatū. *Aliud.* Chalcitidis drachmas vi, resinę frictæ drachmas iiij, pulueris thuris drachmas duas: arido medicamine B vtitor. *Ad Impetigines expertum.* 92.

Ex his constat. Thuris masculi, zingiberis, aloes, sulfuris ignem non experti, singulorum drachmas binas: aceto excepta penna illinito, loco prius laneo panno perfricato. *Aliud.* Ammoniacæ guttæ, alcyonij, sulfuris ignem non experti, pares portiones: contere, & vtere.

Ad Dealbandam Faciem. 93.

Accipe alcyonium combustum: & tritum, cum melle & farina misce, & deterge. *Aliud.* Lysomumudon terens ex aceto in Sole illinito. Aut ollarum florem terito ex aceto: deinde locum panno perfrictum, quoad rubescat, in Sole inungito. ℭ *Vt Facies munda fiat.* Butyro cum sapone misto faciem illine.

Ad Dolorem Vteri remedium Sanctorum argentum non possidentium. 94.

Asarum cum pulegio potui offerto. *Paximadum vocatorum, i. panis biscocti, purgatoria* 95.

Accipe scammonię drach. ij aut tres, mastiches drach. iij, apij seminis drach. ij, polypodij drach. iiij, cinnamomi drach. i, fermenti mundi libram i: arida permisce, & subige diligenter.

Ad Necandos Culices. 96.

Ex nigella & sutorio atramento suffimentum facito. *Ad Abigendos Serpentes.* 97.

C Chalbanum, cerui cornu, caprinas vngulas, & lilij radicem, suffito. Ad morsum vero serpentis sal porrum q; imponuntur vtiliter. *Ad Fugandos Pulices.* 98.

Syluestris cucumeris foliorum decocto domum conspergito.

Ad Difficultatem Vrinæ Iumentorum. 99.

Salsarum oliuarū quod intus ligneū est, conterito, & contegens per dies quinq; suffumigato.

Ad Ictum Calami. 100.

Radices calami combustæ cinerem superimponito.

Ad Morbum Comitialem valde efficax. 101.

Coturnicū cerebrū ex vnguento myrteo tritū stāneo vase reponito: & cum quēpiā morbo comitiali prolapsum videris, eo faciem illinito: admiraberis. n. huiusce naturalis auxilij efficaciam, nam statim ægrotus consurget. *Ad Appetentiam Cibi excitandam.* 102.

Accipe myrrham, thus, ammoniacum, mastichen: & ex oui albo tritis pectus viscera q; oblinito, & stupam superdato. *Ad Hirudines deuoratas.* 103.

Eos, qui hirudines deuorarunt, aduersus Solē cōstituito: & locū, vbi inhæreant aīaduertito, & garum ipsis instillato: statim. n. locū relinquunt, & expuuntur. Aut acetū cū butyro mistū, in quo D ferrū candens extinctū sit, potui dato: hirudines. n. eijcit. Aut eum, qui hirudinē deuorauit, in calidā aquā mento tenus demittito: phialā vero frigidæ plenā ori eius admoueto, sed potui ne dato: statim hirudo exibit. *Aliud.* Hirudines deuoratas calidum acetum absorptum excutit: aut succus syriacus epotus: aut suffiti cimices. *Ad Apum Ictus.* 104.

Succus maluæ ab apibus ictos indolentes reddit. *Ad Serpentum Morsus.* 105.

Cornu ceruinum vstum & ex aceto tritum illinito: aut furni fuliginem. Aut calami radices, & cicer, & baccas cupressi, & cornu cerui, combusta omnia trita q; in vnum misceto, & ex aceto ac porro propinato.

Ad Inflammationes à venæ incisore factas, & Duritias humerorum, & Deustiones, & Sanguinis concretiones. 106.

Fermento triticeo, cum axungia subacto, summo studio vtere: probatum enim est.

Ad Hydropicos. 107.

Stercus bubulum accipito, si mas ęgrotet, maris: si fœmina, fœminæ: in ollam nouam conijce, contege: operculum luto, ne diffletur, obline: ollam deinde super cinerem viuæ calcis per dies septem statue. Octauo die detecta olla stercus exime: & aridum medicamentum vitreo vase repone. Cum vti voles, tres ligulas ex vino per septem dies exhibeto, sed in vino rutā ferueſacias. Hæc

potio

potio bene facit, etiam si tumores adsint, & oedemata: resiccat, euacuat q; per lotium: aegrotus autem non potet per totum diem, nisi ter, expertum nanq; est. E

Vt Vinum odio sit, & quo modo Cauenda Ebrietas. 108.

Vinum, in quo anguilla suffocata sit, potui exhibitum, vini odium parit. Idem praestat & vua inferuefacta. Si tutus ab ebrietate & morbo custodiri velis, folia rutae edito: finiunt eadem capitis dolorem ex vino. Idem & acorus facit in cibum sumpta, & Thebaica palmula. Ebrietate non * tentatur, qui prius aut septem, aut nouem, aut vndecim amaras amygdalas ederit. Ita etiam qui pulmonem ouis elixum ieiunus ederit, quantumvis bibat, ebrietatem non sentiet.

Vt quis ex vno tantum vini scypho Ebrius fiat. 109.

Sarmentorum viridis aut aridae vitis modicum comburens, in phiala, vbi vinum est, extinguito: statim ebrietate corripietur.

Ad Lenticulas in Facie. 110.

Baccarum lauri interiora ex melle trita illinito. Aut nucleum pineum melli incoctum oculis imponito. *Ad Infantium Procidentem Sedem.* 111.

Fabrorum aqua, in qua candens ferrum extinguunt, calefacta subluito, deinde cochleam combustam & in puluisculum redactam inspergito. F

Ad Gingiuas Pueri, & Dentes orientes. 112.

Rosarum floribus tritis ex melle illinito, aut ouis cerebro ex melle, aut butyro ex melle.

Ad Lac multum Creandum. 113.

∴ Sesami semen tritum ex passo potum, aut ptisana elixa cum foeniculo absorpta, aut nasturtium cum brassica potum.

Ad Exustiones per Hyemem. 114.

Muria foueto. Ex elixa lente & micis panis cum rosaceo tritis cataplasma facito.

Ad Aquosum Ramicem. 115.

* Plumbaginem cum sulfure, & aceto pauco, & oleo decoque, & illine locum. *Aliud.* Veteres nuces putridas contritas in mortario accipe & inunge. *Aliud.* Acetum potui dato, & cerui cornu vstum ad cataplasmatis modum imponito. Aut ex argenti spuma cum aceto & oleo mista ad Solem perungito.

Ad Vulnus incurabile in quauis corporis parte. 116.

Buglosson herbam euellito, & succisas radices curiose lotas in pila conterito, suillam axungiam adijcito, ac bene emolliens vulneri imponito. G

Ad Vomitum. 117.

Accipe apij radices quinque, foeniculi radices teneras quatuor, anesi drachmam, acetum, mel, & crocum merum: omnia sine croco decoquantur: & post cocturam crocum inijciatur, detur q; phialae dimidium. *Ad Apthas, hoc est Oris Vlcera.* 118.

∴ Oliuae molles manducentur. Aut vuae passae agrestes aceto incoquantur, & ex eo os colluatur.

Ad Capitis Tumores, quos Talpas nominant. 119.

Locum prius mulso lauato, deinde bubulum fel inijcito, & leporis stercus, aut quod ex sapone ∴ confectum est. Aut rutae succum in foramina instillato. Aut aristolochiam tritam in ipsa foramina cum aceto infundito.

De Viribus Rutae. 120.

Ruta in primis esui potui q; data visum acuit: veneris appetentiam extinguit: capitis dolorem leuat, siquis teneris eius folijs capitis ossa contegat. Succus praeterea rutae cum foeniculi succo, & melle commistus atq; illitus hebetem visum acutiorem reddit. Idem praestat & seminis rhani succus ex mulso illitus. Menta quoq; cum polenta in cataplasmatis modu imposita abscessus sanat.

Ad Supprimendum Sanguinem. 121. H

∴ Beronicem mellis super prunas cocti plenam ededam apponito: & brassicae ocymi q; seminis, vtriusq; grana sex trita potui dato ex vino mulieri à multi sanguinis profluuio male habitae.

Praesagium de Aegrotante. 122.

Salicis tenera folia contusa illinito: si roseus fiet, euadet: si viridis, morietur.

Ad Impediendam Venerem. 123.

∴ Erucam sacerdotes edunt & rutam & viticem. Erucae igitur semen ex melle, aut cum foenograeco ieiuno illitum penem arrigi non sinit.

Ad Dolorem Oculorum. 124.

Crocum tritum, & cum liquore, qui à rosa stillauit, fermentatum, illinito.

Ad Capitis Dolorem. 125.

Si haec adsint signa, oculorum tenebrae, capitis ipsius dolor, aurium sonus, nasi obstructio, summo mane oculorum lachrymae, non nullis & oculi caligant: quibus haec adsunt, caput hunc in modum purgato: origano hyssopo & sale nares perfricato, neque in posterum caput dolebit. Quod si neglexeris, morbi huiusmodi sequentur, obtusus visus, aurium sonus, capillorum casus, & dentium dolor.

De Pectore

A *De Pectore Humano.* 126.

Cum pectus aliquod vitium passurum est, in primis humiditatem in ipso sentire videtur: & in costis, crudis abundat humoribus, æstuationem sitim q; habet, ipsius lingua aspera est & spumās, & singulis horis saliua decurrit. Conuenit autem ipsum à cęna vomere: aut summo mane stomachū purgare præsumptis raphani radicum corticibus, aut sinapi virēti, aut eruca, aut nasturtio ex aqua tepida, & statim vomens sanabitur. Si negligenter se gesserit, in spiritus difficultatem, & lateris dolores, & febres acutas incidet, atq; penitus somno carebit. *De Ventre.* 127.

Quando in ventre vitium aliquod suborturum est, primo tormina dolores q; in ventre sentiuntur: & alui suppressio, & excretio: & in ipso cibi perturbantur, & potiones amarę videntur: & grauitas in genubus, & circa lumbos renes q; dolores sunt: & omnino febricitabit. His ita se habentibus, simplicibus medicinis purgare oportet. Cnicum igitur contusum, & aqua dissolutum, potui dato. Aut brassicæ, aut betæ succum melle conditū adiecto modico salis propinato, & miraberis. Si res neglecta fuerit, difficultas intestinorum, desidendi immoderata cupiditas, & dorsi dolores impendent. *Ad Grauem Auditum, & Aurium Sonum.* 128.

Nitrum in acetum conijce, oleum q; roseum & vinum infunde, & capitis posteriora inunge.

B *Aliud.* Nigri veratri radicem in aurem conijce, & sanabitur: expertum enim est.

Ad Custodiendam Vitem. 129.

Centaurij decocto palmites vitis conspergito: hoc canes, vulpes, & cœli volatilia propulsat.

Ad Vteri Strangulatus. 130.

Os cordis cerui accipe, tere, & potui da mulieri: & videbis gloriam dei.

Ad Lumbricos mirabile remedium. 131.

Nigellam tritam ex garo potui dato.

Ad Dignoscendum Mas'ne, an Fœmina, Sterilis sit. 132.

Lentem in vtriusq; vrinam separatim conijce: & vtrius lens germinabit, ille est filium creans, cuius vero lens non germinat, ille sterilis est. *Ad Rigorem.* 133.

Scribe i tribus malis Pepopulas: aut ita dicito, Sauus, drauus, danonus, danubius: & esui dato.

Confectio Gari Ioachi martyropolitæ. 134.

Accipe frustulorum panis non fermentati, non conditi, putrefacti, libram: nigellæ tziaricam, semicontusam mentam, calamintham, bunisam aridam, vtranq; semilibræ pondere: rutę, syluestris thymbræ, fœniculi, singulorum tramia quadraginta: anisi tramia triginta, nanachuā tramia

C quadraginta, vuarum passarum pinguium maturarum semilibram, palmularum mundarum tziaricam: mellis veri, hilari melisij semilibram: sacchari cantij tziaricam: rosarum aridarum, aut humoris ab ipsis per ignem extracti, tramia centum. Hæc in doliolum cum aqua conijcięda sunt, Soli q; per quadraginta dies exponenda. Ipsis vero adijcere oportet in puro linteolo deligata ligni aloes tramia quinq;, spicæ tramia septem, caryophyllorū tramia duo, croci tramia tria: mastiches, thuris, vtriusq; tramia decē: struthij corticis tramia quindecim, musci tramiū, ampar tramia duo. Omnia linteolo inclusa in dolioli medium succum demittito: & per quadraginta dies quotidie terito, & exprimito, suspendens videlicet in dolio in medio succo: & post quadraginta dies aquam succo superfluitantem colligito, & in altero vase reponito: & in succum alteram aquam inijcito, & vtraq; insolato. Sed postquam totum ius coactum fuerit in altero vase, tūc in nitido cacabo aut in olla vsq; ad tertias decoquito, & cotoneis maturis impleto: linteolum autem nunquam de medio garo eximito: & optimum garum, omnibus q; hominibus vtile conficies.

De Capitis Dolore Barnabæ monachi. 135.

Accipe farinam fabaceam, quantum manu capere potes: & mastiches, cumini q; parum, in vnū miscere oportet cum succo malorum cotoneorum: emplastrum facito, & membranæ illitum fronti imponito. *Ad Vrinæ Difficultatem.* 136.

D

Vnguentum optimum in vrinarium iter infundito, statim vrinam reddet. Aut mel, & syluestrē canabim, in vnum misce, & perinæo impone. Aut muscum in vrinarium meatum immitte.

Ad Sanguinis è Naribus profluuium. 137.

Canabina folia trita & arida in narem sufflato. Aut pannum lineū combustum ex acri aceto in nares immittito. *Ad Vteros.* 138.

Obsonium è iusculo, & amanetarium verum, & cardid: vsta ex vino veteri potui dato.

Ne Arbor Fructum amittat. 139.

Lilij radicē arbori suspendito: ibi q; fructus hærebit, & nō cadet. *Ad Vulnus.* 140.

Cor cum pelle & cornu cerui combure, & ex oleo inunge. *Ad Stomachum.* 141.

Rutam & thymbram cum ouo: & cuminum, & mentæ radices potui dato.

Ad Impetigines. 142.

Pipere trito ex muliebri lacte inungito, & sanabitur. *Ad Dolorem Dentium.* 143.

Ouorum putamina, sæpiam, & oleum misceto: & coquito, donec tertia pars relinquatur: & tepidum ore contineto. *Ad Lumbricos Ventris.* 144.

Cornu cerui ramenta ex vino vetere potui dato à balneo.

Ad Vrinæ

Ad Vrinæ Difficultatem. 145. E

Coriandrum,mentam,& aquam cum melle decoquito, quoad tertia pars superſit, & in potum offerto. *Ad Vulnus, dulce.* 146.

Suillum fimum cum oleo & acri aceto miſceto: & locum prius ſetaceo panno excoriatum inungito. *Ad Dolorem Lateris.* 147.

Paliuri radicem vino incoquito,donec tertia pars remaneat: & à balneo potui exhibeto.

Ad Iecur & Stomachum. 148.

Accipe aloes, & ſpicæ, vtriuſq; miliariſium: ex vino à balneo propinato.

Ad Conciliandum Somnum. 149.

Caprinum fimum cum trixagine ad luti ſpiſſitudinem miſceto, & faciem oblinito.

Ad Tuſsim. 150.

Raphani ſemen & fœniculi ex melle potui dato. *Ad Cordis Dolorem.* 151.

Rutam,& lini fœniculi q; ſemen cordi imponito.

Ad Lumbricos aluum occupantes. 152.

Lupinos,lauri baccas,taurinum fel miſceto,& vmbilico ſuperdato.

Ad Hæmorrhoidas. 153. F

Teſtudinis teſta ſuffita bene facit. *Ad Exuſtionem.* 154.

Ouorum aſſorum vitellos in ſartagine combure,& in modum emplaſtri impone.

Ad Pruritum. 155.

Garum,ſulfur ignem non expertum,& oleum miſce,& inunge: effectum miraberis.

Ad Morbum Regium. 156.

Chryſolachani ſemen,mel,& crocum confundito,& in lectulo cubantem illinito: bene facit.

Ad Vermes. 157.

Chamæleonis radicẽ contunde, & vrticæ ſummitates contritas inijce. *Ad Tuſsim.* 158.

Fœniculi radices contritas ieiuno potui dato: admirabile remedium eſt. *Ad Comam.* 159.

Maluam,& ſaluiæ radicem,conterito diligenter,& in vas cum generoſo vino conijcito, à balneo q; comam illinito. *Ad Aurium Dolores.* 160.

Rubi ſuccus expreſſus,tepefactus,& in aurem infuſus dolorem finit.

Ad Regium Morbum. 161.

Chryſolachani contuſi,mellis,vtriuſq; ligulam vnam, ex vino calido ieiuno exhibe. *Aliud. Valde bonum.* In dextram aurem iacenti tenuem venam cædito: & ſanguine effluente vtilitatem miraberis. Si lienis vero doleat,idem facito in ſiniſtrum latus iacenti. G

Ad Iecinoroſos, Lienoſos, & à Stomacho laborantes, præſentiſsimum remedium. 162.

Viticis grana eſui potui q; ex vino mane veſperi q; exhibeto. *Aliud.* Apij & petroſelini macedonici ſemen,& cicer,& viticis ſemen: omnia conterito,& ex vino calido potui dato.

Remedium ad Renum Vitia. 163.

Eruçe,naſturtij,raphani ſemina,conterito, & melle attico comprehendito,& ex vino vetere drachmam potui concedito.

Baſilij Icti Melitinoti de Ratione Victus ad regium notarium grammaticum.

Confectio Vini perſpicui & coccini. 164.

Dolium vino impleto,quantum fuerint menſuræ viginti: & ex ipſo menſuras duas accipe, & in lapideam ollam conijce: & adde ſeminis fœniculi,lini,ſingulorum miliaria centum: aniſi miliaria l. cũ his bene feruefacere oportet: & ex ſacculo percolare,& ſextarium in dolium mittere: deinde accipe triſpidij miliaria centum, caryophyllorum miliaria quinq;,croci miliarium: cyperi,ligni aloes,vtriuſq; miliaria quinque: omnia in vnum trita & cribrata lineo linteolo inuoluito, & in medio dolio ſtatuito,atq; vtitor. H

Eiuſdem Roborantia Stomachum pituitæ plenum, & dolorem capiti inferentem. 165.

Te oportet ſingulis diebus roſei mellis miliaria viginti accipere,apij ſeminis miliarium vnum, aniſi miliarium ſemis: & ieiunare vſq; ad meridiẽ,& tũc cibũ capere. Nam propterea ita te facere ſtatuimus, quoniam roſa ſtomachum confirmat, maſtiche calefacit: fœniculũ & apium, ſi in iecinore ac liene multitudinem atrorum ſuccorum offenderint, detrahunt,& per lotium eijciunt abſq; moleſtia: aniſum vero,eo q flatus à ventre diſijcit,ſtomachum q; corroborat. Iccirco te vſq; ad meridiem cibo abſtinere præcepimus,vt ne alter morbus appareret, vt q; vis herbarum diutius in ventriculo moraretur. Cum vero decem dies præterierint,eundem ordinem aſſidue obſeruato cum roſeo ſaccharo,vt ſtomacho robur addatur,viuaſq; indolenter. Fecimus autem & de alimento ſermonem hunc in modum. *Ratio Victus in cibis & ieiunio.* 166.

Primo die amygdalas amaras decẽ cũ pane & vino,quantum ſatis ſit, te edere cõuenit. Secũdo die mel cum pane & vino,quod ſufficiat,edito. Tertio die agni anniculi carne veſcaris: eius ſcapulam elixam igne torreto,cum pane biſcocto & vino quod ſatis,edito. Quarto die oryzam ſolam aquæ incoctam addito melle cum pane & vino,quantum ſufficit,edito. Quinto die grana punici mali, amygdalas, allium, cum dauco, ficis aridis, & vuis paſſis decoque: & veſcere cum pane & vino,

* mel

A vino,quod sufficiat. Sexto die similem carnem anniculam in sartagine cum dauco decoquito, & vescere: panis & vini,quod satis est,addito,vt vis punici mali obtundatur, frigida enim est: atque ideo malum punicum adiectum fuit,vt quæ antea per quinq; dies assumpta fuerant, refrigerarentur,erant enim re vera calida. Septimo die carnem minutatim concisam cũ cicere & condimentis decoque: & vescere,quantum satis est. Octauo die carnem cum aceto,caricis, amygdalis, nucibus syriacis,croco,dauco,passis vuis,cum alijs carnibus concisis,cum melle,quod satis sit,decoque: & vescere cum vino,quantum sufficiat. Decimo autem die ciborum ieiunijq; ratio ita se habet: mali punici granum,quemadmodum & prædicta,decoque: & cum vino,quod sufficit, æde. Hęc est sumendi cibi ratio: semper tempore cœnæ menta ex melle vtitor, vt cibi conficiatur, & ne pituita ventriculus abundet.Quò aũt bona valetudine fruaris, venam sine noxia causa ne secato. Quòd si morbus caput tentauerit,venam caluariæ secato,& extrahe sanguinis miliaria decem: hoc autẽ bis feceris & aprili mense,& septembri,per triduum ante & post abstinentiam imperans. Auxilium quoq; bis prædictis mensibus deuorato: & capitulis papaueris,vt dormias vtere: caueas'que à coitu: ꝙ si velis,semel in septimana post noctem mediam id facito. At Iulio mense & Augusto te per biduum vomere oportet: vtrunq;,quoniam per diem vnicum stomachus purgari non põt.

B Quando autem vomis,caueto,ne aquam prius,aut postea biberis: dum q; vomis,oculos velato,& deligato,stans q; vomito loco edito,aut super fluuium: à vomitu si sitias, bibe zulapiũ, & sobrius esto. Te vti lauatione oportet mense Aprili vsq; in totum Nouembrem: cæteris mensibus abstineto: ꝙ si lauari volueris, semel tantum in septimana lauator,id q; semper ieiunus. Si sitias,temperatam aquam bibito: & balneum egressus oleo,& mulieris lacte,quæ fœminam peperit, caput irrigato: per noctem autem pedes calenti aqua cum furfuribus foueto.

Ad Capitis Dolorem. 167.

Accipe amygdalarum libras tres,seminum cucurbitæ librã vnam: oleo ab vtrisq; expresso,capitis verticem,nares,pedes ac manus inungito. *Aduersus Vini Noxam.* 168.

Cotonea mala matura dulcia accipito,& mũdato: deinde succum exprime,& in vinũ infunde.

Inunctio experta ad Artuum Dolorem,Manuum pedum q; intertrimenta,corruptelas,adustiones hyemis & Venti manus pedes q; lædentis, qui Sarracenica lingua Tlen dicitur. Compositio ita se habet. 169.

Accipe axungiæ anserinæ partes duas,& medullam ceruorum iuuenum, & martasancem raparam,& mel super carbones decoctum & percolatum: pone in lapideum lebetem, & ferueficito,quoad prędicta pinguia tabescant: quibus adhuc calidis martasancẽ inijcito: & cum prorsum C refrixerint,mel addito,& bene instar malagmatis subigito: & ad ignem,aut in furno inungito, & bene perfricato: tantisper autem inunge,donec dolor abscesserit.

Ad Aegylopas,i.fistulas angulorum oculi. 170.

Taurinum fel,& liquidam picem,& acetum,in vnum miscens,emplastrum conficito,& imponito. Aut rutę folia cum chorygio in foramina immittito. *Ad Vulnera Incurabilia.* 171.

Ariore panij radicem in vinum dulce demittito,& ægrotanti potui dato.

Ad Pulmonum Inflammationes. 172.

Piperis grana xv,salis micas non lotas totidem: terito,& teaphen addito,in vnum q; cogito: & cũ fimo gallinę rufę,atq; oleo inũgito. Aut dauci semẽ,& nigellã,& porrũ cõtere,& potui exhibe.

Ad Talpas. 173.

Accipe trixaginem & hordeaceam farinam cum melle fermentato, & inungito, & in modum cataplasmatis imponito. *Ad Dolorem Ventris & Stomachi.* 174.

Thus cum vino antiquo in cacabum conijcito,& donec tertia pars supersit,decoquito, atq; ita in balneo propinato. Aut oleum & vinum perinde coquito,& tepidum in balneo potui dato.

Ad Stomachi Vitia. 175.

D Cuminum & cinnamomum cõterito: & myrrhã,mastichẽ,& bliscune modicũ adijcito: deinde cocta & mista potui offerto. Aut mentæ ramulos tres,& grana punici mali,& palmulas,ꝓpinato.

Ad Debilitatem Genuum. 176.

Lini semen & mel in aqua ferueficito,& cordi in modum cataplasmatis imponito.

Ad Dolorem Lateris. 177.

Ex cumino triticea farina & vino veteri cataplasma facito,& cordi superdato.

Ad Lienosos. 178.

Brassicæ folia,ammoniacũ,acre acetũ: oĩa misceto,conterito,& locũ per triduum oblinito. Aut platani folia aquæ incoquito,quoad tertia pars supersit,& potui dato. Aut brassicæ folia igne torreto,& trita ex vino propinato. *Ad Profluuium Sanguinis muliebre.* 178.

Taurini cornu ramenta ex aqua pota sanguinis profluuium sistunt. Aut lulacem,& brassicę semina,& scammoniam,in vnum misceto,& potanda exhibeto.

Ad Stomachi Compressionem. 180.

Accipe gallas tritas,& rhoi flores,aut mali coria, & vsq; ad tertiam partem decocta: aut fœnigræci melli incocti ius,potui dato. *Ad Cœliacos,hoc est Ventriculosos.* 181.

Nasturtij semẽ in nouã ollã conijce,& decoque: deinde ouũ separatim elixa,& eius putamẽ detrahito

trahito,& ipsum diligēter cōterito: & nasturtij semini elixo adijcito, & vnà feruefacito: atq;,si ve- E
lit ęgrotās,edito,sin id nō possit,aquā potato. Aut taurinos renes frictos potui dato. Aut veterē caseum acri aceto incoctum ieiuno esui concedito. *Ad Vrinæ Difficultatem.* 182.

Pagurum fluuiatilem conterito,& panniculo expressum potui exhibeto. Aut fœniculi radices ad tertiam partem decoctas laboranti propinato.

Ad Exterius prominentes Ani tumores. 183.

Viuam calcem & recens auripigmentū in vnū mista imponito. *Ad Artuum Dolores.* 184.

Quinqueneruiū & scorpidiū & acetum modicū misceto,& locū oblinito. Aut sinapi & caricas in vnum conterito,& in balneo superdato. *Ad Dolorem Genuum.* 185.

Maluam,hordei farinam,lini semē,vnà contere: & in sartagine cum oleo fricta loco impone.

Ad Ossa Fracta. 186.

Accipe picē,thuris puluerē,palmulas,maluæ florem,oui album: omnia mista imponito,& stupa superaddita,calamis ac fascia deligato: sanabitur. *Ad Quartanam.* 187.

Vinum vetus trixaginem incoctam habens ter potui dato.

Ad Morsum Scorpij. 188.

Testā igne candentem impone. Aut alam ex melle potui dato. Aut humum respiciens,quem F
lapidem premebas,eum imponito. *Ad Veneficia & Præstigia.* 189.

Caridion & latum cuminum & zochij radicem ad tertiam partem decoque: & ex vino vetere potui da. Gestet & glaneum ossa: hæc enim suffita demonas abigunt.

Vt Mulier concipiat. 190.

Leporis vterum frige,tritum q; assidue propina: habeat autem & leporis sanguinē. Aut vulpis stercus cum seuo bubulo misce,& mulieris viri q; genitalia inunge.

Ad Fœtum in Vtero Mortuum. 191.

Muliebre lac cū melle & radicibus amarāthi potui dato,& exibit. *Vt Lac abundet.* 192.

Fœniculum & anethum cum melle & vino decoque,& quotidie mammas obline: lacte mulier affluet. *Ad Vteros.* 193.

Gallinam iugulato,& festucam lineo panniculo inuolutam intra eam condito, atq; ita elixato: ius potui dato: suito vero gallinæ oculos,& manetarem verum,& caridion vre, & propina.

De Inuoluntario Mictu. 194.

Galli gulam gutturi annexam concidito,& vrito,ac diligenter terito, & ex vino vetere potui dato. *Ad Roborandum Penem.* 195. G

Rapi semen tritum melli admisceto.& panniculo attrito illitum peni circundato.

Ad Scabiem Vnguium. 196.

Sinapi mentam q; ex aceto coctam imponito. *Ad Intertrigines.* 197.

Muscum marinum aquę marinæ incoquito,& expresso humore imponito.

Ad Podagram. 198.

Accipe myrrham Mur vocatam,herbam q; policarem,aut pyzurcatum mystri mēsura ex aceto,pedes illinito. *Ad Roborandum Stomachum.* 199.

Accipe lignum aloes, acorum, cyperum, mastichen, thus, nigellam, fœniculum,& spanthos: valde conterito,& in vnum corpus redigito: & ex succo punici mali & melle super carbones cocto potui offeras. *Ad Sputum.* 200.

Rosaceum Zupha,aut hyssopi,quod ad Tussim facit, & Angustiam & Dolorem Pectoris. Compositio hæc est.

Accipe manusiacorum drach.ij,vnapia,vel zizipha numero viginti, zepistania, vel myxia totidem,ficos aspr.dulces numero xv,aut dulcem radicem semitritam mensura drachmæ: chaschasis contusi,vel papaueris capitulorum drach.v: paresausa,vel polytrichi, drach.ij: anesuen, vel dulcis anesi drach.ij: tolme caraus, vel apij seminis, drach. ij: vuas passas,grana bona logaricę s. zupha H
vel hyssopi drach.iij: rhazani,vel seminis fœniculi,drach.duas. Vuas passas,grana q; mista lauato: & emoschasum ex aqua refrigera per diem vnum & summo mane: vt elixatum cum prædicto videlicet logaricyon vnc.iiij: & tantisper decoquatur, donec aquæ remaneat logarica vna & semis: & tunc percoletur,vt certo sciatur in ipsa nullam remanere materiam: deinde sacchari logaricam vnam addito,vt zulapion fiat: & quotidie vnum potato per dies octo, & oleum amygdalinū instillato. *Ad Vomitum Biliosum.* 201.

Bilem vomētibus huiusmodi cataplasma adhibendum est,quod ex his constat: Palmulis malicorio gallis in vino aut posca incoctis & pane exceptis. Acacia prȩterea,hypocistis,& balaustia,& rhus cataplasmatis adijciantur.Item cucurbitula magna cum multa flamma stomacho si affigatur, bene facit.Cibus paucus & crebro exhibendus est. Verum ad atram bilem vomentes & stomachum inflatum spongias aceto acerrimo calido imbutas adhibeto. Aut ex hederę folijs vino incoctis cataplasma facito. *De Singultu.* 202.

Singultus aut ex repletione,aut ex inanitate,aut ob acres humores stomachum mordentes, excitatur: quibus vomitu reiectis desinit. Pleriq; autem,si compositione ex tribus piperibus deuorata,mox vinum biberint,singultire solent.Cibo prȩterea in mordacem qualitatē corrupto quidam

A dam singultiunt. Vomitũ sane ob plenitudinem aut morsum singultientibus remedio esse inuenimus: calorem ijs, qui ex refrigeratione. Si vero ex humorum copia singultus fiat, euacuare vehementius oportet, id sternutatio præstabit: sed ab euacuatione singultũ sternutatio non curat. Singultientibus autem ruta ex vino danda est, aut nitrum ex mulsa, aut seseli, aut daucum, aut cuminum, aut zingiber, aut calamintha, aut nardum gallicũ. Hęc singultibus ex cibi corruptela, aut ex frigore, aut ex multitudine ciborum, auxilia sunt. Ad eos vero, qui ob frigidorum, aut crassorũ succorum multitudinem singultiunt, castorium ex posca potui datum bene facit: cuti quoque ex oleo vetere cucumerino illitum prodest. Scillinum quoq;, aut mulsum acetum potum iuuat. Item spiritus retentio magnifice singultum discutit.

Ad Pedum Intertrimenta, Scissuras, & Perniones. CAP. 203.

∴ Rubricæ vel sinopidis, & cimolię, paribus portionibus ex caprifici succo illinito. *Aliud.* Hederam, calamintham, & salem, in aqua simul incoquito diligenter, ac pedes semel atq; iterum lauato: & sanitatem recuperant. *Aliud.* Muriam crassam cum feceris, calidę aquæ admisceto: ex ea pedes ac perniones foueto. Tertium, sal, cuminum, oleum q; misceantur: & prius inunctos pedes illinito curiose: nam per occultos sensibus meatus materia elabitur.

B *Ad Podagram.* 20

* Semperuiui succo diligenter cocto vtere. *Aliud.* Vini succum asinino lacti, ac dulci vino, admisce, & illine. *Aliud.* Phocæ aut leonis aut lupi aut vulpis corium siquis elaboret, & calceos gestet, pedes non dolebunt. *Aliud.* Vespertiliones tres aquæ pluuiatili incoquito: deinde hęc aquę adijcito, lini seminis triti vncias quatuor, oua cruda tria, olei cyathum vnum: bubuli stercoris, ceræ, vtriusque vncias quatuor: omnia in vnum corpus redacta subigito, & cubitum cunti semel atque iterum applicato.

Aceti Scillini confectio ex Galeno. 205.

Remedium optimum ex scilla à Pythagora scribitur, quo omnes Imperatores vsi sunt. Ab ipsius auctore fertur, quicunq; hoc vtantur, longæ vitæ fore, & eius extrema integra vsque ad finẽ permansura. Et ipse quidem Samius senex huiusmodi extitit: quantum enim temporis vixerit, haud ignoras: de ipso enim in libro traditum est, ꝙ cum suis consanguineis hanc facultatem communicauit, cum q; hoc medicamento vti incepit, quinquagesimum annum natus erat, & vsq; ad centesimumdecimumseptimum vitam produxit integer, & nulla vnquam aduersa valetudine tẽtatus. Hæc sane medicamenti autor disseruit, qui vir philosophus erat mentiri nescius: nos autem C viri huius fidei periculum fecimus, ac firmam constantem q; huiusce medicamenti facultatem esse testamur. Oportet igitur scillam montanam libræ vnius pondere capientem dura circuncidere, & mollia minutatim concidere: & aceti acerrimi sextarios octo in vitreum vas mittere, atq; obturare: ac per triginta dies in caniculæ caloribus, vt maceretur sinere: deinde scillam extractam exprime. Id genus aceti parum mane sorbeto: tibi enim hæc euenient, vt ne faucium oris que partes vnquam remollescant: os ventriculi bene valebit, facile spiritum duces, vox recte habebit, oculi acutissime cernent, aures in officio manebunt, nullus q; flatuosus vapor in ventre vnquam excitabitur, nullum viscus suspensum erit: bene spirans, bene coloratus deges, ad ciuilia negocia recte affectus: non acidum, non salsum ructabis, si aliquid aceti huius assumpseris. Et ieiunus vt assumas pręcipio, septem q; postea stadios deambules, ita enim dissoluetur. Hoc aceto qui vtitur,
* in victu quãuis licentiosus esto: omnia enim cibaria cõficiet, & à nullo vnquam offensam patietur: neq; valde implebitur, & eius, quod vtiliter sumitur, nihil superuacui in corpore residebit, non flatus, non bilis, non stercus, non vrina, sed omnia facile excernit atq; educit: aluus lubrica omnino est, totius q; corporis purgatorium est medicamentum, etiam si in ossibus sordes inhæreant. Item phthisicos ab omnibus deploratos hoc medicamento sanitati restitutos nouimus. Morbo D comitiali diuturno efficaciter profuit, vt nisi post longa temporis interualla non redierit: incipiẽtem vero ac nouum perfecte discutit, neq; reuerti amplius hunc affectum permittit. Ad podagras præterea, & articulorum morbos, iecoris lienis q; duritias, vehementer facit. Et singulares quidem aceti scillini effectus hi sunt: communes autem quàm plurimi, quibus nos commoti salutare hoc medicamentum sanitatis integritatis q; causa tibi tradidimus. Deficit.

Vini Scillini compositio ex Galeno.

Vinum hoc potui datum omnem sanitatem affert. Humores enim attenuat, sed maxime pituitam: neq; ipsam in stomacho, aut ventre, aut capite, aut iecore, aut liene, aut neruis, aut ossibus, consistere permittit, neq; alium id genus tenacẽ humorẽ obstructiones facientem, sed omnia dissoluit, & ventrẽ lenit, atq; ita subducit. Et vrinã mouet, & p ipsam causas attenuat excernit q;. Adeo vero caput purgat, vt nares prorsus humore vacent. Cõmodum est podagræ, articulari & comitiali morbo: deniq; oĩs sanitatis autor est. Ex his cõstat. Scillã albã montanã circiter canis exortũ accipito libre pondere: per dies decẽ in vmbra refrigera: deinde scillæ folia refrigerata in vitreũ vas mitte, & vini albi veteris sextarios duodecim super funde, & suspensum vas per quadraginta dies habeto: postea scillã exime, & abijce: & vino ad antedicta vitia vtere, & eius vim percipies. Subinde ante cibũ vini duas vncias exhibe: sin † à cibo, } vnciã mediã. Quod si ipsum potui cõmodũ efficere † Aliter a somno.

efficere

efficere velis, vt magis delectet, mellis sextarios duos aut tres admisceto. E

Medicamentum, quod Manducatum Stomachi pituitam detrahit, Gargarizatum Caput purgat. *CAP.* 206.

Origanum, gummi, hyssopum, sampsucum, pulegium, thymum, passi vncijs iij incoquito, donec vna remaneat: & gargarizandum dato: excutit. n. etiam pulmonis materias, si manducetur. Id autem quotidie facito: probatum est enim. *Ad Vrinam reddentes ægre, aut nequaquam.* 207.

Lectuli cimices terito, & vrinarium foramen illinito: statim vrina decurret. Id etiam ad pueros mingere nequeuntes benefacit.

Ad Calculosos, & Vrinam prouocandam. 208.

Baccarum lauri, & piperis, æquas portiones terito & cribrato: & ex mulsæ mensura vna exhibeto: mulsa vero calida esto. *Aliud Lapides atterrens, mulieribus viris q; Vrinam prouocans.* Lauri corticem aquæ incoque & permisce, sorbendum q; propinato: vehementer facit.

Ad Sanguinis Mictum. 209.

Accipe zingiberis drach. ij, brassicæ seminis drach. iiij, papaueris drachmã succo excipe, & globulos facito, laboranti q; exhibeto. *Ad Vrinæ Stillicidium.* 210.

Thymi & fœniculi æquas portiones conterito, & ex aqua temperata calida potui dato. F

Ad Dolorem Vtæ vrinariæ, & Difficultatem mictus, atque spiritus, & ad Sanguineum lotium, & Calculum. 211.

Asari, mysios, nardi gallici, æquas portiones accipito: melle attico cuius spuma abiecta sit, excipito: & dato nucis ponticæ magnitudinem: facit enim etiam senes cõualescere, quibus effluxus siccior est, eum q; validiorem reddit. *Ad Inuoluntarium Vrinæ exitum.* 212.

Lilij radicẽ elixam potui dato. Alterci quoq; succũ aut semẽ in vino & lacte maceratum corio cerui includito, & dextro femori appendito: miraberis. *Aliud.* Apri vngulas vstas ex vino potui dato. Aut galli testem vstum edẽdum apponito. ¶ *Ad Inuoluntarium Mictum.* Cochleam cũ testa vstam tritam q; ex vino cubitum eunti potui offerto.

Ad Difficultatem Vrinæ, & Calculum. 213.

Lini semen, piper, petroselinum, tusa & creta: ex condito accipe cochlearium vnum.

Ad Exterendos Calculos expertum. 214.

Scorpiones marinos exiguos tres integros comburito, & cinerem ex condito propinato.

Ad Supprimendum Aluum. 215.

Rhun atq; oryzam vino incoque, donec tertia pars remaneat, & per inferiores partes immittε. Aut vinum austerum, in quo hirci iecur incoctum sit, potui dato. Aut gallas vstas bene terito, & suillam adipem misceto, frictas q; ex aceto esui dato laboranti * piperis drachmam, farinę lupinorum drachmas tres, mellis ligulam. G

Ad Citandum Sudorem, & Finiendam Febrem. 216.

Cachryos semen ex oleo illitum. Aut pyrethrum ex oleo calefactum & illitum horæ vnius interuallo post annotationem. *Ad Canis Morsum.* 217.

Vrticę semen emplastri modo impositũ. Aut nigri marrubij folia similiter. Aut apiastrũ ex vino potum, vel morsibus impositum. Aut allium illitum, aut assum, potui esui q; datum. ¶ *Ad Morsus Canis rabiosi.* Brassicæ folia cum lasere ex aceto trita imponito: p se. n. brassica rabiosi canis morsibus aduersatur, & ipsius decoctum potui exhibitũ. Elixa autẽ brassica ante alios cibos assum pta phthisicos sanat, & arteriæ vitia emendat: contrita vero & lieni superdata ipsum consumit.

Ad Anginam, & Colli dolorem. 218.

Alba populus arida, trita, & ex melle illita collo. Aut nasturtij semen, & columbinum fimũ ex melle, instar cataplasmatis imponito.

Ad Internas Ani prominentias. 219. H

Amaranthum aqua maceratum mane vesperi q; potui dato.

Ad Lienem Cataplasma valde efficax. 220.

Inulam, sinapi, baccas lauri s̃m proportionem, accipe & tere: deinde nucis nouę corticem parum contundito, mox in pilam coniectum validius terito, & eximens aceto acri macerato per triduum: & omnia in vnum redigens cũ succo Tiberiadis vsq; ad cataplasmatis temperaturam decoquito: & lieni summo mane per octo dies imponito euacuato prius ventre, atq; miraberis.

¶ *Aliud ad Comminuendum Lienem.* Capparis radicũ vnc. iij, calcis viuæ vnc. iiij, contusas cribratas, aceto q; commistas, imponito nõ diutius horæ spatio: totus lienis absumitur. *Aliud.* Brassicæ decoctum solum ex aceto mulso ieiuno potui dato. Aut rubi radicem vsq; ad tertiam partem decoque, & decoctum per triduum dato. *Aliud.* Corticem nucis aceto ac melli incoctam ieiuno propinato. Aut ferrum candens in mulso extinguito, & potui dato: admirabile est.

Ad Nigros Dentes. 221.

Palmularum ossibus mastiche & melle dentes per septem dies perfricato: & albi redduntur.

Ad Lumbricos alui. 222.

Lupinos, lauri folia, ac fel taurinum misce, vmbilico impone: id bene facit.

Ad Interiores

A *Ad Interiores Exterioresq; Ani prominentias.* CAP. 223.
Amylũ,picẽ,aquã,vnà feruefacito,donec tertia pars remaneat: ac per septem dies potui dato.
Ad Dolorem Aurium. 224.
Vitis racemum capiens in sartagine frigito cum oleo,auriq; instillato: & conualescet.
Ad Hirudines. 225.
Aristolochiam terito,& sale conspergito. *Ad Calculosos.* 226.
Lauri baccas piper q; misceto ęqua mẽsura,& ex mulsa mystrũ vnũ dato. *Aliud Calculos frangẽs.*
Lauri corticẽ aquę incoquito,quoad tertia pars supsit,& sorbẽdũ exhibeto. *Aliud Calculos frangẽs.*
Turturis stercus vstum ex mulsa pbeto,lapides.n.per vrinam exturbat. *Aliud expertũ ad Calculosos.*
Struthij,rha pontici,capparis,singulorũ drac.accipito: dato quotidie ex vino albo drach. & per mictũ subsidentiã calculosam eijciet. *Aliud.* Origanũ in aqua vsq; ad tertiam decoquito, & decocti cyathum vnũ potui dato. *Ad Stillicidium,& Difficultatem Vrinæ,& primo ad Stillicidiũ.* 227.
Fœniculi,seminis palmularum Thebaicarũ,pares portiões cõterito,& ex aqua tẽperata calidas propinato. *Ad Vrinæ Difficultatẽ & Stillicidiũ.* Costi,mellis,aquæ cyathos noue, accipe: des potui craterẽ, mercede prius petita. *Aliud.* Cyperi asiatici triti cochleariũ vnũ, ex vino meraco, aut ex
B melle exhibeto: periculũ de ipso factũ ẽ. *Ad Vrinæ Difficultatẽ.* Petroselinũ macedonicũ terito, & ligulã vnã exhibeto. *Ad Stillicidium.* Cucurbitã aridã cõterito,vt farinæ istar sit: cuius exiguũ cochleariũ ex aqua potui dato. *Ad Mingentes in stratis.* Leporis cerebrum ex vino propinato. *Aliud.* Vesicã assam esui dato per triduũ. Aut cyperũ tritũ * potui dato. Aut leporis testiculũ ex vino odorato tepido propinato. *Ad Stillicidium.* Thus accipe,& in vino diutius feruefacito, propinato q; per triduum * .Accipiens Raphida marinum pisciculum,comburito, & potui cinerem offerto. *Ad Impetigines.* 228. ∴
Cornu ceruini ramenta acerrimo aceto incoquito,vsq; dũ tertia pars remaneat: ex eo illinito.
Ad Feras Impetigines. 229.
Hordei farinã aceto acri pmistã iponito. Aut hastulæ regiæ radice ex aceto trita illinito frequenter. Aut lineũ pãniculũ super cãdẽti ferro cõburito, & illinito. Aut nucis virentia folia cataplasmatis modo imponito: hoc & ad scabiem facit. *Ad Penis Dolorem,& inflammationem.* 230.
Cuminum & ouorum putamina bene decoquito,& foueto: effectum miraberis.
Ad Impetigines. 231.
Allium,& theaphen,aquam,& oleum: omnia misceto,& illinito.
C *Cataplasma ad Vulnera recentia à gladio aut ligno illata.* 232. ∴
Salicis folia trita imponito,& sanguinem profluentem supprimes,& vulnera glutinabis, atq; sanabis. Aut ouillum fimum ex oleo tritum instar cataplasmatis imponito.
Ad Perniciosa Medicamenta. 233.
Rutã,ficũ,& nucẽ terito,ac ex vino potionẽ dato. Aut fulicę sanguis liquidus ex oleo potus seruat à potu venenosi medicamenti,& à viperę morsu liberat. *Ad Fluxionem Gutturis.* 234. ∴
Nido hirundinis trito ex aceto illinito. *Ad Mammarum mulierum Tumores.* 235.
Caprinum stercus aridum ex vino meraco imponito: inflammationem enim dissoluit.
Ad Dolorem Capitis lupinum. 236.
Suillum fimum cõburito,& cinerem melli admisceto,caput q; rasum inungito,ac super brassicæ folia dato. *Ad Tussim,& Hecticam febrem.* 237.
Styracẽ & brassicæ succũ simul terito,& fermẽtatos ieiuno & cubitũ eũti exhibeto. Aut laurei olei,& vini generosi,vtriusq; drach.iij,misce & calefacias * in balneo interius: & vinũ oleum q; calidũ tẽperato,& stomachũ foueto. *Aliud.* Lixiuiũ percolatũ calefacito,& tussientis pedes foueto,& spongia detersos inunge,& foue: id vero tussibus medetur. *Ad Tusses.* 238. ∴
D Resinã ex vino vetere tritã ieiuno potui dato,& pulegiũ in posca decoctũ: & beronicẽ cũ melle fermẽtatã esui dato. Aut raphanũ tostũ mane ac vesperi edẽdũ apponito. Aut butyrũ insulsum, quanta est nucis regiæ magnitudo,deuorato. *Ad Humores Pectore contentos.* 239. *
Vrticæ folia cum ptisana decocta potui dato: bene facit ad inflationes,& materiam ex pectore euocat. *Ad Tusses.* 240.
Fenumgræcum,quoad tertia pars superfit,decoque: & iusculũ summo mane ex melle exhibe.
Vt Vox Canora reddatur. 241.
Tragacantha vino madefacta,& in potum assumpta,vocem splendidam reddit.
Ad Vocem Amissam. 242.
Styracem terito,& ex aqua globulos amplitudinem cicerum ęquantes conficito: &,tertio cum dederis,statim loquetur. *Vt Capilli & Barba Crescant,si decidunt.* 243.
Betam,& myrteum oleum,& polytrichũ misceto,capillos q; oblinito: Aut adiantũ,& ladanũ, ęquis portionibus terito ex immaturo oleo,aut myrteo, aut lentiscino: & illinito. *Aliud.* Ladanum in vinum aminæum myrteum q; oleum mittito: & terens vtrunq; ad mellis spissitudinem redige,caput q; in balneo perunge. Melius est & illud adiantum,quod nõ nulli polytrichon vocant,si septima pars ladano addatur,& illinatur. *Ad Renes Dolentes.* 244.
Cum pulegio farinę furfures decoquantur,& ius pcolẽt,spongia q; eo imbuta fomentum fiat.

Galeni

GALENI DOCVMENTVM DE PVERO EPILEPTICO

Nicolao Leonico Thomæo Patauino interprete.

CAP. 1.

Go te Ceciliane existimabã ad ægritudinẽ filij tui nostris admonitionibus haud quáq̃ indigerẽ: nã q prius ipsum vidit,& tecũ Athenas iterũ nauigatu rus est,Dionysius,idoneus est & p̃sens facere ea q̃ opus erũt: & rursus disce dẽs ad habitudinẽ ægritudinis cõdecentia documẽta relinquere. Ego aũt q nunq̃ puerũ hũc vidi,forsan multũ decipi posse: cũ neq; à principio morbi qualis fuerit ipsius natura,neq; nũc qualis ob morbũ sit, cognouerim: sed à F
vobis hoc tm̃ audierim epilepsiæ accessionibus puerũ infestari. Verũ,ne for sitã me suspiceris negligẽtẽ magis q̃ veridicũ scriptionẽ hãc subterfugere, qđ nunq̃ antea feci,laborẽ hũc libẽs subibo,vt tibi rẽ gratã faciã, scribẽdo q̃dã medicinalia p̃cepta pueri epileptici: in q̃bus necesse est medicæ artis imperitũ decipi & aberrare circa mẽsurã vel tp̃s vtẽdi. Demõstratũ.n.à nobis est in alijs libris,q̃ nõ cõtingit quẽpiã recte mederi ne minimis qđẽ ęgritudinibus,nedũ adeo magnis vt ẽ epilepsia,nisi methodũ aliquã curatiuã nouerit. Atq Dionysius mihi iã cõicauit,& mecũ prius cõsiderauit,de tota pueri curatiõe,quã tu mihi ĩposueris, vt hęc documẽta cõscriberẽ. Dionysio q̃; meã tũ ipse sñiam facile manifestaui,cũ intelligeret,oĩa q̃ ego dicerẽ: nihilq̃; ille obaudiret,ceu methodi curatiuę valde pitus. Tecũ vero neq; q̃uo sermonẽ,istituã, noui: nã accuratus distinctionibus multis indiget,& obscurior est q̃ imperito hoĩ cõueniat: breuis aũt & manifestus haudquaq̃ accuratus esse põt. Quap̃p subuerebar tibi documẽta cõscribere, q̃uis rẽ tibi gratã facere p̃cuperẽ,existimãs mihi simile q̃ppiã euẽturũ, quale Phidiæ vtiq; accidisset,si postq̃ Palladis simulachrũ absoluit,q̃spiã illũ coegisset separatim digitũ,manũ, pedẽ,nasum, aures,singulas q̃; corporis partes effingere. Ego vero methodũ curatiuã tanq̃ quoddã simulachrũ in pluribus cõmentarijs à nobis scriptã fuisse arbitror,q̃ nõ mõ ĩperitos hoĩes,sed ne medicos qui- G
dẽ quoscũq; iuuare non põt. Qm̃ aũt cogis me de parte vna artis curatiuæ sermonẽ facere seorsum ab alijs,tuæ cedo volũtati & pareo: atq; in tuã gratiã documenta scribo,q̃ tibi in hoc sufficiẽt: satis enim est medicæ artis inexp̃to nõ magnũ aliq̃d & irremediabile,in medicorũ pręceptis committere,præcipue cũ didiceris legitime versari in his cõmentarijs. Eruditis illis curatiuæ methodi negocium scriptum est: tibi autẽ & alijs,qui nonnullarum rationalium artium sciẽtes estis,medicinę autem inexperti,arbitror,fortasse nonnihil vtilitatis & in his cõmentarijs,proueniet. Conabor autẽ quantũ fieri poterit manifestissime enarrare quá nam vtens puer dięta non parum iuuetur: & ab accidentibus quotidie ipsum inopinate inuadentibus minime lędatur.

CAP. 2.

Cõuenit igitur in primis quantũ fieri põt hæc obseruare. Nãq; puerũ necesse est interdũ occurrere magnis frigoribus,immensis caloribus,ventis validis,balneis malis,cibarijs caput tẽtãtibus, rotarũ obuolutionibus,corruscationibus p̃terea, & tonitruis,& vigilijs,& cruditatibus,tristitięq; ẽt,& iracundiæ,& lassitudini,atq; alijs huiuscemodi rebus,á q̃bus (vt summatim dicã) corpus vehemẽter moueri & perturbari solet,atq; in reminiscentiã quandã morbi referri,& ad generationẽ paroxysmi deduci. Hæc igitur conuenit,multo ante caueri. Etsi q̃nq; his pręcedentibus paroxysmus succedet,tunc ab omni penitus motu oportet illũ remouere, & domi cõtinere, & victu valde H
tenui illum nutrire,donec à paroxysmi incõmodo liberetur. Quis aũt sit tenuis victus,quamuis arbitrer te cognoscere,tñ si ea quæ sequuntur perlegeris,aliquid etiam de ipso percipies.

A.l. 3.f. 1.t. 5 c.10. fol. 210

CAP. 3.

Tẽpus itaq; est vt huiusce rei documẽta tradere aggrediar. Accedẽte vere (nã ęgritudines q̃ reuerti solẽt,quodã mõ tũc moueri cõtingit,) puerũ purgandũ affirmo mediocri purgatione. Huic aũt purgationi Dionysius p̃sens moderabit,& q̃ opus erũt impabit, accurate cognoscens quó nã mõ ad purgationẽ corpus p̃parare oporteat,& quo vti debeat pharmaco,quá ue q̃titate,& in quo tẽpore: nã de his inter nos sæpe cõsultũ est. Quare Athenis p̃sentẽ habes Dionysiũ, sed nihilo minus cũ ipso mẽtẽ simul & cõsiliũ habes meũ. Post purgationẽ aũt q̃n recesserit Dionysius,& puer Athenis remãserit,hanc oportet ipsum victus rõnẽ obseruet. Cũ à cubili mane surrexerit, anteq̃ ad p̃ceptorẽ accedat,mediocri deãbulatione vtatur,gressu nõ admodũ frequẽti: posthac aũt vsque ad palestræ tp̃s,disciplinis vacet quibus assueuit: cũ primũ aũt ab illis discesserit, vbi mediocriter rursus deambulauerit,ad pędotribã accedat. Hũc aũt pædotribã si quempiã alium ex ijs qui puero p̃sunt,multũ oportet esse prudẽtẽ: sed talẽ inuenire difficile est,p̃sertim cum electio fieri debeat ex hoĩbus ineruditis & ignaris,nõ minus aĩam q̃ corpus hebetẽ & crassam habẽtibus. Nõ igitur tãq̃ paruũ hoc te fugiat: neq; cuiuis è populo pueri curã tradas,probe cognoscẽs q̃ summa curatiõis in hisce duobus versat̃,in vsu videlicet à me tibi dati pharmaci,& in exercitij mõ. alia nãq; oĩa horum sunt

rum sunt

A rum sunt præparamenta quædam. Pędotribam igitur hũc tecum simul Dionysius eliget. Sit autẽ
ipsius scopus in exercẽdo quo ad quãtitatẽ quidẽ, vt puerũ anteq̃ defatigetur cessare faciat, nec nõ
vt vniuersum corpus calefaciat, & mediocriter euacuet. Ambo aũt in eodẽ tẽpore contingent: qñ
enim quod superfluit sufficienter euacuat, & quantum satis est corpus incalescit, tũc si quispiam ab
exercitio cessauerit, quiescet anteq̃ in defatigationẽ incurrat. Exercitiũ vero ab hoc tẽpore vltra in
solida iam agit mẽbra, & corporis habitũ colliquat: aggregat aũt omne id quod colliquat in mẽbu
ris maxime & musculis: ad hocq; sequtur virtutis lassitudo: postea vlcerosus sensus, qñ aliquã cor-
poris partẽ mouere tentauerint, & hoc est ipsa lassitudo. Nõ solũ igitur pædotribã prudẽtem esse
oportet, sed ẽt mediocris exercitij expertum, ne citius q̃ par est puerum ab exercitio cessare faciat,
secuturam timens lassitudinem: ne ve satagens calefacere, & complete quod superflui est euacua-
re, in lassitudinem puerum ducat. Mediocrium igitur exercitiorũ in quantitate huiuscemodi sunt
scopi: In qualitate vero, vt corroborẽtur oẽs corporis particulæ, maxime caput & ventriculus, &
huius præcipue quod ori circũstat. Vt aũt quispiã istud assequi possit, nũc dicam. Primo qñ exer
citia vehemẽtia caput replent, ab his abstinere pręcipio. Secundo, si qñ his vti necesse fuerit, capite
erecto quæ infra sunt moueãtur, & ex his maxime crura. Tertio à paruis & tardis motionibus inci
B piat pædotriba, & sic ad vehemẽtiores & celeriores motus deueniat: nam subito ab intensis exerci
tijs incipere non solũ imbecillibus, sed ẽt robustis corporibus, summe perniciosum est. Considera-
re præterea oportet, q fricationes exercitij loco habentur, maxime in corporibus imbecillibus: im
mo sæpenumero solæ, modo recte fiãt, aliarũ motionũ vicẽ supplent. Opus est aũt primum mani-
bus molliter cũ sindone à supernis partibus ad inferna delatis, corpus ad rubedinẽ deducere initio
à brachijs & manibus facto, atq; ita ad pectus & ventrẽ deuenire. Subinde etiam crura multũ fri-
care cõuenit, vt siquid ex supnis partibus illuc fuerit deriuatũ, cõmode absumatur. Postremo ad ca
put deueniendũ est, nã statim à principio ad ipsum accedere periculosum: corpore.n. adhuc pleno
existente, ad id quod primo calefit, facile superfluitates attrahuntur. Vltimo igitur loco post alias
corporis partes, caput cõfricari oportet, vt nũc diximus, absq; oleo: qñ aũt & oleũ applicare libue-
rit, nihil phibet capitis fricationẽ simul cum alijs fieri mẽbris, vt vnus caput fricet, duo alij pectus
& ventrem, & totidem alij crura. Sic aũt & post exercitia, immo vero magis tunc, oĩa simul confri
cẽtur mẽbra: ita.n. celerius ad quietẽ corpus deducitur, & minus refrigerat. Oportet autẽ si de qua
piã alia re, de hac ipsa magnã curã habere. Non lauari autem, vt plurimũ cõuenit: neq; statim post
exercitiũ palæstram exire, sed postq̃ planè quieuerit spiritus, & ab exercitijs cõmotio prorsus cessa-
C uerit: atque tunc etiam sindone caput multum fricare conuenit, & sæpenumero pectine vti.

CAP. 4. Post hęc aũt ad prandiũ eat: & prius quippiã ex ijs quæ ventrẽ molliũt assumat, vel olus, vel sal-
.ibi.fol.211.a samẽtum, vel ptisanã, vel oliuas, cũ tertia parte panis: reliquas vero duas in cœnæ tps seponat cũ
valentioribus obsonijs. Quę aũt huiusmodi existũt, paulo post dicẽtur, si prius enarrauero ex olerũ
genere oĩa quæ absq; nocumẽto sumi possunt. Ex oleribus igitur, nec à lactucis, nec à malua, nec
ab atriplice, nec à blito, prorsus illũ prohiberi iubeo: nõ tñ idẽ semper capiat volo, verũ alias aliud,
moderate. Ex eodem ẽt est genere beta, & brassica: oportet.n. ẽt ex ijs quippiam moderate gusta-
re. Porrum quin etiã interdũ, & apium, & smyrnium, degustare conferet: & de horarijs fructibus
quicunq; nõ sunt penitus crudi, aut suapte natura difficulter cõcoquuntur: ij nanq; & suas ipsorũ
superfluitates, & aliorum etiam esculentorũ, retinere cõsueuerunt. Ergo & mora & quæ præcocia
nominãtur, & ficus, et siqui sunt eiusmodi notæ, sine molestia descẽdunt. Et quæ cucurbita dicitur,
nihil ab oleribus ventrẽ molliẽtibus differre videtur: itẽ pepones cucumerini, nã q tales non sunt,
praui sunt. Maturæ ẽt vuæ aliquantulum qñq; puero concedi potest: mala vero & pira raro & in
parua quantitate degustet: & hæc ipsa non solũ vt in arbore sua sint bene cocta, sed etiã domi serua
ta ad maturationem recte peruenerint. Scire aũt oportet eadem poma quæ recenter à matre sunt
D decerpta, & quæ domi deposita reseruantur, permultum inter se differre, nullamq; inter sese simili-
tudinẽ habere. Possunt aũt conseruari poma pira q;, nec non plurimi ẽt alij fructus, & pruna quæ
vocãtur damascena. Ficus quin etiã quas carycas vocant, ex huiuscemodi sunt genere: & ex arbo-
re palma dactyli, quorum comestionem penitus illi non interdico, sed opportune et moderate illis
vti pmitto: assidue aũt & multũ illis vti minime velim. Atq; vt semel cõcludã, quicunq; mali succi
sunt cibi, vel aluũ astringunt, vel inflãt, vel difficulter cõcoquuntur, si assidue vel plusq̃ conueniat
assumãtur, nõ solum huic morbo, sed oĩbus ẽt alijs nocere solẽt. Atq; hucusq; sermo de diætæ mo
do protractus, alijs ẽt q̃ plurimis ægritudinibus conueniens erit: Huiusce aũt morbi peculiaris &
pprius est, vt caueamus ab ijs pcipue esculentis q̃ pituitã generãt. Vnde in cibarijs, quæ, tametsi in
alijs nõ obsint, viscosos aut frigidos aut crassos humores generant, haudquaq̃ esse immorandum
cẽseo. Huiusmodi aũt sunt atriplex, & blitũ, & malua: quos sanè vt gustet non phibeo, assiduũ aũt
eorũ vsum vehementer dãno. Ex hoc sunt genere & cucurbitę: multo q; magis cucumeres, & po
ma, & pira: & demũ quæcũq; humorẽ pituitosum gignũt, aut viscosum, aut crassum: vel quæcũq;
sunt in genere pessimorũ esculẽtorũ, quales sunt q vulgo appellãtur fungi: ab ijs.n. oĩno abstinere
consulo, quemadmodũ & à rapis, & à quibuscunq; radicibus quæ mandi solent: crassos.n. habent
succos, & male concoquuntur, exceptis quibusdã, quę acrimoniã quandã & caliditatẽ in se habent,

quemadmodū sunt dauci et raphani: sed ex raphanis haudquaq̄ illū degustare prohibeo, verū quodā intercedēte spatio: à dauco aūt abstinere cōdiscat, magisq̨ ēt à rapis. In esculētorū autē vsu abundēt illa quæ acria sunt, & virtutē incidendi habēt, dūmodo insigniter nō sint mali succi, odorē q̨ habeant q caput tentet: quorū ex genere sunt quæcunq̨ per caliditatē replent caput, queādmodū vinū, & sinapi, & petroselinū, & daucus, & cępę, & smyrniū: hæc.n. vltra modū inflāmatiua sunt, & malos humores generātia. Sinapi vero licet cōueniat ad humores crassos incidēdos, tn̄ ab eo abstinendū est, qm̄ caput tentat. In oxymelitis aūt vsu secure cōfidat, etiāsi quotidie sumere velit. Potest aūt cappares ex illo comesse, & parua quædā salsamenta oleo modico superinfuso, vt concinnetur obsoniū: quod ꝑfecto huiuscemodi ægritudinis, veluti medicamentū quoddā reputari potest, præcipuæ si sit acetū scilla cōditum: hoc oēs vulgo iā scilliticū vocāt: quod ego si quippiā aliud in hoc casu sanè laudo. Horū vero alterutrū singulis diebus assumere contenderim, dico aūt vel cappares, vel salsamenta oxymelite condita. Si vero puer oxymel bibere velit, id sit in promptu & ante præparatū, & nō ex tpe ex vtrisq̨ crudis confectū: quo aūt modo ipsum pręparare oportet, paulo post recensebimus. Cæterum plurima aqua cōmisceatur, nā quod sic factū est, suauius redditur: ac hyeme quidē calidū accipiatur: æstate vero nō erit malū etiā, si plerūq̨ frigidū sumatur, si & vehemētes fuerint calores, & ipse vehementer sitiat, potui q̨ frigido assueuerit antea: nā inter alia sitim egregie sedat oxymel nō valde dulce, præsertim si aquæ frigidæ misceatur. Mihi q̨ nō parū sæpe contigit puerū à comitiali morbo penitus liberasse, nō immutata victus ratione, cū post primā purgationē oxymel sumere, eo q̨ vti pharmaco iussissem. Verū qm̄ neq̨ filij tui naturā noui, nescioq̨ quātum virium is sibi asciuerit morbus, et ipse assistere nequeo, diuinare haudquaq̄ possum q̄ paucissimis indigeat remedijs. Melius itaq̨ mihi videtur de oībus sermonē facere. Igitur post exercitiū, in prandio (vt dictū est) vtatur & quibusdā oleribus, & oliuis, & nucibus, & ficubus, cū siccis, tū recentibus: verū nō simul quotidie oībus, vnū enim sit & simplex quod assumat: sed vt victus ratio variari possit, de oībus verba feci. Eodē etiā tpe (vt dictū est) si desiderauerit puer, alij etiā fructus cōcedi illi possunt: cū alioqui ab ipsis melius sit abstinere, nō solū morbi illius deuitandi causa, sed ad integrā etiā totius valetudinis incolumitatē: queādmodū vides nos ferme ab oībus horarijs fructibus abstinere. † Verū qm̄ philosophis in præsentia salubris victus præcepta nō cōscribimus, sanè perq̄ optandū erit si nō solū ad pueri curā hæc documēta, sed ad vniuersam illius vitā facere poterūt. ⅃ Est igitur illi concedendū vt palàm & tempestiue eos comedat fructus, quicunq̨ magni nō fuerint nocumenti, ne clam & intēpestiue illos comedēs, magis lædatur: qui.n. palàm ab aliqua re, quam valde appetūt, prohibentur, ij cum data est facultas, plus nimio ingurgitare se cōsueuerunt. Quamobrem pueris ego plura esculenta concedere soleo ex ijs quæ non valde nocent, vt tempestiue & palàm illis moderate vtantur potius, quàm, vt diximus, propter vehemens desiderium furtim ex his & voraciter assumere festinent. Atq̨ hæc de cibi ratione sufficienter sint dicta.

† At sane philosophis salubris victus documēta non conscribimus qđ certe maximopere optarem, nō solū ad huius affectus curationem sed ad vniuersā pueri tui vitam.

CAP. 5.

Post cibū aūt vbi paululū tpis intermiserit, priusq̄ ad studia disciplinarū accedat, leuiter deambulet cēseo: & rursum vt id ipsum à studijs rediens ante cœnā faciat, sanè cōsulo: quo tēpore duas reliquas panis portiones quas reseruauerat assumat, itē aliorū vnūquodq̨ sic (vt dictū est) carnes q̄dem ex omni ferè auium genere, præter palustres: ab oīum autē quadrupedū "esu præcipue abstineat. Quòd si q̄n illis vti necessitas fuerit, domestici quidem suis extremitatibus & stomacho vescatur, syluestris vero carnibus vniuersis bene vti potest: hœdorum quin etiā carnes degustet, et non nunquā leporū ēt. Carnes autē oēs sint vel simpliciter cōditæ, vel sine nidore assæ: simpliciter cōdiuntur si aquę incoquātur, & anetho porro sale & oleo concinnētur. Quo'nā aūt modo sine nidore recte assetur caro, clibanū quod apud me vidisti, exēplo tibi esse potest. Ex marino aūt genere crustā intecta quidem oīa nocua, & incōmoda: ex piscibus vero optimi sunt ij, qui in saxosis degūt locis: sumere ēt poterit ex ijs qui in alto degunt, quos pelagicos vocant: ex chartilagineo autē torpedo ferè sola conueniens est & cōmoda. Cæterum de leguminibus ptissana q̄dem præcipua est: hanc sequitur "lens, alica, et pisum: alia aūt ferè oīa mala. Et vt vniuersaliter dicatur, quęcunq̨ viscosum, & crassum generant succū, ventosa q̨ sunt, & multarū superfluitatum, nec non difficilis cōcoctionis, sicut ante dicebamus, maxime sunt cauenda: Ostrea quin etiā oīa, & chartilaginea ea quę σελάχια vocātur, & squāmis carent: præterea bulbi, & cochleæ, & caseus, & fungi, bouinæ q̨ carnes: & oua in aqua durata cū difficilis sunt cōcoctionis, tum crassos generāt succos. Alica vero & carnes suillę bonū quidē generant sanguinem, sed viscosum. Palustria autē omnia superfluitates generāt plurimas. Legumina vero omnia ventosa sunt, & præcipue faba, & ciceres: ptissana q̨ non diligēter cocta, ventosa est, quamobrem bene coquere illam oportet, vel ea non vti: lens quoq̨ bene decocta omnem ponit ventositatem, verum illa non assidue crebro've vti oportet, quoniam humores generat crassos. Cæterum ad victus quotidiani rationem hæc abunde sufficere possunt.

A.l.3.f.1.t.5. 11.fol.211.b

A.l.3.f.1.t.5. 10.fol.210.g

CAP. 6.

Medicamento autē ex scilla, quod tibi tradidimus purgatione præmissa, quod q̨ primo vere fieri iussimus, singulis diebus secure filius tuus vtatur, priusquā ad palæstram accedat: nam nisi valde magna fuerit ægritudo, & occalluerit, sperandū sanè est in quadraginta dierū spatio hoc medicamēto illam perfecte cessaturam, quoniam iam innumeros pueros nulla ellebori opera sic curaui. Verum post purgationem prius, quàm hoc vtatur pharmaco, semel aut bis absinthiū sumere oportet.

De

CAP. 7. A De oxymelite autem vt dicamus, id certe acidissimum esse cēsetur, quod ad mellis proportionē quartā aceti habet partē: dulcissimū vero, quod octauam: aliæ aūt intermediæ mensuræ quanto ad extremorum alterutrum appropinquant, tanto aciditatis aut dulcedinis participare videntur. Oportet aūt ipsum penitus decoquere, ita.n. quæ miscentur, accurate in vnū ambo deueniunt: & aciditatis vehementia, quæ in aceto est, retunditur: & quod in melle inflatiuum est, castigatur: spumam.n. illius, qui recte decoquit, auferre debet. Nec me præterea latet in Græcia, & in plerisq; locis insularum oxymel etiam ex fauis confici solere, quo etiam tibi secure vti licet, puero præsertim æstiuo tpe Athenis degente. Minime autē ad me in præsentia pertinet declarare, qñ dulcius id, aut acidius, vel dilutius, aut meracius exhibere oportet: neq; in alijs particularibus immorari meū est, sed illius qui & præsens fuerit, & curandū corpus quotidie inspexerit, & de humorū habitu recte coniectari poterit. In crassis.n.& viscosis humoribus acidiori & meraciori oxymelite vtendū est: in ijs aūt qui huiusmodi nō fuerint, dulciori & diluto magis. Eodē etiā modo reliqua q̄ dicta sunt oīa pro quotidianis corporū cōstitutionibus cōmutare et variare cōuenit, quēadmodū & in oībus alijs ægritudinibus facere cōtingit. Quapropter siquis methodi curatiuæ ignaro et inexperto innumera ēt perscripserit documēta, haudquaq̄ illū sufficientē efficiet medicū nō modo nō maximarū
B ægritudinū, sed ne minimarū qdē. Istud.n. sępenumero palàm ostēdi cū inueterata vlcera malasq; oculorū dispositiones ad sanitatē redegissē ijsdē sanè medicamētis, qbus plerią; ante me vsi nihil pfecerāt. Et pfecto tpis opportunitas in vsu vniuscuiusq; vt Hippocrati placuit, post quantitatē ad vires diligēter accōmodatā, reliquū vtilitatis apportat: nā pharmaca potius sunt iuuantiū materia q̄ iuuamēta, quēadmodū ēt ab excellentibus asseuerāt medicis. Et meus qdē vnde exordiū sumpsit, finē accipiat sermo, haudquaq̄ fieri posse vt minimū quippiā quod ad artē pertinet ptractare recte valeat is, qui artis penitus sit ignarus & expers, sed illi semper assistentis periti opus esse.

CAP. 8. Verum qm̄ plerią; scillæ succum non recte conficiūt, qñ id tibi ēt cognoscere cordi est, huic ego
1.l.3.f.1.t.5.c. 1.fol.211.c sermoni adiungam, quo nā modo illū cōficere sim solitus. Vas quodpiā accipio à quo extractum fuerit mel, mehterium id Græci vocant: in quod scillam conijcio manibus prius illā in exiguas discerpens particulas. Postea bene apto operculo illud obturans, extrinsecus q; pelle circundans, & diligenter colligans, in loco quopiā meridiē spectāte colloco, qui à borealibus omnino non perflentur ventis. Id aūt facere soleo ea anni parte, in qua caniculam exoriri omnes asseuerant Græci: quadraginta aūt huiuscemodi sunt dies, viginti quidē ante, totidem q; post exortum: paulatim q; in ijs diebus vas illud ad Solem cōuertere soleo, vt ex oībus similiter partibus incalescat. Transacto post
C modum pręstituto temporis spatio, vas illud aperiens, in illo reperire soleo scillæ partes elixis similes, succum q; ex illis in vasis fundo quendā defluxum, quē colligēs, q̄ optimo melle cōcinno. Huius singulis diebus, cui dare voluero, cochlearis pleni mensurā præbeo, pueris quidē minoris, adultis vero maioris. Quin etiam scillæ ipsius carnes accurate contundens, illasq; cum melle dissoluens, & conterens, ex illis cochleare vnum vt dictum est, præbere consueui: quod sanè quo ad vires & efficaciā secundum à prædicto locum obtinet. Cęterum quicunque scillam elixantes, illam postea conterunt, illius procuIdubio vires resoluunt: quemadmodum, qui istud ipsum ex aceto faciunt, pharmacum quidem validum admodum conficiunt, verum neruis non innoxium.

GALENI IN LIBRVM DE NATVRA HVMANA COMMENTARIVS SECVNDVS

Victore Trincauelio interprete

Hunc librum Galenus inter Hippocraticos non agnoscit.

IN priore horum cōmentariorū libro opus de natura humana exposui: nūc quæ illi perperā adiecta sunt aggrediemur: quæ & ipsa quodā ordine cōposita digestaq; sunt. Est etenī liber vnus exiguus, in quo de victu sanorū agit, is à Polybo Hippocratis discipulo videtur fuisse scriptus. Quod autē inter hunc, & illū de natura humana, est interpositū, ab eo qui primū hosce duos libros de natura humana, Hippocratis, & Polybi de salubri victu in vnū coegit, conscriptū & collocatū est. Quo enim tēpore Attalus et Ptolomæus certatim inter se de cōparandis sibi libris contendebāt: ab his qui ex oblatis celebriorum virorum scriptis pecuniam à Regibus reportabāt, cœpere inscriptiones & digestiones

librorum vitiari. Vnde, quum vtriq; libri, & qui de natura humana est, & qui de salubri victu, E essent pusilli: arbitratus quispiam ob paruitatem neutrum ipsorum multi faciundum, ambos in vnum contulit: subinde vero alius quidam, vel ille idem etiam qui hos primum in vnum redegit, hæc ipsa illis interposuit quæ nunc exponenda suscepturi sumus.

1 *Oportet præterea et hæc nouisse, quòd morbos quicunq; ex repletione ortum habent, euacuatio sanat: quos vero parit vacuatio, repletio curat: quos gignunt labores, illis quies remedio est: quos nimium inducit otium, labor tollit. Summatim vero sciendum, quòd oportet medicum præsentibus morbis, formis, anni temporibus, ætatibusq; contrarium opponere: atq; contendentia laxare, laxata contendere. Sic enim maxime quod molestum est, remouetur: mihiq; curatio hoc ipsum esse videtur.*

Sigillatim oĩbus huius orationis versibus signũ id Dioscorides ascripsit, quod obeliscũ appellat: quo signo Aristarchus omnes notabat versus qui apud poetã sibi erant suspecti: Sic & Dioscorides agebat, quia suspicabatur partẽ hanc fuisse Hippocratis qui fuit Thessali filius. Nã duo hi magno Hippocrati fuere filij, Draco, & Thessalus, ambo q; genuere filios nominatos Hippocrates. Hæc sanè in præsenti capite proposita sunt. Expedit autem vt & nos de ipsis disquisitionẽ instituamus, particulatim dictionẽ vnamquamq; examinantes. Quicunq; morbi ex repletione ortũ habent, euacuatio sanat. Idẽ non est, vt dicas repletionẽ esse continentẽ morborum causam, vacuationem've, & cætera quoq;, quorũ subinde mentio habita est: aut q à repletione, vel ab aliquo aliorũ quippiã fiat. Nã q morbi aliq ex repletione fiant, vel à repletione (nihil.n. interest hoc vel illo modo dici) verũ est: haud tñ verũ deinde est, q repletio sit causa morbi continens. Quippe q morbus affectio quædam est in animantis corpore, quæ, vt in libro de morborum differentijs monstrauimus, primum actionẽ lædit. Repletio vero ipsa, vt & id in libro de plenitudine ostendimus, primũ minime lædit actionem, sed intermedia alia affectione: quam aliter Erasistratus, aliter Asclepiades, secus etiam medici qui Pneumatici vocati sunt, gigni constituere. Nos etiam alibi pluribus explicauimus, in quem modum ex vtraq; plenitudine exoriantur morbi. Monstrauimus etenim duplicem esse plenitudinem, alteram quo ad vires, alteram quo ad vasorum concauitatem. Quæ vires respicit, humores ad corruptionem perducit, fluxionem q; ad imbecilliores in corpore particulas immittit. Quæ vero infusionem, & vasorum ora aperit, ea q; sæpe dirumpit, sæpe etiam mortẽ repentinam infert, si corporis obstruat perspirationes. Iam & curatio non modo dicitur morborum eorum qui facti sunt: verum & eorum qui fiunt. Porrò siquis voluerit in his vti nomine proprio, huiuscemodi omnia, causæ προηγουμέναι, quasi præcedentes dicas, erunt, vt fecit Atheneus, appellãdę: sicuti ea à quibus hę ipsæ, præcedentes inquam, efficiũtur, προκαταρκτικάς vel προκατάρχοντας, quasi ante incipientes, nominabis: ciborum enim multitudo, cruditates, balneæ, exercitationes nõ opportunę, & cætera tandem quę in commentarijs de procatarcticis causis recensuimus, præcedentium vniuscuiusque morbi causarum effectrices sunt. Quos vero parit vacuatio, repletio curat. Qui hæc scripsit, abusus nomine repletionis videtur: quum nedum medici omnes verum & cæteri Græci repletionis vocabulum excessibus immoderatę quantitatis accommodare soliti sint: at vacuatio per contrarium excessum corrigenda non est. Subinde tamen audi rationem, quę immoderatis excessibus fauet. Sunt cibi quidã, qui ad alicuius iam sani habitum moderati sunt: horũ collatione excessum & defectum intelliges. Qui vero vacuatus est, si id quod de suæ prioris mediocritatis quantitate detractum est, resarcire velit: cibum adaugebit. Qui si tantundem nunc alimenti ingerat, quantum ante quàm vacuaretur solitus erat: nunquam id quod exinanitum est replebit. Ad artificem sanè pertinet moderate incrementum id afferre, vt neq; intempestiue repleat quod demptum est, neque cõfertim atq; repente. Sunt nonnulli ex medicis, qui nolint in causis morborum ponẽdas esse vacuationes, quas dicunt tum virium imbecillitatem, tum habitus gracilitatem solummodo parere, & q nullus vnquã morbus ex defectu oritur. Hi profectò non animaduertũt, qui morbi eos arripiant, qui immoderate vacuantur. Nam facillime ex quacunq; occasione refrigerantur, itẽ q; paruo negotio vruntur, faciles etiã vt in lassitudines incurrant, omnibusq; externis causis obnoxij sunt: & lõge pręterea magis ij ex vigilia, tristitia, cruditate, & ira, quã qui bono sunt habitu, in morbos decidunt. Quos labores gignunt, quies remedio est. Labores eos appellat, qui in motionibus fiunt præter modũ. At vero qui in hunc modum affecti sunt, q quiete sint reficiendi: nemo mortalium est qui hoc nesciat, qui q; id etiam non agat, vt neque in hac re medici consilium expectent: immo & bruta etiam (vt iã ostendimus) nedum homines, noxam per ea quæ contraria sunt, lędentibus auferunt. Quos nimium induxit otium, labor tollit. Neque primum, et per se otium morbos excitat, sed media plenitudine: ociosis enim minus corporis particulæ digeruntur, & præterea imbecilliores redduntur, vt inde vtraq; gignatur plenitudo. Itaque immoderatior motus vires quidem nequaquam validiores reddit: humores tamen qui redundant, euacuat. Liquet igitur, quòd si in his motus qui modum parumper excedat adhibeatur, sensim à lassitudine capietur homo, vt tamen non illico febricitet. Summatim vero sciendum quòd oportet medicum præsentibus morbis, formis, temporibus anni, ætatibus'que contrarium opponere.

Formas

Marginal letters: F, G, H. Marginal note: A.l.1.f.1.d.t.c. 1.fol.18.d

A Formas appellare videtur corporum naturas, quarum substātiam ostendimus in temperatura quatuor elementorum sitam esse. Morbi itaq; curantur ab his quæ facultatibus contraria sunt, vt iam monstratum est, non aūt apparentibus imaginationibus. Porrò natura corporis quę temperamento idem est, non omnis per contraria corrigitur: quemadmodum neq; anni tempora, aut ætates: sunt enim in ipsis temperatæ quædam, sicuti multæ etiam intemperatæ: vnde temperatarum similibus seruatur temperies: contrarijs vero intemperies intemperatarū emēdatur. Hæc quippe in libris de tuenda sanitate definita sunt. Atq; contendentia laxare, laxata vero contendere. Nequaquam, vt decebat, morborum oppositionem constituit: cōtendenti.n. laxans, laxato contentū proprie opponitur: contendentia vero & laxantia proprie de causis, & nō de læsis dicuntur corporibus: cōtenta aūt & laxata, ad ipsa læsa iam corpora referuntur. Præterea ēt contenta & laxata corporū nomina sunt, minime vero morborū contentorum aut laxatorum: quem ad modū durum & molle, rarum, & densum: de quibus à nobis probe in sexto epidemiorum libro actum est eo loco. Cutis duræ mollitio, contentæ remissio. Quo etiā in libro subinde de condensando, quod rarefactioni contrarium est, sermonē habuimus: id autē cum inspissare idē est, sicut inspissatū & densatū.

Non reperio hæc verba in lib Epid. habētur tamē in li. de vsu humidorū Hipp. in principio.

2 B *Fiunt autem morbi, tum à victu, tum vero à spiritu, quo attracto viuimus.*

Victum nonnunquam solum cibum potum q; appellant: sæpe etiam hoc nomine omnia vitæ instituta cōprehenduntur: qua significatione hic usurpatum esse est arbitrādum. Neq; enim ex his solum quæ comedendo vel bibendo ingerimus, verum ex balneis quoq; & exercitationibus, otio, vigilijs, mœrore, ira, refrigeratione q; & æstu, morbi ortum habent: quandoq; etiam ex solo spiritu, quo respiramus, lædimur, vt in locis qui Charonij dicuntur.

3 *Vtrosque vero hoc dignosces modo. Quum multi homines vno corripiuntur morbo tempore eodem: id in causa esse arbitrandum, quod communissimum sit, quoque omnes maxime vtimur: id vero est, quo respiramus. Constat enim quod victus cuiusque nostrum causa minime sit, vbi morbus omnes subinde tentat, tam iuuenes quàm senes, tam viros quàm fœminas, præterea q; tam eos qui vinum quàm qui aquam bibunt, quiq; maza, & qui pane vescuntur, & tam eos qui in multis sunt, quàm qui in paucis laboribus. Non igitur, quum homines quocunque victu vsi in eundem morbum incidunt, ratio victus erit causanda. Verum vbi eodem tempore varij suboriuntur morbi: clarum est quòd suus cuique victus causa sit.*

C Quòd communem causam habeat, siquid multis morbis cōmune sit: probe profectò ab eo dictum est, perinde ac cætera huius orationis: vt tamen id nō omnino recte dictum sit, ꝗ ortus communiū morborum in aerem solummodo sit referendus: quādo ex fame in Æno leguminibus vescentes, crura imbecillia habuere: qui vero eruo, illis genua dolebant. Iam etiā nouimus ꝗ comesse semiputridum triticum famis necessitate compulsi quidam, communi morbo ex communi causa arrepti sunt. Sed & exercitus quandoque, dum prauis vterentur aquis, simili in omnibus militibus noxa vexatus est. Cætera huius capitis clara sunt.

4 *Sic autem curatio instituenda est, vt contra occasionem morbi (quem ad modum alibi à nobis dictum est) & victus etiam rationem venias. Nam satis patet, quòd ea quibus homo in uictu vtebatur, vel omnia, vel pleraque, vel ex illis saltem vnum, illi inopportuna sunt. Quæ quum animaduerteris, commutabis: atque hominis tum ætate, tum forma annique tempore, & ipso morbi modo recte examinatis ad curationem accedes, nunc detrahendo, nunc addendo. Iam enim docuimus semper tam in exhibendis medicamentis, quàm in victu instituendo, prospiciendum esse ad ætates singulas, & anni tempora, ad formas & ipsos morbos. Quum vero idem morbus populariter inuaserit, tunc obscurum non est, victum haud esse in causa, sed id quod spirando trahimus: quippe quod morbosa quædam habeat excrementa. Itaque eo tempore homines sic monebis, victum, quòd minime* D *causa sit, ne mutent: sed id curent, vt corpus quàm minime fieri possit tumidum aut imbecille sit: paulatim etiam de cibis & potionibus, quibus vti consueuere, demant. Nam subita victus immutatio citra periculum non est, ne quid in corpore innouetur ab ea permutatione. Porrò hac victus ratione erit vtendum, si quando nihil videatur hominem eo offendi. Verum cura erit adhibenda vt quàm parcissime spiritus in corpus influat, sitq; maxime familiaris. Locum præterea, in vim alienam ab eo in quo morbus ille excitatus est, mutabis, & corpora extenuabis. Sic enim fiet vt homines neque multo neque frequenti spiritu egeant.*

Mancam communium morborum, quorum causa sit aer circunfluus, curationē protulit. Nonnunquam enim halitus stagnorum, paludum, & cœnosorum locorum, vel huiuscemodi alicuius terræ istiusmodi gignendis morbis occasionem præstat: interdum vero sola anni temporum intemperies. Recte igitur, quum halitus sola potius substātiæ proprietate, quàm simplici aliqua qualitate corporibus noxij sunt, curandi rationem explicuit, rem hanc in duos referens scopos, locorū mutationem, ac vsum modice respirationis. At vero in his qui ex qualitate læduntur, non morborum modo iam dum factorum, curatio: verum & custodia ne illi suboriantur per contrarias perficitur qualitates: quia si corpus ab immoderato offendatur calore, per refrigerantia: si ex frigore, per calefacientia: et pari etiam modo in alijs tam simplicibus, quàm compositis qualitatibus. Iam autem

tem à nobis de his indicationibus quæ ab ætatibus, anni temporibus, corporum q; temperamentis sumẽdæ sunt, actum est. Illud vero τῇ φαρμακείῃ προτρέπεσθαι græce dictum arbitror pro προσφέρεσθαι i. occurrere morbis per cõtraria. Nam nunc etiã in Asia dicunt aliquem alicui προσφέρεσθαι χρηστῶς, ἢ φιλικῶς, ἢ ἀπίστως, ἢ ἀπηνῶς, hoc est bene cũ eo agere, vel amice, vel perfide, vel crudeliter. E

5 *Morbi quicunque ex valentissimo corporis membro ortum habent, vehementissimi sunt. Nam si ibi permanserint, vbi cœperint, necesse est vt laborante membro validissimo, totum male afficiatur corpus. Sin autem ad imbecilliores partes à robustioribus quicquam delabatur, non erit facilis dissolutio. Quæ vero ab infirmioribus ad fortiora deuenniunt, solutu faciliora sunt: influxus enim facile à robore repellitur.*

Siue membrũ, siue corpus, valentissimum quis dicat, id proprie dicet quod ad actiones validiores obeundas sit optime constructũ: quo pacto Herculem robustissimũ fuisse dicimus. Altero etiã modo validum esse hoc corpus dicimus, vel hoc mẽbrum, pro hac certa actione, quẽ admodũ aliud pro alia, & in omnibus alicui quidem singularum actionum robur adsit, ita tamen, vt aliud in eorũ alio robur habeat. Vna itaq; actio earum motionũ quæ in animante voluntariæ sunt, vt si aut currat, aut cum alijs animantibus cõgrediatur, aut corpus aliquod animatum vel inanime diuellat, aut quicquã auellat. Est & vna alia facultas quæ ad actiones vitales pertinet, vnde arteriæ & cor habẽt ꝙ pulsent. In his præterea q̃ genere inter se differunt, sunt aliæ quædam dissimiles, quæ non modo in animalibus, sed etiã in plantis, reperiũtur, quapropter naturales eas nominamus, attractrix, cõtentrix, alteratrix, & expultrix. Potest itaq; alias quidẽ in alio atq; alio corpore venter, verbi gratia, facultatem quantum ad vnam quampiã actionem spectat robustissimum habere, vt ad contentricem aut alteratricem: non nunq̃ etiam vel iecur, vel lien, vel aliorum aliquod. Contra etiã in animante eodẽ inualida erit ventris attractrix, vel expultrix facultas, quas tamen iecur robustissimas obtinebit. Sed is author qui hæc literis mãdauit, ista prætergressus est. Mihi vero robustũ videtur intelligere id, quod præter hoc quòd à causis quæ morbos pariunt haud facile afficitur, habet etiã vt si in ipso aliqua humorum excrescat redundantia, in aliud quodpiam membrum ope expultricis facultatis propellat: sed est sanè manifestum quòd oportet vt valentius sit id quod propellit, eo quod recipit. Erit quippe in omni corpore, hoc quidem membrum infirmissimum, alia vero validissima: in quo omnes tam medici quàm vulgares consentiunt. Et proinde podagricis pedes aiunt esse inualidissimos: vniuersum autem articulorum genus ijs qui arthritidi obnoxij sunt: infirmum etiam caput esse, quibus id dolet: & lien, lienis vitio laboranti: oculos quoque illis, qui in lippitudinem procliues sunt: eodem q; in cæteris partibus modo. Præterea vero, vt duplices sunt causæ morborum effectrices, aliæ externę, alię vero quæ à nobis ipsis prodeunt: sic ad externas interdum offensiones non nullæ in nobis partes imbecilliores sunt: ad internas aliæ: quando & causarum ipsarum non eadem genere vis est. In nobis etenim morbi vel ex humorum multitudine, vel ex eorundem suboriuntur prauitate. Externæ item causæ corporibus animantium nocuæ sunt, tum quòd intemperiem quampiam gignant, tum quòd contundant, vel incidant. Luxatio enim & ab vtrisque videtur habere occasionem: solus enim absque alterius congressu quispiam ambulans interdum genu, aut mẽtum oscitans, luxauit: sic et alium aliquem articulum aliud quicquam agens, aut se contorquens: sed & sine vlla externa causa aliquibus infractum est membrum aliquod, dum subito contorquetur, aut vi maiore salit. Vnde totidem sunt membrorum facile aut ægre patientium, totidem etiam firmitatis vel infirmitatis genera, quot sunt causarum. Morbi siquidem qui ex humoribus habent originem, ipsi etiam à robore vel imbecillitate expultricis facultatis ortum habent. Nam quum omnes animalis particulæ naturali quadam connexione inter se deuinctæ sint, à robustioribus repulsi noxij humores, ad alias confluunt: & inde rursus ad alias, donec in imbecilliorem partem quampiam delati, ibi figantur, quòd nullam se præterea inualidiorem habeat, quò morbosum humorem propellat. Hæc si, perinde ac intestina, venter, vesica, vterus'que, effluxus habeat, inde excreta noxia causa vacuatur: quæ tamen si consistentia tenuior sit, sępe canalibus quæ in ea parte sunt, diruptis, aut vasorum ostijs reseratis, copiosior subsequitur euacuatio: in quem modum fiunt sanguinis quæ absq; vulnere sunt, profluuia. Si vero ea neq; dirumpantur neq; aperiantur, sed crassus sit humor aut tenax, qui in aliquam incumbat particulam, tumorem aliquem in ea parte præter naturam excitat. Sic ergo hæc est membrorum nostri corporis imbecillitas, & eorundem robur, in affectibus illis qui ex nobis ipsis prodeunt. Qui vero ex externa causa, ij dum calefiunt vel refrigerantur, exiccantur aut humectantur, plurimũ affici videtur. Alioqui enim quæ aut cõtundunt, aut incidũt, vel aliud quodpiã huiuscemodi agũt, raro admodum corporibus animalium morbos afferunt. Quo fit vt aliud membrum ad aliud in huiuscemodi morbis collatum sit vel imbecille, vel robustum. Membra siquidem natura frigidiora, faciliora etiam sunt vt à refrigerantibus causis afficiantur: calidiora vero, à calefacientibus: nec secus etiam ea se habent, quæ præ siccitate aut humiditate sunt intẽperata. Sunt porrò in his non nulla, quæ & si non ægre à calfacientibus refrigerãtibus've, exiccãtibus q; aut humectantibus causis afficiãtur, quia tamen vim expultricẽ obtinent valentiorem, in aliam partẽ suũ impellunt malũ.

[F, G and H are printed in the right margin beside the lines ending "aut" (…diuellat, aut), "in" (…qui in) and "præte-" (…quòd nullam se præte-).]

* Alicubi legitur ὁμογενεῖς hoc est consimiles.

Quum

A Quum igitur non vnus neq; simplex modus sit, quo membrum robustum aut debile aut sit aut intelligatur, sed multi potius ac genere varij: nemo est qui possit pronuntiare, præsens pars vera sit nec ne. Verum enimuero vt de hac, ita de alijs omnibus quæ modis pluribus dici, & accipi possunt, id sanè dixerim, ꝙ quum ita indistinctè proferantur, confusam ac mimime articulatam habẽt interpretationem, vt inde nequeant auditores aliquem fructum referre. Præterea nec leuem obiectionem id patitur, quod præsens insinuat oratio, vbi ait: Quę vero ab infirmioribus ad fortiora deueniunt, solutu faciliora sunt: influxus enim à robore facile ἀποκλείζεται. Et proinde expositores varij in exponendo illud ἀποκλείζεται fuere. Nam quidam ἀποκλείζεται scripsere, alij ἀποκλείεσται. Fuere & qui ἀποπαγιώσεται, tertia scilicet syllaba verbi istius per ω scripta: Sicut alij in quibus est Dioscorides, per η & σ, ἀποπαγήσεται dicunt ita, vt pro repelli sit positũ hoc verbũ. At vero si ab infirmioribus particulis ad validiores propulsus noxius humor, ab illis rursum repellatur, nihil inde ægrotus proficiet. Quare melius sanè erit vt hoc modo scribatur locus iste. A robore.n. quæ influunt expendentur, hoc est concocta ac digesta consumentur. Quidam autẽ validissimas partes eas appellari hic quæ principes sunt, autumant, & falsam reddunt hanc sententiã. Satius.n. est vt humores praui, relictis principalioribus partibus, in ignobiliores ferantur, q̃ ꝙ ab ignobilio-
B ribus in principes impellãtur. Aspeximus etenim sæpe in his qui articulari morbo, aut podagræ obnoxij erant, ꝙ repulsis ab artubus humoribus eò delatis, illi in principẽ aliquã partẽ contendentes, homini interitũ attulere: cui ea sola relinquebatur spes salutis, si iterũ possent ad artus reuelli.

6 *Venæ, quæ crassissimæ, sunt in hunc modum digestæ: Quatuor sunt in corpore earum paria, quorum vnum ab occipite per ceruicem exteriorem vtrinq; delatæ ad spinam, & inde ad coxas & ad crura, & tandem per tibias exterius ad malleolos vsq; ad pedes perueniunt. Quare in dorsi aut coxendicum doloribus sanguis mittendus est sectis exterioribus in poplite aut malleolo venis. Alteræ autẽ quæ à capite ortũ habent venæ prope aures, & iugulares appellantur, per ceruicẽ interiorẽ † à caua iuxta spinam vtrinq; & lumbos in testes delatæ & femora per poplites ex parte externa, atq; per tibias in exteriores malleolos & pedes: Vnde ad lumborũ dolores testiumq;, venas incidere in tibijs oportet & malleolis interioribus. Tertiæ venæ per ceruicem ex temporibus sub scapulis in pulmonem subinde tendunt, & vna à dextris in sinistra, altera à sinistris in dextra procedit. Et dextra quidem à pulmone sub mammam transiens, se ad lienem & renem confert. Quæ vero à pulmone ex dextris in sinistra delabitur subter mammam ad iecur & renem pertingit: sic tamen vt ambæ in sedem descendant. Quartum deinde par à sincipite oculisq; sub ceruicem & clauiculas deferuntur, mox vero ab his ad flexus brachiorum & cubitum brachialiaq; & digitos: item à di-*
C gitis per pectinem & cubitum ex superiore parte manuum ad inflexus, & per brachiorum inferiores partes ad alas, & à superioribus costis altera ad lienem, altera ad iecur descendit: postea vero vtræque super ventrem incedentes, ad pudenda tandem concedunt vtræque. Sic ergo se habent venæ crassiores. A vena tamen caua multæ aliæ variæq; per corpus dispertiuntur, quæ alimenta corpori ministrant.

† Alibi tamen legimus ἀπὸ τῆς κοιλίας: hoc est a ventre.

Ea quæ in artibus in cõtrouersiã veniũt, partim sensu, partium demõstratione dijudicãtur. Quę ad iudicium sensus pertinẽt, vigentẽ à quo iudicẽtur sensum expoścunt: sed quæ ad demonstrationes, rationẽ exercitatione elaboratã. Iam igitur si de ciborum concoctione, tum ea quæ in ventriculo fit, tum vero quę hanc excipit, humorum generatione, distributione, nutricationeq; & id genus reliquis, sermo habeatur: ratione qua veterũ opiniones iudicentur, egemus. At vero an quæ ruminant animalia, quatuor ventres habeant: quæ autẽ vtrinq; sunt dentata vnũ, à sensu hoc, non ex demonstratione petendum. Vnde diuersus modus est, quo conuincendi falsitatis sint qui aberrãt, in his quorũ sensus, & in illis quorũ ratio iudex est. Eorũ.n. quæ ad sensum attinent, quũ inter se aliq disputant: ad id quod in corporũ dissectionibus conspicitur, si se cõtulerint, facile erit iudiciũ. Sed q̃ demonstrationẽ requirũt, possunt sine vlla ẽt dissectione, sola ascripta demõstratione iudicari. Igi-
D tur quũ scriptis cogimur cũ his cõtendere, q de aliquo dissectorio theoremate, quod sensum in primis iudicẽ habet, impudentissime pariter ac imperitissime pronuntiarũt, fieri nequit vt ignari eorum q̃ in dissectionibus videri solita sunt, possint mendaces à veridicis discernere. Vt enim siquis Cretam esse insulam negauerit: statim ab omnibus qui id audierint, despicietur, quippe qui probe nouerint eam esse insulam: Sic siquis canibus quatuor esse ventres affirmauerit, vnicũ vero ruminantibus, hũc illi qui in ruminantibus quatuor, & vnũ in canibus inspexere, facile deridebũt. Idipsum quoq; de venarũ sectione dicas: nam à sensu, non à demonstratione huiusce rei petendum est iudiciũ. Porrò quoadusq; illi q in hac re discordes sunt, in suis chartis qcqd illis visum sit descripserint: veritas eos q sectionis imperiti sunt latebit. Sic itaq;, quum in hoc præsenti sermone in cõtrouersiam venerimus cum his qui ausi sunt affirmare quatuor venarũ paria à capite in corpus descẽdere: dissectionis rudibus nullam possumus validam scriptis afferre demonstrationem, nempe ꝙ non demonstratione, sed sensu iudice egeat. Nisi quis forte velit ea proponens, quæ de iudicanda historia, tum à multis tam philosophis q̃ medicis, tum vel maxime ab empiricis tradita sunt, horum institutis vsus iudicium afferre. Et equidem antiquiorum iudicia, atque etiam consensum authorum minime fugerim, dũ illi qui scripsere fuerint in re de qua scripsere consummati, quemadmodum in dissectoria disciplina Eudemus & Herophilus: Crateuas, & Dioscorides in metallicis

medicamentis. Quod si quis huiuscemodi subterfugiat iudicium, non modo non poterit quatuor E
venas ostendere à capite descendentes, verũ neq; tres, neq; duas: quia vna tantummodo vena est,
& ea maxima quæ caua appellatur, à gibbo iecinoris per totã animalis longitudinẽ protracta. Nã
quum septũ transuersum animantis partẽ superiorẽ ab inferna separet, vena caua pertransiens trãs
uersum id septũ sursum versus ad cor tendit, deorsum vero à gibbo iecinoris per spinã concedit.
At ab ea quæ sursum cõtendit parte planè perspiciũtur tanquã à caudice omnes exoriri, quæ septo
transuerso superiores sunt venæ: sicut ab ea quæ ad spinã deflectit, inferiores. Horum Hippocra-
2. Epid. sect. 4. tes in secundo epidemiorũ libro || meminit, vbi venã cauã iecorariam vocat. Huic cęteri omnes qui
cunque in dissectionibus versati sunt, consentiunt: nec quisquã alius vnquã medicus repertus est,
siue dissectiones diligentius siue negligẽtius pertractauerit, qui asseuerauerit octo esse venas, q̃ à ca-
pite in corporis infernas discurrãt partes, nõ Diocles, non Praxagoras, nõ Erasistratus, nõ Plistoni
cus, non Philotimus, nõ Mnesitheus, nõ Dieuches, nõ Chrysippus, neq; Antigenes, vel Medius,
vel Euryphon, nec alius tandẽ quispiã è numero priscorũ medicorum. Et quid de recentioribus
dicã, à quibus anatomica disciplina plurimum adaucta est? in quibus Herophilus & Eudemus
fuere: quos nullus ad tẽpora vsq; Marini & Numesiani subsequutus est, qui illorum methodo ali
quod inuentũ addiderit, vt neq; Heraclianus, cũ quo Alexandrię magna attentione versatus sum. F
Horũ virorum & alij etiã plures extitere discipuli: sed omniũ præstantissimi fuere, Numesiani qui
dẽ, pręceptor noster Pelops: Marini vero, Quintus. Quintus vero vt de nulla pręterea re alia quic
quam scripsit, sic neq; de dissectionibus. Sed aliorũ nõ paucos habemus anatomicos libros. Immo
& cõmentaria reperiũtur anatomica à discipulis Quinti ædita, qualia sunt Satyri præceptoris no-
stri & Lyci. Igitur quum ab his omnibus, & ab alijs pręterea multis, de corporibus secãdis scriptũ
sit: nullus tamen nouisse potuit quatuor venarũ paria à capite delabi. Neq; hoc secus esse videtur,
q̃ si quis vellet cõtendere Athenis octo esse arces, vbi vnica tantũ est. Romæ etiã si aliquis diceret
colles octo esse qui inhabitẽtur, alius vero sex tantum, vno vterque mentiretur. Si tamen quispiã
vnum pro septẽ habitari collẽ, contra vero Athenis pro vna octo dicat esse arces, hic lõge maiori
mendacio erit obnoxius, quàm alter, qui vno tantum à vero aberrat. Sic ergo quum vna sit vena,
quæ à iecinoris gibbo in supernas corporis partes fertur: quę etiam si quis à superioribus sectionẽ
exordiatur, descendere potius quã ascendere dici poterit, vt tamen nihilo secius vna videatur: ille
profectò ab omnibus deridendus veniet, q octo dixerit à capite venas deferri. Quia siue ex super-
na parte deorsum, siue ex ima sursum, ferri dixeris venã iecorariã, quã cauam appellant: illa vna pe
nitus semper erit per gibbum iecinoris porrecta. Et proinde si vllus cuiuspiam reperiatur liber, G
qui anatomen huiuscemodi litteris mandauerit: nullus sanè vnquam eã poterit illius habere ratio
nẽ, vt pati possit particulatim omnia capita legere: immo hoc vno audito, quatuor esse venarũ in
corpore paria, statim quasi à stolido quodam instituto aufugiet. Verũ posteaquam hæc à non nul
lis interiecta sunt Hippocratis operibus, coacti fuimus nos hoc tẽporis, quod tũ in his refellẽdis, tũ
vero illis quę vel pperã scripta sunt legẽdis cõsumimus, dispendiũ subire. Est (ait ipse) par vnũ ve
narũ, quod ab occipite exoriens, p ceruicẽ descẽdens, & ab exterioribus spinæ partibus ad coxas de
latum, mox inde p tibiã ad malleolos tandẽ exteriores puenit: Alterũ vero par à partibus iuxta au-
res originẽ habere ait, quod per collũ delatum, constitutis q; venis iugularibus vocatis, mox vt pri
mũ ex externis circa spinã partibus, ita hoc ab internis, ad testes & femora pertingit: deinde vero p
poplites ad internos cõcedit malleolos. Quis vnquã si vel diẽ vnã secari corpora viderit aliquãdo,
hęc audire queat? Multa quidẽ in sectionibus existũt theoremata obscura, nec facilẽ demõstratio
nem habentia, quæ merito quempiã ex his qui in ea re non admodũ consummati sunt, latere pos-
sunt: & propterea de his aliqua suborta est dissensio: at maximę illius venæ negotium ita omni-
bus apertum est, vt illos qui ex anatome quicquam addiscere potuerint, fallere nequeat. Immo
adeo penes omnes in confesso est, vt etiam poetæ id cognoscant. Vnde Homerus ait, H

Et venam præcidit inde,
Quæ dorso incumbens in collum fertur vtrinque.

Sic igitur vnam, vt vna etiam est, nouit, non quatuor: duas extra spinam, duas item alias quæ eo-
dem sicut illæ modo vtrinque secundum spinam porrectæ sint: vt tamen nullum sit animal,
quod, in quem modum qui hanc descripsit anatomen fingit, quatuor habeat. A vena hac ma-
2. Epid. sect. 4 xima, per vniuersos spinalis medullæ fines, vt in secundo Epidemiorum libro || scripsit Hippo-
crates, germina oriuntur: superior eius terminus ad clauiculas est, inferior autem ad os sacrum.
Horum alter in venas iugulares scinditur: alter in illas, quæ in crura deferuntur. Iam ergo quo
modo is, qui hoc secundum par commentus est, putauit iugulares venas duas permanentes iux-
ta spinam ex internis partibus ad crura deuehi? quo etiam interius ad malleolos peruenire?
quum vna in vtranque & sola vena feratur, & non vna intra, altera vero extra malleolos, sed
vnius & eiusdem sunt rami. His autem præterea ineptius est tertium id venarum par, quas à
temporibus deductas per ceruicem, sub scapulis transire ad pulmonem dixit: inde vero muta-
to incessu, à recto in obliquum, dextram ad sinistrum latus peruenire, sic'que ad lienem, & si-
nistrum renem concedere: sinistram vero ad dextrum renem: & ambas tandem in sede finiri.

Sed

A Sed dicat quispiam authori huiusce inuenti, ò bone vir, sedes habet sua venarũ germina à caua iuxta lumbos exoriẽtia, qua sanè parte duæ illæ q̃ in vtranq; partẽ deductæ à caua ortæ, quasi rami maiores in crura deueniũt. Et quis prẹterea est nedũ medicus sed nec coquus, qui nesciat sanguinẽ à corde, cuius ille qui hoc tertiũ cõfinxit par, vsquã in suo sermone ne meminit quidẽ, pulmoni per venã vnam subministrari? Immo is istius sermo id si vllam habeat venam ignorasse videtur, quod tamen à non nullis sectoriæ disciplinæ peritis tanquam fons & origo venarum omnium per vniuersum corpus distributarum, habitũ est. Quartũ enim venarũ par à sincipite oculis q; suum initiũ habere ait, vnde sub ceruicem & clauiculas delatum, brachium ingredi, ad vtranq; manum vnam: subinde vero ex superioribus partibus in digitos ferri, & mox referri rursum per vniuersam manũ ad alam, inde q; per costas progredi, alteram quidem in iecur, alteram in lienem, vt tãdem à ventre decurrentes ambæ ad genitalia desinant: sic q; nec istæ vllam cordi partem attribuũt. Qui ergo potuit is horum, veluti nouus quidam Prometheus, confictor, tãtum viscus, cor inquã, omnino obliuioni mandasse? At nec cerebri vsquam meminit: vel forsitan quòd malleolis esset in minori honore habendum. Sed quod de renibus tradit omnẽ videtur cẹcitatem superare: quippe qui à vena caua maximas venas habeant, quas iste prẹtergrediens, sibi quasdam alias eò à pulmone deferri cõ

B fingit. Iam igitur satis ex omnibus istis constat, q vir iste nequaquam, vt alij quidã sectionibus operam dantes sæpe faciunt, quædam quasi cæcutiens prætererit, sed potius nihil prorsus viderit. Nã siquis vel maxima non videat, hunc nihil omnino videre, q̃ cæcutire verius dicas. Atque is qui de venarum à capite in vniuersum corpus partitione habitus est sermo, q ebriorũ somnijs similis sit, eorum qui sectionibus vel parum interfuerint, nemo ignorat. Porrò paruas aliquas venas viros anatomicos fefellisse, magnum non est: nunquam tamen quisquam aliã alio modo descripsit, neq; eas quæ à cæcis etiã, modo digitos admouissent, comprehendi poterant, prætermisit. Itaq; vna est vena, per quã sanguis ex iecinore in vniuersum corpus influit, à qua multæ aliæ minores quasi rami à trunco prodeuntes, illum omnibus corporis dispertiuntur particulis. Quòd si sanguinẽ in caua vena fluuio compares, riuulis vero illum qui inde in corporis particulas defluit: minime à vera aberrabis similitudine. Sed siue fluuio, siue trunco similẽ esse venam magnã quis dicat: omnes penitus medici consentiunt vnicam eam esse, præter q̃ ille qui audacissime quatuor hæc paria huic libro interseruit. Et prẹter alia multa, tum cor, tum venam ipsam cauã silentio prẹterijt: quum tamẽ iugulariũ meminerit, in quas illa in supremo thorace scinditur. Quicquid enim prẹterea inter locũ hunc & vltimam spinæ partem clauditur, vena caua occupat, à qua venæ vtrinque germinant. Ex

C vtroq; vero ipsius termino, & ex vtrisq; partibus bipartita est. Nam à superiore eius parte duæ prodeunt venæ maximæ, quæ per collum inuectẹ iugulares appellãtur: ab inferioribus vero in vtrũq; crus vna, vt iam diximus, & ea qdem maxima descendit. Eorum sanè quæ p collum feruntur, & iugulares vocantur, in suo illo secundo pari meminit nouus hic noster Prometheus: vbi temeritatẽ ac ignorantiã maximam ostendit, nulla vnquã cauæ venæ, à qua istẹ ortũ habent, facta mentione. Debuisset quippe, si vnq̃ vel tantillũ secãdis corporibus interfuisset, dixisse venas has iugulares in vnum coire & efficere iecorariam vel cauam venam, vel quomodocunq; quis illã in præsentia velit appellare. Quòd si de istis tanq̃ semper sic duabus permanentibus ab eo sit sermo habitus, qui dicat illas per internas prope spinã partes ad interiores malleolos deuehi: quid deinde de alijs venis post quatuor illa paria descriptis erit dicendũ? quas ipse putauit alimentũ à caua vena in corpus vniuersum afferre: ac si quatuor illa cõmemorata paria alterius cuiuspiã negotij gratia fuerint à natura fabrefacta, neq; vnũ idem q; & cõmune sit venarũ omniũ munus: nempe sanguinẽ ex hepate in cẹteras animantis partes aduehere. At vero quæ à ventriculo & intestinis succum ciborũ in iecur asportant, earũ nulla vltra iecur progreditur: immo nec in multis secundum iecur locis apparent, quamuis numerosæ admodũ ex ea parte sint, qua ventrem & cætera attingũt intestina: sed

D in vnũ locum quem portas iecoris vocant, omnes cõueniunt: quẹ locũ qui primus portas nominauit, iecur vrbi aut ædibus amplis comparauit: intestina vẽtrem q; agris, ex quibus instar viarũ per venas multas cibi in vrbis ædium've portas vehuntur. Delirat itaq; in hoc animante, quẽ sibi nouus iste Prometheus, suo sermone fingit. Nã nemo vnquã animal aliquod effectu ipso sic formabit, vt in eo venẹ à vẽtriculo & intestinis alimenta in totũ corpus deferant: oẽs siquidẽ in vnũ concurrunt locũ, portas scilicet iecinoris: vnde quæ per id viscus dispertitẹ sunt venẹ assumptũ alimentum in cauam venã ferunt: à qua in totũ corpus sanguis (vt paulo ante diximus) distribuitur.

7 *Ferunt præterea à crassioribus venis in cauam & in reliquum etiam corpus, atque ab exterioribus intro, mutuoq; impartiuntur: internæ extra, & externæ intro.*

Poterant huic nouo Prometheo quatuor ea venarum paria suffecisse: nec tamen satis isti fuere, immo præ inexplebili quadã impudẽtia, has illis insuper addidit, q̃ corpori à caua vena alimentũ ministrẽt. Et nũc coronidẽ sermoni impositurus, de venarũ cõione hoc tandẽ minime verũ ꝓtulit. Ex his etenim venis q̃ à caua oriũtur, quas ille crassas vocat, nulla in alia partita paria intestinis aut ventriculo inseritur. Porrò vt ne verbũ quidẽ is, qui hãc venarũ anatomen cõmentus est, verũ attulit: sic Hippocrates epidemiorũ libro secũdo, ꝗ in nullo prorsus aberrauit. Quare insaniũt profectò 2. Epid. sect. 4.

qui ne per ſomniū quidē corporū ſectiones attigere, & libros Hippocratis exponere aggrediūtur, E
& illi quammaxime, qui quum velint Hippocratici appellari, in eundē tamen authorē & has vni-
uerſas de venarum ſectione nugas, & exactam eiuſdem diſquiſitionem in ſecundo epidemiorū tra-
ditam referendā arbitrantur. Si.n. in alterutro eorū aliquod præterea acceſſiſſet inuentū: fieri ſanè
potuiſſet vt idē vir tēpore peritior factus, illis q̄ ab eo prius ꝓbe dicta fuerāt, alia ēt addidiſſet. At
quū videamus Hippocratē nō modo omnia ad amuſſim in cōmentarios retuliſſe quę cūctis planè
conſpicua ſunt, verum & ea q̄ ad videndū ſunt difficiliora, is vero qui hanc anatomen cōpoſuit, ea
etiā non viderit quæ quiſq; vel palpādo inueniat: Quomodo poteſt quiſpiā affirmare eundē vtra-
que hæc ſcripſiſſe? quomodo etiā probabile eſt, vt abſoluto vniuerſo qui de hominis elementis in
ſtitutus erat ſermo, de venis ſubnexuerit? Aut enim tota anatomes ratio explēda erat, aut neq; de
venis erat tractandū. Hoc.n. magis ad cōmentationes, quas nobis ipſis memoriæ gratia deſcribi-
mus, attinet vt eiuſcemodi varia theoremata ſimul explicentur. Iuſto aūt & legitimo volumini ne
quaquam conuenit, vt priore doctrina conſummata, ſubinde illi alterius pars aliqua annectatur, at
que iterum illa relicta, paulo poſt alia, & poſtmodum etiam alia: quod in his eueniſſe videmus,
quæ libro de natura humana ſubiecta fuere. F

8 *Sanguis ergo iſtis inſtitutis mittendus erit.*

Quæ ipſe videlicet præmonſtrauerat, qñ ad finē primi paris ſubiunxit hæc verba. Venā itaq; ad
coxarum & dorſi dolores in poplitibus ſecabis & exterioribus malleolis. Secundo item pari hęc
adſcripſit. Vnde ad lumborum dolores & teſtium, venas in tibijs incidere oportet & malleolis in-
terioribus: vt tamen in tertio & quarto pari nihil de vena ſecanda meminerit: quapropter hac etiā
parte mancam tradidit hanc inſtitutionem, qui multas prætererit corporis partes, quarum venæ
tundendæ eſſent, explicandæ erant. Vt ergo ab vniuerſa anatomes ratione particulam quandam
auulſam litteris commiſit: ſic & quod de ſanguine mittendo referendum erat.

9 *Procurandū autem eſt vt ſectiones quā maxime procul ab illis locis faciamus, vbi dolores excitari, ſanguinēq; col-
ligi nouerimus. Sic.n. nulla magna permutatio repente fiat, cōſuetudoq; intercipietur ne amplius in eundē locū confluat.*

Quòd ſectiones venarum hic intellexerit, quas phlebotomias cōpoſito appellamus nomine: re
cte ab expoſitoribus acceptū eſt, q in hoc oēs cōſentiunt. Quòd vero minime definierit nū dolenti
bus iā partibus cēſeat ꝓcul eſſe reuellēdos humores, vel potius ſanitatis tēpore: ea ratione forte ve
niet reprehendendus. Et mihi quidem videtur quòd id in his quis proſpera vtantur valetudine di G
ctum ſit: quippe quòd voluerit author aſſuefacere humores redundantes in alias ferri partes.

10 *Qui ſine febre multū puris expuunt, quibus etiā abſq; dolore plurimum puris in vrina ſubſidet, & quibus cruentæ
ſunt deiectiones, vt in dyſenterijs, & diuturnæ, quæ iuuenes annos quinq; & triginta natos atq; ſeniores arripiūt: in
his omnibus ſpontanei oriuntur morbi. Hos.n. in laboribus verſari oportet, & corporeos labores diligere, & in adole-
ſcentia in operibus eſſe: deinde vero reiectis laboribus, carnē reficiāt mollē à priori plurimū differentē, corpusq; quod
prius habebat, plurimū ab eo diſsideat quod refectū eſt, vt nihil inter hæc cōueniat. Quādo itaq; morbus aliquis eos qui
ita ſe habuerint, arripiat, tūc quidē euadūt, demū attamē poſt morbū liqueſcit corpus, & per venas qua maxime patēt,
effluūt ſanioſa. Quod ſi in inferiorē aluū ferātur: tales erūt deiectiones, quale erat id quod in corpore inerat: quū.n. via
ſit decliuis, diutius in inteſtino nō permanet. Quibus vero in pectus delabitur, hi ſuppurati fiunt: accliuis.n. expurgatio
eſt, & in pectore longiori tēpore cōmorans putreſcit, & in pus tranſit. Quibus in veſicā eijcitur, ex loci iſtius calore
albeſcit & excernitur: quodq; tenuiſsimū eſt, ſuperius delatum conſiſtit: craſsiſsimū vero ſubſidet, & pus appellatur.*

Omnia quæ hac traduntur ſerie, clara ſunt, potius q̄ lectorē qui animū aduertat, q̄ expoſitorē de
ſiderant qui declaret: q̄ tñ an vera ſint, partim experiētia, partim rōne examinanda ſunt. Experien
tia quidē obſeruandū eſt, nū aliq à febre immunes viſi vnquā ſint aut ſputo pus reiecíſſe, aut vrinis H
aliqd excreuiſſe: ꝑterea ſi priorē vitā duxerint laborioſam, moxq; quieuerint multo tēpore: atq; ſi
ij à morbo detēti incolumes euaſere, & ſubinde ſi purulētę excretiones ſupuenerint. Hæc experiē-
tia ſunt iudicāda: Ratione vero, ſi quā is retulit, cauſa vera ſit, vel ſecus. Iā vero ꝙ iſta ab ipſo autho
re ꝓducta nullā ſecū habeant neceſſitatē, facile oībus conſpicuū erit, qui demonſtratiuis methodis
operā nauarūt. An autē ꝓbabile ſaltē habeat, ſecū quiſq; perpendat: videtur.n. ꝓbabile in his eſſe,
q̄ ad aliud referunt. Et eqdē quantū ad ea ſpectat, q̄ in experimētis apparēt: tm̄ hoc habeo qđ tibi
afferā, me cruētas vidiſſe ſępenumero deiectiōes ꝑ aluū ab his q cōſuetas validasq; exercitatiōes di
miſerint, excretas: purulētas vero nequaq̄. Vidi ꝑterea ex qbuſdā ꝑiodis tū ordinatis, tū ēt inordi-
natis mucoſa ab his in vrinis reddi et ꝑ aluū deijci: ſicut et ſputa cocta qdē, purulēta vero minime.

11 *Gignuntur etiam in pueris calculi ob calorem tum loci illius, tum vniuerſi corporis: viris præ corporis frigore cal-
culi non naſcuntur.*

Loci nimirum veſicæ, de qua in fine prioris orationis ſic ipſe ait: Quibus in veſicam eijcitur à
loci iſtius calore albeſcit. Inquit ergo quòd calculi pueris innaſcuntur ob calorē tam veſicæ quàm
corporis totius. Poſtea de puerorum calore hæc ſubiungit.

Nam

12 A *Nam hoc probe noviſſe expedit; hominem primis illis diebus calidiſſimum eſſe: poſtremis vero frigidiſſimum.*

Qui ſimpliciter abſq; limitatione primis illis diebus hominem aiunt calidiſſimum eſſe, eorum ſermo non eſt verus: at cum limitatione, verus. calidiſſimus ſiquidē eſt, ſi de innato calore loquamur, is enim in pueris plurimus eſt. Id autem, vt ſequens indicabit oratio, ille qui hæc ſcripſit obaudiuiſſe videtur, quod tamē in hoc ſermone præcipuū erat. Neq; enim, vt Hippocrates dixit, Qui augentur plurimum habent innati caloris: ita hunc ſenſiſſe oſtendes, immo nauuo prætermiſſo, ſimpliciter putaſſe calida eſſe quæ creſcunt. 1. aph. 14. Ex. or. 7.a

13 *Neceſſe ſiquidem eſt, vt augeſcens corpus & ad vim progrediens calidum ſit.*

Quum Hippocrates dixerit, qui augētur plurimum habent innati caloris: videtur hic author exiſtimaſſe corpora his qui augentur, calida ſimpliciter eſſe: qui innati nihil in hoc meminerit ſermone. Quòd enim ad vim progreditur, calidum fore ait. ad vim autem progredi, vult quid huiuſmodi indicare. Videtur ipſi incrementum eſſe rem violentam, & validam. & vt opera alia vehementiora operarios excalfaciunt: ſic & incrementum. At contra debuerat dicere, ex innato calore pueros augeri: non aūt ob id eos incaleſcere, φ augeantur. Nā calor ipſe innatus nō ſolū modera-
B te calidus, ſed preterea ēt humidus eſt. Igitur iure merito eiuſcemodi augentur corpora, quippe q̄ in tres diſtendantur dimēſiones, & quaſi inflantur, & propterea omnibus illis fit acceſſio. Itaq; ca vndiq; natura diſtendit ad hoc negotium organo vſa calore innato. ex humore.n. habet vt facile protēdantur. Atqui pleriq; pueri, vtpote qui plurimū voraces ſint, humorē non modicum aggregant, quem crudum proprie vocamus: qui calculo gignendo in primis opportunus eſt. rationem ſiquidem materiæ habet, accedente calore vti effectrice cauſa.

14 *At vbi flacceſcere corpus cœperit, ac in ocium prolabi, frigidius euadit.*

Et hic rurſum, quando non amplius augetur corpus, his qui inclinata ętate ſunt, ipſum ab ocio fieri ait frigidius. At ſatius erat vt contra ratio cauſę aſſignaretur. ob id enim quia illis innatus calor imminuitur: & incrementum etiam ceſſat. Clarius tamen horum author ſuam in ſequenti parte ſententiam aperuit.

15 *Et hac ratione, quo magis priori die homo augetur, eo calidior redditur. quo etiam poſtrema die marceſcit plurimū, eo frigidiorem fieri neceſſe erit.*

C Nos ergo recte partem ſuperiorē, vbi ait: Neceſſe ſiquidem eſt vt augeſcens corpus & ad vim progrediens calidum ſit, interpretati ſumus. Erat enim è contrario dicendum, ob calorem innatū augeri quæ augentur: non autem quia augeantur, ideo eſſe calida: vt eadem ſit ratio in his quę decreſcunt. Putat nanq;, quando non amplius creſcit, frigidum fieri propter ocium, dum priſtinum incrementum quod in opere erat, nunc quieſcit.

16 *Qui eo modo ſe habent, pleriq; eo ipſo anni tempore quo decreſcere cœperint ſani ſua ſponte fiunt, diebus quadragintaquinque. Qui vero id tempus exceſſerint, anno ſua ſponte ſani fiunt, niſi re alia lędatur homo.*

Quoſnā eo ſe habentes mō nominat? Nimirū quos prius cōmemorauerat. Qui ab exercitatione ad ociū tranſlati pus expuunt, & mingūt, dyſenterijs q; corripiunt. Vbi equidē dixi me plures vidiſſe cruentis arreptos dyſenterijs, qui laborioſa negotioſa q; vita relicta, ad deſidem ſe contulerint. Qui vero pus expuerint aut minxerint, nullos vnquam vidiſſe. At hic (vt arbitror) crudū quem vocant humorem, vbi concoctus ſit, pus eſſe putat. Qui autem hoc mirum ſit? quando & Eraſiſtratus quoque ea quę in vrinis febricitantium ſubſident pus eſſe, non hunc humorem cenſeat? neq; nouerit in bene valentibus ēt qui voraces ſint, id genus plurimum ſubſidere? Nos mul
D tos obſeruauimus, qui in ocio aliquādiu vitam egere, vrinis magnam copiam rei quæ muco ſic appellato ſimilis erat, excreuiſſe, & in eorū nonnullis vbi hæc tarde permeabant, puri ſimilia excernebantur, quemadmodum & in reſpiratorijs inſtrumentis, quando diutius contenta concoquuntur. Huius autem & ipſe paulo ante cauſam retulit: in dyſenteria quidem, quum dixit viam decliuem in cauſa eſſe celeris excrementorum tranſitus: quemadmodum tardi accliuem in ijs quæ tuſſi rejciuntur: in vrinis vero loci calorem. Quòd ſiquis concedere nolit in vrinis, aut ſputis, aut excrementis à pure crudum humorem differre: is alterutro errori obnoxius eſt, quia vel vltro, ne ſuū dogma prodere videatur, doloſe agit, Eraſiſtratū imitatus, qui voluit febres omnes habere ab inflammationibus ortū: vel ſophiſtes eſt, qui in operibus artis nunquam verſatus ſit. hos antiqui recte λογιάτρους appellant. Porrò à crudo humore pus colore, ſubſtantia, ac odore diſtat. Iam & per nares & per os certis quibuſdam vel incertis circuitibus fit huiuſce crudi humoris excretio, vnde expurgatur cerebrum, cuius nulla nunc ab illo qui hæc ſcripſit, mentio habita eſt. Merito tamen dixit prædictos ſponte ſua fuiſſe ſanatos, id eſt nullo noſtro negocio. Nam ipſa quantum ſatis ſit, natura expurgat. At expurgationis duplicem ipſe præſcripſit terminum: Alterum eo anni tempore quo dicta iā excretio ipſis cœpiſſe contigit: alterū qui in annum protenditur: vt tamen qui breuior eſt, ad quinq; & quadraginta dies producatur. Nōnulli vero nō quadraginta quinq;, ſed qua-

draginta

draginta ſcribunt. Ego ſanè multos in hunc modum à natura fuiſſe expurgatos quum obſeruaue E rim, non eos duos ſolummodo terminos* euacuationis quos iſte deſcripſit animaduerti, ſed quàm plures. Alius etenim alio pręfixo termino plenè purgatus eſt, alij quidem diebus quadraginta: alij in menſes, & eos non numero pares, progreſſi ſunt: nec defuere, qui per annum integrũ ab eo ſymptomate detenti ſint.

*Melius in manuſcriptis ὅρος legitur q̃ ĩ impreſ. ὡρῶν.

17 *Morbi qui celeriter fiunt, & quorum occaſiones manifeſtæ ſunt: hos quàm maxime periculo vacare denuntiabis. His vero curationem adhibebis, contraria occaſioni ipſius morbi inſtituendo. Nam ſic illud, quod morbum in corpore excitat, depellas.*

Cum his illud pugnare videtur, quod in aphoriſmis traditum eſt, Acutorum morborum non » omnino certæ ſunt pronuntiationes neq; ſalutis, neq; mortis. Sabinus, dum nodum ſoluere cona- » tur, nugatur plurimum, nihil tamen quod conſentaneum eſſet attulit, vt & aliorum pleriq;, qui librum hunc exponendum ſuſcepere. Mihi vero non videntur aſſequi quid ἐξ ὀλίγου ſibi velit. Ipſi enim arbitrantur de breuibus & acutis morbis ſermonem haberi: quum tamẽ ipſe non videatur id voluiſſe, ſed de ijs qui a manifeſtis cauſis recentem ortum habent, ex breui tempore, nõ autem ex multo excitatum. In his ſiquidẽ facilis eſt eius quod euẽturum eſt prędictio, vtpote quia iam & F ipſa cauſa qualis & quanta ſit cognoſcatur. At, qui paulatim & longo temporis ſpatio fiunt, nec ſui ortus apertam aliquam cauſam habent, in his non ita erit prẹſagitio tuta. Recentes vero morborum cauſæ ſunt, æſtus, refrigerationes, vigiliæ, mœrores, curæ, cruditates, durum cubile, laſſitudines, ebrietates. & id genus reliqua. Per ea ergo quæ morborum occaſionibus contraria ſunt, moliendam eſſe curationem ait. Vt ſi exæſtuauerit, refrigerantia adhibeantur: ſi frixerit, calfacientia: ſi laborauerit, vt quieſcat: ſi in otio præter morẽ degerit, plenius exercitetur: ſi fuerit repletus, euacuetur: ſi euacuatus, repleatur: in quem modum ſuperius etiam ea parte dixit, cuius principium eſt, ‖ Quos morbos repletio gignit, euacuatio ſanat.

Supra textu 1. 181.e

18 *Quibus in vrina Arenoſa ſubſidet, vel pori, his inter initia Tubercula ad craſſam venam exoriũtur, ac ad ſuppurationem ducuntur. Poſtea vero ſi ea tardius erumpant tubercula, ex pure coguntur Pori, qui cum vrina extruduntur per venam in veſicam.*

Poteſt quidẽ eſſe, vt ea de cauſa quam ipſe attulit, eiuſcemodi vrinę fiãt: põt & pariter eſſe, vt fiãt abſq; vena ex affectu renis. Frequenter tamen huiuſmodi excretiones in vrinis proueniunt etiã ſine tuberculis: nempe quando craſſus & ſatis viſcoſus humor tarde egrediens, ab illius loci calo- G re exiccatus cogitur.

19 *Quibus Vrinæ ſunt Sanguinolentæ, his venæ laborarunt.*

Obſcurum eſt qua de re/laborarunt/dixerit. Nam ſignificare poteſt eas imbecilles factas, vt ſolutis viribus ſemicoctum ſanguinem generent: qui vel prę earum imbecillitate facile profluat, vel quaſi res aliena ab illis excernatur. Poteſt præterea cõmuniter/laborarũt/ſignificare affectę ſunt, ꝙ ſcilicet tota affectio citra renũ incommodum ad ſolas venas pertineat. Quæ tamen illa ſit, haud ex hac expoſitione indicatur. At vero ꝑquã manifeſtũ eſt ꝙ neq; Hippocrates, neq; Polybus, vnquam οὐρήματα dixiſſent, quum ita dicere potuerint, quibus ſanguinolẽta ſunt τὰ οὖρα. Alioquin enim Hippocrates frequẽtiſſime οὖρα ſcripſit: οὔρημα vero nullibi in eius ſcriptis inuenias. Sunt & alia multa adſcripta in hoc libro, quæ manifeſte indicant ea neque Polybi neque Hippocratis fuiſſe.

20 *Quibus vnà cum vrina, & ea craſſa Carunculæ forma pilos referentes egrediuntur, eas à Renibus prodire cognoſcas, † & ab Arthriticis.* H

Hæc particula in manuſcriptis non habet.

Aphoriſmum illum in hoc loco interpretatus eſt, ‖ Quibus cum vrina craſſa carunculæ paruę, » aut capillis ſimiles egrediuntur, his a renibus fit excretio. »

4. aph. 76. Ex. or. 36. b.

21 *Quibus vrina nunc pura eſt, nunc autem veluti furfures innatant, his veſica ſcabie tenetur.*

Hoc item loco eum aphoriſmum deſcripſit, ‖ Quibus in vrina craſſa furfuraceum quid excerni » tur, his veſica ſcabie laborat. »

4. aph. 77. Ex. or. 36. e.

22 *Plurimæ Febres ex bile giũgntur, quarum formæ, præter eas quæ ab occultis doloribus proueniũt, ſunt quatuor. Earum nomina ſunt continua, quotidiana, tertiana, & quartana. Quæ Cõtinua vocatur, ea à bile plurima fit & ſinceriſſima: iudicationes q; ſinceriſſimas, & tempore breuiſſimo facit: corpus etenim quod nunquam refrigeratur, citiſſime colliquefit, quippe quod ex multo calore feruet. Quotidianam poſt continuam copioſior bilis parit, & alijs velocius depellitur: eſt tamen quã continua lõgior, quia à minore bilis copia gignitur: quieſcit q; interim corpus, quod in cõtinua requiem nullo habet tẽpore. Tertiana vero lõgior eſt quàm quotidiana, vtpote quæ ex pauciore bile naſcatur. Vt autem diutius in tertiana quàm in quotidiana corpus requieſcit, ita etiam hæc quotidiana prolixior eſt. Quartanarũ in alijs eadẽ ratio, niſi quod tertianis ſunt lõgiores: quo.n. minus bilis participes ſunt, quæ calorẽ præſtat, eo magis*

habent

A *habet ut corpus refrigeretur. Ab atra autem bile prouenit is excessus, atq; etiam quòd ægre depellatur: nam bilis atra omniũ quæ corpori insunt maxime lenta est, sedem q; diuturniorem habet. Quòd quartanæ febres expertes non sunt bilis atræ, sic cognosces: Autumno siquidem homines à quartana corripiuntur, & a quinto & vigesimo suæ ætatis anno, ad quintum & quadragesimum. Hæc autem ætas præ omnibus alijs ætatibus atræ bilis est particeps, & autumnus præ alijs omnibus temporibus. Quos vero extra id anni tempus, eam q; ætatem quartana inuadit, nouisse oportet, eam febrem, nisi homini aliquid obfuerit, minime fore longam.*

Pleriq; expositores, in quibus posuerim Sabinum, illum mihi imitari videtur, qui quum aqua inter cutem laboraret, medicũ exposcebat vt suã diligẽter reduuiam curaret: alterutrum sane erat, aut is se vniuerso corpore laborare non animaduertebat, aut putabat curationem non requirere. Pari modo & expositores, aut animi oculis cæcutiunt, aut arbitrãtur leuioribus quidem erroribus esse consulendum, maioribus vero nullum esse remedium adhibendum. Hi quasi ex profundo excitati somno sentiunt tandẽ, quã ea quæ in hac parte tradita sunt, nẽpe quotidianã esse tertiana breuiorem, cum Hippocratis sententia pugnent, qui in primo epidemiorum libro ‖ necnõ in aphorismis ‖ aperte protulerit tertianam celerrime iudicari: & proinde aiunt librũ hunc nõ esse Hippo- Sect.3.te.8.3ª. 119.h 4.Aph.59.Ex. or.33.g
B craticũ, quũ & falsa cõtineat, & quę ab his quæ alibi scripta ab Hippocrate sunt, discrepent. Quippe si in hac tantũmodo re putant hunc qui ista quæ libro huic inserta sunt, adscripsit tũ mentitum fuisse, tũ ẽt Hippocrati refragari, similes illi sunt qui reduuiæ attendit, corpus vero vniuersum esse pessime affectum non aduertit. Quem.n. latet quotidianã esse longiorẽ tertiana, is se in operibus medicinæ parum esse exercitatum prodit. Porrò ille non tam ex impudenti stupiditate mendaciũ id effinxit, quã probabili ratione motus: eo magis ꝙ inter antiquos non nulli fuere, in quibus est Plato, q sensere cõtinuas febres ex ignis excessu gigni, quotidianas aeris, tertianas aquę, quartanas
" terræ. Platonis vero hæc sunt verba: Itaq; corpus quod ex ignis abundantia laborauit, continuos
" feruores & febres efficit: quod vero ex aeris, quotidianas: at ex aquę, tertianas, vt q̃ igne & aere sit
" tardior: quartũ aũt quum ex terra fit, oĩum lentissimũ est, & quadruplicibus temporis circuitibus
" purgatur, quartanã efficiens ęgre remouetur. Igitur quũ Plato elementũ pigerrimũ, quod & firmissimũ est & ad motũ difficillimũ, quadruplicibus purgari dicat circuitibus, verisimile ipsis visum est alia quoq; inter se eadẽ ꝓportione differre, qua genita sunt, vt qđ subinde sequtur terrestre elemẽtũ, vtpote aqua, circuitũ ẽt quaterno proximum ꝓducat: itẽ quod huic consequens est, q aer est, quotidianũ: quod vero citissime mouetur, id aũt planè ignis est, febrẽ parit continuã. Probabi-
C lior tñ ea ratio est, q̃ causam ortus ipsarũ in calidũ natura refert elemẽtum, id est ignẽ. Neq;.n. cõsentaneum est affectũ calidissimũ à frigido dominãte elemẽto in corpore gigni: cõgruum sanè est calidũ affectũ ex redundantia elemẽti calidioris excitari. Discrepant autẽ mutuo febres suis ipsis differentijs, quas in quantitate causæ ponas. Quod si cõcesserimus, febris, q̃ cõtinentissima iuxta q; & calidissima est, à plurimo igne proficiscetur: quod huic cõtinens est, secundum sibi vendicabit in quantitate locum, tertium tertiana, quartũ quartana. Solutiones quoq; earum erunt causis consequentes: calidissimæ quidẽ febris, citissimæ: ab his vero temporis spatio secundũ ordinẽ habent quotidianę, tertiũ tertianæ, quartũ quartanę, ita vt si ad ꝓbabilitatẽ respicias, hæc sanè erunt recte ꝓnunciata. Hanc vero rationẽ rerũ ipsarum explanatio cõuicit. At in superiori venarum anatome eius author nulli innixus probabili argumento non semel, aut bis, aut etiam ter, ementitus est, sed sæpissime: vt neq; vnum quippiam in illis inuenias quod vel casu sit recte expositum: vnde mirabile profectò est, quòd in nullo eorũ authorem, qui omnia hæc à libro de Natura humana vsque huc conscripsit, accusauerit vnquam, in pręsentia accuset ita, vt ob hoc non amplius illi videatur liber hic fuisse Hippocratis. Porrò & id mirandum est, ꝙ Sabinus, & alij pleriq; expositores, superioribus omnibus semper applauserint asserẽtes hoc quidẽ mirifice fuisse ab homine dictum, il-
D lud vero summa cum fęlicitate, aliud diuine: nunc, aũt eorum oĩum obliti ex vna tantum cõtradicendi occasione, statim cœperit illis videri liber hic nõ esse amplius Hippocratis, ipsum q; in Polybũ trãsferunt. Quasi ipsi aphorismos legerint atq; ẽt primũ epidemiorum librum, non legerit aũt Polybus: quem, fieri nequit, quũ Hippocratis discipulus fuerit, non sæpissime ab eo de febriũ differentijs audiuisse, & non raro etiam eius libros relegisse. His accedit ꝙ viderat & ipse in ęgris tertianã cito iudicari, quotidianam vero longiori tempore perdurare. Nam neq; in eis ponendus est Polybus, qui Alexandriæ diuinabant: ij nullo vnquã vel viso ęgrotante, in scholis versabantur, nihil vnquam quod sanum esset dicentes, neq; ea etiam quæ in ęgrotis clarissime apparere animaduertunt qui in arte exercitati sunt. Vnde is horum author aut sophistes fuit, aut veterator, vt videtur: quippe qui vt notam aliquã seni inureret, falsa libro annexuit. Nam iuniorem illum fuisse qui hęc tradidit literis, nomen σύνοχος argumento est. Neq; enim vnquam Hippocrates vel ex antiquis alius continuam febrem σύνοχον nuncupauit, sicuti neq; vrinas οὐρήματα. Sunt sanè vocabula ista medicorum recentiorum, qui linguam antiquorum ignorarunt. Quare hæc missa faciamus quę supposititia sunt, & ad librum de victu salubri, quem Polybi fuisse aiunt, accedamus.

Galeni

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE INCANTATIONE.

ADIVRATIONE ET SVSPENSIONE

Væsisti fili charissime de incantatione, adiuratione, & suspensione, si
qua possunt prodesse: & si inuenerim in libris Gręcorum hoc: & qua
liter in libris Indorum est inuenire. Cui quæstioni compendiose in
hac epistola correspondere. Omnes inquam antiqui in hoc viden-
tur esse concordati, corporis complexionem animæ sequi virtutem:
quæ virtus si sit æqualiter temperata, actio quoq; corporis erit perfe-
cta: vnde quia virtutes actionis animę, in pueris, senibus, & mulieri-
bus, imperfectæ plurimum esse videntur, complexio quoq; corporis
eorum imperfecta esse probatur. Et hæc imperfectio similiter contin-
git habitatoribus intemperatę regionis, vtpote caliditatis Aethiopiæ,
& frigiditatis Scythię. Inde Plato inquit, Quando mens humana rem amat aliquam, licet natu-
raliter non iuuatiuam, sibi eam prodesse certificat. Ex sola autem mentis intentione, corpus res il- G
la iuuat, verbigratia siquis incantationem sibi prodesse confidat, qualiscũq; sit, eum tñ iuuat. Si .n.
vt diximus, complexio corporis virtutem sequitur animæ, necesse est rem taliter se habere: quod
certificatur, quia ex timore, tristitia, lętitia, stupore, non solum corpus in colore mutatur, sed etiam
in multis alijs rebus, vt ventris solutione, siue cõstipatione, vel nimia defectione. Ego autem vi-
di ista, sanitatis diuturnarum passionum fuisse causas, maxime illarũ quæ corruptiones sunt men-
tium. In sanis autem fuere infirmitatis causæ hęc eadem. Vnde Socrates, Incantationes, inquit,
verba sunt decipientia rationales animas secundum spei inceptionem, aut secundum timoris in-
cisionem. Indi autem medici tantum confidunt incantationem siue adiurationem iuuare. Græ-
ci vero antiqui medici intendunt his in animam erroneam perfectionem suam reuocare, qua re-
uocata necesse est vt corpus reuocetur ab ipsa, cum complexionem corporis virtutem animæ con
stet sequi. Vnde Galenus super libro Hippocratis de Humoribus, Siquis, inquit, dixerit humo-
res corporis mutatos immutare actionem animæ, vt animæ actio mutata mutat eosdem, non men
titur. Quod certificatur, quia quando complexio cholerica dominatur, fit inde iracundus: & econ-
tra in sæpe irascentibus, cholera rubea augmentatur: necesse est enim complexionem animæ cor-
poris complexionem imitari, & corporis animæ. Iterum inquit Galenus, Intellectus & scientia H
in anima, ex complexione augmentatur cholerica: continentia & studiositas, ex melancholica:
deambulatio vero & delectatio, ex complexione sanguinea: phlegma nihil adiuuat virtutem ani-
mę nisi in prima gustatorum mutatione. Constat ergo, quod si medicus animæ complexionem
quoq; adiuuerit incantatione siue suspẽsione, corporis complexionem ad vitam perducit: si autẽ
his cõueniens adiungit medicina, corpus incantatione animæ adiuuat: quibus coniunctis neces-
se est sanitatem vtriusq; citius consequi. Itẽ inquit Galenus, Sunt homines lęti naturaliter, & de-
litiosi, qui qñ infirmant, sanos eos subito futuros confirmet medicus, & eorum diętam cum exerci-
tijs reuocet: quorum spes, sanitatis est causa. Sũt & alij è cõtrario, natura tristes, & vnde tristentur
& angustientur, eorum animis semper cogitantes: quorum cogitationes oportet fallere medicũ,
& lætificante intentione mutare animas eorũ. Sed neq; excedere debet lætificãdi modum, ne pro-
missionũ magnitudine negligat se medicandus. Memini enim quendã nostræ terræ nobilissimũ
murmurasse se esse ligatũ, ne cũ mulieribus coiret: quem adiuui falsificando intentionem suam, &
hoc magnis ingenijs, sed tamen nunquam reuocare potui: propter quod certificare & confirma-
re incepi quod ipse prius intendebat: deinde adducens sibi librum Cleopatræ, quem fecerat de fœ
minarum formanda speciositate, legi locum, vbi dixit taliter, Ligatus fel coruinum accipiat mi-

stum

A stum cum sosami oleo, quo vngens totum corpus, adiuuabitur: Iste autem audiens, confisus libri verbis, sic fecit, cito q; conualuit, & augmentata est concupiscentia coeundi. Ego quoque, in antiquorum libris multis legi suspensa collo suffragari cum proprietate, non ex natura sui, quod nō nego posse fieri propter confortationem mentis, vt dixi: de quibus cum sint multa, pauca, tibi tan gere dispsosui. Aristoteles in libro de lapidibus, Suspendens Smaragdum collo, aut portans ipsum in digito, defendit à casu epilepsiæ suspecto: vnde semper mandamus nobilibus, vt e collo filiorum suorum suspendatur: ne in hanc infirmitatem incidant. Item, quodlibet genus Hyacinthorum suspendens collo, siue habens in digito, si intret regionem pestiferam, nō læditur. sed potius in mentibus hominum honoratur, & à maioribus petitiones eius complentur. Item, Sardam. xx granorum hordei pondus portans è collo, seu in digito, nō videbit terribilia in somno. Item, Corneolam è collo portans, siue in digito, mitigat iram in contentione: cuius autem color est sicut lotura carnis, sanguinis fluxum cuiuslibet membri stringit, maxime in fœminis. Onyx suspensus vel digito portatus augmentat in somno terribilia, & tristitiam, & inter homines contentiosa, in pueris autem suspensus saliuam oris auget. Galenus ait, Stercora luporum ossa comedentium si in ventribus ilia dolentium, vel è collo patientium suspensa fuerint, statim B dolorem mitigant: aliquando & in coxis supenduntur, & cum fune laneo ligantur, illius, scilicet ouis quæ à lupis comesta est, sic q; melius iuuabuntur & fortius. q si filum non inueniatur, cum corrigia ceruina ligantur. Idem, Galenus in vas argenteum posuit, cuius, quantitas fabæ fuit, & in coxis suspendit, & multum profuit: hoc autem dixit in libro de simplici medicina. In libro autem eodem ait, Si Viperæ suffocatæ collum cum filo lineo suffocandi è collo suspenderis, ab soluitur à suffocatione sua. & multum valet apostematibus fauciū. Dioscorides ait, Dentes canini canis rabiosi quando hominem momorderit, in frusto corij ligati, & armo suspensi, defendunt à morsibus canis rabiosi. Idem Pullis hirundineis paruis in augmento lunæ acceptis, & primogenitis, si fuerint in ventre scissi, duos lapides inuenies, vnum vnius coloris, & alterum diuersi & oppositi: quos si ligaueris in corio vituli antequam terram tetigerint, & è collo siue armo suspenderis, epilepticis valet, & aliquando persanant. Quidam medici suspendunt è collo radices herbæ Acetosę propter scrofulas, & valent: Alij suspendunt radices Arnaglossæ propter easdem, & dissoluuntur. Auricularis digitus abortiui si e mulieris collo suspendatur, non concipit dum collo habebit. Hyoscyamus cum lacte caballino temperatus & corio ceruino impositus & suspensus è collo mulieris, concipere non permittit, dum in collo erit. Quidā dicunt mu C lierem ranam accipientem & os eius aperientem, ter q; ibi inspuentem, non concipere illo anno. Alij oculum hirci ligant radici sampsuchi in horto, & irrigant cum vrina rufi tauri vespere: mane autem extracta radix ligatur cum eodem oculo in armo, libidinem augmentat. Galenus inquit, lapis Coralli multum valet ad passionem stomachi, si suspensus fuerit super stomachum, vel è collo patientis. Dioscorides, semen Croci hortensis ad scorpionis morsum valet in manu tentum, vel è collo suspensum: simile facit radix Lauri: idem etiam Iris agit. Alij dicunt, radices Asparagi siccæ super dentes ligatæ, trahunt sine dolore. Item pedes Leporis & renes dextro armo ligati canes latrare non permittunt: similiter iecur facit canis, nisi coloris eius generis fuerit, cuius iecur fuit. Indi dicunt stercus Elephantinum cum melle mistum, & in vulua mulieris impositum, nunquam permittit concipere: testatur hoc, quia arbori suspensum non permittit fructificare. Aaron dicit, stercus Elephantis cum lacte caballino mistum & corio ceruino ligatum, & vmbilico mulieris suspensum, non permittit concipere. Quidam medici dicunt pedem testudinis dextrum pedi podagrici dextro suspensum iuuare, sinistro sinistrū: idem & in manibus.

Item radix Pęonię è collo suspensa pueris valet epilepticis: similiter pyrethrum: idem facit pilus ex toto nigri canis. Nos autem hæc ex libris antiquorum excerpsimus, vt mens tua in incan- D tatione, adiuratione, & suspensione non refragetur amplius. Sed omnia si ex libris antiquorum philosophorum extrahamus, librum protendemus. Atqui voluntatem nostram hactenus exhibuimus. Hæc autem ego non tentaui: Sed nec etiam neganda sunt mihi, quia si non viderimus Magnetem sibi ferrum trahentem: non certificamur, nec credimus: similiter quod Plumbum rūpit adamantem, quod ferrum non facit: & lapis, qui vocatur Nitrum, foco incenditur: Piscis autem quidam marinus se capientis sensum aufert: quæ omnia si à nobis non videantur, non credun tur, sed tentata certificant. Et forsitan itidem se habent dicta ab antiquis. Quorum enim actio ex proprietate est, rationibus vnde sit comprehendi non potest: rationibus autem tantum comprehenduntur quæ sensibus subministrantur. Aliquando ergo quædam substantiæ habent proprietatem ratione incomprehensibilem propter sui subtilitatem, sensibus non subministratam propter magnam sui altitudinem.

GALENI DE OCVLIS A DEMETRIO TRANSLATVS NVPER A VARIIS MENDIS EXPVRGATVS

Quòd oculorum, & partium eorum, & operationum notitia est necessaria volenti curare oculos: & quòd crystallinus est pars principalis oculi, cui cætera subseruiunt. CAP. 1.

Portet medicum oculorum curam habere volentem, prius eorum naturam optime cognoscere: vnũquodq; enim membrũ infirmũ ideo curatur, vt ad naturam suæ propriæ sanitatis conuertatur. Sed scientia naturæ membri, & vniuscuiusq; compositi, non potest comprehendi nisi partes totius noscantur. Qui igitur oculorum naturam scire desiderat, primo omnes partes quibus constructi sunt intelligat: noscat q; operationem cuiusq; partis, & quæ fuerit illius necessitas, & quo modo quæcunq; pars illa componatur. vnde de difficilioribus dicamus. Sciamus itaq; q omne membrum compositum habet propriam actionem propter quam factum fuit, quam actionem cum vna suarum partium operatur, cæteræ vero illi operanti ministrant. Sic & de oculis est, qui cum è multis partibus diuersis compositi sint: visus tamen proprie fit ab vna suarum partium, id est humore qui dicitur crystallinus. Cæteri vero humores, atq; panniculi sunt propter iuuamentum ipsius, quod explanabimus, cum de omnibus disputabimus. G

De colore, figura, & situ humoris crystallini, vitrei & albuginei, Et de tribus tunicis quæ sunt post vitreum: Et de tribus quæ sunt ante albugineum: Et de tela aranea, CAP. 2.

Crystallinus est humor albus, splendidus, lucidus, non omnino rotundus, sed aliquantulum planus, qui locatus est in medio oculorũ. Albus est & splẽdidus, vt cito varios colores recipiat, quia album & splendidum corpus cito & velociter coloribus opponitur, sicut in claro vitro fieri patet. Rotundus, ne cito patiatur, quia omnis forma rotunda non cito patitur, quia angulis caret. Parum latus, vt lumen sumere possit: si enim rotundus esset exquisite, lumen non cito sumere posset, quia in loco vno stabilis non esset. In medio locatus, vt cæteræ partes sibi ministrent: quædam, quibus defenditur: quædam, quibus adiuuatur: vnde necessario in medio sibi ministrantiũ fuit. Quod aũt in eo sit visus, testatur id qđ videmus in cataractis. aqua enim cum inter crystallinũ & corneam steterit, vt non possit species præ aqua ad crystallinum transire, lumen amputat visuale: sed aqua ablata, lumẽ reparatur. Crystallinus autem in medio duorum locatur humorum, quorum vnus retro est, qui dicitur hyelinos, id est vitreus, quasi vt vitrum lucidus. Alter vero est, qui est quasi albumen oui, & dicitur albugineus. Post vitreum sunt tres panniculi, quorum primus vitreum circundat, quasi rete, inde & retina dicitur. Post hunc est alius, similis secundinæ, & dicitur secundina. Iuxta quem est tertius, qui ossa cõtangit, durus & solidus: vnde & scliros vocatur. Ante albugineum sunt tres panniculi, quorum vnus albugineo coniungitur, eum q; circundat, qui est quasi vuea, eius q; color nigredini pertinet, vnde vocant eum rhagoida, id est vueam. Ante hunc est alter cornu similis, vnde ceratoidis, id est cornea, dicitur. Iuxta hunc est alius, qui penitus non circundat sicut alij sed eos intra se iungit, vnde coniunctiua dicitur, quia si cornea ab ea operiretur, spiritus eam perforare non posset. Inter crystallinũ & albugineum est tela aranea. Sed nunc videamus examen vniuscuiusq; ipsorum, Et primo de vitreo tribus q; panniculis post eum existentibus. H

Quòd crystallinus vitreo nutritur, Et quòd nerui optici soli concaui & de cerebro veniunt tecti dura & pia matre ad loca oculorum, Et de tribus tunicis quæ sunt post vitreum. CAP. 3.

Dicamus igitur ita. Omne mẽbrum necessarium est vt habeat cibum, quo instauretur id quod calore

A calore naturali & accidentali intus & extra dissoluitur. Cibus vero mēbro conueniens est, quem sibi mēbrū bene assimilat. Crystallino ergo cibus est sic necessarius, vt ipse sit albissimus, & clarissimus: & hoc cū sanguinem in sui naturam sumere non possit, necessario vitreum habuit mediantem, qui medius est inter naturam sanguinis & crystallini: albior enim sanguine est, & minus albus quàm crystallinus. Hic autē vitreus humor est de sanguine in venis subtilibus & arterijs digesto: vnde mutatus est à suo colore in speciem vitri. Ipsę enim venæ & arteriæ sunt de retina, quæ procedit à subtilibus cerebri panniculis, neruum per quem spiritus ducitur circundantibus, qui neruus concauus est: quod planius dicemus vt pateat. Natura enim à cerebro sensum & voluntarium motū omnibus tribuens mēbris per neruos mediantes, duos neruos à cerebro prodeuntes, ad oculos mittit: quorum vnus durus est, vnde fit motus: alter mollis & concauus, neq; pręter ipsum in toto corpore concauus alius est: quod ideo fuit, vt animatus spūs visum faciens, per eum duceretur. Cerebrum vero duobus panniculis est opertum, vno subtili & molli, altero duro & crasso: subtilis autē secundinæ assimilatur, quia venas & arterias habet, qui cerebro prodest, quia nutrit & defendit eūm cum suis arterijs & venis: crassus vero defendit solummodo ab ossibus capitis appropinquantibus ei. Omnes autem nerui à cerebro procedentes, istis panniculis sunt operti, donec à capitis ossibus egrediantur: similiter nerui ad oculos venientes, his duobus panniculis circundantur. Vnde molli panniculo cōcauus neruus circūtegitur, & extenditur in modum telæ cum suis venis: est autem rete vitreum humorem cooperiens. Vitreus autem humor medium crystallinum comprehendit. Retina venis & arterijs ad vitreum portat cibum, & cum suis neruis sensum & spiritum visibilem ad crystallinum ducit. Subtilis autem panniculus qui secundina dicitur, quo neruus circūtegitur, cum alio qui retina dicitur, coniunctus est illi secundo loco crystallino iunctus est, cui secundina præstat auxilium, quia suis venis & arterijs nutrimentum portat ad retinam, & defendit eā ne rumpatur. Durus autem panniculus subtili coniungitur, eum q; circundat: qui ad hoc valet oculis, quòd eos ab osse defendit in quo locati sunt, ne eis sua duritie noceat, & est quasi ligamentum oculorum. Sufficiant hæc de tribus humoribus, & tribus panniculis post crystallinum existentibus.

B

De Tribus Tunicis ante crystallinum iunctis eis, quæ sunt post ipsum: De q; Iuuamentis earum & Albuginei humoris: Et de Coniunctiua, & Musculis qui mouent oculos & palpebram, & sustinent neruos opticos. CAP. 4.

Panniculi vero tres ante crystallinum existentes taliter sunt. Diximus enim panniculos cooperire cerebrum, neruos q; ad oculos venientes circundare: sed tamen in oculis existentes diuiduntur, & faciunt duos: vterq; tamen ad medium crystallini iungitur in loco qui dicitur iris. Super pupilla est panniculus cornea, qui à duro panno cerebrum cooperiente procedit: & panniculus qui vuea dicitur, & ab illo quem secundinam dicūt procedit, qui, vt diximus, iungitur duro, qui cooperit, vt dictum est, secundinam. Panniculus vero exterior, id est coniunctiua, super corneam procedit. Cornea vero ad hæc necessaria est vt crystallinum defendat, ne ab exterioribus, quia durus panniculus est, patiatur. Hæc autem subtilissima, alba, & dura est: subtilis & alba, vt cito spiritus eam penetrare possit: dura, ne propter subtilitatem cito rumperetur. Vuea tribus de causis necessaria est: vna, vt corneam nutriat, quæ venas vnde nutriatur habere nequit: alia vero, vt media sit inter corneam & crystallinum, ne cornea duritie sua noceat crystallino: tertia, vt coadunet lumen suo colore nigredini pertinente: omne enim lucidum, lumen dispergit, nigrum vero coadunat. Vuea ergo multitudinem venarum habuit & arteriarum, vt corneam nutriat: mollis fuit, ne crystallino inferret nocumentum. Proprios habet villos in quibus aqua coadunatur in cataracta. Lenis autem exterius est, ne cornea sibi noceat. Color eius est sicut color cœli, vt lumen sicut diximus coadunet. In medio eius foramen est, per quod lumen ingreditur: & intrinsecus plena est humore qui dicitur albugineus, vt faciat crystallinum à cornea distare. Albugineus alterius iuuaminis est, quia crystallinum defendit, ne ab exteriori aere desiccetur: & humectat vueam, ne noceat crystallino. Sed inter crystallinum & albugineum quidam est panniculus tenuissimus, sicut cortex tenuissimus cępæ, vel araneæ tela, qui mediū operit crystallinum, vt eum ab vuea defendat. Ideo q; quidam medici dixerunt oculorum panniculos septem esse, dixerunt alijs sex, alij quinq;, quidam quatuor, quidam tres, nō nulli duos, quorum discordia non erat in re. Dicentes enim septem, computabant retinam, secundinā, scliron, araneam, vueam, corneam, coniunctiuam. Qui autē sex, retinam non esse pāniculū dicebant, asserētes defensorium panniculū quoddam esse: retinam potius nutrire, q̄ custodire. Sed qui quinq; autumabant, araneam nō panniculum, sed crystallini partem, esse dicebant, neq; coniunctiuam. Dicentes autem quatuor, contendebant coniunctiuā non esse panniculum, sed ligamentū oculorū, neq; retinam nec araneam telam. Tres esse dicentes, vueam & secūdinam vnū esse dicebāt panniculū, quia vuea à secundina procedit: retinam quoq; & araneam vnū panniculum: item scliron & corneā vnum pāniculnm. Qui duos dixerunt, scliron & corneam vnū intēdebant: & secūdinam & corneam vnū: retinam vero & araneam & coniunctiuam non esse panniculos. Intentio ergo antiquorum erat vna. Nūc de coniunctiua dicamus, de qua hucusq; tacuimus. Sciendum ergo lacertos oculis esse ne-

C

D

cessarios,

cessarios, quibus possent moueri, & visibilibus rebus opponi. Ideo q; septē habent lacertos, quorum vnus mouet oculos erga nares, alter versus tempora, tertius sursum, quartus deorsum, quintus firmat & corroborat neruū vnde visus procedit: duo alij alligant coniunctiuā ne vsq; ad corneam tendat, & operiunt lacertos ibi existentes in angulis oculorum. Tres iterū superiores palpebras mouent, vnus superius & duo inferius: inferiores vero palpebræ nullum habent motum. E

PARTICVLA secunda est de ortu neruorū sensus à cerebro. Et triplici specie regitiuæ virtutis: Et de neruis opticis & ipsorum coniunctione, & spiritibus visiuis. Et de modo quo fit visio. Cuius sex sunt capita. Quòd omnes sensus à cerebro procedunt, & ab ipso prodeunt septem paria neruorum, cæteri vero nerui à spinali medulla. CAP. 1.

NEcesse est qui naturam oculorum vult scire, prius cerebri naturam optime cognoscat. Visus enim ab eo procedit, & superior eius actio ad eum conuertitur. Cerebrū autem frigidius & humidius cęteris mēbris est, quod postea explanabimus. Initium enim est sensus & voluntarij motus ac regitiuæ virtutis. Nullū enim aliud mēbrum hac actione fungit, sed cerebrum. His enim modis operatur, vel per se, vel per viam adiuuantis, instrumento adiuuante sensum agit, & motum voluntariū. Instrumenta sunt nerui, qui duobus sunt modis, quidam à cerebro, quidam à spinali medulla procedūt: medulla spinalis tñ de cerebro est, vnde cerebrū fundamentum neruorū est omniū. Sed duris neruis voluntarius motus efficitur: dum nerui cū lacertis componūtur. Lacerti enim de neruis sunt & carne & ligamento compositi, & ligamenta ab ossibus procedunt. Molles nerui quinq; sensus faciūt. Quibus omnibus subtilior & acutior est visus, qui sensus igneus est, & igneam habet naturām. i. splendorem & ruborem: lumen igneæ est naturę, quia cum coadunatur intus, ignis ex eo succenditur. Post visum est auditus. post quem olfactus, post olfactum, gustus: qui quidē quia sentit qđ est aquosum, aquę pertinet. Sapor enim qui sentitur nihil aliud est q̃ aqua alicuius corporis siccitati admista calore operante: proinde antiqui saporem vocauerūt chymum. i. liquorem. Cæteris sensibus tactus crassior est, qui quidem sentit quod terreum est, & terræ pertinet. i. durū, molle, calidū, frigidū, & siccū, & quę ex his procedunt. Omnes autem nerui sensum habent tactus, sed non voluntarium motum, vt diximus: quia duri nerui tantū volūtario motu fungūtur: sed molles duris sunt sensibiliores: procedunt vero duri plus à spinali medulla. A cerebro autem procedunt septem paria neruorum: quorum primum & secūdum par ad oculos veniunt: Vnum est concauū per quem sensus visus fit. i. per quem animatus spiritus visum dans ad oculos tendit: Secundum par oculi lacertos & palpebras mouet. Tertium ad linguam tendit dans ei sensum saporum. Quartum ad palatum deuenit vbi gustus sensum facit. Quintum ad aures accedit sensum auditus faciens. Sextum ad viscera descendit, & per ea diuiditur, dans eis tactum. Septimum mouet lacertos linguæ, Cæteri quibus mouentur manus, pectus, pedes, dorsum, & caput de spinali medulla procedunt. Sic cerebrum cum instrumento. i. neruis, motum agit, & sensum. F G

De Trina actione virtutis regitiuæ & de animali spiritu, & natura cerebri. CAP. 2.

Regitiua vero actio per se solum tribus modis est, phantasia in fronte, ratio in medio, memoria in puppi. Cerebrum habet quatuor concauitates quę dicuntur ventriculi, duæ sunt in prora, tertia in puppi, quarta inter proram & puppim, in quibus semper est animatus spiritus, quo actus, vt diximus, fit. Spiritus autem animatus, de vitali fit: vitalis in corde generatur & nascitur. A corde enim duæ venæ ad cerebrum ascendunt, quæ subtus cerebrum venientes, multis diuiduntur modis, & protelatæ faciunt quasi rete, per quas spiritus vitalis à corde ad cerebrum ductus, in illo reti moratur, quousq; mundificetur, & subtilietur. purificatus deinde ad medium ventriculum cerebri tendit, ibi q; aliquantulum permanens subtiliatur, postea ad puppis vadit ventriculum. Sed via quę est à medio ad puppim non est aperta: habet enim portam, in qua quoddam obstaculum est, cuius forma est sicut pinea, quam anatomici Vermem vocant: sed ferme semper clauditur. Vnde cum spiritus qui est in puppi, fuerit motus, fit memoria: cum is qui est in medio, fit intellectus & ratio: cum ille qui est in prioribus, fit sensus communis & phantasia. Hæc est dispositio cerebri, suæ q; actionis. Cerebri autem natura frigida est & humida. Frigida duabus de causis: Vna propter multitudinem sui motus: quo fiunt memoria, intellectus, & imaginatio. Secunda, propter motionem quæ ab eo dirigitur: vnde fiūt sensus & voluntarius motus, ne causa suæ motionis calidissimum factum, incenderetur, & incensum consumeretur amplius. Si cerebrum calidum esset, memoria instabilis esset: caput enim calidum, mobile est naturaliter, frigidum contra. Memorię vero requies & stabilitas est necessaria, quod sic attestantur, quia calidum cerebrum habentes, instabiles, & mobiles sunt. Humiditas autem cerebri duabus de causis est necessaria: Vna, ne ex motu nimio desiccaretur: motus enim calorem facit, calor vero desiccat humiditatem: Alia, vt in eo velociter imaginatio formaretur, & cito sensum qui eam dirigit, suscipere posset, & velociter ad audita discernendum moueretur: rursus vt nerui ab eo procedentes molles essent. Impossibile est enim à duro, molle, vel à molli, durum generari: proinde prora mollior est puppi, quia de prora molles, de puppi, duri nerui procedunt, quibus motus voluntarius fit. H

De neruis opticis & eorum differentijs à cæteris neruis. CAP. 3.

Qui instrm visus optime scire desiderat, primum naturam vtriusq; nerui visibilis inuestiget, vt bene

A vt bene cognoſcat,quibus cum cæteris neruis cõicet,& quibus diſcrepet.Deinde de viſibili ſpiritu pquirat,quatenus ſciat cũ quibus ſpiritibus cõueniat,& in quo diſcrepet: poſtremo de ipſo viſu quo modo fit,quod in hoc capite planè deſcribam.Primum itaq; neruorum par quod ſupra diximus cũ vtroq; cerebri panniculo deſcẽdere,& ſecum viſibilẽ ſpiritum ducere,cum ceteris neruis ſenſum facientibus duobus modis conuenit: Vno,quia vt alij,à cerebri prora deſcendit: Alio, qa & ipſe nobilis eſt.diſcrepat tñ ab eis,ſex modis. Primo,quia maior ceteris eſt à cerebro & à ſpinali medulla procedentibus: Magnus vero quia cõcauus eſt: ſi enim eſſet paruus, neceſſario ſubtilis eſſet,vnde cito frangibilis: Cuius concauitas neceſſario fuit larga, vt nullam pateretur obſtructionem & ideo magnus fuit. Secundo,quia ſolus ſic concauus eſt, vt eius concauitas ſenſui oſtendatur,quæ concauitas protenditur vſq; ad locum in quo panniculus oculorum qui rete dicitur, ſe procreare incipit: quod facile ſenſui patet,ſi anatomia cernatur.Inchoat quoq; ipſa concauitas ab vtroq; cerebri ventriculo,qui eſt in cerebri prora: in quo tamen loco cõcauitas videri non poteſt, quia ſubtiliſſima & anguſtiſſima eſt.Hoc foramen qui vult aſpicere, quærat in cerebro magnorũ animalium in hora,qua occiduntur.Caueat tamen ne in æſtate,calido ue tempore fiat: & vtroſq; cerebri panniculos tangat caute,ne frangantur, & in fine illorum panniculorum inueniet illud

B neruorum par ab vtroq; ventriculo procedens: poterit q; videre qualiter ipſa concauitas ab ipſis vẽtriculis inchoet. Tertio,quia vterq; viſibilis neruus,intrinſecus eſt molliſſimus, vt facile ſentire poſſit,extra aliquantulum durus, vt à paſſione ſit illæſus. Quarto, quia per hoc par neruorum multo maior ſpiritus quantitas,q̃ per oẽs neruos ſenſum & motum voluntarium facientes ducitur.in illis tñ non ſubſtãtialiter,ſed ſola virtus eius per eos vehitur.per illud autem par, multa ſpiritus eſſentię quantitas defertur. Oculi enim cum ſint nobiliſſimę actionis, vadit, ad eos multũ de ſubſtantia ſpiritus,vſq; ad panniculum qui dicitur vuea: hoc enim fuit neceſſarium ad adiuuandum viſum. Quinto,quia ceteri nerui quanto ſunt à cerebro remotiores,tanto ſunt duriores,& à propria natura mutantur: iſte intrinſecus molliſſimus eſt,extrinſecus vero ſolidior, vt mollities interior exteriori duritie tueatur,nequãdo deſiccetur. Cuius mollitiem & ſi aliquantulum inuenies indurari,tamen ad oculos veniens,in naturam,quam in cerebro exiſtens habuerat, conuertitur: in panniculo enim qui rete dicitur,mollis efficitur,ita vt in naturam cerebri procedat, fit que quaſi rete. Sexto, quæ & laudabilior eius proprietas eſt: quia hoc par neruorum cum è prora vtriuſq; ventriculi ſeparatum egrediatur,non recto itinere ſicut exierat,vadit: ſed per interiora capitis torquetur,& ad oſſa narium veniens commiſcetur: ſic vt ipſorum vtraq; foramina fiant vnũ

C ibidem.Iterum hi nerui ſeparantur,& recto itinere,vt egreſſi fuerant, vadunt,vnus q; è dextro vẽtriculo exiens,ad dextrum oculum tendit: alter de ſiniſtro prodiens ad ſiniſtrum peruenit,de quorum coniunctione & ſeparatione plures antiquorum diuerſe ſenſerunt.

De Opinionibus circa cauſam coniunctionis neruorum Opticorum,& de cauſa ob quam non vnicus exiuit craſſus à medio primi ventriculi cerebri. CAP. 4.

Quidam hæc ideo fieri dicebant,vt ſi vnus læderetur, alius ſubueniret,alij eos ideo eſſe coniunctos,quia omnis ſenſus ab vno fundamento procedit,quorum ſententia prorſus vana eſt. Natura enim tam optime,tam fortiter,membra compleuit. vt nullam timeant paſſionis occaſionem, nec ſolum nerui viſum ferentes ab vno loco exeunt,ſed oẽs ab eodem loco egrediuntur,neq; tamẽ poſtea coniunguntur.Nõnulli ob hoc eos dicunt coniũgi,vt vnus ab alio confortetur: ſi enim ſeparati eſſent,pp itineris longitudinem rumperentur,quod quidẽ non impoſſibile eſt, ſed tamen non eſt via tam longa,vt in ea rumpi debeant. Alij ſic aiunt,quorũ intentio vera eſt: ſpiritu viſibili veniente ad oculos,neceſſe eſt,vt vno oculo clauſo totus ſpiritus ad aliũ veniat.quod fieri nõ poſſet,niſi nerui prius ſeparati coniungerentur, & iterum ſepararenĩ: quod huiuſmodi experimentum teſtatur, Si aliquod corpus ſuper naſum ponatur,vtroq; oculo ad videndum directo,fit viſus

D debilior & obſcurior,ſed vno clauſo,fit viſus in altero fortior,q̃ in vtroq; fuerat, & quod vtrique cernere nequiuerant,vnus ſolus clariſſime aſpicit. hoc ideo, quia ſpiritus qui in vtroq; fuerat, ad vnum conuertitur: altero enim clauſo,alterius pupilla clarior efficitur. Alij alio modo ſentiunt, quorum ſententia eſt neceſſaria,niſi nerui ad oculos directi primum coniungerentur, & poſtea ſepararentur,neceſſario res vna,dupla viſui appareret.cum enim res viſibilis videri non poſſit, niſi viſu oculorum pupillas exeunte: ipſe aũt viſus per lineas rectas egrediatur,& rẽ recto tramite ante ſe pcipiat,ſicut videmur radios ſolis p anguſta cauitatem pomũ ingredi,& lineæ ipſæ, anguſtę ſunt in exordio ſui: deinde vero paulatim dilatanĩ,fiat q; in vtroq; oculo quaſi quædam pineæ forma neceſſe eſt,vt vterq; viſus lineatim directus,& in loco vbi eſt res vidẽda cõiũctus, eã æqualiter pcutiat: deinde quouſq; ad pupillam perueniat,cõuertatur neceſſe eſt,vt exordium vtriuſque à pupilla æqualiter egrediatur,& p vnã ſupficiem ambo ambulẽt. Duorum exordia ſunt in loco, vbi vtriq; nerui coniũgunĩ,ibi vnus idem q; factus,& ſic ex vtraq; pupilla à ſuo loco egreſſus, videndam rẽ videt,eam q; ſicut eſt,comprehẽdit: qm̃ ſi vna pupilla à ſuo loco inferius vel ſuperius mutarenĩ,res ſupiori pupilla viſa,ſuperius videret,ſic q; dupla appareret: pp quod oculis tria fuerãt neceſſaria.ſ.pupilla funditiua viſus,locus vbi vterq; cõiũgitĩ neruus, & rectæ lineę,vt viſus recte p eas trãſeat. Hæc eſt cã q̃re nerui ad oculos veniẽtes prius cõiũgunĩ. Sed tñ qdã ſic obiiciunt.

Cum

Cum illos duos neruos necessarium sit coniungi, quare non statim vnus facti sunt, sed duo. Qui- E
bus est respõdendũ: vnus ideo neruus nõ fuit, quia à cerebri medio exire non potuit, maxime quia magnus est vterq;. Itẽ, magna quædã cõcauitas illic est, vbi palati foramina cerebro cõiunguntˀ, per quã, cerebrũ suã superfluitatẽ expellit: via ẽt quæ ad nares ducit, ibi constat: illa autẽ cõcauitas, & hæc via, ibi esse nõ posset, si neruus vnus ibi locaretˀ. Nares.n. sunt in media facie, vñ nisi earum foramina cerebro opposita essent, olfactus nõ esset. Quia ergo cerebri loca rebus hisce cõprehensa sunt, necesse fuit, vt nerui visum ferentes nõ ab vno loco egrederentˀ: quos natura in vno loco coniunxit, vt idem foramen eos habere faceret: deinde, vt separatim ad vtrunq; oculum irent, seiunxit.

De Animato Spiritu, & Visibili, & quòd visibilis spiritus substantialiter ad oculos peruenit, & aliorum sensuum organa solum perueniunt eorum spiritus irradiatiue. CAP. 5.

Visibilis, vt diximus, spũs de spiritu nascitur aĩato, à ventriculis proræ cerebri procedẽs: ibi q; mũdificatˀ: vt diximus, cũ de cerebri natura disputauimus: qui spũs, spiritualiter est sensibilis, quia visus vnus è sensibus, cæteris dignior & nobilior. Porrò ipse habet proprietatẽ, quã nullus aliorũ sensuum habet. Animalis siquidem spiritus in cerebri ventriculis existens, sensum & voluntariũ mandat motum: virtus enim ipsius per neruos penetrat ad cætera mẽbra, essentia vero in proprio permanet loco: sicut Sol totũ aerem illuminat, ipse tamen in vno loco stat. Sed ad oculos non solũ F
virtus visibilis spiritus, sed ipse spiritus essentialiter dirigitˀ: & tanta eius quantitas, quanta est necessaria, illuc adducitur: quod vtriusq; nerui cõcauitas attestatur. Id etiã hoc testatˀ, quia vno oculo clauso, ad pupillã alterius tota virtus conuertitur causa neruorum coniunctorum: inde foramẽ panniculi, qui dicitur vuea, præ multitudine spiritus necessario dilatatur: aperto vero oculo cum spũs ad eũ reuertatur, foramen vueę ad propriã redigitur mensuram. Hoc signo ẽt, si obseruari possit, cognoscitur, Si vno oculo aqua clauso pupilla alterius dilatetur: spũs enim visibilis in eo esse demõstratur, vnde aqua quæ transitum eius obstruit, ablata, visus redditur. Si vero non dilatetˀ, hoc ideo est, quia neruus per quẽ spiritus ducitˀ, obstructus est. Vnde etiam cũ cæteri nerui nullam habeãt concauitatẽ, quia virtus aĩalis spũs, nõ ipsemet essentialiter per eos ducitˀ, oculorũ nerui necessario cõcaui fuerunt, vt spũs substantialiter per ipsos transire possit. Cęteri autẽ non sunt concaui, ne per corpus diuisi, & à suo fundamento remoti, leuiter rũperentˀ: vel quia tanta spiritus quantitas sensui motui voluntario non est necessaria, quanta visui. Nullus enim sensus, præter visum, sentit sentiendam rem, nisi ei coniungatur: visus autem pupillam egrediens longe remota sentit: vnde multa spiritus quantitas necessaria est: & ideo nerui necessario concaui facti sunt.

De Modo quo fit Visio. CAP. 6. G

Videndũ est ẽt, quõ fiat visus. Diximus ergo, cũ aliqua res videtur necessario: vel aliquid ex ea dirigitur visui, per quod quid ipsa sit, cognoscitur: vel virtus visus ad eam mandatur, vel aliquid mediũ est inter visum & rẽ visam, per quod ipsa cognoscitur. Sic potest ergo inuestigari quod horum certum sit. Oẽs philosophi cõcordati sunt, quod res nõ possit videri nisi per foramẽ pupillæ. Si ergo ad visum à re vidẽda aliquid dirigitur, siue sit virtus, siue sit forma, siue qualitas, siue quantitas mensurata, quõ illud angustũ foramẽ intrare poterit? quę ẽt virtus esse põt, quæ ad oculos diuersorum in momẽto rẽ videndã deducat? quod quia impossibile est, spernatˀ. Quòd autem visibilis spiritus pupillam exiens solus ad rẽ videndã vadat, eius q; quantitas magnitudinẽ cõprehendat, falsum est. Ipse enim spiritus non tantæ est quantitatis, vt adeo dilatari possit, vt tot & tantas rerũ ambiat quãtitates, cũ in vno momento multa & diuersa & maxima indiuidua comprehendimus. Ad tertiũ ergo membrũ cõuertamur. Quippe aer corpora circũdãs, si clarus & lucidus fuerit, supplemẽtũ visui facit, quod nerui cerebro: quia sicut splẽdor Solis, sic spũs recipit virtutẽ. Sicut.n. Solis splendor superiorem aeris extremitatẽ percutiens, totum aerem penetrat, eũ q; clarificat: sic & visibilis spũs pupillam egressus, mox totũ aerem penetrat, & extensus per loca remotiora, mutat ea in suam naturã, quod fit cũ aer in toto iunctus est, quod in Sole palàm fieri videtur. Si enim aliqd' corpus ĩ aere ponatur, cum Solis splẽdor illud nequeat penetrare, forma illius corporis post se obscura apparet. Causa, quia nõ suscipit aer lumẽ nisi sit cõtinuus, nec Solis splendor, separatum à se aerem mutat, quoniam si actio splendoris fortiter in aere operata fuisset, posset in eadem actione permanere, splendore Solis absente. Sed vtriq; hac caret proprietate, quod neq; Solis neq; spiritus splendor suam actionẽ aeri, ipso absente, põt dimittere. Recte ergo causa dans lumen ablata, ipso momento, lumẽ ab aere aufertur. Eodẽ modo de neruis intelligitur: quia si neruus fuerit incisus & à cerebro diuisus, illico membrũ cui sensum dabat, fit insensibile. Propterea hæc duo sic debent esse coniuncta, i. aer & spiritus, sicut nerui & cerebrũ. Et quãuis aer in altera mutetur actione, sicut cũ calefit vel infrigidatur, & in qualitate rei calefacientis vel infrigidantis permanet, lumen tamen nõ idem in aere operatur: ipso enim absente & lux ab aere amputatur. Deinde necesse est semper vt aer cõtinuatim illuminetˀ: hoc.n. nisi fuerit, nullo mõ lucidus fieret: sic & nerui cerebro faciũt supplementũ, quia licet de substãtia sint cerebri, duriores tñ sunt, quò lucidioribus passionibus subiaceãt, vnde aliquãtulũ à natura cerebri sunt mutati. Sed nerui duobus modis sunt: qdam.n. motũ faciũt, qdã sensum: & faciẽtes sẽsum, molles sunt: operantes motũ, sunt duri. Et quãuis nerui duri sẽsum hẽant tãgẽdi, molles tñ nerui nõ inueniuntˀ illã cũ duris neruis hẽre societatẽ, sed ipsi duri hoc faciunt:

A ciunt,quia tactus cæteris sensibus est crassior. Sensus autē visibilis,quia cæteris sensibus est acutior
& subtilior,ideo neruus spiritum visibilem seruans, cæteris sensibilibus neruis cerebro est propin
quior.Quia igitur oculi in aere agunt,sicut cerebrum in neruis,ideo multam quantitatem spiritus
habuerunt,vt in aere rem suam faciant,sicut in neruis proprias res cerebrum. Visus autem primo
colores sentit,quod ei proprium est: deinde corpus in quo fundati sunt,sicut gustus prius sentit sa
pores,postea fundamenta eorum.Gustus tñ & cæteri sensus rem sentiendam ad se venturam expe
ctant: Visus vero ab oculis elongatur,& per aerem extenditur quousq; ad corpus perueniat colo
ratum.Hac de causa solus visus sentit formam corporis,ac quantitatem,& cum eius colore motū
rationabiliter,non tñ essentialiter,sentit: quod nullus habet cæterorum nisi tactus accidentaliter.
Verbi gratia: Siquis per tenebras ambulans fustem in manu duxerit,eo amplius non potente pe-
netrare,cognoscit ꝙ motum per corpus solidum fieri,impossibile est. Visus autem habet alteram
proprietatem,quia incidens supra corpus leue,solidum,& lucidum: rectus ad pupillam conuerti-
tur, vnde exierat: vnde in speculo vel in alijs splendidis corporibus prope nos stātibus, videmus
formam nostram: & siquis studiose in oculū alterius spectet,videt in eo suā faciē: causa,quia visus
ad pupillam conuertitur propter luciditatem panniculi,qui araneæ tela dicitur: est.n.supra crystal
B linum,sicut adeps superne coagulatus: & quasi rutilans,clara est. Veruntamen quamuis præ cæte-
ris solus per aerem motum rei sentiēdæ sentiat,non tñ arbitratur,sicut cæcus se cotusæ sentire: quia
aer,mox vt rem sentit,eā visui ministrat: quæ proprietas soli inest visui,aerē videlicet in sui muta-
re naturā. Alterius etiam dignioris est proprietatis,ꝙ non solum recte,ex transuerso conspicit ne-
cessario,cum multus spiritus a cerebro ad oculos dirigitur,rursus spiritus pupillam exiens, & ae-
rem percutiens,mutat eum in suam naturam. Recte ergo visus,igneus dicitur: auditus,aereus: gu
stus,aquosus: tactus,terreus: olfactus,fumosus: quatuor.n.elementa sensus quatuor constituunt,
vt vnusquisq; eorum vnum ex his comprehendat,& ea,cum in natura sua sunt,vel in aliud mutan
tur,vel aliqua accidentia patiuntur,discernat: preter hos quatuor sensus,fuit alius qui fumosa com
prehenderet: fumus.n.in sua natura mediocris est,cum elementa non nisi quatuor sint. Sed visus
qui ad hoc est,vt colores comprehendat,necessario luminosus fuit: solum.n.quod lucidum est,cō-
uertitur in colores. Testatur hoc aer,qui cum clarus & lucidus sit, facile in colores mutatur: nam
palàm est,quia si quis candidis indutus iaceat sub arbore,color vestimentorum in frondium colo-
rem mutatur: vnde patet aerem in illum colorem fuisse mutatum. Videmus etiam sæpe aerem in
colorem lucidi parietis mutari,illumq; colorem per aerem ad illud corpus mutari, maxime si pa-
C ries viridis,vel rubeus fuerit vel citrini coloris: & sicut Solis splendor cum ad suā mutat naturam,
sic & colores in suas eum qualitates conuertunt. Similiter et lumen visibilis spiritus mox vt aerem
percutit,ipsum immutat. Hæc tria sunt, quæ aerē sine vllo tēporis spatio immutant,lumen Solis,
fulgidus color, & lumen visibilis spiritus. Palàm est ergo,visum non fieri nisi aeris mediocritate,
quod sensus attestatur. Antiqui etiam concordant dicentes aerē esse visui veluti ramus, & conue-
niens est instrumētum cum fuerit lucidus,vel aliorum corporum lucidorum lumine illuminatus:
& sic seruire aerem visui, sicut cerebro nerui. Sicut enim cerebrum non sentit quod oculi compre-
hendunt, nisi neruis mediantibus: sic & oculi nihil sentiunt,nisi lucido aere mediante.

PARTICVLA tertia est de prima & vniuersali medicinæ intentione,et de rebus naturalibus, non natura libus,& præter naturā,& de generibus & speciebus,& causis & accidentibus morborū. Cuius sunt quinq; capita.

De prima medicinæ intentione,& de necessarijs ad eam. CAP. 1.

OPortet medicum præ oibus primam & vniuersalē medicinæ intentionē præuidere, & eam
particulariter diuidendo ad indiuiduum ducere.Prima autē medicinæ intentio est,quæ bifa
riam diuiditur: aut.n.in sanis, cum similibus sanitas custoditur: aut in ægris per cōtrarium sanitas
redditur.Quorum primæ necessaria est rerum naturaliū scientia: naturalibus.n. agnitis, patefiunt
D ea quæ sunt similia sanitati: & sic etiam cognoscuntur quæ sunt cōtraria: similibus ergo seruatis,cō
trarijs prohibitis sanitas custoditur. Secundæ autē intentioni duo sunt necessaria: nō naturaliū.s.
& contra naturā rerū scientia. Sanitas.n.infirmo cū quadā mutatione restituitur: quā mutationem
qui facere vult,necesse est sciat ad quid mutare decet.Nisi.n.sciat de quo,& ad quid mutandum de
cet mutare,nō securus est quin vnde cōuenit nō immutari,mutet: & nisi nouerit ad qd decet mu-
tare,ad id quod non oportet,conuertere poterit. Sanitas infirmo redditur cōmutatione rerū cōtra
naturā ad naturalia: vnde & ista sciri debēt ad q̄ illa trāsmutantur,et illa etiā q̄ ad illa conuertantur.

De rebus naturalibus,non naturalibus, & contra naturam. CAP. 2.

Res autē naturalis duobus est modis,generalis & specialis. Generalis dicitur esse humani cor-
poris complexio, & vniuscuiusq; corporis cōpositio. Complexio quidem multipliciter est: tum
ætas, & consuetudo. Naturalis complexio est secundum differentiam sexus,vt in mare et fœmi-
na: vel secundum euentum,vt est complexio spermatum,vel spirituum de quibus fit. Consuetu-
do sex modis est: Primo, ex aere & eius mutatione, quæ mutatio vel localis est,vel temporalis,
cum aliquid in tempore contingit: Secundo, ex motu vel quiete: Tertio, ex repletione vel inani-
tione: Quarto,ex somno vel vigilia: Quinto,ex cibo & potu: Sexto, ex animæ accidentibus. Spe-
cialis est, vt virtus, quæ triplex est, naturalis, vitalis, animalis. Superius animalem tetigimus,

cum de cerebro diſputauimus. Vitalis eſt, quæ cor & arterias facit pulſare. Naturalis triplex eſt, generatiua, nutritiua, & augmentatiua. Nutritiua quadruplex eſt, attractiua, retentiua, digeſtiua, & expulſiua. Res autem extra nauram duplex eſt, aut eſt nocumentum actionis, aut quod ex eo generatur. Nocumentũ actionis, aut quod ex eo generatur, duplex eſt: aut eſt ſine mediatore, & morbus dicitur: aut cum mediatore, & cauſa vocatur. Quod aũt actionis nocumẽto generatur, accidẽs nominat̃: quod iterũ duplex eſt, ſ. aut ex diuerſis corporis qualitatibus, aut à qualitatibus diuerſis à corpore egrediẽtibus. Corporis qualitatis diuerſitas quinq; modis eſt. Sunt enim qualitates quæ ſentiuntur. Qui ergo ægro ſanitatẽ vult reſtituere, decenter debet inueſtigare ſeptẽ res naturales, quæ ſunt, elementa, complexiones, humores, membra, virtutes, ſpiritus, & operationes, & quæ ſequuntur eas, vt ætates, colores, figuras, diſtãtia inter maſculũ & fœminã: Et res non naturales, quæ ſunt ſex, aer, cibus & potus, inanitio & repletio, motus & quies, ſomnus & vigilia, & accidentia aïæ: Et res extra naturã, quæ tres ſunt, morbus, cauſa morbi, & accidentia morbum cõcomitantia. E

De Generibus & ſpeciebus Morborum. CAP. 3.

Morbus generaliter triplex eſt, quia corporis cõpoſitio trina eſt. Prima corporis compoſitio eſt in mẽbris ſimplicibus, ex elementis cõpoſitis: in quibus quædã morbi ſpecies generantur, quæ duobus modis ſunt, vel ſimplices, vel compoſitæ. Simplices quidẽ ſunt calida, humida, frigida, & ſicca: compoſitæ vero ſunt, calidæ & ſiccæ, calidæ & humidæ, frigidæ & humidæ, frigidæ & ſiccæ. F

Secunda corporis compoſitio eſt in membris quæ cõpoſita vocãtur, ex ſimplicibus cõpoſitis: in qua fiunt morbi quatuor modis, aut ſecundum formam mẽbrorũ, aut ſecundum cõpoſitionẽ, aut ſecundum magnitudinẽ, aut ſecundũ numerũ. Secundũ formã quinq; modis, in figura, foramine, concauitate, lenitate, aut aſperitate. Secundum cõpoſitionẽ dicitur cum à loco mutãtur, vel in loco malo ponuntur. Secundũ magnitudinẽ bifariam, vel vltra modũ, vel infra. Secundum numerum ſimiliter, vel vltra modum, vel infra: vltra modũ, naturaliter, vel extra naturam. Tertia corporis compoſitio eſt corporis totius ex vnitate ſimplicium & compoſitorum membrorum facta, in qua morbus generatur, qui ſeparatio iuncturæ vocatur. Hæc ſunt genera morborum & ſpecies.

De Cauſis Morborum. CAP. 4.

Cauſa autẽ morbi eſt generaliter ſicut genus, ſed ſpecialiter eſt triplex. Cauſa enim morbi ſimplicis, aut calidum facit morbum, & eſt ſeptupla, i. nimius motus aïæ, corporis paſſio, calor exterior, anguſtia pororum, putredo, rerum acutarum acceptio, cibi paruitas. Aut frigidum facit morbum, & eſt octo modis, tactus rerũ frigidarum, acceptio earum, multitudo cibi et paruitas, obſtructio pororum & largitas, nimius motus & quies. Aut facit morbum ſiccum, & eſt quadruplex, ſiccæ rei obuiatio, cibi ſicci, cibi paruitas, nimius motus. Aut facit morbum humidum, & eſt contraria proximæ dictæ. Sed ſimplicibus morbis quos diximus cũ materia exiſtentibus, commiſcentur cauſæ intraneæ: quæ ſunt, virtus mẽbri impellentis, debilitas recipientis, materiæ multitudo, pororũ largitas, defectio nutritiuæ virtutis. Cauſa morbi cõpoſiti vel eſt ſecundũ figuram, vel foramen, vel concauitatem, vel aſperitatem, vel lenitatẽ. Secundũ figuram, aut ꝓpter quantitatem ſpermatis, vel qualitatem: vel ꝓpter aliquod accidens quod infans patitur qñ naſcitur, vel cum lac ſugit: vel propter alia. Secundum foramen, vel propter obſtructionem, vel propter cõiunctionem. Obſtructio fit à fortitudine retentiuæ, vel defectione expulſiuæ, vel propter frigiditatem & ſiccitatem, vel ligaturæ ſtricturam. Secundũ concauitatem, aliquid innaſcens vel in mẽbro incidẽs, vt eſt chymus, lapis, verrucæ. Largitas foraminis coniunctioni contraria eſt. Aſperitas de genere ſeparationis eſt iuncturæ, cum nõ eſt à caliditate: quod poſt planius dicemus. Lenitas eſt aſperitati contraria. Corruptio loci fit cũ mẽbra à naturalibus ſuis locis mutantur, vel ſeparatione, vel mollitie cõcatenationis membrorum. Magnitudinis cauſa eſt multitudo materiæ, vel fortitudo naturæ: paruitas membrorum cum contrario eſt, aut propter inciſionem. Magnitudo in numero, aut naturalis eſt, ex ſpermatis abundantia, aut accidentalis vt lapis in veſica: paucitas autem eſt econtrario. Separationis iuncturæ triplex cauſa eſt, inciſione exterius facta, vt igne vel enſe: vel interius, vt ex acutis chymis: Aut extenſione, vel exteriori, vt cum fune: vel interiori, vt ex craſſa vẽtoſitate: Aut de fractura, vel exteriori, vt à lapide: vel interiori, vt ex craſſis chymis. G H

De Accidentibus Morborum. CAP. 5.

Accidentia ſunt tria, ſ. nocumentũ actionis, diuerſitas egredientium à corpore, diuerſitas qualitatum corporis ſenſibilium, quorũ duorum cauſa eſt nocumentum actionis. Actiones tres ſunt, animalis, naturalis, vitalis. Nocumentum actionis triplex eſt: nã omnis actio tria patitur, vel enim ex toto aufertur, vel minuitur, vel mutatur: verbi gratia, tactus aut amputatur, et dicitur ſtupidus: aut minuitur, & titillatio vocatur: aut à ſua natura mutatur, & tunc corrupta vocatur: cauſa horũ duorũ eſt frigiditas tertiȷ̃ gradus, & iuncturæ ſeparatio. Palàm ergo eſt quòd cauſa nocumẽti actionis morbus fit. Morbus tm̃ nocet actioni ſine mediatore: ideo nocumentum actionis eſt ſignificatio morbi. Nec eſt differentia inter accidens & ſignificationem, niſi in noſtra intentione. quia noſtra intentio eſt in nocumento actionis, & id ad quod ſequitur nocumentum, morbum vocamus: et illum inſequentia, accidentia dicimus: morbum autem dicimus cauſam accidentium: vnde morbo cognito, cum accidentia ſcire volumus, dicimus accidentia ſignificationes.

A *PARTICVLA quarta de accidentibus, & morbis oculorum, & neruorum suorum, & musculorũ, & palpebrarum. Cuius sunt quatuordecim capita.*

De accidentibus morborum oculorum in generali. CAP. 1.

SEd quia intẽtio huius libri est patefacere significationes morborum oculorum, prius oportet scire eorum accidentia: vt via, qua ad morbi notitiam veniamus, sit nota. Accidentia ergo oculorum sunt triplicia: nocumenta actionis, & quæ ex illis sequuntur: diuersitas in oculis. s. sensibilis qualitas, & diuersitas ab eis exeuntium. Nocumentũ autem actionis oculorũ, est secundũ quantitatem actionis, id est eorum quæ sunt actionis, vel animalis, vel naturalis. Nocumentum naturalium actionum, est quod accidit quatuor virtutibus naturalibus: animalium vero actionũ, quod sensui & voluntario motui accidit. Actiones aïales tm̃ duas species sensus habent. Nocumentum naturalis actionis in hoc loco non oportet notari: qm̃ in hoc non differunt oculi à corpore toto: sequitur enim nocumenta tactus, vt sunt mollities, titillatio, & dolor: ita oculis vt toti corpori accidit. Accidentia vero visus & voluntarij motus, quæ oculi patiuntur, hic oportet dici.

De diuisione accidentium oculi, & declaratione membrorum diuidentium. CAP. 2.

Sciendum itaq; q accidentia quæ oculis cõtingunt, aut in eius instrumento sunt, aut in sua virtute, aut in ministris. Instrumẽtum visus est humor crystallinus qui patitur, vel vnum ex octo similibus morbis, vel ex compositis morbis, cum à suo loco mouetur, vel iuncturæ separationem. Si mutatur à loco sursum vel deorsum in vtroq; oculo, vident rem duplam: si mutatur dextrorsum vel sinistrorsum, non apparet res dupla. Virtus visus à cerebro per concauum neruum descendit: vnde eius passio vel de nerui, vel de cerebri fit infirmitate. Quorum infirmitas triplex est, simplex: quæ est vna de octo: vel officialis, vt apostema, & obstructio, vel iuncturæ separatio. Ministri visus sunt humores, & spiritus, & panniculi, qui in oculis septem habentur: quorum illi qui sunt ante crystallinum, sunt foramen vueæ, id est pupilla, albugo oui, spiritus qui est in pupilla, & quantitas pupillæ, quæ corona dicitur.

De accidentibus pupillæ. CAP. 3.

Coræ i. pupillæ contingunt quatuor, largitas, angustia, mutatio de loco, & tortuositas. Largitas vel naturalis est, vel accidentalis. Accidentalis est, vel de extensione panniculi quo tegitur: cuius extensio de passione est vueæ, vel de multitudine humoris albuginei. Passio vueæ aut simplex est, vt siccitas: aut composita, vt apostema. Angustia pupillæ, vel naturalis est, vel accidentalis: de mollitie, quæ mollities de nimia fit humiditate dominante, & lubricum faciente, aut de albuginei C paruitate. Largitas pupillæ siue naturalis, siue accidentalis, semper est mala, quia spiritum spargit. Sed angustia, si propter rem de qua facta est stricta, naturalis est, bona est, quia spiritum coadunat: accidentalis tamen molesta est, non ideo, quia angustia, sed propter causam de qua facta est stricta: maxime si fuerit propter albuginei paruitatem. Duplex enim malum est: vnum, quia crystallinus est discoopertus ad lumen: aliud, quia ex paruitate albuginei desiccatur. Mutatio pupillæ de loco, vel naturalis est, vel accidentalis. Accidentalis consideretur. Panniculi qui sunt iuxta pupillã contumescunt, vulnerantur, & consolidantur. Hæc tamen mutatio non multum est mala. Separatio iuncturæ, si sit in vuea, & non sit perforata, non multum nocet visui: quod si perforetur, currit humor albugineus, & vueam tunicam coniungit araneæ. Vnde quinq; accidentia generat. Vnum, quod vuea crystallino propinquatur, nec habet vnde cooperiatur: atq; spiritus visibilis de cerebro procedens, non coadunatur in pupilla, sed egreditur ab ea, & dispergitur.

De accidentibus albuginei humoris. CAP. 4.

Albugineus humor in quantitate et qualitate patitur: In quantitate, si augmentatur, vnde visus obscuretur, vel minuatur: vnde nequit crystallinum cooperire, in qualitate, liquore & colore: liquore si parum crassus fuerit, longinqua videre non sinit, & propinqua bene discernit. Si sit crassissimus omnino, visum occupat, & amputat, & cataracta dicitur: quæ vel in parte vna, vel in multis locis dispertita est, in vuea, vel in pupillæ medio, vel circa eam. Si sit in medio, oĩa perforata videtur infirmo. Partẽ enim quã videre nequit, putat concauã esse. Si circa pupillam, multa in vna hora vuea non permittit videre, propter paruitatem pineę visus. Si crassitudo dispertita sit, & particulariter sit diuisa, quæ videt putat esse quasi stricta: vnde patiens cernit quasi muscas & similia, quod pueri & febricitantes plurimum patiuntur. Color si mutetur, omnia coloris istius esse putantur: vtpote si fuerit plumbeus, omnia fumosa apparebunt & tenebrosa: sic & si fuerit alterius coloris, idem ipse color in visis omnibus apparebit: eis tamen ad cataractam præparati sunt oculi, de quorum stomacho fumus ad caput ascendit, & patientibus fluit de naribus rheuma.

De accidentibus visibilis spiritus. CAP. 5.

Spiritus visibilis in qualitate & quantitate patitur: In qualitate, vtpote si fuerit subtilis, vnde bene discernit, ac res optime comprehendit: vel crassus, vnde ad remota loca penetrat: & longinqua videt, vel paucus, ad remota se elongare non valens, sed solum propinqua cernens.

De accidentibus corneæ. CAP. 6.

Panniculus cornea, quo pupilla tegitur: si quo modo patiatur, visui nocet: cuius nocumentum propter se, vel propter aliud fit. Propter se, tria morborũ genera patitur: videlicet simplicem, com-

positionem, & separationem iuncturæ: Simplex, vt humiditas, & siccitas: humiditas visui nocet E propter quantitatem: vt si fuerit multa, omnia sicut fumus & nebula apparebūt: vel propter qualitatem: vtpote si rubea fuerit, omnia videri rubea facit, veluti qui patiuntur febel contingit: si autem citrina fuerit, citrina apparebunt omnia, sicut ictericis fit. Siccitas spasmum generat, vnde visui nocet: si multa, multum: visus ergo quandoq; ex toto amputatur. Separatio iuncturæ, si fuerit perforata cornea, duobus modis visui nocet: vno modo propter putredinem in illo vulnere congregatam: secundo, quia crystallinus secundo lumini fit vicinus. Passio corneę, quæ propter aliud fit, vel propter coniunctiuam, vel propter palpebram est. Propter coniunctiuam, si vngula nascatur in ea, vel fiat apostema corneam operiens: Sed passio corneæ & coniunctiuæ & aliarum partium oculorum non nocet visui, nisi accidentaliter.

De accidentibus motus voluntarij oculorum. CAP. 7.

Passio vero motus voluntarij oculorum est triplex. Vel enim amputatur, & mollities vocatur: vel minuitur, & tremor & titillatio dicitur: vel propter lacertos, cum non vt oportet, mouentur, & spasmus nuncupatur. Quorū trium vnumquodq; fit: aut propter cerebrum, aut ꝑpter neruos, aut propter lacertos. Sed diuersitas mollitiei ac spasmi lacertorū oculos mouentium est secundum diuersitatē motionis eorū. Quod quo videat, vel vnde procedat, in fine sexti cap. planius dicitur. F

De diuisione morborum oculorum in apparentes & occultos. Et primo de apparentibus. CAP. 8.

Morbi oculorum vel sensui apparēt, & facillime cognoscuntur: vel latent, & eorum notitia est obscura, quorum significationes intellectuali inuestigatione comprehenduntur. Incipiendum igitur à morbis sensui apparentibus, & ostendendum in quo loco oculorū appareant, & nascantur. Morbi ergo qui sensui apparēt, vel sunt in coniunctiua, vel palpebra, vel in angulo oculorum, vel in cornea, vel in vuea, vel inter vueam & crystallinum. In coniunctiua septem sunt, videlicet petia, vngula, ophthalmia, tumor, duritia, & cætera. Petia est sanguis fluens de aliqua arteria, vel vena incisa, quam patitur ex ictu. Vngula est superfluitas neruosa aut carnosa, extendens se ab angulo ad pupillam, & prohibens visum. Ophthalmia triplex est, quæ visum turbat: cuius causa vel exterior est, sicut fumus, sol, puluis, & similia: vel interior, sicut humores ad coniunctiuam fluctes. Sed prima ophthalmia mala non est: causa enim quàm primum ablata, morbus amputatur. Secunda vero, postquam causa amputatur, habet & signa quæ habēt cætera membra, cum patiuntur apostema: quæ sunt, tumor, inflāmatio, durities, lachrymæ, rubor, plenitudo venarū oculi. Tertia cæteris est fortior, quia & alias habet significationes. Acumen enim palpebræ inuersatur extrinsecus: eius q; motio vix fit, & albugineus ascendit super nigredinē. Tumor est quadruplex: Vnus G fit ex crassa ventositate: Secundus, ex phlegmatico humore nō crasso: Tertius, ex phlegmate crasso. Quartus, ex melancholia, qui dicitur scliros. Qui omnes sic adinuicem discernuntur. Primus euenit subito, sicut videmus seniores in æstate pati propter muscarum morsus. Secundus et tertius paulatim fiunt, sine magno dolore & mollitie, minor in secundo quàm in tertio: quorum color est sicut color totius corporis. Quartus vtplurimū fit in angulis oculorū, & aliqn̄ dilatatur & ascendit ad supercilia durus, multum habens dolorē. Eius color plūbeus est, qui multoties sequitur varias & diurnas ophthalmias, & maxime quæ mulieribus contingunt. Duritia nascitur in oculo toto, nascitur & in palpebris, quæ motū grauem facit cū dolore & rubore: nec patiens valet oculos aperire cum à somno surrexerit, attamen sunt lachrymæ salsæ & nitrosæ. Dolor & rubor in toto
* corpore palpebris fiunt ex humiditatibus salsis aut acutis: si cōiunctiua est plena crassi sanguinis, quæ cum inflatur, rubei fit coloris: est & proflua, quæ dolorem & tumorem facit.

De passionibus palpebrarum & angulorum suorum. CAP. 9.

Passiones palpebræ quædam sunt communes morbis totius corporis, sicut verrucæ, scrofulæ, & similia. Nascuntur q; vel extrinsecus vel intrinsecus. Extrinsecus, sicut est crassities, quæ est quasi pinguedo viscosa relata neruis & panniculis. Nascitur q; in palpebra superiori intrinsecus, H scabies, grando, petrositas, & viscositas. Scabies quatuor modis est, vna dicitur psorophthalmia, alia trachoma, tertia sycosis, quarta telosis: prima, secunda leuior est: quæ magis aspera, dolorē & grauitatem facit: vtraq; tamen in oculis humiditatē generat: tertia dura est & asperior, quia palpebræ interioris quasi scissura est: quarta cæteris deterior est & durior ad sanandum. Grando est tumor crassus in interioribus coagulatus, vt quasi grando videatur. Inuiscatio est quædam viscositas palpebram cum pupilla iungens siue in eius albedine, siue in eius nigredine: vel vtrasque palpebras simul iungens, qualis fit propter vulnera in oculis. Item nocumentum palpebræ triplex est: Vnum, erectio palpebræ superioris, ne oculi albedo possit cooperiri: quod aut est naturaliter, aut cum palpebræ tortura mala fit: Aliud est, palpebræ breuitas: Tertium est, palpebræ inuersio ad partem inferiorem, quando nascitur, aut propter aliquod vulnus, vel propter carnem superfluam in carnibus natam. Rasura & vulnus nascuntur in eis sicut & in corpore toto in extremitate palpebræ. Pili superflui ad interiora conuersi nocent: Et pili aliquando à palpebris cadunt: Nascuntur ibi pediculi & hordeoli. Pili superflui in interioribus palpebræ nascuntur, qui pungunt & ad oculos humorem adducunt: Pili cadunt aut propter humorem ad eos fluentem, aut propter alopeciam: & aliquando cum duritia, crassitie palpebræ, & rubore. Hordeolus est

apostema

A apostema nascens in extremitate palpebræ. Aegilops est vlcus inter oculos & nares: quod si fue-
rit neglectum, fiet ex eo fistula putrefaciens os, & quandoq; putredo fluit per foramen ad nares: ali
quando ad palpebram, eius q; chartilaginem putrefacit: & si palpebra digito tacta fuerit, putredo
ab ea effluit. Grando & lachrymæ noxiæ sunt oculis. Lachrymæ fiunt vel apostemate in foramine
inter oculos & nares existente: qui hoc habent semper lachrymas patiuntur: vel fiunt lachrymæ
ex conamine medicorum acutas medicinas in scabie ponentium.

De passionibus corneæ. *CAP.* 10.

Passio in cornea nascens, vel propter oculos, vel propter totum corpus causatur: in qua tamen
infirmus magnum dolorē sentit in neruo, & patitur extensionem in panniculis oculorū, qui pan-
niculi ruborem & extensionē sentiunt ascendere: & maxime, si ambulat, aut mouetur, capitis dolo
rē patitur, & ab oculis subtiles & acuti humores fluūt: neq; potest acuta collyria sustinere, neq; va-
lēt oculis imposita. Passio corneę ꝓpria est vulnus, macula, obscuritas, sanies, & talia multa, septem
nominibus dicta: quarū quatuor intrinsecus, tres vero sunt superficietenus. Intrinsecus hæc sunt:
Prima est vulnus, cuius color est quasi fumus, quandā partē nigredinis operiēs: Secunda vulnus
plus primo concauū, sed tamen albidius: Tertia, vulnus partē albedinis & nigredinis operiens:
B pars tñ qua tegitur albedo, rubei coloris est: quæ vero super nigredinem stat, alba est: Quarta est
vulnus quoddam in modum faculæ putrefactum. Passiones vero exteriores hæ sunt: Prima, est
quoddam vulnus cōcauum & angustū: Secunda, est vulnus concauū, sed largius: Tertia, vulnus
plus ceteris putrefactum: hoc obliuioni tradito, oculorum panniculi putrefiunt. Quare autem
oēs corneæ passiones aliqñ curabiles, aliquando incurabiles sint, causa duplex est: aut propter di-
uersitatem vulnerum, aut propter diuersitatem materierum in vulnere existentium, & cornea de
multis corticibus composita est, vno super alium locato. Aliquando vulnus in primo, aliqñ in se-
cundo, non nunquam in tertio cortice nascitur, propter materiam quæ in quātitate multa est, aut
pauca: aliqñ alba, aliquando nigra, modo subtilis, modo crassa, calida solā, vel acuta, vel nitrosa, vel
A.l.3.f.3 t 2.c. -fol. 224. d dulcis. Quod post "tertium corticē est, molestius est, q̄ quod post secundū: & post secūdum, q̄ post
primū, salubrius quod fit in superficie: deterius quod est post oēs cortices. Materia si fuerit multa
calida, patiens magnum in oculo sentit dolorem: Multitudo enim materiei facit extensionem &
calidum dolorem. Item salubrius est quod non est in loco pupillæ, deterius quod in loco pupillæ:
quia si scindatur vulnus, non sumus securi, quin per vueam pupilla egrediatur, & fluat humiditas
oculorum. Quòd si vulnus super pupillam sit, vulnere sanato visus offenditur.

C *De egressione vueæ, & passionibus eius.* *CAP.* 11.

Egressio vueæ quatuor modis fit. Aliquando enim egreditur parum, vt videntes pustulam es-
se putent: sed si discrete inspiciatur vuea sani oculi, & vuea infirmi oculi: & si earum colores sint
dissimiles, scias pupillam egredi: si vero similes, apostema ibi ortum esse. Aliquando plus exit: &
tunc satis apparet eam esse egressam. Tertius modus est, cum tantum egreditur vt palpebræ mi-
nus præualeant, & pili palpebram pungentes iungendo dolorem inferant: & hunc modum me-
lon dicunt. Quartus modus, gomphos græce, latine dicitur clauus: quia egrediens pelliculas vueę
superficietenus operit: vnde eius forma fit quasi clauus. Passiones vueę sunt, dilatatio aut constri
ctio. Dilatatio autem fit quatuor modis, aut ex nulla causa patenti, vel propter percussionem, vel
propter apostema, vel propter aliam passionem.

De suffusione, seu cataracta. *CAP.* 12.

Inter vueam & crystallinum humorem aqua nascitur coagulata, prohibens spiritum visibilem
à pupilla exire: quæ passio si est incipiens, obscura est: perfecta vero, facillime cognoscitur. Sed
qui ad hanc venturi sunt passionē, eis ante oculos cimices volant: quibusdam autem quasi flam-
mæ apparent: incidentibus autem visus amputatur, & color pupillæ amputatur. Huius aquæ co-
D lor est diuersus: quædam enim aeri, quædam vitro assimilatur, alia est quasi album habens colo-
rem, alia quasi cœli colorem, alia quasi viridem, alia quasi venetum: vnde antiqui cataractas, ve-
neticos oculos appellauerunt: sed differentia est, quia venetici oculi duobus modis fiunt, vel pro
pter aquam, si nimium fuerit coagulata: vel propter siccitatem, quam patitur crystallinus. Spe-
cies aquæ, quæ aeri assimilatur, facile potest curari: licet eius accidentia sint, quæ supra diximus.
Secunda vero species quandoque curabilis est, quandoq; non: quod sic dignoscitur: Si vno ocu-
lo clauso pupilla alterius dilatatur, possibile est sanari: sin autem, minime: causa, quia neruus con-
cauus quo visibilis spiritus ad pupillam ducitur, oppilatus est. Hæc cataracta ex passione stoma-
chi procedit, vel cerebri: sed sic discernitur: Si apparitio in vno oculo fuerit, vel in vtroq; sed di-
uerse, cataracta ex cerebro esse intelligitur: si in vtroq; æqualiter, stomachi esse cognoscitur. Item
si modo plus, modo minus apparuerint, ita quòd stomacho minus digerente maior fit. Item si pa-
tiens, de stomachi arsura, vel ardore murmurauerit. Item si ex picra exhibita, ista imaginatio de-
creuit: cum enim non fuerit huius mali cataracta, picra videtur nihil esse proficua. Si fuerit pro-
pter cerebrum, plurima ex phrenetica nascitur passione: quia phrenesis est apostema calidum na-
scens in cerebri prora: fit q; quasi fuligo, calore secundum humorem de quo nascitur, desiccante:
& per venas circa cerebrum & oculos ad oculorum substantiam penetrante: talia enim appa-

rere facit. Sufficit de passionibus oculorum visui apparentibus. Oportet de his dicere quæ diffici le intelliguntur, quia intrinsecus nascuntur. E

De passionibus oculi natis intus, & occultis. CAP. 13.

Passiones intrinsecus nascentes, sunt mollities quæ dicitur paralysis: & desiccatio, quæ spasmus vocatur. Paralysis autem triplex est: vel enim motum amputat, vel visum, vel vtrunque. Sed visu amputato absque causa manifesta, vel etiam minorato notabiliter: propter nerui concaui passionem, vel propter visibilis spiritus paruitatem fit. Neruus patitur constrictionem, vel iuncturæ separationem, & tunc necessario visus corrumpitur: nec enim manifestatur, nisi rationabili inuestigatione comprehendatur. Verbi gratia, si visus absque manifesta causa, vel minuitur, vel aufertur: interrogetur patiens an grauitatem sentiat in prora capitis, aut circa frontem: quo id patiēte, scias humores humidissimos ad concauum neruum fluxisse, eumque obstruxisse, vel apostema ibi generasse. Potest etiam aliter inuestigari, si vno oculo clauso pupilla alterius non dilatatur, neruum obstructum esse non dubitatur. Item patiens interrogetur si in capite fuerit percussus, vel propter casum aliquem vulneratus: quod si fuerit, nec pupilla exierit post, nec magis subito virtus conuersa fuerit: scias neruum esse constrictum. Si autem propinqua videat, & non longinqua, & non parua: scias spiritum visibilem esse defectum. Quod si longinqua & minime propinqua viderit: & si meridie, vespere vero non, sicut accidit senibus: scias causam esse crassitiem spiritus, vel suam commistionem cum turbidis humoribus. Hæc sunt accidentia in substantia oculorum latentia. Sed passiones oculorum in mobilibus locis nascentes, aut sunt propter cerebrum, aut propter neruos, aut propter lacertos. Si propter cerebrum, necessario in vtroque oculo corrumpitur motus: si propter neruum, illa pars oculorum offenditur, quæ ab illo neruo regitur: quod si neruus non in toto patitur, sed in parte, motus lacerti, qui neruo illi pertinet, corrumpitur, non nunquam passio non in neruo, sed in essentia lacerti nascitur. F

De musculis qui mouent oculos & palpebras, & de vijs per quas fluunt humores ad oculos. CAP. 14.

Lacerti autem oculorum sunt, vt diximus, duodecim: quorum quinque oculi ipsi mouentur: tribus vtriusque nerui fundamentum corroboratur, & per eos oculi seorsum mouentur: reliqui quatuor palpebras mouent. Passio vero lacertorum est duplex, mollities & spasmus. Quod si lacerti motus oculorum, molles fiant: oculi suæ grauitatis causa descendunt inferius, & cum palpebris se infigunt. Si autem spasmant, versos oculos torquent: & sic cum nerui spasmantur, in eadem parte qua ipsi patiuntur, oculi torquentur. Tres vero lacerti vtriusque nerui fundamentum corroborantes, oculos superius eleuantes, si spasmantur, oculi non patiuntur, immo inde confortantur: si autē mollificantur, oculis nocent, quia extra egrediuntur. Oculis ergo absque vlla percussione existentibus, visu que permanente, scias neruos esse mollificatos: quod si fuerit ex percussione neruorum fracturam esse cognoscas: si neruus qui palpebras sursum mouet, mollificetur, palpebra deorsum cadet: si spasmatur, non valet oculum claudere: lacertis quibus interius mouentur palpebræ mollificatis, oculi non clauduntur: si spasmantur, palpebræ superius non eleuantur. Quod si lacerti in parte patiente non patiuntur, nec palpebræ in loco eius attinente patiuntur. Humores autem ad oculos fluunt, vel per venas supra craneum existentes, vel per venas sub craneo existentes. Si per venam supra craneum manauerint, frontis & temporum venæ crassæ sunt & extensæ: vnde valet si incidantur, vel desiccatiua emplastra vel cataplasmata apponantur. Si autem hæc non apparuerint: scias humores per venas, quæ sub craneo sunt, manare. G

PARTICVLA quinta est de virtutibus medicinarū sanantium morbos oculorum. Cuius sunt capita sex.

De distinctione medicinarum oculorum penes sapores. CAP. 1.

QVi oculorum passionem volunt curare, eorum medicinas, & virtutes earum oportet cognoscere, quæ maxime saporibus ostenduntur. Sapor enim virtutes innuit. Vnde sciendum quod quæ ad linguam veniunt, & nihil in eam faciunt, insipida vocantur. Insipida autem vel sunt simplicia, sicut aqua, vel composita: nulla tamen qualitate præualente. Quod si aliqua præualuerit, erit aliquantulum frigiditati attinens, sicut medicina quæ dicitur obstruens, quæ duobus modis est: aut terrestris & sicca, sicut hæmatites, & tutia, & cadmia, & his similia: vel viscosa, vt oui albugo, oleum omphacinum. Quibus aer dominatur, linguam pati faciunt, vel cum delectatione, vel cum nocumento. Quæ delectationem inferunt, necessario patet quod quibus ea faciunt, eis similia sunt. Linguam ergo delectantia, humanæ complexioni sunt similia. Humana autem complexio, temperate calida est & humida: Hinc ergo & omnia linguam delectātia, & humana corpora, sicut aqua tepida, delectant. Delectationem ergo facientibus si aqua dominetur, dulcia sunt: si aer, vnctuosa erunt. Ideo que omne nutrimentum vel dulce, vel vnctuosum, vel compositum ex vtroque. Quibus vero præter istos sapor alius dominatur, non nutriunt, sed sunt propter medicinam. Quæ vero nocent, faciunt linguæ punctionem: quæ punctio species est separationis iuncturæ. Separatio enim iuncturæ aut nimia constrictione fit, aut incisione. Quæ incisionem faciunt, calida sunt: quæ nimiam constrictionem, frigida sunt. Item linguam separantia, aut multum, aut parum separant. Multum separantia, crassa sunt, terrestria, dura, & amara. Quæ non multum separant, salsa vocantur. Quæ vero subtilia & ignea, dicuntur acuta. Quæ autem cō- H

stringunt,

A stringunt, vel sunt crassa, terrestria, vel subtiliatiua, & aquosa. Terrestria, & crassa, multum constrictiua & pontica sunt, Quæ vero minus constrictiua sunt, & styptica, subtilia dicuntur acetosa.

De Speciebus saporum, & impressionibus quas in lingua faciunt. CAP. 2.

Sapores autem sunt isti, dulcis, vnctuosus, amarus, salsus, acutus, ponticus, stypticus, acetosus. Ponticus coadunat linguam & premit, non solum superficietenus: verum etiam intrinsecus, vnde obstruit & asperat: Stypticus similiter: Sed salsus lauat & mundificat. Amarus magis salso mũdificat, exasperat, & excoriat. Acutus vero mordet, pungit, & calefacit, Acetosus vero sine calefactione. Dulcis humectat & lenit asperitatem linguæ, & delectationem tribuit: Vnctuosus similiter, sed debilius. Sapidus de genere dulcedinis aquositatem non habet sibi dominantem. etiam in sapido dulcedo tantilla sentitur: Vnde fructus à terra sublimes sunt dulces, & propinqui sapido, quia humiditas eorũ vicina est humiditati sapidi. Ponticus ergo terrestris est & frigidus: Acetosus, aquosus: Amarus, terrestris, calidus, & igneus: Dulcis, calidus & terrestris: Vnctuosus, aereus. Ponticum quoq; pororum scimus coadunatiuum, constrictiuum, incrassatiuum, refrigeratiuum, & desiccatiuũ. Acetosus incidit, subtiliat, aperit, mundificat, repercutit, dissoluit, refrigerat. Amarus mundificat, lauat, attenuat, & calefacit. Salsus coadunat, obstruit, desiccat, non multum calefacit.
B Dulcis mollificat, maturat, & moderate calefacit. Vnctuosus humectat, & mollit sine manifesta delectatione. Et sciendum ꝙ ponticus & acetosus sunt in infrigidatione æquales: sed ponticus, terrestris: acetosus, aquosus est: quod & sensu patet & intellectu. Videmus enim in initio fructus ponticos esse suæ arbori similes, sicut oliuam, vuam, coctana, granata, & similia: quorum quidem quanto sunt pluris temporis, humefiunt: & cum sua humiditate & ponticitate acetositatem recipiunt: deinde sapor paulatim mutatur, quousq; dulcis fiat. Sed non nulli ad dulcedinem veniunt nulla mediante acetositate. Sed maturatio fructuum fit calore, quæ duobus est modis: Vna naturaliter fit in fructuum essentia ex proprio ipsorum calore: alia ex calore solis. Item sensui patet, ꝙ videmus ponticum linguam constringere & desiccare, quod est eminentis frigiditatis actio. Palàm igitur est ponticum frigidæ complexionis esse. Item acetosum subtile est, etiam penetrabile: cuius causa est calor in eo ebulliens. Vnde patet ponticum crassum esse & terrestre: acetosum vero, subtile, & aquosum: quod sic certificatur. Inuenimus fructus in initio pōticos esse & frigidos, quorum ponticitatis minoratio, aut est propter solis calorem, aut propter humiditatem, aut propter vtrunq;. Si propter solis calorem, maturati dulcorãtur, sicut castaneæ: Si autem propter humiditatem crassam, fiunt fructus pontici. Si autem propter humiditatem aquosam &
C quasi aeream mutant, fiunt acetosi. Si causa caloris & aquosæ humiditatis mutantur, dulces fiunt. Si vero humiditas aerea fuerit, fiunt vnctuosi. Item dulcia & amara sunt calida: sed dulcia sunt in caliditate & humiditate temperata: sic vnctuosa: vnde vtraq; naturæ humanæ conueniunt, quæ in humiditate & calore temperata sunt. Amara vero sunt calidiora dulcibus, & sicciora: quod arbitratione probatur. Omnis liquor, si naturali vel extraneo calore coquatur, in primis dulcorat: sed augmentato calore fit amari saporis: sicut mel cũ inueteratur, & etiam super prunas excoquitur. Idcirco dulcia & amara mundificant & lauant: Sed dulcia, cum moderamine & delectione: Amara vero, non moderate, quia & iuncturam separant: Acuta, & salsa, calida & sicca sunt: Acuta tamen calidiora & sicciora quasi ignea: vnde incendunt & elidunt: ideo q; exterius polita mundificant, & superfluam carnem in vulneribus natam corrodunt. Salsa vero potui data crassos humores de pectore & capite educunt, epilepsiæ repugnant: neq; enim velociter vt acuta penetrant, neq; in eis est tanta crassitudo, vt diu morentur ingredi, sicut pontica. Salsa vero terrestria & calida sunt, sed minus, quàm amara. Et hac ratione sapores inuestigantur.

De Virtutibus Medicinarum primis, secundis, & tertijs, & suis effectibus. CAP. 3.

Virtus autem medicinę diuersa intelligitur. Est enim prima, secunda, tertia. Prima quidem
D quadruplex est, calida, frigida, humida, & sicca: quarum vnaquæque quatuor gradus habet, & vnicuique graduum est initium, medium, atq; finis. Quæ igitur primo gradu est, corpus immutat à suo temperamento, sed hæc mutatio sensu non apparet. Quæ autem in secundo, corpus à tẽperamento mutat, sed non multum apparet. In tertio gradu consistens, manifeste mutat, sed non corrumpit. Quæ vero in quarto gradu est, mutat & corrumpit: sed calida cum intẽtione destruit, frigida cũ dormitatione. quæ vero in quarto gradu sicca sunt, necessario separant iuncturas. Hæc primam habent virtutem. Secundã virtutem habentia, vocantur, maturatiua, mollitiua, obstruentia, aperitiua, mundificatiua, incrassatiua, incisiua, incensiua, putrefactiua, carnis depascitiua, carnis generatiua, solidatiua, doloris mitigatiua. Maturatiua & mollitiua calida sunt. Maturatiua etiã necesse est vt tantum habeant calorem, quantum mẽbro curando necessarium sit, ne minuant vel augmentent suam naturalem humiditatem. Mollitiua calidiora & humidiora esse oportet: qa membra mollitiuis egentia duritiem habent, cuius causa est humor crassus frigidus & viscosus: vnde calida necessaria sunt, quæ crassitiem & coagulationem illius chymi dissoluant. Oportet ergo ne ille calor sit nimius, ne illius chymi subtilitate resoluta, quod crassum est, indurescat, atq; putrescat. Item necesse est vt calor eius sit in fine primi gradus, sicut bdellium, sigia, idest styrax liquidus, galbanum, ammoniacum: tum cũm medulla vitulina, caprina, bouina, & similia. Maturatiua,

si sint

si sint calida & humida, obstructionem tamen quandam oportet ea habere, qua pori claudantur: E
qa illis obseratis calor interius adunatur & corroboratur: vnde & digestiua & cęteræ acti ones naturales vigent, sicut facit oleum cum aqua calida, farina frumēti cum aqua mica panis, seuum porcinum, vel camelinum, pix, resina, gummi cypressi, cera cum oleo, thus, & similia. Hęc ergo obstructionem faciunt, sed non tantam, vt dissolutioni repugnet. Si igitur mollitiua huiusmodi esse oportet, induratiua necessario erunt frigida, sicut portulaca, psylium, lens, aqua, solanum, & similia. Obstruentia adeo poros oblimant, vt facile aperiri non possint: vnde necesse est ea esse terrestria, viscosa, nullam punctionem facientia: quæ si pungunt, membra ferre non possunt, & attenuant, pori q; aperiuntur: & sic oportet ea esse absq; calore nimio & frigore. Aperitiua dicuntur esse contraria, vt crassam materiam attenuēt: quę virtus in amaris & nitrosis inuenitur, sicut sunt iris, amygdala amara, nitrum, orobus, lupinus, dictamus. Sed aperitiua, quę stypticitatem & ponticitatem habent, extra posita non aperiunt: sed potata viscerum aperiunt obstructionem. Mundificatiua sunt necessario quasi aperitiua, tamen debiliora, vt lauent & mundificent, vt violæ, fabæ dulces amygdalæ, & similia. Medicina corpus mundificans temperate calefacit, nec desiccat, nec crassitiem habet, sicut chamæmelum, malua, sambucelęon, radix elenij, & similia. Incrassatiua est quasi obstruens, constrictiua oris venarum crassa est & frigida, styptica, omni carens resolu- F
tione. Incensiua multum calida est, sicut allium, cæpa, fel tauri, & similia. Putrefactiua subtilissima est, vastans primo superficiem. Carnis minutiua, est quasi putrefactiua, debilior tamen. Cicatrizatiua est sicca & styptica, sed incisiua, aliquando carnem generat, si modice vulneribus apponitur. Attractiua dicitur naturaliter & accidentaliter: naturaliter, cuius attractio est cum calore, & subtilitate, sicut sagapenum: accidentaliter, cui propter putredinem virtus innascitur, sicut fermento. Doloris mitigatiua debet habere calorem similem calori corporis. Huiusmodi secundam habent virtutem. Tertiam habent virtutem, quæ lapidem frangunt, pectus & pulmonem ad screandum iuuant, lac & sperma generant, vrinam & menstrua prouocant. Medicina attenuans & incidens nimietate caloris lapidem frangit, vt radix capparis, radix calamenthi, vterq; elleborus, acetū scilliticum. Si enim multum habent calorem, lapidem frangere videntur: Si nimium calorem nō habuerint, & cum aliquo humido accipiuntur, ad screandum vtiliora fiunt: Sed si aliquantulum sint calidiora, & tamen in statu temperamenti permaneant, siccitatem q; non habeant, lac & sperma generant: Si autem multo plus calidiora fiant, sed non ficciora in vltimitate, menstrua prouocant, vt acorus, petroselinum, seseli, & similia, quę sunt calida, nec nimis sicca.

De diuisione medicinarum sumptarum à plantis, & metallis, & animalibus exemplis q; earum. CAP. 4. G

Medicinam oculorum scire volentem, virtutes medicinarum suarum oportet prius cognoscere. Sciendum, itaq;, ꝙ oculorum medicatiua quędam de nascētibus terræ, quędam de metallis, quędam de animalibus sunt. De nascentibus est, vt gummi, assa, sagapenum, euphorbium, myrrha, opium, thus, tragacanthum, galbanum, sarcocolla, oculi lyciorum, ammoniacum, aut hypocysthis, acacia, marathrum, fœnugræcum, rosæ, glaucium, aloes, amygdalę, vel sicut galla, aut flos rosæ & frondes, aut folium, aut lignum, vt casia, & cinnamomum: vel vt cortex thuris, vel mandragoræ, vel spicæ nardi. De metallis sicut hæmatites, sal ammoniacum, flos æris, ærugo, arsenicum, cadmia, nitrum, chalcanthum, plumbum, antimonium, ferrum, ferrugo. De animalibus aliquando sunt humores, sicut fel, lac, albumen oui, & vrina: aliquando membra eorum, vt cornua, castoreum: quarum omnium virtutes singulariter ostendam.

De prædictis medicinis & earum effectibus specialiter. CAP. 5.

Assa cæteris gummis calidior est, incendit & dissoluit. Sagapenum calidum est & subtile: mundificat & attenuat maculas oculorum: valet quoq; suffusioni & obscuritati, quæ fit ex turbiditate. Euphorbium subtile incensiuum est. Myrrha calida &, sicca: pustulas oculorum absq; dolore mū H
dificat. Thus calidum in secundo gradu, siccum in primo. Gummi arabicum frigidum est & siccum: obstruit: Tragacanthum similiter. Sarcocolla desiccat & consolidat sine nocumeno oculi. Lycium temperatum est in calore, vnde mundificat & attenuat crassitudinem super pupillam nascentem. Ammoniacum apostemata oculorum mundificat & dissoluit. Rosa refrigerat: Glauciū similiter. Succus hypocysthidis confortat & refrigerat: Acacia similiter. Mandragora refrigerat, dolorem placat, quia dormitionem prouocat. Marathrum valet cataractę, maculas mundificat. Malum coctanum oppilat & refrigerat. Galla repugnat humoribus ad oculos fluentibus, & membra confortat. Crocus maturat. Balaustia refrigerat, repugnat, desiccat, & confortat. Spica dissoluit & attenuat. Cinnamomum calefacit, maturat, atq; desiccat, & confortat. Hæmatites desiccat, & valet asperitati palpebrarum, carnem superfluam manducat. Sal mundificat, & desiccat: Similiter sal ammoniacum. Arsenicum rodit & incendit, carnem dissoluit & minuit. Cadmia desiccat atq; constringit & mundificat: quæ incensa & lota, superiora agit sine punctione: adiuuat ēt oculorum vulnera, maxime si humida, quia desiccat ea. Plumbum desiccat. Antimonium desiccat, & constringit, & calefacit. Æs vstum vulnera consolidat. Cerusa desiccat & infrigidat. Flos æris desiccat, constringit, & calefacit. Tutia desiccat & infrigidat sine dolore, maxime si lota est: valet ēt,

A vulneribus,pustulis,& lachrymis oculorum. Ferrugo desiccat & constringit: valet quoq; contra pustulas spinosas. Ærugo carnem minuit & attenuat. Sciendum est, quod omne fel est siccum & attenuatiuum,quod mistum oculi medicinis visum acuit. Albumen oui confortat & oppilat. Lac lauat & mundificat. Castoreum scindit atq; maturat.

De nouem potentijs medicinarum oculorum,& suis effectibus. CAP. 6.

Hæc est diuersitas specierum medicinæ oculis pertinentium. Oppilatiua, Colatiua, Mundificatiua, Aperitiua, Putrefactiua, Cõstrictiua, Contractiua, Maturatiua, Dormitiua. Oppilatiua duobus modis est, terrestris & sicca, vel humida & viscosa: Terrestris desiccat humores calidos & subtiles ad oculos fluentes, maxime si ibi sint vulnera, quibus oportet adhiberi mundato capite, prout necesse est, & toto corpore fluxu q; humorum cessante. hæc enim medicina leuiter & subtiliter mediocriter desiccat humores, qui in oculorum venis latitant, & ad oculorum panniculos prohibet penetrare: transacto q; humorum cursu, causa q; fluxionis eorum præterita, hæc medicina non amplius debet dari, quàm ne dolor oculorum augumentetur, quia panniculi oculorum nimia humorum multitudine extenduntur, vnde & quandoq; finduntur. huius tamen medicinæ posteritas non in pauco declaratur tempore, quoniam aliquando operatur, & si ratio non expo-
B stulat, scilicet vulneribus in oculis apparentibus, vel corrosione in cornea existente, vel vuea egrediente: acutis tamen humoribus ad eos fluentibus, nõ audemus desiccatiua ponere. stypticis enim illic positis humores fluere prohibentur, vnde dolor augmentatur. quod si medicina apponatur, materiæ ad oculos fluentis acumen augmentatur. Mollitiua vero seu dissolutiua seu maturatiua, si dentur, humores quidem maturantur: sed tamen in vulneribus caro non generatur, neq; vulnus sanatur. Acetosis frigidis applicatis, punctura, & morsura, & tumor in oculis generantur. Nulla igitur medicina conuenit huic passioni, nisi quæ inter calidum & frigidum temperata est, vel temperamento vicina, quod facit tutia lota, cadmia vsta & lota, similiter cerusa lota. Alia autem medicina oppilatiua, scilicet humida, viscosa, quam diximus, valet i hoc loco modis duobus: vno, quia non pungit, sed dolorem mitigat: alio, quia lædit asperitatem ex humorum fluxu factam: vulnera enim lauat, vnde dolor mitigatur, quia crassi humores acuti mundificantur. Sed oculorum medicina sæpissime metallina est: quia vero oculi sensum habent acutum, cum metallina, viscosa & humida misceantur, ne asperitatem faciant, sicut albumen oui, fœnugræcum, lac, gummi arabicum, tragacanthum, & similia. Medicina aperitiua dissolutiua, necesse est, vt sit acuta, quam non expedit ponere in pustulis corneæ, nisi res maturatiua propter sui duritiem non valeat. Similiter cum
C apostema tunicarum panniculorum & pellicularum, maturatiuis non curatur, acuta imponatur: quibus tamen maturatiua misceantur, sicut assa, sagapenum, euphorbium, cinnamomum, amomum, casia, assarum, achorus, folium, spica. Mundificatiuarum & Colatiuarum quædam mundificant, & colant modicum: & valent contra paruas pustulas & vulnera: sicut cadmia, thus, cornu ceruinum, & caprinũ, & vt dicit Galenus, antimoniũ. Quędam vero nimium mundificant, quæ valent ad vngulas, scabies palpebrarum, pruritus, & crassas pustulas: vt ærugo, tragacanthum, sal ammoniacum: quę omnia pungunt: sed cum lauantur, eorum punctio minoratur. Putrefactiua valent vetustæ scabiei & asperitati: vngulam vetustam purgant: & pruriginem, si lõgi temporis est, curant: vt arsenicum, flos æris, & similia. Constrictiua medicina etiam temperatæ actionis est, & optime prohibet humorem fluentem, pustulas & vulnera, vt rosa, folium, crocus, glaucium. thus fortiter stringit & fluxum humorum amputat. Contractiua magnum generat dolorem, quæ etiam valet commista cum medicina visum acuente, quia oculos coadunat. & est optima contra asperitatem palpebrarum, sicut est balaustia, cortex thuris, ferrugo, flos æris, succus hypocysthidis, succus vuæ agrestis, acacia, glaucium, Hæc enim lauant & leniunt asperitatem. Maturatiua cõuenit apostematibus oculorum & doloribus propter humores clausos in interioribus corneæ:
D sicut myrrha, crocus, castorium, fœnugræcum, lycium, sarcocolla, mellicratum, & similia. Soporifera dolorem magnum patientibus valent: tunc. s. cum doloris magnitudine perire videntur. Caute tamen adhibeantur, quia visum minuunt, & nonnunquam amputant. Idcirco non sępe apponantur, vel appositis calefactiua misceantur. Talia sunt opium, mandragora, & similia.

PARTICVLA sexta de Apostematibus, & doloribus, & ipsorum curis in generali. postea de ipsis vt insunt oculis, petia, pruritu, carbone: & pilis, vulneribus, fissuris, pustulis corneæ, panno, scabie, Nyctalope, suffusionibus, oculorum exitu, & collyrijs multis contra morbos oculi. Cuius sunt capita duodecim.

De Apostematibus & causis ipsorum in generali. CAP. 1.

MAximo studio curationes passionum, quas quarta particula scripsimus, necesse est ostendere. Ac primo de ophthalmia, quoniam quod proposuimus, tractabimus. Sed quia ophthalmia de genere est apostematum magnorum, quæ faciunt dolorem, decet nos de apostematibus generaliter tractare, deinde ad ea, quæ in oculis fiunt, peruenire. Diximus secundo, quod causa omnium apostematum sunt humores ad membra fluentes, cuius causa vel interior est vel exterior:

rior: interior, vt superabundantia materiæ: Exterior, vt percussio, casus, fractura, vulnus, & simi- E
lia. Pręterea membri præparatio ad recipienda superflua quatuor modis est, aut propter membri defectionem: aut raritatem, viæq; largitatem membra tendentem: aut propter suæ virtutis attractiuæ, fortitudinem: vel sui locationem naturalem. Defectio membri aut naturalis est, aut accidentalis: naturalis, vt cutis quam constituit natura defectiuam, vt superflua ab interioribus ad exteriora, à nobilibus ad ignobilia expulsa, facilius suscipere possit: accidentalis, vt ex infirmitate præterita. Raritas membri, vt teneritas maxillarum & inguinum. Attractiuæ membri fortitudo fit in membris fortibus propter nimium calorem: qui calor aut naturalis est, aut accidentalis. Propter situalem positionem, sicut si inferius locatum fuerit: humores enim ad corporis inferiora maxime descendunt. Sed materia, quæ defluit, aut est humor, aut est ventositas: Si humor, aut sanguineus, aut aquosus, aut phlegmaticus, aut melancholicus: Ventositas autem, cum non sit subtilis, nō generat tumorem. Sanguis autem si temperati caloris est, phlegmonem generat: si calidior & subtilior, erysypelas generat: sed calidissimus sacrum ignem facit, & variolas. Aquosus tumor est qui hydropisis dicitur, phlegmaticus: si fuerit subtilis, tumorē: si crassus, apostema generat, quod interius est quasi pingue seuum. Melancholicus autem cancrum generat. Ventositas autem, si fuerit, tumet. Hæc est diuersitas apostematum, quæ diuersa exigunt medicamina. F

De Curis Apostematum. CAP. 2.

Apostemata ergo, quę fiunt ex sanguine calidissimo, si eorum causa extrinseca fuerit, nec corporis extiterit plenitudo, medicamine dissolutiuo & repercussiuo curetur: excalpellatio quoq; vel incisio adhibebitur opportune. Quòd si causa sit intrinseca, ab initio nō dentur mollitiua vel dissolutiua, cum plus quàm necesse est dissolutiua à locis remotis ad apostema attrahant. Sed neq; repugnantia audemus apponere, ne materia ad membra principalia conuertatur. In initio ergo curationis phlebotomia corpus purgetur: deinde apponantur repugnantia & desiccatiua, temperiem facientia, vt sua siccitate resistant humoribus, ne ad tumoris perueniant locum, & temperiem complexionis confortent & locum, vt superfluam materiam deuincant. Sciendum quoq; omnia apostemata quatuor tempora habere, initium, augmentum, statum, & declinationem. In initio ergo conuenit repugnantia opponi calori. Repugnantia, tenui materia dissoluta in parte & crassa remanente, mollitiua & dissolutiua ponuntur: non nunquam in augmento, magno dolore existente, stypticam medicinam & refrigeratiuam ponimus: nimio dolore coacti soporiferam adhibemus. Medicina sanguinolenti apostematis, id est erysipelatis, quæ cum nimio est dolore & calore, si causa eius fuerit extrinseca, ab initio mollitiua & dissolutiua sit: Si autem intrinseca fuerit, G
primo detur choleram rubeam pharmacum purgans, deinde si opportunum est, phlebotomemus, postea medicina infrigidans & humectans apponatur: calore transacto dissolutiua aptetur. Apostema, cuius materia fuerit sanguis crassus, si cum vulnere, punctione, & putredine sit, in initio phlebotomia ei subuenias: deinde vulnera medicina corrosiua & mundificatiua curantur. Sed tamen considera apostematis magnitudinem ex calore: quia si magnum fuerit, repugnantia pones: si calidissimum, fortem caue medicinam. Aquosum apostema vel solutione, vel incisione curetur. Prima autem species phlegmatis, quæ est, vt mel, curatur constrictiuis vel confortatiuis & solidatiuis, sicut est vinū mistum cum lycio & nitro: oportet autem à leuioribus incipere, & sic ad fortiora procedere. Quòd si fuerit inueteratum apostema, incisiuis & dissolutiuis: & superius ligentur fortiter & inferius leuiter. Secundum genus phlegmatis taliter curatur, dissolutiuis putrefactiuis & incisiuis. Tertium vero, putrefacientibus & incidentibus, dissolutiua vero non valent. Quartum genus stylo incensiuo curatur. Melancholicum apostema i. cancer, difficile curatur. Nō incidatur, incisio multis inconueniens est modis: primo, quia syncopam generat, si locus multas venas habuerit: secundo, quia membra principalia non patiuntur membrum ligari neq; sanguinem constringi nisi cum cauterio: & in loco aliquando nascitur, in quo non audemus H
cauterium apponere. In huius igitur initio corpus ad temperamentum oportet reuocari: & ad bonum, cum phlebotomia, & pharmacia, & diæta, & similibus immutari. Apostema de ventositate factum dissolutiuo curatur.

De Causis & cura Doloris in generali. CAP. 3.

Dolor duobus est modis, subita qualitatis immutatione, & iuncturę separatione. Mutatio vel est de frigore vel de calore, vnde causam eius non oportet inuestigari. Separatio iuncturę tribus modis fit, incisione, fractura, crepatura. Incisio vel extrinseca est cum gladio: vel intrinseca, vt cum acuta humorum qualitate. Fractura autem fit de exterioribus, sicut solidis & crassis corporibus ponderantibus: aut de interioribus, vt de apostematibus: De exterioribus, si sit lapis, locū in quo scindit conculcat propter vtranq; loci extremitatem, qui depressus necessario extenditur. Iunctura, quæ separatur de interioribus taliter fit, augmentata materia concauitates replet membrorum, dolorem q; generat. Materia vero humorum est, vel ventositas vel acuta qualitas. Ideoq; sex sunt causæ doloris, chymus nimius, ventositas non habens exitum, magnum apostema, vel durum, humorum acuitas, vel vulnerum siccitas vel caliditas vel frigiditas. Si dolor propter nimium chymum fuerit, ipso purgato cessabit: Si propter crassam ventositatem, cibo subtili & potu calidis q;

fomentis

A fomentis & cataplasmatibus curatur: Si ex apostematibus, ipsorum curatio est dolorum amputatio: Si ab humorum qualitate processerit incensiua, necesse est chymum purgari, siue in bonum mutari cum medicina doloris mitigatiua, quod si non sufficiat, soporifera imponamus, vt dolor mitigetur. Quod si de frigidis crassis & viscosis humoribus processit, soporiferá caueamus, quia non est tantus dolor qui de his nascitur: Si crassa ventositas exitum non habēs causa fuit doloris, res attenuatiua & dissolutiua adhibenda erit, vt ventositas dissoluatur, & humores desiccentur. Sic etiam de cæteris contraria contrarijs appone.

De causis & cura dolorum Oculorum. CAP. 4.

Oculi vero patiuntur ex apostemate vel propter acutos humores ad ipsos fluentes, vel propter pellicularum suarum extensionem ab humorum plenitudine, aut inclusione crassorum humorum & viscosorum, vel crassæ ventositatis in loco illo. Si sit propter acutos humores, pharmacia detur, materia deorsum ducatur, & oculi cum albumine oui lauentur. Purgato corpore & apostemate maturari incipiente, balneum diligenter aptetur. Quod si dolor fuerit propter humores interius clausos, totum corpus maxime purgetur, deinde calefacientibus vtatur, & oculi cum decoctione fœnugreci lauentur: & ante purgationem totius corporis dissolutiua & calefactiua caueantur, B quia ad apostema plus attrahunt quàm dissoluunt. Sciendum ꝙ humores ad oculos veniunt, vel de omnibus partibus, vel de solo capite: si de solo capite, solum caput expedit purgari, postea confortari, & ad temperiem duci, ne vltra malos humores generet, plurimum q; digerat humores. decet etiam confortare cor, & corroborare, & temperare, quando arteriæ in causa sunt, quare humores ad ipsos defluunt: quæ si supra carneum fuerint, desiccatiuum cataplasma & emplastrũ apponatur: his non proficientibus incidantur. Nonnunquam dolor fit in oculis propter sanguinis coagulationem in venis oculorum clausi, vnde plenæ videntur, & oculorum essentia sanguinolenta: Quæ passio curatur vini potatione, tamen balneo præcedente.

De Ophthalmia & eius cura. CAP. 5.

Diximus ꝙ ophthalmia est apostema calidum nascens in coniunctiua, & ostendimus curam apostematum solis oculis pertinentium. Vnde quia oculi sensum habent acutissimum, & dolorē ferre nequeunt: non temere curentur forti medicamine, sed cum rebus dolores mitigantibus temperentur. Et fiat, quod apponendum est, humidum: & viscosum in loco in quo congruit, immisceatur: & palpebra suauiter eleuata, medicina guttatim inijciatur: & ab initio nō nimio existente dolore, medicina aliquid stypticitatis habens, sicut collyrium in quo est acacia ponatur: etiam dissolu C tiuum & maturatiuum medicamen sicut crocus & lycium: similiter & styptica, vt myrrha & castorium, thus masculinum. Collyrium quoq; si multum stypticum fuerit, humefiat cum albumine oui, lacte, & decoctione fœnugreci. Hæc si fecerimus, in vno die dolor remittetur, & passio declinabit: qua declinante balneum succedat, deinde collyrium priore fortius imponatur sicut nechium, vt constringat & confortet oculos: tamen parum acuti collyrij cum eo misceatur & parum à medio ad multũ ascēdatur. Quod si ophthalmia cum nimio dolore fuerit, ponatur ab initio collyrium, quod dicitur diarhodon asperon. Apostemate vero decrescente diarhodon erimóni imponatur. & calefiat sæpissime, si nimio pungetur dolore: & si dolor nō sit multus, sufficit semel aut bis: & hæc calefactio fiat de meliloto, fœnugreco, & similibus. Cataplasmentur quoq; croco, meliloto, coriandro, oui vitello, pane loto in vino. Sed si dolor nimius fuerit, misceat̃ illi cataplasmati decoctio papaueris: vnguentum factum de croco, glaucio, lycio, gummi, & aloe, ponatur supra frontem. Si calidi sunt humores, ramus portulacæ, citonij, vel succus portulacæ, psilij, strigni, & similia. Si calidus non fuerit multum, puluis molendini, myrrha, thus, albumen oui. Humoribus vero frigidis existentibus, sulfur, pix liquida, colophonia, & similia apponantur.

De Curis petiæ, tumoris, & Pruritus Oculorum. CAP. 6.

D Ad petiā sanguis columbę, pauonis, & omnia talia prosunt, si cum thure modico misceantur: & calefactio decoctionis hordei & hyssopi prodest. Oculorum tumores habentibus fiat cataplasma ex vuis passis sine acinis ex melicrato vel aceto. Si tamen apostema non dissoluatur, radix trita admisceatur: tumore nondum dissoluto, succus columbæ apponatur. Pruritus sicut apostema curetur purgatiōe corporis: & dissolutione materiæ intus clausæ, & collyrijs, & cataplasmatibus, & fomentatione aquæ calidæ in nocte oculis apposita: quę mista cum oleo rosato, aut in ouo anatis pruritum amputat, & oleum rosatum temperate calidum. Sæpe tamen oculis cholericam imponimus medicinam, vt lachrymas in eis prouocet, quibus lauentur, & mollificentur. Pruritus cũ nimio fluxu humorum, medicina Erasistrāti curatur.

De Carne addita in Oculis, & Carbone, & Cura. CAP. 7.

Si carnes additæ propter vulnera fuerint, non curantur, nisi chirurgia. Excrescentia superfluę carnis acuta medicina curetur, sicut ęrugine æris, sulfure, & similibus. Si autem caro oculorum excreuerit superflue, nō curabit̃ nisi chirurgia. Quod si locus ille tumidus fuerit, valet allium gummi cum glaucio & vino. Nascitur etiam quoddam in oculis, quod dicitur carbo: & sicut apostema curatur: cum q; saniem habuerit, sicut vulnus curatur saniem habens. Quidam medici ponunt in hac passione glaucium, tragacanthum, rutam, succum maligranati, lanam vstam, vel myrrham & aloen,

aloen. Huic passioni valent ammoniacum cum aceto: & aliquando admiscemus cum eis de hordeo & zedoario: & capita muscarum è cera cataplasmata. E

De Pilorum ablatione & Remedio contra Casum pilorum. CAP. 8.

Pilis ablatis lauentur loca ipsorum aquis salsis, & aluminosis, & vngantur loca pilorum palpebræ cum albumine oui, & alumine, staphisagria, & farsima i. stercore columbino. ℭ *Collyrium Sabor, valet ad Pilos Cadentes de Palpebris.* Recipe ossium dactylorum drach. iiij, cadmiæ drach. ij. ℭ *Aliud Sabor.* Recipe antimonij, chalcanthi, tragacanthi, pondus æquale: quæ omnia cum melle temperata terantur, deinde collyrium fiat. Si autem pilis cadentibus palpebræ appareant crassæ, stercus muris cum melle temperatum valet: superflui pili de palpebris sunt amputandi. Quidam dicunt pilos non vltra nasci, si radicibus pilorum extractis, sanguine testudinis vel dentibus caninis locus vngatur.

De Curis Vulnerum, & Fissurarum in generali. CAP. 9.

Oportet primo vniuersaliter dicere de vulneribus, postea vero de ijs, quæ propria sint oculis. Omne vulnus vel cõcauum est tantum, vel fissum. Si multum fuerit fissum, trina intentione curatur. Iungamus vtranq; partem, & suamus studiose, & curemus ne incidat puluis vel pilus. Quòd si magnum vulnus fuerit, nec pars parti possit coniungi, nec sanies permaneat in concauitate, ne- F cesse est vti desiccatiuo medicamine, vt finita sanie vulnus impleatur carne. Cuius compositio est cum causa vel morbo vel accidenti. Si cum causa sunt humores ad illud fluẽtes, corpus purgetur pharmacia, & phlebotomia: diæta quoq; temperetur: deinde desiccatiuis siccetur. Quod si fuerit cum morbo, vel est simplex vel compositus. Si morbus simplex est, ad temperiem membrorum reducatur. Quòd si cõpositus, vel vt naturam suam membrum egrediatur, vel vulnus multũ concauum sit, duplex medicina necessaria est: vna, qua membrum ad temperamentum redeat: altera, qua concauitas carne repleatur. Impleatur ergo medicamine desiccatiuo mundificatiuo, quod humores coadunatos destruat, vulnus q; à putredine mundificet. Sed vt per poros possint egredi superflua (vnum subtile & continuum, quod latet sensum: aliud crassum, quod vt lutum in corpore coadunatur: & hęc duo superflua plus in vulneribus, quàm alicubi sunt propter loci defectionem atq; dolorem) necessaria est desiccatiua & mundificatiua medicina, qua mundificetur & desiccetur superfluitatis sordities. Omne etiam vulnus vel cõcauum est, vel fissum. Et si fuerit cũ accidente sicut cum dolore, mitigatiua conueniunt. Fissura si parua sit, non est necessaria nisi coniunctio partium: & parum medico eget, nisi locus vulneris partem amiserit, quæ pars vel caro est, vel cutis, vel vtrunq;. Si sit cutis, apponantur styptica vel desiccatiua, vt locus induratus cuti assimiletur: non nunquam acuta medicina facit hoc accidentaliter: calida medicina paulatim apposita facit hoc accidentaliter, & locum sua siccitate indurat: multa vero quantitas ex ea, loco apposita resoluit causam, & minuit fissuram. Quòd si caro à vulnere sit amota, in initio carnis generatiua expediunt: deinde locus mundetur, & cuti assimiletur. Sed omnem medicinam, quæ vulneribus pertinet, necesse est siccam esse, quæ tamen propter causam quandoque cauenda est. Parum sicca erit, ne multum siccans, carnem prohibeat generari. Mundificatiuam quoq; siccam esse oportet, vt putredinem mundet vulnera consolidans. Desiccatiua esse debet ea, quæ generat carnem, quæ nec mordicatiua sit, nec abrodens, sed styptica, vt caro induretur, cuti q; assimiletur. Hæc est disputatio vniuersalis vulnerum, & medicina. G

De Vulneribus Oculorum, Pustulis in cornea, Panno, Vngula, Nyctalope, Scabie. CAP. 10.

Sed vulneribus oculorum, si sint simplicia, mũdans & colans cõgruit medicina, quia humores cito vndi q; fluunt ad oculos propter acumen sensus eorum. Quòd si vulnus cum tumore sit, vel nimio dolore, apponuntur collyria, quę thus & metalla vsta recipiunt: & cataplasmata: nec pungitiua cataplasmentur. Aliquando tamen, si putredo vulneri insit, colatiua tunc apponatur. Sed intueri oportet an vulnus carnem rodat: inuestigandum quoq;, vnde humores ad oculos fluxerint: quo perfectò, caput & corpus expedit purgari. Deinde apponenda sunt collyria desiccatiua, nullam q; facietia punctionem: sicut ea, quæ respiciunt casum, cũ dantur cum lacte vel cum decoctione fœnugræci. Si dolor est nimius, aliquando soporifera medicamina apponuntur: fluxu humorum cessante, eis styptica apponuntur. Præuidendum tamen ne vueã egrediatur, cui egredienti stypticum conuenit adiutorium. Collectio & pustulæ in cornea nascentes curantur cum medicina maturatiua mediocriter colatiua, sicut collyrio recipiente crocum, thus, myrrham, castorium, decoctionem fœnugræci. Quòd si non inuẽnerint, & tumor non dissoluatur, calidum & aperitiuum appone, sicut sagapenum, euphorbium, & similia. Pannus in oculorum albedine natus colatiuo & mundificatiuo curetur. Quòd si fuerit subtilis, sufficit succus rubei papaueris, vel decoctum minoris centaureæ cum melle: si grossus, fortiora dari necesse est, sicut picem liquidam, ęs vstum, nitrum, stercus muris, myrrham, sal ammoniacum, & similia. Si aliquid ex eo remanserit, gallam, acaciam, & chalcãthum appone. Vngula & scabies, si duræ sint etiam & veteres, incidere eas vel excoriare optimum est: sin autem subtiles, appone æs vstum, florem æris, fel porcinum, sal ammoniacum. His non dum proficientibus, appone medicinam putrefacientem atque rodentem. Scabies non stypticis est curãda, quæ si sit cum vulnere magno q; pruritu, cõuertatur palpe- H

bra

A bra et cum hoc excorietur. Est quędam passio oculorū, quam qui habuerint, vespere non vident: quos phlebotomari conuenit de cephalica brachij: & vtantur pharmacia, & clysteribus, & caput purgantibus, & gargarismate, et sternutatione mundificentur: vena auris incidatur. Oculis mel cū alumine & sale ammoniaco apponatur, & cum hepate caprino fumigetur: hæc omnia prosunt.

De Suffusione, Egressu Oculorum, & Petia. CAP. 11.

SVffusio, idest visus defectio, sic curatur. Caput, & totū purgetur, vt diximus: diæta sit tenuis: deinde vtatur collyrijs fœnumgræcum, mel, sagapenum, asarū, thus recipiētibus, & opobalsamum, & ammoniacum. Valet quoq; si vena hepatica incidatur, & sanguisugę tēporibus apponantur. Oculis extra exeuntibus, ventosa in collo apponatur: oculi ligentur, & aqua salsa suffumigētur. Petia curatur sanguine oculis instillato: deinde cum albumine oui oleo q; rosarum ligentur.

De Collyrijs multis ad Oculorum ægritudines. CAP. 12.

COllyrium quod dicitur Dia rhodon in modum piperis, valens in Augmento Doloris Ophthalmiæ. Recipe cadmiæ, cerussæ, ana drach. xiiij: rosarum drach. duodecim: gummi, amyli, ana drach. j: tragacanthi drach. iiij & ß, aloes drach. vj: tempera cum aqua pluuiali, & informa. ℭ *Aliud in Initio Ophthalmiæ, quod etiam vetustæ valet.* Recipe acaciæ drach. liiij, gummi ʒ xliiij, cadmiæ drach. xxxvj:
B tempera cum vino pontico ana drach. xij: tempera cum aqua pluuiali. Hæc omnia à Paulo sunt ordinata. Ista vero Galenus dicit. ℭ *Collyrium valens ad Dissoluendum Apostema die vno, & ad Ophthalmiam.* Recipe antimonij, acaciæ, ana ʒ lxx: cadmiæ drach. ix, æris vsti loti ʒ xxj. cerussæ drach. xij ʒ, myrrhæ ʒ vj, sulfuris drach. vj: castorei, opij, chalcanthi vsti, ana drach. vj: gummi drach. ix: tempera cum albumine oui: in vno die est validissimum. ℭ *Aliud Pauli.* Recipe cadmiæ, croci, gummi, ana ʒ iiij: æris vsti drach. xxiij: cerussę, rosarum, ana drach. xxij: polij, croci, chalcanthi, opij, ana drach. vj: aloes, spicæ, castorij, ana drach. j & ß: tempera cum aqua: curat vero ophthalmiam, & humores vel propter dolorem, vel vetus vulnus fluentes. *Aliud.* Recipe cadmiæ, acaciæ, gummi, ana drach. ix: antimonij triti drach. xx: castorij, opij, ana drach. vj: lycij drach. iiij & ß: myrrhæ drach. xij: spicæ, aloes, ana drach. iiij: gummi, tragacanthi, chalcanti, ana drach. j & ß: tempera cum vino & aqua myrtina. ℭ *Aliud ad superiora.* Recipe acaciæ, gummi, ana ʒ lx: plumbi loti ʒ xxx, spicæ, casiæ, ana ʒ vij: rosarum, cadmiæ, ana ʒ xxx: cerussæ, aloes, opij, croci, ana ʒ ix: castorij, lycij, ana ʒ iiij & ß: tempera cum albumine oui. Valet vulneribus & omnibus passionibus oculorum vetustis & putrefactis. ℭ *Aliud in Statu conueniens cum albumine oui, in Declinatione cum aqua.* Recipe cadmiæ vetustæ & lotæ, cerussæ, ana drach. vj: amyli, tragacanthi, ana drach. iij: hyoscyami drach. j &
C ß, croci drach. vj: glaucij, sarcocollæ, ana drach. vj: opij drach. iiij, tragacāthi drach. vj, croci drachmas tres: gummi, opij, drach. j & ß: tempera cum aqua. ℭ *Aliud valens in Augmento Ophthalmiæ.* Recipe cadmiæ, cerussæ, ana drach. xxiiij: rosarum ʒ xij: gummi, amyli, ana drachmas quatuor: tragacanthi drachmas quatuor & ß, aloes drach. iiij: tempera cum aqua. Valet in vulneribus, & humoribus vulnerosis, & lachrymis ex oculis fluentibus. ℭ *Aliud valens ad Ophthalmiam, & Vulnera, & Adustiones, & ad Mundificandum vulneris putredinem.* Recipe antimonij vsti, cadmiæ, rosarum, ana drach. xxiiij: cerussæ tritæ ʒ xxij, opij drach. vj: tempera cū aqua. ℭ *Aliud nimio Dolori conueniens, & liquidissimos Humores ad Oculos fluentes reprimens.* Recipe rosarum drach. vj & ß: opij, spicæ, ana drach. j. *Aliud.* Rosarum drach. xxij, croci vj, ęris vsti & loti drac. j & ß: tempera cū aqua pluuiali. *Aliud.* Recipe rosarum drach. xviij: cineris locorum, vbi ęs funditur, drach. vj: croci, opij, gummi, ana drach. vij: tempera cum aqua pluuiali. *Aliud.* Recipe gummi drach. iij, tragacanthi drach. j & ß: tempera cum aqua pluuiali. *Aliud.* Recipe myrrhæ drachmas lxxv, rosarum xl, croci vj & ß: tempera cum vino. ℭ *Aliud valet nimio Dolori, Pustulis concauis, putridis Vulneribus Corneæ, Oculos q; exeuntes comprimit, Omnemq; oculorum passionem ad sanandum difficillimam curat.* Recipe rosarum drachmas centumocto, gummi xxxvj, cadmiæ vstę & lotæ drach. xxj, croci vndecim: opij, antimonij,
D drach. ij & ß: iarri spicæ drachmas tres, myrrhæ iij. tempera cum aqua pluuiali. ℭ *Collyrium Pauli.* Recipe æris vsti, tragacanthi vsti, ana drach. viij: croci ij, nitri drach. j: coquantur ad mellis spissitudinem. ℭ *Aliud eiusdem, valet Scabiei palpebrarum, veteri q; Ophthalmiæ. Saniem, & vulnera Aurium, & Os rodentia sanat.* Recipe æris vsti drach. quatuor, myrrhæ drachmam vnam & ß: piperis, croci, vini, ana drach. ix. ℭ *Collyrium Pauli.* Recipe cadmiæ auri & argenti drachmas tres: tempera cū aqua pluuiali. ℭ *Collyrium Oribasii valens in Initio Ophthalmiæ, & Vulneribus.* Recipe cadmiæ, cerussę, tragacanthi, ana drach. vigintiquatuor: antimonij, gummi vsti, ana drach. xxj: plumbi incensi, tutiæ, ana drach. vigintiquatuor. *Aliud.* Amyli xvj, gummi ix: æris vsti, tragacāthi, ana ʒ vj: myrrhę, opij, ana ʒ v. ℭ *Aliud valens Vstioni, Vueam egredi prohibens, subueniens Vulneribus.* Recipe antimonij vsti, cerussæ, ana ʒ vigintiquatuor: myrrhæ drachmas tres, amyli xix, tragacanthi xij, gummi vj: tempera cum aqua pluuiali. ℭ *Aliud valens Pustulis, Vulneribus saniosis, & nimio Dolori, duræq; Ophthalmiæ.* Recipe cadmię vstę & lotę drachmas vigintiquatuor, antimonij loti & vsti xviij, amyli iij, plumbi incensi & loti xij: tutię, myrrhæ, ana drachmas xij: tempera cum aqua. *Aliud.* Recipe tutiæ drachmas duodecim: cadmię lotæ, cerussæ, ana drachmas cxxiiij: antimonij incensi & loti xviij: myrrhæ, opij, ana drachmas quinquaginta & 5: tragacanthi drachmas duodecim: tempera cum aqua. ℭ *Aliud vtilissimum Asperitati Palpebrarum & Scabiei.* Recipe chalcanti

drachmas duas, cadmiæ drachmam vnam: ad Solem cum vino sufficienter agita. *Aliud.* Recipe cadmiæ drachmas vj, chalcanti grana triginta, piperis grana xxxviij: spicæ drachmam vnam & 5, aliter dracmas tres & 5: cadmiam & chalcanthum tritura sufficienter & agita, deinde cum pipere spicam commisce & tempera. ℭ *Aliud valens Scabiei, & Humoribus ad Oculos fluentibus, Veteri q; passioni, & Pustulis.* Recipe cadmiæ, gallæ rosarum, gummi, croci, ana drachmas tres: opij, drachmam vnam: omnia puluerizata cum vino ad Solem sufficienter agita. ℭ *Ad Oculos Caliginosos & sanguinolentos.* Aloe trita cum albumine oui mirifice prodest. Si aloen non habueris, canabis trita idem facit. ℭ *Ad Oculos Dolentes, & Lachrymas stringendas, & Pruritum tollendum.* Collige mel despumatum, & ex eo vnge folia hederæ, & superasperge puluerem fæcis vini, & oculis superpone per noctem: expertum est. Item chelidonia cocta in aqua, si ex ea oculi fomẽtentur, dolentibus prodest. Item coriandrum viride tritum admisto lacte mulieris oculis superpone: dolorem & tumorem tollit. Idem facit radix cucurbitæ agrestis trita & imposita. Fel caprinum cum melle antiquo mistum & inunctum oculorum caliginem destruit. ℭ *Ad Pannum ab Oculis abstergendum.* Fæcem vini, album oui, rasuram ossis sepiæ: facto puluere mitte, donec corrodatur. Vitellus oui tritus succo'que apij mistus & inunctus sanguinem spargit. Absinthium viride cum albumine oui tritum, & nocte suppositum, sanat. ℭ *Ad Tumorem calidum & sanguinem Oculorum.* F Anagallis cum albumine oui trita & imposita prodest. ℭ *Ad Tumoris calidi dolorem.* Herbam violariam cum oleo rosaceo tere, & superpone: mire iuuat. Valet etiam mali granati succus: in vase æneo vel stanneo ipsum coque & cola, & cum opus fuerit vtere. Item Recipe plantaginis, centaureæ, vngulæ caballinæ, pulegij, betonicæ, chamædryos, apij, fœniculi radicum, partes æquales: pone in olla noua, & intra sparge fœnugræcum. Item lycium in rhodostomate guttatum impositum valet. Item auripigmentum, pannum subtile laneum, & fimum hominis, comburę in olla bene argillata.

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE RENVM AFFECTVVM DIGNOTIONE ET MEDICATIONE

Christophoro Heyl Vuisbadensi interprete.

Nunc primum ad græcorum codicum fidem accuratissime recognitus.

De Substantia, Figura, Situ, Partibus, & Vsu Renum. CAP. I.

Renibus peculiare quoddam corpus est ex fibris & carne constitutum, quod cum alia parte nulla commune habent: & caro hæc densa est, ne sanguis qui ad ipsos defertur, facili momento diffluat, effundatur, & abeat cum vrina. Carnea hæc substantia non paucas habet inuolutiones, in quibus quoniam singulatim per substantiam lapides plerunq; generantur, fiunt in renibus grauissimi dolores. Ac de substantia quidem hactenus. Figuram autem renes habent græcæ literę Ϛ: & in medio cauitatem quandam, qua ex venis & arterijs serosum excrementum excipiunt: nam ad eos non maiores solum venæ, quarum aliæ in cauitatem hanc inferuntur, aliæ in membranam, quæ renes circuntegit: sed meatus etiam capillis modo exiles deferuntur. Dexter autem sinistro sublimior est: ne inter operandum, alter trahat, alter retrahat. Iacent ad spinam renes, paulo altius quàm ilia:

A ilia: & ex se, vrinarios meatus duos emittunt, quibus ad vesicam vrina deducitur. Sed habent isti quoque meatus propriam corporis sui substantiam, quam in alia particula nusquam reperias. Duos autem natura renes produxit, non vnum: quoniam alias excrementorum species serosa hęc superfluitas non parum superat, quam attrahere, renum officium est: ignorare enim nō debemus alteram cauæ venę partem ad corporis nostri inferiores partes deferri: quæ bifariā diuisa est, altera parte sursum, altera deorsum porrigitur. Pars quæ descendit, rursus tripliciter finditur, & pars vna ad crura porrigitur, altera ad testiculos, & tertia ad renes. Procedunt vero & de corde arterię, quæ serosum excrementum & vnà caliditatem immittant: vt ab eis renes calefiant: nam renes ita ex seroso isto excremento frigent, vt ex atræ bilis succo lien: Quamobrem à dictis iam arterijs calor renibus suppeditatur, quò natiuam suam frigiditatem possint euincere. Postquam vero serosum id excrementum renes attraxerunt, vtilem qui in eo est sanguinem ipsi retinent, & ex eo nutriuntur: excrementum vero ipsum serosum à facultate segregatrice ceu inutile expellitur. Sed quandiu in venis & arterijs hoc cum sanguine currit, excrementum serosum: cum segregatū est, lotium nominatur. Proinde quod in sanguine vtile est, id sibi renes in nutrimentum seruāt: quod autem inutile, id abigunt. Atque vt bilis vesica, bile delectatur: & lien, atræ bilis succo: ita renes se-
B roso isto excremento gaudent. Renum autem operatio est secernere & percolare serosum excrementum à sanguine. Atq; hic renum vsus est. Non solum autem renum, sed & singularum partiū operatio medico est inuestiganda: quòd ex operatione labefactata cognoscatur, quę particula morbo sit affecta: & ex modo ruinæ operationis, quantum sit quæque affecta.

Quibus ex causis Calculi oriantur: & qua ratione Pueris in Vesica, Adultis in renibus, frequentius oriri soleant. *CAP. 2*

OMnis affectus, quo ren laborat, quanquam Nephritis dicitur, siue is similaris sit, siue instrumentalis, siue communis: proprie tamen Lithiasis, id est calculi morbus, Nephritis appellatur. Sunt autem lapidis huius quatuor causæ. Efficiens, materialis, instrumentalis, & finalis. Nec operosum fuerit discere à rebus externis, lapidis concretionem, aut à frigore, aut à calore fieri: velut in riuulis & canalibus, cum caliditas, materia non expirante & ventilata, exoritur: cum aqua in aliquo canali substat, calor quidam præter naturam accenditur, quo dispergente id quod in aqua sic cœnosa partium erat tenuium, quod crassarum est partium in terram durescit:
C manens'que eo in loco substantiæ lapideæ ex qua factus canalis est, adhærescit: & in lapidem sic colligitur. Subnectam aliud de eadem re notum exemplum. In lebete generari lapides sæpe compertum est aquæ parte, quæ tenuis fuerat, dissoluta, manente alia, quæ crassa & terrena est: ea enim lebetis vel alius æris corpori affigitur, & lapidescit. Verum in nobis lapidem frigus non parit: neque enim fieri potest, vt viuo corpori tantum frigus accidat, quo concrescere valeat in homine lapis, quemadmodum fieri in externis videmus: quo fit, vt à calore lapis in homine generetur, eo q; vel vehementi, vel tepido. Nam si crassa materia est, sufficere potest tepida & moderata caliditas, & quæ naturalis est, ad firmandam & indurandam terræ modo crassam hanc materiam: est enim crassities ad generandum lapidem singulariter accommodata: Sin tenuior est, vehementiori tum planè indigebit caliditate, siue naturali, siue præter naturam, qua durescat in terram: siquidem calor tenues materiæ partes euaporare facit: atq; ita, vbi valuerit, lapidem conformat. Ideo q; simpliciter à calore fit in nobis calculus. Materialis causa est crassus aut glutinosus succus, vel vtroque modo vitiatus. Instrumentalis causa est ren, aut vesica, vel pars alia quæ generando lapidi sit opportuna. Finalem causam haud aliam dicas, quàm lapidem
l.3.f 18. t.2. ipsum. Sanguis'qui in renes fertur, aut crassior seipso est, aut pituitosior, aut magis ad bilem
16.fol.360.c D atram, aut rufam demutatus: fertur'que ad eos per venas & arterias, vel in cauitatem, vel substantiam: eò delatus, si quantitate, vel qualitate, vel consistentia excedat, astringitur, detentus'q; concipit caliditatem præter naturam: hæc caliditas præter naturam amplius eum densat, agglutinat, & assat, assatum q; ipsum in terram & lapidem commutat. Qui itaq; arbitrantur in renum concauitate lapides consistere solum, cum per vrinæ meatus transeunt, dolere laborantes dicunt: Qui vero in ipso renum corpore gigni lapides arbitrātur, quo modo & in arthriticis nodi gignuntur: non solum cum pertranseunt, sed & quando generantur, & quando renum concauitatem subeunt, dolere laborantes asserunt. Sed fieri vtroque modo lapides posse nobis satis persuasum est, cum succus tenax & crassus tempore aliquo assatur in ijs atq; exiccatur. Demonstratum est enim in commentarijs de facultatibus naturalibus renem trahere ad se quicquid in venis serosi & tenuis cum sanguine permistum reperiatur. Si quando igitur meatus, qui in renis ventriculum illud transmittunt, latius aperiantur, crassius vnà aliquid colatur: quo calefacto & exiccato in renis cauitate, lapidosam consistentiam assequitur. Quamobrem si virtus segregatrix ipsius renis id omne in vrinis expulerit, arenosum in ipsis sedimentum proueniet. Si infarctum id & solutu difficile sit quod renis cauitas suscepit, ad eum aliud adhuc nō absimile ex caua vena immissum deinceps colligitur, & augescit (circumlinitur enim semper quod affluit ei quod iam adest) itaque

lapis non adeo contemnendæ magnitudinis exurgit. Quod certe vt facilius fiat, renum tempera- E tura iuuare potest haud mediocriter, si calore naturali hæc ceu feruens & acris fuerit. Atqui si foramen & meatus, qui ex vena caua in renem peruenit, fuerit rarefactus, & sanguis humens, neque crassus neq; glutinosus: tum vrina fiet cruenta. Cum itaq; ex sola pituita tenaci et crassa porosorũ & lapidosorum corporum, quæ in renibus coguntur, substantia coiuerit: color inesse solet, quem cineritium nominamus: non absimilem lapidi, quem fieri in aquis sponte natis, quę αὐτοφυεῖς grę ce dicuntur, videmus. Hæ nanque, si tepidiores sint quàm pro temperatione, tophos videntur pro ducere: neq; alij causæ acceptum feremus, quod pueris in vesica lapides generentur, ætate vero florentibus in renibus. Quippe cum actiones naturales in pueris sint omnes fortes, fusa est in eis & dissoluta succorum crassities. Contrario modo se habent qui ætate processerunt: nam actionibus in hisce debilioribus coacta est crassities succorum. Apparet vero in externis id quoque, cum videlicet quæ crassam naturam habent, per tenuia foramina traijcere institutum sit: quæ nanq; fusa calore sunt & colliquata, transire ocyus videmus: quæ vero liquata non sunt, traiectioni resistere: harum materiarum exempla nobis sunt pix, resina, adeps, cera, & mel. Cum itaque in pueris calidum innatum abundet, & fortes sint actiones: crassitudo materiæ diluta in renes delabitur, inde q; facilius in vesicam transit, non parum etiam adiuuante ad transitionis celeritatem ipso actionum F robore: in vesica autem existente frigida (membranosa est enim paucíq; sanguinis, & ampla intus capacitate) rursus consistit, densatur'q; ad eam crassitudinem, quam paulo ante mõstrauimus: consistentiæ'q; principium sumit, si diutius in vesica commoretur. Ipsa siquidem glutinosa credibilius est ab innato puerorum calore facilius subigi, atq; ideo magis vniri, consistere, et condensari. Adijciamus si libet, puerilium vrinarum crassitudinis causam: quæ certe alia non est, quàm puerorum voracitas, & mouendi excessus mox ab alimento assumpto, dum scilicet pueri ferociunt et ludunt. In lactentibus autem ipsa etiam materia plurimum facit: in adultis enim qui caseo & similium rerum esu delectabantur, lapides in vesica & renibus fieri cognouimus. Idcirco lithiasis vesicæ, puerorum est morbus. Haud enim potest vesicæ collum tam angustum in maioribus corporibus esse, vt humorem crassum remoretur. Attamen ne putemus solum hoc sufficiens esse ad lapidis generationem, nisi calida intemperies eodem accedat: quæ calorem ignitum habeat, non temperatũ aut modicum. In puellis ceruix vesicæ dehiscit in membrum genitale, & breuis simul est & lata, vt nullo labore crassa per eam ipsæ meiant, quæ in vrina feruntur: quæ dum pueri retinent, quod sæpe fit, & propter longitudinem & angustiam ceruicis vesicæ, materiam vesicæ æstuanti præbent ad calculi generationem. G

Indicia quibus Calculi, & reliqui Renum Affectus deprehenduntur. CAP. 3.

Signorum alia sunt, vt ita dicam, scientialia, alia artificialia, alia propria. Proprium signum est, quod certe, nullo'que medio morbum ostendit, in renibus nempe lapidem: vt cum arenæ in matula subsident, tunc planè ostendatur lapidem in renibus esse: signum'que hoc constans & proprium. Quoniam vero affectus quidam complicantur, dicemus quoque de signis communibus. Cum lotium quod excernitur, sanguinolentum est, signum id esse commune poterit, vel quòd vasorum apertio sit, vel ruptio, vel erosio, vel imbecillitas, vel dilatatio, vel aliud quicquam eiusmodi. Quoniam ruptionem exquisiti & confertim egesti sanguinis vacuatio sequitur. In apertione paulatim fertur, & sanguis tenuissimus emanans cruentam vrinam efficit. Si quocunque tempore & momento sanguis egeritur, imbecillitas vasorum est: Sin vnà cum sanguine, aliæ quoque crassitudines excernuntur, dilatatio. Sin sanguis sit aquosus, manifestum est certum'que, lapidem consistere. Sin sanguis qui excernitur sit crassus, manifestum est ipsius crassitudinem violenta coactione in lapidem esse abituram: si (vt fit) in ea sanguinis vacuatione frigidam exhibeamus, vt vena atque arteria: coarctetur & conniueat, nec amplius sanguinem vllum in renes ingerat, qui cogi istic possit. Fit enim proculdubio in hisce sanandis error: nam venam coarctant frigida, vt alium sanguinem inferre non sinat: verum ea ratione fit, vt sanguis in renibus commoretur. Proinde si frigidam exhibeas, venam comprimes quidem, ne sanguis deferatur: sed qui renibus illatus iam est, mox indurabis. Ex stupore cruris quod à rene secundum lumbum porrigitur, cognoscere poteris quis ren laboret: nam si dextrum crus stupor occupabit, dexter ren ægrotat: sin læuum, sinister. Est vero stupor, sentiendi & mouendi in particula difficultas: qui fit in crure, quia vena quæ ad inferiora demissa est, triplici ramo diuiditur, quorum vnus cum arterijs ad testiculos vadit, & vasa seminalia: alius renes ingreditur: tertius ad crura porrigitur. Cum igitur in renibus lapis generatur, vnà tum afficitur vena quæ ad crura descendit: sunt enim ambæ ab vna sobole cauæ venæ, quam inferis partibus natura distribuit: igitur vena quæ ad crura porrigitur, repletur: qua repleta, stringuntur neruus quandoque aut musculus: cum stringitur neruus, animalem spiritum ad crura non transmittit, vnde sensu crus priuatur, & prouenit stupor. Porrò ex testiculo, quoque † secundum lumbos retractio, scire possumus renem esse affectum. Si nanque dexter testiculus retrahatur,

dextrum

A.l.3.f.18. c.17.fol.30

† In impressis est κατ' ἰξὶν i. sm pcessioné. vel rectitudiné

A dextrum pati renem argumento est: si sinister, sinistrum. Nam à iecore & corde vena & arteria ad renes procedit, quæ in eorum cauitatem inseritur: vasa autem seminalia ad testiculos feruntur. Quando igitur lapis in renibus generatur, vena illa & arteria distenduntur, & seminalia vasa quę ad testes pertingunt, atque ita per compassionem testes retrahuntur. Tradunt aliqui, vehementis doloris ratione vigilias vomitum excitare: debebant itaq; podagrici, lippientes, & qui vehementi dolore, & vigilijs exercentur, vomere. Sed ea de causa hi non vomunt, immo propter posituram renum: ij nanq; positi sunt secundum spinam post intestina & ventriculum: quapropter facta in renibus violenta quadam distensione, per copulas affectio ad intestina & ventriculum digreditur, inde q; affectione ascendente, sequitur subuersio. Quoniam vero cum lapis subest, quædam veluti titillatio oritur, natura q; ad eius quod molestat expulsionem stimulatur, ideo spiritus occurrũt: quibus irrumpentibus in fistulosam pudendorum partem, ipsam immaniter contendunt: nam in omni motione naturali sanguis & spiritus concurrunt, qui sunt naturæ vehicula. Cum vero demonstratum sit cor, iecur, & renes in concauitate non sentire, in superficie autem sentire (quoniam in superficie nerui sentientes feruntur, in concauitate vero nulli sunt) quomodo hæc dolorem persentiscunt? An quia grauatur cauitas, ideo dolor exurgit: extenditur nanque membrana quæ foris est, vndique, quod cauitas interna sit repleta, & sic extensa membrana dolorem facit. In renum itaque substantia dolor itidem generatur, quando concauitas ex lapide grauata est, & circuntenditur, profert q; consensione dolorem in superficiem: quippe quę neruos sentientes habeat & membranam. In meatibus autem vrinæ, vt qui neruosi sint & sensibiles, dolor fit sæuissimus. Dolor præterea vehementissimus fit in renibus, propterea quòd eorum cauernulæ non sunt latæ, sed angustæ, & renes ob firmitatem substantiæ non diducantur vt vesica. Eadem causa, renum lapides magna ex parte minores sunt, æquales, & molliores, vtpote qui diuturni non sint. Qui calculo laborant, his primo vrinæ sunt aquosæ: cum enim sit obstructio, ceu per cribrum effluunt, post arenosæ: demum calculi excernuntur, cum dolor cessauerit. Sicut in mulieribus parientibus ad fœtus egressum partes dilatantur: ita hic violentia, renum substantia facessit, & egreditur lapis: cum ad renum cauitatem subit, in membrana, quæ istic substat, quoniam facili sensu est, dolorem mouet vehementem: & multo magis cum meatus vrinæ ingreditur, propter angustiam & sensum eorũ: quantisper enim in renum corpore sistitur, nõ multum solicitat, quõniam, vt diximus, eorum substantia sensibilis non est. Sæpe nanque præ magnitudine in collo vesicæ detenti lapides in extremum periculum doloris acumine patientes agunt, nec vrinas sinunt excerni. Vidi ego quẽdam, cui per alias vias elapsus in virilium extremitate lapis hæserat, minimum q; abfuit quin vrinæ difficultate, & dolore acutissimo homo interiret, nisi angusto tandem forcipe eximere potuissemus, sectionem per longum superne moliti: nam vrinæ meatum, nisi vrgeat magna necessitas, incidere non oportet, ne fiat fistulosa pars ea, & vrina profluat. Inuenias tamen qui dolorem non habent, nec sanguinem mingunt, quibus meatus in renibus congesti non sunt. At tenues arenulæ haud magno negocio quidem excernuntur: quod qui faciunt, nec ægrotare se putant, quando dolorem nullum sentiant. Verum nihil est hac in re contemnendum, cum tempore omnia grauiora reddantur. Lapides & arenulæ colore differunt, tum ob caliditatem, tum ob materiam: nam vt quidque illorum longiori tempore retinetur, ita rufum, flauum, rubeum, aut nigrum efficitur. Haud aliter & à succis fiunt lapides & arenæ, colore vel sandarachæ simili, vel nigro, vel pallido, vel alio aliquo colore pro succorum varietate. Fiunt autem lapides in concauitate renum, in eorum substantia, & vbicunque fieri commode possunt, aut parui, aut maiusculi: interdum pauciores, interdum plures. Differunt q; magnitudine, figura, colore, asperitate, & multitudine. Nigros siquidẽ inuenias, & subalbos, & pallidos. Ac rotundi, lenes, & parui, facile excernuntur: maiores, vel aliter figurati, & maxime oblongi & asperi, difficulter. Arenulæ vero prodeunt & egeruntur dum fiunt lapides: cum facti sunt, haud fieri potest vt efferantur, quia in lapidem sunt coacti, nisi natura ipsa vltro conterat & excernat, vel ars per medicamentum tritorium naturæ auxiliata, conterat & euacuet ipsas. Nemo vero ignorabit colicum & renum affectum vna plerunque incidere. Deprehenduntur tamen proprijs signis: nam aluus exonerata colicis medetur: nephriticos quoque à principio mitigat. Etiam aliqui dederunt medicamentum quo aluus subducta est, & dolor cessauit primo, secundo, & tertio die, quarto prodijt lapis. Cum autem simul inciderint renum & coli dispositiones, mutuo particulas communicant intensione & remissione: tenduntur enim ob continuitatem partes haud aliter quàm funiculus: & neque superne ructus vllus, neque infrà flatus quispiam exit.

A.l.3.f.19.t.1.
2.5.fol.363.g

Calculi, & reliquorum Renum Affectuum Curatio. CAP. 4.

SI renum affectus subito inuadat, & qui laborat cibo nuper refectus sit, cibi que adhuc sint incocti sicut ægrotus eos ingessit, aut semicocti, vel succorum multitudine corpus grauatum habeat: oportet ante aliam curationem, vel potius mitigationem, nisi quicquam impedimento est, vomitum prouocare. Mox si in intestinis excrementorum superfluitates fuerint, per idoneos clysteres extrahere, modo nihil obstet. Postea si totum corpus plenum fuerit, considerare quis-

nam humor sit, qui ipsum repleuerit. Atq; si sanguis is est, euacuationẽ instituere oportet, cum ni- E hil impedit: minorem tamen multo quàm plenitudo desiderabat. Quid ita? quoniam lapidem non planè statim eximere possumus, potissimum cum magnus est: ideo q; oportet pleniorem sanguinis euacuationem cauere, propter consumptionem, quæ tempore adhuc aliquo in corpore futura est. Sin quatuor humores abundauerint, potius vena incidenda est ante purgationem, quàm purgandum ante venæ sectionem. Quoniam si per sanguinis missionem corpus prius vacuatum fuerit, purgans medicamentum exhibitum, venas & arterias, & inanes corporis regiones inuenit non oppletas: quo fit, vt absq; vllo impedimento in totum corpus dimanet ad attrahendum succos, facillime q; fiat eorum euacuatio per vasorum spatia & fusionem tenuitatem q; succorum. Nam si vasa sanguine repleta sint, & purgatiuum dederis: non poterit propter plenitudinem in corpus differri: vnde fit, vt subsistet, & nihil efficiat: aut si quicq; facit, male faciat. Ex medico quidẽ purgans medicamentum: Ex natura vero totum negocium pendet: hæc etenim à purgante medicamento excitata, facultatem segregatricem aduocat, qua segreget inutilia ab vtilibus: ac vtilia quidem retentrix facultas detinet: inutilia vero expultrix facultas expellit. Non oportet autem simul venam secare & purgare: verum prius sanguinem detrahere, deinde virtutem pulchre refocillare: quoniam ipsa nos gubernat, & medicamentis auxiliatur: medicamenta enim per se ipsa nihil F efficiunt: ideo q; corroboranda virtus est, vt possit natura vti purgatiuis exhibitis ceu instrumentis, atq; quod decens est, perficere. Huc præterea accedit, quod vnà cum sanguine multum è vitali spiritu excernitur: quo excreto refrigescit totum corpus, & opera naturalia deterius obeuntur. Ea propter virtutem prius refocillare oportet, deinde medicamentum purgans exhibere. Sed quia affectus renalis est, & materia, ex qua lapis generatur, crassa, materiam q; crassam sursum reuellere promptum non est, magis vero ad ipsius lationem spectantibus deorsum vacuare expeditum: ob id si valida sit virtus, venam quæ in poplite est, aperiemus, vel quæ ad malleolos: sin imbecillis, venam quæ est in cubito: nam si virtute debili infra euacuabimus, retentrix facultas, quæ est imbecillis, non retinebit: sed vniuersa in præceps rapietur, & partem assiduo defluxu impetet, succis videlicet in locum imbecillem perpetuò procumbentibus. Quapropter cum firma virtus est, conuenit ex vena, quæ in poplite est, sanguinem mittere: cum debilis ea est, reuellere ad superiora. Quam vero ob rem? Ne materiæ plus in renes deriuetur. Hinc est quòd cum cibaria, pituitam, & succum vomitu euacuauimus, tranquillitas quædam fiat & leuatio. Eijcitur nanque cibus & pituita, quæ ventriculum grauant: à ventriculo autem renes stringuntur & vrinę meatus. quo fit vt grauior sit oblæsio. Sunt itaq; primum ista diluenda, quæ stomachus excipiens ceu de- G bilior distendebatur & premebatur: quibus euacuatis leuatio sequitur, nondum tamen perfecta liberatio. Vacuamus etiam per clysterem excrementa: ne colo & reliquis intestinis constrictis atq; grauatis, vnà quoque ren laborans stringatur prematur q;, atq; sic amplius doleat. Quod manifestum est, quia stercoris obstructione renes plerunq; exasperari compertum sit, enematis iniectione renalem dolorem esse mitigatum: vel quod ab ea vacuatione ren aliquis non sit amplius compressus: vel quod ex stercore nulli postea flatus prodierint: qui in renes impingentes, ipsos vt imbecilles comprimunt & extendunt. Sed neq; sanguinem, neq; alium succum plus æquo relinqui in corpore par est, ne multa hinc renis vasa distenta plus doloris concitent. Quæcunq; enim vel dolent, vel calent, vel extenduntur, per vehementes & acutos dolores, ad se materias accersunt. Proinde doloribus siue repente, siue pedetentim in renem incursantibus ex commemoratis iam causis, illico, nisi quid prohibeat, aluum decocto aliquo eluemus, caricarum, fœnograeci, aristolochiæ, & similium: ac, si vacuatum satis est, bene vertit: sin minus, bis, ter, aut amplius vacuandum enemate est, sed ex eorum decocto quæ conducibilia sunt, & familiaria naturæ ægrotantis, ne angantur grauentur q; renes & viæ vrinales. Posteaq; autem aluus satis excreuit, inijcienda sunt, quæ vrinæ vias dilatare, renes laxare, calculum deprimere, & morsus mitigare queant: vtilis ad hæc H materia est oleum anethinum, in quo eliquatus sit gallinaceus adeps quàm recens: maximopere vero phasiani adeps, vel butyrum recens, aut similium aliquid. Quæ si in promptu non sint, fœnogrecum, & altheæ vel radicem vel semen, aut similium aliquid decoquentes oleo inijciemus. Nam hæc oĩa vias dilatant, & lapides deprimunt, nec non doloris vehementiam mitigant. Sed horum vsum frequentius assequitur is, qui exploratum habet naturalium facultatum firmitatem: immoderata nanque emollitio & laxatio virium robur exoluit: quod solatur, & perfecte curat vniuersum dolorem. Post vomitum autem & enemata, conferet locum qui affectus est, fomẽtis humectantibus & relaxantibus delinire, quantisper lapis in rene hęret: vt interim tamen curemus, ne, vt dictũ iam est, ijs abutamur. Huc faciunt etiam cucurbitulæ, quæ sæpe lapidẽ celeriter adeo transferunt, vt subitam eius mali leuationem possint comparare, lapide nimirum in locum ampliorem translato: quapropter supra à renibus initium faciendum est, procedẽdum q; ad inguina per obliquam ilium positionem, quo loco frequenter dolores incedunt: quod cum institueris, nihil est vtilius q̃ partes eas in laborantibus prius calfacere, postea cucurbitulas admouere: alioqui lapis sicubi maior fuerit inuentus, arctius figitur: cum q; violentius vrgeatur, nonnunq̃ periculum haud mediocre doloribus accersit: quare fomentare iam nominatis insessionibus proderit, si mali communicatio

A municatio ad pudenda vsq; processit,atq; id cum fœnogræco,althea,semine lini, anetho,gummi, & similibus,aqua diligenter incoctis & dulci oleo infusis. Conducet etiam emplastrum ex triticea farina,aut hordeacea cum lini semine,& fœnogræco,& melle, & oleo anethino, & glaucino: quæ cum decoctione prædicta elixabimus,inspergentes in ipsa cataplasmatis ebullitione,radicem altheę pulcherrime tusam,& cribrodiscretam,terebinthinam q; resinam cum desinit feruere decoctum,aliquibus adiectis seminibus,quæ flatus discutiunt,siquam subesse inflationem intelleximus,vt sunt anethi & apij semina,fœniculum,ligusticum, & alia id genus, pro laborantis temperamento. Fiet autem cataplasma optimum ex lupini farina decocta cum musto,si a decoctione peucedani radicem minutissime leuigatam admisceamus & chamæmelum. Bonum etiam fuerit panem musto incoquere,& cataplasma inde lumbis imponere & ilibus. Nec minus proderit vesicam & partem sub vmbilico cataplasmate confirmare ita,vt crebra permutatione alia atque alia subinde admoueamus,priusquam refrigeratum sit primum quodq;. Sin illud non liceat, tepefactorio possumus alio,ne refrigescat, quod impositum est, fouere: quod fiet si pro fomento cataplasmati aquam calidam in vase testaceo vel æneo imponamus. Post alui vero & supra & infra sicut diximus,euacuationem, phlebotomiam, purgationes, fomenta, insessiones, si dolores adhuc
B perseuerent,vti lotionibus conuenit dulcium aquarum. Aliqui enim vel ante venæ sectionem & reliquam curationem,balnea admiserunt,propter doloris immanitatem: Aliqui,si nihil esset, qđ vrgeret,post sanguinis missionem & curationē reliquam. Balnea sane humectant & calefaciunt euestigio: calida siquidem aqua lenitionem affert cum calefactione: In quam tamen qui frequentius se dimittit,inescatus lenimento doloris, quod lotio præstat, corporis vires exsoluit: quarum est,quicquid corpus infestat,propulsare. Eam ob rem cum cessauerit dolor, auferenda balnea sunt, & fomenta adhibenda: sed ex medicamentis,quæ patientis naturæ sint accommodatissima. Cæterum si excessu doloris homo periclitetur, commodius erit stupefacientibus succurrere: nam aliter ea nunquam vsurpes,quippe cum dolorem non sedent, sed sua temperatura sensum auferant, ipsum q; fallant: quę dispositio postea multam curā requirit. Quod si spiritus aliquis crassus, qui vnà cum calculo morbum exasperet, suspectus nobis fuerit: prædictis fomentis & cataplasmatis admiscebimus,quæ digerendæ inflationis naturam habent,sicut rutam,anethum,nigellam,& hoc genus alia,diligenter attrita,post perfectam ebullitionem. Sed eadē ad fomenta & enemata aquæ incoquimus absq; contusione. Verum si omnibus his peractis adhuc lapides fixi permaneant, à multis cibis atq; potionibus laborantem abstinebimus,& ijs,quæ ipsius naturæ sunt minus con-
C uenientia: ne venter repletus,grauatus,inflatus q; ciborum succorumu'e aut flatuum copia, repletione hac renes premat,& violentia prosequatur. Sint vero quibus vtitur,omnia modica,& laborantis naturę tum qualitate,tum quantitate accommoda. Veruntamen si laborantis natura calidior esset,& sitis vehementior, vacuato prius toto corpore & ab excrementis repurgato,si qui frigidam bibere essent consueti,& phlegmone nullum viscus laboraret,nec esset imbecille: frigidam sępe copiose exhibuimus.renibus ita corroboratis, euestigio lapidem impactum expulerunt. In corporibus autem plethoricis,id est quæ succorum quatuor multitudine æqualiter redundant,& excrementosis,& in quibus viscus aliquod debilitate affectū est,& ea forte alijs, frigidę potionem cauere conuenit. Cæterum si & post hæc omnia,quę diximus,lapis adhuc firmiter resistat, vtendum est medicaminibus quibus conteratur,quę tepidam facultatem habeant. Nam calida vrinam prouocantia indurant lapidem: quæ vero tepidam virtutem habent,paulatim comminuunt lapidem,nec eum duriorem reddunt: eiusmodi sunt damasonium, petroselinum, polytrichon, & his similia. Sed forsan dubitaret aliquis,quomodo lapidem possint comminuere,quæ tepidam facultatem habent: Cui nos respondemus.Lapis ille cum ab intemperie & valido calore sit factus, ob id merito exhibemus,quę virtutem tepidam obtinent,vt quæ contraria ijs sint, à quibus lapis est
D effectus. Sic enim multo tempore attenuamus,conterimus,& superamus ipsum. Quippe tepida, ceu minus calida,sunt valde calidis contraria. Diureticis ergo & valde calidis vti non poteris, ne crassam materiam eo pacto indures,& in lapidem celerrime commutes. Cū vero lapis nondum constitit,neq; magnus est,sed tantum obstructio fit ab arenis,vel crassis & tenacibus succis: tunc calida secure porrigas,& quę obstructiones aperiant,haud veritus vt lapidescat materia. Cū nāq; arenæ sint,quæ obstruunt,si porrigas,quæ aperiant,& calida,qualia sunt medicamentum ex aniso,ex pipere,apium,phu,& similium aliquid: euacuabis & dissolues eas.

De ratione Præcauendi ab Affectibus Renum. CAP. 5.

AD prædicta vero breuiter delibandum est,quomodo quis se à lapide præseruet, ne qui iam curati sunt,eos noua lapidis generatio rursus perturbet. Quoniam autem eorum qui calculo infestantur,sanabiles sunt alij,alij minime: In præseruando maximi sunt momenti ciborum moderatio,& bonę coctiones. Satietates enim & cruditates hunc morbum non exacerbant modo, sed etiam pariunt,vbi nullus erat. Quapropter nihil est feruens ingerendum, quod renes possit & vesicam calefacere. Nec minus cauendum à cibis est,qui duram substantiam habent,& qui ęgre diuiduntur: qui q; substantiam habent pleniorem,& qui multum nutriunt, tum qui celeriter in corpus distribuuntur ante perfectam concoctionem: item qui innatant,difficulter q; descendunt,

& inflant,

& inflant, ac vias oblimant, aut aliter corporibus adhærescunt pertinacius. Nam ventriculus tali- E
bus alimentis grauatus, cruda hæc ad iecur & renes detrudit: incoctum autem alimentum à ventri
culo confertim illuc expulsum praue excolatur, atq; cum tumultu semel atq; iterum per renes tran
siens, in lapides concrescit ob renis diuturnam percussionem. Sed ad victus rationem transea-
mus. Vinum itaq; sit tenue admodum & album, non valde vetus: dulcia vero & nigra vina calcu
losis sunt inepta. Aqua vero in vniuersa victus ratione sit purissima & purgata: nam fluuiales, pa
lustres, & omnes aquæ stagnantes, quæq; segniter fluunt, & non commouentur, omnes genera-
re lapidem possunt. Atq; vt paucis de omni victus ratione præcipiam, in frigidis & carnosis, dię-
ta sit plane extenuans: in calidis & gracilibus media sit inter extenuantia & crassefacientia. Ab
aliorum omnium saturitate cauere conuenit, & præcipue dulcium, & caseaceorum nutrimento-
rum, & crassorum, & tenacium, & pinguium. Cruditatem q; ideo aduersissimam esse putandum
est: in quam si calculosorum aliquis incidat, somno diutius aut quieti prorsus indulgeat: præcor-
dia q; proprijs manibus calfaciat, donec concocta rite omnia sint, & infra subsidant. Locis tempe-
ratis & in aere puro fiant exercitia ab his quibus liberum tempus est. Irascantur interdum. Deam-
bulationes & exercitia laborantis naturę conueniant. est enim desidia in primis noxia. Sit aluus
soluta assidue, modo ne insiet aliud quippiam. cum nanque hæc probe excernit, vrinæ profluent F
libere. Vnctionibus si oportet vti, quando oportet vti, sint quę contra locorum iniuriam queant
corpus communire: vt sunt rubrificationes, dropaces, & quæ ex sinapi fiunt. Aquarum etiã spon
te natarum, vsus prodest, cum nihil prohibet. Considerare etiam accurate debes de sanguine mit-
tendo cum tempus adest, si corpus sanguine plenum videatur. Exundans enim nisi euacues, con-
fluet in partem imbecilliorem. Sed purgatione vti præstiterit in his qui malis succis sunt repleti.
nam eos qui inordinate degunt, & succum crudum in superiori ventriculo multum colligunt, à
cœna frequenter vomere facito, nisi sit quamobrem prætermittant. Post prouidentiam, quæ toti
corpori adhibetur, offerre conuenit medicamenta, quæ renes purgent: sicut quæ obstructiones
aperiunt, quæ vrinas crassissimas, viscosas, fœtidas, & multas, à venis, renibus, vrinę meatibus, atq;
vesica educunt: quo numero sunt radicis cardui decoctũ, & alia prædicta. Sæpe etiam magno vsui
sunt, quæ vrinã mouent. Hæc vt omnes homines communiter moneremus, non vt exquisitam
disciplinam traderemus, sunt à nobis exposita. Quamobrem tibi gratia est habenda, quoniã per
te sunt omnia tradita. Porrò constat ab vnicæ dispositionis indicatione, parari perfectam & ex-
quisitam curationem non posse: sed indigere nos alijs adhuc, quæ ab eo genere non sint aliena:
hinc est, quòd commonefacere de illis etiam aliquid operæpretium putemus. Variatur enim me- G
dicatio pro diuersis causis, ætatibus, locis, anni temporibus habitibus q; & dispositionibus, mo-
ribus & consuetudinibus, temperamentis, sensus facilitate & difficultate, partium differentijs, po-
sitionibus, alijs q; id genus compluribus. quamobrem opus est optimum medicum diligenter id
nosse, quod secundum naturam est. Qui nanq; id, quod secundum naturam est, exquisite perspe-
xit: celerius cognoscet id quod est præter naturam. Neq; enim prædictæ causæ solummodo me-
dicationẽ variant, sed proprij quoq; naturarum modi, propter quos medicamenta, vel plurimum
probata sæpe nihil conducunt atq; fallunt. quapropter obseruare conuenit. Et nisi curationi ob-
temperent, vel ob naturæ proprietatem, vel affectus apparatum, vel aliud quippiam: his relictis,
ad alia quæ vtilia planè sunt, transire necessarium est. Id quod faciendum non tantum in medica-
mentis est, sed & alijs omnibus tum auxilijs, tum viuendi institutis. Verum memoratas hic pro-
prietates, alia q; complura, quæ dicta non sunt, non omnes qui ad medicinę sacraria accesserunt
(licet sint alioqui argutissimi) sed qui semper ægris assistent, & explorabunt naturę motus, asse-
quentur. Proinde si ob latentem aliquam & propriam causam, artificiali cuiusquam coniecturæ,
medicamenta non respondeant, oportebit propter vrgentem vehementię necessitatem, ad ea quæ
veteres obseruatione tradiderunt, & quæ à tota substantia operantur, descendere: Ea dico, quæ H
experimento, & exercitatione irrationali sunt reperta: quod genus sunt passer troglodytes, lepo-
rina "pellis combusta, sanguis hircinus, & alia infinita tam simplicia, quam composita medica- A.l.3.f.18.t
menta. Quorum multa abominanda sunt, quæ exercitatio irrationalis inuenit: vel natura, vel for- c.19.fol.361.
tuna quadam, vel obiter nõ data opera, vel imitatione, vel insomnio, vel oraculis, vel traditione,
vel alijs quibusdam, ex quibus empirice constat. Quæ omnia cum ratione indiscussa nostro tem-
pore sint, nõ ponemus magnam in eis fiduciam, quia modum vtilitatis illorũ ignoramus. Quòd
si aliquãdo cogente aliqua necessitate adhibeamus, non debemus his abuti, ne quemadmodum
absq; comperta & manifesta causa iuuarunt, ita vicissim offendant. Qui nanq; volet esse præcla-
rus medicus, & ratione quęque, non temere agere: circa qualitates effectrices, & operationes de-
bet versari, & in eis fiduciam ponere: quippe qui sic methodo compertum habeat calidi & frigi-
di, humidi & sicci effectus, item acerborum, austerorum, acidorum, dulcium, salsorum, amaro-
rum, acrium, & omni qualitate carentium. nec ignoret, quem effectum præstent, quæ crassarum
sunt partium, quæ tenuium, quę obstructiones aperiunt, quę attrahunt, quæ emplastica sunt, &
alia quoque sigillatim. Enimuero vt plurimum ratio constat lapides conterentis materiæ, has vti
magis decens est, quam quorum ratio cognita non est, veluti damasonio, petroselino, polytricho,
& simili-

A & similibus his virtute, quę probatiora etiam eo sunt, quo'd tepida facultate constent. Verum si tandem casibus ita deploratis, & hæc frustra admoueris, non absurdum erit nos Christianos (sic Deo rem cōmittas) ad maxima nostra & vere arcana cōfugere: quibus ego quidē & credo & confiteor, non corporis solum affectus, & a' quibus omnes medici desperarint persanari, sed oēs etiā animi passiones funditus extirpari. Reliquū sermonē ad te peculiariter, tanq̃ hypothesim cōuertā.

De Alimentis quæ Calculorum morbis conueniunt. CAP. 6.

CVm multa sint, quæ restaurare sanitatem possunt, mihi ab alimento necessario incipiendum videtur: nam alijs auxilijs non semper vtimur, sed alimento carere nullum animal plane potest, siue valeat, siue ęgrotet. Quoniam vero tutior est & compendiosissima via ad affectus leuationem vnica victus ratio: quandoquidem aliorum medicamentorum abusus & permutatio, sicut comperi, multis sępe non leues morbos pepererunt: tu animæ meę Sol, qui calidius es & humidius temperamentum sortitus, & ætatem puerilem, vires q; nō ita robustas, habitum gracilem & rarum, & facilem insuper ad percipienda incommoda sensionem: Ob temperaturam, ętatem, habitum, & raritatem, assumere debes horum qualitati similia in nutrimentis ciborum & potuū, & quæ valeas concoquere: Ob debilitatem autem virtutis pauca, & eo sępius: pauca quidem, debi
B litatis virium gratia, nā onus ferenti conueniat oportet: sæpius vero, quia necessitas vrget. Athletæ enim, viatores, milites, & omnes qui valida exercitia obeunt, modo valeant inculpate, astinere a' nullis debent, vel cibis, vel potibus, quæ ad manum sunt, vel quæ occasio pręstitit, quia vti ijs oportet, quæ est necessitas elargita. Quibus non solum viuere ita licet, sed & his qui negocijs vrbanis plurimum distrahuntur, † & patroni aut vindices propugnandis clientibus negociosius degunt. } Tu vero, qui nunc tui iuris es, hyeme comedes plurima: plurima dico non ad tuas vires, sed aliorum anni temporum respectu. Quemadmodum & Hippocrates artis nostræ princeps inquit, ‖ Æstate & autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime, ver secundo loco est. Idem rursus alibi ait, ‖ Ventres hyeme & vere calidissimi sunt natura, & somni longissimi. In his itaq; temporibus alimenta plura tribuenda sunt: siquidem calor innatus multus est, ideo pleniori alimento indigent. Indicio sunt ętates & athletę. Bibes autem aliorum anni temporum comparatione minimum: debet q; potus esse album & tenue vinum, quod admodum vetus non sit. Sed & obsonia hoc tempore assa debent esse vt plurimum. Vtēdum q; oleribus & leguminibus tum parcissime est. Et hęc omnia magna ex parte calida & sicca non propter temperiem etatem q; tuam assumes, sed propter intemperiem, quę ex anni tempore frigida & humida est. Post vbi ver
C aduenerit, potus vberior, dilutior q; parum conducet, & esculenta molliora pauciora q;. Quin & obsonia ex assis ad elixa commutabis, olera q; non nunquam assumes. Verum ad hæc ab illis non subito, sed paulatim tibi transeundum est, ne vniuersa illa & subita mutatio comparet offensam: sicut traditum ab Hippocrate est, ‖ Plurimum atq; repente euacuare, vel replere, vel calfacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum, quoniam omne nimium est naturę inimicum: quod vero paulatim fit, tutum est, cum aliàs, tum vero cum ab alio ad aliud transitur. Vberiorem vero & aquosiorem potum præcipio, non plurimum, neque aquosissimum. Plurimū enim & aquosissimum ęstate bibitur, quod tempus hiemi plane contrarium est. Ver autem sicut medio loco est inter hæc duo extrema, ita mediam quoque rationem viuendi requirit. Hæc autem viuendi ratio tibi conducit non ob anni tempus solum, sed ob tuam etiam temperaturam atq; ætatem. Et hunc in modum, verno tempore te geres. Alijs autem anni temporibus paulo diuersius, non propter ætatem tuam & temperaturam solum, sed & anni temporum intemperiem. Sicut vero anni temporum differentiæ non eandem victus rationem demonstrant, ita & corporis habitus. Carnosos siquidem & molles, frigidos q; & humidos, vt plurimum siccius alimentū confirmat: qui contrario modo se habent, contrarium. Tibi itaque, quia medio es & temperato
D habitu, maiori tempore victus ratio temperata conueniet. Quę nanq; secundum naturam sunt, vt plurimum similibus indigent: quę præter naturam, contrarijs. Puerorum temperamentum calidum est & humidum, cum non possit auctio & conformatio in alia temperatura fieri, quàm puerili. Ob hoc igitur similia te oportet & multa nutrimenta vsurpare, vt multa & varia concoquere assuescas: quippe hac ratione natura ventrē & iecur ampla & capacia formabit, & alias vna oēs partes. Quo'd siquando tibi plus humiditatis q̃ pro sanitate conueniat, aderit, siccari tamen non vt alij debes, propterea, q; auctioni nihil æque aduersetur ac siccitas. Hac de causa vitanda tibi sunt quęcunq; exiccant, calefaciunt, & extenuant. Atq; hic modus est, quo vitam instituas, vt tua natura valeat inculpatius. Senes autē propter membrorum quidem duritiem, frigidi sunt & sicci: propter excrementa vero, frigidi & humidi. Itaque ipsi partium quidem solidarum frigiditate, contrariorum contraria postulabunt (nempe frigiditatis calefactionem) in cibarijs poculentis & reliqua viuendi ratione: euacuationem vero illis ipsis accommodam, propter eadem excrementa. In his paucum nutrimentum desideratur, ob virtutis imbecillitatē, id quod est ab Hippocrate traditum: ‖ Qui crescunt, plurimum habent innati calidi: plurimo igitur egent alimento, alioqui corpus absumitur. Senibus vero parum innati caloris inest, paucis propterea fomentis indigent. Et rursus: ‖ Senes facillime ieiunium ferunt. Panes differunt materia, fermentatione, & ratione coquendi.

†καὶ τῷ καλουμένῳ περιστατικῷ βίῳ.
Vid. Cl. 2. 39. h

1. Aph. 18. Ex. or. 9 c

1. Aph. 15. Ex. or. 8. a

1. Aph. 51. Ex. or. 19. c

1. Aph. 14. Ex. or. 7. a

1. Apho. 13. Ex. or. 6. g.

quendi. Materiæ differentiæ ſunt quatuor: ac primus quidem σιλιγνίτης græce, id eſt ſiligineus, E
nominatur. ſecũdus σεμιδαλίτης, latine ſimilagineus dicitur. tertius αὐτόπυρος, quem συγκόμιστον quoq; Græci nominauerunt, quod ex farina vniuerſa comportata, non diſcuſſis furfuribus, conſter. quartus πιτυρίας, ac ſi furfuraceum diceres latine. Horum nos incommoda atq; effectus edocebimus. Plurimi eſt alimenti ſiligineus, qui & diutiſſime in corpore moratur, & efficaciſſimus eſt. ſecundum locum obtinet ſimilagineus. inferior his eſt ſyncomiſtos, ita vt haberi medius poſſit. oĩbus infirmior ẽ furfuraceus. Tibi vero, vnicũ mihi caput, cũ vales, commodiſſimus ſiligineus eſt: cũ renũ morbus infeſtat, qđ nolim, dum laboras ab hoc abſtine: & ſi te moueat edendi deſiderium, furfuraceis vti medijs q; tuto poteris. Nam conducibilius tibi eſſe genus hoc poteſt, niſi prohibeat aliquid, quia pauci nutrimenti eſt, & in ventre facit excrementa, quibus ad excretionem deſcendit expeditius: aſtringit q; nõ nihil ex furfuris natura, quamobrem ocyus deijcitur, inteſtinis ad expulſionem irritatis. Quando in hoc affectu nihil perinde conducit, atq; ventrem ſemper lenem & ſolubilem habere: cum enim probe is ſubducitur, vrinæ poſſunt puriores proferri. Panes reliqui, maxime q; ſiligineus & ſimilagineus, contrario modo aluum retinent, quia difficulter ſecernuntur. Et hinc eſt, quòd iecoris & renum obſtructiones pariant: tametſi alibiliores ſint & magis corroborant. E volucribus laudantur, quæ mediam quandam materiam præſtant extenuan- F
tium & craſſefacientium: vt ſunt perdices, attagines, galli, gallinæ, columbæ, phaſiani, paſſeres, & ante alias, quæ turritæ nominantur. hæ nanq; habent naturalem efficaciam. E terreſtribus optimi ſucci eſt caro ſuilla, & hominibus maximopere familiaris, maxime q; tum nutribilis, tum corroborans: ſed glutinoſum quiddam habet & craſſum: ob id qui diutius ea victitant, iecoris & renum obſtructione corripiuntur: eo q; longiori ab ea interuallo abſtinendum. Paruorum autem porcellorum carnibus ſi parum, & aſſidue vtaris, nihil offendent. Ceruinam carnem vitabis, quippe, quę dura ſit, concoctu difficilis, & melancholica. Ouilla carne vtilius eſt ex interuallis vti, cp excrementoſa ſit & mali ſucci. Agnorum vero hœdorum q; carnibus quoties libitum fuerit, vteris. Ex aquatilibus animalibus, piſces qui ſaxatiles nominãtur, erunt tibi comeſti vtiles: erunt ẽt gobij, muli, chartilagineorum genus, alij que qui generare bonum ſuccum poſſunt. Ad hæc marinorum aliqui, & qui mollem teſtam habent: Aſtaci, paguri, cancri, carabi, & carabides & quibus dura teſta eſt. De fructibus autem quid dicam? neque enim nobis ceu alimentum idonei ſunt plerique ipſorum: ſed ceu medicamenta, quæ ſtomachum & ventriculum corroborent, aſſumuntur. De cibarijs hactenus. De potu autem dicendum nunc eſt, & vino potiſſimum: nam alij liquores vel ad nutritionem nihil conferunt, vel aduerſantur etiam nutritioni plerunq;. Vinũ vero ſo- G
lũ nutrit, quoniam plus habet ad noſtra corpora familiaritatis, quàm alij humores oẽs. nam oleũ & mel habent quidem & ipſa aliquid conuenientiæ nobiſcum, ſed non tantum, quantum vinum. Sunt tamen vini differentiæ quibus diſcernatur: inter quas prima eſt, quã color exhibet: Secundã præbet deguſtata qualitas: Tertia conſiſtẽtiæ debetur: Quarta in odore eſt: Quintam viribus metimur. De quibus omnibus ſingulatim diſſerere ſuperuacuum erat: dicendumq; eſt, quodnam tibi vinum peculiariter conducat. Aliud etenim alij vinum confert, idemq; rurſus alij minus. Tibi vero conducit tenue & album vinum, quod q; parum aquæ ſuſtineat. Nam eiuſmodi vinum facile deſcendit, & ſuccos qui ſunt in nobis attenuat, & excernit per vrinas, virtutem q; corroborat. Alia vina tibi non conferunt, ſicut in alijs vtilia ſunt.

De Aqua, Exercitatione, & Lotione. *CAP. 7.*

NOn videtur ab re, de aqua paucis hic ſermonem facere. Aqua tam ſanis, quàm ægrotantibus commune ſolatium eſt, & maximopere neceſſaria, quòd mundanorum & ſingularium elementorum hoc vnum ſit, ex quibus vniuerſis tota noſtri corporis conſtitutio eſt conflata. Quãobrem de ea fuero haud ocioſe dicturus. Aqua puriſſima tribus ſenſibus iudicatur, guſtu, viſu, olfactu: Guſtu, ſi nullam planè qualitatem prę ſe ferat, ſed videatur ab omni qualitate immunis: H
Viſu, ſi pura, ſyncera, & exquiſite clara: Olfactu ſi eorum nihil ineſt, quæ in aquis vitioſis eſſe olfactus teſtatur: vt ſunt aciditas, putredo, acredo, ſalſedo, aliquod ue aliud vitium, quod nomine careat. Qua tu autem commode quouis & tempore & modo vti poſſis aqua, ſit puriſſima defæcata, leuis, & fontana, cuius natura eſt frigida. cp ſi etiam cito à præcordijs deſcendit, potiorem non deſiderabis. Haud vero ſicut vino, cibis, exercitijs, vigilijs, & ſomno, ſecundum ętatum & temperaturarum diuerſitatem alijs atque alijs vti commodum eſt: ſic etiam aqua non eadem ſemper vti eſt ex vſu: Immo quam vtilem eſſe modo diximus, ea vti audacter poteris, & puer, & adoleſcens, & ſenex, quacũq; naturę differentia ſis prǫditus. Quoniã vero aqua vna plus alia frigida reperitur, hac de cauſa non omnibus prodeſt aquę frigidæ potu indifferenter vti: verum ſupra modum calidis, pinguibus, & carnoſis ſiue naturali habitu ſiue acquiſito, & his qui ſe vehementer exercent, qui q; conſueuerunt frigidam potare, innocua eſt ſi frigidã bibant. Quòd ſi aliter aliqui ſe habeãt, minus bibant ex ea. qui vero iuuenili ſunt ætate, & in rebus ciuilibus verſantur negocioſius, quã vt exerceri ordinate & victitare queant, fontanam ſument, relicta niuali aqua. Hęc nanq; tametſi iuuenilia corpora mox offendere non videtur, noxa videlicet, quæ paulatim increſcit, non percepta: tempore tamen procedẽti, cum ætas declinat, difficulter ſanabiles aut incurabiles planè morbos

A bos inducere nata est, in neruis, articulis, & visceribus. Quam offensionem pars aliqua corporis percipit, quæcunq; debilissima est natura. Quam ob rem vti debes fontana, & ea defęcata, de qua plus assumas, quàm de vino. Ac de aqua quidem breuibus hactenus. Tempus nunc est, vt de exercitationibus verba faciam. In quibus corpus contentiosius mouendum non est, donec videlicet vires succumbant. nec imperfecte exercitandum, vt membra perspiratione non satis distrahantur: sed vt viribus cuiusq; proportione respondeat. Quippe vehementia relatione ad aliquid est: quo fit, vt dimotio eadem alij sit exercitatio, alij minime. Vtile est igitur quęq; id exercitationis genus eligere, cui est potissimum assuefactus: nec pugilum, cursorum, & luctatorum exercitationem subire. Ab exercitatione vero tria in primis commoda proueniunt: nam instrumentorũ duritiam, dum inuicem confligantur, & innati caloris incrementum, concitatiorẽq; spiritus motum efficit: Quę tria vniuersæ commoditates aliæ singillatim sequuntur: Instrumentorum nanq; duritiam sequitur firmitas, atq; immunitas ab iniurijs, quæ vndecunq; in corpore expectantur: Augmentum caloris sequitur fortis alimenti distribuendi attractio, & promptior alteratio, & cõmodior nutritio, & excrementorum fusio, per quam dura quidem membra molliuntur, humentia vero extenuantur & digeruntur, meatusq; totius corporis dilatantur & patescunt: Ex valido B autem spiritus motu eosdem meatus purgari necesse est, & euacuari superflua excrementa. Cum vero nobis ab exercitatione commoditates tantæ accedant, commodum earum vtendarum tempus inuenire difficile non est. Nam cum alimentorum distributionem adiuuent, nullam oportet multitudinem crudorum, neq; ciborum, neq; humorum, vel circa ventrem, vel mesaraicas, vel iecur, vel reliqua vasa contineri, quia periculum esset, ne effunderentur ad omnes corporis partes, priusquam concocta fierent nutritioni vtilia. Et quia meatus expurgant, euacuantq; superfluitates, melius est ante cibũ eas instituere. ‖ Corpora enim nõ pura (inquit Hippocrates) quanto magis nutries, tanto magis lædes. Quare ex prædictis clarum est, hoc tempus exercitationibus admodum conuenire. Illud præcipue curandum in quocunq; exercitationis genere, vt fiat in loco salubri & aere puro. Sed hæc de exercitationibus dicta sufficiant. Crebris autem lotionibus vtere, temperatis & breuibus, non propter ęgritudinem, sed quod ad auctionem tuam, nutritionem, conformationemq; faciant. Cui rei optimum erit tempus, cum nutrimentum hesternum perfecte concoctum est & subsedit, aliaq; iam nutrimenti necessitas impendet: item cum & in iecore, & venis celebrata concoctio fuerit. Id quod sciet medicus qui tibi assidet, & tui perpetuo curam gerit. Nempe ventris exquisitam concoctionem ex deiectionibus: Iecoris & venosi generis ex C naturalibus vrinis. Vnde constat tibi à cibo lauandum non esse, ne obstructio circa iecur & renes eueniat. Cauebis etiam vini assumptionem protinus à balneis, nam vino caput tentatur: vt conducibilius sit primo temperatam aquam assumere. Igitur non frigidæ aquæ, non vini, non zythi, vel siceræ potus mox cum laueris, damno carebit: quippe quę & ipsa ventriculum, iecur, & neruos offendant: si non temperie, cõtactu saltem. Profuerit insuper tibi non statim vbi à somno surrexeris lauare, sed aliqua dimotione interposita: nõnunquam etiam mediocri exercitio. Nam exercitia moderata atque idonea, tuæ naturæ sunt vtilia, quod concoctionem, sanguificationem, & nutritionem meliorem operentur: & ob id ad bonum habitum, id est eutrophian, & ad virium robur, & ad perfectam tertiæ concoctionis actionem conferunt. Sed de his hæc quoq; sufficiant.

2. Apho. 10. Ex. or. 12. c

Ordo vniuersæ Curationis ante traditæ. CAP. 8.

PRoinde si te calculorum passio repęte inuaserit, si cibum nuper assumpseris, & nauseam præsentiscas: totum euomito, siue id naturaliter facias, siue arte adiutus, vtrocunq; modo visum tuo medico fuerit: postea somno te committes. Cumq; aliqua in aluo indurata iam excrementa hærere suspicatus fueris, clystere hæc nisi quid prohibeat, vacuentur. Quòd si dolor intolerabili-D ter affligit, in aquam calidam te dimitte. Veruntamen ne ipsa, sicut paulo ante ostendimus, abutare: nam calida perfusio dolorem mitigat quidem, sed vires etiam exoluit, quæ morbi causam, & quicquid in corpore inutile est, discutiunt. Post vomitus & enemata, fomentis & emplastris laborantem particulam delinias: atq; id ex medicamentis, quæ naturę ægrotantis conueniant. At si lapis defixus in rene subsisteret, acetum, saccharum, acetum scilliticum, & quæ lapidem simpliciter conterunt, assumere oportet, sicut est decoctum radicis graminis, damasonij, adianti, polytrichi, & similium. Quæ si inefficaces videantur, ijs quæ lapidem frangũt vti poteris, quales sunt regalium asparagorum radices, bdellium ex Arabia aduectum, semen altheæ, milium solis, betonica, saxifragia, pulegium, capparis ægyptiæ radix, domesticarum ficuum semina, & quæ istorum viribus sunt propinqua. Quòd si aliquo pacto ne hęc quidem proficiant, vtendum putarim medicamentis, quæ lapidem potenter frangendi virtutem habeant. Potenter vero diuidunt lapidem, lapis Iudaicus (& si calculum in renibus fixum est masculo: sin in vesica hæreat, & ob magnitudinem excerni haud possit, fœmineo lapide vtaris. Nam masculus, lapidem qui in renibus est frangit: fœmineus, qui in vesica) vitrum combustum, lapis cappadox, & paliuri semen. Hæc sunt, quę calculum violentius frangunt. Si vero crassus succus in corpore subeit, & vrinarum crassarum euacuatione sit opus: crassam vrinã agunt cardui radix, rubia, & similia. Quòd si frequentes vri-

l. 3. f. 18. t. 2. 9. fol. 361. h

nas

nas ducere opus fuerit, frequentes vrinas ducent acorus, pastinaca, asarum, ammi, & similia. E
Quòd si natura in deponenda vrina pigra fuerit, ipsam excitabunt, scordiũ, chamędaphne, bryoniæ cauliculi, & quæ viribus sunt ad hanc rem paribus. Quæ vero mouendæ vrinæ naturam habent, ea periculosius lapidem pellunt: temperatura nanque sunt acri, & ob id calida & sicca, insuper q; naturę colligentis & segregantis collectam serositatem. Sed quæ ignitas constitutiones in se non habent, rumpendo lapidi sunt magis idonea, quia incidunt opportune, & minimam caliditatem obtinent. Caliditas autem exiccando porrum colligit, non incidit aut diuidit. Quapropter quæ minus calida cum hoc, quod incidendi facultatem habent, sunt meliora. Quæ vero vrinam mouent, calida sunt & sicca, atq; acria, quamobrem secernunt quidem serosum sanguinem: sed quicquid in se crassius ille habet, id cogunt & compingunt. Propterea ijs qui calculorum morbo sunt affecti, apponi non debent. Hæc tamen, si veluti ductoribus & vectoribus ad locum affectum vsi quandoq; fuerimus, proderunt. Cęterum post lapidis excretionem, {medicamentis} vtendum est opportunis † {ad reficiendum & colligendum,} quę morsu, asperitate, & feruore descendens calculus exulcerauit: pręsertim, si magnus atq; angulosus is fuit. Postea vbi corpus ex colligentium {medicamentorum} beneficio, satis collectum agnoueris, tum & foris & intus præseruantia admouebis. Sed ne in hoc rei summam esse putemus. Immo quantisper ad prouidentiam hanc F
opera datur, tantisper conferentibus tam cibis quàm potibus, & quæ concoquere valeas, vtaris. Ex nutrimentis enim & potibus, quæ naturæ tuæ conueniunt, balneis q; & exercitijs atq; similibus, virtutes singulariter corroborantur: sicut inuicem ex illorum contrarijs debilitantur & deijciuntur. Hinc est quod propter virium erectionem & vigorem, vsus similium maxime desiderentur. Viribus etenim roboratis & confirmatis, tantũ momentum ad morbi generationem habere nihil potest, quin ab ijs illico profligetur. Quod adeo verũ est, vt nihil subesse in vniuerso corpore inutile eædem patiantur. Hæc sunt pauca, quæ non equidem iniustam hac de re institutionem, sed breuem submonitionem sedulo tuus minister tibi offero. Quod ad perfectam de his omnibus traditionem attinet, id nobis vetustissimi sapientiæ professores diligenter prosecuti exhibuerunt. Quod restat, medicus qui tibi à latere est, & curam tui perpetuo gerit, meus conseruus & hęc, & veterum scripta, & tuæ naturæ conuenientia me magis & alijs omnibus, quantum homini permissum est, prospexit ex ijs, quæ edoctus iam est, & ex naturæ tuæ exprompta cognitione perspiciet. Ei te ergo solum committas, nam ita te ille (quod Deo teste affirmare ausim) sedulo curat, vt quisquam alius curare omnino possit. Quandoquidem is, cui natura hominis alicuius perspecta sic est, vt quid secundum naturam in ea sit exploratum habeat: expeditius alijs omnibus cognoscat, quid pręter naturam eidem acciderit. At quanquam animus erat disceptationem logicam de paucis quibusdum in medium afferre, id tamen reseruandum in aliud tempus videtur, nam in præsentia locum habere non possunt. Cuiusmodi est, quinam ab hoc affectu liberari possint, qui liberari non possint, & an lapis hic causa sit, an morbus, an morbi symptoma. Et, si est causa, pręincipiens'ne sit, an antecedens, an coniuncta: Id q; similarium, an instrumentorum, an vtrorunq;. Iam si morbus est, an similaris sit, an instrumentalis, an communis. Si symptoma, actio'ne sit læsa, an excernatur quod retinendum erat, vel retineatur quod excernendum. An affectus sit quidam, an vtrunq; illi sic acciderit, vt & causa sit & morbus, & symptoma. G

† καταχερασικοῖς.

GALENI IN HIPPOCRATEM DE OFFICINA MEDICI

COMMENTARIVS PRIMVS

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Communi vniuscuiusque artis Dignotione constituta, docet, ex quibus constet: quibusque munus eius Medicinæ compleatur, quæ manuum opera exercetur. Liber autem hic de iis quæ in Medicatrina fiunt, aut Hippocratis, aut Thessali eius filij, Galeno teste est, ad memoriam magis, quàm ad editionem compositus.

D

Opus hoc ad medicum pertinens inscripsit /de officina medici/: satis autem fuerat /de iis, quæ in officina medici/, sicut non nulli Dioclis, Philotimi, & Mantiæ opera inscribunt. Nam, cùm singuli horum de eadem re libros confecerint, legitur quidem in plerisque inscriptio sine præpositione atque pronomine /officina medici/: in paucis autẽ præpositis illis /de iis, quæ in officina medici/. Sed eorum volumina præceptis plena sunt: Hippocrates verò, vbi in suo libro ea recensuit, quæ medicinam manu curantem perficiunt, fasciandi rationem exequitur, cui voluit medicum primò assuefieri: quæ res in ligno, quod in hominis speciem exculptũ sit, vel certè in puerili corpore fieri potest. Hæc liber ipse priusquam singularum partium explicationem aggrederer, præfari me coegit: iam venio ad ea, quæ me impellit non liber, sed quicunq; maiorum scripturam promptè im-

mutat, ad quamcunque sententiam voluerit, ipsam traducens. Quidam igitur conati sunt vetu- E
stissima volumina inuenire, trecentos abhinc annos scripta, quę partim habent in chartis, partim in libris, partim in membranis, sicut Pergami apud nos videre licet. Constitui ego omnia æstimare, quæ tradita à primis expositoribus fuerunt, vt de plurimis ac maximè fide dignis, germanam scripturam comperirem: quod mihi longè melius cessit, atque putaueram: nam omnibus ferè tum exemplis, tum expositorum commentariis, animaduerti inter se conuenire, ita, vt admiratus fuerim audaciam eorum, qui vel nuper exponunt, vel suo iure omnia Hippocratis volumina edunt, quemadmodum Dioscorides, & Artemidorus, qui Capito cognominatus est, qui complura in vetustissimis scripturis innouarunt. Sed longiùs labi mihi videor explicando, si scripturæ cuiuslibet fecero mentionem: melius igitur duxi antiquas solùm adscribere, paucis quibusdã, quæ immutatæ paulum fuerunt, adiectis, de quibus præsertim cõueniat inter eos, qui antè libros enodauerint. qui, cùm quatuor sint, duo, Zeuxis & Heraclides omnia Hippocratis opera explicarunt: at non omnia, sed obscura tantùm, Bacchius & Asclepiades. Ac de his quidẽ hactenus. quo tamen clarius exordium sit, à principio repetentes breuissimè agemus, quasi nihil præfati.

Liber Hippocratis, qui /de officina medici/ inscribitur, primò totius artis commune procemium habet, vt mox indicabo: atque ea de causa non nulli ante omnes libros iure legendum esse F
existimarunt, quippe, qui talem docendi viam polliceantur, qualem in suis libris, quos primas institutiones appellant, recentiores aliqui tradiderunt. proximè à communi procemio subiicit, quę medicinalem artem nunc primùm addiscentibus vtilissima sint, ex iis, quæ in officina medici fieri possunt. Quam rem ita esse liquidò constabit, si ad verborum ipsorum enodationem animum adiunxeris.

1 *An similia, an dissimilia, principio à maximis, à facillimis, à quibuscunque, quomodocunque cognitis.*

Siue quis benè valere, siue bonam valetudinem, siue aliud quid tale, medicinalis artis finem constituat, hunc ipsum propter se student, qui in hac arte versantur. Neque vlli dubium est, quin contemplatio quædam sit, cui operam dare oporteat eum, qui restituere velit (vbi corrumpatur) naturalem nostrum siue habitum, siue administrationem, seu structuram, seu quod est aliud verbum, quo placeat nominare: at non propter se cætera omnia, quæ ad artem spectant, addiscimus, docemus, aut denique audimus, sed quod ad finem singula eorum conducant. Quemadmodum in proposito sermone eam partem, quæ ad indicia pertinet (recentiores græci σημειωτικὴν G
dicunt) tractari necesse est, quibus rectè mederi propositum est, antequam eam, quæ curat, aggrediantur, vt, quùm simile quid nacti fuerint, morborum discrimina ad vnguem in ægrotantibus teneant. Nihil autem in sequentibus intererit, habitum nostrorum corporum naturali administrationi contrarium, morbi vel affectus vocabulo nuncupare, sicut græci omnes consueuerunt, interdum νόσημα, interdum πάθος, genus hoc vniuersum appellantes. Nunc igitur docet, partis, quæ ad indicia spectat, maximè generale propositum, quemadmodum fit in parte, quæ medetur. nam sicut in hac curationis cuiusque commune consilium est contrariis per contraria subuenire: ita in illa posse cognoscere, quatenus ea, quæ in affecto corpore conspiciuntur, benè admodum valentis sunt similia. Quod Hippocrates ipse in prognosticis indicauit, cùm inquit, ‖Maximè ad rem pertinet intueri, an sibi quis ipse aliqua ex parte similis sit/. Idem in libro quoque de articulis proposuit, quùm vitiatam corporis partem ad eam, quę integra est, conferri iussit: vbi similiter voluit non simpliciter comparari, sed affecti hominis dextram partem cum sinistra conferri, nihil alienis articulis, hoc est aliorum hominum inspectis. Quod etiam nunc faciendum duxit, cùm ait /an similia, an dissimilia, principio à maximis, à facillimis/ ac si ita dixisset, laborantium corpora ab initio protinus inspici debent, quatenus similia sint sanis, quatenus dissimilia. quam H
rem, quùm agemus, ex iis, quæ maximi momenti sunt, & in quibus expedita admodum cognitio est, morborum notas intelligemus. quandoquidem nos ignorare non oportet, non esse alia maxima, alia facillima: sed iisdem signis contingere potentia maximis esse, & cognitu facillimis. huiusmodi sunt, quæ in prognosticis statim à principio traduntur his verbis, ‖Nares acutæ, oculi concaui, collapsa tempora, & quæ sequuntur/. Namque hæc maximi esse momenti in prænotione, eorum qui mediocriter in medicinali arte fuerint exercitati, nemo est, qui nesciat: esse verò cognitu facillima, omnes sanè vel artis etiam expertes intelligunt, quùm nullam corporis partem prius facie protinus videat, qui ad cubantem accedit. Ergo ipse cubans, si cum seipso conferatur (vt præcepit) certiorem quoque notam exhibet. atque hac ratione ab iis, quæ facillima & maxima sunt, initio sumpto, iam poterit, quod ad artem attinet æstimari. Fortè autem interdum fiet, vt decipiatur quis homine, qui natura habet nares acutas, oculos concauos, collapsa tempora: sed, si laborantis corpus plærisque hominibus simile comperiemus, nullo pernicioso morbo, aut affectu, detineri hominem facilè intelligemus. vbi, quod ab Hippocrate scribitur,

1. Progn. 5. 4ª. 190. g

1. Progn. 6. 4ª. 191. a

A scribitur, notabimus, si reliquæ totius corporis notæ salutem denuncient, consisi eam esse naturalem hominis faciem, vt rem magis perspectam habeamus, de ijs, qui antè ipsum nouerunt, percontabimur: qui vbi idem asserent, nostram prænotionem confirmabunt. non perinde tamen sciemus, ac si ipsi hominem nouissemus, atque adeò, si vsi familiariter essemus. eo enim quod benè valentem sæpenumerò viderimus, in signis, quæ in ipso apparent, nunc, vbi aduersa valetudo est, discriminis modum certiùs deprehendimus. Vt enim audiuerimus, coniecerimus q; hominem acutis naribus esse, concauis oculis, familiaris duntaxat modum intelligit, quæ res medico in primis necessaria est. non enim id solum nouisse operæprecium nobis est, quòd corpus à naturali habitu recessit, sed quatenus nares acutiores sint, oculi magis concaui, tempora collapsa, & alia singula, quæ deinceps exequitur: è quibus, quod simili maximè contrarium est, non simpliciter graue dixit, sed grauissimum, est autem maximè contrarium, quod à naturali habitu distat longissimè. ergo, quemadmodum, quod maximè contrarium est, non simpliciter graue, sed grauissimum posuit, sic graue magis minus'ue dixit, quatenus plus minus'ue contrarium se ostendit. Notæ igitur, quæ in facie sunt, nullo negocio percipiuntur, & plurimum ponderis habent, tum quas à principio protinus recensuit, tum quas de oculis subiecit. Complura autem ex ijs, quæ
B in prognosticorum libris tractauit, si mentem adhibeas, intelliges partim non maxima esse, partim non facillima, partim quibus vtrunque abest, vis scilicet & facilitas. quæ in eorum librorum expositione latiùs persequuti sumus, persequemur & nunc exempli causa nō nulla. Nam, quòd æger supinus cubet brachijs cruribus'que similiter iacentibus, vt resolutis, non modò ob grauem affectum euenire potest, sed ob mollitiem quoque hominis, delitias'que vltra modum. quare nisi mores ægri cognitos habeamus, facilè decipiemur. At fieri minimè potest, vt quos curamus, omnium nobis mores innotescant. quamobrem percontari hos oportet, preterquā in paucis. Comperimus quidem aliquando non magni momenti rem denunciari, vt in ijs, quæ ad cubandum pertinent: interdum maximi, vt in viro ornato, vbi trucem vultum habeat, vel flatum per ventrem reddat cum crepitu, dolorem, aut mentis alienationem significat, si in eo sit, quem id facere audiente aliquo puderet: sed si nullam præsentium rationem haberet, nihil is prorsus ostenderet. Quocirca hic etiam nouisse hominis mores conuenit, non secus atque consuetudinem in ventrem cubantium, eorum'que naturam, qui per somnum dentibus strident, vel quorum palpebrę non committuntur. namque hæc, vbi cubantis consuetudinem, vel naturam medicus nouerit, aut ab altero quæsierit, qui eos cognoscat, indicium faciunt, id'que modò bonum, modò malum.
C In vrina verò nigra, nigro item sputo, tum in atra bile, morbi initio apparētibus maxima vis inest, & expedita cognitio, sicut è contrario in acutis morbis summam securitatem pollicetur facilè spirare, subsidere in vrina album leue & æquale. Hæc de ijs, quæ ad cognitionem pertinent, posuisse voluimus, vt sint exempla eorum, quæ maximam vim habent, & cognitu facillima sunt, tum quorumcunque, quomodocunque nobis innotescant, seu experimento, seu ratione. quanquam non tantā vim habent, nec æquè facilè percipiuntur, nisi ægri vsus, natura, mores, vel sciantur, vel quærantur. Deinceps mihi sermo erit de ijs, quæ attinent ad chirurgiam. Vt autē res magis in aperto sit, quoddam exemplum apponemus, quod habetur in libro de || articulis inter initia protinus, vbi de prolapso humero agitur. in quo, idem quod maximum est, nullo negocio cō prehenditur. nam, si quod turgidum, rotundum, ac durum in ala se ostendat, id ibi esse nulla ratione potest, nisi humeri caput suo loco motum in alam exciderit. Sed sinus in ea parte, quæ humeri iuncturæ superiecta est, commune indicium est, & humeri prolapsi, & lati scapularū ossis, quatenus summum à iugulo recedens, attollitur: atque idcirco debemus affectam partem integræ comparare, quæ vbi non suæ naturæ deprehendatur, existimare licebit humerum excidisse. In hoc igitur signo, non æquè magna vis inest, & expedita cognitio, atque in tumore sub ala.
D imbecillius adhuc est, quod ex motu colligitur, humerus enim sursum non porrigitur, & vbi huius partis musculi atteruntur, tenduntur, inflammantur: & vbi aliquæ ipsorum fibræ altiùs abrumpuntur. Ego autem huiusmodi casum aliquando nactus sum. latum scapularum os summum antè à iugulo recessit, deinde alterius brachij humerus loco suo motus est, quod accidit in palæstra. intuitus autem medicus sedem iuncturæ humeri superiectam ab vtraque parte æqualem, inconsideratè dixit eum ipsum locum plagam accepisse, & iure hominem dolere, iuncturam verò illæsam esse. quocirca præcepit, vt in balneum iret quàm celerrimè, & multo vsus oleo in solio moraretur: atque vbi exiret lana tincta in oleo, cui paulum cæræ adiectum esset, ictam partem obtegens, se contineret in lectulo, quiesceret'que. His factis homo, quùm totam noctem dolore vrgeretur, mane eundem medicum, & quosdam alios accersiuit ex ijs, quos non ratio, sed sola sustinent experimenta. Qui pridie ob temeritatem deceptus, articulum benè se habere protulerat, vbi ad ægrotantem accessit, videns duos alios medicos se ignobiliores, vt qui paruipenderetur, iniquo animo tulit, id tamen dissimulans promptius adhuc ob indignationem dixit articulum nullo modo læsum esse, quùm vtramque partem iuncturæ humeri superiectam similem inueniret, cum'que inflammatio iam ictum humerū occuparet. Perfundens igitur homi-

Sect. 1. t. 3. 7ª. 25 L g

nem multa aqua calida subinde oleum copiosè immiscens, iussit, vt lana rursus circundatus eadem ratione conquiesceret. At, quùm per hæc nihil proficeretur, ego tertio die adhibeor: conspiciens'que partem iuncturæ superiectam magis cauam esse ab eo humero, qui dolore vacabat, quàm ab eo, qui dolebat, nimirum inflammatione aucta, humerum, qui integer videbatur, diligenter inspexi, visum'que est mihi ab ea parte summum lati ossis scapularum in superiorem partem recessisse. Hoc igitur adductus, & eo quòd per idoneam curationem homo nihil leuaretur, sub inflammati humeri alam digitum demittens, ibi humeri caput inueni. quo tamen res certior esset, animaduerti alterius humeri alam, in qua, vbi nullum huiusmodi tumorem repperi, pronunciaui humerum quidem luxatum esse, medicos verò id latuisse, eò quòd ignorarent latum os scapularum in altero brachio summum à iugulo recessisse, compararent'que percussum locum ad illud perinde, ac si in statu esset naturali. Nobis inquam discere licet ex homine percontantibus, num ab altero brachio, quà cum iugulo latum os scapularum iungitur, aliquando plagam acceperit. ille principio non habet, quod dicat: dein, quùm sibi in mentem veniret, se quondam ex vehiculo decidentem percussum fuisse fatetur, sed paruo negocio liberatum lana oleo tincta tribus aut quatuor diebus super ictam partem imposita. Sed quorsum hæc? vt ostendam quantum dignitate inter se distent indicia, per quæ innotescunt morbi manus curationem requirentes. Non posse enim affectum brachium sursum porrigi multis quoq; alijs commune, quùm & chordæ musculorum, qui ea parte sunt, & sæpenumerò ipsi quoque musculi, vbi indurati, aut inflammati sunt, tum contusi aut altè abrupti, vel vbi aliquæ ipsorum fibræ perrumpuntur, sursum ferre brachium non sustineant, neque solùm sub hoc, sed sub omni etiam motu indolescant. Sinus verò ea parte, quæ iuncturæ humeri superiecta est, & ipse communiter recedentis quoque ossis facit opinionem. At rotundus, durus'que in ala præter naturam tumor abundè humerum loco suo motum testatur. quare is minimè decipietur, qui ei tantũ confidet. quid quòd & ipsum cognitu facillimum est, solum'que oportet tumorem contingere digitis in alam coniectis, quà humeri caput euidenter se ostendet. Sed musculorum affectus, sub quibus neque sursum porrigere humerum possunt, neque citra dolorem mouere, exercitatam rationem, summam'que animaduersionem exigunt. Has igitur notas illis annumeramus, quæ plurimum valent, & facillimè comprehenduntur, siue quis rationalem, siue in experimentis positam medicinã profiteatur. Empiricus enim inspiciens quas συνδρομὰς appellat, quæ nihil aliud sunt, quàm concursus eorum, quæ morbis superueniunt, vbi sæpiùs eadem notauerit, æquè omnium simul in tempore meminit: dein, quùm ex hac obseruatione multorum concursuum vsum habet, tunc ex ijs, quæ morbis superueniunt, quæ'nam in multis concursibus viderit, & quæ in vno duntaxat, dignoscit: atque hoc pacto communia intelligit, & propria, quam rem sequitur rursus notitia signorũ, quatenus inter se viribus distent. nam, quod in multis, vel omnibus concursibus fuerit animaduersum, longè iis cedit, quæ notantur in vno tantùm: quod autem in paucis, minùs vincitur, ac præcipuè, quod in duobus. medicus autem, qui spectat experimenta communia, perinde ac propria intuetur, & in memoria habet. cùm hæc, quæcunque sint, & quocunque modo cognoscantur, vnà cum proprijs venientia obseruauerit. Qui ratione nititur, multo magis celerius'que singulorum morborum indicia comperit, & vbi communia sint, & vbi propria, nec Empirici modo diu moratur, sed ne diem quidem aut horam. Concipiens enim humeri caput in alam excidisse, id simul intelligit, primò quidem quòd tumor ea parte non naturalis apparebit: deinde quòd sinus erit super humeri commissura, cùm humeri caput, vt quod in alam venerit, inde absit, vbi esse consueuerat: tum quòd ceruix lati scapularũ ossis humero superimposita sursum porrigi brachium non ita sinet, & quòd musculi admodum dolebunt, quùm vehementer extendantur, vbi attollere humerum conentur, quod q; non absimile tormentum sentient, cùm ad latus tentant affectum membrum adducere. Atque ita quæcunq;, & quomodocunq; cognita, nec, quæ magnã vim habent solùm, sed cætera etiam intelliget. quoniàm hac vna via cuncta inueniuntur, quùm altera in obscuro sint, quæ non sunt facillima, sed indicatione comprehenduntur. Humeri quidẽ caput in ala magnam vim habet, & nullo negocio cognoscitur: at musculorum affectus maiori egent cogitatione, sed & à tumore qui in ala conspicitur, vtroq; viribus scilicet & facilitate superati, eadem contemplatione artificioso medico innotescũt. Meritò igitur Hippocrates ante alia artis opera, id est ante prænotionem & curationem, eam partem, quæ ad morborum indicia pertinet (iuniores σημειωσιν nuncupant) intelligi ex similium ac dissimilium notatione voluit: meritò etiam ex valentissimis, & cognitu facillimis: item tertiò ex quibuscunq;, cum his quomodocunq; cognitis, dignitate verò & cognoscendi facilitate inferioribus. Hactenus itaq; præfatus à quibus vitia indicentur, nempè ab ijs, quæ rectè habentibus similia sunt, aut dissimilia, deinceps cuiusmodi illa sint, ea nunc persequitur his verbis.

2 *Quæ & videre, contingere, atque audire licet.*

Quùm voluerit eam medicinæ partem, quæ de morborũ notis est, per ea exerceri, quæ in affecto corpore

A corpore ad exemplum sanorum similia sunt, aut dissimilia: item quædam maxima esse & facillima, quædam cum ipsis necessario percipi: nunc iam (quod supra commemoraui) quæ nam illa sint, exequitur inquiens /quæ & videre, contingere, atque audire licet. Videre quidem licet, quæ conspectui subiiciuntur: contingere, quæ tactu: audire, quæ auribus comprehendi possunt. Ergo, quæ inter prognosticorum initia de facie proponuntur Nares acutæ, oculi concaui, collapsa tempora/ sentiūtur visu: tactu, frigidæ aures: tactu simul & visu, cutis faciei dura, arida, atq; extenta: quæ eodem libro sequuntur, auditui subiecta sunt, nempe sternutamentum, tussis, crepitus, strepitus'que hominis præter naturam loquentis, vel quod mens non constet, vel quod vox sit stridula, rauca, aut huiusmodi quopiam vitio affecta. In morbis autem, quæ manum postulant, oculis exposita sunt, quæ nigrescunt, rubent, tum quæ quauis ratione suum colorem variant aut retinent. adde exempli causa in humero, quod sinus in parte eius articulo superiecta, & extremitas lati scapularum ossis elata, visu percipitur, caput in ala contingitur, auribus accipitur strepitus in corpore ægrotantis, quemadmodum vbi thorace perforato e plaga fertur spiritus cum sono. 1. Prog 6. & 7. 4ª. 191. a

3 B *Quæ item oculis, tactu, auribus, odoratu, gustatu, mente sentiuntur.*

Subiecit hic omnibus sensibus mentem, quam dixit γνώμην (græci communiter νοῦν & φρένα vocant & λόγον, hoc est rationem) sed quoniam & in voce quædam ratio est, philosophi illam dixerunt ἐνδιάθετον, hoc est interiorem, vt ab hac ipsam seiungerent. Comprehenditur interiori, quid cuique consequens sit, quid'que contrarium, ad hæc diuisio, compositio, resolutio, demonstratio, & si quid est generis eiusdem. Requiritur autem non immerito, cur olfaciendi & gustandi sensus ante seorsum mentionem non fecerit, quum dixit /quæ & videre contingere, atq; audire licet/ postea vero omnes quinque proponens, mentem quoque adiunxerit. Multi sane dixerunt non nulla absurda, & quæ scribi non merentur: alij vero probabilia, ac memoratu digna. hinc autem ordiuntur. Hippocratem dicunt præcepisse, vt ex eorum, quæ sub sensus cadūt, similitudine ac dissimilitudine, morborum notas intelligeremus. Proprie autem sub sensus cadere volunt ea, quæ, vt comprehendantur, non aliam potentiam requirūt, sed vna sensuum comprehensio sufficit: sub sensus cadere similiter, sed non proprie, quæ pluribus sensibus simul, & tum memoria, tum ratione, quam vocant componentem, & colligentem, accipiuntur. Colorem vero ex eorum numero esse existimant, quę proprie sub sensus cadunt, itidem succum, vaporem, C vocem, præterea duritiem, mollitudinem, calorem, frigus, & vno nomine qualitatem omnem, quæ tactu comprehenditur: at mali, mali punici, piri, aut cuiusuis alterius rei totam naturam sensu minime percipi, sed (vt Plato dixit) opinione cum sensu rationis experte. omnia que esse opinabilia arbitrantur: & propterea quosdam sæpius in ipsorum cognitione decipi, cum vel colorem tantum, vel figuram, vel vtrunque naturali non absimilem intuentur. mala enim, mala punica, pira, vuam, nucem iuglandem, & plura alia ex iis, quæ edendo sunt, vbi ex cera componuntur, priusquam vel ad nares admoueantur, vel gustentur, tangantur'que, a veris abhorrentia non videri: cum vero falli non posse, qui ipsorum vsum singulis sensibus æstimet: omnibus autē rem discutere sine memoria & enumeratione non licere, & hanc non ad sensum aut memoriam pertinere, sed ad mentem. nominant autem enumerationem, non solum συναθροισιν, sed etiam συγκεφαλαιωσιν. Hippocratem ergo, quum inquit /quæ & videre, contingere, aut audire licet/ volunt eorum, quæ sensibus subiiciuntur, meminisse, vt exemplum aliquod in medium afferret: atque vbi ab ijs, quæ sensibus simpliciter, & proprie subiecta sunt, ad totam naturam transijt, iure tunc sensus omnes, & mentem quoque commemorasse, ita, vt vniuersa oratio sit huiusmodi. Aggredi medicus debet ad vitiorum notas, orsus a similium ac dissimilium inspectione, interD dum solam qualitatem, interdum tota conferens corpora. quæ quidem expositio ratione non caret. Est & altera hunc in modum, Hippocratem, quum inquit /quæ & videre, contingere, atq; audire licet/ de medico loquutum esse: quod vero addit /quæ item oculis, tactu, auribus, odoratu, gustatu, mente sentiuntur/ ad ægrotantem ipsum referri, ita, vt medicus non modo indicia colligat ex iis, quæ ipsemet, sed ex iis, quæ æger videt, tangit, olfacit, gustat, tum ex eius mente, quatenus labat aut consistit. quod autem medico ad cognitionem expediat, noume mente ne homo labatur, an sui compos sit, in aperto est. Placet alijs, quod scribitur /quæ item oculis, tactu, auribus, odoratu, gustatu/ ad ægrotantem, quod adiungitur /mente/ ad medicum pertinere. siquidem ex iis, quæ cubans videt, audit, contingit, gustat, medici mens aliquid ratiocinatur. conijcit enim de laborantis gustatu aliquid ad ipsum pertinens, non secus ac de morbo. nam, si gustanti amara omnia videantur, quemadmodum ijs, quos morbus regius male habet, redundat in lingua bilis: si salsa, pituita salsa: si acida, acida similiter pituita plurima in ea est. sic que hominem dicunt qualitatem sui sudoris interdum in os destillantis percipere. Hoc pacto enodantibus aduersari videtur, quod olfactum medici præterierit, quamuis eo sæpius vtatur, cum indicia ex deiectione, vrina, sputo, vlceribus, spiritu ægrotantis, collecta, olfactu a medico æstimētur.

Porrò autem à ratione non abhorret, fuisse hunc à librario prætermissum, sicut alia multa in plu- E
rimis Hippocratis aliorum'que voluminibus, partim omissa inueniuntur, partim euidenter de-
prauata Nec absuerunt, qui locum hunc ità explanarent, non idem scilicet significari his verbis
/quæ videre, contingere, & audire licet/ atque illis /oculis, auditu, tactu sentiũtur/. potest enim
videre quis, contingere, aut audire, nullo modo re comprehensa: sentire verò sine comprehen-
sione non potest. Refertur huiusmodi explicatio verbi /sentire/ ad Semium stoicum, cui propte-
rea subscripsit Iphicianus Quinti discipulus, qui stoicam philosophiam sequutus est. Quod cen-
sent igitur huiusmodi est. Priora verba solummodo in rerum genere, ex quibus notæ sumuntur,
accipi debent: sequentia in eodem ad vnguem habito atque comprehenso, quasi ita scripserit.
Colligendæ notæ sunt ab iis, quæ in corpore ægrotantis suæ naturæ similia & dissimilia se osten-
dunt. Sunt autem hæc ea, quæ subiecta sunt sensibus, atque ex ijs ipsis, non quæ non benè viden
tur, aut audiuntur, vel quouis denique sensu non benè sentiuntur, sed quæ singulorum sensuum
comprehensione & mente percipiuntur. abusum verò Hippocratem dicunt vocabulo /sentiun-
tur/ de mente verba facientem. Ita, vt in prioribus verbis sensum vnum vel alterum prætermi-
serit, vniuersum enim eorum genus sub exemplo demonstrauit: in sequentibus omnium memi-
nerit, & mentem adieceri, magis exquisitam firmiorem'que enunciationem reddens. nam com F
mune est omnibus cõprehensi obiecti speciẽ imprimere. Sed, quùm, quod polliciti sumus, præ-
stiterimus, referentes, quæ non nulli probabilia attulerunt, ne videretur Hippocrates eadem sæ-
piùs repetere, proximum est, vt ad ea, quæ sequuntur, veniamus: tu verò superiores sententias
scrutatus optimam eligas. Vsurpat autem γνώμης vocabulum more priscorum, quod idem si-
gnificat, atque mens, siue intelligentia. quam rem, & si possem multorum testimonio confirma-
re, pauculos tamen adducam, qui mentem γνώμην dixerunt. Critias igitur in primo aphorismo
hæc scribit / Nec quæ reliquo corpore sentit, nec, quæ mente intelligit/. & iterum / Intelligunt
homines mente an sanus aliquis sit/. Et in primo libro, qui de colloquijs inscribitur / Si ipse ex-
citatus ita fuisses, vt mente valeres, non sic ab ipso tibi iniuria fieret/. & in eodem sæpenumerò,
& in secundo colloquiorum, γνώμης sæpiùs mentionem fecit, sensibus ipsam in diuisione oppo
nens. Ad hæc Antipho in primo de veritate / Qui hæc intelligit, nec oculis longitudinem com-
prehendit: nec qui longitudinem intelligit, sine mente eam intelligit/. præterea / Omnes enim
homines, tam in secunda, quàm in aduersa valetudine, atque in alijs omnibus mente vtuntur/.
Et Plato, sicut priùs sæpè, ita in quinto de repu. /Huiusmodi igitur cogitationem, vt cognoscen-
tis mentem, ita opinãtis opinionem rectè dicere possumus/. Et Lysias in Polyuchum /Ille enim, G
in omnibus rebus, quas sua vsus mente, pro nostro populo gessit, multorum bonorum in nostra
ciuitate causa fuisse videbitur, & multa hostibus attulisse incommoda/. Æschines item Socrati-
cus in Miltiade, & Hyperides in Dioclem, & alij rhetores, medici atque poetæ, quorum omniũ
meminisse superuacuum est, eodem modo id vocabulum vsurparunt.

4 *Quæ item omnibus, quibus cognoscimus, intelligi possunt.*

Iure etiam hîc quæritur, quas prçter sensum, & mentem, natura nobis potentias dederit ad per-
cipiendum obiecta exteriora. Adiungit enim /quæ item omnibus, quibus cognoscimus, intel-
ligi possunt/ perinde quasi non enumerauerit omnes. Explicabo igitur, quamobrem hæc ad-
scribi ab ipso existimem, illud præfatus, quod & sequentibus necessarium est, & memoriæ pro-
ditum fuit à multis veterum: quibus placet ex opinionibus, quas videntur sectarum auctores in-
uenisse, nullam esse nouam, sed, quæ priori sçculo tradita fuerunt, vnà cum aliorum mente inte-
riisse. Siquis in opinione ad res ipsas animum aduertat, neque Pyrrhonis sectam, neque Acade-
micam, Stoicam, Peripateticam, nec quamuis aliam, post Hippocratem sumpsisse initium iudi- H
cabit, quùm ipsi Pyrrhonei ad vetustissimos auctores suam referant sectam. Quocirca verisimile
est, vel adeò non verisimile, sed necessarium Hippocratis seculo de naturalibus iudicandi poten-
tiis disceptatum esse, & quosdam nullam talem posuisse, quemadmodum postea Pyrrhonei: quos
dam sensum duntaxat: alios nihil huic tribuentes id verum putasse, quod vulgatum est /Mens
videt, mens audit, cçtera surda sunt & cæca/: alios vtramque dedisse iudicãdi potentiam, sensum
in iis, quæ sensibus subiiciuntur, mentem in iis, quæ comprehenduntur intelligentia: quosdam
alias animi nostri potentias concepisse. Itaque Hippocrates, vt eorum vitaret importunitatem,
generatim duarum potentiarum meminit, sensus & mentis, quas solas in nobis (vt scitis) vbiq;
docui cognoscendi ac iudicandi vim habere: propter cauillatores autem orationi adiecit / quæ
item omnibus, quibus cognoscimus, intelligi possunt/. Iam verò aliqui censent aliam esse na-
turam intelligentiæ, aliam mentis, aliam illius rationis, quam ἐνδιάθετον vocant, atque harum
plures adhuc potentias introducunt. Nos autem in libris, qui de communi ratione sunt, tres ho-
minibus in vniuersum inesse potentias demonstrauimus, quibus ad artes constituendas, libros q;
conficiendos vtuntur, sensum, mentem, memoriam: atque in memoria quidem hçrere seruari q;
quicquid

A quicquid sensu ac mente conciperetur, quùm singularum rerum naturam non inueniat, sed eorum, quæ inuenta sunt, receptaculum quoddam sit: ad ea vero, quæ inquiruntur inuenienda, iudicanda'que naturam nobis mentem dedisse ac sensum. Sed, vbi de his verba fiant, demus, si qui ita sentiant, aliam vim esse intelligentiæ, rationis aliam, rursus'que, si velint, aliam mentis, aliam consilij, quùm aduersus eos id nobis sufficiat, quòd omnes homines euidenter cognoscunt malum, mespilum, vuam, & alios fructus, siue vna animi potentia, siue altera, siue tertia, siue pluribus comprehendantur. Omnes autem homines æque sibi persuasum habent sensum, mentem, memoriam & voluntatem esse. quæ Asclepiades, quasi nulla sint, præter alia multa conatus est funditus euellere. His igitur propositis satis planam esse causam existimo, quur iis, quæ postremò perfectè docuerat, adiunxerit / quæ item omnibus, quibus cognoscimus, intelligi possunt/. Inire medicus debet artis opera, initio ab affectuum cognitione accepto, comparans ea, quæ in ægrotante apparent, ad ea, quæ in sanis conspiciuntur, intuitus, quæ similia, quæ item dissimilia, & hæc atque alia omnia sensu ac mente comprehendere: tum, si qua sit præter has potentia, quę communiter possit secundum naturam de omnibus iudicare, hac etiam perinde, atque illis de inuentis iudicare. sicut etiam cognoscere omnes homines possunt, quemadmodum nos in medi-
B cinæ operibus, principio habentes pro materia, quæ sensu comprehensibilia sunt, his verbis /quæ contingere atque audire licet/: potentiam verò hæc iudicantem duplicem, sensum scilicet & mentem, quam ostendit, cùm inquit / quæ item auribus, odoratu, gustatu sentiuntur/. vtrique autem euidenter memoria subseruit. si quis aliam quamuis potentiam introduxerit, nihil pugnabimus, modò subiectæ materiæ vtilis videatur. His enim verbis / quæ item omnibus, quibus cognoscimus, intelligi possunt/ & mentem complectitur, & permittit, vt si quis aliam iudicandi potentiam esse arbitretur, illam quoque nobis declaret. Hactenus igitur, quę in hoc libro tradita sunt ab Hippocrate communiter ad vniuersam medicinę artem pertinent, atque idcirco ea esse procemium totius artis propositi. Proximè autem transit ad medicinę partem, quę manu medetur, & ex iis, quę huius partis sunt, ad ea, quę in officina medici discere possunt, aut tractare, qui in arte primùm exercentur. Nemo autem existimet expositionem me longiorem prębter meum morem fecisse. siquidem, quę totius artis communia sunt, pluribus verbis explicari debent, quàm quę propriè ad singula pertinent, vt quùm maximè, vbi quis in aliquo opere ipsa pertractet, nunquam aliàs commemoranda: id quod ego constitui in horum librorum Hippocratis expositione, vbi de mente ac sensu omnia persequutus, eorum, quę proximè retuli,
C nullam ampliùs faciam mentionem. Quin hęc dixi paucioribus fortasse, quàm res petebat, quia quùm proponere possem agitatam de numero potentiarum animi, controuersiam, ac de ea pronunciare, magis operęprecium duxi eum, qui harum absolutam notitiam requirit, ad librum de communi ratione reiicere. Aliud etiā vertitur in dubium, vbi pręcipit, vt ab inspectione illius, quod simile est, & dissimile, inchoemus, propterea, quòd non ita distinctè omnibus notum sit, quo simile & idem inter se distent. quod ipsum de industria omisi alibi explicatum. Attinent ad eandem contemplationem, & alia multa, quę similiter pręterij: & hoc vtrum, qui medicinam in vsu positam profitentur, eorundem vel similium obseruatione vtantur. ex iis enim quidam similia censent animaduertenda. alij cautiores ea, quę suę sectę vniuersę consentanea sunt tenentes, omnia eadem obseruari volunt, seu ad morbos significandos, seu ad prognostica, seu ad curationem pertineant: & Dionem phreneticum eundem esse, atque Theonem phreneticum, quatenus ambo febricitantium insania opprimuntur. alij neque simile vno modo vsurpari dicunt atque intelligi, sed duobus, vno quidem simile significat, quod nulla conditione differt, vt Castor & Pollux: altero non huiusmodi, sed id, in quo maius & minus conspicitur. Quin & apud vetustissimos medicos ac philosophos, quorum scripta adhuc extant, videre licet simile ita vsur-
D patum. vt qui confusè ipso citra omnem distinctionem vtantur, & modò eandem formam habentia nulla ratione distantia similia dicant, vt dextrum oculum & sinistrum, quùm vterq; in eodem homine consideratur: modò, vbi vnus glaucus, cęsius alter est, aut niger, vel quatenus oculi sunt in diuersis quoque hominibus, similes vocent. Magis tamen consuetum est apud ipsos glaucum glauco, & cęsium cęsio, non secus ac nasum aduncum adunco, simum simo, rectum recto, similem appellare.

5 *Quæ autem ad Chirurgiam, in Officina medici.*

Huiusmodi breuitate constat eos de industria vti, qui volunt obscurè quid enunciare. nam, vbi interdum vno nomine aut verbo adiecto, interdum altero, aut summum tertio, lucida reddi oratio poterat, cur neget quis eius auctorem operam dedisse obscuritati? Equidem verborum formam adiungam, qua quis claram fecisset orationem. ea est. Medicinalis ars vniuersa in affectuū cognitione ad ea commune consilium dirigit, quæ sanis similia sunt, aut dissimilia, ex illis, quę mente ac sensu apertè comprehenduntur, inueniens atque diiudicans, e quibus, quę chirurgi tan-

tummodò sunt, exequar, atque ex his ipsis, quę in officina medici ostendi addiscentibus, aut prę- E
stari ęgrotãtibus possunt. Sic igitur diceret, qui clarè loqui vellet. Officinam medici κατ' ἰητρεῖον appellat, cuius non nulli postremam syllabam per η scribunt: quo modo si scribatur, significabit, in arte medicinali, non in loco, quem ἰατρεῖον appellamus, quasi ita dixerit: Quæ in medicinali arte eius partis sunt, quæ manu curat, talia sunt. In sequentibus autem patet eum, qui librum composuit, seu Hippocratem ipsum seu Thessalum eius filium, non explicasse omnia chirurgi munera, sed neque omnia, quæ in medici officina aguntur, sed ex his ipsis, quæcunque addiscere debent, qui primas institutiones aggrediuntur. Quin & inde originem traxit inscriptio libri, quam postea sequuti sunt Diocles, Philotimus, & Mantias. Satiùs autē fuit sic inscribi, περὶ τῶν κατ' ἰητρεῖον, hoc est, de iis, quæ in officina medici fiunt. Miror autem Asclepiadem, qui κατ' ἰητρεῖον scripturam seruans, putauerit significare artem medicinalem, quam κατ' ἰητρινὴν significat, at non κατ' ἰητρεῖον: sic, vt ἰατρεῖον pro officina accipiatur, ἰατρινὴ ad morbos curandos pertineat. Sed huiusmodi contemplationes attinent ad nomina, quibus parum insistere debent, qui in rerũ veritatem incumbunt. Ea verò, quæ proposita sunt, proximis verbis docere incipit.

6 *Aegrotans, agens, ministri, machinamenta, lumen. Vbi, quomodo, quot, quibus, quomodo, quando, corpus, instrumenta, tempus, modus, locus.* F

Omnia hîc percurrit à quibus, per quæ, quibus'cum, & circa quę chirurgia exerceatur: deinde narrat quale esse prędictorum vnumquodque debeat, & quomodo, aut quo tempore adhiberi. Ex his plęraque in aperto sunt, sicut ægrotans, agens, ministri, machinamenta, lumen: sed & in sequentibus ab ipso quoque auctore exponuntur, quũm referat, quomodo æger se medico exhibeat, qua ratione medicus agere circa ipsum debeat, & assistentes subseruire. Non secus etiam quęcunque de machinamentis, & lumine, nouisse nobis necessarium est, in sequentibus persequitur. Post hæc vberius de fasciandi ratione pertractat, non quo multa verba faciat, in toto enim libro studet breuitati: sed quo nihil, quod vtile sit, voluerit preterire. Ergò quæcunque propositis verbis continentur, præterquam/ægrotans, agens, ministri, machinamenta, lumen/ examinanda sunt. Atq; ante omnia/vbi/ quod primò propositum est, ὅκου dixit, cuius dictionis posteriorem syllabam Iones per κ, nos per π scribimus. hac significat locum, in quo quis situs est. quo circa non absurdè dicet aliquis ad omnia, quę dicta sunt, eam referri. Siquidem ægrotanti idoneo loco opus est: vocantur autem ęgrotantia, quibus manus curatio adhibetur. iis non minùs ido- G neum locum requirunt, medicus & instrumenta. ex luminibus verò, quod artificiosum est, licet vbi volumus collocare. Quod deinceps adiungitur /quomodo/ ὅκως dixit, nos per π scribimus ὅπως. notat autem non modò apud nos, sed apud Iones quoque rerum, quę traduntur, veluti qualitatem. eos enim qui artem addiscunt, non solùm scire locum conuenit, vbi eger iacens, aut sedens, manu curandus est, sed quomodo figurandus, quomodo item, qui agit, & qui agenti subseruiunt. Machinamenta item non solùm debent loco idoneo collocari, sed in ordinem quoque disponi. singula enim & medico & eius ministro, sic erunt maximè ad manum. Videtur autem hîc omisisse instrumenta, vt quæ intelligi ex machinamentis possint: sed quamobrem inordinatè eorum meminerit, mox considerabimus. nunc autem explanare conuenit, quę proximè subiiciuntur/quot, quibus, quomodo/. Singula hæc ad ea referuntur, quę superiùs dicta sunt, quę ad chirurgiam præparata scire debent addiscentes, quot sint, & quibus ex ipsis quomodo vtendum. sic, vt particula/quomodo/ quùm paulo superiùs particulæ/vbi/ subiiciebatur, situm: nunc vtendi rationem significet. Ibi ergo ponitur /quomodo/ iuxta aduerbium loci /vbi/: hic autem iuxta relatiuum ad exponendum, quibus instrumentis machinamentis'que agendum sit. Quod adijcit /quando/ occasionem apertè demonstrat, per quam vti singulis conueniat. Quę subiiciun- H tur his verbis /corpus, instrumenta, tempus, modus, locus/ non immeritò requiritur, quid sibi velint. nam, quùm /ægrotans/ dixit ęgrotantis corporis, similiter verbo/quando/temporis, verbo /quomodo/ modi, verbo /vbi/ loci, vim notauit. cur igitur hęc repetit, & turbato ordine instrumenta inserit, cùm proximè à machinamentis ordine poni magis potuissent? quanquàm, & si nullus eorum meminisset, intelligi ex machinamentis poterant. Sed his occurrere possumus affirmantes instrumenta nunc intelligi scalpellum, terebram, hamum, scalprum, laminam membranæ custodem, & quę similia sunt, quæ possumus etiam ex machinamentis comprehendere, quùm sint eiusdem generis. Huiusmodi instrumenta, quia propriè parata sunt curationis gratia, idcirco ἄρμενα nuncupauit. quod vocabulum in opere de ratione victus in morbis acutis, quà de balneo, vsurpauit, quùm inquit/ quippe in paucis domibus, vel instrumenta (quæ ἄρμενα dixit,) vel ministri inueniuntur/. scaphia igitur, rotas, peluim, labra, & quæcunque accommodantur ægrotantibus, sub eo nomine comprehendisse credibile est. Restat adhuc absurdum in reliquis, quorum vnà fit mentio cum instrumentis. Fortasse autē corpus nunc

A nunc dixit affectam partem: tempus verò id, quod ipsi adiungitur. nam, vbi manu curatio admouetur, scire conuenit, quàm diu inceperit affectus, qui curandus est. Ipse enim cauit, ne tertio aut quarto die membra extenderentur, aut articuli reponerentur. Potest item /tempus/ nunc dixisse, dũ manu curatio fit. quandoquidem conari in quibusdam debemus manu quàm celerrimè vti, quùm periculum maximum ex frigore iam sequatur, sicut in ijs, qui suuntur, celerrimè enim intolerabili dolore prehenduntur, qui manu curantur: in alijs autem, vt suffusionibus longiori tempore agenda res est, quùm demissa acus diu contineri ea parte debeat qua non fluere, sed vehementer insidere suffusionem volumus. At modus vitiorum originem nunc significare potest, quùm ipse censeat cognoscendum esse medico, quomodo os fractum est, aut suo loco motum, sicut ipse etiam in ‖ libro de vulneribus capitis indicauit, quibus modis illata plaga fuerit, vbi ait /Vulneratur autem caluariæ os tot modis/. & rursus /sunt que vniuscuiusque modi species fracturæ plures/. addit prætereà /collidi etiam os potest, quamuis in suo statu seruetur, & colliso rima non accedat, atque hic est secundus modus/. tum alium adijciens, inquit /tertius hic modus est/. & rursus /quartus hic modus/. Illud insuper à ratione videtur alienum, quòd locum iterum adscribat, quùm supra dixerit /vbi/ quo aduerbio locus significatur. Quare non nul- Non longe à principio
B li eam dictionem aliter exposuerunt, simul'que scripturam immutarunt, sic, vt pro /locus/ iterum /vbi/ legatur. hæc tamen scriptura libri expositores non latet, quam non ignorant plurimi eorum, quos experimenta sustinent. Sed, vt res magis perspicua sit, eam repetam. habet autem sic / Ægrotans, agens, ministri, machinamenta, lumen, vbi, quomodo, quot, quibus, quomodo, quando, corpus, instrumenta, tempus, modus, locus/. Volunt igitur, quando inquit primùm /vbi/ id simpliciter intelligendum, quùm liceat id verbum referre ad ægrotantis corpus & instrumenta, vocari'que hîc instrumenta credunt ea, quæ supra machinamenta dixerat: at quùm secundò repetit /vbi/ definisse laborantis corpus, & instrumenta idoneo loco collocanda. Sed, si prior scriptura, & superior expositio maneat, locus in fine totius orationis affectam corporis partem significabit. Consueuerunt enim medici tam locos dicere, quàm corporis partes: & à quibusdam confecta sunt integra volumina de locis affectis. Hactenus percursa sunt sola capita rerum, quæ tractari debent: docere verò proximis verbis ingreditur. quapropter ad ea adiungendum animum existimo. nam, si quid eorum non rectè intelligatur, in arte exercenda detrimento erit: ex ijs, quę adhuc proposita sunt, si quid non benè acceptum fuerit, non admodũ officiet.

7 C *Agens, siue sedeat, siue stet, commodè, tum sui habita ratione, tum illius, qui curatur, ac luminis.*

Antea exposui illa ab Hippocrate recenseri, à quibus, per quæ, quibuscum, circa quæ chirurgia exerceatur. /A quibus ergo/ intelligere debemus medicum & ministros: /per quæ/ instrumenta: /quibuscum/ lumen & locum: /circa quę/ corpus totum laborantis, & vitiatam partem: quæ & propositis verbis & sequentibus singula exequitur, qualia esse oporteat, non tamen eo ordine, quo enumerauerat. quandoquidem orsus fuerat ab ægrotante, quod ab antiquis omnibus fieri solet, atq; vbi velis, sexcenta legas exempla apud omnes. quod autem pertinet ad hunc locum, satis erit, quod à Poeta secundo Iliados in enumeratione profertur:

Dic mihi Musa, virûm quis maximus est, vel equorum,
Atridas pariter qui sunt in bella sequuti?

Primò enim proposuit viros, deinde equos, non tamen primò de viris respondit, sed inquit,

Prima Pheretiadæ debetur gloria equarum,
Quas auium in morem celeres Eumelus agebat
Æquales ætate, pares tergo'que pilo'que.
D Monte in Pierio, quas enutrirat Apollo.
Insignes ambæ, & Martis terrore carentes.
Maximus at longè fuit Aiax ille virorum.
Indignatus adhuc, dum nulla subibat Achilles
Prælia, nam pugnans omnes virtute preibat. Alibi rursus, cùm dixisset,
Tristis erat gemitus toruo & iactantia vultu.

Subiecit prius satisfaciens illi, quod secundo loco propositum fuerat.

Cædentum, & dura miseri, qui morte peribant.

In septimo autem Iliados volens quasi de industria indicare, non esse habendam huiusmodi ordinis rationem, quùm perpetua quinque tradidisset, primum de secundo tractauit, tum de quinto, post hæc de quarto, deinde de tertio. qui locus ab his versibus incipit:

Beotij hic, Iones, prolixa veste decori
Et Locrij & Phthij, & qui resplendebat Epeus.

Hæc de ordine orationis nunc semel dixisse sufficiat, ne quis alibi de huiusmodi re cupiat audire. Quæ igitur ad agentem attinent, id est ad chirurgum, clara sunt omnibus, qui ad ea volent

animum

animum aduertere. Ostendit enim agentem, siue sedeat, siue stet, dum manum adhibet, commodè figurandum esse, tum quod ad se ipsum pertinet, tum quod ad ægrotantem & lumen. Quod consilium quùm perpetuum statuerit in singulis, quæ dicta sunt, commodam deinceps collocandi rationem demonstrat orsus à lumine, quod postremum positum fuerat. E

8 *Luminis quidem duæ species, vna communis, altera artificiosa. Communis non est in nostra potestate: Quæ arte comparatur, sita est in nobis.*

Speciem dixit εἶδος, quod vocabulum nunc semel intelligens vbique in memoria habeto. Maiores enim græcè soliti sunt appellare, & διαφορὰς, & εἴδη, & τρόπους, partes, quæ generi subijciuntur. Dixit igitur nunc Hippocrates luminis esse duas species, quasi differentias duas & modos dixerit. Est autem commune lumen, quo omnes homines vtuntur, sub dio potissimùm; deinde in amplissimis ædibus, quibus patentiores fores sunt, ac luminis plenæ, quales nunc habitant in multis ciuitatibus, qui medicinalem artem exercent, quas à medico ducto vocabulo medicinas appellant: artificiosum lumen maximè fit, vbi lucernas, faces, lampadas, aut tale quid accendimus, deinde, quùm totas fenestras, aut earum partem patefacimus, seu alias claudimus, alias aperimus. quod ęquè in foribus accipiendum est. F

9 *Quarum vtriusque duplex vsus lumine aduerso, aut auerso.*

Duplicem proponit vsum vtriusque speciei luminis, & communis, & eius quod arte comparatur, aduersi scilicet, aut auersi. aduersum nominans πρὸς αὐγὴν, vbi scilicet id, quod à chirurgo curatur, aut inspicitur, ad lumen spectat: auersum verò ὑπ' αὐγὴν, vbi à lumine paulum declinat, quod in suffusione fit, & vno nomine in omnibus vitijs oculorum, quorum affectus neque benè cognosci, nec curari queunt, vbi homo ex aduerso luminis collocetur. atque idcirco fugiendum est aduersum lumen: auersum autem ita fit oportet, vt is, cuius oculi à chirurgo tractantur, vel à lumine auertatur, vel ad ipsum spectet obliquus. Loquor autem nunc de ipsis oculis, non de palpebris, siquidem hę tractari possunt, & si homo aduerso lumine collocetur, sicuti quando aquosa vesica extrahitur, vel pili laqueo excipiuntur, aut sutura palpebris inijcitur, aut denique vbi medicus diductis palpebris non eget. Igitur, si lippiens aliquis vehementer exulceretur, vel id morbi experiatur, sub quo figura in oculo fit acino similis, auerti ex toto à lumine debet per omne tempus, nisi quando medicus oculis remedia adhibet, cùm eorum pars, quæ læsa est, sine lumine subijci curantis conspectui non possit. id quod etiam accidet, si in oculo excidere vnguem velit, suffusionem deducere, vel manu tale quid præstare. sed obliquus ad lumen spectare debet, cui manus inijcitur, ita, vt nec lumen pupillam feriat, nec medicus prohibeatur arte, hoc est aspectu earum partium, quibus medetur. Grecè autem apertè dicetur, qui auersus à lumine est, non πρὸς αὐγὴν, non ὑπ' αὐγὴν, sed potius ἀπὸ τῆς αὐγῆς, aut λοξὸς πρὸς αὐγὴν: Hippocrates tamen vsurpare ὑπ' αὐγῆς maluit, quàm ἀπ' αὐγῆς. G

10 *Auersi quidem luminis exiguus vsus, & euidens moderatio.*

Hoc supra demonstratum est, nulla enim pars exceptis oculis in eiusmodi lumine manus curationem desiderat. sed quoniam (sicut diximus) nullo pacto admoueri manus potest, vbi ęger ex toto auersus est à lumine, præcipit, vt inter aduersum lumen, & auersum figuretur. at non propterea æquè in omnibus morbis à lumine auertendus est, sed quatenus res ipsa cogit. nam, si exulceratio est, aut pus subest, aut in oculo figura similis acino fit, aut ingens inflammatio, seu acris materię cursus oculum exercet, lumen vel modicum infestissimum est, sic, vt momento, materię cursum excitet, & dolorem moueat: leuiorem offensam sub lumine sentiunt, quibus curatur suffusio, vnguis, vel tuberculum in angulo, quod parum palpebras diduci patitur. Iam verò qua moderatione auertendus homo sit à lumine, facilè comperies, si in hęc duo incumbas, vt & chirurgus id, quod agit, in oculo apertè videat, & ægrotans non magnopere affligatur. quòd si vtrumque contrariè figurari hominem hortetur, ei, quod magis vrget, insistito: si neutrum superare iudicaueris, hominem prorsus medium collocato inter lumen aduersum, atque auersum. Nos sanè tibi viam indicauimus: hac vsus inuenies, quà moderatione æger à lumine sit auertendus. Hippocrates verò ita loquitur existimans omnibus euidentem futuram, si qui inuenire ipsam studeant. non enim rudes docuit, quemadmodum nos nunc, sed admodum in disciplinis assuefactos, sic, vt ex eorum, quæ supra ostensa sunt, consequutione, talia per se nullo negocio assequantur. H

11 *Quod verò ad aduersum attinet, ex luminibus, quæ dantur, conferunt que, conuerti ad illustrissimum oportet, cui manus adhibetur.*

Vt planè conspicari chirurgus possit, quicquid in corpore ægrotantis molitur, in omni corporis

A corpois parte, oculis exceptis, eligere locum debet maxime lucidum. Est autem maxime lucidus sub dio in Sole, vbi nihil officit eius luci. sed talis locus interdum nullus est in ædibus ægrotantis: sæpius est quidem, collocare tamen ibi hominem non expedit, hyeme propter frigus, æstate propter ardorem. vtriusque enim sua noxa est. adde, quod cauere perflatum oportet, cuius causa sæpe non modo idoneo aeri hominem non committimus, sed cauemus, ne prope portas & fenestras ducatur, si vehementior perflatus accedat. Vitamus aũt vt quum maxime perflatum, vbi veremur, ne quid neruosum patiatur, sicuti rursus Solem in ijs, quæ putrescunt, vt pote quibus periculũ subest, ne sanguis erumpat. Recte igitur adiecit /ex luminibus, quę dãtur, conferũt q;./ non enim simpliciter ex luminibus, quæ dantur, eligendũ est maxime lucidum: sed intueri etiam oportet an illustrissimum sit, ex ijs, quæ conferunt.

12 *Nisi vbi quidpiam, aut latere oportet, aut conspici non decet.*

Sententiam suam his verbis auctor minus euidenter expressit, ita, vt partes, quæ tractantur, non videantur in aduerso lumine collocandæ, quandocunque aut latere quidpiam oportet, aut B conspici non decet: at longe aliter sensit, idcirco subijcit.

13 *In quo casu id, quod manu curatur, ad lumen conuertendum: Chirurgus autem ad id, quod curatur, cum eo ne lumini officiat.*

Debuit enim ipse totam sententiam aperire hoc modo. quod vero ad aduersum attinet ex luminibus, quæ dantur, conferunt que, conuerti ad illustrissimum oportet, cui manus admouetur, non tamen purum ac sine vllis tenebris lumen seruare: sed, vbi latere quidpiam oportet, vel conspici non decet, se ipsum ita collocare, vt partes, quę curantur, sibi conspicuę sint, cum cęteros omnes lateãt. Vniuersa igitur orationis sentẽtia sic habet. Roget fortasse quis causam, quamobrem medicus velit assistentes cęlare. an quia docere magisterium chirurgiæ aliquos ex pręsentibus nolet, tanquam indignos, qui id percipiãt? quin & ab ęgrotantium necessarijs est etiam cauendum, quod non ferant id incidi, quod necessarium est corporibus, quæ eiusmodi manus operam requirunt. indignãtur enim, & chirurgo quasi carnifici succensent. Quid quod res sępenumero cogit, vel putrem testem abscindi ex toto, vel neruum transuersum secari, ne homo neruorum distenC tione prehenderetur? Quidam vero idiotę, nec videre multitudinem puris sustinent: alij ne suppurantem quidem locum plane aperiri a medico permittũt, in quo casu medici propositum est, vt his minime aduertentibus abunde affectum locum secet, & pus vniuersum effundat. id quod & ob laborãtis timorem nobis interdum accidit: non nulli siquidem ita manus curationem pertimescunt, vt exanimentur metu ipso tormenti, priusquam incidantur. in quo casu medicus dicere probabiliter debet, quantum spectat ad manum adhibendam, postero die se consideraturũ, nunc se nolle manum inijcere, sed perfundere aqua, vel spongijs fouere, vt locum cataplasmati aut medicamento idoneum reddat, atq; interim timidum hominem nec opinãtem secare. Hæc quidem medicus assistentes cęlat, vt ipsos aspectu prohibeat: Alia vero ob laborantis pudorem, vbi graui animo fert videri a multis, quo vitio in ano vel obscœnis partibus affligatur. has enim partes inuitissimus quisque alteri ostendit: fœminæ vero clunes, pectus, ventrem, atque adeo magis pubem. Porro autem quidam Hippocratem reprehendens, hæc ait ab ipso ridicule apposita. nam, qui has partes cęlari volunt, quæ manu curantur, his in procliui est omnes eijcere foras, & medico duntaxat, aut vni cuipiam, vel alteri ex ijs, qui adsunt maxima familiaritate cõiuncti, rem committere. Verum qui hęc profert, ignorare videtur complures, quos æque pudet prohibere præD sentes aspectu, & missos facere, atque suos affectus conspici. Fit etiam sępe, vt, & si iussi fuerint discedere, curiosi quidam aut non nulli ex familiaribus atque amicis solliciti studio cognoscendi quæ ad ęgrum spectant, remaneant impudenter. Per huiusmodi ergo occasionem, ineat medidicus gratiã apud ęgros, quę nihil obest, polliceatur que ipsis seorsum nullo audiente, se manum ita adhibiturum, vt multos lateat. potest enim (vt dixi) dum vel aquam perfundit, vel spongijs fouet, quasi non dum sit manum admoturus, momento effectum perficere, ijs, qui videre cupiunt, aliam rem agentibus. Verum huiusmodi quæstiones pręter medicinę pręcepta sunt, quę nos eorum, quę dicta sunt, consequutione impulsi, & contradicentium importunitate, commemorauimus. Sed proximum est, vt ad sequentia transeamus.

14 *Hac enim via, qui agit, videt quod tractatur, conspectui non subijcitur.*

Hic quoque, perfecta oratio huiusmodi est: /Hac enim oratione, qui agit, partem cernit, quæ manu curatur, ca que ipsa cerni ab alijs non potest./ neque enim, quod parti accidit, quę curatur,

vtrumque

vtrumque ad medicum refertur, nempè, vt oculis expoſita ſit, & lateat. E

15 *Verum ſui habita ratione, dum ſedet, Pedes habeat è regione genuum deorſum ad rectam lineam, quod que ad interuallum ſpectat, non magnopere inter ſe coniunctos: Genua verò, paulo ſupra inguinum regionem, diducta ſic, vt cubiti inſidere illis poſsint, & vtrinque dari ad latera.*

Poſtquàm modum expreſſit, quo Chirurgus reſpectu luminis debeat figurari, ad habitum venit, quo ſui ipſius habita ratione commodè collocetur. ſupra enim inquiens /Agens, ſiue ſedeat, ſiue ſtet, commodè, tum ſui habita ratione, tum illius, qui curatur ac luminis/: deinde primò exequutus, quod poſtremum poſitum fuerat, & neceſſariò ſimul mentione facta moderationis, qua collocari debeat, ratione eius, qui manu curatur: iam docet, quo pacto ſe ipſum intuitus debeat commodè figurari. commodè autem reſpectu habito ad ſe ipſum collocari nihil poteſt, quod ſimplex ſit, & quaſi articulis diſtinctum: ſed, ſi partes conſideres, variè poteſt aliàs alio modo figurari, ſic q; interdum etiam commodè collocari. Ergo, ſi quis ſeu conſidat, ſeu ſtet, crura plurimum inter ſe diducat, erit eorum habitus à moderatione alienus, perinde, ac ſi ex toto hæc committat, efficiat'que vt ſe contingant, vel alterum alteri ſuperimponat, atq; adeò, ſi in longitudinem crus totum extendat, vel ſi pedem nõ ſtatuat è regione genu, ſed verſus partem poſteriorem, multum F
à recta linea declinantem. Meritò igitur Hippocrates docens qua moderatione, ſedens chirurgus ſui habita ratione, vtatur in ſingulis partibus collocandis, præcipit, vt pedes è regione genuũ contineat. Sed, cùm /è regione/ accipi bifariam poſſit, modò in ijs, qui membrum in longitudinem extendunt, modò in ijs, qui ipſum recta deorſum continent, ſicut, vbi ſtamus, iure /deorſum ad rectam lineam/ addidit. vt ſemper autem cõſueuit, ſitum è regione ἴξιν appellat. Iubet igitur pedes modicè inter ſe diduci, genua q; paulo inguinum altitudinem excedere, eo conſilio vbiq;, vt decorè figuretur, vt paratus ad opera ſit, vt ſic ſtabilis ſedeat, ne labet. quare genua & femora tota vſque ad inguina, eatenus inter ſe diduci iuſſit, vt decorè, vt tutò ſine curationis impedimento, cubitis & aliqua brachiorum parte modò femoribus inſidat, modò vtrinque porrectis vtatur. quam rem his verbis expreſſit: θέσει ſignificauit femoribus inſidere: verbo παραβέσει dari vtrinque ad latera.

16 *Veſtis ſuccincta, diſtincta, æquè, ſimiliter, in cubitis atque humeris.*

Succinctam dixit pro collecta, vt neque fluat, neque medicum ſtrangulet: verbum /diſtincta/ G
ad veſtem refertur, cuius nullam partem voluit duplicari. Quod poſtremis verbis adiungitur /ęquè, ſimiliter in cubitis atque humeris/ ambiguum eſt: aut enim /æquè/ & /ſimiliter/ vtriuſq; brachij & cubitum & humerum veſte velandum exiſtimat, ita, vt brachia inter ſe conferantur, quod gręcorum plęrique συγκρίνεσθαι dicunt: aut cubitos cum humeris comparat, volens cubitos ęquè & ſimiliter, vt humeros, in vtroq; brachio circundari. Conſtat autem noluiſſe veſtem ſupra cubitos terminari, cùm eos nudari turpe ſit, non ſolùm medico, qui artem adeò honeſtam exercet, ſed & forenſes cauſas publicè agentibus, quos pudere manifeſtum eſt athletarum more ſupra cubitos veſtem reijcere: ſed & huiuſmodi genus amictus expelli alioquin debet, vt potè ſub quo non modò ad cubitum, ſed ad totum brachium, frigus aſpiret: non tamen oſtendit, quatenus vltra cubitum velari brachium debeat. an id omiſit, quia manifeſtum erat, & inueniri à nobis omnibus facilè poterat: quùm in qualibet opera, non magno negocio conijciatur, quatenus vltra cubitum tegendum veſte brachium ſit, ſi in decus & propoſitę manus curationis vſum hîc quoque incumbamus. Verùm, quòd paulo ſupra, vbi latere quid oportet, contraria conſilia eſſe propoſui, nempe obſcuro aere opus eſſe, ne quod curatur, oculis patere poſſit: claro lumine, vt id chirurgico conſpicuum ſit: illud autem ſequendum eſſe, quod ſuperat, ac ſi vtrunque idem poſſe vi H
deatur, medium prorſus accipiendum: idem hîc faciendum eſt, & vbicunque conſilia contrarias res hortantur. medium ſiquidem inter vtrunque ſemper eſt eligendum: ſi alterutrum ſuperabit, ad illud vergendum. Quod igitur ad manus curationem pertinet, ipſa per ſe nudari totum brachium exigit: contrà, decus velari totum. quamobrem deligi ſemper vtriuſque medium conuenit, atque in id, quod vrget, inclinari.

17 *At ratione habita partis, quæ tractatur, quod pertinet ad longe vel prope, ad ſupra vel infra, ad hinc vel hinc, ad medium. Quod quidem ad prope vel longe, termini ſunt cubiti, qui in priorem partem vltra genu, in poſteriorem vltra latera ferri minimè debent. Quod ad ſupra & infra, non ſuperius quàm vt manus ad mammas perueniant: non inferiùs quàm vt pectore ſuper genua incumbente, manus cum humeris ad rectum angulum figurentur. Quæ quidem in medio ſunt, ita ſe habent: ſed, quod ad hinc vel hinc, porrigatur corpus, & huius illa pars, quæ agit, quatenus inclinari conuenit, modò ſede non excedat.*

Cùm medico imperauerit, vt tum ſui habita ratione, tum illius qui curatur, ac luminis,

commodè

A commodè vel sederet, vel staret, & primò commodam pro vno quoque horum trium sessionem aggressus fuerit, orsus à lumine, deinde ad sessionem medico idoneam transiens, hanc ipsam exposuerit, venit ad tertium, quod restat, sedendi moderationem ostendens, quantum spectat ad eum, qui manu curatur. neque enim sedere chirurgum maximè prope hominem conuenit, ne loci angustia manus ab agendo prohibeantur, neque ita recedere, vt vix ad illum perueniant. hic igitur terminos quosdam constituit, quos chirurgus in priorem aut posteriorem partem excedere non debet. illud autem obliuisci non oportet, quod primò sedentis mentionem facit. Chirurgum igitur iubet adeò recedere ab ægrotante, vt cubiti nec in priorem partem quàm genua, nec in posteriorem quàm latera porrigatur. hos itaque fines statuit interualli, quod ad priorem & posteriorem partem refertur, id quod in longitudinem appellatur: in reliquis verò duobus, vno in latitudinem, altero in altitudinem, siue profunditatem (vtroque enim vocabulo dicitur) altitudinis eum finem chirurgo posuit, ne superius quàm sit mammarum situs, manus porrigat, nec inferius quàm vt pectore super genua incumbente ad rectum angulum cum humeris figurentur, quem habitum ἐγγώνιον appellat: hic autem medius est, inter vltimum cubiti flexum vltra quem flecti, & vltimam porrectionem vltra quam extendi, brachium non potest: latitudinem, quæ ad vtrunque latus pertinet dextrum scilicet & sinistrum, eo finit, vt eatenus
B inclinari vtile sit, dum sedes non moueatur, hoc est illæ partes corporis, quibus sedemus, sedili que innitimur. Scripsit quidem terminos perpetuos non eodem tempore, quia non licuit, quando egit de longitudinis interuallo, latitudinem aut altitudinem docere, sicut nec vbi de altera, reliquas duas. vult autem (vt arbitror) medicum ipsum animo hæc, quæ commemorauit, omnia quocunque tempore persequi. quùm, quicquid agatur, omnia simul vsui sint. Sed, quùm medius quidam sit sessionis habitus, vbi medicus nihil intuetur, nihil agit, in eo figurari decorum magis atque honestum est, quasi pingi debeat eius imago, aut fingi. At, quùm ad chirurgiam venit, mouere manus debet interdum in priorem & superiorem partem simul, tum in sinistram priorem ac superiorem: rursus ab eo habitu in posteriorem partem, vel vtramque manum, vel alteram tantum adducere: sic & in inferiorem interdum & rursus in superiorem, aut in dextram vel sinistram. interuallis enim inter se coniunctis, variè status mutantur. commune est omnium sessionem tueri, quam non nulli relinquunt ex interuallorum termino excedentes. nam, si pars, quæ tractatur, adeò sublimis sit, vt medicus manus ferat super mammas, cogetur interdum sublimior à sede leuari, vt quasi consurgens, neque sedeat, neque stet, sed situs sit in medio vtriusque,
C neque hæreat. at si plurimum in dextram vel sinistram partem inclinet, ob id sedili mouebitur, ità, vt periculum sit, ne de eo cadat. quid attinet dicere, si & in priorē vel posteriorem partem conuertatur idem ipsi in vtráque euenturum esse? Tantùm, vbi in inferiorem partem inclinet, præterquam quòd indecorè sedebit, lumini etiam officiet.

18 *Stantem verò oportet pariter ambobus pedibus benè insistere, sed agere altero insistentem, at non eius partis, cuius manus agit: Tum genu inguinis altitudinem æquare, perinde atque vbi sedet: In cæteris seruare eosdem fines.*

Quùm sessionem absoluerit, ad standi rationem venit, eadem prorsus iubens obseruare stantem, quæ sedenti supra imperauit, excepto quòd id, cui pedes insistunt, non debet æqualem vtrunque pedem sustinere. alterum enim vult sublimiorem haberi, qui tamen non sit è regione manus agentis: in quo statu perseuerandum esse, quoad manus opera vtitur, modò pars, quæ curatur, neque erectior sit, neque multum in longitudinem aut latitudinem recedat, nulli dubium est, qui eorum, quæ dicta sunt, meminerit. Pars enim, quæ adeò sublimis sit, vt medicus cogatur super suarum mammarum regionem manus admouere, illum plus iusto sursum trahen
D do, loco dimouebit: eundem loco excedere similiter, coget, si longè rursus adeo distet, vt in priorem partem ferri necesse sit. Quoniam verò alterum pedem voluit rei cuipiam inhærere, hic quoque altitudinis modum declarauit, præcipiens genu eodem modo ad inguinis altitudinem figurari, quo in sedentibus dixit. ibi enim ait genua habenda esse paulo supra inguinum regionem, quandoquidem huiusmodi sessio stabilis maximè est, & ad agendum honestissima, atque expeditissima. Sed nunc alterum genu tantùm vult haberi sublimius ad inguen spectando: ibi multitudinis numero genua posuit, quùm vtrumque crus ęquè altum contineretur.

19 *Aegrotans autem cæteris corporis partibus Chirurgico subseruiat, stans, sedens, aut cubans, sic, vt in eo habitu facillime perseueret, obseruans fluxum, statum, inclinationem ad latera, inclinationem deorsum, ita, vt conuenientem habitum, speciem que affectæ partis tueatur, in porrectione, in tractatione, in habitu, quo contineri postea debet.*

Non immeritò expositores huius libri variè hunc locum explanarunt. nam & quatuor vocabulorum

bulorum obscuritas ὑπορρύσεως (inquam) quo ipse fluxum indicauit, ὑποστάσεως, quo statum, E ἐκτρίψεως, quo inclinationem ad latera, & καταντίας, quo inclinationem deorsum: & φ paucis significare multa voluerit, in causa fuerunt, vt de propositis dissiderent. quippe qui auctoris sententiam vt potè obscuram, opinione & coniectura magis, q̃ scientia persequuti in varias dissensiones incurrerunt. Equidem, quod in huius generis omnibus facere consueui, nunc quoque conabor. omissis enim, quæ minimè sunt probabilia, referam, quæ mihi non sine ratione excogitata esse videbũtur, simul'que, quid ipse in hâc re sentiam, explicabo. initium verò faciam ab obscurorum nominum enodatione. siquidem simplex cõposito prius est, & sæpe simplicium compositio facit obscuritatem, quamuis ipsa plana sint: id quod videre licet in propositis verbis. Nãque ὑπόρρυσιν quidam in humoribus acceperunt, atque hi bipertiti sunt: non nulli referunt ad eos, qui extrinsecus infunduntur: alij ad eos, qui ex corpore fluunt. Sed & horum quidam loqui Hippocratem aiunt de ijs, qui educuntur, dum manus curatio adhibetur: quidam postquàm adhibita est. Eadem dissensio est de vocabulo ὑποστάσεος. nam, cùm status humorum fluxui aduersetur, iure de hoc quoque controuersia est. Alter expositorum grex non de humoribus, sed de solidis corporis partibus vocabulum ὑποστάσεως & ὑπορρύσεως dictum existimat, volens ὑπόστασιν significare erectiorem situm, vel partis, quæ tractatur, vel corporis vniuersi: ὑπόρρυσιν verò F inclinationem deorsum, perinde quasi κατάρρυσιν dixisset. vsurpauit enim in hanc sententiam

1. Prog. 15. 4ª. 193. f

vocabulum καταρρεῖ in prognosticis, vbi inquit, || Id verò grauius est, si se ipsum æger continere non valens in lecto, subinde ad pedes delabitur. vbi delabitur dixit καταρρέει. Cum hac expositione faciunt vocabula ἐκτρέψεως & καταντίας, quæ superioribus proximè subiecit. namq; inclinationem ad latera ἔκτρεψιν appellauit, siue totius corporis sit, siue partis quæ curatur. καταντίαν verò dicunt accipi propriè in membris, non secus atque ὑπόρρυσιν in toto corpore. vbi enim corpus vniuersum in eàdem sede cõtineatur crure aut brachio ĩmobili, & deorsum delabatur, eiusmodi situm aiunt κατάρροπον appellari. quæ ipsa per se vera dicunt, quamuis sibi nõ satis in vniuersa oratione constent. Aliter enim omnes iterum inter se discrepant, φ eum habitum, qui quatuor verbis, nempe statu, fluxu, inclinatione ad latera, inclinatione ad inferiora significatur, alij seruandum esse, alij cauendum ægris, velle Hippocratem arbitrantur. Nihil autem interest, quod attinet ad totius orationis sententiam, triplicem scripturã esse vocabuli ἐκτρίψεως. cùm non nulli secundam eius syllabam per τ ρ ε scribant, non nulli σ quoque primò adijciant ἔκστρεψιν scribentes, alij & ἔκτριψιν per τ ρ ι, nos enim suprà vnam duntaxat adscripsimus. Proposita igitur vocabula manifesta sunt, à verbo enim ἐκτρέπειδ ducitur ἔκτρεψις, à verbo ἐκτρίβειδ ἔκτριψις. quùm scriptura nihil aliud velit, quàm vt hæc ab ægrotantibus obseruentur. videntur tamen omnes, qui hunc locum explanarunt, auctoris sententiam perspexisse ex parte: totam tamen ad vnguem comprehendere minimè potuisse. si quis enim animaduertat, quod postremò additur, /in porrectione, in tractatione, in habitu, quo contineri postea debet, / omnes verum dixisse videbuntur. quùm tribus temporibus aliter alia sint ægrotantibus profutura, scilicet in porrigendo, in manu adhibenda, in continendo post curationem. non tamen poterunt omnia coniungere, quod liquidò constabit, si hæc tria tempora discernantur. Primum est, cùm ægri se ipsos medicis tradunt, vt vitium benè cognoscatur, quod ἐν παρέξει, id est, in porrectione dixit: alterum deinde, quùm medicus circa vitiatam partem aliquid agit, quod vocauit χειρισμὸν, id est tractationem: tertium, quod dixit ἐν τῇ ἔπειτα ἕξει, id est, in habitu, quo contineri posteà debet. tunc enim ad id consilium dirigitur, vt homo affectam partem eodem modo contineat figuratam. Deduxit ergo vocabulum habitus, eo quòd se habeat in eodem. In omnibus autem tribus temporibus, quoddam commune est omnium, quoddam proprium singulorum. commune est seruare vitiatam partem immobilem in sua figura, quod requiri dictum est, nisi medicus aliquo modo mouere ipsam tentauerit: inde ad perfectam curationem singu- H lorum proprius est vsus, in porrectione, vt medicus exquisitè, quid curaturus sit, intelligat, in manu admouenda, vt, vbi ossa fracta sunt in diuersa extendat, rectè componat, atque deuinciat: vbi prolapsa, in diuersa extendat, reponat, vitiatam partem idoneo vinculo complectatur: vbi scalpellum adhibet, vt pus vel saniem effundat, vel quod putre alicubi est, excidat, aut candenti ferramento adurat. His igitur vtilis est humorum fluxus, ac status, ille, si excitetur, excerni siquidem oportet humores à natura alienos: hic, si euitetur, quùm subsistere intus noxium humorem non expediat. sed interdum subsistere commodum est, sicut vbi in magna suppuratione subitò excerni pus, aut humorem aquosum volumus. Multo autem magis in membris, quæ tractantur, dum manus adhibetur (vt diximus) obseruari statum ac fluxum conuenit: similiter & in solidis partibus animalis obseruari, quæ dicta sunt, à laborantibus debent, vt eàdem ratione fiant per tria tempora, nimirum porrectionis, tractationis, & eius habitus, quo contineri postea conuenit. Pars enim, si dum inciditur, nimis porrigatur, chirurgum coget alieno loco secare, ac nec modum aliquando, nec quæ seruanda sunt, tueri, propterea quod æger

anteueniat

A ante.ueniat ſcalpellum atq; anteuertat: ſi retrahatur, efficiet, vt curatio minus abſoluatur, & à medico interdum dimidia, interdum quoq; minor, relinquatur: quod accidet ægrotantibus, interdū etiā deligatis, vt, vbi, dum ad ventrem manu curanť, aut ſe attollunt ad ſpinam, aut conuertunť in latus: quod ſignificauit, quum dixit /in latera inclinationem/. aliqñ autem nihil tale moliuntur, ſed muſculos vehementer intēdunt: atq; hanc ipſam mutationem mihi videť indicaſſe quum ait, ὃ δεῖ, id eſt conuenientem, vbi inquit, /ita, vt conuenientem figuram, ſpeciem'que affectæ partis tueatur/. Cuilibet autem in aperto eſt, quod malum afferat æger, vbi oculus perforať, ſi habitum ſpeciem'q; non ſeruet, aut tranſmutetur vel intendať, ita, vt facies ſanguine ſuffundatur. æque etiā exquiſitam manus curationē corrumpit, ſi medico caluarię os excidēte, paulum caput attollat, aut demittat, vel in latus inclinet: id quod ēt euenit, ſi ſe vehementer extendat, moto enim habitu mouetur quoq; ſitus partis, quæ curatur. Efficiunt aūt intētiones in alijs quidem partibus, vt ſanguis erumpat: in muſculis non ſolum hac ratione nocent, ſed & partem interdum ſublimiorem præſtāt, interdum humiliorem. vbi enim ſubiectum os eſt, muſculus attollitur: vbi inane ſpacium, contrahitur ac deprimitur, ſicut euenit in ſede, quæ inter coſtas eſt, & in ea, quæ iuxta ventrem.

20 B *Vngues, neque longiores, neq; breuiores ſint, digitorum ſummitatibus. In exercendo vtendum digitis quidem ſummis, plerunque indice cum pollice: tota autem manu prona, ambabus verò aduerſis.*

Quùm de ægrotante egerit, quatenus illi cum cæteris cōmunitas eſt, iterum his verbis ad chirurgum reuertitur, indicans quanti eſſe vngues debeant, & quales digiti, tum qua ratione illis vti oporteat. Vngues igitur ad ſummorum digitorum opera, quæ propriæ digitorum ſunt, neq; ipſos exuperare, neq; exuperari, optimum eſſe vberius in primo de vſu partium explicauimus, vbi totam manus naturam oſtendimus: quod ad hunc locum attinet, ſatis erit verba duntaxat exponere. Duplex autem ſcriptura, quùm ſit, vtramque explanabo. Altera huiuſmodi eſt, /vngues neque longiores neq; breuiores ſint digitorum ſummitatibus/: exigua ſiquidem corpuſcula, quæ ſummis digitis capiuntur, & ad quæ ſummorum digitorum opera egemus, hac ratione facilius legentur. deinde ab altero capite exorditur /in exercendo vtendum digitis quidem ſummis, plerunque indice cum pollice/ ſic, vt prioribus verbis magnitudinem vnguium digitorum complectatur, ſed his digitorum vſum. Altera verò ſic habet, /vngues, neque longiores, neque breuiores ſint/. dehinc alterum principium eſt, /digitorum ſummitatibus in exercendo vtendum/ vocabulo /ſummitatibus/ ſexti caſus poſito, vt vniuerſa ſententia ſit huiuſmodi: Vngues neq; exce
C danť oportet digitorum longitudinem, neque exuperentur ab hac, ſed prorſus ipſam æquent, ſiquidem eorum ſummitatibus vtimur. Videbitur hoc falſum, niſi, vt congruū eſt, accipiatur. Non nulla quidem opera totis manibus præſtamus: brachium femur crus aut aliud quid huiuſmodi vtraque manu prehendentes, in diuerſa ducimus, intendimus'q;, in quibus operibus digiti agūt tanquam particulæ manuum, perinde atq; prominentiores palmæ partes, & aliæ particulæ: at vbi in oculum demittimus acum, vel ſuperiorem inferiorem'ue palpebram, aut oculi vnguem incidimus, tunc digitis vtimur, vt digitis, non vt particulis manus: ſimiliter, vbi ſcalpello, vel quopiam alio tali quid agimus. in omnibus igitur digitorū actionibus ſummis ipſis vtimur, ac propterea dixi rectè ſcriptum eſſe digitorum ſummitatibus vtendum. Deinde ab altero capite incipit, /digitis quidem ſummis plerunque indice cum pollice/ vna oratione declarans pleraſque muſculorum actiones fieri, vbi index pollici (quem ἀντίχειρα vocant) è regione occurrit, ſic videlicet, vt quod comprehendendum eſt, ſummis ipſis vtriſque capiatur: tunc enim duntaxat propoſitis digitis vtimur. quin, & ſi tribus digitis aliquid comprehēdatur, vt, vbi ſpecillo illinimus, aut acum demittimus in oculum, maximam partem operæ duo illi præſtant, aliquid etiam confert & medius. Sed tota manu prona vtitur chirurgicus, eius ſinu id prehendens, quod curatur. Digiti qui-
D dem affecti abundè altera manu extenduntur, componuntur'q;: at non abundè brachium, femur & crus, ſed exigunt huiuſmodi partes ambas manus ex aduerſo concurrentes, vt membrum vniuerſum in orbem complectantur. Inſuper manu prona opus eſt, vbi cucurbitulam defigimus, & vbi paruum, quo adurimus, ferramētum comprimimus, & ſpongiā imponimus: ſed & in multis medicinæ operibus, quæ fortaſſe euidentiora ſunt, quàm vt neceſſaria ſint, quæ propoſuimus: cuilibet enim per ſe venire in mētem poteſt omnium actionum, & digitorum, & manuum, quas partim vtráque manu, partim altera tantùm, partim ſolis digitis molimur.

21 *Optima autem digitorum ſtructura eſt, vbi ipſis magnum ſpacium interiectum eſt, & è regione pollex cum indice concurrit.*

Non enim fieri aliter poſſet, vt in agendo è regione pollex cum indice concurreret, niſi ſpaciū eſſet inter eos latius. quod & in alijs digitis cōmodiſſimum eſt, vt, vbi vaſtius quidpiam oporteat vndique in orbem comprehendere, plurimum inter ſe diſtantes id præſtare valeant.

22 *Morbus, quo & læduntur, quibus à primo natali die, vel in educatione, aſſueuit pollex ſub alijs contineri patet.*

Cum

Cùm eadem sit vtriusq; scripturæ sententia, duæ enim reperiuntur, ad eã, quæ dilucidior est, pri E mò aggrediar. Arbitrantur non nulli, qui rationem ignorant, referendum hoc esse ad consuetudinem eorum, qui solent pollicem sub alijs digitis tenere: quo fit, vt laboris expers paruus sit, & interuallum inter ipsum et indicem minimè augeatur: quę res in morbum manus, quod perinde est, ac si noxam dixerit, terminatur. Placet alijs referri rem ad morbum, oriri verò hunc, vel pollice sua sede excedente, vel loco, qui inter pollicem & indicem est, exulcerato, & in curatione dura cicatrice inducta, ita vt musculus, qui inter eos est, induratus, vel quopiam vitio tabescens alimento incremēto q; prohibeatur. interdum etiam carne inter digitos, qp valdè putruerit, absumpta, ac dura postmodum cicatrice inducta, interuallum angustum inter pollicem & indicem redditur, & ipsi inter se, quasi vinciuntur, ac præcipuè, vbi locus (vt dixi) duram acceperit cicatricē. Quin & huiusmodi vitia in pueris negligi plerunq; verisimile fit: eos verò, qui firma ætate sunt, iussos à medicis mollire pollicem, mouere' que, interuallum, quod inter ipsos est, alimento idoneum reddere. adde, quod ijs totum corpus increuit, & si quid lædatur, ali duntaxat desinit: at infantibus, vbi primò increscunt, cùm morbo ipso opprimuntur, præter id vitium, qp digitos non moueant, affectæ partes non augentur, & propterea, quod inter digitos est, interuallum contrahitur. Quibusdam hoc inquiūt euenire: alijs verò ob cicatricem duram, & aliquod eius loci, quod in medio F est vitium durum. quare quasi aliquo vinculo continetur, hoc est, prohibetur pollex ab alijs diduci: sic enim accipiunt aliqui verbum /contineri/, & si his illud maximè aduersetur, quod iuxta hāc expositionē non debuit Hippocrates /sub alijs/ dicere ὑπὸ τῶν ἄλλων, quod causam, sed ἀπὸ τῶν ἄλλων, quod loci interuallum significat, cùm mala, quæ inter ipsos incidunt, interuallum contrahant, atq; alligent. De his igitur, vt tibi videbitur, iudicabis, eligens, quod maximè probabile sit: verba enim ita obscura diuinationem magis exigunt, quàm sapientiam: nos autem ad antiquam scripturam reuertemur, quam Asclepiades fortasse vitiatam suspicatus integram hoc modo habere coniecit. /Morbus, quo & læduntur, quibus à primo natali die, vel in educatione assueuit/ & quæ sequuntur. fortasse autem hæc fuit germana Hippocratis scriptura. Putauit Heraclides Tarentinus intelligendos esse affectus, vt perfecta oratio tota sic scribatur /morbus à quo, & lædens affectus, quibus à primo natali die, vel in educatione/, & quæ sequuntur.

23 *Agens vti vtráque manu ad omne opus debet, & ambabus simul, siquidem ambæ similes sunt, id spectans, vt rectè, vt decorè, vt celeriter, vt iocundè, vt eleganter, vt promptè.*

Prestari quoduis iubet vtriusq; manus auxilio: id enim ad celeriter ac decorè agendum maximè accommodatur. Posset quidem medicus tentare dextra, vbi dexter hominis oculus curatur, G acum dimittere, vel excidere vnguem, vel aliud quid tale, & idcirco adducit /id spectans vt rectè, vt decorè, vt celeriter, vt iocundè, vt eleganter, vt promptè/ quoniam hæc consequemur, si, qua ratione proposuit, exerceamur. quale autem vnumquodque esse debeat, mox indicat. Quod verò ad hunc locum attinet, illud meminisse conuenit, quòd omnium, quæ hîc habentur, caput est /quomodo/: id vnum ex illis est, quæ prima diuisione comprehenduntur. Illud etiam obliuisci non oportet, quòd manus similes appellauit, quanquam specie non distant.

24 *Machinamenta autem, quando, & quomodo, exponentur: vbi oportet, ne operam impediant, ne' ue longius distet, quàm vt prehendi possint, sed collocentur iuxta eam corporis partem, quæ tractatur: quod si ab altero præbeantur, is paulo antè paratus sit, exequatur autem, vbi imperaueris.*

Non solum spatham habentem in summo capitulum rotundum, cauum q;, & scamnum, cui ab vtráque parte axes sunt, & alia, quæ machinationum structura continentur, sed & quæ communi momine ἄρμενα id est instrumenta, vocantur, venire sub ὀργάνων, id est machinamentorum, appellationem planè hîc ostendit, quùm inquit /quàm vt prehendi possint/, deinde /quod H si ab altero præbeantur/: namque hæc, dum manum adhibemus, & nos ipsi prehendimus, & ab alijs accipimus.

25 *Iam verò assistentes, id, quod curatur, eo modo præbere debent, quo traditum fuerit: reliquum verò corpus continere sic, vt immobile præstent: item habere silentium, & ei, qui præest, auscultare.*

Clariora hæc verba sunt, quàm vt explanationem desiderent.

ARGVMENTVM SECVNDI LIBRI

Ab affectarum Partium ac ipsarum affectionum natura communia Præcepta de recta Deligandi ratione traduntur.

Galeni

GALENI IN HIPPOCRATEM DE OFFICINA MEDICI COMMENTARIVS SECVNDVS

Vido Vidio Florentino interprete.

Inculi ratio duplex, altera illius, quod inijcitur, altera illius, quod iniectum est. Quod inijcitur, vt celeriter, iocundè, prompte, eleganter: celeriter quidem, vt opus expediatur: iocundè, vt facile præstetur: prompte, vt vbique sit in promptu: eleganter, vt oculos delectet. Qua vero exercitatione hæc assequamur, dictum est.

Quædam communia sunt vtriusque rationis vinculi: quædam propria
B alterius. promptè, & celeriter proprie ad vinculum pertinent, quod inijcitur: rectè, & decorè, ad id, quod iam iniectum est, ipse autem id quod inijcitur, vocat ἐργαζόμενον, quod iniectum est, εἰργασμένον: iocundè, & eleganter vtriusque sunt communia, iocundè quidem, tam voce, quam significatione: at eleganter, quod ad vocem spectat, commune est vtriusque, quod ad significationem non ita. nam elegantia vinculi, quum adhibetur, in manuum motu consistit: quum iam adhibitum est, in ambitu linteorum. Possumus autem dicere fascias eleganter circundari, loquentes de vinculo, quod inijcitur. At iocunditas num magis etiam attenditur, cum adhibetur, quam quum iam adhibitum est? siquidem hoc solo fasciarum pressu dolorem affert: at quod adhibetur, & eo nomine, quod membrum incommodè continetur, interdum enim ea de causa comprimitur, licet fascia recte circundetur. Neque alienum est etiam censere communem vtriusque esse compressum eorum, quibus tanguntur, quæ vel comprimunt, vel non comprimunt, eius quidem, quod inijcitur, quatenus pars, quæ curatur, premitur, vel non premitur, sub continentibus: at eius, quod iniectum est, quatenus suspenditur, vt quum brachium mitella excipitur, vel quatenus continetur: vt quum ea cruri subijciuntur, quibus fulciatur. Non mediocriter autem confert ad vinciendi iocundita-
C tem, agendi celeritas: celeritati verò maximè promptitudo conducit: quin & hæ sunt perfectiones vinculi quod inijcitur, potissimum propriæ, vt & sine pressu contineat, & promptum sit, atque paratum. namque error in collocando ad partem quoque alligatam spectat, sed nunc agit de membro vinciendo, vbi commodè figuratur. Statui verò suæ sunt perfectiones & vitia, non secus ac fascijs, quarum, omisso statu, in præsentia mentionem facit. Ergo, vbi paratum vinculum adhibeatur, opus maturè perficitur. ipse enim, quid sibi vellet promptitudo, expressit, cum inquit /promptè, vt vbiq; sit paratum/ quod euenit, vbi, qui deligat, prouidit, vt nihil ambigere nihil scrutari debeat in agendo, hoc'ne, an illo modo circumagere fasciã conueniat. Promptitudo igitur, quæ idem est, atq; præparatio, operam facillimè absoluit: iocunditatem ipse docuit sitam esse in facilè agendo: sed celeritatem constat cum præparatione & agendi velocitate coniungi. Iocunditas igitur illis annumeratur, quæ magnopere ei conducunt, qui manu curatur, atque ob eam celeritas, quam promptitudine, dum agimus, facile consequimur: elegantiam vero aspectu gratam (sicut ipse deinceps adscripsit) præter ea, quæ necessaria erant, in chirurgico posuit, vt quæ ipsius gloriam augeat apud vulgus, cui obnoxius est ambitiosus, perinde quasi amore captus. hac quanquam non capitur, qui humanus est, non tamen laudem aspernatur, eo incum-
D bens, vt magis apud ægros valeat auctoritate. quandoquidem sibi magis obsequentur, quæ res illis vtilissima est. Huius ergo auctoritatis apud vulgus gratia non modò medicus illã non asper natur, sed ne philosophus quidem. magis enim homines iuuat, vbi apud eos in honore & admiratione est, vt qui magis ipsius facta imitentur, & iussis eius obediant, non secus ac numinis cuiusdam. /Qua verò exercitatione hæc assequamur, dictum est/. qua exercitatione celeriter, iocundè, facilè, prompte agamus (inquit) dictum est. id potissimum docuit, vbi ait /agens vti vtraque manu ad omne opus debet, & ambabus simul, siquidem ambæ similes sunt/: tum vbi ostendit in exercendis digitis pleraque agenda esse pollice atque indice, tota verò manu prona, & ambabus aduersis.

2 *Quod iniectum est, vt rectè, vt decorè. Decorè quidem, vt simpliciter, vt distinctè, aut similibus & æqualibus, æqualiter, & similiter: aut inæqualibus & dissimilibus, inæqualiter, & dissimiliter. Species autem simplex orbicularis, ascia, sima, oculus, rhombus, dimidiatus. Aptetur vero species speciei, ac morbo illius, qui deuincitur.*

Quùm duplicem proposuerit vinculi rationem, vocans quod inijcitur ἐργαζόμενον, quod iniectum iam est, εἰργασμένον proxime præfatus qua via, quod inijcitur optime inijciatur, nunc id

exequitur, quod iniectum est, vbi decorè ait iniectum esse, si simplex sit, si distinctum. simplex E
est, vbi linteum non implicitum est, non duplicatum, non rugosum, sed ęquè ab omni parte ex-
tenditur: distinctum, vbi iterum aut tertio circa idem conuenienter datur. ex duobus autem in
quibus consistit iniecti vinculi decor, alterum, nempè simpliciter, tanquam clarum, mihi vide-
tur sine expositione prætermittens in enodationem verbi /distinctè/ sequentia omnia adiecisse:
ad quæ animum adiungas oportet, non oblitus me dixisse dudum, distinctè, idem significare,
quod conuenienter. Siquidem propositum est, vt alter fasciæ circuitus primò interdum æqualis
ad vnguem sit, ac nullo modo impar, interdum inæqualis. fit autem æqualis, vbi extremæ fascię
partes in latitudinem eodem loco ita finiantur, vt neque exuperent, neque exuperentur, sed in
vtroque circuitu desinant non aliter, ac si iniecta sit ima fascia duplicata: eadem'que ratio sit ter-
tij circuitus, & quarti, si hoc quoq; opus sit. Ergo & in eo, qui rhombus, & in eo, qui semirhom
bus dicitur, exquisita hæc obseruatio adhibenda est.



Sed vinculi fracturis accommodati,
quùm ad brachium, humerũ, aut femur
datur, item distincta ratio est, in quo
priorem fasciam iubet sursum ferri, se- F
cundam verò prius deorsum, deinde sur
sum ductã, quà prior desinit finiri, quod
fieri non potest, nisi, quod spectat ad la
titudinem lintei, orarum altera alteram
excedat. hæc igitur æqualis erit, si tota
æquè in ea inclinatione perseueret, qua
à circuitu in orbem recedẽs orsa est. Vo
catur autem orbicularis, quæ affectã par
tem ex toto in orbem sine inclinatione
complectitur, in quo oræ fasciæ secun-
do & tertio circumactæ alijs insident, sic, vt neque excedant, neque exuperentur.

At in eo, qui declinat, necesse est fa-
sciam vel ferri ad vitiatæ partis regionẽ
superiorem, vel ad inferiorẽ dimitti: q;,
si vbiq; similem inclinationem habeat, G
distinctum vinculum pręstabit. Quare,
si ea, quæ dicta sunt, diligenter conside-
raueris, planè intelliges circuitus in or-
bem vnam duntaxat esse rationem, vbi
nihil plus est aut minus: at non vnam
eius: qui declinat, quùm alter altero de-
clinare plus possit aut minus. Hic tamẽ
translatione vsus illum, qui paulum in-
clinat, asciam: qui multum, nuncupauit
simum. Asciam fabri dicunt instrumen
tum quoddam extrema parte, qua ligna incidunt, modicè incuruum, & labrosum in speciẽ labri.

Rotunda sincera æqualis.

Simum græci appellant locum, vbi
planities cũ colle coniũgitur, qua enim
committuntur, simum efficiunt, quùm
neutrum per se simũ sit. cùm planities H
ipsa recta sit, & æqualis: collis, accliuis,
& altus. at vbi inter se coeũt simam figu
ram repręsentant. eàdem figura fit, quà
decliuis via, cum accliui cõmittitur. eo-
dẽ modo in naso sima pars illa dicitur,
quæ vtrinq; sublimioribus partibus ter
minatur, iam'que ab hac parte totus na
sus nuncupatur simus. Cõstat enim plu
ra vocabula in totis vsurpari corpori-
bus, à non nullis ducta, quæ partibus
accidunt, quo modo simus homo dici-
tur. siquidẽ nõ eodẽ modo vocatur simus, quo plenus, ac tenuis, aut albus, aut niger, sed sicut glau
cus, cęsius, vel gibbus. nasus igitur, vel via, propriè simi nominantur: vinculum verò simum ab
Hippocrate appellatur eàdem ratione, qua ἄμβη spathę capitulum rotundum & leniter cauum,



Ascia syncera inæqualis

&

A & σκέπαρνον, id est ascia, genus quoddam circuitus ipsorum linteorum. namque, vbi præcipit, vt panni in asciç figuram imponantur, diducit ab orbiculari circuitu eum, qui labrorum asciæ modo declinat. non enim censet pannos ita obliquè circumponendos, vt ab orbiculari circuitu nimiùm absint, sed paulum declinent, sic, vt fideliter comminuta ossa contineant.

B

Sima syncera inæqualis

Patet autem in vtroq; horum circuituum maiorem & minorē esse inclinationē, cum neuter simplex sit & vnius formæ, cuiusmodi est orbicularis, quem cum simplici coniunxit: sed asciam verò, & simum, seorsum per se, quasi distinctos subiecit. /Distinctè/ autem significat, vt sit, quasi discretum, & minimè implicitum. fit autē (vt dixi) cum quilibet fasciæ circuitus eosdem habet latitudinis fines, vel inclinationem ordinatā. voco ordinatam inclinationem, quùm, quæ ex latitudine vinculi conspiciuntur, çquè inter se distant, quod vtique fiet, vbi, qui deligat, quam ab initio instituit, æqualem vbique inclinationem seruet.



Syncera Inæqualis

Artemidorus autem & Dioscorides, sic, vt alibi antiquam scripturam nouant, transponunt'que, ita hic casum mutāt. nempè dictionem, simplex orbicularis, simplex in orbem, scribentes. benè autem rem intelligūt, sed audacter scripturam immutant. plurima tamen, quæ non satis intellexerunt, ausi sunt immutare, atq; ea de causa eorum nunc mentionem facio, quamuis sexcenties, hactenus, vbi scripturam immutarunt, silentio præterierim, cùm hoc rectè intellexisse, & clarius

C mutatione reddidisse mihi videantur: quāq; in paruis, non eo modo accipientes, quo auctor voluit, decipiuntur. sed de his satis est semel dixisse. Præfatus autem Hippocrates decorè quidem, vt simpliciter, vt distinctè, deinde subijciens aut similibus, & çqualibus, æqualiter, & similiter: aut inçqualibus & dissimilibus, inçqualiter, & dissimiliter: quasi cōmuniter docuit, quo consilio distinctè vinculum adhibeatur. æqualia enim, & similia corporis membra fasciam vniuersam æqualiter & similiter per omnes partes circumactam requirunt: inçqualia & dissimilia, inæqualiter & dissimiliter. Hæc autem verba in vetustis exemplaribus, & in libris expositorum, precisè leguntur, non adiectis inçqualiter et dissimiliter: sed, cùm solum scriptum sit, aut inæqualibus & dissimilibus, intelligi etiā volunt inæqualiter & dissimiliter, id q; ab Hippocrate pretermissum fuisse, q manifestum videretur, eo q propositis cō sequens esset. Verùm hçc ratio scribendi non breuitatē, sed errorem manifestum, præ se fert. Satius ergo fuerit, si ita scriptum inueniamus, existimare hçc veluti complura primorum exemplarium esse corrupta, id q; propterea fieri, q librarius ea preterierit, atq; error hucusq; manserit. Ergo super humerū similiter & çqualiter circuire fascia potest, minus aūt super femur & brachium, sed paulo magis super crus: at in capite humeri, & in coxa, contrarijs partibus indigemus, quem-

D admodum & vbi caput à latere vinciendum est. frons quidem & nasus similem & çqualem amat orbicularem fasciç circuitum, non secus ac vertex, qui etsi in orbem circundatam fasciam nō postulet, çqualiter tamē & similiter pcedentē requirit. de his aūt diligentius in sequētibus tractabitur, nunc ad verba, quæ restāt pergamus.



Oculus

Hippocrates positis tribus simplicium vinculorum formis, nempè orbiculari, ascia, sima, deinceps trium compositorum meminit, oculi, rhōbi, & dimidiati, dimidiatum semirhombum etiam appellant. quibus adiungit /aptetur verò species speciei ac morbo illius, qui deuincit/ cōmonens, vt accōmodetur, & vitiatæ partis formç, & vitio, quo detinetur. species enim vinculi, quam oculum appellamus, ad oculum adhibetur, vbi vel periculum est, ne procidat, vel contineri quippiam volumus ipsi superim positum: rhombus verò, vbi vel capitis suturas diductas adducere in vnū

oportet, vel hians vlcus interdum contrahere, & valde resolutam cutem adducere atque agglutinare. non absimilem effectum præstat semirhombi vsus. E

Verùm enimuerò hæc scripta sunt ab Hippocrate tanquam exempla, ad quorum similitudinem inueniendum nobis est, vel ab his, qui compererunt discendum, quod vinculum ad quamuis corporis partem atque valetudinem accommodetur. Expedit autē doctorem non imperare simpliciter, sed viam exponere, qua ipse vinculum inuenerit. eo enim fit, vt discipulus, siquando obliuiscatur, in memoriam redeat, & quę ab altero non didicit, possit cogitare. quocirca non ab re fortasse fuerit, si librum conficiamus, vbi de fascijs & corporis parti F & vitio accommodatis pertractemus.

3 *Rectè iniecti vinculi duę species, firmitas in pressu, & linteorum multitudine consistit.*

Dictum est in superioribus consuesse Hippocratem τὰ εἴδη, id est, species appellare διαφορὰς, id est differentias. præbuit autem maximam quæstionem dissensionis causam inter huius libri expositores, quùm duas species nominatim non posuerit, quod antè in alijs fecit. vna quidem in vinculi modo sita est, quam ipse firmitatem dicit: eam explanauit, quùm inquit, /firmitas in pressu, vel linteorum multitudine consistit/. est enim moderatio quædam in vinculi firmitate, quam si partes comprimens excedat, dolorem ægrotantibus affert: sed laxius continet, si ad eam non perueniat. Alteram verò speciem rectè iniecti vinculi non posuit, sed ijs, quæ de robore loquutus est, subijcit.

4 *Vinculorum aliud per se remedio est: aliud ijs, quæ remedio sunt, subseruit.*

Hæc profectò non sunt altera species rectè iniecti vinculi, vt potè quæ communem vsum cuiuslibet vinculi comprehendant. quin & post hæc de omni vinculi moderatione agit, qua ratione seruetur, deinceps de nodo. tum quod subiectum est docēs sic incipit /licet quidem benè scientem ad partes decliues, et quę in extremitate tenuantur, labi fasciam omnem, vt in capite, sursum, in crure, deorsum / & quæ sequuntur. Ab ijs transit ad qualitatem vinculi, cuius item, quùm partes sint, nosse, vnde incipere fascia in singulis vitijs ac partibus debeat, & qua nouissimè finiri, tum qua via, dum circuit, circumagi, & obuolui singulis partibus, hæc quoq; indicauit. nam, vbi inquit /quæ mouentur, vt articuli, quà curuantur/ obuoluendæ fasciæ rationem exequitur. post hęc adscribit, quomodo extremę fascię fideliter in ijs contineantur. inde pergit ad fasciarum vsus exponendos, sic, vt rectè iniecti vinculi altera species, quę firmitati opponitur, totius vinculi qualitate contineatur. Fortasse autem quòd difficile sit communi vno vocabulo complecti singulares differentias, eius speciei, quę è regione firmitatis est, eam non tentauit vno verbo notare. Rem autem ita habere verba ipsa testantur, quibus ostendit, quæ varietas insit in singulis capitibus à me commemoratis. sed, vt rem clariorem magis ac breuiorem faciamus, vocetur totum ipsum genus qualitas vinculi. /Firmitas in pressu & linteorum multitudine consistit/. quemadmodum potentiæ nomen interdum imbecillitati contrarium dicunt: interdum ad id significandum, quod roboris & imbecillitatis commune est, vsurpant: sic & magnitudinis vocabulo vti solent, & alijs quàm plurimis, partes & totum communi nomine appellantes: ita nunc quoque vsurpat firmitatis vocabulum. debent enim affectæ partes fascijs neque valenter adstringi, neq; ita leuiter, vt homo iniectum vinculum non sentiat, quin & linteorum multitudo pro numero accipienda est: at non ita intelligenda multitudo, quasi è regione sit paucitatis, siquidem moderatio rectum vinculum præstat. rectum appellat, quod confert, iuuat´que. At dum comparantur inter se duo vincula, vt ea, quæ ex comparatione spectantur, quod adstrictius est, validius, reliquum infirmius dicemus. neque absurdum est, si vinculum habita ratione subiecti vitij moderatum sit, sed comparatum, cum altero validum dicatur, aut imbecillum. Quando autem soluere, aut arctare vinculum expediat, vel fasciarum numerum augere, aut minuere, ipse in opere de fracturis demonstrauit. G H

5 *De quibus lex quidem est.*

Lex in ciuitate ratio est, quę iubet ea, quę facienda sunt, prohibet q; contraria. his legibus similia dicit, quę nunc proponuntur, cum coniecturale nihil contineant, aut ambiguum, vt quædam

alia

A alia ad medicinam pertinentia. Idem quoq; dixit in opere de fracturis, liberam orationem moderatus. non enim scripsit simpliciter /de quibus lex quidem est/ sicut nunc, sed oratio hæc veluti lex iusta fertur de curatione fracturę.

6 *In ijs autem maximè ad vinculum pertinet, vt arctetur quidem, sic, vt quæ iniecta sunt, neq; recedant, neq; comprimant, sed fulciantur, non tamen cogantur, id quæ minus quidem in extremis partibus, minimum in medijs.*

In his inquit, quę traduntur de ea specie, quę ad firmitatem attinet, potissima vinculi præcepta sunt, vt quę vitiatę parti inijciuntur, hoc est lintea, neq; à cute diducantur, neq; ipsam premãt, sed fulciant, hoc est firmiter insidant, at non cogant. dicitur aũt vinculum cogere, quod ita arctè affectis partibus circundatur, vt dolorẽ afferat. Hęc aũt præcepta de modo premẽdi, quà vitium est, minimè oĩum conuenit præterire. quod & in extremitatibus quoq; prorsus est attendendũ, sed minus q̃ in medio. siquidem optimũ est artem culpa vacare: si quid tñ peccet, id in illis partibus ac vitijs euenire, vbi detrimenti minus affertur: minimè verò errare, vbi noxa ingens est.

7 *Nodus & filum non ferantur deorsum, sed sursum, in porrectione, in præparatione, in vinciendo, in habitu, quo postea continetur.*

B Cur hęc sine ordine adijciat ijs, quæ de vinciendi ratione pertractat, paulo post persequemur: nunc id primùm studendũ, vt quod propositum est, intelligamus. Dissentiunt expositores inter se, cùm /deorsum & sursum/ alij simpliciter ad longitudinis spacium referãt, alij ad affectum: sed neutri dictionem /ferantur/, nec quod ad nodum, nec quod ad filum spectat, explanant.

Quod extrinsec' iniectũ est comprehensamentũ. Nodus ex vno capite in duo crura discissio. Nodus ex duobus capitibus fasciæ.

C

Constat autem omnibus id appellari ἅμμα, id est nodum, quod fit in fascijs, cùm ambo capita implicata inter se vinciũtur, vel alterum sciditur, vel tertiò quùm extrinsecus ad continẽdum adijcitur id, quod græcè κατάλημμα vocatur: ῥάμμα verò id est filum id vocari, quod in acum conijcitur, vel vt incisæ corporis partes inter se cõiungantur, vel vt extrema pars fascię inferioribus assuatur. quin & nunc loquitur de filo ad hunc vsum parato. iubet quidem sursum hoc ferri, quod ipse dixit τὴν νομὴν ἄνω δ. quid autem appellet νομὴν ab ipso discere oportet, qui eo verbo sępius vtitur ad fascias, quùm à principio ad finem feruntur. Itaq; in fracturis iussit, vt vtriusq; fascię caput super fracturã inijceretur, sed prior fascia sursum feretur, altera verò antè deorsum, postea sursum, νομὴν vocãs quasi iter quod fascię tunc faciunt, cùm à principio ad extremum laborantis corporis obuoluũtur. Simile est id, quod νομὴ significat in filo, nam, cùm liceat acum à superiori parte deorsum, & contrà ab inferiori sursum transmittere, & pręterea in neutrã partem inclinatam, sed sine inclinatione, aut à dextra in sinistram, aut à sinistra in dextram demittere, pręcipit oĩno, vt sursum feratur. Quòd si extrema pars fasciæ duntaxat inferioribus assuenda sit, in eo quidem vinculo, vbi contrarijs partibus nõ indigemus, vt in brachio, humero, femore, crure, in quibus etiam necesse est vel à sinistra parte in dextram acum immittere, vel contrà, vtrobiq; nobis enitendum est, vt sursum tendentes extremã fasciam hac ratione cum inferioribus partibus suamus: vbi contraria parte opus est, vt in capite humeri, & in coxa, danda opera est, vt fascia, dum sursum fertur, finiatur, ibi'q; acu ab inferiori parte sursum traiecta hoc modo assuatur: neq; debet superior vinculi pars deorsum attrahi, sed inferior sursum, vtrunq; enim fieri potest, dum fascia suitur. Ergo transmissa acu filum ducente, inferior pars fili sursum adducenda, non tamen superior deorsum, consilio ad id directo, vt inferiores vinculi partes à superioribus trahantur: quod facere ab ipso iubemur, et quo tempore homo affectam partem videndam medicis porrigit, & quo manus curatio paratur, ac tertiò quo vinculum inijcitur, quod & ipsum ad manus curationem pertinet, & quartò quo postea membrum continetur. vocauit primum ἐν παρέξει id est in porrectione, alterum ἐν σχέσει, id est in præparatione, tertium ἐν ἐπιδέσει id est in vinciendo, quartum ἐν τῇ ἔπειτα ἕξει id est in habitu, quo contineri postea debet. quanquàm alij ἐν πιέξει, id est in compressione scribant, sed priorem scripturam magis probo. nam in superio-

Nodus aciæ in fascijs. Nodus in suturis cutis.

D

ribus dixit id temporis ἐν ἕξει, id est in habitu. Neq; dubium est, quin, sicut eandem figuram partium, quæ vinciuntur, ijs omnibus temporibus seruari iubet, sic & filum & nodum, quùm ferun tur, semper sursum attrahi velit, in primis quidem extremitate fasciæ sursum firmiter attracta, & contenta, atque ob ipsam fascia tota. Illud verò animaduersione dignum ab expositoribus Hippocratis intactum relinquitur, q̧ nodum & filum ad superiora affectæ partis ferri voluit, dũ ęgrotantes se ipsos medicis tradunt, non secus atque in alijs temporibus. pro suo enim arbitratu, quidam ad medicum pedibus eunt, quidam gestãtur, modò affecta parte suspensa, aut deuincta, modò vtroque facto. Nodus igitur & filum in eorum potestate est, non medicorum à quibus inspiciendi sunt, aut curandi. censet fortasse tunc quoque interdum laborantes medicis vti. nam in itinere & ruri non nunquam tenuioris fortunæ homines, plagas accipiunt, vulnerantur q̃; vel ossa ipsis suo loco mouentur, in quo casu ad curationem plurium medicorum conuentu opus est, tum diligenti inspectione, machinamentis quibusdam, aut instrumentis, aut linteis, aut etiam laqueis, quę ruri vel in itinere nulla sunt. quare si eo tempore medicus adsit, lęsam partem suspendet, & deligabit linteis illis quorum copia erit. constat q̃; siue nodo, siue sutura opus erit, medico hæc apte efficienda esse. Quo facto in ciuitate rursus æger consuetos medicos adhibebit, primùm vt diligenter vitium cognoscãt: deinde, vt prolapsum articulum restituant, vel fractum os componãt, aut plagam suant, aut collisis rectè opem ferant: post hæc medici idoneum vinculum admouent: postremò, quod deuinxerunt, prouident, vt eodem modo figuratum contineatur. E F

8 *Principia & nodus inijcienda sunt, non quà vlcus, sed hinc, vel hinc.*

Quid nunc vocet ἅμμα, id est nodum inijcere, ostensum est, in prioribus enim verbis è regione ῥάμματος, id est fili ponebatur, nunc alterius tantùm meminit, quòd debeat & filum desinere in nodum. nã in quauis sutura in hunc finitur, cùm acu non sola, sed sequente filo traijciantur, quę suuntur, & nodo inter se astringantur. Sepe quidem euenit, vt inter se proxima sint fili capita, & nodus, sicut, vbi cutem suimus: interdum distant, quod sępe in vinculis accidit, vbi fili partes longe adducuntur, vt communem nodum accipiant. A.l.4.f.5.t.2.c.9.485.a

Nodus asciæ in fascijs. Nodus in suturis cutis.

Verisimile ergo est nunc ipsum edicere, ne fili principia, quà vlcus est, inijciant. quo pręcepto illud quoque intelligitur, quòd neque nodus super vlcus collocetur, vrgeretur enim non solum nodo, sed fascia à nodo fortiter pressa, eo quòd vehemẽtius esset coarctandus, vt fasciam cõtineret. Eodem modo si citra filum fascię extremitates inter se complicatę nodũ accipiãt, vel aliquid extrinsecus vlceri superdetur, non debet nodus super vlcus imponi, impositus enim ipsum cõprimeret, prę sertim si fascia antè obuoluta tenuis esset, & absque lana circundata. Nunc sanè mihi videtur Hippocrates agere siue de filis, siue de habenulis, quę inter se complicatę in nodum finiuntur: sed censent alij velle ipsum principia fasciarũ super vlcus nõ imponi. ex quibus non nulli variarunt scripturam, verè quidem, sed propositę orationi parũ conuenięter, cùm non de fascijs, sed de filo tractare nunc propositum sit: quam quidem scripturam veram & artificiosam esse non inficior. sic autem habet /fasciarum principia inijcienda sunt, nõ quà vlcus, sed hinc vel hinc/ hoc est, ab vtráq; parte eius, vel dextra vel sinistra. sic autẽ fiet, vt id verum sit, quod ab ipso traditur in ‖ opere de fractu ris, & huic loco minime repugnet. Imperat enim ibi, vt fasciarum capita affectę parti superimponantur, siue fractura, siue vlcere laborent, non tamen supra, aut infra. in eo enim libro de dimensione in longitudinem loquitur: nunc, quùm nõ ad hanc sed ad latitudinem respiciat, principia inijci dixit, non quà vlcus, sed hinc vel hinc, hoc est, ab vtráque parte eius. cui non aduersatur, quòd neque supra neque infra iniji debent, quod tamen latet expositores huius libri. Merito igitur dubitant, quùm Hippocrates inquit /principia & nodus inijcienda sunt, non quà vlcus, sed hinc vel hinc/. Placuit etiam quibusdam principia fasciarum intelligi τὰ πέρατα, quamuis πέρατος nomen latius pateat τῆς ἀρχῆς, id est quàm principij, quod & Plato nos docuit, asserens τὰ πέρατα principium esse & finem. Ergo, si liceat latiori vocabulo pro eo, quod angustius est, rem appellare, licebit nobis tam principium, quàm finem nominare πέρας, non tamen finem nuncupare principium. Iam verò principia, ad nullum aliud referri possunt, quàm ad fascias fila & habenulas. cum'que nullo modo fieri possit, vt hîc de fascijs loquatur, necesse est principium in filis accipi, & habenulis, & si placet etiam in panniculis. quandoquidem hi quoq; comprehẽdere vinculum possunt, non secus atque habenulę, quarum extrema inter se complicata vinculi vicem exhibent. G H

Sect.1.t.23.7ª.227.b

Nodus

9 A *Nodus non ea parte ſit, cui innitimur: non ea, qua agimus: non qua inanis eſſet, ne inanis colligetur.*

Quùm proximè in præcedentibus iuſſerit, vt qui ſuturam adhibet, principia ſuper vlcus non ponat, ſed alia parte, qua nodus etiam collocãdus eſt, nunc docet quibus locis ponere nodũ oporteat. Docemur aũt res interdum per ea, quę ipſis non accidunt. ſic enim appellãtur, quę, cum accidere poſſint, non tñ accidũt. Vis aũt orationis huiuſmodi eſt. Nodum nõ cõuenit ponere qua parte vlcus eſt, ſed qua ferri poſſit verſus ſuperiorem regionẽ, cum eo, vt caueatur pars, cui innitimur, qua agimus, & tertiò, quę inanis eſt. Vocat autem qua agimus eã partem, qua vtimur, cum extendimus, curuamus, vel ad latera porrigimus. pars verò cui innitimur, in ambulãdo quidẽ eſt planta pedis, in cubando totum dorſum, atq; eius pars potiſſimũ, quę in eo extat. prętereà capitis partes poſteriores, in ſedẽdo, ima pars natium. ſi quis aũt deligatis brachijs aliquid agere debeat, cõſidera quid'nam illud ſit, & circa quę externa. in ea actione poteris partem, cui innititur, inuenire. agunt quidẽ articuli, quamobrem vbiq; vitandi ſunt, atq; illi pręcipuè, quibus agere vinctis ęgrotantibus conuenit. Conſtat aũt rectè ipſum edicere, ne nodus, q continere totũ vinculum debet, ſuper eam partẽ ponatur, quæ in motu figuram mutat. neceſſe enim erit nodũ, vbi ſuper articulos collocetur, modò iuſto laxiorem fieri, modò coarctari.

B Quod in fine orationis dixit ἐνεὸν, id eſt inanis, omnes accipiũt pro ſuperuacuo, perinde ac ſi dixiſſet, nullũ ad vſum. græci enim ἐνεοὺς dicunt eos, qui à primo natali die ſurdi ſunt, & voce citra verborũ conformationem obſtrepunt. quemadmodum igitur hi ad vitæ actiones prorſus inutiles ſunt, ſic aiunt ab Hippocrate appellari ἐνεὸν, quod nihil ad vinculũ conducit. Potuit id verbi ab ipſo ſcribi per κ κενεὸν, corrumpi verò ab initio protinus atq; ita ſeruari. ſed, quod ad ſententiã pertinet, idem hęc ſcriptura ſignificat, ſiquidẽ κενεὸν eſt, quod à nobis dicitur κενὸν, & μάταιον, hoc eſt inutile. ſed quia multos videmus, vel ob inſcitiam, vel q velint diligentes videri, nodos adhibere faſcijs inutiles, idcirco Hippocrates nunc præcipit, ne ponantur εἰς τὸ ἐνεὸν, hoc eſt inanes, quod videlicet inutiles ſignificat, & ſuperuacuos. Putauit quidam ex ijs, qui hunc librum explanarunt, Hippocratem intellexiſſe inane, locum inanem, vt puta alam, poplitem, inguen, ex aduerſo capitis, humeri, genu, coxę, ea diducẽs. inhærere enim dixit oportere nodum corpori, at nõ perinde collocari, quaſi ſuſpenſus ſit, quod eueniret in ala atque inguine. Si quis autem & hoc probabile iudicabit, ipſum poterit accipere: nam in obſcuris, vel eo quod mediocriter probabile eſt, conuenit acquieſcere.

10 C *Nodus & filum, molle, & non magnum.*

Hic rurſus, ſicut principio duo vocabula proponit, cùm & res inter ſe diductę ſint, quibus illa indita eſſe videntur. ῥάμμα id eſt filum vocatur, quod vnà cum acu trajcitur, cuius materia linũ eſt, ſiue lana, ſiue quid aliud eius generis: ἅμμα, id eſt nodus, qui ex habenulis, vel ſciſſis faſcię extremitatibus implicitis efficitur. Patet autem vtrunq; molle conuenire, ſi futurum eſt, vt non cõprimat. quòd verò non magnum eſſe expediat, indicio eſt celeritas, quam ipſe in agendo laudat: eam prohibet longitudo, vel fili, vel ſeparatim etiam habenularum ſciſſę extremitatis, aut eorum, quę cõtinendi vinculi cauſa ſuperinijciuntur. Pendebunt igitur hæc magna à nodo fruſtra, præterquam q tędium afferent, quùm non nunquam vulnera contingãt, dum complicantur. Exquiſitius aũt ſcripſit /non magnum/ quùm potuiſſet ſcribere /paruum/, verùm ſicut magnum vitari oportet propter ea, quę retuli, incõmoda, ſic & paruum, quùm in agendo prehendẽtes digitos effugiat, atq; ob id remorãs tempus producat: tum in vinculo propter breuitatẽ ſæpius ab eo, cum quo deuinctum eſt, elabatur, atq; idcirco nos cogat in eodem iterũ verſari. adde q cùm opinionem aliqñ faciat rei deligatę, nodus exiguus poſtea ſoluitur, vbi contineri debet. Meritò igitur cauendum eſt, tam quod omnino paruum eſt, q̃ quod magnum: & hic perinde atq; in alijs, quod

D modicum eſt eligendum. id alterius extremi negatione non nunquam appellant, quemadmodum nunc Hippocrates /non magnum/: qui ſi non paruum dixiſſet, idem vtique ſignificaſſet.

11 *Licet quidem benè ſcientem ad partes decliues, & quæ in extremitate tenuantur, labi faſciam omnem, vt in capite ſurſum, in crure deorſum.*

Si pro /ſcientem/ ſcriberetur /ſcire/ perfecta foret oratio: at nunc pendere videtur, & cum alia coniungi, eo q; fit, vt non nulli copulent, quæ ſequuntur, ſic vt tota ſit huiuſmodi: Licet quidem benè ſcientem ad partes decliues, & quæ in extremitate tenuantur, labi faſciam omnem, vt in capite ſurſum, in crure deorſum, deligare dextram partem ad ſiniſtram, ſiniſtram ad dextrã. pręterquam in capite. ſed nullo modo continuari videtur, quùm non propterea deligare eo modo conueniat, quia nodus conſueuerit ad partes labi decliues, & quæ in extremitate tenuãtur. alia enim de cauſa iuſſit (vt in ſequentibus oſtendemus) dextram partem ad ſiniſtram, ſiniſtram ad dextrã deuinciri. quoniam cum his /licet quidem benè ſcientem ad partes decliues, & quæ in extremitate tenuantur, labi faſciam omnem/ connectuntur ea, quæ ſic tradit. quæ autem adijciuntur ad continendum quidem, quæ circa hæc ſunt: ad ſuſpẽdendum verò faſciam oẽm, quà corpus quieſcit,

ſcit,& magis cautum eſt, ſuperimponenda/ & quæ ſequuntur. quod ipſum paulo poſt exponens E clarius demonſtrabit: nunc quæ interiecta ſine ordine ſunt,per ſe conſideremus.

12 *Deligare dextram partem ad ſiniſtram,ſiniſtram ad dextram, præterquam in capite: hoc enim è regione.*

Præceptum hoc potiſſimum ad fracturas ſpectat. perpetuò enim in contrariam partem inclinandum eſt: vbi vlcus ab altera fuerit,vt ſi dextra pars læſa ſit, in ſiniſtram: ſi hæc,in contrariam: ſicut vbi totum os tranſuerſum fractum eſt, vinculum in neutram partem inclinandum, quùm panni in orbem ſuperimponentur. Huiuſmodi igitur eſt,quod proponitur. Quùm deligamus, ſi dextra pars affecta eſt,in ſiniſtram inclinare debemus: & contrà ſi ſiniſtra,in dextram.quod fit, vbi caput faſciæ ſuper affectam partem ponimus, non exquiſitè quidem ſuper fracturam,aut vlcus,ſed vtrobiq; hinc vel hinc: reliqua verò faſcia, quod affectum eſt, in contrariam partem attrahimus, & ſimul etiam adſtringimus. At quùm hanc ad contrariam partem adduximus, ibi non amplius æquè adſtringimus, & multo minus etiam inclinamus, donec in orbem circumacta ad ſuum principium reuertatur. ibi enim id manu prius tenebamus, cui rurſus faſciæ partem, quæ ipſum contingat,ſuperpoſitam valenter continemus ſic,vt iterum incipiat circuire ſuper partem prius inuolutam ſimiliter adſtricta, & in contrariam partem inclinata: tum eodem modo circun F data,vbi rurſus ad principium redierit, æquè faſciam altera manu cõtinemus, altera coarctamus, atque in contraria vitiatæ ſedis attrahimus. Non ſolùm autem hoc modo membra deuincimus, ſed & latera. nam,ſi affecta ſit pars dextra, orſi ab ipſa faſciam eo modo,quo dictum eſt, ducimus ad ſiniſtram: ſi vitium ſit in ſiniſtra, ab hac, faſcia incipientes, quaſi iter facimus verſus dextram. ſed caput non licet ita in orbem comprehendere, quòd non patiantur id ceruices, quæ cum ipſo committuntur. Quamobrem ſiue dextram, ſiue ſiniſtram partem occupet vitium, quod vinculum poſtulat, faſciam è regione, hoc eſt rectam ducimus per ſummum quidẽ caput porrectam, inde ad extremam maxillam demiſſam, poſt hæc iterum ad affectum locum ſimiliter datam, ſiue iterum,ſiue tertiò ipſam circuire abundè putamus,& dum finiatur,circumactam. finiatur autem in vertice prorſus, is enim locus maximè idoneus eſt, qui fideliter contineat.

13 Deligatio p contrarias partes. Deligatio per proceſſionẽ



Sed in contrarijs faſcia in vtramque partem attrahatur, quòd ſi ab vno capite incipiat, ſimiliter quà firmiter contineatur, vt in medio capite,& in alio eiuſmodi loco.

G

Duplex eſſe poteſt huius loci ſententia, vt vel ad omnes corporis partes, vel ad caput tantùm referatur.quia, quùm dixerit, præterquã in capite dextrã partem ad ſiniſtram, hoc aũt è regione deligandum eſſe, cęteras eius partes,quæ inter ſe contrariæ ſunt, quarum quidem hæc poſterior eſt & in occipitio,illa verò prior & in fronte, deuinciri iubet, faſcia in vtrãq; partẽ ducta.ducitur aũt in vtrãq; partem,vbi media affectæ ſedi iniecta, vtrumque caput æqualiter ad contrariam attrahitur. Ergo faſciarum, quæ ſic volutæ ſunt, extremitates valentius continentur,ſi in fronte, quàm ſi in occipitio collocentur. Verùm,ſi de omnibus corporis partibus loqui Hippocratem ſtatuamus,contrarias dicemus partes, quarum vtriuſque ſtructura eſt ſimilis, nempe dextram & ſiniſtram,priorem & poſteriorem: quę vbi pariter vitiatę ſint,ſicut in trãſuerſa fractura euenit,faſcia in vtramque partem attrahenda eſt,quemadmodum faciendum diximus in pannis, qui in figuram aſciæ ſuperdantur. Quòd ſi (inquit) ab vno capite incipiat, perinde ac H ſi in vtrãque partẽ duceretur,circumagenda eſt,ſic q;,quà firmiter contineatur,adducẽda,vt ibi finiatur. pro exemplo aũt loci,vbi firmiter cõtineatur,attulit mediũ caput,contentus nũc eo ſolo,quùm paulo poſt, perfectè vniuerſam orationem ſit explanaturus, docens qua parte deſinere faſciã conueniat, vt iuncturã totã fideliter tueatur. Particula aũt /ſimiliter/ in vtroq; accipi poteſt,& in toto faſciæ circuitu, & in fine.



14 *Quæ mouentur, vt articuli, quà curuantur, minimis, & maximè collectis, veluti poples: quà extenduntur, ſimplicibus, & latis, veluti patella, circundari debent.*

Minima lintea danda eſſe docet circa poplitem, cętera'que eius generis,& maximè collecta,hoc eſt contracta in anguſtum: partem verò popliti contrariam ſcilicet patellam,contraria via. eſt aũt contraria via, vbi lata ſunt, & quantum

minimè

A minimè poteſt,contracta.quod omnibus articulis conuenit,quà curuantur, quemadmodum popliti: quà extenduntur, quemadmodum patellę, quam non nulli vocant ἐπιγουνίδα, ſicut alij ἐπιγονατίδα. ſuper hanc igitur dixit latam faſciam extendendam eſſe,ſic,vt ipſam vniuerſam cõplectatur.nam,quę non ſic obuoluatur,ſurſum vel deorſum facilè feretur: ad vtramq; enim partem labetur,propterea quòd patella gibba eſt. At poplitem contracta faſcia. inuoluẽdum cenſet. nam neque admittere,neque ſeruare eam poteſt,quę in latitudinem explicatur.

15 *Quæ autem aduciuntur ad continendum quidem,quæ circa hæc ſunt: ad ſuſpẽdendum verò faſciam omnem: quà corpus quieſcit,& quà magis cauum eſt,ſuperimponenda,vt ſupra vel infra genu.*

Laudare eiuſmodi breuitatem decet,quę vno vocabulo apertè id notare poteſt, quod oratio. Quemadmodum & nunc,vbi /ad continendum/ καταλήψιος dixit, quo verbo ſignificatur oratio,quam proferre ſic poſſemus,vinculorum,quæ ad articulos adhibentur, extremitas firmiter tenenda eſt extra articulum aliquo inſuper vinculo addito: /ad ſuſpendendũ vero ἀναλήψιος, quo monemur,vt magnopere prouideamus, ne faſcia ad partes decliuiores delabatur, ne ue ſurſum B tendat ad gibbas,quas ipſe ſuprà dixit ἀπόξυ, id eſt in extremitate tenuatas, quum inquit /licet quidem benè ſcientem ad partes decliues,& quę in extremitate tenuantur, labi/. Plane autẽ conſtat ex verbis ipſius, rectè id à nobis dictum eſſe, quòd quę nunc proponuntur, continuata illis ſunt,quibus ait /licet quidem benè ſcientem ad partes decliues,& quæ in extremitate tenuantur, labi/. quin & breuiſſimè ſedes commemorauit idoneas,quibus faſcia finiatur, duobus vocabulis eas comprehendens,quùm inquit /quieſcit,& cauum eſt/. Quieſcunt, quæcunque extra articulum ſunt,in vtroque oſſium,quę inter ſe committuntur,vt,quod ad genu pertinet, quæ in femore ſunt,aut crure,hęc ſiquidem magis caua ſunt. Caua autem, λαπαρώτερα dixit, partes ſignificans,quarum contrarius habitus eſt,atque extantium,hoc eſt,quę depreſſę ſunt ac deſidũt. omne enim,quod cauum eſt,deſidit. Propriè autem vox λαπαρὸν inane ſignificat,ſicut λαπάξαι exinanire.nam illud Ἴλιον ἐξαλαπάξαι εὖ ναιόμενον πτολίεθρον, exinanire vrbem Troię frequentem ſignificat. λαπαρὰ item dicunt illas corporis partes, quę inter coſtas nothas poſitæ ſunt, & oſſa, quę ad ilia pertinent.Iam verò omne quod deſidit, λαπαρὸν appellant, trãslato vocabulo ab eo, quod communiter accidit. ſiquidem omne,quod vacuum eſt,neceſſariò deſidit.

16 C *Conſentit autem cum capite humeri,faſcia ad alteram alam demiſſa: cum inguine,ad alterum ilium: cum crure,ſuper partem huius poſteriorem, quæ carnoſa prominet. Quibus autem ſurſum labitur, ab inferiori parte ſuſpendenda eſt: quibus deorſum, à ſuperiori.*


Reprehenſio circũ ile aduerſum   Reprehẽſio circũ alam

li.4. f.5. t.2. 5.fol.484.a

D

Vbi vinculum non eorum commoditate, quæ laboranti particulæ ſuperimponũtur,ſed propter ſe adhibetur,eo conſilio primùm potiſſimum quę inijcitur,vt affectam partem,& quo modo compoſita eſt, ſeruet,& ab inflammatione tueatur, quod plenè oſtenſum eſt in opere de fracturis. ſed quia preſtare hęc vinculum nequit, niſi contineatur, ne ad ſuperiora vel inferiora corporis procedat,idcirco neceſſe eſt faſcias dare ad partes integras: & vbi veriſimile eſt vinculum totum ſurſum ferẽdum eſſe, à contraria parte ſuſpẽſum deorſum attrahere. In quibuſdam igitur partibus à cõtrarijs ſuſpendimus vtiliùs,ſicut in capite humeri,& in inguine. exquiſitiùs verò ait in capite humeri, nõ ad alterũ humeri caput,ſed ad alam: in inguine ad alterum ilium,ducẽdum eſſe faſciam. cùm neq; humeri caput, neq; nates fideliter ſeruare iuncturam queãt, ſicut ala, atq; ilia. Vocatur aũt (vt mox retuli) κενεὸν, quod inter thoracem eſt, et os quod ad ilia pertinet, ita dictum propterea, q̀ inane ſit,hoc eſt,deſidat. Iam verò conſtat conſentire, quod ὁμολογεῖν dixit, poſitũ fuiſſe pro congruere & cõuenire. nã,qui benè factis conſentiunt,non modò nihil cõtrà faciũt,aut dicũt,ſed perficiẽdi ſocij ſunt: ſic ex locis,quę ꝓpoſita ſunt,alia,quùm ad hęc

hæc quoque fascia pertineat, alia adiuuant. Similiter & in crure, cuius partem, quę carnosa prominet, facilè iunctura effugit, ad superiorem partem fascia vtiliter datur, vbi videlicet carnosam ipsius prominentiam vinculo comprehendi necesse est. Locus similiter, qui iuxta talos est, fortiter vinculum continet, quùm inter duas eminentias positus sit, nempè suræ tibiæ'que extremitates, quas non nulli perperam vocant ἀστραγάλους. idem quoque præstat superior locus per eam cruris partem, quæ posterior carnosa prominet. E

17 *Vbi nihil tale est, quemadmodum in capite, quà maximè æquale est, contineri fascia debet, & duci quàm minimè obliqua, vt postremò obuoluta, quà valentissimè hæreat, vagos circuitus contineat.*

Comprehensio Deligationis in frõte.

Qua ratione partes vinciri debeant, iuxta quas nulla talis sedes est, qualem in crure dixit, quibus'ue non est contraria pars altera, quemadmodum humeri capiti, & inguini, ostendit, nominatim capitis mentionem faciens, iubet'q; quà maximè æqualitas est, totam iuncturam contineri, nempè extremitatem in neutram partem inclinãtem, rectam finiri, vel in frõte, vel in medio capite, vbi ea pars est, quæ βρέγμα vocatur. nam, vbi ad mentum fascia ducitur, commodè finitur in medio capite attracta sic, vt nullo modo inclinet: vbi verò in orbe circundatur, in fronte similiter citra omnem inclinationem. nam, quæ sic circuit ad posteriorem partem fertur, quà occipitium est, quod inter collum est, & gibbam à tergo caluariæ partem. Dixit autem postremò fasciam quàm minimè obliquè circumagendam esse, idcirco, quià priores ambitus, vt diuersis locis affectam sedem inuoluant, sæpiùs necesse est obliquos duci: sed postremus minimè obliquus priores continet, qui morbi causa obliquè sunt adhibiti. hos itaque constat hoc modo contentos immobiles permanere. Quemadmodum igitur in capite, & supra vel infra genu, postremus circuitus seruari penitus sine inclinatione debet, sic in vinculis, quæ dantur ad inguen, vel humeri caput, vbi ad contrarias partes porrigere fasciam cogimur, extremi circuitus citra omnem inclinationem in orbem esse debent, in ilibus quidem ab vtraq; parte, vbi deligare inguen volumus: ab vtraq; ala, vbi caput humeri. quod similiter seruandum est in cubiti commissura. F G

18 *Verùm, vbi nec contineri, nec suspendi commodè potest, contineri filis debet, vel subiectis, vel ad suturã adhibitis.*

Quod proponitur, huiusmodi est. in quibus vitiis, aut partibus difficulter extrema lintea continentur, aut suspenduntur, in his oportet filis, vel in orbem datis, vel sutura adhibita ad extremũ vinculum, efficere vt contineatur. Vtrum verò fieri possit, vt aliqua pars, qua difficulter extremum linteum contineatur & suspendatur, filum facilè ferat, nihil cum expositoribus dicere possum. Nescio autem an aliquæ sint partes, quæ huiusmodi iuncturam nõ sustineant, sed quosdam noui, qui, vbi paulùm vitiata pars mota esset, intolerabili dolore premerentur, sicut is multo antè, cui, quùm ex alto caderet, regio iuxta spinam icta est, ita, vt ne si paulùm quidem moueretur, ferre magnitudinem doloris posset. necesse ergo fuit tunicam illi primùm detrahere, non exuendo, sed suturas omnes scindẽdo: deinde tradere hominem plurimis, qui totum corpus continerent, & suspenderent sic, vt in neutram partem inclinaret: tum extendere super lato scamno panniculum, lanæ hapso superiniecto. quod imperauimus, vt, quùm primùm homo ab iis, qui illum continebant, à cubili attolleretur, celeriter super id imponeretur, subiiceretur'q; in latitudinem spinæ hominis sublati. nos verò alterũ lanę hapsum, calido oleo madentẽ, vbi dempta tunica fuit, spinæ absq; mora subiicientes, super subiectum panniculum, cui alter hapsus lanę superimpositus erat, hominẽ collocauimus. post hęc madentis hapsi extremitatum ab vtraque parte vnam ad priorẽ corporis partem adduximus, deinde super ipsas attraximus extrema sicci hapsi, tum lintei, quę sutura coniunximus. Quòd si non sutura, sed filis cõtineri quis iuncturam voluerit, primũ illa sub panniculo extendat, oportet. hoc siquidem fieri non debet vinculo iam iniecto, quod similiter in coxa conuenit, tum in femore, in humero, & interdum in ceruicibus à posteriori parte. H

19 *Fasciæ "mundæ, leues, molles, tenues.* A.lib.4.f.5.t.2. c.5.fo.484.a

Materiam nunc docet fasciarum, eas adhiberi iubens, mundas, leues, molles, tenues. mundas quidem, ne ob sordes sensum mordentium excitent, ne'ue humorũ, qui superinfunduntur, vim penetrare vsque cutem prohibeant: leues, ne vitiatus locus oneretur: tenues, vt leuiores sint, & molliores, facile'q; per eas transeat, quod infunditur: molles, ne premant. Constat autem hęc omnia ad id valere, ne inflammatio affectas partes inuadat.

Circumagendæ

20 A *Circumagendæ autem, vel ambabus manibus, vel vtraque in vicem.*

Quod suprà dixerat communiter de omnibus operibus chirurgię, prestari ea volens vtraque manu, vel ambabus simul, id nunc de sola circumagendi ratione scripsit. huiusmodi enim manuum exercitatio celeritati, quę in dolore potissimum requiritur, magis est accommodata. Ergo ambabus manibus simul circumagitur fascia, quę in vtranq; partem attrahitur: cęterę, altera tantùm. sed & in his vtraque in vicem fasciam prehendit, nam, vbi in vtranque partem attrahitur, ambę eodem tempore similiter agunt: in reliquis in vicem, altera maximam iuncturę partem efficit circumdans, cui ministerio vtiliter altera subseruit.

21 *Idoneis verò vtendum, partium latitudine, crassitudine que inspecta.*

Imperat, vt idoneam fasciam inueniamus, partium, quas deuincimus, latitudinem, crassitudinem que intuiti. Sed, quùm rectè fascia adhibeatur per ea, quæ dicta sunt, in quibus docuit, vnde incipere debeat, qua ratione affectę sedi circundari, quas que partes cum ipsa comprehēdere, tum quà finiri, & quomodo adhibere ibi nodum & filum expediat, scire conuenit nihil indicari ex B his. siquidem nihil ex iis, quę proposita sunt ex partium, quę vinciuntur, latitudine aut crassitudine colligitur, sed ex ipso morbo, & ex figura partis, quam morbus occupat. Nunc igitur par est ipsum tradere, quis nam sit profectus fasciarum, vbi partium, quę vinciuntur, latitudinem & crassitudinem attendimus. hinc enim ipsorum linteorum longitudo ac latitudo intelligitur. Paruulo puero exempli causa consentaneum est fascias iniiciendas esse, quæ, quod ad longitudinem spectat, breues sint, quod ad latitudinem, angustę: vt magnę staturę iuueni longas, & latas, pro que eorum proportione cęteris corporibus, quę inter magna sunt, & parua. si quod enim corpus vinciatur, quod penitus mediam inter vtranque latitudinem & crassitudinem habeat, fascias adhibemus, quod ad longitudinem & latitudinem attinet, medias inter eas, quibus ad magnum corpus & quibus ad exiguum vsi sumus: sed si ad alterum extremum magis accedat, augētes vel minuentes pro eo illarum modum variabimus.

22 *Circuituum capita, dura, æqualia, distincta sint.*

Vtraque fascia circuitum habet, & quę laborantis corpori non dum circundata est, & quæ lo- C cum affectum comprehendit. Capita verò fasciarum, quæcunque illa sint, vtrique cōmunia sunt, seu capita nunc intelligantur principia fasciarum, seu fines, siue vtraque, & preter hęc etiam extremitates in latitudinem: hęc omnia attinent ad vtrumque fascię circuitum, vbi scilicet per se glomerata est, & vbi laborātis corpori obuoluta. quare hoc explicare nullo pacto difficile est, quamuis de eo huius libri expositores inter se dissideant, vera enim oratio est, seu referatur ad glomeratam, seu ad eam, quę corpori superdata est. Quin & omnes extremitates intelligimus, non, vt quidam ęstimarunt, eas, quę in longitudinem, vel, vt alij, eas, quæ in latitudinem: illi ad solas fascias, quę extra corpus sunt referentes: hi arctatum fascię circuitum indicari ab Hippocrate censentes. Constat autem fasciam per se, priusquam corpori iniiciatur, arctandam esse. sic enim facilius prehendetur, quum & tenuior sit, & circuitus habeat distentos, eo quod in globum intenta coarctetur, quùm adstringi aliter nequeat. sola verò capita adstringenda esse aperte falsum est, quùm non hæc tantum, sed tota fascia debeat coarctari. Ergo velut in re ambigua id, quod sentio, iam explicabo. Capita intelligenda sunt omnes tam in longitudinem, quam latitudinem, fasciæ extremitates: existimandum que est minus propriè dicta fuisse, dura, atque ea de causa orationem esse obscuram. præfatus enim suprà (fasciæ mundæ, leues, molles) qui nunc D rursus eas duras inquit: Equidem arbitror vsum fuisse σκληϱαὶ, id est duræ, vocabulo rei, quæ significatur, accommodato. nam sæpius in extremitatibus linteorum, quæ quaternæ sunt, binæ in longitudinem, totidem in latitudinem, vel solum stamen conspicitur, cui subtegmen vsq; ad finem non connectitur, vel solum subtegmen sine stamine. est etiam interdum, vbi alterum eorum laxius extrema parte residit: vel alia parte residit, alia extat. In his igitur linteis circuituum capita molliora sunt, quàm in quibus stamen & subtegmen perpetua vsque ad finem procedunt. His, quæ hoc modo molles sunt, duræ aduersantur (vt dixit) conuenienter glomeratæ. satius autem fuisset dicere non molles, vt suprà dixit de nodo (non magnum): quæcunque enim media sunt inter immodica (vt retuli), proferri negatione alterius exuperantiæ solent. capita igitur dura iure sic accipi potuerunt, tum quòd nihil aliud vel mediocriter probabile afferri possit, tum quòd Hippocrates de huiusmodi errore circa lintea nullo alio loco pertractet. Æqualia significant ea, quæ tota sine vlla varietate similia sunt: id quod fit, vbi nulla pars lintei durior est aut latior, nulla item mollior, aut angustior, tum vbi nihil deest, nihil corrosum est (τϱαυ-ϕασμα græci dicunt), sicuti videmus in telis, quarum textura inæqualis est. Distincta verò fieri accipimus,

accipimus, quùm æquè omnes partes extentæ sunt, neque vna extenta & simplex est, altera du- E
plex atque implicata.

23 *Casura sanè deteriora sunt, quùm citò cadunt: hæc autem sic, vt neque premant, neque decidant.*

Hæc loquendi ratio perturbata omnino est, quomodocunque accipiatur verbum ἀποπεσόντων, quo /cadunt/ expressit: siue iuxta atticorum consuetudinem dictum existimemus, qui genitiuum participij pluralem pro tertia persona pluralis imperatiui ponunt, cuiusmodi illud est ἵπποι δ' ἐς δόλιχον παριόντων: siue genitiui casus, cuius rectus sit ἀποπεσόντες, oratio perturbata est. nam, si prius significatum admittamus, talis erit /casura deteriora citò cadant, vel si mauis, cadat/ cùm dictio, casura, neutri generis sit: hoc autem in numero multitudinis acceptum græcè verbo iungitur tam singulari, quàm plurali. iuxta alterum significatum, eiusmodi reddetur oratio /casura deteriora sunt, ipsis citò cadentibus/. sed satius fuit sic scripsisse /casura sanè deteriora sunt, quùm citò cadunt/. Colligitur autem euidenter ex hac oratione, & aliis quibusdam, librum hunc rudem adhuc editum fuisse, propterea quòd partim auctor ipse vnam vel alteram literam prætermittendo, addendo, aut variando errauit, quemadmodum plures scribunt: partim pecca- F
uit primus librarius, qui quædam ab auctore obscuris literis scripta minùs perspiciens, non benè coniecit. adde, quòd litera perierit, vel confusa fuerit abrupta charta, vel alio casu interueniente. fortasse etiam alij errauerunt, literas præpostere componentes, & non nulli veterem scripturam immutantes. ex quibus omnibus fit, vt magnus errorum numerus, in multis exemplaribus accumuletur. Hæc profectò vel semel habita, memoria tenenda sunt: in singulis enim erroribus eadem repetere longum est. Dantes autem integra verba sic habere /casura sanè deteriora sunt, quùm citò cadunt/ inquiremus, de quibus hęc dicantur, num de quibusdam corporis partibus casuris: an de fasciis: an de iis, quæ affectæ parti ad sanitatem comparandam imponuntur, qualia sunt cataplasmata, medicamina, linamenta, laquei. nanque extra hæc tria genera nihil videtur ab ægrotantium corporibus posse cadere. quin & ab iis, qui librum hunc explanauerunt, sigillatim vnumquodque dictum est, non tamen omnia tria: quanquàm, si cui singula probabilia visa fuerint, poterunt & omnia videri. Equidem non alienum existimo accipere orationem hanc in linamentis, quæ, vel per se sæpiùs imponuntur vt ad sanguinis eruptionem, vel, vt medicamenta excipiant, vel, vt eadem superdata contineant. expedit enim prorsus ea decidere, at non citò, sicut neque laqueos: sed, vbi suppuratione facta perfectè caro producta fuerit, & circa venas san- G
guinem fundentes increuerit. At neque crustas etiam candenti ferramento, vel adurentibus medicamentis inductas, conuenit citò cadere. Sed complura medicamenta, quæ partim liquida putrescentibus partibus infunduntur, partim insperguntur arida, partim ad lienosos dantur, & ad aquam inter cutem summopere prosunt, quùm non celeriter decidunt: medicamenta item, quę, quòd benè inhæresçant, ἐγκόλλα dicuntur, ad alias partes atque affectus imposita valdè prosiciunt, si diutius contineantur: ad fracturas etiam, & ad humeri caput frequenter excidens, tum ad pedum, coxarum, renum, omnium articulorum tormentum, capitis'q; dolorem acutum, experti sumus admodum conferre, nisi citò decidant. è quibus quæcunque dicũtur ἐγκόλλα, cùm ita glutinentur, vt vix resolui possint, & corpori inhęrescant, vinculum non requirunt: alia verò decidunt, nisi fasciis contineantur, de quibus nunc loquitur. Inquit igitur /hæc autem sic, vt neq; premant, neque decidant/ quasi ita scripserit, quæcunque medicamenta non expedit citò cadere, ita vincienda sunt, vt affecta parte sub vinculo non coacta valenter teneantur, quod idem significat ac non decidãt. In his igitur, quæ extrinsecus superdantur, satis verba hæc excussa sunt: consideremus rursus, num de partibus corporis. illud verè dicatur/ casura sanè deteriora sunt, quùm citò cadunt/. non nulli siquidem orationem hanc falsam existimant, quos fallunt partes H
putrescentes, quæ celeriter excidantur necesse est. quod ipsum per se verum est, nihil tamen illi repugnat, multum enim interest inter ea, quę casura sunt, & quę excidi debent. sępè enim ossis testa, vel squamula tempore decidit, quas pręstat à natura compulsas tempore paulatim abscedere, quàm sub irritantibus pręsidiis, aut sub instrumentis resoluentibus cadere. quęcunque enim subita vi extrahuntur, sinus fistulis similes relinquunt: vbicunque casura subcrescente calloso quopiam vel carnoso remittuntur, locus quàm primùm plenus conspicitur, & celeriter ad cicatricem perducitur, si medicina modicè siccans, atque adstringens adhibeatur. Atqui non nulla etiam neruosa, & à membranis non abhorrentia, sæpiùs excidunt, paulatim tutò longo tempore suppurantia: quæ si cogantur vehementibus medicamentis, id est acrioribus, vel si instrumento quopiam, seu digitis nostris euellantur, reliquas partes afficiunt, inflammationem, febrem, delirium, neruorum distentionem concitantia. Iam verò ad reliquum, nempè ad tertium genus eorum, quæ cadere diximus, pergamus, hæ autem sunt (vt non nulli concipiunt) fasciæ, quas aiũt, vbi laxæ sunt, futurum'que omnino est, vt cadant, vtiliùs longiori tēpore cadere.

sed

A sed hoc falsum est, siquidem, quæ malè affectis partibus circumdatæ sunt, satius est cadere quàm celerrimè, ne dum tempore: atque adeò expectare non debes, dum illæ cadant, sed cito ipse iuncturam soluens rursus moderatius deligare. quare non nulli ex iis, qui sic exponunt, fatentur expeditius esse, laxas fascias citò cadere. Sed, quod ab Hippocrate effertur, præcise dicitur, nisi quiddam aliud intelligatur, vt vniuersa oratio sit huiusmodi /casura, quum diutius manent, deteriora sunt iis, quæ celeriter cadunt/. sed, si hoc detur /cadere/ minimè probabiliter refertur ad alias fascias. Ecquis tam diu expectat in iis, quæ sponte sunt casura, cùm possit celeriter soluere, & rectè deligare? alij verò in contrariam partem inclinantes, veram quidem dixerunt orationem, sed explanando verba contorserunt. nam, qui non contorta est hæc expositio? Casura deteriora sunt, quàm non casura, præstat tamen ea citò decidere. vt vna sentẽtia contineatur priori parte orationis hactenus /casura deteriora sunt/: & rursus ab alio principio orsi legamus /ταχέως ἀποπεσόντων, hoc est citò cadant/. At contorta est (vt diximus) hæc expositio iuxta figuram loquutionis σύναρθρον appellatam. adde quòd si illud /casura sanè deteriora/ in vniuersum accipiatur, falsum est, compluribus enim cadere bono est. Melius est igitur (vt narrauimus) orationem ad ea referre, quæ superimponuntur, & ad partes casuras: fascias vero, & postremam expo-
B sitionem reiicere.

24 *Ad quæ autem fasciæ spectant, vel quæ super alias dantur, vel quæ primæ iniciuntur, vel vtraq;.*

Supplendum est /hæc sunt/: dein protinus legendum / fasciæ quæ primæ iniiciuntur, efficiunt, vt quæ abscesserunt, propellantur/ & quæ sequuntur. /Spectant dixit ἔχεται, eo significans, quasi desiderant, & sibi vendicant. & spectant, quæ rursus omnia idem sibi volunt, nempè quæ vinculi vires sint, quæ ue opera. Voco autem nunc opera, non operas, sed effecta, quomodo domus opus est ædificatoris, fabri lectus, textoris vestimentum. In vinculis itaque, præsertim quæ ad fracturas adhibentur, binæ fasciæ obuoluuntur, antequam panni iniiciantur, secundum hos reliquæ. Priores duas Hippocrates proprio nomine dixit ὑποδεσμίδας: iuncturam verò, quæ ex his fit, nuncupauit ὑπόδεσιν. Audiamus deinceps ipsum dicentem, quæ præstare possint tam illæ fasciæ, quæ primò iniiciuntur, quàm fasciæ communiter. debuit autem primùm explicare cuius gratia vincula à medicis iniiciantur, quomodo primùm partitus est, asserens alia sanare, alia sanandi socia esse: tum qua via iniectum vnumquodque eorum sanet. ad curationis
C enim consilium respicientes idoneam iuncturam inueniemus. indicabit autem consilium valetudo, quæ curabitur. Hippocrates tamen non ita scripsit, sed hactenus præfatus, qualem adhibere iuncturam debeamus, transit ad opera, & vires ipsius.

25 *Fasciæ, quæ primæ iniciuntur, efficiunt, vt quæ abscesserunt, propellantur: hiantia coniungantur: contracta separentur: peruersa dirigantur: aut contraria.*

Abscessisse nunc dicit, quæcunque corpore integro cum aliis partibus iungebantur: hęc, cùm aduersa valetudo est, vnitatem & contactum non amplius retinent. Vnitas quidem abest omnibus fracturis, vlceribus, fissis, contusis: contactus verò abscessibus, sinibus, inflationibus, tumoribus. Hiantia dicit, quæ plurimum inter se recedunt, quod fit duobus modis, vel vbi ipsa tota, vel vbi oræ duntaxat inter se distant. Ergo consilium curationis est, quæ abscesserunt propellere: hiantia coniungere: peruersa dirigere, quod communiter ad omnia superiora pertinet. græci hoc ἐπανορθοῦσθαι & διορθοῦσθαι dicunt, significantes, quęcunque aliquo modo excedant, in statum restituere moderatum. Consilia igitur in vinculis adhibendis, hæc sunt: quanquam eo-
D rum vis non modò hæc præstat, sed interdum etiam contraria: cùm rectè iniiciuntur, hęc: quum malè, contraria. Meritò igitur in extrema oratione adiicit /aut contraria/. constituit enim ostendere, quid fasciæ, quæ primò iniiciuntur, efficiant, & non tantùm de rectè adhibitis tractare. In principio sanè huius orationis /ad quæ autem fasciæ spectant, vel quæ super alias dantur, vel quæ primæ iniiciuntur/ loquitur de omni vinculo, non de optimo tantum: si quis tamen de optimo tantùm velit ipsum agere, quod in extrema oratione additur, hanc sententiam habebit. Sicut in habitu præter naturam alia diducta, hiantia alia, non nulla peruersa conspiciuntur, sic videre licet alia vitia his contraria. corpore enim benè valente, quùm moderata cuncta sint, omne vitium inde oritur, quòd moderatio corrumpitur. Ergo, sicut quæcunque naturali habitu sunt, vbi cum quibusdam continuantur, vel quædam contingunt, amissa vnitate & contactu ægrotare & habere præter naturam dicimus, ita etiam, quæ neque continuabantur, neque se contingebant, vnitas & contactus morbo implicabit. quare, quùm hæc contraria sint, vbi curentur, contraria consilia exigent. Illa verò videbuntur rationi repugnare, quæ contraria sunt peruersis, directa que nuncupantur. oportebit enim, & hæc (quantũ ex proposita oratione colligitur) peruer-

tere,

tere, qui effectus non amplius est vinculi idonei, sed alieni. verum, si quis meminerit eorum, quæ E ab Hippocrate de femore, & de humero traduntur, comperiet his rectum habitum præter naturam esse. quum secundum naturam in exteriorem & priorem partem gibba sint. Sed quendam hoc latuit, qui femur humerum'ue transuersum fractum, primo quidem rectum composuit, tum callo glutinandum in eo habitu deligauit: sed, quum naturalem ossium habitum animaduerteret, eum'que seruandum esse intelligeret, sentiens fractum os non dum callo solidatum, aqua calida perfudit oleo copiose adiecto: dein vehementer extendens, primo quidem perfregit, vt initio fractum fuit, tum naturali figura seruata composuit, post hæc ita figuratum naturæ commisit callo glutinandum. Quare verum est non solum imprudentes medicos ob alienum vinculum contrariam vtilitatem superioribus afferre, sed optimos etiam de industria: quoniam, quæ præter naturam duplicata sunt, ad contrarias partes conuertunt: in iis, quæ coalescunt, coniunctionem soluunt. videmus enim quibusdam exulceratos digitos cohærere, ita labra, & palpebras. Spectare igitur hæc oportet in huiusmodi vitiorum curatione, quorum singulorum propriam iuncturam subiicit, primo proximis verbis agens, qua via parari fasciæ debeant.

26 *Iam verò Fasciæ parentur leues, tenues, molles, mundæ, latæ, sine suturis, sine eminentijs: ita valentes, ne extentæ rumpantur, & paulo amplius: non siccæ, sed eo humore madentes, qui singulis sit idoneus.* F

Scripsit iam antè de fascijs, sed mutila quædam, ex quo colligitur librum hunc, neque ab Hippocrate fuisse adeò politè limatum, vt edi posset, neque à filijs. nemo enim post obitum Hippocratis eadem, vel breuissima etiam oratione attigisset, sed vel hæc, vel quæ antè proposita sunt, resecuisset. dixit enim superius /fasciæ mundæ, leues, molles, tenues/ nunc adiungit opus etiã esse, vt latæ sint, sine suturis, sine eminentiis, tum valentes, non solùm sic, vt non rumpantur, quum vehementius extenduntur, sed eo etiã amplius, hoc est validæ sint, & firmę, quo fidelius teneant. Præcipit autem, vt sine suturis sint inæqualiter prominentibus, & sine eminentiis, quæ sunt in iis, quæ texuntur, interdum de industria, interdum inuito textore, oblongis quibusdam extantibus, modò ex ipso subtegmine, modò etiam ex purpura. sed & fœminæ in iis, quas vocant παυ-φὰς, data opera omnino hoc faciunt. quæ omnia caueri iubet. At quod inquit /fasciæ parentur latæ/ iis annumerari potest, quæ minus accuratè proferuntur. nam, si angustis comparentur, poterit quis redarguere, conferens eas cum iis, quæ iusto latiores sunt: sed si ad moderatas, quod à moderato in vtramuis partem recedit, siue amplius sit, siue minus, id omne vitiosum est. Quorsum adhibeantur tenues, leues, molles, mundæ, superius dictũ est. Quod addit /non siccæ, sed eo humore madidæ, qui singulis sit idoneus/ ad fascias quoque refertur. quo autem motus argumento id præcipiat, euidentissimum est. in nullo enim vinculo siccas admouendas censet, sed ex eo humore madefactas, qui σύντροφος, hoc est idoneus sit singulis vitiis, quę curantur. Siquidem cerato liquido simplici, & quod picem habeat, & vino nigro austero madefieri has docuit in opere de fracturis, & de articulis. Quòd si iniiciantur siccæ, præterquam quòd ea ope carent, quam afferunt madefactæ, comprimendo ipsas partes, quibus superdantur, earum calorem augent, atq; ea de causa proximorum locorum humores euocant ad sedem affectam: quod cum tumores excitet, cuiuis constat maximo esse detrimento. G

27 *Quæ abscesserunt quidem, eatenus, vt quæ sublimia sunt, sedem contingant: at non premant. Incipiendum verò à parte sana, & quà vlcus est finiendum, vt quod subest, effundatur, neque aliud vltra coeat.*

Siue fracti ossis partes præter naturam inter se recesserint, siue quæ coniuncta sunt, inter se dehiscant, siue magnum vulnus sit, coniungenda sunt, dum se tangant, non tamen vrgeant. H quandoquidem partes, quæ sic deligarentur, inflammatio & dolor inuaderet. De his autem nunc potissimùm loquitur, quæ ventriculi nuncupantur, id'que exempli causa, hoc enim ipse explanauit in sequentibus. Illud verò /eatenus, vt quæ sublimia sunt, sedem contingant, at non premant/ communiter refertur ad alia omnia, quorum naturalis contactus, vel coniunctio soluta est. sed, quæ proximè subiicit, cùm inquit /incipiendum verò à parte sana, & quà vlcus est, finiendum/ patet de tumoribus dictum esse. ab iis enim saniem effundi oportet, & glutinationis tempore nullum succum concurrere ad partem. quod sanè continget, vbi imum sinum adstringamus, dum comprimatur: tum paulatim vinculum laxemus, vsque ad os sinus, quod seruare apertum debet, & deuexum. sinus itaque, vbi puros reddiderimus, glutinare volentes, ea ratione deligabimus. At vbi latum os scapularum summum à iugulo recesserit, sublimior ipsius pars valenter comprimi, & cogi debet, nullum enim afferet incommodum eiusmodi pressus, quemadmodum, vbi iugulo comminuto altera pars eius sublimior sit: minus tamen comprimemus hanc quàm latum scapularum os summum, alias insuper fracturas minimùm, veriti

A veriti ipsam inflammationem. Nos itaq; de omnibus, quæ abscesserunt, locuti sumus. Hippocrates autem exempli causa de solis sinibus, in quibus deligãdis. moderationem aperte docuit. cum ait /quæ sublimia sunt/ hoc est, quæ abscesserunt. /sedem contingant, at non premant/ sedem videlicet id nuncupans, quod abscedenti corpori subiectum est. perpetuo autem debet inhærescere, insidere que quod admouetur. siquidem priusquam partes se contingant, nullo modo possunt inter se glutinari, glutinantur enim, cùm se contingunt, & non vrgent. In aperto sane est neminem simpliciter imperaturum, vt sinus, qui glutinatione indigent, ita vinciantur. cùm primò vindicandi sint ab inflammatione, dein purgandi, aut siccandi: præterea si quid carnis tabuerit, reficiendum: at nec fissa, nec contusa, quę ad vlcera simul & sinus spectant, per propositum vinculum conuenit curare, quùm primò incidunt, sed simul atque inflammatione vacant, & sicca sunt. In vtrisque autem dixit continui solutione carnosas partes affictari, cum eo quòd aliquid sanguinis inter eas subsistit, quod commune est abscessus & sinus. pars enim, quæ sic afficitur, quousque aperta non est, abscedere dicitur, id que vitium nominatur abscessus. Verum, si quà aperiatur, vt humor, qui receptus est, exitum habeat, vitium iam non amplius abscessus, sed sinus vocatur. Omnia igitur hæc mala perpetuò iuncturam postulant, cęterum non perpetuò simi-
B lem. quoniam superueniente inflammatione iunctura ne per se quidem expetitur: sicut neque vbi suppuratio fit: quùm sinus iam est factus, & caro increuit, moderata admodum opus est, ita, vt quę abscedunt, sedem non contingant, per os enim demittenda sunt purgantia, & aperientia medicamenta: vbi glutinandi tempus est, quod Hippocrates nunc agit, necessaria est vincien di ratio, quam tradidit. Sed neminem decipi velim existimantem velle Hippocratem sinus omnes ita deligari. ostensum enim est non omnes, sed quibus nullum aliud accessit malum, nempè quùm nec inflammatio est, nec putrescit caro, nec sordes aut succus subsistit. quoniam ipsi vnius generis soli per se suam curationem admittunt. Hęc autem abundè fuerunt à nobis diffinita in libris de ratione curandi.

28 *Atqui obligentur recta rectè, obliqua obliquè, eo modo figurata, & quo minimè lædantur, & quo fasciæ non premant, non laxentur: quem habitum non mutabunt, quùm suspendendi, aut collocandi causa, mouenda erunt: sed similiter hæc omnia se habebunt musculi, venæ, nerui, ossa, benè contenta, & benè suspensa.*

Recta & obliqua nunc dicit non partes corporis, sed abscedentia, de quibus agit exemplo dumtaxat sinus adducto, qui ad longitudinem eius, in quo fit, relatus, prorsum vel rectus est,
C vel obliquus. Rectum igitur nunc intellige decliuem, obliquum verò eum, qui talis non est. Vocauit autem rectum sinum, cuius os in inferioribus partibus situm est, imum in superioribus: obliquum verò, vbi spectat ad latera. Veruntamen fiunt etiam sinus, quorum situs his contrarius est, quippe quorum imum ab inferiori parte sit, os à superiori, quos, vt detur exitus saniei, imos aperire rursus oportet. quòd si os ab inferiori parte penitus non fuerit, sed à latere, necesse est commodum partis habitum & vinciendi modum, vt inde sanies excernatur, inuenire. tanta enim in talibus est habitus vis, vt sæpenumerò nos, eo variato, os, quod à superiori parte videbatur, in inferiori collocauerimus. Femur itaque, in quo sinus versabatur, os habens prope inguen, imum prope genu, sanauimus, quùm ita figuraremus, vt inguen genu superius esset, quod facilè cessit, ac sine dolore, popliti subiecto puluino molli: eadem quoque via sinus in posteriori parte cruris, quæ carnosa prominet, quorum os popliti finitimum erat, ad sanitatem perduximus, extremum pedem sublimiorem poplite collocantes: brachium præterea sinu detentum mitella suspendentes, sæpè curauimus, manum cubito altiorem constituentes: cubiti articulo similiter offenso, sic, vt sinus iuxta ipsum insidens à superiori parte humerum, ab inferiori brachium occupet, maximè accommodatur, qui nunc dictus est habitus, in quo articulus vtroq;
D osse humilior collocatur, cubiti scilicet & humeri, in quo casu, duabus vtimur fascijs, quarum vtraque à vitio orsa ad os, quod in articulo est, finitur. Ergo, vbi sinus rectus omnino sit, iuncturam adhibebis, quæ in neutram partem inclinet, perinde, ac si fractum membrum deuincias, quod rectum debeat contineri: sed, si ad latus conuertatur, vinculum æquè eodem spectet, & is habitus seruetur, quo sanies exitum habeat. Deligare autem debemus affectam partem in eo statu, quo continenda est, scientes ea, quæ mutantur, magnopere lædi, ita, vt necesse sit, non nulla ex his, quæ attollebantur, subsidere, quædam, quæ deprimebantur, assurgere: quo necessariò fiet, vt quæ attolluntur, vrgeantur à fascijs, quæ subsidunt, cùm fasciæ relaxentur, non contineantur. Dixit autem Hippocrates in fascijs, quæ premunt ἀποστηρίζειν: in iis, quæ laxantur, ἀπόστασιν: imperauit que, vt propriam sinui iuncturam iniciamus, eum habitum deligentes, sub quo neque fasciæ premant, neque laxentur. nam, vbi laxentur, coguntur affectæ partes mutari. Quòd si vinciendi tempore simpliciter obliquum sinum duntaxat spectemus, obliquam iuncturam admouebimus in eo habitu, in quo durare vitiatę partes non possunt, vbi contineantur, aut suspendantur. vbi autem alligatę partes moueantur, non nullę adstringentur, non nullę laxabuntur. quę in figurando mutentur, ipse nominatim exposuit, cùm inquit /musculi, venę,

venæ,nerui,ossa/ his enim continetur corporis moles. Intelligendæ autem venæ sunt iuxta maiorum consuetudinem,non solùm, quæ nunc venæ nuncupantur, sed etiamnum arteriæ.Mens igitur totius orationis hæc est: cuius singula verba non admodum obscura sunt, fortasse tamen non ab re fuerit ea paucis declarare. ἀναλήψεος, hoc est suspendendi vocabulum accipit in brachio,quod,vbi deligatum est,collocatur in mitella,quæ à cubito ad manum excipiens, ipsum sustineat: θέσεως, hoc est continendi in crure. Patet autem id, quod suspenditur comprehendi sub genere eorum,quæ continentur.In fine orationis /benè contenta/ εὔθετα dixit, /bene suspensa/ εὔχετα: illud ad crura,hoc ad brachia refertur. E

29 *Tum eo modo figurata suspendantur, & iaceant, quo minimè lædant, & secundum naturam sint.*

Non aliud est,quod minimè lędit, quàm quod secundum naturam est: sed vni & eidem contingit secundum naturam esse, & minimè lędere. quid hoc sit in opere de fracturis satis ab ipso expositum est: quod & hîc etiam suo loco exponetur.

30 *Quæ verò non abscesserunt, contraria ratione.* F

Quidam adiecta negandi particula /non/ scripserunt /quę verò non abscesserunt/ asserunt q̃, vbi abscesserit aliquid, vtendum esse vinciendi ratione superiùs posita, vbi non abscesserit, contraria. Ratio superiùs posita,incipiebat à parte sana,& super vlcus desinebat, coarctandi vim remittens. contraria igitur incipiet ab vlcere ac fractura, & superiùs procedet laxiùs adstringens. Sed qui verba hæc declarant citra negationem scripta, commonere ipsum aiunt, vt, vbi operam damus,vt quæ præter naturam contracta sunt,aut commissa,abscedant, superiorem vinciendi rationem immutemus.Perspicuum autem est,vbi ea, quæ admodum inter se iuncta sunt, quocũq; modo non conuenienter inter se concurrerint, deducere volumus, contraria vinciendi ratione opus esse. quin & in multis magnis vulneribus,in quibus, ima parte non sanescente, cutis agglutinatur,vel ex duplicatis oris altera super alteram excedit,item ad similitudinem orarum cutis,in illis fracturis,vbi fracti ossis extremitates altè sunt diductæ,quæ concurrerunt,abscedere debere, id quoque in aperto est. quod ipsum illis quidem ossibus accidit, quæ intrinsecus multum caua sunt.Hæc quidem per se vtilia esse certò scimus, quæ quis nunc reprehendere posset, vt malè adducta,eo quòd propositis verbis nullo modo accommodentur,ita enim habent /quę vero abscesserunt contraria ratione/.at non idem significatur his verbis /quæ verò abscesserunt/ atque illis, G /quæ verò vt abscedant,operam damus/.debuerunt hi sicut priores negationem pręponere verbo /abscesserunt/ sic'que orationem suæ sententię consonam reddidissent,scripturam'que ita mutatam potuissent suo iure exponere: nam,si ita habeat,vt nũc habet, eorum explanatio aliena est. Ne putes igitur hîc de iis tractari,quę operam damus,vt abscedant, hęc siquidem in sequentibus ostendet: sed de ijs,quæ abscedunt, & non dum perfectè abscesserũt,vel quamuis perfectè abscesserint,non dum tamen versa sunt in sinum.amant enim hæc primò curationem, quæ dolorem leniat,concoquat,& pus moueat: sed postquam ad suppurationem venerũt aperienda sunt,vt exitum habeant: tum si quæ remaneant inflammationis reliquiæ,qua parte continetur pus, quod effunditur,soluendę sunt ex toto: deinde (vt posui) siccare conuenit,& carnem producere: quibus factis,vbi vnus ipse relinquitur sinus nulli vitio iunctus, ac neq; inflammatio est, nec sordes,nec superat humor,aut deest caro,ad glutinationem veniendum. Ergo nihil mirum est,si iubet contraria fieri in his,quę abscedunt.nouit enim quilibet,qui medicinalem artẽ professus in operibus eius versatus sit,abscessibus,qui maturari possunt,inimicum esse, si quid eius humoris in pus versum effundatur,magis enim ad rem pertinet,expeditius q̃ est intus subsistentẽ reliquum iuuare. in quo casu affecta pars,quod ad morbum attinet, vinculum non requirit, cùm hoc adhibeatur, H non quo per se curet,sed quo iuuet curantia. Distat ergo abscedentium curatio à totis sinibus, in abscessibus enim expedit prius q̃ ad maturitatem peruenerint,nihil effundi: cõtrà in sinibus,excretis omnibus nihil intus relinqui. Pręterea abscessibus nullo ore prorsus est opus: sinus os requirunt,id q̃ apertum.Itẽ quę abscedunt,sub calido cataplasmate,& madefaciendi vim habente, coqui debent: sinus per vehementer siccantia puros reddere,siccos q̃ oportet. Ad hęc sinus proposito vinculo curantur: abscessus non alio nomine vinculũ postulant,q̃ sanantiũ pręsidiorũ cõmoditate.Sed Asclepiades illud /quę verò abscesserunt contraria rõne/ referens ad vinculũ,eius mentẽ vniuersam esse autumat.Quòd si partẽ sic figuratã deligaueris,vt fascię neq; premãt, neq; laxentur,hoc totum ſm naturã est: in iis verò fascijs,quę abscesserũt contraria efficito,hoc est contrario modo figurans deuincito.Scribit aũt ad verbũ sic /Si quo modo parte figurata vinculũ abscedat contrario figuratã alligato,vt si,vbi extẽto cubito humerum deuinxeris, fascia nõ maneat, sed recedat,cõtrà,atq; vbi extentus erat figurato, hoc est cubitũ inflectens ipsum denuo vincito. quoniam verò secundum naturalem habitum crura extenta sunt,si,quem iis curuatis deuinxisti, extendere ipsa iusseris,cùm musculi locũ mutent, diducetur fascia ab illis locis, à quibus musculi

A recesserunt, quòd contrario modo figurentur, atq; vbi curuata erant. siquidem crura extenta vin- »
cienda sunt, eo'que modo figurata continenda/. Hactenus Asclepiades, proximum iam est, vt »
ad alia verba transeamus.

31 *Vbi verò hiantia coniungenda sint, in cæteris eodem modo, tantùm ab vlterioribus aliquid adducendum erit, &*
paulatim comprimendum. Primò quidem minimum, deinde magis, maxima compressio contactu terminetur.

Reducamus in memoriam id, quod summatim Hippocrates à fascijs, quę primę iniiciuntur,
fieri dixit his verbis, quorum principium est /fascię, quę primę iniiciuntur, efficiunt, vt absceden
tia propellantur/ tum ea, quę hactenus ab ipso prodita sunt. supplebimus enim hac via id, quod
propositę orationi videtur deesse, sic, vt eo adiecto talis fiat /vbi verò hiantia cõiungere oportet,
in cęteris eadem agemus, tantum ab vlterioribus aliquid adducemus/ & quę sequuntur. Hiantia
verò nunc ab ipso dici existimandum est, quę, pręter quã q́ vltra debitũ inter se recedunt, vtranq;
etiam oram habent in exteriorem partem cõuersam: quod in vulneribus fieri constat, vehemẽti
interdum inflammatione accedente: vbi, cùm carne altè admodum vulnerata transuersus muscu
lus incidatur, deinde non glutinetur, iungatur q́;, sed magna inflammatio sequatur, sub quà ex-
B tenta cutis vtrinq; proximam oram attrahat, ab vtraq; parte vulnus hiabit. Eiusmodi figuram re
pręsentant labra inflammata palpebrę, & cutis quę glandem tegit: in capite etiam cùm aperta cu
tis est, vt locus terebrę sit, adiecta inflammatione hiantium speciem videmus, id q́; sępius accidit,
potissimum, vbi cute coacta spacium, quod in medio est, linamentis implemus. id quod interdũ
facimus, vbi aut musculorum vulnus transuersum altè insederit, aut sanguis eruperit, lintea car-
pta (quę μοτὰς vocant, id est linamenta) inserentes: atq; vbi timemus, ne cutis sanescat, vtrinq;
contracti musculi partibus non glutinatis. Postulant sanè cuncta hęc vitia & alia pręsidia, quę in
flammationem submoueant, verùm ipse nunc non quamlibet cuiusq; morbi curationẽ exequi-
tur, sed eam, quę propriè vocatur chirurgia. Hiantium igitur vinculum idem est, quod absceden
tium, quod ad reliqua spectat, orsum enim à parte sana paulatim ad cutem venit apertè vlceratã:
sed eo distat, q́ in his ab vlterioribus incipit, q̃ in abscedentibus, quod'que compressionem inten
dit vsq; ad hiatum. In sinibus igitur vinculum ab imo incipiebat: at in hiantibus non rectè inde
orditur, vbi quasi radix est, sed longiùs à parte sana. pręterea cutem paulatim adducit ad vlcus,
quam compressionem non remittit, sed paulatim intentum primo ambitu cutem premit, deinde
magis. Vocabulum /primo/ non nulli accipiunt in vno vinculo, non nulli in pluribus. q́ si ad
C vnum referatur, notabit vinculi principium: sin ad plures, primum vinculum vniuersum osten-
det. vtrunq; autem verè dicitur aliter in aliis affectibus, non genere, sed magnitudine inter se di-
screpantibus, siquidem oras leuiùs in exteriorem partem conuersas vno tantùm vinculo reduce
re ad naturalem habitum conabimur: vbi ampliùs hient, vi non cogemus, cùm primò deligabi-
mus, tunc enim magis ad rem pertinet insistere inflammationi, q̃ componere hiantia. Adiicitur
autem postremis verbis /maxima compressio contactu terminetur/ quoniam hiantia magis ad-
duci possunt, q̃ vt se contingant: sed vbi sic adducta sunt, alterum altero vrgetur, & dolet, eo'que
ipsorum inflammatio augetur. ducenda ergo sunt, quę hiant, vt se contingant, sed non vltra id.
Hęc autem scriptura dupliciter legitur, in quibusdam exemplaribus /maxima compressio conta
ctu terminetur/, quam agnouit Asclepiades: in alijs autem /maior compressio contactu termi-
netur/. quæ /maxima/ habet, sicut potior est, ita etiam vetustior.

32 *In diducendis iis, quæ contracta sunt, si inflammatio est, contraria ratione vti oportet: si ea non est, præparatione*
eádem, sed vinculo contrario.

Contraria ratio est contractionis, atq; hiatus, siquidem sub hoc labra plurimum inter se in con
D trarias sedes recedunt, sic, vt alterum in dextram partem, reliquum in sinistram conuertatur: con
trà ita inter se concurrunt quę contracta sunt, vt vel vnum alteri insidat, vel inter se duplicentur
quodammodo, vel instar eorum, quę inuoluta sunt, implicentur: id, quod interdum ob inflãma-
tionem accidit, non aliter q̃ contrarium malum, sub quo hiantis corporis partes plurimum inter
se diductę in contrarias sedes recedunt. Neq; mirum est, si ab eodem morbo inflammatione vide
licet, hi contrarij casus oriuntur, cùm non iisdem particulis vehementer inflammatis vtrunq; ac-
cidat, vt hient & contrahantur. in oculis enim, vbi exteriorem palpebrarũ cutem ingens inflam-
matio malè habeat, & intentione quadam proximum locum afficiat, palpebra ob inflammatio-
nem intenta, in exteriorem partem conuersa apertè deprehenditur: vbi non cutis, sed interior tu
nica, quę vsq; ad nigrum oculi pertinet, valde inflammetur, palpebra tunc in interiorem partem
trahitur. quę res, cùm ambabus accidit palpebris, morbum facit, quem χυμωσιν dicunt, sub quo
aperire ęger oculum non potest. quod vitij genus labris interdum incidit, tum cuti quę glandem
tegit, & ano: quorum causa eadem est, exteriores enim eorum partes inflammationis vi in inte-
riora vertuntur. eadem vitia & in fœminarum naturalibus versantur. simile quoddam accidit &
vulneribus, & iis, quę vtcunq; vlcerantur, interioribus enim partibus inflammatis peruertuntur

vlcerum labra in interiorem partem: sed concidunt etiam intrò, in quo casu extenuari & emacre E scere ac putrescere eadem labra necesse est. nam qui aliter fieri posset, vt promptè introrsum conuerterentur? Deficit etiam pars interior, vel quod non subministretur alimentum, quę res ad tabem perducit: vel quod subiectę carnis scalpelli opera plus iusto excisum fuerit, vel quod putrescens absumatur. Ergo huiusmodi affectibus succurrit idoneum vinculum, quod vbi inflammatio accedat, nō solùm per se non iuuat, sed onere etiam lædit. Adhibetur autem commoditate medicamētorum inflammationem curantium. quò spectans dixit Hippocrates debere nos, quę contracta sunt diducentes, vbi inflammatio quidem est, contraria ratione iuuare, hoc est à vinculo cauentes. qm, nisi magna necessitas vrgeat, vt quędam teneantur inflammatis partibus superiniecta, nullo modo deuincimus: cum q; hęc confidimus posse sine vinculo manere, fascias ad continendum non iniicimus. Accipimus autem lintea quàm tenuissima, & leuissima: ac circuitibus, quantū fieri potest, rarissimis, vel vno tantùm etiam contenti sumus: quę res plures medicos latuit inflammatis partibus, quà tumor esset, super cataplasmata imponentes duros & graues panniculos, multam lanā, plures fascias, quę per se omnia sunt inflammationibus aliena, cùm onere potissimum offendantur. Iam verò in iis, quę citra inflammationem contracta sunt, iubet, vt fasciarum præparatio eadē sit, quę prius: vinculum verò contrarium, atq; in hiantibus. Siquidem in illis fascia longè orsa, à F parte sana, euoluta ad ipsum hiatum procedebat, paulatim q; compressio eius intendebatur: at in contractis ab affecto loco incipientes fasciam euoluimus super cutem, quę iuxtà est. Adiungi verò hîc debet, quod ab Hippocrate prætermittitur, vt qui non constituerit ipsorum, quos memorat, affectuum vniuersam curationem docere, sed eam duntaxat, quæ manu adhibetur. nos verò vt sermo absoluatur, quod restat adscribemus. Vbi quid eorum, quæ contracta sunt (vt dictū est) diduxerimus subiectum locum, in quem labra inciderunt, implere linamentis debemus, vel idoneo medicamento, donec contractæ partes proximæ cuti æquentur, tum propositam vinciendi rationem admouere.

33 *Dirigere item vbi peruersa oporteat, cætera fieri eadem debent. In ijs autem, quæ recesserunt, adducendis, vincire opus est per fascias, quæ primò iniiciuntur: tum glutinare, atque suspendere: in contrarijs verò contrà.*

Corpus peruertitur, vbi aliquid sua sede, modo in exteriora corporis, modò intrò in spacium quodpiam laxius mouetur, quemadmodum in naso: qui, si quid vel ossis, vel cartilaginis in exteriorem partem recedat, ab exteriori parte deprauatur: sin in foramen interius, ab interiori, ad cuius exemplum reliquæ partes peruertuntur. Cōstat autem & in iis commune cuiusq; curationis G consilium præsidia ostensurum. est autem commune vbiq; consilium contrariis cōtraria curare. quocirca nunc etiam, quæ recesserunt, & per alia auxilia (de quibus tractare nunc propositū non est) & per fascias coniungenda sunt. docuit autem ipse deligandi modos huc pertinentes, iuncturam (vt ipse anteà scripsit) ad ea quæ abscesserunt, quæ hiant, & quæ cōtracta sunt: glutinationē, vt in opere de articulis ad ‖ nasum & maxillam: suspendendi rationem, quemadmodum, vbi in libro de fracturis inquit, ‖ Quod si vtroq; osse comminuto, vel eo, quod subiectum est tantùm, deligatum brachium mitella suspendatur, ea q; plurima circa fracturam detur, partes verò hinc atq; hinc suspensæ sint, homini necesse est os ad superiora peruerti: sin ossibus sic fractis, mitella manum duntaxat & cubitum excipiat, reliquum verò brachium suspensum sit, deprauatum spectabit deorsum. debet ergo brachium suspendi per mitellam latam mollem q; multum brachij cum prima palmæ parte æqualiter sustinentem/. Hæc igitur verba alienam suspendendi rationem, deprauantem q; indicantia, deprauatorum quoq; curationem demonstrāt. Demus brachium cuipiam in inferiora peruerti, suspendendum erit mitella angusta ab inferiori parte exceptum: at si sursum intendens deprauetur, ea vtendum erit suspendendi ratione, quæ in inferiora peruertit, per quam & regione iuxta primam palmæ partem, & cubito mitella cōprehensis, quod inter hęc H est, nulla re fulcitur. Consimili modo, vbi prima palmæ pars in superiora cōuertatur, iuncturam adhibebimus, quæ deorsum inclinet: hac complexi, quæ in vicinia cubiti sunt, alteram extremitatem à prima palmæ parte sine fulctura relinquimus. itidem cubitum in superiorem partē intendentem sic suspendemus, vt ipsum sine fulctura relinquamus. quæ suspendendi ratio efficiebat, vt, cùm non dum peruersus esset, in inferiorem partem inclinaretur. Sed (vt summatim dicam) quæcunq; deprauare possunt, quæ deprauata non sunt, eadem dirigunt, quæ in contrariam partem sunt peruersa. Ad horum autem similitudinem deprauantur, diriguntur q;, quæ in femore, & quæ in crure, cùm totum crus iacet. quod enim in brachio efficit suspendendi ratio, id iacendi in crure. sed supplere oportet /iacere/ vbi Hippocrates inquit /suspendere/. Illud autem in fine sermonis /in contrarijs verò contrà/ potest ad prædictos deligādi modos referri: intelligemus enim ipsum velle vitia, quæ iis contraria sunt, contrario modo vincta curari, hoc est iis, quæ peruertunt ea, quæ præter naturam recta sunt, quorum in superioribus mentionem feci.

Sect. 2. t. 29. & 43 7ª. 265. e. Et 266. f

Sect. 1. t. 51. 7ª. 231. a

GALENI IN HIPPOCRATEM DE OFFICINA MEDICI COMMENTARIVS TERTIVS

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Quæ in communi de Deligationibus dicta sunt, trahuntur ad rationem deligandarum fracturarum, sed pleraque in libris de fracturis & de articulis latius exponuntur.

1 A.lib.4.f.5.t.2.c.5.fol.484.b B

N fracturis, quod ad pannorum "attinet longitudinem, latitudinem, crassitudinem, numerum, longitudo quidem, vinculi longitudinem æquet: latitudo trium sit, vel quatuor digitorum: quod vero attinet ad crassitudinem, triplices dentur aut quadruplices: tot autem numero, vt neque plures sint, neque pauciores, quam vt ambiant.

Scripsit in opere de officina medici, primò de naturalibus iudicandi potentiis, quibus vniuersi homines & ad tractationem omnium artium, & ad totius vitæ rationem vtuntur, necessariæ siquidem fuerunt, non solùm ad propositam medicinæ partem, quæ manu medetur, sed ad omnes in medicina morborum notas (σημειώσεις græcè vocantur) quæ sanè iudicandi potentijs discernuntur: proximè in proposito opere docuit, quibus constet medicinæ pars, quæ manu curat: tertiò, qualem adhibere vinciendi rationem debeamus, tum ab affectæ partis natura, tum ab ipso affectu indicium sumentes. In propositis autem verbis de fracturis agit, quæ spectant ad commune vitium continui solutionem. sic enim ego solitus sum hoc morbi genus appellare: sed Hippocrates corpora, quæ hiusmodi malo torquentur, abscedentia dicit, quare & malum non iniuria abscessus nuncupabitur, fietq; abscessus morbi quædam species, quā græci ἀπόςασιν propriè vocant & ἀπόςημα. Hæc diximus, vt C in memoriam redigeremus, quæ in superiori expositione narrauimus: sed iam pergamus ad reliqua. De fracturis verba faciens, pannos ante omnia proponit, iubēs, vt horū longitudo sit æqualis vinculo, quod constat ex fascijs, quæ primò iniiciuntur, cùm eo nomine illi adhibeātur, vt has fulciant, atque immobiles teneant: latitudo trium, aut quatuor digitorum, hominis videlicet qui deligatur: tum quod ad crassitudinem pertinet, triplices sint, aut quadruplices, quoniam, vbi fasciæ, quæ primò iniiciuntur, fulctura egent firmiori, quadruplices, vbi non tanta opus sit, triplices obiici abundè putat. Illud autem euidentissimum est, quòd, quo magis comminuta ossa sunt, eo debēt firmiùs contineri. Numero autem tot, inquit, esse oportet, vt affectum membrum complectantur. at iugulum fractum, & costa, comprehendi in orbem nequeunt, sed magnitudo fracturæ in quibusdam pannorū numerum indicabit. iugulo ternos pannos, quadruplices plerūq; imponimus. duos quidem primos ad similitudinem literæ X, vt medium vtriusque, quà inter se committuntur, fracturæ obiiciatur. tertium extendimus super reliquos duos in longitudinem iuguli, vt ea, quæ subiecta sunt, adstringat, & fracturam ipsam adurgeat.

2 D



At quùm hi complendi causa iniiciuntur, longi sint, vt ambiant: latitudinis & crassitudinis coniectura fiat de eo, quod deest, id autē compleatur non confertim.

A.ibidem.

Miror Hippocratem non docuisse priùs vsum pannorum, deinde viam, qua quis eum possit cōparare. Vsus quidem "duplex est, vt cōtineantur fasciæ, quę primò iniiciuntur, & vt impleantur partes, quæ in extremitate tenuantur, quas ipse nominare solet ἀπόξυ & ὑπόξηρα, cuiusmodi brachium est iuxta primam palmę partem, & crus iuxta pedem, quibus iubet pannos in orbem circūdari, vt postquā iniectæ illæ fasciæ fuerint, quæ alijs superdantur, iunctura sit æquè crassa. Ergo, quùm pāni duplici de causa superdentur, & ad continendum, & (quod διαβῶσιν dixit) ad complendum, commonet, vt ita longi adhibeantur, vt corpus quod alligatum est, complecti in orbē possint: lati verò, & crassi pro eo quod complēdum est. nam, si longiores sint, q̄ vt partis ambitū

æquent, necesse erit extremitatum alteram alteri insidentem reddere membrum tumidum magis ea parte, quàm vtrinq; sic, vt iunctura inæqualis fiat, atq; idcirco laxior: sin breuiores fuerint, quàm, vt extremi se tangant, quùm inter ipsos aliquid inanis spacij relinquatur, iunctura itidem contraria ratione inæqualis erit, siquidem locus in iis necessariò reddetur inanis & cauus, perinde atq;, vbi longiores erant, gibbus & eminẽs. Edicit, ne huiusmodi panni semel subitò iniiciantur, sed paulatim, tenuiores quidem à superiori parte, crassiores ab inferiori. quòd si vnum subitò inieceris, locus talem habitum acquiret, qualem primò habuit membrum. E

3 *Ex fascijs, quæ primò iniiciuntur duæ sunt, prior ab affectu orsa in superiori parte desinit: altera ab affectu deorsum procedit, inde sursum finitur.*

Suprà quoq; ostendi fascias, quæ ante pannos affectæ parti primò iniiciuntur, ὑποδεσμίδας ab Hippocrate nominari. Scripsit autem in libro de ‖ fracturis quorsum vtraq; imponatur. prior namq; ex ipsis non modò prohibet, quod concurrit, sed & eius quod in affecto loco receptũ est, sursum aliquid expellit: altera non nihil sanguinis in vitiata parte superantis ad extremum membrum transmittit. Commune est vtriq; compositum os sine deprauatione continere.

Sect. 1. t. 23. & deinceps. 7ª. 227. g

F

4 *Adstringendæ autem maximè sunt, quà morbus est, extremis partibus minimè, alibi pro ratione.*

Ibidem.

Horum item ratio in commentarijs de ‖ fracturis exposita est. In vniuersum autem sub omni vinculo, vbi subiecta caro magis adstringitur, humor in ea contentus ad proxima loca propellit: vbi verò leniùs, admittitur quod procedit ab iis, quæ vehementius comprimuntur.

5 *Comprehendatq; vinculum integræ partis quàm plurimum.*

Qua ratione hoc quoq; consilium dederit, manifestum est, quia cùm vinculum integræ partis multum complectitur, firmiùs continetur, & humor ab affecta parte ad ea, quæ iuxta sunt, magis exprimitur, reprimitur´que valentiùs, quod à superiori parte descendit.

6 *At quod ad fasciarum numerum, longitudinem, latitudinem spectat, numero quidem tot accipiantur, vt à vitio minimè superẽtur, ut ferulas cõprimere non sinant, ut onere non lædant, ut inclinationis causa nõ sint, nec effœminẽt.*

Alij ferè omnes sub eodem nomine fascias habent, quæ primæ iniiciuntur, & quæ his superdantur: sed Hippocrates priores appellat ὑποδεσμίδας, quæ pãnis superdantur ἐπιδέσμους. has igitur quot, quàm longas, quàm latas, adhibere conueniat, nunc persequitur. Imperat itaq; vt tot sint, quot compositum os fideliter contineant. illud enim /vt à vitio minimè superentur/ id sibi vult quòd, vbi non superent, in contrarium incident, nempè vt cedant, & à vitio, hoc est vitiata parte superentur. quòd si tunc vincunt, quùm compositam partẽ immobilem conseruant, si quid hæc moueatur, iure dicet quis eas superari. Quod autem inquit /vt ferulas cõprimere non sinãt/ nihil ampliùs notat, quàm quòd ferulæ, vbi fasciæ iusto pauciores sint, membrum prement, hoc est cogent atque vrgebunt, quæ noxa violatam quoque sedem afficiet: quin si tot adhibueris, vt laborantem oneres, sic quoque peccaueris, quùm modum excedas. quæ duo cauentes fasciarum numerum coniiciemus, ea obseruatione adhibita, vt neque premant, neq; onerent. Sed ne fasciarum numerus (inquit) causa sit inclinationis, quam dixit περιῤῥέπειν verbo inde ducto, ꝙ iunctura tota in alteram partem dextram vel sinistram περιῤῥέπῃ, id est inclinetur, id quod accidit ob exuperantem numerum fasciarum. Vsurpat autem verbum effœminare, quod ἐκθηλύνειν dixit. quidam in partibus vitiatis accipiunt, vt quas redditurus sit infirmas & molles superimpositorũ linteorum numerus: alij in ipso vinculo, quod imbecillum fiet, quùm ferulæ, sub iniectorum linteorum numero laxiùs contineantur. G H

7 *Quod verò ad longitudinem & latitudinem pertinet, impleant trium quatuor, quinque, aut sex, longitudinem quidem cubitorum: latitudinem verò digitorum.*

Tot igitur digitorum, & cubitorũ, illius scilicet, qui alligatur, superdari vinculum iubet. neq; vnum statuit longitudinis & latitudinis terminũ, eo ꝙ nullum sit vinculum, quod adhiberi omnibus æquè longum debeat, sed numerum, longitudinem, & latitudinem fasciarum pro magnitudine fracturæ definit. atq; hoc est postremum vinculum, quod in opere de fracturis iniici voluit, quo tempore inflammatione à sede affecta sublata ueniendum est ad ferulas.

8 *Ambitus itaque panniculorum totidem sint, nec vrgeant.*

Imperat, ut panniculi toties fascias cingant, quoties earum unaquæque circuierit. Illud autem /nec urgeant/ ad modum refertur adstringendi. eatenus enim coarctari panniculi super fascias debent, ut firmiter maneant, sed non urgeant. At quid magis præstat, q̃ coniunctè hanc partem

contexere

A contexere cum priori, vt tota oratio sit huiusmodi: /Ambitus itaq; panniculorum totidem sint, vt ne vrgeāt/. quandoquidem premunt, vbi sæpiùs circumdentur. Expedit fortasse pro τοσαῦτα, id est totidem, legere τοιαῦτα, id est talia, σ tertia litera scilicet versa in ι. nam ambitus panniculorum qualitate potiùs, quàm numero vinculum exhibent moderatum.

9 *Mollia autem adhibeantur, & minimè crassa.*

Hæc omnia videlicet præcipit mollia adhiberi, & nō crassa, cauens, quemadmodum suprà de linteis diximus, ita etiam nunc, ne subiecta corpora comprimantur.

10 *Omnia quę hæc pro longitudine, latitudine, crassitudine quę sedis affectæ.*

Idem quoq; iam suprà dictum, vbi alia res agebatur, non huic dissimilis. Meminisse autē vbiq; conuenit ad vitiatæ partis longitudinem, latitudinem, & crassitudinem referri, quidquid de longitudine linteorum, tum latitudine, crassitudine, numero'ue propositum fuerit.

11 *Cæterum" Ferulæ, leues, æquales sint, ab extremo resimæ, ab vtraque parte vinculo paulo breuiores, crassissimæ quà fractura extat.*

A.lib.4.f.5.t.2. c.7.fo.484.g B

Spectant tam ferulæ, quàm panni, ad stabilitatem vinculi, ac firmitatem, panni quidem, vt fascias tueantur, quæ primò iniiciuntur: ferulæ verò, vt omnia, quæ subiecta sunt, muniāt, sic vt in vniuersum quatuor sint, quæ singula suum vsum præstant. In primis enim fasciæ, quæ primò iniiciuntur, compositum os continent, & affectum inflammari non sinunt: deinde panni, qui superdantur, delabi ipsas non patiuntur: tum ferulæ firmant, quas circumponi Hippocrates iubet leues, & planas. Est autem cōtrarium leui asperum, inæquale æquali, id q; quod asperum est, omnino inæquale est: at non sequitur, si quid inæquale sit, id prorsus asperum esse, quemadmodum nec via idcirco aspera est, quia inæqualis. potest enim cùm ascensu & descensu contineatur non aspero inæqualis & esse & appellari. quin & ferulas nihil prohibet leues esse, non tamen ęquales, nam vbi in latera, vel sursum, aut deorsum spectent, æquales vtiq; non erunt, poterūt tamen esse leues. Fracturis itaq; saluberrimum est ferulas nec asperas esse, nec peruersas, vtraq; enim de causa comprimunt, præterquam quòd, quæ peruersæ sunt, vinculum quoque peruertunt, quo deprauato pars etiam, quæ comminuta est, deprauatur. Monet autem, vt ab extremo resimæ imponantur. resimas intelligere possumus leniter ab inferiori parte derasas, cùm, quæ ad finem vsque æquali C crassitudine sunt, vinculum ibi æquè atq; in cæteris partibus contineant, quod minimè opus est facto. placuit enim ipsi mediū arctiùs adstringi, inde versus extrema laxari, extremis q; partibus omnium esse laxissimum: tum ferulas vinculo ipso breuiores superaccommodari, ne vltra ipsum vlla in parte cutem tangant, quæ sæpiùs intumescit, eò quòd humorem admittat sub fascijs depulsum. Crassiores item ferulas imponi voluit, quà fractura est, quandoquidem ad hunc locum potissimùm pertinent.

12 *Atque vbi partes gibbæ sunt, & natura minimum carnis habent, vereri oportet, quæ eminent, vt iuxta digitos aut talos, vel imponendo, vel breuitate.*

Cauere iubet, ne iuxta ossium eminentias ferulę superaccommodentur, id quod duplici ratione fit, vel vbi nullo modo ab illa parte ipsius vinculi dantur: vel vbi adhibentur breuiores, quàm vt ad eminentiam pertineant, prius q; desinunt, quàm illam attingūt, quod expeditius est. In quibus autem vitamus ferulas, ne quid lædant, ab illis planè abstinentes, dixit /imponendo/: at /breuitate/ cùm longitudini aliquid demimus, quasi ita dixerit: Cauere debemus, ne ferulæ tangant, quod eminet, vel non imponentes, vel breuiores dantes.

D

13 *Panniculi verò fulcire debent, at non comprimere primò.*

Paulò suprà proximè à fascijs panniculorum mentionem fecit, non tamen expressit panniculos illis superiniiciendos esse, sed illud nobis consequutio ordinis indicauit: nunc autem ait /fulcire debent/ id est firmare ac stabilire, cum eo vt ne premāt: id q; vbi primò vinculum iniicimus, ita, vt si homo sequentibus diebus rogetur, respondeat se nihil sentire, quod comprimat, cùm liceat nobis per panniculos ferulas coarctare. Scripserunt quidam /primò/ non in fine propositorum verborum, sed in principio sequentium, ita, vt habeant /primò inuoluere oportet ceratum, molle, leue, purum/. satiùs autem fuit cerato molli, leui, puro, in sexto casu accipere, ita, vt oratio reddatur: Primò circa fractam partem cum ipso circundare fasciam oportet.

14 *Ceratum," molle, leue, purum.*

A.li.4. f.5.t.2. c.2.fol.484.d

Non enim fascijs ipsis aridis iniectis solam vitiatæ partis cutem cerato inungendam censet, sed subinde singulos etiam fasciarum ambitus. nam, si cute tantum illita siccas fascias dederis, eo præsidio affectas partes priuabis, quod per ceratum erant consequuturæ, cùm lintea ceratum ipsum,

quod cutem madefaciat, abſorbeant, & eam ob id ſiccam reddant. Patet autem quam ob cauſam E ceratum eſſe molle velit, cùm eo in vicem perfuſionis vtatur, quæ perficere quidē hoc ipſum poteſt: ſed tutius id ceratum præſtat, præſertim vbi tunc aſſidere vſq; medicus non poteſt, nec miniſtrum nouit hominem laborioſum, qui'ue ſedulo det operam ægrotanti. Iubet inſuper, vt ceratū illinatur non ſolùm molle, ſed & purum, hoc eſt, cui nihil ſit immixtū propolis, ſordium, aut terreni vel arenoſi præter ceram. id autem protinus etiam leue erit, niſi propter eas, quæ vocantur ἐγκηρίδες, latius pateat leue, quàm purum. Leue autem λείη ab Hippocrate dicitur. quod verbū non ſolùm inuenitur ſic ſcriptum, ſed λίβη etiam, adiecta litera β ante η: tunc q; non leue, ſed liquidum ſignificat. Sic autē magis ſcribendum putant, quicunq; ſignificatione verbi /purū/ cenſent leue quoque contineri, liquidum verò dicunt è regione aridi eſſe, quod non eſt tale.

De Aqva Calida

15 *Quod ad Aquæ calorē pertinet, & copiam, calor vehementior non ſit, quàm ut infuſa ferri poßit à manu: Copiā, vbi relaxandum, extenuandum q; eſt, eſſe conuenit maximam: vbi caro producenda eſt, aut molliendum, modicam.*

Exigit fracturæ curatio, vt de aqua non nihil etiam dicamus. Vbicunq; igitur faſciæ reſoluun F tur, conſuerunt medici omnes fracturas aqua calida perfundere, vt potè eius opem euidenter experti. Verùm in duobus peccare ſolent, qui ea vtuntur, in modo & qualitate. in hac quidem, ꝙ calidiorem infundant, vel frigidiorem, quàm opus ſit: in modo ꝙ longiori, vel breuiori tempore faciant huiuſmodi medicinam. Temperamenti igitur in qualitate iudicem conſtituit manū ipſius curantis, qui manum ſuam aqua perfundēs, quam infuſurus fracturæ eſt, poteſt pro fractura temperationem iuſtam conijcere. latè autem patet, quam dico temperatio: & ad communem hominum ſpeciem, non ad offenſum duntaxat refertur, ea enim interdū & ipſi iuſta videbitur. Ergo, vbi primùm faſcias ſolueris, hac perfuſa poteris de homine quærere, nimis'ne calida, an gelida ſibi videatur: atq; ita calidiorem vel frigidiorem perfundens pro ægrotante appoſitè temperabis. Temperatum ergo aquæ calorem iudicari primò noſtra manu voluit, quem quidem propriè admodum perfectiſſime q; & omnium optimè iudicat ſenſus ægrotantis. Iam verò quādiu in perfuſione aquæ calidæ perſeuerandum ſit, ex eiſdem colligitur animaduerſionibus, quibus frictio, & quoduis præſidium calefaciēs. hæc ſiquidem admota, non modò euocare poſſunt ad affectam partem, quod iuxta cōtinetur, ſed etiam digerere. Quocirca aquæ calidę, & ob corporis modum, & ob diuturniorem & breuiorem vſum, contrarij eſſe effectus videntur. quoniam toto corpore G inani, digerit magis quàm euocat: contrà repleto, magis euocat quàm digerit. tum paruo tempore admota implet ampliùs quàm detrahat: ſed ſi longior mora in perfuſione ſit, digerendo plus poteſt, quàm implendo. Iure igitur dixit, vbi relaxandum tenuandum q; eſt, maximam copiam requiri: modicam, vbi molliendum, & caro producenda. Extenuantur protinus, quæ exinaniuntur: non tamen ita protinus relaxantur, quæ extenta ſunt, ſed aliis medijs interiectis. quæcunque enim multitudine diſtenduntur, cuiuſmodi ſunt omnia, quæ inflammatione tenentur, vbi exinanita ſunt, relaxantur: quæ verò frigore ſpiſſante, vbi calefacta ſunt: quæ ſiccitate diſtēduntur, vbi madefacta relaxantur. Rectè ergo ait aquā calidam laxare, vbi plurima corpori infunditur, cùm hæc præſtare valeat. Mirari verò te nolim, ſi diximus aquam calidam poſſe & ſuperātem humorem detrahere, & ſolidum corpus madefacere, alibi enim vtrumq; eſſe verum demonſtrauimus. Hæc igitur aquæ calidæ vis eſt, quæ, vbi pauca ſit, quid præſtare poſſit, proferre ſimpliciter non licet. ſi quis enim iterum vel tertiò infudiſſe, aut per ſpongiam fouiſſe, contentus ſit, operam penitus luſerit: ſed, ſi modicè perfuſione vtatur, Hippocrate auctore carnem producet, molliet'que, quibus eiuſmodi præſidio opus fuerit. Quorſum verò adiecerim /quibus opus fuerit/ cognoſce. moderata aquæ calidæ perfuſio graciliori corpore, ac repleto ſuperanti humore, calefactam partē H implebit: ſed, ſi corpus macrum ſit, & minimè repletum, carnem ſimul producet, & molliet. creatur enim caro in illis partibus, in quibus ali & creſcere debet, quùm temperatam naturam inter frigus & calorem habent, & ſanguis ſincerus iuſto modo ad illas confluit. vtrumq; efficit calidæ aquæ moderata perfuſio. quandoquidem ſanguinem cōcitat ad ſedem perfuſam: & ibi priùs exiſtentem carnem temperat, ſi frigida priùs erat, calefaciendo, ſi calida, refrigerādo, quùm calorem euocat ad exteriora, & vtili humore madefacit, atq; idcirco etiam refrigerat. quemadmodum balnea aquæ dulcis, hęc ſiquidem eos calefaciunt, qui ex itinere, immodico frigore emoriuntur: exuſtos verò non lædunt. videntur enim temperatæ aquæ ſolio delectari, & vindicari poſt balneum à ſiti. Id etiamnum valet perfuſio aquæ calidę, quæ ſi moderatè adhibeatur, carne implet, & ob id particulam reddit molliorē. caro enim nuper coacta mollis eſt, vt potè, cùm ſanguis haud ita pridem concreuerit, quoniam caſei modo, qui recens cogitur, generatur.

16 *In eo quod perfunditur, hac moderatione vtendum, vt, dum intumeſcit, finiatur, priuſquam reſidat. Primò enim attollitur, poſteà extenuatur.*

Modus

A Modus eius perfusionis,quę carnem producere,& mollire debet,est,vt desistamus,antequam perfusus locus incipiat residere. primò enim attollitur,hoc est in tumorem assurgit naturali maiorem,tum quia funditur sanguis,qui in ipso continetur, tum quia à superioribus partibus eo descendit: post hęc extenuatur, quia multũ sanguinis discutitur,tam eius, qui à superiori parte concurrit,quàm eius,qui ibi subsistebat.

17 *Contineantur autem molliter, æqualiter, & altiùs excitata quæcunque extant in corpore, cuiusmodi calx est,& coxa,ita,vt neque curuentur,neque peruertantur.*

Orationem hanc alij legunt, quasi totam coniunctè contextam: alij in duas partes seiungunt, & vtramq; seorsum explanant. Prior itaq; pars ita circumscripta est, vt suum habere absolutũ sensum per se possit. Ergo, siue contineri partes communiter intelligamus,vt sub continendi verbo comprehendantur etiam quæ suspenduntur,veluti brachium,siue ad solum crus referamus,optimum erit molliter contineri,& ęqualiter,& sublimiores. molliter quidẽ,ne laborans eo loci prematur,& ob prementium sensum inflammatione periclitetur, ne'ue coactus statum mutare, fractum membrum peruertat,quod seruari immobile debuit,& ex toto conquiescere: quæ verò in-
B ęqualiter continentur,dolent simul,& deprauantur,cùm alia parte sine fulcro sint, alia vrgeātur. non iniuria itaq; censet ęqualem habitum esse deligendum. ad hęc, vbi altiùs excitentur, defenduntur à materię cursu,cui,quùm opportuna sint,quæ in inferiorem partem inclinantur,inflammatione prehenduntur. Constat igitur prioris partis orationis sensum vnum esse posse, rectè'q; ita explanatam esse. Alterius verò partis,siquidem per se legatur,mens hęc erit. Quęcunq; in corpore extant,vt in calce & coxa,rectè contineantur,vt neq; curuentur, neq; peruertātur. Sed quia non adiectum est / rectè contineantur / idcirco non nulli eam pręcisam existimant, coguntur'q; cum priori parte ipsam coniungere. Rursus,si coniunctè ambę legantur,oratio non ampliùs manet communis,sed solùm ad continendum extantia pertinet. Qui in omnibus hęc accipiunt,cõmunem orationem fieri dicunt,eo quod cum extantibus partibus, & reliqua intelligantur. quin, & Hippocratem ostendunt,non in hoc libro tantùm, sed & in alijs multis, ex vnius vel alterius rei exemplo res vniuersas complecti. quùm id, quod proponitur, euidentia antecellat ea, quę sunt eiusdem generis,sic,vt ex ipso intelligantur,quemadmodũ nunc ex calce, & coxa. Etenim, cùm omnes eiusmodi partes,quando affectę sunt, molliter & ęqualiter iacere, & sublimiores haberi debeant,in extantibus qualis coxa est & calx, id maximè seruandum esse perspicuum est. Sepiùs
C autem diximus huiusmodi loquutiones prębere ansam aliis ad alia traducendi, sic, vt quod cuiq; visum fuerit,probabile credatur. quare de opinione,quę vera videatur,non conuenit sententiam proferre. Hoc igitur meminisse nos oportet,illud etiam non ignorantes in discrepantibus expositionibus,vbi in sententia non peccetur, non diu esse insistendum, satius enim esse, transire ad id, quod ad artem maximè pertinet,atq; in eo immorari,quod nunc facere prestat. Ergo,quùm conueniat partes omnes molliter collocādas esse, tum ęqualiter & sublimes, potissimùm quę extāt, qualis coxa est & calx,ad ea,quę restant,veniamus,vbi inquit / ita,vt neq; curuentur,neq; peruertantur /. Rursus hoc loci iis,quę ad artem pertinent,annumerari debet extantis partis collocandę peritia. hęc,si iusto altiùs excitetur,membrum curuabitur: si humilior erit, peruertetur ac presertim,cùm is error accidit, vbi primò collocatur. Quę verò pręter medicinalem artem in oratione sunt,longam requirunt explanationem. In commentariis autem de fracturis, sicut perfectè tractatum est de aliis omnibus,quę ibi pręcipiuntur,ita etiam de calce continẽdo,vbi ait / danda potissimùm opera est, vt imus calx optimè contineatur /. Sed consuerunt non nulli addere omnia vbiq;,totas'q; alibi positas orationes,quibus idem pręceptum continetur, adscribere, quod neq; biduo perpetuo fieri posset. quocirca scripta ita exponentiũ nemo legit breuiori spacio quàm annuo. Sect.2.t.77.7[a]. 241.
D Iam ergo quùm in libros de articulis & de fracturis commentaria scripserimus, hic tantùm monuisse necesse est. Si quis igitur eos libros legerit percurrens celerrimè,quod nunc proponitur,ad vlteriora pergat,doctus à nobis,qui periculum fecimus, perfectos fieri artifices lata plena'q; docendi ratione,non breui & compendiaria: quam alioqui vtilem esse non inficior,cùm paucis cõtemplationem vniuersam complectatur.

18 *Canalis verò crus non dimidiũ, sed totum excipiat. Spectetur autem morbus,& cætera, quæ oriuntur incommoda manifesta.*


Canalis cruri subiectus

Agit hîc, vt cum iis, qui commentaria de articulis & de fracturis legerint, id manifestũ appellans,quod quiuis vnus è populo intelligit. Nõ nulla siquidem ita conspicua sunt,vt vniuersis appareāt,qualia sunt, quę proximè præcedentibus verbis narrauit. omnes enim

intelligunt fractum membrũ molliter & ęqualiter esse collocandum, incommoda tamen, quę ca E
Sect.2.t.64.7ª.239.b nalis affert, non vident, nisi qui ab ipso perceperint in opere de || fracturis, his verbis, quorũ principium est, De canali, qui fracto cruri subiicitur, incertus sum quid dem consilij. causam verò,
Sect.2.t.75.7ª.41.f cur iure incertus sit, subiicit. Ac rursus alibi in || eodẽ opere, vbi incipit, Si quis ipsi femori canalẽ subiiciat. tum compluribus adiectis in extrema oratione adscribit, Canalis igitur, vel totum excipere crus debet, vel nullo modo adhiberi. Voluit autẽ propositis verbis canalis vsum necessariũ non esse, si adhibeatur tamen, subiiciendũ esse toti cruri inguinibus tenus, non ad genu duntaxat pertinentẽ. Ex illis ergo manifestũ est, quod proponitur hoc loco, neq; ipsum per se ipsum patet. quoniã quantum spectat ad verba /non/ dixit /ἤ/, quę vox accipi potest, quasi disiungat, sed eã ab ipso vsurpari ad negandũ scimus. censet enim canalem vniuerso cruri subiiciendum innocenter. Eodem modo etiam vsurpauit ipsam Homerus in eo carmine,

Tutari incolumem populum non perdere conor. » vbi /non/ dixit /ἤ/. quin & Thucidides etiã ita mutuatur. Vult autẽ spectandum esse morbũ, cuius gratia canalis admouetur, & alia omnia, quę lędere possunt. Morbus quidẽ est fractura grauis ossium cruris, ad cuius curationẽ opus est crure penitus immobili. canalis enim probatur à quibusdam, vt qui vtilissimè tũc subijciatur, quùm æger è lectulo surgit. id autem accidit, vbi vel desidere cupit, vel cubilis duriciẽ non ferẽs, F
Sect.2.t.64.7ª.239.b ad alterum transfertur iam tunc stratũ, quod in opere de || fracturis exposuit: vbi illud etiã ostendit, q canalis, si non sit longior, q̃ vt vltra genu pertineat, nõ prohibet crus, quùm mouetur: infestus q; est, & sępiùs comprimit. Imperat autem, vt morbum intuiti, cuius gratia canali vtimur, & ea, quæ canalis affert incõmoda, ipsum modò accipiamus, modò repudiemus. namq; vbi molestia, quam canalis exhibet, exuperet, vitandus erit: contrà, si vincat vtilitas, pręstabit crus, non vsq; ad genu tantùm, sed totum canali excepisse.

19 *Præter hæc porrectio, ab inferiori parte intentio, in diuersas partes ductio, cõpositio, alia q;, secundum naturã sint.*

In prioribus dictũ est porrectionem, quam πάρεξιν dixit vocari, quùm languens se ipsum prębet medico curandum. quo tpe medicus primùm cognoscit affectum ipsum infestantem: deinde ad curationẽ ipsam accingitur. At quùm necesse omnino sit affectam partẽ aliquo modo contineri, iure videtur secundũ naturam esse continenda: nam, si præter naturã iaceret, non mediocriter lęderetur. Postquã porrecta est, vel intendi solùm debet ab inferiori parte, vbi adeò tenera est, vt abundè sit, si à superiori parte teneatur: vel in diuersa diduci, vbi validior est. constat itaque, & hoc tpe satius esse ægro eum seruare habitum, qui secundum naturam sit. Quo facto proximum G est, vt componatur, ac tunc etiã conuenit eundem habitum tueri. Dehinc sequitur, vt cõtineatur, vel suspendatur, quæ duo non commemorauit nominatim, sed significauit, dum dixit /alia q;/. A.li.4.f.5.t.2 c.4.483.h

20 *De natura, quod ad actiones pertinet, animaduertendum est, quid requirat opus, quod fit, quod ad hæc: attendenda quies, medium, consuetudo. In quiete quidem, atque ocio considerare rectum habitum oportet, puta brachij: in medio, porrectionem, atque contractionem, quemadmodum, vbi cubitus cum humero propè ad rectum angulum figuratur: consuetudo idcirco spectanda est, quia non alius habitus faciliùs fertur, cuiusmodi est in cruribus, vbi extenta habentur. Quæ enim hoc modo collocantur, immobilia diu facillimè perseuerant.*

Præfatus in superioribus verbis /secundum naturam/ non immeritò hìc exprimit, quæ nam sit hæc natura, quæ ue sint eius notæ. Scribit autem /de natura, quod ad actiones pertinet, animaduertendum est, quid requirat opus quod fit/ quasi ita dixerit, naturalis habitus in actionibus quidem actionis proposito indicatur, & vsu, cui destinatur /quod ad hæc/ id est ad ea, quæ nunc proposita sunt, scilicet ad porrigendum, extendendum, componendum, collocandum, quùm homo ad nullum opus læsa parte vti debeat. Alias animaduersiones in peruestigatione habitus naturalis deinceps adiungit his verbis, /attendenda quies, medium, consuetudo/. quietem intelligit, H quùm homo feriatus ex toto in ocio est. vnde colligi rectum habitum testatur, sicut in brachio docuit, subiici cubitum volens, ei que radium insidere. Eo medio ait apparere habitum inter extremam porrectionem, & contractionem, quod scribit propè accedere ad rectum angulum cubiti cum humero, quem ipse ἐγγώνιον dixit, quo volunt habitum appellari, qui est ad rectum angulum, sic, vt cubiti os cum humero rectum angulum ostendat. Verùm additur /propè/ vetustis omnibus exemplis, quam scripturam agnoscunt, qui hunc librum explanarunt. bis autem peccatur in hac scriptura, si ἐγγώνιον accipiatur pro habitu, qui acutum angulum habet. Quùm quòd acutus angulus dicatur, qui recto minor est, nam, vbi recta linea super rectam ducta angulos efficit ab vtraque parte inter se æquales, vterque æqualium angulorum rectus est, sed qui recto minor est, appellatur acutus, sicut qui maior, obtusus. habet rectus angulus eam magnitudinem, cui nihil addi, nihil demi potest, sed acuti, & obtusi anguli numero sunt infiniti. in recto angulo, nulla penitus declinatio est, quandoquidem recta linea super rectam ducta tunc vtrinq; rectum angulum facit, quùm in neutram partem inclinat, at vbi linea, quæ rectum angulum facit, vergat in alteram partem rectæ lineæ subiectæ, inclinationes maiores minores q; fiunt innumerabiles.

Non

A



Non licet ergo, vbi quis rectum angulū exprimi simpliciter velit, dicere, propè acutum. siquidem prius intelligitur rectus, postea acutus, quoniam (vt retuli) vnus est rectus, acuti verò inumerabiles. meritò igitur dicet quis acutum quempiam angulum propè rectum accedere, sed, quum plurimi sint acuti anguli, intelligemus illum esse, propè rectum, qui parum abest, neq; concursum rectarum linearum, à quibus producitur, ita acutum habet. ex quam plurimis itidē angulis obtusis eos intelligemus propè rectum accedere, quibus rectarū linearū, à quibus fiunt, coniunctio modicè obtusa est. aliquem verò angulum propè ad acutum accedere incomprehensibile est, cùm acutus angulus non sit vnus. Non potest ergo ἐγγώνιον dici quod ad acutum angulum figuratur: tum quòd nemo ex grecis appellat aut ἐγγώνιον per duplex γγ, aut εὐγώνιον per εὐ syllabam, acuti anguli figuram, sed, quæ rectum angulum habet, ea εὐγώνιον

B per εὐ diphthongum, & ἐγγώνιον per duplex γγ nuncupatur. An ἐγγώνιον necesse est accipere id, quod ad rectum angulum figuratur, quod accidit, vbi cubitus cum humero facit angulum rectum: exquirere autem, cur Hippocrates prope, adiungit? Dicemus igitur & nunc, quod sæpius dicere consueuimus, obscuræ orationis explanationem non certò sciri, sed, si quid probabile sit, cum eo vt quod propositum est verum sit, & auctoris sententiæ non repugnet, accipiēdum esse. huc itaque incumbentes verbum /propè/ conabimur enodare. Statuamus ἐγγώνιον figuram, quùm vna sit, neque minui posse, neque augeri: nobis autem non licere brachium ita collocare, vt ossa ad angulum rectum sine vlla inclinatione inter se committantur, sed satis esse, si non ita multum ab huiusmodi figura recedant, presertim cùm neque Hippocrati placeat is totius brachij habitus. demonstrabo enim naturalem habitum prope rectum angulum esse, sed paulum recedere ad obtusum, hoc est spectare ad porrectionem: demōstrationem verò ab ijs accipiam, quæ ipse scripsit, nam de quiete ait, & de consuetudine, indagare nos posse naturalem habitum, ex ambobus coniunctis conficitur consilium vnum compositum, perinde quasi quis ita dixerit: Collocandi rationes, quibus iacere singulæ partes solent, quùm ociosæ sunt, in curationibus quoque

A. l. 4. f. 5. t. 2. :4.483.h eligi debent, nam in partibus commodè figurandis, id patet primò studendum esse, vt minimè

C doleant. Verùm, si huiusmodi quiescentium habitus à laborantibus non seruetur, sed alio modo iaceant sine dolore, haud diu mansuros esse manifestum est. Igitur, si respexeris ad homines ociosos, plerunque comperies brachia non penitus media, inter porrecta ex toto, & ex toto curuata, sed ad porrectionem magis accedentia, id quod etiam accidit in altera habituum oppositione. Cuncti enim homines, vbi defessi sunt, brachia aperientes, habitum eligunt medium inter pronum prorsus, & supinum, vt qui omnium maximè dolore careat, coguntur tamen paulum inclinare in pronum. Volens igitur Hippocrates hæc exprimere, cùm non esset, quòd rem pluribus explicaret, adiecit verbum /prope/. Quod autem ea ratione, quam dixi, inter cæteras maximè collocari cubantem iuuet, præcipuè intelligunt, qui sunt in eiusmodi artis operibus versati, hac enim oratione audita veram esse rem comprehendunt. Itaque, vbi mens auctoris propter obscuritatem dubia est, expositorem tueri auctoris sententiam, & propositæ rei veritatem oportet, sic enim, qui discunt, vtilitatem cōsequentur. Hoc igitur consilium seruare in omni expositione conor. quod quidam expositores, neq; si operam darent, assequi possent, vt qui medicinalium operum sint expertes, & cauillatorum vestigijs insistant, fiant que ex eorum numero, qui λογικοὶ ἰατροὶ vocantur, id est verbotenus medici, quorum causa vulgo suspecti sunt qui rectè vtuntur

D ratione. Hæc, & si raró explicentur, teneri memoria debent. Accedamus nunc ad ea, quæ proximis verbis subijciūtur, quemadmodum habitus inter pronum & supinum omnium minimè dolori est, cui assueti sunt ferè omnes plurimum tempus ætatis: ita etiam se res habet in cruribus extendendis, extenta enim crura iacere diu queunt immobilia. Mutandum verò necessariò non esse membrum in alterum habitum minus iocundum ostendimus in libro de musculis, vbi mutationis quoque causam adiecimus. quare id non amplius ostendendum est, sed in memoriam reuocandum, quemadmodum & illud etiam, quòd citò ad eundem habitum reuertemur. sed necessarium non est causam referre, longiorem enim sermonem desiderat. satius itaque est sententia Hippocratis ad vnguem seruata aliud quid pro causa tradere, quod iuuenibus magis expediat, quod'que à nobis disputatum est in libro de motu musculorum. Igitur in commissura humeri cum cubito, habitus naturalis medius est inter vtrunq; extremum, nempè eius, vltra quod porrigere, & eius, vltra quod curuare, brachium non licet. Apparet autem, vbi ossa carne nudentur, duobus processibus terminatum cubiti cauum, quo recipitur humeri ambitus cardinem repręsentans, quem duo tubercula medium complectuntur: tum in vltima porrectione posterior

cubiti

cubiti processus coniectus in sinum humeri posteriorem, non secus quàm in extremo flexu E prior in priorem. quibuscunque verò sinus posterior natura magis sinuatur, præter extremam porrectionem cubitum adducunt ad exteriorem partem, sicut contra, qui cum recessum iusto minus cauum habent, perfectè brachium non extendunt. Vt non sunt autem consimiles in omnibus structuræ articulorum, neque certi in omnibus extendendi fines, sic neque medium erit in omnibus idem. quare vbi medium habitum inter extremam porrectionem, & vltimum flexum naturalem, esse affirmamus, medium non ad vnguem accipimus, sed sic, vt latè pateat, quod medium Hippocrates appellat κοινὸν. Verùm, sicut nullo modo fieri potest, vt medius ex toto habitus seruetur, vbi nec adijcere latum vnguem, nec demere queas, sic non expedit brachium longè ab hoc medio figurari. Id enim interest inter artificiosam coniecturam, & eam, quæ artis est expers, quòd artificiosa exquisitam moderationem propè attingit, quæ artis est expers, plurimum non nunquam aberrat. Posset itaque Hippocrates iuxta hanc sententiam monuisse, vt seruetur habitus prope ἐγγώνιον, hoc vocabulo rectum angulum appellans, vt qui nos coniectura ductos, non longè recessuros esse ab exquisita moderatione existimet. Sed iamiam persequar, quod pollicitus sum me relaturum iunioribus, quod ad hunc locum maximè conferat. Habet consuetudo præcipuam in medicina vim, ita, vt à clarissimis medicis natura aduentitia nuncupetur. quam constat inter ea, quæ necessariò admodum spectantur, Hippocratem vbique numerasse in indicandi facultate tribuentem ei secundas, illa videlicet primas occupante, quæ à natura sumitur. collocandi enim ratio, quæ ab hac indicatur, eatenus inferior est, quatenus exquisitè in omnibus eadem esse non potest, sed pro cuiusque consuetudine variatur. Conspexi ergo quosdam totum diem considentes, qui artes exercent sedentarias, alios stantes, aut ambulantes: censui'que non immeritò ijs magis extenta figuranda crura esse, qui bonam temporis partem habere sic collocata consueriunt, ex contrario minus extenta, quibus curuata diem vniuersum detinentur. experimento autem rem comprobans, comperi qualem speraui. Brachiorum verò eadem est ratio, iacere enim ad rectum angulum debent, sed propius'ne accedere ad ipsum oporteat, an longius abesse, ex consuetudine intelligitur. Verùm homines, quùm quæ à ratione excogitata sunt, experimento dijudicant, tunc rei excogitatæ certum indicium habent, vbi experimentum à ratione non dissentit. itaque præceptum hoc ab omnibus amicis comprobatum firmiter iam constitutum est ad hæc maximè pertinere. Arbitramur ergo Hippocratem voluisse habitum, qui ad rectum angulum ad vnguem est, pro consuetudine variari: mutationem verò exiguam esse, hoc est, prope rectum angulum accedere. G

21 *In mutatione verò, postquam adhibita intentio est, hæc similiter se habeant, quòd ad habitum pertinet & situm, musculi, venæ, nerui, ossa, benè admodum contineantur, & bene figurentur.* A.l.4.f.5.t.1.c. 4.483.h

Hæc superius etiam dicta sunt, si quis autem ex toto ipsa detraxerit, præceptis nihil dempserit. Accidit enim in huiusmodi libris, quibus multa summatim continentur, vt auctor easdem res aliter atque aliter adscribat, ea de causa, vt consideret, quibus verbis, eas potissimum explicet: librarius verò postea, vbi repperit scripta non nulla in margine, non nulla in ipso spacio, in quo contineri scriptura solet, vniuersa in ipsum spacium cōgerat, quo ordine maximè censet conuenire. Id igitur, quod propositis verbis ostenditur, eius generis est. Complura diximus attendi tempora in eo, qui curatur, primum, vbi ad medicum accedit aliquo prorsus modo figuratam habens affectā partem: alterum deinde, quùm se præbet medico, qui intuitus partem, & vitium eius cognoscat, & qua præparatione ad curationem opus sit. Sequitur deinceps tempus præparationis, & postmodum intentionis, tum ossa componendi, vbi fracta fuerint, & restituendi, vbi prolapsa, dein alligandi, postremum omnium est tempus suspendendi in brachio, continendi in crure, & in locis iuxta spinam, & caput. Ἕξιν igitur, id est habitum hîc vocauit παρὰ τὸ ἔχειν, quod habeat eam rationem, qua partes continentur figuratæ eo tempore, quod ab iniecto vinculo proximum est: huic è regione opposuit situm eorum, quæ continentur, nempè triū crurum, capitis, & totius spinę, sic, vt habitum accipere in alijs debeamus, vt puta in iugulo, brachio, latere, capite humeri, lato scapularum osse, malis, maxilla, & siquid aliud simile est. censet enim opus esse, vbi predictę partes affectę mutantur, non nullas rectè iacere, puta quęcunq; contineri possunt, non nullas rectè figuratas haberi, nempè, quę contineri non possunt. Dixit autem, quę continentur εὔθετα, alia verò εὔοχετα. cætera in alijs ex dictis temporibus diuersa sunt. Commune est omnium vnum & idem naturalis scilicet partium status, ad quem spectare iubet illum, qui postremo tempore vinculum diu seruandum constituit. nam, si membrum alio modo figuretur, dum alligabitur, postremo tempore etiam mutabitur musculorum, venarum, & neruorum positio, ac neque εὔθετα erunt, neque εὔοχετα, hoc est neque rectè continebuntur, neque rectè suspendentur.

Intendere

22 A *Intendere autem illa valentissimè oportet, quæ maxima sunt & crassissima, & vbi vtrumque os comminutum est: minus vbi id, quod subiectum est: minimè, vbi id, quod superius.*

Intendere (inquit) valentissimè oportet, quæ maximis & crassissimis ossibus continentur, & corpora, quæ ipsa cingunt, hoc est musculos. hi enim sunt, qui potissimum intentione indigẽt, vt quibus maximè vis insit ad sua initia recurrendi. ex harum partium numero est femur, deinde humerus & crus, post hæc brachium, postremo, quæ iuxta manum sunt & pedem. excipe hic quę in spina sita sunt. Sed quod ait /vbi vtrumq; os fractum est, magis extẽdere oportet/ intellige cubitum & radiũ: qđ verò subijcit /minimè/ id est leuissimè, ac maximè moderate: /vbi id, quod superius/ accipe in brachio radium. quæ omnia (vt retuli) discussa sunt in opere de fracturis.

23 *Quòd si iusto valentior intentio adhibeatur, noxia erit, præterquã in pueris: partes aũt paulo altius excitentur.*

Si ossa in pueris, vel vbi franguntur, vel vbi suis sedibus excidunt, minus quàm expedit, extendantur, tantùm rem procedere non sinent. nam nec componentur quæ fracta sunt, nec quę prolapsa sunt, restituentur: sed si valentius extendantur, proprium affertur detrimentum. quo qui-
B dem tempore vis adhibetur, dolor excitatur, postea inflammatio superuenit, febris, neruorum distentio, & interdum etiã resolutio. quod testatur se vidisse Erasistratus in humeri capite nimium extento. Minus tamen alij pueri lęduntur, si vehementius extendantur, propter humorem corporum & molliciem. nam, vt lora plurimum citra noxam distẽduntur, quùm mollia sunt & madida, abrumpuntur verò, cùm arida sunt & dura: ita musculi, atque nerui, quùm madent, & molles sunt, ducentem facilè subsequuntur, neque multum dolent, neque rumpuntur: sicci verò & duri, quùm, nisi magna vi cogantur, extendi nequeant, grauiori dolore vrgentur, non solum si iusto magis, sed etiam si modicè intendantur. in eo enim casu neruorum ac musculorum fibræ conuelluntur, rumpunturq;, quorum nihil manet pueros, neque enim postea inflammatione, atque idcirco febre, delirio, neruorum distentione, ac resolutione, prehenduntur. Ipse igitur de pueris verba fecit, quæ transferenda nobis sunt ad eunuchos, fœminas, tum ad eos, qui natura siue consuetudine madent, & molli carne sunt, cùm istiusmodi corporum temperamenta ducenti facilè pareant, neq; sentire offensam vllam grauiorem soleant, si vltra debitum extendantur: at quibus vel natura, vel consuetudine corpus induruit, vix cedunt extendentibus, atque ea de causa minus ipse censuit à medicis esse extendendos, valde siquidem lęduntur, vbi immodica vis ad-
C hibeatur. Quod verò ait /partes autem paulo altius excitentur/ item duplici de causa proponitur, & vt fidelius contineantur, dilabuntur enim, quæ contraria sunt: & ne doleant.

24 *Bene repositi articuli exemplum sit ille, qui cognominis, qui par, qui similis, qui sanus est.*

Cognominem Hippocrates dixit ὁμώνυμον. satius autem fuit dixisse συνώνυμον, alia enim sunt ὁμώνυμα, quàm quę hic tractantur. homini quidem homo, & equus equo, tum canis terrestris terrestri, marinus marino, συνώνυμος est. quæcunq; autem nomina in multis singularibus speciem vnam significant συνωνύμως in ipsis dicuntur: contra ea, quibus differentes species appellantur, vocare solemus ὁμωνύμως dicta, & quę sub ipsis sunt, atque exprimuntur, ὁμώνυμα habentur. quî dicetur igitur brachium brachio comparatum ὁμώνυμον, quando speciem eandẽ habet? Sed non expedit in verborũ controuersia immorari. Quę sequuntur magnum in medicina momẽtum habent, quibus iubemur, cùm prolapsum articulum in suam sedẽ restituimus, vti exemplo cognominis, paris, similis, sani. cognominis quidem, vbi humerus cum humero cõfertur, cum brachio brachium, femur cum femore, crus cum crure: paris in eodem homine, & non in alio, quam rem in opere ‖ de articulis declarauit his verbis /spectare quę in articulis, non quidem alterius homi- Sect. 1.t.34.7ª. 257.f
D nis/: pari autem adiecit similem, potest enim, cum quo confertur, par esse, vt sanè similis non sit, cùm sæpe alter humerus vitio quopiam tabuerit, aut abscessu ęgrotauerit, vel crus valgum sit, aut varum: atq; idcirco sanum rursus adscripsit, ne quid nos perperam accipiamus, nõ grauatus verbum, quantum est in vi, idem penitus iterare, nam, quod par est, vtique sanum est, si simile sit, nisi vbi vtrumque membrum eodem modo sit affectum. tunc autem in alijs hominibus spectandum erit, in quo casu conuenit simili sanum adijcere, sed, si in eodẽ homine consideretur, abundè erit dixisse sanum, quod simili comprehenditur. fortasse autem Hippocrates vtrumque scripsit, vt in alijs scriptum inuenitur, animo accipiendi non vtrumque, sed alterum tantum, librarius verò vtrumque adscripsit.

25 *Frictio ad resoluendum valet, & adstringendum, præter hæc ad implendum, ac minuendum. Nam, si dura sit, adstringitur corpus: si mollis, resoluitur: si multa, minuitur: si modica, impletur.*

Adstringere intelligit durare: resoluere, laxare, & mollire: minuere, extenuare. sub dura enim frictione carnẽ pertractatam verisimile est reddendam esse frictioni similẽ, dum adstringitur premiturq;: sic & sub molli carnẽ similem afficiendam, eo ꝙ contraria pręstet, atq; dura: multa insu-

per,

per,cum demere plurimū poſſit,extenuari corpus probabile eſt: ſed non ſimiliter plerunq; refici E ea quæ multę contraria eſt, pauca videlicet,verū modica,quod ſuperius dixit de vſu aquę calidæ. pauciſſima enim fricatio,non ſecus,ac exigua aquę perfuſio, nihil efficit,quod ſenſu percipiatur. Perfricare igitur oportet,vbi implendū eſt,quoad indicia conſpiciātur,quę tradita de perfundēdi moderatione fuerūt,quùm ait /dum intumeſcit priuſquā reſidat finiatur: primò enim attollitur, poſtea extenuatur/. demonſtrauimus autem in ſecundo de tuenda ſanitate ex ijs,quæ frictio præ ſtat,nihil ab Hippocrate prætermiſſum. Illud verò,quod multos latet,ignorare nō oportet,quā-uis ἀνὰ ſurſum ſignificet,τρίψις frictionem, ἀνάτριψιν vocari à grecis nō modò eam frictionem, quæ ab inferiori parte ſurſum procedit, ſed quamlibet, quouis modo intendat: raróq; legi apud ipſos vocabulum τρίψεως,conſuerunt enim appellare ἀνάτριψιν,quam nunc dicimus τρίψιν.

26 *Sed,quod ad vinciendum attinet primum vinctus premi ſe maximè dicat, quà vitium eſt, extremis uerò partibus minimè: fulciri item faſcias, & non vrgere ſe, id que non vi, ſed numero, eo ipſo die, quo deligatus eſt, ac nocte paulo magis,poſteriori minus,tertio autem laxari. Reperiatur poſtridie in extremitatibus tumor mollis,tertio die cum reſoluitur, quod vinculo exceptum fuit,extenuatum. Id que ſeruandum eſt quotieſcunque alligatur,cum q́ue iterum vincitur, intelligendum eſt conuenienter ne iniectum vinculum fuerit. In poſterum enim expedit plura atq; arctiora lintea dare, ab hinc tertio die plura adhuc atque arctiora, deinde ſeptimo die à primo reſoluto vinculo oſſa gracilia* F *in conſpectum veniant,& facile tractentur. At, vbi ferulis alligatis locus gracilis ſine prurigine,atque exulceratione fuerit, ſuperſedendum eſt vſque ad vigeſimum diem ab ictu: ſi quid ſuſpectum ſit, ſoluere interim ferulas conuenit, & tertio quoque die coarctare. Eodem autem modo figuratæ habendæ partes ſunt, dum ſuſpenduntur, dum continentur,atque dum alligantur.*

Fulcimenta conſtat à græcis appellari,non ſolum ἐρμάσματα, ſed ἐρείσματα, vel ex eo, quod Poeta ait in eo carmine, ὑπὸ δ' ἥρεον ἕρματα νηῶν. ad cuius ſimilitudinem fulcire dictum eſt ab Hippocrate ἡρμόσθαι,quod quaſi inſidere ſignificat,& inhęreſcere. Id autem fieri iubet linteorum numero magis q̄ preſſu, caueri enim per ſe voluit linteorum preſſum. Sed hæc & alia multa,quæ & præpoſitis & ſequentibus verbis continentur, abundè explanata ſunt in opere de fracturis, & de articulis. quare, ſi quid obſcurum eſt, non eſt, quod exponamus,transferamus q́ue huc quæcunque ibi perfectè prodita ſunt, atque ideo quaſi rem apertam prætermittendum exiſtimo. ille enim qui non modò magis appoſitè, quàm ego, ſed, qui omnium optimè potuit dicendo ſenſa mentis aperire turpe duxit,

Quod clarè expreſſum eſt iteratis dicere verbis. G

His igitur relictis, vt potè, quæ plana ſunt ijs, qui commentaria de fracturis & de articulis legerint, ad ea, quæ reſtant, progrediar.

27 *Capita figurandi ex conſuetudine & natura vniuſcuiuſque membri colliguntur: Species verò,ex curſu, ſtatu, cubandi ratione,ex actione,& ocio.*

Apertè quoq; ex his verbis intelligitur librum hunc,qui ſummatim rē complectitur, poſt obitum auctoris editum fuiſſe. nam, qui huiuſmodi libros excribunt, ſi qua ſint, quæ duobus modis,vel in margine etiā,appoſita ſint ab auctore, vt poſtea cōſideret vtro exprimere mētem ſuam prę ſtet,ſoliti ſunt omnia deſcribere in ipſo opere.quis enim adduci poſſet,vt crederet eum voluiſſe hic eadem iterare nulla ratione cogēte,prę ſertim cum ſummopere ſtudeat breuitati? Sed cùm maiores noſtri hæc duxerint explananda,nos quoq; illos ſequemur. Patet igitur capita collocādi dicta eſſe quaſi propoſita, ad quæ intendentes idoneū cuiuſq; partis habitū inueniemus. quin & conſuetudinem vnū eſſe ex ijs propoſitis ſupra memorię prodidit,cùm inquit,Pręter hęc porrectio, intentio, in diuerſas partes extenſio, compoſitio, alia q́; ſecundū naturam ſint. De natura, quod ad actiones pertinet, animaduertendum eſt,quid requirat opus,quod fit: ad hæc, attenden H da quies,mediū,conſuetudo. in quiete quidē atq; ocio conſiderādus rectus habitus,puta brachij: in medio porrectio,& contractio, quēadmodum,vbi cubitus cum humero propè ad rectū angulum figuratur: cōſuetudo idcirco ſpectāda eſt, quia nō alius habitus facilius fertur, cuiuſmodi eſt in cruribus,vbi extenta figurantur,nam,quę collocantur hoc modo,diu facillimè poſſunt immobilia perſeuerare.hęc cū paulo anteà ſcripſerit,qui deterius iterū hic repetet? Propoſita igitur cōſuetudine & natura vniuſcuiuſq; mēbri, deinceps ſpecies hoc eſt differentias ipſorū colligendas eſſe ex actionibus arbitratur. Non nulli verbo /ſpecies/ adiecerunt /mēbrorum/ ita, vt oratio ſic habeat /ſpecies membrorum/.de cruribus autem gratia exempli dixit/ex curſu,inceſſu,ſtatu/cui addidit cubādi ratione/ quod idem eſt,ac verbum ſuperius ſcriptum, videlicet /quies/. his rurſus ſubiecit /ex actione & ocio/ actionem accipiēs pro inceſſu,curſu, ſtatu, ſingularibus actionibus, ocium verò pro quiete. Quare nihil amplius his verbis exequitur, quàm actionem & quietem. Neq; propterea, quod in principio huius orationis naturam membrorū nominauerit,exiſtimari velim alterum nunc collocandi modum indicaſſe, cùm nullum aliud naturæ tradiderit indicium præter actiones, quod totum ſic habet, quemadmodum in verbis paulo ſupra ſcriptis docuit.

A docuit. quocunque autem tempore curationis eorum affectuum, qui manus auxilium desiderant, vnus seruandus est partis habitus, qui secundum naturam est, quem inueniri ait ex quiete atque ocio, id est vbi quis conquiescit: tum ex medio, quod scilicet est inter extrema: atq; ex consuetudine, sub qua actio & quies manifestè comprehenditur. Hęc itaq; duo maximè communia indicia, medium scilicet inter extrema, & consuetudo vniuscuiusque partis, naturalem habitum nobis exponent. ego autem in libro de motu musculorum hæc persequutus & partium compaginem indicans, quam ex ratione corporum incidendorum inueni, naturalem partium habitum iuxta Hippocratem in libro ‖ de fracturis docui. Videri autem possunt diuersa de propositis rebus dici, cùm alias alia verba & nomina vsurpentur, veluti cùm quis dixerit collocanda esse membra, quemadmodum minimè lędunt, non alium habitum inueniet, quàm eum, in quo detineri solent quiescentes, qui medius quoque est inter extrema: sed & indicatione sumpta à partium compagine hic idem inuenitur. Sect.1.t. 16. 7ª. 226.g

28 *Quoniam labor firmat, ignauia resoluit.*

Hoc etiam peranguste traditum fuit ab auctore, quod fortasse constituerat dilatare in eo libro, quem erat editurus. Legitur autem in quibusdam exemplis /quid labor firmat, ignauia resoluit?/ proponente sibi ipso auctore rem exquirere vtilissimam non modò ad medicinæ partem, quæ manu, sed & ad eam, quæ victus ratione medetur. omne igitur corpus, vbi in ocio degit, effœminatur, & imbecillum redditur: firmatur autem & vires colligit, vbi quid faciat, hoc est aliquem vsum præstet. cuius orationis duo fidem faciunt, experientia omnium, qui animaduertunt euidenter apparentia: & indicatio, quæ à naturali compagine sumitur, quam in libro de tuenda sanitate explicauimus. Quod verò ad chirurgiam attinet, non debent diu affectæ partes haberi immobiles, sicut non nulli securitatis gratia faciunt: sed inflammatione sublata modicè dimoueri, quod primò tantùm faciendum est, quùm affectæ sedi calida aqua infunditur, deinceps in balneis, postea etiam sine his.

29 *Adstringendum est numero potius, quàm pressu.*

Item hoc ipsum ab auctore summatim per se scriptum à librario sanè huc translatum fuit. supra enim clarè perfectè q; explicatum est, nunc præcise adscribitur. Supplere autem oportet /linteorum/ vt vniuersa oratio sic habeat /adstringendum est numero potius linteorum, quàm pressu/.

C

30 *Vbicunque sanguinis suffusio est, seu contusum, siue abruptio, siue tumor, si inflammatio non est, sanguinis plurimum à vitio sursum expellatur, paulum verò deorsum. Sed nec brachium, nec crus dependeat. Fascia autem ab affecto loco incipiat, ibi q; validissimè insidat, extremis verò partibus minimè, medijs modicè: extrema item sursum adducta vinciatur: numero q; potius quàm compressu fasciæ adstringant. Huc autem maximè accommodantur tenues, leues, molles, mundæ, latæ, valentes, vt quæ sine ferulis adhibeantur. Perfusione insuper copiosa vtendum.*

Hippocrates iuxta Ionum linguã (vt solitus est) contusum appellauit φλάσμα per φ, id quod à nobis per θ θλάσμα dicitur. accidit autem hoc vitij, vbi graue aliquid decidit in corpus, quod quasi carnem abrumpendo, atterendi vim habet. Verùm vbi contusa caro ad regionem, quę sub cute est, sanguinem transmittit, hæc sanguinis suffusio dicitur ἐκχύμωμα, sub qua cutis inuiolata seruatur. scindi autem tenues venas cum carne, vbi id exoritur, manifestum est. Incidit autem abruptio (quod σπάσμα dixit) quùm musculorum fibræ plurimum extẽduntur, ita, vt non nullæ abrumpantur, cuiusmodi mala recentiores medici ῥήγματα propriè appellãt. Huic subiecit Hippocrates tumorem, quem dixit οἴδημα, quo vocabulo solet omnes præter naturam tu-
D mores notare: iuniores dispertiuntur hos in inflammationes, quas φλεγμονὰς vocant, & in duros tumores, atq; in molles, & pituitosos, quos propriè vocant οἰδήματα. sed φλεγμονὰς solet ipse appellare φλογώσεις, vndè nomen inditum est calidis tumoribus. accedit ad priores tumores is, qui erysipelas dicitur, quod perpetuò quidẽ inflammatum est, non tamen perpetuò tumet. Hi ergo morbi omnes nominatim positi ab Hippocrate, quod ad rationem victus ac medicamenta pertinet aliam curationem exigunt: quod verò ad manum, vinciri conuenienter debent, præsertim, vbi oriuntur ex præcedentibus vinculis, de quibus nunc pertractat. Illud verò /à vitio sursum expellatur/ dixit ἐξαρτιᾶται, quod quasi exprimatur significat. nõ nulli apertè scribũt ἐξαίρεται, hoc est expellatur, vt nulla apud grecos explanatione sit opus. Cęterùm deligari hæc in libro de fracturis voluit, fascia orsa à loco tumido: nunc verò à vitio partis, quod τρώματος nomine exposuit, sed vinculum, quod ad fracturas pertinet, hic eatenus variat, quatenus fascias plurimum ferri docet ad superiora, parum verò ad inferiora. Illud item /sed nec brachium, nec crus dependeat/ commune quoq; est eius vinculi, quod ad fracturas accommodatur, sed id adscripsit, vt potè, quod magnum in propositis momentum haberet, ne (vt consueuimus) negligentius agentes summopere lędamus: quùm, quæ ingentem noxam aut opem afferunt, prout quis rectè vel non

non rectè vtitur, Hippocrates commemorare frequentius non grauetur: contrà, quæ parum pro E deſſe nouit, aut obeſſe, contentus ſit ſemel tractare. Ergo in fracturis, cùm primùm alligantur, antequam vel inflammatio, vel aliud ex dictis nunc vitijs acceſſerit, cautio eſt ſimiliter, atq; in his, ne quid ad affectam ſedem concurrat: at nõ ęquè in illis danda opera eſt, vt quę affectam partem occupant, digerantur. quocirca perfuſionem hîc adiungit, non quo illic quoq; non adhibeatur, ſed quo hîc magis. perfundẽda enim copioſius hęc ſunt aqua calida, vt quod in tumidis partibus col lectum eſt, diſcutiatur. Quamobrem ipſe, cùm loquutus eſt de calce, qui à ſaltu ex ſuperiori loco ſanguine ſuffunditur, prẹter cętera auxilia ad id hoc quoq; poſuit, aqua calida copioſe perfundendum, vinctum q́; locum ſine compreſſione fideliter continendum. Igitur hęc quoq; ad fracturas docuit, licet plus habeant ponderis in malis, quę nunc cõmemorantur, nempe ea de cauſa, vt citra oẽm preſſum digerãtur: ac propterea ſine ferulis quoq; deuincit, ita, vt iunctura hæc duplici modo differat ab ea, quam fracturę poſtulant, tum ꝙ faſcias requirat minus arctatas, et potiſſimum leues, tenues, molles, mundas, his enim maximè indigent, quęcunq; adſtringi leuius oportet: tum ꝙ digeſtione opus ſit vehemẽtiore. Adiungit prætereà vnumquodq; ex propoſitis vitijs inflammatione vacare debere, ſi qua docuit ratione, curãdum ſit. ſiquidem inflãmationes ne modicum quidem preſſum ferunt. cõtra eas igitur nitimur per cataplaſmata, per aſſiduam calidæ aquæ perfuſionem, per q́; liquida medicamenta, quæ ſuccurrere ſcilicet inflammationibus poſſint. F

31 *Vbi articuli ſuis ſedibus excidunt, aut his intactis, quæ ipſos continent, reſoluuntur: aut oſſa, quæ citra commiſſuram ſe contingunt, diducuntur: vel quæ iuncta erant, abrupto eo, quo continebantur, inter ſe dehiſcunt: ſeu iuxta articulos comminuuntur: aut peruertuntur, cuiuſmodi ſunt, quæ vara ſunt, in alteram partem inclinantia: ab ea parte, à qua mota ſunt, lenius vinciri debent, arctius ab ea, in quam, vt quùm deligata ſunt, in contrariam ſpectent, ac priuſquam deligarentur, id q́; paulo plus æquo: quod & faſcijs agendum eſt, & pannis, tum ſuſpendendi, collocandi, intendendi q́; ratione, prætereà conuertendo, dirigendo, plurimum q́ue perfundendo.*

Mala hæc vniuerſa latè perſequutus eſt in opere de articulis, & de fracturis, quæ nunc ſicut alia multa in compendium contulit: quod breuitatis cauſa per ſe obſcurum eſt, at ijs, qui ea volumina legerint planum. nos, quùm ipſa anteà explanauerimus, vt memoria redintegretur, pauca in medium afferemus: ſi quis autem ab officina medici initium acceperit, huic præceptore opus eſt, qui res enodet, & quæcunque ab Hippocrate in opere de fracturis & de articulis ſcripta ſunt, in commentarium translata huc proferat. Dixit igitur Hippocrates propoſitis verbis ἐκπτώματα in articulis, qui ſuis ſedibus excidunt: στρέμματα, vbi intacto articulo, quæ iuxta ip G ſum neruoſa ſunt, reſoluuntur, quod præſertim accidit, quùm ambulando veſtigium fallit: διαστήματα, cùm oſſa, quæ citra commiſſuram naturaliter ſe contingunt, præ affectu quopiam diducuntur, in opere etiam de articulis & de fracturis ‖ nominatim mentionem facit de oſſibus, quæ inter ſe diducuntur, vt de cubito & radio in commiſſura brachij cum humero, & in manu de ijs, quibus illa continentur, & in crure ſimiliter de ijs, quæ iuxta genu ſunt pedem'que in vicinia calcis: ἀποσπάσματα dixit, quùm abruptis ijs, quæ oſſa inter ſe connectunt, ipſa, quę prius iungebantur, plurimum inter ſe dehiſcunt, quemadmodum ipſe de extremitate lati ſcapularum oſſis oſtendit: ſed ἀποκλάσματα dicit, quæ iuxta articulos comminuuntur, vocantur à iunioribus ἀπάγματα, de quibus in fine libri de fracturis meminit inter cubiti noxas, vbi ἄπαγμα ſcripſit, eò ducuntur, qui poſt ipſum hoc vocabulo nuncuparunt quamcunque tranſuerſam totius oſſis fracturam in vicinia articuli, in qua videlicet fracti oſſis partes inter ſe plurimum recedunt, oſſa, quæ ſic franguntur, recentiores dicunt frangi καυληδόν, quùm caulis modo abrumpantur: διαστρέμματα vocauit, quæ peruertuntur, ab ijs autem quæ στρέμματα dixit, differunt διαστρέμματα, quatenus hæc aliquo modo perueniunt ad articulum leuiter ipſum deprauantia, ſua'que ſede commouẽtia, id quod euenit pręcipuè vni oſſi tibię in pueris, in quo caſu, vincimus, H vtrinq; ad dirigendum obijcientes lignum ex tilia, vel ex tali aliqua materia firmum molle q́; tenuem inde regulam parantes. Rectè autem addidit, vbi commemorat ea, quæ peruertuntur /in alteram partem inclinantia/ etiam, ſi legamus vt non nullis placet /cuiuſmodi ſunt, quæ valga ſunt, hæc in alteram partem inclinantia/. vtrique ſcripturæ optimè conuenit adijcere /in alteram partem inclinantia/ ſiquidem totus articulus ſæpe in interiorem partem vel exteriorem conuertitur, id'que cruri accidit frequenter prope genu & prope talos. Vocantur autem, quæ in exteriorem partem vergunt βλαισὰ, ideſt valga: quæ in interiorem ῥαιβὰ, & κυλλὰ, id eſt vara. His omnibus vinculum prodeſt, quod duo ſpectat, vt ab ea ſede, in quam prolapſa pars eſt, faſciæ aducãtur, vrgeant q́;: locus verò, vnde ea receſſit, laxior ſit, vt admittat, quod ſub vinculo ad ipſum compellitur, hoc eſt, vt faſcię ibi laxę ſint, non arctatæ. Supplere autem oportet /venerunt/ vbi inquit /ab ea, in quam/ ſic, vt totus ſermo ſit /ab ea parte, à qua mota ſunt, lenius vinciri debent/ hoc eſt faſcię laxiores eſſe arctius ab ea, in quam venerunt, vt ſpectent in contrariam partem, atque venerunt. terminum autem conuertendi in contrariam partem non pręſcripſit naturalem ſtatum, tunc enim morbo vinculum cederet, quùm deprauationi diu pars aſſueuerit: ſed paulo vltra

Sect. 2. t. 1. 7ª. 262.c

A lo vltra naturalem statum partem adducendam censet, atque hoc est, quod ait /id'que paulo plus æquo/ nam, quod naturale est, æquum est. Cæterùm præcipit, vt ad contraria conuertamus per omnia, quæ ad vinciendum admouentur. quæ ipse nominatim cum fascijs recensuit, quùm inquit /& pannis, tum suspendendi, collocandi, intendendi que ratione, præterea conuertendo, dirigendo/ quùm possit vinculum per hæc omnia plus iusto ad contraria inclinari. Scribit item /plurimum perfundendo/ addens /plurimum/ quod in proximè pręcedētibus verbis omisit, intelligi tamen potuit ex ijs, quę proposita erant. ibi itaque digerendi, hic verò molliendi causa, copiose aquam infundit.

32 *In his, quæ extenuata sunt, plurimum integræ partis comprehēdatur, vt ex transfusione, quæ exhausta sunt, magis, quàm suapte natura emacrescerent, diuerso vinculo ad incrementum spectent, & carne impleantur.*

Percurrerunt locum hunc expositores huius libri, non secus atque alia multa, circuitione'que vsi pauca quædam attulerunt: qui verò enodare apertè ipsum contendunt, veritatem non attingunt, ita, vt mirum sit, qui potuerint extenuatis, hoc est gracilibus partibus, & quæ ali desierunt B naturalem habitum restituere. Equidem censeo quęcunque, vel ad verborum significationes attinent, vel ad quęstiones captiosas, vt perperam accipiantur, nihil ad artis opera discentibus obesse: quę verò contraria idoneę curationi traduntur, necessariò ijs officere, qui medendi artē exercent. Ante omnia igitur docebo qua via curauerim, quę summa macie cōfecta essent, vt qui addiscunt, iam eius ope fruantur: deinceps accommodare veritati proposita verba enitar. vbi enim latebra est obscuritatis, conabor rei veritatem tueri, ei'que, si vlla ratione fieri poterit, verba Hippocratis consentanea demonstrare: quod si interim non dabitur, iuuenis certè rē ipsam, vt sese habet, comprehendat. Ergo macies partium plerunque, vel ex diuturna quiete, vel ex eo vinculo, quod ad fracturas pertinet, proficiscitur, quùm ob illam robur quiescentium partium emoriatur: ob hoc regio, quæ vincta est, sanguine sursum partim, partim deorsum expresso, alimento priuetur. Quocirca contrario modo, atque contractum fuerit, mederi vitio debemus, nempe af-
l.l.4.f.5.t.2.c. 7.486.a.b fectæ parti vim restituentes, efficientes'que, vt eo sanguis affatim concitetur. Vires quidem reficit moderata infrictio, perfusio, motus: debet autem esse idonea moderatio in vtroque genere, in qualitate scilicet & modo. sanguinis verò plurimum euocabunt, proposita nunc ratio alligandi, aquæ calidæ perfusio modica, motus, & frictio, quæ & vires etiam cōfirmant. Omnia autem mo-C do & qualitate moderata esse conuenit, cùm non satis sit frictionem, motum, calidę aquę perfusionem, nec multa esse, nec omnino pauca: sed oporteat frictionem quoque mediam esse, tam inter duram & mollem, quàm inter multam & paucam: similiter aquam ita temperari, vt media sit inter eam, quę non dum calefacit (χλιαρὸν id est tepidam vocant), & quę iam dolori est, calore mordens (ζέον id est feruentem dicunt): in modo item, mediam inter multā & paucam. verùm de modo supra tractauit, cùm dixit /dum intumescit priusquam residat, finiatur/. hoc autem tempore, si pars cum se ipsa conferatur, rubens maximè apparet. Quęcunq; ergo gracilitate, macieq; tentantur, planè magis exanguia conspiciuntur, quàm quæ benè valent, vix que & quùm pertractantur, & quùm aqua calida perfunduntur, rubescunt. hoc autem nobis propositum sit, quod ad modum pertinet, vt membrum rubore offundatur, quo tempore tumidius quoq; exhibetur, sed, nisi cesset qui fricat, vel perfundit, tumor desinit, & rubor finitur. Maciem verò vel medicinam non admittere, vel sanabilem esse, indicio erunt tumor ruborq;, promptè vel magno negocio excitati. quibus hi quidem ęgrè contingunt succurrere soleo perfricando corpus aliquo ex calefacientibus medicamentis, atque ex ijs præcipuè, quę modicum accipiunt thapsię non vetustę: sed & huiusmodi gracilitates inungo aliqua mixtura, quæ picem habeat, qualia sunt medicamenta, D quę πιττωτὰ, vel δρωπακιστὰ, gręcè à quibusdam dicuntur. quæ, si πίττατα & δρωπακιστὰ nominari audies, ęquè intelliges, licebit'que tibi appellare, vt velis. instituimus autem in his commentarijs iuniores atticismum non docere, sed persequi medicinalis artis effectus vtilissimos, atque eos præcipuè, qui ex confectionibus picem habentibus ad proposita pertinent. Igitur, si primus vsus partem reddat tumidam & rubram, iam cessandum est: sin minus, iterū & tertiò inungendum, in alijs quotidie, in alijs tertio aut quarto quoq; die, prout affectę parti maximè opus esse iudicabis. Illud verò, quod pars, quę fricatur, aut pice illinitur, incalescit, inter ea, quæ spectantur interdum non enumero, quoniam sub rubore comprehenditur, cùm eodem tempore caleat, rubeatq;. Ego hac ratione gracilitati pręter naturam sępè occurri, raro'que vsus sum vinculi opera, & si quando vsus sum, eo modo alligaui, quo docet Hippocrates inspectis verbis ipsius /diuerso vinculo/. quod enim inquit /diuerso/ illi vinculo opponitur, quod pertinet ad fracturas, quod q; affectam sedem vehementius vrget. Diuersum itaque vinculum primo protinus fasciarum ambitu discrepat ab eo, quod posuit ad fracturas. non enim ordimur à parte cui medemur, quemadmodum facere in vlceribus, fracturis, sanguinis effusione, cęteris'que omnibus paulo antè propositis consueuimus: pręter hęc affectum locum non magis adstringimus, sed remittimus, maxi-

mè autem comprimimus partem integram, vnde incipimus. inde enim præcipit, vt fascia vsque E ad affectum locum laxetur, atque vbi eò ventum est, laxissima inuoluatur. hic siquidem hyeme obuoluendus est, ne calefiat, laxus videlicet nec minimum quid adstrictus: sed æstate debet integra sedes vinciri, vt, qui in ea subest sanguis, ad locum, qui refectione indiget, depellatur, partem verò quæ curatur, sub vinculo calefacere & digerere alienum est. Vbi autem crus totum, aut totum brachium valde emacruit, alterum par membrum deligare conuenit, initio ab imis partibus accepto, dein fascia ducta in crure inguine tenus, in brachio ad alam vsque & humeri caput. quandoquidem eodem modo venæ, quæ cruribus alimentum subministrant, ab inferiori parte iuxta os sacrum deriuantur à vena caua: atque illæ, quæ brachijs, à superiori iuxta iugulum. sanguis itaq; qui ad vnum fertur ex paribus membris, vbi iter clausum est, ad alterum deducitur. Adstringi autem sanum membrum hactenus debet, vt ob compressionem minimè indolescat: sed, quod vitiatum est, vel nudum relinquendum, vel pauca lana vsque ad inguen obtegendum, vbi cœlum frigidum sit: sed, vbi non sit tale, expedit nudum esse, & subinde linteis perfricari, tum calidis medicamentis foueri, si locus ægrè incalescat. nãque, vbi promptè, oleum cui parum ceræ adiectum sit, per se idoneum est, siquidem diutius manet & minus resoluit. Eadem omnino ratio est in brachijs, in quibus vinciendum id est, quod benè valet, perinde quasi F crus: præstanter'que calefaciendum, quod ægrum est, & frictione & motu: hominem verò, vbi prorsus stupidus non fuerit, rogare præstat, num in ea parte, quæ curatur, aliquid eius caloris, qui excitatus fuerit, sentiat superesse: an aperte desijsse sibi penitus videatur. quòd si cessasse respondeat, iam tempus est iterum adhibere, quæ calefaciant, & partem confirment, quorum quatuor genera sunt, frictio per lintea, calidæ aquæ perfusio, frictio per calida medicamenta vel per oleum, simplicis dropacis inunctio. vbi vitiata pars refrixisse plurimum videatur, dropax varius sit, habeat'que bitumen, modicum sulphuris ignem non experti, & pyrethrum. Curanda verò sic esse corpora extenuata, experimento comprobaui plurima reficiens. Vtrum autem verba Hippocratis rectè exposuerim non est, quòd contendã, quùm me non lateat obscuræ orationis explanationem eò euadere posse, vt probabilis sit, non tamen vt firmiter sciatur. Declaro autem verba Hippocratis non sicut plerique sic scripta /vt ex transfusione exhausta magis, quàm ipsa emacrescerent/, sic enim absurda sententia esset, sed (vt alij legunt) adiecto pronomine his verbis /vt ex transfusione, quæ exhausta/: vocat enim exhausta, quæ extenuata sunt, propterea, quod in ocio degerint, fuerint'que alimento destituta. hæc ait ex transfusione sanguinis (quasi ex cursu dixerit) sanari, nimirum sanguine ad affectum locum copiosius concitato, quàm si na- G turaliter haberet. Siquidem hac ratione implebitur, quod extenuatum erit, si diuersum adhibeatur vinculum ab illo, quod in prioribus indicauit, cuius discrimen nos paulo antè demonstrauimus, ex quo necessariò facultatis dissimilitudo proficiscitur: illud quidem ab affecta sede sanguinem expellit, hoc amplius ad eam concitat, quàm si rectè valeret. nam, cùm benè valebat, abundè erat, qui in ipsa continebatur, & ideo non opus erat amplius transmitti, quàm qui, partim in alimentum subministrandum consumitur, partim digeritur: nunc verò, quùm vitiatus locus inanis sit, atque exanguis, multo plus concurrere sanguinis oportet, non modò vt alatur sicut in secunda valetudine, sed reficiatur etiam, præterquam quod nunc plurimum necessariò digeritur, quùm subinde calefiat. calefaciunt enim quæcunque ad ipsum præsidia adhibentur, siue frictio, siue motus & medicamenta, siue pix illita, & confectiones picem habentes, ac tandem calidæ aquæ perfusio. nam & hac Hippocrates vsus est, fortasse ob eius seculi inopiam balneorum: nos autem hoc seculo aqua, quam in balnei labris habemus, contenti sumus, ad affectas partes modicè calefaciendas, tollendum'que eam lassitudinem, quæ extendentium sensum repræsentat. Iam vero partes exerceri necesse est in actionibus vsitatis, id quod quotidie faciendum est, non subito semel, verùm subinde, quomodo etiam frictio adhibenda est, donec exci- H tetur calor, tunc'que ab ea desistendum. Verbis igitur sic veram curationem accommodo, cuius vim experientia demonstraui, sexcentos, qui sub vinculo diuturno'que ocio extenuati erant, recreando. Sed iam eorum, qui librum hunc enodarunt, mentem aperire tempus est. ex ijs plerique (vt retuli) vsi circuitione duntaxat integram verborum obscuritatem reliquerunt. pauci conati sunt iuxta verba ipsa ad vinculum relata hoc modo vniuersam sententiam enodare. Hippocratem præcipere aiunt, vt eorum, quæ extenuata sunt, curatio à vinculo inchoetur. quo exhausta, hoc est extenuata magis, quàm antè extenuata fuerant, in contrarium habitum mutentur. multos enim morbos putant hac ratione sanari, afferunt'que exempla & eorum, qui nausea pressi sumpto medicamento vomitum ciente ad sanitatem peruenerunt: & qui assiduè cita & acri aluo exerciti, cathartico consanuerunt: & quorum tussis finita est ob præsidia vehementiorem tussim excitantia. Nec desunt ex illis, qui commemorent, quæ Hippocrates in illis sententijs, quæ aphorismi vocantur, ad verbum sic scripsit. ‖ Est etiam, quùm in neruorum ri-
5 Aph.21 Ex. ord.39.b gore citra vlcus iuuene habitiori, media æstate, gelidæ aquę multa perfusio calorem reuocat. ergo, sicut contra morbos (inquiunt) non solum pugnamus per auxilia ipsis contraria, sed etiam

per

A per similia, ita nunc ab Hippocrate iubemur gracilitati occurrere ab eo vinculo orsi, quod magis extenuare potest. id quod transfusione fieri aiunt, cùm partes paulatim plurimum que sub vinculo contabescentes, iterum recurrentibus humoribus recreantur, & idoneæ fiunt, quæ carne impleantur. Sed quùm videant, qui sic exponunt à se nullo modo explanari illud posse, diuerso vinculo/, scribunt /diuerso habitu/. sic, vt ternæ reperiantur scripturæ inter se differentes, quarum vna habet /diuerso habitu/, namq; in non nullis exemplaribus sic scriptum reperitur. Qui scribunt igitur /diuerso habitu/ locum hunc in vinculo non accipiunt, sed in parte ægra, quam alterius habitus existentem ac prius esset, spectare ad refectionem dicunt, eum que habitum comparari vinculo plurimum extenuante, quasi exhaustæ partes non amplius vinculo extenuentur, sed nunc fortasse futurum sit, vt inde reficiantur. Itaque quùm vinculum, quod ad fracturas pertinet, commune (vt paulo antè dixi) & aliorum affectuum, quibus annumerabantur sanguinis suffusiones, contusa, abruptiones, extenuandi facultatem habeat, quis conficiet, vt de eodem refici extenuatæ partes incipiant. quamobrem non nulli ita legunt /vt ex transfusione, quæ suapte natura exhausta sunt/ concipientes id absurdum, quod oratione sequitur, effugisse, eo quod partes suapte natura sint extenuatæ: atque id, quod nunc præcipitur, non pertiB neat communiter ad omnia, quæ extenuantur, sed ad ea tantùm, quæ sua sponte. sic autem commune hoc præceptum & generale pauca complectetur, paucissima enim sunt, & rarissima, quæ hac de causa tabescunt, reliqua omnia ob diuturnum vinculum, simul que ob vitiatæ partis quietem in hunc morbum incidunt, ea que potissimum fas est commemorari ab Hippocrate, quùm sub ijs fiant, quæ superius posita sunt. docuit enim hactenus de fracturis, & de quibusdam alijs affectibus, qui simile vinculum exigunt, quibus quùm maciem partium superuenire intelligat, indicare merito voluit, quà ratione ad sanitatem perducatur. Sed iamiam exequar, cuius maximè accusari possent, qui putant Hippocratem monere, vt extenuans vinciendi ratio adhibeatur. Consilium quidem est reficere, quæ exhausta sunt, quod contingere non potest, nisi & vires reficiantur, & materia alimenti abundè subministretur. vinculum verò, quod tradi ab Hippocrate volunt, & sanguinis concursum prohibet, & robur infirmat: sed quod nos dari ab eodem credimus, diuersum est ab illo, quod extenuat, inchoandum enim est à parte sana, non ab ægra, & per multos circuitus adstringendum comprimendum que, dum ne compressione excitetur dolor, qui posset inflammationem mouere: fascia item vsque ad affectam sedem trahenda est paulatim vi compressionis remissa. Illud præterea, quòd integrum crus vnà cum ægro C deligari conueniat, ipsorum expositioni minimè congruit, vbi inquiunt Hippocratem velle vinciendum esse, vt quæ extenuata sunt magis, exhauriantur, quo non modò nihil confert vinculum alterius cruris, sed etiam obest, sanguis enim, qui antè ad illud ferebatur, nunc omnis ad affectum depellitur. Quòd autem superioris expositionis auctores malè huc exempla transferant, in aperto est, quùm nullam similitudinem habeant cum ijs, quæ ab Hippocrate traduntur. quoniam qui rectè rationi innititur, si subitò eijci velit omne id, quod causam exhibet, nempè, quod ventriculi tergoribus ita inhærescit, vt vix inde extrahi queat: similiter & acria, quę paulatim destillant, & ita ventrem iritant, vt desidendi necessitas sit, subitò non iniuria educet: quemadmodum euenit in tussi mediocri, quæ ijs exoluitur, quæ ipsam concitant acriorem. sed nulla his communitas est cum eo, quod putant affectum locum, vt recreari incipiat, exhauriendum esse, quùm ex vinculis, neque tabescentes partes firmari possint, neque alimenti materia deduci. Illud verò, quod afferunt de neruorum rigore maximè alienum est, ignaros enim se ostendunt artis, quam tradidit Hippocrates, quùm docet medendi rationem esse, vt contrarijs tollantur contraria. At non nulli minus verborum vim percipientes ad contradicendi studium conuersi sunt, quod ferè faciunt, qui inconsiderate aduersantur, atque ea labefactare contendunt, D quæ nunquam didicerunt. tantùm enim abest, vt per artificiosa illa, quę traduntur ab Hippocrate, id tollatur, quod contrariorum contraria sint auxilia, vt etiam confirmetur. Quin & in adducta sententia dixit, || Frigidæ enim aquæ perfusio calorem reuocat, hæc autem calore finiuntur/ hunc verò calorem, qui medetur frigidis vitijs interdum frictione moue.mus, interdum calidis medicamentis, modò exercitatione, aut calida aqua infusa: atque vbi vehementiore calore opus est, bitumine (vt sæpius retuli) vel pice illita, interdum etiam & aquæ frigidæ perfusione. sed cætera omnia, vt potè quæ calefaciendi vim habeant, ijs partibus ac morbis, quibus calore opus est, vbique vtilia sunt: frigida aqua, vt quæ frigida est, quantum in se est, rarò vtiliter adhibetur, atque ei tantùm corpori, quod potentem habet innatum calorem. In habitiore quidem corpore (inquit ipse) est, vbi vtilis sit aqua frigida, neque in hoc, quolibet tempore, sed æstiuo. frigidæ enim aquæ potionem duo afferre, vel noxam ex frigore, vel plurimum caloris ex altioribus partibus redeuntis, quis non nouit, aut non docuit ex ijs, qui de ea conscripserunt. Corpore itaque abundè calido fit, vt à frigore non superetur calor, qui in ipso est, sed cute densata, atque ijs, quæ expirare debent, relictis, augeatur: at si calor imbecillior fuerit, quàm vt subeunti frigori

5. Aph. 21. Ex. ord. 59. b

gori obſiſtat, vi ipſius ad altiora corporis aſpirante, homo frigidis morbis excipitur. fortaſſe hæc E
ſuperuacanea nunc attuli, quum alibi (vt dixi) ea fuerim exequutus. Quæ primò igitur meden
tur, primò neceſſe eſt contraria ſint. prima autem dicuntur, quæ nullius medij auxilio his oppo
nuntur: quę medio indigent, non primò efficiunt, ſed alia adiuuando efficiendi ſocia ſunt. Agũt
autem nugas, qui alui purgationem, medicinam tuſſim mouentem, frigidam perfuſionem pro-
ferunt. nam hæc, quamuis rectè interdum fiant, plurimum tamen ab eo, quod nunc proponi-
tur, abhorrent: in quo demonſtrandum eſt, qui fiat, vt vinciendi ratio, quæ extenuandi vim
habet, vel quod exhauſtum eſt, confirmet, vel plurimum eò ſanguinis concitet. Fruſtra autem,
dum hæc oſtendere nequeunt, exempla adſcribunt, præterquam quòd exemplo ſtabilem cer-
tam'que ſcientiam non efficiunt, neq; argumento neceſſariò demonſtant. oſtendimus enim in li
bro de exemplis, non eſſe exempli vſum, vt qui rem non cognoſcunt, eius ſcientiam acquirant.
quod quidem non nulli aſſerunt, qui rhetorum more, vt ſcientia comparetur, exempla adhiben-
tes tota aberrant via, non ſecus atque vbi Platonem dicunt plerunque per enumerationem de-
monſtrare. oſtenſum enim eſt illum vti enumerationibus gratia explanationis: quicunque verò
tenetur ſtudio exquiſitius intelligendi enumerationis vim, & exempli, ad eum locum adeat, vbi
de vtroq; tractatur, quę nos alibi exequuti ſumus. Sed nunc ad propoſitum reuertamur eos hor- F
tati, qui in hiſce libris verſantur, vt quùm hactenus diligenter legerint, ad ſequentium expoſi-
tionem accedant, quæ præcedentium fidem faciunt. ad ea iam igitur progrediamur vniuerſa,
quæ vt in aperto magis ſint, non adſcribemus tota ſimul, ſed membratim, eo'que modo etiam
explanabimus.

33 *Cæterum præſtat partem, quæ ſuper aliam poſita eſt, ſicut femur ſuper id, quod à genu ad pedem eſt, ſimul q; alte-
rum crus, cum integra parte deligare, vt ſimilius ſit, pariter quieſcat, & æquè alimento prohibeatur, atque alatur.

Paulo antè propoſitum eſt rationem deligandi extenuatas partes diuerſam eſſe debere ab ea,
quę ad fracturas pertinet: hęc ſiquidem adhibetur, vt ſanguinis curſum prohibeat, quod in affe-
cta ſede collectum eſt, ſurſum deorſum'que exprimat, membra quieta ſeruet & immobilia, cum
hac via vitiatæ partes interdum ab inflammatione penitus defendantur: at nunc non eò incum-
bitur, vt fluxus ſanguinis repellatur, vt quod in ipſis ſubſiſtit educatur, vt immobiles contineant-
tur, ſed ad omnia his contraria conſilium dirigitur. Faſcia itaque (vt ſupra ſcripſi) ordiatur à par
te ſana, premendo q; hanc, ſanguinem, qui in ipſa continetur, ad extenuatam transfundat, non G
tamen ex toto integram partem exhauriat. Crure igitur aut brachio ęgrotante abundè eſt vincu-
lum incipere ab inguine, aut ab ala: ſed, ſi malum hoc femur infeſtat, aut humerum, neceſſe eſt
contrarium membrum deuinciri, vinculo ab ima parte orſo, & vſque ad inguen vel alam porre-
cto. Si quando autem brachium, aut crus vehementer ęgrotet, expeditius eſt vtrunque deligare,
& quod ſuperpoſitum eſt affectę parti, & quod integrum, vt prohibeatur alimentum, neque illi
ſubminiſtretur. atq; hac de cauſa dixit Hippocrates /ſicut femur ſuper id, quod à genu ad pedem
eſt, ſimul q; alterum crus, cum integra parte deligare/ vt pariter (inquit) quieſcat, id eſt ocioſum
ſit alterum crus, atque illud, quod affectum eſt, & ęquè ipſius alimentum intercipiatur. Illud ve-
rò /vt ęquè alatur/ idcirco poſuit, quia membrum, quod vincitur, noluit ita alimento prohibe-
ri, vt nulla pars penitus ad ipſum feratur. Quòd ſi vehementer quis adſtringat, ex toto ferri ali-
mentum prohibebit, periculumq; protinus erit, ne pars emoriatur: id ſi non fiet, alimentum qui-
dem certè tam in femore, quàm in crure auferetur. propoſitum quidem eſt nõ extenuare femur,
ſed crus reficere. verum quia vinculi ratio alimentum detrahit, huiuſmodi noxam aliquandiu
admittimus: deinde poſtea, vbi crus modicè carnem contraxerit, vtrique communiter conſuli-
mus. Quare illi audiendi non ſunt, qui volunt Hippocratem iubere, vt cum extenuata parte, ea, H
quę ſuperpoſita eſt, atque alterum crus extenuetur, vt gracilium partium macies occultetur, ne in
aperto ſit, ne've ex plenioris mẽbri comparatione deprehendatur. cùm nec medicus quiuis vnus
è populo, nedum Hippocrates, hanc curandi rationem probaret.

34 *Linteorum numero, non preſſu.*

In ſuperioribus iam ſępe imperauit, vt hoc idem fieret, vbi deligatum membrum ſanari peni-
tus ſine dolore voluit.

35 *Laxandum eſt primò, quod maximè indiget: ac frictione vtendum, quæ impleat, & perfuſione citra ferulas.*

Verbum /primò/ vel ad tempus retulit, vel ad vim. ſi ad tempus, vel in vno vinculo, vel in his,
quæ ſequuntur, inter ſe collatis. Sed quia verè hæc omnia dicuntur, idcirco quod proponitur
clarum

A clarum est, nisi fortasse si ita scripsit, volens cuncta hęc à nobis intelligi. Protinus igitur in primo vinculo, quoniam conuenit plurimum integræ partis comprehendere, lintea q; primo ambitu arctari, tum subinde magis laxari, maximè autem ea parte, quæ refectione maximè indiget, probabile vtiq; esset verbum /primo/ ad vim relatum, de parte dici, quæ curatur: ad tempus verò, de primo vinculo. Quòd si accipiamus in omnibus vinculis inter se comparatis, mens erit huiusmodi. si in primis vinculis cum integra partem quoque vitiatam deuinxeris, interdum nudandam æger præbebit, quod ipsum primò agendum est in ijs, quæ refectione indigent, atque ea de causa minus benè nutriuntur. at quùm sanguis ad vitiatum locum & frictione concitetur, & alijs quæ paulo supra narraui, ipse magis citius q; carne implebitur. Verùm Hippocrates & frictionis & perfusionis aquæ calidæ meminit, non tamen medicamenti, quoniam hic sola docet manus præsidia. neque existimandum est prætermissum ab eo fuisse membra eatenus dimouenda esse, ne ad lassitudinem dentur, quùm ea ostenderit, quę sunt eiusdem generis, & motus quilibet permacræ partis ad id genus spectet, ad quod frictio: quùm verò quiescere iusserit alterum crus, non secus atque integram partem, & nunc frictionis mentionem fecerit, motu quoque vtendum esse planè censuit. nihil enim prohibet, quo minus absq; humero brachium, & crus absque femore
B moueatur, quùm non opus sit aduersus maciem immobili crure ac brachio. constat enim curari hæc, dum mouentur transmisso alimento per partes superiores, quæ eo non fruuntur, siquidem illæ potissimum fricentur, pice illinantur, & calidis medicamentis curentur. Plurimum verò sanguinis ad membra concurrere extremis partibus calefactis magnum tibi sit indicium concitatus ibi calor & rubor. Horum autem plenam curationem habes, quum his, quæ Hippocrates tradidit, adiecerimus calefacientium medicamentorum admotionem, cuiusmodi est inunctio picis. Hippocrates nihil penitus in hoc libro de medicamentis meminit, quanquam plures affectus memorat medicamentorum auxilium postulantes, ex quorum numero sunt sanguinis suffusiones, id vitium sub quo resoluuntur quæ articulos continent, pręter hęc abruptiones, cùm eam persequi medicinę partem instituerit, quæ manu medetur, atq; hanc (vt dixi) non vniuersam, sed partem, quæ maximè necessaria sit, & vtilissima his, qui ad medicinalem artem aggrediuntur.

36 *Fulcimenta verò, ac firmamenta, velut pectori, costis, capiti, cæteris que eius generis, alia pulsus causa adhibentur, ne quid eo concutiatur: alia propter commissuras, quæ dehiscunt, ad ossa caluariæ, vt fulciant: sed ad tussim, & sternutamentum, aliumue motum, cuiusmodi in pectore & capite excitatur, vt firment: quorum omnium eadem*
C *in vinciendo moderatio est, nam quà vitium est, maximè adstringi debent. Subijcienda igitur lana mollis, quæ morbo aptetur, alligandum q; est, non arctius, quàm ne pulsus concutiat, extremitates q; commissuræ dehiscentis se contingant, neq; circa tussim, & sternutamenta, sed firment, ita, vt neque cogi, neque concuti sinant.*

Quid sibi velit verbum fulcire, quod Hippocrates dixit ἑρμάζειν, inde aperte colligitur, vbi iussit fulciendum vinculis esse, nō tamen comprimendum, tam quum panniculus super fascias injcitur, quàm quùm fascię ipsę circundantur. Ducta autem vox est à nomine ἕρματα, sic enim fulcimenta grecè vocantur, quorum meminit Homerus in eo carmine, ὑπὸ δ' ἤρεον ἕρματα νηῶν. quasi nihil differat, ἐρείσματα id est fulcimenta ne dicantur, an στηρίγματα id est firmamenta. Constat autem Hippocratem sæpius dixisse ἑρμάζειν non tam in fascijs, quàm in pannis panniculisque, quod στηρίζειν id est firmare significat: quin & expositores vbique pro eodem acceperunt. Nunc verò duorum nominum ἑρμάσματα, sic enim dixit fulcimenta, & στηρίγματα, quo firmamēta expressit, proximè alterum alteri subijciens, indicasse videtur non significari idem ab vtroque. An ἑρμάσματα intellexit, quæ in vinciendo subijciuntur, circundantur q;, vt affectam partem immobilem teneant, ac primò quidem fascias, quæ primùm injciuntur, quę præter alios
D quosdam vsus, etiamnum ἑρμάζουσιν id est fulciunt: dein pannos, qui & ipsi non modò fracturã, sed & fascias fulciunt: posthæc fascias, quę ferulis superinjciuntur, & panniculos: siquidem hæc omnia, cùm ea de causa dentur, vt contineant quæ antè inuoluta sunt, non ea tantùm, sed fracturas quoq; fulcire possunt. Verùm ὑποστηρίγματα id est firmamenta, mihi videtur appellare quęcunque sine vinculo ægrę parti vniuersæ superdantur, aut à sinistra vel dextra parte, aut à superiori vel inferiori. voco autem superiorem vel inferiorem ad crassitudinem respiciens totius corporis, in eo enim spacio, quod in ipsius crassitudinem est, quę subijciūtur, ab inferiori parte sunt: quæ superimponuntur, qualiacunque sint, à superiori. Firmatur autem extremitas recta aliqua re, quæ ab inferiori parte erigatur, caput puluinis & ceruicalibus, tum lana & panniculis mollibus: canalis comminuto cruri item subiectus vtrinq; ipsum firmat. Sed pilam ex lana demissam sub alam, in quam humeri caput exciderit, licet & fulcimentum & firmamentum appellare, eo enim, quòd & ipsa alligetur, pars quodammodo fit totius vinculi: quæcunque autem ad fulciendum thoracem & caput superdantur, firmamenta magis dicuntur quàm fulcimenta. Hæc à medicis excogitata sunt propter motus partium necessarios, quorum aliqui naturales sunt, vt respi-

ratio pectoris, pulsus membranarum: non nulli præter naturam, cuiusmodi tussis, sternutamen- E
tum, singultus, & quicunq; pulsus inflãmatis partibus accidunt, aut sub vehementi capitis dolo
re in temporum arterijs, & sepe palpitatio præcordiorum: est etiam interdum, cùm aliæ partes fir
mamentum requirunt. Debent itaq; adhiberi firmamenta fascijs non nunquam per se iniectis, vt
ad temporum arterias, vbi caput intolerabili dolore torquetur, aut ad præcordia palpitantia, aut
ad vulnera, in quibus veremur, ne sanguis erumpat. non nunquã verò fascia lanam comprehen-
dimus: interdum tamen nulla adiecta fascia simpliciter firmamus. thoracem quidem et ceruices
lana, caput puluinis mollibus, aut leuibus sacculis, in quos milium calefactum coniectum fuerit,
vbi simul & firmandum & fouendum est: maxillam verò prolapsam, mollia firmamenta admo-
uẽtes interdum firmamus. Ergo, cùm communis sit ἐρμάσματος id est fulcimẽti, ac ςηρίγματος
id est firmamenti vsus, iure putant, qui librum hunc exposuerunt, ab vtroq; idem significari: qui
bus sepe verbis nos quoq; vtemur nullo discrimine interposito. Est autem commune consilium,
id, quod paulo antè dicebam, vt partes motu minimè concutiantur, sed, cùm (quod proximè de-
claraui) proprium quoddam discrimen inter hæc sit, vbi curiosius agere volumus, ςηρίγματα di
cemus, quæ sine vinculo: ἐρμάσματα, quæ cum hoc adhibentur. sic q; statuemus ea vocari ςηρίγ
ματα, quæ partibus illis dantur, quarum motus necessarius est, à quo cessatio non est in nobis: ἐρ- F
μάσματα, quæ immobilibus. Motus siquidẽ cruris & brachij in nobis est: thoracis verò & mem
branarum non est in nostra potestate, neq; item palpitatio alicuius partis, neq; tussis, neq; sternu
tamentum, neq; singultus: quibus, quo minus moueantur, obsistere aliquandiu non licet. vrget
enim postea necessitas, vbi, qua concitantur, causa vehemens fuerit, videntur q; valentissimi viri
duntaxat posse resistere, prohibere q;, ne moueãtur. Sed aliter Hippocrates in proposito loco scri
psit, quod ad pulsus pertinet, ne cõcutiat: tum quod ad commissuras capitis, ne dehiscant: ἐρμασ-
μένων verbo vsus: ςηριγμάτων verò ad tussim & sternutamentum alium'ue motum, cuiusmodi
in pectore & capite excitatur. Dehiscunt igitur in capite suturæ, quæ ῥαφαὶ dicuntur, cùm, vbi os
sa capitis se tangunt, propriè dicantur ἁρμονίαι, sed translato vocabulo ῥαφαὶ. caluariæ enim os-
sa ad vnguem inter se ἥρμοσαι, id est committuntur, atq; idcirco ipsorum contactus καθ' ἁρμονίαν
committi meritò dicentur: & à similitudine eorum, quæ suuntur, ῥαφαὶ id est suturæ. hæ autem
facilè interdum hiant, & interdum dolorem mouent, quùm ea inflammantur, quæ connectunt
membranam caluariam tegentem cum ea, quæ dura sub caluaria cerebrum cingit. Sepius item ve
næ tenues, quæ per suturas transeunt, inflammatione tentantur: quo fit, vt motus duræ membra-
næ super inflãmatam partem concidentis, dolorem afferat, ad exemplum motus arteriarum, qui G
aliquando ob inflammationem dolori est. Hæc quidem vitia curiosam firmamenti moderationẽ
postulant, sic, vt nec ita laxum inhæreat affectæ parti, quæ mouetur, vt ipsum quoq; facilè concu-
tiatur, & ea de causa molestum sit: nec rursus plus iusto insidens premat & dolorem exasperet. Ip
sa autem alligandi moderatio superius ab ipso posita est, & ad alios quosdã morbos, quibus idem
vinculum quod fracturis cõuenit, atq; idcirco nunc scripsit /quorum omnium eadem in vincien
do, moderatio est,/ quorum/ intelligens, quæ nunc proposita sunt. Cum q; eandem dixerit mode
rationem esse, deinceps moderationem ipsam refert, cùm inquit /nam, quà vitium est, maximè
adstringi debent/ id est, vbi vitium est: siquidem verbum /quà/ ῇ ab ipso dicitur, quod nunc pro
aduerbio loci accipitur, ac propterea debet adspiratione & circunflexo accentu proferri. Itaq; id,
quod ad huiusmodi vitium fulciẽdum vel firmandum adhiberi vtiliter testatur, adstringi voluit,
nimirum fasciarum ambitu, non magis, quàm vt prohibeat partes, quo minus sub pulsu concu-
tiãtur, quod est præ angustia impedire motum arteriarum, hæc enim est causa doloris. Alium in-
super finem præscripsit, qui propriè pertinet ad suturas, quæ diducuntur, quùm inquit /extremi-
tates q; commissuræ dehiscentis se contingant/ extremitates vocans, vltra quas non possunt com
missuræ se contingere. Intelligitur autem ex hoc vehemẽs & immoderata compressio. nam, vt di H
duci ossium commissuram non expedit, ita, nec plurimum comprimi, quãdoquidem hoc quoq;
naturæ alienum est. Hi ergo fines sunt valentioris pressus: imbecilliores, deinde adscribit /neque
circa tussim & sternutamenta/. quasi ita dixerit, neq; in tussi & sternutamento, ita, vt affectæ
partes nulla re contentæ concutiantur, agitentur q;: tunc siquidem acriores motus con
cutiendo laxiores partes, et minimè fulctas, vehemẽtius q̃ vitiatis opus sit, earum
dolores exacerbarent. Quæ verò moderatio adhibenda sit in fulcien-
do, ipse postremò adiungit, vbi ait /ita, vt neq; cogi, neque
concuti sinant/ id est, ne, quæ vitiata sunt, com-
primantur, valenter, ne'ue motu con
cutiantur, hoc est, neq; ni
mis arctè, neq; ni-
mis laxè, colli
gentur.

Galeni

GALENI IN HIPPOCRATEM DE FRACTVRIS COMMENTARIORVM LIBRI TRES

Vido Vidio Florentino interprete.

Ab eodem denuo multis locis ex vetustis manuscriptis Græcis exemplaribus castigati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Communis ratio corrigendi simplices in cubito fracturas tractatur. Ac primum Brachio proposito docet, quo pacto extensiones, conformationes, deligationes, & positiones fractarum partium fieri debeant.

C 

Cire licet, antequàm singula exponamus, posse expositionem omnem, quæcunque in opere obscura sunt, aperire. aliquid autem ex ijs, quæ scripta sunt, vel vt verum demonstrare, vel vt falsum refellere. tutari q; si quid à cauillatore quopiam reprehensum fuerit, preter expositoris officium est, consueuit tamen fieri ab omnibus ferè, qui libros exponunt. quam rem ab expositore modicè attingi propriè nihil prohibet: sed certare de auctoris sententijs absolutè, expositoris fines excedit. Hoc igitur non illud respiciens, vbiq; ijs, quæ verè expositiones sunt, pauca ad confirmanda, quę proponuntur, adijciam. Verùm, quùm duplex sit huius expositionis differẽtia: quandoquidem & idipsum, quod obscurum est, duplex est: de hoc quoque aliquid præfari expeditius arbitror. Hęc ipsa, quę in libro de expositione seorsum latius enarraui, paucis explicabo, quasi quoddam compendium faciens. ibi enim ostendi aliud re uera obscurum esse, aliud ob id pręcipue, quod multa sunt auditorum genera, vt sermone eruditi sunt & exercitati, vel omnino rudes: tum vt natura perspicaces sunt, & prudentes, vel hebetes, & imprudentes. Ac, ne longius exempla petamus, in hoc proposito libro de fracturis, vbi Hippocrates inquit, ‖ Dicendum ergo est è medicorum errori- Sect.1.t.7.225.c
D bus, quos docere volo, quosque dedocere. verba per se obscura sunt. quùm minime existimemus quosdam esse errores, quos docere conueniat. Huiusmodi etiam illud est. Præterea articulus ita extentus recuruatur in hoc habitu. intento enim brachio curuari inquit cubiti iuncturam. videtur autem & hoc absurdum, id curuari dicere, quod rectum est. Item, quod inquit. Nam si ita collocetur imum caput humeri, quod cardinis modò in cubiti sinum conijcitur, efficit, vt brachij atque humeri ossa dirigantur, perinde ac si totum vnum sit. sed, si quis viderit, quale vtrunq; os sit, de quo agitur, nullam habet obscuritatem. iure autem verba existimabit obscura, qui naturam cubiti iuncturæ ignoret. Ego, quoniam plerique eorum, qui librum hunc legunt, in incidendis corporibus minimè sunt versati, melius duxi omnia huius generis explicare: quæ vero talia non sunt præterire, adhuc de his illud præfatus ijs, qui librum hunc lecturi sunt, vt si quà ex verbis à me expositis obscura ipsis aliquo modo videantur, ante omnia spectent, num quid mendi sit in suo libro, cum exemplaribus fide dignis illum conferentes, examinantes que: tum si rectè habere visus fuerit, eadem verba attentè iterum, & tertiò legant. ego verò, quum præsens præsenti librum aperio, ad vnguem conijcere possum expositionis modum, vbique addiscentis ingenium inspiciens: at cum omnibus scribo, nec quid maximè, nec quid minimè idoneum exigat, conij-

cio: nam illud plerisque obscurum erit, hoc iniquo animo ferunt, qui in rebus claris immorantur. Optimum igitur censeo, quid mediocre ingenium postulet, coniĳcere, atque, vbi non succedit, magis ad id spectare, quod præstantius est: neque enim commentarios legendos puto, quibus ingenium est inferius mediocri, quibus cum bene agitur, si postquam eadem sæpius de doctoribus audierunt alĳs atque alĳs verbis exposita, percipiunt. E

1 *Medicum oportet, quæ suo loco mota sunt, & fracta, recto admodum statu intendere.*

Non nullæ orationes, & si nihil doceant, quod magni momenti sit, tamen expositionis particulæ censentur, quales sunt, quæ scripturæ varietatem notant. cuiusmodi quidpiam nunc videmus in proposita oratione, quæ ab alĳs scribitur /medicum oportet/. ab alĳs absque primis verbis /medicum oportet/, Atticis enim hoc prorsus est vsitatum, quorum linguam Hippocrates aliquantum vsurpat, ita vt eius sermo a non nullis priscus atticus existimetur. Nos autem in alio paruo libello, quid de sermone Hippocratis iudicemus, seorsum demonstrauimus. Nunc explanationis initio satis est admonere omnia hæc a me prætermittenda, quum propositæ materiæ necessariæ partes non sint, & expositionem reddant nimis longam /quæ suo loco mota sunt, & fracta, recto admodum statu intendere/. appellat autem, cum ossa citra fracturam suo loco mouentur, non solum ἐκπτώσεις, & ἐκπτώματα, sed etiam ἐξαρθρώσεις, & ἐξαρθρώματα. Quod ad fracturas pertinet, id animaduertendum est Hippocratem, vt sæpius κατάγματα, raro ἄγμα nuncupet, eo vocabulo, quod rarius vsurpauit, hoc opus inscripsisse: quo fit, vt non nulli velint non seiunxisse hoc Hippocratem ab opere, quod inscribitur, de Articulis, sed vtrunque in vnum contulisse: diuisum vero fuisse postea in duo præ magnitudine: atque, vbi in vnum ambo conuenerant, inscriptum fuisse, de Officina medici. Quam rem male conantur testimonio firmare, asserentes scriptum fuisse librum vnum de officina medici, ab homine antiquo primo Hippocrate, qui patrem habuit Gnosidicum: libellum vero, quem nunc ita inscriptum habemus, compositum non fuisse a magno illo Hippocrate, qui maximus inter græcos habitus est auctor ac medicus. Sed quia in his duobus operibus tractatur de ĳs, quæ in officina medici fiunt, idcirco aiunt inscripta fuisse, de officina medici, atque ea de causa hic etiam exquisitum ordinem in docendo non seruari: ipsum enim in hoc opere de fracturis mentionem fecisse de articulis quibusdam luxatis: atque operi, quod sequitur de articulis, non pauca de fracturis inseruisse. Verum quibus placet opera hæc, non ab aliquo seiuncta, sed a principio duo composita fuisse, ab ĳs, circa quæ magis versantur, inuenisse inscriptionem affirmant. ita enim opinantur ipsi inscripta fuisse, atque inde initio sermonis accepto longius labuntur, ostendentes pleraque ex operibus Hippocratis hac ratione inscribi. Equidem in vnum'ne contulerit Hippocrates ambo hæc opera, an non, dicere non habeo: procedente autem sermone ostensurum me polliceor fracturas, & ea luxata, quæ tractantur in hoc opere, doctrinæ cognationem inter se habere, atque item luxata, & eas fracturas, quæ in opere de articulis. At quamobrem in propositis nunc verbis /quæ suo loco mota sunt, & fracta/ orationis ordinem permutet (scripsisse enim debuit /quæ fracta sunt, & suo loco mota/, eo quod ante de fracturis tractet) possum vnam duntaxat causam reddere, hoc pacto. sæpissime videre licet Hippocratem, & ex maioribus eos, qui eloquentissimi sunt, hunc enunciandi modum vsurpasse. Fortasse igitur non ordinem dicendorum, sed ordinis concentum attenderunt, vel adeo exquisitum ordinem in huiusmodi orationibus neglexerunt. /Recto admodum statu intendere/. Membra, quæ luxata sunt, aut fracta, dum intenduntur, præcipit recto admodum habitu figurari. sed qua de causa intendi debeant, hic omittit: de modo, quo collocari membrum conueniat, dum intentio adhibetur, latius pertractat. cum posset in opere rem ipsam docens, nihil de ĳs, qui secus sentirent, meminisse. Atqui non in hac oratione tantum, sed in cæteris omnibus ignorare non oportet, orationum alia summatim rem proferri, atque hæc omnium breuissima est: alia huic maxime contraria rem plene explicari, in qua nihil omnino prætermittitur, quod vtiliter dici potuisse videatur: reliquas vero omnes his interiectas esse, & alias ad breuissimam, alias ad longissimam, propius accedere, sicut alias rursum paulum a media distare. Vtriusque autem generis legere singulas oportet pro arbitrio, atque ocio: eos autem nullo modo accusare, qui vel quod breues esse laborent, obscuri fiunt: vel, quod orationis perspicuitati studeant, longius labuntur. illis enim dare legem non conuenit, præsertim, quum nihil sit profutura, sed accipere debet vnusquisque quod sibi vtile sit, cum eo vt intelligat docendi propositum non esse idem in omnibus libris. verbi gratia, in his duobus de fracturis, & de articulis, plene scribit: summatim vero in eo, qui, quum de impellendis ossibus tractet, μοχλικὸς inscribitur, vbi, quod ad res pertinet, idem agit. Est autem plene explicandi ratio ad perspicuitatem maxime accommodata: compendiaria vero ad memoriam. huius rei, quam semel indicaui, vbiq; memento. Sed iam pergimus ad ea, quæ traduntur, diligenter animum aduertito.

Ipse

A Ipse ergo in sequentibus causam inquiret, cur, siue fractum os componendum, siue luxatum in suam sedem collocandum sit, ante opus sit extendere. Mihi autem rei explicandæ locus hic videtur, vt qui operam dem, vt plane exponam: ad quod plurimum confert orationis ordine, quum nullam controuersiam recipiat, nihil est, quod demonstremus: sicut nec ab ijs, qui quidpiam exponunt perspicuitatis gratia, non solum ordinem, sed modum singularum omnium orationum attendendum esse. nulla enim alia de causa expositionem scribimus. In opere igitur de motu musculorum ostendimus maxime proprium esse musculorum, si ad reliquas corporis partes referantur: si ad se ipsos, maxime commune ad exemplum lori, chordæ, aut funis, in se ipsos contrahi. nam, sicut hęc distenduntur, vbi eorum extrema prehendentes in diuersa diducimus: & vbi sinimus, ponimus que, contrahuntur: ita musculi ossibus vtraque extremitate innexi coniunctionem habent ijs, quæ manu prehenduntur, respondentem: ab ipsis autem in contrarias partes attracti medij inter extremas partes, hoc est, suo corpore vniuerso intenduntur. qua de causa, vbi eorum fibrę omnes transuersæ præciduntur, partes plurimum inter se recedunt, vna quidem sursum ad totum musculi initium, altera verò deorsum ad extremum, qua parte post articulum cum altero membri osse coniungitur. Idcirco, vbi integro musculo articulus suo loco mouetur, finis B musculi iunctus illi parti, in quam os excidit, qui totus ad suum initium contrahitur: cū eo autem attrahitur pars membri cum qua nectitur, hoc est, caput ossis, quod in recessum inseritur, quo contracto vnà contrahitur totum os.



In quo casu accidit, vt caput eius ossis, quod in commissura subiectum est, pristina sede sublimius collocetū. quare nullo modo restitui in suum locum potest, priusquàm toto membro intento eatenus deorsum compellatur, quatenus sursum præter naturam venit. Hac itaq; de causa ossa, quę prociderunt, prius intendēda sunt. Quod aūt comminuta quoq; ossa intēdi debeāt, vel ex eo potissimum colligitur, quod sicut in luxatis restituendum est, quod erupit, ita in ijs, quæ fracta sunt, quod affectum est, componi de- C bet, sic, vt comminuti membri extrema se tangāt. est enim fractura perpetui ossis abruptio, perinde, atq; vlcus carnis. vtrunq; autem tunc ex toto restituitur, cum ad pristinam vnitatem adductum est. quod fieri non potest, nisi fracti ossis partes è regione collocentur, quę curatio grece διάπλασις dicitur. Itaque, si leuis fractura fuerit, vtraq; lęsi ossis pars suo loco manet: sin os penitus perfringatur, necesse est partes inter se cedere, hac, vt puta in priorem, illa in posteriorē regionem veniente, atq; alia in dexteram, alia in sinistram. Quamobrem ambabus manibus, vtrumque membrum prehendētes, quod in priorem partem erupit, retrò cogimus: quod in posteriorem, compellimus in priorem: quod in sinistram excidit, in dexteram trudimus: quod in hanc prolapsum est, in cōtrariam repellimus, ita, vt omnes comminuti ossis partes per manus componentis in cōtrarias partes vrgeantur. Dum hæc itaq; fiunt, periculum est, ne aliquæ fracti ossis eminentiæ confringantur. non enim redditur ex toto leue vtrunque ossis extremum, perinde quasi sectum sit serra gladium referente: nam quæ dentata est, & ipsa exasperat.

Fracti ossis alternatio & asperitas.

D



Serra cultraria. Serra dentata.

Quare fracti ossis partes in diuersa, partim sursum versus, partim deorsum deducentes, ad componendam fracturā venimus, cauentes, ne, dū coniunguntur partes ossis, quarū altera sup alterā excessit, aliquæ ipsorum eminentiæ perfringantur. quod penitus assequemur, vbi ossa ἐγκαταβῶσι, id est condantur, vnum scilicet sub altero. eo enim vocabulo vtitur Hippocrates, vbi fracti ossis partes in suum locum reponuntur. Ergo, vt, quę recesserunt, iungantur, necesse est alteram partem sursum, alteram deorsum attrahere. quod iam omnes medici faciunt, rem interdum solis ministrorum manibus committentes, interdum laqueos inijcientes, vbi maiori vi opus sit, in diuersa contendere. Ostendimus autem tā in fractorum, quam in luxatorum ossium curatione, principio intēdendū esse: adhibendam verò intentionem hanc mēbro non temere figurato, deinceps dicemus: atq; illud in primis, quùm in fracturę curatione quatuor agere debeamus, intendere, componere, alligare, & continere, eundem habitum omnium esse communem

oportere. componimus quidem, dum intendimus: vbi composuimus, protinus alligare conue- E nit, saluo eodem membri habitu, quo compositum est: quem rursus seruare decet, vbi cōtinetur: nam, si moueatur, vinculum quadam parte laxiores habebit circuitus, quadam arctiores. laxiores, quùm ossa moueri patiantur, quod compositum est, corrumpēt: arctiores, quùm dolori sint, inflammationem excitabunt. Quatuor igitur, quæ agenda diximus, cōmunem habitum requirere demonstratum est. consideremus posthac, quid intuiti, hunc habitum inueniamus. Porrò, quùm membrum intēditur, ille optimus est, sub quo non magna vi separata ossa in diuersa componuntur: quùm continetur, ille, qui minimè lædit. vtrunq; præstat, qui ita figurat, vt musculorum fibræ directę intendantur. directæ autem intenduntur, quùm ab ima mēbri parte vniuersus musculus collocatur: nam, si musculus, qui suum initiū habet à parte interiori, ita collocetur, vt medius ab interiori parte mēbri, extremus ab exteriori: vel sic, vt medius à superiori, extremus ab interiori situs sit: hoc pacto circa membrum in cochleam serpēs magnam vim requirit, cùm intenditur.

Musculorum directio.

Musculorum distortio in supinæ manus figuratione.

Itaque, si hoc modo figuratum musculum extēdas, dum fracti ossis partes abundè diducantur, vehementer dolebit, magno cum periculo, ne conuellatur. con- F stat enim intentionis vi conuulsos interdum musculos fuisse. Quare eundem esse habitum constat, qui minimè lædit, & qui musculos nullo modo peruersos continet: quod apertè Hippocrates expressit, volens brachium cubito tantùm inniti, non ex toto curuatum, aut extentum, sed in medio inter hæc collocatum. Quē habitum ipse docuit optimum esse, primò, quòd cubiti os longius est radij sede, ipsum'que firmiter sustinet: deinde, quia musculi, qui oriuntur ab interiori tuberculo humeri, extrema habent ab interiori parte totius brachij: qui ab exteriori incipiunt, ab exteriori finiuntur. Cuius autem musculi initium & finis ab interiori parte sunt totius brachij, huius & reliquæ omnes partes, & propterea totus ipse musculus. Similiter cuius extrema ab exteriori parte sunt, & ipse totus ab exteriori parte est totius membri. Quin & experimentum indicat hunc habitum minimè lędere. Ex duobus verò quibus hic interijcitur, supinus musculos plurimum peruertit, & vehementem dolorem mouet: pronus minus peruertit, minus'que dolori est. Habes de brachio figurando summatim omnia, quæ latius deinceps Hippocrates docebit, ea oratione vsus, quæ perfectè planè q; rem exponit, ita, vt paucis omnino opus sit ad ea exponenda, ijs præsertim, qui imbuti sunt puerilibus disciplinis, vel apud doctores librum legerunt, quibus sanè commentaria scribuntur. G

2 *Ea siquidem est natura iustißima.*

Quasi dixerit maximè conueniens. nam, vbi, quod conuenit vnicuique, seruatur, res iustè habet, atq; administratur. Quid autem corpori conueniat, præter id, quod secundum naturam est, haud facilè intelligitur. ergo cùm singulis partibus conuenientia inest figuræ, coloris, & magnitudinis, optimè habent.

3 *Sed, si in hanc vel illam partem declinatur, in pronum habitum peccetur. leuius enim peccatum est, quàm si in supinum.*

Duos habitus posuit, supinum & pronum, qui & ad vniuersum corpus referuntur, & ad H vnam ipsius partem, nempe brachium. Totum igitur corpus pronū dicimus iacere, vbi deorsum venter spectat, dorsum verò in superiorem partem: contra supinum, vbi sursum venter, in inferiorem partem dorsum. Quos habitus cōmemorans loquuturum se de brachio indicauit, quùm nequeat corpus totum frangi, aut excidere. Sed causam, cur præstet in pronum declinare, quàm in supinum, vbi quis deceptus rectum non assequatur, ipse in sequentibus aperiet.

4 *Qui nihil capiunt consilij, plerunque nihil errant: ipse enim, qui deligabitur, sic iusta natura coactus brachium porrigit.*

Medici, inquit, qui ante naturalem brachij habitum, nihil attendunt, plerunque melius curant, quàm qui malè ratiocinantur. Idiota enim, qui alligandus est, medico brachium porrigit figuratum, quemadmodum minimè lædat, instructus à natura, quam nunc iustam dixit: quippe quæ generationis initio, & postea in tota vita degenda, οἰκεῖον, id est conuenientem, singulis partibus habitum inuenit. /Ipse enim qui deligabit brachium porrigit/. vocabulum porrigit, ἀπορέγει dixit, quod nō nulli accipiunt pro ὀρέγει, id est porrigit medico: nō nulli pro ἀποκωλύει, hoc

A hoc eſt, non permittit, vt medicus indoctior membrum in contrarium conuertat. omnes enim homines natura ſingulas partes figurant, quemadmodum minimè lędant: quem habitum indicat Hippocrates eſſe maximè rectum. Porrigunt igitur ęgri ſe ipſos ita figuratos: atque ægrè ferunt, vbi aliter à medicis collocentur, renituntur'que, atque ob dolorem ducenti non parent. hoc autem volunt Hippocratem ſignificaſſe verbo ἀπορέγει. Sed vtrouis modo acceperit, res eadem manet. nam idiotæ, quùm ita brachium collocent, quemadmodum minimè lędat, pręſtantiores ſunt medicis, qui, cùm ſibi ſapientes videantur, malè hoc figurant. Sunt & qui ad vtrunque id referant /ſic à iuſta natura coactus brachium porrigit/. Sed cùm propoſita res ſeruetur, quomodocunque verbum id accipiatur, ſuperuacaneum eſt in his ampliùs inſiſtere, inutilia enim ſunt, & inuentu facilia, quę ambiguis verbis traduntur. Quare illi omittenda ſunt, qui tẽpori parcit, quùm in iis, quæ vtilia ſunt, id conſumere magis conueniat.

5 *Sophiſtæ autem medici vtique ſunt, qui peccant. Porrò brachium fractum non magno negocio pertractatur, id q; (vt ita dicam) cuiuis medico facilè eſt.*

Sophiſtas intelligit eos, qui ſapienter aliquid ſibi inueniſſe videntur, errantes tamen, atque idB circo non obſeruantes, quod rectè omnes idiotæ cognouerunt.

6 *Quem locum cogor latiùs explicare, quoniam medicos vidi, qui, cùm deligarent, ſapientes habiti ſunt à brachio figurando, vndè par fuit videri ignaros. Multa enim alia, quæ ſunt huius artis, ita iudicantur. Nam, quod nouum eſt, quamuis non dum conſtet, utrum ſit vtile, anteponunt ei, quod conſuetum eſt, quod iam ſciunt utile eſſe, atque id, quod alienum eſt, ei, quod receptum.*

Ipſemet tibi oſtendit in ſequentibus, quæ omnia obſcura ſunt, cur ſermonem de figurãdo brachio dilatauit, quanquàm locus per ſe, nec difficilis eſt, nec ita multa verba deſiderat, ex quo protinus cauſam inuenies, quamobrem in iis, quæ tradidit, ordinem omnino exquiſitum non ſeruarit. quiſque enim priùs de eo, quod magis vrget, verba facit. Ergo, qui à medici eius ſæculi pro cõperto habebant ad omnem, tam comminuti quàm prolapſi oſſis curationẽ intentione opus eſſe, ſed ignorabant, qui'nam habitus ſecundum naturam eſſet, idcirco de hoc in primis egit. Ac multò adhuc magis, quia medici quidem optimo deterrimum habitum anteponentes, prauis rationibus eam rem ſibi ipſis, atq; aliis perſuadebant. Quòd ſi ignari omnino fuiſſent, oportebat verũ C ipſos docere. at, cùm non ſolùm ignari eſſent, ſed etiam cognitionem ſibi vendicarẽt, neceſſe fuit Hippocratem id primò conuellere, deinde animum iam purum vera ſcientia inſtituere.

7 *Dicendum igitur eſt è medicorum erroribus, quos docere volo, quoſque dedocere, de brachij natura.*

Dedocere vult ea, quæ medici non putant vitio danda, quùm tamen vitia ſint: docere quę putant vitia, quùm non ſint.

8 *Etenim, quod hac ratione traditur, ad alia quoque oſſa corporis pertinet.*

Non iniuria dicit orationem hanc ad alia quoque oſſa ſananda pertinere. ea enim ad quæ ſpectantes, inuenire naturalem vniuſcuiuſque habitum conueniat, omnium cõmunia ſunt. duo autem ſunt (vt ſuprà indicauimus) nempè vt dolorem euitemus, & rectum ſtatum tueamur. illud experimento comperitur: hoc partium quoq; ſitu, quem corporibus incidendis comparamus.

9 *Ergo Brachium, de quo ſermo eſt, quidam vinciendum dedit pronum: hic autem coegit collocari modo ſagittario-*
D *rum, quùm humeri caput coniiciunt: atque ita deuinxit exiſtimans hunc eſſe naturalem eius habitum. Quam rem eo argumento comprobauit, quòd oſſa omnia, quæ in cubito ſunt, inter ſe dirigantur, tum ſuperiectæ partes æquentur: quòd etiam tam exteriores, quàm interiores, inter ſe directæ collocentur: ita enim inquit & carnem, & neruos naturaliter ſitos eſſe. Sagittarios prætereà teſtes adduxit. His autem dicendis, præſtandis que ſapiens habebatur: aliarum verò artium immemor erat, quæcunque vi aut artificio quidpiam moliuntur, neſciens alium alibi eſſe habitum naturalem. Quin & in eodem opere, alius erit dextræ, exempli cauſa, alius ſiniſtræ habitus naturalis: aliter enim brachium naturaliter figurant iaculantes, aliter funditores, aliter rurſus qui lapides conijciunt, aliter pugiles, aliter qui in ocio ſunt. Quotquot enim artes reperiri poſſunt, ſingulæ naturaliter brachia requirunt, non eodem modo figurata, ſed ad inſtrumentum, quo in ſingulis vtendum, & ad opus, quod efficiendum eſt, accommodata.*

De his quoq; ſemel aliquãdo meminiſſe oportet, quam rem nos minimè pręteribimus. Quidam ex iis medicis, qui ſapientes habentur, propoſita verba /ergo brachium de quo ſermo/ tanq̃ mendoſa iure ſuo corrigẽs, gręcè ita ſcripſit /τὴν οὖν χεῖρα περὶ ἧς ὁ λόγος ἦν/ adiecto verbo/ ἦν, hoc eſt erat/ ſuã nobis oſtentãs diſciplinã, qua fuerat à grãmaticis, rhetoribus q; eruditus, ita vt ignoraret modũ præciſè loquendi omnibus antiquis vſitatum. Erit aũt plena oratio, ſi perficiatur hoc modo

modo /ergo brachium, de quo ſermo erat, quidam vinciendum dedit pronum/. Idiotæ plerunq; E medicis brachium porrigunt conuenienter figuratum, ſed horum quidam nimium curioſi recedentes ab eo, quod naturaliter propoſitum eſſe debet (id autem ſunt doloris carentia) pronum habitum eligunt, vt potè quem commodiorem exiſtiment. nullus tamen idiota medico brachium porrigit reſupinatum: multum enim abeſt hic habitus ab eo, qui minimè lędit. quem alicui medici & ob inſcitiam, & vt ſapientes videantur, interdum non admittunt. atque ea de cauſa ſagittariorum exemplo brachium vniuerſum collocant, quidam penitus reſupinatum, quidam nō multum ab huiuſmodi habitu recedens. Peccant igitur, non modò in hanc partem, ſed quòd extentum figurent. quos Hippocrates prodidit ea ratione moueri, quòd vbi totum brachium ſagittariorum exemplo figuretur, oſſa diriguntur, & totius brachij ſuperiectæ cutis partes æquantur. ſed hæc valdè probabilia ſunt, & ſe viciſſim conſequuntur: illud re uera non ſic habet. carnem & neruos eo habitu, perinde, atque oſſa in recto ſitu omnibus partibus ſeruari: quod ſi ita res haberet, non modò probabiliter, ſed firmiſſimè demonſtrarent huiuſmodi habitum naturalem eſſe. Verùm hæc tolerabilia ſunt. transferre autem huc ſagittariorū exemplum, exiſtimari debet prorſus fatuum, ſatiuſque fuit eos ab Hippocrate nullo modo commemorari, quam acerrimè refelli. nam, quæ prorſus ſtulta ſunt, deridenda magis ſunt, quàm à ſcriptoribus confutanda: non tamen F prohibeo, quo minùs, dum viuentes agunt, redarguantur: ac præſertim, vbi, qui hęc nugatur, audientibus perſuadet, vt ſibi ipſi hominis curationem committant. Fit etiam interdum, vt nos quoque in ſcribendo ſtultis opinionibus contradicamus, vbi multos videmus illis credere, quaſi veræ ſint: quod nunc accidit Hippocrati, qui nihil eſſe commune ſagittarijs, & vincientibus, oſtēdit. Quæ verò afferuntur de oſſibus, neruis, & carne, recto ſtatu collocādis, quamuis nullum per hęc fuiſſet Hippocrates reprehenſurus, per ſe neceſſaria fuerant ad optimum habitum inueniendum, cuius caput eſt, ſi argumentum ex ſigno colligamus, doloris carentia, id enim neque ipſos idiotas latet: verùm, ſi rei cauſam, naturamque ſpectemus, rectus partium ſtatus, qui idiotis non item patet, ſed illis duntaxat, qui incidendis corporibus operam dederunt. Quæ ab Hippocrate ſubiiciuntur, maxima ex parte plana ſunt, nec quidquam habent, quod in quæſtionem vocetur. quare vniuerſa hæc mihi pretereunda, quod non accidit iis, qui librum legunt, quibus longiori tempore ſunt conſideranda. Quod inquit /hic autem coegit ipſum collocari modo ſagittariorū, cùm humeri caput coniiciunt/ obſcurum eſt, & incertum. quocircà non nulli verbum /coniiciunt/ quod dixit ἐμβάλλωσι, propterea ſcriptum ab Hippocrate exiſtimant, quòd extento brachio humeri caput in ſinum ceruicis, quæ in lato ſcapularum oſſe eſt, coniiciatur, in quem anteà G non coniiciebatur, cùm brachium demiſſum erat. tunc enim iuxtà erat duntaxat, & cōtingebat: quam rem his verbis expreſſit /verſatur humerus in lato ſcapularum oſſe tranſuerſus, vbi brachium iuxta latus extenditur/. Cenſent alij ἐμβάλλωσιν dixiſſe Hippocratem translatione vſum à nauium impetu. ἐμβολὴ gręcè dicitur, vbi datur opera, vt naues hoſtium mergantur, quandocunque ſigno dato prora aptatur ad nauem alteram perfringēdam, potiſſimum à latere, totamq; diſſoluendam, ac ſubmergendam. tunc quaſi paratum eſſe ad ἐμβολὴν, id eſt ad impetum faciendum aiunt. Item apud comicos porrecta membra dicuntur ad ἐμβολὴν, id eſt ad impetum faciendum parata: quod Ariſtophanes oſtendit, quùm inquit, χωρεῖ ἐπὶ γραμμὴν λόρδος ὡς ἐμβολῇ, id eſt, recta accedit incuruus, quaſi ad impetum faciendum paratus. Quę ſubdit omnia, ſi animaduertantur, manifeſta ſunt, vſque dum inquit.

10 *In ſagittarijs par eſt hunc alterius brachij habitum optimum eſſe: nam ſi ita collocetur, imum humeri caput, quod cardinis modo in ſinum cubiti coniicitur, efficit, vt brachij atque humeri oſſa dirigantur, quaſi totum vnum ſit.*

Scribit nunc aduerſus eos, qui vniuerſum brachium intentum deuinciunt, ſicuti ſagittarij ſi- H niſtrum continent. Ait enim ad id agendum iure opus fuiſſe brachio extento, quùm neruus dextra tenditur verſus partem poſteriorem: totus verò arcus in eadem regione continetur à ſiniſtra, ne in alteram partem inclinetur. Nam ſi neruus dextra validè in poſteriorem partem intentus totum arcum ſecum adducat, ductio ſagittæ in poſteriorem partem impedietur, vt quæ debeat à valido neruo contentoque emitti. Ergo, quantum ex vltima contentione remittitur, tantum demitur de emiſſione ſagittę: quod, quùm in confeſſo ſit, Hippocrates cauſam adiungit huiuſmodi /nam ſi ita collocetur imum humeri caput, quod cardinis modo in ſinum cubiti coniicitur, efficit, vt humeri atq; brachij oſſa dirigantur, & brachium totum ſine inclinatione ſeruetur/. vocat autem γιγγλυμοειδὲς imum caput humeri, quod cardinis modo cum cubito committitur. quandoquidem cardines (gręcè γίγγλυμοι) & quoſdam ſinus habēt, & quoſdā proceſſus ſinibus recipiunt eorū, cum quibus cōmittuntur, proceſſus: proceſſibus in ipſorū ſinus inſeruntur. Similiter imum caput humeri in gibbū ambitū deſinens duo à lateribus tubercula exigit, vnde ſimilitudo trochleę fit. hęret aūt huiuſmodi ambitu trochleā referēte in ſinibus cubiti. Extremus hic ambitus, & à priori & à poſteriori parte cauum hēt: in vtroq; ſe inſinuāt cubiti ꝓceſſus roſtro ſimiles.

Siquidem

A



Sinus cubiti ſigmatoides.

Siquidem cubiti caput ſuperiùs *C* literam refert, quà cum humero committitur: accipit´que humeri ambitum, qui trochleam refert, ferè totum, vbi brachium ſic collocatur, vt cubitus atq; humerus rectum angulum oſtendant. At rurſus, vbi humero quieſcente, cubitus circa gibbũ eius ambitum moueatur, ſi in priora feratur, cubiti commiſſuram flectit. ſi in poſteriora tendit, in maximo quidem flexu prior cubiti proceſſus in humeri cauum, quod à priori parte eſt, conijcitur: in extenſione poſterior proceſſus in poſterius cauum, quod, quùm maius ſit, maiorẽ proceſſum accipit. quare plurimum extẽdere & curuare totum brachiũ poſſumus: quod nullo quidem modo cõtingeret, ſi nullum cauum in humero fuiſſet. Quùm huiuſmodi ergo ſit cubiti iun
B ctura, vbi totum brachium ad rectum angulum figuretur, ita, vt humerus & cubitus rectum angulum oſtendant (quem habitum Hippocrates ſolitus eſt appellare ἐγγώνιον) ambitus trochleã referens medius hæret cauo cubiti, quod *C* literam repræſentat. At vbi totum brachium extenditur, cubitus in poſteriorem partem fertur, & proceſſus, qui ab ea parte eſt, motui præeſt: ceſſat autem, quieſcit´que, quùm primum ad humeri cauum, quod ea parte eſt, peruenit. Quo fit, vt commiſſura extendatur, & imum humeri caput, cardinis modo, ſinu cubiti innitatur. vocat autem Hippocrates βαθμίδα, non modò humeri ſinum, ſed cęteros omnes, in quibus recipiuntur oſſium proceſſus.

11 *Præterea articulus ita extẽtus recuruatur. Ergo veriſimile eſt ſic eum locum minimè flecti, maxime´que intendi, neque à neruo, quem dextra tendit ſuperari, neque illi cedere: ad hæc neruum ipſum plurimum adduci. Quo fit, vt ſagittæ à valida ſubita´que vi emittantur: quæ autem ſic emittuntur, maiori impetu celeriùs feruntur, longius´que. Sed vincientis & ſagittarij nihil commune.*

Ex modis, quibus brachium figuratur, extenſio flexui contraria eſt, ſupinus habitus prono. hi ergo extremi ſunt, & quaſi quatuor habituum exceſſus: duo alij medij ſunt, vnus quidem inter
C extremum flexum & extenſionem, quem Hippocrates (vt dixi) ἐγγώνιον appellat: alter inter pronum & ſupinum, ſub quo ait cubitum radio ſubijci. Igitur, ſicut hunc iuſtum & rectum dicit, ſic etiam illum, qui ἐγγώνιος dicitur, ſub quo humerus cum cubito ad rectum angulum collocatur. Quòd ſi hic habitus rectus eſt, ſequitur, vt, vbi brachium extẽditur, non debeat rectus appellari. ſi rectus non ſit, certè erit in exteriorem partem recuruatus: quemadmodum, ſi in poſteriorem partem ita recuruetur os cubiti, vt cum humero angulum oſtendat: quod iam non nullis accidiſſe perſpectum eſt, quibus neceſſe eſt poſterius humeri cauum abunde altum eſſe, in quod ſe inſerit poſterior cubiti proceſſus. Quod ſi huiuſmodi cauum nobis omnibus altiſſimum eſſet, flectere in poſteriorem partem brachium poſſemus, vt dixi de his, quibus aliquantulum id licet, vtpotè qui poſterius cauum non ſecundum naturam penitus habeant, ſed nimis ſinuatum.

12 *Qui brachium deligat, vbi ſic figuratum contineatur, multa alia affert mala grauiora, quàm vulnus. Nam, ſi curuari brachium imperet, non oſſa, non nerui, non caro eundem habitũ ſeruabunt, ſed vinculis cedentibus in aliam atq; aliam partem moueбuntur. Ecquid opus eſt ſagittariorum habitu? qua in re nullus fortaſſis error fuiſſet, ſi ſophiſta permiſiſſet, vt homo ipſe vulneratum brachium porrigeret.*

D Qui intentum brachium deuincit omnino (inquit) vel ita contineri iubet, vel curuari ſinit: vtrumuis fecerit, ęgrotantem lędit. nam, ſi in eodem habitu contineatur, dolor aſſiduè vrget: ſin aliter figuretur, deprauatur brachium ſub vinculo, quod eò ſpectat, vt membrum, ſicuti compoſitum eſt ab iniectis faſcijs contentum, ſine vllo preſſu tueatur. at, ſi aliter figuretur, contrarium accidet, nempè, vt fractura vinculo non contineatur, ſed moueatur, transferatur´que vnà cum neruis habitum mutantibus, muſculis´que, quos carnem vocauit, eorum nobis naturam oſtendens. Sunt enim muſculi caro ſentiendi vim habens à ſimplici carne, ex qua maximè conſtant, caro nominati, per quos fibræ diſtribuuntur à neruis ac ligamentis diductæ. creatur enim totus muſculus à natura eiuſmodi fibris contentus, quibus caro ſimplex vndique concreſcit, atq; hæc eſt propria muſculi natura, per quem venæ & arteriæ diſcurrunt, vt non ſecus ac cęterę partes, alatur & viuat: proprium verò muſculorum corpus fibræ ſunt, quæ ſimplici carne cinguntur, plurimum quidem mediis muſculis, tum ſubinde minùs, præſertim´que in initio ac fine ipſorum. quocirca extremi muſculi neruoſi magis ſunt, medij verò carnoſi.

13 *Quidam alius medicus reſupinatum brachium extendi iuſſit, atque ita figuratum deuinxit, ſibi perſuaſum habens hunc ſtatũ naturalẽ eſſe: quod ex cute coniiciebat, & ex eo, quod oſſa ſic tueri naturalem habitũ exiſtimaret. Quia id*

oßis, quod in prima palmæ parte extat à parte minimi digiti, è regione collocetur eius oßis, vnde cubitum metimur. E
Hæc adducebat ad comprobandum huiusmodi habitum esse naturalem, rationi que consentanea loqui uidebatur. Sed brachium vehementer cruciari, si supinum extendatur, experiri quilibet in suo potest: nam si extendatur, hunc habitum dolori esse comperiet. Quin, si imbecillis homo manus prehendat valentis ita collocatas, vt cubitus resupinatus curuetur, vtique, quò uolet, ipsum ducet. Manus item eo modo collocata, si gladiũ teneat, vti eo minimè poterit: vsque adeò istiusmodi habitus violentus est. Ad hæc, vbi brachium in eo habitu vinciatur, grauiori dolore torquebitur homo, dum ingredietur: graui, dum cubabit. Quod si brachium flectatur, necesse est musculos contrahi, & ossa in eodem habitu minimè contineri. Ignorabat autem illud, præter alia, quæ in huiusmodi habitu incommoda accidunt, quòd os in prima palmæ parte extans à parte minimi digiti, cubiti pars est: illud verò, quod in cubiti iunctura est, vnde cubitum metimur, est humeri caput.



Directio interioris tuberculi brachij ad finem cubiti

Si quis brachium resupinauerit, videbitur humeri caput ab iteriori parte, quod græcè κόνδυλος id est tuberculum, nominatur, esse caput superius cubiti, cùm quodammodo è regione se ostendat capitis inferioris, quod in prima palmæ parte ex- F
tat à parte minimi digiti. Non tamen omnes cubitum metiuntur ab humeri tuberculo: sed sunt, qui metiri incipiant, id'que rectè, à cubiti eminentia, quam greci ὀλέκρανον dicũt & ἀγκῶνα. At Hippocrates, cum dixit /vnde cubitũ metimur/ significare videtur, vel omnes, vel plerosque inde metiri. Quomodo autem sese res habeat, hîc quærere superuacaneum est. illud meminisse oportet, quod inferius cubiti caput sitũ in prima palmę parte è regione superiori capiti respondet, vbi secundum naturam brachium figuretur, vt scilicet curua pars interior sit, gibba exterior: in quo habitu fit, vt minimus digitus ab inferiori parte subiiciatur, pollex à superiori insidat.

14 *Hic verò putauit hoc idem os esse atque illud.*

Non ita dixit /hoc idem os esse, atque illud/ sicuti aliquem eundem cũ se ipso dicimus, vt Aiacem Telamonium eundem cum Æacide, sed quòd vtrunque ossis extremum intelligat eiusdem G
esse, nempè cubiti.

15 *Est autem idem cum illo eminentia cubiti, cui potißimum innitimur.*

Vocabulum /idem/ accipiendum nunc quoque est eodem modo, quo proximis verbis explanauimus, cùm vnius & eiusdem ossis partes esse existimarent, quod in prima parte palmæ situm est, & quod ab interiori regione commissurę cubiti extat.

16 *Ergo, vbi brachium resupinetur, partim hoc os peruersum conspicitur: partim nerui, qui ab interiori sede, & digitorum, & primæ palmæ partis procedunt, supino brachio peruertuntur: tendunt enim huiusmodi nerui ad humeri os, vnde cubitum metimur. Errores, atq; ignorationes naturæ brachij tot ac tales sunt. Si quis autem (vt præcepimus) fractum brachium extendat, dirigetur os, quod à parte minimi digiti ad cubiti eminentiam tendit: dirigentur item nerui, qui à prima palmæ parte ad extremum humerum pertinent: suspensum que brachium in eodem habitu continebitur, in quo fuerit colligatum, neque dolori erit, aut molestiæ, siue ingrediatur homo, siue cubet.*
H

Distortio neruorum & musculorum & oßis cubiti in resupinatione manus.

Quùm accidit, vt ossis cuiuspiam, vel nerui, vel musculi initium sit ab interiori parte membri: finis vel ab exteriori, vel ab inferiori: cõstat partem hanc peruersam esse. Rectè igitur dixit omnia hæc peruerti, vbi totũ brachium resupinetur. Ac ne longiùs exempla petamus, nerui, qui ab interiori parte feruntur ad manum, cum cubito iunguntur circa totum humeri caput. Fiet itaque resupinato brachio, vt neruorũ, qui cubito illigantur, initia ab interiori parte collocẽtur, fines à superiori. idẽ accidet musculis, & ipsius cubiti ossi: horum enim omniũ initia ab interiori parte sunt iuxta tuberculũ humeri. Poterant aũt per se musculi, cũ peruerterenĩ, abũdè dolorẽ excitare, atq; ea de causa inflammationẽ. Si quis aũt brachiũ figurauerit, vt Hippocrates iussit, musculi, q ab interiori parte cubiti oriunĩ, toti ab interiori parte siti erũt,
qui

A qui ab exteriori, in hac similiter continebuntur: quemadmodum, qui à superiori, positum à superiori tuebuntur in vniuerso membro. Ab inferiori autē cubiti parte nullus situs est omnino musculus. sed, si cubiti musculorum omnium situm cognoscere tibi curæ est, ex primo libro de incidendorum corporum ratione addiscere poteris: tum ex opere de musculis incidendis, vbi musculorum omnium natura ad compendium confertur magis, quàm in libro de incidendorum corporum ratione.

17 *Collocari sic hominem oportet, vt id ossis, quod excedit, ad lumen quantum maximè potest, illustre conuertatur, ne Chirurgicum lateat, dum intēdit, quando satis fuerit directum. Porrò, qui vsum habeat, quum admota manu os excedens continget, rem optime comprehendet.*

Siue iacere, siue sedere, significare voluerit verbo /collocari/ quod καθιζνεῖσθαι dixit, cum altero alterum quoque intelligendum est. Nam si ægri vires, & fracturæ magnitudinem, intueamur, ipsum modò iacentem, modò sedentem, vinciemus. Verùm vtrouis modo collocetur, vt vitiata pars conspectui magis pateat, ex luminibus quæ dantur, spectare debet ad maximè illustre.

B De Brachio

18 *Ossium brachij, cùm non vtrunque fractum est, facilior curatio est, quibus quod superius, comminuitur, quamuis plenius sit: tum quia integrum, quod subiectum est, fundamenti vicem præstat: tum quia facilius reconditur, præter quàm in vicinia manus. Superius enim os carne plurimum contegitur: id uerò, quod subiectum est, minime carnosum est, ægrè conditur, ac maiori vi extenditur.*

Indicauit brachiū ex binis ossibus constare, vbi ait/ ὧν μὴ ἀμφότερα, id est cùm non vtrunq;/. non enim consueuit dictio ἀμφότερα græcè vsurpari ad vnum, vel tria, vel plura significanda. Ex his ergo binis ossibus, quod subiectum est πῆχυς, id est cubitus, propriè vocatur, id'que sanè longius est: quod superinsidet κερκίς, id est radius. Plana autem est, non modò oratio hæc, sed reliquæ ferè omnes huius libri. Illa duntaxat explanationis mihi visa sunt indigere, quæ à me enodantur. Quare si quid præter hæc obscurum tibi videatur, spectato, num quid in exemplari fuerit mendosum. vbi enim correxeris, si quid lectum semel non comprehenderis, iterum ac tertio relegens, quod propositum est, optimè percipies.

19 C *Vbi non hoc, sed illud fuerit comminutum, satisfaciet simplicior vis in intendendo: vbi vtrunq;, extendere valentiùs oportet. Puerum iam vidi plus iusto intentum: sed plærique, minus quàm res postulat, extenduntur.*

Vim simpliciorem, & quæ non magno negocio adhibetur, φαυλοτέραν dixit. φαῦλον enim apud veteres græcos, non solùm significat vitiatum, sed simplex.

20 *Intentione adhibita, conuenit admotis prominentioribus palmarum partibus dirigere.*

Prominentiores partes palmarum appellant θέναρα deducto vocabulo à percutiendo, quod θείνειν græci dicunt, vt non nulli volunt, qui verborum interpretationibus student. Quicquid enim percutimus, prominentioribus his partibus percutimus. Alij non omnes prominentiores palmæ partes sic appellatas existimant, sed eas tantùm, quæ pollici subiiciuntur.

21 *Deinde cerato inungere non ita liberaliter, ne fasciæ superinnatent, atque hoc modo deuincire.*

Vinculi vsus duplex est, nam & comminuti ossis partes, quæ rectè inter se compositæ fuerint, fideliter continet, & lintea liquore aliquo respersa, vel illita medicamento quod ad repellendam inflammationem præsentissimum esse putauerimus, decidere non patitur. Adhibent itaq; non
D nulla medicamenta, quæ linteis illinuntur, his quæ excepta imponunt, vinculum superdantes. Alij humorem aliquem ingerunt ad rem idoneum, quale est vinum, vel per se, vel cum oleo. & sæpè liquidum aliquod medicamentum, cuiusmodi est ceratum hoc. cuius duplex ratio est: interdum siquidem cera ex rosa, vel oleo liquatur: interdū arida pix adiicitur, hincq; πισσηρὰ κηρωτὴ græcè nominatur. Sed liquida medicamenta, spissa quoque sunt & crassa, cuiusmodi est liquidū ceratum. Fiunt autem & ex emplastris inflammationem arcentibus, liquatis in oleo, de quibus loquuti sumus & in opere de simplicium medicamentorum facultate, sed latiùs in eo, quod scripsimus de ratione curandi, & in eo, quod de compositione medicamentorum. Hippocrates igitur liquido cerato vtitur, quod multò magis inflammationem coercet, quàm quod durū est, seu quouis alio nomine libeat appellare. Modum verò vtendi huiusmodi cerato indicauit inquiens /nō ita liberaliter, ne fasciæ superinnatēt/. sed cōtrarium terminum, vt potè, qui nobis notus sit, prçteriit. is autem est, ne ceratum ita parum inungatur, vt iniecta lintea siccescant, prius quàm tertiò quoque die resoluantur. At qua de causa cerato nunc inungendum dixerit, considerandum est, quùm, vbi os cute excedit, vinum nigrum austerum superinfundi iusserit. Mihi sanè videtur vinum excogitasse ad hæc tanquam præsidium efficacius: omisisse verò in aliis fracturis, vbi nullū

ex

ex comminutis ossibus nudatum est, eo quòd uini vsus summam diligentiam postulet, nam, nisi E subinde infundatur, aridæ fasciæ maximo sunt detrimento. Plærique autem ex iis, qui laborantibus seruiunt, recusant subinde infundere, noctu præsertim. Sed quia extremus morbus extrema curatione perfectè restituitur, idcirco quibus excedit os, vt vinum superinfunderetur, edixit. Sed plura de facultate vini dicemus, vbi eo vtitur. nunc illud indicasse satis sit, quòd, cùm aliæ fracturæ sola cerati inunctione curari sine vino possint, non necesse est hoc adhibito grauiter interdum ob ministrorum negligentiam peccare. At, quùm summum periculum circunstat, tunc & ipsi vltrò fatigandos se præbent, & nobis imperantibus parent. Adde, quòd nos etiam ob periculum ingens frequentiùs his adsumus, atque interdum vniuersam noctem immoramur, vbi veremur, vt ministri rectè exequuturi sint, quæ præcepimus.

22 *Cura habita, ne manus inferior iunctura cubiti collocetur, sed paulò superior, ne sanguis ad imum fluat, sed retineatur.*

Cubitum ita figurandum esse, vt radio subiiciatur, atque ad rectum angulum cum humero collocetur, in superioribus proditum est. Sed, quùm hoc fieri possit, manu & supra & infra cubiti regionem posita, meritò hoc quoque definiuit, imperans, vt manus paulò sublimior, quàm iunctura cubiti habeatur. F Constat enim, vbi membra dependeant, ad ima concurrere materiam: ac proptereà, quemadmodum, qui totum diem inambulant, quibus'que crura calidiora sunt, maximi momenti censent noctu hæc vniuerso corpore sublimiora continere, ita iubet Hippocrates, vt caueamus, ne manus dependeat, sed sublimior collocetur. quòd si cubiti iunctura multo sublimiorem figurari iussisset, huiusmodi habitus in iis etiam, qui paulùlum in eo perseuerant, dolorem afferret vniuerso brachio, potissimum'que musculis à priori parte humeri sitis. Eum autem habitũ dolori esse docebit ipsa experientia: doloris verò causam ostendet natura musculorum, cubiti iuncturam mouentium. sunt enim & à priori, & ab interiori parte humeri, atque vbi cubitum flectimus, ad suum initium contrahuntur, & sursum versus intenduntur, cum'que ipsis contrahitur ac sursum tenditur totum brachium, cui suis imis partibus iungũtur. /Ne sanguis ad imum fluat, sed retineatur/. verba hæc referenda sunt ad illud /ne manus inferior iunctura cubiti collocetur/. interposuit autem /sed paulò superior/ sic, vt tota oratio sit huiusmodi: Cura habita, ne manus inferior iunctura cubiti collocetur, ne sanguis ad imum fluat, sed paulò superior retineatur.

23 *Post hæc fascia alligare, capite, quà fractura est, iniecto.* G

Potest iniici caput, vel non iniici, quà fractura est, dupliciter. cùm id modò in lõgitudine membri, modò in latitudine, accipiatur. Termini autem iniiciendi fasciæ caput in longitudinem membri sunt, vbi primus fasciæ circuitus in orbem attractus fracturã vniuersam complectitur. Quod si, vel superiùs iniiciatur, quàm vt fracturam contingat, vel inferiùs, quàm vt ad ipsam perueniat, caput hoc verè quis poterit asserere minimè iniectum esse, quà fractura est. sic mihi intelligito iniectum, vel non iniectum caput, quà fractura est, sed in latitudinem, cùm fasciæ caput primò superdatum, vel quà fractura est vel extrà procedet. Hîc igitur Hippocrates membri longitudinẽ intuitus, caput, quà fractura est, iniiciendum esse proposuit, hoc est, neque fractura inferiùs, neq; sublimiùs. quod indicauit per ea, quæ subdit, quùm inquit /vbi super fracturam iterum & tertiò circumierit, sursum feratur/. At in libro de officina medici, cùm ait, ‖Principia iniicienda sunt, non quà vlcus, sed hinc vel hinc. ad membri latitudinem spectauit, vt ibi rursus demonstrat verbis ἔνθα ἢ ἔνθα, id est hinc vel hinc, his enim vocibus græcè latitudo significatur. Plæraque autem exemplaria sic leguntur /Principia iniicienda sunt, non quà vlcus, sed quà nodus/.

Sect. 2. t. 8. 7[a]. 207. f

24 *Sic vt insidat, non tamen vehementer adstringat.* H

Docet hoc loco vinculi moderationem. id siquidem insidere debet eatenus, dum fracti ossis extrema immobilia tueatur: non tamen ita arctari, vt dolorem afferat laboranti. Quilibet enim dolor, cùm perseuerat, præsertim si ex compressione est, inflammationem concitat. Hæc igitur spectari debent in fascijs coarctandis, quæ initio ad vnguem coniicere non licet: licet autem, vbi sæpiùs deuinxerimus. nam diligenter animaduertentes modum adstringendi, cùm vinculum iniecimus, interrogantes'que hominem, qualem circundatam fasciam sentiat, iterũ æquè ac primò iniicientes, laxare vel adstringere oportet: si quidem premi se dixerit, proculdubio laxare: sin vinculum ita laxum affirmet, vt iniectum minimè sentiat, adstringere. Licet autem, prius quàm eũ alligemus, quem fractura malè habet, exerceri, sanum puerum sæpiùs vinciendo, sed cum eo, vt percontemur, quæ paulò antè interroganda proposuimus. sic enim promptiores erimus ad fracturas deligandas. Illud etiam perspicere oportet, quòd quæcunque corpora robustiora sunt ac duriora, vinculum sustinent arctiùs adstrictum: quæ verò infirmiora sunt & molliora, leniùs adstringi debent.

25 A *Vbi super fracturam iterum, aut tertiò circumierit, sursum feratur, vt fluens sanguis retineatur, atq; ibi subsistat.*

Ipse causam exposuit, cur primò velit fasciam sursum ferri: vult enim sanguinem prohiberi, quò minùs à superioribus membri partibus descendat. hac autem vinciendi ratione, non solùm coercetur ille, qui fluit, sed, qui circa fracturam coiit, exprimitur: qui fluit, vno duntaxat itinere fertur à superiori parte deorsum: qui exprimitur vtroque, & à superiori parte deorsum, & ab inferiori sursum. Depelli enim aliquid potest, & ad superiorem membri partem, & ad inferiorem. monet sanè, vt vtrique operam demus, quùm duas adhiberi fascias iubet, quarum vtraque ordiatur ab affecta sede, habita longitudinis ratione: deinde prior sursum procedat, secunda deorsum: quoniam præstat sanguinem à vitiata sede exprimi ad summum membrum, atque ad totum corpus. imum enim minus est, quàm vt sine iniuria recipere succorum copiam possit, quandoquidem, postquàm sub priori fascia sanguis transmissus est ad summum brachium, si altera arctiùs adstringatur, inflammatio iuxta primam palmæ partẽ & digitos orietur. Hac igitur de causa antè ad superiora depellendum est, potissimum'q; si fieri potest omne id, quod dolori foret: sed, si paulum quid relictum fuerit, exprimendum ad inferiora, altera fascia iniecta. Totam hanc sentẽtiam B perfectiùs intelliges in sermone de ratione vinciendi.

26 *Prior fascia, longa ne sit.*

Iure hoc adscripsit: prior enim fascia, quùm à fractura incipiat, & ad superiora feratur, atq; ibi desinat, breuior sit, necesse est, quàm secunda. Hanc enim voluit à fractura orsam primò deorsum ferri, deinde sursum, ad eum locum, vbi prior finiebatur.

27 *Secunda primùm super fracturam iniiciatur.*

Non immeritò: inde enim excerni plurimum sanguinis constituit.

28 *Ac semel super ipsam circumeat.*

Secundæ fasciæ caput semel circuire iussit, non bis vel ter, sicut prioris. vult enim ob propositã causam sursum magis, quàm deorsum, transferri id, quod ad fracturam collectum est.

29 *Tum deorsum demittatur, leniùs adstringatur, atque ex maiori interuallo circundetur.*

C Minùs adstringi membrum iussit à secunda fascia ob causas propositas: quin & eius circuitus non ita spissos adhiberi, quùm id opis, quod spissi afferunt circuitus, à priori fascia satis afferatur.

30 *Vt possit relata ad eam partem, qua prior desinit, peruenire.*

Hippocrates, antequàm pannos superimponat, binas fascias adhibet. alij verò ternis vtuntur, vna, quæ à fractura incipiens sursum tendat, quemadmodum Hippocrates præcepit: altera, quæ à fractura deorsum: ac tertia, quæ ab inferiori parte sursum per priorem vtranq; in cochleam serpat. Verùm hi secundam fasciam duabus prioribus breuiorem iniiciunt, illas verò inter se æquales, propterea, quòd prima fascia super fracturam ipsam iterum ac tertiò circumeat, membrum q; ipsum spissiori ambitu complectatur: secunda semel super fracturam voluta ex maiori interuallo circundetur: tertia super vtranq; obuoluatur, & quia minùs spissè circumagitur, primæ longitudinem non excedat. Sed constat (etiam me tacente) tres positas fascias duabus, quas Hippocrates prodidit, contineri, quùm secunda duplicem vsum præstet, quem illi partiti sunt, vnam iniicientes, quę à fractura procederet ad partẽ inferiorem: alterã, quæ hinc sursum, quà prima finiebatur.

31 D *Attrahere verò fascias in hoc casu, vel à dextra debemus vel à sinistra, prout ab hac vel illa parte, ad fracturæ habitum, atque inclinationem in hanc vel illam regionem, confert.*

Ossa, quæ sub fracturis peruertuntur, modò in dextram membri partem, modò in sinistram, declinantur. Quocirca priores duæ fasciæ attrahi à contraria debent, ab ea scilicet orsæ, in quam membrum conuertitur, atque in contrariam inclinatæ. sic enim fractum os æquè in vtranq; partem inclinabit. atq; hoc est, quod nunc ab Hippocrate proponitur, quùm præcipit, vt fracturæ habitum intuiti fasciam circumagamus, hoc est, vt ad contrariam partem, atque fractura inclinat, fasciam adducamus.

32 *Post hæc panni superdentur modico cerato inuncti, siquidem leniores sunt, & stabiliores.*

Panni duas fascias priores fulciunt, quas propriè ὑποδεσμίδας vocat. Iniiciuntur autem contraria rōne ac fascię: illę enim serpũt circa membrũ transuersę: pãni verò in longitudinẽ dantur,

vniuersum

vniuersum vinculum ex binis prioribus fascijs excipientes. iussit autem cerato modicè inungi. E fluerent enim, vbi cerati copia labarent, non secus ac, si parum inungerentur, quòd subiectis fasciis minimè coirent. exhibet enim ceratum vicem glutinantis. constat autem in aliis, quæ glutine colligantur modum esse optimum. Panni igitur comprimunt, vbi sicci imponantur, cui opponitur, quod inquit /leniores/: sicut & quod dicit /stabiliores/ illis cõtrarium est, qui ob cerati copiam non hærent. Iure itaque ait /siquidem leniores sunt, & stabiliores/. namque, vbi panni nullo pacto cerato inungantur, non ampliùs lenes sunt: vbi plus iusto vncti sint, non ampliùs stabiles, labuntur enim copia cerati.

33 *Hi fascijs alligandi sunt inter se aduersis, alijs à dextra parte, alijs à sinistra, plurimum ab inferiori parte sursum ductis, aliquatenus à superiori deorsum.*

Fasciæ, quæ primò dabantur, non circuibant inter se aduersæ, sed útraq; membrum, quod peruersum erat, à contrario habitu ad naturalem restituebat: sed, quæ pannis superiniiciuntur, cùm eò pertineant, vt membrum vniuersum alligent, tueantur'que vinculum vniuersum, quale exceperint, aduersæ inter se procedunt, atq; vna quidem à dextra parte, altera à sinistra circumagitur: F similiter altera à superiori, altera ab inferiori: sic enim, quùm inter se aduersæ sint, vinculum, quale acceperint, potissimum seruabunt. Quare quatenus à dextra parte vel sinistra procedunt, iunctura ex toto fit æqualis: quatenus verò à superiori vel inferiori feruntur, altera non longè alteram excedit. sępius tamẽ circuit, quæ ab inferiori parte sursum tendit. hoc siquidem tutius est, ob causam, quę paulò suprà posita est, vbi iussit sanguinẽ à fractura depelli ad summũ membrum.

34 *Quæ extremitate tenuantur, pannis æquanda sunt in orbem datis, qui, vbi ea dirigimus, non subitò, sed paulatim plurimi obuoluendi sunt.*

Tenuantur membrorum extrema, quæ dixit ὑπόξηρα. Has igitur partes circundatis pannis transuersis compleri voluit, & pluribus fasciæ circuitibus cingi, cum eo, vt quod tenuius est, non subitò (sic enim vinculum inæquale redderes) sed paulatim impleatur.

35 *Laxe que circa primam palmæ partem varijs locis vinciendi.*

G

Solent iuxta vitiatam sedem loca omnia inflammatione affici, ac pręcipuè membrorum extremitates, quoniam paruæ sunt, & minimè carnosæ, & idcirco materiam à locis, qui iuxta fracturã sunt, descendentem non recipiunt citra noxam. Eas igitur leuare constituit cerati inunctione, quod non expedit per se membris imponi sine vllo tegmento, sine aliis fasciis. nam cum caput & finem haberet sine aliquo fulcro, citò caderet. idcirco vsus est fasciis totius fracturæ, quas iure laxas iniicit, vt nullam afferant molestiam, sed id vnum duntaxat efficiant, vt inflammationem arceant. non enim admouentur ad id, quod fractum est continendum.

36 *Quod ad linteorum multitudinem pertinet, duas partes primò abundè est superdare.*

Ad vniuersum vinculum, quod primum omniũ damus, censet paucioribus linteis opus esse, quàm procedente tempore futurum sit. docuit enim paulò infrà, quo tempore plurimis vti fasciis conueniat. Sed, quùm linteorum multitudo, fasciarum & pannorũ numero longitudine q; augeatur, quæret quis num idoneo tempore, maiora an plura lintea iniici velit: quin & quanta singula esse debeant. Porrò longitudinem & latitudinem fasciarum definiuit in libro de officina H medici, quùm inquit, ‖ Quod verò ad longitudinem & latitudinem pertinet, impleant trium, quatuor, quinque, aut sex, longitudinem quidem cubitorum, latitudinem verò digitorum. At neque numerum nunc silentio præteriit, ex fasciis enim, quæ primæ iniiciuntur, duas dari iussit per vniuersum vinculum. pannos item duplices triplices'ue superiniiciendos esse, ibi quoq; explicauit: quos esse voluit tot numero, vt complecti queãt vniuersum membrum. Sed fasciæ, quę super pannos dantur, plærunque duæ sint, quarum vna ab inferiori parte sursum tendat, altera à superiori deorsum. has etiam licet & ternas, & quaternas imponere. nos autem binis vbique vtimur. igitur, qui in hęc incumbet, duas linteorũ partes initio: sed quo tempore vitiatus locus inflammatione vacat, tres dandas esse cõiiciet. In libro itaq; (vt diximus) de officina medici, fasciarum longitudinem definiuit, iubens, vt superiniiciantur longæ ternos vel quaternos cubitos, nimirum hominis, qui deuincitur. nam ridiculum esset puerum exempli causa bimum vel trimum fasciis ita longis alligare, vt robusti hominis quaternos cubitos æquent: vel ad robustum ita breues adhibere, vt quaternos pueri cubitos impleant. Sed in hoc opere, fasciarum longitudinẽ

Sect. 3. t. 7. 7ª. ₂14. h

A longitudinem non statuit, sicut neque latitudinem, ea nobis coniicienda relinquens. Constat autem fracturæ magnitudine inspecta inueniri a nobis longitudinem fasciarum, quum (vt ipse imperauit) debeat vinculum semper plurimum integræ partis comprehendere. Hæc non conuenit eadem vbique, sed pro magnitudine fracturę, vt diximus. Quod si iterum, aut tertio super fracturam circumagenda prima fascia est: postea crebris circuitibus voluta non prius finienda, quam integræ sedis plurimum complexa fuerit: planè debet ita longa sumi, vt propositis ab Hippocrate circuitibus sufficiat. Eadem ratione, & aliarum fasciarum longitudo tanta sit, vt sufficiat deferri ptis ab ipso vinculis. Porrò fasciarum latitudinem comperies, si ad ea, quæ ipse docuit, respexeris. inquit enim /fulciantur, non tamen cogantur/. significat autem fulciri quasi hærere. quod fiet, vbi fasciæ non ita latæ parentur, hæ siquidem rugant, quum circumaguntur. nam alioquin latior fascia, vt quæ plurimùm amplectatur, fracti ossis partes firmiùs continet. atque hac de causa latissima fascia ex vsu maximè est. verùm, quia, quæ talis est, rugas contrahens, quum super affectas partes est obuoluta, laxior fit, & quæ subiecta sunt, minùs fideliter continet, idcirco expedit, non ita latam imponere, sed eatenus eius latitudinem augere, quatenus nulla pars laxatur. Quamobrē experiens hæc omnia meliùs præstabit: eiusmodi enim obseruationes coniecturales sunt, neque B scriptura comprehendi aut lectione possunt. Ob quam verò causam plures fascias dari postea velit, tunc intelliges, cùm ad eum locum peruenerimus.

37 *Hinc autem cognosces rectè hominem curatum esse, ac terminum deligandi, vbi, num prematur, rogaueris: atque is responderit se premi quidem, sed leuiter, id que præsertim qua fractura est. Hæc itaque sic habere, necesse est fateatur, qui rectè est alligatus.*

Quoniam ea, quæ nos spectamus in fascijs obuoluendis, intelligit non comprehendi scientia, sed coniectura, ex certis indiciis iudicandum censet, quæ rectè iniectę fuerint, quæ malè. Quod si homo abundè sub fasciis vrgeatur, celerrimè soluentes aptiùs deligabimus: sin fasciarum circuitus iusto laxiores fuerint, non patiemur diutiùs sic habere: nam, quæ arctiùs adstringuntur, dolent, inflammantur, & interdum etiam extrema parte emoriuntur: quæ laxiùs, prorsus eiusmodi periculo vacant, sed non prohibent membrum, quo minùs, quà fractura est, deprauetur. Vrget igitur arctior iunctura sic, vt necesse sit eodem die soluere, & rursus deligare: quæ laxior est, non item, potest enim vnum diem, & interdum alterum sustineri. Hac igitur de causa diligenter C rogare eum, qui alligatus est, conuenit, qualem sentiat fasciarum circuitum: vt ex iis, quæ respondet, aliquid de fasciis emendandis intelligamus. Debet enim (inquit) respondere, qui alligatus est, sentire se vinculum arctius iuxta fracturam, quàm alijs partibus ipsius membri. ea enim sedes inter eas, quæ adstringuntur, acerrimè sentit, quòd & ægra sit, & fascia à nobis magis compressa, vt potè, qui operam dederimus, vt sanguis vniuersus à fractura longè ad vtramque membri extremitatem exprimeretur, siquidem hac via futurum sit, vt quod vitiatum est, ab inflammatione defendatur.

38 *Moderationis autem indicia sunt, si eodem die ac nocte, quo deligatus fuerit, ipse sibi videatur non leuiùs, sed valentiùs, adstringi: postridie verò tumor in manu oriatur mollis ac paruus: indicant hæc vinculum fuisse abs te moderatè adstrictum.*

Quùm adstringendi modus in vinciendo omnium maximè momentum habeat: quum'que hic variari consueuerit, tam quòd quædam partes mollitie ac duritie inter se distent, quàm quòd alia corpora hebetioris sensus natura sunt, alia acrioris: meritò contendit ex pluribus notis secu- D ritatem ægrotantium inuestigare. atque hac de causa non contentus sola posuisse indicia, quæ ex interrogatione sumuntur, inspiciendas etiam nobis ipsas partes existimat, potissimùm extremas. Inquit enim, vbi moderatè adstrinxerimus, futurum postridie in manu paruum tumorem mollem, hoc est cedentem, si superdatis digitis prematur. Quare, si tumor hic, vel nullus appareat, vel durus, planè scire licet vinculum, vbi nullus appareat, non satis fuisse adstrictum: vbi durus, nimis arctatum. Constat enim extremum membrum succis sub vinculo ad ipsum trāsmissis, quùm multi sint, impleri, digitis'que pressum non cedere. id'que tibi indicio erit vinculi valentiùs adstricti, non secus atque, vbi manus nullo modo tumeat, coniicere poteris nihil fuisse sub vinculo expressum. nanque adstringendi modo modus eorum, quæ exprimuntur, perpetuò respondet: & huic modus tumoris. Quare non immeritò renititur tumor in extremitate membri: atque ingens est, vbi comminuta pars eius fortiter fuerit adstricta: cedit atque exiguus est, vbi leuiter: non secus autem, vbi non adstringitur, nullus tumor excitatur. ergo euidentissimum est, vbi postridie in manu tumor magnus sit, & renitatur, membrum solui protinus debere, perfundi que multa aqua calida, cui oleum copiosè fuerit adiectum, rursus'que alligari modicè adstrictum: vbi

poſtero die nullus tumor appareat, tertio reſolui, & arctiùs alligari. quòd ſi tumor modicus fuerit, Hippocrates tertio die reſoluit: nos vſque quartum, interdum quintum diem trahentes, hyeme potiſſimùm, nihil vidimus deterius accidiſſe. E

39 *Labente iam die minùs adſtrictas faſcias ſentiat, ſed tertio die penè reſolutas. Scire autem licet, ſi quid horum, quæ propoſuimus, abſit, vinculum non ſatis arctatum: ſiquid ſuperet, fuiſſe iuſto plus adſtrictum. Hæc itaque indicia intuitus, deinceps, vel laxiùs alligabis, vel arctè magis.*

Relaxantur faſciæ, non mehercle (vt non nulli putant) quod intentæ tempore longiores appareant, ſed quòd membrum extenuatum contrahatur, vbi rectè fuerit alligatum: quod euidenter in omni fractura perpetuum conſpicitur, quemadmodum & ipſe Hippocrates oſtendet.

40 *Tertio die, poſtquàm extenderis atque direxeris, ſoluere membrum oportet. Quòd ſi primis diebus moderatè deuinxeris, paulo magis faſcias adſtringes. Deligare autem incipies à fractura, quemadmodum priùs: nam, ſi hanc partem priùs deuinxeris, materiam inde ad vtramque membri extremitatem depelles: ſin aliam priùs adſtrinxeris, inde ad fracturam deduces, quod intellexiſſe pertinet ad multos locos. Sic ergo ordiri ſemper vinculum debet, atq; hunc locum primum adſtringere, alios verò pro portione: quo enim longiùs à fractura procedit, eo leniùs arctari: nunquam verò ex toto laxari, ſed adhærere: poſt hæc adiiciendæ faſciæ ſunt, quotieſcunque deuincimus. Rogatus autem homo reſpondeat adſtringi ſe paulò magis quàm antè, præſertim qua fractura eſt, atque alibi pro ratione. Tumeat itē membrū, vrgeatur, leuetur, pro ratione prioris iuncturæ. Abhinc tertio die ſentiat faſcias relaxari. Tum ſoluere conuenit, ac rurſus deligare paulo arctiùs omnibus faſciis iniectis, quibus utendum erit. Poſt hæc laborāti omnia eueniant, quæ in ſuperioribus alligandi circuitibus expoſita ſunt.* F

Si primo die homine propter fracturam dolente, quantum adſtringendum eſt, non adſtrinxerimus, vbi, omnibus rectè factis, tertio die dolor remittatur, arctiùs alligamus, neq; tunc quoq; quantum res poſtulat: hoc ſiquidem, quùm omnia rectè procedunt, quinto die conuenit. quare tunc plurimis faſciis vtemur, & quantum res exigit, adſtrictis, non obliti hoc ab ipſo præcipi, vbi omnia conuenienti ordine ſequantur. nam, ſi propterea quòd aliquid interim peccatum ſit, brachium non dum quinto die ex toto inflammatione vacet, neque nos faſciis omnibus vtemur. Exhibet quidem faſciarum multitudo (vt ipſe ait) vinculi firmitatem. potiſſimùm verò ea vtemur, quo tempore deſedit locus, qui circa fracturam eſt: & ipſum os, quod perfractum eſt, laxius effectum eſt, & faciliùs tractatur, vt componi poſſit. At ſi quando hoc quinto die non cedat, differemus in alium circuitum, qui ad diem ſeptimum perueniet: iubet enim donec ferulæ ad fracturam dentur, tertio quoq; die ſolui, ac rurſus deligari, ea de cauſa, vt aqua calida infundatur ad "educendos ſuccos in comminuta parte exiſtentes, qui tenues ſunt, & ſeri naturam habent, digeſtionem'que requirunt: & ſimul etiam ad leniendum dolorem, & pruriginem finiendam. Itaq; vbi nec dolor nec prurigo hominem exerceat, atque indicia illa omnia ſe oſtendant, ex quibus recte fracturam habere cognoſcimus, etiam ſi quarto quoque die ſolues, nihil lędes, hyeme potiſſimùm, atque adeò magis homines agreſtes, qui lauari ferè non conſuerunt: ſed eos, qui cotidiè lauari ſolent, & qui pręſertim bis id faciunt, conuenit non longo interpoſito ſpacio reſoluere, ac pręcipuè, vbi carne fuerint molliori. G

A.lib.4.f.5.t. c.2. fol. 483

41 *Inde, vbi ad tertium diem ventum erit, qui ſeptimus eſt à primo, quùm iniectum vinculum fuit, ſi rectè alligatus fuerit, tumor in manu apparebit, is que non admodum magnus: locus item, cui vinculum inicitur, quotieſcunque deligabitur, tenuior & gracilior conſpicietur, ſeptimo autem die tenuiſſimus: atque oſſa perrupta tractabuntur faciliùs, magis que ducentur, vt dirigantur. Quòd ſi hæc ita habeant, dirigere oportet, alligare que, ac ferulis excipere, paulo que ampliùs, quàm antè adſtringere, niſi ſi tumor, qui in manu eſt, maiorem dolorem afferat. Vbi verò faſcias inieceris, imponendæ ferulæ ſunt, ſuper que faſciæ alligandæ admodum laxæ, ſic, vt circundatæ ferulæ contineantur, nec quidquam brachium adſtringant. Quo facto prematur offenſus eodem modo & releuetur, atque in prioribus uinciendi circuitibus. At, vbi ad tertium diem perueniens laxum vinculum ſentiat, neceſſe eſt ferulæ magis arctentur, potiſſimùm quà fractura eſt, atque alibi pro ratione: ſi quidem ipſum vinculum laxum potiùs erat, quam adſtrictum. Pleniores autem adhibendæ ferulæ ſunt ab ea parte, qua fractura extat, non multo tamen: videndum que eſt, ne è regione pollicis collocentur, ſed hinc vel hinc: neque item è regione minimi digiti, quà os in prima palmæ parte excedit, ſed hinc vel hinc. Verùm, ſi fractura omnino ferulas requirit, his locis breuiſſimæ ſuperaccommodandæ, ſic, vt ad oſſa, quæ in prima palmæ parte extant, minimè pertineāt: periculum enim eſſet, ne vlcus fieret, & nerui nudarētur. Debemus aurē ferulas arctare tertio quoque die paulùlum omnino, id ſpectantes, quòd eo nomine imponūtur, vt vinculum tueantur, non vt adſtringant. Quòd ſi optimè perſpexeris oſſa ſub prioribus vinculis abundè fuiſſe directa, neque locum prurigo aliqua infeſtat, neque vlla exulcerationis ſuſpicio eſt, vltra vigeſimum diem ſinito alligatas ferulas manere: nam plæriſque ſummum triginta diebus brachij oſſa conferuent.* H

Si tertius

A Si tertius dies fractum os nobis daret, quale ferè septimus exhibet, necessariò ad ferulas veniremus: sed quia (vt ipse dixit) septimo die πάνυ λεπτὸν, id est tenuissimum apparet, quo vocabulo significauit gracilius fieri, quàm quum erat in pristino statu salubri, idcirco eodem die ferulas circumponit, tunc scilicet membrum diligentius componens, vt pote quum ossa laxiora sint. eò autem ferulæ pertinent, quò & pannos antè diximus, nempè vt fractũ os cõtineant. at, quum ossa ob siccitatem naturalem nequeant carnis modo coalescere, callo circa fracturæ oras increscente, quasi quodam vinculo circundantur: hic autem creatur de eo quod superat, ex ipso fracti ossis alimento. quòd si laborans vel nõ idoneo victu vtatur, vel plenus sit, id, quod superat, copiosius est, effusum'que fascias totas veluti crasso sanguine madefacit. Quicquid igitur ex eo, dum effunditur circa fracturæ oras concrescit, tempore ab osse, cui hęret, mutatur, & simile ipsi redditur, callus'que nominatur. Ergo, si fracti ossis oræ agitentur, dimoueantur'que, prohibebitur, quo minùs adstrictum maneat, atque idcircò creari callus & agglutinare non poterit. quod enim gluten lignis efficit, quę glutinantur, id callus præstat ossibus fractis. Iure igitur summa quiete opus est ad fracturas, quæ callo debent solidari: nam, si agitetur coactus callus, dissoluitur, perinde ac gluten, quo ligna cohęrent, & coactum lac. summam verò hanc quietem præbent fasciæ adstrictæ,
B & quæ superdata continent: porrò continent fasciarum multitudo, ac ferulæ. Quæ deinceps sequuntur, omnia plana sunt, his, qui animum adiungunt. precipit enim, vt sicubi vinculum laxetur, ferulę tertio quoq; die arctentur, non tamen resoluatur tota iunctura, nisi homo ingenti prurigine vexetur, vel exulcerationis alicuius suspicio sit. prurit autem fractura initio magis, deinde minùs, quoniam vitiata pars exhauritur. excitatur enim prurigo à vaporibus, qui ab eo, quod superest, profusi leuiter mordent. At, vbi acriùs mordeant, prurigini iã dolor iungitur. Igitur, quando pars inanis est, nihil omnino tale superat, vel certè quàm minimum.

42 *Nihil autem perpetuum est: multum enim & ætas ab ætate distat.*

Non dixit simpliciter differre ętatem ab ętate, sed adiecta coniunctione indicat alias etiamnũ causas esse, cur non omnes brachij fracturę triginta diebus consanescãt, sed quędam paucioribus. sunt enim in causa, anni tempus, regio, natura ęgrotantis, anni temperatio, ratio victus, & vinciendi modus. nam citiùs conferuescunt, hoc est callo firmantur, & ob materiæ, ex qua callus oritur, quantitatem ac qualitatem moderatam, & ob robur virium ipsam cogentium. diutiùs autẽ trahitur ex materię inopia, quod enim breuiori tempore ob materię copiam vires efficiũt, id lon-
C giori præstant ob inopiam, & interdum etiam ob copiam immodicam. callus enim concrescens abluitur humore, qui ab interiori parte fluit, vbi multus sit, & continuetur. Porrò materia crassa commodè spissescit, & in callum vertitur: humor autem, vbi aquosus fuerit, & habitu tenuis, spissando callo maximè est alienus. Vires quoq; quùm valẽt, maturè suo munere fungi: serò, quùm imbecillę sunt: nihil attinet dicere. quibus de causis callus diuerso tempore fractis ossibus circundatur. Hęc autẽ ipsa, quę nunc dicuntur, ob causas priùs positas mutantur. quoniam materia, & plus & minùs abundat, & crassior est ac tenuior, ob temperamentum, tam vniuscuiusque naturale, quàm aduentitium ipsius fracturę eo tempore, quo curatur, atq; item ob victus rationẽ qua homo vtitur, & ob modum quo deligatur, pręter hęc ętatem, tempus anni, regionem: ex quibus omnibus validiores vires sunt, aut infirmiores.

43 *Vbi solueris, aqua calida perfundito, & rursus alligato fasciis leniùs quàm antè adstrictis, paucioribus itẽ quàm antè iniectis: inde tertio quoque die soluens, rursus laxioribus fasciis & paucioribus deuincito.*

A primo die, vsq; dum ad ferulas veniat, & fasciarum numerum auget, & arctiùs adstringit:
D eas autem imponens septimo die, membrum non soluit vsque ad vigesimum, statuere quasi firmam basim volens calli producendi, quo circundato fracturam penitus immobilem nõ ampliùs tuetur. nutrire enim callum oportet, vbi altiùs radices egit. nutritur autem, quùm materia in ipsum deriuatur: quã sicuti ab initio auertimus ab affecta sede ad alias corporis partes, ita nunc euocare debemus aqua calida perfusa. quin & initio fasciis multis atque adstrictis, quo minùs ad vitiatum locum conflueret, ex toto ipsam prohibuimus: nunc paulatim numero demimus, pressum'que laxamus, quùm non expediat prohibere, ne confluat.

44 *Quòd si alligatis ferulis suspicio sit, ne ossa rectè concurrerint, vel aliud quidpiam hominem infestet, vbi dimidiũ temporis prætererit, vel paulò ante, soluere oportet, & rursus deuincire.*

Superiora dicta sint, quùm omnia rectè procedant: nanque, vbi sit sensus aliquis doloris, vel exulcerationis suspicio, aut vereamur, ne fractura malè composita sit, aut casu aliquo interueniente membrum motum sit, soluere vinculum ante vigesimum diem cogimur. id autem ipsum definiuit, ne quis existimet perpetuum esse, quod suprà imperauit, fracturam quamlibet vsque ad vi-

gesimum diem seruãdam esse penitus immobilem. semper enim pugnare medicus debet aduersus id, quod magis vrget, neque obligare se præceptis tanquàm legi, quam contemnere nephas sit, quùm omnia præter rationem eueniunt. E

45 *Quibus initio cutis non abrumpitur, neque os cute excedit, idonea est ratio victus propè quæuis: minùs tamen cibi sumant vsque ad decimum diem, præsertim, quùm quiescant.*

Φαῦλον vocabulum solent veteres græci ferè omnes vsurpare, quùm significare volunt /simplex/ aut /quoduis/: huic opponitur exquisitum, quod Iones σκεθρὸν appellãt. Sicut igitur exquisitam victus rationem σκεθρὰν vocat, ita, huic contrariam φαύλην: atque hac ratione nunc eam, quæ propè quæuis sit, ὑποφαύλην dicit, quæ media est inter quamuis simpliciter, & exquisitam. Exquisitam victus rationem imperat, quibus initio, præter ossis fracturam, carnis quoque vulnus accessit, ac præcipuè, quùm ex fracto osse aliquid cute excedit: simplicem, id est quãuis, illis, qui omnino periculo vacant: propè verò quãuis mediam'que, quibus os fractum est primis diebus, quorum terminum constituit decimum: nõ quòd non interdum maturiùs, interdum seriùs, mutare victum liceat, sed quòd plerunque ita accidat. Vtitur autem media victus ratione, propterea, quòd neque ita magnum periculum est, sicut cùm ossa nudantur: neq; ita res tuta, sicut cùm intacto osse caro simpliciter vulneratur. meritò igitur iis, qui medij sunt inter eos, qui periculo vacant, & eos, qui periclitantur, mediam victus rationem indicit: præsertim, quùm vsque ad decimum diem, quibus brachium fractum est, ex toto quiescant, quod Iones ἐλινύειν dicunt. Itaque par est exquisitiori victu sustinendos esse quiescentes, quàm qui mouentur. at, quùm à decimo die plerique suspenso brachio inambulent, meritò præcipit, vt in eum vsque diem medio victus genere vtantur, præsertim quùm quiescãt. Quod /præsertim/ vertimus, Hippocrates habet ἤδη, quod plerunque tempus notat: sed adiicitur etiam ad aliquid comprobandum, vt, si dicamus, & ob alia, & ἤδη, hoc est, præsertim propter hæc credendum huic, faciendum hoc est: quomodo videtur nunc ab Hippocrate vsurpatum, sic, vt oratio talis sit. Mediocri victu vtẽdum vsque ad decimum diem, & alia de causa, & præsertim, quùm homo interim ex toto conquiescat. F

46 *Adhibeant'que ex obsonijs mollibus, quæcunque modicè admodum deiiciunt aluum.*

Ptissanam videlicet, betam, aut maluã, atriplicem, siue blitum, vel cucurbitã, & pisces teneros. G

47 *Sed à vino & carne sibi temperent.*

Docuit ipse exquisiti victus rationem, & eius, qui quiuis est, & eius, qui propè quiuis, quam nunc præcipit vsque in decimum diem seruari. nam, cùm æger carnem edit, & vinum potat, victus simplex est, & quiuis: sed cùm solo ptissanæ cremore, & mulsa viuit, victus tenuis est, atque exquisitus: inter vtrunq; est ille, quem proximè indicauit, quùm inquit /adhibeant'que ex obsonijs mollibus quæcunque aluum modicè deiiciunt/.

48 *Tum paulatim se reficiant. Oratio hæc lex iusta fertur de curatione fracturæ.*

Reficiantur dixit ἀνακομίζεσθαι, quo vocabulo nihil aliud significat, quàm, vt cui comminutum os est, posteà recreetur. scribit autem ἐκ προσαγωγῆς, hoc est paulatim, cui contrarium est repentè: damnat enim, quod subitò plurimum implet, aut demit, vel quid aliud præstat.

49 *Quare danda opera est, vt iusta curatione adhibita res benè procedat: vbi autẽ non sic procedit, scire licet aliquid curationi defuisse, aut superasse.* H

Iustam vocauit eam, quæ laboranti omne id præbet, quod ei conuenit, & nihil prætermittit. curationem verò, quam χείριξιν dixit, vel pro chirurgia, vel pro vniuersa simpliciter rerum omnium admotione accipit. græci enim μεταχειρίζεσθαι dicunt, non solùm, quæ manibus prehendunt, sed quæcunque tractant.

50 *Illud prætereà animaduertere in hoc simplici modo conuenit, quod medici non admodum attendunt: quanquàm, si non rectè fiat, corrumpere curam omnem, omnem'que vinciendi rationem potest.*

Simplicem modum fracti ossis, & prolapsi vocat, vbi non accedit vlcus: non nudatur os: neq; quod perfringitur, in multas partes comminuitur, quod fracturę genus recentiores à farina ἀλφίτιδον appellant. ita, vt nullus ex propositis modis simplex sit, sed ille dũtaxat, vbi fracturę nullus alius casus adiicitur. sic aũt à se vsurpari vocabulum /ἁπλοῦν, id est simplex/ apertè ostẽdit paulò

infrà

A infra in ‖ hoc ipso libro, vbi propriè eam rem agit. quod si ossa simplici fracturæ modo perstringantur, peccatur, videtur´que id peccatum leue: si quis tamen diligenter simul omnia æstimet, maximum momentum habet, id enim, si committatur, priorem curam vniuersam corrumpit. quid autem hoc sit, in sequentibus ostendet. Scribitur item aliter eadem oratio sic /quanquam, si non rectè fiat, corrumpi omnis cura, omnis´que vinciendi ratio potest/. vbi curā ipsam, quum aliquid peccatur, damnare videtur, vt quæ corrumpere possit, quæcunque ad laborantem particulam rectè adhibita sunt. Sect. 3. t. 7. 242. b

51 *Quòd si vtroque osse comminuto, vel eo quod subiectum est tantùm, deligatum brachium mitella suspendatur, ea quæ plurima circa fracturam detur: partes verò hinc atque hinc suspensæ sint: necesse est os ad superiora peruerti.*

Diligenter voluit animaduertendum esse, qua ratione totum brachium suspendatur, quùm homo iam ingreditur, & non amplius cubat, hoc est, à decimo die. ante siquidem plerunque cubabat brachio (quemadmodum suprà ostensum est) ita figurato, vt manus paulò sublimior haberetur: sed, quùm iam inambulat (vt fieri consueuit, brachio ex ceruicibus suspenso) mitellam adhiberi præcipit sic latam, vt brachium vniuersum sustineat, totum´que æqualiter amplectatur, B neque vllam partem eius relinquat, quam non fulciat, quo fieret, vt brachij os à parte, cū qua iungitur, deorsum inclinaret, ac deprauaretur. nam priusquàm vitiaretur, totū perpetuum erat: corrupta autem eius vnitate, vbi perruptum est, potest altera eius pars à subiecta mitella sustineri, altera verò pars, vt quæ non amplius cum illa continuetur, deorsum inclinata peruerti. Potest item ex eadem parte, vbi non rectè mitella subiiciatur, altera extremitas ab hac elata sursum ferri, altera deorsum inclinata peruerti. Quatuor igitur modis mitella brachio malè subiicietur, primo, vbi fracturam solummodò sustinet, partes autem hinc atq; hinc suspensæ manent: secundò, vbi extremę brachij partes & suprà à cubito, & infrà à manu, diligenter mitella fulciuntur, medium nō suspenditur: tertiò, & quartò, vbi interdum prior brachij pars, interdū posterior, mitella excipitur. Ex his quatuor modis binos dumtaxat scripsit, qui maximè membrum peruertunt: reliquos binos pręteriit, vt qui ex enarratis intelligi possint. eorum duorum, quos scripsit, alterum propositis verbis ostendit, vbi censet in iis, quibus vtrunque brachij os fractum sit, vel tantum id, quod subiectum est (cubitus propriè nuncupatur) intelligendum esse primum ex propositis modis. sed commune, id est duobus modis, de quibus verba faciet. proprium verò est vtriusque, prioris quidem, quem nunc indicat, subiecta brachio mitella angustiori, quàm, vt totū membrum com- C plectatur, fracturam solummodò fulcire: alterius rursus, vtranque membri extremitatem sustinere, fractura tantùm non fulta. Deprauari autem inquit priori modo brachium in superiorem partem conuersum: sed in inferiorem altero modo, quem subdet proximis verbis. priorem, qui sursum versus peruertit, nunc proposuit. Nam, quùm brachium, quà fractum est, à mitella sustineatur, partibus, quæ vtrinque sunt, deorsum inclinatis, quùm non sit, cui firmiter innitantur, accidet, vt quod à mitella excipitur, altiùs excitatum callo glutinetur: eum verò habitum, quo membrum callo solidetur, in posterum perpetuò seruabit. Quare sępiùs necessariū est, quæ sic peruersa sunt à nobis de integro abrumpi, extento membro rursus fracturā, qualis initio fuerat, reddentibus: quam suprà diximus nullo modo coalescere, sed alligari à callo, qui circundatur. hunc igitur extendendo dissoluimus, rursus´que operam damus, vt callus increscat fractura conuenienter figurata. Videre autem licet in alijs animalibus comminuta ossa nō omnino coalescere, vt in sue, apro, boue, capra, oue, gallo, gallina. si quando inuenies (inuenies autem sæpè, quemadmodum & nos) fracturę oras callo inter se glutinatas, vbi hoc tibi curæ sit, callum deradens conspicies fracturæ oras se contingere, non tamen coaluisse, solidatas´que esse eo modo, quo in vulneribus glutinata caro coalescit. At cur, vbi vtrunque brachij os comminutum sit, & quod propriè cubitus D vocatur, & quod radius, accidat, vt membrum adeò peruertatur, si in suspendendo aliquid peccetur: sed minùs, si alterum tantùm, cubitus scilicet: ac si radius per se, nihil omnino deprauetur: nō magno negocio comperies, si eorū, quæ ipse retulit, memineris. quia, quod subiectū est (inquit) fundamenti vicem pręstat ei, quod abruptum est, atque ipsum deprauari non patitur: sed radius, vbi intactus sit, cubitum quodammodo secum dirigit, si rectè vinculum adhibeatur. tueri autem ipsum à deprauatione ex toto non valet, vbi aliquis error sit in suspendendo, quandoquidem cubitus subiectus nihil habet, quo fulciatur, pręter vinculum ipsum.

52 *Sin ossibus sic fractis mitella manum duntaxat & articulum cubiti excipiat, reliquum verò brachium suspensum sit, deprauatum inclinabitur deorsum.*

Ex quatuor modis, quos paulò suprà declaraui, secundum hic tradit, qui primo cōtrarius est: siquidem in priori mitella solam fracturam sustinebat: in hoc, quùm cætera sustineantur, sola fractura sine fulcro est. Quemadmodum igitur in priori suspendendi ratione, vbi fractura, quùm sola à mitella sustineretur, sublimior fuit, reliquę verò partes vtrinque humiliores, iure dixit deprauari brachium totum in superiorem partem cōuersum: ita nunc, quùm ea tantùm membri pars,

qua fractura est, non sustineatur, deprimetur, & deorsum versus inclinabitur: quo fiet, vt brachiũ E in eam partem curuetur, atque ea de causa, vbi callus circundatus fuerit, peruersum deorsum spectet. Exposuimus igitur vniuersam propositæ orationis sententiam. legitur autem scripta duobus modis, si vocem spectemus, maximè inter se contrarijs: re tamen, si animaduertantur, inter se minimè discrepantibus. Itaque brachium suspensum non nulli intelligunt, quod à mitella non excipitur, sed solùm in aere suspenditur: alij contra, omne id, quod à mitella sustineatur, vt potè quùm in inferiora minimè inclinetur, neque fiat ob id humilius, quod suspenso contrarium est. Meritò igitur scripturæ, verbis inter se pugnant, sententia conueniunt. nanq; hæc vox μετέωρον, hoc est, suspensum, quùm apud expositores contraria significet, à quibusdam eorum citra negationem scribitur /reliquum verò brachium suspensum/: ab alijs negatione adiecta /reliquum verò brachium non suspensum/, verba, vt illis videtur, accommodantibus ad vtramq; significationem vocabuli μετεώρε, hoc est, suspensi.

53 *Debet ergo brachium suspendi per mitellam latam, mollem que, multum brachij cum prima palmæ parte æqualiter sustinentem.*

Duas hìc indicat suspendendi rationes, quas præterierat: eas inquam duas, quarum commune F est extremam brachij partem sustinere: proprium autem vtriusque, vel eam, quæ à cubiti commissura, vel eam, quæ à manu tantùm. Exequutus enim eam suspendendi rationem, vbi mitella solummodo fracturam excipiebat, atque alteram, vbi vtramque extremitatẽ: deinde subiiciens verba proximè posita, in quibus præcipit, vt plurimum ex brachio, cùm prima palmę parte, mitella, ęqualiter sustineatur: reliquas duas suspendendi rationes euidenter reprehendit, quùm non habeant id, quod maximè requiri voluit. siquidem neutra primam palmę partem, & plurimum ex brachio ęqualiter fulcit, non tamen propriè eas hìc expressit, pręcipuè (vt dixi) quòd intelligi ex superioribus possint: tum quòd leuem omnino noxam afferant, vbi nihil in deligando peccetur. duę enim superiores suspendendi rationes, ea de causa plurimum erant alienę, ꝙ fractura contineretur contrario modo, atque eius partes vtrinq;, quùm interdum sola à mitella attolleretur nulla eius particula fulta, interdum sola deorsum conuerteretur.

GALENI IN HIPPOCRATEM
DE FRACTVRIS
COMMENTARIVS SECVNDVS

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Curatio reliquarum Fracturarum simplicium, Luxationum, ac Dimotionum, quæ in brachio, summa manu, pede, tibia, calce, & femore, contingunt, exponitur.

De Hvmero

1 *AT vbi humerus perfringatur.*

Testantur non nulli ex iis, qui librum hunc exponũt, Hippocratem, vt suprà πῆχυν vocauit modò eam partem totam, quæ inter manum & cubiti articulum est, modò cubitũ, qui è duobus ossibus longior est, ita nũc humerum appellare βραχίονα, nempè id os, quod à cubiti articulo pertinet ad humeri caput. Alij non ipsa ossa, sed partes, quę inter articulos sunt, volunt iis vocabulis nuncupari, ꝙ cõsueuerimus ita loqui. Ille in capite plagam accepit, vel in malis, aut naso, & vbi plaga cutẽ tantùm violauit, & vbi altiùs H aliquid lęsit, puta musculi membranam, neruum, arteriam, aut venam. quin, quùm humerũ exulceratum dicimus, ostẽdimus humero id mali incidisse, quod vlcus vocatur. At, quùm definitione vlceris caro contineatur, quamuis nominatim non explicetur, vlceris tamen vocabulo notatur. carnis enim diuisionem appellamus vlcus, sic, vt, cùm dicimus Dioni exempli causa humerum esse exulceratum, carnem humeri significemus. eadem ratione, quùm fractũ humerum dicimus, significari volunt os huius partis eo vitio teneri, quod fractura nuncupatur. Sed cõtrouersia hęc de nominibus ac significationibus nullo modo ad fracturę curationẽ pertinet: neq; enim quidquã officit, aut prodest. quę verò in sequẽtibus docet, qua ratione curare fractũ humerum conueniat, ostendunt. cuncta autẽ (vt mihi videtur) plana sunt, nõ secus, atq; alia, quę suprà de brachio tradidit. ea enim paucis admodũ verbis exceptis, clara erãt. Longiùs autẽ lapsi sumus, quùm causam

A ſam adiecerimus, cur ſingula præcipit: quæ res, & ſi expoſitionis fines excedat, fieri tamen (vt retuli) ab omnibus expoſitoribus conſueuit. at, quum hæ rationes alibi paucis ab ipſo oſtēdantur, neque nos hic eas tanquam auctores adiecimus, ſed ordinem mutauimus. Totus autem hic propoſitus ſermo, ſi per ſe examinetur, conſideretur que, perquam facilis eſt. adde quod ratio ſingulorum, quæ tractantur, fuit in ſermone de brachio explicata. ad cōmunia enim præcepta, quæ ibi tradita ſunt, hæc quoque referuntur, primùm de vniuerſo brachio figurando: tum de extendendo, de componendo: poſtremò de continendo, ac ſuſpendendo, quæ continendi ſpecies eſt. His itaque habitis, ſi quid ſe offeret, quod breue ſit & non planum, in ſequentibus aperiemus.

2 *Si brachium extendatur, eo que ſic figurato intentio adhibeatur, humeri lacertus intentus alligabitur: atque, vbi, qui deligatus eſt, cubitum curuet, humeri lacertus habitum mutabit.*

Propoſitæ orationi illud adiicere oportet, quod anteà dictum eſt, ſcilicet, vbi humeri lacertus ab iniecto vinculo aliter figuretur, futurum eſſe, vt alias eius partes vehementer vinculum comprimat, aliis laxius ſit atque delabatur: compreſſæ item partes inflammatione tententur: ſed relaxatis vinculis membrum peruertatur. Quare brachij habitus nullo modo variandus eſt, ſed per-
B petuo (vt ſuprà demonſtratum eſt) à principio ad finem ſeruandus. At contra, ſi ille habitus ſeruetur, in quo extentum membrum deuinctum eſt, vinculum quidem nullo loco arctius erit, aut laxius, ſed ipſe habitus, quùm vitiatus ſit (vt ſuprà declarauimus) dolorem, atque idcirco inflammationem afferet.

3 *Iuſtiſſima itaque intentio ad humerum ſic adhibetur. Lignū, quod cubitū æquet, vel paulò breuius ſit, qualia ſunt ligonum manubriola, habena ab vtraque parte alligatum ſuſpenditur: homo autem *ſublimiori alicui ſedi inſidet, brachium que ſuper manubriolum imponit, ſic, vt ita in alam indatur ea moderatione, vt ille vix conſidere poſſit, nihil q; propius ſit, quàm vt ſuſpendatur. Tum aliquid aliud paretur, cui brachium inhæreat ſcorteo puluino ſuperdato vno, vel pluribus, ita, vt ad eam altitudinem perueniat, vt cubitus ad rectum angulum collocetur. Commodiſſime autem lorum molle, latum que, ſeu lata habena circundatur, atque inde magni ponderis aliquid ſuſpenditur, quod extendere conuenienter poſſit: aut in vicem huius, robuſtus aliquis in inferiorem partem cogit cubito cum humero ad rectum angulum figurato.*

A.li.4. f.5. t.3. c.9.489.b

C

D

Oſtēſum eſt in libris de philoſophia, naturæ iuſtitiam in eo cōſiſtere, vt quod vnicuiq; conuenit, diſtribuat, non lege aliqua, ſed ſuopte nutu. quod iam ſuprà quoq; dictum eſt. dictum eſt inſuper, eum eſſe iuſtū habitum, qui aptum ſitum vniuſcuiuſque particulæ membri tuetur. demonſtratū eſt etiam huiuſmodi habitum minimè omniū lædere. hic autē in brachio eſt, vbi cubitus cum humero ad rectum angulum collocetur. Toto itaq; brachio ſic figurato præcipit hominem ſedere: iuxta ipſum verò à priori parte poni lignum tranſuerſum, quale ac quantū eſt ligonis manubriolum. ligones verò appellat σκαφία, quibus terram fodimus (græci σκάπτειν dicunt). his annumerantur etiam bipalia (Attici μινίας vocāt). Vult autē huiuſmodi lignum, quod iuxtà collocatur, immobile reddi, ſic, vt dum manus admouetur, nec ſurſum ferat, nec deorſum. quod continget, ſi ab vtroq; extremo habenis vinciatur: quæ ad aliquid ſublime religentur, vt lignū inde ſuſpendatur. Præcipit igitur, vt ęger brachium antè ſuper ipſum imponat, hoc eſt, vt lignum tranſuerſum alæ ſubiiciatur: tum is, cuius humerus fractus eſt, ſedeat ita ſublimis, vt parum abſit, quin ſuſpendatur. ſedere autem ægrum iubet, vt vires, dum manus adhibetur, ſufficiant, neq; propterea quod ſtet, conuellantur. neq; in humiliori ſedili hominē collocat, ſed q̄ maximè poteſt alto, quùm ſedet, & ob ipſum medicum, vt rectus agere poſſit, neq; plurimùm cogatur deorſum inclinari: & ob ęgrotantē ipſum, cui magis expediat ita ſedere. ſolent enim, quibus

brachium extenditur, prę dolore ducentem sequi, atq; attolli, nec in eadem sede penitus, qua collocati sunt à principio, permanere. quo fit, vt intentio remittatur. Hoc igitur cauens imperat, vt homo sedeat, quantũ maximè potest sublimis, & propè suspendatur, ac, si paulum attollatur, stet. quod, vbi eueniat, neq; ipsum ęgrotantem, neq; alios latebit: atq;, vbi non lateat, paruo negocio rursus, vel ab alijs, vel per se ipsum in priorẽ sedem restituetur. quin, vbi homo ita sedẽs stabit, paululum mutabitur: plurimùm verò, vbi humilior fuerit collocatus. Quare ex sessionis mutatione minimùm lęduntur, qui sublimiori insident sedili, plurimùm, qui humiliori. Constat itaq; transuersum lignum ab Hippocrate ea de causa sub alam demitti, ne brachio ab inferiori parte intẽto, ęger sequatur, atq; intentionẽ soluat. quod nos sine ligno soliti sumus sępiùs facere per laqueos alę circundatos, quorũ extrema versus posteriorem partem extendenda sunt. non secus etiã aliis laqueis circumligatis fractum os in diuersa diducimus, vbi intẽtio, quę per manus adhibetur, imbecillior sit, q̃ oporteat. Verùm, si hanc credamus per se posse effectum pręstare, vt in puerili corpore, non opus est ampliùs laqueis, & multò minùs machinamentis habentibus axes, ad quos extremos laqueos alligantes valentiùs in diuersa contendamus: quo extẽdendi modo ad luxata potissimum vtimur. In ea autem extendendi ratione, quam nũc probat, pręcipit, vt brachiũ rei cuipiam hęreat, quam ipse vocat ἕδρον, hoc est, huiusmodi quidpiam, cui firmiter insidat, scorteis puluinis subiectis: deinde ab imo humero iuxta cubiti articulum graue aliquod corpus suspendatur, quę pondera σαθμίον nuncupauit: hęc sunt, quibus vti consueuimus, ex ferro, ęre, aut plumbo confectis. præterea lorum molle, latum, vel habena valida imo humero circũdetur, vndè pondera suspendantur. E F

4 *Debet autem Medicus curare, stans altero pede super quapiam re sublimiori collocato: componere autem os prominentioribus palmarũ partibus: facilè autem componitur: ea enim extendendi ratio optima est, si quis conuenienter ipsam adhibeat: pòst fascias inijcere à fractura orsus: reliqua uerò omnia, ut anteà iussus est, exequi, eadẽ q; de homine requirere: tum ex iisdem indicijs intelligere, moderata nec' ne sint: ac tertio quoque die soluere, & rursus deligare, arctius que adstringere.*

Sect. 1. t. 18. 7ª. 203. c — Eligit hunc Chirurgici habitum tanquam firmiorem. idem in opere de officina medici præcepit, cùm inquit ||Stantem verò oportet pariter ambobus pedibus benè insidere, sed agere altero insistentem, at non eius partis, cuius manus agit/.

5 *Dein septimo aut nono die ferulas alligare: quòd si uereatur, ne rectè ossa concurrerint, intereà soluere, dirigens q; rursus deuincire.* G

Quod in superioribus, quà de brachio, supplendũ esse existimaui, idem nunc existimo, scilicet, quùm omnia cõmodè respondeant, eo tpe ferulas imponendas esse. Verùm, vbi de brachio egit, septimo die simpliciter iussit ferulas circundari: in sermone verò de humero, coniunctionẽ, quã disiungentem appellamus, vsurpauit. ait enim /septimo aut nono die ferulas alligare/ eo q̧ in humero ob musculorũ, quibus continetur magnitudinẽ, quę circa fracturã sunt, diuturniori tẽpore ex toto gracilia fiant, laxa q;. vbi verò talia essent, ostendimus opportunè tunc ad ferulas veniri. A. li. 4. f. 5. t. 5. c. 9. 489. b

6 *Humeri os "ferè quadraginta diebus conferuet: quos ubi excesserit, soluere oportet, & pauciores fascias dare, leuius que arctatas: ac diutius uti uictu magis exquisito, quàm antè: intueri autem manus tumorem, & uires.* A. ibidem.

Conferuere, quod κρατύνεσθαι dixit, intelligit, vbi fracti ossis partes callo firmantur, vt in superioribus etiã, quà de brachio. Quo autẽ grandius est humeri os, eo longiori tpe per callum glutinatur. Reliqua oĩa, ex iis, quę dicta sunt de brachio, plana sunt. nulla igitur opus est explanatiõe.

7 *Illud etiam ignorare non oportet, quòd humerus natura ab exteriori parte gibbus est, & peruerti facilè solet, ubi malè curetur. Quin & alia ossa omnia, quæ naturaliter aliqua parte gibba sunt, ubi comminuta curantur, facilè ab ea peruertuntur. Ergo, ubi tale quidpiam timetur, lata fascia humerum excipiens in orbẽ circa pectus agatur: &, quùm quiescere humerum oporteat, pannus multiplex implicitus inter cubitum & latus subiiciatur, uel quidpiam huius generis aliud. hac enim uia os gibbum dirigetur. Est autem cauendum, ne nimis in interiorem partem conuertatur.* H

Quæ in sermone de humero vsq; ad finem scribuntur, omnia clara sunt. namq; ipse causam exponit, cur in exteriorem partem conuertatur, & quo pacto in contrariam coactum dirigi debeat. iussit autem, vt multiplex pãnus inter latus & cubitum demitteretur, ne humerus attingat latus, sed in medio spacium sit, quo compulsus habena ad pectus adducẽte minimè deprauetur, quùm natura in exteriorem partem spectans ad interiorem conuersus dirigitur.

DE OSSIBVS PEDIS ET MANVS

8 *Pes hominis ex multis minutis que oßibus constat, quemadmodum & manus.*

Similitudinem quandam habent inter se totius cruris & brachij partes: qualis enim est humerus in brachio, tale est in crure femur: quale item in brachio est id, quod est inter cubitum & manum

A & manum, tale in crure id, quod inter genu est & pedem: reliqua verò pars, scilicet manus, pedi respondet. Cæterum manus apud græcos proprium nomen non inuenit distinctum à toto brachio, sicut pes, qui nomen habet distinctum à toto crure. quare Hippocrates meritò pedem simpliciter, πόδα vocauit, ἄκρον vocabulo non adiecto: manum verò non vno verbo expressit, sed χεῖρα dixit, quod brachium significat, ἄκραν adijciens, quo extremum notatur. Sed satis dixi de vsu nominum, venio ad res. Ijs, quę superius tractauit, proximus erat sermo de manu. ipse verò non tantùm agit de hac, sed etiam de pede, sermonem'que de ipso dilatat, quòd maiorem diligentiam requirat. Dicit ergo vtramque partem ex multis minutis'que ossibus constare. nos autem adiungimus /& duris/ quandoquidem medulla carent, caua minimum sunt, & à lapillis paruis non abhorrẽt. Simile igitur est totum brachium toti cruri, atq; itidem vnius extremum extremo alterius. qualis enim in manu primæ palmę pars est, tale est in pede id, quod inter talos est & plantam: tum qualis in manu palma, talis planta in pede est: similitudo autem, quæ inter digitos est, vel me tacente, clara est. præter hæc in pede sunt ossa iuxta calcem, atq; idcirco de pede plura verba facit, quàm de manu. quæ quidem pes habet, communia quoque ipsius manus primùm enarrat, deinde illa subdit, quæ propriè ad pedem pertinent. Primam igitur palmę partem complent B octo ossa, palmam quatuor. at singuli digiti ternis ossibus continentur, vt in vniuersum ossa manus septem sint & viginti. sed in pede quatuordecim sunt ossa digitorum: nam magnus digitus ex binis constat, planta ex quinis. Quocirca in vtraque parte sunt decem & nouem. Totidem in manu palmam & digitos explent, quùm planta vno osse palmam excedat: ac digiti manus, pedis digitos æquè vno osse exuperent. quocirca, si vtraque pars ad vtramque conferatur, idem erit ossium numerus. Restant in manu ossa octo, quæ primam palmæ partem constituunt: in pede autem ea pars, quæ inter talos & plantam sita est, cum calce ac talo, quæ omnia ossibus octo continentur. Calcis autem os, omnium, quæ in vtriusq; extremitate sunt, maximum, sustinet talum & crus, ac propè corpus fert vniuersum, vbi stamus: à priori autem parte committitur cum osse, quod à cubi similitudine κυβοειδὲς appellatur: perinde atque tali caput, cum eo osse, quod, quia scapham repræsentat, σκαφοειδὲς dicitur. cum vtroque horum iunguntur alia ossa, quę partem potissimum inter talos & plantam explent. Si quis autem velit talum extremo cruri reddere, idem erit ossium numerus in vtriusq; mẽbri extremitate, ita, vt docendi modo, non natura ipsa rerum, inter se discrepent, qui vigintiseptem, & qui viginti sex, ossa pedis esse affirmant. erunt enim vigintiseptem, vbi talus non annumeretur cruris ossibus, sed sine hoc vigintisex. Rectè igitur scri- C bit /pes hominis ex multis minutis q; ossibus constat, quẽadmodum & manus/. agit enim cum ijs, qui prima elementa didicerunt, & incidendis corporibus operã dederunt, in memoriam reuocans, quæ perceperunt ad hunc locum facientia. quùm non solùm scire conueniat propositarum partium vtrãq; ex multis duris minutis q; ossibus constare, sed meminisse etiam habitus & magnitudinis singulorum, & qua ratione cum proximis connectantur: quod θέσιν, id est positionẽ vocant, vt, vbi aliquod ex ossibus, quæ his partibus sita sunt, suo loco mouet̃, prõpte restituamus.

9 *Ossa hæc ferè non rumpuntur, nisi acuta vel graui quapiam re carnosæ partes vulnerentur. De vulneratis autem dicemus, vbi vlcerum curationem persequemur.*

Carnosas partes χρῶτα nuncupauit, quo vocabulo vocant Iones, quidquid in nostro corpore carnosum est. cuius generis præcipuè sunt, cutis, & musculi, tum viscera. ossa verò cartilaginem & ligamenta χρωτὸς vocabulo non significãt. Ad hoc etiam exemplum videtur vsurpari ab Homero, quùm cutem χρῶτα vocat his versibus:

Αἰεὶ τῶν ἔσαι χρὼς ἔμπεδος ἢ καὶ ἀρείων. Et iterum,
Ὡς ἂν μὴ κλαύσασα κατὰ χρόα καλὸν ἰάπτῃς.

D Propositarũ igitur partiũ ossa ait ferè non perfringi sine vlcere. Illud enim /nisi carnosę partes vulnerẽtur/ idẽ sibi vult, quod /sine vlcere/. nihil aũt interest, quod ad hunc locũ attinet, vlcus'ne an vulnus nominetur. atqui carnosa pars extremis mẽbris minima est, plurima autem in humero & femore. Ea igitur tota facilè lęditur, vbi externũ aliquid super manũ vel pedem incidat, quod frangere aliquid possit ex ipsorũ ossibus. Abrumpitur aũt os quatuor de caulis maximè generalibus. super ipsum enim vehemẽti impetu incidit aut aliquid cõterendi vim habens, quod planè necesse est natura durum esse, & mole non exiguũ: aut aliquid, quod non tantùm cutẽ, & quę inter cutem sunt & ossa, sed hęc quoq; secare possit, quem morbum Hippocrates in libro de vulneribus capitis ἕδραν appellat: nõ nulli etiam ob saltũ ex altiori loco fregerunt tibię vel femoris os, q̃ sicciora his essent, & non ita densa: videmus itẽ in palestra cõminui os κατὰ περίκλασιν, hoc est, vbi tibia vnà cum sura perfringitur, & pręter fracturam, vulnus quoq; magnum accedit, atq; ossa nudantur, quod fracturę genus accidit, cùm luctantis membrũ cruri ipsi transuersum subijcitur, atq; vtrunq; eius extremum, tam quod à genu, q̃ quod à pede est, deorsum versus cogitur. Euenit huiusmodi tale lignis, quæ nos de industria rũpimus. imposita enim super vtrunq; femur obliqua, & manibus ab vtroque extremo in inferiorem partem coacta effringi media videmus.

Quemadmodum

Queadmodum igitur neq; magnũ lignum, neq; validũ, sed paruũ & infirmũ, hac rõne frangitur, ita, cùm os infirmũ natura fuerit, medium sub propositis palęstrę generibus perrumpitur. At ossa, qbus extrema mẽbra continenť, sub huiusmodi palęstrę generibus, siue ex superiori loco saltãtes deorsum ferenť, & in terrã incidãt, siue pes vehemẽter conuellať, non facile rũpunť. his.n. ictibus frangunť ligamẽta ossium magis, ꝙ ipsa ossa: cuius causa est, eorũ non tam exiguitas, q̃ durities. sed neq; externa, quùm magna vi sup incidũt, possunt hæc ossa facile perfringere, nisi duriora illis sint, & grandia. at quod tale est, neq; carnem inuiolatam relinquit, quemadmodum nec ictus ab acuta re: nam & hic priusquam attingat ossa, quæ ipsis superiniecta sunt discutit. quare meritò dixit ossa hæc ferè non abrumpi sine vlcere. Sed quoniam in sequentibus seorsum de fracturis aget, quibus carnis quoque vulnus accedit, hæc ad eum huius libri locum reseruauit.

10 *Siquis erumpat ex digitorum articulis, vel aliud quidpiam ex ijs ossibus, quibus continetur pars pedis, quæ inter talos & plantam est, compellere singula in suam sedem oportet, quemadmodum in manu.*

Quod ait /queadmodum in manu/ accipiendũ est, non quasi aliqd pręfatus sit de ossibus, quę in manu sita sunt, sed quasi ita scripserit, singula ossa pedis in suam sedẽ compellẽda sunt: id, quod etiam fieri debet in manu. Compellere aũt Hippocrates dixit ἀναγκάζειν, vel, vt alia exempla habent, καταναγκάζειν, quod idem sibi vult, ac si dicat, os suo loco motũ restituere. mouetur aũt, vbi ligamenta, per quæ cum proximis annectitur, abrumpunť. non tñ abrumpuntur oĩa ligamenta, quæ prolapsum os in orbẽ comprehendũt, rarò.n. id ex toto accidit. in quo casu os, quod ita lęditur, suam sedẽ relinquens ad cutẽ prorumpit, pręsertim quibus ea laxior est, ita, vt ossi, quod prolabitur, parũ renitatur. ea verò de causa ferè nõ solet os, quod mouetur, in inferiorẽ partem pedis excidere, quia cutis, quæ pedi subiecta est (ἴχνος gręcè dicitur) crassa est & dura. adde, ꝙ, quę pedem feriũt, plerũq; à superiori parte sup ipsum cadunt. Ergo hac vna via os, quod suo loco mouetur in inferiorem partẽ excidet, scilicet quùm ex superiori loco qs saltauerit sup rem aliquã, quæ eminẽtias habeat admodũ asperas acutas´ve. Quęcunq; igiť vndiq; prorsus resoluta sunt, vbi sua sede mota in superiorẽ vel inferiorẽ pedis regionẽ veniũt, ægrè recõduntur: siqñ aũt (quod rarò accidit) recõdanť, semp magno negocio ĩ sua sede seruanť. nãq;, vbi os rursus vehemẽter moueať, nihil erit, qđ ipsum cõtineat, vtpotè solutũ ligamẽtis, qbus alligabať: q̃ si nõ fuerint ex toto abrupta, sed aliqua ex parte integra, sicut euenit, qbus ꝓcidere solet, distendẽtes totũ pedẽ vrgebimus.

11 *Tum cerato mederi pãnis fasciis q; non secus atq; ubi frangitur, excepto quòd omittẽdæ ferulæ sunt: eodẽ q; modo adstringere, ac tertio quoq; die alligare. Is aũt, qui deuincitur, similiter atq; ĩ fracturis, adstrĩgi se respõdeat, uel laxari.*

Qualem curationem ad fracturas tradidit, talem nunc ad ossa, quę extremis membris mouentur, præcipit adhiberi. Primò, siquidem extendere conuenit, ad hoc, vt ossa, quæ prolapsa sunt, in suam sedem compellantur: tum, vbi reposita fuerint, deuincire, consilio ad idem directo: propositum enim est membrum ab inflammatione tueri, & sub linteis adstringere, cõtinere´que os, quod restitutum est. In superioribus autem ostensum est hęc nullo modo rectè fieri posse, nisi sanguis, qui in affecta sede subsistit, ad summum atque imum membrum depellatur: prohibeaturq;, quo minus alter concurrat. Hæc itaque, si in memoria habeamus, spectantes, vniuersam vinciendi rationem fracturis idoneam inueniemus, quam hic vtẽdam dixit, nisi ꝙ ferulę non debent circundari, quandoquidem loci natura eas non patitur. nam partes quibus ferulæ inijciendæ sunt, æquè planę esse debent, cuiusmodi non est ea pars pedis, quæ inter talos & plantam sita est.

12 *Omnia hæc viginti diebus perfectè ad sanitatem perducuntur, nisi, quæ cum cruris ossibus iunguntur, vel ex eius regione sita sunt. Interim verò iacere conuenit, non tamen id sustinent, qui morbum paruifaciunt, sed ingrediuntur priusquam conualescant: eoq; fit, vt pleriq; nõ benè sanentur. sed subinde languoris sensu aliquo tententur, atq; id quidem non iniuria. Ferunt enim pedes onus corporis totius. Vbi ergo non dum cõualuerunt, si inambulant, articuli, qui moti sunt, malè confirmantur, atq; hac de causa subinde ossa dolent, quæ cruri iunguntur. Porrò quæ cruris ossibus iunguntur, cæteris maiora sunt, & cùm mouentur, longiori tempore confirmantur, sed medendi ratio eadem est.*

Cruris ossa intelligit tam suram, q̃ tibiam. volẽs autem significare è regione, κατ᾽ἴξιν dixit, quã loquutionem sępius varijs q; in locis vsurpauit. sed & paulo inferius eádem ter ex ordine vtitur, de crure pertractans, quùm ait, ‖Femoris enim caput superius corpus fert. id autẽ ab interiori cruris parte situm est, at non ab exteriori, sed è regione tibiæ, tum quia pars altera corporis è regione huc

Sect.2.t.65. 240.a

E F G H

« A ne huc propius accedit, quàm ad exterius os. adde, quod os interius plenius eſt, quàm exterius, non ſecus atque in brachio, vbi os, quod è regione minimum digitum ſpectat, tenuius eſt, & longius.

13 *Plurimis autem faſcijs, plurimis q; pannis vtendum eſt.*

Vt oſſa, quæ repoſita ſunt, ſuo loco maneant, ſolent tum faſciæ, tum panni circundari, præſertim'que, cùm loci inæqualitas alligari ferulas non ſinit.

14 *Ferè aũt hinc atq; hinc vincire conuenit, adſtringere q;, ſicut cætera omnia, ea parte potiſsimũ, qua os prolapſum eſt, primũ q; ibi faſcias circumagere.*

In prioribus imperauit, vbi fractum os in aliquam partem conuertatur, ſi ad dextram inclinet, vt ad ſiniſtram adducatur: ſi ad hanc ſpectat, vrgeatur ad dextram. At vbi alligare pedem oportet, in neutram partem debet vinculum inclinari, quùm oſſa, quæ ſua ſede excidunt, non ad latera, ſed ad ſuperiorem vel inferiorem partem conuertantur.

15 *Quotieſcunq; vinculũ ſoluitur, multa aqua calida fouendũ. In omnibus aũt, qui iuxta articulos ſunt, affectibus liberaliter calida aqua perfundenda eſt. Quod ad laxandum vel adstringendũ pertinet, ijſdem tẽporibus eadẽ indicia ſe oſtẽdant, q̃ in ſuperioribus: reſoluere itẽ, & rurſus deligare ſimiliter expedit. Hi aũt quadraginta diebus ex toto conualeſcunt, præſertim, ſi iacere ſuſtinẽt: ſin minus, in eadẽ mala incidunt, q̃ ſuperius poſita ſunt, atq; etiãnum grauiora.*

B

Quùm leniendus dolor eſt, & corpora, quæ adſtricta ſunt, laxanda, tunc præcipit, vt multa calida aqua perfundatur. id potiſſimum accidit in affectibus articulorum, quùm hæ partes oſſibus magis & neruis contineantur. Comprimuntur igitur cum inflãmatione, & magis dolorem ſentiunt, quòd magis neruoſæ ſint. Appellauit autem affectus σίνεα, quoniam affici σίνεσθαι dicit.

De Calce

16 *Quicunq; " ex ſuperiori loco ſaltantes, calci vehementer inſiſtunt, his oſſa diducuntur: venæ ſanguinẽ effundunt, carne circa os attrita: tumor magnus oritur, & dolor. Hoc enim os exiguum non eſt, extat q; è regione ſub tibia.*

A. l. 4. f. 5. t. 3. c. 18. 490. b

Ἐκχυμοῦσθαι dixit venas, ſignificare volens effundere ſuccum, quem continent, nempe ſanguinem: quod fit, quùm colliditur earum tunica. corpora enim, quæ colliduntur, naturalem vnitatem amittunt, quùm pluribus exiguis q; partibus diuellantur, quibus ſanguis ſuffunditur. Hunc C igitur effuſum ſanguinem recipiunt loca, quę venam cingunt: quibus non ſeruatur, qualis recipitur, tempore ſiquidem nigreſcit, perinde atq; vbi extra corpus effuſus diu manet: concreſcit, inſuper, quam rem græci θρόμβωσιν appellant. hinc factum eſt, vt ſanguis propterea, quòd concreſcat, θρομβὸς iam, & dicatur, & ſit. prius autem nigreſcit, deinde redditur admodum putris. Atqui non poſſunt grauiſſima hęc accidere ſanguini, qui à venis in corpore funditur. namque, vbi natura vincit, hunc non ſecus mutat, atq; alium, qui in inflãmmatione ſuppurante cõtinetur, vertit q; in pus. Ad hoc autem, vt partium natura ſanguinem ſuperet, duo obſeruãda ſunt, alterum, ne inflãmatio corpori ſuperueniat, id qua ratione fiat, ſupra habuimus: alterum, vt ſanguis, qui effuſus eſt, repellatur. In hęc itaq; incumbens Hippocrates, omnia, quę ſubijciuntur, præcepta ſigillatim tradit. Diducuntur (inquit) oſſa his, qui ita ſaltant, abruptis nimirum ligamentis, quibus ipſa nectebantur, ſicut paulo ſupra de ea parte, quæ inter talos & plantam eſt, dicebamus. iungitur autem cum calce à ſuperiori parte talus: à priori id os, quod à cubi ſimilitudine græcè κυβοειδὴς vocatur: ſicuti cum talo à priori parte id oſſis committitur, quod à ſcaphæ ſimilitudine σκαφοειδὴς græcè nominatur: cum vtroque autem horum, ſcilicet cum eo quod cubum, & cum eo quod ſcapham refert, quatuor oſſa, quæ inter talos & plantam ſunt, committuntur. omnia au-D tem hæc oſſa tam manus, quàm pedis, in commentario de oſſibus expoſita ſunt.

17 *Coniungitur item venis & neruis grandioribus, poſterior que chorda huic oſsi innectitur. Hos igitur curare oportet cerato pannis faſcijs que: ad hæc calidam aquam largè infundere, faſciarum que numerum augere, tum alijs vti optimis præſidijs ac maximè lenibus.*

Coniungitur, inquit, os calcis neruis quos nominat ἐπικαίρους, id eſt grandiores, tum venis nõ paruis. Innectitur item huic oſſi poſterior chorda, quæ diducitur à muſculis, qui ſiti ſunt in parte cruris, quæ carnoſa à poſteriori parte prominet. De his autem abundè diximus, tam in eo libro, qui de corporum, quàm in eo, qui de muſculorum incidendorum ratione eſt. ea autem tenere ad vnguem debet, qui aſſequi vult, quæ nunc ab Hippocrate traduntur.

18 *Quòd ſi cutis, quæ calcem tegit, naturaliter tenera eſt, relinquenda eſt, quomodo ſe habet: ſin dura & craſſa, qualis in quibuſdam conſpicitur, æqualiter ſuccidenda eſt, atque extenuanda, non tamen vulneranda.*

Propoſitis vitijs circa calcem atq; adiunctas partes periculum eſt, ne ingens dolor atq; inflãma

tio

tio non modica superueniat. huiusmodi enim partes ossibus continentur, non quibuslibet, sed E
valde minutis inter se commissis, ita, vt vel leuis inflammatio magnum dolorem possit comprimendo excitare. chordę verò, quà calci à posteriori parte innectitur, cum grandior sit, vbi inflãmatur, periculum erit, ne neruorum distentio superueniat. quin & cum hac parte iungũtur multi nerui, qui ossa contingunt, quod in libro de incidendis neruis ostendimus. Reliqua igitur vniuersa curatio diligẽtem animaduersionem requirit, & quod ad victum tenuem pertinet, & quod ad modum calidæ aquæ perfundendæ. sed & cutis, quę pedi subiecta est (ἴχνος grecè dicitur) incidenda est magna cũ moderatione. vbi dura est, altitudo plagæ debet duritiei altitudinem æquare. occallescit enim quibusdam, ita, vt ne paululum quidem sanguinis fundat, nisi scalpellus altè admodum demittatur. Illa igitur secanda est, quæ sanguinem non fundit: quæ verò statim cruentatur, relinquenda est, nam, si secetur, dolet. At neq; in illa, quæ dura est, quouis modo, sed æqualiter, incidere conuenit id, quod ex ipsa cute durum est. spectare autem tria debet, qui æqualiter incidit, primò, longitudinem sectionis, deinde altitudinem, tertiò, interuallum. sectiones aũt æquè longæ atq; altæ sint, oportet, & æquè inter se distãtes, vt vniuersa cutis, quæ pedi subiecta est sine tormento inflammationis tempore similiter distendatur. Constat autem omnem inflammationem distendere, quod'que distenditur dolere, atq; idcirco inflammationem augeri, & ner F
uorũ distentionẽ excitari. Quemadmodũ igitur liberalis aquæ calidæ perfusio, cui oleũ copiose sit adiectum, saluberrima est, ita etiam secãdam cutem duxit scalpello eatenus altè demisso, vt hęc minime cruentetur. Vtiliter autem excogitauit huiusmodi sectionem, quãdoquidem in alijs partibus, vbi vehementer inflammantur, cogimur cutem scalpello exasperare, partim educentes aliquid eius sanguinis, qui in inflãmatione superat: partim expirationem efficientes: partim laxantes, quæ sub inflammatione distendebantur. At in pede inflammatione non dum orta festinabimus ad cutem incidendam, eo q; durissima sit. vbi verò talis est, nequit sub inflãmatione amplius extendi. quamobrem dolebit hæc, & vehementissimè premet intẽtione quadam proximas partes, præcipue q; latam chordam, quæ illi iuncta est, cuius q; initium est ex fine vnius ex musculis sitis in posteriori parte cruris, quæ carnosa prominet. Igitur, vbi hæc dolore atque inflammatione tentetur, periculum est, ne totus musculus eadem sentiat. id si accidat, neruorum distẽtionem sequi verisimile est. Ob hæc itaq; omnia cutem, quæ sub pede est, secare, vt dictum est, conuenit: deinceps, vt retulit, extenuare, hoc est, tenuem reddere. id aũt fiet, si molliatur ipsius durities, & multitudo exhauriatur. Ad hæc ambo valet oleum, & aqua calida, si copiose infundatur: à perfusione vero priusquàm vinculum detur, olei, quod nullam adstringendi vim habeat, inunctio. G

19 *Hæc benè alligare non cuiusuis est. Nam si quis vinciat eo modo, quo cætera circa talos vinciuntur, fascia modò ad pedem data, modò ad ipsam chordam, circumactæ fasciæ compressio, calcem, qua ictus fuit, expellet.*

Dictionem /benè/ ἀγαθῶς dixit, sæpe enim ab alijs veteribus ita vsurpatur. præcipit autem, vt vitia, quæ circa calcem sunt, vinciantur ea ratione, qua fracturæ, eos reprehendens, qui eo modo deligant, quo deligare sæpius consueuimus, vt medicamenta, seu cataplasmata, seu quædam ex perfusione madentia, ea parte teneantur. Vinciendi modus, quem damnat, sic se habet.

A Initium fasciæ.
B Decussatio ad literæ x figuram.
C Circumuolutio iuxta malleolum.

A Initium fasciæ.
B Orbicularis circumuolutio circa plantam.
C Decussatio ad literæ x figuram.
E Circumuolutio iuxta malleolum.

Fascia ab altera parte talorum orsa, obliqua fertur à priori parte extremi cruris, qua talus extat, quem ἀστράγαλον vocant: inde transuersa sub pede demittitur: eo q; circundato vsque ad contrariam partem obliqua rursus infernè sursum procedit ad priorem partem tali, ei'que inijcitur, quemadmodum antè. At vbi ita circumeat, necesse est in priori parte pedis sibi occurrat, & X literam reprę sentet: inde in or- H
bem circa talos data eò redeat, vndè incepit: sic autem iterum circumagitur, ita, vt eodem reuertatur: tertio q; similiter voluta rursus ad suum initium redit, atq; inde rursus circa talos porrigitur. Verùm alij, vbi transuersam sub pede fasciam dederunt, non protinus obliquam sursum attrahunt ad talos, sed antè per superiorem partem pedis in orbem ipsam adducunt: quemadmodum alij in orbem circa talos, sic, vt obliqui circuitus ab ijs, qui in orbem sunt, comprehendantur. Hæ quidem vinciendi rationes vsitatæ sunt, vbi musculi sint, sed ad proposita vitia minimè accommodantur, quòd ante fascias nihil ibi imponatur, quod illis continendum sit: neque calx vitio vacet, sicut in eo casu, qui

A qui illas requirit, sed ipse primò læsus sit. quare proposita vinciendi ratio, quum ad calcem sanguinem exprimat, ipsum expellit. at contrarium fieri debet, sanguis enim a calce ad partes, quæ iuxta sunt, per vinculum expellendus est: quam rem ea duntaxat vinciendi ratio præstat, quæ ad fracturas pertinet, quam supra demonstrauit. eádem igitur nunc vtitur.

20 *Atque hoc pacto periculum est, ne os calcis corrumpatur.*

Corrumpatur dixit σφακελίσαι, nam, quùm pars ex toto corrumpitur, veteres dicere id vitiū solent σφάκελον, quod, vbi carnosis partibus accidit, aliȷs nominibus appellant. Vocat item Hippocrates carnem, quæ putrescit, σαπρὰν, μυδῶσαν, σηπεδονώδη, atque aliȷs etiam num vocabulis. At vbi os ex toto corrumpitur, σφάκελον vsurpat: quod vitium ossibus accidit, vbi a superiecta carne perniciosa sanies profluit, quæ hæc ipsa irrigando corrumpit.

21 *Quod vbi corrumpitur, morbus æuum durat.*

Apertius dixisset totam ætatem hominis. Habet autem ipsius oratio hanc mentem. si quando calx corrumpatur, casus curationem non recipit, quod que ex eo sequitur malum, totam ætatem B hominis durat.

22 *Nam alioquin, vbi calx hoc modo non corrumpitur, sed quòd nigrescat, quia dum homo iacet, negligenter habitus sit: vel quia crus iā diu graue vulnus acceperit, quod calx et sensit: vel vitiati femoris, aut alterius affectus causa, diu iacuerit: diuturna tamen res est, & molesta. Tum subinde recrudescit, nisi summa diligentia, & longa quiete at tendatur. Quare quæcunq; hoc modo corrumpuntur, præter aliam noxam, corpori summum quoq; periculum afferunt.*

Calcis os (inquit) non modò ex propositis affectibus vitiari solet, sed ex eo, quòd calx diu iacuerit (quam rem ὑπτιασμὸν dixit) nigrescit sæpe, quando negligenter fuerit collocatus. id autē euenit, vbi super quapiam re dura continetur, neque subinde attollitur: sed ȷs, quę subiecta sunt, continenter calefit, premitur q́3. Quocirca attollendus est, mutandus q́3 orbiculus ex lana molli, quem non nulli ex grecis τρόχιον dicunt. eius aūt cauum respōdere debet magnitudini calcis. quo orbiculo ita calx fulcitur, vt imum eius attollatur, ne comprimatur, ne incalescat, ne expirare prohibeatur.

23 C *Sequūtur enim febres acutæ admodum, continentes q́ue, cum tremore, singultu, mentis alienatione, quæ paucis diebus hominem præcipitant.*

Hęc fieri inquit, vbi calx corrumpitur, non ea de causa, quia os alienatur: ipsum enim, si per se circunscribatur, nullam superiorum partium afficit: sed quia ad partes, quę ipsum cingunt, ipsi q́3 alligantur, eius vitium pertinet, idcirco superiores quoq3 corporis partes læduntur. Chorda igitur, quę calci innectitur, vbi inflammatione teneatur, musculos quidem posterioris partis cruris, quæ carnosa prominet, propter consortium afficiet, quùm ab ipsis oriatur. quibus musculis affectis, nerui, qui per eos distribuuntur, promptè lędentur, quemadmodum, & arterię, per quas cor noxam sentit, sicut per neruos cerebrum. Sed qm̄ cor innati caloris fons est: cerebrum vero per se rationis domicilium habet, & per musculos partes mouet motu, quem voluntarium dicunt: consequēs est, vt propter cor febris oriatur: mentis alienatio, propter cerebrum: tremor, neruorumq́3 distentio, propter musculos: singultus, propter stomachum, qui plurimum neruosus est.

24 *His accedunt, venarum sanguinem fundentium liuor, nausea, gangræna. Causa compressio est. Possunt hæc alioquin incidere, etiam si nihil corrumpatur. Hactenus de ȷs, quæ superueniunt, vbi ictus vehemens admodum fuerit. Pleraque tamen leuiter colliduntur, neq; ita magnum studium & diligentiam exigunt, sed curari nihilo minus rectè debent. Quòd si casus videatur asperior, fulcire oportet, alia q́ue efficere, quæ proposui.*

D

Sanguinem fundentes intellexit venas grandiores, quandoquidem his diuisis sanguis effunditur: quod exiguis venis non accidit, parū enim ab his sanguinis profluit, celeriter q́3 citra noxā in oris plagæ concrescit. Nauseæ nomen duxit à nauseantibus, atque ea de causa vomentibus, quam appellauit ναυσιωσιν, cùm Iones ναυτίαν id est nauseam, sic appellent. ac ferè, quod ante dixit ἐκχυμώσεις, vocat nunc ναυσιώσεις, vbi venæ sanguinem expuunt, & quasi vomunt, oppresse tum sua imbecillitate, quam inflammatio attulit: tum multo vitioso que sanguine, quem constat sub huiusmodi affectibus vitiari. Gangrænam vocauit, quùm venę ex ingenti inflammatione emoriuntur. Quorum omnium causam esse affirmat alienam vinciēdi rationem, quæ duplex caput habet, vnum, quòd calcem non comprehēdit, sed nudum relinquit: alterum, quòd partes, quas complectitur, arctius adstringit. Diligentiam expressit vocabulo μελέτης: sic enim ab Ionibus appellari solet, & ab ipso sæpius nominatur.

Fasciam quæ

25 *Fasciam quæ maxima ex parte ad calcem dare, & modò circa extremum pedem, modò circa medium, modò etiam* E *circa crus obuoluere: tum, quæ his proxima sunt, hinc atque hinc omnia comprehendere, quemadmodum supra ostensum est, neque arctè admodum alligare.*

Vinciendi rationem probat contrariam illi, quam supra damnauit, quæq; apud multos in vsu est, sub qua sanguis ex alijs partibus pedis ad calcem transmittitur. debemus enim superantes succos, à calce ad alias partes depellere, hunc vincientes, quomodo supra ad fracturas docuit, fasciã q; maxima ex parte ipsi obuoluentes, non tamen nimis arctantes.

Sed linteorum numerum augere.

In superioribus etiam indicauimus Hippocratem velle, vt vinculi firmitatem, vel fasciarum numero moliamur, vel arctius adstringendo.

27 *Præstat veratrum eodem die epotum, vel certè posteriori. Præterea tertio die resoluere, & rursus deligare.*

Veratrum potui præstat, non eo nomine tantùm, vt quæ supersunt, purget, sed & in aliam partem auertat. constat autem dari ab Hippocrate album, quod vomitum excitat, & à toto corpore F materiam in ventriculum auocat, priusquam ad intestinorum sinus deducatur. quod autem albũ intelligi debeat, planè licet ex sequentibus colligere. Inquit enim /sed si homo vacat febre, per superiora conuenit purgare sicut dictum est/. Quod igitur ea, quæ superant, vtiliter educantur: quod q; ad contrariam partem, atque affecta est, materiam depellere magnum momentum habeat: euidentissimè apparet: at num albo veratro moliri id expediat, non dum est manifestum, strangulare enim interdum solet, vbi redundat in corpore glutinosus succus, aut crassus. quocirca hic prius dissipari debet victu extenuandi vim habente, de quo totum librum composuimus. Fallacissimum ergo est veratrum dare, antequam corpus victu pręparetur, quùm sæpius non facile sit, vt quales corpori supersint succi, dignoscantur. Hippocratis sęculo veratrum album fortasse tutò sumebatur ob rationem victus eorum hominum, qui curabantur, qui vitæ genus non ociosum sequebantur aut intemperans, sed laboriosum, paucis q; alimentis erant contenti, sic, vt crassos succos nulla ratione contraherent. neq; enim nos latet fieri hos, cum ocio, tum abundantia. Quòd si vim æstimaueris corporũ eius sęculi, quã ex eiusmodi victu cõparabãt, magis adhuc dari veratrũ permiseris, quùm, quę vomitus affert incõmoda, ferre homines illi facilè potuerint.

G

28 *Ex eo autem intelligitur, futurum nec'ne sit, vt hi affectus recrudescant. namque, vbi sanguis à venis transfusus, nigrities, & quæ his proxima sunt, subrubicunda sunt & subdura, periculum est ne recrudescant.*

Malos affectus, qui recrudescũt, vocat παλιγκότα παθήματα: & παλιγκοταίνειν dicit, quasi mala rursus fieri. Docet autem quibus indicijs cognoscantur propositi affectus, quando futurum est, vt rursus mali fiant: quę indicia ad superuenientem inflammationem spectant, quam in primis cauit, ne oriretur. Quælibet igitur inflammatio rubicundiorem duriorem q; cutem efficit, quorum neutrum opus est affectis partibus. mollis enim esse debet, ac subuiridis sanguis à venis transfusus: hunc enim voluit citra inflammationem suppurare. Quare, si membrum molle sit, & non rubeat, inflammationem abesse demonstrabit. suppurantis sanguinis indicium erit carentia vtriusque coloris, ruboris scilicet & nigritiei. nam, vbi ruber est, inflammari: vbi ex toto niger est, neque superari neque concoqui se à natura denunciat, sed concretum esse. Hoc enim ipsi accidit, vbi diutius extra venas maneat, etiam, si in corpore contineatur, siquidem in eo casu nunquam in pus vertitur. Cõtrà, si natura in corpore superet, vertitur in pus: si ea vincatur, putrescit, non secus, ac vbi extra corpus est, atq; adeò magis, quùm in calido loco retineatur. H

29 *Sed, si homo vacat febre, vomitu purgetur, sicut dictum est: idem conuenit, si febris sit, sed non continua: vbi ea non intermittat, abstinendum à purgatione, à cibo & sorbitione: aqua potui danda, vitandum vinum, sed non ὀξύγλυκες.*

Purgare φαρμακεύειν dixit. consueuit enim Hippocrates vsurpare id vocabulum, non vbi quæuis medicamenta adhibet, sed solum, vbi purgantia. Præcepit autem, vt veratrum eodem die detur, vel posteriori, priusquam inflammatio in affectis partibus oriatur, atque homo febricitet. sed, si febris præuenerit, siquidem leuis est, veratro nihilo minus vtitur (nos verò neque integro homine dare veratrum audemus) si vehemens non vtitur, sed maximam abstinentiam imperat, non cibo, non sorbitione vtens, solam potionem adhibet, neque hanc vini, quod licet nusquam posuisset, fugiendum esse manifestum erat. Permittit autem, vt æger ea potione vtatur, quæ dicitur ὀξύγλυκες, vel etiam mulsa, hæc enim potui præstat in tenuissimo victu: & tertium ad hæc oxymel, quod ex mulsa, & aceto constat: sed ὀξύγλυκες fauos habet dulcissimos maceratos, atque incoctos, sicut etiam nunc in Hellade componitur cuius ratio est:

Faui

A Faui expreſſo melle in ollam conijciuntur, in qua pura aqua ſit: tum inferuent, donec omnem prorſus humorem in aqua poſuiſſe videantur. is autem humor reponitur, ſeruatur que, & æſtiuo tempore bibitur ad ſitim tollendam, frigida aqua dilutus. Hac ergo potione nunc vtitur Hippocrates, ſi ea non eſt, ſumere mulſam licet. ſed oxymel, vbi neruoſæ partes vitiatæ ſunt, alienum eſt, aceto enim tentantur: quam rem & vſus docuit, & ipſe demonſtrauit. quibus vero idoneum ſit oxymel, oſtendit in libro de ratione victus in morbis acutis, quem male non nulli inſcribunt in Cnidias ſententias: non nulli de ptiſſana, neque etiam hi recte.

30 *Sed, ſi nullum periculum eſt, ne recrudeſcant, ſanguis ſuffuſus, nigrities, proximæ partes ſubuirides ſunt, & citra duritiem.*

Vis horum verborum expoſita eſt in eo ſermone, vbi inquit /namq; vbi ſanguis à venis tranſfuſus, nigrities: & quæ his proxima ſunt, ſubrubicunda ſunt & ſubdura: periculum eſt, ne recrudeſcant/. illis enim, ſcilicet ſubrubicundis & ſubduris, nunc opponit ſubuirides, & ſine duritie. fiunt enim ſubuirides, vbi paulatim in pus vertuntur: duritie carēt, propterea quod inflãmatio non eſt admodum vehemens: id enim cauſa fuit, quamobrem effuſus ſanguis verteretur in pus.

B

31 *Quod idoneum teſtimonium eſt, vbicunq; ſanguis transfunditur, metuendum non eſſe, ne malum recrudeſcat.*

Idoneum dixit ἀγαθὸν, quaſi certum, ſtabile, verum, perpetuum. teſtimonium poſuit pro ſigno, ſiquidem teſtis eſt, nobis que opinionem facit eorum, quę ab Hippocrate propoſitis verbis traduntur. Inquit igitur poſitum indicium certum eſſe, vbi ſanguis ſuffunditur, non ſolum in calce, ſed in cæteris partibus etiam, id que iure, quum non ex partium indicatione, ſed ex ipſo ſanguine transfuſo intelligatur. Malus autem transfuſi ſanguinis affectus, non par affert periculum: differt enim pro natura partium, quibus ſuffunditur. Prouenit tamen periculum non ex ijs partibus, ſed ex ſanguine ſuffuſo, qui in pus nō vertitur. quo minus in pus vertatur, prohibet ingens inflammatio, vel ſub aliena viciendi ratione orta, vel ob ſuccos, qui aut copia ſui malè habent, aut corrupti ſunt. quibus Hippocrates ſuccurrit purgatione per medicamenta, nos per venæ ſectionem: miramur que ipſum hac ſola contentum non fuiſſe, quum hoc præſidium nouerit, atque ad huiuſmodi caſus adhibuerit. ſiquidem in libro || de articulis inter alia, quibus opus eſſe cenſet ad coſtas colliſas, venam incidi in cubito iubet. Sect. 3. t. 61. 7a. 175. g

C

32 *Sin duræ ſunt, & liuent, nigritie periclitantur.*

Sanguis etiam, qui ſuper terram funditur, interdum diutius conſeruatur, modò magis flauus fit, modò in nigriorem, modò in euidenter atrum, conuertitur. veriſimile autem eſt ab aere, in quo continetur, ſereno, nebuloſo, humido, ſicco, calido, aut frigido variè colorari. Præcipua verò cauſa varietatis colorum conſiſtit in ipſo ſanguine, qui varius eſt, ſicut in ſingulis hominibus conſpicitur, vel ad atram bilem magis, vel ad flauam ſeu pallidam, vel ad pituitam accedens, vel etiam aquoſus: id quod illi etiam accidit in animalium corporibus, namque à venis transfuſus in varios colores conuertitur, & vbi non ſuperetur, & vbi à partibus, quæ ipſum continent, in pus vertatur. Meritò autem hęc tempore liuidus apparet. color enim liuidus illis interiectus eſt, qui nigri penitus ſunt, & qui floridum colorem habent, qualis præſertim eſt rubicundus, & flauus. ſed & hic color, liuidus inquam, à colore florido recedens, ad nigrum accedit, qui apparere etiam ſolet, vbi, quæ nigra ſunt, dum ſuppurant, inalbeſcunt. Sæpe enim videre licet, quæ nigra ſunt, quum incipiunt verti in pus, liuida ſe oſtendere: tum paulatim nigritie amiſſa ad ignis D colorē accedentia, albidiora euadere, eſt enim pus cinerei coloris. Indicat ergo Hippocrates nunc diſcrimen in eo ſanguine, qui transfuſus liuidum ſe oſtendit. nam, ſi cum duritie ſic appareat, partes inflammatione tenentur: ſi ſine duritie, inflammatione vacant. quæ inflammatione carent, naturam robuſtam demonſtrant, & ſanguinem concoquendum eſſe, et in pus vertendum: at inflammatio naturæ infirmitatem indicat, quæ ob inflammatarum partium imbecillitatem, & multitudinem mali ſucci ſubſiſtentis, transfuſum ſanguinem nec concoquere poteſt, nec in pus vertere. Sequitur itaque, vt nigreſcat & corrumpatur.

33 *Pedem verò expedit ita collocare, vt reliquo corpore plerunque paulo ſublimior habeatur, ſaneſcit autem ſexaginta diebus, ſi quieſcat.*

Si pes humilior ſit, ſanguis, qui ex crure ad ipſum confluet, inflammationem excitabit: ſi ſublimior, nihil confluet. atque idcirco ſublimior omnino continendus eſt, non tamen multo, dolet enim, ſi diutius hac ratione contineatur: quæ verò dolent, in inflammationem incidunt. Sublimiter ergo figurandus eſt, quatenus non doleat. hoc autem comperies, ſi tendi pedem ſenties, vbi paulo altior contineatur.

De Crvre

E

Crus binis oſsibus continetur, quorum alterum altero ab vna parte multo, ab altera paulo, tenuius eſt.

Verba hæc, quibus crus appellat κνήμην, eorum confirmare ſententiam videntur, qui volunt πῆχυν, βραχίονα, κνήμην, μηρὸν vocari ab Hippocrate, non totum id, quod compoſitum ex oſſibus & partibus ſuperiectis eſt, ſed ſola oſſa. At re uera ex his ipſis verbis colligitur, non hoc modo, ſed illo etiam, accipi poſſe. quare nomina hæc, quibus vtitur, duobus modis accipere licet, ſicut accipiunt, qui ea referunt, modò ad ipſa oſſa tantùm: modò ad oſſa ſimul & partes, quibus oſſa ſuperconteguntur, ſic, vt κνήμη appelletur id, quod inter pedem eſt, & genu. Duorum autem oſſium, quæ in ea parte ſita ſunt, alterum ſcilicet tibiam grecè appellari κνήμην, reliquum ſcilicet ſuram, περόνην: ad hæc tibiam pleniorem eſſe, ſuram verò tenuiorem: ac medium, quod minimè carnoſum, & per vniuerſam hanc partem à ſummo ad imum in longitudinem fertur, & in his, qui graciles ſunt, conſpicitur (græcè ἀντικνήμιον vocatur) tibiæ partem eſſe, non ſuræ. atque alia, quecunque ad oſſa pertinentia ſcire licet, omnia expoſuimus in libro quem de oſſibus confecimus, ad eos, qui primas inſtitutiones addiſcunt.

F

35 *Hæc ad pedem inter ſe iunguntur, communem que appendicem habent.*

Communem non debemus ita accipere, quaſi continuã, atque omnino vnam, ſed quaſi vtriuſque appendices inter ſe iungantur, & vnius tantùm opinionem faciant. ita enim inter ſe conueniunt hæ appendices, vt vna eſſe videatur. extreme verò earum partes rotundæ, quà carne nudantur, non rectè à quibuſdam talus nominatur: perpetua enim chorda talum continet ab interiori parte, qui ab hac tectus nec viſu comprehenditur, nec tactu.

36 *Sed recta in crure dehiſcunt.*

Dehiſcunt propoſita duo oſſa recta in crure, hoc eſt, in longitudine cruris non ſe contingunt, neque inter ſe connectuntur.

37 *Ad femur autem iunguntur, & appendicem habent: appendix verò diſcrimen.*

In commiſſura genu, caput tibiæ longè craſſius eſt, quàm ſuræ, atque idcirco appendix tota G eſſe tibiæ videbitur, ipſam'que ab exteriori parte ſura fulcit. Diſcrimen, quod διάφυσιν vocat, id intelligit, quod in medio extat neruoſum cartilaginoſum'que, quod proceſſus femoris, qui in tibia conijciuntur, diſtinguit: ſed in oſſibus eorum corporum, quę iam diu mortua ſunt corrumpitur, ſic, vt aliquis decipiatur, falſum q́; exiſtimet, quod ab Hippocrate ſcribitur: iniuria quidem, quoniam in recenti cadauere id ſemper apparet.

38 *Longius autem paulo eſt alterum os, quod à parte minimi digiti eſt. Natura oſsium cruris ſic ſe habet.*

Quod inquit longius, ego ſic ſcribendum cenſeo /longius autem paulo eſt alterum os à parte minimi digiti/. Quòd ſi non hoc modo, ſed illo, Hippocrates ſcripſiſſet, confirmaret prorſus tibiæ appendicem in genu communem eſſe vtriuſque oſſis, non propriam tibiæ. nam ſimpliciter longius eſſet, non ab ima parte duntaxat.

39 *Luxantur hæc modò à parte pedis: ac tunc, modò vnà cum appendice oſſa ambo, modò appendix tantùm mouetur, modò alterum os.*

H

Putant medicorum aliqui verbum ἐξαρθρεῖν vſurpari ad ea oſſa ſignificanda, quæ toto loco mota ſunt, ſed ὀλισθαίνειν (quo verbo /luxantur/ expreſſit) ad ea, quæ paululum, nõ tamen ex toto, naturali ſede exceſſerunt. Verùm hi non videntur legiſſe librum de articulis, vbi initio protinus ait, ‖ Articulum, qui cum lato ſcapularum oſſe committitur, vidi vno modo excidere, nempè in alam/. in quo loco verbum excidere ὀλισθάνον dixit. Atqui totum humeri caput eo ſinu mouetur, in quo recipitur, quùm non poſſit paulum excedere, ſicut ipſe Hippocrates docuit, vbi cauſam adiecit: quam habebimus, quùm ad eum locum veniemus.

Sect. 1. t. 1. 7ª. 251. c

40 *Hæc quidem minus moleſta ſunt, quàm quæ in prima palmæ parte, homines modò quieſcant. Curatio autem in vtroque caſu ſimilis requiritur. namque hæc conijcienda in ſuum locum ſunt, intenta perinde atque illa, ſed valentiorem etiam intentionem requirunt, quatenus corpus hac etiam parte validius eſt. Plerunq; ſatis duo homines ſunt, qui in diuerſa contendant. qui, vbi nequeant abundè extendere, facilè eſt validiorem intentionem adhibere.*

Non modò minus moleſta ſunt, quàm quę in prima palmę parte, ſed multò magis, quàm quę in pede. Sed quoniam de pede & manu communiter tractauit, ideò abundè exiſtimat alterius

partis

A partis duntaxat meminiſſe,quę,quod ad moleſtiã pertinet,media eſt inter crus & pedem.quanto .n.maiorẽ moleſtiã affert,q̃ crus,tanto minorẽ,q̃ pes, & p̃cipue q̃ calx, de quo paulo ſupra egit.

41 *Nam vel rotæ modiolum defigere oportet, vel aliud quid ſimile: tum molli aliqua re pedem obuoluere, lubulis q; loris latis circumligare, & eorum capita vel ad piſtillum vel ad aliud lignum deuincire, eius que imam partem in modiolum demittere, ſummam recuruare: alios vero & ab humeri capite, & a poplite, in contrariam partem extendere.*

A Rotæ modiolus.
B Mollis res pedi circũiecta.
C Lora lata.
D Piſtillum.
E Ab humeri capite extendens.
F A poplite extendens.

B

Lignum defigi iubet,quod recipere poſſit imã partem vectis, p quẽ membrũ debet ab inferiori parte extendi. Tibi verò ignotũ eſſe nõ credo, rotæ modiolũ πλήμνην ab Ionibus appellari,cùm apud poetam hoc quoq; vocabulũ legaĩ. Cõmonet autem Hippocrates, vt vbiq; ex ijs,quę ad curationẽ cõducunt, illis vtamur, quæ in promptu ſunt: & nunc etiam meminit modioli rotæ, qui præſto nobis eſſe poteſt vbiuis gentium. ſimiliter piſtillo pro vecte nunc ad extendendum vtitur. Sed qua via adhiberi hæc debeant,ipſe ſuis verbis,ſi animaduertantur,aperte declarauit.

42 *Sed à ſuperiori quoque parte adhibere vim licet.*

C Vim, hoc eſt, valentem in vtranque partem intentionem ἀνάγκην appellauit, vt vehementem eius potentiam indicaret.

43 *Potes etiam, vbi velis, altè lignum defigere rotundum ac læue, ſic, vt pars eius extet, quæ inter crura, media inter anum & naturale demittatur, vt prohibeat ſequi corpus, quod à pedibus extenditur.*

A Lignum rotundum ac læue.
B Extenſio à pedibus.
C A latere clunem repellens.



Rectum ſtatuit lignũ hoc firmiter inhærens, ne corpus (vt dictũ eſt) à pedibus extẽtũ ſequatur, ꝙ collocatum ſit hoc lignũ inter anum & primã naturalis partem, quem locum περίναιον appellat.

D

44 *Deinde, ne corpus inclinetur in id crus, quod intenditur, collocare aliquem à latere oportet, qui clunem repellat, ne corpus ducatur.*

In pleriſque exemplaribus, quæ nunc proponuntur verba, proximè poſitis ſubijciũtur, quanquam ſine his vniuerſa ſententia maneat. vult enim medium lignum ſtatui inter vtrunque crus, atque ita ab inferiori parte affectum crus extendi, aliquo ſurſum clunem repellente, ne corpus ea parte trahatur, & in alteram partem inclinatum permittat crus ducentem ſequi. namque, vbi hoc accidat, intentionem remitti neceſſe eſt.

45 *Idem quoque fiet, ſi ad utramque alam lignum figatur, brachia uero ſeruentur extenta, & alius genu prehendens in contrariam partem adducat.*

A Ligna ad alas.
B Iuxta genu prehendens. E

Modum alium docet, quo prohibere poſſis, ne totum corpus extentam membri partem ſequatur. figit enim lignum ad vtramque alam, quod corpori obiectum, hominem ſequi non patiatur, quùm partes inferius extenduntur. Sed nunc nihilo minus oportet crus, quod ab inferiori parte extendit, propriè à genu prehenſum in ſuperiorē partē attrahi, atq; ita in diuerſa diduci F

46 *Nihil etiam prohibet, ſi placeat, lora alia ad genu vel ad femur alligare, alium que rotæ modiolum poſt caput hominis figere, lora que ad aliquod lignum dare, quod in modiolum demittatur.*

Vbi velis crus à ſuperiori parte extendi, vt in diuerſa diducatur, moliri eam rem poteris iniectis loris, quorum capita ſurſum adducta ad vectem religentur: imæ autem vectis parti, quæ hęrere pauimento debet, neceſſe eſt cauum aliquod ſubijciatur, cuiuſmodi eſt rotæ modiolus, qui obex vecti ſit, vt poſſit in contrariam partem attrahere.

46 *Et ad contraria, atque ad pedes attrahat.*

Qui apud Feli. fuit vnus textus, vidius ſecat in duos.

Ad contraria dixit τἀναντία. Sed ſi ſcriptum inueniremus πρὸς τἀναντία, quid nam obſcurum in verbis aut ſententia eſſet? Verùm quia legimus τἀναντία, ſine propoſitione πρὸς, quæ ſignificat ad, duorum alterum exiſtimandum eſt, aut principio ab eo, qui librum deſcripſit, omiſſam fuiſſe particulam εἰς, vel πρὸς: aut ab ipſo Hippocrate de induſtria, vel quòd idem ſignificet, vel, quòd vocem /τἀναντία/ vſurpet pro aduerbio, quaſi dixerit ἐναντίως. G

47 *Pro modiolo etiam poteris lecto mediocrem trabeculam ſubijcere, eius que vtrunque caput ſtabilire, lignis que recuruatis lora extendere.*

A Trabecula.
B Ligna recuruata.
C Lora.

H

Antè, binis modiolis, binis que vectibus in contrarias partes extēdebat, vno infra pedem extēto, altero ſupra caput. Sed quoniam (vt retuli) in eo exerceri nos voluit, vt pręſidia in promptu habeamus, alium modū docens, in ſimiliū inuētione te exercet. nā, ſi modioli nō ſint, tignū, quod lecti, ſuper quo ægrotans iacet, longitudinem ęquet, ſubijciendum eſt. Cætera omnia, eadem atque antè, efficienda ſunt. lora enim corpori inijcienda eo modo, quo ſuperius docuit, vinciēda q; ad ligna, quibus, quaſi vectibus ad extendendum vtimur. Sed pro modiolis nunc adhibētur extrema longioris tigni, quę capita dicuntur, vt modicè vtrinque lectum excedentia, & à capite & à pedibus, extendentibus lignis, mora ſint. trabeculam verò, quod lignum in longitudinem lecto ſubijcitur, δοκίδα dixit, quaſi μικρὰν δόκον, id eſt paruam trabem, ſignificans.

48 *Cōmodè item extendes per axiculos ab vtraq; parte collocatos. Sunt etiā aliæ extendēdi rationes, quàm plurimæ.*

Axes

A



Axes solitus est appellare ὄνος, quẽ admodum, vbi scribit, ἄξονας versatiles. nũc verò axiculos nominauit ὀνίσκους, vsus nomine diminutiuo, sicut in superioribus verbis, trabeculã δοκίδια dixit, paruam trabẽ significãs. Exerceri autem debes, nõ solũ in ijs, quę prõpta sunt, excogitãdis atq; admouen-

B

dis, sed etiam in machinamentis, quæ parantur à medicis ad has intendendi rationes. Axes itaq; collocandi sunt, nõ recti in longitudinem corporis, sed transuersi ab ijs, quæ hinc atq; hinc sunt, partibus corporis, quod curatur. id autem non aliud significat, quàm alterum ab inferiori parte à pedibus, alterum à superiori à capite, collocandum esse. Post hæc iniecta lora extrema ad axes danda, qui versati crus, quod curatur, in diuersas partes diducant.

49 *Optimum autem est, si quis medicinam in magna vrbe exerceat, paratum habere lignum, per quod vim omnem adhibeamus ad fracta & luxata omnia restituenda, tum extendentes tum impellentes. Abunde autem erit lignum tale, quales sunt quadratæ columnæ quernæ, quod ad longitudinem latitudinem & crassitudinem pertinet.*

Organi cuiusdam, seu machinamenti, quod haberi voluit, mentionem facit: in libro autem de articulis, qui huic subijcitur, docet eius fabricationem. Nos ibi si quid obscurum fuerit, exponemus. nunc proximum est ad ea transire, quæ subdit.

50 *Vbi satis extenderis.*

C Crus videlicet: de crure enim agens circa talum prolapso inseruit extendendi rationem. sicq; rursus ad sermonem reuertitur, quem initio proposuit.

51 *Articulus facilè reconditur. Diducitur enim ab antiqua sede, sic, vt è regione supra ipsam spectans non hæreat.* *Vidius vnum*
Prominentioribus itaque palmarum partibus dirigendus est, partim, quod extat adurgentibus, partim infra talum *facit textum,*
52 *repellentibus. Eo restituto crus, si fieri potest, extentum alligandum est: sin lora prohibeant, ea soluenda, & dum vin-* *quę Feli. duos*
culum inijcitur, in contrarias partes extendendum. *fecit.*

Hippocrates articulum ἄρθρον dixit: quo mouẽtur, qui volunt sic apud ipsum vocari extrema ossa, quę in cauis recipiunt, sic, vt totũ id appelletur διάρθρωσις, vbi cõmittunt extrema ossiũ, quæ in flexu atq; porrectione mouẽtur. Ex vtroq; aũt osse, id quod inserit, ἄρθρον: cauũ, quod recipit κοτύλη, vel γλήνη ab Hippocrate dicat. sed hęc nominũ disceptatio reijciẽda est. Deinceps verò ostẽdet luxati restituendi rationẽ vniuersam, sicuti nos in primo horũ cõmentariorũ statum diximus, vbi intẽdẽdi vsum explicauimus, demõstrãtes nõ posse luxata cõmodè restitui, nisi ita diducant, vt alterũ alteri non inhereat. Protinus aũt terminum habes, ad quẽ vsq; extẽdere conueniat. nãq; vbi iã videbunt eatenus extẽta esse, vt altero alteri nõ inherẽte, diducant, extendere desines.

D

53 *Dandum insuper eodem modo vinculum est, æquè capitibus ea parte, quæ extat, impositis: ibique primò & plurimum circundandum, & pannis plurimis iniectis potissimum adstringendum.*

Capita summatim commemorauit illius vinculi ad fracturas pertinẽtis, quod antè declarauimus. Meminisse autem oportet, ea, quæ in manu, pede, calce, talis'que, suo loco excidunt, eo modo vincienda esse, quo fracturæ, atque idcirco in hoc libro omnia comprehendi. Causam verò, quamobrem ita vinciendum sit, siue fractum os sit, siue prolapsum, in superioribus habuimus.

54 *Tum hinc atque hinc plurimum obuoluendum.*

Hoc etiam docuit in libro de officina medici, quùm inquit, Comprehendat'que vinculum integræ partis quàm plurimum. Causa in prioribus posita est. latius.n.est succos, non solum exprimi à vitiata parte ad ea loca, quę iuxta sunt, sed repelli ad ea, quæ plurimũ recedũt, & longè cohiberi. Sect. 1. t. 5. 7². 2. 14. t

55 *Hunc autem articulum, vbi primò deuincimus, comprimere magis debemus, quàm qui in manu.*

Modum comprimendi, & fasciarum numerum, constituit pro magnitudine articulorũ, intuitus etiam, quàm neruis cõtineantur, & ꝙ acris sensus sint: hos siquidem minus comprimi iubet. E

56 *Iniecto vinculo pars deligata, reliquo corpore sublimior habeatur. Sic tamen continenda est, vt pes minimè suspendatur.*

Pedem continendum esse reliquo crure paulo sublimiorem, supra quoq; dictum est. Dictum est insuper ipsum eatenus excitandum, quatenus extenti musculi non laborant. Nunc præceptũ adiungit, quod ad tutò continendum pertinet, vt pes ne minimum quidem suspendatur. id autẽ fit, vbi lana molli vndiq; cingitur. quin & pars eius extrema, qua cutis est, ipsi subiecta, molli aliquo, vt puluino, fulcienda est, tum ligno aliquo erecto, ad quod per mollem habenam vinciatur.

57 *Extenuari autem corpus debet, prout ossa grauiter suo loco excidunt. Non nulla enim leuiter, non nulla plurimum mouentur.*

In aperto sanè est, quæ paulululm excesserunt, paruam curam exigere: quæ plurimum prolapsa sunt, & maiorem abstinentiam, & cætera, quæ corpus extenuant.

58 *Magis omnino ac diutius extenuare corpus oportet, vbi crus, quàm vbi brachium læditur, quùm illud maius sit & crassius, quàm hoc. Necesse item est corpus quiescere, atque iacere: sed soluere articulum tertio quoque die, & rursus alligare, nihil prohibet, nihil item cogit. Reliqua omnia eadem fieri debent, quæ in prioribus posita sunt. Quòd si homo quiescat, & iaceat, abundè sunt quadraginta dies, modò ossa in suam sedem restituta fuerint. Sin quiescere nolit, ægrius crure vtetur, cogetur que diutissimè vinculum adhibere.* F

Ipse causam reddidit eius, quod præcepit. inquit enim /quùm illud maius sit, et crassius, quàm hoc/: quibus tertium adijcit, quòd homo cubans consanescat, non ingrediens, sicut vbi brachiũ offenditur. Hæc igitur in vniuersum pertinere ad omnes articulos arbitramur.

59 *Verùm, vbi ossa ex toto in suam sedem non reuertuntur, sed aliquid abest, tempore extenuatur coxa, femur, & crus: ac, si in interiorem partem excidant, exterior pars tenuatur: si in exteriorem, interior.*

Si qua ex integris partibus diu quiescat, vel leuiter moueatur, tenuior fit, ꝙ prius esset: motus enim corpora calefacit, eorum'que vim firmat, ob quam partes melius nutriuntur. sed, vbi luxatum aliquid non fuerit perfectè restitutum, deterius perficiuntur motus, præcipue'que à contraria parte illi, in quam venit, quandoquidem locus eà vacuus relinquitur, quùm os in contrariam moueatur. Homo igitur facilius illi parti inhæret, in quam articulus excidit. superiores enim partes sedẽ requirunt, quã inanis locus non exhibet, sed plenus, quùm nihil possit inani loco hærere: atque ea de causa crus ab ea parte, in quam articulus erumpit, sustinere corpus solet, & tantùm musculis, qui ea continentur, suo munere fungi, hi siquidem benè nutriuntur: inexercitatis verò non satis alimenti subministratur, hi autem in contraria parte continentur. G

60 *Pleraque tamen in interiorem partem promouentur. Sed, si integra cute vtrumque cruris os comminuatur, validius intendendum est. Si vna pars fracturæ valdè super alteram excedat, aliquo vtendum est ex propositis intendendi modis. Abundè quoque est, & per homines extendere: ferè autem satis sunt duo homines robusti, qui in diuersa contendant, vnus ab vna parte, alter ab altera. Extendere autem rectà secundum naturam oportet, & è regione cruris ac femoris, tam si huius quàm si illius fracti ossa extendantur.*

Quæ excidunt ab inferiori parte, qua cum talo cõmittuntur, in interiorem partem magis prorumpunt. cuius rei causa est suræ processus, qui ab exteriori parte talum magis cõplectitur, quàm tibiæ processus ab interiori.

H

61 *Atque ita extenta ambo deligare, vtrumuis deuinxeris. At non eadem cruri ac brachio accommodantur. Nãq; vbi brachij vel humeri ossa comminuta deligantur, brachium suspenditur: atque, vbi extentum alligatur, caro alio modo figuratur, dum cubitus flectitur. Nequit enim cubitus extentus diu haberi: non enim solitus est sæpe in hoc habitu detineri, sed curuatus. Quin, quùm homines ingredi possint brachio comminuto, necesse habent cubitum curuare. Crus verò, quia ambulando & stando in inferiorem partem, nunc ex toto, nunc propè ex toto, intendi secũdum naturam, & ferre etiam reliquum corpus consueuit, idcirco sine molestia extenditur, quùm opus est. Quid quod & in lecto sæpius hoc modo cõtinetur figuratum? Sed, vbi frangitur, necessitas hominis animum subigit: nequit enim excitari, quare de curuando crure, aut de surgendo nullum verbum facit, sed ita figuratus quiescit, & cubat.*

Siue femur, siue crus alligetur, præcipit, vt vtràque cõmissura extendatur, scilicet, quæ in coxa est, & quæ in genu. Cur ita figurari debeat, ipse deinceps adijcit euidenti demõstratione vsus, cuius mentem facilè comprehẽdes. Horum itaque verborum capita sunt. Consueuit crus, & eorum, qui stant, & eorum qui ambulant, extendi. à natura enim, corporis ferendi gratia factum, ab eadem ad hũc habitum præparatum est: atque ea de causa in cubando plerunq; extentũ seruatur,

sed

A sed brachia & in ingressu, & alioquin ferè modicè curuata continentur, quandoquidē nemo extentis brachiis ambulat. ac propterea brachio etiā deuincto mitella cubitum excipiente ambulare æger potest: at crure perfracto, priusquam callo firmetur, ingredi minimè licet.

62 *Ob has igitur euidentissimas causas non conuenit eodem habitu brachium, atque crus, extendere & vincire. Quòd si abunde fuerit per duos homines adhibita vis, frustra laborandum non est: iactantiæ enim est, vti machinamentis, vbi res non exigit. At si duo homines non satis extendant, confugiendum ad eum ex propositis intendendi modis, qui expeditissimus sit. Intentione satis adhibita ossa facile restituuntur, & in suam sedem compelluntur, prominentioribus palmarum partibus directa atque diducta. Postquam restituta fuerint, extenta fasciis alliganda sunt, quæ siue à dextra, siue à sinistra parte, magis attrahi debeant, illis primò inuoluendæ sunt. Ordiantur autem ab ea parte, qua fractura est, primo que ibi circumeant: deinceps ad partem cruris superiorem porrigantur, quemadmodum ostensum est in aliis fracturis. Fasciæ verò latiores & longiores, ac multo plures ad crus adhibeantur, quàm ad brachium. Vbi deligatum fuerit, super aliqua re plana molli que collocandum est, ne in hoc, vel illud latus deprauetur, né ue in anteriorem, né ue in posteriorem partem peruertatur.*

B Euidentissimas causas appellauit προφάσεις, quamuis causæ, quas proposuit, veræ sint, neque id vocabuli ad falsas causas significandas (vt vsurpari solet) mutuatur. paulo infra etiam eodem modo ipsum accipit, quùm inquit /ob has igitur euidētissimas causas, si os, quod ab exteriori parte est, cōfringatur, maturè homo ingreditur/. Id quod de sura dixit, verā causam reddēs, cur ea fracta crus celeriter moueatur: atq; vbi tibia perfringitur, longo spacio opus sit ad hoc, vt homo vti crure possit.

63 *Maximè autem pro valetudine est, ceruical subiicere ex lino aut lana, quod medium in longitudinem molle sit, vel quidpiam tale.*

Crus fulciri iussit eo modo, quem posuit, ceruical magis quàm canalem adhibens. proximè autem subdit, cuius rei illos accuset, qui canali vtuntur.

64 *De canali, qui fracto cruri subiicitur, incertus sum quid dem consilii, subiici nec' ne debeat. Prodest quidem, sed nō quantum existimant, qui illum admouent: non enim quiescere cogit, vt arbitrantur. Nam neque si reliquum corpus in hanc, vel illam partem conuertatur, prohibet canalis, quo minus sequatur crus, nisi ipse homo caueat. Neque*
C *item prohibet, quo minus sine corpore crus in hanc vel illam partem moueatur. Sed & subiectum lignum immite est, nisi molle aliquid in ipsum indatur: est tamen commodissimum, quando vel sterni lectum, vel desidere hominem oportet. Licet igitur, & cum canali, & sine eo curationem benè vel malè admouere. Vulgò sibi persuasum habent medicum culpa magis vacare, si canalem subiiciat, quanquam res minus artificiosa est. Crus enim rectum prorsus iaceat, oportet, & super plana ac molli aliqua re, quum necesse sit contineri vinculum, ne peruertatur, dum membrum iacet, quocunque se vertat, & moueatur. Respondeat item, qui deligatus est, eadem, quæ supra posita sunt. Nam vinculum tale esse conuenit, & tumorem in extremis partibus assurgere, & eodem modo laxari, ac tertio quoque die resolui, & rursus deligari: ad hæc id, quod alligatur tenuius inueniri, tum arctius vinciri, & pluribus linteis vti, pedem que non arctè comprehendere, nisi fractura ad genu proximè accedat. Debent etiam ossa modicè extendi ac dirigi, quotiescunque uinculum iniicitur. Nam, si curatio idonea fuerit & tumor ut conuenit, procedat, alligata sedes tenuior est, atque gracilior, & ossa facilius tractantur, & ducentibus magis parent. Septimo autem uel nono die ad ferulas ueniendum est, quemadmodum dictum est in aliis fracturis.*

Et nunc etiam quosdam medicos noui, qui etiam nunc cruri vel femori affecto canalē vel glossocomum subiiciūt, vbi femur quidem lęsum est vniuerso cruri: sed, si quod inter genu & pedem
D est, lędatur, non nulli vniuerso cruri lignum subiiciunt, non nulli eam partem duntaxat glossocomo fulciunt. lædunt, qui vnà femur etiam comprehendunt, sed minus quàm alii. Noxas docuit Hippocrates sic apertè, vt mea explanatione non egeant: verùm, si quid iudicauero in verbis eius fore cuipiam obscurum, illud explicabo, atque ante omnia, quid inter canalem & glossocomum intersit. Glossocomum ab atticis appellatur arcula illa, in qua seruare homines solent eas res, quas in precio habent, & scripta, quæ recondi volunt: qua non nulli ad itinera vtuntur. At nihil refert, siue glossocomium, siue glossocomum nominetur, sicut neque siue per duplex ττ siue per duplex σσ. Constat autem glossocomum, quod cruri subiiciendum est, longius esse debere, & angustius, quàm quę in vsu sunt. eius enim latitudo parum excedere debet cruris latitudinē, seu crassitudinem, seu quomodocunque libeat appellare: vt lana vndique adiecta benè crus firmetur, sic, vt loci angustia, etiam si ęger velit, crus moueri non patiatur. sed, ne in dextram partem vel sinistram moueatur, potest imposita lana efficere: at, quo minus in superiorem vel inferiorem feratur aut excitetur, prohibere non potest. Quocirca Hippocrati huiusmodi ligni vsus non placet, quoniam preter cętera incōmoda durum est. nam immite, quod ipse dixit ἀτέραμνον, durum significat, & insuaue, quòd nihil cedat, quemadmodum ceruical, & ille puluinus, qui cum cu-

bito ſubijciatur, ὑπαγκώνιον grœcè dicitur: hæc enim modicè cedētia cruri minimè infeſta ſunt. E
Commodum autem eſt machinamentum hoc, quùm deſidere homo debet, vel ad lectum alterum transferri, vt ille in quo iacet, ſternatur, qua potiſſimum cauſa eius vſum admittimus. quanquam alij ceruical adhibentes habena tranſuerſa initio illi protinus ſubiecta: atque, vbi crus in id coniectum fuerit, habenæ capitibus inter ſe aduerſis vtrinque ductis in altitudinem cruris, & in ſuperiori parte membri inter ſe deuinctis: fideliter contineri crus exiſtimant, quoniam ceruical, vbi homo ex vno lecto ad alterum transfertur, cruri vicem gloſſocomi præſtat. Adiecerūt non nulli ad imam eius partem lignum rectum lana ſuperdata, vt pes extremus moram habeat: ne homo videlicet crus vel ad ſuperiora attrahat, vel ad inferiora demittat. ad ſuperiora enim ferri, vinculum non patitur: ad inferiora verò, lignum, quod plantæ adijcitur. Verùm, vt hęc à medicis ſtabilia præparentur, non tamen prohibetur motio articulorum, quùm languens poſſit articulum tali ac genu paulatim dimouere. De coxæ enim articulo nihil attinet dicere, quùm nec à vinculo nec à gloſſocomo comprehendatur. canalis verò in cæteris gloſſocomo ſimilis eſt, ſed figura ipſa differt, quùm ab exteriori parte teres ſit, ab interiori cauus, ad exemplum fictilis canalis, vndè nomen traxit. Videtur autem hic ad propoſitum vſum maximè idoneus, namque vniuerſum crus in orbem complectitur, magis quàm gloſſocomum, in quo non nulla loca inania re- F linquuntur, poſtquàm demiſſum crus fuerit. Quidam verò medici plures canales paratos habēt, vt ad ſingula membra eo vtantur, qui idoneus ſit, id lignum conquirentes, ex quo cauare eos poſſint firmos, albos, & molles. Apud nos autem quidam medicus eiuſmodi canales complures habebat ex tilia confectos, ſic, vt ad ſingula crura eos adhiberet, qui magnitudini membri reſponderent, non ſine vinculis, quæ (vt recenſui) à quibuſdam ceruicalibus ſuperdantur. Sed vincula in ceruicalibus laxantur, & compoſitum crus corrumpunt: canales verò, dum homo ex vno lecto ad alterum transfertur, ob ligni mollitudinem, ſine vlla compreſſione id continent.

Ad continendum autem firmiter, Gloſſocomum inſtrumentum à iunioribus medicis inuentum eſt, ſeu femur, ſeu crus fractum ſit, cuius ſtructuram vſum'que ſubijciam. id autem non ab re mihi videtur fuiſſe excogitatum: & tam ſi femur, quàm ſi crus comminutum ſit, vbi callus circundatur, commodiſſimè adhibetur. Habeat ab ima parte axem, ad quem extremi laquei in diuerſa extendentes deligantur. inijciantur laquei extremis partibus oſſis, quod curatur, fiant q; ex duabus habenis, ſic, vt quatuor vterque capita habeat, bina à dextra parte, totidem à ſiniſtra. Ex ijs capitibus, quę inferioris laquei ſunt, per foramina facta in inferiori parte gloſſocomi ad axem duci debent, quæ ſuperioris, primò procedere ad ſuperiora: deinde ipſa quoq; per latera gloſſoco- G mi perforata traijci, quibus foraminibus trochleæ incluſæ ſint: vtrinque autem ab exteriori parte gloſſocomi ſuperioris laquei capita ferenda ſunt ad axem. His enim ita cōſtitutis vna axis conuerſio pariter ambos laqueos extendit, deorſum verſus illum, qui ad inferiora fracti oſſis alligatur, ſurſum alterum, ſic, vt, vbi crus iacet, liceat in poſterum cotidie hanc laqueorum in diuerſas partes intentionem corrigere, valentius vel lenius extendendo. Laqueum igitur, qui in inferiori parte eſt, directa ductione axis extendit: eum, qui in ſuperiori parte, intercedente alio motu, græci διὰ τῆς μεταληπτικῆς τάσεως dicunt.

GLOSSOCOMIVM

A Axis ad quem laquei alligantur.
65 B Laqueus ſuperior.
C Laqueus inferior.
D Inferior pars gloſſocomij.
E Trochleæ.
F Superioris laquei capita ab exteriori parte gloſſocomij.



Cauendum eſt, ne ferulæ è regione talorū, uel eius chordæ, quæ à crure ad pedem tendit, imponantur. Conferuent autē oſſa cruris quadraginta diebus, ſi rectè curen- H *tur: ſed, vbi ſuſpicio ſit, ne quid oßis dirigi debeat né ue aliqua interim facta fuerit exulceratio, infra hoc tēpus ſoluere oportet, tum dirigere, & rurſus alligare. At ſi alterum os abrumpatur, lenius intendēdum eſt, ſed non propterea omittenda intētio eſt, aut negligenda. Potißimum aūt, vel cùm fractura primò deligatur, vel certè quàm celerrimè, extendenda ſemper oſſa ſunt, dum in ſuum locum reuertantur. Quodcunq; autē membrum oßibus non rectè compoſitus ſub vinculo adſtringitur, magis indoleſcit. Reliqua curatio eadem eſt. Ex oſſibus cruris interius, quod conſpicitur in priori parte cruris, quam græci ἀντικνήμιον dicunt, curationem ægrius admittit, & intentionem poſtulat ualentiorem: neque*

A *neque latere potest, vbi non rectè ossa concurrant, totum enim se ostendit, & sine carne est: multoque tardius homo ingreditur, vbi hoc fractum est. Quòd si exterius os abrumpatur, casus longe tolerabilior est, neque id ita facile deprehenditur, quum minus rectè componitur, quoniam carnosum est: maturius item æger pedibus consistit. Maximam enim oneris partem sustinet os, quod ab interiori parte situm est, tum quia magis laborat, & ob ipsum crus, & ob pondus, quod è regione est, femoris enim caput superius corpus fert, id autem ab interiori cruris parte situm est, at non ab exteriori, sed è regione prioris partis tibiæ: tum quia altera pars totius corporis è regione huc propius accedit, quàm ad exterius os. Adde, quòd os interius plenius est, quam exterius, non secus, atque in brachio, cuius os, quod è regione minimum digitum spectat, tenuius est, & longius.*

Extantes ossium partes, cuiusmodi sunt tibiæ suræque extrema, ferulas non patiuntur: cautio igitur esse debet, ne his locis circundētur. /imponantur/ dixit ἐνέδρας quasi ἕδρας, adiecta præpositione ἐν, vt clarius rem ipsam exprimeret. Hæc itaque ossa, quùm extent, & carne minimè tegantur, impositis ferulis premuntur. Magis autem premi dicantur, non ipsa, sed musculi illis superiniecti, tum quidam musculorum fines & cutis. hæc enim collocata inter duo corpora dura, nempè inter ferulas ab exteriori parte, & os ab interiori, premuntur, atteruntur'que, & sæpius ita læduntur, vt exulcerentur. Calci verò à posteriori parte versus priorem innectitur chorda, quæ ab vno diducitur ex musculis, qui continentur in parte cruris posteriori, quę carnosa prominet. hæc, quùm carnis maximè expers sit, potissimum in homine gracili, superimpositam ferulam non sustinet: sed, quùm acerrimi sensus sit, si comprimatur, inflammatione vrgetur. ea verò, quę tibię surę'que tuberculis superiniecta sunt ob duritiem eorum, quibus (vt dictum est) excipiuntur, compressa eatenus læduntur, vt exulcerentur. summæ autem cutis exulcerationes sub comprimentibus ortæ, ἐκθλίματα ab Hippocrate vocantur.

B

66 *Verùm longioris ossis structura in inferiori articulo dissimilis est. Non enim similiter flectitur cubitus, & poples. Ob has igitur euidentissimas causas si os, quod ab exteriori parte est, perfringatur, maturè homo ingreditur: si, quod ab interiori, tardè.*

Quùm ipse in prioribus dixerit, surę os longius, quēadmodum & in brachio os cubiti: vtrūq; autem è regione minimum digitum spectare, & tenuius esse, quàm id, cum quo iungitur: deinceps addidit, qua ratione inter se distent. Explicauimus autem in commentario de ossibus, prēter alia, quomodo se habeat vtriusque commissura: atque insuper radium in brachio cum interiori tuberculo humeri cōmitti, ac circa ipsum moueri in exteriorem vel interiorem brachij partem conuersum: sed in crure, tibiam solam cum femore committi, quia sura nullum motum præstat. Nam neque hic articulus in latera vllo modo mouetur, sicut articulus cubiti, sed curuatur duntaxat, id'que non eádem ratione, qua articulus cubiti, vbi humeri ambitus trochleam referēs in cauo cubiti recipitur: at in genu duo processus femoris in sinus tibiæ se inserunt. Adde, ꝙ ex cubiti processibus rostrum referentibus, posterior in posteriori sinu humeri recipitur, vbi maximè articulus extenditur: prior in priori, vbi maximè curuatur. quorum neutrum tibiæ accidit, quùm nullum penitus processum habeat rostro similem, non enim similiter flectitur cubitus ac poples. Cubiti verò eminentiam clarum est vocasse ἀγκῶνα, quo nomine vsus est etiam in superioribus, de cubito agens, quùm dixit /est autem idem cum illo eminentia cubiti, cui pręcipuè innitimur/. Eandem eminentiam & ὠλέκρανον dicunt, & κύβιτον. sed nunc ait /non enim similiter flectitur cubitus & poples/, idem significans, ac si dixisset, illa commissura, quæ iuxta cubiti eminentiam est, & illa, quæ iuxta poplitem, dissimiliter curuantur: cuius rei exemplum infra habet, quà de luxatis, vbi asserit, quæ in cubiti articulo sunt, molestiora esse. Illud autem multis in locis meminisse oportet, exquisitam nominum rationem, ne ab vno quidem ex vetustis gręcis seruari, quùm quibusdam abutantur, quædam à proprijs rebus ad alias transferant. Atqui poplitis nomen tale est, quale ipsa ala, quæ locum significat sub humeri capite: at poples id appellatur, quod à posteriori parte ipsi genu opponitur: genu autem notant, priorem partem huius articuli vniuersam. Quare, si cui hac parte cutis exulceretur, eum hominem inquiunt teneri vlcere in genu: quòd si chorda, quæ sub cute os cingit, secetur, genu accepisse vulnus dicunt: non secus, etiam si patella vitietur, quam græci & μύλην, & ἐπιγονατίδα vocant. Ad hæc, qui latera corporis exprimunt, modò ab interiori parte genu, modò à posteriori, vlcus ortum aiunt. vniuersum enim hunc locum à lateribus, genu vocabulo appellant: eádem ratione, & poplitem, & alam, & humeri caput: sic etiam cubitum, & talos, & primam palmæ partem ad totum locum significandum vsurpant: sępe etiam adijciunt, articulum capitis humeri, aut cubiti, genu, coxæ, vel talorum. Constat igitur Hippocratem variè nominibus vti, aliorum maiorum exemplo (vt retuli) contempta quam iuniores excolunt, curiosa verborum ratione: quæ ab ijs, qui in ea versantur, exquisita diligentia dicitur.

C

D

De Femore

67 *At si femoris os fractum est, valenter omnino extendi debet, ne minus quàm res postulat, id fiat: siquidem plus*

iusto intentum non læditur. Nam ossa hæc, quæ per vim diducta sunt, si sic recedentia inter se vinciantur, non sanè E *poterũt, ita diducta, vinculis contineri, quin celerrimè concurrant, quum primũ, qui extẽdunt, ex opere se receperint.*

Quia maximi sunt musculi, qui femur circundant, non immeritò veretur, ne (quod sæpe contingit) nõ satis membrum extendatur. Ergo, vt audacter extendamus, intentio (ait) iusto valentior nõ lædit: fieri enim in hac parte potest, quod suspectum esset in alijs. At quid hoc est? vt deuinciatur os fractum, dum ipsius partes, quę pertractantur, inter se recedunt: quas non secus, atq; vbi membrum naturaliter se habet, coire oportebat nullo relicto inani spacio, in quo ex cõtracta sanie periculum sit, ne os corrumpatur. Si quando enim fracti ossis partes, quùm vehementius intentæ fuerint, diductæ vinciantur, non poterunt post iniectum vinculum, vt in cæteris locis contineri, in quibus circumactę fascię musculos immobiles seruant. quod in femore monet pertimescendum non esse ob magnitudinem musculorum, quùm hos vinculum non superet, sed cedat. quam rem propterea dixit, quòd proprietas est, vinculi quidem femur tueri, quomodo deligatum accepit: musculi verò ad suum initium concurrere. Quùm contraria igitur sit proprietas vtriusq; si vinculum superet, naturalis musculorum motus cedet, quùm fracti ossis partes diductæ contineantur: sed, si musculorum motus vinculo validior fuerit, ipsi ad initium contrahẽtur, F atque vnà trahent, & ad superiora adducent comminuti ossis partem inferiorem.

68 *Crassa enim ac robusta caro vinculum superabit, at non superabitur. Id ergo, quo de agitur, extẽdi valenter oportet, sic que, vt in neutram partem conuertatur, né ue minor vis, quàm ipsum exigat, adhibeatur: quùm turpe magnopere sit, atq; incommodum, femur breuius reddere. Brachium namq;, si breuius fiat, celari poterit, neq; noxa magna erit: crus si breuius reddatur, hominem claudum demonstrabit: ab integro enim, quod longius erit prodetur, adeo, vt illi, qui malè curandus sit, satius fuerit vtrũque crus frangi, quàm alterum, æquè enim in vtrãque partem inclinaretur. Vbi verò extentum sit abundè, prominentioribus palmarum partibus, eodem modo, quo supra positum est, dirigatur, ac deligetur: fasciæ q; caput inijciatur, vt antè indicauimus, ipsa que sursum versus porrigatur: tum itidem respondeat, vt in superioribus: præterea, & magis vrgeatur, & laxius vinculum sentiat ijs partibus, quæ suprà positæ sunt: ad hæc similiter resoluatur, ac rursus deligetur: ferulæ que eodem modo superaccommodentur. Conseruet autem femur quinquaginta diebus.*

Hippocrates vsitato vocabulo carnẽ appellauit, quos in superioribus musculos diximus. nam quæcunq; caro sentit, musculi pars est, atq; hæc in medijs musculis potissimum se ostẽdit, quùm G in extremitatibus musculi neruosi magis quodammodo sint, minus q; carnis habeant.

69 *Illud etiam scire licet, quòd femur ab exteriori parte gibbum est magis quàm ab interiori, & à priori magis quàm à posteriori. In has igitur partes conuertitur, vbi non rectè curatur. Quin & in his partibus minus carnosum est, quàm in alijs: vt quando peruertitur, latere minimè possit. Ergo, siquid eiusmodi suspectum sit, tale quidpiam moliri oportet, quale traditum est ad humerum peruersum.*

Gibbum dixit, γαῦσος. at quòd hæc vox gibbum significet, res ipsa declarat, siquidem femur non omnino rectum est, sed à priori atq; exteriori parte gibbum, sicut à cõtrarijs simum. Vtrum verò vox γαῦσος, postrema syllaba acui, an penultima circumflecti debeat, incertum est, nõ enim frequenti in vsu est apud græcos id verbi. quidam à similitudine ducti penultimam circunflecti volunt, quemadmodum καῦσος, μαῦρος, γαῦρος: quibusdam verò magis placet vltimam syllabam acutam esse, quoniam omnia nomina duarum syllabarum, quæ affectum significant, acuto sunt accentu in vltima, χωλὸς, λορδὸς, στρεβλὸς, κυρτὸς, βλαισὸς, ῥαιβὸς: nec solum, quę duabus syllabis constant, sed ferè quæcunq; affectum notant, ἀρθριτικὸς, πλευριτικὸς, ἡπατικὸς. Concedito igitur, vtro quis velit modo pronũciare. At γαυσὸς, efferenti tibi vltima acuta (eos enim, qui li H brum legunt ire in hanc sententiam tantùm comperi) si quispiã aduersetur, existimans debere penultimam circũflecti, tu quoq; vtcunq; illi placet, pronunciato. Quòd si alium rursus nactus fueris, qui malit vltimam acui, tu itidem facito, nomina, atq; accentus paruipendens, vtpotè, quæ nihil ad philosophiam conferant, & multò minus ad geometriam, arithmeticen, musicen, astronomiam. Quare, si nulli arti ad suum finem importuna contemnendáque nominum inquisitione opus est, non modò horum hominum nõ probare studiũ conuenit, sed quàm maximè deridere.

70 *Circundare autem aliquot lintea oportet, ea qúe in orbem circa coxam & ilia: vt inguina etiam, & quod inter anum & naturale est (πληχάδα græci vocant) inuoluantur. Quod & ob aliam causam vtile est, & ne extremæ ferulæ nudam partem offendant.*

Coxa, id est os illud, in quod se inserit femoris caput, ἰσχίον græcè nuncupatur, sicut & ipsius cauum κοτύλη. vtroque nomine vtitur poeta in hoc carmine:

Ενθά τε μηρὸς
Ιχίω ἐνστρέφεται κοτύλην δέ τε μιν καλέουσι.

Ilia

A Ilia dixit ἰξύας, quæ non nulli accipiunt pro ilium ossibus, non nulli pro parte, quæ super ipsa est, quæ λαπάρα propriè vocatur: quod verbum apud poetam reperitur in eo carmine,

-οὖτα κατὰ λαπάρην.

Equidem de vocabulo λαπάρας dicere possem, adductus experimento, & Hippocratis ac poetæ vsu, tum ipso morbo, eam significare partem, quæ inter ossa pectoris, & quæ propriè appellantur ossa ilium, est interiecta: de quo suo loco agemus. Quæ autem partes ἰξύες nominentur, nō est quod multis agam: ob id enim, quod poeta numero singulari ἰξύαν scripsit in illo carmine,

-περὶ ζώνην
Βάλλετ' ἰξύνι καλὸν θυσάνοις ἀραρυῖαν.

tum ob id, quod credibilius est zonam dari inter ilia & thoracis ossa, existimet aliquis hanc ipsam partem corporis ἰξύαν appellari. Contrà verò ex eo, quod Hippocrates multitudinis numero ἰξύας dixit, quod'que ad ilium ossa voluit vinculum pertinere, iure arbitrabitur aliquis ἰξύας hęc ipsa nuncupari.

B

Deligatio circa femur, inguina, coxam, ilicorum os, & ilia.

Quod ad hunc locū attinet, quando superior femoris pars comminuitur, fascia non solùm vsq; ad inguina ferri debet, sed vltrà aliquam ex superioribus partibus comprehendere. tales sunt, primum coxa, deinde ossa ilium, postremò ea pars quæ sine osse est (λαπάραν vocāt) quam, vbi vis, complecti licet, dum ilium ossa etiam deuinxeris: quibus omissis, fasciā protinus ad hāc sedem, porrigendā esse minimè puto, quùm Hippocrates maximi fecerit, nullum relinqui locū nudum, sed æquè perpetua, donec ex integra parte cōprehensum aliquid esse videatur, omnia fasciis alligari. Πληχάδα quidam per χ scribūt: quidam per γ, πληγάδα. eo vocabulo significatur, quod inter vtrunq; crus spacium est. vnde Hippocrates diuaricari vocat ἐκπεπλῆσθαι καὶ διαπεπλῆσθαι. Nā & poeta τοὶδ' ἐκπλήσσοντο πόδεσ, dixit, significare volens /diuaricabant pedibus/.

71 *A qua semper vtrinque satis recedere debent. Semper autem cautio sit, ne imponantur super ossa in articulis natu*
C *raliter prominentia, neque in articulorum vicinia super neruum.*

Solet Hippocrates, vbi de vna specie pertractat, complura docere ex iis, quæ communia sunt ac generalia, monens ea non esse propria vnius speciei, sed ad omnes, vel multas, vel aliquot pertinere. Adiicit autem orationi modò particulam /semper/ vt in propositis verbis: modò, quod intellexisse pertinet ad multa loca, /interdum/. Hoc ad omnia vtile est/: est enim re uera, quod nunc ab ipso proponitur, semper commodissimum, non in femore duntaxat, sed in vniuersum in omnibus fracturis, quæ ferulas postulant. breuiores enim sint oportet, quàm vt ad eam sedem perueniant, quæ fascia non excipitur: quod potissimum obseruandum ait, vbi ferularum extremitates proximæ sunt ossium tuberculis.

72 *Tumores verò iuxta poplitem vel pedem, aut alibi, sub constringentibus vinculis assurgentes, multa lana succida curentur, benè carpta, & vino & oleo respersa: tum cerato inuncti deligentur: atque, vbi ferulæ vrgeant, citiùs laxentur. Extenuarentur autem tumores, si sursum versus ad ferulas tenues fasciæ vincirentur, quæ ab imis partibus orsæ ad superiores intenderent.*

D Tumores (inquit) sub constringentibus vinculis assurgentes (quos ἐξαειρευμένους dixit) propterea, quod succi expressi magno impetu ferantur, curari debent alligando multum lanæ succidæ benè carptæ, item vino atque oleo respersæ: cutem verò, cui hæc superimponūtur, iubet cerato inungi, atq; ad eandem rationem vinculum adhiberi à tumoribus sursum procedens. Fasciādi rationē ipse aperuit, docens à qua parte quis inceperit deuincire, ab eadem trāsmitti materiā, atq; depelli. At de facultate medicamentorū, quibus vtitur, abundè dictum est in operibus, quæ de illis sunt: dicentur & nunc capita eorū, quæ in illis fuerunt ostensa. Ergo oleum dolorē leuat, & discutiendi vim habet. Vinum siccare potest, repellere, & concoquere, itē mollire & digerere. Constat autem lanam succidam (quam non nulli οἰσυπηρὰν vocant) & ceratum præter leniēdi vim, digerendo quoq; esse & repellendo. Non sine ratione igitur ab eiusmodi medicamentis præsidiū petiit. quoniam verò tumor fit iusto maior ab iis, quæ sub vinculis eò exprimuntur, curatio primùm dirigi debet ad id exhauriendum, quod in tumida parte preter naturam subsistit. At, quùm multa sint, quæ hoc efficiunt, quibus'nam vtemur? digerentibus, repellentibus, lenientibus: digerentibus quidem ac reprimentibus, quoniam aperte exhauriunt: at lenientibus eo nomine q; prohibent, ne materia præ dolore ad vitiatam sedem concitetur: atque ob hanc causam lenius digerentia, ac reprimentia ad inflammatam partem admouemus, nam, quæ horū vtrunq; fortiter

præstant,

præstant, dolorem irritant. His ratiocinationibus ductus Hippocrates, lana succida vsus, hoc est, E
œsypo redundante, curationi adiicit oleum, vinum ac ceratum, lanam q; ipsam bene carptam esse vult, quo lenior sit, & dolorē leuet. quæ elota quidem est, carpta facilè mollitur: at succida ob sordem non facilè tractatur, carpitur q;, eó que fit, vt negligenter carpta, dura dolenti parti inhęreat. quod Hippocrates, quùm aliquando neglectum animaduerteret, addidit /benè carpta/. Iam verò copiosè ipsam adhibet, vt vino atq; oleo madens cōseruetur, quùm facilè siccescat, quæ exigua imponitur. Ad primum etiam consilium pertinet ratio vinciendi tumoris, quæ ex tumidis partibus (vt dictum est) ad superiora succos expellit.

73 *Hac siquidem via tumor celerrimè extenuaretur.*

Diceret extenuari membrum, non tumorē, qui propriè loqueretur. danda siquidem opera est, vt tumor ex toto euanescat. maiores tamen complura sic loquuntur, præsertim, qui eloquētissimi sunt, contempta, quam iuniores excolunt, curiosa nominum inquisitione, non exquisita diligentia, vt ipsi nuncupāt, qui in ea versantur. Sed digni vtiq; essent, quos laudaremus, si hac vel exquisita, vel propria (vtcunq; ipsi nominent) verborum inquisitione, rem clariùs aperirent, q̃ Hippocrates: sin obscura atq; humilis est eorum oratio, præstat maiorum æmulari negligentiam. F

74 *Et ad priorem iuncturam superferretur. Ad quem deligandi modum veniendum non est, nisi tumor aut pustulis, aut nigritie periclitetur. Sed nihil tale sequitur, nisi quis fracturam vehementer adstrinxerit, aut siuerit dependere, aut manu scalpserit, aut aliquid cutem attigerit, quod ipsam irritauerit.*

Vna quidem hæc scriptura est /& ad priorem iuncturam superferretur/. putant tamen expresso tumore alij materiam depelli super iuncturam, alij ad loca, quæ iuxtà sunt: quorum controuersiam diiudicare facile est, si antè uinciēdi ratio constituat. Vbi enim ferulis relaxatis, tumida pars (vt suprà ostensum est) alligetur, aliquid sanguinis ad loca, quæ iuxta iuncturā sunt, depellitur: sed, si ferulis summotis, atq; omni uinculo penitus resoluto, de integro uinciamus, simul & eam iuncturam adhibentes, quæ fracturis accommodatur, & eā, quæ à tumore incipit, succus hac uia expressus ultra partem priùs deligatam ad superiora transferetur.

75 *Si quis femori canalem subiiciat breuiorem, quàm vt vltra poplitem pertineat, noxam magis quàm opem afferet: quandoquidem prohibere nō poterit, quin corpore aut crure moto, femur quoque moueatur. Popliti item infestissimus erit, ubi adhibeatur, coget que id fieri, quod minimè est opus: minimè namque opus est curuari genu, omnia enim deuincti cruris ac femoris vincula necessariò mouerentur, si quis genu curuaret: neque fieri posset, quin musculi alio atq; alio modo figurarentur, comminuta que ossa dimouerentur. In primis igitur danda opera est, ut extendatur poples. Videtur autem femur in eum canalem utiliter coniici, qui à coxa ad pedem est.* G

A tumoribus ad canalem aggressus est, quem euidenter exposuit. mox autem adscribet canalem uel διαμπερῆ, hoc est, qui totum crux excipiat, uel nullo modo subiiciendum esse. Glossocomum verò machinamentum diximus rectè fuisse à iunioribus repertum.

76 *Detur item fascia lenta iuxta poplitem cū canali, quo modo & infantes inuoluuntur in cunis: sic enim, ubi femur in superiorem partem, siue in latus uertatur, cum canali alligatum meliùs continebitur. Canalis igitur, uel totum excipere crus debet, uel nullo modo adhiberi.*

Quod inquit /cum canali/ duobus modis exponitur. non nulli existimant canalem extrinsecus fascia circundandum, ita, ut hęc sit Hippocratis sententia: Fasciam dare laxam conuenit, quæ utrunq; complectatur, & hominis poplitem, & canalem qui ipsum excipit, id est, ut ipse poples non seorsum, sed unà cum canali comprehendatur. Alij circumligandum esse poplitem intelligunt, ut crus immobile cum canali contineatur, hoc est, subiecto etiamnum canali: quùm neque uinculum per se possit satis fideliter continere, neque canalis, sed ambo simul. H

77 *Item maximè uidendum est, ut in fractura tam femoris, quàm cruris, quantum potest, imus calx optimè contineatur: nam, si dependente pede crus reliquum fulciatur, necesse est ossa gibba in priori parte cruris conspici: sin calx iusto sublimior collocetur, reliquo crure leniter suspenso, os in priori parte cruris iusto magis simum necessariò se ostendet, id que adeò, si calx hominis naturaliter est grandior. Ad hæc omnia ossa tardiùs conferuent, ubi non figurantur naturaliter, neque in eodem habitu detinentur: prætereà callus infirmior circumdatur.*

In superioribus, ubi de cubito mitella suspendendo pertractauit, diximus à quibusdam scribi /brachium suspensum/ dempta particula /non/: à quibusdam ea adiecta /brachium non suspensum/: & illos quidem intelligere suspensum brachium, quod nō inhæret, neq; subiectæ alicui rei insidet: hos uerò id, quod fideliter sustinetur. De crure autē, quod fulcitur, ἠρματισμένης dixit, ducto vocabulo à fulcris, quæ dicuntur græcè ἕρματα, quorum meminit poeta in eo carmine. ὑποδ᾽ είρεων ἕρματα νηῶν. Sic igitur accipitur uocabulum ἠρματισμένης.

Galeni

GALENI IN HIPPOCRATEM DE FRACTVRIS COMMENTARIVS TERTIVS

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Curationem earum Fracturarum, in quibus oſſa denudata ſunt, aut partes exulceratæ, noxarum que gibbi cubiti & genu, abſoluit.



1 *Nteruenìunt hæc, quibus os quidē fractum eſt, at non excidit, nec alioquin vulnus acceßit.*

B Hactenus ſimplices fracturas propoſuit, in quibus neq; os cute excidit,
ſic, vt nudum ſe oſtendat, neq; vllo modo vulnus acceſſit. Conſtat autē oſſa
nec excidere, nec nudari, niſi cutis & ſuperiecti muſculi ſecentur: fieri tamē
vlcus poteſt, etiam ſi nihil ex comminutis oſſibus detegatur. Tranſit ergo
iam atque aggreditur ad fracturas, quibus carnis quoque vulnus acceſſit,
ſiue id ſolum ſit, ſiue præter id, os etiam nudetur.

2 *Quibus ſine fragmentis oſſa ſimplici modo comminuta, eodem die vel certè poſteriori repoſita ſunt, atque in ſuam ſedem reſtituta, nec teſtæ alicuius expectatio eſt, quæ ab oſſe abſcedat: aut quibus vulnus quidem eſt, ſed abrupta oſſa non excidunt, neque fractura talis eſt, vt metuendum ſit, ne teſta quæpiam ab oſſe abſcedat: his omnibus aptißima deligandi ratio eſt, quæ ſimplici fracturæ accommodatur.*

Fracturæ, vbi vulnus quoq; adiicitur, duplicem curationem docet, alteram quatenus aliquid
fracti oſſis nudatur, vel teſta vrget, quæ à contrito oſſe diducta eſt: alterā, quùm nihil tale eſt, ſed
extra fracturam, quæ rectè compoſita eſt, vno vulnere ſolicitamur. Nam, ſi nudum os cute exci-
dit, quod protinus benè compoſitum fuerit & reſtitutum, mutandum eſſe ſuperius genus cura-
C tionis non cenſet. Verùm alia requiritur curatio, vbi vulneri adiecta fractura os excedens reſtitu
tum eſt, neque ſuſpicio eſt, ne aliqua teſta à perfracto oſſe reſoluatur: alia, vbi os tegitur cute, ſed
expectatur teſta, quæ reſoluta procedente tempore à natura per vulnus expellatur. In priori caſu
vtitur iunctura, quam poſuit conuenire, vbi os integra cute perrumpitur: in altero variam cura-
tionem adſcribit, vt mox euidenter oſtendet: ſatiùs enim eſt ipſum audire.

3 *Non nulli (atque hi non admodum proficiunt, aut obſunt) vlceribus imponunt aliquod ex purgantibus medica-*
a.lib.4.f.5.t.2. *mentis, vt ceratum, quod a picem habet: vel quodpiam ex iis, quæ cruentis vulneribus iniiciuntur: vel quoduis aliud,*
c.9.fo.485.a *quod componere ſoleant. Illos autem laudo, qui pannos ſuperdantes uino madefactos, aut lanam ſuccidam uel eius generis aliquid deuinciunt: ubi uerò ulcera pura ſunt, & iam glutinantur, tunc lintea complura adhibent, & per ferulas dirigunt. Hæc ratio curandi aliquid confert, neque multum lædit: oſſa tamen in ſuum locum nō ſimiliter reponuntur, ſed hac via fiunt aliquanto tumidiora, quàm par ſit.*

Retuli ad eas fracturas, quibus carnis quoque vulnus adiicitur, curationem duplicem ab Hip-
pocrate admoueri. Nunc orſus ab ea, quam primo loco poſui, eos primùm reprehendit, qui malè
vlceri illi medentur, in quo, quùm fractum os benè compoſitum eſt, nihil aliud, quàm ipſum re-
D ſtat, neq; vlla ſuſpicio eſt, ne fragmentum ab oſſe reſoluatur. Quidam (inquit) medici eos, qui ſic
affecti ſunt, inter initia curant, perinde, ac ſi vlcere ſolo detinerentur: vbi hoc moderate habet, tūc
ea vinciendi ratione vtuntur, quæ ad fracturas pertinet. Caput igitur propoſitorum verborum
huiuſmodi eſt. multus autem eſt in eorum curatione narranda, qua non nulli vtuntur, eo quòd
ſingula perſequatur. Equidem ſcripſi eos ita curare, ſicut, ſi citra fracturam vulneri mederentur:
at ipſe, quibus etiam medicamentis vterentur, expoſuit, facta mentione cerati, quod picem acci-
pit, tum medicamentorum, & quæ protinus cruentis vulneribus iniiciuntur, & quæ purgandi
vim habent, item panni vino madentis. Rectè autē medicamenta, quæ cruentis vulneribus inii-
ciuntur, ἔναιμα vocat. namq; etiam nunc apud medicos id vocabuli eſt vſitatum, quo ea medica
menta nuncupare ſolent, quæ vulneribus ſuperdantur, vt primùm illata ſunt, & non dū ex toto
ſicca, ſed adhuc cruenta, hoc eſt, cùm cruor (græcè αἷμα dicitur) ex cute ipſa vulnerata, ſeu etiā ex
carne, in roris ſpeciē deſtillat. purgans verò medicamentum eſt, quod modicè ſiccat (quā rem de
monſtratū eſt caput eſſe in vlcerum curatione) ac detergendi facultatē habet, qua vlcera pura red
dit. Huius generis ſunt mixturę, quę ex ęrugine ęris & ſquama cōponuntur, quarū duplex ratio
eſt, ſiquidem ęrugo ab aliis coquitur, ab aliis adiicitur cruda: quę crudā accipiunt, virides dicunt:

quæ coctam ruffæ, à colore, qui in vtrisq; se ostendit. Igitur hæc medicamenta purgare vlcera pos E sunt, quùm mediocrẽ habeant detergendi facultatẽ. huiuscemodi esse, quę sordẽ ab vlceribus detrahunt, sicut contrà, quæ cruentis vulneribus protinus iniiciũtur, carere detergẽdi facultate, indicauimus. variè autẽ miscentur sicuti priora. At, queãdmodum in illis exempli gratia, æris æruginẽ attuli & squamã, potui & alia similia eadem ratione proponere. nunc autẽ abundè sit illud indicasse, quod ἔναιμα vocata, quibus abest detergẽdi facultas, sunt, quæ ex bitumine cõponunt. Horũ exempli gratia mentionem faciã, quùm omnia quæ id præstant, in opere de medicamentis fuerint explanata. Ceratum autẽ, quod picem habet, inter oẽs ferè conuenit, lenire dolorẽ, & pus mouere. tunc verò confert, quùm vlcus iã inflammatione tenetur: alioquin ipsum nemo imponeret, quùm neq; detergere sordem possit, neq; vlcus glutinare, aut ad cicatricem perducere. At panni vino madentes ob vinũ ipsum repellunt. dantur enim ad continendũ ab iis, qui hoc modo medentur, qui adhibere volunt vlceris causa eas fascias, quibus antè iniectis aliæ superdanĩ. Quę autẽ scire oporteat eũ, qui rectè vlcera curaturus sit, posita à nobis sunt, quo ordine singula requirebant, in tertio & quarto libro de ratione curandi, atq; etiã abundè in expositione libri de vlceribus. quod ad hunc locum pertinet, satis est hæc retulisse, nã de curatione propositorũ affectuum rursus tractandũ nobis erit, quùm Hippocrates illã exequetur: nũc meminit aliorũ medicorum, F quos ait, nõ similiter grauẽ noxam afferre, atq; illos, quorũ mentionẽ facit. Quid igitur est, quod errant? liquidẽ, quùm primũ id cognitum fuerit, constabit etiã iure ab Hippocrate scribi illos nõ admodũ proficere, aut obesse, qui vlceri non malè prouident, sed fracturã initio negligũt, idoneũ vinculum posteà superdantes, quod proditũ est ab initio conuenire: quamobrẽ (inquit) ossa fiũt tumidiora. Satius igitur est per omne tẽpus curationis cõprimi hæc, atq; adstringi, quod præsidij ad non paucos dies initio prætermittunt: asserit enim, vbi iã futurũ est, vt vlcera glutinentur, tũc, qui sic medentur, incipere deligare eo modo, quo fracturæ conuenit. Constat autẽ vlcera suppurare, deinde purgari, prius q̃ glutinanda sunt, quod triduo fieri nequit, aut quatriduo.

4 *Quibus tam cruris, quàm brachij vtraque ossa fuerint comminuta, breuiora etiam fiunt.*

Breuitatis Hippocratis proprium est id, quod in proposito sermone desideratur, apertè ex eo, quod subiicitur, indicare: quã rem nunc fecisse perspicuũ est: præfatus enim eorũ, qui superiori ratione curantur, ossa reddi tumidiora, non definiuit, omniũ ne, an aliquorum: at nunc ex propositis verbis euidenter colligitur, non omniũ, sed eorũ duntaxat, quibus alterum fractum est, quùm partes, quæ iuxta fracturã sunt, minimè ipsum contineant, vt, quæ per omne tempus curationis, G nec adstrictæ fuerint, nec coarctatæ. Membrũ tamen breuius non redditur, quandoquidẽ alterũ os integrũ manet, quo naturalis longitudo seruatur. Sed, vbi vtrunq; comminuitur, musculi (vt antè exposuimus) cõtracti, ad superiores partes vitiata quoq; ossa cõtrahunt. quãobrem extendi ea iubet, antequã componãtur. Sed, quia sine cõuenienti iunctura cõposita ossa nequeunt cõtineri, ea de causa, donec increscat callus, curiosè deligat. Quã rem qui negligunt, & vlceris curationi insistunt, non solùm tumidũ magis q̃ naturaliter cõueniat, mẽbrũ reddũt, sed breuius ẽt efficiũt.

5 *Rursus alij reperiuntur, qui lintea in eiusmodi casibus à principio protinus circundantes vtrinque deuinciunt: vlcus verò ipsum relinquunt, & nudum esse patiuntur: deinde super ipsum imponunt aliquod ex purgantibus medicamentis: tum pannis ex vino madentibus ac lana succida medentur. Hæc quidem curatio aliena est: qua qui & in his fracturis, & in aliis vtuntur, longè aberrare verisimile est. Maximè enim ad rem pertinet nosse, quo pacto inijci primò linteum debeat, & quà valentissimè coarctari: item quid conferat, qua potissimùm parte conuenit, cùm fasciæ caput superdare, tum adstringere: quidúe sequatur incommodi, si alia parte, atque opus est, orsa fascia fuerit, nec quà maximè expedit, sed hinc vel hinc fuerit arctata. Vtriusque vinculi effectum in superioribus demonstrauimus, cuius testimonium est ipsa medicina. Illi enim, qui sic deligatus fuerit, necesse est vlcus in tumorem assurgere.* H

Eorum nunc meminit, qui summopere lædunt, & quæ ab his admoueantur, planè docet: tum errores ipsorum apertè redarguit, sic, vt meæ expositionis non egeant, qui in iis, quæ ab ipso afferuntur, laborare non recusent.

6 *Nam, si carnosa pars, quæ sana est, hinc atque hinc vinciatur, media non comprehensa, ea pars, quæ relicta sine vinculo fuerit, maximè turgebit, minus que erit sui coloris. Quo pacto igitur vlcus hæc effugiet?*

Hippocrates quamlibet carnosam partem appellat χρῶτα, vt suprà quoq; indicauimus. Nũc illud animaduertendum est, ꝙ qui rationalem medicinam profitetur, vbi præsidium idoneũ esse comperit, non expectat longum vsum. putant autem, vbi vlcus sine vinculo dimittentes, vtrinq; fasciam circumagunt, excitari inflammationem, & vlcus malè affici ex mala conditione affectus, at non ex ea, quam adhibent, curatione: cuius primus auctor se ipsum falsa ratione decepit: successores verò vsitatam hanc curationem edocti seruarunt, eò quòd mutare non auderent. ex quo magnum malum sequitur. Id illis meritò euenit, qui artes vsu sine ratione pertractant:

vna

A vna enim ratio eſt, qua fretus aliquis, rei natura demonſtrante mutare tentat, quæ malè fuerant longo vſu recepta. Qua ergò ratione motus Hippocrates ipſorum curationem mutauit? nõ hercle probabili aſſumptione, aut aliena, ſed quæ ſcientiam faceret, ac neceſſaria eſſet. Quòd ſi corporibus benè valentibus, ſub ea vinciendi ratione materia vtrinq; in medium ſpacium inter partes deuinctas expreſſa, inflammationem excitat, qui non longè magis id faciet ægrotantibus?

7 *Igitur neceſſe eſt, decoloretur vlcus, & materia ad ipſum exprimatur, tum lachrymet, ac minimè ſuppuret: oſſa vero, & quæ abſceſſura non eſſent, abſcedant.*

Quæ accidant, vbi malè vlcus deuincitur, hoc loco declarauit. Cuncta autem ab inflammationis magnitudine proficiſcuntur: quandoquidẽ ob hanc vlceris labra in exteriora vertuntur, perinde atq; ea, quæ propriè oris labra nominantur, vbi inflammatione vexentur. Totus autẽ locus mali coloris non iniuria conſpicitur, quod & ipſum conſtat ex immodica inflammatione prouenire. Deſtillat verò ab vlcere tenuis, & cruda ſanies, ſimiliter ac lachrymæ ab oculis inflammatis. inde translatione vſus, dixit lachrymare vlcus, vbi ſic afficitur. Præterea ſucci, qui inflammationẽ B excitarunt, crudi permanent, dum ea vinculi ratio admouetur. Sed & oſſa neceſſe eſt procedente tempore vitiari. his enim crudorum ſuccorum abundantia madefactis mirum non eſt, ſi qua particula abſcedat, vbi qui ſic medetur, ab alieno vinculo non deſiſtat. Singula, quæ in vniuerſo ſermone reſtant, euidentiſſima fient, ſi quis (vt diximus) animũ adiungat: tum in memoria habeat, quæ ſuprà oſtenſa ſunt, eò enim hæc omnia pertinent, & (quemadmodum ipſe Hippocrates admonet) his illa confirmantur.

8 *Vlcus item pulſu affligetur, atque igneum erit, tumor item coget cataplaſmata ſuperdari: quod incommodum ſimiliter afferunt, qui vtrinque deligant, quum præter alium pulſum, inutile quoque onus adiciant. Faſcias tandem ſoluunt, vbi vlcus recrudeſcere conſpiciunt, & reliquo tempore ſine iniectura medentur. Nec ſecus curãt quoq;, ſi aliud vulnus nacti ſint. ſiquidem hæc euenire minimè cenſent, eò quòd hinc atque hinc deligauerint, & nudum vulnus reliquerint, ſed aliquod aliud infortunium cauſantur. Quòd ſi hanc deligandi uiam, penitus alienam eſſe, frequentari verò à compluribus, tum maximè ad rem pertinere eam dediſcere, apertè non cognouiſſem, non tam multa ſcripſiſſem. Adde, quod hæc teſtantur, quæ ſuprà expoſita ſunt, maximè ne an minimè adſtringendum ſit, rectè fuiſſe tradita. Oportet autẽ (vt ſummatim dicam) vbi nullum expectatur os, quod receſſurum ſit, ſimiliter curare, atque vbi ſine C vlcere fractura eſt. extendenda enim æquè oſſa ſunt, ac dirigenda, & eodem modo vincienda. Ad hæc vlcus cerato, quod picem habeat, inungendum, tenuique panno duplici contegendum, proximæ que partes albo cerato illinendæ. faſciæ verò, cætera que ſcindenda paulo latiora, quàm ſi vlcus non eſſet: & qua parte primum dantur, latiora multo danda, quam vlcus, quum, quæ anguſtiora ſunt, inſtar zonæ ipſum cingant, quod minimè expedit. primus enim circuitus totum vlcus complecti debet.*

Indicauit paulo ſuprà ſub hac vinciendi ratione, tumorem exprimi ad ipſa vlcera. tumorem verò οἶδος nũcupat, ſic, vt ſermo talis ſit. Sanguis, qui ſub aliena vinciẽdi ratione vtrinq; ad ipſum vlcus exprimitur, tumorem facit præter naturã, huncq; & οἶδος & οἴδημα ſolitus eſt appellare. Tumori autem, quùm pulſus accedit atq; ardor, inflammationẽ perficit, quæ propriè φλεγμονὴ ſuperiùs appellata eſt: quod vocabulum nõ ſic accipiebatur apud veteres, eo ſiquidem notabant omnem ardorem, quemadmodum ſæpenumerò declarauimus: ab Eraſiſtrati vero ſęculo cõſueuit vſurpari ad illos tumores ſignificandos, quibus non modò ardor accedit, ſed renixus etiam & pulſus, neceſſarioq; rubẽt. ruborem efficit ingens ardor: renixus & pulſus à multitudine oritur. Poterat Hippocrates igneum vlcus dicere πυρετῶδες, quaſi febricitans: dixit autem πυρῶδες, D ſumpto vocabulo ab igne, quem græci πῦρ vocant, quo ardorem (vt mea fert opinio) nobis reduceret in memoriam: quoniam & febris, quæ πυρετὸς græcè nuncupatur, ab eodem vocabulo ducitur, quùm nihil aliud ſit febris natura, quàm igneus calor.

9 *Feratur item faſcia præter vlcus ad partes etiam, quæ ſuprà ſunt, atque infrà.*

Veteres quùm ſuperiorem atq; inferiorem partem ſignificare volunt, raró ἔνθεν καὶ ἔνθεν ſcribunt. his enim uocabulis plerunq; exprimunt partes vtrinq; à lateribus ſitas: Hippocrates tamẽ hic antiquam exponendi figuram uſurpauit.

10 *Ergo caput faſciæ inciatur è regione vlceris, & laxiùs paulo attrahatur, quàm ſi fractura eſſet citra vlcus. Circumagatur autem eo modo, quo ſuprà poſitum eſt: ſint que faſciæ molliores ſemper, quam ſi integra cute os eſſet abruptũ: neq; pauciores, quàm priùs diximus, ſed aliquanto plures: homini uerò, quum inuolutus fuerit, uideatur aptiſſimè inhærentes, nõ tamen adſtrictæ, aſſerat que ſuper plagam maximè inhærere: tum eodem tempore, quo ſuprà [illegible] ſimus, ipſas & benè inſidentes, & laxiores ſentiat: deinde tertio quoque die ſoluatur, & rurſus alligentur. In cæteris ſimiliter agẽdum, ut in ſuperioribus: hic tantum latiùs, quàm ibi coarctẽtur. Quòd ſi fiat, quæ rõni conſentanea ſunt,*

locus

locus in quo plaga est, & reliqua etiã sub vinculo comprehensa, semper graciliora se ostendent: iam verò & pus ocyùs orietur, quàm si alia curat o admoueatur. Carunculæ præterea, quæ in vlcere nigrescunt & emoriuntur, celeriùs sub curatione hac resoluentur & recedent, quàm sub alia: atque vlcus celerius cicatricem recipiet, si hac via, quàm si alio modo curetur. Cuncta hæc propterea fient, quòd & locus exulceratus, & quæ iuxta sunt, extenuentur. E

Ἴξιν semper intelligit Hippocrates /è regione/ modò in longitudinem corporis, modò in latitudinem: veluti nunc, quùm voluit primæ fasciæ caput dari super dextram vel sinistram vlceris partem, dein super ipsum vlcus inuolui, sic, vt vniuersum complectatur, neque vllam partem nudam relinquat.

11 *Reliqua curatio esse debet, perinde ac si ossa citra plagam perfringantur, nisi quòd ferulæ nõ s.nt im oriendæ. Quãobrem pluribus fasciis hic opus est, quàm alibi, quum & minus adstringendum sit, & ferulæ tardius circundandæ.*

Interdicit, ne ferulæ imponantur, vbi fracto ossi vulnus accessit, veritus ne comprimant: atq; ob eam rem præcipit, ne arctius super has fasciæ deligẽtur, sed vtraque de causa plures imponantur. Memento autem ipsum imperasse, vt plures inicerẽtur, propterea, quod & minus coarctantur, & ad ferulas tardiùs venitur. F

12 *Tamen, si ferulæ superaccommodentur, è regione ulceris minimè circumponãtur: detur que opera, ut laxiores sint, ne vehementer adstrictæ premant, quam rem in superioribus quoque proposuimus. Tenuiori autem cibo diutius contenti sint, quibus à principio carnis quoque vulnus accessit, uel ossa cute exciderunt, & (vt una complexione complectar) grauissimæ fracturæ rationem uictus tenuiorem amant, & diuturniorem.*

E' regione nunc intelligit in longitudinem, in hanc siquidem ferulę imponuntur. Suprà loquutus est, vt, qui ferulas summouebat: nunc, vt is, qui non nunquam ipsas accipit. Inquit / tamẽ, si ferulæ superaccommodentur/. Quid ipse in eiusmodi casibus facere consueuerit, & in ipso etiam re etiam, non est, quod contendam, quùm rem minimè definiuerit. Exponam tamen id, quod facio. in illis fracturis, quibus in longitudinẽ membri, carnis quoq; vulnus accedit, ferulas vtrinq; à lateribus vulneris adhibeo: sed si hoc transuersum fuerit, non patitur ferulas superdari, præsertim, vbi grandius sit.

13 *Eandem verò curationem requirunt vlcera, quæ non à principio fracturæ, sed, vel ob lintea nimium arctata, vel ob impositas ferulas, aliá ue de causa, sub curatione posteà oriũtur. Cognoscitur autem, ubi vlcus subest, ex dolore, & pulsu: item ex tumore, qui tunc extremis partibus induresсit: & si digito presseris, exprimitur, ac rursus cito reuertitur. Igitur, si quid tale suspectum sit, soluere oportet: atque vbi, uel ea pars, cui superdantur illæ fasciæ, quæ primæ iniiciuntur, vel altera, quæ deuincta fuerit, pruriat, in uicem alterius cerati inungenda est eo, quod picem habeat.* G

De vlceribus nũc agit, quæ procedente tempore fracto ossi ob circumpositas ferulas superueniunt. Docet ergò, quibus de causis fiant, quibus q; indicijs cognoscantur, vbi iam orta sunt: post hæc præcipit, ne per consuetum tempus alligatas esse fascias sinamus, sed celeriùs subtrahentes, idoneam curationem quam ipse euidenter exposuit, admoueamus.

14 *At si nihil eiusmodi sit, sed ipsum vlcus iritatum, nigrum valdè, aut sordidum reperiatur: tum caro purulenta: futurum que etiam sit, vt nerui excidant: hos non conuenit ex toto nudare, neque suppurata hæc timere, sed in cæteris eadem ratione mederi, atque vbi initio vulnus adiectum est.*

Nudare dixit ἀναψύχειν, hoc est, vinculum detrahere fracturæ idoneum, vt vlcus nutriatur. H non enim vult nulla re imposita, nudum prorsus ipsum relinqui, sed adiiciens /non conuenit ex toto nudare/ mediam curationem indicat. esset autem media huiusmodi quæpiam. Si in vulnere aliquod ex propositis signis apparet, imperat, vt quàm primùm soluatur iunctura fractis ossibus accommodata: & vno atq; altero die curatio, quam vlcera postulant, adhibeatur: membrum'que rursus deligetur, quemadmodum subiecta verba demonstrant.

15 *Tantum fasciæ laxæ admodum ordiantur à tumore, qui in extremitatibus est, deinde semper sursum uersus circũagantur, neque ullo modo coarctentur: insideant item ulceri commodissimè, alibi uerò laxiùs uinciantur. Sint autem hæc prima lintea munda, non angusta: & eorum, quæ circumdari solent, ubi ferulæ imponuntur, uel numerum æquẽt, uel non multo pauciora sint.*

Imperat hoc loci, vt vinculum orsum à tumore, qui in extremis membris assurgit, inde ita feratur, vt nihil nudũ relinquat, donec ad ipsam fracturã, qua parte exulceratio est, porrigatur: ita, vt in vnũ committatur vinculũ, quod tumorẽ curat, & quod fracturã deuincit: vna q; sit vtriusq; intentio, quæ paucis circuitibus absoluatur. Iubet autẽ fasciam commodissimè vlceri insidere, hoc est

A est laxam esse eatenus, vt nullo modo adstringatur: super ceteras verò partes, atq; adeò iuxta fracturam magis edicit, vt minimè coarctetur: perpetuum enim esse voluit arctiùs eam partem vinciri, vnde sanguis exprimi debet. monet autem, vt in extremitatibus, quæ tumidæ sunt, fascia laxiùs alligetur, ad id consilium dirigens, vt vinculum in vnum committatur. At nō propterea caput totius curationis illi committit, nō enim id est, quod in hoc casu remedio sit fractis partibus, vbi nigræ sunt, atq; emoriūtur, sed tumori, de quo ad verbum scripsit /tumor extremis partibus indurescit, & si digito presseris, exprimit, ac rursus citò reuertitur/. Hæc tumoribus superueniūt. iure igitur non æquè eos negligit, atque vbi molles sunt, nec ad eosdem dirigit præcipuum totius curationis consilium.

16 *Vlceri abundè est pannum inducere albo cerato inunctum, siue caro, siue neruus cadere debeat: his enim acria superdare non expedit, sed mitia, nō secus atque adustis. Insuper tertio quoque die soluere conuenit, ac rursus deuincire: tum ferulas vitare, & magis quàm antè conquiescere, atque abstinere. Scire etiam oportet, vbi futurum sit, vt vel caro, vel neruus excidat, hac ratione vitium minùs serpere, & celeriùs multò excidere, ac proximas partes fieri longè graciliores, quàm si vlcus linteis resolutis, quopiam ex medicamentis purgantibus nutriatur. Iam verò, vbi excidat, B quod purulentū est, citiùs caro increscet, & cicatrix maturiùs inducetur hoc pacto, quàm si alio succurramus. Hæc omnia igitur eò pertinent, vt sciamus rectè & cum moderatione deligare. Eò etiam confert idoneus habitus, reliqua victus ratio, & fascia quàm aptissima.*

Declarauit ipse adustorum exemplo, cur acriū medicamētorum vsus eiusmodi vulneribus noceat: siquidem orta sunt ex calidorum atq; acriū succorum mixtura. Cum quo simul etiā ostenditur, albo cerato acrius esse id, quod picem habet: pix enim eo est acrior cera, quo calidior.

17 *At si quis deceptus recenti vulnere nullo modo existimans fore, vt os recedat, quod recessurum sit, eam vinciendi rationem adhibeat, quam simplices fracturæ postulant, eiusmodi medicinam non debet pertimescere: quandoquidem nullum ingens malum apportabit, dum possit modò rectè & citra noxam manu deuincire.*

Timere, inquit, non oportet modum alligandi fracturæ idoneum, quamuis recessuri ossis indicia se ostendant. quæ nam illa sint, proximis verbis addisces.

18 *Denunciat autem futurum esse, vt sub curatione hac ossa recedant, quod pus ex vlcere ampliùs profluit, & videtur ad exitum festinare.*

C Vbi copiosiùs, quàm pro vlceris modo, pus feratur, verendum est, ne subiectū os vitiatum sit: sed, si præter id videtur ad exitum festinare, quod ὀργᾷν dixit, hoc est, si festinanter à vitiata parte expellatur, iam certa res est. At vndè cognoscemus membrum festinare ad expellendum? primùm ex oris plagæ, quæ inter se non cōmittuntur, sed dehiscunt, & in interiora vertūtur: deinde ex hominis sensu, qui exiguum quēdam motum sentire sibi in altioribus partibus videtur, vbi ceteras non sensu non animo aduertens, hanc vnam obseruet, cui hæc superueniunt.

19 *Resoluere igitur ac deligare frequentiùs oportet ob humoris abundantiā: cùm alioquin febres excitentur, & ulcus cum his, quæ proxima sunt, si nimium vinculis coarctentur, emacrescant.*

Humoris abundantiam (vt solitus est) appellat πλάδον, seu tenui habitu sit, seu crasso, quale nunc est pus, quod, quando pars quæpiam ab osse recessura est, dixit copiosiùs euadere.

20 *Ergo, vbi expectatio est tenuium partium, quæ ab osse recedant, haud multum expedit variare: fascia tantùm laxior circumligetur, ne pus retineatur, sed exitum facilè habeat: &, dum os recedat, sæpius soluatur, ac deligetur: ferulæ que omni modo vitentur.*

D In quibusdam exemplis simpliciter legitur /variare/ non adiecta particula /multum/, sed verisimilius fit illam adiici debere. nam, quùm ratio fracturæ alligandæ tribus modis varia sit muteturq;, non diceret simpliciter /haud expedit variare/ quandoquidem addita etiam particula /multum/ dicet aliquis Hippocratem falsa prędicasse, propterea quòd imperet nunc, vt fascia laxior inuoluatur, vt sępius resoluatur, ac deligetur, vt ferulæ non imponantur, & quarto (id quod in vniuersum ab ipso præcipitur) vt fasciarum numerus augeatur, vbi vel laxiùs deligātur, vel ferulæ omittuntur. sed, quod seruatur, est modus ille vinciendi, qui pertinet ad fracturas, cuius habita ratione dixit in curatione /haud multum expedit variare/. Fasciis enim vtendum, quæ primò iniiciūtur, quarum vna à vitiata parte orsa, vbi ter fuerit super ipsam voluta, desinat in superiori parte, eo quòd modo feratur, quo antè proposuit: altera item, quæ super priorem fertur, ab eadem parte incipiat, tum deorsum ducta ad superiora reuertatur, minùs que arctetur. Panni quoque extrinsecus inducendi ad eundem modum, quo in prioribus declarauit, & super hos fasciæ dandæ: quæ omnia docuit, vbi vinculum fracturæ idoneum indicauit. At, si suspicio est, ne grandior ossis testa recedat, non ampliùs ad quem modum fracturæ postulāt, deuincit, vt proximis verbis subiiciet. Iure igitur hîc scripsit /haud multum expedit variare/. Quòd si detracta particula /multum/ legamus, audiemus

dicemus ipſum aſſerentem, non mutandam eſſe rationem deligandi, quæ ad fracturas poſita eſt. E
nihil enim mouet, quùm ſimiliter atq; in ea faſcijs illis vtatur, quæ primò iniiciuntur, & deligare
incipiat, ac primò circumagat, poſteà que adducat, item pannos ęquè iniiciat, & alliget: quod ni-
hil aliud eſt, quàm eandem rationem ſeruare.

21 *At quibus grandius fragmentum expectas ab oſſe receſſurum, ſiue initio præſenſeris, ſiue poſteà cognoueris, non amplius eadem medicina opus eſt, ſed quod ad intendendum membrum ac dirigendum pertinet, idem fieri debet. Panni verò duplices ſint, non anguſtiores, quàm vt dodrantis dimidium æquent, qua in re contemplari quoq; vulnus cuiuſmodi ſit, oportet: tum, quod ad longitudinem, paulo breuiores, quàm vt bis fractum membrũ complectantur, multo autem longiores, quàm ut ſemel: tot que numero ſint, quot res poſtulat. Tincti autem in vino "nigro auſtero primũ medij ſuperdentur, perinde ac faſciæ, quæ à medijs orſæ in vtramq; partem attrahuntur: poſt hæc ad figuram aſciæ dextrum caput ad ſiniſteriorem partem, ſiniſtrum ad dexteriorem, procedat.* A.lib.4.f.5.t.2. c.6. fol.484.c


Aſcia ſyncera inæqualis.

In libro de officina medici, de circuitu faſcię inquit /ſimplex orbicularis aſcia./ Eſt aſcia breuis ille circuitus, qui rectus incipiens ad latus attrahitur, nõ dum tũ eſt obliquus: definit q; ad ſimilitudinẽ aſcię, qua fa- F
bri vtuntur, namq; à recta linea paulum recedẽs curuatur, vnde nomen aſcię traxit. In hanc igitur figurã pręcipit, vt panni ſuper fractũ membrũ imponãtur: eorum q; capita ducantur, non ſecus atq; vbi faſcię à medijs orſæ vinciuntur: hoc eſt, vt panni ſup membrum medij primùm dentur, deinde eorũ capita per vitiatũ locum ferantur, non in orbem, ſed paululum inclinati ſic, vt à cõtraria parte, atq; inceperint, ad X
literæ ſimilitudinẽ inter ſe committantur. quod non fieret, ſi circũagerentur in orbem. Nam, quæ ita procedunt, planè inter ſe coeunt. Pannorũ longitudinem indicauit, quùm inquit /paulo breuiores, quàm vt bis fractũ membrum cõplectantur, multò autem longiores, quàm vt ſemel/. præcipit enim membrũ ab his ſępius excipi, ſic, vt ſinguli ſemel ipſum amplectantur. At non continerent firmiter, ſi qua parte cõmittuntur, eadem finirentur, neq; vltra procederent, aliam q; membri particulã complecterentur. Ferè autẽ totius membri dimidiũ ſecundò pannis inuoluendũ eſſe intelligit, quùm G
inquit /paulo breuiores, quàm vt bis fractũ membrum complectantur, multo autẽ longiores, quàm vt ſemel/. quod ſanè continget, vbi hi dimidiũ membri ambitũ amplexi deſinãt. Quare ſi panni pedalis vtputa longitudinis totũ membrum ſemel inuoluant, duplo longiores eſſe conueniet ad hoc, vt bis præſtare idẽ poſſint: ſed, ſi ſecundò vltra dimidiũ non ferãtur, eo longiores ſint, quàm vt ſemel totum membrũ excipiant, quo breuiores ſunt, quàm vt idem bis efficiãt. erunt autẽ ſic ſeſquipedales. Diligenter igitur contemplari membri craſſitudinem oportet, & de ipſa pannorũ longitudinẽ coniectare, eos q; tantos admouere, vt primo circuitu totũ, ſecundo dimidium duntaxat complectantur. Vbi minùs tuę coniecturę cõfidas, ſi eos ſuper integrũ membrum inducas, ad vnguem longitudinem reperies. Dubium autẽ non eſt, quin panni ita cohęrere inter ſe debeant, vt nullũ inter ipſos inane ſpaciũ relinquatur. Hos docet ex vino madefieri, quod colore nigrũ ſit, guſtu auſterum, habitu verò, quale illiuſmodi vinũ eſt, plenum videlicet. nã ex cunctis vini generibus ad hęc vitia, id optimum eſt, quod nigrũ & auſterum eſt. communis enim illi gratia eſt, ob quam in vlcerum vinculis ingeritur, pręterquam, quod minùs mordet, quàm aliud vinũ ex adſtringentibus: quod permagni in eiuſmodi curatione refert, oſtenſum enim eſt ſub dolore inflammationẽ ſe cõcipere. quare potius eſt, quod modicè, quàm quod vehementer auſterum eſt, quandoquidem hoc do H
lorem mouet, quùm carnem vltra debitũ cogat, comprimat q;. Quamobrem, nec id vtiliter adhibetur, quod tenuium partiũ, quale albũ eſt, aut flauum, aut ruffum, quùm ad altiores partes exulceratę carnis penetret, dolori q; ſit, eam comprimens, atq; adſtringens: at plenum, cuiuſmodi nigrum eſt, ad carnem altiùs non deſcendit, ſed illã refrigerando & contrahendo, qualitatem duntaxat impertit. repellit itaq; ſuccos, qui iam recepti ſunt, & eos, qui influũt, coercet. Ratio igitur eligi vinum hortatur, quod nigrum ſit & auſterum. quãobrem, vbi velis etiam experimento comprobare, periculum faciens eius facultatis in maximis grauiſſimiſ que vulneribus, verum dixiſſe me cognoſces. Dictum autem eſt etiam in ſuperioribus, oportere vlcus ex eo continenter madere. quandoquidem, vbi ſuperiniecta lintea paulatim ſiccentur, atque incaleſcant, vlcus inflammari neceſſe eſt, potiſſimùm æſtate. Quo tempore, quùm pontifices Pergami apud nos ſemper gladiatores darent, eos, qui grauiſſimè vulnerati fuerant, curaui, multiplicem pannum vulneribus inducens, iſtiuſmodi vino madentem: extrinſecus verò ſuperimponens ſpongiam mollem: deinde totum ferè diem noctem que perfundens. Vulnerato autem membro pellem ſubieci leniter à pedibus ſinuatam, per quam procederet infuſum vinum, & quaſi per canalem efflueret,

atque

A atque inani pelui receptum,regestum'que rursus infunderetur.Extra alios vsus,quos vinum hoc
præstat,ferè nullum odorem mouet, id, quod inter cętera commodissimũ est: cùm ex alijs quod
odoratum est,maximè caput tentet: nigrum & austerũ,neq; etiam eo nomine officit,sed si vllum
excitat odorem, ille exiguus est, cùm natura frigidum sit.Ostendimus autem in libro de simpli-
cium medicamentorum facultate, vinum austerum natura frigidum esse ac terrestre.Tale igitur,
quùm ex mistura constet frigida terrestri'que, calidos vapores ad superiora minimè transmittit.
At,quùm plerisque eorum,qui icti sunt,huius pręsidij vtendi copia non sit, quo nos ad gladiato
res vsi sumus,diximus inter initia protinus horum commentariorum inungendum esse liquidũ
ceratum,quo simplices fracturæ illinuntur: quod vino longè imbecillius est, satis tamen efficere
potest id,quod res exigit.

22 *Imponantur autem hi super ipsum vlcus, & hinc atque hinc, neque vllo modo adstringantur, sed catenus insi-
dant, vt vlcus fulciant.*

Nunc rursus, hinc atq; hinc/ ἔνθεν καὶ ἔνθεν/ dixit,vt longitudinem membri, non vt latitudi-
nem indicet: seruat autem commune præceptum, vt vincula non parùm super integrã partem
B ferantur: vbi ingens vitium est,vt cum maximè.

23 *Ad vlcera verò admoueatnr ceratum, quod picem habeat: vel aliquod ex iis medicamentis, quæ cruentis vulne-
ribus iniiciuntur: uel aliud ex iis,quæ idonea sunt,quæ perfundantur.*

Summa curationis in perfusione sita est primis diebus, quibus & exprimere ab vlcerata parte
conuenit,quidquid humoris in ea iam contractum fuerit,& id prohibere, quod à superiori parte
concurrit.A tertio die ceratum,quod picem accipit,expeditius est,quo maturãtur, quæ in vlcere
collecta sunt.At Hippocrates cerato initio cum vini proprietate vtitur, ꝙ vlceratas partes attin-
gi nolit à vino puro,sed medium aliquid interiici,ne qua illis iniuria propter adstringentem vini
facultatem accedat: non enim medetur vulneribus ensis ictu simpliciter illatis, sed quibus iuxtà
omnis caro plus minus'ue quodammodo necesse est, atteratur: liquidè sub quo ictu frangitur os,
caro etiam atteritur.Meritò igitur super ipsa vlcera imponi quoq; voluit aliquod medicamentũ
ex iis,quæ statim cruentis vulneribus iniiciuntur, vt attrita curet, ac mitiora efficiat: præcipit au-
tem,vt idonea legantur,quæ id,quod extrinsecus infunditur,admittant: idoneum autem hoc lo-
C co σύντροφον dixit.

24 *Si æstas fuerit,panni subinde vino madefiant. Superdetur hyeme multa lana succida vino atque oleo respersa.*

Quia vitia hęc,vbi vehementer frigefiunt, interdum neruorum distentione periclitantur,&
vinum tum habitu tum natura frigidum infunditur, propterea veritus, ne quid hyeme grauius
accidat,quùm frigidę medicinę temporis quoq; frigus accedat,occurrit immodico frigori lanam
multam inducens,tinctam vino,cui olei paulum adiectũ sit: imperat q; , vt ea succida sit, quo per
œsypum aliquid calefaciat,& modicè refrigeret.

25 *Subiiciatur que pellis sic figurata, vt humor per ipsam facilè descendat: & quod effunditur, recipiatur.*

Pellem ἰξάλην vocauit: quo nomine caprina'ne tantùm significetur, an alia quęuis, quærere
in arte hac superuacuum est,quùm non verborum expositio, sed vitiorum curatio,proposita sit:
in qua nosse id sufficit,quòd subiicere pellem oportet raram non densam, per quam feratur quasi
per canalem,non modò id,quo perfunditur membrum, sed etiam sanies, quæ abluitur: eam'que
D à pedibus,vt suprà posuimus,figurare.

26 *Meminisse etiam debemus exulcerari eiusmodi partes, si diu in eodem habitu perseuerent, & ægerrimè ad sanita-
tem posteà perduci.*

Quę cingunt os sacrum (quod & latum appellant) calefacta atq; exesa in torporem incidunt,
& vltra cutem exulcerantur: ea'que exulceratio difficulter curatur, quùm sub cute sint cartilagi-
nosæ ossium extremitates,quę nudatæ cicatricem vix recipiunt.

27 *In iis,qui aliquo ex superioribus modis, vel ex iis,qui posteà subiicientur, sub vinculis nequeunt ad sanitatem per-
duci, eò potissimum incumbendum est, vt pars comminuta rectè contineatur, atque è regione corporis, ea obseruatio-
ne, vt ad superiora magis spectet, quàm ad inferiora.*

Præcipit,vt crus omnino è regione corporis contineatur,sed extrema parte paulo sublimiùs.
De his enim superiùs iam posui, ex humiliori habitu ad crus plurimum materiæ cõcurrere,ex su
blimiori dolorem excitari.Hac igitur de causa vbiq; cauendus est humilior membri habitus,supe
rior verò hactenus accipiendus,quatenus cruri dolorem non dum affert.

28 *Quod si benè expedite que rem agere quis velit, necesse est machinationibus vtatur, vt fracti ossis intentio iusta sit, ac minimè violenta: præcipuè autem ad crura machinationibus opus est. Quidam sane reperiuntur, qui quoties crus abruptum est, & alligatum, extremum pedem ad lectum deuinciunt, aut ad aliud lignum, quod iuxta lectum defigunt. Hi ergò omnia mala efficiunt, nec quicquam boni, eo quod nihil ad extendendum conferat vinculum pedis, quoniam nihilo minùs reliquum corpus ad pedes fertur, atque ea de causa non amplius extēditur: neque etiam ad continendum è regione aliquid conducat, sed potius peruertat: reliquo enim corpore in hanc, vel illam partem conuerso, vinculum non prohibebit, quo minùs pes, atque ossa quibus continetur, reliquum corpus sequatur: quod si nullo modo vinciatur, minùs vtique peruertetur, minus enim relinquetur, vbi reliquum corpus moueatur.* E

Intentione, quæ per organa adhibetur, quam in his latiùs & iā exposuit, & nūc exponit, eque totum membrum extendi, neq; vllam sini particulam peruerti, superiùs ostendimus. Quæ verò scribit de iis, qui pedem vinciunt, plana sunt: pergamus ergò iam ad sermonem de orbibus.

29 *Si quis è corio Aegyptio binos orbes suat, qualibus vtuntur, qui diu in magnis compedibus detinentur, sint que orbes hi vndique tunicis inuoluti, altioribus quidem à fractura, ab articulo humilioribus, tumidi prætereà, & molles: accommodentur autem vnus quidem super talos, infra genu alter: à lateribus verò vtrinque habeant ex simplici uel duplici loro exiguos quasi sinus, alios vtrinque à talis, alios à genu: sinus que superioris orbis, è regione illis respondeāt, qui in inferiori. Deinde cornea bacula eiusdem magnitudinis prehendat, scilicet digiti crassitudine, & ea longitudine, vt quùm flectuntur, diducere ossa possint, sic, vt non inhæreant.* F



Sermo de orbibus, quos Hippocrates excogitauit, mihi ita clarus videt, vt mea explanatione minimè opus sit. Sed, quoniā non nulli sepiùs dixerunt nescire se, quomodo se habeāt, quæ ab Hippocrate tradūtur, incertū est quid agā: iis enim, qui negarunt intelligere se Hippocratem, orbes ipsos monstraui: ac librum legens, sermonem planum feci, singula eius verba accommodans ad eam orbis partem, quam monstrabam, de qua ipse tractauerat. In libro autem non licet orbes demōstrare, sic, vt nesciam, qua via hanc orationē aperiam: si quis enim Hippocratis verba, que plana sunt, comprehendere nequeat, nec mea etiam comprehēdet. Ea igitur sepiùs legat, ac diligenter consideret: certū enim scio, eum, qui hoc sepiùs fecerit, si antè non intellexit, omnino intellecturū: equidem quicquid lucis addere potero, nō omittam. Orbes igitur non debemus tales intelligere, quales sunt pilæ, quibus pueri ludunt: illæ enim verè orbes sunt, sed quos Hippocrates parari iubet à compedibus (vt ipse retulit) non abhorrent, quorū afferre similitudinē licet: eos enim cōcipito anguibus similes vel farcimini. Ergo, quemadmodum coqui intestinorum sinus similagine infercientes, vel carne concisa, vel alio eius generis quopiā, farcimen parant: sic tu quoq; corium suito, quod inane intestinum representet, & molli aliqua re impleto. Precipit autem, vt corium sit Ægyptium, id est validum & molle: quod si in Italia, vel Thracia, aut vbiuis gentiū eiusmodi corium habeas, Ægyptium ne querito. Sit autē assutū corium ita longū, vt compedum modo talos complecti in orbem possit. Alter preterea orbis ad regionem, que sub genu est, similiter detur: his enim binis opus est ad singula membra, que curantur: quorum item multa paria disparis magnitudinis habeantur, vt prout vnicuiq; conueniunt, huic quidem maiores, illi verò minores iniiciātur. He aūt tunice, quas σφαίρας, id est orbes uocauit, ex toto esse in orbē non debēt, neq; paris latitudinis, aut altitudinis, sed quà cuti herent paulatim patescentes quodāmodo: qua uerò attolluntur, rotūdę: neq; etiā exquisitę tales, sed ab interiori parte magis in altitudinem attollantur, inde in orbis speciem desidant, dum ad cutem perueniant à parte exteriori: ea pars, que desidit, in inferiori orbe ad pedem propiùs accedat, in superiori ad genu. G H

Orbibus

A Orbibus igitur (vt dictum eſt) conſtitutis,quædam appendices innectantur, quas in vtroq; vult duas eſſe,binas in inferiori orbe,quarum ſinus ſurſum ſpectent ad genu,binas in ſuperiori,quarũ ſinus contrà deorſum conuertantur: hæ autem à lateribus aſſuantur ab ea nimirum parte,quę maximè attollitur,hinc vna,atque inde altera: in quas conijci vult quatuor bacula extrema, quæ,vbi coniecta fuerint,eodem penè momento paulatim curuentur,vt, dum ad naturalẽ rectum habitũ redeunt,orbes compellant,ſuperiorem ad ſummum membrum, inferiorem ad imum: hoc enim facto fracturæ partes in diuerſa extentæ rectè componuntur,ſeruãtur que. Imperat autem, vt ob firmitatem ligni bacula è corno accipiantur,conſtatq; ad hunc vſum ex eo vtilius adhiberi. Gloſſocomum verò machinamentum membris in contrarias partes diducendis aptiſſimũ eſſe, in ſuperiori commentario indicaui,vbi exequutus ſum eius ſtructuram.

30 *Magna cura,ne imæ fuſtium partes cuti inſidant, ſed extremis orbibus. Parentur autem baculorum paria tria, vel plura:ſint que alia alijs aliquanto longiora breuiora ue, vt, vbi magis extendere volumus, commode poſſimus: demittantur que hinc atque hinc à talis.*

Inſidere dixit ἐγκέλσαι,quaſi inhęrere ſignificans: edicit enim,ne bacula,quæ ad orbes data,ip
B ſos,alterum ad ſuperiora,alterum ad inferiora compellunt,cutem tangãt,ſed,ſublimiora ipſis orbium ſinibus inhęreant.Cornea verò accipi iuſſit ob firmitatem, vt, quùm induntur,vehementer inflexa rurſus dirigantur,& ad priſtinum habitum reducantur: neq; dubium eſt,& ſurſum,& deorſum, orbes per hæc eatenus compelli,quatenus extenta in longitudinem procedent.

31 *Hæc,ſi rectè parentur,iuſtè intendent,tum pariter è regione,nec fractura aliquod tormentũ ſentiet: nam, ſi quid exprimatur,partim ad pedem,partim ad femur tranſmittetur.Commodius autem bacula collocantur à talis hinc atq; hinc,ne ſitum cruris impediant,& vt fractura bene oculis ſubijciatur & facile curetur.*

Δικαίως id eſt iuſtè, dixi ab Hippocrate poni pro ἴσως id eſt æqualiter: ſed idẽ ſignificare videbitur ὁμαλῶς id eſt æqualiter, & ἴσως id eſt pariter, quod proximè ſubijcitur. Verùm ἴσως in partibus vnius rei accipitur,ſed ὁμαλῶς minimùm in duabus rebus. Nunc autem, quod inquit /iuſtè intendet/ intelligendum eſt de intentione,quę per duos orbes in contrarias partes adhibetur,& de corneis baculis in eos demiſſis: quod verò ſubdit /pariter/ de ea intentione, quã ſingula præſtant,puta orbis,qui à talis eſt,ſi per ſe æſtimetur,dein is,qui iuxta genu,poſt hæc ea pars,quę
C à dextro baculo,dein,quę à ſiniſtro.

32 *Nihil autem prohibet,ſi quis velit vel duo bacula ſuperiora inter ſe iungere,vel aliquid etiam ſuperinijcere,ſic tamen,vt,quod ſuperinijcitur,à fractura attollatur. Si orbes igitur leues,firmi,molles,ac noui ſuantur,& bacula rectè extendantur (vt iam propoſuimus) machinatio maximè idonea eſt: ſed,ſi quid horum non rectè habeat, oberit magis,quàm proficiet. Perpetuum autem eſt,alias etiam machinationes,vel rectè,vel nullo modo,adhibendas eſſe: turpe enim eſt,& ab artificio plurimum abhorret,machinationibus vtentem ipſa machinatione deſtitui.*

Quatuor erant bacula,ab vtraque parte cruris duo,vnum ſuperiùs, alterum inferius. duo (inquit) quæ à ſuperiori parte ſunt,alligari inter ſe poſſunt,vt maneant recta, ne,dum magna vi curuantur inter ſe aduerſa,ad proxima loca conuertantur.

33 *Plærique tamen medicorum,fracturæ,ſeu integra cutis ſit,ſeu vulnus etiam acceſſerit, primis diebus lana ſuccida medentur,neque id videtur ab arte alienum. Quicunque ſane recentioribus fracturis protinus, vbi lintea non ſunt, coguntur lanam imponere,maximè venia digni ſunt: ſiquidem linteis exceptis nihil eſt, quod multo cõmodius, quam lana ſuper vitia hæc alligetur: ea verò copioſe danda eſt,tum benè carpta, non aſpera: pauca enim & mala, parum*
D *quoque proficit. Sed, qui vno die, aut altero vinciendam lanam cenſent: tertio autem, & quarto lintea inijcientes, tunc maximè adſtringunt,atque extendunt: medicinalis artis ſunt ignari, atque admodum imprudentes. In vniuerſum enim omnia vulnera tertio & quarto die minimè vexanda ſunt,omnisq; opera ſpecilli fugienda eſt his diebus, & quibuſcunque alijs vulnera recrudeſcunt. In ſumma enim vulnera plæraque tertio aut quarto die recrudeſcunt, tum quæ inflammatione,tum quæ ſordibus, grauiter excipiũtur: aut febrem inferunt: quo præcepto nullum aliud tradi poteſt vtilius. Nam quæ ſunt in medendi arte grauiſſima,quibus id non ſit commune? non enim pertinet ad vlcera tantum,ſed ad alios quoque morbos complures.*

Propoſitum auctoris eſt prauam emendare conſuetudinem medicorũ, qui ſatiùs exiſtimabãt, non protinus à principio fractum membrum extendere, ſed primùm duobus aut tribus diebus lenientes,tertio aut quarto die à principio vim adhibere. Hippocrates verò curandi rationẽ docet huic maximè contrariam,nempè initio membrum extendendum eſſe, tertio & quarto die leniendum. Quod ſi,quæ hîc ſcribuntur,ſingula conſideres, plana erunt,apertè enim loquitur.

34 *Niſi ſi quis dicat,alios quoque morbos eſſe vlcera,quod quodammodo veriſimile eſt.*

Verisimile dixit ἐπιεικὲς, quasi probabile: id autem propterea posuit, quia nō nulla a ratione prorsus abhorrent. Quo igitur argumento mouebit, qui alios morbos vlcera esse affirmet? Morbi sanè, qui dolorem afferūt, probabiliter admodū annumerari vlceribus possunt: indicaui enim dolorem inde oriri, & quòd continuum soluatur, vbi secatur, extenditur, aut cōtunditur: & quòd immoderatum incidat temperamentum. Atqui solutionem cōtinui ad vlcus spectare, cuiuis manifestum est: sed immoderato temperamento, vbi subita mutatio accidat, aliquam fieri continui solutionem, in opere de simplicium medicamentorum facultate demonstrauimus. Calorem quidem constat penetrare, & quasi exedere, quod continuum est: frigus item, quod vehemens est, cū subitò cogit, quæ soluta sunt, aliquam creare solutionem, in eodem opere ostensum est. Iuxta hoc igitur non solùm probabile, sed verum quoque erit, dolorem omnem ad vlcerum genus pertinere: at non æquè verè, atque id, quod propositum est, non tamen absurdè, morbi omnes poterunt vlceris nomine appellari: quandoquidem, cum plerisque morbis dolor coniungitur, à quibus sermo transferetur ad omnes, quùm ratione quis contendet totum corpus omnino, vel immoderato affici temperamento, vel contundi, extendi, aut euidenter secari: deinde conficiet à quolibet immoderato temperamento continuum aliquid solui: id, quod, quanquam euidenter sensui nō subiicitur, rationali tamen contemplatione verum esse comprobatur. hoc adeò magis accidit in F iis, quæ extenduntur, contunduntur, & comprimuntur: hęc siquidem proximè accedunt ad ea, quæ diuelluntur, quæ res continui solutio est.

35 *Sæpenumerò alij aliis germani sunt.*

Quos consueuimus similes dicere, coniunctos, aut cognatos, Hippocrates solet appellare germanos: quo vocabulo summam rerum coniunctionem consortium q; significat: nam, cùm multi inter se cognati sint, nulli magis propriè cognati dicuntur, quàm germani. Eos igitur, qui maximè coniuncti sunt, quasi eandem coniunctionem habeant, quam germani, eo verbo nūcupat.

36 *Quicunque verò existimant lana vtendum esse, donec ad septimum diem ventum fuerit, dein extendendum, dirigendum, & fasciis vinciendum, non ita videntur imprudentes: tunc enim inflammationis impetus conquieuit: atq; ossa ab his diebus laxantur, & facilè tractari possunt. Hac tamen curatione longè melior est, quæ à principio vinculum adhibet, sub qua septimus dies membrum exhibet ex toto alligandis ferulis idoneum: quod sub hac multò posterius contingit.*

Illis in superiori sermone reprehensis, qui tertio, aut quarto die adhiberent vinculum fracturæ G accommodatum, ad eos nunc transit, qui post septimum diem ad id veniunt: quos minùs errare indicat, vt qui partes extendant non ita inflammatas: sed, qui tertio aut quarto die id efficiūt, quo tempore inflammatio, quùm maximè vigeat, lenientibus eget, eos in non mediocri errore versari ostendit.

37 *Alia etiamnum affert incommoda, quæ omnia persequi longum esset.*

Longitudinis temporis accusauit eam curationem, quæ non nisi post septimum diem vinculo vtitur fracturis accommodato: nunc subdit in alia quoque compellere incommoda, quæ, ne multus sit, omittit. Nos satiùs ducimus ea subiicere, moti ab iis, quæ in superioribus demōstrauimus. Vbi fractura mediocris sit, partes sub hac vinciēdi ratione tumidiores fiunt, vt suprà etiam ostendimus: quod si os asperius & grauius perfringatur, periculum quoq; est in eo casu, ne corrumpatur, si vinculum, quod ad fracturas pertinet, dum trāseat septimus dies, differatur. hoc enim iubet à primo adhiberi, quoniam in vtramque partem à fractura exprimit superātem sanguinem, qui, si diutiùs ibi subsistat, non nunquā efficit, vt ossa vitiosa sanie plurimùm irrigata corrumpantur. H

38 *Quibus ossa fracta & cute excedentia restitui nequeunt, hoc modo in suam sedem collocantur.*

Solent græci, qui Asiam incolunt, vsurpare verbum καταςῆσαι, vt significent in suam sedem collocare: vnde mihi videtur Hippocrates ducere nomen καταςάσεως per σ tertiam syllabā scribens, sic, vt idem significet, quod καθίδρυσις, quod vocabulū nihil aliud sibi vult, quàm aliquid in suam sedem collocare, quam rem κατάςασιν dixit. Malè igitur scribunt non nulli κατάτασιν absq; σ, non enim per intentionem, quam κατάτασις notat, sed & per impulsum, nudata ossa in suum locum reconduntur.

39 *Ferramenta facere oportet ad similitudinem vectium, quibus in lapidicinis vtuntur, latiora ex vna parte, angustiora ex altera: quæ terna habeantur, aut etiam plura, vt semper aduci aptißima poßint: quibus demißis ossa eodem penè momento, quo intenduntur, impellenda sunt. Innitantur autem ab imo, inferiori oßi, à summo, superiori: atque (vt vno verbo dicam) non aliter, quàm si vectis ad lapidem vel lignum fortiter impellendum admoueatur. sint autem ferramenta quantum fieri potest firmißima, ne flectantur. Hæc itaque curatio maximum momentum habet, si ferramenta idonea sint, & impulsus conueniens adhibeatur.*

Constat

A



Constat fabricanda esse ferramēta ad figuram vectium, quibus in lapidicinis vtuntur, non tamen æque magna, cum, quæ ad impellenda ossa adhibentur, ab iis non abhorreāt, quæ ad vrgendos dentes comparantur. Verùm ad ossa impellenda parari multa debēt, quorum alia aliis pleniora, vel tenuiora sint, vel minora, ab extrema parte, qua maximè suum effectum præstant: sed qua via vti eisdem ferramentis cōueniat, Hippocrates ipse euidēter declarat. Si quis eius verba nō intelligit, alia expositione, aut interpretatione non indiget, sed oculorum sensu: quędam enim res natura tales sunt, vt aliqui nec discere, nec doceri eas possint, nisi in conspectum adducantur.

40 B *Ex vniuersis enim machinationibus, quæ ab hominibus excogitatæ sunt, hæ tres sunt omniū valentissimæ, axis versatio, impulsus per vectem, & cuneus adactus: namq; homines sine aliquo vno, vel sine omnibus, nullum opus, quod maximam vim postulet, perficiunt: quare non paruifaciendus est impulsus hic: siquidem ossa, vel hac via, vel nulla alia, reconduntur. Sed si id os, quod super alterum excedit, vecti idoneum locum non præstet: sit que ita acutū, vt vectis effugiat: scalpro excauandum, donec vecti locus fiat, cui firmiter hæreat. Impellere autem oportet, atque extendere eodem die, vel postridie, sed non tertio: quarto vero, vel quinto minime: nam, si his diebus lacessita ossa nequeant in suam sedem reuerti, inflammatio superueniet, ac nihilo minus etiam, vbi restituantur.*

Axes nuncupantur ab Hippocrate vocabulo ὄνου & ὀνίσκου. Horum itaq; versationē ait validissimam esse, sicut & vectis impulsum, & cunei admotionem, quam vocat σφήνωσιν, quę lignorū per cuneos diductionem, diuisionemq; significat.

41 *Atqui multò magis neruorum distentio excitabitur, si os restituatur, quàm si restitui nequeat: quod quidem ignorare non oportet: nam, si condito osse neruorum distentio superueniat, in angusto spes est: præstat autem iterum expellere, si potest citra molestiam fieri.*

l.lib.4.f.5.t.2.
.3.fo.483.g

Causam, quamobrem his omnibus vitiis inflammatio accedat, vbi ossa condantur, ipse deinC ceps omnem persequitur, semel ipsam explicasse contentus, non secus atq; alia multa, quæ in medicina maximum pondus habent, vt, qui transferendum nobis sermonem censeat ad cætera eiusdem naturæ omnia. Ecce tibi adscribam eius verba, quibus vniuersum hoc, quod ad multa singularia pertinet, exponit.

42 *Neque enim iis, quæ iusto laxiora sunt, neruorum distentio aut rigor supernascitur, sed iis, quæ vltra debitum intenduntur. Quod ad hunc locum attinet, propositis diebus irritare non conuenit, sed operam dare, vt vlcus quàm minimè inflammatione tentetur, & quàm maximè suppuret: atque ubi septem dies, vel paulo plures transierint, si febris non sit, atque vlcus inflammatione vacet, tunc minus prohibemur eniti ad reponēdum, vbi veti compotes fieri posse non desperemus, quoniam sine effectus spe non conuenit & sibi & alteri molestiam afferre. Ergo, si ossa in suam sedem collocentur, quæ curatio admouenda sit, iam declaratum est, siue abscessura credamus, siue non. Quod si abscessura esse videantur (vt dixi) fasciæ in omnibus his ordiri à medus debent, plærunque, quemadmodum illæ, quæ primæ circundantur, in vtramque partem attractæ.*

Ostensum est in libro de motu musculorum singulos musculos suo munere fungi, vbi versus suum initium contrahuntur: quæ res, quando inuitis nobis accidit ob inflammationis magnituD dinem, nerui distenduntur. Cur igitur, si reponantur ossa, quæ fracta aut luxata inter se cesserunt, musculorum distentio sequitur? Quæstio ex eo præsertim diluitur, quod membrū redditur breuius, quùm fractum vel luxatum os cute excedit: sed postquam in suum locū reposita sunt, quæ nudata erant, suam longitudinē recipiunt: in quo casu coguntur musculi, quos inflammatio exercet, vnà cum toto membro distendi. Duobus igitur modis distēduntur, & sub inflammatione, & nunc, quùm ad pristinam longitudinem reuertunt.

43 *Attendenda insuper est figura vlceris, ne sub vinculo hiet, ac diuaricetur.*

Translatione vsus duo hæc verba vsurpat, hiare scilicet, quod σηρέεσθαι dixit, ducto quidē verbo à labiis oris: & diuaricari, quod ἐκπλήκτεσθαι, à cruribus plurimùm inter se diductis: diducta enim crura diuaricata dicimus: labia verò, quùm sine motu maxillæ inter se distant, hiantia: namque, vbi os sic aperitur, vt labia non coeant, dentes verò inter se committantur, hiare dicitur. Cauet autem, ne oræ vulneris diductæ vinciantur: vult enim eas contrahi cutis partibus suum situm recipientibus: quandoquidem subiectum musculorum vlcus hac via minimè cōprimetur, & maximè tegetur. scire enim licet, quæcunq; cute conteguntur, hac eadem delectari, nihilq; nu

dari innocenter. At quid mirum est, si ea, quibus cutis proprium, atq; innatum velamentum est, E semper velamento gaudent innato, cæteris q; omnibus læduntur? Equidem, quum nihil ex cute præciderem, sed eam ab vlterioribus partibus super locum inducerem, à quo detracta erat, agglutinatam vidi, & (quod magis admiratione dignum est) quum locus iã nigritie occuparetur. Illud item longè admirabilius, q; non modò adolescentibus, sed senibus nõ paucis, cutem ita detractam protinus, vbi in plaga nigresceret, sæpè agglutinaui. At nuda caro, si sine cute relinquatur, ægrè ad cicatricem perducitur, præterquàm q; morsum omnino sentit, & sordida redditur: medicamenta enim, quæ inflammationem coercent ac leniũt, cuiusmodi est, quod πάρυγρον, & quod τετραφάρμακον nuncupatur, affectam partem ab inflammatione tuentur, sed vlcus sordidum efficiunt: quæ verò vlcus purgant, ob detergendi facultatem mordent. Sed, vbi pars, à qua detracta cutis est, eadem contegatur, nulli eiusmodi noxæ patet: quod simile est, atq; vbi pustulæ sub varijs causis ortæ in tumorem assurgunt, & interdum grauem afferunt dolorem: acuta enim acu (vt nosti) eas aperio, vt exitum habeant, collecto q; ibi humore leuiter expresso, superiectam cutem relinquo. Hæ deinde iterum implentur præcluso foramine, impletæ´que eodẽ modo aperiuntur: humore expresso cutis ad carnẽ compellitur, seruatur q;, dũ quod sub ea exulceratũ est, ad cicatricem perueniat. Hæc dixisse volui, vt apertè ostenderem vlcus quodlibet innata cute con F tegendum esse. hîc autem nõ quodcunq; tractatur, sed quod altè penitus insedit, quùm caro tota ab ossibus discussa sit: non enim cute excederent, nisi priùs vniuersam carnem incidissent. Hanc igitur melius est proxima cute velari: namq;, vbi nuda sit, contactu medicamentorũ, quibus nutritur, si oleum accipiant, & vlcus mitius reddant, sordida euadit: sin purgẽt sordem, & detergendi vim habeant, morsum sentit. At, vbi iniecta medicamẽta, per cutem, suã facultatem carni exulceratæ impartiant, nulla ipsorum particula penetrante, proderũt quidem, sed nullum afferent ex superioribus incõmodis. Iure igitur Hippocrates magni momẽti existimat oras huiusmodi vlcerum contrahi, id, quod benè vtique cedet, si diligenter figura vlceris animaduertatur: si vna enim ora in alterum latus inclinetur, fascia inde orsa ad contrarium cõuertenda est: si pariter in vtrũq;, media primò iniici debet, atq; oræ vulneris inter se committi.

44 *Fascia commodè quibusdam à dextra parte attrahitur, quibusdam à sinistra, alijs in vtramque partem ducitur. Quæcunq; autem ossa reuerti in suam sedem non potuerunt, hæc scire licet abscessura esse, non secus etiam ea, quæ ex toto carne sunt nudata: nudatur autẽ quibusdam pars superior, plærisque verò emoritur caro, quæ circa fracturã est.*

Συντρόφως dixit, vt commodè significaret, inutili translatione vsus: quod mihi libuit notasse, G quandoquidẽ eloquentissimus quisque translationẽ vsurpat, vt rem apertiùs declarans exponat.

45 *Ossa quædam sub fractura diuturna alijs putrescunt, alijs minimè: & quibusdam grauiùs, quibusdam leuiùs: tum modo grandia, modo exigua ossa infestantur. Ob hæc igitur, quæ posita sunt, non licet vno verbo explicare, quo tempore abscessura sint: non nulla enim, & quòd exigua sunt, & quòd in summo continentur, celeriùs excidunt: non nulla non excidunt, sed arefacta & putria squamam remittunt: præter hæc multum curatio alia ab alia differt. Ferè tamen ossa illis celerrimè abscedunt, in quibus celerrimè pus apparet, & celerrimè etiam atque optimè caro increscit: caro enim, quæ in vitiata parte succrescit, plærunque os attollit. Ambitus ergo totius ossis, si quadraginta diebus abscedit, optimè abscedet, quum non nulla vsque ad sexagesimum perueniant. Rariora quidem ossa maturiùs abscedũt, firmiora seriùs, alia, quæ minora sunt intra tempus multò breuius, atque alia aliter.*

Ossa, quæ putrescunt σεσάπρισαι dixit, verbo ducto à nomine σαπρȣ̃: nominant autẽ quæcunque corrupta sunt, σαπρὰ, id´que non rectè: quæcunque enim & vetusta, & diuturna sunt, ab ipso dicuntur σαπρὰ.

46 *His autem de causis os præcidẽdum est. Si restitui nequit, & parùm quid excedere uideatur, abscindere hoc licet: H si noxium sit, & carnem aliqua ex parte vulneret, ac molestiam afferat, nudatum´que sit, hoc quoque abscindendum est. Reliqua verò non multum refert, præcidantur nec´ne: scire enim certum licet ossa, quæ carne nudata sunt ex toto, & arida, omnia penitus abscessura: ea verò præcidi non oportet, à quibus squama resoluenda est: ex propositis autem indicijs, conijciendum est, quæ penitus abscessura sint. Ad horum curationem pannis vtendum est, ac vini perfusione, sicut antè indicauimus in ossibus, quæ abscessura sunt: cauendũ´que ne frigida aliqua re à principio perfundantur: nam periculum est, ne cum febre grauis horror sequatur, ne´ue neruorum distentio superueniat: nam frigida semper neruorum distentionem afferunt, præsertim vlceribus. Illud item ignorare non oportet, quòd membra, in quibus vtraque ossa comminuta sunt, dum inter se cedentia curantur: & ea quibus fragmentum à toto ossis ambitu recedit: necesse est breuiora fiant.*

Causas appellauit προφάσεις, patet autem ab eo hîc quoq; sic vocari, non falsas, sed veras causas. vniuersus autem sermo de ossibus putribus planus est, quùm imperat, vt id ex ipsis præcidatur, quod in causa est, cur non condantur, vt quod proximam carnem pungit, atque (vt ipse ait) molestiam affert, hoc est, cum perturbatione, atq; tormento reponitur. Addit insuper futurũ prorsus, vt ea ossa abscedant, quæ nudata protinus restituta non fuerunt: ad hæc, quæ inaruerunt.

Quibus

47 A *Quibus femoris vel humeri os excessit, ferè non euadunt, sunt enim ossa hæc grandia, & medullosa: adde, quòd multa ac magna simul lacerentur, nerui scilicet, musculi, ac venæ. Quòd si reponantur, solet neruorum distentio superuenire: si non reponantur, acutæ, biliosæque febres cum singultu, ac nigritie. Non minus euadunt, quibus nec reponimus, nec reponere tentamus: magis adhuc euadunt, quibus inferior pars ossis, quam quibus superior excessit. Euadere etiam possunt, quibus reponuntur, raró tamen: multum enim curatio, multumque natura corporis, alia ab alia distat, quod ad facilè ferendum attinet. multum quoque refert, an ab exteriori humeri femoris ue parte ossa excesserint: multæ enim, & grandes venæ per interiorem partem feruntur, quarum non nullæ vulneratæ hominem iugulant: per exteriorem verò pauciores intendunt. In eiusmodi igitur casibus, periculi meminisse oportet, quod propriè circumstat, idque in tempore prædicere. Quòd si restituere cogaris, speresque te id assequuturum, neque ossa nimium inter se cesserint, neque musculi contracti sint (consueuerunt enim ad suum initium recurrere) hæc quoque per vectem impellendo, extendendoque, in suam sedem reponito.*

Constat, quibus ossa hæc nudantur, nõ tam ossium, quàm musculorum, neruorum, arteriarũ, ac venarum magnitudine periclitari: ad hæc, quoniam propiora sunt neruorum musculorumque initiis. diximus autẽ in opere de musculis, vbi ossa inter se cesserint, eos facilè in se ipsos contrahi, B id quod sæpiùs adduximus. Cetera, si animum adiungas, in aperto sunt.

48 *Vbi restituantur, ‖ veratrum molle potui dandum est eodem die, si eodem die restituuntur, alioquin ne tentare quidem oportet: vlcus verò curandum est, non aliter, quàm caluariæ ossa, vbi comminuuntur. nihil frigidum imponendum, à cibo penitus abstinendum.*

A.lib.4.f.5.t.2. c.2. fol. 483.c

Incertum est, quid sibi velit /molle/. patet autem, vel qualitatem potionis, vel modum, significare: nemo autem de modo exiguo, molle, propriè dictum existimaret: nec qua ratione Hippocrates præparari ipsum velit, facilè intelligitur. Nos sanè radiculam ex oxymelle interdum dedimus, in quam veratri radicum surculi duntaxat per totum diem ac noctem fuissent infixi. Huiusmodi autem purgatio per veratrum leuior est. Ipsa autem res cõprehendi sanè non potest, quum nõ adiecerit, quo pacto dari debeat: scimus enim & veteres medicos, & iuniores, & qui inter hos sunt, sumendi veratri varias rationes prodidisse.

49 *Si homo naturaliter amara bile redundat, sustineri debet potione aquæ, cui oxyglycis odorati paulum aspersum fuerit: sed, si amara bile non redundet, contentus sit aquæ potu. Si quidem continenti febre laboret, non minus quatuordecim diebus hoc victu vtatur: sin febre vacet, septem.* C

Contrariam huic scripturam habet Artemidorus, qui Capito cognominatus est, volens, vbi amara bilis non superet, dandum oxyglyces: vbi superet, aquam. Scripsit autem hoc modo: Si ho- » mo naturaliter amara bile non redundet, sustineri debet potione aquæ, cui oxyglycis odorati pau- » lum aspersum fuerit: sed, si amara bile redundet, contentus sit aquæ potu. Quidam alii cũ Arte- » midoro scripturam hanc superiori præpositam habent: quanquam in libro de ratione victus in ‖ morbis acutis Artemidorus ipse eum locum, vbi Hippocrates agit de potione aquæ ita scribit: Alioquin, nec sitim tollit, sed amara efficitur: biliosis enim naturaliter bilem facit, & præcordijs aliena est: infestissima verò est, potissimumque bilem facit, & vires conuellit, cum inani corpore assumitur. Qui locus, quùm à quibusdam ita scribatur /bilem enim naturaliter facit, & præcordijs aliena est/ Artemidorus ipse priori scripturę potiùs subscripsit, in qua adijcitur /biliosis/, atque ita legit /biliosis enim naturaliter bilem facit/ volens aquam non simpliciter cuilibet, sed biliosis dũtaxat, bilem facere. Quo pacto igitur nunc dat aquam bibere, quibus amara bilis abundat, nisi fortè si existimat amara bile redundantes, quos Hippocrates vocat πικροχόλους, alios esse, atque biliosos: sed nemo est, qui nesciat illos vocari πικροχόλους, in quibus amara bilis redundat: namque altera bilis, quæ nigra conspicitur, acida est: quæ verò pallida, & flaua, amara. Patet autẽ ob vitia, quibus languens detinetur, vinum remoueri: si quis autẽ amara bile naturaliter redundet, quum ab aquæ potione plurimùm lædatur, quemadmodum dictũ est in opere de ratione victus in morbis acutis, huic tantùm permittit dari paululum omnino oxyglycis, quam mixturam nominant etiam ἀπόμελι. Eligit autem id, quod dulce est, ne tentet partes neruosas: nam, quod magis acidum est, magis nocet, ac præsertim, vbi ex melle constat & aceto, non ex fauis, vt suprà indicauimus: quo modo in Hellade quidem, atque Eli potissimum componitur. Nos in aliis regionibus ex fauis conficimus, acetum melli adiicientes, post hæc incoquentes, donec eorũ qualitates in vnitatem coierint, atque aceti vis frangatur.

Sect.3.t.40.7². 131.a

D

50 *Deinde paulatim pro ratione ad quemlibet victum reuertatur. Quibus [illegible] ossa non fuerint, eadem purgatio conuenit: eodem modo vulnus nutriendum, & eadem abstinentia. [illegible], extendi non debet, sed contrahi potiùs, vt spacium in vlcere laxius sit. [illegible] quemadmodum suprà dictum est. Cauere autem hæc oportet, præsertim, si [illegible], &*

pericula multa circunſtant: atque vbi oſſa non reponantur, medicus videtur arte deſtitui: vbi reponantur, homo ad interitum magis præcipitatur, quàm liberetur. E

Anteà quoque diximus quamlibet victus rationem, quæ exquiſitæ contraria eſt, ab Hippocrate φαύλην nuncupari.

51 *Vbi oſſa genu vel toto loco mota ſunt, vel paulum exceſſerunt, caſus multo mitior eſt, quàm vbi ea, quæ in cubito ſunt, vel toto loco mouentur, vel paulum excedunt.*

Quùm oſſa toto loco mouentur ὀλισθήματα dicit, quùm paulum excidunt διακινήματα. mitiorem verò caſum εὐηθέστερον appellauit, iuxta propriam ſignificationẽ verbi εὐήθης, quo ſignificatur bonos habens mores. nam, ſi ſtolidus græcè vocatur εὐήθης, ſimiliter dicitur, atq; γλυκεῖα & καλλεία. γλυκεῖαν quidẽ vocant ſuem, vbi diis immolatur, vt blandè rem appellent: καλλεῖαν verò ſimiam: nam ab hoc quoque vocabulo cauent, quod teſtatur Callimachus quùm ait, A vocabulo feræ per horam caueto. F

52 *Nam pro magnitudine tenuior eſt articulus femoris, quàm humeri.*

Commiſſura genu duobus oſſibus continetur inter ſe commiſſis, femoris ſcilicet, ac tibię. ſed, ſicut in cæteris commiſſuris neceſſe eſt quoddam cauum eſſe, in quod ſe inſerat caput oſſis, quod recipitur, atque ipſum caput rotundum eſſe, vt promptè faciléque in cauum conijciatur: ita etiã in commiſſura genu, extremum quidem femur inſinuatur, tibiæ verò caput recipit. nam, quùm hæc femori ſubiecta ſit, duo eius tubercula, duobus cauis admittit reſpõdentibus, quæ media aptè diſtinguuntur cartilagine quadam neruoſa. Meritò igitur Hippocrates ex oſſibus, quæ inter ſe committuntur, articulum vocat, non id, quod proximum proceſſum accipit, ſed, quod in cauo recipitur. nunc autem inquit /tenuior eſt articulus femoris, quàm humeri/, quoniam, vbi articulus hic, id eſt imum femoris caput, cum tibia committitur, tenuior eſt, hoc eſt, minùs tumet: non tamen ſimpliciter eſt minor humero, quà cum cubito coniungitur, ſed ſi pro portione æſtimetur. nam, ſi imum femoris caput magnitudini femoris reſpõderet, longè maius eſſet: ſed res aliter habet, multò enim maius eſt femoris os, quàm humeri: imum verò femur paulò maius eſt, quàm imus humerus. G

53 *Atque hic vnus iuſtam naturam habet, eam que rotundam.*

Femoris articulus, qui in genu eſt ſolus, inquit, iuſtam naturam habet. Conſtat autem (vt ſępe numerò indicauimus) iuſtum ab ipſo intelligi, quod æquale eſt. Si ſcrutemur itaque diligenter, qua ratione dicat hunc vnum naturam ęqualem habere, inueniemus nullas in eo partes excedere, quùm omnes inter ſe ſimiles ſint, quum'que vnam tantùm commiſſuram habeãt. Igitur, quia femur ea parte in duos rotundos proceſſus finitur æqualis magnitudinis ac figuræ, qui in duos tibiæ ſinus æquales conijciuntur: & quia vtrunque extremum, femoris ſcilicet ac tibiæ, ſitum eſt è regione totius oſſis: ea de cauſa iure quis dicet articulum hunc iuſtam naturam habere. ſuperius enim femoris caput, quod cum coxa committitur, neque è regione femoris eſt, ſiquidem videtur in interiorem partem proiectum: neque magnitudini eius reſpondet, cùm multo plenius ſit femur, quàm humerus, ac nihilo minus ſummum caput humeri longè minus ſit, quàm femoris: at neque ipſum humeri caput è regione humeri ſitum eſt. Quòd ſi cæteras ſpectes cõmiſſuras, nullam inuenies habere omnem æqualitatem, quam in genu propoſuimus. Ac, non longè abieris, extrema tibia, quæ furæ iuncta, cum talo committitur, neque appendices, neque ſinus habet oſſibus reſpondentes: neceſſe enim fuit, ſi ita ſe habere debuit, queadmodum tibia longè craſſior eſt, quàm ſura, ſic eius appendicem & ab interiori parte commiſſuræ, qua caua eſt, & ab exteriori, qua gibba, maiorem eſſe. ſed res aliter habet. quin & ipſe talus non ſimplicem figurã repręſentat, quà committitur, ſed variam, partas'que habet plurimum inter ſe differentes. Inuenies autem ab his non abhorrere commiſſurã cubiti, & radij cum manu. Quòd ſi omnia perſequi velim, cogar longiùs labi, & multò magis, ſi cęterorum articulorum omnium naturam exponam, vt maxillæ vertebrarum, & oſſis quod latum appellatur. ſatiùs igitur duxi rem ſummatim, breui'que ſermone complectens ad alia tranſire. is ſermo ſic habet. De natura omnium oſſium ſcriptus eſt à nobis liber vnus, vbi vniuſcuiuſque magnitudinem, figuram, commiſſuram'que explicauimus: quem, ſi quis præ manibus habeat, inueniet verè hoc loco propoſitum eſſe, inter cõmiſſuras omnes, ſolam, quæ in genu eſt, ad vnguem iuſtam eſſe. H

54 *Humeri autem articulus magnus eſt, & plures receſſus habet.*

Quùm propoſitum ipſi fuerit genu & cubiti commiſſuram inter ſe conferre: quum'que oſtẽderit caſus genu mitiores eſſe, quàm cubiti: hanc rem conficere volens, dixit/nam pro magnitudine

A gnitudine tenuior est articulus femoris, quàm humeri/, & insuper adiecit /atq; hic iustam naturam habet/. Quod abundè fuisset, si genu cum cubiti commissura duntaxat comparasset: sed quoniam orationi adijcit /vnus/, quùm inquit /atq; hic vnus iustam naturam habet/, cogitur articulorum omnium naturam referre: quam nullus simplicem habet, sed tum figuræ ac magnitudinis inæqualis, tum partium dissimilium. Nunc igitur, quùm ad cubiti commissuram veniat, ostendat q; partes eius dissimiles esse & inæquales, nos quoque verba eius sequuti, quæ proponuntur, singula explicabimus. Magnum ergo esse inquit humeri caput in cubiti commissura, id'que non immeritò: latescit enim hac parte, plura q; habet capita inæqualia, quæ κονδύλης græcè dicunt. at nullum eorum cauo recipitur, quemadmodum euenit in genu, nisi gibbum quoddam, quod inter ea medium est, & trochleæ imaginem repræsentat: quùm ex magnis tuberculis humeri, quod interius est, cum nullo osse coniungatur: quod ab exteriori parte est, committatur cum radio, in summum eius sinum coniectum. Hactenus humerum videmus excipi cubito ac radio. sed alio rursus modo humerus cubiti processus excipit, cùm ab vtraque parte quantum satis est, sinuetur, minus quidem à priori, magis à posteriori, quùm & cubiti processus, quos à rostri similitudine græci, & fœminino genere κορώνας, & neutro κόρωνα vocant, non sint æquè ma-
B gni, qui'que à posteriori parte est, maior sit. Quocirca cubiti commissura varia & inæqualis est, ac dissimilium partium: atque ob hanc causam rectè ait Hippocrates iustum esse articulum in genu, in cubito non item. Sed cur dixit /& plures recessus habet/? an eo quia voluit cubitum cum genu conferre? sunt enim in genu duo recessus tibiæ duntaxat, sicut et duo femoris tubercula: sed in cubiti commissura vnus est magnus cubiti recessus, qui duobus processibus terminatur, vno quidem breuiori à priori parte, à posteriori altero magis oblongo. ipse autem humerus duobus recessibus excauatur quasi foueis quibusdam, in quos cõijci diximus cubiti processus: exculptus item est alio recessu, qui medius trochleam repræsentat.

55 *Ad hæc ossium cruris longitudo similis est, sed quod ab exteriori parte est paululum excedit, id q; non est animaduersione dignum, nihil q; magni momenti prohibet: ab hoc oritur exterior chorda, quæ iuxta poplitem sita est.*

Paulo maius esse ait exterius os, quod περόνην id est suram dicunt: quod & in superioribus iam posuit, cùm simplicis fracturæ cruris curationem tradidit. nos autem, quod eo loco diximus, nunc etiam repetimus, ima parte suram tibia longiorem esse, à genu autem magis dicẽdum est ti-
C biam esse longiorem. non enim coniungitur femur cum sura, verum (vt paulò antè diximus) caput suræ, quod ab exteriori parte est in cauo tibiæ, ab eadem parte recipitur. Sed qua de causa dixerit à sura nihil, quod magni momenti sit, prohiberi, manifestum est ijs, qui librum de vsu partium legerint: vbi ostendimus in omnium articulorum fabricatione duplex fuisse cõsilium, nempè, vt permittat membrum sine impedimento suos vsus præstare, prohibeat q; (quod Hippocrates dixit κώλυμα) ne suo loco ossa moueantur. vt permittat quidem membrum suos vsus præstare, efficiunt & caua in summo existẽtia, & ligamenta laxa: stabilem commissuram reddunt caua admodum sinuata, altiores q; oras habentia, tum firmioris naturæ ligamenta breuiora q;, ad hæc robustæ chordæ valentes q; cingentes commissuram à parte exteriori. Sura igitur ad firmitatem commissuræ genu nihil confert, nisi paululum quid: id quod expressit his verbis /ab hoc oritur chorda, quæ iuxta poplitem sita est/. Ad eius autem exquisitam cognitionem non debes expectare, dum corpus incidatur, cùm in omnibus gracilibus euidenter quoq; se ostendat ante corporis sectionem. At quamobrem chordas, id est, extremos musculos, cùm in neruos degenerant, τένοντας vocet, sæpenumerò declarauimus. Chorda hæc ab exteriori parte poplitis sita, ab eadem commissuram quoque adstringendo ad huius partis firmitatem conducit, prohibet'que, ne fe-
D mur in eam prorumpat.

56 *Sed brachij ossa inæqualia sunt, quod q; breuius est, multo plenius est: quod tenuius, plurimum vltra articulum fertur, atque excedit.*

Inæqualia dixit brachij ossa, non quod cũ crure hæc conferat, quasi crus inæqualia ossa non habeat, quippe quùm in eo posuerit longius esse, quod ab exteriori parte situm est: sed, quod exterius os tibiam excedat, minimum tamen, cubitus verò plurimum. nam, si diligenter summa pars cruris inspiciatur, sura videtur paulo minor quàm tibia, eadem q; in imo crure apertè longior conspicitur. Ergo, quia sura in summa parte paulo minor est, præ vt in ima excedit, cubitus autem tota sua eminentia radium excedit, idcirco dixit vltra articulum ferri, articulum nominans vel commissuram vniuersam, vel extremum humeri, quod cauo cubiti C literam referenti inseritur.

57 *Neruis item illigatur, qua parte ossa inter se coniunguntur.*

Ligamenta nunc neruos appellat, vbiq; autem eos ita vocat: lata verò ligamenta, & quasi mẽbranas circa commissuram, nominari neruos patebit ex ijs, quæ proximè subijcit: sed et absq; illis

euidentissimum

euidentiſſimum eſt, nullum ex ijs, qui propriè nerui nominantur, ad os pertinere: hoc ſiquidem E
proprium eſt ligamentorum, ac propterea chordarum, quùm hæ naturam habeant mixtam ex neruis ac ligamentis. Hęc autem omnia abſolutè tradita ſunt à nobis in libro de motu muſculorum. Sed nunc ad id veniendum eſt, quod in propoſitis verbis exequitur. Illigatur (inquit) id cubiti, quod excedit, id eſt, eminentia cubiti, ligamentis commiſſuram comprehendentibus, qua parte oſſa inter ſe iunguntur, cubitus ſcilicet & radius. quod idcirco protulit, quia vltra hunc locum, totum id, quod in poſteriorem proiectum eſt, carnis eſt expers, neque ligamentis commiſſuræ aliquo modo comprehenditur: ipſi enim innectitur lateſcens chorda muſculi illius, qui cubiti commiſſuram extendit.

58 *Pluribus autem neruis ad humerum alligatur id os, quod tenuius eſt, quàm quod craſſius. Natura igitur horum articulorum, atque oſſium talis eſt.*

Ex his verbis colligi diximus totius commiſſuræ ligamenta νεῦρα, id eſt neruos, ab Hippocrate nominari, quæ quidem ab imo humero orta, ſummo cubito ac radio ea parte innectuntur. euenit enim in omni commiſſura, vt lata ligamenta, quæ ipſam comprehendunt, ita communia ſint oſſium, quæ inter ſe committuntur, vt craſſæ membranæ videantur. hæc autem capiti radij F
etiam iunguntur, ſed magna ex parte cubito. atq; ea de cauſa dixit / pluribus autem neruis ad humerum alligatur id os, quod tenue eſt, quàm quod craſſius / hoc eſt cubitus, quàm radius: ſiquidem ambo ad humerum alligantur per ligamenta innexa, quæ nunc retuli νεῦρα, id eſt neruos, ab Hippocrate appellari, ſed pluribus alligatur cubitus.

59 *Ob cuius naturæ modum oſſa, quæ in genu articulo ſunt, ſæpius excidunt, & facilius reconduntur.*

Oſſium enim, quibus vtraq; commiſſura continetur, ſtructura arctior eſt in cubito, laxior in genu. Huc accedit, quòd multi proceſſus multiq; ſinus inter ſe commiſſi, vndequaque cubiti commiſſuram adſtringunt: at in genu femoris tubercula in exiguos ac reſupinatos tibiæ ſinus conijciuntur. Iure igitur articulus hic magis prolabitur, & celerrimè reuertitur.

60 *Inflammatio verò non magna ſupernaſcitur, neque articuli vinculum.*

Oritur inflammatio vi, qua oſſa expelluntur, quaq; in ſuam ſedem collocantur. Sed in genu, quùm vtrunq; facilè & ſine magna vi incidat, inflammatio non oritur: quæ quùm abſit, articuli G
vinculum non ſequitur. ſub quo cùm neq; facilè extendatur, neq; facilè curuetur, ęgrè poſt curationem mouetur. Fit autem huiuſmodi vinculum ea de cauſa, quia articulus inflectitur ob neruos ac ligamenta, quibus continetur, quę ſub immodica inflammatione extenduntur. Quocirca articulus ob quaſdam inflammationis reliquias ita ægrè mobilis redditur, vt alligatus eſſe videatur. Nam, quùm chordę ac ligamenta, quæ ipſum illigant, comprehenduntque, & extendi & in omnibus promptè ſequi muſculos articulum mouentes non poſſint, ſed propter duritiem in cõtrariam partem attrahant, affectus vinculo ſimilis proficiſcitur. Verùm in cubiti commiſſura, quùm tenues extremitates proceſſuum cubiti interdum confringantur, & vbi excidunt, & vbi conduntur: quum q; multorũ cõcurſus ſit, vinculum articuli grauius oritur, & curatu difficilius.

61 *Plerunque autem in interiorem partem mouetur, interdum in exteriorem, non nunquam in poplitem: quæ mutationes vniuerſæ difficiles non ſunt. Sed ſi in exteriorem vel interiorem partem erumpat, ſuper ſedile aliquod humile collocare hominem oportet, crure ſublimiori quidem, ſed non multo.*

Qua parte articulus magis adſtringitur, ea minus elabitur. perfectè igitur à priori parte adſtrin H
gitur, qua patella eſt, quam non nulli medici, cùm toti genu oppoſita ſit, ἐπιγουνατίδα grecè meritò appellant. hanc ab exteriori parte continet lata quædam chorda, cuius initium eſt à ligamentis, quæ à priori parte femoris ſunt. ea verò per totam patellam fertur, ac tibiæ capiti innectitur. Priorem igitur partem commiſſuræ genu, & patella, & chorda, quæ (vt dictum eſt) ad tibiæ caput pertinet, optimè tuentur: ſed poſteriorem exquiſitè rotundam adſtringit caput eius muſculi, quo curuatur crus. eſt quidem hic muſculus exiguus, atque ob eam cauſam ipſa commiſſura abſconditus latet eos, qui corpora incidunt. maximè autem craſſum caput habet, quod validiſſimis ligamentis annumeratur. Superſunt duæ partes in commiſſura genu, exterior & interior, quæ nulla tali re ſepiuntur, quali prior & poſterior: atque idcirco femur in eas prolabitur: magis autem in interiorem, vt quæ minus ſepta ſit.

62 *Ferè ſatis eſt modicè extendere, crus ſcilicet ab inferiori parte, femur à contraria.*

Quùm extendendi apertè mentionem feciſſet, de reponendo nihil meminit, vt de re que plana ſit, quòd optimè nouerimus perpetuum eſſe in articulis omnibus reponendis ad contrariam

partem

A partem eius, in quam venit, prolapsum articulum repellere. At, vbi reponimus, si quædam eminentia ossis non longa extat, os quod reponendum est, dirigere conuenit. quod etiam docet non secus, ac fecerit in cubiti commissura. Nihil autem de genu articulo meminit, quum in poplitem prolabitur, quoniam eádem ratione conditur, atq; vbi in exteriorem vel interiorem partem mouetur. membro enim in diuersa diducto, articulus, qui excidit, in priorem partem adurgendus est.

63 *Molestiora sunt, quæ in cubiti, quàm, quæ in genu articulo incidũt, & maiori negocio restituuntur, id que ob inflammationem, & ob naturam ipsam, nisi protinus restituantur. Excidunt quidem hæc minus quam illa: sed ægrius in suum locum collocantur diriguntur q; , magis q; inflammatione prehenduntur, & callo circundantur: hæc item se re paulùlum excedũt: id q; modò ad pectus, modò in exteriorem partem: articulus autem non toto loco mouetur, sed aliquid ex cubiti processu, quà excedit, in humeri cauo manet. Hæc igitur, vbi in hanc vel illam partem prociderint, facilè reuertuntur. Satis autem est è regione humeri recta extendere, sic, vt vnus brachium à prima palmæ parte extendat: alter prehendat hominem sub ala: alius item vna manu ad os, quod extat, admota, prominentiori eius palmæ parte ipsum propellat, altera verò prope articulum data cogat in contrariam partem. Atque hæc quidem luxata non ægrè in suam sedem reponuntur, si priusquam inflammatio superueniat, recondantur. Plerunq; igitur in exteriorem B partem veniunt, veniunt & in interiorem: figura autem ipsa exprimuntur, sæpius que hæc licet absq; valida intentione restituere. Necesse est, vbi in interiorem partem erumpant, articulum ad naturalem sedem repellere: brachium verò magis in pronum habitum conuersum circunducere. Cubitus ergo plerunq; in has partes excidit, sed, si humeri articulus in hanc vel illam partem moueatur vltra cubiti processum, qui in cauo eius recipitur, quod rarò accidit: sed, si accidat, ad hæc luxata non amplius accommodatur directa extendendi ratio, namq; vbi sic extendimus, id cubiti, quod excedit, prohibet, quo minus sequi humerus possit. Quæ igitur sic luxantur, eo modo extendenda sunt, qui antè traditus est ad extendendum humerum fractum, quum alligandus est: ab ala enim conuenit sursum versus extendere, à cubito deorsum cogere. Humerus enim hac ratione diductus è regione sui recessus collocabitur, sic, vt non hæreat: hoc, vbi accidet, facilè restituemus prominentioribus palmarum partibus partim id humeri, quod extat, impulsum reponentes: partim id cubiti, quod iuxta humeri articulum est, à contraria parte coactum in suam sedem collocantes, eodem modo in vtroq; casu: hæc autem intentio ad huiusmodi luxata iustissima est: restitui etiam possent, si recta intentio adhiberetur, minus tamen, quàm si hoc modo intendantur. At humero vt in priorem partem erumpat rarò admodum accidit. Sed, quid subita vis non expellit? multa enim suo loco excidunt, licet magnum sit, quo prohibentur. In hoc autem casu grande est, quod super os crassius excedit, plurimum q; nerui tenduntur: quid ipsum tamen excidit: cuius rei id signum est, quod neq; minimum quid curuare cubitum possunt, quod etiam articulum con C tingẽti patet. Nisi ergo subito reponatur, graues vehementes q; inflammationes cum febre oriuntur: sed, si statim occurratur, non magno negocio conditur. Expedit autem linteum durum, implicitum, non magnum, qua parte cubitus curuatur, transuersum iniycere, tum repentè cubitum flectere, & quantum maximè potest, manum ad humeri caput porrigere: hæc enim reponendi ratio, iis, quæ sic luxata sunt, abundè est.*

A Linteum conuolutum in flexuram cubiti coniectum.
B Cubitus repente conflexus.

D

Potest item directus intendendi modus ad hanc reponendi rationem aptari. Debet autem, qui restituit, prominẽtioribus palmarum partibus id humeri, quod, quà cubitus curuatur, præter naturam extat, retro cogere: alter ab interori parte cubiti eminentiam adurgere, sic, vt ad cubitum ipsum è regione spectet. Valet autem ad huiusmodi luxata ille extẽdendi modus, quẽ supra narrauimus pertinere ad extendendum humeri ossa comminuta, quum vincienda sunt. Intẽtione adhibita prominentiores palmarum partes admouendæ sunt, quemadmodum in prioribus demonstrauimus. Verùm, vbi humerus in posteriorem partem erumpat (id quod rarò accidit) maximè omnium dolorem mouet, & febrem, ea que sub pura bile continuatur, mortifera est, & paucis diebus hominem præcipitat: homo autem extendere brachium nequit. Quod si à principio protinus adhibearis, coge cubitum extendi, ac per se restituetur: si iam febris anteuerterit, non amplius reponendus est, adhibita enim vi dolor hominem interimeret. Atque (vt vno verbo dicam) nullum articulum, dum febris est, compellere in suam sedem conuenit, sed minime omnium cubitum. Obnoxia item est cubiti iunctura aliis grauibus noxis: hoc enim os crassius est, quum q; ab altero diducitur, ea neq; curuari, neque extẽdi similiter potest: id patebit, si quis priorem iuncturæ partem tangat, quà diuiditur vena, quæ à superiori parte lacerti procedit: quæ

res vbi

res vbi accidit, non facilè restituitur. Neque enim alia ossa, quæ bina inter se iunguntur, vbi dehiscunt, facilè in pristinum locum reuertuntur: sed necesse est ossibus sic diductis partem reddi tumidam: rationem verò, qua deligare cõuenit, posuimus, vbi vinculum eius commissuræ, quæ ad talos est, ostendimus. Est etiam, quum perrumpitur interdum os cubiti, quod humero subiectum est: interdum eius cartilago, à qua nascitur chorda, quæ sita est in humeri parte posteriori. id, quùm accidit, febrem concitat, & malis vitijs annumeratur: articulus tamen suo loco remanet, basis enim eius tota hac parte excedit. At, quùm ea pars comminuitur, quæ subiecta est humeri capiti, articulus huc atque illuc mouetur, si transuersa penitus frãgitur. Sed (vt summatim rem exponam) leuiora vitia sunt, sub quibus os frangitur, quàm sub quibus hoc inuiolato venæ ac nerui grandiores ibi conteruntur: hæc enim hominem magis ad interitum præcipitãt, quàm illa, si continua febris accedat: sed huiusmodi fractura rarò accidit. Est etiam interdum, quùm imum humeri caput frangitur, quà prominet: id autem multo grauius videtur vitijs, quæ cubito incidunt, sed aliquanto leuius est. Qua ergo via restitui potissimum, curari q; luxata singula debeant, diximus: atq; id etiam, articulum protinus reponendum esse, quòd nerui celerrime inflammatione prehendantur: nam si, vbi excidant, statim recondantur, nerui tamen contrahi solent, & aliquandiu consuetam porrectionem contractionem q; non præstare. Curare autem hæc omnia similiter conuenit, & quæ comminuuntur, & quæ dehiscunt, & quæ procidunt: omnia enim pluribus fascijs pannis que & cerato nutrienda sunt, non secus ac cætera, quæ franguntur. Figuranda autem est in his omnibus cubiti commissura, sicut quando humerus & cubitus fractus deligabatur: huiusmodi enim habitus maximè communis est omnium, quæ excidunt, dehiscunt, aut franguntur: maximè item communis mutationis, quæ postea sequitur, siue curuari illa, siue extendi debeat, ab eo enim habitu mota, æquè & curuari & extendi potest. Præterea membrum ita figuratum citra molestiam ægrotantis continetur atq; suspenditur. Ad hæc, si extento brachio callus obduceretur, contineret q;, satius esset nullo modo increuisse, multum enim esset impedimento, & parum proficeret: expeditius autem esset callo curuatum brachium firmari: multo autem melius est callum circundari, brachio medio inter hos habitu collocato. Hactenus de figurando. Deligare autem conuenit fasciæ capite super vitiatam partem iniecto, seu fracta sit, seu prolapsa, seu diducta: ea q; primos circuitus dare, ac maximè adstringere, sed hinc atq; hinc leuius: vinculo que & humerum & brachium comprehendi, & vtrunque magis, quàm plerique soleant, vt à vitiata sede tumor quàm longissimè ad partes, quæ hinc sunt atq; hinc, depellatur. Injciatur aũt vinculũ eminẽtiæ cubiti, si ea parte vitium sit, ne tumor ibi excitetur. Cauendũ insuper est, quantũ potest, ne in vinciẽdo plurimum vinculum colligatur, quà cubitus flectitur: adstringenda verò est quàm maximè pars vitiata: reliqua eadẽ sequantur, quod ad vinculũ spectat, arctius ac laxius: atq; eodem tẽpore singula, quo superius scripsimus in curatione fracturæ: tum tertio quoque die fasciæ soluantur, ac rursus alligentur, sentiantur que tertio die laxæ, sicut in fracturis. Ferulæ quoque debito tempore circundẽtur, nihil enim alienæ sunt, tam si fractura sit, quàm si non sit, nisi homo febricitet: laxissimæ autem imponantur, ac tum ad humerum, tum ad brachium dentur, neque crassæ sint: adhiberi item debent inæquales inter se sic, vt vna alteram excedat, quantum conferre ad flexum conijciemus. Quin & panni superinijciendi sunt eadem ratione, qua ferulas diximus, sed quà vitium est, paulo pleniores. Temporis verò contecturam facere oportet & ex inflammatione, & ex ijs, quæ supra scripsimus.

Galeni

GALENI IN HIPPOCRATEM DE ARTICVLIS COMMENTARIORVM LIBRI QVATVOR

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI

Vt in libro de Fracturis multa dicta ſunt, quæ ad Luxationes attinent, ita hoc quoque de Articulis multa de Fracturis tractantur. In cuius prima parte de Humeri articulo reſtituendo, de Summo humero, ac de Iugulo, pertractat.

Librum hunc illi proximè ſubiectum eſſe, qui de fracturis eſt, in com-
mentarijs in eum iam diximus, quod nunc paucis etiam dicemus.
Eam rem ante omnia planè demonſtrat principium vtriuſque libri.
in illo enim ita orditur: Medicum oportet, quę ſuo loco mota ſunt &
C fracta, recto admodum habitu intendere. vbi apertè de fractis ac lu-
xatis tractaturum ſe indicat. Sed in hoc rurſus, ab initio protinus /δὲ/
coniunctionem, quam /autem/ vertimus, adiungit: quæ ibi adijci ſo-
let, vbi aliquid agitur, cuius antè mentio facta fuerit, nunquam tamen
in principio ſermonis adſcribitur: quanquam non nulli ad id ſapien-
tiæ deuenerunt, vt Xenophõtis librum, qui œconomicus dicitur, ad-
ducant, inde putantes fidem facere, veteres ſolitos eſſe /δὲ/ coniunctionem in principio ſermo-
nis vſurpare: ac proptereà Xenophontis libri tale eſſe initium aſſerunt, ἤκουσα δέ ποτε αὐτοῦ, καὶ
περὶ οἰκονομίας τοιάδε μοι διαλεγομένου. non intelligentes eum librum poſtremum eſſe inter eos,
quos de Socratis dictis ac factis memorabilibus ſcripſit. Ad hæc ipſa rerum doctrina teſtatur li-
brum hunc ei, qui de fracturis eſt, proximè ſubijci. ibi enim pollicitus de fractis luxatis que tra-
ctare, quęcunque ibi explicanda reliquit, hic exequitur, ſic, vt nihil in opere deſideretur: atque ea
de cauſa dixi Hippocratem iuxta quorundam ſententiã vniuerſum hoc opus in duos libros non
ſecaſſe, ſed vno colligaſſe, eum que inſcripſiſſe de officina medici, qui prę magnitudine poſtea ab
altero diſtinctus fuit in duos. Nullum autem fracturę aut luxati genus fuiſſe ab Hippocrate pręter-
D termiſſum, exceptis, quæ ad caput pertinent, cùm alio libro ab ipſo tradantur, euidẽtiſſimum eſt,
ſi in memoriam reuocentur, & quæ in libro de fracturis prodidit, & quæ in hoc ipſo oſtenſurus
eſt. In libro itaq; de fracturis ſcripſit de brachio, cubito, crure, ac femore comminuto: tum de ijs,
quæ pedi incidunt & manui: poſtea de illis fracturis, quibus vlcus accedit, & oſſa nudantur: po-
ſtremò de omnibus vitijs genu & cubiti. Reſtabant adhuc ex luxatis humeri caput, quod cum la-
to ſcapularum oſſe committitur: & femoris caput, quod coxa recipitur, maxilla, & ſpina: ex fra-
ctis, coſtæ, maxilla, naſus, auriculæ, quæ in hoc libro perſequitur. Sed & de oſſibus, quæ dehiſcũt,
ac de ijs, quæ circa articulos conteruntur, in vtroque libro tractat: & ſi quid in eo, qui de fractu-
ris eſt præterijt, in hoc adiecit, ita, vt nullum ſuperſit genus fracti, prolapſi, aut diducti oſſis. Scri-
pſit etiam de muſculis, venis, ac neruis colliſis, & de alijs, quæ (vt retuli) ſatis teſtantur hunc li-
brum illi, qui de fracturis eſt, ſubijciendum eſſe. Huc accedit, quod in hoc ipſo exponit vniuer-
ſam ſtructuram machinamenti illius, quod in eo voluit paratum haberi medicis, qui in magna ci
uitate medicinam faciunt: ſimul q; in memoriam reducit, illius ſe antè mentionem feciſſe. Id ma-
chinamentum à medicis, qui poſt ipſum fuerunt, ſcamnum Hippocratis appellatur. ſed ſatis ha-
ctenus oſtẽdimus librum hunc proxime ſequi eum, qui de fracturis eſt. Ad expoſitionem igitur

eius

eius veniamus,adhuc illud præfari,quod in enodatione libri de fracturis proposuimus, nēpe ser- E
monem Hippocratis planum esse,minima q; expositione indigere apud eum,qui primis discipli
nis institutus sit,quiq; fuerit in Hippocratis sermone versatus.si quis enim ita paratus ossiū hoīs,
vel certè simię.cōmissuras inspexerit,facilius adhuc cōprehēdet,quę in hoc opere traduntur. si quis
aūt incidēdis musculis operā dederit,& prudens alioquin natura fuerit,huic(certum scio) super-
uacua videbuntur cōplura eorum,quæ in ijs cōmentarijs posuimus, qnquidem verba Hippocratis
prius tenebit,q̄ à me exponantur.sed qm̄ non his commentaria scribimus,satius arbitror & alio-
rum habita ratione, si quid vel parum videatur obscurum,id nullo modo pręterire.

1 *Articulum autem lati scapularum ossis noui vno modo excidere,nempe in alam.*

Ostensum iam est in superiori libro Hippocratem solitum esse mutuari nomen ἄρθρα (quem
articulum interpretamur) ad significandum ossium,quæ inter se committuntur,nō cauum,quo
proximi ossis caput recipitur,sed ipsum caput.nūc verò meminisse etiam oportet humeri caput,
quod grande est,inseri in extremitatem ceruicis lati scapularum ossis,quę leniter caua est: tum cō
suesse Hippocratem interdum eiusmodi res ita exprimere,vt nunc, quùm inquit /articulum au-
tem lati scapularum ossis/: interdum non ita, sed ac si diceret, Articulum, qui cum lato scapula- F
rum osse committitur: quemadmodum in libro de fracturis, vbi sæpenumero scribit /articulus,
qui ad genu/./ Vno modo/ inquit,hoc est,in vnam partem scire se hūc articulum excidere,quod
an verè sic habeat,in ijs, quæ sequuntur, considerabimus.

2 *In superiorem verò locum,aut in exteriorem,nunquam.*

Cauum id,quod (vt retuli) in extrema ceruice lati scapularū ossis situm est,in priorem partem
spectat. quare vbi humerus in superiorē partem porrigitur, illius caput eo cauo prorsus toto reci
pitur. At,quùm cōmissuræ vniuersæ sex sint partes circunstātes,superior & inferior, prior & po
sterior, exterior & interior, pars huius cōmissuræ exquisitæ superior tegitur carnosa parte illius
musculi,qui,quùm literā Δ reprę̄sentet,δελτοειδής à quibusdam noīatur: quà verò ad collū incli
nat,superiectum habet dorsum lati scapularū ossis,quà id summum cū iugulo coniungit. ab inte
riori parte obijcitur processus lati scapularum ossis, quē non nulli ab anchoræ similitudine vocāt
ἀγκυροειδῆ,alij à rostri figura κορακοειδῆ. Hic itaq; prohibet,quo minus in eam partem articulus
elabatur: in posteriorem quis nostrū poterit concipere,quùm ibi latum scapularum os sit? Restāt
quatuor loca non septa,in quę putare licet articulum erumpere, quorum oīum meminit: inferio G
ris quidē initio libri,quùm inquit /articulum aūt lati scapularum ossis noui vno modo excidere,
nempe in alam/: reliquorum verò trium nominatim, primò superioris, deinde exterioris, tertiò
prioris. Consideremus igitur,quid de duobus modis dicat,quos aggressus est proximis verbis.

3 *Non est tamen, quod contendere cupiam, excidat'ne an non, & si de eo non desit, quod dicam: sed in priorem
partem elapsum, nec vidi vnquam, nec elabi posse existimo: censent tamen quidam medici in priorem partem pluri-
mum excidere: decipiuntur autem maximè ijs,quorum caro circa articulum & humerum tabe consumpta est: siqui
dem in his humeri caput in priori parte prominens se ostendit. Ego quùm in eam partem procidisse articulum nega-
rem, propterea & à medicis, & à vulgo, male audiui: vnus enim habitus sum ignarus, cæteri que omnes periti,
vix que persuadere illis potui rem ita habere.*

Exequutus duas partes,in quas excidit,superiorem scilicet,& exteriorem,testatus q; ex vtrisq;
in neutram se vidisse articulum luxatum,quasi de vtraque pertractans adscripta nunc verba pro-
posuit. Quod aūt postea ponit,cùm inquit /& si de eo non desit, quod dicam/ apertè videtur ad
alteram propositarum partium referri: nam, si referri ad vtramque voluisset, non loquutus esset
singulari numero /de eo/. An de solo exteriori loco intelligit, siquidem verba hæc ab eo loco H
proximè subijciuntur /& si de eo non desit, quod dicam/? Potest etiam (vt non nulli accipiunt)
de vtroque loco id scripsisse, vsus antiqua loquendi figura, quasi ita scripserit /& si non desit de
ea re,quod dicam/. Aiunt non nulli dari posse, scripturam hanc corruptam esse, cùm à primo li-
brario non rectè fuerit descripta: &,quùm nemo deinde ausus fuerit ipsam corrigere, hactenus
corruptam perseuerare. Nos autem in quodam exemplo ita scriptum inuenimus /& si non
desit de ijs, quod dicam/ quùm aliquis non dubitarit aliter scribere, quàm alibi reperiretur.
sed, siue de vtroque loco, siue de altero tantùm dicat (non est, quod contendere cupiam), ope-
ręprecium nobis est vtrunq; contemplari,quod attinet ad eius verba illo duntaxat adiecto,quòd
verbo ἰσχυρείω significauit contendere cupio: id enim nihil aliud notat,quemadmodum & ver-
bum ὀψείω videre cupio: vnde Homerus deduxit vocabulum ὀψείοντες, significans cupientes
videre,quùm inquit, τῶ ῥ' οἵγ' ὀψείοντες αὐτῆς καὶ πολέμοιο. Consideremus igitur causam,quam-
obrem ait nolle se aliquid dicere,& si non desit, quod dicat, primò intelligentes, quæ'nam sint,
quæ dicere posset. Constat autem, si quid dicendum omnino sibi statuisset, ex partium natura
inueniendum fuisse. partium autem naturam demonstrauimus ad vnguem in libro de ossibus,
in eo,

A in eo, q est de musculis incidendis, & in eo, qui de rōne incidēdi corporis. natura.n. arteriarum venarū neruorū nihil ad hunc locum facit, quia casus oēs, vbi articuli excidunt, fiunt ac prohibentur & ob ossium cōmissurā, & ob musculos quibus illa comprehēditur: ad quā rem nihil conferunt, aut prohibēt venæ, nerui, & arteriæ. Ac ne longius à proposito discedamus, lati scapularū ossis articulus inter cæteros oēs facillimè prolabitur, qm̄ vnius formę est, et simplex, non duplex quemadmodū qui in genu est: neq; varius, & nullo modo simplex, quemadmodū qui in cubito: et qm̄ humeri caput grande est et sine oblonga ceruice in sinum parū desidētem conijcitur: femur verò caput paruum habet, et ceruicem oblongā, id verò cauum, quo recipitur, valdè sinuatum est, & altis labris cingitur. adde q in summo capite per validissimum ligamentū ad suum cauum, quod maximè altum est, detinetur. Iure itaq; femur rarò procidit, sæpe humerus, vt qui neq; ligamentum habeat, neq; in altiori cauo se insinuet. Necesse aūt est, cùm prolabitur, principio in eam partē moueri, in quam compellitur vi illius habitus, quo figuratur: vbi manere necessario non potest, & q suopte nutu deorsum feratur, & q interdum prohibeatur angustia loci, siue ob ossium processus, siue ob musculorum vires. Igitur lati scapularū ossis cōmissura superiectum habet à superiori parte summum lati scapularum ossis, qua cum iugulo coniungitur. & ideo, quāuis in eam aliqn̄ arti-
B culus moueať, quum ab ossibus, quę ibi sunt, non admittatur, statim pōdere inclinatum deorsum feretur: ab exteriori verò magis musculis cōtinetur, preterquam q articulus deorsum naturaliter inclinatur. Interdum tn̄ violentus habitus, qui musculos possit inter se diducere, potest in spaciū, quod inter eos est, articulum compellere, quo deinde adstrictus musculis contineatur. atq; hac de causa dixit Hippocrates nolle se contendere, excidat ne articulus humeri, an non. quatenus enim deorsum fertur, manere in priori parte nō potest: diductis aūt musculis (vt dictum est) nihil alienum videtur adstrictum ibi contineri. Hęc adducere potuit de humeri capite luxato in alium locum, q̄ in alam: sed, cùm id nunquam viderit, commētitias causas scribēdas esse minimè credidit, vbiq; magis fide dignū existimās, quod euidenter apparet, q̄ quod à ratione ducitur. Sic & quęcunq; ipse ad curationem excogitauit, priusquā nos doceat, experimēto cōprobat: non sicut nonnulli ex iunioribus medicis, q in scriptis de ratione medēdi, nobis ea imperarūt, quæ ipsi nunquā antè sunt experti. Sed & ipse Hippocrates in hoc libro, quum tractasset de ijs quę ipsi ꝑuenerāt, subdidisset q; posse experimento redargui, quę ipse excogitasset, inquit. Pulchra.n. humāni inuentamēta sunt eorū, q̄, cum experti sumus, sine effectu inuenimus, et causarū, ꝑp quas parū ꝓfecerint. Sect. 1. t. 50. 74 B

4 C *Siquis carnem detraxerit ab ea parte, quæ superiecta cōmissuræ humeri cum lato scapularum osse ad ceruicem intendit, & ab ea, qua situs est musculus, qui versus superiorem partem extendit, & à chorda iuxta alam, & à iugulo ad pectus, humeri caput, quamuis prolapsum non sit, in priori parte admodum se ostendet. Naturaliter enim humeri caput in priorem partem prominet: reliquum verò ossis humeri in exteriorem conuertitur.*

Βραχίων, quem humerum vertimus, dicitur ea totius brachij pars, quæ inter duos articulos sita est (duos aūt articulos intelligi volo, & eum, qui ad latū scapularum os, & eū, qui ad cubitum est) ἐπωμὶς verò illa, quæ superiecta cōmissuræ humeri cū lato scapularum osse ad ceruices intendit, ὦμος enim grecè noīatur ex tota cōmissura id, quod oculis subijcitur. nā quod lati scapularū ossis minimè se ostēdit, à posteriori parte situ est: ab inferiori oē id, quod apparet, quum totū brachiū sursum porrigiť. ala μασχάλη grecè nuncupatur. Prefatus igitur Hippocrates, vbi in carne, q̄ humeri cōmissuram contegit, macies summa oriť, caput humeri ita extans cōspici, vt quibusdā excidisse videať, docet vniuersam eius naturā ex arte corporis incidēdi, præcipiēs, vt si quis aperte intueri ipsam velit, ab ea parte, q̄ superiecta cōmissuræ humeri cum lato scapularum osse ad ceruicē intendit, carnē detrahat. hoc est, scalpello circūcidat, donec, quæ in cōmissura sunt, ossa nudentur: detrahat similiter ab ea chorda, quæ iuxta alā est: terni.n. hic musculi sunt, primus à lato scapularū
D osse ac iugulo oriť, quē à similitudine literę Δ vocāt δελτοειδῆ. Huius musculi, quod carnosum est, tegit vniuersam cōmissurā: chorda in lōgitudinem tendit per os humeri, cui illigať altera chorda grādioris musculi, qui à pectore incipiens cū superiori connectiť, qua sita vena est, quæ sub ala ad cubitum procedit. Meminit ēt huius ipsius, quum inquit / & à chorda iuxta alam / sed, quum ait / & ab ea qua situs est musculus, q versus superiorē partē extēdit / potuit loqui de musculo qui Δ literā repręsentat, cuius, quod carnosum est, operit vniuersam cōmissurā. potuit ēt musculū illū intelligere, qui fertur ad priorē partē humeri, & à duobus capitibus ligamēta valida hēt, quorū alterū à lati scapularū ossis ꝓcessu āchorę simi, alterū à sublimiori labro ceruicis eiusdē ossis, depēdet.

5 *Versatur humerus in cauo lati scapularum ossis à latere, vbi brachium iuxta latus extenditur: at vbi totum in priorem partem porrigitur, humeri caput è regione caui lati scapularum ossis collocatur. neq; amplius videtur in priorem partem excedere. Ergo, quod propositum est, nunquam vidi humeri caput in priorem partem promoueri: non tamen contendere velim, eo nec ne promoueatur. Quum humerus igitur in alam excidat, complures restituendi peritiam habent, quippe quum multis excidat: callere autem omnes modos, quibus medici luxatum reponant, & qua ratione ipsis vtendum sit, eruditi est. Tunc autem adhibere modum validissimum debes, cum maxima vi opus esse intelligis: validissimus autem est, qui omnium postremus adscribitur.*

Versari

Versari dixit ὁμιλεῖν, quod vocabulum græcè ferè mutuantur antiqui, non ad significandum, E colloqui, quemadmodum nunc pleriq; sed hac voce intelligunt inter se conuenire, & quasi vnà versari, quod ὁμοῦ εἰλεῖσθαι dicebant. quin & Homerus eodem modo id vsurpat in ijs, quæ scribit in clipeo appicta fuisse à vulcano, cùm inquit, ὡμίλεον δ᾽ ὥστε ζωοὶ βροτοί. Humerum itaq; à late re ait versari in cauo lati scapularũ ossis, vbi brachiũ iuxta latus extenditur, ὁμιλεῖν dicens versari, vt eo verbo significaret, simul esse, & ipsum contingere. At vbi (inquit) brachium totum in priorem partem porrigitur, humeri caput è regione sinus lati scapularum ossis collocatur, neq; cùm erectum maneat, videtur amplius in priorem partem excedere.

6 *Quibus humeri caput sæpenumero excidit, ipsi per se restituere possunt.*

In commentarijs quoque de fracturis ostendi articulos duabus de causis "frequenter vel leui occasione erumpere, aut enim ob ipsos sinus parum desidentes, atque ipsis labris resupinatos: aut ob humorem earum partium, quæ commissuram comprehendunt, ob quem laxantur, & facilè extenduntur. Adieci etiam articulos ijsdem de causis promptè restitui. quamobrem ab egrotantibus per se citra operam medici, reponuntur. A.l.4.f.5.t.1.c 1.477.g

7 *In alam enim conijcientes tubercula digitorum alterius manus, articulum ad superiorem partem adurgent: cubitum verò ad pectus adducunt.* F

Primus restituendi modus hic est, quùm seu æger ipse, seu medicus aliquis, humeri capiti digitorum tubercula subijcit, non quouis modo, sed à parte interiori, vt primò ad priorem partem caput humeri compellat, dein ad superiorem, ipsum que è regione collocet sui caui. vbi (vt arbitror) musculi, qui commissuram complectuntur, ipsi subseruient, & efficiendi locij erunt. ipse enim ait in opere de fracturis, quod & nos in libro de motu musculorum, id proprium esse atque innatum musculis, vt in se ipsos contrahantur. non enim à se ipsis, sed quiescentes atq; ociosi, ab ijs, qui in contraria parte siti sunt, tendũtur. Hic musculorum motus humeri caput in alam luxatum non patitur in eodem loco manere, sed ipsum attrahit ad latus, dum expellatur, subijciatur que ceruici lati scapularum ossis. Quocirca tria in restituendo sunt agenda, primò quidem in priorem partem impellendum est, deinde in superiorem, postremò in posteriorem: hoc siquidem necesse est quocunque modo quis reponere id tentauerit. Igitur, vbi partes, quæ commissuram comprehendunt, naturaliter madent, & laxæ sunt, humeri caput, vel leuiter intento brachio in priorem partem adducitur: at, vbi validę sint, valentius intendi debet. Quamobrem plures inuenti sunt restituendi modi, quorum omnium caput vnum est, quod ego retuli. spectat autem ad ea tria, quæ proposui agenda. inueniuntur hæc ex eo, quod maximè commune est & generale, positum quidem ab Hippocrate, demonstratum verò à nobis in libris de ratione curãdi: quod & nunc etiam docebimus, quantum poterit breuissimè, nempe ex ijs, quæ naturaliter habent, nihil esse corrigendum, siquidem ea nobis consilium est non tollere, sed tueri: quæ verò præter naturam sunt, propositũ est in naturalem statum restituere. necesse autem est id quod in antiquã sedem, vndè excessit, reuersurũ est, rursus idem iter facere, quod perinde est, ac si dicas, contrarium iter facere: nam ijs, qui Athenis Eleusinem proficiscuntur, iter contrarium non aliud appellari potest, quàm Eleusine Athenas, quanquam primum iter, quod fecerunt Athenis abeuntes, postremum est, vbi redeunt. Considerato igitur in singulis luxatis, vndè cœperit articulus expelli, quà processerit, & vbi constiterit. oportebit enim excidendi finem, principium esse reuertendi, atque inde rursus ad excidendi principiũ procedere. Ac ne longius discedamus in proposito casu, cùm humeri caput suo loco motum in priorem partem venit, ob pondus deorsum fertur, deinde in posteriorem partem ad latus vi musculorum ad se recurrentium contrahitur. cùm ergo reuerti ad suam sedem debet, inchoari à posteriori regione necesse est, tunc q; primò in priorem partem impelli, postea sursum adduci: deinde, cùm situm est è regione sui caui, duorum alterum faciendum est, vel res tota musculis committenda, vel vnà cum ipsis attrahentibus adurgendum est. at, vbi rem musculis commiseris, inferiorem locum sine fultura ne relinquito: sustineri enim hic re aliqua humerum oportet, ne, cùm musculi nõ dum sic confirmati sint, vt ipsum attrahant, deorsum feratur, priusquam ab illis in suam sedem adducatur. Ergo, cùm tria hæc itinera sint, optimum est, vnumquodque ad rectam lineam fieri, primò quidem in priorem partem, deinde in superiorem, tertiò in posteriorem. sæpe autem non sic, sed circa ceruicem lati scapularum ossis circunducentes humeri caput restituimus: cuius sanè generis est primus reponendi modus per digitos, vel ipsius hominis, vel medici. Eum modum appellat ‖ Hippocrates κατὰ περίσφαλσιν, qui citra noxam proficit in commissura humeri cum lato scapularum osse, quippe quæ nullum oblongum processum habeat, neque in capite humeri, ex toto enim rotundum est, neq; in labris illius caui, quo recipitur. Quibus itaque sæpe promouetur, necesse est commissuram esse laxam, & cauum exiguis labris contineri: atq; ea de causa ipsi per se ipsos articulum restituunt, quibus ita habet, integrę manus digitorũ tubercula in alã cõijciẽtes, sic, vt inter latus et humeri caput demittantur: G H

Infra tex. 10. 253.g.

A demittantur: in quo casu digiti vicem vectis præstant, cùm tubercula in acutum desinant ad effigiem summi cunei. hac igitur summitate facilè inter humeri caput, & latus inseruntur. quod si ibi semel admittantur, cùm facilè restitui possit ob humorem partium, quæ commissuram comprehendunt, digiti quidem ea parte protinus admissi articulum à latere in priorem partem reducunt. at cubitus, quùm ad pectus adducitur, humerum attollit: cum que digiti simul interim impellant, & circunducant iuxta inferiorem & priorem partem commissuræ, humeri caput ad sui caui oram ascendit. quòd si semel eò fuerit compulsum, leui momento in ipsum cauum reuertitur: hic autem restituendi finis fuit.

A Digiti sub alam coniecti.
B Caput ad summum humerum obiectum.
C Genua ad gibbum cubiti appulsa.

8 B *Eundem restituẽdi modum adhibere medicus poterit, si sub ala ab interiori parte articuli prolapsi digitos demittẽs, à latere ipsum reducat: suum vero caput ad renitendum obijciat, qua iugulum cum lato scapularum osse cõmittitur: genibus iuxta cubiti iuncturam ad humerũ datis ad latus repellat. Expedit autem eum, qui restituet, manu strenua esse: vel ipse manibus & capite, quod dictum est, præstet, alter cubitũ ad pectus adducat.*

C Medici in restituẽdis luxatis quædam agũt, idiotis quoq; communia, id quod nunc faciunt in proposito restituẽdi modo: quædam propriè adijciunt ijs, quæ communia sunt. commune est medicorum pariter & idiotarum per digitos impellere, & humerũ attollere: sed propriũ medicorum, caput obijcere homini, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur, & humerum adurgere genibus ad imum eius datis. Obijcitur autem caput, ne homo sequatur, quùm humerus digitorum impulsu in priorem partẽ adducitur: quæ primò fieri debent: tum tertiò genibus adurgendum, quod in eo tẽpore totius curationis, quæ per manum admouet, opportunissimè fit, quùm humeri caput à latere penitus reductũ, non protinus occurit ceruici lati scapularum ossis, tunc enim neq; oportet articulum in priorem partem adducere, sed in superiorem compellere: quod optimè contin-

A Digiti demissi sub ala ab interiori parte articuli prolapsi.
B Caput obiectum, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur.
C Alter cubitum ad pectus adducens.

D get, si quis imum humerum ad latus trudat, quatenus enim in interiorem atq; inferiorem partẽ fertur, eatenus, quod ipsi opponitur, in contrarias partes ducitur. At, vbi humeri caput in priorẽ simul & superiorem venit, facilè reconditur. Sed, si nolit medicus genibus imum humerum adurgere, imperet alteri, vt ipsum ad pectus adducat. hoc supra ostensum est fieri ab idiota, quòd sæpe articulus excidat, edocto qua ratione agendum sit: sed cui nunc primum excidit, non licet id efficere, nisi si generosus est, atque aduersis rebus non perturbatur: hic siquidem iussus à medico per se humerum excitabit.

9 *Reponitur item humeri caput, quùm brachium retrodatur ad dorsum: tum altera manu eminentia cubiti sursum compellitur, altera à posteriori parte vrgetur articulus.*

A Cubitus ad spinam dorsi reductus.
B Manus gibbum cubiti sursum retorquens.
C Manus à posteriore parte ad articulum innixa.



Hoc restituendi modo magis circun- E
ducimus, q̃ superiori, sed sub ipso etiam necesse est in tres partes articulũ agi, quæ tamen singulæ proprijs finibus non circumscribuntur: neque angulum efficit, quùm ex vna parte ad aliam transfertur, sed in orbem flectitur, perinde ac si anguli à quadrato retundantur. Quid autem accidat, quùm articulus in orbem agitur, circunducitur q́ʒ, planè intelliges ex descriptione huius figuræ.

B A

D C

Concipito caput humeri, quem articulũ lati scapularum ossis vocat, quùm primò agitur, ferri à latere ad partem prio- F
rem per lineam C D, inde sursum per lineã D B, postea in suum cauũ conijci, vbi A. ꝙ si ita feratur, non circunducitur: sed, si anguli D B quasi infringantur, non amplius per tres lineas rectas feretur, sed per vnam curuam. Sic itaqʒ circumactus humerus ad orã adducitur sui caui. ad quam vbi venit, modico impulsu in suam sedẽ reuertitur. Atqʒ hoc commune est omnium, quæ circunducendo reponuntur. id quod etiam euenit ei restituendi modo, quem nunc exprimit, siquidem brachio in posteriorem partem ducto ad spinam, quùm necessariò humerus sequatur, caput huius in priorem ac superiorem partem translatum circunducetur, primò circa inferiorem partem commissuræ, deinde circa priorem, donec ascendat ad oram sui caui: in quod, vbi coniectum fuerit, contine- G
bitur, tunc q́ʒ restituendi finis est. Quemadmodum autẽ in superiori modo restituendi, ne homo sequens in priorem partem conuerteretur, præcepit medico, vt capite obiecto summum lati scapularum ossis, qua cum iugulo committitur, retrò repelleret: ita nunc, ne in posteriorem partem conuertatur, contrarium imperat, vt scilicet manu obiecta à posteriori parte totius commissuræ, hominem in priorem repellat.

10 *Hic reponendi modus, atque is qui superius positus est, secundum naturam non sunt: circumagentes tamen in suam sedem articulum cogunt.*

Dixit non secundum naturam esse, eo quòd articulus ad rectam lineam non feratur, sed in orbem magis, vt ostensum est. qua in re periculum est, ne abscindantur processus aliqui. Propterea autem adiecit /cogunt/ vt vim eorum indicaret.

11 *Sed, qui per calcem reponere nituntur, propè secundum naturam cogunt.*

H

Qua de causa hunc reponendi modum afferat propè secundum naturam esse, apertè intelliges, quùm ipsum vniuersum cognoueris: quod fiet, vbi, quæ subijciuntur, animaduertas.

12 *Hominem oportet humi resupinare, medicum verò ab ea parte, à qua articulus eruperit humi sedere, deinde suis manibus hominis brachium affectum prehendere, ac deorsum versus extendere, & calce in alam demisso, dextro quidem in dextram, sinistro in sinistram, in contrariam partem vrgere. Necesse autem est in sinum alæ rotundum aliquid demittere, quod ibi aptetur. maximè idoneæ sunt pilæ paruæ admodum ac duræ, quæ è corio ferè suuntur: nam, nisi tale aliquid indatur, non potest calx ad humeri caput peruenire: brachio enim ab inferiori parte extento, sinuatur ala, quoniam chordæ ab vtraque parte alam constringunt inter se aduersæ. Oportet autem aliquem ab altera parte eius, qui extenditur, sedentem, continere hominem ab integri humeri cum lato scapularum osse commissura, ne corpus ducatur affecto brachio ab altera parte extento: post, loro molli abundè lato pilam in alam coniectam excipere, cuius lori vtrunque caput alter extendat, qui à capite hominis sedeat, pede que eam partem repellat, vbi iugulum cum summitate lati scapularum ossis coniungitur. Pila verò, quantum maximè potest, intus conijciatur, atque ad latus, & à capite humeri recedat.*

Si quis

A A Medicus ſuis manibus brachium affectum prehendens, ac deorſum verſus extendens.
B Eiuſdem calx in alam demiſſus, in contrariam partem vrgens.
C Aliquis ab altera parte ſedens, continens hominem ab integri humeri commiſſura cum lato ſcapularum oſſe.
D Lorum molle, quod pilam excipit in alam coniectam.
E Alter extendẽs vtrũq; lori caput, & pede repellens eam partẽ, qua iugulũ cũ sũmitate lati ſcapularũ oſſis cõmittit.

B

Si quis, quę ſic tradunt, non intelligat, hunc opus eſt nõ verbo exponere, ſed agẽdo rẽ monſtrare. atq; idcirco mihi placet, quemadmodũ ſupra retuli, librum ipſum Hippocratis ſæpius legi, verbis diligẽter conſideratis, atq; adhibito omni ſtudio, vt quod proponit, intelligatur. Equidẽ tibi, vt quæ ab Hippocrate ſcripta ſunt tenẽti, cauſam adijciã, quãobrem hunc reponẽdi modum propè ſm naturam eſſe affirmet, quos'que ſuperius poſuit, tanquam non ſecundum naturam reprehendat. Primò quidem hic reponendi modus humerũ extendit, quod neuter ex ſuperioribus præſtitit. quãobrem à quouis meritò laudetur. nos enim ad quem vſum intentio adhiberetur, extendendum q; perpetuò eſſe, antequam reſtituere aut componere tentemus, in opere quoq; de fracturis oſtendimus. Deinde, in hac curatione calce homo retrò repellitur, ne ſequatur, quùm brachium attrahitur. Hæc itaque duo agẽtes in diuerſa contendimus: loro quidem circa alam iniecto hominem in poſteriorem partem ducimus, pede in priorem repellimus. patet autem eundem eſſe, qui vtrunque efficiens in diuerſa contendit. Hæc in propoſito reponendi modo ſecundum naturam adhibentur. ſed, quùm impulſus abiit, à conuenienti modo recedit, eò q nequeat exigua pila inter latus & humeri caput penetrare, ac multò minus etiam calx. At, vbi eò nihil indatur, quomodo impel-
C lemus? vbi non impellamus, neque reponere ſecundum naturam poterimus.

13 *Eſt" et alius reponẽdi modus, quo ſuper ſummũ humerũ alterius hominẽ collocãt: Maior aũt eſſe neceſſariò is debet, ſuper quẽ collocatur: hic aũt apprehenſo brachio laborantis ſummũ humerum ſuum excitatum alæ hominis ſubijciat.*

A.l.4.F.5.t.1.c. .479.a

A Homo collocatus ſuper ſummum humerum alterius.
B Maior, ſuper quem collocatur.
C Leuis puer a poſteriori parte appenſus.

D

14

Primus reponendi modus, quẽ poſuit, per digitos fuit, ſiue ægrotantis, ſiue medici: alter per calcem: tertius eſt, quem vocãt διὰ τοῦ κατωμισμοῦ, eo q Hippocrates dixit, ὡ κατωμίζουσιν ἐς ἄνθρωπον, quùm ſignificare voluit eum modũ, quo ſuper ſummum humerum alterius hoĩem collocant. Quomodo autem hoc fiat, ipſe apertè docuit, quùm præcepit, vt qui ſuper ſummũ humerum collocaturus hominem eſſet, ſuis manibus prolapſum ipſius brachium prehẽderet, atq; ita ſummum humerum ſuum attollens, in hominis alam conijceret, vt cauum, quod in ea eſt, eiuſmodi eminentiæ locum præſtaret.

Poſtea conuertatur, quaſi ſellæ velit inſidere, eò ſpectans, vt ſummo ſuo humero æger ala ſuſpendatur: ipſe verò ſe ipſum ab eo humero magis excitet, quàm ab altero, ſuſpẽſi q; humerum ad ſuum pectus quàm celerrimè adducat. Ita verò figuratus concutiatur, quùm hominẽ ſuſpenderit, vt reliquum corpus in contrariam partem inclinetur, atq; humerus contentus. Quòd ſi homo leuis admodum fuerit, appẽdatur ei a poſteriori parte leuis aliquis puer. Hi reſtituendi modi omnes ad palæſtram ſunt aptiſſimi, quoniam luxata ibi, vt reſtituantur, nullũ aliud machinamentum deſiderant, quibus alibi vti ẽt conuenict.

Ὑποστρέψαι dixit verbum /conuertatur/ ſignificare volens, ſummum humerum, ſuper quem homo

homo collocatur, conuerti, ſicut quando ad ſedile accedimus, vt illi inſidamus. Ægrotantem ve- E
rò, quùm ab humero pendebit, conſtat à tergo eius, ſuper quem collocatur, ſuſpendendum eſſe. hac ſiquidem via in contrariam partem ducetur, atq; brachium, quod à fronte trahitur. Quòd ſi leuis fuerit, qui ſuſpenditur, appendi leuem puerum præcipit, vt grauius reddat pondus, quod tendit in partẽ contrariam. vult etiam concuti articulũ humeri ipſius ęgrotãtis ab eo, ſuper quem collocatur, vt è regione ſuę ſedis conſtituatur. ſæpius enim diximus vbi articulus ita collocetur, facilè recondi: quùm nobis etiam nihil impellẽtibus, muſculi, quod expedit, efficiant.

A Piſtillum molli faſcia inuolutum ſub alam intruſum.
B Brachium ad piſtillum porrectum ac detractum.
C Alter manibus ceruici circumiectis deorſum compellens.

15

16

Sed & qui ſuper piſtillũ cogunt, prope ſecundum naturam reſtituunt. Inuoluatur autem piſtillũ molli aliqua faſcia, minus enim elabitur: atq; inter latus & humeri caput demittatur. Quòd ſi piſtillũ breuius fuerit, homo alicubi ſedeat, ſic, ut uix inÿcere humerũ ſuper piſtillum poſſit. Ferè aũt piſtillum adhiberi lõgius conuenit, ſic, ut homo ſtãs penè ex eo pendeat. Deinceps humerus et brachiũ iuxta piſtillũ extendatur, corpus verò alter in alterã partẽ adurgeat, manibus ad collũ datis iuxta iugulũ. F

Atq; hi etiam, quatenus in diuerſa contendunt, ſm naturam reponũt: quatenus verò humeri caput (vt in ſequentibus oſtẽdit) piſtillo circunducitur, à reponendo ſm naturam abſunt. quę aũt hic ſcribit, ſingula in aperto ſunt.

Hic reponendi modus moderatè ſecundum naturam eſt: ac reſtituere articulum poteſt, ſi rectè adhibeatur.

Hunc modum ſm naturã eſſe affirmat moderatè, quod ſignificauit verbo ἐπιεικέως, quẽadmodũ et homo moderatus ἐπιεικὴς gręcè dicit. putarũt non nulli verbũ ἐπιεικῶς vſurpari ꝓ maximè, atq; idcirco (vt opinor) ĩ principio G
huius orationis remouerunt dictionẽ /propè/ ita ſcribẽtes /ſed & ꝗ ſuper piſtillũ cogunt, ſm naturã reſtituũt/. Debuerunt aũt, ẽt ſi Hippocrates id non monuiſſet, ꝑ ſe intelligere, cuius rei hunc reponẽdi modum in ſequẽtibus accuſet. accuſat enim, quùm inquit /licet.n. piſtillo humeri articulus inhęreat, periculũ eſt, ne corpus in hãc vel illam partem labat/: ac propterà ait eũ modum, ꝗ per ſcalã adhibet, meliorẽ eſſe. Modus igit, qui piſtillo vtit, ad ſummũ perfectiõis nõ accedit. quare neq; verbo ἐπιεικῶς /maximè/ ſignificat: magis.n. eum probat, qui ꝑ ſcalã eſt: magis itẽ eũ, qui per ſpatham habẽtẽ in ſummo capitulũ rotundũ ac leniter cauũ.

A Rotundum quoddã ſcalæ gradui alligatum.

17

18

Quin & alius quidam modus eſt per ſcalam adhuc melior: quandoquidem tutius ſuſpenſum corpus nõ magis in hãc, quàm in illam partẽ, inclinabitur. Licet enim piſtillo humeri articulus inhæreat, periculum eſt, ne corpus in hanc vel illam partem labatur. H A.l. 4. f. 5. t. 1. c. 2. 479. c

Quintus hic eſt reponẽdi modus. ob quam verò cauſam vtilior ſit, quàm qui poſitus eſt quarto loco, apertè ipſe expoſuit.

Alligandum autem eſt ſuper gradum rotundum aliquid, quod alæ ſinui conueniat, vt humeri caput in ſuam ſedem compellatur.

Ex eo ipſo ligno, ex quo gradus conficit, tale quidpiã extat initio protinus, quùm ſcale machinamẽtũ paratur, quo nos ẽt frequẽter vtimur.

ſimile

A ſimile autem eſt ligno, quod proximè ſubdet. quod ſummum habet capitulum rotũdum ac leniter cauum, vndè apud recentiores medicos ferè omnes grecè ἄμβη nomen inuenit. cõſueuit autem illis organis adijci, quæ erecta collocantur: cuiuſmodi eſt organum tum Andreę tum Fabri. Neutrius autem ſtructurã adſcribere nunc oportet, poſita enim eſt a ſexcentis architectis iunioribus, quà de organis ſcribunt. nobis autem inſtitutum eſt Hippocratem explanare, qui ad omnia validiſſimè in contrarias partes, ſeu extendenda, ſeu impellenda, eo machinamento vtitur, quod ſcamnum appellatur.

19 *Inter omnes reponendi modos hic præſtantiſſimus eſt. Lignum accipitur ad ſummum quinos vel certe quaternos digitos latum: craſſum verò binos, aut etiam minus: longum cubitos duos, vel paulo breuius: quod ab altero extremo rotundum ſit, anguſtiſſimum ac maxime tenue: in ſummo capitulum rotũdum ac leniter cauum habeat, paruum que; extet ab vna parte, non quidem verſus latus, ſed verſus humeri caput, vt huic ſubiectum, ala media lateris accommodetur. Summo item ligno, vel linteum, vel mollis habena agglutinatur, vt mitius ſit: deinde caput ligni in ala demittitur intrò quantum poteſt inter latus & humeri caput: brachium totum ſuper lignum extenditur, alligatur que paulum infra humeri caput ſupra cubitum, & ſupra manum, vt quam maxime immobile ſit. Eſt autem maximi momenti extremum lignum vltra humeri caput in alam intime indere.*

B Sextum reponendi modum, quem potiſſimum laudauit, hic docere ingreditur, apertè exponens ſtructuram ligni, cuius extremo ſuperimpoſitum eſt capitulum rotũdum ac leniter cauum. Hoc quia ſimile eſt labro, quod græci vocant ἄμβωνα, medici totum lignum ἄμβην appellant. tale ſiquidem labrum eſt, quale videmus in ollis conuerſum in interiorem partem verſus cauum. vndè quidam comicus, vt per iocum morderet, dixit quendam ollarum ἄμβωνας delingere. Attici igitur maſculino genere ἄμβωνας, Iones fœminino ἄμβας, huiuſmodi labrorum figuras appellant. Commodiſſimè autem capitulum hoc demittitur inter latus atque humeri caput. vtiliſſimumq; eſt ad impellendum, quùm firmiter, quod gibbum eſt ex humeri capite, excipiat. In vniuerſum autem ſingula ipſius verba plana ſunt.

20



Poſt hæc tignum tranſuerſum inter duas columnas bene alligandum eſt, ſuper quo ad brachium cum ligno imponendum, ita, vt ab vna parte brachium ſit, corpus ab altera, ſed tignum iuxta alam: dein ab altera parte circa tignum attrahendum brachium cum ligno, ab altera reliquum corpus. Vinciatur autem tranſuerſum lignum ſublime, vt reliquum corpus ſuſpenſum imis pedibus ſit. Modus hic reponendi capitis humeri præſtantiſſimus eſt: iuſtiſſimè enim impellit, modò lignum retro magis, quam humeri caput, demittatur. iuſtiſſimè item in contrarias partes inclinat, os que humeri tutum ſeruat. Vbi caſus quidem recens ſit, articulus citius opinione reconditur, prius item, quam extentus videatur.

Columnas conſtat ab ipſo στύλους appellari. tignum verò tranſuerſum, quod ab vna columna ad alteram peruenit στρωτῆρα.

21 D *Sed & quæ iam diu exciderunt, hoc tantum modo reponi poſſunt, niſi tempore caro in cauum venerit, atque humeri caput locum ſibi tritum fecerit, in quem veniat. Vbi autem luxatus humerus multum ita inueterauerit, hac via arbitror poſſe reſtitui: nam quid non moueat iuſtus impulſus. manere tamen ſuo loco non puto, ſed prolabi, vt conſueuit. Idem efficies, ſi ſuper gradum vim adhibeas, hac reponendi ratione vſus.*

Locum tritum & calloſum nominauit τρίβον, quem efficit humeri caput, quod adſtrictum diu continetur in ea parte carnis, quæ iuxta cõmiſſuram eſt, in quam forte a principio erumpens conſtitit. κοτύλην dixit cauum cõmiſſurę, quod (vt dictum eſt) ſuper inſidet extremæ ceruici lati ſcapularum oſſis. Plerunq; aũt tam ipſe, quàm alij medici, κοτύλας appellant alta caua ac magnis oris ſepta: ſed nunc iure ſuo mutuatus eſt hoc vocabulum ad ſignificandum cauum, in quod proxima caro cõijcitur, quùm articulus luxatur: & locum occupat, in quo humeri caput ante recipiebatur.

Igitur & propterea, quòd ipse sinus capitis humeri obstructus est: & propterea, quòd locus, in E quem venit, occallescens, sinus vicem pręstat: fit, vt, si quando reponatur, contineri non possit: cùm caro, quæ iuxta erat, sinum præter naturam occupet, & ea, quæ ossi locum facit, occallescens commissuræ sinum referat.

A Sedile thessalicum.
B Ægrotus in latus collocatus in sedili.

22

Satis quę omnino fuerit, si recens adhuc vitium sit, super magnum sedile Thessalum vim adhibere. Sed pari lignum conuenit, quemadmodum dictum est, atq; hominem in latus conuersum sedili insidere, brachio cũ ligno super eam partem sedilis iniecto, cui sedentes dorso inhærent: atq; ab vna parte corpus attrahere, ab altera humerum cũ ligno. Idem quoq; facere licet super fores bipartitas. His aũt vtendum est, prout præsto sunt.

F Sedilis quondam hæc figura fuit potissimũ in Thessalia, vt ad rectam lineam attolleretur ea parte, cui sedentes dorso inhæret, super quã adhiberi voluit vim in diuersa extendẽdi, quẽ admodum antè super tignũ docuit. Verùm, quomodo collocare languentem super sedile oporteat, ipse apertè explicauit.† Idem efficiẽt fores bipartitę, si super eas vis adhibeatur. Inueniuntur aũt huiusmodi fores, in quarũ medio interiectum est lignum firmũ, quale paulo antè dixit tignum inter duas columnas. ex his foribus altera ab inferiori parte aperitur, à superiori altera, atq; hac de causa bipartitas fores vocauit, quasi duplicem quandam duas in se continentẽ paruas. Docet igitur prolapsum G humerum super lignum inter duas fores sitũ imponi, vt intentio in diuersa admoueatur.

† 23 textus in ãtea impressis.

A Ianua biformis.



De Hvmero iis modis prolapso, qvos Hippocrates non vidit

Testatur quidem Hippocrates humeri caput prolapsum in alam dũtaxat se vidisse: quidam verò ex recentioribus medicis scribunt, in alias quoq; partes excidere, vt in quas etiam prolabi possit: nos autem quinquies hactenus eiusmodi casum nacti sumus, semel in Asia, Romæ quater, nec sæpius arbitror Romæ accidisse, quoniam medici omnes, vt me consulerent, quæ præter opinionem euenirent, mihi ostendebant. Quater igitur procidit, ac semper in priorem partem. erat autem discrimen, eo, quòd nunc magis ad commissuram accedebat, nunc ab ipsa magis diducebatur in longitudinem, vel latitudinem membri. Mirabar autem quodãmodo, quî fieret, vt Hippocrates hoc nunquam viderit: ex recentioribus verò vnus dicat semel se vidisse, alter bis: nemo autem ità sæpe, sicut nos hactenus conspeximus, & fortè rursus etiam conspiciemus. Existimamus autem nõ casu, sed ratione, id nobis accidisse, vt deinceps ostendemus. In Asia nostra primùm inspeximus humerum ita prolapsum, quùm Smyrnæ adhuc à præceptoribus erudiremur (est autem hæc vrbs multo maior illa, cuius vbique meminit Hippocrates) vt qui ibi plurimum essemus. Post trigesimum & secundum H annum

A annum Romę degimus: quam vrbem tot homines habitant, vt Polemo rhetor eam celebrans dixerit terræ habitatæ compendium. Quod autem quater hactenus eiusmodi casus euenerit, patere planè potest, eo quod omnes medici (vt posui) mecum cōmunicarent, quæcunq; præter opinionem nacti essent. ac non modò Romę nihil me latere huiusmodi potuit, sed neq; in portu, atq; in proxima vrbe, quam Hostiam nominant, quum omnibus amicis vterer, quicunq; illis locis medicinam exercerent, quę & ipsa frequētissima sunt. At vrbes, quarum meminit Hippocrates, vbi diutius egit, non plures incolunt, quàm Romæ vicum vnum. nihil ergo mirum, si in frequentissima vrbe plures incidunt in idem malum. Illud prætereà experientia discens, ductus sum ad causam inueniendam. non nullis enim palestra, non nullis medicorum opera, visus est articulus eo modo excidere. nam duo quidem ex ijs, quos vidi, articulum in alam venisse mihi retulerunt: medicis autem imperitè vrgētibus, musculorum complexu arctè contentum fuisse secus ac principio apparuisset. Quocirca, si Romæ has duas causas præter hominum frequentiam adijcias, requires, non quidem cur tot nactus sim, quibus humeri articulus ita prociderit, sed cur non plures. Hippocratis enim sęculo medici optimè artis præcepta discebant, atq; ea presertim, quæ ad huiusmodi manus operam pertinent: ea nunc à medicis, vel nullo modo addiscuntur, vel certè exiguo tē-
B poris spacio: deinde palęstræ vsus mirum in modum increuit, vbi eius magistri mēbra varijs modis contorquent, atq; peruertunt. Requires igitur (vt dixi) non cur tot, sed cur in tot hominum millibus non plures viderim, quos magistrorū numerus in palestra, & inscitia medicorum, in huiusmodi noxam compulerit. Restituuntur autem luxata hæc ijsdem consilijs scilicet extēdendo, impellendo, & collocando. Non conuenit autem ita impellere in hoc casu, sicut quando in alam articulus eruperat. ibi enim opus erat articulum primò in priorem partem, deinde sursum, adducere, dum collocaretur è regione sui caui: nunc autem, quum penitus in priori parte commissurę sit, siue in interiorem, siue in exteriorem partem adstrictus à musculis inclinetur, impellere ipsum oportet ad contrariam regionem. in quo faciendo periculum est, ne ipse deorsum lapsus à musculis in alam trahatur. quam rem in diuersa extendētes precipuè vitamus. Nō est autem ab re, dum in diuersa contenditur, locum sæpire, qui sub ala est, quod nos Smyrnæ fecimus, ad articulum in priorē partem elapsum. Accidit autem in palęstra, quum brachium cuidam à luctante duplicaretur, sub quo modo potissimum articulus in priorem partem prorumpit. nos verò homine resupinato intentionem in contrarias partes adhibuimus similem illi, quæ per calcem fit, quodam à posteriori parte sedente, ac loro lato sub ala iniecto, sinu aliqua re prius cōpleto. Nos (vt diximus) ar-
C ticulum è musculis, quibus adstringebatur, expellentes, dein remissa intētione siuimus attractū à musculis in se ipsos recurrentibus in suum locum reponi. Hic igitur promptè restitutus est, in palęstra enim protinus curationem aggressi sumus, satis q; fuit affectum brachium à nobis ipsis extendi, non secus, atq; in eo reponendi modo, vbi calce vtimur, interdum etiam extendendi causa laqueum inijcimus. sit autem laqueus ex ijs, qui facultatem habent extendendi æqualiter, qualis est duplex Carchesius, qui ex duabus habenis cōficitur. Sed, vbi iam diu procidit, opus fuit scamno Hippocratis, quod ipse in sequentibus tradet. Hæc de articulo prolapso. pergamus iam ad ea, quæ tractat de corporum varietate, quibus magis aut minus humeri caput elabitur.

24 *Illud autem ignorare non oportet, quòd in luxatis facilè restituendis, naturæ à naturis plurimum differūt, & multùm cauum à cauo distat: nam hoc quidem facilius, illud verò minus facilè superatur: multum etiam discriminis est inter eos, quibus neruorum coniunctio laxa est, & quibus tenta.*

A.li.4. f.5. t.1. c.1. fol.477. g

Cùm sermonem de restituendo absoluerit, causam docere incipit, quamobrem non nullis facilè quiuis articulus excidit, ac sine magno negocio reponitur, non nullis contrà rarò excidit, sed magno negocio restituitur. qua in re nos suprà & ossium commissuras causati sumus, & super-
D iniectos musculos valentes, aut laxos.

25 *Quibusdā.n. hoībus humor in articulis est propter adiūctos neruos, si natura laxi fuerint, et extēdi facilè patiātur. Cōplures aūt uidere licet ita humidos, vt ubi velint, sine dolore articulos sua sede moueāt, atq; itē sine dolore restituāt.*

Commutasse mihi sermonem videtur, quum neruosa corpora laxiora fiant ob humorem hominis naturalem: at non propterea quod laxiora sint, idcirco humor sit in articulis: cuius oppositum indicant Hippocratis verba. Videtur autem mihi voluisse neruosa corpora propter humorē hominis facilè plurimùm extendi, non tamen hoc sua oratione assequitur, sed particula /propter/ abusus lectorem adducit ad intelligendam causam.

26 *Differunt etiam inter se corporis habitus. Quibus enim membrum boni habitus est & carnosum, articulus minus excidit, & ægrius reponitur: quibus quàm soleat tenuius est & minus carnosum, magis elabitur, & facilius restituitur: cuius rei indicio sunt boues, quibus femur suo cauo magis erumpit tunc, quum ipsi emacrescunt: emacrescunt autem boues maximè vltima hyeme. Tunc igitur maximè his articuli luxantur, modo quid tale in medicina scribere conueniat, sed certè conuenit.*

Naturæ atq; articulorum differẽtiæ, sub quibus ipsi, seu promptè, seu vix procidunt, & reuertuntur, duæ sunt: quas sępius recẽsui, cùm in superioribus habeãtur. Illis non nunquam tertia accedit, quam nunc exequitur, à crassitudine vel macie corporis orta, quam σχέσιν id est habitũ, dicunt. hoĩbus enim, quo habitiores efficiũtur, eo articuli ægrius excidunt, ac reponuntur, qm̃ carnis copia vndiq; constringuntur: contrà ijs, qui emacrescunt, relaxat̃ cutis eius carnis, quæ cõmissuram cõplectitur, parum q; prohibet, quo minus articulus excidat, & reuertat̃: nec quidquam deterius agitur cum his, qui natura graciliores sunt, q̃ cum his qui pleniores, ostẽdimus.n. in libro de temperamentis graciliorem esse naturæ siccioris, pleniorẽ magis madere. Quocirca musculi, quùm gracilibus robustiores sint, cõmissuram coarctant: plenioribus caro, quatenus magis abundat, adstringit id, quod articulũ ambit: quatenus aũt mollis est, facilè peruertitur, quùm rotundorum ossium, quę sua sede mouent̃, capita admittat, sic, vt vtriq;, quod ad articulos excidentes attinet, ęquales sint. Si quis tñ habitior aliqñ emacrescit, facilius huic articuli elabunt̃, ac rursus reconduntur, tunc, q̃ anteà: non secus etiam, si quis natura gracilis, carne impleatur, ei vix procidit, atque ægrè reuertitur. Quam rem comprobat per ea, quæ in bobus apparent, ita apertè loquutus, vt nulla explanatione opus sit, nisi alicubi in vno, vel altero vocabulo, quæ à me notabuntur. E

27 *Rectè enim scripsit Homerus ex omni pecore boues tempore hoc maximè pati, atque inter boues, qui arant, quùm hyeme laborent: his igitur maximè articulus excidit, quoniam maximè extenuantur. Namque aliud pecus pascere exiguas herbas potest: bos non item, priusquam grandiores fiant. Aliud enim pecus tenuem habet labrorum prominentiam, tenues item malas: bobus contrà labrorum prominentia crassa est, malæ item hebetes & crassæ, atq; idcirco exiguis herbis non possunt eas subijcere.* F

Pecus πρόβατα nunc dixit, significare volens vniuersum pecus, quemadmodum & in libro de morbo comitiali, vbi ad verbum legitur Οὐκ ἔστιν ἄλλο πρόβατον οὐδὲ ἢ βόες καὶ αἶγες. Simile quid apud poetam legitur, vbi ait,

-Πολλά τε οἱ πρόβατά ἐστι. Vult enim significare gregem pecudum armentum q;, quam vocem è maioribus multi similiter vsurparunt.

28 *Verùm animalia, quæ solidi pedis sunt, vt pote quæ vtrinque sint dentata, vellere possunt, & exiguis herbis dentes subijcere, gaudent que eiusmodi herba magis, quàm grandiori. Omnino enim melior est ac firmior exigua herba, quàm quæ grandis est, antequam ad maturitatem veniat: ac propterea scripsit,*

Sicut quando redit gratum ver bobus, in orbem

Crura quibus vertuntur- G *quoniam grandior herba iucundissima illis videtur. Sed & bos natura hunc articulũ laxiorem reliquis habet, atq; ea de causa pedẽ circũuoluit magis quàm cætera animalia, præsertim ubi macie senio q; confectus sit: quas ob res oẽs boui maximè prolabitur. Plurima de ipso scripta sunt, quoniã hæc fidem faciunt eorũ omniũ, quæ proposita sunt. Sed, ut eò reuertatur oratio, unde digressa est. gracilibus magis prolabitur articulus ac citius reponitur, q̃; ys, qui bono habitu sunt: minus q; inflãmatione tentantur madẽtes ac graciles, q̃; sicci et carnosi.*

Vellere Hippocrates σαρκάζειν dixit, quo vocabulo nõ nulli significari volũt, labra vehementer inter se coniungere, sic, vt herbæ partem auellant: alij inferioribus dentibus cũ superiori labro idem efficere, nam qui derident (σαρκάζοντες gręcè dicuntur) dentibus labrum mordẽt. Verùm illi quidem superioribus dentibus mordent labrum inferius: animalia verò, quæ ruminant, cùm inferiorem tantùm dentium ordinẽ habeant, eo ad mordendum vtuntur. ac propterea accipiũt alij vocabulum σαρκάζειν in illis, quę dentes inter se committunt, qm̃, quæ carnem vorant (σαρκοφαγοῦντα vocantur) tam superioribus q̃ inferioribus dentibus vtuntur. atq; his videntur fauere verba Hippocratis, quùm σαρκάζειν dixerit, non de ijs, quæ ruminant, sed de ijs, quæ vtrinq; dentes habent, quę ἀμφώδοντα gręcè nuncupant̃. Hęc quidem pascere exiguas herbas possunt, cuiusmodi sunt equi, asini, muli: at ex ijs, quæ ab vna parte tantùm sunt dẽtata, illa duntaxat, qui- H bus labri prominentia tenuis est. atq; idcirco inter animalia, quę herbis vescuntur, soli boues hyeme pastu indigent, qm̃ nequeunt exiguam herbam aut σαρκάζειν, id est dentibus abscindere, aut labris præhendere: boues.n. non habent labra ita tenuia, vt exiguam herbã circũplicare atq; comprehendere possint, quemadmodum & capræ & oues. Hęc tria animalium genera multifidos pedes habent: sed solidi pedis sunt, quæ vtrinq; sunt dentata. appellantur autem græcè μώνυχα contracto vocabulo, vt asserunt, qui nominum interpretationem excolũt, à dictione μονώνυχα, eo q̃ vnum vnguẽ habeant, gręci μόνον ὄνυχα dicunt: solidipedum.n. pedes extremi vnguibus hominis respondent. /Minus q; inflãmatione tentantur/. quùm facilius articulus excidat, sequitur, vt similiter recondatur: quo fit, vt nulla vel certè q̃ minima inflammatio superueniat. namque, vbi magna vi procidat, ac reuertatur, musculi dolore vexantur, quem subsequitur inflammatio.

29 *Minus q; in posterum articulus alligatur. Atqui, si citra inflammationẽ mucci iusto plures fuerint, idcirco etiam facilè procidet. Ferè autem circa articulos mucci redundant magis in gracili, quàm in pleno.*

Quod inquit /in posterum/ referri potest ad duo tempora, & ad id, quod reposito articulo pro-

ximum

A ximum est,cùm inflammatæ partes curantur,& ad id,quod deinceps citra molestiam insequitur. eo quidem tempore,quod reposito articulo proximum est, vbi inflammatio fit, articulus ab ipsa cōstringitur,quod ipse etiam narrauit: post curationem à validis eiusmodi hominum musculis, et à quadā duritie,quā musculis ingens inflāmatio relinquit,articulus quasi vinculo coarctatur.

30 *Sed & caro quoque gracilium,qui arte non fuerint rectè extenuati,muccosa magis est quàm eorū, cui pleni sunt. Vbicunque autem mucci cum inflammatione sunt,inflammatio articulum illigat: ac propterea non admodum elabitur,vbi mucci redundant: qui lapsurus vtique fuisset,nisi locum vel amplius,vel minus,inflammatio occupasset. Qui reposito articulo,partibus,quæ iuxta sunt, nulla inflammatione affectis protinus humero vti sine dolore possunt, hi nulla cura sibi opus esse arbitrantur: sed medici officium est præsagire contra eorum opinionem, siquidem his rursus prolabitur,magis quam quibus nerui inflammatione tentantur. Hoc in omnibus articulis ita habet, & præcipue in commissura humeri cum lato scapularum osse,ac in genu,namq; hi præcipuè luxantur. At quibus nerui inflammatione vexantur,humero vti non possunt, dolore enim prohibentur,atque inflammatione extendente. His itaque mederi oportet cerato pannisque,& multas fascias circumdare: tum lanam mollem ac mundam in alam subiicere, donec id cauum compleatur,vt vinculum fulciat,& articulum sustineat. Continere autem humerum oportet,plærunque in su-B periorem partem conuersum: sic enim fiet,vt humeri caput longe collocetur à loco,in quem proruperat. Conuenit autem humeri articulo deligato humerum ipsum ad latus deuincire,fascia in orbem circa corpus porrecta.*

Quicunq; seu fame,seu obsidione,seu luctu,seu mœrore,siue etiam cibi fastidio,alimenti nō satis sumentes extenuati sunt,caro non statim siccescit, sicut illis, qui arte rectè sunt extenuati: sed ferè in omnibus propositis casibus madentior efficitur,quibusdam tūc ob inopiam liquatis. Magis adhuc tabescunt,qui in mœrore sunt,quem græci poetæ μελεδῶνα idcirco dicūt, quasi membra edat,deuoretq;. sub hoc itaq; adeps omnis tabescit,& quęcūq; caro mollis ac recens cōcreuit. Sed,vbi medicus de industria corpus aliquod extenuat, p ea,quę excogitauit,moliri id cōtendit: deinceps frictione vtitur,quo tpe opus est,si quid liquatur,exhaurire vel per sudorem, qui sensui subiicitur,vel per expirationē,quæ non sensu sed ratione percipit̄. Ad hęc par est ipsum esculenta & poculenta nō temerè dare,sed conari per hęc,vt quęcunq; educēda sunt, benè exitū habeāt, non modò quæ per deiectiones,sed & quæ per vrinā. eo enim pacto, si quis in corpore humor liquaretur,vndiq; extra corpus efflueret, nam,vbi in corpore maneat, tpe muccosas carnes efficit. Quodcunq; igitur tenue omnino ac seri naturā habens liquatur, effertur: & per expirationē,quę C sensu non cōprehenditur,magis q̄ alio modo,discutitur: tantum autem subsistit id,quod aliquatenus crassum est,quod tempore glutinosum efficitur,& à muccis non abhorret.

31 *Necesse est insuper humeri commissuram sensim molliterque perfricare. Opus autem medico est multarum rerum & frictionis etiam experiente: siquidem ab eo,quod eodem nomine appellatur, non idem effectus oritur: potest enim frictio laxiorem articulum illigare, & vsu duriorem soluere. Verum de frictione alibi pertractabimus. Ergo hanc humeri commissuram conuenit mollibus manibus perfricare,tum leniter,quod alioquin vtile est.*

Efficit frictio sensim molliterq; adhibita,ne quę remaneāt inflammationis reliquiæ. variè autem procedat,oportet,modò manus à superiori parte deorsum,modò ab inferiori sursum ferant̄: deinde obliquę non solùm ab inferiori parte sursum,sed à superiori deorsum: post hæc in orbem, & quasi transuersę à dextra in sinistram,& rursus à sinistra in dextram, vt musculorum fibræ oēs molliantur. Maiores enim gręci ad frictionem significādam mutuati sunt vocabulū ἀνατρίψεως pro τρίψεως. at nolim tibi persuadeas (quemadmodū non nulli existimarunt) Hippocratē velle manus in perfricanda humeri commissura ferri ab inferiori parte sursum, φ τρίψις frictionem, D ἀνὰ sursum significet: nam verbum ἀνατρίβειν vniuersum frictionis genus exprimit,non eā duntaxat,quę ab inferiori parte sursum procedit. quod & ipse indicauit,quùm inquit, /sed de frictione alibi pertractabimus/ vbi frictionem ἀνάτριψιν vocauit. non enim pollicetur se de vna specie tractaturum cęteris omnibus omissis. Sed in libro etiam de ‖officina medici omnes exposuit, genus vniuersum ἀνάτριψιν appellans,quùm inquit,Frictio ad resoluendum valet, & adstringendum,pręter hęc ad implendum ac minuendum. & quę sequuntur, quę tum in commentariis in eum librum persequuti sumus,tum in opere de tuenda sanitate latissimè narrauimus. Sect. 3. t. 25. 7ª. 218.d

32 *Articulus non violenter dimouendus est, sed quatenus citra dolorem moueatur. Confirmantur autem omnes, alij quidem longiori tempore,alij breuiori.*

Inflammatione remissa nihil expeditius est,q̄ eiusmodi motus,soluit enim illius reliquias oēs: quibus neglectis articuli contracti atq; illigati redduntur,vtrisq; enim vocabulis appellantur.

33 *His autem indiciis exciderit'ne humerus,intelligendum est.*

In libro de ‖fracturis antè ad eos,qui errant,aggreditur,quod nunc quoque facit. nam postquā errantes Sect. 1. t. 5. 7ª. 225.a

errantes redarguit,reponendi rationem subiicit, quæ non solùm sequitur, quod propositũ erat, E
sed eius etiam fidem facit.Eam ergo primùm exequutus, nunc deinceps indicia subiicit humeri
capitis luxati,quæ in exercenda arte necessariò præcedunt,in tradenda non item necessariò. eorũ
verò,quæ præcedunt,aut sequuntur,illud tibi indicio sit,ꝙ non rectè effici potest opus, quod se-
quitur,aut percipi quod præceptum est,antequam intelligatur quod præcedit. Ratio quidem lu
xati restituendi,antequam intelligatur in quam partem articulus eruperit,apertè demonstrari ne
quit:sed nihil eam addisci prohibet,priusquam notæ enarrentur.Principio itaque orationis, si id
vnum edocti simus,humerum in alam prolabi,& ipsi inuenire modum reponendi possumus, &
ab altero etiam doceri: non tamen comprehendere modũ reponendi, nisi antè sciuerimus hume
rum in alam procidere:sicut neq; quo pacto in alam procidit,nisi priùs nouerimus naturam vni-
uersæ commissuræ. Si quis igitur restituendi modum præfatus, deinceps adiiciat, in quam partẽ
articulum luxatum restitui docuerit,necessarium ordinem perturbat.id quod accidit etiam ei,qui
primò incipit ostendere,in quas partes articulus erumpat,dein transit ad commissuræ naturã ex-
ponendam.nam,si quis penitus nosset,quomodo articulus in alam excideret,superuacuum esset
commissuræ naturam hunc docere:sed,si quis primò audiat,percipiat q;,quó nam modo hæc ha
beat,deinde in quam partem articulus venerit, huic nihil opus est ad hoc, vt restituendi modum F
doceatur.Eodem etiam modo nunc nihil nos prohibuit signorum inscitia, quo minùs reponen
di rationem intelligeremus.quæ res communiter euenit in omni curatione tradẽda: potest enim
doceri quis,qua ratione curetur inflammatio iocinoris,seu ventriculi,seu renũ,siue intestini cras-
sioris,antequam ipsorum affectus teneat: non tñ curare potest, priusquã eos intelligat:sicut neq;
ratione curationem inuenire,aut doceri ab altero,priusq̃ naturam calleat partis,quæ curatur.

34 *Partim quidem,quùm homines "iustum habeant corpus,& brachia,& crura,ad exemplum integri extimare vi*
A.li.4.f.5.t.1. c.10.478.h *tiatum oportet,& ad exemplum vitiati integrum,neque spectare alterius hominis articulos.*

Quod ab vtraq; parte tam dextra quàm sinistra æquale est ad vnguem,iustum appellauit. Sed
quoniam membrorum forma in hominibus varia est, imperat, vt affectum membrum cum pari
ipsius affecti hominis mẽbro cõferat: atq; inde quatenus à naturali statu recesserit, cõiectura fiat.

35 *Aliis enim magis extant, aliis minùs, sed ipsius laborantis, an integer vitiato dissimilis sit.*

Eos,quibus articuli naturaliter extant. prominent'que ἐξάρθρυς appellauit.

36 *Quæ res rectè quidem ostendetur,omnino autem magna eius inscitia est. Hac de causa non satis est ratione artem* G
hanc scire,sed vsu experiri ipsam oportet.

Inscitiam dixit παρασύνεσιν, non omnem simpliciter intelligens, sed eam, quæ coniuncta est
ac proxima scientiæ.indicabit autem ipse in sequentibus,quî fiat,vt interdũ decipiantur,qui pro-
tinus cum vitiato integrum conferunt.

37 *Multis enim articuli præ dolore vel alia de causa, vt non exciderint, nequeunt tamen eo modo, quo in sanis corpo-*
A.li.4.f.5.t.1. c.10.478.h *ribus figurari.Intelligere igitur,ac scire huiusmodi habitum oportet: nam multò "magis in ala sentitur caput humeri*
prolapsi,quàm eius,qui naturaliter habet: ad hæc locus, qui à superiori parte super commissuram est, cauus apparet:
item latũ os scapularum summũ,quà cum iugulo committitur,extare videtur,cùm articulus inferiori loco recipiatur.

Inscitiam,quam ipse παρασύνεσιν dixit,nunc vnam ponit, quæ in figurãdo accidit. Interdum
enim nequeunt affecta membra aliquo modo figurari,quamuis hoc ægris nõ accidat, proptereà
ꝙ articulus eruperit,sed vel dolore,vel musculorũ intentione. Deinceps inscitiam alterã subiicit.

38 *In quo etiam accidit inscitia, de qua in sequentibus agemus: est enim memoratu digna.* H

In eo quòd locus,qui humeri commissuræ superiectus est,cauus conspicitur,quendam incide-
re errorem ait,quem in sequentibus dicturum se pollicetur.id autem interdum euenit, vbi iugu-
lum à lato scapularum osse diducitur.

39 *Partim etiam à latere cubiti eminentia recedere magis videtur ab eo humero, qui prolapsus est, quàm ab altero: si*
quis tamen cogat, adducitur quidem, sed cum dolore.

Indicium quoque hoc fallax est,nisi sub ala humeri caput cõtingas,quod in eam venit. quo fit,
vt brachium adduci ad latus sine dolore non possit.

40 *Adde "quòd cubito extento brachium iuxta eiusdem partis aurem non ita porrigi potest, quemadmodum & inte*
A.ibidem. 479.a *grum,neque in latera similiter. Hæc itaq; indicia sunt humeri capitis luxati:restituendi verò modi hi,qui scripti sunt,*
& curationes eædem.

Hoc quoq; signum ex illis est,in quibus esse inscitiam proposuit. quod euidentissimum est ex
iis,quæ prodidit, cùm inquit/multis enim articuli præ dolore,vel alia de causa, vt nõ exciderint,
nequeunt

A nequeunt eo modo, quo in sanis corporibus figurari. Si quis (vt ipse ait) prompte brachium possit ad latera porrigere, id certum indicium est articulum naturaliter habere: q si aliqua ex parte prohibeatur, potest huius rei causa esse dolor, vel musculorum intentio.

41 *Maxima autem animaduersione dignum præceptum est, qua ratione curare eos conueniat, quibus sæpe humeri caput elabitur, cum multi ob calamitatem hanc, quanquam alioquin idonei, certare prohibeantur: multi etiam ea de causa redditi sint inutiles ad bellum, ac perierint. Ob id etiam animaduersione dignum est, quod neminem nouerim, qui recte curaret, sed alios quidem manus homini non inucere, alios contrarium ei, quod expediret, excogitare moliri que. Adusserunt iam complures medici, vbi humeri articulus excideret, eum locum, qui a superiori parte commissuræ est: & eum, qui a priori, qua prominet humeri caput: & a posteriori parte paulo infra superiorem sedem commissuræ. Profecto huiusmodi vstiones commodæ fuissent, si humeri caput in superiorem, priorem, aut posteriorem partem venisset: nunc, cum in inferiorem erumpat, expellunt magis quam cohibent: excludunt enim humeri caput a spacio superiori. Sic autem adurere hos conuenit: cutis sub ala prehendenda digitis est, atque attrahenda e regione potissimum eius partis, in quam humeri caput elabitur.*

B In hac etiam oratione pleraque plana sunt. quare à me prætermittentur, nisi si qua videantur obscura.

42 *Tum, cute sic attracta, ita admouendum candens ferramentum est, vt traiiciatur.*

Imperat, vt ex cute extenta nihil relinquatur, quod non vratur, sed candens ferramentum traiiciatur à dextra parte alæ in sinistram, atque ab hac ad dextram.

43 *Ferramentis autem adurere oportet, non crassis, neque nimium rotundis, sed oblongis: celerius enim manu impulsa traiciuntur.*

Ferramenta extremitate rotunda appellauit σαλακεα, cuiusmodi sunt capitulata illa, quibus ad alas vtuntur (πυρῆνες vel διαπυρα nuncupantur) atq; item spathę capitulatæ: quæ vero, his contraria, oblonga sunt, προμήκη dixit, quorum extremitas non est rotũda, sed acuta, illis aliquo modo similis, quę ad perforandum accommodantur.

44 *Sint que candentia, vt traiici quàm celerrimè possint: quæcunque enim plena sunt, tardius traiciuntur, & crassæ inde latiores resoluuntur, periculum que est, ne vlcera abrumpantur: quod & si nihilo deterius esset, turpius tamẽ*
C *atque expers artis penitus haberetur. Vbi ergo candens ferramentum traieceris, fere abunde erit in inferiori parte duntaxat adussisse.*

Candentia esse voluit ferramenta, quæ ad alam admouẽtur, quod expressit vocabulo διαπυρῆ.

45 *At si nullum instare periculum videatur, ne vlcera abrumpantur, sed magnum spacium in medio integrum relinquatur, instrumentum, quo ad illinendum vtimur, tenue traiciendum est, ab vna vstionis parte ad alteram, cute adhuc extenta, non enim posset aliter traiici: quo facto remittenda cutis est: postea inter vtranque plagam alia media facienda est, admoto tenui ferramento cãdenti, donec ad prius demissum instrumentũ pertineat. Quatenus verò prehendere cutẽ sub ala cõueniat, hinc coniicere poteris, quod glandulæ sub ala sitæ sunt, atq; in multis alijs corporis partibus.*

Vlcera vocauit ὠτειλὰς, quemadmodum & poeta, qui de recenti vulnere inquit,
Ὅσσα οἱ αἷμ' ἔτι θερμὸν ἀνέσσυτο ἐξ ὠτειλῆς. Vbi extentam cutem (vt ait) transuersam ferramento traieceris à dextra in sinistram, præcipit, vt iterum aduras, demisso candenti ferramento, non amplius transuerso ab vna parte ad alteram, sed prorsus in altitudinem. Oportet autem inter
D vtramq; plagam, quam candens ferramentum fecit, non exiguum spacium interiicere, nanq; vbi exiguum sit, periculum est, ne vlcera abrumpantur, atque vna magna exulceratio fiat. quamobrẽ & si nihil deterius accidat, siquidem adurimus, vt partem exiccemus, atque adstringamus, non tamen necesse est magna inducta cicatrice locum deformem reddere, quum per exigua foramina liceat æquè succurrere.

46 *Sed alibi glandularum vniuersam naturam persequemur, quid sint, quid que & in quibus indicent, aut possint. Glandulas itaq; prehendere non conuenit, nec quæcunq; glandulis interiora sunt, id siquidem valde periculosum est.*

Glandularum vniuersam naturam appellauit οὐλομελίην, quam pollicitus est alibi docere. non tamen extat hic liber Hippocratis de vniuersa glandularum natura. Sed quidã ex medicis iunioribus, qui Hippocratem sequuntur, paruum libellum confecit, quem inscripsit, Hippocratis de vniuersa glandularum natura. qui tam loquutionibus, quàm sententiis, longe superatur à germanis libris Hippocratis. adde q neq; vllus veterum medicorum eius libri meminit, neq; ab iis, qui indicem scripserunt, commemoratur.

47 *Proximæ enim sunt neruis, qui magnam vim habent. Extra glandulas plurimum prehendendum est, nam id* E *fit innocenter.*

Subiectos esse ait glandulis in ala neruos magnam vim habentes, quos nuncupauit τόνες. Ridiculè igitur quidam ex recentioribus medicis existimant neruos illos duntaxat ab ipso appellari τόνες, qui coniugati à cerebro oriuntur, quoniam in secundo de || morbis vulgaribus, cùm dixit/duo enim nerui à cerebro iuxta os magnæ vertebræ/ & quæ sequuntur, neruos appellauit τόνες. nerui enim, qui ad brachia intendunt (vt in confesso est apud omnes, qui incidendi corporis peritiam habent) à spinæ medulla in ceruicibus dependent, qua parte ad thoracē accedit: quos constat ab ipso nominari τόνες, tum in propositis verbis, ac deinceps bis in iis, quæ subiiciūtur: tum infrà rursus, vbi de spina agens, neruos appellat τόνες.

Sect.4.circa medium.

48 *Illud etiam ignorare non oportet, quòd vbi humerum valdè in superiorem partem porrexeris, nihil prehendere ex cute sub ala poteris, quod extēdere operæprecium sit: nam, vbi in superiorem partem porrigatur, cutis, quæ sub ala est, absumitur. Ad hæc nerui etiam nulla ratione violandi sunt: hi siquidem in eiusmodi habitu prominent, atque extenduntur. Sed, si humerus paulum excitetur, multum cutis apprehendi poterit: & nerui, quos cauere oportet, intrò ma-* F *gis recedent, longiusque aberunt ab eo, quod apprehenditur.*

Absumi in ala cutem ait, vbi totum brachium sursum porrigatur. antè siquidem laxa erat, ita, vt superesse videretur. brachio autē sic figurato extenditur circa partes, quas contegit, ita, vt quod priùs superesse videbatur, pereat, & quasi absumatur, quùm brachium sursum porrigitur.

49 *At non'ne in vniuersa arte in primis danda opera est, vt quo pacto singula iustè figurentur, inueniamus?*

Iustè intellexit quasi æqualiter. hoc autem fit, vbi seruatur, quod vnicuiq; rei conuenit, & proprium est. Id nunc, quo de agitur, vstio cutis in ala est, quam admouere oportet, humero conuenienter figurato. nam, si ita demittatur, vt latus attingat, nimis parùm excitabitur, neque poterit altitudo alæ se ostendere, neque cutis sanè digitis extendi atque aduri: sed, si humerus plurimùm attollatur, digitis extendi nihil ferè cutis poterit, sub hoc enim habitu circa subiectas partes extenditur: adde, quòd nerui prominent. Eatenus igitur attollere humerum conuenit, atque ab ala reducere, vt locus in conspectum veniat: sit'que, quà subiicere digitos facilè possimus, & cutem extendere, atque adurere. Quæ, quùm primùm excitato brachio fieri possunt, admouenda manus G est membro ita figurato, neque vlterius attollendum. non enim alia de causa humerus attollitur, nisi vt possit cutis sub ala digitis extendi hactenus, vt candens ferramentum admoueatur, prout ipse indicauit, ita, vt si hæc præstare potuissemus humero demisso, eiusmodi habitu nihil antiquius fuisset, quùm laxiorem cutem efficiat. sic enim plurimùm attrahitur, ac manus sine vllo periculo penitus admouetur.

50 *Hæc circa alam: satis'que est sic prehendere, modò quà conuenit, candentia ferramenta demittantur.*

Prehendere dixit de cute.

51 *Extra alam duæ tantùm sedes sunt, quùm aduruntur morbo auxiliantes.*

Dictionem /extra/ dixit ἐκτοσθεν, quam posuit non vt loci differentiam notaret, sed quemadmodum apud Demosthenem, atque alios rhetores vsurpatur, qui cùm ἔξωθέν τι τοῦ πράγματος dicunt, præter rem significare volunt. Id igitur, quod Hippocrates asserit, tale est. Præter vstionē alæ, duæ aliæ sedes sunt morbo auxiliantes, quùm aduruntur. vsus autē est vocabulo τιμωρεῦσαι, quo constat ipsum non aliud significasse, quàm auxiliantes. quod fecit etiam Euripides, cùm Orestem induxit hæc loquētem, ἀνόσια μὲν δρᾶν, ἀλλὰ τιμορεῖν τῷ πατρί. Differunt autem inter se H τιμωρῶν, & τιμωρούμενος, quod vocabulum cū accusandi casu iungitur, hoc siquidē significat crucians. eadem ratione & Menandri fabula inscribitur ἑαυτὸν τιμωρούμενος.

52 *Vna quidem est à priori parte inter caput humeri, & chordam, quæ ad alam est.*

Nos quoque vidimus articulum contineri in hoc loco, qui pars totius prioris regionis est. nā, quùm ea lata sit, vna quidem eius in medio ad vnguem est, duæ autem vtrinque: vna ab interiori parte, cuius nunc meminit, altera ab exteriori, de qua paulo infrà loquitur. Est autem admiratione dignus, qui, quùm nunquam viderit humeri caput in aliam partem excidere, quàm in alam, non contentus fuerit ipsam tantùm adurere, sed adiungens duas alias regiones, illas coniecerit, in quibus nos vidimus caput humeri fixum: ex his in eam, qua vena sita est, per summum humerū procedens, vbi duo musculi cōcurrunt, & magnus ille, qui à pectore oritur, & qui à literæ Δ similitudine Δελτοειδὴς nuncupatur, quater vidimus humeri caput prorupisse: in exteriorem verò partem mediæ regionis semel, de qua tractabit in sequentibus.

Quà

53 A *Quà demittere candens ferramentum conuenit, vt cutem traiiciat, non tamē nimis altè: proxima enim est crassa vena, ac neruus, quorum neutrum calefaciendum est.*

Crassam venam intelligit nunc eam, quæ per summum humerum fertur ad cubitum (ὠμιαία grecè vocatur) quasi latam vel grandem, cui innectitur coniunctio duorum musculorum propositorum. cuique adiūgitur neruus, qui distribuitur in partes cutis, quæ iuxta venam est. Cauendū autem esse, ne in adurendo neruus aut vena attingatur, apertè declarauit, non tamen ostendit, à priori ne an ab interiori parte venæ, vel prorsus super ipsam, adurendū sit. Fieri enim hoc potest, in primis cutem attrahendo, quo modo in ala diximus, dein transuersam adurendo, post hæc instrumentum, quo ad illinendum vtimur, traiiciendo, atq; in orbem iterum adurendo. Quemadmodum autem in ala, quamuis subsint nerui maximi, & cum ipsis arteria ac vena latissima, tamē aduri cutem voluit, securitatem subiectarum partium comparans eo instrumēto, quo illinimus, demisso, sic in proposita nunc vstione nihil mirum, si cutem venæ superiectam aduri iubeat. illos autem neruos dixit ἐπικαιροτάτους, quod vocabulum mutuari solet ad ea, quæ magnam vim habent, quemadmodum illi, ꝙ non longè distent à spinæ medulla, & maximè pleni sint. Sed circa
B venam, quę ab interiori parte tendit ad cubitū, neruum simpliciter dixit, non adiciens ἐπίκαιρον: multum enim distat à medulla spinæ, atque exiguus est.

54 *Rursus alio loco licet adurere ab exteriori parte multo supra chordam, quæ ad alam est, paulo infra humeri caput. Traiiciatur autem cutis candenti ferramento, sed non nimis altè, ignis enim neruis est inimicus.*

Venit ad tractandum reliquum ex iis locis, in quibus recipitur humeri caput prolapsum. hic autem est in exteriori parte prioris regionis, in quam semel etiam cōspexi humeri caput venisse. non rectè autem in plerisque exemplaribus legitur /rursus alius locus quem licet adurere à posteriori parte est/, hic enim locus non à posteriori, sed ab exteriori parte commissuræ est. Si quis igitū exquisitè definire loca velit, quæ iuxta humeri commissuram sunt latitudinem habentia, hic profectò omnia intuitus in priori regione mediam dicet esse quandam lineam, sine latitudine conceptam in medio ad vnguem, quæ supernè in humeri longitudinem tendat: & vtrinque in latitudinem terminari priorem regionem, ab interiori quidem parte ea vena, quę ad interiorem cubiti sedem pertinet, ab exteriori verò alia quadam linea, quæ distet à linea media, sine latitudine con-
C cepta, quantum ipsa vena recedit. Hi sunt ergo termini prioris regionis. duo autem alij vtrinque sunt, quà feruntur chordæ ad alam: vnus interiorem regionem, alter exteriorem finit. eam verò intelligito interiorem commissuræ regionem, quæ est inter venam, & chordam, quæ ab interiori parte alam terminat: sed exteriorem, eam, quæ incipiens à linea, quæ tantum distabat à media linea sine latitudine concepta, quantum ipsa vena tendit ad chordam, quæ ab exteriori parte alam finit. Quare iuxta diuisionem hanc quidquid erit superius chorda, quæ ab exteriori parte alæ sita est, non dicetur vtique à posteriori regione commissurę, sed ab exteriori. siquidem regio posterior in commissura est, quà latum scapularū os simum est: inferior in ala continetur: superior verò inter lati scapularum ossis summitatem atque humeri caput.



A Linea latitudine carens.
B Humeralis vena.
C Alterum tantum interuallum.
D Posterior pars.
E Interior.
F Exterior.
G Inferior.
H Superior.

55 D *Porrò mederi in tota curatione vlceribus debemus, videntes, ne multum attollatur humerus, sed modicè, quatenus vlcerum curatio postulat, quoniam frigus eò minùs adspirabit. Adusta enim omnia tegenda sunt, non secùs etiam moderatè curanda: nam sic minùs hiant, minùs sanguis erumpit, minùs neruorum distentio sequitur.*

Causas ipse exposuit, cur edicat, ne multum humerus vnquam attollatur, primùm, quòd vsta omnia tegere expedit, sic tamen, vt curari possint, & non frigeant, quùm alioquin (vt ipse testatur) frigus vlcera mordeat, cutem induret, pus fieri in dolore non patiatur, ac multo magis in iis, quæ calor excitauit, sicuti nunc ignis /minus (inquit) hiant/ hoc est diducuntur vlceris oræ. ob id enim frigore magis

magis excipiuntur,& tardiùs sanescunt,grandiorem'que cicatricem recipiũt. Quod autem subdit /minùs sanguis erumpit/ communiter ad omnia vlcera refertur,non propriè ad ea, quæ proposita nunc sunt.nam si quis sic cutem vrat,quemadmodum pręcepit,periculum nullum sanguinis eruptionis sequetur.fortasse autem nerui tantùm distentione periclitabuntur ob frigus,quod cute nudati contraxerunt: cuius rei in fine orationis meminit. E

56 *Vbi vlcera pura sint,& ad cicatricem intendant, tunc sanè oportet humerum diu noctu'que semper ad latus deligatum continere.*

Ὠτειλὰς nunc propriè de cicatricibus dixit, non de vlceribus, quemadmodum antè. monet autem maximè dandam operã esse,ne humerus,nisi paululum duntaxat,à latere diducatur, id'q;, quùm vlcera curantur,quoniam pura vlcera opportunissima sunt illis omnibus casibus, quos in oratione proximè præcedente narrauit,atque iis præsertim, qui ab exterioribus causis oriuntur. anteà siquidem sordida erant,atque inflammata,sordem'que & humorem præter naturam superantem pro velamento ac tegmento quodam habebãt, quin & inflammationis calor extrinseco frigori obsistebat: at,vbi inflammatio conquieuit,& pura reddita sunt, ac sine superãte humore, magis quàm ante sentiunt ea,quibus læduntur.Ob hæc igitur omnia facilè sub exterioribus causis ac præcipuè frigidis dolent,& refrigerantur,propter sensum verò acriorem vehementiori dolore cruciantur,cui accedunt ea mala,quæ sequi dolorem solent. F

57 *At vbi vlcera conualuerunt,humerus diu debet ad latus similiter deligari: namque hac via cicatrix maximè confirmabitur,atque id spacium,in quod maximè humerus procidit,contrahetur.*

Hic etiam indicauit,quo consilio hæc præceperit,quùm inquit/namq; hac via cicatrix maximè confirmabitur,atque id spacium, in quod maximè humerus procidit, contrahetur/ quasi ita dixerit,quo minor cicatrix inducetur,eo magis alæ cutis contrahetur: quod maximum momentum habet in prohibendo,ne in hanc partem humerus elabatur.

58 *Quibus recondi humeri caput non potuit, si adhuc crescunt, humerus non æquè augetur atque is, qui integer est: sed quamuis aliquid augeatur,altero tamen breuior redditur.*

Ea nunc persequitur,quæ necessariò iis accidunt, quibus humeri caput suo loco non est. Primùm ac maximè commune,cui reliqua omnia superueniunt,est,quòd minus alitur: quam rem, si membrum iam perfectè increuit,gracilitas sequitur: si adhuc augeatur,exiguitas.Non alitur autem membrum ob musculorum & venarum,quas continet, deprauationem. eius quoq; rei causa est totus articulus immobilis,nam & integra mẽbra,vbi diutiùs omnino immobilia maneant, apertè graciliora conspiciuntur. G

59 *Iam verò, "qui à primo natali die humeros breuiores habent (γαλιάγκωνες græcè appellantur) ob duplicem noxam id mali experiuntur, vel quod dum in vtero sunt, humeri luxentur: vel aliam ob noxam, de qua postea aliquando scribemus.* A.li.4. f.5. t.1. c.9.478.h.

Dicti'ne sint γαλιάγκωνες à similitudine felis (γάλη græcè dicitur),an ab alio quopiam,relinquenda quæstio est iis,qui in huiusmodi studia incumbunt. medicum verò scire conuenit nasci quosdam vtriusq; humeri articulo luxato,dextro & sinistro,sic'que humeros breuiores esse: neq; ignorare alteram huius vitij causam,de qua tractaturum se pollicetur. Difficile autem est alteram inuenire,pręter illam,quam ipse deinceps ait illis accidere,qui teneri sunt. Inquit ergo.

H

60 *Sed,quibus "tenera adhuc ætate iuxta humeri caput in intimis partibus alte'que suppurationes oriuntur, omnibus sanè humeri breuiores fiunt: ac siue secentur,siue vrantur,siue per se pus aperiatur, scire licet hæc ita se habere. Maximè verò brachio vti queunt, quibus à primo natali die humeri breuiores sunt: neque ipsi tamen sursum ad aurem porrigere brachium possunt,cubito extento,nisi multò minùs,quàm ab integra parte.* A.ibidem.

Potest hoc etiam,dum in vtero sunt,accidere: aliam verò noxam,quæ iis,qui in vtero gerũtur, causa sit,vt articulus elabatur,difficile est inuenire. sed has ambas accidere nihil prohibet: potest enim,dũ infans in vtero est,à natura suppuratio fieri, aperiri, & ad cicatricẽ vlcus perduci: quod magis adhuc euenit,vbi humeri caput elabitur ob humorem infantis naturalem, & quia cauum commissuræ ipsius humeri tale est,vt facilè articulum expelli patiatur.

61 *Quibus verò ætate iam robusta humeri caput erupit,neq; restitutũ est,pars,quæ super commissurã est, tenuatur, et gracilioris habitus fit. vbi dolore liberãtur nõ æquè præstare possunt opera omnia,quæcũq; requirũt,ut cubitus à pe*

ctore

A *ctore diductus in latera attollatur. Ad ea autẽ valent quæcunque efficienda sunt humero vel in priorem partem, vel in posteriorem ad pectus adducto: nam terebra, serra, secure, ac rastris vtuntur, dummodo cubitum non admodum attollere necesse sit, atque ad alia omnia idonei sunt, quæ brachia postulant ita figurata.*

His, qui hoc vitio tenentur, pars, quæ super humeri commissuram est, protinus etiam inter initia tenuior apparet, & gracilior, quum humeri caput lati scapularũ ossis cauum reliquerit: sed et istiusmodi in posterũ adhuc amplius conspicitur, eo quod procedente tempore emacrescant partes musculi, Δ literã referentis, quod redditus sit imbecillis, quum sequens humeri caput, vi deorsum feratur ad alam: & quod immobilis maneat, neque suo munere fungatur, quod erat humerum attollere: quare frigidior & imbecillior redditur, atque emacrescit: quandoquidem labor firmat, ignauia tabidum reddit.

De Summitate lati Scapularum Ossis, qua cum Iugulo coniungitur

62 B *Quibus lati scapularum ossis summitas diducitur, extare videtur os, quod recedit: est autem hæc ligamentum iuguli cum lato scapularum osse. Diuersa autem est hac parte natura hominis à cæteris animalibus. Medici itaq; in hoc casu maximè decipiuntur: excitato enim osse, quod recedit, humeri commissuræ pars superior apparet depressa, & caua, ita, vt quasi prociderit humeri caput, prouideant. Noui ergo complures medicos alioquin non ignobiles, qui summopere læderent, dum niterentur huiusmodi humeros restituere, vt qui luxatos esse existimarent: nec prius desisterẽt, quàm vel rem desperarent, vel indicarent per se non posse humeri articulum restituere. His eadem curatio conuenit, quæ cæteris eius generis, nempè ceratum, panni, fasciæ, atque eadem vinciendi ratio: veruntamen deorsum cogendũ est id, quod excedit, tum ea parte plurimi panni iniiciendi, maximè que adstringendum, humerus que ad latus continendus est, suspensus à parte superiori. Hac enim ratione id, quod recessit, proximè adducetur: quam rem scire optimè licet, atque prædicere, omni periculo vacare, si alioquin tibi videatur: ex hoc enim casu, nec paruum nec magnũ in humeri commissura oritur detrimentum, sed aliquid decoris eo loco amittitur: nunquam enim huiusmodi os in naturalem & antiquam sedem reuertitur, sed necessariò, siue amplius, siue minus, à superiori parte prominet: neq; enim aliud os vllum in pristinam sedem reuertitur, quod recesserit ab aliquo osse, cum quo naturaliter iungeretur. Paucis autem diebus à dolore liberatur latum scapularum os summum, si commodè vinciatur.*

A.ibi. c.14. fol. 479.d

Indicat lati scapularum ossis summitatem esse coniunctionem. dicit etiam ipsam esse os, quo C alligantur proposita ossa ambo. constat autem summitatem lati scapularum ossis esse chartilaginosum os, quod situm est, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur, à quo depẽdent membranæ, quibus extrema ossium colligantur. Hoc, vbi recedat, iugulum etiam sequi consueuit, & idcirco restituitur iugulo deorsum compulso, sic, vt ea parte in orbem quodammodo inclinetur: quo fit, vt in iuuenibus facilius cogatur, nam, quo magis ętas procedit, eo magis corpora nostra siccantur. Ergo, quemadmodum sicca ligna minimè idonea sunt, quę curuentur, madentia autem & viridia facilè id patiuntur: eodem modo & ossa eorum, qui adhuc increscunt, coacta curuari possunt, ac multò magis, vbi rara sint, & cauis plena, quale est iugulum. Equidem experimento sensi iugulum in me ipso curuari: nam, quum vinculi vi vehementer compelleretur, altè vrgebat. quod ego pertuli quadraginta dies, quibus iugulum ad humeri caput ita adductum est, vt iis, qui nunc aspiciunt, nunquam recessisse videatur: qui que tunc quum recessit, diductum interuallo trium digitorũ viderunt, rem admirentur. Inde tamen factũ est, vt humerus id temporis minimè nutriretur, ita, vt penitus emacresceret, cùmq; eo brachiũ etiam nutriri desineret. Sed his omnibus, vno vinculi præsidio succurrens, non multo tempore à soluto vinculo totũ membrum refeci. In adolescẽte autem, ac multo magis in puero, os facilius vinculo cogitur: ego verò, quùm D id mihi accidit in palęstra, annũ agebam trigesimumquintum. nullum tamen alium ex iis, qui firmissima ætate essent, æquè licuit ad sanitatem perducere, eo quòd vinculi vim minimè ferrent. Ipse igitur locũ sensi frigidum prorsus, sic, vt totum diẽ ac noctem perfundere calidum oleũ cogerer, pelle toto corpori subiecta, super qua nudus iacebã, quum caniculæ æstus vigeret. A pedibus igitur inani peluę subiecta pellis ita figurata erat, vt oleum per eam commodè funderetur. quidquid autem in pelui coactum erat, in ollam coniiciebatur iuxta ignem, vt calefieret, eo q; inde accepto totus affectus locus perfundebatur. at quùm, vel modicum quid aliquando intermittebatur, sentiebam continuò musculos iuxta ceruices distendi, sic, vt apertè cõstaret sequuturam esse neruorum distentionem, si ignaui fuissent, qui perfundebant. Mihi etiam aliud euenit, quod nõ parùm in causa fuit, vt musculi malè afficerentur, atq; id quoq; enarrasse operæprecium erit, ne quis existimet malè affici musculos, propterea quòd iugulum duntaxat deorsum fuerit coactum. In palęstra enim lati scapularum ossis summitate diducta magister intuitus partem superpositam humeri cõmissuræ, depressam, existimans humeri caput in alam excidisse, intentionem tentat, atque impulsum: quæ quidem artificiosè agit. at quùm sine vllo profectu operã perderet, arbitror peccati aliquid in impellendo: quamobrẽ alios adhiberi iubeo, qui cum ipso humerũ, & ab inferiori parte,

& à

& à contraria extendant: atque ipſe integræ manus digitos, quantum poſſum, intrò demitto ad E humerum, qui excidiſſe videbatur, vt inditi inter latus & humeri caput, ipſum impellerent: nihil autem inueniens in ala præter naturam, iubeo, vt extendere ceſſent, qui cum magiſtro ſimul vim adhibebant, eo quòd humeri caput non procidiſſet. hi verò exiſtimantes me fracti animi ob dolorem eſſe, hortantur, vt ſibi me ipſum committam, nec ab extendendo deſiſtunt, ita, vt muſculum auulſiſſent (quæ res aliis iam accidit) niſi fortè alter aduenilſet, qui optimè nouerat me nullo modo ob mollitiem extendentes prohibere. hic eos remouet, ac me rogat, quid mali ſit, quid'que faciendum cenſeam. reſpondeo ſummitatem humeri diductam eſſe, opus autem mihi eſſe oleo, linteis, lana. eo igitur ad balneum, multo'que oleo perfuſus maneo in labro, quoad poſſum, dũ, quæ ad curationẽ facerent, afferrentur. Quare muſculis aſſidua perfuſio neceſſaria fuit, quùm malè affecti ea ratione fuiſſent. multi autem vinculum non ſuſtinent, etiam ſi id non accidat, ſed malunt in poſterum, quę ex eo malo moleſtia ſequitur, ferre, quàm id quadraginta diebus ſuſtinere: neq; enim breuiori ſpacio conſequi eos poſſe exiſtimo, vt iugulũ ita exquiſitè curetur. Reliqua Hippocratis verba plana ſunt.

De Ivgvlo fracto F

63 *Iugulum comminutum, ſi ex toto fractum ſit, faciliùs curatur: ſi in longitudinem, ægriùs: hæc autem contraria ſunt, atque aliquis exiſtimet. Id igitur, quod ex toto fractum eſt, magis vtiq; in ſuam ſedem compelli poteſt: ac, ſi ſumma cura prouideatur, quod ſublimius eſt, magis deorſum cogetur idoneo habitu, ac debito vinculo: quamuis autem ex toto in ſuam ſedem non collocetur, tamen ea pars, quæ excedit, non valdè acuta apparebit. At quibus in longitudinem frangitur, ſimile vitium eſt, atque vbi oſſa diducuntur, de quibus ſuprà tractauimus: non ita enim in ſuam ſedem reſtituitur, extans que oſſis extremitas aſpicitur admodum acuta. In vniuerſum autem ſcire conuenit, nihil humeri cõmiſſuram aliam'ue partem lædi, quùm iugulum frangitur, niſi (quod rarò accidit) corrumpatur.*

Ex toto frangi dicit, quod nulla parte hęret: cuius contrarium eſt, quod non ex toto abrumpitur. Id vno modo fieri expreſſit, quùm inquit /ſi in longitudinem, ægriùs/: ſimul q; demõſtrauit, quod ex toto abrumpitur, tranſuerſum abrumpi: quod non ex toto, in longitudinem. ergo, vbi ex toto comminuitur, partes cedere inter ſe plærunque ſolent, atque vna ſurſum ferri, altera deorſum, tum altera in interiora, in exteriora altera. qua de cauſa videtur fractura grauis, & ægrè ſanabilis. Verùm altero modo, quùm fractura in longitudinem eſt, leuior quidem apparet, ægriùs tamen curationem admittit: nequit enim iugulum faſcia excipi in orbẽ, ſicut membra: qua via duntaxat propelli, atque adduci poſſet, quod in longitudinem fiſſum eſt. Quòd ſi hęc, quæ nunc oſtẽdimus, in memoria habeantur, nihil obſcurum videbitur ex iis, quæ ab Hippocrate in ſequentibus ponentur. G

64 *Iuguli fractura deformitatem affert: deformitas autem principio maxima eſt, deinde minor.*

Satiùs fuiſſet dicere /minùs apparet/. principio enim rei nouitate deforme vitiũ videtur: procedente tempore, ſicut alia omnia, quibus aſſueſcimus, ita deformitatem paruifacimus.

65 *Saneſcit autem citò iugulum, atque alia oſſa, quæcunque rara ſunt, quoniam callo hæc maturiùs obducuntur. Igitur, vbi caſus recens eſt, ægri ſolliciti ſunt, putantes malum grauius eſſe, quàm ſit, medici autem ſedulos in probè curando ſe exhibent: procedente tempore laborantes, vt qui non doleant, neque ingreſſu, neque cibo prohibeantur, rem contemnunt, at medici, vt qui locum reddere decorum non poſſunt, ſe ſubducunt, neque offenſorum negligentiam iniquo animo ferunt: interim callus feſtinat increſcere. Deligandi autem ratio ea conuenit, quæ plærisque, cerato, pannis, faſciis mollibus, adhibitis. Hæc autem prouidiſſe oportet, atque item nouiſſe in hac præſertim curatione, plurimos pannos, quà os extat, obiiciendos eſſe, ac faſcias plurimas, ibi que maximè premendum. Non nulli exiſtimarunt plumbi aliquid alligandum, quod oneri eſſet, vt deorſum cogeret, quod extaret. Fortaſſe autem nec illi ſapiunt, qui ſimpliciter vinciunt, quandoquidem neque propoſitus modus fracto iugulo conuenit: nihil enim ferè cogere poteſt, quod excedit. Sunt & alij, qui cognoſcentes vincula ipſa aliena eſſe, neque in naturalem locum adducere, quod extat, deligant quidem eiuſmodi ægrotantes pannis faſciis que ſuperdatis, perinde atque alij: ſed hominem faſcia aliqua cingunt, qua parte commodiſſimè cingitur: vbi pannos obiecerint, quà fractura extat, ſic, vt ea parte in tumorem aſſurgant, caput faſciæ ad cingulum à priori parte deuinciunt, faſciam que è regione iuguli porrigunt ad partem poſteriorem, & in cingulum demiſſam ad priorem adducunt, atque inde rurſus ad poſteriorem. Alij faſciam in cingulum non demittũt, ſed inter anum & naturale: tum iuxta anum ipſum, dein circa ſpinam ducentes, ſic fracturam comprimunt. Hæc, quùm ab eo audiuntur, qui vſum non habet, propè videntur ſecundum naturam eſſe: at, vbi quis ea experiatur, inutilia comperiet, neq; enim aliquod tẽpus immobiles manent, etiã ſi homo cubet, quanquã hoc modo proxima eſſent: tamen ſi cubans crus flectat, aut ipſe curuetur, oẽs faſciæ mouebuntur: præterquam quod hæc vinciendi ratio alioquin fœda eſt.* H

Cauſam ipſe adiungit, quamobrem hæc celeriter ſaneſcant: ſed cur callus maturè increſcat,

A causam non expressit, vt quæ ex natura ossium, de quibus tractatur, percipi possit. quoniã in iis, quæ rara sunt, multum humoris contrahitur. In prioribus autem demõstrauimus, recepto humore ob affecti ossis vim spissato, in oris fracturę callũ increscere, qui, vbi satis increuit, fracturæ oras illigat, atq; adstringit. neq; enim os altioribus partibus solidatur, quemadmodum caro: sed (vt dictũ est) in summo, quasi vinculo adstringit. Quæ sequũtur, si diligenter cõsiderentur, oĩa plana sunt.

66 *Siquidem anus comprehenditur, fasciæ q; in hac loci angustia colliguntur. Quod vero ad eas fascias pertinet, quæ in zonam induuntur, non ita arcte hæc cingitur, quin sursum ferri cogatur: quod vbi accidit, necesse est etiam vinculũ relaxari. Proximè autem moliri quis sibi videbitur, quamuis nihil magnum efficiat, si fascias non nullas in cingulum demittat, sed plærasque ad primum vinculum adhibeat: hac enim ratione maximè stabiles erunt, & alteri circuitui alter auxiliabitur. Plurima quidem dicta sunt ex iis, quæ ad iuguli fracturam attinent. Scire autem licet, iugulum plerunque ita frangi, vt ea pars, quæ a pectore est, sursum feratur: quæ a summitate lati scapularum ossis, deorsum: cuius causa est pectus, quod neque admodum sursum, neque admodum deorsum mouetur.*

Loci angustiam dixit στενοχωρίην. quod nomen (vt quibusdam placet) nõ componitur ex vocabulis ὑγρȣ̃, στενȣ̃, & χώρας, quæ significarent humidum, angustum, locum, sed deducitur à
B voce στενοχωρ[illegible], quę nihil amplius sibi vult, quàm στενὸν. quod significat angustum. vnde quadam additione (quam figuram παραγωγὴν dicunt) deducitur στενοχωρίη, quę nihil aliud sibi vult, quàm angustiã. quod ex iis euidenter colligitur, quæ Simonides sic scribit [illegible] ἐν ὄρεσιν [illegible] στενοχωρίῃ [illegible]. effertur autẽ secunda syllaba tenui spiritu.

67 *Exiguus enim est motus articuli, à parte ossis pectoris.*

Exiguum motũ vocauit κιγκλισμὸν. At siue vocabulum sumatur à motacilla aue, quę gręce κίγκλος dicitur, eo ꝙ assiduè caudam moueat, siue à quouis alio, non pertinet propriè ad hunc locum: sed magis persequi causam oportet, cur commissura iuguli cum pectore quamuis sicut aliæ non nullæ referri inter minimas non debeat, tamen nihil ferè moueatur. sed quã huius rei causam Hippocrates tradat, audiamus de verbis ipsius. Os pectoris στῆθος appellat, quo nomine significasse nunc videtur, non omne id, quod est a priori parte thoracis, sed medium os, in quod se inserunt costæ, quod græcè à iunioribus medicis στέρνον vocatur, de quo rectè dixit,

68 C *Ipsum enim os pectoris sibi continuatur, & spinæ.*

Os pectoris sibi ipsi cõtinuari manifestissimũ est. sed & spinę etiam. liquidò constabit, si qñ in cadauere detracta carne costas videris à posteriori parte, spinę: a priori, ossi pectoris, inhærere.

69 *Sed & iugulum prope humeri articulum supernatat. Cogitur autem moueri sępissime, eo quod cũ summitate lati scapularum ossis iungatur. Maxime autem, vbi perrumpitur, pars, quæ ab ossi pectoris est, sursum fertur, neque facilè solet deorsum repelli, quoniam natura leuis est, & spacium quę ipsi latius patet a superiori parte, quam ab inferiori: latum vero scapularum os, humerus, & quæ his inhærescunt a costis & osse pectoris, optime soluuntur: quamobrem possunt plurimum attolli, atq; demitti. Itaq; vbi iugulum frangitur, ea pars, quæ est a lato scapularũ osse, deorsum cõuertitur: facilius enim deorsum fertur vna cum humero ac lato scapularum osse, quam sursum. Quando igitur sic se res habet, decipiuntur, qui censent posse, quod super excedit os, deorsum compelli: namq; in aperto est inferiorem partem ad superiorem adducendam esse, ea siquidem mouetur, ea a naturali sede recedit: cõstat autem hanc aliter nullo modo propelli posse, vincula enim nihil magis adducũt, quam repellant. Si quis autẽ humerum, ad latus, quantum potest, adductum sursum attollat, vt humeri cõmissura maxime acutam se ostendat, hoc pacto concurret cũ osse pectoris, a quo recessit.*

Solet Hippocrates quasdam figuras ac linguarum proprietates vsurpare, quamuis consuetam
D locutionem sequatur. Simile quid apud Xenophontem legitur. ipse enim, si quisquam est, qui vsitata locutione vtatur, in his nomen profitetur suũ. sępius tamen inserit vocabula linguę propria, ac translata: quod rarius apud hunc, frequentius apud Hippocratem reperitur: quemadmodum in pręcedentibus verbis, vbi κιγκλισμὸν dixit paruum motum, nunc verò, πλάδαν ἐστι, quod supernatat. id autem quasi sine fulcro significat: cuius rei testimonium facit, quod subiicit, quum inquit /cogitur autem moueri sępissimè, eo ꝙ cum summitate lati scapularum ossis coniungatur/. at summitas lati scapularum ossis rursus ob humeri [illegible] sępissimè mouetur, quum ipse imbecillis sit, & maximi motus. Initio verò sermonis /propè/ dixit. dubium aũt est ad locũ ne, an ad rem debeat referri: vel enim accipiemus, [illegible] frequẽter iugulum moueri. quã sententiã magis probo: vel (vt quibusdam placet) /prope/ [illegible] ad frequentẽ motũ, ita, vt mens eius sit, iugulũ maximè propè accedit ad ea, quę [illegible] mouẽtur, quum humeri articulo iungatur.

70 *Si quis igitur legitimum vinculum adhibeat, vt ce[illegible], cætera vero omnia extra huiusmodi habitum superuacua existimet, rectè vtique sentiat, celeriter [illegible] rectitudinem perducet; quem tacere maximè ad rem pertinet, satis que sunt quæ [illegible].*

Legitimum vinculum appellat, quod omnibus in consuetudine est, ac iam est veluti lex quædam non scripta. sic enim & in vita fit, vt quos mores, omnes student, legibus similes sint. Vinculum igitur quod ad fracturas pertinet, huc non admodum accommodatur, atq; idcirco fusiùs de ipso scripsit in primo de fracturis: hîc autem nullum vitium exponitur, ad quod eiusmodi vinculum adhibeatur. Ostendimus enim in commentarijs in eos libros, & nunc etiam in memoriã redigemus, morbos omnes, quibus accõmodatur id vinculum, quod ad fracturas pertinet, traditos fuisse ab Hippocrate in eo volumine: in hoc autem omnes, qui alteram vinciendi rationem postulant. Porrò autem in eo vinculo, quod ad fracturas pertinet, fascia super affectũ membrum in orbem circundatur, sed in altera vinciendi ratione fertur ad alias partes, ac plurimum ad eas, quæ vitiatæ sedi contrariæ sunt: quod in libro de officina medici testatur, cùm inquit, Consentit autẽ cum capite humeri fascia ad alteram alam demissa. E

71 *Si in iuguli fractura (quod rarò accidit) contrarium eueniat, vt scilicet id ossis, quod à pectore est, subiiciatur id, quod à summitate lati scapularum ossis sublimiùs feratur, ac super alterum excedat, nullo magno præsidio opus est: demisso enim lato scapularum osse, cum humero, rectè ossa inter se concurrent: ac quæuis ratio vinciendi satis erit, & callus paucis diebus increscet.*

In superioribus quidem demonstrauit, vbi totum iugulum transuersum abrũpatur, ferè quod à pectore est, sursum conuerti: quod à summitate lati scapularũ ossis, deorsum. nunc eum modũ persequitur, qui rariùs accidit, sub quo ea pars iuguli, quę est à summitate lati scapularũ ossis, sursum fertur, quę à pectore demittitur: atq; hic (vt ait) faciliùs sanescit. nam demissa summitate lati scapularum ossis, simul etiam demittitur ea iuguli pars, quæ ipsi continuatur, sic'que alteri ęquata illigatur, curatur'que. F

72 *Quòd si non comminuatur hoc pacto, sed ab hac vel illa parte in latere erumpat, in suum locum collocandum erit, lato scapularum osse vna cum humero excitato, quemadmodum & in superioribus explicauimus: vbi restitutum fuerit in pristinum statum, reliqua curatio celerrime perficietur. Plærunque igitur, cùm partes inter se cesserunt, ipso humero sursum coacto restituitur.*

Quod ab ipso nunc proponitur, accipere debemus in osse, quod in interiorem vel exteriorem partem prolabitur. intellige nunc, quam dico interiorem partem, eam, quæ altè sita est in corpore: exteriorem, quæ in superficie ad cutem.

73 *Vbicunq; autẽ, quod à superiori parte est, in latus vel in inferiorẽ partem veniat, cõmodè restituitur, si homo resupinetur subiecta aliqua re inter scapulas, quæ attollat sic, vt pectus quam maxime recuruetur: aliquis item humerum iuxta latus extentũ sursum adducat: medicus verò altera manu ad humeri caput data prominentiori palmæ parte repellat, altera quod diductum est, componat: sic enim maximè in naturalem sedem restituet. Sed (sicut iam diximus) superius os deorsum ferri maximè solet. Plærisque, vbi alligati sunt, conuenit ita figurari, vt cubitus iuxta latus contineatur, sic'que humeri caput excitetur.* G

A Æger supinus collocatus.
B Puluinus inter scapulas subiectus.
C Alter brachium à costis diductum attollens.
D Medicus fracta ossa componens.



Vbi ea pars iuguli, quæ cum pectoris osse cõmittitur, vel in latus, vel in inferiorẽ partẽ prorumpat, tunc ait cõmodè restitui, si homo resupinet, subiecto îter scapulas H iuxta spinam puluino, seu ceruicali, siue tali quopiam, vt hac via thorax totus recuruet. hoc autẽ expressit vocabulo περιῤῥηδὲς, quod poeta ẽt vsurpauit, quùm inqt, Περιῤῥηδὴς δὲ τραπέζῃ κατέπεσε. Homine igitur ita figurato, pręcipit, vt medicus altera manu humeri ad latus adducti caput in exteriorem partem repellat, sic enim diductę iuguli partes plurimum inter se recedent, recuruato pectoris habitu multum ad eam rem cõferente: altera manu componat, atque in vnum adducat diductas iuguli partes. humerum verò iuxta latus sursum compelli interdum satiùs esse in sequentibus adscribit.

74 A *Sed quibusdam (vt narrauimus) debet humeri caput sursum vrgeri: cubitus autem ad pectus adduci: manus verò ad summitatem lati scapularum ossis ab integra parte porrigenda est. Quòd si homo cubare non recuset, aliquid imponere conuenit, quo fulciatur, sic, vt humeri caput maximè sublime sit: at si inambulet, fundam a ceruicibus suspendere ex fascia oportet, quæ cubiti eminentiam complectatur.*

Hæc figurandi ratio efficit, vt humeri caput in exteriorem partem compellatur, cum quo adducitur & iuguli pars, quæ summitati lati scapularum ossis adiuncta est. Sed eiusmodi habitu inquit ferè opus non esse, quòd superiori satis restituatur, sub quo humerus iuxta latus extentus adducebatur, cubito ibidem collocato, non quemadmodum nunc pectori superimposito. Abstinere igitur debemus ab imponendo cubito super pectus, non quò hic habitus priori sit deterior, sed quò per illum duntaxat, pleraque præstari possint, quæ ad reponendum idonea posita sunt. Quo modo, si res non succedat, ad habitum transibimus secundo loco ostensum.

GALENI IN HIPPOCRATEM DE ARTICVLIS COMMENTARIVS SECVNDVS

Vido Vidio Florentino interprete

ARGVMENTVM LIBRI

Agit de reliquis Manus articulis: de Faciei malis, ac maxillis: de Naribus & Auribus curandis: cum luxata vel fracta fuerint.

De Cvbito

C *Vbiti articulus, vbi paulum dimotus suo loco excesserit, vel ad pectus, vel in partem exteriorem, maneatq; pars eius acuta in cauo humeri, rectà extendere oportet, & quod extat repellere, atque ad latus vrgere. At vbi toto loco motus fuerit in hanc vel illam partem, idẽ extendendi modus aptatur, qui fracto humero, cùm deligandus est: sic enim curua pars cubiti non impediet: maximè verò versus costas erumpit. Restituitur autem plurimum reductus, ne humeri caput attingat cubiti processum: ita autem collocatus vt non hæreat, circumagitur ac circumflectitur, non rectà cogitur: eodem que tempore vtrinq; in contraria compulsus in suam sedem restituitur. Expedit & cubitum nunc pronum, nunc supinũ conuertere. In curatione ita figurare brachium oportet, vt manus paulo sublimior cubito habeatur, humerus verò ad latus: sic autem & suspensum & collocatũ naturæ & vsui cõmodum erit, modò callus non malè increscat: increscit autem celeriter. Lintea verò adhibenda eo modo sunt, quo articulorum ratio postulat, vt pars quoque acuta adligetur. Malum autem luxato cubito maximè recrudescit febre, dolore, vomitu puræ bilis: præcipuè cũ in posteriorem partem exciderit, quòd cartilaginosa sit: deinde cùm in priorem: sed curatio eadem est. Vbi in posteriorem partem prolapsus reponitur, rectà extendere oportet: signum autem sic prolapsi est, quòd homo extendere brachium nequit, nam vbi in priorem venit, flectere non potest: tunc autem durum aliquid implicitum cõuenit inicere, & cubitum porrectum plurimum repentè circa ipsum flectere.*

A Alæ subiecta habena.
B Manibus depellens.
C Medicus articulum palmis coaptans.

D *Diducta autem ossa intelliges, vbi eam partem tangas, qua vena in humero diuiditur: sed hæc celeriter callo circundantur. Ossa autem à primo natali die breuiora fiunt, præsertim quæ proxima sunt cubito, deinde quæ manui, tum quæ digitis. Humerus autem & scapula propter motum ualidiora euadũt: sed & alterum brachium propter opera validius est.*

Minuitur caro vbi in exteriorem partem venit ab interiori, alioquin à contraria illi, in quam venit. At vbi cubitus in interiorem vel exteriorem partẽ prolabitur, distentio ita adhibenda est, vt cubitus ad rectum angulum cum humero collocetur. Attollere autem alam oportet fascia subiecta, & cubitum super rem aliquam collo-

care, ac iuxta articulum graue aliquid appendere, aut manibus deorſum vrgere. Suſpenſo autē articulo neceſſe eſt prominentioribus palmarum partibus adurgere, quemadmodum in manibus. Hæc figura conuenit dum deligatur, dum ſuſpenditur, dum collocatur: vbi in poſteriorem partem ſubito extendere oportet, & prominentioribus palmarū partibus in ſuam ſedem compellere, quod ſimiliter ſeruandum eſt in alijs reponendis: vbi in priorē impoſito linteo in pilæ ſpeciem inuoluto flectere ſimul, & reponere neceſſe eſt: quòd ſi in alteram partem vergat, cum reponitur, vtrunque fieri debet. Figura autem, quæ communiter aptatur, cùm reponitur, & cùm deligatur, idonea eſſe etiam poteſt, cùm diſtenditur, ita, vt in omnibus communiter requiratur. Quòd ſpectat ad modos reponendi, reponuntur alij ſuſpendendo, alij diſtendendo, alij circumducendo: quæ celeriter fiunt, vbi figuræ in hanc vel illam partem excedant. E

De Manv

2 *Manus autem articulus in interiorem, vel exteriorem partem promouetur: ſed maxima ex parte in interiorem. Manifeſtū indicium, vbi in interiorem, quod curuari: vbi in exteriorē, quòd porrigi digiti non poſſunt. In reſtituendo collocentur digiti ſuper ſcamnū, & in diuerſas partes diſtendantur: quod extat ex oſſe vel prominentiori palmæ parte, vel calce ſimul repellatur, & in anteriorē & inferiorem partem vrgeatur: ſed ab inferiori iuxta alterum os, pila aliqua mollis ſubijciatur, manui pronæ, vbi à ſuperiori eſt: ſupinæ, vbi ab inferiori. Curatur autē linteis. Prolabitur tota manus vel in interiorē, vel in exteriorem partem, vel in hoc aut illud latus, maximè autem in interiorem. Promouetur aliquando & appendix: aliquando & alterū os diducitur, tunc autem vehementer extendere conuenit, & quod extat repellere: reliquum verò à contraria parte adurgere, duobus modis retrò, & ad latus, vel manibus ſuper ſcamnū, vel calce. Maximè autē recrudeſcunt & deformitatē afferunt, tēpore tamen confirmantur, ita vt vſui ſint. Curatio autē lintea poſtulat, quæ ad manū & cubitum pertineant: tum ferulas, quæ vſque ad digitos accōmodentur. Alligata autē ferulis ſæpius reſoluere oportet quàm fracturas, & vberius mungere. Verū à primo natali die breuior fit manus, & minuitur maximè caro à parte contraria illi, in quam os venit: ei verò qui iā adultus eſt, oſſa manent.* F

A Extendentes in diuerſa.
B Medicus palmis os eminens retrudens.
C Inuolucrum molle alteri oſsi ſubiectum.

De Digitis

3 *Digiti articulus, vbi excidit, in aperto eſt. Reſtituitur rectà diſtendendo, tum quod extat repellendo, & in contrariam partē adurgendo. Curatio faſcias & lintea poſtulat. Niſi reſtituatur, callo extrinſecus circundatur.*

Luxata autē oſſa uel à primo natali die, vel ei qui adoleſcit, ab inferiori parte breuiora euadūt, et caro minuitur, à contrario illi in quā prolapſa ſunt, ſed iā adulto manēt. G

Maxilla paucis hactenus toto loco mota eſt. A. li. 4. f. 5. t. 1. c. 2. 478. d

4 Qui operā dant corporibus incidendis γνάϑον dicunt eam partē, quæ genis ſubiecta eſt: genas verò, quę μῆλα vocant, eas, quæ leniter rotundæ in facie prominēt. Quemadmodum igitur Hippocrates dixit, articulum autē latiſcapularum oſſis, pro articulo, qui cum lato ſcapularum oſſe committitur, ſic nunc maxillæ articulum intellexit, quùm maxillam ait, quam γνάϑον appellat. Sic etiam poeta dixit, Sect. 1. t. 1. 251. e

Κόπτων ἀμφοτέρησι χαμαὶ δ' ἅπαντας ὀδόντας,
Γνάθων ἐξελάσαιμι συὸς ὥς ληϊβοτήρην.

vbi videtur appellaſſe γνάθους, malas & maxillam, quas ipſe etiā Hippocrates in ſequentibus γνάϑους nominat. Atque hęc de vocabulo. cur autē ſcripſerit paucis maxillam toto loco moueri, ipſe deinceps docebit. animum igitur adiūgito. H

5 *Os enim, quod à malis procedit, cum eo coniugatur, quod ab aure, hoc autem maxillæ capita excludit: quorum vnum à ſuperiori parte ſitum eſt, alterum ſubiectum. Item ex maxillæ capitibus vnum quidem ob longitudinem nō facilè expellitur, quod roſtro ſimile, iugale os excedit.*

Anteà quoq; diximus in expoſitione libri de fracturis, & in primo cōmentario, ſi quis nō intelligit, quę ita clarè ab Hippocrate exponunt̄, huic opus eſſe monſtratione oſſiū, pręcipuè hominis, vel certè ſimię. ſatius autē eſt nō tūc, cùm liber legitur, ſed prius per ociū oſſa inſpicere. Diximus itē ſcriptum fuiſſe à nobis librū de oſſibus ad eos, qui primas inſtitutiones addiſcunt, in quo antè exerceri melius eſt eū, qui percepturus eſt, quę ab Hippocrate ſcribūtur. Atqui, vt in ſuperioribus ſcripſi, ſic etiā nunc faciā mediam quandam doctrinā, inter eam, quę conuenit iis, qui inſpexerint, & eā, quę iis, qui non inſpexerint. Hoc enim pacto, qui inſpexerint moleſtè ſermonis longitudinē non ferent: qui nō inſpexerint quaſi deſcriptionē quandam habebunt exquiſitę cognitionis, quę haberi nō poteſt, niſi oſſa ipſa inſpiciant̄. Intelligito igitur ex partibus oris, quę dētes

continent,

A continent, eam, quæ mouetur, esse maxillam: quę immobilis est, malas: in vtroq; item osse dentes contineri, tam magnitudine, q̃ numero, inter se æquales. Procedit autem a malis os tenue continuatum illi ossi, quo cõtinetur angulus oculi temporibus propior. cum hoc alterum os nectitur, in quo situm est foramen auris. quà verò coeunt hæc inter se, commissura fit suturæ similis. Hoc igitur os, quod malas capiti annectit, ab iis, qui incidendis corporibus operam dederũt, iugale os appellatur: quandoquidem & ipse Hippocrates/coniugatur/ inquiens, ostendit duo ossa inter se coniungi, quasi iugo subiecta. huic autem iugo cauum subiectum est nõ mediocre, in quod se inserit alterum maxillæ caput, quod rostrum refert. hoc & fœminino genere κορώνην, & neutro κόρωνον, græci appellant. Iuxta hunc processum maxilla quoq; alterum exigit, per quem cum capite prope aurem committitur. Sed hic breuior est, alter multo longior. vterque distinguitur iugali osse, quod medium inter vtrunq; situm est, longiori humilius, breuiori sublimius. vtrosq; maxillæ processus Hippocrates nominauit capita, quũm inquit/hoc autem maxillæ capita excludit/ hoc est, diducit, separat q; inter se, alterum ab inferiori parte, à superiori alterũ. Constat igitur procidere maxillam non posse, nisi processus rostro similis iugali osse humilior demittatur. at nõ propterea simpliciter luxabitur, vbi illud accidat, aperto enim ore in suum locum reuertetur. Ad hoc
B igitur, vt luxetur, necesse est reditum prohiberi, eo ꝙ ipsa in latus conuertatur. Rectè igitur in sequentibus inquit/luxari autẽ non potest, nisi ore vehementer aperto in latera conuertatur/ neq; enim ferri potest ipse processus infra os iugale, priusq̃ maxilla à malis plurimum diducatur, quod accidit, vbi homo maximè hiat: neq; reditu in suam sedem prohibetur, nisi in latus conuertatur. Ægrè igitur prolabitur & ob hęc, & ob musculorũ robur, quibus ad superiores partes alligatur, de quibus agit proximis verbis.

6 *Iam verò ab vtraque harum summitatum neruosæ oriuntur chordæ, quibus musculi illigantur, qui κροταφῖται, & μασσητῆρες dicuntur.*

Quæ ante κεφαλὰς id est capita maxillæ vocauit, nunc ἄκρεα id est summitates appellat, ab vtrisq; inquiens neruosas chordas oriri, quas τένοντας vocat. solet autem sic appellare eas musculorum extremitates, quæ græcè ab iis, qui versantur in corporibus incidendis ἀπονευρώσεις nuncupantur. Semper autem magis neruosæ sunt, q̃ medius musculus: verùm inter se differunt, eo ꝙ aliæ naturam magis neruosam habeant, aliæ minùs. vbi carnosa natura plurimum abundat, musculi extremitatem carnosam vocant, contra vbi neruosa superat, neruosam. nunc quia neruosæ
C magis sunt, q̃ carnosæ, iure dixit ab vtroq; horum capitum neruosas chordas oriri: innecti enim inquit summitatibus maxillæ musculos, qui κροταφῖται & μασσητῆρες nuncupantur. Sed incertum est, num eosdem musculos his vocabulis appellet, an alios esse velit κροταφῖτας, alios μασσητῆρας, quoniam, qui post Hippocratem versati sunt in corporibus incidendis κροταφῖτας vocãt eos, qui à temporum ossibus oriuntur, quos vbi intenduntur, claudere & contrahere os apertè videmus: eos verò, qui maxillæ, quà latescit, illigãtur, vtrinq; scilicet vnus, μασσητῆρας nominãt, eo ꝙ in mandendo maxillam circũagant: quod efficere non amplius possunt, qui à superiori parte oriuntur, hi enim sursum solummodò ipsam adducunt, non tamen in latera mouent. Quocirca ipsis opus est in contrahendo ore, non secus etiam, vbi prioribus dentibus aliquid mordentes abscindimus, vel vbi comminuere aliquid caninis volumus. Sed, vbi cibum, vt contundamus, cõteramus q;, super maxillares imponimus (quæ actio μάσσησις græcè dicitur) musculi tunc suo munere funguntur, qui maxillam, cui illigantur, quà latescit, in latera mouẽt. Probabile igitur est hos musculos appellari μασσητῆρας: eos verò κροταφῖτας, qui à musculis iuxta ossa temporum (quæ græci κροτάφους dicunt) oriuntur, qui & neruosas chordas continent, maxillæ summitatem rostro similem circumagentes. Atqui conditum est in ore par aliud musculorum, qui superne ab
D osse, quod ab alarum similitudine πτερυγοειδὲς vocatur, & à toto sinu iuxtà posito oriuntur. iunguntur autem maxillæ, ea potissimum parte, vndè processus ad commissuram fertur. perueniũt autem hi musculi ad eos, qui μασσητῆρες dicuntur, qui que (vt dixi) maxillæ inhærent ab exteriori parte, quà latescit, quũm ab iteriori parte duo, qui propositi sunt, vtrinq; vnus, maxillã, quà latescit, comprehendant. Ergo, quũm Hippocrates ait/iam verò ab vtraq; harum summitatũ neruosæ oriuntur chordæ, quibus musculi illigantur, qui κροταφῖται, & qui μασσητῆρες dicuntur/ constat nullo modo loqui de musculis, qui ab exteriori parte maxillæ superiniiciunt, sed duo musculorum paria indicasse, eos scilicet, qui euidenter ab extrema fronte oriuntur, & eos, qui iuxta sinum ossis πτερυγοειδοῦς: hi enim alterum processum attrahũt, quem inseri in commissuræ cauũ diximus: sed alterum musculorum par, quod (vt retuli) maxillæ extremitatem rostro similem in orbem amplectitur, rursus ipsos maxillæ processus sursum ad caput adducit.

7 *Et propterea vocantur, ac propterea mouentur, quòd inde illigantur.*

Quũm propositos musculos dixerit nominari μασσητῆρας, causam reddidit, cur ita appellent.

inde enim illigantur,hoc est,maxillæ summitatibus: propterea mouentur, quum mandimus, & E μασσητῆρες vocantur.

8 *Nam,quùm edimus,loquimur,aut aliter ore vtimur.*

Maxilla solummodò mouetur, quùm à malis ipsam reducant priores duo ceruicum musculi, cum q; μασσητῆρες illam adducant. Iure igitur euidenter mouentur,quùm ei ossi,quod maximè mouetur, illigentur. Dicti autem sunt ob huiusmodi motum μασσητῆρες, à mandendo, quæ maxillæ actio valentissima est,leuiter enim mouetur,dum loquimur.

9 *Malæ quidem quiescunt:innectuntur enim capiti,sed non insinuantur vt articuli: at maxilla mouetur,vt quæ articulorum modo cum malis & capite committatur.*

Verbum /innectuntur/ συνήρτηνται dicit.non nulli scribunt συνήρθρωνται, id est iungũtur,propterea quod Hippocrates ait συνάρθρωσιν esse iuncturam ossium,interdum eorum , quæ vix, interdum eorum, quæ nullo modo moueri videntur: sicut διάρθρωσιν naturalem cõmissuram ossiũ, quæ apertè mouetur. In propositis autem verbis commissuram articulorum ἀσάρθρωσιν vocat, quod idem notat ac διάρθρωσις siquidem & ἀπηρθρῶσθαι διηρθρῶσθαι significat. F

10 *At quamobrem neruorum distentionis,rigoris que,hic articulus primus indicio fit,vbi contrahitur: & quam ob rem plagæ in temporum musculis graues sint,& stuporem inferant:alibi explicabimus.*

Paucis persequi rem potuit.quoniam hic articulus ad neruorum initium propius accedit, primus neruorum distentionem concitat, plagas que habet stuporem inducẽtes.nescio autem quo pacto reseruauerit.fortasse voluit in scribendo demonstratione vti, mentionem faciens neruorũ, qui à cerebro ad hos musculos perueniunt,quod necessarium nõ fuit,in proposita doctrina, atq; idcirco in alium locum,perfectum sermonem distulit.

11 *Atque hæ causæ sunt,cur non admodum prolabitur.*

Sed quæ nam sunt? nempè non aliæ,quàm quæ dictæ sunt,quarum duplex est caput, natura ossiũ (vt narraui) & robur musculorum.

12 *Illud etiam in causa est,quòd nulla ferè in edendo necessitas est, quæ cogat hominem aperire os, vltra quàm possit: luxari autem aliter maxilla non potest,quocunq; figuretur, quàm cum ore vehemẽter aperto in alterã partẽ conuertitur.* G

Preter duas superiores causas,quę efficiunt,vt maxilla rarò luxetur, tertiã adscribit, scilicet nisi plurimum os aperiatur,luxari minimè posse. Verùm non sępè fit, vt nobis opus sit ore plurimũ aperto: quandoquidem eiusmodi actio duplici vsui accommodatur,vel vbi volumus ore magnæ molis quidpiam apprehendere,vel vbi quàm maximè hiamus: quorum illud rarò accidit, hoc delirantibus duntaxat. Quod & aliquando accidisse vidimus Plusio Placino, cùm quãtum poterat, os aperiret,deinde maxillam in latus deduceret. cõsueuerat autem sic subinde figurari, ac tanquã egregium factum,vltro semper hiare ampliùs conabatur.

13 *Veruntamen illud etiam efficit,vt maxilla excidat,quòd ex omnibus neruis ac musculis,qui iuxta articulos sunt, vel non longè ab articulis,quibus illigantur,quicunque in vsu frequenter dimouentur,dum extenduntur,maximè idonei sunt,qui extenti sequantur,perinde atque coria,quæ,quùm optimè mollita sunt,plurimum extendi possunt.*

Quod ad propositas causas attinet,necesse est maxillã vel nullo modo , vel rarò admodum, luxari. Videtur tamen res aliter habere.excidit enim rarò,at nõ adeò,vt permulti nostrum eiusmodi casum non viderint,quod in iis euenit , quæ sunt rarissima . eo enim quod eiusmodi commissura multum mouetur,musculi nerui que ipsius tenduntur,& opportuniores sunt, qui extendantur, H quàm quibus rarò motis opus est: quemadmodum (ait) & coria εὐδεψητότατα, hoc est, optimè mollita,plurimum extendi possunt: quoniam poeta verbum δεψεῖν mutuatur ad significãdum mollire,quùm inquit κηρὸν δεψήσας μελινδέα.

14 *Ergo (quod propositum erat) maxilla rarò excidit,mutatur tamen subitò sępè, quùm homo hiat, vt compluribus aliis musculorum,neruorum que motionibus accidit.*

Mutatur subitò dixit σχᾶται, quod verbum quid significet,intelligemus,si ea,cum quibus in oratione coniungitur,animaduertamus. inquit enim /vt compluribus aliis musculorum,neruorum q; motionibus accidit/. quare σχᾶσθαι vitiũ est neruorũ ac musculorũ articulo non erũpente. Quid'nã hoc vitij sit,aperit,quùm inquit /motionibus/. voluit enim ex naturali situ in alterũ mutari,id q; subitò. idem & paulò pòst indicat significari verbo σχάσαι, quùm ait /dein subitò mutare ad tres habitus simul consilio directo/, vbi mutare dixit σχάσαι, hoc est , subitò mouere priorẽ habitum. adde,quod nunc etiã in Co,ac ferè in omnibus Grecię ciuitatibus, σχαστηρίαν dicunt id,super quod pedẽ imponentes,protinus efficiunt,vt id in carceribus cadat, cui adstãt, qui

cursuri

A cursuri sunt. In palestra item verbum σχάσαι significat brachium à priori situ celeriter retrahere. Vbi ergo dixeris maxillam σχάσαι, ad musculorum vitium referendum est, repente mutatum in alias partes, sic, vt musculi antiquam sedem minimè retineant, sed aliqua ex parte deprauentur, aliqua etiam extendantur.

15 A.li.4. f.5. t.1. c.7.478.e *Hinc autem " euidentissimũ est, cùm excidit: maxilla enim in priorem partẽ producitur, conuertitur q; in cõtrariã, atq; vnde luxata est, summitas q; ossis rostrũ referens magis extat iuxta malã, maxilla q; cũ malis ægre cõmittitur.*

Diximus etiam in superioribus os, quod iugale appellatur, ita situm esse, vt superiniiciatur maxillæ summitati rostrum referenti: ac nisi in alterã partem prolabatur, maxillam ad suũ locum reuersuram. Necesse igitur est, si quando maxilla excidat, propositã summitatẽ extra iugale os ferri, nullus enim alius locus est, in quẽ impellatur. Quare merito extat iuxta malas, quà situ est iugale os: sed quà potissimum situm sit, facilè percipies in homine gracili, musculum temporis, genã q; intuitus, inter vtrunq; enim situm est iugale os. In memoria itaq; habens eius situm, vbi aliquem videris, qui os claudere nequeat, maxilla in priorem partem proiecta, atq; in alteram inclinata, conari debes, exquisitè oculis, digitis q; summitatem comprehẽdere, quæ iuxta genam & iugale os B extat. At vbi sic habere comperies, optimum indicium erit maxillam excidisse.

16 A.ibidem. *His qua ratione " apertè reponi debeat, in aperto est. Oportet enim aliquo laborantis caput continente, alterum digitis maxillam ad mentum comprehendere, tam ab exteriori parte, quam ab interiori, homine hiante quantum modicè potest: ac primò quidem aliquandiu maxillam manu in hanc, atque illam partem adductam dimouere: imperare que, vt ipse homo maxillam relaxet, simul que cum medico ipsam adducat, & adducenti quàm maximè pareat.*

Ratio reponendi euidentissima est iis, qui in corporibus incidendis, partium, quas narrat, cõpositionẽ diligenter inspexerint: ad quos respectũ habens, hæc scripsit. Quę deinceps adiũgit de restituendo, omnia plana sunt, nisi sicubi vnũ vel alterum verbũ occurrat, quod à nobis notabit.

17 A.ibidem. e.f *Dein subitò " mutare ad tres habitus simul consilio directo: siquidem ab ea sede, in quam peruersa est, ad naturalem adducenda, præterea in posteriorem partem adurgenda est: tum æger obsequens eam debet cum malis committere, ac minimè hiare. Ratio quidem reponendi huiusmodi est, neque reponi maxilla potest, si aliter figuretur: lenis que medicina abundè est, nempe panni cum cerato, laxiori fascia alligati. Tutius autem est admouere manũ homine resupinato, capiti subiecto scorteo puluino, maximè farcto, vt quàm minimè cedat.*

C

Vbi, priùs neruis & musculis agitatis atq; emollitis maxillam deorsum traxerimus, & quantũ potest à malis reduxerimus, debemus agere, quod ab Hippocrate iubemur, quũm inquit, dein subitò mutare, quod σχάσαι dixit, id est repentè ac simul articulum collocare è regione suæ sedis: tum ita collocatum rursus in posteriorem partem momento impellere, homini imperantes, vt os claudat. Anteà quidem præcipiebat, vt homo hiaret, laxam maxillam præbens, id est nullũ musculum intendens: id enim maximè confert ad neruos musculos q; agitandos, repẽte q; ad naturalem sedem adducendum maxillam deprauatam, atq; ad compellendum in posteriorẽ partẽ. Nunc iã, vbi vtraq; maxillæ summitas sita est è regione suæ sedis, permittit musculos, qui κροταφῖται dicuntur, agentes, eam totam ad se ipsos attrahere: agunt enim, vbi æger comprimere, claudere que os velit.

18

D



Aliquis autem caput offensi contineat.

Dum maxilla agitatũ, ac modicè deorsum demittitur, præcipit, vt caput contineatur, ne sequatur maxillam. quod perpetuum est in omnibus, quæ in diuersa duci debent. Offensum appellauit τετρωμένον, Iones enĩ quamlibet offensam τρῶμα dicunt.

19 *Quòd si maxilla vtraq; parte elabatur, curatio eadem est: sed homo minùs comprimere os potest. tunc enim mentũ magis prominet, sed in neutram partem inclinatur: intelliges autem in neutram partem inclinari, præcipue ex dentiũ finibus, vbi inferiores è regione superioribus respondeant.* E

Maxilla ab vtraq; parte, dixit, γνάθοι ἀμφότεραι/. videbit autẽ γνάθους appellasse nõ maxillã totam, sed vtrãq; eius partẽ, quà latescit: mentũ quoq; cùm γένυας dixerit, videri poterit intellexisse maxillę imum, quà nudũ os est sine carne, quùm inquit /tunc enim mentũ magis prominet/, sed paulò pòst maxillã totã nũcupauit γνάθον, quùm ait /sed si maxilla, quà ad mentũ iungit, diducat: sola autẽ hęc iũctura est in maxilla, in malis multę/. Quare apud Hippocratẽ significationes verbi γνάθος & γένυος cõfundunt. quod tñ ait in propositis verbis huiusmodi est: Quòd si maxilla luxetur ab vtraq; cõmissura, magis quidem in priorem partem propellitur, q̃ vbi excidit altera parte duntaxat, magis q; à malis recedit: non tamen deprauatur, aut peruertitur, sed naturalem se dem sine inclinatione tuetur. id autem indicant dentes, qui è regione respõdent, hoc est, inferiores superioribus, qui secant secantibus, canini caninis, maxillaribus maxillares.

20 *His quàm celerrimè "restituenda est: qua autem ratione, suprà explicauimus.* A.li 4.f.5.t.1. c.7.478.c

Celerrimè quidem reponenda est, priusq̃ musculi distenti ob consortium cerebrum afficiant. F modus autem reponendi, quem docuit, vbi altera parte prolabitur, mihi nõ videtur ex toto idem nunc accommodari: tunc enim paulatim maxilla in alteram partem conuertitur, nunc pariter in vtramque. quare satis est concutere, mentum'que adducere deorsum, vt processus extremitas rostro similis, iugali osse inferiùs collocetur, sic'que in interiorem partem vtrinq; totam maxillam compellere, simul q; præcipere homini, vt os claudat.

21 *Si reuerti "nequeat, mortis periculũ istat propter febres cõtinẽtes, atq; marcorẽ, et ĩexpugnabilẽ dormiẽdi necessitatẽ.* A.ibidem.

Periculo quidẽ non vacat maxilla, etiã si altera parte luxet: sed, si vtrãq; ęgriùs restituit, quùm musculos oẽs, quibus maxilla continet, intẽdat. sunt autẽ quatuor (vt dictũ est) duo scilicet, qui à tẽporibus incipiunt: duo, qui à finibus iuxta os, quod πτερυγοειδὲς nominat. Habent autem hi musculi neruos ab ipso cerebro, ac propè ipsum cõtingũt: quo fit, vt celerrimè afficiatur. Hi ergo quatuor musculi, vbi maxilla prorũpit, maximè affliguntur, quùm inter oẽs pręcipui sint, vt qui neruos ex cerebro habeãt à tertia cõiugatione, quę non longè ab ipso principio sita est. Atqui fit etiã, vt musculi, qui maxillã extrinsecus cõprehendunt, orti ab vtraq; parte eius, pręter naturã extendantur, vbi maxilla luxet: quanq̃ non ita pręcipui sint, sicut quatuor prędicti, magis enim à cerebro recedũt, neruus q;, qui in hos distribuit, longiùs oritur, & nõ ab ea cõiugatione, vndè nerui ad quatuor musculos ferũtur, qui & ipsi nõ parũ vsui sunt, perinde atq; alij vniuersi corporis musculi, & si nõ ęquè pręcipui sint, atq; hi. Ob hęc igitur oĩa, periculũ mortis impendet, quùm præter naturã musculi intẽdantur, ac propterea doleant, & idcirco inflãmatione premantur, ac simili vitio cerebrũ afficiant, quo affecto acutę febres sequuntur, simul q; lęduntur oẽs animi actiones. non enim solet, vbi cerebrũ inexpugnabili dormiẽdi necessitate prematur, eius vitio sensus duntaxat lędi & motus, sed ratiocinatio, memoria, sensus & motus voluntarius corrumpi. G

22 *Huiusmodi enim musculi inexpugnabilẽ dormiẽdi necessitatẽ inducũt, quũ alienãtur, et præter naturã extẽduntur.*

Potest vtrunque ex propositis inexpugnabilem dormiendi necessitatem inferre, & alienatio musculorum, & distentio, quùm vterque affectus ob consensum ad cerebrum pertineat. Distentio inde proficiscitur, q fibrę, quæ priùs laxę erant, nunc omnes ad rectam lineam extendantur: alienatio, vbi vltra modum calefiant, frigescant, madescant, siccentur, inflammentur, erysipela prehendantur, vel putrescant, in quibus omnibus eorũ natura alienatur: sed in distentione fibrę duntaxat extenduntur citra naturæ ipsius alienationem. H

23 *His solet "aluus bilem puram, atque exiguam reddere, ac si euomant, vomitus purus est.* A.ibidem.

In febribus admodũ acutis nihil mirũ, si pura bilis in corpore producit, siquidẽ & adeps & caro tenera ac paulò antè concreta, sub hmõi febribus tabescit, & sanguis adurit. concurrere autem hęc ad aluum, atq; intestina, quùm tabent, propriũ est, vbi tantũ neruosæ partes laborant: cũ ipsis enim vitiat lęditur q; os vẽtriculi, quod maximè neruosum est. Rectè autẽ ab ipso docemur proximas, cõmunes q; partes primũ potissimum q; affici: pręterea, vbi ventriculi os lędatur, dolorẽ ne leuẽ quidẽ posse sustinere: sequitur enim animę defectio, vbi ipsum malè affligat, & quùm animus deficit, oĩa, quę supersunt, tenuia ad ventrẽ concurrunt. quin etiã, si hoc nõ accidat, sub vehementi dolore, atq; mœrore, quę superãt in corpore huius generis, videnť ad ventriculum atq; intestina decurrere: quæ in ventriculo coeunt, vomitu excernuntur: quæ in intestinis, deiectione.

24 *Decedunt "autem hi maximè decimo die.* A.ibidem.

Verbum /maximè/ μάλιστα dixit. inuenitur autem, & apud alios veteres ita acceptũ, sicut nũc ab

A ab Hippocrate accipitur, vt coniecturam numeri eius rei, quę proponitur, proximè oſtēdat, quaſi ita dixerit: Hi ergo decedunt plerunque circiter decimum diem. ita vt, quamuis nono vel vndecimo intereant, vera oratio ſit. Teſtantur autem exempla vocabulum /μάλιςα/ ita vſurpari.
« Thucidides quidem in primo libro inquit, Hæ omnes græcorum, & inter ſe, & contra barba-
« rum res geſtæ fuerunt maximè quinquaginta annis. atque ibidem, Diſtat ſexaginta ſtadia maximè. Andocides item de myſterijs inquit, Homines maximè trecentos. vbi maximè μάλιςα dicunt, in quam ſignificationem huiuſmodi vox à græcis ſæpenumero accipitur.

25 *Sed, ſi maxilla comminuatur, vbi non frangitur omnino tranſuerſa, ſed aliqua parte icta oſſa inter ſe cohærent, in ſuam ſedem compellenda ſunt, digitis vtrinque prementibus, tum ab ore lingua in latus adducta, tum à cute, vt conueniet repellendo. Quòd ſi peruertantur dentes ad fracturam moti, vbi oſſa in ſuam ſedem collocata ſunt, non ſolum bini, ſed etiam plures, inter ſe ligandi ſunt auro potiſsimum, vel certè lino, donec oſſa confirmentur. Quo facto vincire oportet paucis pannis cerato que iniectis, paucis que faſcijs, non valde aſtrictis, ſed laxioribus.*

Vbi comminuto oſſe nihil integrum relinquitur, partibus inter ſe recedentibus, ita, vt nullo pacto cohæreant, huiuſmodi fracturæ ſpeciem recentiores medici græcè καυλιδὸν à fracti cau-
B lis ſimilitudine apellant, eo quòd Hippocrates illud /vbi non frangitur omnino tranſuerſa/ dixerit /Ἐὰν μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασι/. Reliqua omnia tam in hac oratione, quàm in ſequentibus, plana ſunt. ſed, ſi parum quid offendemus, id quoque explicabimus.

26 *Scire autem conuenit maxillam fractam faſcijs parum iuuari, ſi rectè inijciantur: vbi minus rectè, multum lædi.*

Cōmune eſt omnibus fracturis ſummopere lędi à vinculo, quod non rectè ſuperdetur: at non admodum iuuari maxillæ fracturam vinculo rectè iniecto non pertinet cōmuniter ad omnia oſſa, ſed ad ea duntaxat, quæ faſcia comprehendi in orbem nequeunt, quà vitiatum os quo modo à medico compoſitum exceptum fuerit, ſeruetur. Adde quòd in maxilla vinculum præcipuè infeſtum eſt, quùm ſemper ſolita ſit nuda eſſe, ac ſine velamento.

27 *Subinde autem circa linguam altè inquirere oportet, ac diutius digitis vtrinque reprimere, dirigere que id oſſis, quod inclinatum eſt: optimum autem eſſet, ſi ſemper id fieri poſſet, ſed non poteſt. Quòd ſi os tranſuerſum omnino abrumpatur, quod quidem raro incidit, collocare eo modo, quo dictum eſt, os in ſuam ſedem oportet. Quo facto deligare dentes inter ſe conuenit, veluti ſupra oſtendimus: hoc ſiquidem maxillam valdè immobilem præstat, ſi quis capita rectè, vt oportet, ſutura inſuper coniunxerit. Vniuerſam verò manus curationem ad vnguem ſcribere non facile*
C *eſt: ſed ex ijs, quæ ſcripta ſunt, exprimenda eſt.*

Μάτλεσθαι ſignificat inquirere, ſed ἐσμάτλεσθαι altè inquirere, ſicut nunc, vbi altè inquirere ἐσμάτλεσθαι dixit. pręcipit enim Hippocrates digito in os demiſſo conſiderari, num fracti oſſis partium altera ſuper alteram excedat: atq; ita digito adurgeri, quò expedire videatur, id quod in interiorem partem conuerſum eſt, in exteriorem repellendo. In aperto autem eſſe exiſtimo Hippocratem imperare, nō vt medicus aſſidue, ſed vt æger hoc efficiat.

A Habena inferiori parti maximè agglutinata.
B Habena ſuperior.

28 *Dein, ſi is, quem fractura malè habet, puer ſit, ſatis erit corij Carthaginenſis, exterioris partis id, quod durius eſt & magis denſum, admouere: ſed, ſi robuſtior fuerit, ipſum corium. Incidēda autem habena eſt, quæ trium digitorum latitudinem æquet,*
D *vel quanta conuenit, tum maxilla gummi inungenda. maxillæ enim, quà tranſuerſa fracta eſt, firmius hæret extrema habena agglutinata interpoſito digiti ſpacio, vel paulo longiori, id que ab inferiori parte: incidatur que habena hæc media in longitudinem, vt vtrinque mentum complectatur. altera item habena æqualis, vel paulo latior ſuperiori parti maxillæ agglutinetur, diſtet que à fractura quantum prior. ſcindatur autem, quatenus poſsit aurem comprehendere.*

Molle accipi voluit corium, cuiuſmodi tunc fortaſſe fuit Carthagini. huius enim exempli cauſa nominatim meminit, quemadmodum Ægyptij corij anteà in opere ‖ de fracturis. conſtat autē Sect. 3. t.29.7². 245.c
in eo corio partis, quæ maximè ſumma eſt, id quod durius eſt ac magis denſum, nunc λιτὸν ab ipſo nuncupari. At quomodo illud adhibeat, vt maxillæ fractæ partes in diuerſa extendat, ipſe nobis euidentiſſimè aperiet, ſi quorſum de his agat intelligamus: vult ſiquidem fracti oſſis alteram partem deorſum à mento extendi, alteram à capite ſurſum.

Acuantur

29 *Acuantur autem habenæ, quà coniungi alligari que inter se debent.* E

Præcipit hic, vt habenæ quodammodo angustiores sint, paulatim latitudine imminuta, quo iunctura firmior reddatur. capita enim, quæ lata sunt, quamuis summa cura vinciantur, non tamen fideliter continentur.

30 *In glutinando corij caro cutem contingat, sic enim magis inhærescit.*

Corium fit ex pelle animalis duplicem naturã habente. id enim ex ipsa, quod exterius est, cùm ambienti aeri obiectum sit, magis densum euadit, & neruosum est: quod interius, mollius & rarius, atq; ex hoc ipso minus id, quod ad exteriorem partẽ magis accedit: quod ad interiorem, quà id tangit quod cuti subijcitur, rarius est & carnosum, quod sanè corij carnem nominauit, à quà parte glutinari voluit: nam, quùm rarius et mollius sit, ad eiusmodi vsum magis accommodatur.

31 *Deinceps extendenda est huiusmodi habena, magis autem, quæ à mento sita est, vt potissimum cautio sit, ne maxilla in acutam figuram ducatur: in vertice autem iungendæ sunt vtraq; habenæ, dein circa frontem fascia alligãdæ.* F

Vtreque habenarum extremitates dari debent ad caput laborantis, atque in vertice deligari. magis autem extendi voluit inferiorem, ne maxilla (vt ipse dixit) ἀποσμιλαίνει, id est in acutam figuram ducatur.

32 *Aliquid etiam super omnia extrinsecus inijci debet, vt fieri solet, quo vincula immobilia reddantur. Cubet autem homo in maxillam integram, non tamen huic, sed capiti innixus. Corpus verò extenuandum est, vsque decimum diem, postea reficiendum est non tarde: nam, vbi primis diebus inflammatio non oritur, maxilla viginti diebus conseruet: celeriter enim callus increscit, sicut in alijs ossibus, quæ rara sunt, nisi corrumpantur: sed restat alius sermo longus de cunctis ossibus, quæ corrumpuntur. Intentio autem, quæ per gluten adhibetur, firmiter manet, intendi & minui potest, & ad multa dirigẽda sæpenumero proficit. Medicorum verò, quicũq; incogitantes sunt, & in alijs casibus, & in maxillæ fractura promptè manus admouent: comminutam enim maxillam uariè, et benè, et male deuinciunt.*

Quod super omnia extrinsecus inijcitur κατάβλημα appellauit, siue panniculus sit, siue aliud eius generis. vocat autem panniculum πάραρμα, sicut etiam nunc dici solent παράρματα, quæ G ex vestimentis præciduntur ab ijs, qui ea suunt. hæc siquidem ad propositum vsum propter mollitiem commodissima sunt, quæ vbi non sint, licebit aliquid simile admouere.

33 *Omne enim vinculum maxillæ ita abruptæ ad fracturam ossa inclinat, magis quàm secundum naturam.*

Maxillæ inquit ita abruptæ, hoc est, quæ transuersa fracta sit, vinculum ad fracturam magis ossa conuertit, quàm dirigat, propterea, quòd fasciæ in orbem circundari nequeant circa sedem affectam, sed ab exteriori parte duntaxat imponi.

34 *Sed, si maxilla, quà ad mentum iungitur, diducatur (sola autem iunctura est hæc in maxilla, in malis multæ, sed à proposito sermone discedere consilium non est, in alijs enim morborum generibus de ijs dicendum est) si iunctura inquam, quæ in mento est, diducatur, componi à quouis potest: nam quod extat, intus repellendum est digitis superdatis: quod in interiorem partem conuertitur, in exteriorem adducendum digitis adurgendo: hæc autem facienda sunt ossibus in diuersa diductis.*

H

Maxilla quidem ex duobus ossibus constat, quæ in imo mento ad vnguem inter se iunguntur: Malæ verò, ex multis, quæ iuncturam habent omni motu carentem, κατὰ συναρθρωσιν dicunt. sed curiosum hoc huiusmodi vocabulorum studium apud veteres nõ fuit, atq; idcirco Hippocrates iuncturam ossium malarum sub ξυμφύσεως genere posuit, id tantùm in ipsis indicium spectans, quòd in eiusmodi ossium iuncturis nullus sit motus, qui sensui subijciatur.

35 *Ossa enim sic facilius in suum locum reuertentur, quàm si quis tentet altero sub altero condito compellere.*

In omni eiusmodi commentario scire licet consueuisse Hippocratem in ijs præceptis, quæ singulis communia sunt, cùm semel vnius mentionem facit, exponere vim rei communem esse omnium similium: quemadmodum & nunc volens maxillam prius extentam ita componi, subijcit /ossa enim sic facilius in suum locum reuertentur, quàm si quis tentet altero sub altero condito compellere/. Hoc autem, quod nunc proponitur, attinere ad ossa omnia, quæ componuntur, propositis verbis indicauit.

36 A *Composita maxilla alligare inter se dentes conuenit, qui sunt hinc atque hinc, sicut antea quoque dictum est, mederi que cerato, ac pannis paucis fascijs que. Vinculum autem exiguum varium que maxime huic loco accommodatur: propè enim sine inclinatione est, quanquàm non ex toto sine inclinatione sit.*

Pars exquisitè sine inclinatione est, vbi simillimam cylindro figuram repręsentat. voco autem cylindrum, non quo pueri ludunt, sed qui columnæ imaginem refert: hęc autem ex toto in nullo osse reperitur, magis tamen in femore atque humero, quam in alijs ossibus, conspicitur. In maxilla autem constat non esse huiusmodi figuram: quocirca eam inclinatione vacare non protulit, propè tamen sine inclinatione esse, eò quod sinistra eius pars dextrę ex toto similis sit & ęqualis. atque idcirco, quod ex vtràque componitur sine inclinatione est, & in neutram partem inclinatur. admittit autem maxilla varia vincula, sicut in fasciando, quæ exercitatio omniũ prima est, didicistis.

37 *Attrahi autem fascia debet, si maxilla à dextro latere extat, à parte dextra, tunc autem a dextra parte esse indicatur, cum dextra manus fasciam ducit: sed si ab altero latere maxilla excedat, alio sanè modo attrahenda fascia est. Vbi autem rectè componatur, atque, vt oportet, immobilis seruetur, citò sanescit, dentes que integri remanent: sin*
B *secus, longiori tempore confirmatur, tum peruertitur, dentes autem vitiantur, atque inutiles redduntur.*

Anteà quoque dictum est in vlceribus, quibus oræ excedunt, caput fascię secundum oram excedentem inijciendum esse: atque ita fasciam voluendam, vt ad alteram oram vlceris, ipsam adducat. est autem hoc perpetuum in omnibus, quæ restitui ad pristinam naturam debent, quod commune etiam nunc seruandum est, quo excedens pars repellatur, cogatur'que. id autem continget, si ea fascijs ad alteram adducatur. adducetur autem, si dextra parte, vt puta, excedente, fascia inde orsa porrigatur ad sinistram: si sinistra læsa sit, ab hac incipiens ad dextram feratur. Hippocrates igitur, vbi à dextra parte incipiens ad alteram fascias adducit, huiusmodi vinculum à dextra parte nuncupat, attendens non quò ferantur fasciæ, sed vtra præcipuè manu attrahātur. namque, vbi intuearis medicum è regione eius, qui deligatur, collocatum, fascia, quæ à dextro latere maxillæ ad sinistrum procedet, à dextra manu attrahetur: contraria, à sinistra.

De Naso

38 C *Quod si nasus perfringatur, fracturæ modus non est vnus.*

Ipse deinceps modos adscribet. aut enim pars eius abrumpitur, ipse tamen seruatur perpetuus, sic, vt neque deorsum inclinetur, nec in alteram partem conuertatur: aut horum alterum fit, id quod aut in parte eius, quæ cartilaginosa prominet, aut in reliqua, quæ ossibus continetur.

39 *Sed, qui præstantia vincula amant sine mente, complura alia lædunt, atque adeò nasum.*

Præstantia καλὰ dixit irridens, non quò verè significauerit præstantia, quorum consilium est affectam partem ad suam naturam restituere, sed pulchra & aspectu iocunda. qualia hæc sint, in sequentibus ostendet.

40 *Inter omnia enim vincula hoc maximè varium est ac plurimis locis asciæ imaginem refert, & aliquod spacium*
A.li.4. f.5.t.3. c.3.fol.488.c *cutis nudum, ac sine fascia intermittit, quo rhombi variè admodum repræsentantur. Igitur vt dictum est qui sine mente huiusmodi vinculis student, comminutum nasum libenter deligant: sed vinculo iniecto, vno, vel altero die medicus lætus est, lætus item & qui deligatur, deinceps ægrum cito satietas capit, inuentio enim noxia est: abundè que*
D *medico est, ostendisse peritiam, quam habet, nasum variè deligandi. Efficit autem hæc vinciendi ratio omnia contra, atque oporteat, tum quòd, qui ob fracturam simi fiunt, si a superiori parte adstringantur, magis adhuc simi euadent: tum, quod quibus in hanc, vel illam partem, seu quà cartilago est, seu supra nasus conuertitur, nihil superposito vinculo iuuandos, sed magis lædendos esse manifestum sit.*

Asciam appellat, vbi fascia à transuerso circuitu recedens paululum inclinatur, vt supra ostensum est. spacium verò, quod fascia intermittit, dixit διαστάσιας: rhombi verò figuram, eam, quæ æqua latera habet, sed angulos non rectos, nam & Euclides ita rhombum finit. nostri autem ex fascijs primam ferè nominari rhombum, quùm eam figuram potissimum repræsentet.

41 *Sic autem panni à latere nasi haud benè aptantur: quanquàm neque hoc faciunt, qui alligant.*

Nihil conferre ait vinculum ad nasum sub fractura in latus conuersum, cùm id præstare non possit, quod vtile esse videtur. videtur autē vtile esse per pannos nasum fulcire ab ea parte, in qua iacet, sed neque ad hanc rem inquit id prorsus accommodari.

Proximè

42 *Proximè autem vinculum mihi videtur occurrere, ſi in medio naſo, quà acutus eſt, caro iuxta os conteratur, vel* E *paululum etiam os ipſum lædatur, non tamen multum: his ſiquidem naſus callo obducitur, & aliquanto aſperior fit: neque tamen vinculo egent magni negocij, ſi ſanè alligandi ſunt.*

Commune vinculum naſi proximè ad ſalubre accedere videtur, vbi in medio cutis cõtuſa fuerit, vel os parumper vitiatum. ſequitur autem, vt promineat, quà callo circundatur. Vinculum itaque in huiuſmodi caſibus coercens, repellens'que affectum locum, prodeſſe aliquid videbitur. ſed neque his vllo modo neceſſarium eſt, conari enim debemus, quæ contuſa ſunt, maximè ab inflammatione defendere: atque vbi inflammentur, celerrimè inflammationem tollere. quin & callus, quùm paruus increſcit, nihil profectò huiuſmodi vinculis eget.

43 *Satis eſt ad contuſum, pannum admouere cerato inunctum, dein ſemel faſciam circundare, quæ in vtranque partem ducatur.*

Media faſcia medio naſo iniijcienda eſt: cuius vtraque capita ad poſteriorem capitis partem nõ magna vi adducenda ſunt, atque inde fronti circundata inter ſe vincienda.

F

44 *Optimum tamen præſidium eſt illinere hæc farina tritici huius anni, lota, glutinoſa, reſperſa, pauca.*

Qui optimè videntur verba Hippocratis enodare, aſſerunt σητάνιον triticum ab ipſo appellari, id quod ſatum eſt σῆτες, quod attici vtraque ſyllaba per τ prolata τῆτες dicunt: quo verbo ſiſignificari volunt /hoc anno/ id eſt quod vere ſatum eſt, quod & duorum menſium, & quadraginta dierum, appellatur. Equidem in Co, & in tota Græcia Aſię, vidi tritici genus σητάνιον appellatũ, ſed parum furfurum habet, & eius farina ex aqua ſubacta plurimum glutinoſa eſt. quam rem nunc Hippocrates maximè exigit, quẽadmodum ipſe deinceps narrabit: qui vbi farina hæc non ſit, imperat, vt puluis qui ex concuſſo thure habetur, vel gummi admiſceatur. ſeritur autem eiuſmodi triticum vere ineunte, vt duorum menſium ſit: recte q; ſic dicitur, quoniam ſummum ad id temporis perducitur, cuius farina ex aqua ſubacta maximè glutinoſa redditur, vbi molito tritico furfures ex toto detrahantur, id quod fit & cribris tenuibus, & tritico antè eloto. Nam idẽ tritico euenit, atq; hordeo: ex hoc enim, vbi ptiſſana pręparanda eſt, cortex magis remittitur, ſi anteà madefactum fuerit. Quo pacto igitur dixit /lota/ quùm non idem ſit madefieri, & lauari? in quolibet enim piſtrino madefit triticum, priuſquàm molatur: non tamen lauatur in quolibet, ſed G in cõpluribus Aſiæ ciuitatibus: vbi calathos habent magnos intextos ex tenuibus iuncis exigua ſpacia intermittentibus, per quę excerni puluis poſſit & arena, ſed triticum retineatur. Id ergo triticum, quod molendum eſt, primò in calathos conijciunt, atq; excutiunt: deinde calathos in aquã demittunt, ſic, vt triticum lauetur, ac modicè madefiat. calatho ex aqua recepto humoris plurimũ effluit: tantum autem in tritico remanet, quãtum idoneum eſt, vt moli poſſit. nam niſi madefiat, cortex circumpoſitus, qui tanquam innata cutis eſt, ſub mola in tenues partes diſſipatur, atq; ita, cum farina per cribrum excernitur, educitur aliquid etiam ex furfuribus in tenues partes diuiſis: ſed tritico prius madefacto, furfures, grandiorum partium quùm ſint, manent, & cum farina nõ excernuntur. atque idcirco tritico prius madefacto farina magis purgatur, & quod ab interiori parte eſt tritici huius anni, lotum (vt ait) & glutinoſum, quod ſcilicet poſt cutem eſt, veluti caro ipſius, in farinam, vt propoſui, redactum, valde glutinoſum redditur. Puto itaque ab ipſo lotam farinam appellari, vbi ex tritico fit, ſic purgato, & prius madefacto. nam, niſi ita accipiatur, reſtat, vt intelligamus farinam, vbi ex aqua madefacta variè agitatur, deinde ſinitur cõſiſtere, tum ſuper innatans aqua excipitur, ac decoquitur, quod in farre etiam fit: ſed huic repugnat, quòd reſpergi farinam iubet, decoqui enim dixiſſet, non enim reſpergitur huiuſmodi humor, ſed coquitur dun H taxat. Ex verbo igitur /reſperſa/ quid ſibi voluerit, magis demonſtratur.

45 *Vti autem conuenit ad omnia hæc huiuſmodi farina, ſi ex optimo tritico fuerit, facile'que duci poſſit: ſed, ſi nõ omnino benè ducatur, modicum pulueris illius, qui ex thure concuſſo habetur, in tenuiſſimum pollinem redacti, & aqua diluti, farinæ adijcere, vel paulum omnino gummi ſimiliter admiſcere. Quibus igitur fractus naſus in inferiorem partem demittitur, ſimus'que efficitur, ſi ab inferiori parte, qua cartilago eſt, deſidat, poteſt in nares indi aliquid, quod dirigat: quod vbi non fiat, omnia hæc excitanda ſunt digitis, ſi fieri poteſt, in nares coniectis.*

Optimum triticum dixit ἀγαθοὺς πύρους: maiores enim ſoliti ſunt ἀγαθοῦ vocabulo vti, ad notandum id omne, quod in ſuo genere primum eſt: nunc autem omnes, qui in panificijs verſantur, aſſerunt optimum triticum eſſe, quod denſum eſt: nam quod rarum, multis furfuribus cõtinetur, farina'que eius ex aqua ſubacta non æquè efficitur glutinoſa, atque illius, quod denſum eſt. glutinoſum autem expreſſit, cùm ait /facilè ducitur/ ea loquutione ſumpta ab eo, quod ipſi accidit, quandoquidem à nobis in diuerſa attractum, ſeruatur perpetuum, neq; diſſipatur: contrà

quod

A quod minimè glutinosum est, quùm ita tractatur, diuellitur: sed si diuellatur, quo pacto sequi dicetur, cum manu trahitur? ac si non sequitur, qui nam dicetur facile duci? id vero quod non dissipatur, sed perpetuum est, iure quis dicet facilè sequi, quemadmodum & viscum. hoc siquidē manibus nostris prehensum in cōtrarias partes plurimum attrahitur. Quare ex his cōstat velle Hippocratem farinam ex aqua subactam glutinosam esse, atq; vbi huiusmodi non sit, gummi vel puluerem ex concusso thure collectum (quem μάνναν appellat) adijci iubet: vbi eius pulueris copia nō sit, contundere thus ipsum ea de causa oportet, atq; ex eodē id, quod maxime pingue est. Ego interdum, quùm nec thuris, nec gummi copia esset, resina liquida vsus sum, hanc forte nactus: at vbi, neq; hæc sit, melle vti poteris, sed vtilius puluis ex concusso thure vel gummi adijcitur. nam mel & resina quodāmodo calefaciunt, sed talia ab initio aliena sunt: procedente vero tempore remanētibus inflammationis reliquijs, vt si quid aliud commodissima. Quemadmodum igitur in superioribus gratia exempli meminit prius corij Ægiptij, ac rursus Carthaginēsis, sic etiam nunc tritici huius anni: quasi ita dixerit, Farina vti debemus, quæ ex aqua subacta glutinosa fit, qualis efficitur ex tritico huius anni, quod σητάνιον appellauit. fortasse eiusmodi vocabulo significare volens triticum omne, quod densum est, & farinam reddit glutinosam, ita, vt nomen ab eo, quod B ipsi accidit magis, non ab aliqua singulari specie, sumptum fuerit.

46 *Vel certè eo instrumento, quo ad illinendum utimur, pleniori digitis compulso, non in priorem partem, sed quà desidet: extrinsecus autem digitis utrinq; cōprensis impellere simul conuenit, & excitare. Sed si fractura omnino in inferiori parte fuerit, licet aliquid in nares inserere, sicut iam diximus, vel linamentum, vel aliud linteolo cinctum, vel magis Carthaginensi pellicula, circūsutum q; & ita figuratum, vt idoneum sit, quod in hunc locum demittatur. At, vbi fractura fuerit superior, nihil demitti intus potest: nam, si in inferiori parte id præsidium alienum est, qui non in superiori? Primò itaq; & ab interiori parte dirigere nasum oportet, & ab exteriori vtrinq; compellere, atq; in pristinam sedem restituere: cōmodissimè enim restituitur nasus fractus, præcipue eodem die, vel certe paulo post. Sed torpent medici, & primo mollius rem pertractant, quàm opus sit: vtrinq; enim digitos, qui naso accommodentur, demittere oportet, quantum fieri potest in imum, & ipsum ab inferiori parte sursum compellere, atque excitare, simul q; ab interiori parte dirigere: ad quā rem nullus alius medicus magis idoneus est si homo id dare operam velit, audeat q;, quàm ipsius digiti indices, hi enim maxime secundum naturā sunt. Admouere aūt vtrūq; digitum conuenit, vt toti naso inhæreat, atq; ita quiescere, potissimum, si fieri posset assidue, donec glutinaretur, vel certe plurimum tempus, vt dictū est: aut si non ipse ægrotans, saltem puer, vel mulier aliqua digitos demittat: mollibus siquidem manibus opus est, vt*
C *optime nasus curetur. Verum, ubi nō redditur simus, sed deorsum spectans, in neutram partem inclinetur. Equidem nullum vnquam nasum vidi ita fractum, qui non posset protinus componi, si priusquam callus incresceret, compelleretur, modo quis recte mederi vellet. Atqui deformitatem homines maxime oderunt: curationē uero partim ignorant, partim non sustinent, nisi dolore premantur, aut mortem pertimescant: quanquam in naribus callus cito increscit, nam decem diebus sanescit, nisi corrumpatur. Quibus os a latere abrumpitur, curatio eadem est: dirigere numerum oportet, non æque ab vtraque parte, sed eam, quæ inclinat, ad naturalem situm adurgere ab exteriori parte compellendo: in naribus item arte conquirere, quod in interiorem partem conuersum est, dirigendo assidue, dum restituatur, cum eo, vt sciamus nasum, nisi protinus dirigatur, dirigi postea non posse, sed peruerti. Quo ad naturalem sedem compulso, ad eum locum admouendi sunt digiti, vel vnus, vel plures, seu ipsius hominis, seu alterius, vt quæ excedit, repellatur, dum fractura sanescat: sed & minimus digitus in nasum subinde conijciendus est, quo componantur, quæ declinant. Vbi his inflammatio superueniat, farina vti conuenit ex aqua subacta: digitos q; similiter dare, eiusmodi etiam farina inducta. Verum, si quà cartilago est, nasus à latere perfringatur, necesse est extremum perueriti: itaque oportet ad extremum nasum aliquid ex ijs, quæ dicta sunt, adhibere, quod ipsum componat, uel aliquid tale demittere: multa enim inueniri possunt accommodata, quæ odorem non mouēt, & alioquin mollia sunt. Ego interdum frustum pulmonis ouilli conieci, id enim forte nactus sum: nam si spongiæ indantur, humorem combibunt.*

D

Si nequeant (inquit) digiti in nares demitti, adhibendum est id instrumentum, quod nunc sicut in superioribus etiam, ὑπαλειπτρον appellat. quo verbo intelligitur omne id, quo ad illinendum vtimur, qualia sunt specillum, spathæ, idque instrumentum, quod διαστολεῖον dicitur, quę omnia in summo capitulum habent rotundum. sed quemadmodum in superioribus ad alæ vstionem opus fuit tenuissimis, ita nunc plenioribus, quādoquidem & digitos, vbi licet, admouemus, & in nares conijcimus, eos nempè, qui aptantur, & qui fractam nasi partem componant. Qua ratione autem vti conueniat hoc instrumēto, ipse apertè exposuit, imperans, vt indatur in cauum, non in inferiorem partem nasi, sed qua potissimum fracta pars in eius cauum decidit: ea siquidem est, quæ impulsu eget, vt excitata possit in suam sedem reuerti. nihil enim aliud est componere quamlibet partem, quàm vnamquamque eius particulam in suum locum compellere. Quę subijciuntur, per magnam partem orationis plana sunt.

47 *Ad hæc ex parte exteriori corij Carthaginensis incidenda habena est, quæ vel pollicem lata sit, vel quantum conuenit: & extrinsecus naso, quà declinatur, agglutinanda: post hæc intendenda est, quantum expedit, paulo autem ma*

gis quam vt nasus dirigatur, intendi debet: tum sub aure (longa enim esse habena debet) sursum circa caput adducen E *da. Licet autem fronti extremam agglutinare: licet & vlterius ferre, & circa caput uolutam uincire: hæc siquidem iustè nasum dirigit, & intendi & remitti potest, atq; vbi velis, nasum in contrariam partem, ac iacet, magis aut minus repellere. Nam & quibus à latere nasus abrumpitur, in cæteris eadem curatio conuenit, quæ proposita est: plerisque autem opus est naso extremam habenam agglutinare, vt in contrariam partem repellatur, atque inclinet. Quod si fracturæ vlcus accedit, nihil sollicitare nos debet, sed nutriendum est cerato, quod picem habeat, vel aliquo ex ijs medicamentis, quæ protinus cruentis vulneribus inyciuntur, hæc siquidem facile curationẽ admittunt. Aequè etiam, vbi ossa recessura sint, primò dirigere assiduè conuenit, nulla re prætermissa, & in posterum digitis compellere laxius superdatis, superdatis tamen: nasus enim ex omnibus corporis partibus facillimè componitur. Atqui habena agglutinata, & impulsu in contrariam partem, atque, nasus declinatur, nihil vti omnino prohibet, neque si vlcus sit, neque si inflammatio, innocenter enim eiusmodi præsidia adhibentur.*



A Habena nari inclinatę, & fronti, agglutinata.

Appendatur, dixit ἀπαρτῆ: quo verbo significauit vniuersam rationem extendendi & quasi dirigẽdi nasum peruersum, per ea, quæ agglutinantur. quod autem nunc præcipit, experimento imbecillum compe- F ri: nã, si habena vehementius intendatur, gluten discutitur, resoluitur q́ꝫ: si modicè, nihil ferè proficitur.

De Avre

48 *In fractura auris quodlibet uinculum inimicum est, neq; enim ita laxum circundabitur: quòd si magis adstringatur, plurimum officiet, quandoquidem integra auris sub vinculo adstricta dolet, pulsu vexatur atque inflammatione.*

Vbi continuum soluitur græcè in carne ἕλκος appellatur, in osse κάταγμα: in cartilagine nõ habet proprium vocabulum, sed eam fracturam Hippocrates abusus κατάγματος nomine nuncupauit.

49 *Sed & cataplasmata, quæ maximi oneris sunt, penitus aliena* G *sunt: pleraque etiam noxia sunt, atque abscessum concitant, & muccos plurimos, suppurationem que infestam reddunt: quibus minime opus est auri comminutæ.*

Omnia sigillatim ijs consentanea sunt, quę ostendimus in libro de ratione curandi. nãque Hippocrates etiam nunc lędi aurem asserit cataplasmate, quod experimẽto conspicitur. abundè enim siccari eam voluit, quùm natura siccissima sit, eo ꝙ ex cute constet & cartilagine. Ostensum autem est vnamquamque partem, quatenus siccior est, eatenus sicciorem curationem requirere.

50 *Proxima quidem est (modò quid superimponi conueniat) farina glutinosa. Hæc autem necessariò grauis ne sit, ac minimum contingat: interdum enim optima medicina est, medicinam non facere, & ad aurem, & ad alia multa. Cauere insuper homo debet, ne in eam partem dormiat. Extenuare autem corpus expedit, illi potissimum, qui auris suppuratione periclitatur, & aluum mollire.*

Proximum inquit esse ei, quod non obest, cataplasma ex farina glutinosa: constat enim hoc magis siccare, quàm alia. diximus autem paulo antè, vbi de illinendo naso tractauit, qualem appellet farinam glutinosam. huic simillimum cataplasma conficiunt experimento edocti, qui in palęstra H versantur, ex farre in aceto madefacto, dum maceretur, atque ita temperato.

51 *Sed, si homo facilè vomat, vomere debet, vt modicè exhauriatur.*

Veteres appellabant συρμαισμὸς, quùm modicè homo exhauriebatur, seu vomitu, seu deiectione. tale quid nunc fieri iubet eodẽ vocabulo vsus. Multa autem sunt medicamenta, quæ hoc præstant. nam & mel copiosè assumptum, & mulsa minus diluta, vel cremor ptissanę ex aqua decoctus, seu per se, seu cum melle: magis adhuc vomitum citat radicula, & bulbus narcissi. His efficacior est, non dum tamen valens radicula, in qua surculos radicum veratri albi defixeris, data postridie siue per se siue ex oxymelle.

52 *Sed, si ad suppurationem veniat, non est celeriter aperienda: multa enim ex ijs, quæ videntur suppurare, interdum absorbentur, etiam si nullum cataplasma inducatur.*

Cauendũ est, ne auris incidatur ob cartilaginẽ cuti subiectã. nam, nisi, vbi incisa est, consolidet & glutinetur,

A & glutinetur, periculũ est, ne cartilago obesa reddatur. /Absorberi/ (quod ἀναπίνεσθαι dixit) hoc est, discuti ac digeri pus ibi collectũ, nõ nũquam per ea quæ superimponunt simplicia medicamẽta, ac leuia, sine morsu siccãdi vim habẽtia, cuiusmodi est muccus cochleę adiecto thure: ac, si valẽtius siccare opus sit, vel aloe, vel myrrha, vel vtrisq;. Eodẽ modo siccare potest mel atticũ inunctũ insperso quouis ex propositis medicamentis, bene contrito. voco aũt sine morsu thus, aloen, et myrrhã.

53 *At, vbi incidere coactus sis, celerrime sanescit, si candens ferramentum ab vna parte ad alteram demittatur. Scire autem certum licet aurem curtam reddi & mancam magis quam altera, si candens ferramentum traijciatur.*

Curta necessariò fit, & manca, cùm non exigua pars & cartilaginis, & cutis ipsam comprehendentis, vstione absumatur. Ad quod præsidium monet, vt confugiamus, non nunquam veritus, ne cartilago ægre sanescat. namque vbi nudatur, cicatricem non recipit, præsertim si res aliquot dies protrahatur, neque cutis à sectione protinus coeat & glutinetur.

54 *Sed si candenti ferramento non traijciatur, incidere conuenit, quod magis excedit, sectione non admodum exigua.*

Nequid supersit puris, quo cartilago lædatur, incidi non parum iubet.

55 B *Quandoquidem pus altius inuenitur, quam quis existimet.*

Decipiuntur, qui secant, in cognoscendo pure, quod subiectum est, ita, vt existimẽt id in summo contineri, & cutem extenuatam esse. Quo pacto autem in hunc errorem incidant, ipse Hippocrates proximè demonstrabit.

56 *Verum (vt summatim dicam) cætera quoq; omnia, quæ muccosa sunt, & muccos producunt, vt potè glutinosa, vbi tangantur cito in hanc vel illam partem digitis elabuntur: quamobrẽ altiora hæc medici reperiunt, quàm existimẽt.*

In dignoscendo loco suppurãte, vbi in affecta parte, quum tangenti moderatè cedit, sectione adhibita contentũ pus inuenitur, medici postquam eundẽ cedendi modum in quauis alia parte comprehenderint, putantes eam similiter suppurare, vt illæ, quas prius intuiti fuerint, venientes ad sectionem errãt: is q; error interdum duplex est, & quod nullo modo ibi pus inueniatur, quum hæc multo crassiora sint quàm opinentur: & quod medicis ea suppurare videantur, quæ muccosum humorẽ in se continent. id, quod euènit, quoniam huiusmodi humor (vt ipse ait) vbi tangatur, cito elabitur. contrahi autem solet in cartilagine, chordis, neruis, ac ligamentis, vt deinceps ostendet.

57 C *Quandoquidem & ea tubercula, quæ ganglia dicuntur, cùm humida sunt, & muccosa carne continentur, à multis aperiuntur, inde fluxurum humorem putantibus. Medicum itaq; in sectione animus fallit: sed ei, qui sectus est, nullum affertur detrimentum. Quæ autem loca aquosa sint, uel muccorum plena, quibus'ue partibus singula, quæ aperiuntur, hominem interimant, vel alterius noxæ causa sint, alibi exponentur.*

Hæc enim ganglia circa cartilaginosas partes, & circa neruos, ex horum alimento increscunt, oriuntur q; ex humore glutinoso ac muccoso: hoc enim est proprium neruorum alimentum.

58 *Vbi quis igitur aurem secuerit, abstinere ab omni cataplasmate, atq; omni linamento debet, mederi q; vel medicamentis, quæ protinus cruentis vulneribus inijciuntur: vel alio, quod neq; onere lædat, neque molestiam afferat.*

Auris quia sicca est, idcirco siccantia medicamenta requirit. non tamen plus iusto siccanda est, vbi à sectione protinus medicamenta inducuntur, distendunt enim, cùm nihil habeant, quod leniat. Sed neq; onerari auris debet mole eorum, quæ superimponuntur, dolet enim & infestatur. Optimum est igitur à sectione medicamentis vti, quę modice siccent, cuiusmodi sunt, quæ cruentis vulneribus protinus inijciuntur. Cataplasmata leniunt quidem, sed resoluunt, atque effœmi-
D nant: superantem vero humorem non discutiunt, præsertim cum glutinosus sit & crassus.

59 *Namq;, vbi chartilago nudari incipiat, coitum q; habeat purulentum ac muccosum, res infestissima est.*

Adijcere orationi oportet /humorum/ sicut non nulli adscribunt, vt vniuersa sit huiusmod /namque, vbi cartilago nudari incipiat, coitum que humorum habeat/. Vocat autem ὑποστάσεις coitum humorum, qui intus cõtinentur, & excerni debent, puris videlicet & mucci. res (inquit) infestissima est, hoc est, dolorem affert, quod patet, quùm cartilago vitiatur.

60 *Fiunt autem & hæc ob illas curationes. In omnibus autem, quæ recrudescunt, maxime abundè est candens ferramentum traijcere.*

Quam curationem damnat? eam'ne, quam paulo supra indicauit, præcipiens vt cataplasma, linamentum, quod onerat, quod dolorem excitat, vitemus?

Galeni

GALENI IN HIPPOCRATEM
DE ARTICVLIS
COMMENTARIVS TERTIVS

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

Luxationes ac reliquas noxas, quæ manu curantur, abſoluit, cum Spina, Coſtæ, aut Femur patitur.

De Spinae Vertebris

1 *Pinæ autem vertebræ.*

Adiecit /ſpinæ/ non q̀ in alijs corporis partibus vertebræ reperiantur,
omnium.n.vertebrarum cõpoſitio vocatur ſpina: ſed quaſi ita dixerit, ver F
tebræ, quarum ſitus eſt in ſpina. Quibuſdam tñ ex iunioribus placet ſpinã
nominari, non vniuerſam vertebrarum cõpoſitionem, ſed earum tantùm,
quę ad thoracẽ ſunt, & lumbos. iuxta quos Hippocrates nunc de vertebris
agere videt̃, quę in lumbis tantùm & dorſo ſitæ ſunt, nõ de ijs, quæ in cer-
uicibus. vertebrarum verò compoſitionẽ vniuerſam in libro de oſſibus ad eos, qui primas inſtitu
tiones addiſcunt, ad vnguẽ narrauimus, in quo exerceri illũ volumus, qui percepturus eſt hæc cõ
mẽtaria, intuitum exquiſitè qualia ſint ſingula oſſa in cadauere areſacto hominis, vel certè ſimiæ.

2 *Quibus ob morbos trahuntur, vt gibbum efficiant.*

Gibbum " dixit κῦφον. vocatur aũt ſpina gibba, quùm in poſteriorem partẽ conuertitur, quod A.l.3.f 22.t.1. c.12.599.g
vitium ὀπισθοκύφωσις gręcè nominatur: ſicut curua, qñ in priorem partem, dicitur aũt hoc græ-
cè λόρδωσις: ſed σκολίωσις, cùm depratur à latere. Non nulli aũt exiſtimant ſpinam in poſterio
rem partẽ peruerti (quod vitium κύρτωσιν quoq; græci nominant) vbi in ea fuerint cruda tuber
cula magna, dura, ac diuturna, quorum onere vertebræ in poſteriorem partẽ compellantur. neq;
intelligũt, ſi ſupinus homo iaceat, non poſſe ſubiectas vertebras tuberculis onerari, neq; ẽt ſi ſiet, G
aut ſedeat, ac neq; ſi in latus conuerſus cubet. Ad hæc abſurdum eſt, exiſtimare tubercula ad tan-
tum pondus ac duritiem peruenire, vt oſſibus grauiora fiãt, & duriora: ſed, & à crudis tuberculis
ſpinam in priorẽ partem cõuerti Hippocrates ipſe paulo poſt docebit. Illud item animaduerten-
dum eſt, nõ ſolum eos, qui librũ hunc exponunt, ſed Hippocratem in propoſitis nũc verbis dixiſ
ſe /trahunt̃, vt gibbum efficiant/ quùm dicere potuiſſet /impellunt̃/, quemadmodum his placet.
Abſurdum verò videbitur aſſerere vertebras, quę in poſteriorem partẽ erumpunt, trahi à morbo
in priorem: hoc ſiquidem magis propriũ eſt illius vitij, ſub quo ſpina in interiorem partẽ conuer
titur. Quo'nam igitur pacto res vera ſit, quid q́; Hippocrates ſentiat, conabor exponere. Verte-
brarum quidem oſſa per ſe, neq; peruertuntur à tuberculis, neq; trahuntur, ſed primũ vitium eſt
in ijs corporibus, quibus vertebrę alligantur. Igit̃, vbi ad vertebras tuberculum oriatur, cùm in tu
morem aſſurgit atq; augetur, ab interiori ſiue priori parte, vtroq;.n.vocabulo appellatur, neceſſe
eſt, vt tuberculum ſequãtur ligamenta, atq; hæc rurſus vertebræ. Itaq;, ſi in vna parte duntaxat tu
berculum oriatur, vbi hęc in interiorem trahatur, ſpina in priorem partem conuertetur: ſed, ſi in
duabus, vbi aliqua interiecta ſit inuiolata, gibba euadet. vtroq; enim tuberculo adiunctam verte-
bram trahẽte, quæ in medio ſunt, à poſteriori parte gibbæ fiũt. quod euidenter intueri licet oĩbus H
euenire, quæ curuari modicè poſſunt, cuiuſmodi ſunt virides rami, & ex ſcriptorijs calamis ple-
riq;, quos ſi quis dextrę digitis ab vna parte, ſiniſtrę ab altera, præhendens ad ſe traxerit, mediũ in
contrariã partem attractũ gibbum q́; cõſpiciet. Atqui neq; alia de cauſa ſpina ad latus cõuertitur,
q̃ ob crudum tuberculũ, quod à latere eius ſit. Hæc aũt tria vitia in ſpina incidũt, cùm vertebræ lo
co mouent̃. nam vel κύφωσις fit, vel λόρδωσις, vel σκολίωσις: cùm in poſteriorẽ quidẽ partem cõ
uertitur, κύφωσις: quùm in priorẽ, λόρδωσις: quùm in latus inclinat, σκολίωσις. Extra hęc quartũ
vitiũ in ſpina incidit, quod σεῖσις vocatur, vbi vertebrę loco manẽt, ſed earũ cõpago dimouetur.

3 *Plerunque ſolui nequeunt, præcipuè, vbi ſpina ſupra ſepti tranſuerſi coniunctionem gibba fiat.*

Nõ nulla (inquit) quę in ſpina incidunt, ęgrè ſoluũtur, præcipue q́; vbi ſupra eam regionem,
qua cũ ſepto trãſuerſo coniungit̃, gibba fiat, hoc eſt, in vertebris thoracis. dixit aũt ποτὶ, ſignifica
re volens /pręcipuè/ quẽadmodum etiã in principio huius libri, quùm inquit /omnino enim me
lior eſt ac firmior exigua herba q̃ grandior, præcipuè antequam ad maturitatem veniat/, vbi ver
bum pręcipuè dixit ποτὶ. Sed qua ratione ægrè tubercula ſoluantur, proximis verbis intelliges.

Infra

4 A *Infra verò quædam soluuntur, cum varices in cruribus fiunt: illi autem magis gibbam spinam soluunt, qui in vena poplitis oriuntur: fiunt etiam & in venis inguinum.*

Quædam (ait) vitia infra thoracem, nempè ad lumbos, à varicibus vel torminibus soluuntur, cùm succi, qui ea faciunt, primò ferantur in venam maximam ipsius spinæ, deinde in eas, quæ ab eadem diductę ad crura intendunt. huiusmodi autem in thorace nulla vena est, quæ possit vitiatos succos recipere, quandoquidem vtrinq; octo costis vna alimentum subministrat. sed superioribus, duæ aliæ tenues, scilicet ab vtroq; latere vna: quę omnes per thoracē distribuuntur, dissipantur q;. Idcirco, si succus aliquis ad ipsas ex tuberculis transferatur, excerni nō potest, præterquam q ęgrè etiam admittitur. succi enim, qui cruda & dura tubercula faciunt, glutinosi sunt, & crassi. quare non facile per tenues venas feruntur: sed vena, quæ ad lumbos est, latissima est, & sanguinem ad venas omnes transmittit. Ergo, cùm hos crassos ac glutinosos succos receperit, si affectæ partes viribus adeo valeant, vt quod superat, expellant, ad venas hic sitas transmittit. quo fit, vt latescant, & in varices assurgant. vbi quidem succi crassiores fuerint, id accidit in inguine protinus, sin mediocriter crassi, in poplite. nāq; vbi primùm, eo q crassi sint & glutinosi, conferti subsistunt, ibi B venam distendunt, dilatant q;. Etenim, quibus citra causam hanc varices in cruribus oriuntur, videre licet venas pro portione succorum crassitudinis latescentes, vbi crassissimi sint, latissimas, cuiusmodi venæ sunt in inguine: vbi minus crassi, minus latas, quales in poplite. Interdum enim, quùm maiores venas obstruunt, hunc affectum excitāt: interdum ad inferiores concurrunt, quæ angustiores sunt. in vniuersum autem in varicibus crassus sanguis continetur. nam id vitium plerunque à succo melancholico, interdum etiam ab alijs crudis crassis'que concitatur.

5 *Solutum quoque iam id vitium est à torminibus diuturnis.*

l.3.f.22.t.1. 12.499 g

Vbi succi, qui pręter naturam in corpore sunt, ad intestina transferuntur, tormina fiunt, quùm abradantur intestina ob succos acres, qui ad ipsa confluunt, nempe, vbi tubercula suppurant. neque enim aliter ob suam crassitudinem confluere ad intestina potuissent. sed in suppurationibus crassi succi extenuantur, & naturam affectæ partis ad expellendum excitant id, quod in ea contentum iam molestum est.

6 *Quibus verò adhuc pueris spina gibba fit, antequam corpus perfectè increscat, his corpus ad spinam, non augetur: sed crura & brachia duntaxat perficiuntur, quæ sunt ad spinam, non complentur.*

C Nihil mirum est, si in his morbis spina nō increscat, quemadmodum supra in luxatis tradidit, cùm inquit /quibus recondi non potuit/. Nam & propter venas peruersas, & propterea, quòd ægriùs membrum moueatur, natura que in eiusmodi affectibus langueat, læsæ partes necessariò deterius, quàm ante nutriuntur. Quo fit, vt quæ iam perfectè increuerunt, emacrescant: quæ adhuc increscunt, incremento iuxta spinam prohibeantur. Sed, quæ à vitiatis partibus longius absunt, vt brachia & crura, sine noxa omnino seruantur: ea enim, quæ sic vitiata sunt, non totum corpus, sed solummodò proximas partes afficiunt.

7 *Quibus item supra septum transuersum gibba spina fit, costæ in latitudinem augeri non solent, sed in partem priorem: pectus vero latum non fit, sed acutum: spiritus difficulter mouetur, & cum sono, quum cauum, quo spiritus recipitur atque emittitur, angustius reddatur.*

l.3.f 22.t.1. 12.499.h

De ijs agens, quæ adhuc increscunt, dixit, quę iuxta spinam sunt, his augeri non consuesse. Ergo, vbi spina gibba fiat in vertebris thoracis, hæ maximè increscere in longitudinem prohibētur. Hac igitur de causa, & illa etiam, q vertebræ, cùm spina gibba sit, in posteriorem partem conuer D tantur, necesse est thoracem angustum reddi, atq; acutum: & idcirco interiora caua, quæ spiritui accommodātur, minora effici, sic, vt, vbi spiritum attrahunt, corpus minori modo ipsius fruatur. Diximus autem & in libro de difficultate spiritus, vbi is minus attrahatur, quam opus sit, necesse esse breuiori temporis interuallo proximè rursus attrahi, quàm si prius secundū naturam attrahi cœpisset. spiritus autem, qui breuiori interuallo attrahitur, creber redditur, in quo consistit id genus spiritus difficultatis, sub quo & exiguus, & creber cooritur. sonus autē adiicitur, ob angustiam iuxta fauces, & asperam arteriam. auget angustiam hanc id, quod proximè subijcit.

8 *Atqui coguntur etiam ceruices iuxta magnam vertebram in priorem partem conuertere, ne caput in eādem proijciatur, hoc autem fauces reddit admodum angustas: nam ijs etiam, qui natura recti sunt, vbi caput in interiorem partem inclinetur, spiritus difficultatem affert, dum repellatur. Ob id igitur, quod ita figurentur, guttur his hominibus magis extare videtur, quam bene valentibus.*

Cùm vertebræ, quæ ad pectus sunt, vbi gibba spina fit, in posteriorem partem spectent, necesse est collum in priorem conuerti, quare & ipsum caput, illi enim è regione superimpositum est.

Accidet igitur ijs, qui gibbi sunt, ambulare ita figuratis, sicut cęteris omnibus, cùm totum collum E
spinamq; inclinant, & vtrunque curuantes à posteriori parte gibbi terram spectant. quod vt eui tent, qui gibbi sunt, coguntur collum in posteriorem partem recuruare, eius vertebris, vt quæ mi nimum mouentur, ad hoc parum cõferentibus: sed, quà potissimum moueri aliquid possunt, val dè recuruatur: possunt autem quà duæ primæ vertebræ inter se & cum capite committuntur. Quemadmodum igitur figurantur iuxta capitis commissuram illi, qui benè valentes caput in posteriorem partem compellunt, ita gibbi, cùm erecti sunt. præterea, vt ijs, qui naturaliter habent, guttur extat, vbi caput in posteriorem partem recuruatur, sic gibbis, cùm rectum continetur. Vocauit autem ὀξυγεβρόγχους eos, quibus in priorem partem extat βρόγχος, quo vocabulo verisimile est vel asperam arteriam totam, vel guttur dũtaxat appellasse. hinc autem maximè fit, vt spiritus cum sono reddatur, qñquidem maximè etiam stertunt, qui sic figurati dormiũt: quamobrẽ scribit /nã & ijs, qui natura recti sunt, id ossis, si in interiorem partem inclinetur, spiritus difficultatem affert/. dicit aũt id ossis, ad illud referẽs, quod principio orationis proposuerat, cùm inquit /atqui coguntur etiam ceruices iuxta magnam vertebram in priorem partem conuertere/. vndè posset quis conijcere magnam vertebram appellari secundam, quæ magis potest in priorem partem vrgeri, atq; inde rursus repelli. Constat autem eandem regionem, & priorem, & interiorem, F
ab ipso vocari: priorem quidem, quùm vertebræ à posteriori parte in eam erumpãt: interiorem, quùm sit in profunditate corporis, si spectetur summa pars siue prior, siue posterior.

9 *His tubercula plerunque circa pulmonem sunt, ea quę dura & cruda: plerisque enim eiusmodi tumores sunt causa gibbi, & distentionis, quibus proximi nerui afficiuntur.*

Quibus spina supra septum transuersum gibba est, his plerunque ait tubercula fieri circa pulmonem: constat autem, & quibus ad lumbos gibba fit, his ea parte tubercula versari. Dixit /plerunq;/ propterea ꝙ & casu & ictu spina gibba redditur, & tum in priorem partem tum in latus conuertitur. At cùm inquit /plerunq; enim eiusmodi tumores causa gibbi sunt, & distentionis/ eandem sententiam tradit, quam à principio, cùm ait /spinæ vertebrę, quibus ob morbos trahuntur, vt gibbum efficiant/. Quod autem nunc scribit /quibus proximi nerui afficiuntur/ ad neruos dorsi refertur, ac vertebrarum. nos verò anteà causati sumus vertebrarum ligamẽta attrahentia, quibus cum & ipsæ vertebræ trahuntur. non enim arbitramur neruos, qui à spinæ medulla oriuntur, attrahere secum vertebras posse, cùm & propter exiguitatem & propter mollitiem lon G
gè imbecilliores sint, quàm vt præstare id possint. quippe, qui ab ossibus non dependent, quemadmodum ligamenta, quæ firmiora sunt & neruis coniuncta: ac, si tuberculis afficiantur, secum trahere vertebras possunt.

10 *Verùm ex his quibus sub septo transuerso gibba spina est, non nullis renum & vesicæ vitia superueniũt: sed & abscessus ad ilia & inguina, qui diu manent, & ægrè sanantur: quorum neutrum gibbum soluit.*

Ob consensum sanè propositi affectus superueniunt. consensu autem afficiuntur, & quæ sunt eiusdem generis, & quæ vicina, quæ supra significauit, quùm proximos dixit: sed quæ communia primò sunt, maximè lęduntur. Tormina igitur, & varices, quorum causa erat succorum tubercula excitantium transfusio, gibbum curant: sed ex ijs malis, quæ consensus causa oriũtur, nullum est, quod priorem morbum depellat.

11 *His autem coxæ extenuantur, magis quàm quibus spina suprà gibba est.*

Quibus spina ad lumbos gibba est, his coxæ graciliores sunt, quàm quibus ad pectus. hinc autem manifestum est coxas, quibus spina ad pectus gibba est, graciles modicè reddi propter con- H
sensum, quem habent cum spina.

12 *Tota autem spina longior his est, quàm quibus à superiori parte gibba est.*

His qui ætate non dum robusta sunt, præterquàm quòd communis est macies, accedit quòd affectæ partes non augentur, quemadmodum & anteà dictum est: Nunc discrimen aliud adiungit, non ab ætate, sed à locis affectis: nam spina, quo magis versus suum initium vitiatur, eo minus augetur, cum habeat & originem & incrementum supernè.

13 *Pubes autem & barba serius increscit, & minus completur, minus item fœcundi fiunt, quàm quibus gibba est pars superior.*

Ad communem rationem consensus accedit differentia ex natura locorum. Communis igitur ratio est, vt quę vitiatis locis proxima sunt, consensu afficiañt: propria autem, vt vbi hę partes læduntur, quæ spiritui accommodantur, sequatur, vt spiritus ægrè, & cum sono moueatur: vbi, quæ infra septum transuersum, pubes serius increscat, lædatur q; etiam barba.

Sed

14 A *Sed quibus corpore iam robusto gibba spina fit, his euidenter soluit morbum tunc ex sententia: tempore tamen eius aliquid se ostendit, sicut & iis, qui iuniores sunt, aut plus aut minus: plerunq; autem, hi affectus minus maligni sunt.*

Euidenter ἀπαντικρὺ nunc dixit, quod non nulli alij ex veteribus dixerunt ἄντικρυς. Apertè igitur, & (vt dixerit quis) quasi res manu teneatur, gibba spina admittit ea, quę quum morbus iudicatur, id est soluitur, expelluntur, videtur q; ex toto morbus summotus: supersunt tamen reliquiæ paruę, quę iritant, si quid vel in ratione victus peccetur, vel noxium extrinsecus occurrat.

15 *Multi quidem gibbi, facilè, & non secus, quam bene valentes, iam vsque ad senectutem id mali sustinuerunt, præsertim quibus corpus carnis plenum & pingue effectum est: pauci tamen ex iis ad sexagesimum annum peruenerunt, plerique enim citius moriuntur.*

Ob validas vires, ob morbum leuem, iam'que ob vniuersam victus rationem, qua viuunt, nō nulli gibbi quasi sani ad senectutem vsque vitam degunt.

16 *Non nullis etiam vertebræ ab hac vel illa parte in latus mouentur. Hæc tamen vel omnia, vel complura incidūt,*
B *eo quòd spina ab interiori parte deprauetur.*

Anteà iam diximus spinam ad latus conuerti orto ab eius latere tuberculo, quod ad se traheret ligamenta. hoc Hippocrates fieri dixit διὰ τοὺς τόνους, id est, per neruos,

17 *Quosdam etiam in id vitium compellit, vnà cum morbo habitus ille, quo iacere consueuerunt.*

Concurrit ad spinam gibbam efficiendam, & quòd materia magis confluat ad id, quod humilius est: & quòd pars, in quam quis cubat, magis comprimatur. Prima autem & præcipua causa, & tuberculi, & cuiuslibet vitij, est partium natura morbo opportunior. demonstrauimus enim ad eiusmodi partes concurrere ea, quæ superant.

18 *Verùm de his agemus, quæ de diutinis affectibus pulmonis: ibi enim de his futurorum pulcherrimæ prognosticationes traduntur.*

Multa quoq; alia in hoc libro scripturum se pollicetur, quæ nunc non extant. Ea fortasse vel non scripsit, vel interierunt, quemadmodum & multa alia antiquorum volumina, quæ nunc nō extant, de quorum interitu complures scripserunt. De diutinis igitur affectibus pulmonis mul-
C ta habentur & in maiori libro de morbis, cuius initium est, . Si pulmonis arteria exulceretur. atque etiam in primo libro de morbis, qui non rectè ita inscribitur, cuius initium est, Qui vti q; interrogare de curatione rectè velit, rogatus que respondere. Sed in neutro horū plenè exequitur, quæ hic pollicetur. In initio libri de internis affectibus.

19 *Quibuscunque cadentibus gibba spina fit, paucis ita conualescit, vt dirigatur.*

Adhuc scripsit de spina citra exteriorem causam deprauata. quę deinceps adscribit, omnia sunt de vertebris, quæ ob casum vel ictum aliquem læduntur. Pleraque autem plana sunt, nisi sicubi opus sit omissam causam adijcere, quemadmodum & nunc, cum asserit rarò luxatam spinam restitui. cuius rei causam, & si nunc afferre potuisset, in sequentibus demonstrat, cum scribit vertebras cardinis modo instructas, ita, vt, vbi vna aliqua quouis modo exciderit, in suam sedem magno negocio reuertatur, cum in singulis multi processus sint, multi sinus. hoc autem & aspectu ipso in ossibus didicistis.

20 *Iam verò intentio, quæ super scalam adhibetur, nullum, quod sciam, restituit. Ea potissimum vtuntur medici, qui*
D *apud vulgus videri volunt magnum aliquid moliri. Apud hoc enim admirandum est suspensum hominem intueri, vel proiectum, vel tale quidpiam: semper que hæc ab ipso laudantur, cui nec vltra curæ est, quí nam effectus sequatur ex huiusmodi præsidio, bonus ne an malus: medici uerò, qui hæc student, rudes sunt, quos quidem noui. Inuentio quidem vetusta est: atque ego sanè primum auctorem laudo, non solum huius, sed cuiusque machinamenti secundum naturam excogitati, minimè enim diffido non nulla restitui posse, si quis rectè præparans concutiat: sed turpe existimaui eiusmodi morbis ita mederi, quum eiusmodi machinationes magis sint impostorum.*

Quoniam (vt ostendimus) in omnibus articulis restituendis, præcedere debet in diuersas partes extentio. eandem quoque ad spinæ ossa necesse est adhibere. qua verò ratione intendere in diuersa conueniat, in sequentibus docebit. nunc de ea intentione loquitur, quę minus rectè adhibetur, quod facere consueuit, sicut in prioribus iam monstratum est. Primo enim reijcienda sunt, quęcunq; malè à quibusdam medicis fiunt, deinceps tradenda sunt salubriora. Igitur, quum medici complures luxatam spinam per scalam extendant, asserit in primis eiusmodi inuentionem nihil proficere: si quis tamen ea vti velit, docet, quomodo facere id optime possit. Ergo in intendenda spina propositum est superiorem partem intendere per vincula prope affectum locum inie

cta: inferiorem, per corporis pondus. Ad hoc itaq; spectans, quæ ab ipso subijciuntur, percipies, maxima enim ex parte clara sunt. E

21 *Quibus prope ceruices spina gibba fit, par est minus succurri intentione adhibita per caput deorsum demissum, parum enim ponderis habent caput, & vtrinque lati scapularum ossis summitas, cum deorsum spectant: sed hos verisimile est in pedes deorsum concussos magis restitui, in eam enim partem demissi maius pondus habent. At quibus infra gibba fit, hos concutere magis conuenit capite deorsum spectantes. Si quis igitur concutere velit, rem sic rectè molietur. Scalam sternere scorteis puluinis transuersis debet, vel ex lana bene alligatis, ac paulo plus & longitudinis & latitudinis scalæ tenentibus, quàm occupet hominis corpus.*

Quùm spina vel prope initium lædatur, vel prope finem, vel in medio spacio, primò agit de noxa ipsius prope ceruices. Ergo in hoc casu, si quis super scalam à pedibus hominem suspēdat, sicut non nulli medici Hippocratis seculo consueuerunt, nulla ferè intentio fiet ab inferiori parte, quùm parum ponderis sit in capite, & ceruicibus: sed, si in ima vitium sit prope os sacrum, maximè sperare quis poterit huiusmodi vim ab inferiori parte abūdè futuram. subdit deinceps, qua ratione id optimè fiat.

22 *Post hæc homo super scalam resupinetur, dein pedibus nō diuaricatis iuxta talos ad scalam alligetur vinculo, quod quidem firmiter ac sine compressu teneat, sed molle sit: vinciatur item, & ab inferiori, & à superiori parte circa vtrunque genu, & tum circa coxas, circa ilia insuper & pectus, habena ita lata, vt concuti non prohibeatur: sed brachia iuxta latera extenta ad ipsum corpus, non ad scalam religentur.* F

Exprimit omnia euidenter. vinculum, quod firmiter ac sine compressu teneat, ἔυοχον dicit.

23 *Scala ita præparata attrahenda est ad turrim altam, vel ad culmen domus.*

Turrim dixit τύρσιν: culmen verò domus, id est altissimam partem ipsius, ἀέτωμα, ita enim appellant eam tecti partem, quæ attollitur in speciem trianguli. Si quis enim solarium faciat, pro tegulis tectum struet planum, quod calorem non prohibeat: sed, si tegulæ imponantur, propositum est, vt pluuialis aqua possit effluere. Hac igitur de causa medium tectum in longitudinem à priori & posteriori parte attollitur, vtrinque autem à parietibus humile est. Maiores igitur ad exemplum alarum demissarum hanc partem domus ab aquila videntur ἀετὸν appellasse, quo vocabulo tectum appellat & Pindarus in pleiadibus, vbi ait,

Χρύσεα δ' ἐξύπερθε αἰετοὶ ἄειδον κηληδόνες. & Euripides in Hysipyle, cùm inquit, G

Ἰδοὺ πρὸς αἰθέρα ἐξαμιλλῆσαι κόραι γραπτούς ὄισι προσβλέπετον τύπους. Quòd τύρσις turrim significet, idoneus testis est Diocles Charistius, qui iuxta verba (παράφρασιν greci dicunt) locum hunc exponit in libro de fascijs. Inquit igitur /attrahenda scala est ad turrim altam, vel ad culmen domus/, vbi turrim, quam Hippocrates τύρσιν, πύργον dixit.

24 *Locus autem super quem concuti homo debet, renitatur: qui verò sursum attrahunt, non ignari sint, ut æqualiter, rectè, et in neutram partem inclinantes repente que demittant, ne scala in alteram partem inclinata ad terram perueniat, ne ue ipsi in priorem partem conuertantur.*

Summam scalam à sublimiori loco suspēsam, quę (vt dictum est) alligatum hominem habeat, in pauimentum subito demittit, vt cadente hac, atque concussa recondantur spinæ vertebræ suo loco motę. Meritò autem ad hunc vsum duro & renitenti pauimento opus est: nam, si ita molle sit, vt cedat, spinæ concussus remittetur, ac sine vllo effectu res erit.

25 *Vbi verò à turri demittas, vel à malo, qui carchesium habeat annexum, commodius adhuc rem parabis, si à trochlea vel ab axe funes demittas, sed molestum est in his longius immorari. Per has tamen machinationes cōcuti quis maximè poterit. Quòd si spina in parte admodum superiori gibba fuerit, atq; omnino concuti hominem oporteat, expedit in pedes concuti, vt iam dictum est: hoc siquidem pacto magis in inferiorem partem compelletur.* H

Quùm scala ex sublimiori aliquo loco suspensa in terram demittenda sit, repentè, æqualiter, & in neutram partē inclinata, satius est, inquit, vincula ipsa circa trochleas volui, sic enim facilè, ęqualiter, & sine inclinatione ducentur. Antea turris tantùm & cacuminis domus, mentionem fecit, nunc malum adiungit, quem ἱςὸν appellat, significans maximum atque erectum tignum, cui summo superpositum est aliud lignum transuersum, à quo supenditur velum, quod ἱςίον græcè nuncupatur. Differunt enim inter se ἱςίον trium syllabarum, & ἱςὸς duarum: hoc siquidem vocabulo malus significatur, qui (vt retuli) tignum est, quod in naui erectum affigitur: sed illo linteum, quod à ventis inflatur. funes verò in summo malo, carchesij nominantur. Ergo vbicunq; ad suspendendam scalam malo vtendum est, id efficiendum est per trochleas, & carchesios. nihil etiam deterius esse affirmat ad hæc vti axiculis, quos appellat ὀνίσκους.

Fulcire

26 A *Fulcire autem pectus debes ad ſcalam fortiter alligans, atque item ceruices habena valde laxa, quatenus, quod exceſsit in ſuum locum reuertatur: atque inſuper caput à fronte ad ſcalam deuincire, & brachia extenta ad corpus non ad ſcalam: reliquum tamen corpus ſolutum ſit, niſi quòd pluribus locis habena laxa circundetur, quatenus, quod exceſsit, in ſuum locum reuertatur.*

In ſuperioribus quoque oſtendimus ἕρματα dici ab Hippocrate fulcimenta, & ἑρμάσαι fulcire: atque hoc eſſe, quod à poeta ſcribitur, Ὑποδ͂είρεον ἕρματα νηῶν.

27

B

C

Sed videndum eſt, ne huiuſmodi vincula concuti hominem non ſinant. Crura verò non ad ſcalam, ſed inter ſe uincienda, ut è regione ſpinæ dependeant: hæc ſiquidem ita admouere conuenit, ſi homo ſuper ſcalam omnino concutiendus ſit. Turpe autem eſt in omni arte, nec minus etiam in medicina ſine vllo profectu magnam adhibere turbam, magnum ſpectaculũ polliceri, & multa verba facere.

Quòd ſi homo, qui concutitur, nullis corporis partibus, exceptis ſuperioribus, ad ſcalam vinciatur, facilè in latera deuoluitur: at rurſus ſi fortiter alligetur, vt immobilis ſit, concuſſu nihil leuatur. Ambo hæc igitur ſpectantes ita hominem vinciemus, vt neque immobilis ſit, quum concutitur ſub vinculis firmiter adſtrictus: neq; ita laxè ſuper ſcalam contineatur, vt in latera deuoluatur. Hippocrates autem huiuſmodi extendendi rationem contemnens, quo tamen modo optimè adhiberi poſſet, adſcripſit: quandoquidem vidit, qui ea vtuntur neſcire ipſam optimè adhibere. huc accedit quod ſuperius dixit/minimè enim diffido nõ nulla reſtitui poſſe, ſi quis rectè præparans extendat/.

28 *In primis quidem cognoſcendum eſt, quæ ſit natura ſpinæ: ad multos enim morbos ea opus eſt.*

Notare ſemel alicubi volumus, atq; in memoriã reducere, quę à nobis dicta ſunt à principio in primo libro de rõne corporũ incidẽdorum Hippocratis, in quo empiricorum impudẽtiã cognoſces, qui audent Hippocratem appellare empiricũ. Fuit enim oĩum, qui medicinam exercuerũt, maximè experiens, maximeq; experimentorum ſpectator: iiſq; oĩa comprobauit, quę multis fretus rationalibus argumentis inuenit. potiſſimumq; rationi corporũ incidẽdorum operam dedit, vt quę mirum in modum ad artem conferat: quod nunc apertè docet, cùm ſpinę naturam intelligi velit, quam empirici non ſecus quàm cæterarum partium omnium, eſſe inutilem dicunt.

29 D *Vertebræ igitur ab interiori parte, quà ad ventrem ſpectant, inter ſe ſunt æquales.*

Vertebrę à poſteriori parte proceſſum exigunt acutum, extrema parte cartilaginoſum, qui ſpina nuncupatur: à contratria verò, priori ſcilicet, ſiue interiori (vtroq; enim vocabulo nũcupatur) ęquè cartilaginem ſuperiectam habent, quà rotundæ ſunt & leues, nullum q; acutum proceſſum exigunt, neq; prorſus eminentiam aliquam vel breuiſſimam, quemadmodum et à poſteriori parte, & à latere. Quales igitur ſingularum vertebrarum proceſſus ſint, ex cadauere arido intelliges: ex quo planum etiam fiet id, quod ait, vertebras ab interiori parte eſſe æquales, hoc eſt, æquari ſingulas, quà inter ſe iunguntur. Quoniam igitur ea parte nullum proceſſum habent, aptiſſimeq; inter ſe conueniunt, æquales eſſe inter ſe dixit, hoc eſt æquari, ea parte, qua cohærent.

30 *Alligantur autem inter ſe mucoſo ac neruoſo ligamento, quod à cartilagine orſum vſque ad ſpinæ medullam progreditur.*

Naturam cõmiſſurę vertebrarum ad vnguem indicat. non. n. altè admodum in vnitatẽ coeunt à parte interiori, ſicut nõ nulli exiſtimarunt: nam ſic vbi in poſteriorem partẽ plurimum curuanda ſpina eſſet, vel ex toto reniterentur, vel diuellerentur. nunc autem res aliter habet, quũm non

coeant in vnitatem, ſed veluti vinculo alligentur mucoſo neruoſo q; , atq; idcirco leniter aliquid E hac parte mouētur, qua nullo modo motę fuiſſent, ſi continuarētur. At neq; vinculum earum ad ſpinæ medullam vſq; pertinet, ſed interiecta aſpera membrana in orbem medullam ipſam complectitur, quę nō ſecus, ac cerebrum, tenui mēbrana primò velatur, poſtea craſſiori. ſed præter ea quę in cerebro ſunt ſpinæ medulla ſepta eſt, hoc tegmento, quod vim habet prohibēdi ne doleat, quùm vertebrarum oſſibus offenditur, vbi ſpina mouetur. Circa ipſas autem vertebras innatum eſt vinculū mucoſum, hoc eſt glutinoſum, & quaſi pituitæ plenum, vt vertebrę promptius moueantur, ipſum q; vinculū minus lędatur. In vehementi enim motu abrumpūtur, quæ ſicca ſunt, & ſine humore, atq; idcirco qui loris ad vehicula et iumenta vtuntur, ipſa inungunt. quanquàm eiuſmodi mucoſus humor in omnibus articulis ob eandem cauſam inuenitur.

31 *Quædam alia etiam ligamenta neruoſa, perpetua adnaſcuntur, & hinc atque hinc à lateribus ipſarum intendunt.*

Perpetua ligamenta intellexit, quæ à ſuperiori parte deorſum feruntur plurimum longa. nihil tñ habeo, quod ſcribam, quamobrē ligamenta, quæ iuxta intēdunt, neruoſa dixerit: dicendum.n. fuit, non neruoſa, ſed nerui, niſi ſi valida appellauit neruoſa. nerui autē euidenter per vniuerſum thoracē iuxta vnamquanq; vertebram intēdunt, quorū ſuperiorem originem in corporibus inci F dēdis demōſtrauimus. ad ceruices aūt & lūbos ſuper vertebras muſculi ſunt, p quos ferunt̄ nerui.

32 *De venis autem & arterijs huc pertinentibus alibi tractabimus, quot & quales ſint, vnde inchoentur, quid'que in quibus poſsint.*

Has quoq; didiciſtis in corporibus incidēdis: ſed et in libris, quos de venis & arterijs, de neruis item incidendis habetis: quę oīa diligētius tradidimus in libro de ratione incidēdi corporis. quare pluribus hìc de illis agere opęprecium nō eſt, quùm neq; ipſe Hippocrates pſequi in hoc opere vniuerſam earum naturam velit, ſed eā ſicut alia multa in alium locum differat. licet, quę de venis & arterijs ſcripta nunc pollicetur, non extent. de neruis autem iuxta vertebras tendentibus in ſecundo libro de morbis vulgaribus, non plenè quidem, ſed in cōmentarij modum tractauit, tanquam de alijs, quę nos oſtendimus in eo libro cōmentarij modo & non plenè ab Hippocrate ſcripta: ſolūmodò enim primum & tertium librum de morbis vulgaribus abſoluit, ita, vt edi poſſet.

33 *Tum de medulla ſpinæ, quibus tegmentis tegatur, vndè originem ducentibus, qua parte finitis, quibus' cum coniunctis, quid'que valentibus.* G

Tegmenta ac velamenta alicuius rei veteres appellāt ἔλυτρα, atq; idcirco Hippocrates nunc medullæ ſpinæ tegmenta ἔλυτρα nuncupauit, quæ nos paulo antè narrauimus. duo quidem intrinſecus omnino ſunt: extrinſecus verò communia omnium vertebrarum ligamenta. Oriuntur autem membranæ à membranis, quæ cerebrum tegunt: ſed tertium velamentum, quod extrinſecus eas complectitur, originem habet à caluaria, quà cum prima vertebra cōmittitur. Huiuſmodi autem ligamenta non ſecus, atque ipſa medulla, ad imam ſpinam finiūtur. /Finitis/ Hippocrates dixit κραίνουσι, ſicut poeta quùm inquit,

Εἴπερ δὴ κρανέω γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἔσται. quid verò poſſint, exquiſitè iam oſtēdimus in opere de ratione corporum incidendorum, atq; etiam in proprijs libris, inter quos præcipuus eſt, qui de vſu partium inſcribitur. nunc autem ſcripſiſſe abundè eſt membranas, quę cingunt ſpinæ medullam, eūdem præſtare vſum, atq; in cerebro, quod craſſa membrana defenditur, ne à circum poſitis oſſibus lædatur. Eſt & aliud cerebri velamentū, & quaſi cutis innata, quo hæc nectuntur, nempè tenuis membrana. de tribus aūt his tunicis in medulla ſpinę paulo ſuprà pertractauimus.

34 *In vlteriore autem parte, vertebræ cardinis modo commiſſuras habent.* H

Quùm explicare ſpinę naturam inſtituerit, orſus ab interioribus partibus ipſius, quà vertebrę aptè inter ſe cohærentes ad ventrē ſpectant, & inter ſe ſunt æquales, iure nunc ſubdit /in vlteriore autem parte vertebræ cardinis modo cōmiſſurā habent/. vlterior enim pars ijs, quæ propoſitę ſunt, erit poſterior, qua inquit vertebras cardinis modo inter ſe committi. Nō debes autem intelligere poſteriorem partem eam, quæ ſita eſt contra ligamentum propoſitum, quod ſcilicet à iunctura vertebrarum procedit, is enim locus medius exquiſite poſterior eſt, vbi ſpina tātùm eſt, ſed eam, quæ vtrinque eſt à commiſſuris ipſarum vertebrarum: quæ, ſi ad ſpinam referatur, erit à lateribus ſpinæ: ſi ad priorem partem, in qua dixit vertebras inter ſe colligari, poſterior. Scripſit autem eas commiſſuras cardinis modo eſſe, quoniam quatuor exigunt proceſſus, quibus committuntur: duobus quidem admittunt eminentias proximè vertebræ, duobus ſe in alteram inſinuant. efficitur autem quodammodo ſtructura cardinum ſimilis.

35 *Nerui omnium communes, & ad exteriorem partem, & ad interiorem procedunt.*

Pars vertebrarum, quæ ei opponitur, qua illigantur, poſterior & exterior appellari poteſt: ſicuti

A ficuti ea ipfa, qua illigantur, interior, & prior. verùm à posteriori parte non reperiunt̃ nerui, quos nunc τόνυς dixit, fi nerui intelligantur, qui motum voluntarium præstant. quà enim vertebræ inter se committuntur, foramen est, per quod vnusquisq; neruus à spinæ medulla traiectus, protinus distribuitur, cuius aliæ partes ad priorem regionem intendunt, aliæ ad posteriorem, atque in musculos dissipantur, qui, quùm spinæ superiecti sint, ῥαχῖται græcè nominantur.

36 *Singulæ autem uertebræ, tam maiores, quàm minores, in exteriorem partem singulos processus exigunt: his autem processibus adiecta est cartilago, atque ab ea germen oritur ligamentorum, quæ neruis exterioribus germana sunt.*

Singularũ vertebrarũ processus per mediũ dorsum intẽdunt, atq; vniuersam spinã cõponunt: extremo aũt processui cartilago innexa est, à qua oritur germẽ ligamentorũ, quæ (vt ipse ait) neruis germana sunt: quo significat, vel simillima, vel inter se coeũtia, immixta q; vtrũq;.n. verũ est.

37 *Adiunctæ autem costæ sunt capitibus in interiorem partem spectantibus magis, quàm in exteriorem, quæ sigillatim cum vnaquaque vertebra committuntur.*

Costæ, id est thoracis ossa, q̃ à spina intendunt trãsuersa ac modicè obliqua ad pectus, græcè nõ B modò ab Hippocrate, sed ab oĩbus iunioribus medicis, noĩata sunt πλευραί. Has inqt cũ vertebris cõmitti, qđ προσηρθρῶσθαι dixit, quasi dicat διηρθρῶσθαι, quod vocabuli apud iuniores medicos magis in vsu est: eo.n. significant ossiũ cõmissuras quibus talis inest motus, vt sensu aliquatenus percipi possit. Costarũ capita vocauit extrema, p quæ cũ vertebris coniungunt̃, in radices processuum à lateribus se insinuantes. Exquisitè aũt dixit ipsas magis in interiorem partem spectare, nostis enim rem ita se habere: ipsarum verò cõmissuram quodammodo duplicẽ conspeximus, quam rem Hippocrates prætermisit, vel ꝙ nõ ex toto vniuersam naturam cõmissuræ fuerit intuitus, vel ꝙ tam diligentem eius inquisitionem ad propositum pertinere non existimauerit.

38 *Maximè autem flexæ sunt hominis costæ, & modo eorum, quæ curua sunt.*

Inter oĩa aĩalia homo costas habet maximè curuas, qm̃ & pectus oĩum latissimũ: ex ceteris verò aĩalibus, alia magis, alia minus, acuto pectore sunt. latissimi aũt pectoris est homo, deinde simia, quę pectus habet angustius hoĩe, latius q̃; cætera aĩalia. Cõmune est aũt oĩum aĩalium, quæ thoracem habent, costis esse ab exteriori parte, quà tangimus, gibbis: à contraria, intrinsecus scilicet, simis. Id.n. necessarium hoĩbus fuit, vt thoracis spaciũ latum redderetur, qm̃ iuxta os pectoris diriC gi costas oportuit: reliquas earũ partes, quùm deberẽt ad spinę vertebras peruenire, opus fuit plurimum curuari. Res igitur, quã proponit, ex eo apertè intelligitur, quod ipse ait costas maximè curuas esse, quod q; earum figura talẽ euidenter se ostendit. Restat quęstio, quę ad rẽ non ptinet, sicut prior, sed ad vocẽ, quùm Hippocrates explanationis vel exẽpli causa vsus fuerit verbo ῥοιβοειδέα, qđ maiorẽ afferat obscuritatẽ, q̃ res ipsa, cuius grã id exẽplũ afferẽ. tunc fortasse vox erat vsitata, alioqn verba hæc (mõ eorũ, q̃ curua sunt) nõ dixisset ῥοιβοειδέα τρόπον: deide vsu explosa, obscura effecta est. Vox qdẽ ῥοικοειδέα p κ apud Theocritũ curuũ signãt ĩ eo carmine, vbi inqt,

Ροικὸν δὲ κεν ἀγριελαίας δεξιτερᾷ κορύναν.

Idem quoq; significat apud Archilocum, quùm scribit,

Ἀλλά μικρός τις εἴη, καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν.
Ροικὸς ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσὶ καρδίης πλέως. Apud Nicandrum similiter.
Ἄλλοι δὲ ῥοικοῖσιν ἰσήρεες ἂν τὰ παγκροις, γυῖα βαρύνονται.

Per β autem scriptum ῥοιβὸν nescio quid sibi velit. Quanquàm in non nullis exemplaribus per β scribatur, sed in magis probatis, per κ.

39 D *Quod autem inter costas est, quod que inter processus ossium vertebrarum, vtrinque complent musculi, qui à ceruicibus orsi vsque ad nexum intendunt.*

Quod in corporibus incidẽdis apparet, nõ admodũ cõsentit cum verborũ sententia, nam quod apparet hmõi est. A costarũ capitibus, quà cũ vertebris cõmittunt̃, musculi sunt à posteriori parte, qui ῥαχῖται nuncupãtur, alij in lõgitudinem spinę tendunt vsq; ad initium crurũ: à priori parte in longitudinẽ musculi non procedũt, sed trãsuersi inter costas, quos μεσοπλευρίους appellãt. Deinde ad aliquot costas ptinent musculi, qui stomacho subiecti sunt, à quibus totũ collũ in priorem partẽ attrahitur, & paululum ẽt annuit, vbi capitis cõmissura non moueat: ipsa.n. per se maximũ habet motũ in annuẽdo, et abnuẽdo, si quis eã cum vertebris cõferat, quę post primas sunt: aliarum.n. inter se cõmissuræ paululum mouent̃. Sed et à regione iuxta lumbos ,pcedunt ad extremas thoracis costas eorum musculorũ summitates, qui ψόαι dicuntur: in medio autẽ thoracis ad costas musculi nõ pertinẽt, qui siti sunt ad vertebrarum processus à lateribus positos, quà cõmitti costas posui. Sunt & alij duo musculi angusti, atq; exigui, qui ab exteriori parte p vniuersum thoracẽ iuxta musculos, qui ῥαχῖται dicũtur, intẽdunt à priori parte, nõ à posteriori versus spinam. Hæc igit̃ est positio, ac natura musculorũ circa vertebras, quæ ex corporibus incidẽdis inuenitur.

Videamus deinceps de qbus'nam Hippocrates meminerit. ac de ijs qdẽ,q inter coſtas ſunt,patet E
ipſum minimè egiſſe,quùm ait /muſculi, q à ceruicibus orſi/. ſupereſt igiĩ,vt eos intellexerit,vel
qui ῥαχῖται dicunĩ,vel q iuxta hos ſiti ſunt. ſed neutri rectè dicenĩ,quod inter coſtas eſt,quod ꝗ
inter ꝓceſſus oſſium vertebrarum,cõplere. Ραχῖται qdem muſculi vniuerſis propoſitorũ oſſium
cõmiſſuris in toto thorace ſupiniecti ſunt à poſteriori parte,nihil relinquẽtes,quod nõ cõtegant,
ſed oẽs coſtarum radices, & vertebrarum proceſſus, qui à lateribus ſunt, ad hæc quod inter ipſas
radices eſt,complectunĩ: Anguſti aũt muſculi,qui iuxta hos verſus priorẽ partem ſiti ſunt,proti-
nus poſt cõmiſſuram ſunt,ad extremitates corũ proceſſuum , quos vertebræ à lateribus exigunt.
quin ẽt,quod in fine propoſitorum verborũ adiungit /vſq; ad nexum/ ſi de anguſtis muſculis in
telligatur,neceſſe eſt ad ſepti tranſuerſi nexum referamus: ſin de ijs,q ῥαχῖται vocanĩ,ad crurum
nexum,quem πρόσφυσιν dixit,crurum fortaſſe iuncturã intelligẽs. Equidem verba hæc nequeo
accõmodare ad id, quod ſenſui apparet, arbitror ꝗ initio protinus erraſſe primũ librariũ, ſicut in
alijs multis veterum ſcripturis. Sed,quùm ita habeãt,quę in corporibus apparẽt,quæſtio idoneæ
expoſitionis cõmuniter oĩbus proponatur.quod aũt diſtinctum,& aliquatenus probabile videĩ,
hmõi eſt. Coſtas accipiemus pro ipſarũ coſtarum capitibus: proceſſus oſſium vertebrarum , pro
oſſibus,quę ſpinã conſtituunt: ſed muſculos cõplentes vtrinq; eam regionẽ,quę interiecta eſt, ῥα F
χίτας intelligemus: nexũ,ſepti trãſuerſi. Pelops autẽ pręceptor noſter coſtas,nũc ab Hippocrate
voluit noĩari oẽs vertebrarum proceſſus, q à lateribus ſunt: ſed nexũ retulit ad ſeptũ trãſuerſum.

40 *Ipſa autem ſpina in longitudinem rectè obliqua eſt.*

Obliquã dixit σκολίαν, eam ſic appellare ſolitus, quæ in latus inclinata eſt: nunc autem non in
latus,ſed in poſteriorem et priorem partẽ ſignificare vult, ſpina enim in longitudinem recta pau
lulum in poſteriorem & priorem partem inclinatur,vt ipſe deinceps docebit.

41 *Ab oſſe ſacro vſque ad magnam vertebram, quà inhæret crurum nexus , ſpina caua eſt. quoniam veſica , partes naturales,& id inteſtinum,quod laxum eſt ſupra anum,hac parte continetur.*

Crurum nexus multis modis intelligi poteſt,maximè quidem propriè fortaſſe is,qui à coxarũ
cõmiſſura eſt,quùm ſcilicet femoris caput coxarum oſſi per lata ligamenta illigatur,& p id,quod
rotundum eſt,quo altiſſimis partibus caui ipſius coxæ innectiĩ: tum per muſculos, qui cõmiſſu-
ram femoris mouẽt, meritò vtiq; dici poteſt crus nectĩ ſuperioribus partibus: deinde per neruos,
poſtea per arterias,& venas. Videtur autẽ hic Hippocrates nexum p neruos exponere,quùm ab G
extrema lumborũ vertebra,quæ cõmittitur cum oſſe,quod & latum & ſacrum nuncupaĩ, orian-
tur nerui,qui tendunt ad crura. cõprobatur autem,vel ex eo, quod in corporibus incidẽdis appa
ret,veſicã,& partes naturales, & id inteſtinum quod laxum ſupra anum eſt, hac parte contineri,
quamobrem ab exteriori parte gibba ſtructa eſt.Naturales partes quas γονὰς dixit,intellexit eas,
q̃ generationi accõmodanĩ,vterum in fœminis: q̃ ſemini aptanĩ in maribus, γεννητικὰ nũcupan-
tur. id aũt,quod laxũ eſt: ſupra anum dixit χαλαρὸν ἀρχὸ, id ſiquidẽ ſacro oſſi ſuperimpoſitũ eſt,
& re uera laxum eſt,quùm nõ habeat muſculos, qui extremum inteſtinum rectum adſtringunt.

42 *Ab hac ad ſepti tranſuerſi nexum, recta in interiorem partem recuruatur.*

Hac parte nihil tale ſpinæ inſidet, quales in inferiori vterus & veſica. Quare non neceſſe fuit
ab interiori parte ſimam eſſe, atque idcirco, neq; ab exteriori parte gibbam, ſed hac parte ſpinam
paululum intus ſpectare, fulciri enim ab ipſa magnam arteriam, ac venam oportebat.

43 *Atque hic locus ſolus ab interiori parte adiunctos habet muſculos,quos ψόας appellant.*

Ex his potiſſimũ verbis cõijcere quis poſſet,Hippocratẽ ſpinę nõ annumeraſſe vertebras cer- H
uicum. quaſi.n.ſpina vniuerſa lato oſſe & vertebris,q̃ ad lumbos, & quę ad thoracẽ ſunt, cõtinea
tur, dixit /atque hic locus ſolus ab interiori parte adiunctos habet muſculos/. Nã, ſi ſpinę ceruicũ
quoq; vertebras annumeret, falſum vtiq; erit hũc locũ duntaxat habere adiũctos muſculos, cùm
& in ceruicibus ab interiori parte grandes muſculi contineantur: quos,quùm grandes ſint, non
latuiſſe Hippocratẽ nemo ignorat,quãdò ẽt,ſi exigui fuiſſent,nullo mõ ipſum latuiſſent.horũ tñ
muſculorũ,qui ψόαι noĩantur,particulã vſq; ad eã regionẽ pertinere,quã ſeptũ trãſuerſum inne
ctitur,propoſitis verbis non notauit,vt qui operępretium eſſe tã exquiſitè docere nõ exiſtimarit.

44 *Ab hoc item ad magnam vertebram,quæ ſita eſt ſublimior commiſſura humeri cum lato ſcapularum oſſe,recta in gibbum vertitur, ſed magis adhuc videtur, ꝗ ſit: habet enim ſpina in medio oſſium proceſſus altiſſimos, ab vtraque autem parte humiliores.*

Vertebrę, quæ ad coſtas ſunt, ab interiori parte ſimæ paululum videntur , à poſteriori gibbæ
multum propter ſpinæ proceſſus. vertebram autem, quam magnam dicit ſitam ſuper commiſ-
ſuram humeri cum lato ſcapularum oſſe, nouiſtis, & reminiſcendi cauſa habetis in commenta-
rio,

A rio, quem de oſſibus ſcripſi. His autem, quæ proponuntur, accommodanda illa ſunt: neque opus eſt me vlterius explanante, niſi ſi quod verbum alicubi occurrat, quod expoſitionem requirat, cuius cauſa huiuſmodi commentaria ſcribuntur: quemadmodum euenit in hoc ipſo loco.

45 *Ipſa verò ceruicum commiſſura in interiorem partem ſpectat. Quibus igitur vertebræ gibbæ fiunt, magna vi coniunctione abrupta expellitur vel vna vertebra, vel plures: quæ res non accidit multis, ſed paucis, non enim facilè incidunt huiuſmodi caſus, nam nec facilè in exteriorem partem veniunt vertebræ, niſi a priori per ventrem vehementi ictu trudantur, ſic autem homo interiret: aut niſi quis ex ſuperiori loco decidẽs, in coxas vel ſcapulas cadat, ſed & ſic quoque expiraret. A poſteriori autem parte non facile expellitur vertebra in interiorem, niſi aliquid graue admodum ſuper ipſam incidat: oſſa enim, quæ ab exteriori parte procedunt, ſingula talia ſunt, vt potius frangi poſſint, quam coactis ligamentis, valdè in interiorem partem erumpere.*

Spectat in priorem partem, dixit λορδὸν, ita enim conſpicitur. Duæ autẽ ſunt primę vertebrę, quibus ceruicum commiſſura efficitur: poſt quas relinquuntur tres, quarum non meminit, quomodo collocatæ ſint inter ſecundam & ſextam, nempè tertia quarta & quinta, quæ maximè videntur rectum poſitum habere. hæ autem vertebræ longè minores ſunt duabus, & præcipuè ter-
B tia, quarta enim hac maior eſt, ſicut his rurſus quinta, ſexta verò non his duntaxat maior eſt, ſed ſeptima etiam. Ab hac autem vſq; ad extremam ſpinam pro ratione altera maior altera eſt, ſi hæc in homine perpendantur, vel in ea ſimia, quæ hominis faciem magis repręſentat, & magis ꝗ̃ cęterę, recta inambulat, namq; hæc, & in aliis, & in oſſibus homini ſimillima eſt. vnum autem in ſpina habet aliarum quoq; quadrupedum commune, quod in homine non reperitur, nempè lumbos pro magnitudine reliquarum partium corporis longiores, ꝗ̃ homo, cui ad lumbos quinq; duntaxat vertebræ ſunt, in ſimiis autem ſicut in aliis quadrupedibus ſex. Illud autem animaduertere in propoſitis verbis oportet, quòd Hippocrates, quùm de ſpinæ figura tractare conſtituiſſet, rurſus hoc modo /ipſa autem ſpina in longitudinem recta obliqua eſt/ in extrema oratione adiecit /ipſa verò ceruicum commiſſura in interiorem partem ſpectat/, videbitur enim hic rurſus ceruices ſpinæ partem poſuiſſe. Supra t. 40.

46 *Et articulis, qui alios recipiunt, & in alios coniiciuntur. Medulla item ſpinæ laboraret, ſi paruum pro loco mota inclinaretur, vertebra hoc modo expulſa. Luxata inſuper vertebra medullam comprimeret, ſi non laceraret: hæc autem compreſſa detentaque, multis locis grandibus & præcipuis torporem afferret, ita, vt medico non amplius curæ eſſet,*
C *qua ratione dirigere vertebram deberet, circumſtantibus multis aliis malis violentis: ſed manifeſtum quoque eſt reſtitui non poſſe, neque concutiendo, neque alia via.*

Vertebrarum articulos dicit in proceſſibus à lateribus ſitis, quorum alter alterum excipit. eos autem ait recipere, & in alios coniici, eo quòd vtraque vertebra duobus proceſſibus ſublimioribus cum ſuperiori vertebra committatur: duobus humilioribus cũ inferiori. ſic, vt aliis proximæ vertebræ proceſſus admittat, aliis in alterius proceſſus coniiciatur. quæ omnia perfectè exequuti ſumus in libro de oſſibus.

47 *Niſi hominem ſeces, deinde manu altè in ventrem indita ab interiori parte in exteriorem compellas: quod quidem mortuo fieri licet, viuente nullo pacto. Quorſum igitur hæc ſcribimus? quoniam non nulli ſibi perſuadent ſe ſanaſſe eos, quibus vertebræ articulis ex toto excedentes in interiorem partem venerunt. Quanquam non nulli facillimum exiſtimẽt vertebris eo modo luxatis euadere, nihilque opus eſſe reſtituere, ſed eas per ſe reſtitui. Multi ſanè ignari ſunt, & ob imperitiam lucrum faciunt, vulgo enim ſuadent. Hoc itaque pacto decipiuntur. Spinam, quæ in dorſo extat, putant eſſe ipſas vertebras, nam ſingula tactu ibi rotunda ſentiuntur: neque intelligunt hæc oſſa a vertebris procedere (de quibus paulò ſupra tractauimus) ipſas verò vertebras multo magis in priorem partem ſitas eſſe: ſiquidem ex om-*
D *nibus animalibus homo pro magnitudine ventrem habet anguſtiſſimum à poſteriori parte in priorem, præcipuè ad thoracem. Ergo, vbi aliquod ex iis oſſibus, quæ valde excedunt, comminuatur, ſiue unum, ſiue plura, is locus humilior fit, quàm qui hinc eſt, atque hinc: ac propterea errant, putantes vertebras in interiorem partem procidiſſe. Quos item fallit habitus eorum, qui icti ſunt: nam, ſi curuari velint, dolent, cùm qua parte percuſſi ſunt, cutis tendatur. ſic quę oſſis fragmenta carnem magis vulnerent: ſin ita figurari, vt ſpina a poſteriori parte caua ſit, leuantur, cutis enim, quà fractura eſt, laxior efficitur, & oſſa minus vulnerant: quin ſi ea parte tangantur, cedunt, ſpinam in priorem partem cõpellentes, isque locus inanis & mollis tangenti apparet. Hæc omnia, quæ dicta ſunt, medicos fallũt: cito aũt, ac ſine aliquo detrimento, huiuſmodi homines per ſe ſaneſcũt, hæc enim oſſa omnia, quæ rara ſunt, callo celeriter glutinãtur.*

Manum altè indere in ventrem, cauſa conquirendi, quæ ibi ſunt, dixit ἐσμάσασθαι.

48 *Iam verò iis, qui ſani ſunt, obliqua ſpina fit pluribus modis: namque & natura, & vſu ſic habet, ſed & ob ſeniũ, & ſub dolore, hæc ſiquidem colligandi vim habent. Gibba autem plerunque fit, quùm homo vel in coxas vel in ſcapulas cadit: neceſſe enim eſt in ſpina gibba unam aliquam vertebram reliquarum omnium conſpici maximè prominentem: eas autem, quæ hinc atq; hinc ſunt, minus. Nec plurimũ huiuſmodi vertebra ab aliis recedit, ſed paruum, quando*

ſingulæ

ſingulæ ſubitò plurimum cedunt. Hac igitur de cauſa, et ſpinæ medulla facilè fert, quùm ita peruertitur, quùm fiat gib- E
ba in orbem, non ad angulum.

Vbi ſpina gibba fit, hoc eſt, in poſteriorem partem cõuertitur, κύφωσιν appellat: λόρδωσιν, vbi curua, ſpectat q; in priorem: vbi obliqua & in latera, σκολίωσιν, quo verbo vtitur alio modo & ad omnem ſpinæ deprauationem ſignificandam, indicans verbum generale magis eſſe quàm alia. in qua ſignificatione nunc quoq; ait ſpinã σκολιαίνεσθαι, quaſi dicat quouis modo peruerti: atq; in ſuperioribus etiam dixit /ipſa autem ſpina in longitudinem rectè obliqua eſt/, obliquam vocans σκολίην, vbi eam inclinare in priorem & poſteriorem partem indicauit.

49 *Oportet autem reſtituendi rationem huiuſmodi præparare. Commodè quidem lignum firmũ ac latum quod in longitudinem inciſum ſit, foditur: commodè etiam pro ligno paries in longitudinem excauatur, quod lectum à pauimento, vel cubitum, vel quantum res exigit, attollatur. Dein veluti quadrata columna querna tranſuerſa adhibetur, quæ à pariete catenus recedat, vt aliquis inter vtrunque vbi opus ſit, tranſire queat: ſternatur columna hæc vel tunicis, vel quapiam re, quæ mollis ſit, & non admodum cedat. Homo fouetur, & ſi ſuſtinet, multa aqua calida lauatur: deinde in ventrem iacet extentus, brachiis ſecundum naturam porrectis, atq; ad corpus alligatis. Lorum item molle la-* F *tumque abundè, & longum, quod conſtet duabus habenis, medium medio pectori iniectum bis circundatur, quãtum poteſt iuxta alas: poſtea, quod ex loris ſupereſt, circa alas humeri capiti obuoluitur, capitaque ad aliquod lignum cuiuſmodi piſtillum eſt, alligantur, eorum enim longitudo aptatur longitudini eius ligni, quod ſubiectum eſt, vt hoc piſtillo extendenti mora ſit. Huiuſmodi etiam aliud vinculũ ſuper genua, & ſuper calces datur, capitaq; eius ad aliquod tale lignũ vinciuntur. Aliud inſuper lorum latum molle ac valens habenæ modo conuenienter longũ ac latũ coxis in orbem firmiter deuincitur, quam maxime poteſt prope coxas: deinde lori, quod ſupereſt, utrũq; caput ſimul ad lignum, quod ad pedes ſit, alligatur. Homine ita figurato intentio in diuerſa adhibetur, ſine vlla inclinatione ſimul, & recta: nullũ* G *enim magnum detrimentum inferre eiuſmodi intentio poteſt, ſi rectè præparetur, niſi quis de induſtria id agat. Medicus verò vel alius quiuis modò prævalens ſit, & non imperitus, ſublimiori vnius palmæ parte, qua ſpina gibba eſt, data, atque alterius palmæ ſublimiori parte ſuperiniecta, cõprimit, intuitus num recta deorſum uerſus caput, uel uerſus coxas debeat, com-* H *primere. Adhibetur autẽ hoc modo vis maximè innocenter: innocẽter etiã, ſi quis ſuper eam partem, quã ſpina gibba ẽ, ſedeat: ſimulque, vbi homo extenditur, ſe attollens concutiat. Sed & pedibus conſiſtere ſuper ſpinam, quà gibba eſt, ſuſtineri que & leniter concutere, nihil prohibet, ad quam rem ſatis idoneus eſt quilibet palæſtræ aſſuetus.*

A Columna querna quadrata pannis ſtrata.
B Laquei pectus circundantes qui feruntur ad ſuperius piſtillum.
C Laqueus ſupra genu & talos.
D Lorum ilibus alligatum.
E Piſtilla ad caput & pedes.
F Manibus comprimens.

A Columna querna quadrata pannis ſtrata.
B Laquei pectus circundantes, qui feruntur ad ſuperius piſtillum.
C Laqueus ſupra genu & talos.
D Lorum ilibus alligatum.
E Piſtilla ad caput & pedes.
F Inſidens & ſe attollendo concutiens.



Aptiſſimè

A

A Columna querna quadrata pannis ſtrata.
B Laquei pectus circundantes.
C Laqueus ſupra genu & talos.
D Lorum ilibus alligatum.
E Piſtilla ad caput & pedes.
F Inſiſtens & pedibus ſenſim incutiens.

B



C

A Paries excauatus.
B Columna querna quadrata pannis ſtrata.
C Habena pectori circundata.
D Laqueus ſupra genu & talos.
E Habena ilibus circumiecta.
F Piſtilla ad caput & pedes.
G Aſſer è tilia.

Aptiſſimè autem cogitur, ſi paries, qui excauatur, vel lignum, quod foditur, quatenus conuenire videbitur, infra hominis ſpinam incidatur: aſſer verò è tilia, vel ex altero ligno non tenuis ſecetur: tum ſuper ſpinam, quà gibba eſt, vel multiplex panniculus, vel paruus aliquis puluinus ſcorteus, imponatur: ſed quantum minimè poteſt, conuenit hæc ſubiicere, videndum eſt ſolummodò, ne aſſer præ duritie fruſtra dolori ſit: ea autem pars ſpinæ, quæ gibba eſt, ſit maximè è regione eius partis, quà paries exciſus eſt, vt aſſer, quà maximè ſpina extat, ſuperimpoſitus, maximè premat: adhibitus verò aſſer, à miniſtro vno uel altero ſi opus fuerit, cogatur, alij (ut ſuprà oſtenſum eſt) hinc atque hinc in longitudinem corpus intendant. Licet & per axes extẽdere uel iuxta lignum defoſſos, vel cõtentos in quibuſdã lignis in ipſum defixis, quæ erigantur, ſiue vtrinq; à lateribus paululum extantia, ſiue in vtraq; eius extremitate. Accommodatur autem vis, quæ per hæc adhibetur, & vbi vehementiore, & vbi leniore opus eſt: tantum enim roboris habet, vt ſi quis non in medicina, ſed ad torquendos homines eam adhibeat, præſtanter ad id valeat, ita, vt, ſiue tantùm extendamus in longitudinẽ, hinc atq; hinc nihil vltrà cogentes, ſiue citra intentionẽ aſſerem duntaxat admoueamus, abundè ſit. Optimum autem eſt vti eiuſmodi via, quam in ipſo vſu, & intendendo, & remittendo moderari potes, quæ'ue ſecundum naturã eſt. Quæcunq; igitur extant, compreſſa, in ſuum locum redeunt: quæ præter naturam coierunt, intẽta, ſecundum naturam compelluntur. Equidem cogendi alium modum meliorem aut iuſtiorem habeo nullum.

D Quæ ſubiicit, plane omnia explicat. quare ſi quis non percipit, quæ proponuntur, huic nõ explanatione opus eſt, ſed monſtratione. quin & commentaria ad eos ſcribuntur, qui eiuſmodi curationes iam inſpexerint. Monui etiam in ſuperioribus, vt, ſi quis prima lectione non intelligat, quæ ita clarè ab Hippocrate ſcribuntur, iterum, & tertiò, & ſępiùs, diligenti animaduerſione relegat. quòd, ſi hoc faciat, quæ planè ab ipſo traduntur, omnino intelliget.

50 *Nam quùm è regione ipſius ſpinæ intentio adhibetur, ab inferiori parte, & iuxta os, quod ſacrum appellatur, non eſt locus, qui prehendi poſſit: à ſuperiori iuxta ceruices & caput, eſt quidẽ, ſed aſpectu indecorus, præterquam quòd, ſi corpus ab hac parte valentius extendatur, alia quoq; noxa afferetur. Expertus aliquando ſum vtrem non inflatũ, quem reſupinato homine ſpinæ, qua gibba erat, ſubieci, dein fiſtula ænea demiſſa inflaui, ſed parum pro[illegible]: cedebat enim vter, quùm homo benè extendebatur, neque ſpiritus impellere quidquam poterat, ſed alioquin vter prompte labebatur, quùm ſe compellerent & gibbus ſpinæ locus & repleti vtris tumor: at contrà, quùm non valde homo extẽdebatur, vter ob ſpiritum in tumorem aſſurgebat, ſed homo magis quàm expediret, in priorem partem conuertebatur. De induſtria autem hæc ſcripſi, pulchra enim huiuſmodi monumenta ſunt eorum, quæ, quùm experti ſumus, ſine effectu inuenimus: & cauſarum, cur parum proceſſerint.*

Locũ, qui prehendi poſſit ἐπιλαβὴν, quaſi ἀντιλαβὴν, & ἀντίληψιν dixit, eo obex & mora ſit

ſit iniectis laqueis,ſic,vt hęreãt,quà eminet,& minimè decidãt. Ab oſſe ſacro nullus talis locus ẽ: E
à ſuperiori parte,quamuis ceruices ſint,& caput, homo tamen ſtrangulari videbitur, ſi hac parte prehendatur: atque idcirco ea intendendi ratio indecora habebitur,ſed & noxã inferet,ſi laqueus ad guttur delabatur.

51 *Quibuſcunque autem vertebræ in interiorem partem conuertuntur, vel quòd homo ceciderit, vel quòd graue aliquid ſuper ipſum inciderit,plærunq; nulla vertebra valde ab alijs recedit: vbi non valde recedat,ſiue una,ſiue plures, hominem non præcipitat,ſicut anteà dictum eſt,cùm ſpina in orbem,nõ ad angulum peruertatur. His quidem vrina, & aluus magis ſupprimitur,quàm quibus vertebræ in exteriorem partem conuertuntur,pedes que & crura tota magis frigeſcunt:atq; hæc magis mortifera ſunt,quàm quæ poſita ſunt:quibus,ſi euadunt, vrina ſine voluntate magis prorumpit,crura que magis reſoluuntur,& torpent. Quòd ſi ſuperior ſpina in priorem partem conuertatur, vniuerſum corpus reſoluitur ac torpet. Machinationem autem nullam habeo,qua ſpina reſtitui poſſit, vbi ſic luxatur. Quòd ſi nihil proficiat concutiendi modus, qui per ſcalam admouetur: vel alia ſimilis curatio, ſeu extendendi via, qualis paulò antè dicta eſt:nullum noui impellendi ſimul & extendendi modum,qui id præſtare poſſit, quod aſſer, vbi ſpina gibba erat:nam,quî fieri poterit,vt à priori parte per ventrem impellatur? Ergo,neq; hoc licet,neq; tuſsis aut ſternutamentum vim aliquam habet,qua ad extentionem conferat. Nihil etiam proficies,ſi ſpiritum in ventrem indas. Quin,& qui magnas cucurbitulas defigunt,vt ſurſum attrahant vertebras,quæ in interiorem partem exciderunt, ſummopere aberrant:expellunt enim magis,quàm attrahant,quam rem ignorant,qui eas defigunt:nam quo maior cucurbitula eſt,eo magis ſpina caua fit,quum à ſuperiori cute vrgeatur. Alios item concutiendi modos præter iam poſitos adducere poſſem,quos exiſtimet quis ad vitium magis pertinere,ſed eos (vt pote quibus parum confidam) omitto. Illud autẽ in vniuerſum,vt ſummatim dicamus,intelligere oportet, quòd,vbi ſpina in interiorem partem conuertitur, ad interitum ægrotantem præcipitat,& infeſtiſsima eſt: vbi in exteriorem, vacat mortis periculo,vrinam non ſupprimit, & plærunque torporem non infert.* F

De vertebris agens in interiorem partem luxatis,inquit caſum aſperiorem eſſe, q̃ ſi in exteriorem ferantur. cauſam eſſe in aperto dicit. nerui enim omnes,qui à ſpinæ medulla oriuntur,in interiorem partem procedunt. Premuntur ergo magis, vbi ſpina in hanc partem conuertitur, q̃ vbi in exteriorem,cum q; iis vrgentur,quæcunq; partes ſpinæ ſuperinſident. quo fit,vt interdum ſuperior quoq; pars veſicæ comprimatur: & quæ cum his conſortium habẽt,omnia inflammatione occupentur. Quamobrem neq; veſica vrinam,neq; aluus deiectionẽ reddit: expellentis enim facultatis,quę vna ex naturalibus eſt,vitium eſt vrinam atq; aluum ſupprimi: torporis autẽ membrorum cauſa eſt,neruorum affectus: ſed veſica & inteſtinis affectis,periculum eſt, ne homo interim decedat,dum tollitur inflammatio,quę efficit,vt nec aluus,nec vrina reſpondeat. Quẽadmodum autẽ muſculus,qui veſicam adſtringit,cùm nimium ſuo munere fungitur,nõ patitur vrinã euadere,ita veriſimile fit affici muſculum ani,quẽ græci ab adſtringendo σφιγκτῆρα nominarũt. G

52 *Quùm nec alui itinera diſtendat,nec prohibeat,quo minùs facilem exitum habeant,ſpina,quùm in exteriorẽ partem conuertitur: ſed quùm in interiorem,vtrumque hoc efficiat,accedant que alia complura.*

Quùm proximè propoſuerit his vrinam & aluum magis ſupprimi,quàm quibus vertebrę in exteriorem partem conuertuntur, nunc cauſam adiecit his verbis / quùm nec alui itinera diſtendat / id eſt exitum eorum,quæ per veſicam & per anum expelluntur. Diſtendi autem partes, per quas hæc feruntur,& à compreſſione vertebrarum,& à conſortio, quod cum neruis habent, à ratione minimè abhorret.

53 *Multo autem pluribus crura,& brachia reſoluuntur, corpus torpet, vrina ſupprimitur, quibus vertebræ nec in exteriorem partem,nec in interiorem exciderint,ſed concuſſæ vehementer fuerint,manentes è regione ſpinæ: quibus ſpina deprauatur,minùs hæc patiuntur.* H

Vt deprauationem exprimat,mutuatur ὕβωμα vocabulum tanquam generale,agens de vertebris, quomodocũq; ſuo loco motis. Vniuerſa autem oratio clara eſt,venit enim ad quartum genus vitiorum ſpinæ,quod græci à concutiendo σεῖσιν appellant. Id autem eſt, quùm vertebrarũ ſpinæ compago vniuerſa dimouetur,periculum que eſt, ne conuellatur atteratur q; ſpina vehementer concuſſa: quod malum ipſe teſtatur multo deterius eſſe,quàm,ſi ſpina nõ concuſſa vertebræ peruertantur. In ſequentibus ad coſtas pergit,quibus abruptis huiuſmodi quidpiam accidit.

De Fractvra Costarvm

54 *Multa quoque alia in medicinali arte quis inſpiciet,quorum,quæ uehementia ſunt,quùm morbi momentum omne in ſe contineant, non nocent: quæ leuiorem offenſam afferunt, mala concitant diuturna, & reliquum corpus plurimùm afficiunt.*

Locutus de vitio,ſub quo ſpina concutitur,vertebris nullo modo ſua ſede excedentibus, ſubiicit multa in medicina leuiora eſſe re vera,quanquàm grauiora videntur: multa enim,quæ minùs afficiunt partes cum vitiato loco conſortium habentes,vt,quæ nullam ex præcipuis partibus lædant, ſed in ſe morbi momentum habeant, minùs moleſta ſunt, quamuis grauiora videantur.

In

A In ſequentibus gratia exempli de coſtarum affectibus meminit, indicans eorum alios graues apparere, alios eſſe.

55 *Quin & coſtis abruptis tale quidpiã accidit. Quibus enim coſta vna, vel plures abrumpuntur, ſicut permultis abrumpi videmus, ſi comminuta oſſa, neque in interiorem partem compellantur, neque in ſuperiorem, pauci adhuc febricitarunt: ſed neque multi etiam ſanguinem ſpuerunt, nec multis item contractum eſt pus in thorace, aut linamentis opus fuit, aut vitiatum os eſt: victus autem quiuis idoneus eſt.*

Ex propoſita oratione, quæ longa eſt, non parum intelligi poteſt orationis modum ad facilitatem conducere. Nos priorem partem ſuprà attigimus, quam Hippocrates longius labens obſcuram fecit, paucis autem ita loqui potuit: Vbi coſta abrumpitur, ſi fractura ſimplex et ſola ſit, caſus quidem aſperior videtur, licet leuior ſit, q̃ vbi atteritur, celerrimè enim curatur & ſine periculo: ſed abſq; fractura, vbi caro circa coſtas atteratur, in maximo interdum periculo reuoluuntur, qui ſic affecti ſunt. Caput quidem orationis huiuſmodi eſt, ſingula autem deinceps videamus. Si primam partem huius orationis paucis Hippocrates explicaſſet, quẽadmodum ego, quùm dixi, vbi ſola & ſimplex coſtarũ fractura ſit, apertiùs ſcripſiſſet. verùm ipſe, quaſi exponens ait /ſi oſſa abB rupta, neq; in interiorem partem compellantur/. vocauit autem interiorem partem interius ſpacium thoracis, in quod erumpere os abruptum, per ſe non poteſt, niſi nudetur à tota carne ſuperiecta: niſi item ſcindatur membrana, quæ coſtas cingit. per hæc igitur ſimplicem fracturam indicauit. Deinceps notauit caſus leuitatem, quùm ait, paucos febricitaſſe, raros item ſanguinẽ expuiſſe, aut pus in interiori thoracis regione contraxiſſe, raro q; opus fuiſſe linamentis, vel coſtarum os vitiatum fuiſſe, & idcirco abundè eſſe victus rationem quamuis. hanc ipſe (vt didiciſti) vbique φαῦλον nominat, eam, quæ exquiſitæ contraria eſt, ſignificans. Propoſitæ igitur partis orationis vniuerſus ſenſus huiuſmodi eſt: ad reliqua igitur pergamus.

56 *Quin, & vbi continens febris non inuadat, deterior eſt inedia, quàm cibus: & dolorem, febrem, ac tuſſim magis concitat, venter enim modicè repletus coſtas dirigit, quas inedia ſuſpendit: at vbi ſuſpendantur, dolorem inferunt.*

Tumor ventris coſtas fulcit: quare, vbi hæ rumpuntur, qui magis ventricoſi ſunt, minùs dolent: quibus gracilis venter eſt & contractus, dolore magis vexantur, quùm coſtas ſentiant ſine fulcro ſuſpenſas. Quòd ſi continens febris hominem occupet, inedia vti debet (quod ipſe ſigniſi C cauit verbo κενεαγγεῖν) quoniam magis læditur à cibo, q̃ à coſtis non fulctis. At ſi nulla febris ſit, expedit catenus cibum ſumere, vt venter in eum tumorẽ aſſurgat, vt coſtis ſedes ſit ac fulcimentum citra offenſæ partis compreſſionem.

57 *Ab exteriori parte vincire rurſus quouis modo ſatis eſt: tantùm cerato, pannis, faſciis que leniter adſtrictis debemus æquale vinculum reddere, aut etiam lanæ aliquid superinucere. Conſeruet autem coſta viginti diebus: in huiuſmodi enim oſſibus citò callus increſcit.*

Vinciendi modum quemuis φαῦλον vocat, quemadmodum & victum: qui contrarius eſt ei, qui ſumma diligentia adhibetur.

58 *At carne circa coſtas detrita, quòd homo percutiatur, cadat, re aliqua vrgeatur, aut alio tali modo, multi iam ſanguinem expuerunt.*

In memoria habendus eſt hic ſermo propter eos, qui exiſtimant in lateris dolore neceſſarium eſſe, aliqua ex fibris pulmonis afficiatur. nam, quùm proximus ſit lateri inflammato, aſſerunt aliquid ad eum trãſmitti ex tenui ſanguine, qui in inflammatione ſubſiſtit. Pulmone ergo nihil vio D lato, ſed coſta affecta, quoſdam ait ſanguinem expuere. quo pacto autem hoc fiat, licet per ocium requirere. Nos ſanè quæſtionem hanc perpendimus in iis, quæ ſcripſimus in librum Eraſiſtrati de ſanguinis ſputo: nunc illud duntaxat intellexiſſe abundè eſt, quoſdam ſine vitio pulmonis ſanguinem ſpuere, propterea, ꝙ morbus circa coſtas verſetur. Vidiſtis ſepè, & in aliis inuiolata cute, quæ fracturam tegit, effundi cruorem, ſic, vt faſcias impleat, quamuis cutis membrorum denſior multo ſit, q̃ membrana, quæ coſtas amplectitur. Quare nihil mirum eſt, ſi ſanguis per hanc ab affecta coſta in interiorem regionem ducatur: dein protinus in ipſa expiratione in aſperam arteriã, quæ in pulmonem diſtributa eſt, transferatur: quemadmodum in iis videmus, quibus membrana hæc vulneratur, quicquid enim per vulnus in thoracem inſtillaueris, per os cõtinuò redditur. quam rem, quùm Eraſiſtratus ignoraſſet, abſurda ſcripſit in libro de ſanguinis ſputo. ſed qua in re decipiatur, eius ſcripta de me audientes ſæpe numerò didiciſtis.

59 *Venæ enim & arteriæ, quæ per id, quod eſt inter coſtas, intendunt, & nerui, ex iis, quæ in corpore præſtantiſſima ſunt, oriuntur. Multi igitur ſæpe tuſsi, tuberculis, pure in thorace collecto oppreſſi ſunt, & ad id venerunt, vt linamentis egerent, coſta que vitiaretur: ſed & quibus nihil tale ſuperuenit, carne circa coſtas attrita, tardius dolore liberantur,*

rantur, quàm quibus perfracta costa est, atque in eiusmodi casu dolor sæpius locum repetit. Verum non nulli longè ma-gis hæc mala contemnunt, quàm si abrupta costa esset. E

Arterias & venas ὀχετὺς vocauit: quod autem est inter ossa singularum costarum λαπαρὸν dixit, qua parte musculi sunt, qui, quùm mediis costis interiecti sint, μεσοπλεύριοι græcè nominantur: neruos verò appellauit τόνυς. Oriri autem ait hæc omnia ab iis, quæ præstantissima sunt, quoniam initium harum venarum, perinde atq; arteriarũ, est in vicinia cordis: neruorum autem ad spinæ medullam, quæ ad thoracem est, quibus aliquid cognationis est cum alio pari neruorum, qui à cerebro proficiscuntur. Quæ deinde adscribit, euidentissima sunt iis, qui meminerint, quæ prodita sunt in prioribus commentariis.

60 *Sed & curatione egent magis exquisita, si sapiant: conuenit enim inedia extenuari, corpore quàm maximè conquiescere, abstinere à Venere.*

Exquisitiorem vbique appellat σκεθροτέραν, cui contraria est simplex & quæuis, quam φαύλην nominat.

61 *Itẽ ab esculentis pinguibus, & fauces exasperãtibus, ac tussim mouẽtibus, & ab iis, quæ ualẽtissimæ sunt materiæ.* F

Esculenta, quæ fauces exasperando tussim mouent, κερχνώδη nuncupat: huiusmodi autẽ sunt pinguia, acuta, atq; acria. valentissimæ materiæ intelligit, quæ ęgrè concoquuntur. In exemplaribus autem magis idoneis, verbi κερχνωδέων secunda syllaba scribitur per ν, ducto vocabulo à milio, quod Iones κέρχνον appellant. id accidit, vbi in faucibus aspera quædã milij modo exigua sentiuntur. Quod autem in superioribus dixit, de iis, quibus circa pulmonem tubercula sunt diuturna, quæ ægrè ad maturitatem perueniunt, & spiritus redditur cum sono, κερχώδεις absq; ν scribitur. ducitur autem à verbo κέρχειν, quod sonum notat, qui vel angustia loci, quo spiritus redditur, vel humoris multitudine accidit, plęrunq; tamen vtroque concurrente, quem spiritum non nulli δασεῖα, id est asperum vocant. Sed qua de causa abstinere hominem velit ab esculẽtis tussim mouentibus manifestum est, quùm affectæ partes omnes quietem postulent, atq; idcirco silentium rursus imperat: manifestum item est, cur caueri voluerit ea, quæ vehementer dimouent vniuersum corpus, quandoquidem cum toto pars etiam dimouetur.

62 *Ad hæc venam secare in cubito conuenit: & quàm maximè silentium habere: inducere que super sedem attritam* G *pannos non multiplices, sed complures, & multo latiores quàm sit attritus locus, cerati inũctione adhibita: linteis que latis, ac fasciis item latis, & mollibus alligare, modice que adstringere, ita, vt qui deligatus est, dicat sentire se vinculũ non valdè adstrictum, neque item laxum: inde autem ordiri debet, vbi locus est attritus, ibi que maximè insidere.*

Meminisse huius loci oportet aduersus eos, qui existimant venam solummodo secandam esse, vbi ea concurrunt, quæ multitudinem denunciant. E quorum numero est Menodotus Empiricus. Ostendimus autem in opere de venæ sectione, & in eo, quod de multitudine scripsimus, falsam esse eiusmodi opinionem, quæ præter alia multa, vel ex eo reiicitur, quòd, vbi quædam partes eiusmodi plagas acceperint, medici ad venæ sectionem confugiunt, quãquàm, qui icti sunt, multitudine non tentantur, eo quòd, nisi iis sanguis detrahatur, maximæ inflammationes oriuntur: quod cùm euenit, alia insequuntur, quæ morbo accidere solent.

63 *Iniiciendum verò vinculum medium est, & in vtrãq; partem attrahendum, ne cutis circa costas in alterutrã partem inclinet, sed sine inclinatione seruetur. Deligandum autem, vel singulis diebus, vel tertio quoq; die. Satius item est aluum mollire leui aliquo medicamẽto, quod deiectionẽ citet, ac decẽ diebus inedia vti, dein corpus reficere et implere.* H

Cutis superiecta costis plerisq; laxa est, præsertim, si quo tempore homo plagam acceperit, plenior non fuerit. his ergo ait magis quàm aliis opus esse fasciis, quæ mediæ primùm iniiciantur, nam cutis peruertitur, si ab vno capite fascia ordiatur. quod si, vt cautior sis, crassos quoq; ita alliges, nihil lædes, præcipuè vbi regio prope alam atteratur, ibi enim cutis semper laxa est.

64 *Ad hæc dum offensus inedia vtitur, arctiùs alligandus est: vbi pleniore victu, laxiùs. Quòd si ab initio sanguinem expuat, quadraginta diebus habenda cura, alligandum que est: si sanguinem nõ expuat, ferè viginti abundè sunt. Coniicere autem tempus ex vi casus oportet.*

Commune hoc est omnibus fracturis: quod vnà cum multis aliis, quæ hîc ab ipso traduntur, antè etiam exposui, quùm librum de fracturis explanarem. Ea igitur magis sunt vobis in memoriam reuocanda, quàm sępiùs à me repetenda.

65 *Quicunque autem rem parui fecerint ob huiusmodi ictum, sub quo atteruntur quæ circa costas sunt, quamuis in aliud malũ deterius non incidant, carnẽ tamen magis mucosam habẽt in loco attrito, quàm prius. At, vbi talis relinquitur,*

A *quitur, nec curatione ad bonum habitum restituitur, res peior est, si mucosa circa os ipsum relinquatur, quum caro non amplius similiter os attingat, & ipsum os morbis opportunius reddatur. Ob eiusmodi autem causas ossa multis vitiantur, quod malum diutius extrahitur.*

Mucosum humorem appellare consueuit glutinosum & album, qui colligitur in parti bus exanguibus, vt in osse, & cartilagine, vbi ipsorum natura rectè concoquere alimentum non possit. relinquit enim quasi quoddam semicoctum, quemadmodum relinquunt infirmę oculorũ mem branæ pituitam crassiorem, quæ λήμη græcè nominatur. Vis autem imbecillior redditur, vel ob suam temperationem immoderatam, vel ob multitudinem concurrentis humoris, quod etiã euenit in tumoribus præter naturam. Cætera omnia orationis huius clara sunt.

66 *Quòd si non, quæ iuxta os sunt, sed ipsa caro mucosa fiat, nihilò minus subinde morbus & dolor reuertit, si quis corpore laborauerit: quo circa dare vinculum expedit, & bonum, & valde accommodatum, donec siccetur discutiatur que sanguis in attrito loco suffusus, & caro integra ibi augeatur, augetur autem ossis caro.*

Caro, & quælibet pars sanguinem habens, non per se mucosa fit: id enim, quod propriè in ipB sis superat, tale est, quale in fluxu, atque in deiectionibus ob iocinoris imbecillitatem cõspicitur. Quocirca, vbi ossa, cartilago, membranæ læduntur, mucosus humor sæpe contrahitur: carne affecta rarò, id que vel propter consortium, quod hæc habet cũ eiusmodi partibus: vel propter humorem copiosè defluentem, vbi mucosus succus, aut pituita in ea contrahitur. constat autẽ eiusmodi succum maximo negocio excerni, eo ꝙ nec perfusione, cataplasmate, aut medicamẽtis, euocari digeri q; possit, neq; vllo alio præsidio educi, nisi ex toto anteà tenuetur, atq; in vapores resoluatur. Ergo, quia succus glutinosus in vapores soluendus est, idcirco ægrè mouetur. vbi verò tale aliquid superans relinquitur, leui de causa pars affligitur, cùm ob infirmitatem quidquid in reliquo corpore qualitate vel modo superans collectum fuerit, promptè recipiat.

67 *Quibus autem neglectus morbus inueterauerit, & locum dolor exerceat, caro que mucosa fit, his ferramentum candens medicina optima est: quòd si caro ipsa mucosa fit, adurere conuenit usq; ad os, ea obseruatione, ne hoc ipsum calefiat: vbi inter costas hæc fuerit, neque sic, in summo conuenit adurere: cauendum tamen est, ne candens ferramentum penetret vsque ad partem interiorem. Vbi sedes iuxta os attrita esse videatur, sed recens casus sit, neque os adhuc vitiatum fuerit, si exiguum vitium sit, ita vrere conuenit, sicut dictum est: sin oblongum sit, quod in osse attollitur,* C *pluribus in locis adurere expedit. De costis autem vitiatis dicemus, simulatque de iis tractabimus, ad quorum curationem linamentis est opus.*

Mucus glutinosus cùm dissipari per medicamenta nõ potest, reliqua curatio est adurere, quæ quo pacto admouenda sit, apertè declarauit.

De Femore ex Coxa prolapso

68 *Quòd si femoris articulus è coxa prorumpat: prorumpit autem in quatuor partes, sæpissimæ in interiorem, deinde in exteriorem: in priorem & posteriorem excidit quidem, sed rarò.*

Qui coxæ cauum inspexerit, non est, quod desideret causam à me doceri, quamobrem in interiorem partem sępissimè moueatur, deinde in exteriorẽ, quùm imum caui, non sit omnibus partibus æquale: & articulus, qua parte ora humilior est, faciliùs elabatur.

69 *Vbi ergo in interiorem partem venit, crus longius est, si cũ altero conferatur, id q; iure duplici de causa. Ossi enim, quod à coxa sursum procedit ad pectinem, femoris caput inhæret, ceruix que articuli cauo sustinetur: rursus ab exte-* D *riori parte clunis cauus apparet, vt potè quùm femoris caput in interiorem partem exciderit.*

Orationem hanc ferè vniuersam initio orsus ipse ita euidenter adscripsit, vt nemo loqui possit euidentiùs: sed & eorum, quæ tradit, causas etiã adiecit. Quare quod sępius dicere consueuimus, nunc etiam adducemus, Si quis consideret, quæ proponuntur, ea, si non vbi primò, saltem vbi secundò, vel certè tertiò legerit, percipiet.

70 *Extremum rursus femur iuxta genu spectare cogitur in partem exteriorem, similiter crus & pes. Ergo, quùm pes in exteriorem partem conuertitur, imperitus medicus cum hoc alterum confert, non hunc cum sano, atque idcirco crus læsum multo longius videtur, quàm integrum.*

Hoc etiam communiter pertinere ad omnia ossa luxata antea quoq; demonstrauimus, quùm altera extremitas spectet semper in contrariam partem, atque ea, quæ prolapsa est. Nunc igitur femoris capite in interiorem partem prolapso, altera extremitas, quæ ad genu est, meritò in exteriorem conuertitur.

71 *Multis que aliis modis error in his accidit.*

Errorem

Errorem παρασύνεσιν dixit: quo vocabulo consuesse Hippocratem appellare non quemlibet E errorem, sed eum, qui vero proximus est, & ea de causa probabilis, supra quoque indicauimus. Errant ergo nunc, quatenus in conferendo affectam partem cum integra in naturali habitu decipiuntur: debuerunt enim integrum cruri recto statu extēto, quod vitiatum est comparare, sed cōtrarium faciunt, integrum enim æstimant ad exemplum vitiati.

72 *Quin, nec ad inguen flectere crus possunt similiter, atq; ab integra parte. Adde, quòd femoris caput, si cōtingatur, inter anum & naturale prominens sentitur. Ex his itaq; indiciis colligitur in interiorem partem femur venisse.*

Flectunt quidem, sed cum dolore, ac minus perfectè: cuius rei causa sunt posterioris partis musculi illis, qui femur inflectunt, oppositi, quòd donec ex toto femur curuetur, sine dolore non sequantur: quoniam, vbi sic femur exciderit in maximo flexu maiorem distentionem ferūt, quàm secundum naturam conueniat.

73 *Quibus ergo articulus prolapsus fuerit, neq; repositus sit, sed reponi non potuerit, neglectus'que sit, dum ingrediuntur, crus circumagunt, perinde ac boues, plurimum'que integro pede nituntur.* F

Quùm vitiatum crus longius reddatur femore ita prolapso, necesse est hominem bouis modo ingredi. ille siquidem coxæ articulum laxiorem habet, sicut ipse supra in principio huius operis testatur. Fortasse autem non oportuit laxiorem duntaxat articulum causari, sed mouētium quoq; musculorum imbecillitatem. nam, si validi fuissent, facilè vtique commissuram curuassent, quo facto non necesse esset crus in exteriorem partem circumagere. ambulamus enim vtrumq; crus in vicem sistentes, mouentes'que: vbi enim sinistrum sistimus, tunc dextrum ex posteriori parte in priorem agimus: quod vbi in priori parte stabiliuimus, alterum rursus a posteriori parte in priorem transferimus: sic'que rursus hoc in priori parte sistentes ad dextrum mouēdum reuertimur, altero crure recto humi innixo, altero, quod mouetur, excitato. Quòd si crura nec ad inguen nec ad genu curuarentur, cogeremur prorsus vtrumque transferre ligni modo, aliquantisper altiùs excitantes, & circumagentes: at quùm possint ad vtramq; commissuram curuari modis inter se contrariis, qui tamen cruri toti aptissimi sunt, ambulamus hęc neque circumagentes, neque tanquam ligna excitantes: quoniam commissura, quæ ad inguen est, attollit femur in partem priorē: quæ ad genu id, quod inter ipsos & talum est, in posteriorem. Quare crus, quod transfertur, si longius esset, quàm quod humi insistit, nihil oporteret in exteriorem partem circumagere, modò haberet idoneos musculos, qui celeriter flectere vtramque commissuram possent: sed, quùm ob imbecillitatem flectere promptè nequeant, & ob dolorem recusent, superest, vt in orbē circumagāt, quùm infirmi ac dolentes musculi nihil excitare sublime possint, quod ligni exēplo nequeat curuari. Hac igitur de causa, magis quàm quòd crus longius redditum sit, circumagi in orbem, dum homo ingreditur, euidenter intelliges, de exemplo, quod ipse Hippocrates adiicit. in sequētibus enim ait /quandoquidem quicunque vlcus habent in pede, aut crure, nō ita possunt crure vti ad ambulandum, & pueri quoque ita inambulant/: his enim licet crus longius non reddatur, accidit, vt ita ambulent ob superuenientem dolorem, vbi commissuras flectāt, præcipuè circa inguen & circa genu, ac tertiò eam, quæ ad talos est, cùm necesse sit iuxta commissuram hanc, extremum crus simum in ingressu euadere, & sublimem ferre pedem vniuersum: nā, nisi hoc fiat, offendet, ac potissimum in solo inæquali.

74 *Coguntur'que regionem iuxta eius partis ilia, & iuxta articulum prolapsum, cauam ostendere & obliquam.*

H

Necesse habent ita figurari, non vbi crus integrum sistentes moueant quod luxatum est, & in orbem transferunt: sed, vbi vitiato innixi, quod integrum est, transferunt: nam, quod vitiatū est, superpositi corporis fulcrum esse non potest, erectum sicut quando naturaliter se habebat, ad rectam lineam solo hærens, sed obliquum, ita, vt ab inguine in exteriorem partem conuertatur, in quam etiam inclinant id corporis, quod è regione est affecti cruris, quùm periculum sit, ne in cōtrariam cadant. quo fit, vt corpus circa ilia prehendant. ilia autem vocat κενεῶνα, eam regionē intelligens, quæ est inter ossa coxarum, & costas nothas, quæ omnino sine osse est. Sed, quùm neq; sic vitiatum crus ferre corpus possit, & propter imbecillitatē, & propter habitum, ope indiget: quam afferunt non nulli ægrotantes, qui re ipsa docti affectum crus manu fulciunt, quà maximè opus est, ab exteriori parte femoris insidente. quæ res, quùm eos cogat spectare in regionem cruris affecti, eius partis ilia obliqua magis reddit, quæ si crure etiam in exteriorem partem non conuerso, ita figurentur, caua videbuntur.

75 *Clunem verò integri lateris necesse est ab exteriori parte rotundum esse: si quis enim ambularet pede integri cruris*

A *cruris in exteriorem partem conuerso, reliquum corpus a vitiato crure ferri vtiq; cogeret, a quo sustineri minimè posset: nam quo pacto? necesse igitur est hominem ambulare integri cruris pede in interiorem partem conuerso, non in exteriorem: sic enim integrum crus, & partem suam, & eam, quæ ad vitiatum pertinet, maximè fert.*

Explicandi ordine permutato paulo obscurior fit: conuenientem vero ordinem seruasset, si ita scripsisset, sicut ego nunc: Clunem vero integri lateris necesse est ab exteriori parte rotundū esse, eo quod homo inambulet crure hoc in interiorem partem spectāte. nam, si in exteriorem spectaret, reliquum corpus vitiato crure ferri vtique cogeret: quod fieri minime potest, siquidem hoc modo integrum crus (vt dictum est) maximè corpus fert, scilicet quando homo ambulat integro pede in interiorem partem conuerso: sic enim corpus totum ita sustineri ab ipso poterit, vt nequeat facilè peruerti.

76 *At quùm regio iuxta ilia eius partis & iuxta articulum sinuetur, parui apparent, & a latere coguntur ligno inniti ab integro crure: ea enim parte indigent aliqua re, quæ obiecta resistat, in hanc enim clunes conuertuntur, & ab eadem onus corporis sustinetur.*

B Quia vitiatum crus corporis partem sibi superiectam ferre nequit, propterea integro toto maximè in interiorem partem compulso nituntur, & in id spectāt corpore vniuerso. Euenit igitur, vt in alteram partem inclinati in periculo sint, ne cadant in eam partem, quæ vitiatæ cōtraria est. Quemadmodum igitur, cùm vitiato cruri innixi sanum trāsferunt ad priorem partem, vitiatum manu fulciunt: ita, quùm periculum sit, ne conuersi in integrum grauiter in terram cadant, ad baculi præsidium confugiunt.

77 *Coguntur item inclinari: necesse enim habent manu, quæ è regione affecti cruris est, a latere femur fulcire, quoniā, vbi transferenda crura sunt, non potest, quod vitiatum est, ferre corpus, nisi contineatur, deorsum que vrgeatur.*

Rursus hic etiam obscurus fuit, quùm non præfatus sit pergere se ad alteram partem ambulationis. hactenus enim de ea parte tractauit, in qua crus, quod naturaliter habet, humi consistit, affectum in priorem partem fertur: nunc agit de altera, in qua affecto cruri innixus, sanum transfert, de qua parte ambulationis paulo suprà tractatum est.

78 *His itaque modis figurari necesse est eos, quibus articulus in interiorem partē elapsus, reconditus non fuerit, homi-*
C *ne nullum consilium capiente quomodo aptissime figuretur, sed calamitate ipsa edocto, ex his figurandi modis, qui dantur, eum eligere, qui sit commodissimus: quandoquidem quicunque vlcus habent in pede, aut crure, non ita vti crure possunt ad ambulandum: & pueri quoq; ita ambulant, ingrediuntur enim affecto crure in exteriorē partē conuerso.*

Quùm non vno tantùm, sed duplici statu, in ingressu vtantur, qui sic affecti sunt, meritò dixit /his itaq; modis figurari/. vnus quidem status est, cùm femur manu fulciunt: alter, quùm integro cruri innixi in id toti inclinantur, atque idcirco baculo egent, quo fit, vt in cōtrarias partes corpus inclinent, modò in dextram, vbi dextro pede insistunt, modò in alteram, vbi altero. hi quoq; magis indecorè ambulant, quàm quibus femur coxa excidens in exteriorem partem prorupit, quos in sequentibus persequetur.

79 *Duo autem lucrantur, duobus enim indigent: nam corpus in ingressu non æquè fertur eo crure, quod in exteriorem partem conuertitur, atque eo, quod in interiorem, quum onus non sit è regione illius, sed multo magis huius, e cuius regione in ambulando & cruribus transferendis onus collocatur. Præterea, si ita figurentur, vt affectum crus spectet in partem exteriorem: quod integrum est, in interiorem: integrum vicē alterius quam citissime subibit. Quod ad propositum attinet, magni momenti est inuenire statum corpori commodissimum.*
D

Vbi læsum crus in exteriorem partem circumagunt, & integro spectante in interiorem nituntur, duplex sibi lucrum comparant: siquidem quod læsum est, nec toto corpore superiori oneratur, nec diu subseruit, cùm quod integrum est paulum interualli moueatur. Nam, si diligenter intueri tempus volueris, quo crus vtrumq; subseruit, non modò duplum, sed & triplum reperies: per breuissimum enim spacium celeriter que rectà duntaxat integrum crus fertur: per multū tarde que, quod affectum est: siquidem conspicuum est, quanto longior sit ambulatio in orbem, quā quæ recta est, quamuis vtraque iisdem finibus terminetur.

80 *His autem, qui non dum perfectè increuerunt, si excidens non recondatur, breuius redditur femur, crus, & pes: neq; enim ossa, similiter in longitudinem augentur, sed breuiora fiunt, femur præsertim.*

Minus ait reddi crus totum, quibus nō dum auctis femur luxatum relinquitur. quod (vt in superioribus ostendimus) omnium quoque articulorum commune est. Communis autem rei nūc

causam assignat, quemadmodum solitus est. semel enim, vbi aliquod singulariũ tractat, eius meminit. quod commune est. hac igitur de causa inquit crus his non augeri, neque ali, partim quòd articulus loco motus sit: partim, quòd nequeat suo munere fungi. Ego autem in superioribus retuli ocium causam esse, cur partes neque augeantur, neque alantur, quæ ambo eueniunt articulo luxato. quare non video quo pacto Hippocrates luxatum articulum causatus, ocium subiiciat: luxata enim non possunt primò prohibere, quo minùs partes alantur, sed intercedente venarum et arteriarum deprauatione, atque ocio. E

81 *Crus item vniuersum sine carne & sine musculis efficitur, ad hæc effœminatum tenuius que, partim quòd articulus loco motus sit: partim quòd nequeat suo munere fungi, quùm naturalem statum non retineat.*

Partes, quibus musculorum natura continetur, caro sunt, vt in musculis incidendis sępè vidistis, quùm duo esse eorum principia demonstrarem, quæ sensu comprehenduntur, nempè fibras neruosas, & carnem super ipsas spissatam. Ergo, vbi quis exercitatione & frictione robustior euadat, fibræ meliùs aluntur, caro gracilior fit, sed firmior. ignauis contrarium ferè accidit, graciles enim fibræ sunt: at caro admodum quidem abundat, sed ob humorem mollis est. eiusmodi enim carne caseus, qui adhuc concrescit, repręsentatur: sed carne eorũ, qui exercentur, ille, qui iam spissatus est. quocirca his musculi duri, neruosi, & propriis finibus circũscripti, cõspiciuntur: inexercitatis verò molles & carnosi apparent, ac vel nullo modo vel vix circũscripti. quibus propterea sine carne crus reddi Hippocrates asserit. Sed quùm hoc quoq; fieri ex multa exercitatione intelligeret, vbi dixit /sine carne/ proximè subiecit /sine musculis/ quasi musculis non circunscriptis à finibus, qui sensu comprehendantur. nullus siquidem ex ipsis musculis ex toto corrũpitur, sed, sicut corpus sine venis dicimus, vbi venæ non apparent, ita sine musculis, cùm musculorum fines penitus delitescunt. Ad hæc, quùm clariùs ostendere vellet, in his cuiusmodi forma cruris sequatur, adiecit effœminatum, hoc est madens, molle, non adstrictum, sed laxum, quales sunt fœminę, de quarum carne conuenienter hæc omnia dici possent: à quibus translatione vsus mutuatur verbum /effœminatum/. Adiungit autem in extrema oratione /tenuius/ indicãs partes eius omnes extenuari, quum rem in principio dixerat his verbis /breuius redditur/. nam quòd ait /sine carne/ ad solam carnis carentiam refertur: quòd verò dicit breuius reddi crus, ad partes omnes, quæ breuiores redduntur. F

82 *Namque vsus aliquis id, quod valdè effœminatum est, confirmat: soluit etiam aliquid ex eo, quod augeri membrũ in longitudinem prohibebat. Potissimum autem læduntur, quibuscunque, dum in vtero sunt, hic articulus elabitur: deinde quibus id accidit, dum in ætate sunt admodum tenera: minimè, quùm iam robusti sunt. Qua ratione autem ingrediantur, qui robusti sunt, iam ostendimus.* G

Verbum /aliquis/ μετεξέτερος dixit, quod apud Iones nihil ampliùs sibi velle, quàm quod nobis dicitur ἕτερος, id est alter, licet ex Herodoto colligere. vtitur enim eo frequenter, sicut & verbo μετεξέτεροι, quo significat id, quod nos vocabulo τινὲς, id est aliqui: sed & nunc quoq; μετεξέτερος tale quidpiam sonat. pręfatus enim ob ignauiam crus ipsis minui, ne quis fortasse rem minus benè accipiens existimet quemlibet partium motum efficere, vt alantur, asserit non omnem, sed quendam hoc præstare, nempè moderatũ, sicut cętera omnia in vniuerso victu salubri: quod ipse & alibi, & in vno capite in sexto de morbis vulgaribus testatur, cùm inquit, ||Labor, cibus, potus, somnus, venus, omnia moderata/.

Sect. 6. à principio.

83 *Quos tenera ætate calamitas hæc inuasit, plærique in dirigendo corpore negligentes sunt, male que super integrum crus circumuoluuntur, manu, quæ è regione eius est, deorsum vrgentes. Negligentes item non nulli sunt in rectè ambulando, quibus, postquàm ætas induruit, hoc vitium accidit. Sed, qui tenera ætate huiusmodi calamitatem experiuntur, si rectè educentur, integro crure rectè inambulant, baculum tamen alæ, quæ integro cruri respondet, subiiciunt: non nulli baculum ad vtrumque brachium admouent, vitiatum verò crus suspensum habent.* H

Quùm homo ætate iam robusta eiusmodi calamitatem experitur, crure vti potest, quanquàm claudicante: paruulis pueris (qui, quamuis crura naturaliter haberent, quo nam iis pacto vti possent?) superuenit ignauia quædam circa membri actiones: atq; ea de causa καταβλακεύουσιν ὀρθοῦσθαι, id est, in dirigendo corpore negligentes sunt, atque ignaui. At quid mirum, si ambulantes pueri rectè claudicare non student, quando ij, qui iam robusti sunt, non sustinent interdum claudicare, sed (vt ipse dixit) super integrum crus circumuoluuntur? manifestè autẽ aperuit modum motionis ipsorum verbo /circumuoluuntur/.

84 *Eo autem faciliùs agunt, quo affectum crus breuius habent.*

Faciliùs agentes appellat eos, qui promptiùs ingrediuntur, quod contingit, vbi vitiatum crus breuius

A breuius habent. non enim coguntur id circumagere, quēadmodum, qui ætate firma sunt, quum luxatus articulus non reponitur, quibus crus ob prolapsum articulū longius efficitur, coguntur'que (vt ipse anteà indicauit) ipsum, dum ambulant, in orbem circumferre.

85 *Atque integro crure nihilo minus valent, quàm si vtrunque integrum esset.*

Meritò hoc adiungit, iure siquidem integro crure vtuntur æquè, ac si vtrumque integrum esset, vt quod eundem vsum præstet: atque vbi vtrumque integrum erat, similiter nutriatur, & robustum sit.

86 *Iam verò his omnibus caro cruris effœminatur, plærunq; autem magis ab exteriori parte, quàm ab interiori. Non nulli autem ferunt Amazonas suis maribus protinus infantibus articulos sua sede expellere, alias ad coxas, ad genu alias, vt claudi fiant, ne scilicet mares fœminis insidientur, sed operarum loco sint, & sutoriam, fabrilem, alias ue sedentarias artes exerceant: Quæ vera nec ne sint, ignoro: sed hæc sequi certò scio, si, dū infantes sunt, articuli expelluntur.*

Omnibus ait effœminari carnem ab exteriori parte magis, quàm ab interiori, vbi in interiorē partem prorumpat, quandoquidem ea pars magis in ocio est: nam femoris caput ab interiori par B te, licet præter naturam moueatur, mouetur tamen aliquantum, vbi femoris caput interiori parte continetur.

87 *In coxis quidem multum refert, in interiorem'ne partem articulus excidat, an in exteriorem: in genu refert quidem, sed minus. Suus verò claudicādi modus vtriusque est: nam quibus in exteriorem procidit, vari magis fiunt: minùs autem recti stant, quibus in interiorem partem luxatur. Similiter, ubi circa talos articulus prorumpat, si quidem in exteriorem partem, vari fiunt, sed stare queunt: si in interiorem, valgi, & stare minùs possunt.*

Varos dixit κυλλὸς, quo nomine quidam significari volunt deprauationem quamlibet, generale ipsum existimantes: alij, eam solummodò, sub qua membrum in exteriorem partem conuertitur, in quo casu necesse est extremum eius, pedem scilicet, in interiorem partē spectare: quæ res non mediocriter ad id confert, vt pes firmiter insistat, ita, vt ij, qui naturaliter curuis sunt cruribus (ῥαιβοὶ aut ῥοικοὶ græcè nominantur) firmiùs pedibus insidant, & maiori negocio subuertantur, quàm ij, qui recta penitus habent crura. id vel ex Archilocho patet, quum inquit /imperatorem magnum non probo cruribus diuaricantibus, sed paruum cruribus curuis, pedibus firmiter C insistentē, & animi audacis/. Verùm curiosa inquisitio significationis verbi κυλλοῦ, nihil ad præsentem locum confert: ex ipsa enim oratione ita planum fit, vt Hippocrates nullo modo obscurus esse videatur. Ergo quibus in exteriorē partem articulus procidit, stare magis posse affirmat, quàm quibus in interiorem venit. nam quibus coxæ articulus in exteriorem partem excidit, pes è regione totius corporis collocatur: recedit autē à situ, qui è regione est, vbi articulus in interiorem partem conuertitur. constat autem omnes homines, qui naturaliter valgi sunt, deteriùs stare, neque posse celeriter currere, tum paruo momento ac leui de causa cadere. Hoc igitur rerum discrimen in coxa maximum est, deinde in genu, tertiò ad talos, commissuræ enim magnitudinem noxæ quoq; magnitudo cōsequitur. hinc ergo manifestum est eos meliùs stare, atq; ingredi, quibus femoris caput in exteriorem partem prolapsum est, de quo paulo inferiùs tractabit.

88 *Ratio autem incremēti ossium hæc est. Quibus ad talos crus exciderit, his pedis ossa minimùm increscūt, hæc enim vitio finitima sunt. In crure augentur, neque multo minùs, caro tamē minuitur. Sed quibus articulus, qui ad talos est, suo loco manet, ille qui ad genu, elabitur, his cruris ossa non æquè increscunt, sed breuissima fiunt, vt quæ vitio proxima sint. At in pede minuuntur quidem, sed non similiter, quemadmodum paulo ante dictum est, quoniā articulus, qui D ad pedem est, inuiolatus seruatur: quod si vti pede liceret, sicut cum varus est, minùs adhuc his minuerentur pedis ossa. Quibus vero coxæ articulus promouetur, his femoris os non pariter increscit, proximè siquidem vitium attingit, sed integro breuius euadit: his tamen ossa cruris & pedis etiam, non æquè increscere prohibentur: id autem euenit propterea, quod & femoris articulus, qui cum crure committitur, & cruris, qui cum pede, suo loco manet. crus tamen vniuersum his gracilius redditur. Quòd si crure vti possent, ossa magis adhuc augerentur, sicut anteà quoque dictum est, femore excepto: & minùs caro minueretur, multo tamē magis quàm in sano crure. Huius autē rei indicio sunt ij, quibus humeri luxati, vel à primo natali die, vel dum increscunt, priusqua robusti sunt, breuiores redduntur: his humeri os breuius, brachium verò & manum sanis paulo minora habent ob causas superius dictas, quia humerus læso articulo propior est, idcirco breuior redditur: brachium verò eiusmodi noxæ non similiter cedit, quoniā humeri articulus, qui cum brachio committitur, in pristina sede manet: manus item longiùs distat à vitio, quam brachium. Ob propositas igitur causas, quæcunque ossa vitium attingunt, incremento prohibentur: quæ non attingunt, non prohibentur. Multum autem facit ad bonum habitum totius brachij labor manus, nam qui humerum iam luxatum breuiorem habent, plæraque ex manuum operibus non minùs præstare possunt, manu eius partis, quàm integræ: neque enim, quemadmodum cruribus, ita manibus ferendum corpus est, sed earum opera leuia sunt: propter vsum verò iis, qui luxatum iam humerum breuiorem habent, caro manus ac brachij non minuitur, sed & humerus inde aliqua parte impletur.*

Vbi verò in interiorem partem coxæ articulus excedit, vel in vtero matris, vel adhuc infantibus, caro magis minuitur, quàm in brachio, ea de causa, quia crure vti non possunt. E

Sermo hic, qui sequitur, vniuersus perspicuus est, doctrinæ autem capita duo habet. Quæ ad prolapsos articulos propiùs accedunt, magis incremento prohibentur, emacrescũt'que: minùs, quæ longiùs absunt. femore autem luxato multo magis membrum incremento prohibetur, atq; emacrescit, si in interiorem partem, quàm si in exteriorem prorumpat, siquidem deteriùs mouentur, & claudicant magis. Meminit autem eorum, quos γαλιάγκωνας vocat, quo vocabulo retuli apud ipsum significari eos, qui ob humeri caput in alam prolapsum, dum adhuc increscũt, humerum breuiorem habent. his ait minùs lædi brachium totum, quàm crus totũ illis, quibus luxatur articulus, qui in coxam inseritur, quoniam in multis vitæ operibus satis laborant: at non similiter vti crure possunt, quibus femoris articulus in interiorem partem promouetur.

89 *Hæc ita habere id testabitur, quod paulo infrà subiiciemus.*

Quæ'nam sunt, quorum testimonium adducturum se pollicetur? hæc sanè, quòd ex iis, quæ præter naturam habent, quæ minùs mouentur, magis alimento, incremento'que prohibentur: quæ vero magis vicina sunt partibus habentibus actionem secundum naturã, minus effeminantur, minus'que priuantur alimento atque augmento. Pollicetur ergo ipse Hippocrates ostensurũ se in iis, quæ paulo infrà subdet, eorum testimonium. ego, quùm ad locum veniam, vbi eam rem agit, hanc ipsam orationem in memoriam reuocabo. F

De Capite Femoris in exteriorem partem lvxato

90 *Quibus in exteriorem partem femoris caput elabitur, crus, si cum altero extendatur, breuius est, id'que non immeritò, quùm femoris caput non feratur super os, sicut quando in interiorem partem procidebat: sed iuxta os, quod nõ prominet, sed natura residet, in carnem humidam cedentem'que infigatur: hac itaque de causa breuius apparet. Interior autem regio, qua crura diducuntur, caua magis conspicitur, & gracilior fit: exterior verò gibba, vt in quam venerit femoris caput. Sed & clunis apparet superior, quùm, quæ ibi caro est, cedat capiti femoris: femoris item extremitas, quæ ad genu est, intrò spectat, non secus etiam crus & pes.*

G

Agit nunc de coxæ articulo in alteram partem luxato, narrat'que mala, quæ ibi apparẽt, & causas adiicit, quemadmodum in omnibus fecit: nihil'que prꝺterit ex ea doctrina, quę in experimento aut ratione consistit. quæ oratio vniuersa similiter in aperto est.

91 *Sed neque curuare crus possunt, perinde ac sanum. Hæ sunt ergo notæ femoris in exteriorem partem excidentis.*

Hoc verò accidit ob musculos posteriores, qui flexui pugnãt, quoniam ita figurati plurimùm extendi non sustinent.

92 *Quibus ergo ætate iam robusta prolapsus articulus non reuertitur, totum crus breuius fit: calx ingressu terram nõ contingit, sed planta ima, extremi'que digiti parum in interiorem partem spectant: melius'que id crus superius corpus fert, quàm quibus in interiorem partem excessit, partim quia femoris caput, & articuli ceruix, quùm natura à latere contineatur, magna ex parte coxæ subiicitur: partim quia extremus pes non cogitur in exteriorem partem inclinari, sed propè è regione corporis est, & aliquantum magis in interiorem partem conuertitur.*

Imam plantam dixit στῆθος, quam πεδίον appellant, qui corporibus incidendis versantur. ea est ad radices digitorum: nam pedis medium naturaliter cauum est, quod calce extremo à posteriori parte terminatur, à priori plantæ principio, sic, vt pes humi insidat calce, ima planta, & ea carne quæ extremis digitis subiecta est: reliquis partibus omnibus, quæ propositis interiectæ sunt, attollatur, excepta pedis parte exteriori, qua humi totus insidet. Habent autem non nulli pedum structuram prauam, vt quibus medius pes ab interiori parte non sit cauus, quos à pedibus planis græci nominant λειόποδας. sed hos, vt qui similem valgis pedum structuram habeant, in hoc sermone præteriit. Quę sequuntur igitur animaduertens in iis, qui naturaliter figurati sunt, perpende. namq; hi, quùm moderatè progrediuntur, toto calce, ima planta, ac digitorum parte carnosa humi hęrent. ꝙ si enitantur maximè progredi, principio calci insidunt: deinde, quùm iam transferunt in priorẽ partem alterum crus, tunc imę quoq; plantę innituntur: postremò, vbi plurimũ similiter altero pede progressi sunt, calce terrã contingere incipiunt, tunc q; pedis antè consistentis calcẽ quidem attollunt, extremos verò digitos in solo collocant. Eorum igitur, qui naturaliter habent, ambulatio huiusmodi est. sed, vt quibusdam ex vitio aliquo crus longius sit, aut breuius, vtrumque duplici de causa accidit. longitudinis causa est humor multus neruorum, vel articulus luxatus, quo modo suprà diximus: breuitatis siccitas, & articulus luxatus in eam partem, quam H

nunc

A nunc proposuit. priores quidem ingrediuntur ad eum modum, quem paulo suprà indicauit: reliqui sicut nunc docet, primò ostendens femoris caput carnoso loco excipi, & nõ osse, vt in primo casu femoris erumpentis, quem proposuit. Cedit igitur in hac parte caro, singulisq; musculis ad suum initium attractis fit, vt totum quoq; femur sursum trahatur. Meritò itaq; crus breuius altero se ostendit, neq; terram contingere similiter potest, atq; vbi naturaliter habuit. Hi ergo, quum ingredi necesse habent, contrario modo pedem figurãt, atq; ii, qui antè propositi sunt, quibus affectum crus integro longius reddebatur: illi enim iuxta talum pedem simum figurabant digitos excitantes: contrà hi pedem inclinant, inflectuntq;, & terram cõtingere extremis digitis cupiũt: atq; hac de causa ab affecta coxa se demittunt, vt humi innitantur non solùm extremis digitis, sed magna ex parte ima planta, quã retuli ab iis, qui in corporibus incidẽdis versantur, vocari πέδιον: Hippocrates autem eam dixit στῆθος. quòd si velint calce terram contingere, demitti multum ab affecta coxa cogentur, periculumq́ue erit, ne inclinati in alteram partẽ cadant. qua de causa neq; vti calce eiusmodi homines tentant.

93 *Vbi caro, in quam articulus excessit, iam trita est, & glutinosa euasit, dolor tempore conquiescit: quo cessante, ingredi absque baculo possunt, si alioquin velint, potestq́ue affecto crure ferri corpus. His ergo, cum crure vtantur, caro*
B *minùs effœminatur, quàm paulò antè propositis, effœminatur autem vel magis, vel minùs: fere autem magis ab interiori parte, quàm ab exteriori. Alij verò ex iis nequeũt calciamenta se induere propterea quòd crus non curuetur, alijs id licet. Quibus autem seu in vtero matris, seu vt dum adhuc increscunt, huiusmodi articulus iam exciderit, neque repositus fuerit: quibus item morbo elapsus fuerit expulsusq́ue, complura enim talia eueniunt: vbi aliquibus horum femur corrumpatur, suppurationes habent diuturnas, & linamentis indigent: atque ossa non nullis nudantur, & femoris os, tam vbi corrumpitur, quàm vbi non corrumpitur, multo breuius redditur, neq; ad sani exemplum augetur: præterea ossa huius cruris breuiora fiunt, quàm alterius, parum tamen ob easdem causas, quæ ante expositæ sunt.*

Locum tritum dixit translatione vsus à locis ambulatione tritis. est autem eius oratio talis: Femoris caput suo loco motum in exteriorem partem figitur in carnẽ: iis verò, qui sic affecti sunt, à principio dolet caro, quam premit femoris caput: procedente tempore occallescit, perinde quasi fossorum manus. vbi id accidit, sedes fit commissuræ similis, quùm femur trito loco vtatur, nõ secus atq; anteà cauo coxæ: nam præter cætera quidã ea parte humor colligitur, qui principio quidem copiosè ob inflammationem coit, dein tenuiori sui parte & aquosa magis à superiectis medicamentis dissipata, reliqua remanet, quæ glutinosa est & mucosa: hæc ad motionem capitis fe-
C moris maximè confert. ob quem humorem trito hoc loco, tanquam articuli sinu vtuntur: magis autem inclinãtur in exteriorem partem, quàm in interiorem. Dictum autem est in superioribus quoq; partes contrarias iis, quæ luxatum articulum recipiunt, graciliores fieri, & molliores, quatenus magis in ocio sunt: eas verò in quas prolapsus articulus figitur, quamuis præter naturã, aliquantum tamen mouentur: illæ, vnde recessit, per se quidem non mouentur, sed paululum per alias, quæ primò motæ sunt, quùm partes in quibus articulus erat, effœminentur. atque hoc est id testimonium, quod allaturũ se pollicitus est. In sequentibus de partibus, quæ plus minusq́ue emacrescunt, extenuantur q́ue.

94 *Ingrediq́ue huiusmodi homines possunt, non nulli quidem eo modo, quo illi, quibus ætate iam firma articulus excidit, neque repositus est: non nulli verò toto pede insistentes, coguntur q́ue ob cruris breuitatem in ingressu à recto habitu, & qui sine inclinatione est, in affectam partem inclinari: & ab inclinatione, quæ in affectam partem est, rursus attolli, atque erigi. Hæc itaque sic eueniunt, vbi, & quod ad figurandi rationem attinet, & quod ad cætera, quæ conueniunt, fuerint diligenter à pueris instituti, priusquàm ita confirmentur, vt inambulare possint: diligenter item ac rectè, postquàm confirmati fuerint. Summam verò curam postulant, quibus ætate maxime tenera hoc infortunium ac*
D *cidit: nam, si negligantur, quùm teneri sint, crus vniuersum inutile efficitur, & minimè increscit: caro item totius cruris magis minuitur, quàm in sano, multo tamen minùs ijs, quàm quibus in interiorem partem excessit, idq́ue vsus ac laboris causa, quùm statim vti crure possint, quẽadmodum suprà de iis diximus, quibus ob humeri caput iam in alam prolapsum humerus breuior redditur. Inueniuntur autẽ non nulli, quibus in vtero penitus, alij, quibus sub morbo, vtriusque cruris articulus in exteriorem partem prolabitur.. His ergo ossa eiusmodi vitio vexantur, sed caro minimè effœminatur, crura autem habitiora fiunt, nisi si ab interiori parte parum emacrescant: ea verò de causa habitiora sunt, quia hi vtroque pariter vtuntur.*

A recto habitu, & qui sine inclinatione est, in affectam partem inclinari, & rursus ab inclinatione attolli atq; erigi, διαῤῥέπειν dixit: quod quid sibi velit, & in superioribus ostẽdimus, & hic quoq; ostẽdemus. Namq; vbi femur in exteriorem partem promouetur, à musculis, qui ibi sunt, sursum attractum (quemadmodum antè dictum est) innexum crus totum sublimius reddit, atq; ea de causa vix terram contingit. quamobrem coguntur ima tantum planta humi insidere, dum ambulant vniuerso corpore in affectum crus conuerso, quùm huic innituntur. necessariò itaq;, vbi sano inniti debent, cùm quod læsum est in priorem partem transferunt, in sanum rursus conuertuntur femore erecto, ita, vt semper in ingressu duos habitus inuicem mutẽt, varientq́;. nam,

quo tempore integro crure insistunt, erecto corpore attolluntur simul & ambulāt: quo rursus læso humiliore nituntur, demittunt se, atq; in id inclinantur. Mutare igitur corpus modò à recto habitu & sine inclinatione, in affectam partem inclinando, & ab inclinatione, quæ in affectā partem est, rursus attollendo atque erigendo, διαρρέπτειν dixit, vno verbo propositam habitus mutationem exprimens. E

95 *Similiter enim ab vtraq; parte in ingressu agitantur, clunibus que apparent admodum in exteriorem partem prominentibus, propterea quòd articuli exciderint.*

Quibus vtriq; crurum articuli in exteriorem partem exciderūt, mutatio totius corporis, dum ingrediuntur, in vtroque crure similis est habitui, qui accidit, quum altero duntaxat luxato æger ipso innititur, atq; ad ilia curuatur deprimitur'que. altero enim tantùm luxato, quùm homo affecto cruri insistit, eo modo, quem nunc diximus figuratur: sed cōtrario, cùm alteri nititur, corpus enim attollit erigit'q;, & ilia recta continet. Cōstat ergo eum tunc dissimiliter figurari, sed in hoc casu ægri eodem statu ab vtraq; parte tam dextra quàm sinistra cōtinentur. Agitantur autem hìc nihilo minus, dum inuicem vtrique cruri innituntur, quod ipse dixit /σαλεύονται ἐν τῇ ὁδοιπορίῃ, id est, in ingressu agitant/. agitari expressit vocabulo σαλεύειν, quod idē significat, ac διαρρέπτειν. F
Accidit igitur hic, vt similiter vtrǫq; corporis partes figurentur, quùm vtrunq; crus inuicem terræ innitatur: quod (vt ostensum est) ipsis antè non eueniebat.

96 *Sed, nisi his ossa vitientur, neque gibbi supra coxas fiant (non nulli enim huiusmodi vitijs prehenduntur) nisi inquam tale quid eueniat, in cæteris satis sani degunt.*

Non nulli ex iis, quibus crura sic luxantur propter communitatem gibbi fiunt: nempè, quùm inflammatio in vertebrarum ligamentis primò oriatur, tum duræ quædam reliquiæ remaneant. id siquidem & extrinsecus accidere videmus popliti, cubito, & digitis non rarò, quùm articulus contrahitur, ἀγκύλην greci dicunt: patet'q; in eiusmodi iuncturis articulum præ tumoris duritie contrahi, cùm chorda musculos, qui eam partem tendunt, minimè sequatur: sicuti, cùm ob durū tumorem flectentes non sequitur, commissura, quæ sic affecta est, tenditur, quod malum greci nominant ὀρθόκωλον. Potest igitur ob talē quendam durum tumorē spina deprauari: potest & propter consortium sub crudo duro'q; tuberculo idem vitium experiri. Sed quo pacto eiusmodi affectibus spinæ peruersio superueniat, suprà posuimus, vbi de ipsa propriè tractauimus.

97 *Minùs tamen toto corpore increscunt capite excepto.* G

Quibus coxæ articulus in exteriorem partem prolabitur, meliùs ingrediuntur, quàm quibus in interiorem, vbi inflammationis periculum effugerint, & præcipuarum partium, cui opportuniores sunt, q; illi. Articulus enim, cùm in interiorē partem luxatur super os fertur, quod nō premitur, cùm durum sit, neq; huic malo patet: at exterior femoris regio, cum maximis musculis cōprehendatur, ingenti dolore torquetur: premūtur enim articulo in eam prolapso, teruntur'q;, & extenduntur tumore pręter naturam, nempè femoris capite: & sentiunt omne id, quo vexantur, ac propterea dolent. Ergo propter musculos, qui articulum admittentes teruntur, premuntur'q;, atq; idcirco inflammantur, & cęteræ partes adiunctę, & quæ circa spinam sunt, afficiuntur: quæ si quando afficiantur, & æger adhuc increscat, non secus ac femur incremento prohibētur, & minores fiūt, atq; omnino deteriores. Illius autem meminisse oportet, quod iam sepiùs dictum est, & eorum testimonium est, quæ paulò antè proposita sunt, Vbi, qui adhuc augētur, sic lęduntur, partes minùs increscunt: quibus verò ętate firma id accidit, minùs aluntur, & molliores euadūt. spina minùs aucta, sequitur, vt reliquū corpus huiusmodi hominibus minus reddat: infrà enim crura afficiuntur: super crura vsq; ad caput spina sita est: Itaq;, vbi hæc minor fit, minus item crus totum, meritò dicit his hominibus vniuersum corpus minùs increscere excepto capite. H

De Femoris Capite in Posteriorem partem luxato

98 *At vbi in posteriorem partem femoris caput prolabitur (prolabitur autem rarò) extēdi non potest crus, neque ad articulum luxatum, neque admodum ad poplitem: sed ex omnibus partibus, in quas hic articulus excidit, vbi in posteriorem excidat, commissura, quæ ad inguen, & quæ ad poplitem, minimè extenditur.*

Femoris caput ob causam, quam suprà declarauimus, in propositam nunc partem paucis excidit, quoniā scilicet caui altitudo inęqualis est. quo circa quà minor est, magis procidit, atque ea de causa magis in interiorem partem: quà maior, paucis, & ob id in posteriorē rarò procidit, in quā vbi mouetur, crus ad inguen nullo modo extenditur, ad genu non ex toto. vtriusq; causa est musculorū situs, quorum naturam perfectè indicauimus in opere de musculis incidēdis, & in secundo libro de ratione corporū incidendorum. Vt autē in memoria habeatis, quę sæpiùs intuiti estis

incisa

A incisa simia (hoc enim animal structuram habet maxima ex parte homini similem) primùm meminisse debetis musculi, qui à lumbis ortus ad paruum femoris tuberculum pertinet: deinde alterius, qui ab osse, quod pubi subest ad idem tuberculum intendens, cum superiori coniungitur. hi ergo vehementer extenduntur, quùm femoris caput in posteriorem partem elabitur, ibi implicati, & circa coxæ cauum in orbem voluti. atque, vbi is, quem hoc vitium exercet, extendere articulum tentet, oportebit vniuersum femur in posteriorem partem circumuolui: in quo casu propositi duo musculi potissimùm lædentur, vt qui plurimùm trahantur, extendantur'que: nam, quùm longiores, quàm antè facti sint, vlterius extendi citra dolorem nequeũt: cum'que longiores fieri non possint, commissuram extendi non patiũtur. Hac igitur de causa, qui sic affecti sunt, extendere crus ad inguen non possunt, neque etiam ad genu, propterea, quòd femoris caput suo cauo prolapsum continetur in posteriori parte illius ossis, à quo recipi solet. quòd si futurum esset, vt femoris caput extentum ad genu, inguine penitus curuato multum attolleretur, necesse esset, vt femoris caput à coxa plurimùm in posteriorem partem excederet: quod fieri non potest, nisi conuellatur musculus, quo exceptus est, quùm ex naturali sede procidit. In commissura ergo, quæ ad inguen est, neutrum fieri potest ex iis, quæ fiebant, priusquam articulus procidisset, nam

B neque perfectè extendi, neque perfectè curuari potest. Quid ergo Hippocrates alterum duntaxat adscripsit? An quia, postquàm luxatus articulus est, crus curuatum protinus apparet? vt potè quùm imum femur ad genu eatenus in priorem partem excedat, quatenus summum in posteriorem, & quatenus ad inguen crus curuatur: quo fit, vt posteriores musculi, qui ad poplitem sunt, superioribus capitibus extendantur, quùm femur sic retrò prolapsus est: his autem supernè extentis, extenditur vnà reliquum eorum corpus vsque ad chordas, quę perueniunt ad crus: quibus extentis poples curuatur. quo circa quibus sic articuli luxantur, curuatæ meritò vtræque commissuræ conspiciuntur. Igitur quia extendere ipsas nequeunt, præcipuè eam, quæ ad inguen est, idcirco non dixit solummodò has commissuras non posse extendi: sed in ea, quæ ad coxam est, id simpliciter protulit, in ea, quæ ad genu, adiecit κάρτα, hoc est admodum, vt potè quæ extẽdi possit, non admodum tamen. nam si id posset, nihil à naturali statu recederet. superuenit autem hæc noxa ob eandem causam, ob quam ab articulo luxato protinus poples curuatur. Illud enim scire licet commune omnium deprauationum, quòd, vbi partes aliquæ extendantur, quæ cum his continuantur, sequentes ad ipsas conuertuntur. nulla enim ex iis, quæ sic suo vitio conuersæ sunt, naturalem sedem relinquit, sed ab ea, cum qua continuatur, attrahitur: hęc autem attrahit communi

C vna ratione quòd tendatur: sed tenditur, non vna de causa, siquidem intendi solet, vbi vltra debitum humore impleatur, siccescat inflammatione, vel duro tumore teneatur, vel locũ mutet. quare cuncta hæc Hippocrates in sequentibus latiùs adscripsit, cuius nos sermonem sequuti verba omnia enodabimus.

99 *Illud etiam ignorare non oportet, vtilissimum enim & maximi momenti est, ac plærosque latet, quòd nec qui benè valent, extendere poplitis commissuram possunt, nisi simul extendant eam, quæ ad inguen, præterquam, vbi pedem admodum attollunt, sic enim possent. Hi ergo poplitis articulum curuare non similiter possunt, sed multo ægrius, nisi inguinis quoque articulum curuent.*

Coniunctionem, quam posuit in partibus, quæ moueri aliquo modo prohibentur, non suo vitio, sed earum, cum quibus consortium habent, nunc docere incipit in musculis, qui naturaliter habent, quorum nullus initium sumit à femore, quanquam multi sunt. non nulli enim ab osse, quod ad ilia pertinet, oriuntur: non nulli à coxa: vnus tantùm ab osse, quod pubi subest. Hac igitur de causa commissuras moueri simul necesse est, sicut nunc in pede & poplite ostensum est, in

D quibus apparet etiam consortium, quod cum inguine habent. nam (sicut demonstratum est) quẽadmodum musculi, qui posteriorem ipsorum partem mouent (vt dixi) in imo femore ad radices tuberculorum incipiunt, ita, qui per priorem cruris partem feruntur, ex eodem imo femore dependent. quare necesse est intendi posteriores quidem, quùm poples extenditur: priores, quùm curuatur. vbi ergo tendantur magis, quàm eorum naturæ conueniat, oppositi reniтuntur, & minimè sequuntur. voco autem oppositos eos, qui extendũt, iis, qui curuant, id est priores posterioribus. Duobus autem musculis gratia exempli cõtentus ero ad huius loci explanationem, quùm qui in corporibus incidendis omnes cruris musculos intuiti sunt, ex his possint de reliquis facere coniecturam: aliis verò, qui nullo modo intuiti sunt, neque sermo de duobus clarus erit. Hi ergo orsi ab eo osse, quod ad ilia pertinet, procedunt, primò quidem per femoris commissuram, quę ad inguen est: dein, vbi per femur totum ad alteram eius commissuram, quę ad genu est, intenderũt, alter, qui angustior est, fertur iuxta interius femoris tuberculum, quod humilius est, tum spectãs in priorem tibiæ partem, cruri ex interiori parte innectitur: alter, qui magnus est, latescit degenerans in valentissimam chordam, quæ miscetur cum altera chorda dependente à maximo ex musculis prioris partis, qui à clune inchoatur. patellæ autẽ primùm superinsicit, dein fertur ad crus.

Itaque ſi crus ad inguen flectatur, ea parte muſculi breuiores reddentur: ſi extendatur, longiores. E
commiſſura verò genu ac poplitis, vbi extendatur, qui ſuper patellam fertur, breuior fit: qui ab in
teriori parte, longior. quare cogetur maximè extendi, qui à priori parte eſt, ſi extendentes com-
miſſuram, quæ ad inguen eſt, conemur poplitem curuare: qui à poſteriori, ſi poplite extento in-
guen curuetur, ex ſublimiori enim loco per priorem partem femoris deſcendens flectitur, inde
conuertitur obliquus, & ad priorem tibiæ partem porrigitur. Meritò igitur ipſe longior euadens
primas partes cruris ac femoris longiores reddit, vbi excitantur. oſtendimus enim in libris de mo
tu muſculorum ſummam contractionem, ſummam'que extentionem, dolori eſſe: & muſculos
quidem contrahi, dum agunt, extendi verò, dum ab oppoſitis attrahuntur. ſi quando autē, quùm
muſculi in ſe ipſos contracti agunt, oppoſiti non dolent, ſimul extenduntur naturaliter quidem
in commiſſuris, quæ propoſitum conſortium habeant: præter naturam verò in illis, quę deinceps
adſcribentur. complures autem medici decipiuntur, putant'que eos muſculos affectos eſſe, quorū
prohiberi actionem viderint, quod magis adhuc perſpicuum eſt in ſequentibus.

100 *Multa quoque alia in corpore inueniuntur, quæ ſimiliter germana ſunt: de neruorum item extenſione & muſcu-
lorum habitu multa etiam ſunt, & magis ſcitu digna, quàm quis exiſtimet: prætereà de inteſtinis ac ventre vniuer-* F
*ſo, de vtero, qui huc atque illuc fertur, contrahitur'que. Sed alibi de his uerba faciemus germana his, quæ nunc tradun
tur: quod ad hunc locum attinet, & extendi crus non poteſt (ſicut iam dictum eſt) & breuius apparet duplici de cau
ſa, tum quòd non extendatur, tum quòd articulus in carnem clunis eruperit.*

Anteà quoque diximus conſueſſe Hippocratem eas partes nominare germanas, quæ inter ſe
conſortium & cognationem habent, quarum id caput eſt, quod vna parte vitiata alterius actio,
ſitus, habitus, vel magnitudo læditur. communis horum omnium cauſa eſt in contrariam regio-
nem extenſio. In ſitu exempli cauſa (vt ab euidentiſſimis ordiamur) multos vidimus, qui mederi
aggrediuntur, quod non ritè didicerunt: & protinus, vbi aliqua pars contraheretur, & breuior
fieret, priſtinum'que ſitum penitus non ſeruaret, ad eam ipſam remedia adhiberent, quamuis nul
lo vexaretur affectu, qui curatione indigeret. Itaque, vbi muſculi ab altera maxillæ parte reſoluan
tur, fit, vt altera breuior appareat, & quaſi contracta, ſed, quæ læſa eſt, eam ſequuta, extendi videa-
tur. nam, cùm muſculi omnes vnam propriam habeant actionem, qua ſcilicet ad ſua initia con-
trahuntur, quando illi, qui à ſiniſtra parte maxillæ ſiti ſunt, agendi poteſtate priuantur, qui à dex-
tra ſunt robuſti, ac naturaliter habentes agunt, dextram maxillam vniuerſam, & labra ad ſe con- G
trahentes: atque ita conſpicitur ſiniſtrum labrum extentum, & longius redditum: dextrum bre-
uius, & contractum. ergo in hoc caſu breuius fit, quod integrum eſt, attrahens ad ſe ipſum maxil
læ partem, quæ reſoluta eſt. Alibi verò ab eo, quod affectū eſt, attrahitur, conuellitur'que id, quod
ſanum, ſicut vbi muſculus vel chorda, cùm induruit, nequit ſimul cum oppoſitis, dum agunt, ex-
tendi. Multa quoque ſimilia, euenire conſtat, id digitis manus, cubito, poplite, cùm contrahūtur
propter vitia muſculorum & chordarum interiorum, ſed, vbi extenduntur græci ὀρθοκώλεις di-
cunt, ita enim appellare medici ſolent articulos, qui extenti ſunt, & curuari non poſſunt. Huiuſ-
modi quid accidit cicatricibus magnis ac duris, quæ, quùm ab interiori parte ſunt, articulum con
trahunt, cùm ab exteriori (vt dixi) ſic extendunt, vt curuari non poſſit, quod ob ſiccitatem, & ob
ingentem humorum vel ſpiritus inflantis cōcurſum euenire etiam ſolet. nam, quùm partes, quę
ſic affectæ ſunt, in ſe ipſas contrahuntur, ſequitur, vt oppoſiti muſculi agere nequeant, quùm, qui
contrahuntur, partes in cōtrarium auellant. Sic neruorum diſtentiones fiunt, quùm ipſi muſculi
primò ac præcipuè ſe ipſos, deinde partes, ad quas perueniunt, ad ſuum initium contrahunt. Sic
& vterus interdum ſurſum fertur, non nunquam in latus conuertitur: non quòd ipſe ſua actione
naturalem ſedem relinquat, ſed quòd ab alio trahatur. multa verò ſunt, quæ attrahunt, nam & ea, H
quibus appenditur, & nerui, & arteriæ, & venæ, quæ cum eo iunguntur, efficere id poſſunt, vbi
in tumorem aſſurgentes eatenus breuiores fiunt, quatenus in latitudinem augentur: namq; hoc
commune eſt corporum omnium, quæ extenduntur, contrahuntur'que, non modò animalium,
ſed eorum, quæ inanima ſunt, cuiuſmodi ſunt vtres, ſacculi, calathi. Vterus igitur hac de cauſa ſur
ſum, ac deorſum fertur: & quædam inteſtina, muſculi'que complures, ac propterea membra, &
maxilla. Simile quid ſuprà oſtenſum eſt in ſpina, vbi gibba, caua, vel obliqua redditur.

101 *Eſt enim hæc natura oſſis coxæ, vbi & caput, & ceruix femoris recipitur, quòd, quùm hoc luxatum in exterio-
rem partem natium decliue fertur, curuare quidem homo crus poteſt, ſi dolore non prohibeatur.*

Tenuis eſt natura oſſis coxæ, in quo cauum continetur. patet autem, quùm femoris caput in
poſteriorem partem prorumpit, ab ea parte, quæ poſt cauum eſt, ſuſtineri, vt inter cauum & femo
ris caput id os ſit, quòd à poſteriori parte cauum complectitur: hoc quidem eſt pars coxæ, cuius
nunc meminit, quùm ait /in exteriorem partem natium decliue fertur/. Manifeſtum eſt autē iis,
qui

A qui viderint eiuſmodi locorum ſectionem, femoris caput vi cum tota ceruice expelli in magnum muſculum natium, qui commiſſuram hanc extendit: à quo muſculo chorda oritur, quæ à membrana non abhorret, coniungitur q; cum ea chorda, quam paulo ſuprà diximus, quæ ex duobus muſculis orſa à priori parte femoris vltra patellam tendens cum tibiæ capite connectitur. Ergo hic muſculus prolapſum femoris caput admittens omnium maximè torquetur, quùm ſub ipſo prematur, diſtendatur q;. quare neceſſe eſt inflammatione ipſum prehendi, ſurſum q; ad ſe trahere chordam, quam paulo antè commemorauimus à membrana non abhorrentem: quod quùm accidit, conſequens eſt, vt homo doleat, vbi poplitem flectit, quatenus enim hic flectitur, hactenus chorda extenditur, atteriturque à patella: hæc autem extenta muſculum extendit, à quo dependet, nempè magnũ illum, quo (vt retuli) recipitur femoris caput. Procedente tempore, quùm muſculus hic ab inflammatione ſoluitur, contrahit q; humorem quẽdam glutinoſum, pars eius, quæ articulum contingit, occalleſcit, & poples citra dolorem extenditur: ad quam rem faciunt & alia, quæ prius poſita ſunt de cruris muſculis.

102 *Tum crus & pes modicè recta ſe oſtendunt, neq; multum in hanc vel illam partem inclinata.*

B Hippocrates modicè ἐπιεικέως dixit, quo verbo ſignificari, neque perfectè, aut omnino vehementer, neq; ex toto, ſed mediocriter, ex ipſius verbis colligitur: ipſe enim ſubiungens /neq; multum in hanc vel illã partẽ inclinata/ apertè demõſtrat, quùm adſcripſerit /multum/ id cruri accidere, vt non multum, ſed vt parum peruertatur, deprauetur q;: atq; ob eam rem dixit /tum crus & pes modicè recta ſe oſtendunt/, quaſi dixerit has partes apparere mediocriter rectas.

103 *Præterea in inguine caro mollior ſentitur, præſertim ſi tangatur, vt potè quùm articulus in alteram partem exciderit: ſed in natibus, ſi tangatur femoris caput, videtur magis prominere. His ergo notis indicatur femoris caput in poſteriorem partem procidiſſe. Cui autem ætate iam robuſta prolapſum, reſtitutum nõ fuerit, ambulare quidem poteſt, quùm tempus proceſſit, & dolor ceſſauit, atque articulus volui in carne conſueuit: cogitur tamen, dum ambulat, vehementer ad inguina curuari, id que duplici de cauſa, quia ob ea, quæ propoſita ſunt, crus multo breuius redditur, & multum calx abeſt, vt terram contingat: nam ſi vel paulum tentet eo pede ſuſtineri, nulli alteri rei innixus, cadet vtique in partem poſteriorem: coxæ enim, quùm magis in poſteriorem partem, quàm pedum baſis, excedant, in eam plurimum inclinabunt, & ſpina item in coxas, vix que ima planta conſiſtet: neque hoc accidet, niſi ad inguina ſe curuet, & alterius cruris poplitem flectat, quandoquidem neceſſe eſt, vt manu, quæ à parte affecti cruris eſt, in quolibet*
C *paſſu ſuper femore hæreat: quæ res cogit ipſum flecti aliquid ad inguina, nam quùm in ingreſſu crura permutentur, nequit corpus affecto crure ſuſtineri, niſi id crus manu deorſum ad terram compellatur, quoniam articulus corpori non ſubycitur, ſed in poſteriorem partem ad coxam prominet: ambulare tamen offenſus ſine baculo poteſt, ſi alioquin aſſueuerit, propterea, quòd baſis pedis è regione priſtina ſpectat, neque in exteriorem partem conuertitur. Idcirco igitur nihil egent baculo, quod renitatur, quicunque velint femur non amplius comprehendere, ſed in vicem baculo inniti, quod alæ ab affecto latere ſubyciatur: quod ſi longius baculum admoueant, magis erecti ambulant, pes tamen terræ non innititur: ſi inniti velint, breuius admoueant, cogentur autem ad inguina curuari. Emacreſcit etiam ys caro pro ratione, quemadmodum anteà diximus: nam quibus ſuſpenditur crus, minime que laborat, maximè extenuatur: ſed, quùm in ingreſſu vſui admodum eſt, minimè gracile fit: integrum tamen crus non iuuatur, ſed potius deformius redditur, ſi vitiato vtantur terræ innixi, nam dum ſanum vitiato ſubſeruit, coxam & poplitem curuari neceſſe eſt: quòd ſi vitiatum crus terram non contingat, ſed ſuſpenſum ſit, & homo baculo innitatur, hoc pacto integrum robuſtius reddetur, quùm naturaliter habeat, et exercitatione magis firmetur. At dicet quis hæc præter medicinam eſſe, nam quid vltra ſcire nobis conuenit de ys, quæ curationem non admittunt? conuenit tamen ſummopere, intelligenda enim hæc ſunt ab eodem profeſſore, quùm tanquam aliena ſeiungi nequeant: ſiquidem tractare debemus, quæ curationem recipiunt, ne inſanabilia euadant, intelligentes qua potiſſimum ratione occurramus, quo minus inſana-*
D *bilia efficiantur: illa verò in quibus medicinæ locus non eſt, dignoſcenda ſunt, ne maximè noxia reddantur. Præclara autem & ardua prædictio in eo conſiſtit, vt intelligamus, quo, qualiter, & quando ſingula terminentur: ac ſiue in ea mala vertantur, in quibus remedio futurus locus ſit, ſiue euadere in inſanabilia debeãt. Cæterùm quibus vel à primo natali die, vel alioquin, dum increſcunt, articulus ſimiliter in poſteriorem partem excidit, neque reconditus fuit, ſeu vi, ſeu morbo exciderit (multis propter morbos ſic articuli luxantur, cuiuſmodi verò ſint hi morbi poſthac indicabimus) ſi prolapſus (inquam) reuerſus non eſt, femoris os breue efficitur: vitiatur item crus vniuerſum, minus q; increſcit, & gracilius redditur, quùm nulli vſui ſit.*

Præſertim ποτὶ dixit, quam vocem in ſuperioribus etiam retuli ab Hippocrate vſurpari, vbi intendere velit, quod proponitur. eſt autem eius oratio talis: In inguine caro mollior ſentitur, ſi aſpiciatur, & multo magis ſi locus tangatur. Quæ ſequuntur omnia patent ijs, qui in memoria habeant, quæ antè poſita ſunt.

104 *Vitiatur enim his & articulus, qui ad poplitem eſt, quoniam nerui ob propoſitas cauſas intenduntur. Quare, quibus ſic coxa exciderit, extendere poplitem non poſſunt: nam (vt ſummatim dicam) quæcunque in corpore ad aliquem*

quem

quem vsum fabricata sunt, si quis moderatè vtatur, exerceat que in eo laboris genere, cui singula assueuerint, eo pacto benè valent, augentur, & ad longam senectutem perducuntur: si in vsu non sint, sed ociosa degant, morbus patēt, non augētur, & maturè senescunt: id præcipuè accidit neruis, atq; articulis, nisi quis illis vtatur. His igitur de causis vitiantur magis, quùm hoc modo articulus luxatur, quàm cum alijs: totum enim crus incremento prohibetur, & quod ad carnem, & quod ad ossa pertinet. Huiusmodi ergo homines, quùm ætate iam robusta sunt, suspensum curuatum que crus tenent, sed altero feruntur baculo innixi vno, vel etiam altero. E

Euidentissimum est Hippocratem dixisse coxam excidere, pro coxæ articulo. sæpè enim narrauimus maiores nostros nō dum tenuisse exquisitam tenuem q; nominum rationem, in qua posteriores exercent, sed sat existimasse in ijs, quę explicabant, eò tantum incumbere, vt quę dicerēt, ab auditore intelligerentur. quod inquit igitur, huiusmodi est: Quibus femur in posteriorem partem prorupit, vitiatur non solum articulus luxatus, sed & qui ad poplitem est. propterea /&/ coniunctionem adiunxit, neq; simpliciter dixit /vitiatur articulus, qui ad poplitem est/. quo autem vitio occupetur, ipse apertè exposuit, cùm ait /nerui intenduntur/: sed neruos'ne intellexerit eos, qui propriè nerui sunt, qui q; à spinę medulla oriuntur, vel in quas musculi degenerant chordas, quæ ad crus pertinēt, in hoc loco nihil interest, cùm vtraq; fidem facere possint rectè à nobis exposita fuisse, quæ ab Hippocrate dicta sunt, vbi asserit non posse poplitem extendi, quibus hoc modo femur promouetur. Quandam prętereà communem rationem adiecit, nempè partes aliquas variè lędi, quod ad habitum pertinet, magnitudinē, positionē, ac motum, quamuis ipsæ nullo proprio morbo lædantur, sed a quibusdam alijs afficiantur, quibus'cum consortium habent. Intentionem verò in huiusmodi affectibus præcipuè causatur, quam persequutus tribus modis indicat, vnò, quùm musculus aliquis resoluitur, tunc enim, qui integer est, contrahi videtur: altero, quùm oppositus tēditur: tertiò, vbi quod integrum est, trahitur ab aliquo eorum, cum quibus coniungitur, sicut accidit, quùm vterus mouetur. Nūc ergo, quùm posteriores nerui, musculi, & chordæ tendantur, curuatus poples extendentibus musculis non paret. Cęterum de chordarum, musculorum q; extensione anteà dictum est: nunc de neruis, qui à medulla spinę orti ad crura intendunt. quorū initia tria sunt, vnum à priori parte iuxta magnū foramen ossis, quod pubi subiectum est: alterum ad inguina: vbi neruus fertur, & cum magna vena, & absque ipsa à priori parte femoris, atque hæc parua sunt: maximum autem neruorum initium à posteriori parte fertur ad vniuersum crus, primum q; procedit ab ea regione, quę est inter os latum, & id, quod ad anum terminatur, κόκκυξ græcè dicitur. hoc igitur initium, vbi articulus in posteriorem partem elabatur, premitur, tenditur'que: atque idcirco diximus Hippocratem hoc loco posse intelligere eos tendi, qui propriè nerui vocantur. F G

De Femoris Capite in Priorem partem lvxato

105 *At quùm femoris caput in priorem partem erumpit (quod quidem rarò accidit) perfectè extendi crus potest, sed ad inguen minimè curuari, laborat enim homo, etiam si flectere poplitem cogatur: ad calcem verò, & in vniuersum crus, æquè longum conspicitur.*

Propter cauum, quod non æquè vndiq; altum est, articulum in aliam partem rarò, in aliam frequenter luxari, anteà sępenumero demōstrauit: nunc autem de femore differens in priorē elapso, contrario modo affici ait eos, quibus in hāc luxatur, atq; eos, quibus in posteriorem. illi enim extendere crus non poterāt: hi, cùm in ipso flexu nūc sit femoris caput ac ceruix, curuare ad inguen non possunt nec ad poplitem propter musculū priorem, qui oritur ab osse, quod ad ilia pertinet: ille enim cōprimitur, tēsus q; attollitur à femoris capite, cum q; extendi amplius nō possit, renititur, si quis flectere poplitem conetur, apparet aūt cruris longitudo cōsimilis. In superioribus autem de femore luxato in partem interiorem sic ad verbum scripsit /os enim, quod à coxa sursum procedit ad pectinem, femoris capiti inhæret, ceruix q; articuli cauo sustinetur/, à quo prius non sustinebatur ex toto, sed magna ex parte in eius caui altioribus partibus insidebat: in casu autem, quem nunc ponit, in inguine prominet, atq; is locus intentus apparet, cùm femur nunc à suo cauo recedens in priorem partem & paulo inferius venerit. quo fit, vt vitiatum crus sani longitudinem æquet: id, quod pręsertim ipsis accidit ad calcem, extremum enim crus minus demitti in terram potest: cuius rei causa in superioribus explicata nunc rursus summatim etiam enarrabitur. H

106 *Sed pes extremus spectare minus potest in partem anteriorem: crus verò totum rectam positionem naturaliter seruat, nec in hanc aut illam partem inclinatur.*

Potest, dixit ἤθελει, vbi verbū ἐθέλειν, id est velle, pro posse vsurpauit, quemadmodum etiā Homerus, cum ait, Οὐδ᾽ ἔθελε προρρέειν. vbi ponit, οὐδ᾽ ἔθελε, id est noluit, pro nō potuit. Extremum pedem appellauit eam partem pedis, quę à planta ad digitos est, & vngues. accidit enim (quemadmodum supra ostensum est) vt extento poplite non benè articulus tali in priorem partem

A tem inclinetur. Hæc itaque nunc exponere volens ait /ſed pes extremus minus ſpectare vult in
partem anteriorem/ indicans digitos, quibus continetur extremus pes, non facile extendi poſſe,
aut deorſum conuerti, & terram contingere.

107 *Ferè autem his dolor protinus accedit, & vrina ſupprimitur, magis q; quàm ſi articulus in aliam partē luxetur.*

Quamobrem hæc ſequantur, ipſe cauſam adiungit.

108 *Venit enim femoris caput maxime prope neruos magnam vim habentes, & in inguine prominet, atque is locus
extentus apparet, in clunibus rugæ conſpiciuntur & ſumma gracilitas. Quas quidem diximus, notæ ſunt femoris
in priorem partem prolapſi.*

Neruos appellauit τόνες, eos intelligens, qui cum vena & arteria per inguen feruntur. /ma-
gnam vim habentes/ vocauit ἐπικαιροτάτες, ſicut in ſuperioribus etiam didicimus. habent autē
hi magnam vim, quùm medullæ ſpinæ proximi ſint, atq; inde oriātur, vnde initium ſumunt ner-
B ui, qui ad veſicam feruntur. quo fit, vt femoris capite in hanc partem luxato, veſica quoq; afficia-
tur, inflammetur que, & reddere vrinam nequeat. Fortaſſe etiam aliquando ob inflammationis
magnitudinem, qua veſicę ceruix affligitur, vbi muſculus eſt, qui eam adſtringit, vrina ſupprimi-
tur, eo quòd inflammatis partibus excæcatum iter claudatur.

109 *Quibus verò ætate iam robuſta articulus in hanc partem elapſus, minimè reſtituitur, hi quùm dolor finitur, &
articulus aſſueſcit in eo loco conuerti, in quem procidit, recti protinus ingredi poſſunt ſine baculo, ac recti ex toto,
quùm vitiatum crus neque ad inguen, neque ad poplitem, facile complicetur. Ergo, quùm ad inguen non flectatur,
crure in ingreſſu magis recto vtuntur, quàm quùm integrum erat.*

Quo tempore articulus excidit, dolorem dixit protinus accedere. & vrinam ſupprimi: proce-
dente verò tempore, vbi hæc ceſſant, ingredi hominē poſſe: at qua de cauſa hæc finiantur, quan-
quàm femoris caput maneat, comprimat q;, & ſimiliter neruos extendat, docuit quum orationi
adiecit /& articulus aſſueſcit in eo loco conuerti, in quem procidit/. Videtur enim in ea re conſue
tudinem cauſari, quoniam, quæ ab aliquo premuntur, quùm tempore occalleſcant, id facilius fe
C runt: & ea, quæ tunc tendebantur, quùm huic moleſtiæ aſſueuerint, dolere ceſſant. Cur verò ſine
baculo recti ingrediantur, ipſe ſubiecit. caput autem orationis id eſt. quod crus erectum ſeruatur,
& neutra commiſſura, nec quæ ad inguen, nec quæ ad poplitem eſt, flectitur.

110 *Non nunquam etiam pedem per terram trahunt, vt qui ſuperiores commiſſuras non facile flectant, quanquàm pe
de toto inambulant: namque hi minus calci, quam priori parti pedis, in ingreſſu nituntur.*

Superiores commiſſuras nominat, eam, quæ ad inguen eſt, & eam, quæ ad poplitem. quatuor
autem cōmiſſurę ingreſſui accommodantur, quæ ad inguen eſt, quæ ad poplitem, quę ad talum,
& quæ ad digitos. poſtremam quāuis multiplex ſit, vt vnam tantum annumero, quùm vſum at-
que actionem communem præſtet. hæc non admodum confert, dum per ęquale ſolum ingredi-
mur: ea verò, quæ ad talum, ad progrediendum, atq; ad crura transferenda nihil proficit, maximè
tamen efficit, vt pes humi hæreat, ad quam rem parum faciunt digitorum commiſſuræ. Vniuer-
ſa autem cruris actio, dum ingredimur, & multo magis dum currimus, à commiſſura, quæ ad in-
guen eſt, & ab ea, quæ ad poplitem, proficiſcitur, his enim curuatis crus à terra attollitur ac facilè
D transfertur: at nunc, quùm neutra flectatur, iure per terram trahi pedem ait. Adiecit /non nun-
quam/ propter ſoli differētiam, & vim noxę. illi enim, qui per æqualia & decliuia loca ingrediun
tur, ſi vel parum quid crus ad ſuperiores commiſſuras inflectāt, pedem haud trahunt: ſed, qui per
inęqualia ambulant, & accliuia, minime q; eas curuant, tantum ab eo abſunt, vt pedem non tra-
hant, vt etiam offendant in ea, quę in ſolo eminent. /Qui q; pede toto inambulent/ inambulāt pe
de toto, qui calce, planta, & extremis digitis terram contingunt. illi enim, quibus in poſteriorem
partem femoris caput elabitur, de quibus ante hos tractauit, cum breuius crus redderetur, nō vte
bantur calce in ingreſſu, ſed terrā contingebant ima planta duntaxat, quę (vt diximus) ab ijs, qui
in corporibus incidendis verſantur, πέδιον dicitur: verùm, quibus in priorem partem coxæ ar-
ticulus promouetur, calce primùm in terra conſidente, quùm ea parte pedis, quæ ad digitos eſt,
ingredi nequeant: quà poſtea vtuntur, quùm iam affecto cruri inſiſtentes transferre alterum in-
cipiunt.

111 *Verùm, ſi valdè progredi poſſent, calce admodum ingrederentur: nam & qui benè valent, quanto maximè proce
dunt, tanto maxime calce ingrediuntur, quum vni pedi inſiſtunt, & alterum attollunt.*

Eos,

Eos,qui valde procedunt, calce terram contingere, supra ostendimus, quod euidentissimè ap E
paret. non minus etiam in aperto est,non posse omnino valdè procedere,qui superiores commis suras curuare ob quamnis causam nequeunt. id autem ipsis accidit, propterea quòd molestiam non ferant, qua, dum transferunt extremum crus, vexantur, nihil enim aliud prohibet, ne maximè procedant. quod si sano cruri insistentes id facere vellent, possent quidem, sed non sine labore. quamobrem satius fortasse fuit hanc orationem,ita explicare: Quibus coxę articulus in priorem partē erupit,his nihilo minus quàm ima planta et digitis,ad ambulandum vti calce licet: ac si sustineāt longius affecto crure procedere,& calce omnino ingredientur: verùm non sustinent, quoniam, vbi extentum crus cum difficultate transferunt,dolore torquentur.

112 *Præterea, quibus sic procidit, magis adhuc calci inhærent, quàm priori parti pedis.*

Inhærere dixit ἐγχρίπτειν, quod vocabulum mutuari solet ad ea significanda, quorum alteri al terum inhæret,iuxta quam significationem eo vtitur,quùm in fracturis componēdis imperat, vt fracta ossa prius intenta inter se diducantur: sic enim ait facilius componi,quàm si ἐγχρίπτοντα, id est, quùm alterum alteri inhæret,propellantur. Quod igitur paulo antè proposuerat,clare in hac ora tione demonstrauit. namque hi nihilo minus calce ingrediuntur,quàm priori parte pedis. quod F
clarius adhuc & melius dixisset hoc modo /non enim minus hi calce ingrediuntur, quàm priori parte pedis, sed magis etiam/, non tamen adiecit in superiori oratione /sed magis etiam/.

113 *Pedis enim anterior pars, quùm reliquum crus extentum est,non æquè potest in priorem partem curuari,atq; vbi flexum est: neque item simus pes redditur, vbi crus inflexum est,sicut vbi extentum. Crus igitur natura,quùm benè valet,sic se habet,vt diximus. Vbi verò articulus luxatus restitutus non fuerit,homo ob propositas causas inambulat,sicut ostensum est,crus tamen altero gracilius redditur,& à clune,& a carnosa parte,quæ in posteriori crure prominet,& è regione posterioris partis. Quibus itaque tenera ætate articulus elapsus minimè restituitur, vel à primo na tali die id mali incidit, femoris os magis minuitur, quàm tibiæ, aut pedis.*

Pars pedis,quæ ad plantam & digitos est (quàm priorem appellat) extēto poplite contingere terram non potest.vocauit autem huiusmodi pedis habitum καμπύλον,id est curuum: nam com missura,quę ad talum est,neq; extenta dici solet,neq; flexa,sicut ea,quæ ad poplitem,& ea,quę ad inguen.Ergo,vbi priores musculi eam partem pedis,quæ inter talos & plantam est,attollunt, dici solet aliquo modo pes σιμοῦσθαι, id est,simus fieri: vbi verò posteriores calcem ad se trahunt vnà cum ea parte,quæ inter talos & digitorum radices est,nullum est nomen vsitatum,quo istiusmo- G
di habitus nominetur. quare Hippocrates (vt ostēdimus) cum appellauit καμπύλον, vocem inueniens rei,quam exprimit,accommodatam. neq; enim potest pes simus fieri, attolli q; à prioribus musculis,quod non aliud est,quàm simum fieri,quùm crus inflexum est,sicut quando erat exten tum: quemadmodum nec curuus fieri,nisi crus flectatur: potest autem vtroq; modo figurari, sub vtroq; cruris proposito habitu,sed paulū & violenter, multum & sine vi,non potest. Ergo, cùm musculi (vt diximus) orti à posteriori parte cruris,quę carnosa prominet,nō ab anteriori,calcem & vniuersum pedem trahunt ad partem posteriorem, eiusmodi habitum pedis, græcè non nulli κάμπτην, non nulli ἔκτασιν nuncupant: quemadmodum,vbi pes in contrariam partem à prioribus musculis mouetur, alij ἔκτασιν, alij κάμπτην nominant, in quo casu (vt retuli) dici solet pes σιμοῦσθαι, id est simus fieri: in contrario nullū est nomen,de quo inter omnes conueniat, sed nihilo deterius habet rerum peritia propter vocabulorum dissensionem. Equidem absq; vocabulis, de quibus non conueniat inter omnes,oratione vtrunque mihi clarè videor explanasse.

114 *Minimùm autem femur minuitur,quùm in hanc partem promouetur: minuitur tamen caro vbique, à posteriori parte præsertim, sicut in superioribus quoq; dictum est. Ergo quicunq; rectè educati fuerint, vti crure possunt, cùm increscunt, quanquàm aliquanto breuius altero est, baculo tamen fulciuntur à parte cruris vitiati: nequeūt enim absque calce ima planta consistere,quod quibusdam alia de causa claudicantibus licet: quamobrem nequeant,paulo supra declarauimus: idcirco igitur baculo egent. Iis verò,qui negligenter habiti fuerint, neque crure terram contingant,sed id suspensum habeant,ossa magis minuuntur, quàm alijs,qui crure vtuntur: circa articulos autem crus, quod ad rectum habitum pertinet,magis deprauatur,quam quibus articulus alio modo luxatur.* H

Quidam ex ijs, qui huiusmodi dictiones exponunt, tantam videntur earum habere peritiam, vt /minimum/ arbitrentur /nullo modo/ significare: /non minimum/ /maximè/. hi ergo Hippocratem dixisse existimarent his,qui sic affecti sunt,femur nullo modo minui. At minui ipsum constat,non ęquè tamē,atq; vbi in alias partes prolabitur: causæ enim,ob quas minuitur,leuiores sunt in hoc casu,quàm in illis. Duas autem causas reddidimus,instrumētorum deprauationem,& actionum noxam,ob quam parum crure vtuntur.sed,quùm in hanc par tem femoris caput erumpit,pręterquàm quod instrumenta non admodum deprauantur,actio ipsa cruris non multum læditur.

Galeni

GALENI IN HIPPOCRATEM DE ARTICVLIS COMMENTARIVS QVARTVS

Vido Vidio Florentino interprete.

ARGVMENTVM LIBRI

De Differentijs ac de Curatione Luxationum tractat, quæ in Cruribus, & Manibus, horum q; partibus contingunt. Ratio item interponitur Excidendorum oſsium, & Structuræ illius machinamenti, quod Scamnum Hippocratis appellatur.

1 B

T ſummatim igitur dicamus articuli, qui excidunt,& elabuntur, non eodem modo ſemper excidũt & elabũtur: modò enim multo plus,modò multo minus. Vbi quidem multo plus & elabuntur & excidunt, in vniuerſum maiori negocio reſtituũtur: ac niſi reuertantur, oſſa,caro,atq; habitus, & magis & apertius deprauãtur,vitianturq;: At,quùm minus excidunt & elabuntur, oſſa hæc facilius conduntur: & vbi vel negligantur,vel reponi nequeant, minus debilitantur,& cum leuiore detrimento in hoc caſu,quàm in eo, quem proximè poſuimus. In reliquis ergo articulis multum intereſt, magiſne an minus ſua ſede excedant: ſed vtrunq; caput tam femoris quàm humeri ſemper omnino æque prolabitur: quoniam abſq; vllo exceſſu ſimpliciter rotundum eſt,& cauo recipitur,quod in orbem eſt, & optimè ſibi aptatur: quocirca euenire non poteſt,vt in his articuli dimidium procidat: nam,cùm rotundus ſit,vel totus erumpet,uel intro reuertetur. Id ergo, quo de agitur, ex toto ſua ſede mouetur, alioquin non excideret: interdum tamen magis, interdum minus, à naturali ſede recedit, quod magis femori euenit, quàm humero.

Non modò huius orationis,ſed & omnium,,quæ ſequuntur,caput vnum eſt, luxata non mediocriter inter ſe differre, quatenus magis aut minus à naturali ſede recedunt. non nulla enim multum, non nulla parum abſunt, vtrunque autem magis aut minus patiuntur. In alijs quidem articulis res clara eſt,vt in cubito, manu,crure, pede,digitis: ſed humeri & femoris caput
C indicat non poſſe paulum ſuo loco excedere (quod vitium græci παράρθρημα dicunt) quùm rotundum ſit,et in cauum inſeratur,quod oras in orbem habet,in quibus conſiſtere caput nequeat,neceſſario enim,vel protinus reconderetur,vel ex toto excideret. vtrunq; tamen caput ait interdum longè,interdum paululum, à naturali ſede recedere. vbi verò & plurimum & minimum datur, non paucas,quod ad plus & minus attinet,differentias intercedere manifeſtum eſt.

2 *Quandoquidem non nulla ex ijs, quæ à primo natali die ſua ſede mouentur, ſi parum exceſſerint, reſtitui poſſunt, præſertim q; ad pedis articulos.*

Quod ait/primo natali die/ non nulli ad eos referunt,qui in vtero ſunt: alij ad eos,qui nõ multo antè nati ſunt.horum ſententiam comprobant,quę ſequuntur: ſed illi proculdubio errant,qui accipiunt in ijs tantùm, qui in vtero ſunt. ſatius enim eſt ad vtroſq; orationem referre. Prætereà, quæ ſequuntur cum alijs facere paulo poſt demonſtrabimus,vbi eum locum aperiemus.

3 D *Quibus à primo natali die crus varum eſt.*

Crus varum,id eſt in exteriorem partem conuerſum: ſupra etiam nuncupauit κυλλὸν, vbi ſpectare intro pedem ait.dixit autem pedis articulos,quoniam plures numero ſunt,omnes iuxta tali cõmiſſuram ſiti,cum quo non vnum os tantùm cõmittitur. ſura enim ab exteriori parte,ab interiori tibia,vtraq; magno proceſſu complectitur talum,cuius pars prior,quę rotunda eſt, & quaſi caput habet rotundum ceruici ſuperimpoſitum,à cauo excipitur illius oſſis,quod ſcaphæ ſimilitudinem refert,qua parte commiſſuræ pes potiſſimum & ſurſum extenditur,quùm ſimus efficitur,& in poſteriorẽ partem ducitur: ſed & ab inferiori parte talus cum calce cõmittitur, quomodo in libro de oſſibus explanauimus, in quo exerceri iuſſimus eũ, q debeat in his expoſitionibus verſari. Verùm pes tũc potiſſimum varus redditur, cùm tibia in exteriorem partem creuit, ſic,vt inferior ſurę proceſſus,quo talum ab exteriori parte complectitur,ſine vlla fulctura ſuſpendatur.

4 *Pleriq; ſanabiles ſunt,niſi ita magnus exceſſus ſit,aut pueris iam adultioribus res incidat. Commodiſsimum itaq; his eſt celerrimè ſubuenire, antequàm & pedis oſsium,& carnis in crure magna admodum defectio ſequatur.*

Adultiores vocat eos, qui plurimum increuerunt, quorum ossa non æquè tractari & componi possunt, atque infantium propter mollitiem. Hinc itaq; colligitur Hippocratem de ijs agere, qui nati iam sunt: at loquatur'ne de illis, qui in vtero sunt, non similiter manifestum est, sed in superioribus sæpius retulit in vtero matris articulos luxari. E

5 *Modus ergo eius vitij, sub quo pes varus fit, non simplex est, sed multiplex. Plerunque autem varus redditur, non quòd articulus ex toto luxatus fuerit, sed quòd pes consueuerit re aliqua exceptus figurari.*

Modum τρόπον dixit, quod verbum plerunq; mutuari solet, quùm de vnoquoq; eorũ loquimur, quæ inter se differunt singula: sed nunc agere potest, qua ratione pes varus fiat, quod multis modis accidit. namq; id, quod subijcitur, vtramq; sententiam comprobat, quùm ait / plerunq; autem varus efficitur, nõ quòd articulus ex toto luxatus fuerit, sed ꝙ pes consueuerit re aliqua exceptus figurari /. Nam, quùm inquit / non ꝙ articulus ex toto luxatus fuerit / vnum quendam vitij modum expressit: quùm verò dixit / sed ꝙ pes consueuerit re aliqua exceptus figurari / vndè is fiat, ostẽdit. Neq; alienum est deprauari tenera & veluti cerea infantium ossa, prauè à nutricibus figurata, cùm in cunis collocantur quodammodo contorta, vel pluribus velamentis inuoluta, vel sic, vt à quibusdam etiam vrgeantur, à quibus omnibus deprauationes fiunt. F

6 *Hæc autem in curatione animaduertenda sunt. Os cruris, quod ad talos extat, ab exteriori parte in interiorem propellendum, dirigendum que est: calx contrà è regione eius in exteriorem repellendus, vt ossa, quæ excesserunt, inter se concurrant, & in medio, & à latere pedis: digiti que omnes vna cum pollice repente in interiorem partem inclinandi, atque ita cogendi sunt.*

Sect. 2.t.34.7ª. 236.e Scribit ipse in libro de fracturis. | Crus binis ossibus cõtinetur, quorum alterum altero tenuius est, ab vna parte multo, paulo ab altera. solent autem recentiores hoc os, quod ab exteriori parte situm est, græcè nominare περόνην. Iubet igitur, vt illud in interiorem partem cogatur, simul q; calx repellatur in exteriorem, id q; præsertim ex calce, quod è regione est, cruris videlicet, quod super ipsum naturaliter situm est. De hac autem restituendi ratione anteà sæpius mentionem fecit, quæ omnium communis est: siquidem necesse est, quod naturali sede excessit, in pristinum locum propellere: & quod subiectum est, in contrariam partem adducere, vt ossa inter se concurrant. Quæ subijcit de ipsis dirigendis euidentissima sunt ijs, qui in memoria habeant, quæ superius diximus in expositione huius libri, & antè, eius, qui de fracturis est. siquid autem occurrat, quod obscurius videatur, illud duntaxat enodabimus. G

7 *Deligare item conuenit adhibito cerato, quod resinam copiose acceperit, & fascijs mollibus, non paruis, neque admodum arctatis.*

Partibus compositis aptatur ceratum, quod resinam acceperit, quoniam fasciæ cuti melius inhærent, & partes corporis magis siccantur. ex eo quòd faciæ inhærent, sequitur, vt partes, quæ curantur, immobiles, vt compositæ sunt, seruentur: ex eo quòd partes siccantur, vt spissentur, & confirmentur, quæ res etiam composita fideliter tuetur. Porrò autem fascias molles adhibet ob corporum mollitiem, quæ infantium corporibus propter ætatem inest, quas leniter adstringit, cauens, ne vehementer arctatę comprimant, præcipuè cum corpora mollia sint. sed quia minus adstringit, idcirco imperat, vt plures fasciæ inijciantur: scripsit enim vinculi firmitatem vel pressu comparari, vel numero fasciarum.

8 *Non secus autem circumagenda fascia est, quàm si pes manibus dirigendus sit, vt paulo magis valgus appareat.*

Hoc item præceptum communiter ad luxata fracta q; omnia pertinet, quod sæpius ab ipso memoriæ proditur. non enim vult in dirigendo, quæ composita sunt in naturalem sedem exquisitè restituta, ita relinqui, sed paulo vltra compelli, vt ad cõtrarium eius loci, in quem diu peruersa spectarunt, à nobis impulsa, consistãt in medio, quod prorsus secundum naturam fuit: nam si collocata in hoc dimitterentur, ad diuturnam deprauationẽ redirent. Constat autem præceptum hoc ad id consilium pertinere, quod in curando maximè cõmune est, in quo contraria contrariorũ esse presidia docuit: quùm nec refrigerata, moderate calefaciamus: nec calefacta, moderatè refrigeremus: sed eatenus à medio in cõtrariam partem recedamus, quatenus in alterã morbus recessit. Nunc quia pes varus est, cui vitio contrarium id est, sub quo valgus efficitur, idcirco Hippocrates iubet, dum componitur, vt in valgum conuertatur, scilicet vltra sedem prorsus naturalem. H

9 *Solea item conficienda est, aut ex pelle non multum dura, aut ex plumbo.*

Hoc etiam ad stabiliendam iũcturam molitur: quamobrem iubet ipsum postremum omnium super iuncturam deuinciri, vt eam totam contineat, & carnem ipsam non comprimat, id quod in sequentibus expressit, inquit enim,

Alligandaq;

10 A *Alliganda quę non vt cuti insidat, sed cùm postrema lintea circundantur. Vbi iam alligaueris, caput vnius ex fascijs, quibus vincitur, è regione minimi digiti assuendum est illis fascijs, quæ sub pede sunt, vt dum moderatè se habere videatur, fascia sursum ducta circa posteriorem cruris partem, quæ carnosa prominet, voluatur, atque ita firmiter maneat. Sed (vt uno verbo dicam) quasi ceram fingamus, debemus & manibus in naturalem sedem compellere, & vinculo similiter non magna vi, sed leniter, adducere.*

E regione minimi digiti, hoc est, ab exteriori parte pedis fasciã appẽdit, quam attrahit ad posteriorem partem cruris, quę carnosa prominet, qñquidem pedi varo medeť: ꝙ si valgum curaret, ab altera parte fascię caput assueret, qm̃ inclinare pedem oportet in contrariã partem atq; conuertĩ, sic, vt, quæ extra spectant, compellantur intro: quæ intrò, similiter in contrariã regionẽ cogãtur.

11 *Assuendæ autem fasciæ sunt, vt quomodo opus est, suspendantur: alia enim deprauatio aliam suspendendi viam postulat.*

Quod ego nuper posui, ipse nunc declarat, alijs deprauationibus alias suspẽdendi rationes accõmodari. constat autem, vbi pes in interiorem partem spectet, ita suspendẽdum esse, vt extremũ
B crus in interorem partem compellatur, pes in exteriorem: vbi pes in exteriorem inclinatur, ita, vt crus in exteriorem, pes in interiorem vrgeatur: vbi in vtramuis partem paulum excesserit, appensa fascia moderatè in contrariã partem cogi debet: qui longè à naturali situ recessit, validius repellendus est. Ideo deprauationẽ (quam χώλωμα dixit) cõmunẽ nomẽ oĩum prauitatum accipito.

12 *Calcei verò è plumbo instruantur, qui super iuncturam obligentur, ad eam formam, quam Chiæ crepidæ habebant: quibus opus non est, si quis manibus rectè componat, rectè item fascijs alliget, rectè suspendat. Curatio igitur hæc, neque sectionem, neque vstionem, neque aliam varietatem requirit: celerius enim opinione huiusmodi vitia curationi cedunt, tempore tamen superanda sunt, dum corpus iusto habitu increscat.*

Quę nam fuerit chiæ crepidæ forma, non satis patet, quoniam neque Hippocratis sęculo in vsu erat: atq; idcirco inquit /ad eam formam quam Chiæ crepidæ habebant/ quùm potuisset dicere /habent/. Constat autem infantibus, cùm diriguntur, id calciamenti genus maximè idoneũ esse, quod ad vnguem pedem excipit, & carnem non cõprimit: ad quã rem spectãtes, parare nũc idoneum calciamentum poterimus, quamuis cuiusmodi chiæ crepidæ fuerunt, nõ requiramus.

13 C *Vbi autem ad calceos veniatur, aptissimi sunt, qui per loca luto plena gestari solent, πηλοπατίδες nuncupantur.*

Veniunt ad calceos pueri, qui curantur, quùm pars, quæ dirigiť, confirmata fuerit, & aliquid increuerit, atq; ossa ipsa non amplius mollia sint. nam nec permittendum est, vt prius inãbulent, ne pars ad priorem deprauationem iterum reuertatur: at vbi tuto ingredi possunt, calceis vtantur licet, quos Hippocrates ἀρβύλας appellat. est autem calciamẽti genus cauum, quod arctè pedem vniuersum exquisitè vsq; ad talos complectitur. Manifestum est autem eiusmodi esse, ex eo, quod Hippocrates subijcit, quùm inquit /πηλοπατίδες nuncupantur/, hoc enim nomen inuentum est: quod si per π scribať, πηλοπατίδες, ductum erit à luto, quod πηλὸς gręcè dicitur, quùm ab ipsis lutum calcetur, calcari enim πατεῖσθαι dicunt: si per β, πηλοβατίδες, à luto similiter, & à verbo ambulare, quod βαίνειν dicunt, quùm, qui ijs vtantur, tutò in luto ambulent.

14 *Namq; hoc calciamenti genus à pede minimè coercetur, sed magis ipsum coercet.*

Et natura, & vsu, alius homo alio modo inambulat, alius enim pede prorsus recto, alius in interiorem partẽ inclinato, alius in exteriorem: atq; insuper alius plãta in, aalius calce magis ingre-
D ditur, alius ęquè toti pedi insidit: quin & calcei videntur semper in ambulandi modo similes reddi, vbi neq; alti sint, neq; exquisitè pedem cõprehendant: quorum calceorum si quem intuearis, conijcere licet, quomodo ingrediatur, qui illis vtitur, calceus enim rectus & in neutrã partem inclinans, sed talis permanẽs, qualis structus est à sutore, hoĩem recto pede ingredi denunciat: sed, si vel intro, vel extra spectet, inambulantis pedem conuerti in eam partem demonstrat. Idẽ euenit, vbi calceus vel in posteriorem, vel in priorẽ partem vergit. Non secus etiã claui, vbi attriti magis sint vel ad calcẽ, vel ad plantam, vel ad exteriorem partẽ, vel ad interiorem, indicio sunt ambulãtis pedem in eas partes conuerti. Hunc igitur calceum Hippocrates coerceri ait à pede, hoc est superari: sicut à contrario, qui rectus seruatur, & in neutrã partẽ declinat, coerceri pedem, cogiq; rectum, ac sine inclinatione terrę insidere. caput autem huius structurę id est, vt calceus vniuersum pedem arctè contineat, & abundè altus sit: arctè aũt complecti pedẽ non potest, nisi multis locis findatur. Quãobrem venatores hmõi calceis induuntur, cùm per inęqualia loca, & saltare, & currere necesse habeãt, in qbus obtorquent conuelluntq; iuxta talos, nisi calcei ex toto cuti hęreant.

15 *Idonea item est ratio calciamenti Cretensis.*

In Asia

In Asia nostra,& non minus in Creta nunc calciamenta in vsu sunt,quę ad medium vsq; crus pertinent,in quibus fissa pellis est multis locis,& ab vtraque parte dextra scilicet & sinistra æqualiter extenta: extremis partibus foramina habet,per quę traiectum lorum partes pellis incisas inter se contrahat. In aperto autem est huiusmodi calceis pedem cum vniuersa commissura,quæ ad talos est contineri,atque adstringi.his autem vtuntur apud nos venatores potissimum,quùm feras sectantur: quandoquidem in asperis, atque inæqualibus locis non solum currere, sed saltare etiam cogatur. Eadem causa Cretenses ad talium calceorum vsum impulit ob vastos insulę montes, atque asperitatem. E

De Ossibvs, qvae Excidvnt simvl et Nvdantvr

16 *Vbicunque cruris oßibus luxatis accedente vulnere articuli, qui ad pedem sunt, siue in interiorem, siue in exteriorem partem, penitus excedant,reponendi non sunt,sed sinendum est, vt cui placet medico,eos reponat: scire enim conuenit, vbi repositi seruentur hominem decedere, paucis que diebus vitam trahere: nam pauci septimum diem excedunt, cùm neruorum distentione absumantur.* F

Ossa κνήμης, id est cruris,suram intelligit ac tibiam,quæ κνήμη græcè dicitur, & cognominis est cum eo toto,quod inter genu & pedem est. nudantur autem hæc & cute excedunt,ad vtranq; cruris commissuram, cum pede scilicet & cum femore. Antè igitur tractat de commissura crũris cum pede, imperans, vt,vbi tibiæ os luxatum nudetur,à reponendo caueamus, propterea, quòd neruorum distentio superueniat: quod vbi incidat, dictum est in opere de fracturis musculos alios cõuelli,alios contineri, & continuatos seruari. Vbi ergo ad suum initium contrahũtur,vniuersum membrum breuius redditur, sequitur enim, quùm à musculis attrahitur. quare si quis extendens os extans reponat, musculi & ipsa intentione non mediocriter lædentur, & longitudine membri simul distenti dolorem sentient intolerabilem. atque idcirco, quùm musculi grandes sint,neruorum distentionem sequi necesse erit: nam & vbi exigui essent, quemadmodum in digitis,neq; sic res periculo vacaret. Multi tamen ex his ob summam in curatione diligentiam seruantur. Hactenus,quod curationi vtile erat.superest quęstio quædam ad locutionẽ spectans,quę curationi non prodest, aut officit: vt si requirant aliqui, cur Hippocrates de cruris ossibus ἐξαρθρεῖν G id est luxari dixerit, quùm id vitium esse eorum ossium affirmet, quæ in cauis se insinuant, nõ eorum, quæ processus accipiunt, hos enim vocat ἄρθρα id est articulos, vt antè sæpius ostendimus. non debuit igitur (inquiunt) dicere ἐξαρθρεῖν de crure,sed de talo. Ijs,qui hæc requirũt, respondendum est id ,quod in prioribus sæpenumero diximus, Hippocratem eò tantùm intendere,vt propositam rem exprimat,quod ipse Plato & pręcipit,& primus exequitur. Alibi autem demonstrauimus veteres non aliò quàm huc spectasse: solus enim Prodicus studuisse videtur tenui huic nominum inquisitioni, quam qui Prodicum sequuntur, solent exquisitam diligentiam nuncupare. Hippocratem verò nihil obscurius rem expressisse,ex verbis eius aperte conspicitur, quùm inquit /vbicunque cruris ossibus luxatis articuli, qui ad pedem sunt, penitus excedunt/. nam, si omnino dempseris verbum luxatis, apertum est quod proponitur. sed Hippocrates hoc adiecit nihil respiciens ad tenuem huiusmodi nominum inquisitionem, cui qui student, plerunque non sunt eloquentes: nam, qui dicendi facultatem habent, ad vim enunciationis respicientes, verba singula non attendunt, sed græcorum more illis vtuntur, quorum copiam habent: quomodo videtur nunc Hippocrates loqui volens ossa cruris à commissura recedentia cute excedere. si quis enim id, quod extat, & extra commissuram valdè prominet, luxatum dicat, clarius H rem exponet, auditorem'que imagine rei docebit.

17 *Pedem insuper & crus gangræna prehendit: quæ sic futura esse certum scire conuenit.*

Gangrænam quoque his superuenire ait, ob inflammationis scilicet magnitudinem, vbi excedentia ossa recondita fuerint. Inflammatæ ergo partes, cùm rubor inflammationis recedit, liuidæ euadunt, minui'que dolor videtur, eo quòd sensus torpeat: sed,vbi, quæ sic affectæ sunt,ex toto sentiendi facultate carent, græcè id vitium non amplius gangræna, sed sphacelus vocatur. Inter hunc autem & magnam inflammationem media gangræna est, quæ tanto grauior eiusmodi inflammatione est, quanto leuior sphacelo: sub hoc enim natura membri vniuersa corrumpitur: idem'que, vbi iam hæret, curationem non admittit, sed solum à principio, cùm non dum sphacelus est, sed magna gangræna sphacelo vicina. Verum abutimur interdum vicinorum affectuum nominibus ad eos significandos, qui ad hos accedunt, quanquam non dum ex toto ipsorum speciem & naturam habent. sic igitur & ingentem inflammationem, cùm non amplius suum

A.li.4. f.3.r.v. c.15.fol.4' b

A suum colorem tuetur, dolori'que est, interdum nominare gangrenam consueuimus, quę quamuis gangręna non dum penitus sit, futura tamen est paulo post, si negligatur.

18 *Nec mihi etiam videtur idoneum esse veratrum eodem die datum & rursus epotum, sed vt quoduis tale ad idoneum proximè accedere, cui tamen confido. Quòd si neque ab initio reponantur, neque tentet aliquis ea reponere, plerosque se explicare manifestum est.*

Tractauimus de vsu veratri ad eiusmodi vitia in commentarijs in librum de fracturis.

19 *Fulcire autem crus & pedem oportet eo modo, quo ipse velit.*

Fulcire crus & pedem ἠρμόσθαι dixit, hoc est, stabiliter collocare: quò spectans imperat, vt membrum figuremus, quemadmodum maximè cubantem iuuat. nam, quod ait /eo modo quo ipse æger velit/ huc euadit.

20 *Tantum ne dependeant, ne'ue moueantur.*

Eius quod nunc ait /ne'ue moueantur/ vim antè proposuit, cùm fulcire præcepit, quod significauit verbo ἠρμόσθαι. Neque enim aliud est fulcire membrum, quàm ab omni parte stabiliter collocare, sic, vt nullo pacto moueri possit. Rectè autem adiecit /ne dependeãt/. præfatus enim continendum à nobis membrum, quemadmodum cubantem iuuat, non ignorans contineri membrum posse etiam dependens, edicit, vt eiusmodi habitum vitemus, cùm ad affectum locum materiam concitet, quæ causa inflammationis est. Meministis quidem eius, quod narrauit in superiori opere de crure figurando, vbi extentum pedem collocari voluit, paulo sublimiorem, quàm vt exquisitè rectus seruaretur: nunc verò permittere ægris videtur, vt ipsum rectum habeant. nam cum tribus modis figurari possit, dependens, rectus, ac tertiò in superiorem partem spectans, permittit ęgrotanti, vt quo pacto velit, crus figuret, modò non dependeat: sed antea pręceperat, vt sublimiorem duntaxat contineret. Perspicuum itaque est Hippocratem in huiusmodi affectibus, eò potissimũ incumbere, vt dolor vitetur, veritus ne sequatur neruorum distentio, quam in neruosis partibus "dolor maximè infert. quamobrem, si quæ hoc modo vitiata sunt, neque refrigerentur, neque dolore tententur, neruorum distentione prehendi, minimè possunt. A.li. 3. f.2.c.5. fol.215.e

21 *Mederi q; cerato, quod picem habeat, paucis pannis ex vino madentibus non valdè frigidis, quandoquidem frigus in his neruorum distentionem concitat.*

C De his quoq; iam loquuti sumus. nam ceratum, quod picem habeat, vlceribus accommodatur: vinum, præsertim q; (vt ipse docuit) nigrum & austerum affectas partes inflammari non patitur. Quod autem inquit fugiẽdum esse frigus cùm neruorum distentionem efficiat, in carnosis partibus fortè aliqua expositione indiget, in neruis euidentissimum est, quibus vtrunque inest: nam & facile refrigerantur, vt qui natura frigidi sint, atque exangues: &, cùm læduntur, in distentionem incidunt. cùm neq; in alia parte distentio incidere possit, nisi nerui afficiantur. commissuras verò inter alias partes maximè neruosas esse manifestum est, in quibus musculi posita carne, quam alijs suis partibus habebant, in chordas degenerant. Quare magis inquirendum est, cur vtatur modicè frigido, quùm non mediocriter frigidum, sed calidum adhibẽdum videatur: cuius ratio sic habet. In curandis partibus exulceratis propositum est, vt ab inflammatione defendãtur: defendentur autem, si nullus humor ad eas concurret, quam rem eas refrigerando consequemur. nam, si admoueantur, quæ calidum & humidum corpus efficiunt statim rubicũdius, paulò post tumidius ipsum exhibebunt, & in alium affectum inflammationi similem compellent. contraria omnia præstant, quę refrigerant, cùm non modò nihil humoris à superioribus partibus ad refrigeratum locum concitent, sed quod in eo subsistit, exprimant, & ad proximas partes depellant. D Est autem refrigerantium duplex genus, quædam aduentitia qualitate tactu frigida sentiuntur: quędam innatam refrigerandi facultatem habent. adstringentia quidem frigida sunt, sicut in opere de simplicium medicamentorum facultate demonstrauimus, vbi reliquum genus refrigerantium ab his diducitur: ad hoc spectat papaueris lachryma, mandragoræ succus, cicuta, & cætera, quæ madefaciunt simul & refrigerant. nanq; austera omnia terrenam naturam habent cum facultate refrigerandi. De vsu autẽ horum medicamentorum non pauca scripsimus in eo volumine, quod est de ratione curandi, nec non in commentarijs in librum Hippocratis de vlceribus. Sed quod ad hunc locum pertinet, id nouisse abundè est, quod madefacientium & refrigerãtium medicamentorum vis penetrat omnino ad altiores partes eorum corporum, quibus admouetur, cito'que ipsas vltra debitum refrigerat, torporem'que affert potentiæ corpora administranti. Quæ verò cum refrigerandi vi terrenam naturam habẽt (vt ostensum est in libris, quos cõmemoraui) ad confluentes succos depellendos maximè aptantur, atq; hac de causa illis vtimur. sed quia calor ad se humores concitat, ideò aduẽtitia qualitate frigida admouemus, neq; illa calefacimus. Nunc verò quod spectat ad exulceratarum partium affectum, Hippocrates frigidis vteretur, quemad-

modum & in alijs vulneribus: sed quatenus neruorum distentionem timet, quã afferre frigus solet, veretur ex toto frigida imponere, atq; idcirco adijcit, cũ de his loquitur /non valdè frigidis/. E

22 *Rectè etiam folia betæ, vel tussillaginis, vel cuiuspiam alterius talis, in vino nigro austero semicocta, vlceri atque adiectis partibus imponuntur.*

Tussillago herba quædam est proposito affectui salutaris, quùm modicè siccet, id quod in omnibus vlceribus requiri demonstrauimus. De vino autem nigro atq; austero loquuti sumus in cõmẽtarijs in librum de fracturis. hoc repellendi facultatem habet, similiter vt alia vina, & cùm crassiorum partium sit, quàm ipsa, exulceratas partes non mordet: ea de causa præstantius est.

23 *Tepido item cerato vlcus inungitur.*

Admouet nunc ceratum, non ut vlceri medeaĩ, ostendimus enim in expositione libri de vlceribus, vitari ab Hippocrate huiusmodi medicamenta, quæ vlcerum glutinationem prohibẽt: sed quoniam nunc vlceri quatenus vlcus est, non succurrit, quùm neq; id glutinare propositum sit, sicut alia recentia vulnera. Primum autem curationis consilium eò spectat, ne homo neruorum distentione prehendatur. quocirca neque reponendum articulum censet, sed magis permittendum, vt crus ex vlcere turpiter claudicet. Non tamen simpliciter adhibet lenia medicamenta, quę vocat in libro de vlceribus μαλθακώδη, quamuis possint inflammatas partes lenire. primò enim eò incumbit, ut inflãmatio minimè oriatur, atque idcirco repellentibus vtitur: neque his rursus per se, quemadmodum in alijs casibus, timet enim neruorum distentionem: sed compositam curationis rationem indicat, per medicamenta contrariæ facultatis iusto modo inter se mixta, quò maximè tendere in sequentibus videtur. ad quæ iam animum adiungito. F

24 *Quòd si hybernum tempus fuerit, lana quoque succida madens ex vino atq; oleo tepido imponenda est. Et perfusione insuper vtendum.*

Neq; medicamẽta tepida adhiberet, neq; oleum prorsus adijceret, si loco subueniret, quasi simpliciter vlcerato, sed (quod suprà retuli) veretur neruorum distentionem: atq; ob eam rem oleum admiscet, & tepida cuncta superimponit, nec, vt qui tantùm pugnet contra neruorum distentionem, vlceris curationem relinquit: sed neque ad vlcus spectat duntaxat, mixti enim morbi mixta quoq; pręsidia exigunt. quocirca pręcipit, vt lana succida inducatur, quam οἰσυπηρὰν dicunt, proptereà ꝙ œsypum habeat. quandoquidem (vt in libro de simplicium medicamentorum facultate ostendimus) huius medicinę proprietas simplex non est, sed mixta ex cõtrarijs qualitatibus ac viribus, adstringendi scilicet & modicè calefaciendi. Perfundi autem uoluit hos affectus, nõ hyeme tantum, sed ęstate etiam: hoc siquidem, quod in fine subdit, commune est totius propositę curationis, quoniam huiusmodi affectus non hyeme duntaxat assiduam perfusionem requirunt, quùm æstate quoque magis eam postulent ꝗ; hyeme, quò tunc his lana imposita magis siccescat. imperat igitur, ut hæc omnia assiduè perfundãtur: id uerò quo perfundimus tale esse debet, quale in principio protinus curationis admoueri iussit, nempè uinum æstate per se, hyeme cum oleo. Caloris autem modum conijcies ex tẽperamento aeris, in quo uiuimus, ubi enim ualdè frigidum fuerit, humoris, qui perfunditur, calorem augebis: ubi calidum, remittes. ad calidi enim usum nunquam uenit, quocirca caloris modum augens atq; remittens, pro ambientis cœli temperamẽto uariabis. in quibus omnibus meminisse debes eorũ, quæ in uniuersum dixit, nec omnia ubiq; uelle percipere. At quę nam hęc sunt? nimirum ea, quæ in cõmentarijs in eas sententias Hippocratis, quę aphorismi inscribuntur, & in alijs compluribus, recẽsenda duximus: quorum, ubi unũ aliquid positum fuerit, omnium, quę eandem uim habent, meminisse oportet, existimare ꝗ; sermonem in omnibus accipiendum esse, quasi omnium communis sit. Sic igitur & nunc Hippocrates hyberni temporis meminit: tu uerò regionem, ætatẽ, usum, corporis naturam, reuocare in memoriam debes, nempè regionem frigidam, ętatem senilem, usum eorum, quę corpus refrigerant, corporis naturam frigidiorem. siquidem hęc omnia idem hortãtur, ac tempus, cuius Hippocrates meminit. Sed quemadmodum hyeme curationem calidiorem adhibet, sic ęstate contrà tu frigidiorem admouebis: & sicut in ęstiuo tempore, ita in ętate, regione, consuetudine, & natura corporis calida. quòd si omnia calefaciendum esse denunciẽt, calidioribus pręsidijs uteris, si refrigerandum, frigidioribus: sin alia ad calefaciendũ, alia ad refrigerãdum hortẽtur, ipsorum numerũ ac uim spectabis. sic enim maximè conuenientem calefaciendi & refrigerandi modum conijcies. H

25 *Neque vlla re quidpiam deuincies, neque aliquid impones. Scire enim licet huiusmodi vitijs, omnibus modis alienum esse pressum & onus.*

Subtrahit in hoc casu non modò eas fascias, quę primę inijciunĩ, quas ubiq; ad cõminuta & ad luxata

A luxata ossa adhibuit, sed & eas, quæ super lanam voluuntur. cuius rei causam ipse reddit, cùm inquit / huiusmodi vitijs omnibus modis alienum esse pressum & onus/. sufficit autẽ ipsis solummodò lanam imponere, quæ cum mollis sit, & leuis, oneri esse non potest. hoc autem timet. non vt qui vlceri medeatur, sed vt qui nudatis attritis´que chordis ac neruis caueat, ne distendantur.

26 *Ad hæc autem pertinent non nulla ex ijs medicamentis, quæ cruentis vulneribus inijciuntur, ea scilicet, quæ idonea sunt, quibus imposita lana vino perfusa, longiorem moram trahat.*

Medicamenta, quæ vulneribus statim inijciũtur, & in his libris, & in eo, qui de ‖ vlceribus est, ἔναιμα appellat. inter hæc, quæ longiori tempore resoluuntur, & interim, dum soluantur, perfundi possunt, admoueri potissimum debent: siquidem cõstituit, quemadmodum in tota reliqua curatione, eò spectandum esse, vt leniẽdi vim habeat. hac enim de causa neq; vinculum imponit, neque frequenter soluit. Ex medicamentis autem, quę cruentis vulneribus protinus inijciuntur, ea longiori temporis interuallo soluere licet, quæ validiorem siccandi facultatem habent, ea tamen cautione, ne ob vehemẽtem vim contrahendo lædant. Duo autem medicamẽta, quæ nota vobis sunt, gratia exempli commemorabo, leguntur enim in omnibus libris de medicamẽtorum cõpo B sitione, quales sunt duo Andromachi, & vnus Heræ, & aliorum permulti. cõponuntur medicamẽta hæc ex bitumine: alterum Barbarum, Cyzicenum alterum nominatur. hoc cùm magis siccet, quàm opus sit medicamentis, quæ cruentis vulneribus inijciuntur, obest magis quàm prosit, cùm membra contrahat, & dolorem afferat: alterum verò medicamentum idoneum est, si moderata mixtura fuerit, ex ijs siquidem nõ nulla plus iusto exiccant, & dura sunt. verum de huiusmodi medicamẽtorum discrimine in opere de compositione ipsorum fusius tractauimus. Quę post hæc ab Hippocrate scribuntur, magna ex parte plana sunt, si quæ suprà, & in commentarijs in librum hunc de articulis, & antè in eum, qui de fracturis est, prodidimus, in memoria habeâtur.

Non longe à principio.

27 *Quæcunq; autem ex ijs medicamẽtis, quæ cruentis vulneribus protinus inijciuntur, paucorum dierum sunt, vel picem accipiunt, non æquè atq; illa proficiunt, quãdoquidem vlcerum purgatio porrigitur in longius tẽpus, diutius enim madent: horum tamen non nulla utiliter deligantur. Scire autem aperte conuenit necesse esse hominẽ turpiter claudicare, quùm versus partem superiorem pes trahatur, & ossa luxata ab exteriori parte promineat. Fere enim nulla ex ijs ossibus nudatur nisi paululum quid, neq; recedit, sed cicatrix inducitur tenuis: atq; infirma, ea q; nõ nisi multum temporis cõquiescant: alioquin periculum est, ne remaneat vlcusculum, quod curationem non admittat. Sed, quod ad pro C positum malum attinet, si hac ratione curentur, seruantur: si articulus reponatur, maneat q;, in exitium præcipitãtur.*

Quæ´nam ex ijs medicamentis, quæ cruentis vulneribus protinus inijciuntur, paucorum dierum vocet, non magno negocio inuenies, si in memoria habeas, quæ in explanatione proximè positæ orationis tradidimus. patet enim eum sic appellare, quæ ex paucorum dierum interuallo soluuntur. ex interuallo autem paucorum dierum soluere conuenit, quæcunq; ex propositis infirmiora sunt: patiuntur enim in vlceribus multum colligi saniei, eo quòd non satis exiccẽt. Hæc à non nullis ex veteribus resina extrinsecus excipiebantur, quorsum nescio. multa enim dici possent: sed, quùm Hippocrates ab omnibus his medicamentis abstineat, lõgius labi operæprecium non est: in opere enim de medicamentis, quæ de his scire conuenit, omnia exequuti sumus, nunc autem, quod attinet ad proposita, satis hæc sint. Quæ sequuntur omnia præteribimus, quùm manifesta sint ijs, qui eorum meminerint, quæ antè explanauimus.

28 *Eadem ratio est, si brachij ossa ad manum adiecto vlcere, siue in interiorem partem, siue in exteriorem excedant: certum enim scire conuenit, hominem paucis diebus interiturum tali genere mortis, quale suprà posuimus, si reposita D ossa fuerint, contineantur que: sed, si nemo hæc vel reposuerit, vel reponere tentarit, longe sæpius liberatur. Cui malo mederi eádem ratione expedit, qua suprà diximus: deprauationem verò deformem reddi, ac digitos manus infirmos atque inutiles fieri, necesse est.*

Quemadmodum in crure totum id, quod inter talum & genu est, duobus ossibus contentum κνήμην appellant: sic brachium, quod inter manum & cubitum est, πῆχυν, quod similiter non ex vno osse, sed ex binis constat, quorum alterum κερκίς, id est radius, alterum grecè πῆχυς proprie nominatur, id est cubitus: quod similiter euenit κατὰ τῆς κνήμης, hoc est, in crure. commissura igitur, quæ ad manum est, commissuræ tali respondet: quæ ad cubitum, illi, quæ ad genu. Maiorum tamen partium mala, seu fractæ, seu prolapsæ sint, semper grauiora sunt. quam rem si animaduertas, exigua expositione ad sequentia indigebis.

29 *Nam digiti, vbi ossa in interiorem partem luxentur, curuari non possunt: vbi in exteriorem, extendi.*

Cur luxari dicat in superioribus ostendimus, vbi cruris ossa adiecto vlcere dixit ad pedem luxari: nunc reddere causam volo, quamobrem, cùm brachium accedente vlcere in interiorem par

tem prorumpit, digiti curuari nequeant. in hoc casu sanè accidit, vt brachij ossa ab interiori regio E ne ossibus, quæ in prima palmæ parte sunt, superinsidant, ab exteriori subijciantur, quùm prima palmæ pars tendatur à chordis, quæ ab exteriori parte ad ipsam perueniunt, sursum q; ad humerum tendunt. quod, quùm euenit, necesse est digitos versus exteriorem regionem trahi, quo fit, vt extendantur. idcirco neque flecti ex toto possunt, cùm exteriores musculi, & chordæ flectentibus renitantur. sæpius enim diximus perfici actionem non posse, nisi oppositi musculi ijs pareant, qui agere nituntur. Hinc etiam fit, vt digiti minimè extendantur, cùm brachij ossa in exteriorem partem mouentur. interiores enim musculi, & chordæ vehementer intenduntur, atq; idcirco cùm cedere exterioribus nequeant, necesse est exteriorum actio intereat. Sed & ipsorum ossium positus, cùm brachium in interiorem partem elapsum primæ palmæ parti insidet, prohibere flexum potest: cùm in exteriorem promouetur, porrectionem.

30 *Vbicunque autem cruris os ad genu cute siue in interiorē, siue in exteriorem partem excedit, quibus recōditur, maturius intereunt, quàm alij, quamuis illis quoq; vitæ periculum insitet: sed, si curationem adhibeas reponere minimum tentans, hac via tantùm spes salutis superest: hæc autem ossa eo magis periculosa sunt quàm cætera, quo superiora sunt & robustiora, & à robustioribus prolabuntur. Quòd si femoris os ad genu luxetur, vbi ponatur, maneat que, maiori vi, & citius adhuc homo absumitur, quàm superioribus casibus: si non reponatur, res longè periculosior est, quàm in superioribus: hæc vna tamen salutis spes superest.* F

Hoc etiam, & id quod proximè subdit, non parum comprobat, quæ paulo suprà indicauimus, de ossibus, & ad talum, & ad manum cute excedentibus. neque enim talus in commissura cruris, quæ ad pedem est, nudatur, neque prima palmæ pars in commissura cubiti cum manu, sed in crure ossa cruris, & in brachio similiter ossa brachij. iure igitur excedere hæc, & luxari dixit, vt, quæ extra commissuram excedant. Nunc itaque crus interdum excidere inquit ad tali commissuram, ac modò ab exteriori parte, modò ab interiori: quanquàm subdit, nō crus, sed femur luxari, id q; non immeritò, nam in commissura genu modò crus modò femur excidit, ad pedem verò crus duntaxat, sicut ad manum brachium. Cętera, quæ in hac oratione sunt, ijs patent, qui in memoria teneant, quæ superius dicta sunt.

31 *Eadem ratio est articulorum, qui ad cubiti cōmissuram sunt, nempè cubiti & humeri. Quicunq; enim ex his cùm luxantur, cute excedunt, si restituantur, omnes mortiferi sunt: sin minus, res non omnino desperationem habet, sed ijs, qui liberantur membrum remanet deprauatum: magis autem mortiferi sunt, si recondātur, articuli superiores, sed* G *& ijdem, si non recondantur, alijs similiter sunt periculosiores. Si cui ergo superiores articuli luxati, cum vlcere cute excedant, vbi restituantur, celerrimè in exitium præcipitant: vbi non restituantur, cæteris periculosiores sunt: curatio autem, quæ mihi commodissima videtur, iam exposita est. At quibus digitorum pedis, vel manus, articuli luxati adiecto vlcere cute excesserunt, osse quidem non fracto, sed ab ipsa commissura recedente, si repositi maneant, neruorum distentionis periculum impendet, nisi rectè attendantur: expedit tamen, vbi prædixeris summa cura & diligētia opus esse, eos reponere. Facillimè autem & maximè promptè, magno q; cū artificio reponuntur, si adigatur paxillus, quemadmodum suprà diximus in ossibus fractis, luxatis q;: quo facto quiescere homo debet, cubare que, & modico cibo vti: satius que est leui aliquo medicamento, quod vomitum citet, ipsum purgare.*

Meritò hic articulos dixit multitudinis numero, quemadmodum in genu: vbi verò de cōmissura, quę ad talum, & de ea, quę ad manum loquitur, non posuit articulos multitudinis numero. propositam verò nunc partem nō vno tantùm articulo contineri in tertio cōmentario in librum de fracturis ostendimus. eandem inquit rationem esse huius commissurę, & eius, quę ad genu, de qua prius tractauit: nam quemadmodum ibi modò tibiam, modò femur, excidere dictum est, ita nunc modò cubitus, modò humerus, in idē malum compellitur. Quæ sequuntur, oīa plana sunt. H

32 *Auxilium autem aduersus vlcera in medicamentis est, quæ cruentis vulneribus protinus inijciuntur: in illis scilicet, quæ perfusioni accommodantur, aut in buphthalmo herba, aut in ijs, quæ fractis caluariæ ossibus succurrunt: nihil autem induci debet ualdè frigidū. Ac primi quidem articuli minimè periculosi sunt: superiores magis periculosè læduntur. Eodem autem die restituendi sunt, vel certè posteriori, tertio aut quarto minimè, si quidem quarto die malum recrudescere maximè videmus: vbi ergo non protinus recondātur, his diebus supersedendum est, contineri enim solet, quod intra decem dies conditur. Quòd si reposito articulo neruorum distentio supernascatur, cito expelli debet, & subinde calido humore perfundi.*

Quę nam ex medicamentis, quę cruentis vulneribus protinus inijciūtur, idonea sint, quę perfundantur, anteà declarauimus. pręcipit autem, vt herbæ buphthalmi (quam πολυόφθαλμον appellat) non secus atque antè tussillaginis, quæ eandem vim habet, folia imponantur. huius quoque herbæ meminit Diocles in libro de oleribus. Totius autem curationis caput ait id esse debere, quod in libro de vulneribus capitis demonstrauit, in quo ostensum à nobis est curationem requiri sicciorem, quàm quæ in vulneribus circa articulos præsertim.

Conuenit

33 A *Conuenit item vniuersum corpus magis curuatum esse, quàm extentum: expectandum tamen est fore, vt repositi digitorum articuli abscedant, plerunque enim ita accidit, si quæuis inflammatio superueniat. Quare, nisi vereretur medicus, ne vulgo imperitus haberetur, nihil reponere prorsus deberet. Ossa igitur, quæ ad commissuras sunt, si cute excedant, vbi recondantur (sicut ostensum est) periculosa sunt.*

Extētum esse non idem significat, atq; extēdi, sicut neq; curuari, & curuatum esse. si quis. n. mēbrum extentum dicat, vnū tātùm exprimit eius habitum, rectum videlicet, qui neq; plus, neq; minus admittit: si curuatum omnes eius habitus, qui post extensionem sunt, notat vsq; ad vltimum flexum, qui quatenus maiores minoresq; sunt, inter se differunt. si quis extendi & curuari dicat, motum, qui accidit, vbi mutatur habitus mēbrorum, significabit, nempè, quùm extendi ait, eū, qui euenit in mutatione, quæ fit à summo flexu ad summam extensionem: quùm curuari, eum, qui à summa extensione rursus ad summum flexum. Nunc ergo Hippocrates curuatū, inquit, corpus esse magis conuenit, quàm extētum, verbo /extentum/ rectum habitum notans, quem solum vitandum cēset: sed, cùm ait curuatum, habitus medios inter hunc & extremum flexum significat, inter quos ille eligendus est, qui maximè accōmodatur, modò qui parum, modò qui longius ab
B extremo flexu abest. quo tempore, vterque accipiendus sit, licebit, & ex superioribus conijcere.

De Ossibus Praecidendis

34 *Quæcunque circa digitorum articulos ex toto abscinduntur, plerunq; detrimentum non afferunt, nisi, dum secantur, homo animi defectione lædatur.*

Nunc tractare incipit de ossibus præcidendis. apertè autem, sic omnia narrat, vt mea explanatione opus non sit. illud duntaxat me præfari abundè est, quòd ferè quæcunque ab ipso traduntur, intelliges, si id spectes, quod ostensum est in articulis cute excedentibus (iuniores medici ἐκβυρσώματα dicunt) dimetiendum, scilicet esse periculi magnitudinem pro magnitudine articulorum. quod sicut in illis euenit, sic & nunc in ossibus, quæ præcidūtur, euenire solet. adijciemus tamen eorum, quæ obscura videbuntur, expositionem.

35 *His autem vlceribus, quæuis curatio idonea est. Sed & quæcunq; ossa, non ad articulos, verùm ad aliquam aliam regionem præciduntur, similiter sine noxa sunt, & alijs promptius adhuc curationem recipiunt: similiter quæcunq; ossa fracta in digitis cute excedunt, non ad articulos, hæc quoq; innocenter reponuntur. Ex toto autem ossa, ad articu*
C *los, in manu, in pede, & in crure non nullis ad talum, atque in brachio non nullis ad primam palmæ partem, plerunque citra noxam præciduntur, nisi protinus anima deficiat, vel quarto die continens febris superueniat. Caro tamen corrupta, & in vulneribus sanguinem fundentibus, & in iis, quæ valētius adstringuntur, tū in ossium fracturis plus iusto compressis, in ijs item, quæcunq; vinculis violenter comprehensa fuerint, compluribus decidit, quorum plerique liberātur. Liberātur & illi, quibus in femore pars aliqua carnis et ossis decidat, & quibus in humero: sed citius adhuc & facilius ad sanitatem perducūtur, quibus aliquid in brachio & crure decidat. Quibus verò fractis ossibus aliquid protinus alienatur, & nigrescit, his cito abrumpitur: & quibus casurum est, cito cadit, quùm ossa iam cesserint: at quibus osse inuiolato nigrities accidit, his celeriter caro emoritur, os verò tardè abscedit, & quà nigrities terminatur, & quà nudatum os est.*

Curationem quamuis φαύλην dicit: quo vocabulo iam sępius ostēdimus Hippocratem nuncupare eam, quæ exquisitæ contraria est.

36 *Cæterùm partes, quæ citra finem nigritiei fuerint, vbi iam prorsus emoriantur, & dolorem non sentiant, iuxta articulos excidendæ sunt ea animaduersione, ne quid violetur: nam, vbi qui secatur, dolet, quùm non dum quà seca-*
D *tur, emortuum corpus fuerit, maximū periculum est, ne sub dolore anima deficiat: eiusmodi autem animæ defectio plurimos repente iam sustulit. At femoris os hoc modo nudatum vidi octogesimo die abscedere: crus tamen huic homini ad genu vigesimo excisum est: mihi verò propius etiā videbatur, cùm non eodem tempore, sed antè prouidendum existimarem. Cruris verò ossa, quæcunq; nudata fuerunt, circa medium omnino ex huiusmodi nigritie sexagesimo die deciderunt: curatio enim a curatione distat, quatum ad id pertinet, vt nudata ossa maturius vel serius decidant: pressus item à pressu distat, quatenus vnus altero validior est, aut imbecillior, ad efficiendum, vt neruì caro venæ citius aut tardius emoriantur: nam, quæ emoriuntur, quamuis non fuerint adstricta, non omnia ex altis ossium partibus decidunt, sed quædam ex summis. Quocirca tēpus, intra quod singula hæc soluuntur, certum definire non licet.*

Quùm dixerit necessarium esse, vbi nigrescat & corrumpatur caro, quę sita est circa ossa, vt ossibus tempore idem eueniat: atque ea de causa imperauerit, vt præciderentur: nunc præcipit, vt excidantur, ea cautione, ne integræ partes violent, ne præ dolore anima admodum deficiente homo ægerrimè reficiatur. Ad articulum autem, si fieri potest, præcidi membrum voluit ad celeritatem spectans: namque, vbi medium præcidatur, multum temporis absumitur, quùm ossa secantur, sed iuxta articulum affecta membri pars intacto osse abscinditur.

37 *Accipiendæ prorsus eiusmodi sanationes sunt, magis enim terrent, dum accipiuntur, quàm dum adhibentur: atque hæc omnia lenem medicinam requirunt, ipsa enim per se ipsa soluuntur. Est autem victus expeditissimus ille, qui febri aduersatur.* E

Hippocrates consilium dirigit, non solum ad ægrotantes, sed etiam ad medicos, vt apud ægrotantes à culpa semper vacui sint, & laudem plerunque inueniant. quamobrem mala, quæ grauia videntur, monstrat, discernit q; ab ijs, quæ verè talia sunt. in ijs enim, quæ verè grauia sunt, non tamen talia se ostendunt, monet, vt medicus se subducat: illis manum injciat; quæ grauia videntur, quemadmodum & hæc, quę nunc proponuntur. Vbi enim pars aliqua ex toto emortua sit, non amplius grauiter afficit, quæ vicina sunt. hanc si præcidas, cauens ne, dum manus curatio adhibetur, animæ defectio sequatur, malum aliud non afferes vllum.

38 *Ad hæc iusto habitu figurare corpus oportet. Iustus habitus est, vbi nihil suspensum est, nihil deorsum spectat, sed sursum magis, præcipuè donec ex toto resolutum fuerit, periculum enim est, ne interim sanguis erumpat. Quamobrem vulnera inclinari in inferiorem partem non debent, sed superiora haberi.*

Ostendimus iam sæpe /iustum/ apud Hippocratem vocari id, quod potentia æquale est: hoc autem illud est, quod vnicuique conuenit, quandoquidem & iustitiam huiusmodi quid esse manifestum est. Quod quidem ad musculos attinet, ille iustus habitus est, sub quo tam qui membrum flectunt, quàm qui extendunt, in neutram partem trahuntur: quod verò ad collocandum membrum in inferiorem, vel superiorem partem spectans, iustus habitus videri poterit, qui medius erit inter eum, qui sursum, & eum, qui deorsum spectat, hoc est qui ad rectam lineam prorsus extentus est. hic autem, vbi nullum periculum sit, ne sanguis erumpat, & facillimè ab ægrotante feratur, eligendus est. de quo etiam paulo supra tractauimus, vbi ossa cute excedentia persequuti sumus. At nunc in ossibus abscindendis, sicut dum manus adhibetur, vnum periculum est, ne præ dolore intolerabili anima deficiat: ita postquam adhibita est, vnum aliud circunstat, ne videlicet sanguis erumpat, id quod euenire solet, vbi putrescentes corporis partes resoluũtur. Constat autem habitum, sub quo membrum dependet, eruptioni sanguinis esse opportunissimum. Quantum ergo spectat ad sanguinis eruptionis periculum penitus tuto q; euitandum, præcisum membrum superius omnino habendum esset, sed quia status hic dolori est, idcirco moderatè in superiorem partẽ conuertitur. Manifestum item est, quùm in ijsdem verbis augere vellet, quod proponitur, adiecisse vocabulum /pręcipue/ quod πoτὶ dixit, quasi ita scripserit, Vbi nihil suspẽsum est, nihil deorsum spectat, sed sursum magis, potissimum, vbi putria ex toto resoluta fuerint, periculum est, ne interim sanguis erumpat. F G

39 *Namque, vbi tempus processerit, & vlcera iam pura sint, non amplius accommodatur huiusmodi status: sed ille, qui rectus est, & interdum ille, qui versus inferiorem partem inclinatur: tempore enim non nullis ossa abscedunt, & illæ fasciæ necessariæ sunt, quæ primæ injciuntur.*

Non secus, atque vbi sanguinis eruptionem cauebat, rectum membri statum, quamuis medius & iustus esset, eatenus in eum, qui sursum spectaret, conuertebat, quatenus membrum sine dolore excitabatur, nunc quoque præcipit, vt membrum moderatè in inferiorem partem inclinetur, vt sanies effluat. quandoquidem, vbi nullum periculum est, ne vel sanguis erumpat, vel propter consortium aliqua pars afficiatur, vel inflammatio superueniat, atq; vlcera iam pura tantum modò ad cicatricem perducenda sunt, danda in primis opera est, vt nec pus, nec sanies aliqua tenuis tunc subsidat, sed omnia exitum habeant. At si qua ibi pars sinuetur, hoc enim accidit sub sanie, quæ illas partes erodit, dum nos cauentes ne sanguis erumperet, membrum sublime habuimus, ad fascias veniendum erit, quæ primæ injciuntur, quibus sinus coerceatur. Vinciẽdi autem ratio in eo casu contraria est illis omnibus, quæ suprà dictæ sunt, in quibus fasciæ ab inferiori parte orsę in superiori terminantur: sed in propositis affectibus, vbi eò consilium tendit, vt pus excernatur, à superiori parte incipiũt, et deorsum versus intendẽtes paulo supra os ipsius sinus finiunt, vt quicquid in imo sinu residet, sub hac vinciẽdi ratione exprimatur, & ore aperto protinus euadat. H

40 *In his autem procedente tempore expectandæ sunt deiectiones cruentæ, cùm plerisque & ex nigritie, & ex sanguine ab vlceribus fuso, cruentæ deiectiones superueniant. Fiunt autem plerunque, vbi nigrities & sanguinis eruptiones solutæ sunt.*

Cruentam deiectionem Hippocrates δυσεντερίην vocauit: quo nomine vsus videtur, non vt exulcerationem intestinorum, queadmodum pleriq; medici, sed vt cruẽtas intestinorũ deiectiones significaret, sic, vt, vbi propter iocinoris imbecillitatẽ cruentum descendat, id quoque vitium δυσεντερίη appelletur, quod à medicis vsurpari ac dici nouimus. sæpius q; hoies ita affectos medentium inscitia perijsse vos non latet: interdum enim, quùm propter deiectiones acres, principio quidem pinguedo, processu temporis quędam strigmenta, quę ab intestinis deraduntur, vnà

excernantur,

A excernantur, plerique medici neglecto iocinore, vlceri duntaxat intestinorum medentur, atque idcirco ęgrotantes pręcipitant. Est ergo morbus & iocinoris imbecillitas, & vlcus intestinorum: cruenta verò aluus communiter superuenit non propriè causis propositis, quum intestinorum venis præ sanguinis copia adapertis, cruentum dejciatur, sic, vt similis affectus sit, atq; vbi ora venarum nō in ano, sed in intestinorum anfractibus, aut ad initium recti intestini longè ab ano aperiuntur. Permultos autem videmus experiri hoc malum, quibus mēbrum excisum fuerit: qui verepentè vehementes exercitationes omiserint, quibus ante assueuerant, quum non nulli certarent, alij foderent, vel quid huiusmodi laboriosum vitę genus sequerentur. nam, nisi quemadmodum exercitationi, ita aliquid dempserint, cibi aut potionis abundātiæ, qua vtebantur, dum exercerentur, non nullos celeriter inuadunt ea mala, quę à multitudine fiunt: alijs, qui minus aduersa fortuna vtūtur, aluus cruenta dejcit, quam rem Hippocrates proposuit, δυσεντερίας vocabulum vsurpans, quo (vt retuli) cruentam deiectionem significat. Quosdam ego iam vidi, quos sanguinis per nares eruptio liberauit: alios, quos tentauit cholera: his autem omnibus æquali ferè temporis circuitu sanguis effunditur. languentes enim repentè exhausti, refrigerati que, in posterum victus ratione curiosa non vtuntur, sed rursus inordinatè viuunt, rursus multitudinem colligunt

B priori æqualē & ęquali tpe. Horum ergo affectuum cōem causam in multitudinē referemus, quę adapertis venis, vel in naribus, vel in ano, aut intestinis eijcitur. colligitur aūt multitudo in illis, q liberaliter, vt soliti erant, cibū sumunt, sed sanguinem, quem ex assumpto alimento cōtraxerunt, minimè absumunt. Ad cōmunem horum affectuum rationem spectat, quod ab Hippocrate proponitur: quibus enim aliquod membrum abscissum fuerit, alimētum, quod ante transferri ad ipsum solebat, in venis coit, & sanguinis multitudinem producit. Hos itaque omnes monere oportet, vt minus cibi capiant, quàm ante, is que infirmior sit: subinde aluum ducant, et quantum possunt, exerceant: multam frictionem adhibeant: à cibo non lauentur, sed antè sæpius: rectè autem consulent, si digerente aqua vtantur, vbi eius copia fuerit. Hæc præter propositam rem adieci, quum tamen ab re non sint. Cur autem non nullis, quibus copiosè sanguis effunditur, aliquo interposito tempore cruēta deiectio superueniat, adijcere sermoni oportet. Fit ergo in his, vt ob vehementem sanguinis profusionem corpus refrigeretur, atque idcirco minus quàm ante per cutem exhauriatur, quod verò non exinanitur in corpore subsistēs sanguinis multitudinem auget: quæ (vt supra ostensum est) efficit, vt, vel cholera superueniat, vel sanguis per nares erumpat, vel αἱματώδης δυσεντερία sequatur (ita enim appello clarioris doctrinæ gratia) hoc est, cruen-

C tum dejciatur. Proficiscitur autem huiusmodi deiectio ex multitudine sanguinis, quem natura tentat magis ob virium robur, quàm ob infirmitatem, expellere: quæ res contrario modo se habet, quàm in iocinoris affectibus, in quibus sanguis per intestina ob visceris imbecillitatem descendit. Quòd si per ora venarum, quæ ad anum, intestina, aut nares pertinent, natura, quod superat exinaniret, benè ageretur cum eo, cui hac via multitudo detraheretur: vbi multitudo non recipitur his locis, sed ad thoracem vel pulmonē confluit, malum iam graue est: alterutrum enim, vel pulmonis inflammationem, & lateris dolorem, vel sanguinis sputum, superuenire necesse est.

41 *Magno autem impetu concitantur, sed nec diuturnæ sunt, nec mortiferæ: nam neque homo valdè propter cibi fastidium abstinet, neque alioquin exhauriendus est.*

Adiungit hæc Hippocrates, non vt historiam conscribat eorum, quæ sic affectis euenerunt, quemadmodum Thucidides, vbi pestilentiam illam recenset, sed vt cruentas has deiectiones distinguat à torminibus, quæ alijs de causis accidunt. Quare hęc, quamuis ad propositū opus propriè non pertineant, exponere tamen alienum non fuerit, quùm medici complures morbos, sub

D quibus sanguis dejcitur, discernere: non possint. non nulli enim existimāt vbiq; cruentam deiectionem ex intestinorum vlcere prouenire, quos magnopere animus fallit. Sanguis itaq; quùm ab ore venarum, quæ in ano sunt, funditur, neque laborantes ipsos latet: sed vbi cruenta deiectio à superiori parte ad anum feratur, quædam protinus à principio descendit, quædam præcedente aliquo tali. Quòd si repente cruor multus dejciatur, scire conuenit, adapertum esse os venæ natura id, quod pondere molestum est, depellente, cuius generis est, quam nunc Hippocrates proponit, cruenta deiectio, quæ magno impetu concitatur, & cito quiescit, preterquàm quòd homo ob cibi fastidium non admodum abstinet, sicut quando ob iocinoris imbecillitatem aluus cruenta est. quanquam raro initio, quùm iecur afficitur, huiusmodi aluus se ostendit: plerunque enim à principio tenuis sanies cruenta dejcitur aquæ similis, in qua lota caro sit: interdum tamen incipit iocinoris affectus cum subita sanguinis deiectione, vbi videlicet visceris imbecillitati sanguinis multitudo accesserit: post principium verò vtrouis modo res accesserit, & æger maximè cibū fastidit, & sanguis modò purus & non multus, modò flauę bili immixtus simul, cum derasa intestinorum pinguedine dejcitur, posteà quasi fęx sanguinis descēdit, vbi iecur iam pessimè habet. Sub huiusmodi ergo deiectionibus, præsertim vbi aliquid bilis admixtum fuerit, quædam ipsius

intestini partes excernuntur, quæ, quùm deradantur, ξύσματα vocant. nam, quæ per intestina E descendunt, eo quòd acria sint, summam ipsorum partem eradunt. in quo casu quanta maximè potest, abstinentia imperanda est: sed ijs, qui superantem sanguinem deijciunt, conuenienti modo cibus dari debet, quùm iecur valeat, & possit ipsum conficere.

Qva ratione Femvr in Coxae cavvm reponatvr

42 *Vbi femur à coxa elabatur, si in interiorem partem venerit, hac via restituendum est.*

Reprehendunt Hippocratem, quòd ponere tentet femur à coxa prolapsum, quùm iterum protinus elabatur, primò quidem Ctesias Gnidius eius cognatus, nam ipse quoque ex familia fuit Asclepiadarum: post Ctesiam verò alij nõ nulli. Sed, quùm hæc omnia duplici via iudicentur, altera, cùm ipsis oculis comprehenditur, quod requiritur: altera, cùm non expectato longo vsu aliquid demonstramus, iudicio ex ipsius natura sumpto: nos quoque vtráque via iudicabimus. Natura igitur rei sic habet. In hac ipsa commissura ligamentum rotundum validissimum F inclusum est, quo summum femoris caput altissimis atque intimis caui partibus innectitur, ita, vt quis, licet ligamẽtum ipsum nõ viderit, possit ex hac narratione intelligere id breue esse. nam, cùm femur semper conuertatur, quod Poeta retulit, cùm ait, in coxa conuertitur: nec vnquam caui oris excedat: necesse est ligamentum breuissimum esse. Hoc ipsum igitur, dum naturaliter habet, excidere femur non patitur. Potest autem non abrumpi solum, sed & ob humoris copiam in cauo collectam præter naturam adeò extẽdi, vt sinat femur sua sede moueri: quod vbi accidat, quamuis statim positum fuerit, non poterit suo loco manere: nam, quùm cauum deuexum sit, onus verò totius cruris, quod appenditur graue, leui momento rursus suo loco excedet, si quis in ingressu tentet paulo celerius moueri, vel aliquid transgredi, quod ob pedes fit, ita, vt si quis æquali solo paulum moueatur, hoc modo fortasse tueri naturalem positum assiduè poterit. sed videtur id fieri minimè posse, nam si non ad alium vsum, certè quùm lauatur, cogetur homo pedẽ magis attollere, vt ingredi in labrum possit. Hoc igitur pacto rei natura monemur, vbi ligamentum abrumpatur, femur repositum in sua sede contineri non posse. Sed & illud verè adijceretur, quod commissura genu ab exteriori parte neruosis quibusdam ligamentis continetur: femur verò hoc vno, neque vllum aliud habet tale, quo cõmissura ab exteriori parte illigetur, sed nec musculos etiam, qui non parum quoque conferunt ad continendos articulos, ne procidant, præsertim vbi boni habitus fuerint ac validi. Quamobrem athletis, quamuis in palæstra vehementiores ictus patiantur, cadant, distendantur, contorqueantúrq; ad articulos, nihilo minus membra non luxantur, eo quòd validis & grãdioribus musculis vndique circundentur. Scripsit etiam G

Se.1.t.27.156.f. Hippocrates ‖ inter initia huius libri, bobus potissimũ coxæ articulũ luxari, vbi senes sunt, & graciles. Femur igitur abrupto ligamẽto, quo continebatur, etiam, si in suam sedem collocetur, manere non potest, ijs præsertim, qui graciliores fuerint. Spectemus deinceps, si ligamẽtum humoris copia relaxatum excidere femur sinat, id'que reponatur, quid futurum esse credibile sit. mihi quidem, & in hoc casu res manifestissima videtur. namque, vbi idem humor maneat, similiter erumpet: sed, si inarescat, ad naturalem firmitatem reducetur. femur verò ob humorem excidere, & ipse Hippocrates docet, qui in sententijs illis, quæ Aphorismi inscribuntur, sic inquit,

6.Aph.59. Ex. or.153.f ‖ Quoscunque coxæ dolor exercet, his si coxæ articulus excidat, & rursus recondatur, mucci superueniunt. muccis autem in commissura collectis, hoc est, glutinoso humore, madefit ligamentum ac relaxatur. Nihil autem interest, seu ligamentum, seu neruus illigans vocetur: quæcunque enim ligamenta neruorum exemplo rotunda sunt, ab ijs, qui in incidendis corporibus versantur, vocari solent nerui illigantes. Sed & nos quoque femur hac de causa luxatum bis iam restituimus, neque amplius posteà procidit. diu autem oportet siccantibus medicamentis commissuram circundare, dum neruus illigans abunde siccetur, ne amplius ita extendatur, vt femur oris caui possit excidere, sed intus in naturali situ ipsum contineat. Manere autem interdum femur, vbi repositum fuerit, idoneus testis est Heraclides Tarentinus, homo, qui nec, vt sectam comprobet, mentitur, sicut soliti sunt rationalium plerique, nec medicinæ vsus est expers, sed optimè, vt quiuis alius in medendo exercitatus. Audiamus ergo, quæ ab ipso traduntur in quarto libro de ratione curandi ea, quæ sunt extrinsecus. sic autem ad verbum habent: Errãt, H

» qui censent femur repositũ non manere, quòd abruptus sit neruus, qui ad coxã ipsum alligabat, cùm
» in vniuersum rem negent. neq; enim Hippocrates, Diocles, Philotimus, Euenor, Nileus, Mol-
» pis, Nimphodorus, & alij non nulli de restituendi ratione tractassent. Sed & nos quoque id con-
» sequuti sumus, vt duos pueros sanaremus, quibus sepius, et magis quàm ijs, qui ętate iam robusta
» sunt, excidere articulus solet. Rem igitur ratione iudicare non oportet: sed, quùm interdum

maneat,

« A maneat, existimare non semper neruum abrumpi, sed relaxari, & iterum contrahi: quoniam expe
« dit hoc requirere, quanquàm non omnino commune est/. Adiecit hoc Tarentinus in fine orationis, vt quam profitebatur Empiricorum sectam tueretur, quorum ea sententia est, vt in iis, quæ ita manifestè apparent, vt inde proferre vtilitatem ad artem iam possimus, inutile sit causam quærere. Sed & post Heraclidem multi alij ex iunioribus restitutum à se femur perpetuò seruatum esse in sua sede testantur.

43 *Hæc quidem restituendi ratio bona, iusta, & secundum naturam est, per quam subito ferè ad finem peruenitur, si quis ostentationi studeat. Homo per pedes ab eo ligno grandiori, quod transuersum ab vno pariete domus ad alterum peruenit, vinculo suspendatur, firmo, molli, lato que: pedes autem habeat quatuor digitos, aut minus etiam inter, se distantes: vinciatur item super genua loro lato ac molli, quod ad propositum lignum adducatur.*



A Lignum grandius.
B Homo à ligno, vinculo suspensus.
C Homo rectus assistens corpori suspenso se appendens.

Qui cum ostentatione aliquid efficiũt, ab atticis κομψεύεσθαι, dicuntur, quemadmodũ nunc ab Hippocrate, qui ostentationem exprimere volens vsus est verbo κομψευόμενος. nam & anteà, ‖vbi hominem super scalam re- Sect. 3. t. 27.
supinauit, ad id præsidium eos venire dixit, 171. a
qui vulgo videri volunt magnũ aliquid moliri. id tamen scripsit, quia viderat multos sui sæculi medicos, qui eo minùs rectè vterẽtur. ita etiam nunc ostendere voluit, qua via crure per scalam optimè extento femur reponatur, qua vti fortasse non erit ab re, vbi non sit scamnum, de quo posteà tráctabit. Præcipit igitur, vt scala, super qua homo loris alligatus fuerit, suspendatur à ligno grandiori, quod transuersum ab vno pariete domus ad alterum pertinet, μεσόδμην vocat. id videre licet in magnis diuersoriis, vbi iumenta habentur, & ruri similiter in ædibus rusticorũ. Vult ergo pedes ad tignum sursum spectare, caput verò deorsum versus non multum recedere à terra, ita, vt ille, qui articulum reponit, stans ad reponẽdum, suis vti manibus possit, quomodo in sequentibus docebit.

44 *Sed affectum crus duobus digitis magis quàm alterum extendatur, caput verò recedat duos cubitos à terra, vel paulo plus, aut minùs: brachia deligata sint ad latera molli aliqua re: quæ omnia parãda sunt homine resupinato, vt quàm minimo tẽpore suspensus maneat.*

Partibus, quas commemorauit, quomodo iniicienda vincula sint, apertè exposuit. Illa igitur, quibus affectum crus appenditur, robustiora esse voluit & mollia, id que nõ iniuria, cùm tota intentio ad ipsius curationem adhibeatur, ea ratione, quæ communiter requiritur in luxatis omni-
D bus reponendis. Igitur femoris caput, quùm cauo excidens in interiorem partem eruperit, à musculis, qui ibi sunt, attractum primò in inferiorem partem attrahẽdum est, vnà scilicet cum femore: deinde in exteriorem impellendum: cum que è regione sui caui collocatum fuerit, tunc vel solis musculis committendum est, vel simul etiam adurgendum. Sępiùs autem diximus, musculos naturalem vim habere, qua ad sua principia contrahuntur. Attrahũt igitur simul & femur, quod attractum suo capite in cauum coxæ coniicietur.

45 *Homine iam suspenso peritus aliquis, & non imbecillus traiicere manum debet inter femora eius, qui curatur, collocare que brachium inter caput femoris luxati, & eam regionem, quæ inter anum & naturale media est: tum traiectam manum altera prehendere, & rectus assistens repentè corpori suspenso appendi, ita, vt sublimis maximè æqualiter suspendatur. In hac reponendi ratione omnia secundum naturam sunt: nam corpus ipsum suspensum suo pondere deorsum versus extenditur: is, qui appenditur in inferiorem partem extendit, & femoris caput excitari cogit è regione sui caui, simul que osse brachij ipsum vrget, trudit que, sic, vt in pristinam sedem reuertatur. Necesse autem est aptissimè vincula iniicere, ea animaduersione, vt is, qui appenditur, validissimus sit.*

Solet Hippocrates eam regionem, quæ est inter inguen vtriusq; cruris nuncupare πληχάδα
cuius

cuius mediũ περίναιον vocat, quæ ab initio naturalis ad anum pertinet, quà ceruix vesicę sita est. E
Inter hanc itaque regionem, quam πληχάδα nominat, in medio eius in longitudinem, & caput femoris, iubet, vt, qui trahit femoris caput, manum demittat, cum qua alteram cõiungat, sicut ipse aperte declarauit, atq; ita suspendatur. quo fiet, vt femoris caput, nõ solùm trahatur, sed in exteriorem commissuræ partem impellatur, vt è regione caui, quod in coxa est, collocetur.

46 *At (quemadmodum suprà narrauimus) homines plurimum natura inter se differunt, quantum ad articulos attinet facilè vel vix restituendos. Quamobrem plurimum differãt, diximus, quà de humeri capite: nam femur quibusdam absque vlla præparatione reuertitur, siquidem leui adhibita intentione, & exiguo motu, manibus in suam sedem compellitur.*

Antè κιγκλισμὸν masculino genere dixit, nunc fœminino κίγκλισιν, quod vocabulum διακίνησιν, id est exiguum motum significat: quoniam verbũ διακινῆσαι mutuatur ad id significandum, quod leuiter dimouet, cuius meminit, cùm tradidit qua ratione luxata maxilla reponeret.

47 *Compluribus etiam, quùm crus ad commissuram hanc flecterent, circumactus iam articulus reuersus est: sed plerunque non paret cuiuis præparationi: quamobrem, quæ ad singula efficacissima sunt, in vnaquaque arte scire conuenit, & ea vbique adhibere, quæ accommodata videbuntur. Suprà extendendi modos diximus, vt quilibet eo vtatur, cuius copia sit: oportet enim præstanter ab vna parte crus extendere, ab altera corpus: nam, si bene extendamus, femoris caput è regione sui caui excitabitur, quod, vbi sic excitatum fuerit, non facilè prohiberi poterit, quo minus in suam sedem reuertatur, ita, vt iam quouis modo impellere ac dirigere abundè sit. Sed minùs extendunt, quàm par sit, idcirco maiori negocio reponunt.* F

Vbi crus ad inguen curuatur, femur vniuersum suspenditur: in qua actione prolapsu m femoris caput dimouetur, circumactum'que restitui non nunquam solet. Quid sit circumagere, quod accidit, vbi prolapsus articulus, vel qui in latum scapularum os inseritur, vel qui in coxam restituitur, ipse in superioribus declarauit, vbi docuit non posse articulum in his cõmissuris suo loco paululum excedere, vt ad cubitum, ad manum, ad genu, ad talos. nam, cùm & femoris caput rotundum sit, & orę caui in quo recipitur in orbem, nullo pacto fieri potest, vt caput partim in cauo sit, partim extrà, vel oræ caui hæreat, quoniam vbi primùm voluetur, vel intrò reuertetur, vel excidet. Igitur quia paruo momento in vtramuis partem caput compellitur, hoc quod fit circumagendo fieri asserit. G

48 *Non solùm autem pedibus iniicienda vincula sunt, sed etiam supra genu, ne hoc magis quàm coxæ articulus vinculo intendatur: sic itaque extendere à pedibus conuenit. Verùm, vbi altera parte vis adhibetur, non solùm circa pectus & alam iniecto laqueo in contrariam partem attrahere debemus, sed lorum longum, duplex, validum, molle, inter anum & naturale demittere, à posteriori parte ad spinam, à priori iuxta iugulum adducere, & religare, atque ita in diuersa contendere, alijs ab vna parte, alijs ab altera ducentibus. Animaduertendum autem, ne lorum, quod inter anum & naturale demittitur, super femoris caput extendatur, sed inter femoris caput, & eam regionem, quæ inter anum & naturale media est. Dum intentio adhibetur, femoris caput in exteriorem partem propellendum, pugno ipsi inhærente: vbi, qui extendit, suspenditur, vna manu traiecta, & alteri iuncta, simul & extendere debet, & in exteriorem partem vrgere: sed alius ad genu femur in interiorem partem leuiter dirigat.*

Vbi homo per pedes appendatur, capite deorsum spectante, omnes articuli extenduntur. At propositum est eum solùm extendere, qui ad inguen est. Iure igitur super genu vinculum iniicit, quod femur sursum extendat. nam, si permittamus attrahi crus solùm à vinculis, quæ infra genu sunt, fiet vt genu, non minùs, imò magis quàm coxæ articulus extendatur, quùm propiùs sit vinculis sub se extendentibus. H

49 *Suprà etiam diximus expeditissimum esse iis, qui in frequenti ciuitate medentur, lignum habere quadratum, sex cubitorum, aut paulo longius, latum cubitos duos: cuius crassitudo si dodrantem impleat, abundè est.*

Sect. 2. t. 49. 7ª. 238. b In opere de || fracturis huius machinamenti meminit, ita, vt huic quoque testimonio innitantur, qui aiunt compositum fuisse principio ab Hippocrate librum vnum, inscriptum'que /de officina medici/, deinde in duos diuisum ob magnitudinem, eius'que priorem partem inscriptam /de fracturis/, alteram verò /de articulis/. Quale autem strui velit machinamẽtum hoc, manifestum est iis, qui id viderint, quod scamnum Hippocratis nuncupatur, sic enim ex multo iam tempore à medicis appellari consueuit. Plærique autem formulas paruas habent, ad eius exemplum fabricatas. Sæpissimè verò adhibetur, articulis'que restituendis per se abundè est. si quis autem velit aliis quoque vti, est πολύσπαστον, ita appellatum, quòd multis orbiculorum circuitibus, facilitatem præstet, quod iterum facientibus maximè idoneum est. refertur autem ad Archimedem auctorem. In vrbibus verò nõ alienum est Fabri vel Andreæ organum, vbi erecto

opus

A opus est: vbi plano, scamnum hoc Hippocratis præcipue aptatur, quod a non nullis ex recentioribus medicis varie iam struitur, sicut machinatio spathæ, quæ in summo capitulum habet rotundum ac leniter cauum. Deinceps igitur ad organi structuram, quæ ab ipso traditur, animum aduertite, ea, quæ Hippocrates scribit, iis, quæ in scamno inspexistis accōmodantes: hæc enim, sicut antea quoq; dictum est, sola monstratione aperiuntur. Equidem iis, qui apud me librum legunt, rem facile demōstro, organo iuxta collocato, sæpe ipso magno, sæpè paruo aliquo, ad magni exēplum fabricato, cuiusmodi ad hunc tantum vsum paramus, vt ostendere legentibus possimus, quum per tales formulas nequeant articuli in suam sedem vrgeri. nunc autem monstrari hæc minime possunt: sed exponere licet, si quid ex verbis Hippocratis obscurum sit: quod & in superioribus feci, & nunc etiam faciam.

50 *Excauetur præterea hinc atque hinc in longitudinem, ne machinamentum iusto sublimius sit.*

Hinc atq; hinc/ dixit ἔνθεν καὶ ἔνθεν, quod accipit pro a dextra parte, & sinistra. id vel eo patet, quod adiicit /in longitudinem/ quod idem significat, atq; longum. nam si excauari voluisset supra à capite, vel infra à pedibus, transuersum potiùs dixisset, non in longitudinem. Mens autē
B totius orationis huiusmodi est, quam non ab re est perspicuitatis causa nō longe à verbis recedentem exponere. Excauetur præterea hinc atq; hinc in longitudinem ligni: id q; cauum eam altitudinem habeat, quæ ad impellendum accommodatur, ne machinatio iusto sublimior sit. Verbum /iusto/ ipse scribit τὸ καιρὸν, græci enim ita dicunt, & interdum etiam τὸ προσήκοντος. quod /debito/ significat. Ergo altitudo caui tanta esse debet, vt vectis, qui ad impellendum aptatur, illis inhærere, atque obiici possit.

51 *Postes item ab vtraque parte adiiciantur, breues, robusti, qui axes contineant.*

Nominat axes ὀνίσκους: postes verò, quæ sunt ligna, quibus axis sustinetur, σανίδας. hæc magno ligno adiici voluit, ab vtraq; parte, a superiori scilicet & inferiori. Religantur autem ad axes extrema laqueorum, qui quo tempore conuenit in diuersa diducere, laboranti iniiciuntur.

52 *Satis autem est in dimidio ligno, nihil etiā prohibet in toto, paruas quasi fossas quinque aut sex excauare, quæ palmum inter se distent, & trium digitorum latitudinem atque altitudinem æquent.*

Fossas dixit κατίτες, quod verbum non pauci ex veteribus græcis in eandem significationē
C acceperunt. id mutuatur nunc Hippocrates translatione vsus, ad ea caua significāda, quę in scamno ea de causa fiunt, vt illis obiici vectes possint: quæ caua præcipit, vt in altera ligni parte magis, hoc est in inferiori, exculpant. nihil ēt (inqt) prohibet, quin in superiori quoq; parte sint. quanq̄ non necesse est, hoc siquidē machinamentū, quod nunc exponimus, non solum ad coxæ articulū pertinet, sed & ad vertebras quocūq; modo luxatas, & ad humeri caput reponendū. Cōplura aūt sint caua hæc oportet, quādoquidē, qui curant, ætate, magnitudine, & vniuerso corporis habitu, inter se differunt. q̄ magna esse debeant, & quantum inter se distare, ipse euidenter exposuit.

53 *Medium insuper lignum altè in quadratam figuram trium digitorum excauetur, in quod cauum, vbi opus esse videatur, defigatur lignum, quod cauo conueniat, & superius teres sit. Figatur autem, quum ad rem pertinere uidebitur, medium inter femoris caput & eam regionem, quæ inter anum & naturale media est: quod lignum extans corpus sequi non permittit, quum a pedibus trahitur: interdum enim hoc sufficit, absque intentione, quæ, vt membrum in diuersa diducatur, a superiori quoque parte adhibetur. Interdum autē, vbi crus ab vtraque parte extendatur, lignum hoc versus hanc uel illam partē laxū demittitur, vt femoris caput in exteriorem partē impellat: hac enim de causa & caua exculpta sunt, vt cuneus, vel vectis ligneus, in quod expeditius sit demissus, aut iuxta articulorū capita, aut ipsis prorsus inhærēs, eodē momento impellat, quo intētio adhibetur, seu in exteriorē partē, seu in interiorem impellere opus sit.*

A Lignum sex cubitos longum, latum duos, crassitudinis nouem digitorum.
B Quatuor ligna, pedem longa, extremis partibus rotunda.
C Axes habentes in medio clauos, & in extantibus capitibus manubriola ductaria.
D Fossæ, quarum altitudo tres digitos æquat.
D E Priapiscus superiùs teres, demissus in medium lignū altè in quadratam figuram excauatum.
F Duo postes.
G Transuersum lignum in speciem gradus.

Scānum Hippocratis.



Excidi

Excidi voluit in ſcamno quoddam cauum,quo recipi id lignum poſſit,quod erectũ collocan- E
dum eſt,inter prolapſi femoris caput,& eam regionem,quæ eſt inter anum & naturale. Cur autẽ
lignum hoc,dum extendimus,adhibendũ ſit,ſicut cætera omnia,quæ deinceps ſubdit, ipſe aper-
tè indicauit: ob eos tamen,qui hebetioris ſunt ingenij,verba hæc aperire aliquantulum non gra-
uabor. Hoc igitur lignum,quod erectum collocatur inter caput femoris prolapſi, & eam regio-
nem,quæ media eſt inter anum,& naturale,renixus cauſa obiicitur, quùm ab inferiori parte crus
extenditur. ſæpiùs enim oſtendimus,vbi membrum extenditur,niſi à contraria parte tendatur,ſe
quente ægro intẽtionem reſolui. Tenditur autem & per laqueos ſuperioribus partibus iniectos,
ſed firmitatis cauſa lignum hoc adhibet, quo non nunquam minùs firmiter hærente ad impel-
lendum vtitur.

54 *Ac ſeu teres vectis eſſe debeat,ſeu latus, alius enim alij articulo conuenit, huiuſmodi impulſus, ſi intentio quoque
accedat,ad omnes crurum articulos reponẽdos efficaciſsimus eſt: propoſito autem articulo vectis teres accomodatur.
Quòd ſi per hoc machinamentum vis adhibeatur, fieri non poſſe exiſtimo, vt aliquis ſit articulus,qui non reponatur.
Reperiet quis & alios reponendi huius articuli modos.*

Ipſe deinceps oſtendet tereti vecte tunc vtendum eſſe, quùm femur in interiorem partem im- F
pellitur,quod nunc inſtituit,quùm femoris caput in interiorem partem prolapſum reponat: nã,
ſi in exteriorem luxatum ſit, latum vectem admoueri iubet. Nunc quidem præcipit, vt medium
inter caput femoris prolapſi,& eam regionem,quæ eſt inter anum & naturale, inſeramus, cone-
mur'que ſublimiùs paulo,quàm femoris caput demittere: ſed,quùm in exteriorem regionem ar-
ticulus veniet,vbi ſatis ſpacij eſt,latus vectis firmiùs obiicietur, quod ipſe paulo infra oſtendet,
vbi aget de ipſo ſeparatim.

55 *Nam, ſi magnum hoc lignum medium duos poſtes habeat pedales, eius altitudinis,quæ idonea videatur, ab vtroq;
latere vnum: tum ſuper hos duos poſtes tranſuerſum lignum in ſpeciem gradus ſtatuatur: deinde integrum crus inter
poſtes traiiciatur: quod læſum eſt, ſuper gradum commodè collocatur, ſuper que aptatur, qua articulus excidit. Gradũ
verò iuſto ſublimiorem ſtabilire oportet: & multiplicem veſtem, prout conuenire videbitur, corpori ſubiicere.*

Poſtes nominari ab Hippocrate,non ea ligna tantùm,quibus axis ſuſtinetur,apertè ex hac ora
tione colligitur. in media enim regione longitudinis totius ſcamni ſitum eſt lignũ tranſuerſum,
quaſi gradus,quod à dextra parte ad ſiniſtram pertinet,ſuper quod crus,quod luxatum eſt, exten G
ditur,non ſimpliciter,ſed cum altero ligno alligato, quod in longitudinem à ſuperiori parte cru-
ris ad inferiorem porrigitur,ita,vt ſuper gradum crus cum eo ligno cogatur. Conſtat autem inte
grum hominis crus ſuper gradum habendum eſſe inter φλιάς, ſic enim vocauit poſtes, ligna in-
telligens,quæ gradum ſuſtinent, quorum vtrinq; vnum ſtruit in ipſo ſcamno. Hippocratẽ verò
vſum translatione à portarum poſtibus ita nominare ligna,quæ in ſcamno ſunt,perſpicuum eſt.

56 *Poſt hæc lignum,quod conuenientem latitudinẽ habeat,& longitudine vſque ad talum perueniat,cruri ſubiicien-
dum,ſic,vt vltra caput femoris,quantum poteſt,feratur: cruri que alligandum,quot locis opus eſſe videbitur.*

Lignum alligandum eſſe ad totum crus,ſuprà etiam oſtendimus, ſed nunc ſuperiorẽ ligni ex-
tremitatem,ſuperiorem capite femoris collocandam exiſtimat, adiiciens orationi /quantum po-
teſt/ ſiquidem, quod nunc fieri iubet,difficillimum eſt,niſi ea pars longi huius ligni,quę inguini
hęret,humilior ſtruatur: quę ſpectat in exteriorem partem,ſublimior: nam,ſi ęquale ſit,parem q;
altitudinem habeat,difficile admodum fuerit ipſius ſummitatem ſimul in inguine ſtabilire, & ſu
periorem femoris capite demittere. H

57 *Quo facto,dum crus intenditur, vel per lignum,quale piſtillum eſt, vel per aliud ex iis, quæ idonea ad extendendũ
ſunt, ſimul oportet crus cum alligato ligno ſuper gradum deorſum compellere, & ad coxam ab aliquo hominem conti-
neri: hac enim via femoris caput intentionis vi e regione ſui caui ſuperiùs collocabitur, & ſimul ob impulſum in ſuam
ſedem trudetur. Quæ cogendi rationes validæ ſunt: & ſi rectè admoueantur, vitium ſuperant: ſed (quemadmodum
antè dictum eſt) articulus hic, imbecilliori vi, & plærunque quauis præparatione in ſuum locum reuertitur.*

Femore ſuper gradum extento prolapſus articulus humilior redditur: quæ res ad reſtituendũ
aptiſſima eſt,nam ſic ora caui humilior femoris capite cõtinetur. Sed,quùm elapſus articulus,niſi
caui ora ſuperior ſit,reponi nequeat, vbi ſublimior fuerit, optimum erit humiliorem collocare,
atq; ita extendere. Cęterum laquei,quibus crus extenditur,religandi ſunt,vel ad lignũ, quale pi-
ſtillũ eſt,cuius ima pars firmiter in pauimento oppoſitæ moræ obiiciatur: vel ſi huiuſmodi ligno
vti ad intendendum nolis,lori capita ad axem,qui in ſcamno à pedibus eſt,vinciẽda. id enim ſibi
voluit,quùm ait /vel per aliud ex iis,quæ idonea ad extendendum ſunt/, /ex iis/ intelligens, quæ
propoſita ſunt diuerſa à ligno,quale piſtillum eſt. Quæ ſubiicit in hac oratione manifeſta ſunt.

At vbi

58 A *At vbi in exteriorem partem femoris caput exciderit, ab vtraque parte, quomodo ante diximus, extendendum eſt: ſed impellendum per latum vectem, ſimul que dum intentio adhibetur, ab exteriori parte in interiorem vrgendum: ac vecte ad clunem ac paulo ſupra accommodato, & ne corpus cedat, aliquo interiore parte clunem repellente, vel manibus, vel alio huiuſmodi vecte ſuperimpoſito, qui cauo illo, quod magis in rem erit, admouatur: femoris item luxati, quod ad genu eſt, ab interiori parte leniter in exteriorem cogendum. Suſpendere tamen, vbi articulus in hanc partem exciderit, alienum eſt, quandoquidem cubitus illius, qui appenditur, articulum a ſuo cauo reduceret: impulſus autem per ſubiectum lignum videbitur alicui ad hoc genus luxati pertinere: in quo caſu ab exteriori parte accommodandum eſt. Quid plura? ſi commode recte que extendamus, recte item impellamus, quis articulus ita luxatus non reuertetur?*

Si crus valenter extendatur, non neceſſe erit per lignum impellere: manibus enim prehendentes femoris caput totum iuxta clunem cogere ab exteriori parte in interiorem poterimus, donec è regione ſui caui collocetur. Patet autē teretem vectem ad huiuſmodi impulſum inutilem eſſe, quum & latus etiam non ſufficiat, niſi, qua clunem attingit, talis ſtruatur, quale ſtrui voluit capitulum rotundum ac leniter cauum ſuper eam ſpatham, quæ ad reponendum humeri caput aptatur, ἄμβη dicitur. Ipſe autem ad verbum ſcripſit vrgendum vecte ad clunem ac paulo ſupra ac-
B commodato. reſimum autem hunc eſſe neceſſe eſt, quà clunem complectitur, nō ex toto rectū. Quæ ſequuntur in hac oratione omnia clara ſunt.

59 *At ſi in poſteriorem partem femur exciderit, extendere oportet, & in diuerſa diducere, eo modo, quo diximus: imponere que ſuper lignū, veſtem multiplicem, vt molle admodum ſit, & homine prono extendere. Eodem autē momento, quo extenditur, per aſſerem cogendum, non ſecus atque, vbi ſpina gibba eſt, ita, vt aſſer è regione clunis, ſeu ſupra ſeu infra coxā magis collocetur. Cauum in pariete è regione aſſeris non ſit, ſed magis deorſum ſpectet ad pedes. Hæc reponendi ratio articulo in poſteriorem partem luxato maximè ſecundum naturam eſt, ac ſimul etiam valentiſſima. Satis fortaſſe fuerit aliquem pro aſſere inſidere, vel manibus vrgere, vel pedibus repēte conſiſtere attolli que, quo tempore intentio adhibetur. Nulla autem alia reſtituendi ratio femori ita luxato ſecundum naturam eſt.*

Hæc etiam, quæ de femore ſic luxato tradit, iis, qui eorum, quæ propoſita ſunt, meminerint, in aperto omnia ſunt. edicit enim, ne hos vt priores reſupinemus, ſed in ventrem conuertamus. hic ſiquidem eſt habitus pronus. Valenti ergo intentione adhibita à poſteriori parte in priorem cōpellere articulum oportet. nam, cùm homo ita iacet, vt præcepit, poſterior pars ſublimior collocatur, prior ſubiicitur. quocirca neceſſe eſt, vt qui reſtituit, femoris caput deorſum compellat. quod
C commodiſſimè præſtat impulſus, qui per aſſerem adhibetur. idem efficeret, qui qua prominet femoris caput inſidens, magna vi cogeret: ſed, niſi clunis eminētia luxato capiti hæreat, nihil hominem iuuabit. Hæc igitur curatio virum ſummæ diligentiæ ac prudentiæ poſtulat.

60 *Si in priorem partem venerit, idem conuenit extendendi modus: ſed aliquis manu admodum ſtrenua, & maximè peritus, ſublimiori vnius palmæ parte inguen adurgeat, eandem que manum altera comprehendat, ſimul que quod excedit, in inferiorem partem trudat, & verſus priorem genu ſubigat. Hic extendendi modus, vbi femur ſic luxatur, maximè naturæ conuenit: ſed & ille, qui hominem ſuſpendit, prope etiam naturæ aptatur, in quo neceſſe eſt, vt is, qui appenditur, non ignarus ſit, ne brachio articulum impellat: ſed inter partes naturales & anum, iuxta os, quod ſacrum dicitur, appendatur.*

Ad quartum genus luxati femoris aggreſſus eſt: de quo euidētiſſimè omnia prodidit, iis præſertim, qui in memoria habeant, quæ anteà dicta ſunt: quare nihil eſt quod nugas hic agamus.

61 *Inuenias etiam laudem, ſi ſine vtre articulum hunc reſtituas: ſed quoſdam noui, qui cum præ inſcitia, & vbi in exteriorem & vbi in poſteriorem partem erumperet, reponere per vtrem tentarent, neque intelligerent hac via expelli magis, quàm in ſuam ſedem reſtitui: primum verò auctorem conſtat vtrem adhibuiſſe, vbi articulus in interiorē*
D *partem elaberetur, ſcire tamen licet alia multa ex vſu magis eſſe, quam vtrem. Datur ergo inter femora vter non inflatus, ſic, vt quantum maxime poteſt, ſublimis inter anum & naturale collocetur: tum femora inter ſe vinciuntur habena, quæ a patella ordiatur, & vſque ad dimidiam femorum partem intendat: poſt hæc inflatur vter, diſtenditur que demiſſa ænea fiſtula in vnū ex pedibus, qui ſolutus ſit, & æger in latus cubat vitiato crure ſurſum ſpectante. Præparatio igitur huiuſmodi eſt, ſed plærique hanc adhibent deteriorem, quam ego dixerim, cum non alligent bonam femoris partem, vt propoſui, ſed genua duntaxat: adde quod intentionem, quæ maxime neceſſaria eſt, omittūt. Nonnulli tamen luxatum iam reſtituerunt, vt qui rem facilem nacti fuerint, ſed huiuſmodi impulſus non magnopere tolerabilis eſt: ſiquidem inflatus vter, qua maxime tumet, eam regionem non attingit, in qua prolapſum femoris caput iacet, qua potiſſimum impellendum eſt, ſed infra illud, vt qui in medio femorum vel interius etiam collocatur: ad hæc femora naturaliter ſunt curua, à ſuperiori enim parte carnoſa ſunt, & propè inter ſe iunguntur, ab inferiori tenuātur: quare & femorum natura vtrem expellit ab ea parte, qua præcipue admouendus eſſet, ita, vt ſi paruus vter inferatur, cum vim exiguam habeat, nullo modo vrgere articulum poſſit. Oportet ergo, ſi vtendum vtre ſit, femora ad magnam partem inter ſe deuincire, & vtrem inflare, eodem momento, quo corpus extenditur, crura que extrema parte inter ſe colligare, vbi hac ratione articulus reponatur.*

Docet

A Homo in latus cubans.
B Vter inter femora iniectus.
C Alter ænea fistula vtrem inflans.



Docet, qua ratione quis vtatur modo restituēdi per vtrē, quamuis eum non probet. cuncta autē planè explicat. E

62 *In tota arte medicinali id inprimis dare operam oportet, vt quod malè habet, ad sanitatē perducatur: quod, vbi cōtingere possit pluribus modis, ille eligendus est, qui omnium minimo negocio comparatur: hoc si quidem magis officiū est probi viri, & plus habet artificij, nisi quis in popularem auram incumbat. Sed, quod ad hunc locum attinet, quidam modi extendendi corporis per ea, quæ domi habentur, parari possunt, sic, vt ex iis, quæ præsentia sunt, inuenire liceat, per quæ promptè curatio adhibeatur.* F

Oratio hęc postrema est, in qua iubet, vt in iis exerceamur, quæ promptè ad curationem accōmodantur, ita, vt quamuis nec scamni copia sit, neque alterius, ex iis, quæ proposita sunt, excogitare per te aliquid simile possis. sed de his euidentissimè in sequentibus tractauit, vt neque breuissima expositione opus sit. omnia enim perspicua sunt iis, qui meminerint quæ proposita sunt: explicabo tamen, si quid mihi obscurius esse videatur.

63 *Quòd si vincula ex loris non sint mollibus, & quæ facilè tractentur, sed tantùm vel catenæ, vel rudentes, vel funes, necesse est antè fasciis vel panniculis è lana eam partem inuoluere, qua potissimum iniici vinculum debet, & vlteriorem quoque, posteà deuincire.*

G

A Homo scalæ defossæ insidens.
B Calathus lapidibus plenus vitiato cruri appensus.

Nauium rudentes græci vocant ὅπλα, quod Poeta indicat in eo carmine,
Κεῖτο δ' ὑπ' αἰθούσῃ ὅπλον νεὸς ἀμφιελίσσης.
Constat etiam Hippocratem, quùm rudentes ὅπλα dixit, eos funes intellexisse, qui in nauibus habentur: nam eos, qui in vrbibus, & qui in agro, communi funium vocabulo appellauit σχοινία.

64 *Ad hæc super lectum, qui ex iis, quorum copia est, firmissimus sit, & maximus, rectè homo extendatur: lecti autem pedes, vel qui à capite vel qui à pedibus sunt, vel ab exteriori vel ab interiori parte fulciantur, ita, vt fulcra limini firmiter hæreant: sed ad alios pedes collocetur lignum quadratum transuersum, quod perueniat ab vno pede ad alterū: ac si tenue sit, ad pedes lecti deligetur, si crassum, sine vinculo relinquatur: post hæc vinculorū capita tam eorum, quæ versus caput procedunt, quàm eorum, quæ versus pedes, vtraque ad pistillum vel ad aliud tale lignum vinciantur: vincula autem vel recta iuxta corpus porrigantur, vel paulo etiam superiora, conuenienter que à pistillis intendantur, quæ erecta sint, sic, vt vnum limini obiiciatur, alterum ligno, quod adiectum est. Sic igitur per pistilla ad se attracta adhibere vim oportet: satis autem esset loco liminis & ligni appositi scala, quæ gradus firmos haberet, lecto subiecta, vt pistillis hinc & inde admotis, vincula extenderētur.* H

Reponitur

A *Reponitur item hoc modo femoris articulus, siue in interiorem, siue in priorem partem eruperit. Scala defoditur, cui homo insidet integro crure, leniter extento, & quà commode poterit alligato: vitiato cruri vas fictile appenditur aquæ plenum, vel calathus in quem coniecti lapides fuerint. Est & alter reponendi modus iis, quibus femoris caput in interiorem partem luxatur. Transuersum lignum inter duas columnas deuincitur, quantum res postulat sublime, & ab vna parte extra columnam cubitum porrigitur: deinde homo vestimentis pectore obuoluto super eam partem transuersi ligni, quæ extat, collocatur, ac pectus per latam habenam ad columnam deuincitur: integrum crus ab aliquo tenetur, ne subuertatur: sed affecto appenditur res aliqua, quæ grauitatem habeat conuenientem, vt suprà quoque dictum est. Ante omnia igitur scire licet omnium oßium commissuras plærunq; sinu & capite contineri: & in aliis sinum cauum esse & oblongum, in aliis parum desidentem. Semper autē restituere conuenit omnes articulos, qui exciderūt, protinus, quùm adhuc calidi sunt, vel certè quàm celerrime: nā, qui reponit, facilius & citiùs reponit: & æger minorem molestiam sentit, vbi priusquam locus intumuerit, articulus restituatur. Perpetuò item, vbi reponendus articulus est, emolliri ante debet, & dimoueri, sic enim promptius reuerti consueuit. Vbicunq; autem reponitur, imperanda abstinentia est maxima, vbi maximus fuerit, & difficilimus ad reponēdum: minima, vbi exiguus, & facile recondatur.*

A Canterius inter duas columnas deligatus.
B Homo canterio insidens pectore ad columnam alligato.
C Alter crus sanum detinens.
D Vas testaceum aqua plenum cruri læso appensum.



De Digitis Lvxatis

Quòd si digiti articulus excidat, seu primus, qui ad manum pertinet, seu secundus, seu tertius, eadem est & æqualis reponendi ratio. maximi quidem articuli semper ægriùs restituuntur. Excidunt autem in quatuor partes, vel sursum, vel deorsum, vel vtrinque ad latera, sed maximè in superiorem partem, minimè in latera, quod accidit, ubi vehementer mouentur. Quòd si à latere prorumpant, ab ea parte, in quam veniunt, quasi capitulum rotundum conspicitur, & leniter cauum: si in superiorem vel inferiorem partem prolabantur, quum hic locus leuior sit, quàm qui à lateribus, simul que procidentium articulorum excessus paruus, faciliùs reconduntur. Reponendi ratio sic habet. Summus digitus fascia vel aliqua tali re inuoluitur, sic, ne dum intenditur, extrema parte prehensus elabatur: quò inuoluto vnus eam regionem, quæ super primam palmæ partem est, alius inuolutam partem, ad se vterque valenter attrahat, simul que excedens articulus in suam sedem compellatur. Si à latere excedat, ratio extendendi eadem est: namque, vbi videbitur loco excessisse, simul dum intentio adhibetur, protinus in suam sedem cogendus est: sed interim alius ab altera parte debet digitum repellere, cauens, ne in eam rursus prolabatur. Commode quoque restituuntur per digitorum tegmenta ex palmis intexta, quæ à Lacertis σαῦραι græcè nuncupantur. Vbi in diuersa digitum extenderis, prehendens altera manu primam palmæ partem, altera tegmentum, posito articulo, debes quàm citißimè deuincire fascia tenuißima, inuncta cerato, quod nec nimis molle sit, nec nimis durum, sed moderatè: cùm quod durum est, à digito recedat, quod liquidum &
D *molle, digiti calore tabescat & resoluatur. Soluendus autem est digiti articulus tertio aut quarto quoque die. atque in vniuersum, si inflammatio locum occupauerit, frequentiùs soluendus est, sin minus, rariùs: quod communiter de omnibus articulis intelligi volo. Confirmatur autem digiti articulus decimoquarto die. Eadem verò curatio est digitorum manus ac pedis. Quicunque articulus recondatur, debet homo media ac tenui victu vsque ad septimum diem vti: ac, si inflammatio sit, frequentius resolui, alioquin rarius. Semper autem quiescere vitiatum articulum conuenit, & quàm optime figurari.*

De Genv Lvxato

Faciliùs restituitur articulus genu, quàm cubiti, propter iustam & facilem naturam, quamobrem faciliùs quoque excidit. Excidit autem plerunque in interiorem partem, quanquam & in exteriorem, & in posteriorem. Reponitur verò vel flectendo, vel calcitrando vehementer, vel vbi fascia in globum conuoluta & ad poplitem admota repente crus curuetur. Sed si in posteriorem partem prolabatur, potest per distentionem in suam sedem collocari, quemadmodum articulus cubiti. Si in latera excidat, flectendo & calcitrando restituitur, quāquam mediocris distentio communiter pertinet ad quoduis reponendum. Quòd si genu in suam sedem non reuertatur, curuari non potest iis, quibus in posteriorem

posteriorem partem venit, neque omnino aliis. Vnde femoris & cruris prior pars extenuatur. Quibus excidit in inte E *riorem, valgi magis fiunt, sed extenuatur pars exterior. Si moueatur in exteriorem, magis vari fiunt, sed non ita claudicant, & craßiori osse nituntur, sed extenuatur pars interna. Quod si à primo natali die, vel in incremento, id accidat, succedit res quomodo ante ostensum est.*

De Talo Lvxato

Quæ ad talum pertinent valenter distendere oportet, vel manibus, vel aliis quibusdam, & simul dirigere quod commune est omnium.

De Pede

Quæ in pede perinde atque ea quæ in manu, restituuntur. Tum eorum quæ in crure siue à primo natali die, siue in incremento, luxentur, eadem est ratio, atque eorum quæ in brachio. Quicunque ex superiori loco saltantes calci vehementer insistunt, ita vt ossa diducantur, venæ sanguinem effundant, nerui qui iuxta sunt, contundantur, atque hæc grauißima accidant, periculum est, ne calx corrumpatur, & æuum negocia facessat: ossa enim molesta sunt nerui in- F *ter se communicant. quandoquidem & quibus ob fracturam in crure aut tibia, aut ob neruos qui cum calce communicant attritos, aut quòd homo, dum iacet negligenter habitus sit, nigrescit calx, & malum recrudescit, & corruptioni oßis febres acutæ accedunt, cum singultu, cum mentis alienatione, quæ celerrimè hominem interimunt: accedit & venarum sanguinem fundentium liuor. Ex eo autem intelliges, futurum'ne sit, vt malum recrudescat, si sanguis è venis fusus, si nigrities, & quæ iuxta sunt, subdura sint, & subrubicunda. Tum, si cum duritie liuida sint, periculum est ne nigrescant. quod si sanguis suffusus, nigrities, proximæ partes subuirides sint & molles, talia in his omnibus bona. Remedium est veratrum si febris absit: sed si adsit, & res postulet, bibatur ὀξυγλυκὲς. Ratio vinciendi eadem conuenit, quæ articulis. maxime autem vbique ad collisa pluribus linteis mollioribus, & minus astrictis vtendum est: fasciam vero oportet maxima ex parte circa calcem obuoluere, & ita circundare, vt ipsum non exprimat, & à ferulis abstinere. Quibus autem pes, aut per se, aut cum appendice, elabitur, elabitur autē magis in interiorem partem, si nō restituatur, extenuatur tēpore coxa, femur, crus è regione partis luxatæ. Reponendi ratio eadem est, atque in prima palmæ parte. distentio validior conuenit, & curatio eadem quæ articulis. Minus autem recrudescit malum quàm in prima palmæ parte si homo quiescat: in quo* G *casu tenuiori victu opus est. Eorum autem, quæ à primo natali die, vel in incremento, eadem ratio est, quam supra ostendimus.*

GALENVS DE FASCIIS

Vido Vidio Florentino interprete

VIDIVS LECTORI

Postremi libri de Fasciis de Laqueis, de Machinamentis non reperiuntur (quod sciam) nisi in eo codice, cuius mentionem fecimus in epistola ad Regem, in quo sunt tres auctores de fasciis, Galenus, Soranus, & Heliodorus: e quibus ego latinū feci Galenū duntaxat, nam qui hunc norit, reliquos plane norit. Sed an eiusmodi liber germanus sit Galeni, dubitare nemo debet, nā vel ipso proœmio conuincitur: atq; hic est ille liber, quem ipse pollicitus est in secundo cōmentario de officina medici. Verum desiderantur in Galeno quędam, quæ placuit accepta a Sorano & Heliodoro in hunc librū inserere, ne qua superlit humani corporis pars, cuius vinculum in hoc opere non reperias. Quæ [illegible] putamus vel ab auctore omissa, vel (quod magis probabile est) intercidisse: neque enim verisimile est Galenum tam Sorano quam Heliodoro posteriorem, qui ab vtroque multa alia de fasciis mutuatur, quæ nunc desiderantur, omisisse, nec singulis partibus (vt pollicetur) suam vinciendi rationem assignasse. Huc accedit, q descriptio fasciæ vinculi, quam posuit Heliodorus ad vinciendum femur, in libro Galeni non legitur, licet eius meminerit sæpe numero: quia tamen necessaria fuit, prætereunda fuisse nō videtur. Vbicunq; autem aliunde quidquā petemus, auctoris nomen maiusculis literis notabimus hoc pacto, Ex SORANO, Ex HELIODORO. cum que ad Galenum reuertemur, Nunc GALENVS.

Ippocrates ille auctor vetustissimus mundiciem spectans, quam exigunt aliæ artes in agendo, mihi videtur non inconsiderate protulisse, Nobis sanè placet in arte vniuersa animi intentionē adhiberi: in qua-
C cunque enim opera decore agere recte'que possumus, decore ac recte agere conuenit: quæcunque mundiciem celeritatem'que admittunt, celeriter munde q; conficiēda sunt: atq; vbi euitari dolor possit, quàm maxime iocunde: tum reliqua huius generis omnia præclarius agere debemus, quàm alij eiusdē artis professores. Siquidem (vt in nō nullis, quæ efficiuntur, videre licet) artifices vsum habentes non alia re præstant ignaris & expertibus, quàm celeritate atq; elegantia. Medicum ergo eo magis quàm alium artificem fungi decet suo munere, quo sibi nobilior est subiecta materies: & idcirco, siue secet, siue adurat, siue alliget, siue quid aliud manu moliatur, non modo vtilitati studere debet, sed mundiciei & elegantiæ, quemadmodū ipse alibi rursus testatur, quum inquit, Vinculi ratio duplex, altera illius quod iniicitur, altera illius, quod iniectū est: quod iniicitur, vt celeriter, iocunde, prompte, eleganter: celeriter quidem, vt opus expediatur: iocunde, vt facile præstetur: prompte, vt vbique sit in promptu: eleganter, vt oculos delectet. Mala enim in non nullas corporis partes incumbentia, idoneam vinciendi rationem postulant, eam'que per se homo sæpissime decoram expetit. Quare tam solius ægrotantis gratia, quàm omnium quibus sui
D videndi copiam faciet, scire oportet, quæ vincula, & simplicia, & varia, singulis partibus accommodentur: nec ignorandum est non nullis vtraq; conuenire, non nullis alterutra, nempe varia, licet alij secus existiment, de qua controuersia primo diiudicare operæprecium est. Expellunt nō nulli varia vincula, non modo tanquam nihil proficientia, sed veluti vsum præstantia maxime alienum. id quod nulla stabili ratione firmant: sed testimonio maiorum nituntur, primum Hippocratis, cum inquit, Sed qui præstantia vincula amant sine mente, complura alia lædunt. præstantia id est varia: deinde Mantiæ, referentis cuidam oculos procidisse, cui pharmacopola caput & faciem vario vinculo deligauerat: id q; iure putant euenisse, quòd fasciæ ob varietatem inæquales vrgeant, & idcirco mouere inflammationes possint, atq; abscessus. Sed satius fuit eos dignoscere, non vinculorum varietate accidere, quod adducunt, sed inscitia alligantium, qui valenter adstringunt. oportuit enim ita deligare, vt Hippocrates docuit, cum ait. In his autem maxime ad vinculum pertinet, vt arctetur quidem sic, vt quæ iniecta sunt, neque recedant, neq; comprimāt, sed fulciantur, non tamen cogantur. æquum autem fuit, vbi Hippocratem citarunt, illud adiungere, quod in Hippocratis oratione restabat: non enim simpliciter scripsit sed, qui præstantia vincula amant, complura alia lædunt/, verum subiecit/sine mente. Intelligant autem ex iis quæ mox persequar, vinculum varium nullo modo ab Hippocrate submoueri. ipse igitur in libro de

In lib. de iis q in med. f. sect. 2. t. 1. 7°. 205. a

In lib. de iis q i med. f. sect. 2. t. 6. 7°. 207. a

Sect.2.t.2.7ª. 205.d officina medici || fasciandi rationem agens. vbi narrauit quid vincula requirant dum iniiciuntur, E quid postquam iniecta sunt, subdit/quod iniectum est, vt recte, vt decore/ recte intelligit iniectum, quod confert: decore, quod elegans est. vt autem exponat quid sibi velit decore, addit/decore quidem, vt simpliciter, vt distincte/. adiungit autem verbum simpliciter, non quo ex toto declaret decore, sed ex parte, quasi dicat vinculum simplex sit & distinctum, quod euidentius colligitur ex iis, quæ subiecit: Aut similibus & æqualibus, æqualiter & similiter, aut inæqualibus & dissimilibus, inæqualiter & dissimiliter. Species autem simplex orbicularis, ascia, sima, oculus, rhombus, dimidiatus. aptetur vero species speciei, ac morbo illius, qui deuincitur. Ergo vinculi speciem, quæ simplex est, orbicularẽ esse necesse est, sed ascia omnino sima est, atq; ita quod prorsus æquale est, erit sibi simile, quod inæquale dissimile. Num igitur deterrentur iam de sententia, qui varia vincula repudiari ab Hippocrate voluerunt, fatentes asciam, oculum, rhombum, dimidiatum, variis assignari? an præter hæc, illis commemorem eundem Hippocratem in libro de articulis, ad fractum iugulum, vinculum admouere, quod à gruis similitudine γεράνιδα nominauit, id'que varium esse? Sciant autem quibusdam partibus, cuiusmodi femur est, vbi repositũ est, atq; humerus & cubitus alia q; plura, nullum aptari vinculum posse nisi variũ. Hactenus de his. pergamus iam ad fasciarum vinciendi q; rationem: scrutemur'que in primis, vt fasciæ inter se di- F stent, materia, habitu, longitudine, latitudine, structura. Materia igitur inter se dissident, qm̃ non nullæ lineæ sunt, non nullæ ex lana, aliæ ex membranulis: quarum vsus, cum neq; vnus sit, neq; similis, sed dispar, vbi opus erit, eas accipere conabimur, quæ morbo maxime congruant. quæcunque ergo adstringenda erunt, linteis alligabimus: at vbi adstringere non oporteat, propterea ꝙ hoc inflammationi sit inimicũ, sed abunde sit continere vel tegere, ex lana: ex membrana vero
In li. de Artic. sect. 2. t. 27. & 46. 7ª. 265. d & 267. d secuti Hippocratem, || vbi nasus vel maxilla comminuitur, extremitatem membranulæ parti quę vinculum postulat, agglutinantes: Habitu, cum aliæ glomeratæ aliæ scissæ sint, assutæ aliæ: glomeratæ sunt, quæ ex habena in longitudinem fiunt, quibus nihil assuitur, tales sunt quibus perfracta membra vinciuntur: scissæ, quæ ex vno linteo extremis partibus vel alibi scisso conficiuntur, quales sunt, quę ad capitis vulnera dantur (cancri dicuntur) siue in quatuor partes scindãtur, siue in sex, siue in octo: assutę ex pluribus habenis varia figura inter se iunctis componuntur, quales sunt, quæ suspendunt, quæ cingunt, quæ mammas deuinciunt, quæ mammis & loco præterea, qui iuxta anum est, accommodãtur: Longitudine, cum quędam breuiores, quędam longiores sint: Latitudinis eadẽ ratio est, siquidem tam hęc, quàm illa, debet vinciendis partibus respondere: Structura, nam alię texuntur, alię constant ex materia per se coacta, vel certo ordine impli- G cata, quę simplici textura fiunt: non nullæ hac de causa texuntur, non nullę conficiuntur ex tela, quę ad alium vsum texta scinditur in fascias: his plerunq; vulnera obligamus, illis vtuntur venatores ad crura defendẽda: eędem primę palmę parti circũdantur, quę ex implicata materia fiunt, ab aurigis ad latera continenda adhibentur. Est autem perpetuum, vt qui vinciunt fasciis abundent: & quas habent, sciant quàm optime adhibere: atque vbi deligandi locus est, tales accipiant,
In lib. de Offi. med. sect. 2. t. 26. 7ª. 211. f quales docuit Hippocrates || quũ inquit, Iam vero fascię parentur, leues, tenues, molles, mundę, latę, sine suturis, sine eminentiis, ita valentes, ne extentæ rumpantur. & paulo amplius, Mundas quidem esse conuenit, quoniam sordidę prćter quàm quòd indecorę sunt, liquore aliquo respersę, non madescunt, deterius q; id reddunt, quo perfunduntur. esse itẽ sui coloris debent, ne si purpura inficiantur, vel alia huiusmodi re, eandem noxam afferant, aut coloris similitudine currentẽ sanguinem reprę̃sentent: tenues insuper, ne ambitus in tumorem nimium assurgant: molles, ne ob duritiẽ vrgeant: leues, ne onere infestẽt: sint preterea sine suturis inęqualibus, ob quas futurũ esset, vt comprimerent: tum sine eminentiis, hoc est non sint orę à lateribus ipsa textura cõfectę, vel alioquin versę atque consutę, nec quędam extantia, quasi fibrę: cum quę eminent, vinculum reddant inęquale, quæ extant, non patiantur fasciam facile circuire. Quod si fascię ex inciso linteo H fiant, incidatur non per transuersum, sed in longitudinem, sicut intextum est, sectione ad stamen directa, sic enim lintea facile scinduntur, quod secus habet, si quà subtegmen procedit, hoc tentetur. adde, quòd quę in longitudinem scinduntur fascię, quod vinctum est, firmius continent. At vinciendi ratio quędam (vt superius dixi) simplex est, & quędam varia: atque hęc modo nomen inuenit à sede, cui adhibetur, modo ab euentis, non nunq; translato vocabulo à similitudine animaliũ. à sede, quę vincitur, nomẽ trahit, oculus, nasus, inguen, cętera q; huius generis: ab animalibus, cancer, accipiter, aries, lepus, testudo: sed ab euentis, vallum seu coniunctũ, seu disiunctum, operculum, habena, & quę his similia sunt. Preterea ex huiusmodi vinculis quędam sunt vincula tantũ, vt tholus, regium, scapha, discrimen: quędam vincula simul & laquei, cuiusmodi est lepus auritus, pastoralis, cęteri q; cõsimiles. Vinculum insuper aliud ab altero fasciarum capite incipit: aliud à mediis fasciis: aliud vtroq; modo. Quoddam item certis sedibus idoneũ est, reliquis alienum cum sit: quoddam aliis quoq; aptatur. Super hęc aliud à priori parte cõspicitur, ꝙ priorem hominis partem duntaxat alligatam ostendat: aliud à posteriori: aliud ab vtraq; similiter & priorem & posteriorem partem ęque vinctam demonstrans. atque hęc nunc consimili, nunc dispari ratione veniunt in conspectũ, quæ omnia plana fient, cũ ad singula ventum erit. Sed considerandum

A dum eſt, inquirendum q; an quomodolibet ordiri faſcias oporteat: maiores enim oẽs ſtatuerunt
certas corporis ſedes, à quibus faſcię ordiri deberent. Exempli cauſa in capite, ob quãcunque cau
ſam vinciatur, faſcię caput in occipitio collocant, inde ipſam circũagentes, iuncturam conſtituũt:
nec quidquam intuentur, quod agunt, morbo'ne, cuius cauſa vinculum adhibent, ſecundum ſit,
an aduerſum: in alȷs item partibus inſcitia vel ignoratione (vt credibile eſt) decepti, locos prę ceteri
pſerunt. neceſſe enim eſt recte vincientem auctore Hippocrate eo incumbere, vt non ſolum deli-
gandę parti, ſed affectui quoq; vinculum conueniat. Nos igitur non vndecũq;, ſed quà maxime
expedit, ordimur. extremam q; faſciam imponimus, quà docuit Hippocrates, cum inquit, Quę In lib. de iis q̃ i med. f. sect. 2. t. 14. 7ᵃ. 208. h
« mouentur, vt articuli, quà curuantur, minimis, & maxime collectis, veluti poples: quà extendun
« tur, ſimplicibus & latis, veluti patella, obuolui debent. quę autẽ adiciuntur ad cõtinendum qui-
« dem, quę circa hęc ſunt: ad ſuſpendendum vero faſciam omnem, quà corpus quieſcit, & quà ma
« gis cauum eſt, ſuperimponenda, vt ſupra vel intra genu. Conſentit autẽ cum capite humeri faſcia
« ad alteram alam demiſſa: cum inguine, ad alterum ilium: cum crure, ſuper partẽ huius poſterio-
« rem, quę carnoſa prominet. quibus autem ſurſum labitur, ab inferiori parte ſuſpendenda eſt: qui-
bus deorſum, à ſuperiori. vbi nihil tale eſt, quemadmodum in capite, quà maxime ęquale eſt, con
B tineri faſcia debet, & duci quàm minime obliqua, vt poſtremo obuoluta, quà valẽtiſſime hęreat,
vagos circuitus contineat. Oportet pręterea deligãtem ad ea reſpicere, quę in vinculo requirun
tur, cuius Hippocrates duas eſſe ſpecies teſtatur, vnam eius, quod inicitur alteram eius, quod in In lib. de iis q̃ i med. f. sect. 1. t. 1. 7ᵃ. 205. a
iectum eſt. vtrobique autem ſumma cura enitendum eſt, dum vinculum inicitur, vt celeriter, io-
cunde, prompte, eleganter. celeriter quidẽ, vt opus expediatur: iocunde, vt facile prętetur: prom-
pte, vt vbique ſit in promptu: eleganter, vt oculos delectet. cum iniectum eſt, vt recte, vt decore
habeat, nihil q; abſit ex iis, quę ſupra opus eſſe retulimus. De vſu autem vinculorũ ſcire licet quę
dam ea de cauſa adhiberi, vt continendo curantibus pręſidiis ſubſeruiant: alia non propter hoc,
ſed vt ipſa per ſe agant, quibus curatio committitur. in his maxime attendendum à qua parte fa-
ſcia ordiatur, quà circũeat, quà deſinat: quę ſingula exquiſitius conſcribi non poſſunt, docere ta-
men viam licet per quam medicus facile iudicare de ſingularibus poterit, naturam ſingulariũ par
tium perſpiciens, q̃ facile alligentur, ſuſpendantur, collocentur: atque inſuper quid vinculum va
leat: efficit enim, vt quę abſceſſerunt propellantur, hiantia coniungantur, peruerſa dirigãtur, atq;
omnium cõtraria præſtentur. Oportet autem, ſi quid abſceſſit, ita deuincire, vt quę ſublimia ſunt,
ſedem contingant, hoc eſt locum, vnde receſſerunt, at non premant: incipiendum vero à parte ſa
C na, & qua vlcus eſt, finiendum, vt quod ſubeſt effundatur, & aliud vltra non coeat. Sed quæ abſce
dere volumus, contrario modo penitus alliganda ſunt, atq; vbi in vnum adducere conuenit. ve-
rum vbi, quæ hiant, hoc eſt, quæ in exteriorem partem conuerſa ſunt, longe initio accepto cõiun
genda ſunt. in cęteris eodem modo vinciendum, tantum ab vlterioribus aliquid adducendũ erit,
paulatim'que comprimendum, primo minimum, deinde magis, maxime compreſſionis termi-
nus ſit, vbi ſe contingunt, aptantur'que, ſed non vrgent. verum in diducendis, quę cõtracta ſunt,
ſi inflammatio eſt, ſuperſedendum eſt: ſi ea non eſt, pręparatione eadem vtendum. ſed vinculo cõ
trario. digerere item vbi peruerſa oporteat, cętera fieri eadem debent: tum quæ receſſerunt addu-
cenda ſunt, contraria autem contra. Hæc omnia medicum quaſi leges tenentem obſeruantem q;
expedit id eligere, quod ſingulis vitiis idoneum eſt, minime'que ad certos locos conſilium diri-
gere. Nos, quanquam in vno quoque caſu, quà primum ordiri vinculum oporteat, perfecte ex-
plicare difficile eſt: dum tamen faſciarum rationem indicabimus, vt res euidentior ſit, locos ſtatue
mus, à quibus ordiri potiſſimum conueniat: medicus vero in agendo vbiq; illum eliget, qui ma-
xime in rem erit.

D *Linteum ſciſſum ad ſummum caput, & ei proximam regionem.* 1.

Linteum iuſtæ magnitudinis ſcinditur in partes ſex, & medium qua verticem complectitur, integrum relinquitur: ex partibus vero pendentibus mediæ findantur è regione aurium, ac ſub mentum demiſſæ nodo inter ſe vinciantur. quo facto altera faſciola anguſta media occipitio inȷcitur, extrema q; ad frontem adducuntur, & à latere capitis nodum accipiunt: quatuor vero partiũ, quas pendere ſinebamus, hæc ratio eſt, poſteriores prope nodum anguſtioris faſciolæ, priores ſupra occipitium inter ſe colligãtur. licet item abſque nodo, aliis ſubiectis, aliis ſuperdatis, poſtremæ fibulam imponere.

I

Linteum scissum ad frontem, & partes, quæ iuxta sunt. *II.*

In quatuor partes scindere linteum oportet, medio intacto quà fronti circundetur: prioresq́ue partes super posteriores, quæ dependeant, ad occipitium dare, ibiq́ue inter se deuincire: post hæc reliquas duas conuersas, in summo capite colligare, quæ sub mentum etiamnum demitti possunt, & ibi nodum accipere. Hoc vinculo ad occipitium quoque vtimur partibus à latere capitis nodo inter se deligatis.

Linteum scissum ad totum caput. *III.*

Linteum scissum in partes octo, ita, vt medium integrum sit, donec tegere caput possit, toti capiti obuoluatur: tum ex pendentibus partibus, duæ iuxta aures fissæ sub mento inter se deligentur: è reliquis vero, binis à priori parte, quaternis à posteriori, duæ à posteriori extremę super alias ducantur ad frontem, altera alteri subiecta, vt à superiori contineatur: deinde priores duæ ferantur ad occipitiũ, sic, vt æque alteri altera insidat, his comprehenduntur quę prius fuerant circundatę: reliquæ duæ posteriores ad frontem attrahantur, altera similiter alteri subiecta, extremæq́ꝫ à latere fibula iniiciatur. Hęc vinciendi ratio efficit, vt caput sine nodis inuolutum defendatur à tædio, quod hic comprimēdo afferre plurimum solent.



Cancer, siue Vinculum capitis siue Operculum scissum in partes octo, ad caput. *IIII.*

Mediũ amplecti debet vniuersum caput, sic, vt quatuor partes à frōte recte dependeāt, ab occipitio totidē: ex illis exteriores, ad occipitium porrectę inter se alligentur: ex his exteriores similiter fronti circundatæ, à latere deligentur. tum ex reliquis, quæ in fronte scissæ partes sunt, ad occipitiũ, quæ in occipitio, ad frontem attrahantur.

Operculum ex fascia lata trium capitum (σκεπάστρα dicitur) & ex altera, quæ hanc continet (κάτοχος vocatur) & tertia, quæ prohibet, ne totum vinculum diducatur, καθολκεὺς nominatur. *V.*

Pertinet ad obuoluendum vniuersum caput, dicitur autem παρασκεπάστρα. est quidē κάτοχος fascia longior, quæ in orbem faciei & capiti circundatur, vt operculum comprehendat: sed καθολκεὺς ex fascia fit oblonga, adhibeturq́ꝫ eo nomine, vt diduci vinculum non sinat. quarum hæc ratio est. Linteum adhibetur sic latum, vt caput vniuersum cōplectatur, longius quàm vt duplicatum, hoc efficiat, cuius alterum caput occipitio datur, alterum à fronte dependet: tum angustior fascia sub mentum media iniicitur, & in vtranqꝫ partem



per

A per malas attrahitur inter frontem & verticem, inde sub mentum rursus demittitur: post hæc alte
rius angustioris fasciæ medium fronti inijcitur. capita q; in orbem ad occipitium porrecta. ibi &
inter se, & cum alterius angustioris fasciæ capitibus alligantur: at quod a facie pendebat in longi-
tudinem, vsq; dum ad supercilia ventum fuerit, diuiditur in duas partes, quæ in frõte altera super
alterã insidente ad similitudinẽ literæ X in orbem ad occipitium ducuntur, atq; ibi deligantur.
Potest autẽ vna fascia dũtaxat longior, & operculum cõtinere, & prohibere, ne tota iunctura di-
ducat, ad hunc modũ, si media inter frontẽ & verticẽ ordiat. capita vero recta per malas sub men-
tum demissa, ibi q; altero sup alterũ excedẽte in similitudinẽ literæ X, sub imas aures ad occipitiũ
dentur, vbi rursus in speciẽ literæ X inter se aduersa ad frontẽ ducãtur, & nodo à latere deligent.
Hactenus de simplicibus vinculis. Sequitur, vt de varijs dicamus, si id antea ostẽderimus, q fa-
sciæ circuitruum alius dicitur rectus, alius transuersus, obliquus alius: quid autem hi sibi velint, no
mina declarãt: tũ alius στεφανιαῖος, μετωπιαῖος alius, παρειαῖος alius, alius γενειάς: præter hęc aliud
vinculum orbiculare, aliud in orbẽ serpens nuncupatur, aliud postremo ascia. Est aũt στεφανιαῖος,
qui coronarum modo inter frontẽ & verticem tendit: μετωπιαῖος, qui frontem ambit: γενειάς,
qui sub mẽto circũagitur: παρειαῖος similiter à malis p quas ducitur, nomẽ habet: illa demũ vocat
B ascia, quæ lunata figura ab vna parte sima est, ab altera gibba. Circuituum igitur istæc noĩa sunt.

Rhombus alter simplex, alter Hippocratis, de quo nunc. *V I.*

Aptissimum est vinculum hoc (vt quidam
senserunt) ad suturas, vbi dehiscunt: vel (vt
alijs placet) ad partium, quas vulnus diduxit,
glutinationem, atque ad emittendum humo
rem, eo, quod comp..mendi vulneris vim ha
beat. sic autẽ circuire debet. Fascia à latere ca-
pitis orsa, obliqua ducenda est ad verticẽ atq;
alterum tempus: deinde malis vtrinque cir-
cundanda, & obliquę parti prius obuolutæ
aduersa in modum literæ X ad occipitium de
mittẽda: inde obliqua, sic, vt à priori circuitu
distet, per malas porrigenda est ad alteras ma
las: ac rursus obliqua sursum danda, vt bis X
C literã repræsentet, quod q; in medio est rhom
bi figuram accipiat. quo facto ad occipitiũ fe-
renda est, & fronti in orbẽ inijcienda, eatenus autẽ circumagenda, vt quę nuda sunt, includantur.

Semirhombus vel Lepus sine auricus. *V I I.*

Huic, & illi, cui nomen est Tholus, in omnibus eadem vis est. ratio adhibẽdi huiusmodi est.
Fascię caput occipitio inijcimus, eam q; sub infimã auriculã obliquę inter frontẽ & verticẽ ad oc-
cipitiũ ducimus: tum inter frõtem & verticem priori parti aduersam, ac sub infimã auriculam ad
occipitiũ attrahimus. post hæc fronti circũagimus sic, vt quod mediũ est, semirhombi effigiẽ re-
ferat. extrema vero fascia, non modo in hoc, sed in alijs quoq; capitis vinculis, fibula a latere vin-
cienda est. Possumus etiã, si ex vsu sit, fasciã circũducere, non ab inferiori parte sursum, sed contra.

Vinculum ad caluariam, vel Scapha, vel Tholus, seu Dioclis, seu Glaucij. *V III.*

Maxime idoneum est, vbi summũ caput,
& quod inter ipsum & frontem est, vincire
cõuenit. hoc autem modo ipsum inijcies. Or
sus ab occipitio fasciam recte per verticem du
D ces ad frõtem: ibi q; sinistrę manus digito in-
dice continebis, & iuxta priorem partem rur
sus ad occipitiũ demittes: ab eo que tertio ad
frontem porriges iuxta partem priorem, vbi
ipsam obuolues per eum sinum, qui à digito
tenebatur: postremo fronti circumages.

Thais Pergenus, quam alij ad Molpi eam auctorem referunt. *IX.*

Adhibetur eadem causa, qua Tholus, sed
quandam præter vsum elegãtiam habet. Vbi
Tholus vinculum superdatum fuerit, angustioris fasciolæ caput, sub eius ambitum indatur, ea q;
porrigatur obliqua ad summum caput, & inter ipsum & frontem, tum in fronte sub prioris fascię
sinum agatur, inde obliqua ad verticem, per id, quod inter ipsum & frontem est, ducatur, post
hæc ad occipitium: dein sub infima auricula dextra inter frontem & verticem, sub infima auricu-
la sinistra rursus ad occipitium reuertatur. Nos vero, vt fidelius contineatur, alium quoq; ambitũ
per frontem adijcimus.

Thais alia sine auctore. X. E

Tholo obuoluto, fasciola, quæ digiti latitudinem æquet, vel etiamnũ angustior sit, orsa ab occipitio recta ad summũ caput, et ad frontem, per id, quod inter ipsam & verticem est, adduci debet: ibiq́ duplicata rursus ad occipitiũ porrecta conuerti: atque inde per dexteram capitis partem ad verticẽ, & inter ipsum & frontẽ procedere: deinde ad sinistrum tempus demitti, quà duplicanda est, & per partẽ prius obuolutam, ad dextrã capitis attrahenda: inde similiter duplicata ad tempus: quod tertio fiat, vt tres sinus duplicatæ fasciæ cincinnorum imaginem referant: sed postquam tertio ad dextram occipitij partem ventum fuerit, fasciola ad sinistram partem conuertenda, vt æque in altero tempore conspiciatur: postremo, vt bene priores ambitus teneat, fronti circumagenda. F

X

XI

Discrimen. X I.

Ad eosdem pertinet ad quos Glaucij Tholus, iniicitur q́ hoc modo. Fasciæ quod satis est, à facie dependeat, & reliqua eius pars ad summum caput, per id quod inter ipsum & frontem est, feratur: inde ad occipitium, ibi q́ tradatur ministro cõtinenda: post hæc cõuersa circa frontem detur: quo facto caput à facie pendens, per partem primo iniectam, recte ad verticem, per id, quod inter ipsum & frontem est, procedat: inde ad occipitium, ibi q́ finiatur.

Scapha, seu Tholus Diocleus. X II.

Recte datur, vbicunq́ cõiungere diducta necesse est, vel quod ob diutinũ materiæ cursum ad oculos incisa cutis fuerit, vel q frons alioquin vulnus acceperit. obuoluitur autẽ hoc modo. Fasciam ab occipitio orsam trahimus sub infima auricula dextra, vel sinistra, prout ab hac vel illa prius ducendam æstimabimus: inde ad tempus adiũctum, ab eo'que transuersam inter frontem & verticem, porrigimus ad alterũ tempus: inde sub infima auricula ad occipitium, quà caput prius superiniectum adstringimus: dein super aurẽ fronti circundamus, sic, vt ambitus hic illi subiiciatur, qui inter frontem & verticẽ procedit, ac vterq́ è regione alterius, ab interiori parte sit resimus, tum quoties opus est, eodẽ modo circumagimus. Iniicitur & aliter per duos fasciæ ambitus, circa eam suturam, quæ ad aures per verticẽ tendit, sic, vt alter ambitus super suturam sit, alter infra, & vterq́ ab interiori parte sit resimus: inferior autem sursum procedere debet, superior vero deorsum. G



XII

XII

Thais sub incerto auctore. X III.

Illis idonea est, quibus quod inter frontem & verticem est ac proximas partes, conuenit deuincire. eam sic admoueto. Vbi semirhombum inieceris, sic tamen, vt fascia frontem nõ complectatur, ipsam ab occipitio obliquam, ad verticem & frontem porrigito: ibi'que cõuertito, facito'que, vt circa frontem Lunæ figurã imitetur, & cornua sursum spectẽt, ima parte sita inter supercilia: post hæc ab altera parte verticis ad occipitium ducito, sic q́ circa frontem attrahito. huiusmodi vinculum præter eam, quam semirhombus affert vtilitatem, est etiam aliquo modo speciosius. H

XIII XIIII

Glaucij vinculum superimpositum, vel additum. X IIII.

Ad eosdem confert, ad quos vinculũ ad caluariã, sed huic magis fidendum. Igitur, vbi vinculũ ad caluariã adhibitum est, aliud superiniicito, cui nomen est Lepus sine auribus, ne longũ faciam.

Regium

A *Regium.* *XV.*

Idem efficit, quod Thais ſub incerto aucto re, nimirum, quod inter frontem & verticem eſt, ac proximas partes, deuincit. cuius hæc ratio eſt. Faſciæ quãtum ſatis eſt dependere à facie ſinimus, quod q; ex ea reſtat, inter frõtem & verticem recta ad occipitium trahimus: inde conuerſam ſub ima aure inter frontem & verticẽ oblique ad occipitiũ: ab hoc oblique item ad id contrariæ partis, quod inter verticem & frontem eſt: tum per tempus, ac ſub ima aure ad occipitiũ ducimus: deinde caput, quod à facie pendebat, ad frontẽ attrahimus, ter q; ibi replicamus, ſic, vt ſinus ad ſimilitudi B nem graduum, ſe excedãt: quos poſtremo cõprehendimus faſcia circa frontem obuoluta.

Capiſtrum, quod dimidiatum, vel ad alteram partem, dicunt. *XVI.*

Expeditiſſimum eſt, vbi maxillam ſeu vulneratam, ſeu prolapſam, ſeu ob diſtentionem oris alium'ue morbũ oportet ab altera parte vinciri. Faſcia ab occipitio orſa, obliqua per verticem, & inter ipſum & frontem per tempus ferri debet ad malas: ĩde ſub mẽto et ima aure alterius partis ad occipitium: deinde ſub imis auribus ac mento attracta eodem reuerti, atq; ad eandem rationem, quoties opus eſt, circuire. Tunc vero cõmodum ita circundatur, cum à ſuperiori parte deorſum deligan- C dum eſt. Sin ab iferiori parte ſurſum, faſcia ab occipitio incipiat, & ſub infimam auriculam, mentum q; procedat: tum per malas ducatur: & obliqua inter frontẽ & verticem ad occipitium, dein ſub mentum circumagatur: poſtremo frontem ambiat.

Capiſtrum ad vtramque partem. *XVII.*

Ad eos pertinet, quibus maxilla vel vtrinq; ſuo loco mota eſt, vel alio quopiam tenetur, ex iis, quæ dicta ſunt in capiſtro ad alteram partem. Faſcia occipitio primum iniecta, oblique per verticem & inter ipſum & frontem ad malas porrigitur, demiſſa q; ſub mentum maxillam & malas ab altera parte amplectitur: inde inter frontem & ſummum caput per partem prius iniectam in ſpeciem literæ X ad occipitium reuertitur: & ſub imis auribus ac mento rurſus ac occipitium data, nouiſſime frontem complectitur.

Idem ab inferiori parte ſurſum. *XVIII.*

Ab occipitio ordiatur, & ſub infimam au- D riculam ac ſub mentum detur ad malas: inde oblique p ſummũ caput ad occipitiũ tendat, ab eo q; ſub infima auricula alterius partis, & ſub mẽto demittatur: tum ad malas: poſt hæc oblique inter frontem & verticem ad occipitium ducatur, & fronti poſtea circundetur.

Idem in vtramque partem ductum à ſuperiori parte deorſum. *XIX.*

Media faſcia complecti occipitium oportet, capita'que eius per verticem obliqua inter ipſum & frontem porrigere, ſic, vt X literam repræſentent: deinde per malas ſub mentum, & ſub imas aures ad occipitium reuerti: poſt hæc circa frontem obuolui, & ad occipitiũ adducta ſub mentum demitti: poſtremo ad occipitium per frontem circuire.

Idem aliter. XX. E

Media fascia super frontẽ detur, capita'q; eius ducantur ad occipitium, ibi'q; figuram accipiant literæ X: post hæc sub imas aures ac mentum ad malas, inde inter frontem & verticem obliqua ad occipitium demittantur, tum sub mentum, nouissime per frontem circundentur.



XX

XXI

Aliter. XXI.

Fascia media ab occipitio orsa, capita sub imas aures mentum'q; attrahenda sunt, tum per malas: quod superest eodem modo obuoluendum, quemadmodum in ea, quæ proxime posita est. F

Capistrum obliquum ad alteram partem, quo vinciuntur quæ iuxta aurem sunt & maxillæ processum. XXII.

Ab occipitio initium sumat, & sub infimã auriculam ad tempus, atque inter frontem & verticem oblique ad occipitium, & circa frontem procedat, sæpius'q; ad eandem rationem circumeat: quo modo procedere debet, cum ab inferiori parte sursum attrahitur. Sin expeditius fit à superiori parte deorsum, ita porrigatur: Incipiat ab occipitio, et oblique per verticem, & inter ipsum & frontem ad tempus procedat, ab eo'q; sub imam aurem ad occipitium reuertatur, deinde frontem ambiat. G

XXII

XXIII

Quod alij Leporem sine auribus, alij Semirhombum vel Nauiculam dicunt, ad vtranq; partem commodissime ad frontem, & ex parte etiam ad id quod inter ipsam & verticem est, adhibetur. XXIII.

Occipitio primum fasciam iniicimus, ab eo'q; sub infimam auriculam ad tempus, & inter frontem & verticem adducimus, & obliquam ad occipitium demittimus: inde circa frontem iuxta angulum oculi tempori propiorem, & inter frontem & verticem oblique ad occipitium: inde oblique inter verticem & frontẽ, parti prius iniectæ aduersam sic, vt ibi X literam repræsentet: post hæc sub infimam auriculam ad occipitium, postremo circa frontem.

Idem in vtranque partem ductum à superiori parte deorsum. XXIIII. H

Media fascia occipitium amplectitor, capita'q; eius per verticem inter ipsum & frontẽ adducito, sic, vt ibi X literam repræsentent: inde sub imas aures ad occipitium, post hæc circa frontem attrahito.

Idem ab inferiori parte sursum. XXV.

Fascia media ab occipitio orsa sub infimis auriculis in vtranq; partem ducitur ad angulos oculorum temporibus propiores, ab his inter frontem & verticẽ ad occipitium reuertitur, deinde frontem comprehendit. Quibusdam placet hanc sub mentũ quoq; circũagi.

XXIIII

XXV

A *Vinculum à superiori parte iunctum.*
XXVI.

Capistrum rectum ad vtrãq; partem adhibemus, fasciam q; nõ amplius sub mentũ, sicut in illo, sed per medium nasum agimus ad occipitium, et super eam suturam attrahimus, quæ ad aures per verticem tendit.

Vinculum Glaucij valde iunctum.
XXVII.

Eadem ratione obuoluitur, atq; id, quod à superiori parte iunctum inscribitur, nisi quòd fertur etiam sub mentum.

XXVI



XXVII

Perigenis Galea gladiatoria. *XXVIII.*

Aptissima est, vbi caput ac malæ pluribus locis vulnus acceperũt. Capistrum obliquum ad vtrãq; partẽ iniicitur: dein Glaucij scapha, post hęc rursum capistrũ ad vtrãque partem. non nulli vt vinculum hoc elegantius reddãt, id capitis ornamentũ, quod κεφαλὴν appellant, parantes assuunt. Adhibetur item & alio modo sine obliquo capistro, & fascia per malas minime porrecta.

B

XXVIII

XIXX

Galea aliter ad eosdem. *XXIX.*

Fasciæ quod satis est à fronte dependeat, reliqua ad occipitium recta ducatur, & eatenus obuoluatur, vt rectum capistrum efficiẽs totas genas & caput complectatur. quo facto caput quod à fronte pendet, sursum conuertendum est, & recta per verticem ad occipitium attrahendum: ac, si placeat, sub imas quoque aures adducendum.

C *Lepus auritus.* *XXX.*

Sic appellãt semirhombum, vbi laqueus ille accedit, quem auriculas nuncupant, qui vel gladiatoribus decoris causa datur, vel vt caput contineat, vbi propter aliquem faciei affectum pertractare id oporteat. si decoris causa, auriculę breues sint, & in medio frontis, nam sic animalis imaginem referũt: sin vt contineãt, in medio similiter, & magnæ, vt digiti in earum sinus coniecti, continere caput queant.

XXX.

XXXI.

Alius ad tempora. *XXXI.*

Hac ratione obuoluitur. ex altera parte fasciæ laqueus fit pastoralis, vel qui duos habens sinus nominatur (quos sępius in libro de laqueis breuiter declarauimus) & fronti iniicitur: super quẽ deinde semirhombus, vel nauicula circumligatur.

D

Simplex Oculus, vel Tenue vinculum ocularium. *XXXII.*

Fasciam ab occipitio orsam ducimus per verticem inter ipsum & frontem, inter supercilia ad oculum, sic, vt ipsum contegat: inde sub infimam auriculam ad occipitium, postremo circa frontem.

Idem ab inferiori parte sursum. *XXXIII.*

Ab occipitio initium sumit, & per summum caput inter ipsum et frontem, inter supercilia ad oculũ: tum sub infimam auriculam ad oculũ, inter frontẽ & verticem agitur: post hęc ad occipitium, & circa frõtem.

XXXII.

XXXIII.

Duplex

E

Duplex oculus à ſuperiori parte ductus.
XXXIIII.

Orditur ab occipitio, & per ſummum caput, atque id, quod inter ipſum & frontem eſt inter ſupercilia fertur ad oculū: tum ſub infimam auriculam alterius partis, ad alterum oculum, inter ſupercilia inter frontem & verticem ad occipitium : poſtea circa frontem.

Poteſt etiam, ſi ad rem magis pertineat, initio conuerti, & ab inferiori parte ſurſum circundari.

XXXIIII

XXXIIII

Duplex in vtranque partem ductus à ſuperiori parte deorſum. *XXXV.*

Media faſcia ab occipitio orſa, ducere capita oportet inter frontem et verticem, atq; inter ſupercilia, ſic, vt ibi X literæ figuram accipiant: tum ad oculos, atq; inde ſub imas aures ad occipitium & circa frontem.

F

Aliter. *XXXVI.*

Media faſcia ordiatur à fronte, capita ad occipitium dētur: inde ad modum literæ X ſimiliter, atq; in ſuperiori vinculo, ꝓcedāt.


XXXV

XXXVI

Oculus rectus ad alteram partem.
XXXVII.

Orſi ab occipitio, faſciā per ſummum caput, & inter ipſum & frontē directā ad oculum ducimus: īde per eā partē, qua maxilla cum malis cōmittitur, ſub mentū, et ſub infimā auriculā ad occipitium et circa frontē.

G

Duplex ex eodem ductus. *XXXVIII.*

Priuſquam frontem comprehendat, ab occipitio ad alterum oculum trahi debet: tum recta, quà maxilla cum malis committitur, ſub mentum, ab eo q; ſub infimam auriculam ad occipitium & circa frontem.


XXXVII

XXXVIII

Idem ab inferiori parte. *XXXIX.*

Faſciam ab occipitio orſam ducito ſub infimam auriculam: ab ea q; ſub mētum, & quà maxilla cum malis cōmittitur, ad oculum: inde inter frontem & verticem ad occipitium: poſt hęc ſub infimam auriculam, ſub mentum, quà maxilla cum malis ex altera parte committitur, ad oculum attrahito: tum inter ſupercilia ſuper partem prius iniectam, ad modum literæ X inter frōtem & verticem ad occipitium porrigito: & circa frontem nouiſſime circundato.

H

Idem in vtranque partem ductus. *XL.*

Faſcia media nō ſecus ac in ea, q̃ obliqua oculū vinciebat, occipitio iniiciat, capita q; à ſuperiori

XXXIX

XL

A à superiori parte, vel inferiori attrahantur. potest etiamnum media fascia sub mento incipere.

Linteum scissum ad nasum. X L I.



XLI

Fascia eatenus lata esse debet, vt nasum complectatur: longa vero, vt duplicata à naribus ad occipitium perueniat. Orsam igitur ab occipitio rectà, per verticem & inter ipsum & frontem ad medium nasum adducimus, & quod ex ipsa superest à facie sinimus depēdere: quod rectum in duas partes scindimus, vsq; dum ventum sit ad superius labrum. quo facto alteram fasciolam mediā, ab imo naso orsam super eam, quæ scissa pendet à facie, in vtranque partem, sub imas aures ad occipitium ducimus, super partem primo iniectam, sic, vt ibi X literam repræsentet, ministro'que tradimus: deinde partes scissas à facie conuertimus ab vtraque parte nasi inter supercilia, vt ibi literæ X similitudinem accipiant, ac per summum caput obliquas ad occipitium porrigimus, & cum priori capite iungimus: super quas deinde capita ministro contenta circa frontem attrahimus, sic, vt à latere nodo vel fibula inter se vinciantur.

B

Funda ad nasum ex quatuor capitibus. X L I I.

XLII

Scindēdum linteū est in partes quatuor, medium q; integrum relinquendum, quà vincire debet imum nasum. ex capitibus vero, quæ superiora sunt, pendere deorsum oportet: inferora per genas primum ad angulos oculorum tēporibus propiores procedere, inde inter frontem & verticem ad similitudinem X literæ inter se commissa à ministro cōtineri: reliqua duo sub imas aures ad occipitium demitti, ibi'que literę X similitudine accepta, circa frontem agi, & à latere inter se deligari, tum quæ à ministro tenebantur, in occipitio desinere.

C

Eadem ex tribus fasciolis. X L I I I.

XLIII XLIIII

Vna media iniicitur sub imo naso, capita q; eius per oculorum angulos temporibus propiores inter frōtem & verticem ducuntur, ibi q; aduersa ad imaginem literę X à ministro continentur: altera media datur super imum nasum, & in vtranque partem ducitur ad occipitium, ibi'que accipit nodum cum capitibus à ministro contētis: tertia orditur à fronte, & capiti circundata à latere deligatur.

D

Eadem ex duabus. X L I I I I.

Vna sub imo naso dari media debet, capita'que eius per angulos oculorum temporibus propiores inter frontem & verticem porrigi, atque inter se aduersa in speciem literæ X ministro similiter tradi: altera media iniici super imum nasum, & capita eius ferri sub imas aures ad occipitium, & ibi X literæ similitudine accepta per frontem circumagi, & à latere deuinciri.

Nasus ex binis fasciolis. XLV. E



Vna super nasum in lõgitudinem detur, dimidia q; pars à fronte dependeat, reliqua per verticem recta ad occipitium porrigat: sed alterius medium dandum est sub imum nasum, capita vero sub infimas auriculas ad occipitium ferenda, vbi debent literæ X similitudinem accipere. post hæc prioris fasciæ quod à fronte pendet, sursum conuertẽdum, & super partem primo volutam recta per verticem ad occipitium demittendum. quo facto, capita quę ibi literæ X figuram acceperant, id complexa, postquam fronti circundata fuerint, finienda sunt.

Accipiter ad nasum ex tribus fasciolis. XLVI. F

Vna sub imo naso media incipit, cuius capita vtrinq; iuxta nares inter supercilia ducuntur ad imaginem literę X, inde ad summum caput atq; occipitium dantur, ibi q; continentur: altera media super imum nasum obuoluitur, capita q; eius sub infimas auriculas ad occipitium demittuntur, & ibi inter se, & cum capitibus, quę continebantur, vinciuntur: tertia media à fronte orditur, & in vtranque partem circumacta à latere capitis finitur.

Idem ex binis fasciolis. XLVII.

Prior fascia perinde atque altera circumagenda est, sed capita huius in occipitio ad literę X similitudinem inter se aduersa vbi frontem complexa sunt, finiuntur: illius vero sub his comprehenduntur, vel ipsa quoque in occipitio in speciem literę X inter se aduersa sub mentum adducuntur, ibi q; inter se alligantur.

Fascia glomerata ad idem. XLVIII.



G

Fascię pendere tantum à facie finito, quã tum à naribus possit ad occipitium peruenire, reliquam eius partẽ recta per nasum, inter supercilia ad frontem & verticem trahito: inde per medium caput ad occipitium demittito, ibi q; conuersam sub infima auricula ad imum nasum attrahito super partem pendẽtem: inde sub infima auricula alterius partis ad occipitium ducito, ibi'que contineto. post hęc caput, quod à facie pendebat, recta super partem priorem volutã, ac occipitium dato, sic, vt à reliqua fascia cõprehendatur: quam postremo circa frõtem adducito, & ad occipitium reuersam à latere capitis deuincito. H

Funda. XLIX.

Orsa ab occipitio obliqua per verticem & inter ipsum & frontem tendit ad angulum oculi tempori propiorem: inde per genam ad imum nasum, ab eo'que ad genam similiter alterius partis, oculi angulum tempori propiorem, inter frontem & verticem, ad summum caput fertur priori parti aduersa. post hęc ad occipitium demittitur, et sub infimis auriculis porrecta ad occipitium reuertitur, nouissime'que fronti obuoluitur.

Eadem aliter. L.

Fasciam occipitio primum iniicimus, deinde obliquam per verticem ad tempus atq; angulum

A oculi tempori propiorem adducimus, ab eo q́3 sub imum nasum, atq3 infimam auriculam rursus ad occipitium demittimus, ibi'que conuertimus, & priori parti aduersam obliquam ducimus ad tempus, ac sub imum nasum ad infimam auriculam contrariæ partis, post hæc ad occipitium, dein de sub infimam auriculam, sub imum nasum, ac sub imam auriculam alterius partis ad occipitiũ, postremo circa frontem obuoluimus.

Amintæ Vallum. L I.

Orsi ab occipitio, fasciam oblique per verticem ducimus, atq3 inter ipsum & frontem inter supercilia: inde à latere iuxta angulum oculi, naribus propiorem, recta ad proximam narem: inde quà maxilla cum malis cõmittitur, attrahimus: tum sub mentum demittimus, & sub infimam auriculã ad occipitium damus: ab eo'que per verti-
B cem oblique inter ipsum & frontem, atque inter supercilia porrigimus, priori parti aduersam in speciem literæ X: post hæc à latere nasi, ex contraria parte, & qua maxilla cum malis committitur, sub mentum atq3 infimam auriculam alterius partis ad occipitium: inde fronti circundamus: post hæc sub infimam auriculam, per medium nasum, ad alteram infimam auriculam atq3 occipitium. præter hæc non nulli quoq3 mentum complectuntur. Adhibetur autem commodissime, vbi vel inter supercilia, vel medium nasum deligare opus est.



Phaleræ, seu Vallum. L I I.

Ab occipitio inchoatur, & oblique per summum caput atque inter ipsum & frontem procedit inter supercilia: inde iuxta angulum oculi naso propiorem per genam sub imam aurem ad oc
C cipitium: ab eo'que per contrariam partem, sic, vt inter supercilia literæ X figuram accipiat: tum oblique inter frontem & verticem, per verticem ipsum ad occipitium demittitur: deinde sub infimam auriculam, per medium nasum atq3 alteram infimam auriculam, item ad occipitium reuertitur: post hæc circa frontem agitur. Quidam, vt speciosius vinculum efficerent, per eam quoq3 suturam, quæ ad aures per verticem tendit, circuire voluerunt. Potest etiam, si res postulat, fascia duci in vtramque partem. Huic & superiori eadem vis est.

Menecratis Accipiter. L I I I.

Fascia primum occipitio detur, & recta per verticem inter supercilia tendat iuxta angulum oculi naso propiorem: & ab altera nare super imum nasum feratur iuxta alterum angulum naso propiorem, & inter supercilia, vt ibi similitudo literæ X fiat: post hæc recta iuxta partem prius volutam
D ad occipitium reuertatur: ibi'que conuersa sub infimam auriculam, & super imum nasum, ac sub infimam auriculam alterius partis, itidem ad occipitium adducatur, & fronti nouissime circũdetur: quam agere etiam licet super eam suturam, quæ ad aures per verticem tendit. Non nulli, vt elegantius vinculum reddant, adijciunt semirhombum, cuius rationem supra indicauimus.



Amintæ Vallum ad nasum in alteram partem declinatum. L I I I I.

Fasciam ab occipitio orsam recta ad summum caput adducito: deinde inter ipsum & frontem, atque inter supercilia ab altera nare sub imum nasum attrahito: inde sub imam auriculam alterius partis, & super imum nasum, ab eo'que sub imam aurem ad occipitium obuoluito: inde circa frontem.

Hippocratis

Hippocratis vinculum adducens. L V. E

Idem præstat, quod proximè positum. sic autem obuoluitur. membranula palmæ longior accipitur, cuius vnum caput glutine vel gummi illitum naso agglutinatur ab ea parte, in qua iacet: alterum sub imam aurem ad occipitium adducitur, ab eo'que ad frontem, quà similiter agglutinatur.



Ad aures linteum scissum in quatuor partes. L V I.

Medium auriculam complectatur: ex partibus vero scissis, quæ super auriculam sunt, vbi X literæ figurã acceperint, vna per frontem, altera per summũ caput, ad occipitium porrigantur: tum quæ per frontem procedebat, quà X literæ similitudo est, attrahatur, quæ per verticem ad frontem ducatur, & à latere capitis ambæ inter se vinciantur: sed partes subiectæ aduersæ inter se procedant, & altera per posteriorem partem, altera sub mentum detur ad occipitium, ibi'q; nodum accipiant. F



Auris ex fascia glomerata. L V I I.

Fascia post læsam aurem prope occipitium orsa, per ipsam ferri debet, vt ex parte eandem includat: inde inter frontem & verticem attrahi non longe à fronte: tum per priorem partem prope alteram aurem ac sub mentum ad aurem affectam, deinde inter verticem & frontem ad posteriorem partem integræ auris, & sub mentum, atq; infimam auriculam ad occipitium, inde circa frontem, ac rursus ad occipitium. G

Aliter. L V I I I.

Occipitio primum iniicitur, & sub infimam aurem sanam inter frontem & verticem ad priorem partem affectæ auris porrigitur, atq; inde sub mentum & sub infimam aurem ad occipitium, deinde oblique super aurem, post hæc circa frontem.



Linteum scissum in partes sex ad regionem iuxta aurem. L I X.

Medium super locum vinciendum iniicimus: ex partibus vero aliis à ceruice dependentibus, aliis super caput collocatis, eas, quę à priori parte sunt, inter frontem & verticem nodo inter se deuincimus: medias vero in summo capite & inter se, & cum prioribus alligamus: posteriores ad occipitium adductas, vt X literam referant, circa frontem agimus sic, vt à latere capitis finiantur. H

Iunctura ad malas ex tribus fasciis. L X.

Vna media inter frontem & verticem iniiciatur, capita'que eius per malas sub mentum demittant̃, ab eo'q; per malas iuxta priores partes inter frontem & verticem procedant, ibi'q; inter se colligentur: quod si ocu-



A los quoq; deuincire volueris, ducantur non iuxta priorem partem, sed per oculos, tum inter frontem & verticem data in speciem literæ X ad occipitium adducantur: altera fascia media inter frontem & verticem orsa in vtranque partem attrahatur iuxta oculorum angulos temporibus propiores, ad mentum, atque ibi nodum accipiat: tertia media medium nasum amplectatur, capita que eius sub infimis auriculis ad occipitium adducantur, ibi que X literæ similitudine accepta per frontem circumeant, & nodo à latere capitis vinciantur.

Longa ad frontem & regionem, quæ inter supercilia est ex fascia glomerata. L X I.

Dari primo super occipitium debet, post hæc recta duci ad frontem & inter supercilia, deinde ad occipitium reuerti, & postremo per frontem circumagi.

Funda ad labrum inferius scissa in partes quatuor. L X I I.

Medium, quod integrum est, iniicito B super labrũ inferius: superiores vero partes ad mentum adducito, atq; inde ad occipitium, ibi que in speciem literæ X altera super alteram excedente, ad summum caput, & inter ipsum & frontem attrahito, ministro que tradito. reliquas vero binas partes sub infimis auriculis ad occipitium porrigito, atq; ad formam literæ X ad frontem attrahito, & has, & quæ à ministro continebantur, inter se deuincito.



Eadem ad labrum superius. L X I I I.

Media superius labrum complectitor: inferiores partes iuxta angulos oculorum C tẽporibus propiores adducito inter frontem & verticem, vt ibi X literæ figuram accipiãt, inde ad occipitium demittito: reliquas duas partes sub ĩfimas auriculas ad occipitiũ attrahito, ibi q; inter se aduersas circa frontem agito, & inter se deuincito.

Fascia glomerata ad labrum inferius. L X I I I I.

Orditur ab occipitio, & sub infima auricula fertur ad labrum inferius. ac sub infima auricula reuertitur ad occipitium.

Eadem in vtramque partem ducta. L X V.

D Media labrum complectitur, capita q; eius sub imas aures ad occipitium attrahuntur, & fronti circundantur.

Alia. L X V I.

Incipimus ab occipitio, et sub infimam auriculam ad labrum fasciam ducimus, ab eo q; sub infimam auriculam ex altera parte ad occipitium, inde per verticem obliquam, & inter ipsum & frõtem ad tempus porrigimus, ab eo que per malas sub mentum ad malas ex altera parte, deinde inter frontem & verticem in speciem literæ X inde ad occipitium, postremo circa frontem.

Ad labrum superius. L X V I I.

Ab occipitio ordiatur, & obliqua detur inter verticem & frontem iuxta oculi angulum temporibus propiorem ad labrum superius, ab eo que ad alterum tempus, atque oculi angulum ipsi propiorem, tum inter frontem & verticem super partem prius iniectam ad imaginem literæ X, inde ad occipitium & circa frontem.

Eadem

Eadem à medio orsa. LXVIII. E

Media superius labrum complectere, capita q; iuxta tempora oculorum'que angulos temporibus propiores porrige, inde inter frontem & verticem, vt ibi X literam referant, tum ad occipitium, post hęc per frontem, rursus ad occipitium.

LXVIII LXX

Funda scissa in partes quatuor ad occipitium LXIX.

Media occipitium comprehendit: ex partibus vero, quæ subiectæ sunt, per malas atque angulos oculorum temporibus propiores inter frontem & verticem feruntur, ibi'que inter se deligantur: reliquæ sub infimas auriculas ad occipitium ducuntur, vbi ad modum literæ X altera super alteram excedit. quòd si breuiores fuerint, in occipitio cum prioribus aptantur, si longiores, ad frontem adducuntur. * F


LXX

Cum de vinculis tam simplicibus, quàm compositis, quæ faciei & capiti cõueniunt, abunde dixerimus, proximum est, vt ad reliqua pergamus.

Iunctura ad mentum EX SORANO. LXX.

Fasciam ab vtroque capite scindẽtes, sic, vt medium, quo mentum comprehenditur, intactum relinquatur, inferiores quidem partes, recta per malas inter frontem & verticem porrigimus: superiores per mentum transuersas ad occipitium attrahimus, nodo q; inter se alligamus: prodest autẽ quibus deuincire mentum conuenit. G

Spica Glaucij. Nunc GALENVS LXXI.

Nomen inuenit à spica, quam suo ambitu imitatur. maxime autem proficit, vbi iugulum fractum est, aut humerus excidit. eius ratio est: Hapsus lanæ mollis ab ea parte, quæ vincienda est, alæ subijcitur, donec id cauum compleat: post hæc fascia glomerata, quæ longitudinem & latitudinem habeat pro portione eius, quod alligatur, ab altera ala incipiens obliqua per dorsum tendit, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur: inde sub ala affecti humeri ad eam partem reuertitur, quà iugulũ cum lato scapularum osse cõmittitur, ita, vt ibi X literã repræsentet: deinceps obliqua per pectus procedit ad alam integræ partis: inde per dorsum obliqua ad iugulum, ita, vt parti prius obuolutæ aliquantulum insidat: ab eo'que sub ala iterum datur ad iugulum, sic, vt secundo similitudo X literæ fiat: postremo ad alam integræ partis, atque ad eandem rationem, circumagitur. H


LXXI LXXII

Eadem media primum iniecta. LXXII.

Adhibita spica brachium figurandum est ad angulum rectum, atque altera fascia media inuoluendum, cuius capita recta ducenda sunt, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur, atque ibi in speciem literæ X aduersa inter se ad alam integræ partis attrahenda: post hæc per latera atque affectum humerum circundanda eatenus, vt omnia includantur, & sub ala sanæ partis finienda.

A *Eadem in vtramque partem ducta.*
L X X I I I.

Media alam affecti humeri complectitur, & in vtramque partem ducta, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, X literę figuram accipit: inde oblique pars vna per dorsum, altera per pectus procedit ad alteram alam, atque ad hunc modum, quoties opus fuerit voluta, finitur.


LXXIII LXXIIII

Geranis (ita enim appellatur à gruis similitudine) Hippocratis, siue (vt alijs placet) Perigenis. *L X X I I I I.*

B Iisdem conuenit, quibus spica, in hunc autem modum obuoluitur. Vbi spicam iniecerimus, semel circa humerũ dari fascia debet: inde ad iugulum procedere: tum oblique ad alteram alam, atque ibi desinere.

Funda humerum complectens, quæ idem præstat atq; Geranis. *L X X V.*

Spicam adhiberi prius conuenit: tum ab ea parte qua iugulum cũ lato scapularum osse cõmittitur, fasciam semel recta ferri ad brachium, quod ad angulum rectum figuratum sit: atq; inde rursus ad eã partem, qua iugulũ cum lato scapularum osse cõmittitur, deinde ad alam integrę partis: post hęc humero & la-
C teribus circũdari, & sub ala nodum accipere.


LXXV LXXVI

Eadem aliter. *L X X V I.*

Media vitiati humeri caput amplectatur, capita q; eius recta ducantur ad brachium in vicinia cubiti: et rursus iuxta partes prius iniectas, qua iugulum cum lato scapularum osse coniungitur: inde ad alam integræ partis, post hęc in orbem.

Aliter. *L X X V I I.*

Media circundanda est alę integræ partis, capita q; eius in orbẽ ad latera atq; humerum attrahenda: tum sub ala integrę partis iterum
D demittẽda: inde obliqua ducẽda sunt ad eum vitiatæ partis locum, vbi iugulum cum lato scapularum osse cõmittitur: deinde recta per humerum ad cubitum: ab eoq; rursus ad eam partem, qua iugulum cum lato scapularum osse cõmittitur: inde ad alam integræ partis, postremo in orbem circa humerum.


LXXVII LXXVIII

Spica duplex, quam alij Quadrigam dicunt.
L X X V I I I.

Commodissime inijcitur, cum vtrumque humeri caput male habet. eius ratio hæc est. Vbi spica simplex data fuerit, fasciam sub alam vincti humeri demittentes obliquam ducimus ad alterum humerum, atq; ad eam partem, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, sic, vt ibi X literam referat: deinde ad alteram alam, atque ad eandem rationem circumagimus.

Cataphracta. L X X I X. E

Nomen habuit à similitudine thoracis Romani, quem cataphractam dicunt. Prodest autem quibus deligare iuxta iugulum conuenit latum os scapularum, pectus, dorsum aut latera. quod vinculi aliqua ex parte duplicem spicam repręsentat. sic autem obuoluitur. Alę primo circundatur, tum obliquè per pectus ducitur prope illam regionem, vbi iugulum cum osse pectoris cõmittitur: inde per ceruices ad latum scapularum os humeri contrarij atq; ad alam subiectam, ab ea q; ad ceruices super partem prius iniectam, ita, vt prope ceruices similitudo X literæ fiat: post hæc obliqua datur ad latum scapularum os ex altera parte, atque ad alam: ab ala ad ceruices, vt in vertebra colli X F



LXXIX LXXX

literę figuram accipiat: deinceps sub ala & oblique prope eam regionẽ, vbi iugulum cum osse pectoris committitur, sic, vt hic quoque similitudo X literæ fiat, & iuxta ceruices, & super latum scapularum os, & sub ala, vt quater X literam repræsentet, nimirum semel à priore parte, semel à posteriori, bis prope iugulum. Ad eandem autem rationem quoties opus est, circuit: deinde in orbem attrahitur circa pectus & latera sic, vt tota iunctura thoracem referat.

Eadem in vtramque partem ducta. L X X X.

Sub ala dari mediam fasciam oportet, & in vtramq; partem ferri ad proximum iugulum, sic, vt prope ceruices X literam referat: deinde oblique porrigi ad contrariam alam, ab ea q; ad proximum iugulum, vt ibi prope ceruices fiat similitudo literæ X: inde ad alteram alam oblique, postremo in orbem circa pectus.

Sostrati Vinculum rectum ad alam & pectus. L X X X I.

Maxime conuenit, vbi medium pectus, vel dorsum, aut latera, seu thoracem volumus deuincire. Duas igitur fasciolas iustæ longitudinis humerorum capitibus inijcimus, earum q; capita recta sinimus depẽdere: deinceps fascia glomerata thoracem totum obuoluimus & latera, vt contegantur, extremam q; fasciam nodo alligamus: capita vero, quæ & à priori & à posteriori parte pendebant, fasciæ circuitibus assuimus, ac, si longiora fuerint, sursum cõuersa, qua iugulum cum lato scapularum osse cõmittitur, inter se colligamus. G



LXXXI LXXXII

Vinculum in speciem literæ X ad alam & pectus. L X X X I I.

Quas proxime posui fasciolæ, non rectæ, sed obliquę dependeant, ita, vt tam à pectore, quàm à dorso similitudo X literæ fiat. cætera eadem fieri debent, quæ, vbi rectæ adhibentur.

Amintæ Thorax. L X X X I I I.

Huic & vinculo, quod ad alam posui, eadẽ vis est. sic autem fasciatur. Imposita cataphracta ad vtramque partẽ ducta, vbi fascia eatenus circuierit, vt vsq; ad vmbilicum complexa omnia fuerit, capita inter se vinciri debent, sic, vt lupus laqueus fiat: quod q; ex his vltra laqueũ relinquitur, ad ilia vtrinq; adductũ prioribus circuitibus inseritur, sic, vt extremum pẽdeat, quod quatuor digitorũ longitudinem ęquet: quo fit, vt thoracis fimbrias represẽtet. H

Thorax ad idem X literam repræsentans. L X X X I I I I.



LXXXIII LXXXIIII

Fasciam ilibus primum à dextra parte inijcito, & oblique per latus & medium pectus trahito ad humeri caput: ab eo q; ad alam atq; iterum ad humeri caput super partem priorem ad effigiem X literæ: post oblique per dorsum ad ilia super caput primo iniectum, deinceps per ventrem ad ilia sinistræ partis in orbem circunducito:

A circunducito: deinde per dorsum priori parti aduersam, sic, vt ibi eiusdem literæ similitudinem habeat, ad caput humeri dextrum: post hæc sub alam demittito, & rursus ad caput humeri circũagito, sic, vt ibi similitudo X literæ fiat: post hæc per medium pectus ac latus oblique ad ilia sinistræ partis, nouissime in orbem circundato, atq; ad eandem rationem voluito, dum quæ liganda sunt, omnia includantur.

Stella. LXXXV.

Adhibito vinculo, cui nomen est thorax X literam repræsentans, debet angustior fasciola dari in orbem semel aut iterum circa pectus & dorsum, & extremo capite fibula deuinciri.

Geranis in speciem fiscellæ. LXXXVI.

Idem potest, quod cataphracta. eius autem ratio est. A dorso incipit, & oblique per scapulas ad eam partem procedit, vbi iugulum cum lato scapularum osse cõmittitur: inde sub ala demissa eodem reuertitur, vt similitudinem B X literę super eandem commissuram accipiat: post hæc obliqua per mãmam ad vmbilicum, ibi q; conuersa oblique trahitur ad alteram mãmam, atq; ad eam partem, vbi iugulum cum lato scapularum osse cõmittitur, vt ibi literæ X figuram accipiat: deinde per dorsum demittitur, & in orbem datur circa latera, atq; ad eandem rationem circuit.


LXXXVI


LXXXVII

Stella à posteriori parte se ostendens. LXXXVII.

Vtiliter adhibetur, quibus deuincire dorsum oportet. sic autem circundatur. Ab ilibus orsa puta sinistræ partis, per dorsum tendat ad caput humeri dextri: inde ad alam, ab eaq; per latum scapularum os sinistrę partis ad alam atq; humeri caput: dehinc oblique per dorsum feratur priori parti aduersa: post hæc semel aut iterum in orbem circa ilia detur, eo'que ambitu extrema pars contineatur. Eandem quoque sic circumagere licet, vt à priori parte oculis exponatur: id quod fit, C vbi non à priori parte, sed à posteriori æque circumeat.

Vinculum, quod à fulmine Κεραύνιος *appellatur.* LXXXVIII.

Idem efficit, atq; illud, quod proxime positum est. Fasciam iustę lõgitudinis atq; latitudinis mediam in longitudinem scindimus, dum recipere caput possit: ex capitibus vero vnum à ventre, alterum à dorso, patimur dependere: post hęc imponimus id vinculi, cui nomen est Thorax X literã rẽpsentãs, ima q; capita prioris fascię scissa in plures partes pẽdere sinimus.


LXXXVIII



Simplex vinculum ad ceruicem. LXXXIX.

D

Commodissimum est, vbi res poscit alterã ceruicum partem alligari. Incipit autem à medio latere, & per dorsum fertur ad ceruicem & pectus, & post hæc ad latus super caput primo iniectum, deinde per thoracem in orbem.

Duplex. XC.

Fascia primum alæ circundari debet, tum oblique per dorsum ad ceruicem procedere: inde ad pectus, et alam, atq; alteram alam: post hæc oblique per pectus ad ceruicem ita, vt ibi X literam reprẽsentet: deinde oblique per dorsum ad alam: ac postremo in orbem circũagi, atq; ad eandem rationem circuire.


LXXXIX

XC

Cuspis, siue Hamus. X C I. E

Binæ fasciolæ, quæ & longitudinem conuenientem habeant, & duorum digitorum latitudinem non excedant, mediæ humerorum capita complexæ dependent, & tam à dorso, quàm ab vmbilico X literæ figuram accipiunt: post hęc fibula inter se iunguntur: quo facto obuoluitur geranis in speciem fiscellæ.

Rhombus simplex. X C I I.

Iisdem prodest, quibus proxime adscripta. conficitur autem ex duplici vinculo ad ceruices, & ex geranide, ante dictis.


XC I XC II F

Rhombus duplex ad idem. X C I I I.

Fascia ab ilibus orsa obliqua per iugulum fertur ad latum scapularum os: inde ad alam, ab ea q; ad iugulum, ita, vt quà iugulum cum lato scapularum osse committitur, referat similitudinem literæ X: post hęc trãsuersa per collum ad alterum iugulum: tum sub ala demittitur, atque ad idem iugulum reuertitur, vt ibi quoque similitudo X literę fiat: inde obliqua per mammam porrigitur ad ilia cõtrariæ partis, sic, vt in pectore eandem literã referat: postea in orbem circa ilia fertur, & obliqua per dorsum tẽdit, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur: inde ad alam demissa eodem reuertitur: tum transuersa per priorem partem, quà iugulum cum osse pectoris, & quà cum lato scapularum osse committitur, & obliqua per dorsum ad ilia, postremo in orbem. Cum hoc etiam imponitur, vel duplex geranis, vel simplex vinculum ad ceruicem, vel etiam duplex. G


XCIII XCIX

Sostrati Κεραύνιος. X C I I I I.

Proficit vbi medium pectus & dorsum deligandum est. sic autem obuoluitur. Duo iniici vincula oportet, & quod cuspis, & quod stella nuncupatur: tantummodo capita, quæ in stella per fibulam inter se iungebantur, ad ilia adducta dependent.

Apollonij iunioris Ἡμικεραύνιος. X C V.

Fasciolas, quas in cuspide adhibuimus, ad humerorum capita damus, tum duplex vinculum ad ceruices iniicimus, deinde geranida in speciem fiscellæ. H

Sostrati parua Ara. X C V I.

Speciosa est, siquidem obuoluta paruæ aræ angulos reprȩsentat. Primum deligetur vinculum ad ceruices, deinde geranis in speciem fiscellæ, quo facto adiicitur vinculum Sostrati ad pectus, cum fasciolis suspendentibus.

Eiusdem paruum Templum. X C V I I.

Hoc etiam & decorum est, & idem proficit. Recto vinculo Sostrati imposito illud iniiciẽdum est, quod quadriga nominatur.

Apollonij Thirij paruum Templum. X C V I I I.

Binæ fasciolæ super dorsum dantur, quemadmodum in vinculo recto Sostrati ad pectus, postea simplex rhombus circumagitur.

Geranis in speciem fiscellæ in priori parte se ostendens. X C I X.

A latere orsa obliqua per pectus eò ducenda est, vbi iugulum cum lato scapularum osse committitur,

A mittitur, inde sub alam: ab hac eodem reuersa per collum transuersa ducenda est ad commissuram iuguli alterius partis cum lato scapularum osse: deinde sub ala a priori parte versus posteriorem ad eandem commissuram porrigenda: inde obliqua per pectus, & postremo in orbem circa ilia. Idem quoque vinculum à posteriori parte se ostendet, si circuitus, qui à priori parte fuerant, in posteriori collocemus, & eos qui à posteriori, in priori.

Auriga. C.

Valet ad latera deliganda, atq; ad hunc modum iniicitur. Media fascia collum comprehendimus, capita'que obliqua per pectus attrahimus: ibi'que inter se implicata sub alas adducimus ad dorsum, vbi rursus implicamus:
B atq; ita, donec totum thoracem deligauerint, modo à posteriori, modo à priori parte iplicamus, extrema'q; inter se deuincimus. quo vinculo vtuntur aurigæ ad latera continenda.

Expositis fasciis, quæ thoraci accommodãtur, proximum est, vt ad reliquas pergamus.



Ex Heliodoro

Assuta fascia ad mammam. C I.

C Fasciam, cuius lõgitudo ac latitudo sit proportione hominis, duplicamus: tum initio facto à medio eius partis, quæ duplicatur, suimus deorsum oblique tẽdentes: deinceps omne id, quod super suturam est, excidimus, vt pilei modo sinus fiat, qui mammam, & quod super iniectum est, capiat. vtrunq; huius fasciæ caput in duos scindimus: deinde ab altera parte sinus, quæ contra suturam est, & veluti labrum lintei, fasciolam latam circiter digitos duos à latere suimus sic, vt alterum caput longius sit, breuius alterum: quæ fasciola cingulus dicitur. vinciendi ratio est. Sinus datur ad mãmam, vt ipsam comprehendat: longius vero cinguli caput per dorsum attrahitur ad integram mammam, & cum breuiori nodum accipit. ex capitibus scissis priora duo sursum ferũtur ad ceruices, ita, vt dexteriori sinistrum, sinisteriori dextrum procedat, pendere'que sinatur, quibus'cum reliqua duo capita colligantur.
D

Glomerata fascia ad mammam. C I I.

Longioris fasciæ, quæ tantum latitudinis habeat, quantum vsus requirit, caput in duas partes scissum detur iuxta integram mammam: fascia vero per dorsum oblique ad vitiatam mammam procedat, ab ea'q; ad alteram, post hęc super dorsum: inde ad affectam mammam à superiori parte deorsum porrigatur, vt inter vtrãq; mammam X literæ figuram accipiat: sępius'q; ad eandem rationem circumeat, dum quæ nuda sunt, omnia contegantur. extrema vero fascia scindatur, tum scissæ partes inter se vinciantur altero nodo sub integra mammia, altero supra collocato.

Ex Sorano

Duplex in vtranque partem ducta, à superiori parte deorsum. C I I I.

Mediæ fasciæ, quæ pectori transuersa circundetur, altera assuitur, donec vtranque mammillam pertransierit: hęc capitibus suis recta ad collum datis ex eo suspenditur, illa per dorsum procedit: vtriusque capita inter se vinciuntur, vt deligandis mammis accommodentur.

Vinculum Suspendens sex habens capita.
CIIII.

Suspendenti vinculo quatuor capitum circa mediam suturam, alia fascia trāsuersa assuitur, cuius capita, vbi (vt dictum est deligauerimus, in dorso inter se vinciūtur, ne aut resolui vinculum possit, aut rugosum fieri. Habet autem eundem vsum, quem proxime traditum.

E



Nunc GALENVS

Iunctura Ad alterum Inguen. CV.

Expeditissima est, vbi alligare inguen oportet. iniicitur autem hoc modo. Fascia ab ilibus orsa oblique per clunes ferri debet à parte inguinis vitiati inter anum & naturale, post hęc sursum procedere ad inguen: tum in orbē per coxam ad ilia super partem prius iniectam, & ab inferiori parte sursum adduci.

F



Ad Vtrunque Inguen. CVI.

Abdomini fascię caput iniicito, eam q́ꝫ oblique per coxam inter anum & naturale attrahito ad inguē ab inferiori parte sursum: deinde iuxta caput primo iniectum ad coxam, atque inter anum & naturale ad alterum inguen ab inferiori parte sursum: post hæc infra vmbilicum: sic q́ꝫ circumagito, dum inguen vtrunqꝫ includatur.

Eadem in vtranq; partem ducta. CVII.

Media fascia incipit ab inguine, capita'que eius ad coxā data literæ X figuram accipiunt, & vnum ad inguen, alterum ab exteriori parte procedit: deinde ambo in vnum adducuntur, atqꝫ ad eandem rationem circumeunt.

G



Aliter ad Alterum Inguen. CVIII.

Vnū fascię caput, quod breuius sit, nec duorum vel trium cubitorum longitudinem excedat, ab inguine dependeat: alterū vero glomeratum, per ilia ad coxam detur atqꝫ abdomen: inde oblique ad coxam & inguen circūagatur ab inferiori parte sursum, tum ad ilia & coxā, ac per ilia cōtrariæ partis ad abdomen: tunc q́ꝫ caput dependens ad inguen sursum conuertatˀ sic, vt ibi sinus fiat, qui altero capite, quod glomeratum est, comprehēdatur. post hæc rursus quod glomeratū est, per inguen & coxam ducatur ad abdomē: rursus q́ꝫ primū caput duplicetur à superiori parte deorsum, & eo, quod glomeratum est, comprehendatur: ac dum fascia desinat, alterum quidem duplicetur, alterū superdetur: nouissime fibula imponatur.

H



Aliter ad Vtrumque. CIX.

Fasciola media lumbos complectimur, capita q́ꝫ eius ab inguine non secus q̄ in iūctura ad alterum inguē sinimus dependere: tum alteram fasciam à ventre orsam, queādmodum in iunctura, ad vtrunqꝫ inguen circundamus, capita vero, quæ pendebant, quemadmodum in simplici dictum est, duplicamus.

Pectin seu Vinculum Suspendens ad Colem. CX.

Fasciola media lumbis iniicienda est, capita q́ꝫ eius super ventrem adducta nodo inter se vincienda: tum alterius fasciæ glomeratæ caput zonæ inserendum: reliqua pars ad colem data in zo-

nam

A nam rursus à superiori parte deorsum coniјcienda, post hęc sub colem & ad zonam: postremo testiculos complexa, in zonam demittenda est.

Aliter. C X I.

Iniecta zona fasciæ caput super colem imponatur, ea'q; circa ipsum in orbem detur, donec totũ includat: deinceps ad zonã feratur, ab ea q; ad colẽ, atq; inde rursus ad zonam: nouissime testiculos amplexa, in zonã demittat.

Idem ex fascia scissa ac zona. C X I I.

Linteũ iustæ magnitudinis scindito in partes quatuor sic, vt medium integrũ relinquatur, quo colem excipito: tum ab altero capite scissas partes in vicinia colis findito: in quę fissa coniјcito partes alterius capitis, cingulo'q; inserito, & nodo alligato.



CXII

B Ex Heliodoro

Vinculum ad alterum inguen, quod non nulli dixerunt Cancrũ pro inguine. C X I I I.

Fascia ab ilibus contrariæ partis incipiens obliqua fertur ad lumbos, deinde ad inguen, quod vinciri debet, ab eo'q; ad summam coxã porrigitur. post hæc ad idem inguen reuersa datur ad regionem, quæ sub vmbilico est, vt X literæ figuram accipiat, ab ea'q; ad ilia alterius partis: sic'q; circũagitur, donec, quę nuda sunt, omnia cõplectatur: tunc'q; vtiliter semel in orbẽ ambit circa lũbos, et infra vmbilicum. Prodest aũt, quibus deuincire inguẽ oportet.



CXIII CXIIII

Ad vtrunque inguen. C X I I I I.

Vbi vinculum adhibuerimus ad alterum C inguen, omisso circuitu in orbem, in vinculo ad vtrunq; inguen, fasciam à lumbis attrahimus ad alterum inguẽ: deinceps ad summam coxam, ab ea'q; ad idem inguẽ, vt in altero similitudo X literæ fiat: deinde ad lumbos adducimus: post hæc eatenus hac ratione obuoluimus, vt quæ nuda sunt, includamus. Valet ad vtraq; inguina deliganda. neq; ab re est vltra propositos circuitus, in orbem quoque fasciam circumagere.

Iunctura ad inguen tuendum. C X V.

Fascię glomeratę, à capite duodecim interpositis digitis fasciolam assuere duorum cubitorum oportet, eo'q; capite super ilia contrariæ partis iniecto, fasciolam rectam à poste-D riori parte per lumbos & clunes demittere inter anũ & naturale, obuolutam'q; inguini vitiato sursum porrigere: deinde glomeratã fasciam bis, ter'ue circumagere, per quem ambitum fasciola attrahitur quasi per nodum. vbi vero huiusmodi circuitibus in orbem inguen adstrictum est, fasciola ad summam coxã porrigitur, ab ea q; ad idem inguen, et ad eã regionem, quę sub vmbilico est. quo facto ex fascia glomerata vinculum fit ad alterum inguen, nodum q; accipit sub vmbilico. Pertinet autẽ hoc vinculum ad eos, quibus propter varices, qui inguẽ implent, manus curatio admouet.



CXV CXVI



CXVI CXVII

Assuta iunctura ad anum. C X V I.

Fascia sumi debet eatenus longa, ac lata, vt huic iuncturæ sufficiat: cui ab vno capite altera valentior fascia, lata circiter digitos tres, trãsuersa assuenda est, hęc zonæ nomen inuenit: tum eidem

fasciæ interuallo puta nouem digitorum alia fascia trāsuersa, perinde lata vt zona, similiter assuen E
da est, cuius partes vtrinque adiuncta crura nuncupantur: alterum vero caput rectæ fasciæ, quod contra suturam est, scindēdum in duo crura. Homo igitur explicata zona cingatur, recta vero fascia per lumbos procedat ad anum atq; inter ipsum & naturale, eius q; crura ad inguina ducta zonæ inserantur: post hæc adiuncta crura arctata in zonam demittantur atque ibi cum cruribus alligentur. Quod vinculū sine adiunctis cruribus nō nulli ad caculosos, vbi calculus euulsus esset, adhibuere: id nos ob nodorum inæqualitatem reijcimus, ne pars vmbilico subiecta vrgeatur, vesica.n.inęqualiter compressa inflammationi obnoxia est. Deligamus aūt, quibus calculus euulsus est, parua fascia, quā proxime ad inguen proposuimus: sed nunc breuiorem rectam fasciolā assuimus, extremam q; scindimus in duas partes. hæc aūt iunctura illis longe cōmodior est, q̃ quę ani causa inijcitur, siquidem glomerata fascia in orbem voluta lūbos & omne id, quod sub vmbilico est, tegit, extrema que sub vmbilico prioribus circuitibus assuitur. ex recta vero fascia quod integrum est, ad anum & inter ipsum & naturale demittitur, partes vero scissæ ad inguina attractæ in priores circuitus immittuntur: quæ vinciendi ratio, calculosis, vbi secti sunt, aptissima est.

Scissum vinculum ad scrotum. CXVII.



Linteum pro hac ipsa iunctura longum latum'ue, ab vtroq; capite in quatuor parteis diuiditur, sic, vt ab vno breuiores sint, ab altero longiores: deinde à medio versus breuiores excidi- F
tur, donec, vbi vsus requiritur, coles eo cauo excipiatur. zonam ergo inijcere primum homini oportet, tūc q; ex breuioribus partibus lintei medias duas in zonā demissas, inter se deuincire, & reliquas duas in eandem zonam coniectas pati dependere. quo facto coles per id cauum excipi debet, scrotum q; totum cōprehendi integro linteo: ex cuius partibus longioribus, duę exteriores scroto inuoluendæ sunt, ita, vt dextra sinisteriori, dexteriori sinistra ꝓcedat: deinceps in zonam demissæ eo modo, quo priores permittēdę sunt pēdere. reliquæ duæ mediæ scroto similiter iniectæ, vt dextra sinisteriori, dexteriori sinistra procedat, per summas coxas in eandem zonam demittendæ, & cum prioribus partibus pendentibus alligandæ. G

EX SORANO

Iunctura ad scrotum ex tribus capitibus. CXVIII.

Vni extremæ fascię assuat̄ altera media ad imaginē literæ T. harum, quæ transuersa est, hoīem cingat: quę recta, feratur ad scrotū, ibiq; eatenus incidat̄, quatenus coles suo cauo recipiat̄, extrema q; ad zonā alliget̄, vt scroti vitijs accōmodetur.

EX HELIODORO

Fascia glomerata ad cubitum. CXIX. H

Incipit ab imo humero in vicinia cubiti, atq; in orbem circūagitur: post hæc obliqua ducit̄ per priorem cubiti partem, qua secari venę solent: tum brachio in orbem obuoluta obliqua ad humerum reuertitur, sic, vt in priori parte cubiti X literā repręsentet: sic autem circuit, donec tegantur, quę nuda sunt, & vbiq; à latere nodū accipiat. Illud aūt cōmune est humeri brachij alterius'ue mēbri vinciendi, ꝙ fasciæ in orbē ferri debent, cū eo vt interdum ēt obliquę procedant, quo vinculū firmius hæreat. Huius vero fasciæ extremitas vel inferioribus assuenda est, vel angustiori fasciola vincienda est: aut in duo capita scindenda, quæ ab altera membri parte nodo inter se alligentur.

Iunctura in orbem: quidam adijciunt, sub auctore Hippocrate. CXX.

Huius vinculi ratio est vt fascia super aliquod membrum pluribus circuitibus in orbē ambiat. recte autem inijcitur, vt membrum contineat, quod in suum locum restituitur: magis vero pertinet ad corporum, quæ abscesserunt glutinationē, his seruatis, quæ ad artificiosam fasciandi rationem pertinēt. Abscedentium enim ore in inferiori parte sito fascia à superiori parte deorsum procedit, vt humores excernantur, & eorum, quæ abscesserunt alterum alteri insidat, vt glutinentur: sed si vlcus superius sit, vt materia ab inferiori parte sursum sub vinculo excernatur. vbi vero abscedentia corpora transuersa sint, fascia ab ipsis circundetur versus os, vt humor emittatur.

A *Menecriti vinculum ad partes extremas.* CXXI.

Ab extremo brachio' prope manum orsi, vbi fasciam semel in orbem duxerimus, obliquam attrahimus per primã palmæ partem: deinde per palmam ipsam circumagimus priori parti aduersam, ita, vt ad primam palmæ partem reuertatur, prope ipsam prius X literæ similitudine accepta: atque ad eandem rationem obuoluimus, dum quæ nuda sunt, contegantur. Adhibentur autem vtilissime, vbi & primam palmæ partẽ, & palmam alligari necesse sit.

B

Cancer. CXXII.

Angustioris fasciolæ, cuius latitudo exempli causa digitum æquet, capite super primam palmæ partem imposito, ipsa per palmam attrahenda est, & ab interiori parte versus exteriorem oblique ad pollicem adducenda: tum circa ipsum ab exteriori parte oblique porrigenda ad primam palmæ partem aduersa parti prius iniectæ, sic, vt super exteriora pollicis X literam referat: atque ad eandem rationem eatenus voluẽda,
C vt omnia complectatur: nouissime'que circa primam palmæ partem data, finienda est. Commodissime autem obuoluitur ad vinciendum pollicem, quẽ ἀντίχειρα vocant.



Ex Sorano

Iunctura ad primam palmæ partem.

CXXIII.

Orsa à prima parte palmæ obliqua versus palmam ducatur, deinde per palmam ipsam transuersa, postremo in orbem circa primam palmæ partem, vt quibus hanc ipsam vincire volumus, accommodetur.

D *Vinculum oppositum.* CXXIIII.

A prima palmæ parte incipiens, post ipsam oblique circa pollicem obuoluitur: tum oblique à priori parte manus ad primam palmæ partem porrigitur, ibi'que in orbem attrahitur, vt vinciendo pollici aptetur.

Vinculum, vt in palæstra ductum. CXXV.

Adhibito vinculo opposito fasciam insuper oblique prope primam palmæ partem versus digitos circundamus, deinde in orbem circa indicem: post hæc oblique aduersam parti prius iniectæ, prope primam palmæ partem attrahimus: idem'q; facimus circa reliquos digitos, vt illis idoneum sit, quibus tam quod prope primam palmæ partem versus digitos est, quàm quod post digitorum articulos, vinciri debet.

Rhombus ad medium membrum. CXXVI.

Fasciæ caput membro iniicimus, eam'q; super id obliquam ducimus, post hæc in orbem, deinde aduersam parti prius obuolutæ, atque ab altera parte in orbem, vt ad eas fracturas conferat, quibus carnis quoque vulnus accessit.

Rhombus

Rhombus multiplex ad vnicum membrum. CXXVII.

Super extremã vnius membri partẽ fascia imponit,& per ipsum æquis interuallis quasi in cochlea serpit vsq; ad alterã extremitatem: quã in orbẽ cõplexa, oblique circuit,& in orbẽ dat aduersa parti prius iniectæ, certa seruãs interualla, vt iis, quæ cõprehẽdit, accõmodet.

Palma habena. CXXVIII.

Orsa à summo membro, obliqua per mediũ ad imum feratur,& in orbem circa ipsum detur: post parti prius iniectæ aduersa ad summum reuertatur,& iuxta eosdẽ circuitus ambiat, vt eas partes fideliter contineat, quæ recenti callo glutinatæ sunt.

E



Ex Heliodoro

Rhombus æqualium crurum. CXXIX.

Tradita iũctura hæc est ad femur, vbi id aliqua parte vulneratum sit,& adiunctæ partes abscedãt. cuius ratio est. Ab inferiori parte vlceris fascia in orbẽ circuit, inde obliqua ducitur à latere vlceris:& rursus in orbẽ à superiori parte vlceris attrahitur: tũ obliqua ad imaginẽ literæ X deorsum demittitur: deinceps cõuenienti interuallo bis iuxta vlcus obliqua porrigitur semel ab inferiori parte sursum, semel à superiori deorsum, ita, vt bis litera X repræsentetur,& in medio rhõbus super vlcus collocetur, quo per medium interuallum nudatum humores excernantur. Circuit autem ad eandem rationẽ, donec quæ nudã sunt excipiat, eo q; fit, vt quæ abscesserunt, sub vinculo, quasi sponte sua ad glutinationem veniant, nudato q; vlcere, quidquid humoris collectum est, effundatur. F G

Rhombus inæqualium crurum. CXXX.

Vbi proximum vinculum inieceris, requirit quod nũc proponitur, vt fascia per vulnus feratur, etiã obliqua. Eo vsi sunt, quibus operiendi quoque vulneris consilium fuit.

Ascia. CXXXI.

Scribũt, qui huiusmodi iuncturã adhibuerunt, ipsam vtiliter inijci, quibus vulnerato semore proximæ partes diducunt. sic autẽ iniici debet. Voluẽda sub vulnere fascia est in speciem asciæ sic, vt pars gibba deorsum, sima sursum spectet: deinde super vlcus iterum in speciem asciæ priori aduersæ circũagẽda est, atq; ad eandem rationem attrahẽda, dum quæ nuda sunt contegat, ab inferiori parte sursum,& à superiori deorsum procedẽs, interdum etiã per vlcus, vt ipsum operiat. H

Vinculum à latere X literam repræsentans. CXXXII.

Fasciã imo femori in orbẽ ꝓpe genu circũagimus: tũ oblique ducimus, et rursus parti prius iniectæ aduersam attrahimus sic, vt à latere genu literæ X similitudinem referat, eodem q; modo circũducimus. Potissimum autem pertinet ad eos, quibus genu in alteram partem lapsum reconditum est. repræsentanda vero X litera est ab ea parte, in quã excidit.

Testudo. CXXXIII.

Super genu faciam tendere in orbẽ oportet,

A tet: inde obliquam à superiori parte deorsum per patellam demitti ad poplitẽ: ibi'q; sub genu in orbem iterum circumagi, & parti prius iniectæ aduersam super patellam procedere in speciem literæ X. post hæc per poplitem & patellam in orbem circuire, atque ad eandem rationem obuolui. Conuenit autem patellæ, quomodocunque sua sede proruperit.

Ad Calcem. CXXXIIII.

Circumagenda fascia est circa talos in orbem, inde à posteriori parte ex vno latere nerui lati oblique ducenda ad alterum latus: tum circa calcẽ voluenda, ab eo'que porrigenda, atq; ad eandem rationem circũdanda. Valet autem ad calcem alligandum.

B *Ad Talos.* CXXXV.

Fascia super talos datur, inde obliqua ad superiora pedis porrigitũ: post hæc sub plantam demittitur sic, vt ad superiorem partem reuersa, X literæ similitudinem referat: alligata vero planta circumducitur in orbem. Valet, vbi vinciri talos oportet.

Spica ad Plantam. CXXXVI.

Fasciam in orbem, magnum digitum complectatur, ab eo'q; per plantam procedat circa talos: inde obli-
C qua reuertatur ad plantam sic, vt non longe à minimo digito similitudo literæ X fiat: post hæc ad superiorem partem pedis intendat, & ad eandem rationem circumeat. Maiores vinculum hoc ad magnum digitum deligandum memoriæ prodiderunt: nobis vero superuacaneum videtur digitum alligare ad plantã atque ad talos: abunde enim existimamus, si cum digito & planta pars pedis superior vinciatur, quemadmodum propositum est in digitis manus.

Ex Sorano

Calceus. CXXXVII.

Fasciam primo talis iniicimus, tum per ipsos obliquam ducimus ad plantam: ab ea'que ad alte-
D ram partem talorum obliquam attrahimus: postremo circa crus in orbem porrigimus, vt illis accommodetur, quibus deuincire talos conuenit.

Ad Calcem. CXXXVIII.

Fasciȩ caput sub talis iniicito, eam'q; circa ipsos oblique ad plantã demittito: tum oblique circa calcem, & in orbem iuxta talos adducito, vt illis aptetur, quibus obligare calcem volumus.

Finis Galeni de Fasciis.



ORIBASIVS DE LAQVEIS EX HERACLE

Vido Vidio Florentino interprete

VIDIVS LECTORI

Laudatur liber de Laqueis à Galeno in libro de Fasciis, quãuis alibi quoq; mentionem faciat laqueorũ, qui hoc opere cõtinentur: refertur tamen hic liber in græco exemplo ad Oribasium auctorẽ. Quicquid est, opus vtilißimũ est, sine quo multa sunt, quæ in medicinali arte nec cõprehendi, nec præstari possunt: pertinent enim laquei non modo ad fasciandũ, sed etiã ad extendendum ossa fracta, vel suo loco mota, seu æqualiter, seu inæqualiter adhibere vim oporteat: tum ad curanda atq, alliganda mẽbra, dũ manus adhibetur.

Quæ ratio sit Laquei Attollentis.

AD attollentem habena adhibetur duplicata, cuius vtrunque caput sinistra manu continetur, sinus vero dextra prehenditur, & capitibus superiniicitur, sic, vt capita sita sint in medio sinu. quo fit, vt ex vna parte, laquei nexus feratur, capita ex altera. Habet autem hic laqueus facultatem extendendi æqualiter, pertinet'que non modo ad extendendum membra, sed etiam ad cõtinendum, cum in suam sedem compelluntur: & ad figurãdum corpora, vbi quid manu fieri oportet. Recte quidem eas partes intendit, quæ binis ossibus continentur, quandocunque enim alterum vitiosum sit, sinus super ipsum, capita super integrum imponuntur: nam sinus corpori inhærentes affectam partem vehementer distendunt: at capita, cum recedant à corpore, eam partem, quæ bene valet, vel nihil omnino intendunt, vel certe quàm minimum. G

Membris quoque cum reponuntur, aptissimus est, sicuti cubito, cum in aliquam trium partium excidit, in quas vbi prolapsus est, brachium curuum est, neque extenditur, id est in posteriorẽ, interiorem, atq; exteriorem. in quo casu laqueus ossibus brachij iuxta primam palmæ partẽ iniicitur, capita'que eius sublimiora feruntur, &, vt retinacula sint, ad aliquid immobile deligantur. Ad figuranda insuper corpora, vbi manu medemur, adhibetur commodissime. in iis enim, quę iuxta anum vitia infestant, vbi tractantur, brachia poplitibus subiiciuntur, & huiusmodi habenæ attollẽtes ab brachia dantur in vicinia manus, eorum'que capita ad ceruices hominis adducta, inter se vinciuntur: quoniam attollens laqueus non solum iniicitur implicitus, sed super membrum quoq; circumponitur: suspẽsa enim fascia sinus membro subiicitur, capita'que eius per medium sinum traiiciuntur, ea'que ratione circumpositus conficitur.



1 H

Quo modo laqueus Nauticus debeat adhiberi. II.



2

Ex medio sinu duplicatæ habenæ duos item sinus facere oportet, eos'q; inter se permutatos

ita

A ita collocare, vt interior extrinsecus, exterior ab interiori parte situs sit. hac enim via nexus laquei ab vna parte, capita ab altera procedunt. Est autem idoneus iis, quæ extendi inæqualiter debent. valet item ad continendas ferulas, quæ fracturis accommodantur. Iunctura namque adhibita vnum habenæ caput sinistra manu teneatur, alterum vero per affectam partem voluatur, sic, vt vnus & alter sinus fiat, per quos reliquum habenæ caput traiciatur, vt ab ea parte, quæ in nos spectat, versus contrariam porrectum sinistra rursus contineatur. quo iniecto ferulæ in sinus demissæ ad vitiosum membrum dentur, capita que attrahantur, & inter se alligentur, vt ferulas teneant. Valet item ad cubitum sustinendum, non secus atque ad intentionem, aut ad ferulas continendas: imponitur enim, implicatur que ad cubitum suspendendum, vbi lata fascia non est. in quo casu sinus ita inter se diducendi sunt, vt alter prope cubitum sit, iuxta manum alter: capita vero ad ceruicem adducenda sunt, ibi que nodo inter se deliganda.

Laqueus Χιαςὸς quomodo implicetur. III.

B

Ad χιαςὸν habena duplicanda est, cuius vtrumque caput sinistra manu continendum: sinus vero dextra prehensus conuertendus est, sic, vt capita ad similitudinem literæ X aduersa inter se sint, inde enim nomen habuit χιαςὸς. quo facto sinus capitibus X literam referentibus superiniiciendus, quod q; ex his subiectum est, per medium sinum attrahendum. Eo que fit, vt medius laquei nexus appareat: C à lateribus vero, hinc sinus vnus, inde duo capita se ostendant. Valet autem, vbi oportet inæqualiter distendere.





Pastoralis laqueus, qui & Sandalius dicitur, quo modo implicatur. IIII.

Pastoralis, dictus à quibusdam Sandalius, cum eo implicatur, quem χιαςὸν nominauimus, hic siquidem primo est adhibendus, vt Sandalius fiat: quo iniecto sinus eius dependens attrahi debet ab inferiori parte sursum, per medium eius sinus, qui contra capita situs est: sic enim ab vna parte laquei nexus, ab altera capita collocantur. in nexu vero terni sinus, duo scilicet à lateribus, tertius in medio conspiciuntur. Adhibetur autem commodissime ad talum prolapsum, vbi reponitur. vnus enim sinus à posteriori parte tali super latum neruum datur, à priori alter ad partẽ pedis superiorem, medius, hoc est tertius, plantæ subiicitur. quo facto capita ad id vinciũtur, quo extendendi causa vtimur. Neque talo duntaxat conuenit, sed maxillæ, quæ excidit, vbi in suam sedem compellitur. vnus enim sinus ad frontem hominis, alter ad occipitium datur, medius per os procedit vtrinque sub malis: capita vero per tempora ad ægri caput ferũtur, ac siue vt retinacula sint, siue vt à superiori parte extendant, ibi inter se vinciuntur.

D

Draco laqueus, qua via iniiciatur. V.

Ad laqueum draconẽ media habena à posteriori parte tali, incipiat iuxta latum neruum: capita vero versus priorem ferantur ad superiorẽ partem pedis, vbi X literæ similitudine accepta, ad plantam porrigantur, & rursus inter se aduersa eandem literam repræsentent: post hæc circa talum, vel ab inferiori parte sursum, vel à superiori deorsum circundentur: tum deligentur ad id, cuius opera ad extendendum vtimur. Facit autem hic laqueus ad talum suo loco motum, vbi reconditur.

Qua ratione is laqueus adhibeatur, quem Simplicem nodum dixerunt. VI.

Laqueus, cui nomẽ est simplex nodus, à quibusdã Perineos appellatur. Quocunq; autẽ vocetur, eius rõ est. Habena simplicẽ nodũ accipiat, eiusdẽ q; sinus attrahatur, capita vero depẽdeant: deinde membrũ, quod reponere opus est, inter superiores sinus collocãdũ: tũ alter sinus in alterum insitus, ad capita ducẽdus, cõi q; nodo cũ capitibus ad id vinciẽdus, qđ ad intẽdendum adhibemus. Habet aũt inęqualẽ extẽdendi facultatẽ.

Lupus laqueus quo modo nectatur. VII.

Duæ habenæ iustę longitudinis duplicentur sic, vt capita ab eadẽ parte collocẽtur: sinus inter se aduersi sint: tũ capita, quę ab ĩferiori parte, sursum, quę à superiori, deorsum vellantur, sic, vt medius laquei nexus, vtrinque vero bina capita se ostẽdant. Habet autẽ vim extẽdendi æqualiter: pertinet q; nõ modo ad ossiũ, quæ restituuntur, intentionẽ, sed in herniæ curatione ad mẽbranã abdominis adstringẽdam: item ad vincienda venarũ capita sanguinẽ fundentia. Nos autẽ in sinus coniicere linea simplicia cõsueuimus, quæ cõi medicorum vocabulo, q relaxẽt, σχαστηρίαι dicuntur. neq; hæc ipsa temere adiiciuntur, sed vt, vbi quæ arctata sunt, remittere volumus, per lina id præstemus, & non per capita.

Nodi Herculei ratio. VIII.

Ad nodum Herculeũ, habenã adhibere oportet, quæ duos nodos accipiat inter se distantes, quo fit, vt Herculeus nodus vtrinq; se ostendat, hinc autem sinus, inde vero sint capita duo. Valet, vbi ęqualiter intendere consilium est. Quod si sinus, qui contra capita est, medius incidatur, à lupo laqueo non differet.

Simplex Charchesius qua via implicetur. IX.

Ad simplicẽ charchesiũ, q vim habet extẽdendi æqualiter, duplicari habena debet, capitáque eius sinistra manu contineri: sinus vero dextra sursum cõuersus supimponi capitibus, quę media opus est aduersa inter se collocare in speciem X literæ. eo facto sinus capitibus iniectus à superiori parte deorsum attrahatur, per mediũ eius partis, qua X literæ fuit accepta similitudo: sic enim laquei nexus medius apparet, ab vno latere sinus vnus, ab altero duo capita.



Duplex Charchesius quo modo implicetur. X.

Duplex charchesius æqualiter distẽdit, ac simplici longe est efficacior. eius autẽ ratio est. Habenam prehẽdimus duplicatam, capita q; leua cõtinentes, sinũ patimur dependere. tũ ex capitibus, quæ cõtra sinũ sunt, alterũ duplicamus, sic, vt paruus sinus fiat, quẽ in sinistra manu ponimus, al-

A terum per sinum traiicimus: deinde nexum per sinus conuertimus, et in sinistra collocamus. quo facto, ex capite, quod cōtra sinum est, rursus alterum sinum efficimus, quem nexui adiungimus. postremo pendentem sinum per medium nexum trahimus, ab inferiori parte sursum. quo fit, vt ab vno latere sint duo capita, ab altero vnus sinus, quibus laquei nexus medius interciatur.

Duplex Charchesius, quō ex simplici fiat. XI.

Cum duplex charchesius varie consueuerit implicari, siquidem per se interdum, interdū fit ex simplici, non nunquā conficitur circūponendo, supra demōstratū est, quo modo per se iniiciatur: nunc qua ratione ex simplici fiat, exponemus. Adhibere igitur primo simplicem charchesium oportet, sinus q; alterum ab altero diducere: deinde eum, qui subiectus est, in superiorem coniicere, & similiter vtrunque diducere, ac per spacium, quod ipsis medium interiicitur, B sinum qui cōtra capita est, ab inferiori parte sursum attrahere. sic enim rursus laquei nexus medium se se ostendit, hinc vnus sinus, inde bina capita conspiciuntur.



Duplex Charchesius, quo modo implicetur circumponendo. XII.

Quoniā vehementi validorum corporū intentione, laquei capita, ex vna parte sępius rumpuntur, ante perfectā intentionē, ne cogamur intendentis adhuc laquei capita relaxare, charchesium circumponimus. Tenentes igitur sinistra manu caput, circa membrum restituendum tres sinus efficimus inter se distantes ita, vt ex his quod satis est, dependeat: post hęc primum sinum in postremum demittimus, & semel aut C iterum eos conuertimus, per quos medium sinum rursus attrahimus. quo fit, vt circa membrum laquei nexus, ab vno latere vnus sinus, ab altero duo capita se ostendant.

Plinthij, quod alioquin Quadruplex circulus dicitur, quæ ratio sit. XIII.

Ad Plinthiū laqueū, adhibetˀ habena circulū representans. i. sine capitibus. Hæc ab interiori parte manus, pollicibus minimis q; digitis circūdatˀ, nec nō vtriq; indici, vt sinus in vtraq; manu terni sint, vnus circa minimū digitum, circa indicē alter, tertius sup pollicē. post hęc, sinus, in quos insiti pollices sunt, ad proximos minimis trāsferuntˀ, tū ad indices, qui minimis iniecti fuerūt, deinde sinus, in quos indices demissi postre D mo erant: medij à pollice à superiori parte deorsum velluntˀ, sic q; ab vno latere duo sinus, totidem ab altero, mediū inter hos laquei nexus ad rhōbi similitudinē conspectui subiiciuntˀ. Habet aūt æqualē intēdendi facultatē, & nō solum ad intētionē, sed vr̄ ad menti quoq; fracti cōpositionē pertinere. nam mentū ipsum sub fractura aliqñ peruersum, in laquei complexū, rhombum referentē inseritur ab exteriori parte: sinus vero p malas, parteis q; superiores, ad summum caput feruntur, atq; ibi inter se deligantur.



Laqueus Epangylotus (ita enim appellatur, quoniā sinus super sinū inucitur) qua via inseri possit. XIIII.

Ad Epangylotum, vnū habenæ caput, inte. sinistræ manus pollicem & indicē collocamur eā q; extrinsecus vltra primā palmæ partē adducimus: inde per palmā ipsam, datā inter pollicem & indicē



& indicem vtriuſq; manus attrahimus, poſt hæc inter minimum & proximum digitum demitti E mus. eo facto habenæ caput dextra manu ſurſum vellimus, extremã q; partem inter minimum ac proximũ digitum tenemus. quo fit, vt duo ſinus efficiantur, inter quos attractus nodus apparet. Facit autem ad corpora figuranda, vbi manu curatio adhibetur: inter ſinus enim vtraque manu hominis coniecta, reliquis habenæ partibus totum corpus firmiter continetur.

F

Ratio eius laquei, quem Auriculas nuncupant. XV.

Ad auriculas, epangylotus primo iniiciendus. danda autem opera eſt, vt alter ſinus amplior ſit, quem implicare oportet ad modum laquei chiaſti, ſic, vt duo ſinus oculis exponantur: inter quos, quod ex habena dependet, duplicatum ſe oſtendat. Recte autem adhibetur, vbi prolapſa maxilla reponitur, tum ad proceſſus capitis recondendos. Sinus enim dantur ad tempora ægrotantis, quod q; inter eos duplicatum conſpicitur, ad frontem: deinde vinculum illud iniicitur, quod leporẽ auritum appellant: poſtremo auriculæ, vel vt contineant, vel vt à ſuperiori parte extendant, ſuper caput offenſi porriguntur.

G

Laqueus duos habens ſinus (quem non nulli minus proprie Strangulantem dixerunt) quo modo iniciatur. XVI.

Laqueus, quem duos ſinus habentem appellant, ex binis conſtat chiaſtis, quorum alter ab altero diducitur. Eſt autem aptiſſimus ad corpora figuranda, vbi vitia iuxta anum curantur: ſiquidem brachia ſubiecta poplitibus, eiuſmodi laqueis adſtringuntur: at pars, quæ media inter ſinus duplicata depẽdet, ad ceruicem hominis fertur, atq; hac via corpus figuratur.

H

.♃. Ratio laquei, quem Strangulantem proprie nuncupant. XVII.

Laqueus, qui proprie ſtrangulans nuncupatur, ex ſimplici fit charcheſio, hic enim primo iniicitur ſic, vt alter ſinus ab altero diſtet. Confert autem ad quos proxime expoſitus. Brachia nanque rurſus coniecta in ſinus coarctantur, & ea pars habenæ, quæ duplicata eſt, media ſimiliter collocatur, in eam q; ceruices inſeruntur.



.ω. Quo modo adhibeatur laqueus Ὑπέρβατος, id enim nomen traxit ex eo quòd ſupra feratur. XVIII.

Hyperbatus fit ex laqueo Nautico, ſiquidem in hunc primo implicitum brachia inſeri debent, ſinuſque inter ſe diduci, & capita ad ceruices deligari.

Laquei igitur, quorum expeditiſſima comprehenſio eſt, huiuſmodi ſunt.

Finis Oribaſii de Laqueis.

ORIBASIVS EX HELIODORO DE MACHINAMENTIS

Vido Vidio Florentino interprete

VIDIVS LECTORI

Machinamentis non solum vtuntur architecti, sed medici etiam. cum his robustiora membra vtiliter, & quantum fieri potest, sine dolore extẽdant, vbi luxatis vel fractis medentur. Hæc ab Oribasio collecta sunt ex Hippocrate, Galeno, atq; aliis auctoribus, vt patet, vbi singulorum vsus & structura exponitur: sed præter vtilitatem, quã in curatione exhibeat, multos aperiunt in medicina locos, qui sine his omnino sunt incomprehensibiles. Quanquam in hoc libro machinamenta aliqua desunt, quæ autor inter initia commemorauit, vbi vniuersam machinamentorum rationem recenset: sed optime nobiscum agitur, quando non omnia intercidunt.

Quibus modis Luxata restituantur. I.

LVxata in suam sedem tribus generalibus modis collocantur, quibus alij ferè omnes continentur. Vnus vocatur Palæstricus, ad quem ferè solas manus admouemus: atq; hic, vtpote imbecillis, aptatur ad mollia corpora, muliebria nimirum & puerilia, tum ad mascula, quæ illis
C robustiora sunt, modo recẽs vitium fuerit. Alter Methodicus dicitur, ad quem instrumenta adhibemus, quorum vsus in communi vita est: hic omnibus idoneus est, pueris, fœminis, masculis iã robustioribus, & corpori iuuenili, atque iis luxatis, quæ iam vetusta sunt. Tertius reponendi modus, qui per organa est, maius momentum habet: valet enim ad prolapsa, vbi malum diutius trahitur: valet ad corpora athletarum: præterea quæcunque prolapsa curationem recipiunt, & sub methodico curari nequeunt, omnia organorum opera reponuntur.

De Organorum Differentiis. II.

ORganorum medicinalium differentiæ in vniuersum, & quasi generales, summum (vt alij sentiunt) ternæ habent. alia enim tractoria sunt, alia machinamẽta, alia quæ erecta collocantur: nobis autem placet nõ nulla tractoria esse, non nulla machinamenta, non nulla quæ erecta, non nulla quæ plana collocantur. Tractoria sunt, quæ, cum parua breuiq; sint structura, extẽdendi duntaxat facultatem habent. hæc vt suo munere fungantur, aduentitia quædam postulant, vt scamnum, lectũ, scalam, eo ꝙ per se vsui esse minime possint: quocirca & alligata, & in plano sita
D nuncupantur. nam, vbi in agro, aut solitudine quapiam, quæ suo loco mota sunt, reponimus, ac neq; scamni, neq; lecti, neq; scalæ copia est, aliquid in solum defigimus, ad quod tractorium organum alligemus. Machinamenta sunt organa tractoriis ampliora, minora tamen aliis, quæ nõ modo intentionem, sed impulsum quoq; pollicentur: ac præcipue quorundam membrorum gratia comparantur. Erecta organa sublimiorem structuram habent. & non solum ad extẽdendum valent, sed etiam ad impellendum. Porrò autem plana organa sunt, quorum humilis structura est. ex his constant, quæ & extendendi & impellendi vim habent, ita, vt homine illis insidente, recondi, quod elapsum est, possit. reperiuntur etiam in his quædam propria structuræ discrimina.

Ex qua Materia struantur Organa. III.

BAsis, crura, latera, transuersaria, cubiti, testudines, adiuncta crura. hæc omnia, quæ in organis ampliora expediuntur, ex robustiori materia conficienda sunt. vt puta iligna, vel fraxinea, quæ secundas obtinet. Oportet autem ea de causa validissimam esse organorum materiam, vt vim queant in condendis articulis sustinere, quod in iis potissimum organis requiritur, quæ erecta collocantur. Vertebræ, radices, claui, vnci, catenulæ, vectes, omnia quęcunq; exigua sunt, quæ q; plus efficiunt, ærea vel ferrea comparentur, vt quod structurę exiguitas detrahit, materiæ firmitas restituat. Aliquando autem quæsitum est, ferrea ne, an ænea sumi debeant. inquiunt, qui

ferro æs præferunt, hoc leuius esse & facilius tractari, minus q; rubiginem trahere quàm ferrum: E contra, qui æri ferrum anteponunt, validiorem huius materiam laudant, ære enim efficacius robustius q; ferrum est. atqui de ferro conuenit firmius esse, sed superuacuum est eximium robur, vbi eius nullus est vsus, cum liceat hæc ex ære fabricare, quod mollius est, & satis roboris habet. licet tamen & ex ferro. Quòd si ex ære fiant, sumatur id, quod ducitur, nam, quod conflatur, facilius rumpitur, comminuitur q;, ita, vt præstet ex ferro hæc parare, quàm ex fuso ere. Sed quoniam ferrum cito rubigine obducitur, idcirco aliquot interpositis diebus subinde pingui aliquo inungendum: ac, ne rubiginem sentiat, manu perfricandum. At dicet quis, si ferrum neglectum rubigine corrumpatur, id culpa domini ipsius organi fieri.

Ex quibus Partibus Organa constent, & quis sit earum vsus. IIII.

COntinetur omne organum non omnibus, sed quibusdam ex iis, quæ numerabo, nempe basi, cruribus, transuersariis, cubitis, axibus, regulis, testudinibus, cochleis, tympanis, clauis, manubriolis ductariis, vectibus, baculis versantibus, obicibus, cuneis, item lunatis lignis, orbiculis, trochleis, fossis, operculis, vertebris, fibulis, radicibus, vncis catenis, forficibus, sedilibus, priapiscis, ad hæc cochlea fœmina, quæ græce περικόχλιον appellatur, cuneolis, chiniscis, columbarijs, ergata. hæc ferè sunt, quibus organa componuntur, quorum vsus sigillatim iam nunc exponendus nobis est. Basis ad id potissimum struitur, vt super eam erecta organa statuantur. Crura F in organis & latera dicuntur, in iis, quæ erecta collocantur, proprie crura, minus proprie latera: sed in tractoriis proprie latera dicũtur, minus proprie crura. hæc ferè in organis statuuntur, vt ipsorum machinationes contineant: proprie autem in organis erectis crura recte commodéque dimensa ad illam pertinent condendi rationem, quæ excitãdo præstatur. Transuersaria, quę διαπήγματα dicuntur, vt gręcum nomen indicat, ad crurum laterum q; compaginem fiunt, ad quē vsum primo præcipue q; destinantur: huc accedit, quòd machinationes quoq; sustinent, vt puta trochleas, cubitos, atq; alia quędam. Cubiti ad eum vsum in organis cõparantur, vt per ipsos, quę suo loco mota sunt, à superiori parte extenta reponantur, quemadmodum videre licet in organis Fabri atq; Andreę: in quibus cubiti per superius transuersarium demissi in testudinem figuntur, vt hac elata, quæ prolapsa sunt à superiori parte intenta recondantur. latæ cubitorum summitates alæ ab architectis dicuntur, imæ vero partes quadratę, calces. hi ergo proprie cubiti nominantur, sed quidam vocabulo abutuntur. Spathæ impellendo sunt idoneæ: ea autem spatha, quæ in Fabri atq; Andreę machinamento est, vtimur, vbi extrahendo impellimus ad femur in posteriorem partem erumpens. sunt & alię spathæ in quibusdam organis, ad alios impellendi modos G fabricatæ. Radices & fibulæ complures vsus in organis præstant: primo enim radix & fibula in organo Fabri spatham distinent ad testudinem. est quidem in testudine radix, spatha vero, qua parte quadrata est, medium habet cauum, in quod radix eadem inditur: deinde fibula continendi causa, in spatham ac radicem pertusam inseritur. proprie radices ad id fiunt, vt recipere vncos possint, & alios effectus præstare: sed fibulæ item gratia est, quòd machinationes immobiles seruat, vt puta axes. Catenæ eò pertinent, vt fibulæ ex ipsis suspendantur, quo seruentur in organis, neq; decidant. Vnci adiiciuntur, ne mobiles machinationes moueãtur, veluti axes: quóue in radices coniecti quædam organorum machinamenta sistant. Per vertebras (quas græci ςροφώματα dicunt) ferè id efficimus, vt quædam organa immobilia moueantur, sicuti crura organi Andreæ. crura enim in organo transuersa secta, vertebris fibulis q; continentur, vt organo modo erecto, modo per vertebras inclinato, circumducendo impellamus. ad exemplum huius structuræ organi Andreæ Plinthij crura prope basim secta sunt, rursus q; vertebris continentur, vt organũ modo erigatur modo per vertebras motum, adiunctis cruribus innitatur, vsum q; illius organi prępstet, quod planum collocatur. hi sunt effectus vertebrarum in organis. Axes ad corporũ ductionem, hoc est intentionem spectant: quorum quidam ab vna parte ad alteram penetrant, ac per se H mouentur: quidam latent, & per alias machinationes conuertuntur. penetrat axis in Plinthio Nilei, & in scamno Hippocratis: latet in Apellidis organo, quod, quia per tres funes circumuoluitur, trispastum appellatur, & in Nymphodori glossocomo. penetrantes igitur axes per se manibus conuertuntur, latentes aũt per alias quasdam machinationes, exempli causa in Nymphodori glossocomo per tympanũ & cochleã ad lentis imaginẽ fabricatã, in trispasto per funes alligatos. Ad clauos, qui in axibus infiguntur, funes alligant, vel habenę, atq; huiusmodi alia ad extendendum pertinẽtia. Manubriola ductaria, bacula versantia, & vectes, oẽs hę machinationes ad axiũ cochlearum q; versationes statuunt. primas occupant manubriola ductaria, secũdas vectes, quibus minus efficacia sunt bacula versantia: pleraq; enim ex ipsis exigua cũ sint, vna manu conuertunt. Chinisci, cuiusmodi sunt in lyra, excogitati sunt ad axes cõtinẽdos. vbi enĩ fibulę nõ sint, qd poterit aliud vtilius inueniri? quod enim ad vim ptinet, vsum habẽt fibularũ: decoris aũt causa, insculpta habent anserina capita lignea. Statuunt in organis Phliæ, vt ab vno latere ad alterũ penetrantes axes cõtineant, cuiusmodi sunt in scãno Hippocratis, & in nostro. Est & alia media phlia in organo Hippocratis ad similitudinẽ literę Π, eo nomine fabricata, vt ad eã impellendi rõnem, quæ extrahendo fit, vbi femur excidit, accõmodetur. Trochleæ in organis collocantur, vt funes

libere

A libere duci possint, veluti in organo Fabri, quod duplicem cochleam, qua testudo mouetur, in superiori transuersario cõtinet. in nostro quoq; organo rursus trochleæ sunt, quæ per inditos funes, axes attollũt. Verũ trochleæ ferè ad id fiunt, vt axes & habenæ celeriter ducãtur, simul q; vt ad intentionem, quæ alio intercedente motu fit, accommodentur. Orbiculi struuntur ad trochlearum motionem, quæ per se sunt immobiles: collocantur aũt in medio earum, quemadmodum in Demosthenis ἀστράβῃ, & ad funes continẽdos, vt in trispasto Apellidis. Cuneus præsertim paratur ad humeri caput in alã prolapsum, ac deinceps ad alios quoq; vsus. At lunatũ lignũ prodest, vbi humeri caput in priorẽ aut posteriorem partẽ excidit. Est aũt Polus lignum infixũ superioribus crurũ extremitatibus in organo Philistionis. luxato enim humeri capite brachiũ extẽdit, polus q; obiicit ad hominis ceruices. Epipoma vero, quod & Epipigma dicit, est II figura in ligno insculpta, in quã coniicitur II inuersum: qualis conspicitur in eo organo, quod Hermes dicitur. fit aũt hoc, ne ab Hermis vultu corpora terãtur, vt in organi cõpactione ostendemus. Καλάθιον vero et Σκιθάλιον cõiter parata sunt, vt epipigma ferãt. Est quidẽ Σκιθάλιον lignũ sex digitorũ in medio hebes. Καλάθιον vero lignũ sex digitorũ rotundũ, quod angustiori basi nititur, et quasillo simile est. Sunt & in organis quædã colũbaria insculpta ad similitudinẽ columbarum, quæ ornãdi causa facta sunt, atq; ad id ẽt, vt aliud ferant epipigma. Tympanis hæc gratia est, quod quædã organorum machinationes, quæ maximũ vsum præstant, per ipsa paulatim mouent, vt axes & cochleæ. est aũt Tympanum rotunda machinatio dentata. At Delphines dentibus inclusi, machinationes motu prohibẽt, q vnci quoq; efficiũt. Testudines in organis ad id collocatæ sunt, vt corpora, quæ restituunt, paulatim, & minime cõcussa extẽdantur. quẽadmodũ enim testudines animalia lento gradu procedũt, ita machinationes, q̃bus illa referunt. Porrò aũt ex testudinibus nõ nullæ trãuersariis similes sunt, aliæ oblõgæ, aliæ cubi speciẽ repræsentant. transuersarijs similes sunt, in organo Andreæ, Fabri'ue: oblõgæ in quadrata colũna, q̃ appellat Hermes: cubũ referũt in rotũda colũna Eraclidæ Ephesij. Præterea testudinũ aliæ cubitos & spathã attollũt, aliæ cuneatã & lunatã appendicẽ, q̃dã nihil attollũt, sed solũ sunt ad extẽdendũ inuẽtæ. cubitos attollit testudo, q̃ sursum fert, in organo Andreæ: cubitos & spathã testudo, q̃ est in organo Fabri: cuneata et lunata appẽdix ea testudine excitat, quæ in Herme est: nihil attollit, sed solũmodo extẽdendo est, ea testudo, q̃ in rotunda columna Eraclidæ Ephesij collocat, similiter & quæ deorsum fert in organo Andreæ. Aleæ aũt & dracones fibulæ q; infixæ clauorũ vsum præstant: propriæ aũt dracones, quod ad materiam pertinet, in vicem manubrioli ductarij fabricantur. Q̃m vero testudines plerunq; à cochleis mo-

C uentur, proximũ est, vt cochlearũ structurã, atq; vsum exponã. comparantur ergo cochleæ in organis, ad alias machinationes impellendas, puta tympana & testudines, quo paulatim & nulla ratione cõcutiendo extẽdant. Cochlearũ, quædam quadratæ sunt, quædam ad imaginẽ lentis: quæ figuræ nomen inuenerunt, relatæ ad capreolos, at non ad structurã scapi, quælibet enim cochlea rotũda est ad tornũ rotundata. Differunt cochleæ capreolis, q aliæ quadratæ, aliæ ad lentis imaginem dicũtur. quadrata cochlea est, quæ capreolos habet quadratos, atq; ex iis non solũ quod prominet, sed ẽt quod cauum est, cuiusmodi cochleas videmus in organo Andreæ: quæ in lentis speciẽ sunt, id capreoli, quod cauũ est alte angustũ habent, latũ vero in summo, cõtra quod prominet à basi latũ vertice ipso tenuat. similis aũt est huiusmodi capreolus lẽticulæ dimidiatæ, à qua figura cochlea hæc ad imaginẽ lentis dicta est. Cochleæ igit tam quadratæ, q̃ ad imaginẽ lentis, ad motionem diuersarũ machinationũ statuunt. quadratæ enim testudines cõpellũt: quæ sunt ad imaginẽ lentis primo quidem tympana, interdum etiã testudines in iis, quæ pericochlia nuncupantur.

Qua ratione Quadrata Cochlea testudinem moueat. V.

DEmus testudines esse ita fabricatas, quẽadmodũ in organo Andreæ, quarũ singulæ pertusæ sint, atq; in id cauũ cochleæ demissæ: ab interiori aũt parte caui ferrea vel ænea lamina testu-

D dini infixa sit, quæ quidẽ lamina dens nũcupatur. hic igit dens testudinis, in cochleæ capreolo includitur. quo fit, vt in quadã cochleæ cõuersione, lamina, quæ dens nũcupat, testudini infixa, atq; in cauo capreoli contenta testudinẽ moueat. Præterea ex iis ipsis cochleis quadratis alia simplex est alia duplex: simplex, cochlea est, quæ vno duntaxat capreolo est excauata, vnam q; testudinem impellit: in duplici, bini secti sunt capreoli, hæc & binas testudines mouet, qualis cochlea reperit in magno Andreæ organo, quod Plinthium nũcupatur. excauatum enim lignum est à medio ad transuersaria capreolis inter se aduersis, ita, vt quadam cochleæ conuersione orsæ testudines, vel à medio versus transuersaria, vel à transuersariis versus medium impellantur. est & alia cochlea duplex in eo, quod κηρύκιον appellatur, excauata à summo principio vsq; ad extremum aduersis capreolis, quæ rursus duas testudines mouet, quẽadmodũ in ipsa organi structura videmus. At cochlea ad imaginẽ lentis tympanum mouet, siquidẽ capreoli cochleæ, tympani dentibus insiti, machinationẽ conuertunt: quẽadmodũ cochlea, quæ baculo versante, vel manubriolo ductario conuertit in tympani dentes cõueniẽs machinationẽ mouet: mouet interdũ eadẽ cochlea testudinẽ, sed nõ amplius p dentẽ, quemadmodũ quadrata, verũ in fœmina cochlea cõtenta, quæ in ipsa testudine struitur: q̃m testudinis cauum, in quod cochlea demittitur, excisos habet capreolos aduersos iis, qui sunt in cochlea lentis formam referente, sic, vt id, quod prominet ex capreolis cochleæ

lentē referētis, in cauo capreoli fœminę cochleę recipiat: quod q; cauū est in capreolis cochleę, id, E quod extat ex capreolo, cochleæ fœminæ capreolis admittat. Accidit aūt in cochleæ cōuersione, vt testudo modo sursum moueat, modo deorsum, cū cochlea in ipsius capreolis voluatur. Huiusmodi structurę plurimę adhibent ad organa, quæ plana collocant: ad id enim fabricant, vt hoīes, qbus luxata restituunt, inclinatis organis insidāt: organa enī quę plana collocant: ita parata sunt, vt ęgris sup ipsa, vel sedētibus, vel cubātibus, luxata reponant. Priapiscus, q & stiliscus & scalmus nuncupatur, in quolibet organo, quod planū collocet, statuitur. fit aūt ea de causa, vt ei parti, quæ inter anum & naturale est, obex sit, vbi, quę prolapsa sunt, restituuntur. est igitur Priapiscus lignū octo digitorū, magna ex parte rotundū, ab eo, quod superest quadratū, sic vt quadrata ipsius pars cōiiciat in cauū, ad literę Π similitudinē quadratū, ī organo, qd planū collocat: reliqua vero pars, quę extat, inter anū & naturale obiiciat. Cōfigit aūt in trāsuersariū Π ferreū, vt firmiter priapiscū contineat. sed in nostro organo videre licet magnū Π ferreū ad aliū vsum cōparatū, nēpe ad gibbā spinā per pressum impellendā. Opercula in organis parātur, vt machinationes sub ipsis occultent, ne, si absq; operculo fuerint, idiotis pateant. Anuli adhibētur ad organa tractoria; vt alligari possint: ad alia vero, vt machinationes cōtineāt, queadmodū in Menecriti Bucranio, vbi axis cōtinet, atq; eadē de causa in aliis organis. Forfices in organis arcte trāsuersaria cū cruribus iungūt, F ad hūc enim vsum infixas forfices ęneas inuenimus. Adiūcta crura id efficiūt, vt organa, q̄ erecta collocātur, illis innixa inclinata q; eundē vsum pstent, ac si plana statuerent. Pręfatus, ex qbus oīa organa parent, & quorsum singulę ipsorū machinatiōes spectēt, declarabo in sequētibus, quę nā ex organis immota, suo munere fungant, & quę mota: tū ex iis, quæ mouent, quę nā suo loco maneant, q̄ locū mutēt, dū mouētur: rursus ex iis, quę immobilia sunt, quæ ppetuo & vbiq; imobilia maneāt, quę eximi possint, ad alios quoq; vsus idonea. Hæc itaq; immobilia sunt ī organis, basis, crura, latera, trāsuersaria, cuneata & lunata appendix, sedile, priapisci, atq; alia cōplura. Viui sunt, cū mouent, vertebrę, vnci, axes, tympana, cubiti, cochleæ, testudines, atq; huius generis plurima. Mouētur in eodē loco manētia, vertebrę, vnci, tympana, cochleę, pleriq; axes. Locū mutāt testudines, cubiti. Eorū, quæ in organis immobilia sunt, quædā semp & vbiq; immobilia sunt, quædā & eximi, & inseri possunt: semper quidē immobilia manent, basis, crura, latera, transuersaria, radices, sedilia, lunata appēdix: extrahi possunt in quibusdam organis, quamuis immobilia sint, tum cunei, tum priapisci, qui ad alios quoq; vsus facti extrahuntur, & immittuntur.

Ex Galeno de Machinamentis. VI.

ARticulis reponēdis Hippocratis scānū p se abūde est. si qs aūt velit aliis quoq; vti, est polyspaston, ita appellatū, qm̄ multis orbiculorū circuitionibus facilitatē pstet: quod iter facientibus maxime idoneū est. refertur aūt ad Archimedē auctorē. In vrbibus vero nō alienū est Fabri vel Andreæ organum, cum erecto opus est: vbi plano, scamnum Hippocratis præcipue aptatur. G

De Glossocomo machinamento. VII.

NOn ab re quidē mihi glossocomū vr̄ à iunioribus medicis inuentum, qd̄ seu femur, seu crus cōminutū sit, vbi callus circundat, cōmodissime admouet. Habet autē ab ima parte axē, ad quē extremi laquei in diuersa extēdentes deligant. Iniiciant laquei extremis partibus ossis, quod curat, fiant q; ex duabus habenis, sic, vt quatuor vterq; capita habeat, bina à dextra, totidem à sinistra. ex iis capitibus, quę inferioris laquei sunt, per foramina facta in inferiori parte glossocomi ad axem duci debet: quæ superioris, primo procedere ad superiora, deinceps ipsa quoq; p latera glossocomi perforata traiici, quibus foraminibus trochleæ includantur. Vtrinq; ergo ab exteriori parte glossocomi, superioris laquei capita ferenda sunt ad axē. his enim ita cōstitutis, vna axis conuersio pariter ambos laqueos extēdit deorsū versus, illū q ad īferiora fracti ossis alligat, sursū: alterū sic, vt cōposita fractura in posterū liceat quotidie hāc laqueorū ī diuersas partes intentionē corrigere, valentius, vel lenius extēdēdo. Laqueū igit, q in inferiori parte est, directa ductiōe axis extēdit: eū, q in superiori parte, ītercedēte alio motu, greci διὰ τῆς μεταληπτικῆς τάσεως dn̄t. H

Capsula Machinaria.
A Axis ad quem laqueorum capita circuniiciuntur.
B Laqueus superior.
C Laqueus inferior.
D Inferior caput capsulæ.
E Trochleæ.
F Superioris laquei capita ab exteriori parte capsulæ.



A *Nilei Plinthium.* *VIII.*

FActum est Plinthium Nilei ad eorũ or-
ganorum exemplum, quæ vocantur tra-
ctoria quadrata oblonga: duo enim habet la
tera, longa palmos quatuor, digiti crassitudi
ne, quæ extremis partibus transuersarijs in-
ter se compacta sunt. Est autem trãsuersario-
rum crassitudo & latitudo, quanta laterum,
sed longitudo palmũ implet. Merito igitur,
cum talis cõpactio sit, vt latera quatuor pal-
mos longa sint, trãsuersaria vnum, totius or-
gani quadrati structura oblonga cõfecta est.
Licebit autem, si quis voluerit latera breuio-
ra, quàm dictum est, efficere, quãdoquidem
organum, per vnicum axem, effectum præ-
B stat. Media itaque latera pertusa sunt rotun-
dis ac peruiis foraminibus, per quæ axis traii
citur, qui media parte clauum infixũ habet:
capitibus vero, quibus latera excedit, vectes
æneos vel ferreos decem digitorum magni-
tudine. Sunt itẽ in organo quatuor anuli la-
teribus affixi, bini ab inferiori parte, totidẽ à
superiori. Antiqua huius organi structura
auctore Nileo talis est. Herodotus quidam
architectus transuersariorum priores partes
medias excauauit ad figuram literæ ◡ ne ha
benæ, quæ à corporibus, quibus vis adhibe-
tur, ad axis clauum feruntur, extantibus an-
gulis atterantur, sed recta procedant. Hacte
nus Herodotus. nos vero quam accepimus,
C historiam referemus. Ferũt Pasicratem archi
tectum Sidoni organum hoc vidisse, quod
à statua continebatur, aliter tamen fabricatũ.
nam cum eadem compactio esset, conspicie-
bantur in eo organo ab extantibus axis capi
tibus, æneorum draconum complexus, quo-
rum capita è regione ad caudas spectabant.
sed quò pertinebant hi dracones? non aliò
nisi vt in vicem vectium axes conuerterent.
tum in organo, quod Sidoni erat, media trãs
uersaria pertusa erant rotundis foraminibus,
quæ clauo axis responderent. constat autem
foraminum eundem esse vsum, qui in orga-
no Herodoti, nimirũ vt habenæ, quibus cor
pora extenduntur, ad clauum rectæ per ea fo
D ramina porrigantur. Retulit insuper Pasicra
tes axem inclusa habuisse in vicinia laterum
tympana quatuor ex ære dentata, duo ab in-
teriori parte, totidem ab exteriori: atq; itẽ in
lateribus foramina fuisse dentium ordini re-
spondentia, vt postquam abũde extenta cor-
pora fuissent, fibulæ inter dentes eò demisse,
vbi in luxatis restituendis opus esset, axem si
sterent. Sed recẽtiores tympanis omissis prio
ri parte latera pertuderunt. pertuderũt item
in orbem aliquo intermisso spacio, & ipsa axium capita, quò ad vsum dictum fibulæ inditę axem
mobilem tuerentur. Ego autem, cũ fibulæ decidãt, ad eum, quẽ dixi vsum, vncos lateribus infixi:
axis vero capita foraui sic, vt huius foramina illis cõuenirẽt, quæ erant in orbẽ in lateribus aliquo
spacio interiecto, quò, vbi vellem in luxatis cõdendis axem immobilẽ reddere, vncum includerẽ
in foramen, quod esset accõmodatum. Cõmunis Plinthij tractorij fabricatio huiusmodi est: verũ
ego aliter Plinthiũ struxi. Salua enim eadem laterum mẽsura inferius trãsuersarium sursum trans

A Duo latera.
B Transuersaria.
C Rotunda, ac peruia foramina.
D Axis, qui media parte clauum infixum habet.
E Vectes ænei.
F Anuli.
G Transuersarij priores partes excauatæ ad figuram literæ. ◡ .
H Aeneorum draconum complexus.
I Foramina rotunda.
K Tympana ænea dentata.
L Fibula indita.
M Vncus.

Nilei Plinthium.

N Scamnum quale in ludo videmus.
O Caua quadrata.
P Fibula.



tuli,quatuor digitis infra transuersarium extrema crura relinquens, axem vero collocaui in me- E
dio transuersariorum,cui parti græce φωτ) nomen est: & scamnum quoddam,quale in ludo vide
mus,ab vna extremitate excidi cauis quadratis atq; oblongis, vt propositorum crurum extrema
in eiusmodi caua conuenirent: ipsa item latera extremis partibus transuersa pertudi,foraminibus
ab vno latera ad aliud penetrantibus, vt fibula in foramina coniecta Plinthium contineret. Hæc
de organi structura,nunc ad ipsius motionem aggrediar.

De motu Organi Tractorij. *IX.*

QVoniam tractoria organa imperfecta sunt, nec præstare quidquam per se possunt, sed alterius operam requirunt,puta scalæ,lecti,scamni,quæ vbi non sunt,eorum vicem exhibet pauimentum,terra q; ad prolapsa restituenda,mihi operæpretium videtur, quasi doceã in ludo,gratia eorum,quæ nunc tractantur,super scalam præparatam,organi motum enarrare.

Scala præparata ad Humerum restituendum in alam prolapsum. *X.*

F

PAratur scala vna ex iis,quæ in communi vsu sunt, non lata, quæ oblique collocatos gradus habeat,siquidem talis luxatis reponendis est aliena,sed æque crassa sit, quadratis q; gradibus constet,leuatis angulis,ne corpora conterant,atq; in rotundam figuram redactis.huiusmodi scalæ vbi copia non sit,quo mollius corpora insidant,gradus lana inuoluantur. Ordiar autem ab humeri capite in alam excidente.Oportet igitur,vbi id restituitur, cuneum funibus suspensum collocare super gradum idoneum,cui brachium (vt ostendi) superimponatur, & per funes ad eum alligare.est autem ille gradus reponendo idoneus,quem retuli. brachio superiniecto intẽtione q; adhibita suspendendus homo est sic,vt duos palmos à pauimento recedat: & cuneus ad gradum firmiter alligandus non temere,sed eo obseruato,vt ex partibus, quæ cum cauo quodam capitulata est,ad humerum detur: quæ gibba iuxta est, ad latus. A cuneo vero deorsum versus alterius siue tertij gradus interuallo, organum ad scalam vinciendum est per eos quos habet anulos,& funes, aut habenas, aut alia quæpiam traiecta. ipsa item scala in pauimentum fortiter adigenda est,ne in extendendo moueatur, sed stabilis maneat, ac sine vlla inclinatione. quatuor præterea trochleæ,siue solidæ,siue ex duobus lignis curiosius factæ,alligentur, quarum duæ à summo gradu suspensæ deorsum spectent,duæ ab imo G
sursum. qua fabricatione parata cuneus ad id, quod prolapsum est reponendum, admoueatur,tenui lana molli'que obuolutus, tum vt lignum quod durum est, circundata lana minus tactu lędat: tum vt sudor,qui proprie oriri solet ala plurimum calefacta, magis'que ægrotantis metu ac labore, lana cuneo imposita combibatur. Hæc autem scala vel contineatur stabiliter ab assistentibus,vel extremis partibus in pauimentum defigatur, cuneis'que (vt propositum est) confirmetur. Illud autem in aperto est scalam bene longam esse debere,vt postquam demissa in terram fuerit, quod extat, vbiq; pro magnitudine eius, qui curatur,abunde longum sit.scala confirmata subsellium iuxta collocetur. H



A Cuneus funibus suspensus', ac super gradum alligatus.
B Organum ad scalam alligatum.
C Trochleæ duæ à summo gradu suspensæ deorsum spectantes.
D Trochleæ duæ ab imo gradu suspensæ,sursum spectantes.
E Subsellium.

De Humeri

A *De Humeri Capite in alam prolapso.* XI.

SVper subsellium homo ascendens, brachium super gradum traiiciat, ita, vt cuneus apte in alam demittatur: post hæc duplicata habena media inter cuneum & humerum detur, capitaq; eius extrinsecus pendeant: deinde charchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens, humero iniiciatur, non circa medium, ne lacertum vrgeat, sed citra lacerti tumorem vel vltra: sic enim cubiti inæqualitas laqueum deorsum labi non patietur, præterquam quod hoc modo vtilius imponetur. sequuntur enim facilius ea corpora, quæ ampliori interiecto spacio adducũtur: quæ exiguo, difficilius. Circundato laqueo capita eius recta deorsum ducta ad clauum axis religentur, & axis vel per vectes, vel solis manibus conuertatur, vt eius conuersio directa ductione ab inferiori parte intendat. eodem autem tempore, cum aucta iam intentio est, subsellium subtrahatur, vt homo à scala pendeat, atque ita excitando reponi luxatum possit. Suspenso homine, minister assistens à posteriori parte vtramq; manum simul iunctam ad ceruicem eius adducat, collum q; in cõtrariam partem cogat, id q; fiat, quo tempore intẽdimus, atq; excitamus, cum laquei ægro iniecti postea laxentur. Neruis abunde diductis, debet qui reponit assistens, habenæ capita prehendere, cubitum q; ad scalam repellens, humeri caput per habenam extrahere. quo facto remittenda intentio est, & ipse articulus sursum compellendus, vt in regionem pristinam reuertatur. Ratio
B directę ductionis ita habet. Sed vt tuto reponamus, optimum fuerit prius, quàm nerui extendãtur, habenis & crura hominis inter se & integrum brachium ad latus deuincire, ne ob tormentum, quod in condendo articulo sentiet, vel super scalam ascendat, vel manu laquei capita cõtineat. Licebit etiamnum alio intercedente motu ab inferiori parte extẽdere: id qua ratione fiat, subiiciam. Iisdem omnibus factis, quæ pręcepimus, cum ab inferiori parte extẽdentes directa ductione vtebamur, laquei capita per inferiores trochleas traiiciũtur ab inferiori parte extra, atq; ad axis clauũ religantur: vel ducta ab exteriori parte versus interiorem ad axis vectes vinciuntur, vt axe versato alio intercedente motu ab inferiori parte extẽdamus. Nihil item prohibet, quo minus eadem fabricatione parata duplici motu contrario intercedente ab inferiori parte adducamus: quod ad quem modum fiat, indicabimus. Laquei capita ad inferiores trochleas ducta, ibíque traiecta, ad superiores referuntur, tum deorsum attracta, ad axis vectes alligantur, vt eius conuersio duplici motu contrario intercedente ab inferiori parte extendat. postquam abunde extenderimus, proximum est, vt impellamus eo, quo ostendimus, modo, vbi de directa ductione loqueremur. Hi sunt modi, quibus ab inferiori parte intendimus. Postquã reconditus articulus fuerit, subsellium
C ad scalam referendum est, vt æger super id statuatur, tam à scala, quàm à cuneo remotus, collocato humero vt antea dixi. Verum, cum maiores nostri idem organum idoneum à superiore parte attrahendo tradiderint, sequitur, vt nos quoq; à superiori parte extendendi rationẽ vobis aperiamus. Ergo (sicut dixi) placuit maioribus luxati restituendi modum, & à superiori parte adducendo, & in diuersa trahendo explicare. potissimum autem à superiori parte intenderunt, vbi humerus non solum elapsus esset, sed etiã perfractus. spectemus igitur, quibus modis voluerint luxata restituere, à superiori parte intendentes. Scala igitur in cæteris eodem modo præparata, cuneum non amplius ex funibus suspensum, ad gradum alligant, sed solum superimponunt: funium vero capi
D ta admodum longa per superiores trochleas ab interiori parte extra traiiciũt: post hęc deorsum demissa vectibus, qui pro clauis sint, circumligant. His ita constitutis subsellium ad scalam ponunt, super quod homo ascendens, brachium superiniiciat, vt cuneus rursum in alam indatur: deinceps carchesium laqueum, vel alterum æqualiter extendentem humero iniiciunt, capita q; eius deorsum ducta, vt contineantur, ad aliquem scalæ gradũ deuinciũt. quibus ita contentis axis conuertitur, per quã conuersionem cunei funis alio intercedente motu attractus à superiori parte intẽdit. Neruis, quantum res postulat, intentis impulsus adhibetur, & per duplicem habenã extrahendo, & manibus sursum compellendo. Equidẽ

huic reponendi modo non subscribo ea de causa, quam adiungam. cuneus elatus circumagitur, E
qui cum sub ala non manet, articulus ex toto non reponitur, ac potissimum, vbi quis velit suspenso homine excitando illum reponere. Ea vero extendendi ratio, quę ab inferiori parte adducit, stabilis est cuneo super gradum collocato, & per funes alligato, vt antea diximus. At quo pacto nos à superiori parte adducentes firmiter restituamus, paulo post intelligetis, vbi condendi luxati rationem recensebimus. Ratio autem, quæ in diuersa diducit, sic habet: Cæteris omnibus ordinatis laquei capita non amplius ad gradum vinciũtur, sed ad axis clauum dantur: per se dantur, vel alio motu intercedente, vt prius scilicet per inferiores trochleas traiiciant, tunc q; ad axem deligẽtur. Eadem nunc culpari possunt in hac in diuersa extendendi ratione, quæ paulo ante dicta sunt in illa, quæ à superiori parte extendit. vbiq; enim probo, cum is, cuius articulus reponitur, rectus collocatur, solam ab inferiori parte extendendi rationem adhiberi. Nunc proximum est, cũ de humero in alam prolapso dixerimus, vt de eodem quoq; in priorem partem excidente pertractemus.

De Humeri Capite in priorem vel posteriorem partem excidente. XII.

AD humeri caput in priorem vel posteriorem partem elapsum scala eádem ratione modo q; præparata vel figurata, organo q; & trochleis (vt antea dictum est) alligatis, rursus, vbi restituere volumus, subsellium iuxta ponimus, lana q; vel linteis cõtegimus gradum idoneum, super F
quem restituamus: cui (sicut ostẽsum est) inuoluto ala insidat: tum carchesium laqueum, vel aliũ æqualiter extendendi vim habentem humero (vt propositum est) circũdamus, cuius capita deorsum attracta ad organi axem religamus, quemadmodum ad humerum in alam prolapsum tradidimus, vt conuersus axis directa ductione ab inferiori parte intendat. eodem momento, quo intendimus, aliquis rursus à posteriori parte assistẽs, vtraq; manu ad ceruices hominis data, corpus in contrariam partem repellat. Licebit autem in hoc casu magis & extendere & ducere ad inferiora. Subsellio itaq; subtracto, homo suspendit, vt simul & articulus excitetur, & quæ illi superiecta sunt, laxentur. vbi quantum reponendus articulus postulat, intenderimus, circũducendo impellimus: si quidem in priorem partem, humeri caput exciderit, ab ea sede, in quam venit, ad eam, vbi esse naturaliter debet, prominentiori palmæ parte vrgemus, atq; altera manu cubitum à posteriori parte in priorem adducimus, quo facto minister assistẽs manum apertam lato scapularum ossi opponat, atq; id repellat, ne vis operæ resoluatur: verum, si in posteriorem partem prorũpat, contrarium fieri debet, humeri quidem caput prominentiori parte palmæ vrgendum est, vt à lato scapularũ osse in suam sedem reuertatur, atq; altera manu cubitus ad posteriorẽ partem prorsus adducendus. Hac igit ratione humeri caput restituendũ ducimus, vbi in priorẽ vel posteriorẽ partẽ G
eruperit. Sed alij ĩ vtroq; casu eã reponendi rationẽ probarũt, quæ à superiori parte extẽdit. hoc, quo pacto agãt, videamus. Scala eodẽ modo parata duplicatæ habenæ vel funis medium lana vel linteo inuolutũ alæ subiiciunt, capita q; eius per superiores trochleas traducta deorsum ad axis vectes tanq̃ ad clauos alligant: deinde humero carchesium laqueũ, vel alium, qui ęqualiter extẽdere valeat, circũdant, cuius capita deorsum demissa, vt contineant ad aliquẽ scalæ gradum deuinciũt. q̃bus ita cõstitutis axis conuertit, quo cõuerso & continẽt, & à superiori parte intendũt: ac postq̃ abũde extenderunt adducẽdo impellũt. At cũ in diuersa contẽdunt, capita laquei vel directa ductione vel alio intercedente motu, funis vero per aliũ motum interiectũ, ad axis clauũ alligant, vt conuerso axe in diuersa diducãt: postq̃ satis intenderunt, adducẽdo impellunt. Intentiones quidẽ succedunt, sed impulsus fallax est, siquidem hoĩe excitato, & suspensione distracto, ægre articulus restituit. atq; ob hãc causam nũc placuit extẽdendi rõnẽ tam à superiori parte, q̃ ab vtraq; ꝑterire. Humeri ergo caput, in quãcũq; partẽ venerit, conuenit ab inferiori parte extẽdendo reponere, cũ erectus homo collocat. Qua via humeri caput restituat, exposuimus. Pergamus igitur ad cubitũ.

De Cubito. XIII.

AEque duo brachij ossa in quatuor partes erumpunt, in interiorem, exteriorem, priorem, & H
posteriorem: atq; vbi in tres partes venerint, exteriorem scilicet interiorem & posteriorem, brachium curuatur, & extendi non potest. Commune est horum trium casuum, in quibus curuũ brachium minime extenditur, scalam cum organo (vt dictum est) ad restituẽdum parare: postea hominem iuxta scalam collocare, vt super subsellium ascendens brachium super conuenientẽ scalæ gradum iniiciat: tum ea iunctura, quę palma nuncupatur, humerum continere, & laqueum in æqualiter extendentem, vt attollentem chiastum aut nauticum, brachio in vicinia manus circundare, eius q; capita ad vnũ scalæ gradũ, vt retinacula sint, deuincire, vt vbi vis adhibetur, recti anguli figura fideliter conseruetur: eo q; facto mediũ duplicatæ habenæ, brachio prope cubitũ iniicere, capita vero deorsum ducere ad axem, ibi q; vel directa ductione ad axis clauum alligare, vel alio intercedente motu, non secus ac vbi humeri caput reponitur, vt similiter axis cõuersio ab inferiori parte intendat. Traditur etiam ad cubitum ille reponendi modus, qui à superiori parte extendit, cuius ratio est hæc. Cæteris omnibus (vt propositum est) constitutis, humerus non amplius, vt contineatur, deuincitur, sed laqueus carchesius, aut alius ex iis, qui æqualiter extendunt, ipsi circumligatur, cuius capita ad superiores trochleas adducta ab interiori parte in exteriorem attracta deorsum feruntur, & ad axium vectes quasi ad clauum alligantur: duplicatę vero habenę

capita

A capita deorſum adducta, vt retinacula ſint ad aliquid immobile dantur. conuerſo igitur axe & cõtinemus, & alio intercedente motu à ſuperiori parte extendimus. At modus, qui in diuerſa extendit, hinc manifeſtus eſt: vbi enim in diuerſa extendimus, laquei capita per ſe ad clauum axis vel alio intercedente motu ad eiuſdem vectes deligantur, vt eadẽ conuerſio in diuerſa extendat. Neruis, quantum res poſtulat, extentis conuenienter impellere oportet, adducendo, ſi luxata in duas partes venerint, in interiorem ſcilicet & exteriorem: extrahendo, ſi in poſteriorem: quas impellendi rationes in opere de articulis expoſui. Hęc igitur fieri debent, quando cubitus in propoſitas partes erumpit. Verum, ſi in priorem, in quo caſu diximus extentum brachium non curuari, iterum eadem ſcala atq; organum comparatur, æger ſcalæ aſſiſtens brachium ſuper cõmodum eius gradum imponit, humerus ad ſcalam per eandem iuncturam vincitur, laqueus æqualiter extendens ad brachium datur in vicinia manus, cuius capita deorſum feruntur ad organum, vt ab inferiori parte attrahantur. ſi quis autem velit agere hoc tum continendo, tum à ſuperiori parte adducendo, humerum non amplius ad ſcalam deuinciat, ſed vtriq; membro laqueũ inijciat, qui æqualiter intendat, vnum ſcilicet humero, alterum brachio: et ſuperioris quidem laquei capita ſurſum ferat vltra caput, alterius vero deorſum, vt (quemadmodum in alijs reponendi rationibus declarauimus extendat. quod vbi abunde fecerit, nunc reponendi cauſa duo modi impellendi potiſſi-

B mum aptantur, qui premit, & qui circunducit. ſed ante quidem premere conuenit, dum intentio adhuc manet, dehinc circunducere: quos impellendi modos multo ante expoſui in opere de articulis. Oportet autem eo, quod luxatum eſt, reſtituto, brachium curuare atq; extendere, pronum q; & ſupinum collocare, vt ex toto reſtitutũ eſſe intelligas: tum ad angulum rectum in ſequentem curationem figurare. Vtraque igitur brachij oſſa, vbi loco ſuo non ſunt, per ſuperiores modos reponuntur. verum quoniam vtrunq; per ſe proprie vitiatur, cum ſuo loco mouetur, poſt hac neceſſe eſt

C ſcribamus, quo'nam modo cubitus erumpens, radius'que diductus ab inferiori parte extenti reuertantur.



A Cuneus ſub ala per funes ſuſpenſus.
B Organum ad ſcalam alligatum.
C Trochleę à ſummo gradu ſuſpenſę.
D Trochleæ ab imo gradu ſuſpenſę.
E Subſellium.
F Iunctura, quæ palma nuncupatur.
G Laqueus attollens in vicinia manus.
H Capita laquei, vt retinacula ſint, ad ſcalæ gradum deuincta.
I Medium duplicatę habenę prope cubitum iniectum.
K Capita ad axis clauum directa ductione alligata.

D

De Cubito & Radio. *XIIII.*

MOuetur per ſe cubitus interdum loco, & rurſus per ſe radius diducitur, ijs modis, quos in opere de articulis declarauimus. Ad hæc igitur oſſa reſtituenda, ſcala ſimiliter paratur, humerus q; ad gradum vincitur ea iunctura, quæ palma dicitur: ad ipſum vero brachium vtiliter datur laqueus aliquis ex ijs, qui inęqualiter extendunt, cuius laquei ſinus à parte, quæ reſtituitur: capita à contraria, hoc eſt ab integra collocent. proprie enim laquei, qui inæqualiter extendunt, eas partes magis cogunt, quibus ſinus hærent: minus vero, quibus capita. ſiquidem conſilium eſt, vbi ſuperius os excidit, ab inferiori parte attrahere: ad id, quod ſuo loco eſt, vim minime adhibere. Huius igitur laquei capita ad axis clauum dari debẽt, vel directa ductione, vel alio motu intercedente, vt conuerſio axis ab inferiori parte extendat. ſed vbi, quantum reſtituendum os poſcit, extenderimus, idoneis impellendi modis vti conuenit, cubito quidem in interiorem partem

excidente,

excidente, radio'q; in exteriorem adducto, vtriusque manus digitos inter se iunctos eminentiæ E cubiti subijcimus, prominentiores'q; palmarum partes vtrinque ponimus, atque his summopere vrgentibus adducimus: sed, si in posteriorem partem prorumpant, cubitus præsertim, ea reponendi ratio efficacissima est, quæ extrahendo impellit. sin radius in priorem partem conuertatur, expedit premẽdo & circunducendo impellere, quemadmodum ostendimus, vbi vtrunque os in priorem partem elapsum ponebamus. exquisitos autem reponendi modos in opere de articulis exposuimus. Repositi autem ossis indicium erit, in cubito libera brachij cõtractio atque porrectio: in radio, in pronum vel supinum habitum conuersio. Quo modo igitur per scalã homine erecto restituere luxatum conueniat, demõstrauimus. verũ quia iusta aliqua de causa, aut ob imbecillitatem, aut ob femur, seu crus simul comminutum, æger stare nequit, dum luxatum restituitur, necesse est in sequentibus aperire, quæ ratio sit restituendi, homine super planam scalam iacente.

B Organum ad scalam alligatum.
C Trochleæ superiores.
D Trochleæ inferiores.
E Subsellium.
F Iunctura, quę palma nuncupatur.
G Laqueus inæqualiter extendens.
H Capita laquei duplici intercedente motu ad axem data.

Quo pacto iacente homine restituatur Humerus in alam prolapsus. XV.

SCalam collocare planam oportet, & vt à pauimento attollatur, extremitatibus lapides vel ligna ab vtraq; parte subijcere, atque ęquandi gradus causa linteum superimponere: huiusmodi enim lectus, quod pertinet ad ægrum iacentem, dum restituitur, scamni munus pręstabit. organum vero ad scalam alligandum ab inferiori crurum extremitate, rursus'q; trochleę (quemadmodum dictum est) binæ à superiori scalæ parte, totidem ab inferiori vinciendæ. satius autem est ad luxata restituenda pro scala adhibere scamnum, quod ab altero extremo quadratis fossis excauatum sit, vbi organum firmiter insistat. quæ pręparatio esse debeat, dictum est: modos autem, quibus humeri caput restituitur, exequemur. Prolapso igitur humeri capite collocare hominem cõuenit, sic vt iaceat super scalam, organo ad pedes constituto, supinus, vbi in alam vel priorem partem excidit: in ventrem, vbi in posteriorem. Igitur, vbi in alam conuertitur, funis capita super ca- H put à priori vel posteriori parte adducenda, medium'q; habenæ duplicatæ dandum est ad humerum sic, vt inter ipsum & cuneum demittatur, capita'q; eius ab exteriori parte ferantur, atque ita pendeant: post hęc laqueus charchesius, vel alius ex ijs, qui æqualiter extendunt, humero (vt supra ostensum est) inijciendus, cuius capita deorsum ad organum adducenda. cum capita ergo ad pedes ferantur, agemus vel continentes, & ab inferiori parte extendentes, vel in diuersa trahentes, siue directis ductionibus vtamur, siue alius motus intercedat, vt antea indicauimus. cum satis extenderimus, condere humerum debemus, idoneam impellendi rationem adhibentes: præcipue autem duplex impellendi ratio idonea est, & quæ articulum extrahit, & quæ sursum compellit. manente intentione duplicatæ habenæ capita tenentes vi humeri caput extrahimus, eodem'q; momento cubitum in interiorem partem ad latus repellimus: eo enim fit, vt humeri caput facile prompte'q; in exteriorem partem ducatur, moueatur'q;. quo facto remissa intentione, protinus sursum compellimus: post hæc humerum prehendentes attollimus, vt in suum locum collocemus. Hæc sunt quæ fieri oportet, vbi humeri caput in alam excidit.

A Cuneus

A

A Cuneus alligatus ad funem, cuius capita dantur ad gradum supra caput.
B Organum ad scalã alligatum.
C Trochleę a summo gradu suspẽsæ deorsum spectantes.
D Trochleæ ab imo gradu.
E Habena media demissa inter cuneum & humerum, cuius capita spectent in partem exteriorem.
F Charchesius ad humerum datus.



B

De Humeri Capite in priorem vel posteriorem partem excidente. X V I.

SEd si humeri caput in priorem vel posteriorem partem conuertatur, homine (vt dictum est) figurato, nempe supino, si in priorem partem venit, in ventrẽ: si in posteriorem, funis aut habenæ, mediũ lana siue linteo obuolutum, alæ subijcitur, capita q; supra caput feruntur, non quidem è regione vitiati humeri, sed obliqua versus partem cõtrariam ad rẽ aliquã immobilem vinciuntur, qua retineant. Ambigitur vero, quãobrem capita non recta ferant, sed versus cõtrariam partem obliqua. Pasicrates quidem atq; alij non nulli hoc ea de causa fieri aiunt, ne à medio funis humeri capite sursum attracto prohibeamur, quo minus ab inferiori parte extendamus: sed decipiuntur similitudine femoris, cum res aliter habeat, siquidem femur ad Γ literæ similitudinẽ declinat, at humeri caput dimidium orbiculatũ est, neq; potest femoris modo à medio fune sursum adduci. quorsum igitur id fit? ne sub medio fune, quę sub ala sunt compressa, alæ regionem compleant, completo.n.recessu, humeri caput locũ non habebit in quẽ recondat. Nos ẽt non secus atque ij, qui non multo ante nos vixerunt, ob propositam causam, habenã vel funem similiter collocamus. Consueuimus interdum & aliter cõtinere, duos.n.laqueos ex ijs, qui inęqualiter extenC dunt, implicãtes, thoraci dorso q; sub alijs circũponimus, eorum q; capita continẽdi causa ad gradum, qui cõtra situs est, alligamus: qua continendi ratione adhibita laqueũ ęqualiter extendentẽ humero circũponimus, quẽadmodum tradidimus, quà de humeri capite in alam prolapso: cuius deinde laquei capita ab inferiori parte ad organũ demittimus, & ad axẽ deuincimus, vt eo cõuerso cõtineamus, & ab inferiori parte pariter extẽdamus. Vi, quantũ res exigit, adhibita, vt articulũ restituamus, premẽdo impellimus. ꝓminentiori.n. vnius manus palma vi humeri caput cõprimimus, altera vero cubitũ huc atq; illuc agitamus. Indicium aũt repositi ossis in superioribus explanauimus. Fit etiam interdum, vt ad humeri caput luxatum, medij quoq; humeri fractura accedat, cogatur q; medicus eodẽ tempore vtriq; vitio subuenire. Docẽdi autem gratia sermoni institam, qui eum casum explicet, vbi & caput humeri in alam excidit, & medius humerus comminuitur.

De Humero fracto simul & prolapso. X V I I.

QVæsitum est à maioribus nostris, qua via hęc restituant. Pasicrates quidem os suo loco motum primo restituit, ꝙ maiorẽ vim in restituẽdo postulet, ꝗ̃ fractura. At si quis sub fractura laqueum inijciens eodẽ momento velit tã quod fractum est, ꝗ̃ quod excidit, restituere, dum vis ad luxatum, quantũ postulat, adhibetur, fractura plus iusto intenta partes fracturæ suD periectæ vltra debitum extentæ lædentur, resoluentur nerui aut abrumpentur, & fortasse corpora tota, priusꝗ̃ articulus laxetur. atq; hac de causa censuit ipse laquem super fracturam imponendum, & ante quod luxatum, dein quod fractum est, restituendũ. Voluit Aristion eodem tpe, & luxatum & fractum humerum restituere, ne si luxatum prius reponat, dum fractura componit, prę vi positum humeri caput erumpat. Quę dicuntur in vtroq; casu sequi detrimenta, vere sic E habent, quapropter nobis placet, ante articulum reponi, ꝓxime q; fracturam curari, ea cautione, ne dum quod fractum est, ab inferiori parte extendit, articulus elabat. Ad luxatũ igitur restituendũ cuneus à funibus dependens in alam conijcitur, rursus q; capita funis sursum adducuntur super caput: humero super fracturam Charchesius laqueus imponitur, vel alius, qui æqualiter extẽdat, eiusq; capita, deorsum demissa, vt retineãtur ad aliꝗ̃ moram, vinciuntur, atq; à superiori parte attrahendo articulus reponitur. quo facto cuneus in ala relinquitur, vt humeri articulus maneat, laquei vero capita inferiori parte resoluuntur, & super caput adducta tanꝗ̃ retinacula vinciuntur, vt vtriusq; præsidio cunei scilicet & laquei, articulus suo loco seruetur. post hæc Charchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens humero inijcitur, cuius capita deorsum demissa ad axem, vt ab inferiori parte intendant, religãtur. quo fit, vt fractura ab inferiori parte intenta componatur, superiori articulo non excidente. Hactenus de humeri capite, nunc de cubito.

De Cubito luxato. XVIII. E

CVbito in illas treis parteis conuersо,in quas vbi procidit,brachium curuum est,neq; extenditur,homo resupinandus est super asserem scalæ insidẽtem: alligatis trochleis organo'que ab inferiore parte,laqueus inæqualiter extendens brachio prope manum iniiciendus, cuius capita super caput adducta ad oppositam moram alligẽtur: tum duplicatę habenę medium iuxta cubitum dandum,capita'q; eius deorsum adducenda. Dantes igitur capita,laquei quidem humero iniecti, supra caput, duplicatæ vero habenæ, deorsum, continebimus simul & ab inferiori parte extendemus,vt ostensum fuit in superioribus. neruis abunde intentis eo modo impellemus,quẽ paulo supra diximus,cum de erecta scala pertractauimus. At si in priorem partẽ elabatur, in quo casu brachium extenditur,resupinato itidem homine, laqueus æqualiter extendens humero iniiciatur,capita q; eius super hominis caput attrahãtur: tũ alter laqueus ęqualiter extendẽs ad extremum brachium alligetur,eius'q; capita deorsum ducantur.intentionem vero à pedibus adhibendam esse antea exposui. Eodem autem modo,vbi articulum restituimus, impellere oportet, premendo scilicet & circunducendo,eadem'q; ratione,quę in opere de luxatis dicta est.verum, si alterum os pręter naturam habeat,siue cubitus excidat,siue radius diducatur,laqueo rursus ęqualiter extendẽte ad humerum dato,capitibus'q; eius sursum super caput adductis,vt retinacula sint, F brachio laqueus iniicitur,qui inęqualiter extendat,quemadmodum explicauimus: capita'q; eius deorsum ad organum , adducuntur , & iisdem impellendi modi accommodantur. Absoluimus iam sermonem vniuersum de cubito atque humeri capite, restat;vt ad manum accedamus.

De Manu. XIX.

MAnus in quatuor partes mouetur,interiorem,exteriorem, priorem,& posteriorem. Restitui autem debet,vel super scamnum,vel super scalam, quæ plana collocetur.Homine itaq; iuxta scalã vel scãnum sedẽte,figuretᷣ manus,supina,si in interiorem partem erupit: prona,si in reliquas tres. deinceps circa sinum manus,ferramentũ,quo adurimus transuersum vel transuersus axis detur,atque ad ipsam palmam vinciatur: tum extremitatibus,propositi vectis seu ferramenti,sinus laquei inęqualiter intendentis vel mediæ habenę iniiciãtur,capita'q; à priori parte ad organum ferantur. Brachio autem in vicinia manus circumligetur laqueus æqualiter extendẽs, cuius capita ferãtur à posteriori parte: rursus'q; intentio adhibeatur,quę paulo ante exposita est: vel continendo, & seu ab inferiori seu superiori parte extendendo, vel in diuersa adducendo, postq; abũde intẽderimus, impellere debemus, quẽadmodum in libro de luxatis exposuimus: ꝑmẽdo, vbi in interiorẽ vel exteriorem partẽ venit: vbi in priorem et posteriorẽ,adducendo. Sed venio ad spinã. G

A Organum ad scalam alligatum.
B Trochleæ.
C Ferramentum datum ad sinus manus.
D Sinus laquei dati ad ferramenti extremitatẽ.
E Laqueus æqualiter extendens brachio iniectus in vicinia manus.

H

De Spina. XX.

SPina gibba ex recenti ictu restituitur. Oportet in restituendo hominem pronum collocare, vel super scalam,cuius gradibus asser iniectus sit,vel super scamnum,trochleas'q; (vt dictum est) adhibere: post hæc ad spinam dare binos laqueos æqualiter extendẽtes,vnum à superiori parte gibbi, alterum ab inferiori: vel quaternos ex iis, qui inæqualiter extendunt,inter se oppositos, binos à superiori parte,totidem ab inferiori: et superiorum quidem capita sursum,inferiorum vero deorsum adducere,siue vt retinacula sint,& vel ab inferiori vel à superiori parte intendant, siue vt in diuersa diducant,verum,vbi in diuersa diducimus, trochleis vtimur alio intercedẽte motu agentes. Postquam abunde intẽderimus,eo modo impellimus,quem in libro de articulis enarrauimus.Sequitur autem,vt de modis reponendi femoris pertractemus.

De Femore. XXI.

FEmur in quatuor partes prorũpit,interiorẽ, exteriorem,priorẽ,& posteriorẽ: atq; vbi in tres partes conuertitur, crus extentũ est, & curuari minime potest: ꝙ si in posteriorem partẽ prolabatur,

A labatur, curuatur, sed non extenditur. Igitur, si in illas tres partes venit, vbi extentum crus minime implicatur, resupinandus homo est super scalam vel scamnum, & duplicatæ habenæ vel funis medium lana seu linteo circundatum inter anum & naturale inijciendum, capita q; eius super caput adducenda. Sin in exteriorem quidem & priorem partem femur eruperit, media habena variè quacunque parte inter anum & naturale dari potest: sed, si in interiorem partē exciderit, inter femur integrum adhibenda est, & articulum, qui restitui debet, ne si femoris capiti subiecta fuerit, membrum ab inferiori parte attrahi non sinat. quo facto Charchesius laqueus vel alius æqualiter extendens femori extremo circumponendus est, capita q; deorsum ad organū ferenda, & ad axis clauum alliganda, vt adhibitis retinaculis conuerso axe contineamus, & ab inferiori parte extendamus. Nihil item prohibet, quo minus à superiori intēdamus, quemadmodum dictum est, quà de humeri capite. Neruis, quantum satis est, diductis, ijsdem vtendum est impellendi modis, quos in opere de articulis indicauimus. At, si femur in posteriorem partem prolabatur, vbi complicari crus diximus, sed nullo modo extēdi, organo ab inferiori parte alligato æger sedeat: magis tamē in supinum habitum conuersus, in alteram coxam inclinetur. post hęc contineatur, sicut in opere de articulis ostendimus. tunc Charchesius laqueus, vel alius æqualiter extendens, femori circun-
B detur, eius q; capita deorsum demissa, vt ab inferiori parte extendant, ad axem religentur. neruis, quantum res postulat, intentis, oportet eadem ratione in restituendo impellere, quæ in opere de articulis exposita est, spatha premendo idonea extrahere, & femoris caput in exteriorem partem adurgere: sic q; crure deorsum extēto, atq; homine resupinato articulus reponitur. Crus autem restitutum testatur eius flexus, atq; porrectio: in quamcunq; enim partem venerit, vbi restitutum est, liberam eius actionem spectamus, flexum scilicet & porrectionem.

De Genu. XXII.

GEnu in tres partes erumpit, interiorem, exteriorem, & posteriorem: vbique autem crus extentum est. Si in interiorem & exteriorem partem veniat, hominem resupinare conuenit: si in posteriorem, pronum collocare, tunc que laqueos æqualiter extendentes membris inijcere, vnum quidem femori prope genu, alterum cruri super eam regionem, quæ carnosa à posteriori parte prominet: rursus q; organo ad inferiora deligato, easdē adhibere intendendi rationes, quæ in alijs luxatis sunt ostensæ, impulsum q; in opere de articulis declaratum.

De Talo. XXIII.

TAlus modo in interiorem, modo in exteriorem partem prolabitur, non nunquam etiam in
C posteriorem. Rursus itaq; oportet hominem sedere, extēto q; cruri laqueum imponere, qui æqualiter extendat, eius q; capita ad posteriorem partem porrigere: ad talum vero sandalium, vel draconem laqueum dare, capita q; à priori parte ad axem adducere, cōtinendo q; ab inferiori parte extendere, & ijsdē vti modis impellēdi, quos in opere de luxatis explicauimus. Restituendi rationē præterimus, quoniā de hac præcipue agimus, vbi organorū, quę plana collocantur, præsertim q; nostri machinamenti, motum declaramus.
D



A Laqueus iniectus cruri ęqualiter extēdēs.
B Sādalius laqueus ad talum datus.

Glossocomum Nymphodori. XXIIII.

GLossocomū Nymphodori tractoriū, organū est quadratū. hēt aūt duo latera, q̄ extremis partibus p duo transuersaria inter se iungunt. laterū vero & trāsuersariorū eadē est magnitudo, sunt.n. lōga lata q; duos palmos, crassa digitos totidē. quare, quū ęqualis sit eorū modus, iure glossocomum ex eorū numero est, q̄ proprie quadrata appellant. Media igit latera exculpta, cauata q; sunt cauis nō nimis alte penetrātibus, qbus includit axis hn̄s ī medio tympanū, cui ab vtraq; parte ferrei vnci sunt, duo in vniuersum, vel foramina, in q̄ possint conijci funes. quorū hęc ratio est. Funes duo vncis medij circūligātur, & ab vtraq; parte ppe foramina nodū accipiunt: quorū capita, quū quatuor sint, duo traijciunt p trāsuersariū prius, ab interiori parte extra: reliqua duo p id, q̄d posterius

posterius est. Secundum tympanum cochlea speciem lentis referens recta collocatur, hęc compo E
sito vocabulo græce κωχλιάξων dicitur. eius extremitas demittitur in cauum nõ penetrans prioris transuersarÿ: pars vero, quę cochleæ modo striata est, iuxta tympanum collocat: quod superest ex eius longitudine per foramen transit, extrema q3 parte baculum versans habet, quo torquetur, vt cochlea per id versata tympanum moueat, cõuerso hoc axis versetur, quo moto funium capita, quæ extra procedunt, ad intendendum ducũtur. Sunt item in glossocomo opercula, vt quę in eo sunt machinationes occultentur: tum quatuor anuli ad latera fixi, bini ab inferiori parte, totidem à superiori, ea de causa, vt alligari organum possit. Huius fabricationis auctor est Aristion filius Pasicratis, siquidem aliter structum fuit à Nymphodoro. in vetusta. n. structura extat cochlea nõ per transuersarium, sed, quà opercula sita sunt, traiecta. duas enim forfices ferreas ad latera affixas habet ad medium pertusas, quarum vna axi subijcitur, altera superponitur, útraq3 à latere tympani collocatur, inferior angustius foramen habet, superior latius. Cochlea igitur ab ea parte, qua opercula sita sunt, traiecta, atque à forficibus contenta, alterum operculũ sine impedimento clauditur: alterum claudi non patitur pars cochleæ, quam penetrare diximus, cui q3 baculum versans affigitur. hoc itaq3 operculum medium transuersum in duas partes secatur, quarum altera manet immobilis, altera clauditur: atque hæc media in longitudinem lunata figura exciditur, vt, quum F
operculum clauditur, lunatum eius cauum propositam cochleæ partem excipiat. Hanc Nymphodori structuram non accepit Aristion, sed adiecit organo axem habentem tympana foramina q3, vt axis, qui in medio est, motus, vbi velis, consistat, & vi minime voluatur: transtulit item anulos iuxta prius trãsuersarium, ne organum à parte operculi, sed à parte prioris transuersarÿ alligetur. traiecit prȩterea funium capita per opercula, hæc quidem à superiori parte, illa vero ab inferiori. quod quidem pertinet ad anulorum situm, vnà nobiscum sentit: sed axem, quem adiunxit, tanquam superuacaneum reÿcimus, siquidem vnus axis ex robusta materia præparatus, quod opus est, abunde efficit. Sed cum glossocomi fabricationem absoluerimus, sequitur, vt ad eius motum veniamus.

A Latera.
B Transuersa rium prius.
C Transuersarium posterius.
D Cauum non penetrans.
E Axis habens tympanum in medio.
F Foramina in quæ funes coniici possint.
G Funes duo.
H Capita funiũ traiecta per prius transuersariũ.
I Capita funium per posterius transuersarium traiecta.
K Cochlea speciem lentis referens.
L Manubriolum.
M Quatuor annuli in transuersarijs.
N Ferrea forfex.
O Pars operculi, quæ manet immobilis.
P Pars operculi in lunatam figuram excisa.
Q Axis habens tympana foramina q3. G

Nymphodori Glossocomũ clausum.



Nymphodori Glossocomũ apertum.



H

De

A *De motu Organi.* XXV.

VBi humeri caput ſuo loco mouetur, præcipue q; ſi in alam veniat, ad ſcalã eodem modo paratam, quo in Nilei Plinthio explicauimus, nunc pro Plinthio Gloſſocomum alligetur, nõ ab operculis, ne ſub cochlea habenæ abrũpantur, ſed à priori trãſuerſario, anulis prope ipſum affixis. Aperiantur item opercula, capita q; funium ad axem alligata excipiantur, hæc quidẽ a ſuperiori parte, illa vero ab inferiori: ac deinceps, vbi reſtituere volumus, ſubſellium prope ſcalam ponatur, ſuper quod homo aſcendens brachiũ ſic trajciat, vt indatur cuneus in alã: circũligetur inſuper humero Charcheſius laqueus, vel alius æqualiter extendens, eius q; capita ducãtur ad ſuperiora funium capita, vt machinationum motu aut directis ductionibus ab inferiori parte intendamus, aut alio intercedente motu, aut per duos contrarios motus interiectos, hoc modo: Laquei capita per inferiores trochleas trajciantur, et cum funium capitibus colligentur, quo rurſus ſit, vt machinationes motæ, alio intercedente motu ab inferiori parte extendant: verum ſi per ſuperiores laquei capita trajciantur, deinceps per inferiores demiſſa ad funium capita vinciantur, rurſus machinationum motus per duos contrarios motus interiectos ab inferiori parte extẽdit. Impulſus vero, quos deinde res poſtulat, fiunt, quemadmodum dictũ eſt, vbi humerus in alam prolabi-
B tur, & per duplicem habenã extrahendo, & intentione remiſſa per manus ſurſum compellendo. Retulerunt alij organum hoc, vbi à ſuperiori parte extendere volumus, idoneum eſſe, trãſferunt enim ipſum ad ſuperiorem partẽ ſupra caput, cuneum q; ad gradum adhærentem, ſolutum tñ, in alam conijciunt: deinde capita funium cunei, ad inferiora capita funium organi religant. et Charcheſium laqueum humero inijciũt, cuius capita deorſum adducta ad imum ſcalæ gradũ immobilem deuinciunt, vt per hæc retinaculis adhibitis directis ductionibus a ſuperiori parte intendãt. Licet etiam organo ab inferiori parte alligato à ſuperiori extẽdere alio intercedente motu: alligatis enim laquei capitibus, vt (quẽadmodum dictũ eſt) retinacula ſint, cunei funium capita per trochleas traiecta cum ſuperioribus capitibus funium organi vinciunt, vt machinationibus motis alio intercedente motu à ſuperiori parte extendant: aut laquei capitibus non amplius retinaculi vicem exhibentibus, ſed ad funium organi capita alligatis, vel ad ſuperiora directis ductionibus, vel alio intercedente motu ad inferiora idem preſtent: cum q; abunde extenderunt, eoſdem adhibẽt impulſus, quos paulo ante propoſuimus. Quæ relata ſunt, adſcripſimus. probamus autem & in hoc, quod de Nilei Plinthio diximus, vbi ſcala erecta collocetur, intentionem ab inferiori parte adhiberi, cuneo ad ſcalam alligato: eam vero, quæ vel à ſuperiori parte trahit, vel in diuerſa de-
C ducit, ex toto prætermitti, eiuſmodi ſiquidem imbecilles ſunt. Quòd ſi homo iaceat, ſic interdum cenſui luxatum reponi. contentus ſum propoſitis reponendi rationibus exempli cauſa propter organi motum huc allatis: omnia enim luxata per hoc quoq; inſtrumẽtum reponi poſſunt, non ſecus ac per Nilei Plinthium. Vtriuſque machinationes ſunt diuerſæ, ſed reponendi rationes eædem, ſic, vt liceat ex ſuperioribus vniuerſum huius organi motum intelligere.

Triſpaſtum Apellidis, ſeu Archimedis. XXVI.

ILlud in primis ſcire conuenit, quod neque Apellides, neque Archimedes medici fuerunt, ſed architecti, qui machinamentum hoc excogitarunt (quemadmodum nos accepimus de hiſtoria,) ad naues deducendas funibus non per manus, ſed per ergatam attractis: illius autem ſeculi medici eius ſtructuræ modum minuentes triſpaſtum organum medicinale ad luxata fractaque reſtituenda fabricarunt in hunc modum. Totum organum ex eorum genere eſt, quæ oblonga quadrata nuncupantur. eſt autem hoc modo compactum. Duo latera longa palmos quatuor digiti craſſitudine inter ſe coagmentantur per tranſuerſaria longa palmos duos, craſſa digitum. latitudo potiſſimum poſterioris tranſuerſarij ſex digitos æquat: prioris propter opercula palmos duos. Vt retulit autem Paſicrates, media latera excauata ſunt, cauis non nimis alte penetranti-
D bus, quibus duo axes includuntur rotas habentes in vicinia laterum. vtriuſque axis rotæ perforatæ ſunt peruijs foraminibus, quæ non alia de cauſa facta ſunt, niſi vt in ea funes immittantur, quorum ratio hæc eſt. Funes duo extrema parte nodum accipientes, coniecti in prioris axis foramina attrahuntur ita, vt nodi ſuper foramina collocentur: tum funes circa ſuas vterque rotas inuoluuntur: & per poſterioris axis foramina traiecti nodum accipiunt. Poſterior axis medius inter rotas foramen habet, in quod rurſus funis conijci debet. ſumitur funis longus, qui ab vtraque extremitate nodum acceperit: deinceps per propoſitum foramen trajcitur ſic, vt nodus foramini iungatur: poſt hæc circa medium axem inuoluitur: quo facto altera eius extremitas per poſterius tranſuerſarium, quod medium perforatum ſit, trajcitur. at quid nunc fit fune traiecto & manu tractus euolutus'que poſteriorem axem conuertit, quo conuerſo alia capita funium, qui extra procedunt, ducuntur. Adhibentur autem funes quatuor, duo, & item duo, atque ad hunc modum immittuntur. Sumuntur funes duo, qui extrema parte nodum acceperint, & per duo foramina prioris axis, quæ inter rotas ſunt, trajciuntur attrahuntur q;, ſic, vt nodi foramina contingant. tunc'q; funium capita per prius tranſuerſarium perforatum ab interiori parte verſus exteriorem trajciuntur. aut prehenditur funis vnus duplex, cuius capita coniecta in prioris axis foramina attrahuntur, vt medius funis inter foramina ſtatuatur: poſtea eiuſdem funis capita trajciuntur

tur

tur per foramina transuersarij prioris. Duo item alij funes sumuntur nodo extrema parte deuin E
cti: hi per foramina inter rotas posterioris axis facta, et à medio foramine recedētia, attrahuntur: qui deinde, vbi eorum nodi ad foramina peruenerint, tunc ducūtur, traijciuntur q; per posterius transuersarium perforatum, sic, vt quinq; nunc sint funium, quæ extra feruntur, capita, duo per prius trāsuersarium, tria per posterius. his posterioribus manu attractis, inclusis q; funibus (vt dictum est) inuolutis atq; euolutis, capita eorum, qui exterius ferebantur, ducuntur, extendunt q; capita habenarum, quibus distenditur corpus. Huiusmodi organi structurā Pasicrates exponens reprehendit tanquam minime efficacem. vniuersum enim organi opus consistit in ductione funis posterioris, qui manu attrahitur, at nequit manus in restituēdis luxatis vim tantam sustinere, præsertim, vbi magni articuli sunt, & corpora robusta. quamobrem organi structuram immutauit, duos'que axes, qui inclusi erant, ita struxit, vt penetrarent, & priorem minorem exiguis capitibus extantem, posteriorem maiorem & longiora capita habentem, & ad prioris quidem axis extantia capita clauos confixit: posteriori vero vectes adiecit. demissis axibus duobus digitis machinamentum in restituendo sic mouit. Habenas extendendis corporibus iniectas ad extantia prioris axis capita deligauit, vt posteriori axe conuerso prior moueretur, & euolutis inuolutis'q; funibus nerui extenderentur. Sed Aristion Pasicratis filius patri aduersatur. vt vetustam organi F
structuram ignoranti. In vetusta enim (inquit) organi structura, axes non mouebantur in laterū »
cauis, sed circa ferreos chodaces affixos lateribus in capreoli formam excauatis: quod videre licet »
in organis ad aquam hauriendam comparatis, quæ ob fabricationis rationem facile conuertūtur, »
neq; tamen rotę in se continent armillam, sed chodacem. quoniam igitur axes per armillas mo- »
uentur circa chodaces, & rotę per chodaces circa armillas, axes prompte admodum versabuntur, »
atque idcirco sine impedimento erunt, etiam si funis manu ducatur. Ob id autem ipsum trispa- »
stum organum appellatum est, quoniam tres funes agunt, vnus quidem extra ductus, duo inclu- »
si. Hactenus ipse probabiliter scripsit, sed vera sunt, quæ à Pasicrate adducuntur, nō enim potest manus funem ducens bene restituere, sed fortasse monstrationis causa in ludo organum mouere, vis autem, quæ in restituendo requiritur, per manum minime poterit adhiberi. atque ea de causa ijsdem omnibus factis, quæ in vetusta scriptura sunt ostensa, tertium axem organo adijciendum iudicauimus, cuius capita traiecta per latera essent, vt posterior axis nunc medius fiat, medius autem perforetur: in extantibus capitibus vectes demittantur, vel manubriola, aut bacula ductaria: medius vero funis posterior, vbi circa axem est inuolutus, traijcitur per foramen axis penetrātis, suo'que ibi capite alligatur. His ita constitutis conuersus posterior axis, ille inquam cuius capita G
extāt, funem circa se inuoluit: quo fit, vt medius axis moueatur, quo moto prior quoque axis mouetur. Tribus axibus cōuersis, funiū, qui extra ducuntur, capita tēduntur, cum quibus vinciuntur habenæ, quæ corpora extendunt. Habet item organum opercula, veluti glossocomum, ne machinationes oculis exponātur: atq; item anulos ad latera affixos, quibus alligetur. Hæc est vniuersi trispasti fabricatio. Restituēdi autem modi aptantur ijdē, quos posuimus in glossocomo, distat enim solum, quibus mouetur, machinationibus: preterea funium eadē est ductio, habenis ad eos alligatis. Sed iam trispasti fabricationem explicatam habemus. H

Trispastum Apellidis seu Archimedis.



A Duo latera.
B Prius transuersarium.
C Posterius transuersarium.
D Duo axes habentes rotas in vicinia laterum.
E Funes circa rotas inuoluti.
F Funis coniectus in foramen medium inter rotas posterioris axis.
G Funis duplex, cuius capita traiecta per foramina prioris axis, per prioris transuersarij foramina traiiciuntur.
H Tertius axis, cuius capita traiecta sint per latera.
I Vectes in extantibus capitibus demissi.
K Anuli ad latera affixi.

Fabri

FAbri organum ad hunc modum fit. Super basim, quæ χρηστὶς nominatur, pro organo dimensam statuuntur crura duo, quorum longitudo duos cubitos & semissem æquat, aut etiam excedit: latitudo implet digitos quatuor: crassitudo tres. crura hæc per duo transuersaria inter se coagmentantur, altero ab inferiori parte, quod quinq; palmos à basi recedat, altero à superiori, qua crura finiuntur. inferiori trãsuersario subiicitur asser transuersus, qui & cum lateribus organi, & cum transuersario committitur. hunc asserem sedile consuerunt omnes appellare, cuius medium ad transuersarium exciditur ad effigiem ⊔ inuersi, qua parte trãsuersario infigitur æneum ⊔. Accommodatur tam cauum, quàm ⊔ demittendo priapisco octo digitos longo. Inter transuersaria ab interiori parte crurum canaliculi excauantur, in quibus, dum luxata reponuntur, moueatur quadrata testudo, spatham & cubitos mouens. quandoquidem prior pars testudinis (frontem dicunt) peruio foramine pertunditur, in quod radix coniicitur, cuius extremum, quà extenuatur, ad posteriorem testudinis partem per crassitudinem traiicitur. Proposita pars radicis peruio foramine pertunditur, per quod fibula demittitur, ne radix euellatur, sed manens in foramine torB queatur. Fibula autem in extrema radice scutulo superposito includitur. Radix eò pertinet, vt spatham in organo sustineat, habet enim organum spatham capitulo leniter cauo assurgentem, ita longam, vt à testudine ad superius transuersarium, quod caput nominatur, pertineat, & cuneati axis modo excedat. Huius spathæ extremitas, quę contra capitulum est, media in quadratam figuram exciditur, atq; in id cauum includitur radicis extremitas lata, quæ perforatur. perforatur item spatha ab vno latere ad alterum, in quod foramen fibula demittitur, vt spatham detineat ad radicem. Ipsa vero testudo iuxta medium pertunditur foraminibus quatuor, vel ordine dispositis, vel duobus à priori parte, totidem à posteriori constitutis: quæ non alia de causa fiunt, nisi vt funes in ea indantur, vt in sequentibus ostendam. Medium caput, hoc est superius transuersarium in quadratam figuram excauatur: in quod cauum duplex trochlea inditur, quæ circa axiculum versatur. habet item superius transuersarium duo alia caua quadrata peruia, nempe ab vtroque trochleæ latere vnum, in quæ coniiciũtur quadratæ cubitorum partes: duo enim cubiti per superius transuersarium demittuntur deorsum, & testudini inhærent, quæ quadrata caua in summo habet. Imas cubitorum partes quadratas tenues'que architecti calces nuncuparunt: superiores latas ac rotundas dixerunt alas. In alas ergo cubitorum, quæ superius transuersarium exC cedunt, & peruiis foraminibus pertusæ sunt, axis coniicitur: cuius capita vtrinque excedunt, medium cuneatum est, in extremis capitibus vectes sunt, vel manubriola ductaria, quibus conuertatur. Alarum partes priores iuxta foramina & axis capita rursus forantur, vt, siquando opus sit, in foramina fibulæ demissæ seruent axem immobilem. Organo præterea iuxta crurum extremitates alia duo sunt adiuncta crura, vt, si quando sedilis vicem exhibeat, super basim atque adiuncta crura iaceat. Verum, quia testudo per funem elata, & cubitos & spatham attollit, in sequentibus qua ratione funis indatur, adiiciam. Sumitur funis duplex, cuius capita per duo foramina, quæ vel iuxta cubitos sunt, vel à priori parte, vel à posteriori, vel in medio, traiiciuntur, vel ab inferiori parte sursum adducuntur sic, vt medius funis inter foramina collocetur: deinde capita sursum feruntur, & circa duplicem trochleam prioris transuersarij inuoluuntur, atq; (vt dictum est) permutata deorsum procedunt, & ad clauos penetrantis axis religantur: continetur enim organo Fabri alius axis coniectus in crura, quæ super transuersarium inferius digitis quinq; interpositis perforata sunt. In axis medio duo claui sunt infixi, in extantibus capitibus vectes vel manubriola ductaria, quibus conuertitur axis, cuius conuersio per funes testudinem attollit: atq; vnà cum spatha simul cubiti & axis, qui alis continetur, sursum feruntur ad luxata, quæ à superiori parte exD tenta in suam sedem collocantur. Huiusmodi est antiqua structura organi, quod ad Fabrum refertur auctorem.

A Basis.

B Crura duo.

C Transuersarium superius.

D Transuersarium inferius.

E Asser transuersus subiectus inferiori transuersario.

F Medium asseris excisi ad formam Π inuersi.

G Priapiscus.

H Canaliculi excauati ab interiori parte crurum.

I Quadrata testudo.

K Spata.

L Cubiti.

M Prior pars testudinis peruio foramine pertusa.

N Radix

O Fibula demissa per radicem.

P Capitulum spathę cuneati axis modo.

Q Extremitas spathę in quadratam figuram perforata.

R Foramina quatuor testudinis.

S Duplex trochlea indita in cauum superioris transuersarij.

T Caua duo quadrata superioris trãsuersarij, in quæ demittuntur cubiti.

V Imæ partes cubitorum quadratæ.

X Superiores cubitorum partes rotundę, quę alæ dicuntur.

Y Axis in alas cubitorum demissus.

Z Fibulæ demissę in alas perforatas, quæ axem immobilem seruent.

a Alia duo crura adiuncta.

b Funis duplex.

c Alius axis, qui in cruribus continetur.

d Vectes, quibus conuertitur axis.

e Binæ trochleę ad basim.

f Binæ trochleæ ad summa crura.

g Cuneus.

De Motu

FABRI ORGANVM E



F

FABRI ORGANVM G



H

A *De Motu Organi.* XXVIII.

CVm erecta organa comparētur ad reponendum humeri caput excitando, & alijs quoq; modis idonea sint, de humeri capite restituendo tractare constitui. ordiar aūt ab eo casu, sub quo in alā prolabitur. Verum, vt organi motum perfectū habeamus, quaternæ trochleæ organo adijciētur, binæ ab inferiori parte, qua basis sursum spectat, totidem à superiori ad summa crura: Vbi ergo luxatū restituere volumus, cuneata pars axis primū lana vel linteo circūdetur, subsellium q; iuxta organum ponatur, super quod homo ascendat: deinceps vinciantur crura quidem habena inter se, sed integrum brachium extentum, ad latus: in foramina autem alarum indantur fibulæ, vt axis seruetur immobilis, vsq; dum eo moto opus erit. His ita constitutis brachium super axem imponatur: atq; vbi cuneata pars axis in alam coniecta sit, laqueus Charchesius, vel alius æqualiter extendens, humero inijciatur, eius q; capita deorsum adducta, ad clauum eius axis, qui cruribus annectitur, alligentur: fune non amplius indito, quemadmodum in organi fabricatione retulimus, axis conuersio directa ductione ab inferiori parte extendet. id quod etiam, alio intercedente motu, ad hunc modum fit. Laquei capita primo per inferiores trochleas traducuntur: inde sursum data ad clauos axis alligantur, vt hic versatus propositam intentionem moliatur. Idem B quoq; efficitur duplici contrario motu interiecto. laquei enim capita per inferiores trochleas traiecta ad superiores feruntur: inde ad axis clauos vinciuntur, vt duplici contrario motu interiecto ab inferiori parte extendant. Tales sunt modi, quibus ab inferiori parte intendimus. Si quis autē à superiori intendere voluerit, fune in testudinem coniecto, veluti in organi structura posuimus, laquei capita deorsum adducat, & tanquam retinacula ad aliquid immobile deuinciat: post hæc axem conuertat: quo conuerso testudo alio motu intercedente, per funem elata, à superiori parte intēdet. Ex his quoque ille modus comprehenditur, qui in diuersa extendit. hic non amplius requirit, vt capita retinacula sint, sed ab inferiori parte ad axis clauos vinciant, vel per se vel alio motu intercedēte, vt per vnum machinationis motū, propositus extendendi modus adhibeatur. Seruetur autem in intendendo axis immobilis, quēadmodum declarauimus. Postq̄ abunde intenderimus, fibulę, quę C moueri illū non patiebantur, recipiendę sunt, atq; ipse per vectes vel manubriola ductaria conuertendus, vt cuneo aliqua ex parte inclinato, extrahendo impellamus, sicut in alijs organis ostendimus: post hæc dum restituimus humero deorsum intento, minister à posteriori parte assistens manus det ad ceruices hominis, vt corpus versus pedum regionem cogat in contrariā partem. Verum, vbi restituimus, ministro id præstante, quod ostendimus, subsellium pedibus hominis subiectum subtrahatur, vt ipse suspendatur ab organo: tum (vt alibi dictum est) eodem momento, quo ab inferiori parte extendimus, atq; excitamus, per cuneum extrahendo impellemus: deinde inten D tione remissa sursum cogemus, vtráque manu membro comprehenso, &, vt in suum locum recondatur, elato. Hac igitur ratione humeri caput in alam prolapsum restituitur.



Verum si in priorem partem aut posteriorem veniat, vertere sic axem oportet, vt quod ex eo cuneatum est, deorsum spectet: sursum, quod ęquum est: hoc siquidem nunc aptatur ad reponendum humeri caput, quod in ,ppositas partes eruperit. Eo facto homo super subsellīū, quod iuxta sit, ascendens brachiū superponat, sic, vt axi insidat: deinde humero inijciatur laqueus æqualiter extendens, cuius capita deorsum ad axem alligentur: eędem q; intendendi rationes adhibeantur, quæ traditæ sunt, vbi in alam excidit. Neruis abunde diductis impulsus conuenit, quem in aliorum organorum motione monstrauimus.

Sed si neq; cubiti sint, neq; axis in alas coniectus, humeri caput in alā prolapsum ita restituitur. Agitatur spatha sic, vt capitulū eius, perinde atq; cuneata pars axis superius trāsuersariū excedat: tū duplex habena media inter spathā & trāsuersariū datur, cuius capita ab exteriori parte pendēt. In restituēdo aūt, æger ad organū assistēs, brachiū super transuersariū imponit sic, vt spatha in alā indat: post hæc Charchesius laqueus, vel alius æqualiter extendēs, humero inijcitur, cuius capita

deorſum demiſſa ad trāſuerſarium vt retinacula deligantur: fune ad teſtudinem dato axis conuer E ſus teſtudinē, cum q̃ȝ ea ſphatham attollens, à ſuperiori parte extendit. Aptatur itē ille extēdendi modus, qui in diuerſa ducit. laquei capita mutata ad axem alligantur, tunc ſiquidē conuerſus axis in diuerſa diducet. poſtquam ſatis extenderimus, duplicis habenæ capita continenda ſunt, & per hanc ipſa ſpatha, vt per ſpatham extrahendo impellamus. quo facto intentio remittenda eſt, membrum q̃ȝ ſurſum adducendum, vt quàm celerrime in ſuum locum articulus collocetur. At ſi organum non ſpatham habeat, non cubitos, non axem illis contentum, humeri caput in alam ve niens per cuneum ſic reponi debet. cuneus, in quem funes coniecti ſint, ſuperiori tranſuerſario inſidat, & per funes ad ipſum vinciatur: deinceps æger brachium ſuperimponat, cuneus q̃ȝ in alā conijciatur: quo cōiecto laqueus Charcheſius humero circūligetur, eius q̃ȝ capita deorſum demiſ ſa dentur ad axem, qui cruribus continetur, vt axis verſatio ab inferiori parte extendat. at vbi ſa-tis intenderit, impellere oportet, velut in alijs organis demonſtrauimus, aut extrahendo, aut ſur-ſum compellendo: qui modi, cum ab inferiori parte extendimus, potiſſimum ad rem pertinent. Placuit alijs per teſtudinem ita reponere. funē primo reſoluunt, ipſum' q̃ȝ duplicant: cuius dupli-cati capita per duo teſtudinis foramina traijciunt, à ſuperiori parte deorſum, & ad inferioris axis clauos alligant. attollunt itaq̃ȝ teſtudinem prope ſuperius tranſuerſarium, tunc q̃ȝ reſtituendum F brachium ſuperinijciunt, cuneum q̃ȝ in alam demittūt: poſt hæc brachium per palmam iuncturā ad teſtudinē vinciunt. his ita conſtitutis inferior axis conuertitur, teſtudo q̃ȝ à ſubiecto fune deor ſum verſus attracta ab inferiori parte ducit: quo pacto intentio quidem ab inferiori parte adhibe tur, ſed humero ad teſtudinem alligato prohibetur conueniens impulſus.

Cubito in illas tres partes elapſo vbi brachium curuatur, interiorem inquā, exteriorem, & po-ſteriorem, iuxta organum ab omni parte præparatum ſtare æger ſuper ſubſellium debet, atq̃ȝ axis conuerti ſic, vt pars eius, quę cuneata eſt, deorſum ſpectet: ſurſum, quæ ęqua: dehinc brachium da re ſuper axē. quo facto humerus ad axē per palmam iuncturam deligandus eſt: brachio vero in vi cinia manus inijciendus eſt laqueus inæqualiter extendens, eius q̃ȝ capita ſurſum adducēda, & ad alam, vel ad extans caput axis è regione alligāda. brachio ſic ad rectum angulum figurato habenæ vel latæ faſciæ medium ad eā regionē detur, quæ proxime ſub cubito eſt, cuius capita deorſum ad axem porrigantur. Quod ad extendendū pertinet, ijdem modi conueniunt, quos, vbi humeri ca put reſtituitur, oſtēdimus, nunc ſiquidem licebit vel continendo, & à ſuperiori parte extendēdo, vel in diuerſa ducēdo vim adhibere: qua abunde adhibita eadē impellendi ratio accommodatur, quæ tradita eſt, vbi de aliorum organorum motu pertractauimus. At ſi cubitus in priorem partē G moueatur, in quo caſu brachium extēditur, membro ſuperimpoſito humerus ad axem deligetur: tunc Charcheſius laqueus, vel alius æqualiter extēdens brachio inijciatur, eius q̃ȝ capita deorſum ferantur, eadem intendendi ratio adhibeatur: poſt idem impellēdi modus expeditiſſimus, quē in tractandis organis demonſtrauimus. Proprie aūt ſpatha plurimum videtur ad cubitum reſtituen dum pertinere. Videamus aūt, quo modo, vbi neq̃ȝ cubiti in organo ſint, neq̃ȝ axis in alis cōtinea tur, opus hoc efficiendū ſit. Funis igitur reſoluitur, duplicatur' q̃ȝ, & eius capita per duo foramina teſtudinis à ſuperiori parte deorſum traiecta, ad axis clauos alligantur. teſtudo autem cum ſpatha prope ſuperius tranſuerſarium attollitur: dein ſpatha torquetur, & brachium ſuper tranſuerſariū, cui lana circundata ſit, imponitur, humerus' q̃ȝ ad tranſuerſarium per palmā iuncturam alligatur, brachium vero ad ſpatham toto membro curuato. conuertitur igitur axis cruribus contentus, te-ſtudo' q̃ȝ deorſum verſus à fune coacta ſpatham ſimiliter deorſum adducit, ſic' q̃ȝ ab inferiori par-te intendimus. At, vbi ſatis extenderimus, aptatᷣ impulſus, quem paulo ſupra poſuimus, ſi in exte riorem vel interiorem partem cubitus elabatur, adducendo: ſi in poſteriorem, extrahendo. Porrò ab inferiori parte extendere poſſumus, impulſu autem, eo ꝙ brachium deuinctum ſit ad ſpatham extrinſecus, prohibemur, niſi, cum radix euelli ex foramine poſſit, extrahendo impellamus. Ma- H gis autem accommodatur ſpatha, vbi cubitus in priorem erupit, quem ſi reſtituere velimus, fu-nem demittere ſimiliter oportet, ſinere q̃ȝ, vt ſpatha dependeat: deinde membro ſuperiniecto, hu-merum ad trāſuerſarium deuincire, brachium vero ad ſpatham: poſt hæc ab inferiori parte exten dere, vi, quantum res poſtulat, adhibita impellere, ante quidem premendo, tum circunducendo, ſpatha cum brachio torta curuata' q̃ȝ premendi cauſa. Hactenus de cubito luxato.

Ex Ruffo Scammum Hippocratis. XXIX.

Lib. đ Art. ſect. 4. t. 49. 7ª. 289. h Et lib. đ Fract. ſect. 2. t. 49. 7ª. 239. b. Lib. de Art. ſect. 4. t. 51. & 55. 7ª. 290. b e. f

HIppocrates maxime admiratione dignus multis in locis ſuū organum ‖ ξύλον appellauit, in quibuſdam ēt χεδίαν: recentiores id βάθρον, id eſt ſcānum, dixerūt, eo' q̃ȝ affixis cruribus & pro organo & pro ſcāno vſi ſunt. ſtruitur aūt ſic. Paratur lignū ſex cubitos longū, latū duos, nouē digitorum craſſitudine, reſupinatur' q̃ȝ: et quatuor alia ligna pedē longa extremis partibus rotun da, duo ſcilicet & duo cum eius extremis iuguntur. huiuſmodi ligna, quæ φλιαὶ ab Hippocrate vocantur, in latitudine peruijs foraminibus pertunduntur, quibus continentur penetrantes axes in medio clauos habentes, & in extantibus capitibus manubriola ductaria ad conuertendum. totum lignum in medio vſque ad alteram partem quatuor digitorum ſpacio iniecto caua habet, quorum altitudo pariter & latitudo treis digitos æquet. caua hęc Hippocrates καπέτους nuncu-pauit.

A pauit. Medium prælterea lignum alte in quadratam figurã excauatur, quo scalmus demittitur, qui priapiscus vocatur. Alias item habet σλιὰς, in medio ad similitudinem literę Π, nõ inutiliter adiectas. Structura igitũ Pasicrate au ctore huiusmodi est, cui deinceps subdam, qua ratiõe moueatur scamnum Hippocra-
B tis: quod vbi vetustã structurã habeat, homine iacente, ad luxata omnia restituenda idoneum est, vt dum singula exequar, declarabo.

Scamnum Hippocratis.

A Lignum quadrangulum sex cubitorum, latitudine bicubitali, crassitudine dodrantali.
B Postes breues axes habentes.
C Fossulę.
D Lignum teres in medio cauo infixum.
E Postes pedales lignum transuersum tanquam scalę gradum continentes.



De Maxilla restituenda. X X X.

MAxilla excidente, siue ab altera parte, siue ab vtraque, homo resupinatur sic, vt caput iuxta axem, qui ab eius parte est, collocet̃, brachijs ad pectus atq; abdomen alligatis, cruribus q́; inter se, & omnibus ad scamnum organum deuinctis. tum capiti ea iunctura imponitur, quæ lepus auritus dicitur, eius q́; sinus ad ea ligna, quę proximum axem sustinent, vt retinacula sint, deligantur: media habena in os inditur, quantum potest intima, iuxta eam regionẽ, qua maxilla cum malis committitur, inter dentes maxillares, eius q́; capita deorsum demis-
C sa ad axem, q à pedibus est, alligãtur: alia q́; habena media mentum complectitur, & in vtranq; partem vltra caput adducta ad axẽ, qui super ipsum est, diducendi causa deuincitur. his ita cõstitutis, inferior axis torquetur, vt continendo, & ab inferiori parte extendendo, vis adhibeatur. Postq́; intenderis, quantum res postulat, ad eos impellendi modos venies, quos in opere de articulis exposuimus. Si maxilla quidem ab vna parte exciderit, tria efficies, adduces, premes, & sursum compelles: sin ab vtraque, extrema mota fuerint, premere conueniet, et sursum compellere. Hæc de maxilla, nunc venio ad humeri caput.
D



A Iunctura lepus auritus.
B Sinus leporis deligati ad ea ligna, quę sustinent axem proximum, vt retinacula sint.
C Habena, quę media in os inditur.
D Capita habenę alligata ad axem, qui à pedibus est.
E Alia habena, quę media mentum complectitur.
F Habenæ alterius capita diducendi causã ad axem deuincta.

De Humeri Capite in alam prolapso. X X X I.

VBicunque humeri caput restituimus, si in alam vel in priorem partem venerit, resupinare hominem debemus: si in posteriorem, pronum collocare. Vbi ergo in alam prolapsum restituimus, cuneus eo immittendus est, sic, vt qua capitulum assurgit rotundum ac leniter cauum,

in priorem partem spectet: quà ęquus est, in posteriorem. expedit autem cuneum vt mollior sit, E linteo vel lana inuoluere: omne enim lignum (auctore Hippocrate) durũ est & tactu lædit, atq; hac de causa potissimum lana circundatur. adde, quod hæc sudorem absorbet, qui in ala oritur & ob curationis metum, & ob calorem eius partis naturalem, qui ad diducendum confert: & quod cuneũ labi non patitur. Deinde funium capita, hæc quidem à priori parte, illa verò à posteriori super caput ad axem adducenda: media item habena sub ala inter cuneum & humerum danda est, vel (vt aliis placuit) inter cuneum & latera, eius q; capita ab exteriori parte attrahenda. Ipsi autem humero Charchesius laqueus, vel alius ęqualiter extendens, iniiciendus non quà laceratus est, ne cum neruosus sit, si adstringatur, doleat, sed supra vel infra. pleriq; superiorem regionem anteponunt tanquam magis idoneam, quòd proxime ad articulum accedat, sed locus hic ad curationẽ minus accommodatur, prohibet enim rectum impulsum. Sub musculo igitur deligandum censemus, & ob hanc causam, & propterea quod locus, qui iuxta adstringitur, ægre laxatur, quæ vero mediocri interiecto spacio attrahuntur, facile sequuntur. Expedit autem, vt laqueus mollius insidat, humerum lana obuoluere, deinde laqueum iniicere: tubercula enim cubito subiecta prohibent, quo minus laqueus sub extendentium vi deorsum labatur. His ita constitutis laquei capita deorsum demissa è regione ad axis clauum alliganda sunt, vel circa ipsum obuoluta, vel nodo inter se deuincta. magis autem ad rem pertinent, vbi inter se alligata clauo circumponuntur, tunc siquidẽ opus suum firmius præstãt. necesse autem est, vel continere, & seu ab inferiori seu à superiori parte extendere, vel per organi axes in diuersa contendere. Abunde vi adhibita, primum conuenit impellere, per duplicem habenam extrahendo: & eodem, quo extrahimus, momento cubitum altera manu ab exteriori parte in interiorem agere, intẽtione adhuc manente: tum hac remissa, laxata q; manibus sursum compellere. At si caput humeri in priorem partem moueatur, hominem supinum collocamus: pronum, si in posteriorem. cuneo q; omisso, medium duplicatæ habenæ lana inuolutum sub alam demittimus, capitá que eius supra caput adducimus, non è regione humeri vitiati, sed versus contrariam partem, homine resupinato, si in priorem partem articulus exciderit. Quæsita autem causa est, quamobrem id fiat. Pasicrates quidem id propterea fieri dixit, ne humerus detineatur habena è regione sursum versus attracta: recẽtiores non ea de causa, capita oblique ducenda esse dixerunt, sed, ne corpora, quibus ala continetur, compressa lati scapularum ossis sinum impleant: nobis vero cum omnibus conuenit, capita oblique danda esse ad contrariæ partis ligna, quibus axis continetur. Rursus autem humero Charchesius laqueus iniiciatur, vel alius, qui ęqualiter extendat, eiusque capita deorsum ad axem, qui à pedibus est, demittantur, vt G vel retinaculis adhibitis ab inferiori parte intendamus, vel (si placeat) in diuersa contendamus. Conuenit autem impulsus, quemadmodum supra declarauimus manibus præcipue adducendo, comprimendo que. Similiter autem vbi humeri caput in posteriorẽ partem moueatur, homine prono eadem moliri conuenit, quę, vbi in priorem venit, tradita sunt. At vbi satis extenderimus, manibus premere, & adducere, & sursum compellere necessarium est. H



A Cuneus.
B Funium capita ad axem supra caput adducta.
C Habena media inter cuneum & humerum data.
D Charchesius laqueus humero iniectus.
E Laquei capita ad axem, qui à pedibus est, alligata.

De Humero

A *De Humero luxato comminuto&c.* XXXII.

NOn nunquam accidit, vt prolapſo humero fractura quoq; adiiciatur membro medio comminuto, in quo caſu recondere articulum oportet, & fracturam componere. Quod ad reponendum pertinet, retinaculo vti expedit, & à ſuperiori parte extendere: quod ad fracturam, ſimiliter vti retinaculo, & ab inferiori parte attrahere. ſed ante reſtituere, quod prolapſum eſt, oportet: deinde, quod fractum. Ergo, vbi volumus, quod prolapſum eſt condere, cuneum in alam indimus, capita q; funium ſuper caput attrahimus, ac mediam habenam inter cuneum & humerũ demittimus, cuius capita ab exteriori parte procedant. tum intra cuneum ac ſuper fracturã charcheſium laqueum iniicimus: eius q; capita deorſum ad ligna, quæ axem ſuſtinent, ad retinẽdum, alligamus: ſed funium capita ad axem, qui ſuper caput eſt, vincimus, vt eo conuerſo & contineamus, & à ſuperiori parte extendamus. Neruis abunde intentis per conuenientem impulſum articulum reſtituimus. quo facto laquei capita ſuper caput data, retinacula fiunt: & alter laqueus æqualiter extendens, cuiuſmodi charcheſius eſt, humero iniicitur, cuius capita demiſſa ad axem, qui à pedibus eſt, vinciuntur, vt & retinendo, & à ſuperiori parte extendendo vis adhibeatur. neq; nunc eſt, quod timeamus, ne fractura ab inferiori parte attracta repoſitus articulus excidat,
B ſiquidem, cum à ſuperiori parte tam à cuneo, quàm à ſuperiori laqueo retineatur. Vi ſatis adhibita fracturam manibus componimus, quemadmodum ſæpius indicauimus. Quòd ſi humeri caput in priorem vel poſteriorem partem venerit, vbi reſtituitur, eaſdem animaduerſiones deſiderat. Hactenus de humeri capite.

De Cubito. XXXIII.

CVbito in illas tres partes elapſo, in quas vbi venit, brachium curuum eſt, neque extenditur, interiorem exteriorem & poſteriorem, homo ſuper organum reſupinetur: quo commode figurato charcheſius laqueus, vel alius æqualiter intendens, humero circundetur, cuius capita, vt retinacula ſint, furſum ſuper caput vinciãtur: brachio autem in vicinia manus laqueus iniiciatur, qui inæqualiter extendat, puta Attollens, Chiaſtus, aut Nauticus, cuius capita ſurſum adducta ad ligna, quibus axis continetur, religentur, vtrunque ſcilicet ad id, ad quod ſpectat e regione, ſic, vt cubitus cum humero ad rectum angulum figuretur. tum duplicatæ habenæ, ſeu latæ faſciæ medium ad brachium detur iuxta cubiti iuncturam, cuius capita ad axem, qui à pedibus eſt, vinciantur. Datis igitur capitibus, laquei ad ſuperiora, duplicatæ habenæ ad inferiora, binis'que axibus vno ſuper caput, altero iuxta pedes collocato, vim adhibebimus vel continendo, & à ſuperiori
C vel inferiori parte attrahendo, vel in diuerſa ducendo: ea'que ratione impellemus, quæ reponẽdo articulo idonea ſit. vbi in interiorem vel exteriorem partem conuertatur, adducemus: vbi in poſteriorem, extrahemus. Quòd ſi in priorem partem articulus elabatur, in quo caſu curuari extentum brachium nequit, homo ſupinus iaceat in vitiatam partẽ inclinatus: brachio ſuper ſcamnũ extento charcheſius laqueus humero iniiciatur, cuius capita ſuper caput procedãt: extremo item brachio in vicinia manus alius detur laqueus, qui ęqualiter extendat, cuius capita deorſum attrahantur: item eadem vis adhibeatur, nempe retinaculis, & intentione a parte inferiori. Equidem ſatius duco in diuerſa contendere, nam hoc ad articulum reponendum efficacius eſt, quàm ſi ab inferiori parte ſolũmodo extendamus. oportet autẽ, cum abunde extẽderimus, ad cõmode impellendum tranſire, premendo nimirũ & circũducendo, premendo quidẽ intentione adhuc manente, circũducendo, poſtquã remiſſa fuerit. Condito articulo, vt eius reſtituti certa indicia habeantur, experiri oportet naturales brachij actiones, flexum inquam & porrectionẽ, præterea ſitũ in pronum habitum ac ſupinum, quoniam, vbi huiuſmodi actiones liberæ ſint, perfecte reſtituti articuli fidem faciunt. poſſumus & conferẽtes cum altero cubito, num ex toto luxatum reſtituerimus, colligere. quo perfecte reſtituto brachium commode ad rectum angulum curuetur, contineatur q;
D in ſequentẽ curationem. Duo igitur brachij oſſa, vbi ſuo loco mota ſunt, his modis reuertuntur. ſed poteſt ſeorſum vtrũq; etiam offendi, cum cubitus erũpat, radius diducatur, quod nunc quoq; explicabo. Læditur per ſe cubitus radio inuiolato: dehiſcit ſeorſum radius, cubito in ſua ſede manente. vtrũlibet horum oſſium lædatur, vbi per hoc organũ reſtituitur, humerus iniecto laqueo ad ligna, quæ axem ſuper caput continẽt, alligatur, extremo q; brachio rurſus laqueus circumdatur, qui inæqualiter extendat, ſicut Attollens, aut Nauticus, cuius capita deorſum demiſſa intendendi cauſa ad axis clauos vinciuntur. In circumdando laqueo, qui inæqualiter extendit, id obſeruatur, vt ſinus ſuper eam partem, quæ reponitur, capita ſuper contrariam collocentur. ſiquidem laquei inæqualiter extendentes proprie illas partes magis cogunt, quibus eorum capita inſident, minus vero contrarias. Ergo, cum brachium duobus oſſibus contineatur, vbi alterum ſuo loco motum reponitur, cogere id potiſſimum expedit: & alterum, ſi fieri poteſt, non vrgere. Intentione abunde adhibita, illi conueniunt impellendi modi, quos luxati genus poſtulat. ſiquidem cubitus in interiorem partem venerit, vtriuſque manus digiti inter ſe iuncti ab exteriori parte radij eminentiam cubiti cõplectuntur. prominẽtiores q; palmarũ partes a latere dantur, vt his impellentibus quaſi adducendo, os in ſuam ſedẽ collocetur. At ſi cubitus ad poſteriora radij proruperit, brachio aliquãtiſper curuato, eodẽ momẽto, quo ab inferiori parte extẽdimus, prominẽtiori palmæ

mæ parte premere debemus, vt os in ſuam ſedem reponatur. hæc enim premendi ratio ad reſtituẽdum proprie aptatur. At vbi radius in priorem partem recedat, extento brachio perinde agere conuenit, quaſi vtrunq; in eandem partem exceſſerit. adhibenda itaque vis eſt & continendo, & ab inferiori parte extendendo. quo abunde facto duplex impulſus accommodatur, & qui premit, & qui circumducit: qui premit, intẽtione manente: hac remiſſa, qui circumducit, vt oſtenſum iam eſt. Commune eſt vtriuſque, vbi reſtituta fuerint, ſpectare, an brachium ſuo munere ſine impedimento fungatur, curuetur nimirum, & extendatur, & ſupinum pronum'que figuretur: quæ actiones, ſi liberæ ſint, ex toto reſtitutũ eſſe teſtantur. quo facto brachium, in ſequentem curationem ad rectum angulum collocetur. E F



A Charcheſius laqueus humero iniectus, cuius capita ſurſum, vt retinacula ſint, adducũtur.
B Attollens laqueus in vicinia manus, cuius capita ad ligna, quibus continetur axis, religãtur.
C Medium duplicatę habenę ad brachium datę.
D Capita duplicatæ habenæ religata ad axem, qui à pedibus eſt.

De Manu. *XXXIIII.*

MAnus in quatuor partes prolabitur, in interiorem, exteriorem, priorem, & poſteriorem. G Oportet, ſi in interiorem partem veniat, ſupinam collocare, ſuper ſcamnum homine ſimiliter reſupinato, pronam, ſi in reliquas tres partes elabatur: deinde Charcheſiũ laqueum vel aliũ æqualiter extendentem brachio iniicere, & ſuper ſinum manus dare vectem tranſuerſum: vel ferramentum, quo adurimus, ad palmam ipſam deligare eo vinculo, quod, Ad extremas partes, inſcribitur: tum vectis vel ferramenti extremitatibus iniicere vel medias habenas duplicatas, vel laqueorum inæqualiter extendentium ſinus, deorſum q; demittere: atq; alterum laqueum æqualiter extendentem brachio circumponere, eius q; capita ſuper caput adducta, vt retinacula ſint, deuincire: quæ vero deorſum ferebantur capita extendendi cauſa ad axem, qui à pedibus eſt, religare, vt eius conuerſione & contineamus, & ab inferiori parte extẽdamus. quam rem vbi ſatis præſtitimus, conuenienter impellimus. Nunc autem maxime ad manum reſtituendam pertinet adhibito retinaculo, ab inferiori parte extendere: licebit præterea & ſurſum adducere, & in diuerſa cõtendere. neruis abunde diductis impulſus neceſſarij ſunt, qui eam compellere in ſuum locũ poſſint. Quòd ſi in interiorẽ vel exteriorem partem exciderit, prominentiori parte palmę, aut etiam calce ſuperdato preſſa oſſa coguntur, deinceps manus iuxta digitos huc atque illuc agitur: ſin in priorem vel poſteriorem partem eruperit, vtiliter adducendo impellimus. H

De Spina luxata. *XXXV.*

HIppocratis organum luxatis omnibus reſtituendis accõmodatur, ſed præcipue ſpinæ: quæ, vbi gibba facta eſt, tunc maxime curari poſſe cenſetur, cum recens ex ictu vitium eſt. Collocatur igitur homo pronus ſuper ſcamnum, vt laquei capita è regione ad axem ferantur: circumdantur ſpinæ laquei duo æqualiter extendentes, vnus ſupra gibbum locum, alter infra: aut quaterni ex iis, qui inæqualiter extendunt, bini à ſuperiori parte, totidem ab inferiori, inter ſe aduerſi iniiciuntur, vt in opere de luxatis explicauimus. Vis neruis adhibetur potiſſimum in diuerſa deducendo, interdũ tamen continendo, & vel ab inferiori, vel à ſuperiori parte extendendo. Intentione abunde adhibita, ille impulſus, quo premimus, accommodatur. Hippocrates varios tradidit impellendi modos, & per prominentiorem palmæ partem, & per ſpatham premendo idoneam. Impulſus per huiuſmodi ſpatham illis reſtituendi modis annumeratur, qui facile cõparantur: extremitas enim ſpathæ in foſſam aliquam demittitur, vel in lignũ excauatũ. Nos, vt ſpathæ obex opponeretur, Hippocratis ſcamno Π ferreũ adiecimus, quod & extrahi & infigi poſſet, & ſpathę rñderet, pertuſum q; pluribus foraminibus eſſet, & in foramina crurũ organi demitteret,

vt

A vt Π pro gibbi magnitudine accommodaretur, ſpatha'que extrema in Π coniecta, eius partem premẽdo accommodatam ſuper gibbum dantes premẽdo impulimus. Alij duplicatæ habenæ mediũ organo ſubiicientes eandem ſpatham ſuper locũ iniectam premunt. Premendi modũ in opere de articulis exquiſitius indicauimus.

B

A Laqueus ęqualiter extendens ſupra gibbum, cuius capita recta ad axem feruntur.
B Laqueus ęqualiter extendens infra gibbum, cuius capita recta ad axem feruntur.
C Spatha.
D Π ferreum.

C

De Femore. *XXXVI.*

FEmur in quatuor partes promouetur, in interiorem, exteriorem, priorem, & poſteriorem. Si in tres partes prolapſum eſt interiorem, exteriorem & priorem, crus extenſum eſt, implicari'que non poteſt: ſi in poſteriorem, curuum eſt, neque extenditur. Ergo, ſi in illas treis partes erumpat, in quas vbi venit, crus extenſum eſt, reſupinato homine medium duplicatæ habenæ lana inuolutum inter anum & naturale demittendum eſt, capita que eius ſuper caput adducenda. Vbi in alias partes venerit, nullo interpoſito diſcrimine inter anum & naturale dari habena debet, ſed ea animaduerſione, ſi in interiorem partem exciderit, vt ad integrum femur magis ſpectet, ne femoris caput, cum extenditur, habena media detineatur: cuius capita vel ad axem alligentur, vbi in diuerſa contendimus, vel ad ligna, quibus axis, qui à capite eſt, continetur: vbi & retinemus, & ab inferiori parte extendimus. Extremo autem femori prope genu Charcheſius laqueus iniiciatur, eius que capita deorſum demiſſa ad axis clauum vinciantur, vt eo conuer-
D ſo & contineamus, & ab inferiori parte adducamus. Neruis, quantum res exigit, intentis veniendum eſt ad impulſum.

De Femore in interiorem partem prolapſo. *XXXVII.*

PRoprie autem ad femur in interiorem partem prolapſum excogitata ſunt ligna ad ſimilitudinem Π à lignis, quibus axis continetur, non abhorrentia. Vbi ergo femur in interiorem partem erumpens reſtituitur, æger in integrum latus verſus iaceat, euulſo que priapiſco integrũ crus propoſito ligno ſubiiciatur, alligetur q; ad ſcamnum ita, vt immobile perſeueret, eadem que ratione & brachia & reliquum corpus: crus autem vitiatum detur ſuper tranſuerſarium lignorum, quæ Π literam repræſentant, ita, vt tranſuerſarium inter anum & naturale collocetur: ſed extremo femori iuxta genu iniiciatur laqueus, vel Charcheſius, vel alius, qui æqualiter extendat, eius'que capita ad inferiorem axem demittantur: ſuper ipſum vero lignum Π literam repręſentans ſub crure, quod reſtituitur, detur ſpatha, quæ præmendo aptatur, vel lignum habens in ſummo capitulũ rotundũ ac leniter cauum, ab interiori parte à ſummo crure ad imum pertinens. Quo facto, vbi reſtituere volumus, axis conuertitur, cuius conuerſio ab interiori parte extendit.

poſtquam

E

postquam nerui abunde extenti fuerint spatha vel eo ligno, quod in summo capitulum habet, super id lignum, quod Π literam refert, cum crure magna vi deorsum adducto, impulsus extrahendo adhibetur: post quem alius idoneus est, qui sursum versus compellit, quemadmodū diximus de humero in alam prolapso.

A Postes Π literam repræsentantes.
B Transuersarium.
C Charchesius laqueus.
D Lignum à superiori parte cruris ad imum pertinens.

F

De Femore in posteriorem partem prolapso. *XXXVIII.*

G

VErum, si femur in posteriorem partem elabatur, neque pronum neq; supinum hominem collocamus, sed sedentem, magis autem in integram coxam inclinatum. Homine ita figurato, duas prehendere habenas oportet, earum q; vnam simplicem extendere, atque alteram duplicem demittere in mediam simplicem: & simplici quidem hominem cingere, duplicem à superiori parte deorsum demittere, ab ea regione, quæ vmbilico proxime subiicitur, ad eam, quę inter anum & naturale est, & per anum sursum adducere, vt quatuor habenæ capita à posteriori parte ad retinendum vinciantur. Retinaculis datis lata pars spathæ, quæ premendo accommodatur, coxæ supponatur, imo'que femori iuxta genu laqueus iniiciatur, qui æqualiter extendat, cuius capita ad inferiorem axem demittantur, vt eo conuerso & contineamus, & ab inferiori parte intendamus. Intentione satis adhibita, dum adhuc intendimus, caput femoris per spatham in exteriora propellatur, aperta'que manu æger resupinetur, per hanc enim vim femur in suum locum cōpelletur. Repositi autem indicium erit, comparatio cum altero crure, & liberæ ipsius actiones: nam, si citra impedimentum complicari & extendi potest, ex toto intus esse coniiciendum est.

De Genu. *XXXIX.*

H

GEnu in tres partes prolabitur, interiorem, exteriorem, & posteriorem. In omnibus his casibus, crus extensum est, & minime complicatur. Oportet, si in exteriorem partem prociderit, hominem extento crure super scamnum collocare: tum duos laqueos æqualiter extendentes, cruri iniicere, alterum à superiori parte super femur, alterum infra genu: dein capita superioris super caput adducere, inferioris ad axem: neruos'que intendere, quemadmodum in reliquis articulis dictum est, siue retinaculis vsi ab inferiori vel superiori parte intendamus, siue in diuersa diducamus. Neruis abūde diductis, si in latus ab inferiori vel exteriori parte motum fuerit, ille impellendi modus conuenit, qui adducit: si in posteriorem, & ille qui premit, & ille qui circunducit. qui impellendi modi, cum similes illis sint, qui ad cubitū traduntur, commode in hunc locum transferuntur.

De Talo. *XL.*

TAlus modo in interiorem partem procidit, interdum in posteriorem quoque conuertitur: in quas partes vbi venerit, æque resupinare hominē conuenit crure extento: ac cruri Charchesium

A chesium laqueum æqualiter extendentem circumponere, eius que capita à posteriori parte ad axem, qui supra caput est, adducere: talo autem draconem vel sandalium laqueum iniicere, eius que capita ad inferiorem axem alligare, tunc que membrum vel in diuersa diducere, vel continere, & ab inferiori parte extendere: Neruis, quantum res postulat, diductis conuenienter impellere, vbi in interiorem vel exteriorem partẽ eruperit, retro cogendo: vbi in posteriorem, extrahẽdo, nunc siquidem ob eum habitum impulsus extrahendo aptatur. De modis autem impellendi diligentius tractabimus in opere de luxatis.



A Charchesius laqueus.
B Sandalius laqueus.

SEPTIMAE CLASSIS

FINIS

aaaaaaa bbbbbbb ccccccc ddddddd eeeeeee fffffff ggggggg
hhhhhhh iiiiii kkkkkkk llllll mmmmmmm nnnnnnn
ooooooo ppppppp qqqqqqq rrrrrrr sssssss ttttttt
vvvvvvv xxxxxxx yyyyyyy zzzzzzz
AAAAAAA BBBBBBB CCCCCCC DDDDDDD EEEEEEE
FFFFFFF GGGGGGG HHHHHHH IIIIII KKKKKKK
LLLLLLL MMMMMMM NNNNNNN OOOOOOO
PPPPPPP QQQQQQQ RRRRRRR SSSSSSS
Omnes sunt quaterniones, præter yyyyyyy zzzzzzz quinterniones, et
AAAAAAA BBBBBBB SSSSSSS terniones.

VENETIIS APVD HAEREDES
LVCAE ANTONII IVNTAE.